



DE VITIS SANCTORVM

AB ALOYSIO LIPOMANO,

EPISCOPO VERONAE,
VIRO DOCTISSIMO,
OLIM CONSCRIPTIS:

NVNC PRIMVM A F. LAVRENTIO SVRIO Carthusiano emendatis, & auctis,

TOMVS QVINTVS.

COMPLECTENS SANCTOS MENSIVM
Septembris, & Octobris.



VENETIIS, M D LXXXI.

ILLVSTRISSIMO
ET REVERENDISSIMO
IN CHRISTO PATRI
ET DOMINO,

D. FRANCISCO ALCIATO MEDIOLANENSI,
S. Romanæ Ecclesiæ Cardinali, ac Ordinis Carthusiensis Protectori & fautori fidissimo, Domino ac Patrono suo multa obseruantia colendo, S. P. D.



NFINITI proh dolor hac nostra tam infelici tempestate, Reuerendissime Cardina-
lis, exurgunt homines mente corrupti, reprobi circa fidem, loquentes peruersa, erran- 2. Tim. 3.
tes & in errorem mittentes, vt abducant discipulos post se, qui nihil aliud sibi studio
habent, quàm vt omnem veteris & orthodoxæ Ecclesiæ disciplinam labefactent, sanctas
cæremonias conuellant, catholicamq; religionem peruertant. Neq; hac tam detestabili
malitia & rebellione contenti, instar gigantum θεομαχίαν aggrediuntur, ab humanarũ
rerum violatione, ad ipsius Dei maiestatem, sanctissimorumq; spirituum iam in felici
illa beatitudine cum Christo triumphantium venerationem & cultum polluendum & abolendum plusquàm
satanica audacia progrediuntur. Hoc nimirùm est, quod spiritu prophetico iam olim præuidit ille diuinorũ
secretorum conscius Diuus Iohannes Apostolus & Euangelista, dum in Apocalypsi sua scribit in hunc mo-
dum: Et aperuit, inquit, bestia os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen eius, & tabernacu- Apoc. 13.
lum eius, & eos qui in cælo habitant. Et S. Iudas in Epistola sua canonica ait: In nouissimis diebus venient
illusores, secundùm desideria sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales spi
ritum non habentes. Hi sunt nubes sine aqua quæ à ventis circunferuntur, arbores autumnales, infructuosæ,
bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sydera errantia, quibus procella te
nebrarum seruata est in æternum. Veniet autem Dominus in sanctis millibus, suis facere iudicium contra
omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum quibus impiè egerunt, & de omni-
bus duris quæ locuti sunt contra Deum peccatores impij. Et Iohannes in sua Apocalypsi, Omnibus, inquit, Apoc. 21.
mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quæ est mors secunda. Eccè hæc est mer-
ces istorum sacrilegorum hominum, qui non verentur os suum aperire ad blasphemias, blasphemare nomen
Dei, & tabernaculum eius, & eos qui in cælis habitant. Iulianus ille apostata non veritus est blasphema-
re Deum & Christum eius, ideoq; malè perijt. In ipso etiam infelici interitu suo victum se agnoscens: cùm
miser quidem sed impœnitens & obtruncatus proclamaret, Vicisti Galilæe, vicisti. Arrius eiusdem impie-
tatis, Christi quoquè maiestatem ac diuinitatem oppugnare aggressus est: verùm & ille penè instar Iudæ pro-
ditoris vnà cum fœda ingluuie omnia viscera subitaneo casu abrupta profudit. Impius ille Nestorius, Chri-
sti Domini tabernaculum oppugnauit, nempe sacratissimam Virginem matrem: Deum, inquit, ex Christipa Ex codice
ra virgine prodijsse, ex diuina scriptura sumus edocti: Deum verò ex ipsa genitum nusquam edocti sumus. Nestorij, vt i cõ
Cyrillus verò concessit quidem Nestorio, Mariam Iesu matrem, non Dei matrem in Euangelio nũcupari: at- cilio E-
tamen ob Patrum doctrinam & authoritatem, Dei matrem rectè & catholicè asseri, & ab eo dicẽdi more, phesino
quem & veteres obseruassent, nemini discedendum esse. Pertinax porrò Nestorius excommunicatus est, ac refertur.
sacerdotali honore exutus, deniquè in exilium eiectus: ac tãdem cùm nec modum nec finem poneret blasphe
mijs, ipse filius Dei matris honorem insigniter vindicauit: confestìm enim horrẽdi vermes ebullientes, bla-
sphemam Nestorij linguam, quam totiès in sacratissimam Dei matrem impiè laxauerat, horribiliter cor- Diuinitus
rodunt ac dilacerant. Sed neq; terra ipsa hunc execrabilem alumnũ suum diutiùs ferre potuit: corpus enim corripit
eius humo coopertum & absorptum fuisse scribunt, nimirùm vt scelestus & impius in Virginem matrem re Nestorius
ctà detruderetur ad inferos, sempiternas temulentissimæ suæ insaniæ & impietatis pœnas ibidèm luiturus hæreticus.
in æternum: cuiusmodi vindictam etiam expertos legimus Core, Dathan & Abiron. Num. 16.

Nostro quoquè seculo cateruatim ex inferis prodierunt iam olim sepultæ hæreses, Deum, & tabernacu-
lum eius, & eos qui in cælo habitant, blasphemantes, ex quarum sectatoribus plurimi horrendè puniti sunt.
De Martino Luthero, quàm repentina morte absorptus sit, in confesso est. Qui cùm pridiè ventri & genio Huius vir-
gnauiter indulsisset, quò delata sit anima, ipsi dæmones, qui in comitatu fuerant, prodiderunt. Est enim pagus ginis mar
haud ignobilis in Ducatu Brabantiæ, quam Ghelam vulgò vocant, vbi sanctissimæ virginis ac martyris Dym tyriũ da-
pnæ filia Regis Hyberniæ requiescit corpus, ad cuius sepulcrum adducti homines energumeni ac dæmoniaci, scribitur
eiusdẽ virginis interuenientibus meritis liberãtur. Accidit autem, vt eo tẽpore quo Lutherus mortuus est, tomo 3.
complures energumeni in collegiata eius ecclesia liberationẽ præstolarẽtur: qui omnes priusquàm exorcizarẽ die 15. Maij.

tur,

tur, à terris suis hospitibus ad horam relicti sunt: pòst verò rursùm obsessi. Qui dum ab exorcista adiurati in-
terrogarentur, vbi tunc delituissent relictis ad tempus suis vasis, responderunt dæmones, Martinum Lutherũ
tunc fuisse extinctum, principemque dæmoniorum mandasse, vt vniuersi ad exequias Luthero præstandas con-
uolarent: quo negocio apud inferos peracto, sese ad pristina remeasse. Rideant & exsibilent illud homines Lu-
theranis erroribus & hæresibus excæcati: nos autem nouimus non illud duntaxat, sed & cõplura alia istius-
modi, hoc nostro seculo contigisse, Deo proculdubiò misericorditer sic dispensante ac permittente, si fortè con-
uertantur & sanentur. Cuiusmodi illud est, quod tot testibus etiamnum viuentibus cognitum & assertum,
nulla tergiuersatione inficiari possunt aduersarij, quod ante annos plus minus quinque contigit in Cliuia prope
ciuitatem Embricam. Vbi cùm iconomachi demoliti essent altaria, & statuas sanctorum in monasterio Fran-
ciscanorum in suburbanis Embricensibus: quidam hæreticorum omnibus iam confractis & destructis superue
nit, qui ibidèm relictam ac fortè oblitam statuam sancti Antonij Abbatis, hæretico quodam æstro & liuo-
re erga sanctum percitus in terram collisit, pedibus conculcauit & in partes cõminuit. Adstabat fortè mulier
quæ hominem submonebat cur vsque adeò sæuiret in imaginẽ, quæ ipsum nulla læsione affecisset, protinùs ille
exclamat: Quid tu mihi obloqueris? Si Diuus Antonius aliquã habet vim, seipsum defendat, et suã in me pote
statẽ exerceat. Quid multis? Vix blasphema min sanctũ Dei linguã resoluerat, & eccè euestigiò corripitur
igne sacro, quẽ vulgò ignem S. Antonij vocant: ac toto triduo cælesti vindicta excarnificatus, infelicẽ exha-
lauit animam. Negent & hoc hæretici, si audent? cur autem non audeant, cùm inter ipsos tam multi inuen-
ti sint, qui ex vna hæresi in aliam prolapsi, tandem eò impietatis ac dementiæ deuenerũt, vt & Deum nega
rent & Sanctos eius, neque vitam vllam post hanc superesse crederent? Quocircà, amplissime Cardinalis, cùm
tanta sit nostro hoc æuo hæreticorum impietas vt omnes velut agmine facto in blasphemias proruant: euel-
lant ac destruant, Christiq; tunicam in sexcentas partes lacerent, fnos, quàm maximè possunt, à veterum le
ctione auocent, ac Palæstinorum in morem, salutares puteos nobis obstruere conentur: an non illi qui in vi-
nea Domini laborare, plantare & ædificare, atq; eum qui filios Dei dispersos in vnum congregauit, imitari
student, Dei & Sanctorum eius honorẽ, impiè ab istis pollutum & contaminatũ, omni studio & conatu vin
dicabunt? virtutes illorum in lucem proferre, vitæ sanctimoniam sequi & amplecti, res ab illis sanctè for
titerq; gestas literis exarare, ac populo legendas imitandasq; proponere studebunt? Theologisq; materiam
subministrabunt, qua, tum ad propellendos aduersariorum impetus, tum ad asserendam veram & Romanã
fidem, vti possint? Nonne illi quã nos profitemur fidẽ tenuere? nunquid in illa extincti sunt? tenuerunt v-
tiquè. Et hæc qualis fuerit, mille proloquuntur miraculorum myriades. Quis enim hæreticorum ac infide-
liũ, mortuos suscitauit? leprosos mundauit? dæmones effugauit? Scimus autem (ait scriptura) quia peccato
Johan. 9. *res Deus non exaudit, sed siquis Dei cultor est & voluntatem eius facit, hunc exaudit. Cæterùm omnes illi*
sancti qui sub Constantino Copronymo pro venerabilium imaginum defensione passi sunt (ex quibus sancti
Andreæ in Crisi, præsenti, reliquorum verò historiæ suis & tomis & locis habentur) gloriosa sua morte,
& signis, Iconomachorũ falsam doctrinã damnant, eamq; ostendunt non Christi & Ecclesiæ Catholicæ esse,
Mat. 13. *sed illius qui zizania superseminat in medio tritici. Ab illo enim omnis mendacij parente, omnis falsa doctri*
na proficiscitur. Hinc est quod obscuretur intellectus eorum qui sanã doctrinam non recipiunt, nec Christum eius
que Sãctos in suis imaginibus venerari credunt. Atq; vtinam esset illis cura maior cognoscendi res à Sãctis
præclarè gestas, conferrentque inter se eorũ historias, viderent proculdubiò se diabolicis præstigijs illusos es
se. Incredibile namque dictu est, quantum lucis tam ad veram & orthodoxam fidem cognoscendam, quàm ad
Heb. 13. *vitam rectè instituendam, Sanctorum exempla subministrent, vt, sicuti monet Apostolus, illorum qui potẽ-*
ses opere, & sermone locuti sunt nobis verbum Dei, intuentes exitum conuersationis, imitemur fidem. Ri
deant nos aduersarij, subsannent schismatici, vringatur rumpaturq; satanas, mingant ad patrios cineres (ut
poeta loquitur) hæretici, nos & Sanctos ipsos irrideat semen Chanaan, imitetur patrem suum Cham qui pro
pium patrem, magnum illum iustitiæ præconem proteruè irridebat. Nos huiusmodi sannas didicimus con-
temnere, pro nihilo habentes vt ab illis dijudicemur, aut ab humano die: nec pluris illorum calumnias, sy-
cophantias, & conuicia facientes, quàm si vel asinus quispiam calce feriat, vel canis allatret. Sufficit no-
bis, si lectori catholico, ac illustrissimæ tuæ celsitudini, amplissime Cardinalis, Patrone colendissime, labor
iste noster fuerit gratus, cuius fidelissimè protectionis columna vniuersus ordo noster Carthusiẽsis fulcitur
firmissimè. Proindè rem tum à vocatione mea non alienam, tum vniuersis ordinis nostri Patribus gratam at
que iucundam facturum me esse credidi, si Tomũ hunc & recognitum diligenter, & locupletatum, illustris-
simo tuo nomini consecrarem. tua enim rara virtus & ab omnibus celebrata integritas hoc certè meretur.
Quocircà munus hoc ab addictissimo tibi cliente profectum vt læto suscipias animo, summoperè rogo & sup
plex obtestor. Dominus Deus illustrissimam tuam Dominationem, ad Ecclesiæ suæ & instituti nostri vtilita
tem quàm diutissimè incolumem seruet. Ex Carthusia Agrippinẽsi Idibus Ianuarijs, Anno M.D.LXXX.

T. I. C. obsequentissimus cliens

F. Iacobus Mosander Carthusianus.

INDEX GENERALIS VITARVM SS. IN TOMO HOC QVINTO

Compræhensarum.

SEPTEMBER.

* De s.

OCTOBER.

INDEX COPIOSVS IN QVINTVM HVNC,

DE SANCTORVM VITIS, REBVS GESTIS, AC MARTYRIIS TOMVM,

Qui recèns ex diuersis authoribus ac bibliothecis collectus, duos menses Septembrem ac Octobrem complectitur.



S. Bo-

C

chri-

confessio

D

quanta

F

G

gratiam

infantis

K

L

mona-

Nabu-

N

O

P

psalteria

ſacer-

ſapien-

T

V

volu-

FINIS.



VITA SANCTI LVPI SENONENSIS EPISCOPI,

MVTATO STYLO EX PERVETVSTO MS. Codice per F. Laur. Surium deſcripta. Authoris nomen non extat, ſed eſt fide digna.

Septēb. 1. *Tob. 12.*



SANCTORVM res præclarè geſtas literis commendare, Raphael Archangelus nos docet, dicens ad Tobiam: Sacramentum regis abſcondere, bonum eſt: opera autem Dei reuelare & confiteri, honorificum eſt. Prouocat etiam nos ad hoc lucerna mundi Hieronymus exemplo ſuo, qui præter interpretationem noui & veteris Teſtamenti, vitas anachoretarum Pauli, Hilarionis, Malchi & aliorum, florentiſſimo exaratas ſtylo, ad poſteritatis notitiam tranſmiſit. *Hieronymus, lucerna mūdi.* Etſi autem humanis encomijs non indigent ſancti, quos Chriſti præſentia illuſtrat, & aula paradiſi Angelicaque ſocietas obtinet: attamen fidei tamen propagantur incrementa, cùm Chriſtus per fideles ſeruos ſuos magna populis miracula declaraſſe docetur. *S. Lupi genus.* E quibus etiam eſt Lupus beatiſſimus, cuius vitam commemorare inſtituimus: qui inclytis parentibus & quadam ex parte genus ſuum ad reges referentibus ortus eſt in territorio Aurelianenſi ad Ligerim flumen ſito. *Parentes.* Pater eius Betto, mater Auſtregildis dicta eſt, cui ab auunculo Aigæ cognomentum acceſsit.

Cumque ex diuina reuelatione cognouiſſent, quòd proles ex ipſis naſcitura, quandoque in dignum Deo pontificem euaderet, mox editum in hanc lucem paruulum, mater lactis alimonia enutriuit. Cunarum autem exacto tempore, ſtudiis literarum admouendum curarunt: vbi tum breui in illo lampas cæleſtis gratiæ adeò ſe declarauit, vt omnes ſuos condiſcipulos anteiret, & tum ſplendore ſapientiæ, tum facundiæ vbertate longè ſuperaret. Erant verò matri eius fratres duo, Auſtrenus & Aunarius, venerandi antiſtites, ille Aurelianenſis, hic Antiſiodorenſis, qui etiam virtutum ſignis clarus extitit. *Quidam, haud ſcio, quam bene, volunt hos ipſius S. Lupi fuiſſe fratres.* Ii cernentes puerum Lupum ſacræ religioni addictum, & erga Chriſti iuſſa exequenda ſtudioſum, in Clerum eum cooptarunt. Itaque ætate increſcente cœpit diuina officia accuratè perſoluere, ore melliſluo ſacras cantiones depromere, multa abſtinentia rebellem carnem edomare, aſſiduis precibus ſanctorum martyrum ſepulcra frequentare, afflictorum dolere inopia, ſectari hoſpitalitatem, charitate feruere, in eleemoſynas incumbere, mundum aſpernari, ac toto pectore ad cæleſtem illum paradiſum adſpirare.

Creſcente interim fama ſanctitatis illius, & longè lateque peruagante, boni omnes magno eius amore afficiebantur. Mox igitur, vt Arthemius Senonum Epiſcopus deſiit eſſe in humanis, Clerus & populus eius vrbis egit apud regem, vt ſanctus Lupus ei ſucceſſor inſtitueretur. *S. Lupus creat. Senon. Epiſcopus.* Ita ergò nutu diuino in ea ſede collocatus, virtutibus egregiè pollere, & miraculis coruſcare viſus eſt. Quamobrèm omnes agebant gratias clementiſſimo Deo, quòd Senones talem accepiſſent antiſtitem, virtutibus inſignem, Clero populoque charum, iuſtitia conſpicuum, virginitate venerabilem, ieiuniis deditum, eleemoſynis largum, vigiliarum patientiſſimum, doctrina ſancta copioſum, denique corpore quidem degentem in terris, ſed iam meritis inter Angelos verſantem. *Virtutes eius.*

Accidit autem nocte quadam, ut peruigil precibus ſtaret ad limina baſilicæ beati Aniani. Fores enim diligentia cuſtodum templi firmiter obſeratæ, eum ab ingreſſu arcebant. Proſtratus igitur in ipſo limine, pias Domini aures pulſat precibus attentiſſimis: & eccè derepentè cælitùs amotis repagulis, pateſcunt valuæ. cuſtodes excitati, vident mirantem ſanctum virum vultu roſeo, oculis claritate ſuperna radiantibus.

Cùm eccleſiæ prædia in Aurelianorum territorio perluſtraret, (Erat enim magna illi erga Sanctorum titulos dilectio, præcipuè verò S. Columbæ, quæ duplicem à Chriſto obtinuit coronam, virginitatis & martyrij) animi ſui beneuolentiam non ſolùm in amicos, ſed in ipſos etiam hoſtes egregiè declarabat: & quia Apoſtolus veriſſimè dixit, Omnes, qui volunt piè viuere in Chriſto, perſecutionem patiuntur: quoſcunque comperiſſet inuidentia ſtimulante obtrectationis feroces dentes in ipſum acuere & defigere, illis ſingulari quadam humanitate conſulere volens, optima quæque fercula & pocula illis curabat apponi, vilioribus ſibi retentis, vt ſe pacis ſtudioſum oſtenderet, Chriſti Saluatoris iuſſis obtemperans, præcipientis diſcipulis ſuis, vt inimicos diligerent. *2. Tim. 3. Benignitas eius in obtrectatores.*

Inuitarat quandoquè permultos ad conuiuium: ſed cùm vinum omne in vſus pauperum diſtribuiſſet, non niſi vnus vini modius ſupererat. Inter bibendum igitur, quod frequentes eſſent conuiuę, didicit ea pincerna vinum exhauſtum. Tum ille multa fiducia fretus, ait coram omnibus: Credo equidem, quòd Dominus meus Ieſus Chriſtus, qui nos in ſan-

Mat. 6.

cto Euangelio iubet considerare volatilia cæli, quòd neque serant, neque congregent in horrea, & tamen pascantur à Deo, vt nostram possimus complere charitatem, citiùs nos consolabitur. Vix ea locutus erat, cùm eccè nuncius à matre eius adest, dicens ei ad ciuitatis portas adesse uiginti plaustra, quæ quingentos vini modios aduehant, à matre ipsius missos. Ita qua fide confirmatus, non sine lachrymis & animi compunctione hortatur conuiuas, vt discant benè sperare in Domino: simulque iubet vinum recumbentibus inferri.

Per id tempus Theodoricus rex cum Brunichilde auia, Burgundiæ regnum administrabat. Ex eius aula uenit ad sanctum Episcopum Fulcarius uir illustris & Aurelianorum Comes, ea causa beato uiro præcipuè addictus, quòd pater eius Betto ipsum è sacro fonte suscepisset: indicauitque illi, quòd in palatio audisset quosdam de illo sinistrè loquentes, tanquàm qui ancillam Dei Verosiam, antecessoris eius Arthemii filiam, immoderatiùs amare videretur. Cui vir sanctus aduersùm illa obtrectationum tela, Euangelici sermonis scutum opposuit, commemorans illam sententiam Saluatoris:

Mat. 5.

Beati eritis, cùm maledixerint vobis homines, & dixerint omne malum aduersùm vos, mentientes. Gaudete & exultate: quoniam merces vestra copiosa est in cælis: moxque inspectante Comite illo, eandem Christi ancillam deosculans: Nihil, inquit, nocent homini dicta aliorum, quem propria non maculat conscientia. Ego verò, qui regis æterni amore istam ex animo diligo, terrenum principẽ ea causa mihi haudquaquàm puto formidandum.

Contẽnit hominũ obtrectationes.

Cùm enim uir sanctus non ignoraret Christi eam virginem Dominum feruenter amare, mente castissima coram oculis Dei diligebat eam. Nec uoluit proptereà hominibus placere, cui summoperè curæ erat, ut intrinsecùs Domino placeret, sciens ab Apostolo dictum: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Nec poterat pudore affici aut erubescere, quem inuiolatæ conscientiæ testis defendebat.

Galat. 1.

Mortuo autem Theodorico principe, rex Clotarius in Burgundiam ueniens, hostili manu armatum Blidebodem ducem misit in Senones. Illo ergò tela atrociter in oppidum vibrante, sanctus Episcopus in Domino fidens, ad protomartyris Stephani ædem se contulit: cumque ad conuocandum populum signum ecclesiæ tangeret, uiribus hostes destituti, tantoque sunt terrore correpti, ut nullam sibi salutis spem superesse putarent, nisi fuga sibi consulerent. Ità vir sanctissimus, dum instar Moysi ad cælum tollit manus, hostes profligat. Tua sunt hæc opera, Domine Iesu, cuius in sanctis omnibus est prædicanda virtus & potentia, qui in te sperantes, absque clypeo & hasta seruas clementia tua.

Precibus fugat hostes.

Exod. 17.

Postquàm verò Clotarius Burgundiæ regnum obtinuit, Farulphum virum multa seculi dignitate pollentem, ob regia negocia curanda eò oblegauit. Is à regis latere digressus, eius iussa quamprimùm executurus, vbi prope Senones uenit, multa animi indignatione cœpit permoueri, quòd sanctus antistes ei cum muneribus obuiàm non procederet. Deindè intrà vrbem susceptus, toruo vultu beatum uirum intuebatur: sed audiuit ab eo: Oportet semper obedire magis Deo, quàm hominibus. Sacerdotis est, plebem regere, & principes seculi diuina præcepta docere. Itaque par est, illos ad eum potiùs accedere. Farulphus ira & furore percitus, multa ad regem de sancto viro falsa retulit, adiutus etiã opera hominis nequissimi Medegisili, qui in S. Remigij suburbio monasterium tenens, sancti Episcopi locum occupare conabatur. Iis ergò nefariis uiris regias aures incantantibus, Clotarius rex commotus, beatum antistitem iubet exulare Vinemagi, qui est Neustriæ pagus. Traditus autem est duci pagano Bosoni Landegisilo, qui eum relegauit in villam Andesaginam ad flumen Auciam, vbi erant templa prophana, quæ à decurionibus colebantur.

Act. 5.

Principes sacerdotibus deferre debent.

Vir sanctus cogit exulare.

Ad eum locum vbi peruenit vir Dei, fruebatur in ea peregrinatione solatiis patriarcharum, eorum exempla commemorans, specialiter sancti Ioseph, cuius manus in cophino seruierunt. Gaudebat igitur in Domino, sentiens se à Deo missum ad populum incredulum rectè instituendum. Cùm enim cæcum quendam illic illuminasset, superbum illum, quem diximus, Ducem sanctæ Crucis signo subdidit, undisque salutaribus expiauit: permultos quoquè è Francorum exercitu, qui etiamnùm gentilismi erroribus tenebantur, sacro baptismo illuminauit.

Psal. 80.

Multos cõuertit.

Intereà temporis, diuina dextera id agente, ciues Senonenses zelo Dei permoti, dolentes impia crudelitate sibi ablatum pastorem suum, in basilica S. Remigii supradictum Medegisilum, Iudæ sectatorem in magistri proditione, acerba morte affecerunt. Atque ità infelix ille, pœnitendi nullo spatio relicto, ad inferos demigrauit. Ea tempestate in Tricassina ciuitate florebat sanctus Vuinebaudus, in basilica antiqui præsulis Lupi, apud eandem vrbem quiescentis, Abbatis fungens ministerio sanctitate mirabili. Porrò Senonicæ ecclesiæ Archidiaconus Ragnegisilus, populi precibus, immò verò Christi amore incitatus, à sancto Vuinebaudo precibus contendit, ut à rege Clotario peteret, sancto Lupo ab exilio reuocari ut liceret, adque sedem reuerti suam, nè plebs pastore orbata, luporum faucibus exposita videretur. Fecit Vuinebaudus, vt rogatus erat: rex eius precibus flectitur, mutat odium in beneuolentiam, mittit à latere suo virum Dei Vuinebaudum, qui sanctum Episcopũ reducat. Vbi in mutuos venere conspectus Lupus & Vuinebaudus, præ gaudio pariter fleuerunt. Vuinebaudus doluit ea sancti antistitis calamitate, eumque dolorem inter mutua colloquia testabatur: audiuit verò rursùs ab eo illud ex Apostolo: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: itemque illud: Qui volunt piè viuere in Christo, persecutionem patientur.

S. Vuinebaudus.

Rom. 8.

2. Tim. 3.

Deindè simul se dant itineri, & beatus Vuinebaudus sanctissimum præsulem lætus regis obtutibus repræsentat. Lætatur rex, & proceres omnes gratulantur tanti antistitis præsentia: contemplatusque eum rex, pietate flexus, ad pedes eius humi prosternitur, veniamque ab illo deprecatur. Cernens uerò eum afflictum, corpus eius macie confectum, caput intonsum, barbamque minimè rasam ob cumulandum abstinentiæ rigorem: tremẽs & eiulans rex, cum multo gemitu eius miseriæ se reum fatetur, & sancti viri delatoribus dira imprecatur: iubetque eum honorificè tractari, comamque & barbam tonderi. Postquàm autem suus ei decor redditus est, eius Clerum voluit rex conuiuio interesse. Ibi tum, Christo agente, repẽtina conuersione cernere erat regem ex persecutore factum ministrum beati viri, & suis manibus ei cibum porrigentem, qui anteà illi penuriam attulerat. Rursùs verò petens sui facinoris ueniam, à sancto Episcopo leuatur è puluere, multaque ei offert munera, ecclesiæ vsibus profutura: atque ità demùm iubet eum ad suam vrbem se recipere. Quamuis autem beatus vir Senones se conferret, at tamen Andesaginam, eius exilij locum, CHRISTVS ob eius merita, virtutum gratia crebrò illustrauit: ità vt

Restituit ecclesiæ suæ S. Lupus.

Rex ad pedes eius se abijcit etc.

etiam

etiam illo iam paradisum obtinente, etiamnùm virtus diuina illic operetur.

Vincti sol uuntur demeritus.

Porrò autem inclyti sacerdotes Lupus & Vulnebaudus, regi & proceribus eius valedicentes, sanctitatis inter se côiuncti nexibus, Lutetiam pertrãseunt: & ecce multa eorum turba vinculis constricta, aut carceribus inclusa, eorum virtute soluitur, eisque obuiàm progreditur.

Ignê precib' pellit.

At postquàm ad sua rediit beatus antistes, in castro Mileduno opportuna se illi mansio obtulit: sed repêtè horreum, vsque ad summum plenum, immanis flãma corripuit, nec potuit quisquam ullum tanto malo afferre remedium. Tum vir Dei in orationem prosternitur, fulmen in flammas illas uibrari cernitur, mox sopitur incendium, horreum nihil accipit detrimenti, Christus in pontifice laudatur, sacerdotis meritũ agnoscitur. Obuiàm deindè beatis uiris Lupo & Vuinebaudo plebs Senonica egreditur cum hymnis & cãticis, permultis præ gaudio flentibus, & in suas ædes sanctus Episcopus introducitur.

Erat vir beatus in familiari colloquio iucundus, in obiurgatione seuerus, ad exhortandum efficax, prudens & moderatus in omnibus. Condolebat mœrenti, fouebat inopem, confirmabat iustum, inuisebat ægrotum, subleuabat miserum, deniquè nullũ ab opere Dei vacuum sibi tẽpus abire sinebat. Quodã Dominico die in *Obordone prædio Eucharistiæ mysteriũ illo consecrante, coram sacerdotibus & Leuitis gemma cælitùs labebatur in calicem inter manus illius, corporis & sanguinis Domini commixtionem celebrantis. Quæ gemma radio micãte pulcherrima, diù apud Senones conseruata, rege iubente, inter reliqua sanctorum pignora in eius palatio reposita est. Apparet hinc, quàm Christus eum charum habuerit, inter cuius manus præclarissimum edidit miraculum.

**Bardone*

Gẽma cælitùs labit in eius calicem.

Clotarius rex vbi comperit signum uel campanã S. Stephani sonum edere gratissimum, iussit eã Parisios transferri, ut eius tinnitu sępiùs oblectaretur. Displicuit ea res beato Episcopo. Itaque mox ut ablata est à Senonibus, omnem soni gratiam amisit. Id rex intelligens, ocyùs iubet suo illam loco restitui. Vbi autem ad pontem *Syriacum uentum est, rediit illi pristinus sonus, & ob sancti uiri merita septimo milliario auditus est. Ilicò uir beatus in vrbe residens, se dat itineri, progrediensque in occursum eius cum psallentium choris, quam dolens amiserat, cum gaudio excipit, gratias agens Deo.

Nota de cãpana.

Demonẽ pudefacit

Nocte quadam cùm vir sanctus uigilans psalleret, antiquus hostis adfuit, multaque eum siti afflixit. Iubet ergò ministro aquam frigidam adferre, & inimici dolos sentiens, signatum puluinar suum strictim applicat ad os vasculi, & dęmonem includit. Is uerò tota nocte, donèc sol radians clara se lampade terris infudit, variis ululans uocibus, quis esset, ostendit: & qui tentare uenerat, confusus abscessit.

Vide, vt tãtus vir sacra uisit loca.

Habebat à Deo uir sanctus, ut esset uigiliarum patientissimus. Itaque ex more, uno comite contentus, basilicas uisitabat, & penè singulis noctibus, non solùm intrà urbis muros, sed etiam extra ciuitatem uicina sanctorum adibat loca. Id uerò ea animi alacritate & strenuitate faciebat, ut ea hora, qua Clero incumbebat matutina peragere solennia, ipse suis manibus signum uel campanam ecclesię pulsaret. Cùm autem quadam nocte a basilica sancti Remigii ad domum ecclesiæ tenderet, duos inter se Clericos cornixantes audiuit, idque ea causa, quòd cum fœminis rem habere constituissent. Etsi autem præses adesset, ea tamen hora ostendere se illis noluit, nè ipso absente, ad conceptum facinus redirent. Consultiùs autem ei visum est, ut sanctis precibus eorum casum subleuaret. Festinus igitur abit ad Ecclesiam, fundit pro eis breuiter preces: mox sancti Stephani signum manu tãgit, quo Clerus ad matutinas laudes celebrandas cõuocetur. Rem dicimus admiratione dignam: simulatquè signum eorum aures attigit, omnis ille sæuæ libidinis ardor extinctus est. Properant cum aliis ad ecclesiam, debita persoluunt officia: expleta psalmodia, ab eo repræhensi, ueniam petunt, rectioris uitæ propositum concipiunt. Itá virtus diuina per beati viri patientiam iam ruituros seruauit à fouea inimici.

Vir nobilis Herlesridus ad Ciciocũ villã inuitauit beatum antistitem, ut cum ipso pranderet Dominico die. Ille verò oblato sacrificio, cùm ad vicum abiret, equo insidens, audito cęli quodam fragore uel sonitu, diù fixus uno in loco substitit. Interìm cælo intentus, inter Angelicos choros decantari audit orationem Dominicam. Meritò enim illi patebant arcãna cęlorum, cuius mens perpetuó cęlestibus affixa erat. Tum verò sufficere ille sibi putans, quòd in Christi pręsentia laudes supernas audiuisset, noluit cępto pergere itinere.

Audit Angelicas cantiones.

Sedente illo aliquandò in vrbe Senonica ad prandium, per spiritum sanctum cognouit virum Dei Vuinebaudum in ecclesiam sancti Stephani ingressum. Surgit ergò à mensa, relicto prandio, alacer ei pergit obuiàm, quem nemo ei aduenientem nunciauerat, eum inter ecclesiam beatissimę Mariæ S. Stephani existens, absoluta oratione pacis osculo excipit, & ad suũ prandium secùm abducit. Multa alia ab eo perpetrata sunt, dum viueret, quæ nimis longum sit singulatìm enarrare. Multos curauit languidos, cæcis lumẽ restituit, surdis auditum.

Tandèm sentiens adesse tempus dissolutionis suę, in pręedio Briennonensi aduersa correptus valetudine, sacerdotibus ad se accitis, sanctis eos sermonibus exhortatur, cunctisque qui aderant lachrymas fundẽtibus, sanctum Domino spiritum reddit. Mox adest virtus diuina, & ad demonstrandam põtificis gloriã, suauissimos excitat odores, qui ab illius corpore haud secùs fundebantur, quàm si multis esset aromatibus conditum. Indè corpus impositum feretro, diuinis cãticis cingitur, sequitur plangentium magna caterua, &, vt ipse iusserat, in stillicidio basilicæ ad pedes S. Columbæ traditur sepulturæ. Non enim ausi erant secùs, atquè ille iusserat, facere. Ibi verò manus Dominê virtutum signa cumulatè edidit.

Eius felix obitus.

Mulier quędam triginta annorum cæcitate mulctata, cùm eò aduenisset, detersa caligine, ex fide abscessit videns. Contracta recepit membrorum usum & incolumitatem. Betzela mulier nobilis, integra hebdomada neque comedens, neque dormiens, nimio dentium dolore eam mirè discruciante, ex puluere sepulcri eius, sputo permixto, locum doloris perunxit, & ilicò se sensit liberatam. Lector eius ecclesiæ, à medicis desperatus, quòd morbi importunitate vexatus, septem diebus nihil alimoniæ sumpsisset: in grabato allatus ad sancti sepulcrum, vtì cum fide aduenerat, itá medicinam ex puluere percepit. Mulier quædam in somnis, diabolo eam instigante, multos sibiipsi colaphos infringebat, direq; se verberabat: ea statim vt adspexit sanctũ sepulcrũ, turpissimũ hostẽ euomuit.

Miracula ad tumulũ eius.

Improbus quidam Episcopus, beati uiri sepulcrũ proteruè conculcans, mox contractis neruis, caduco morbo se sensit grauissimè torqueri. Petit igitur humiliter à sancto remedium, & impetrat: ostendisque in eo virtutis diuina geminam potentiam, tum vindictæ, tum venię.

Pœna Episcopi, eius sepulcrũ conculcãtis.

Mulier q̃dã à primo ortu tota paralysi dissoluta, à

parentibus apportatur ad beati antiſtitis monumentum,& ſimulatque illud conſpicatur, membra incul ta vigent,& diſſoluta ſolidantur. Repentè igitur ſana tà per Dominum,ſuis pedibus repetit dumum ſuam. Sacerdos quidam ad S. Vuinebaudi ſepulcrum ſeruiens,è ſcala ruens, & per eius gradus aſperos admo dùm cootritus,ad beati Lupi monumentum adduct' eſt,& ſanitati reſtitutus. Multa alia illic miracula ex fide petentibus Chriſti benignitate exhibentur.

O verè inclytum ſacerdotem, qui in corpore degens,Chriſto accuratè ſeruiuit:& nunc in cælum receptus,& regnie fruens in aula ſemper uernantis paradiſi,ob duplicata talenta ingreſſus eſt in gaudiū Domini ſui,& Angelicis iunctus carminibus, uictor ex hoſte triumphat: ſociatusque martyrum purpuratis agminibus,& a Domino coronatus,regnat in gloria, expectans diem Domini ſanctamque reſurrectionē , fulcitandus ab Agno,id eſt,Domino noſtro Ieſu Chriſto:qui coronis laudibusque afficit ſanctos ſuos, & inſtar radiantis cryſtalli,ſplendore admirabili odore que incomparabili beatiſsimi confeſſoris ſui Lupi triumphos muneratur:Cui eſt honor & gloria cū patre & ſpiritu paracleto in Trinitate perfecta & vnita te perenni,in cuncta ſecula ſeculorum, Amen.

VITA S. IVSTI LVGDVNENſis Epiſcopi, vt habetur in antiquis MS. Exemplaribus,quibus vetuſtiſſima Martyrologia adſtipulantur. Stylum hincindè modicè elimauimus.

Septemb. 2.



ITAM beati Iuſti Lugdunenſis Epiſcopi cogimur adiurati vel breuiter exponere: qui Lugdunenſis quondàm vrbis ſacerdos, nunc eius apud Chriſtum patronus eſt. Cuius cùm mecùm reputo inexpugnabilem in operibus fidem, præcipuum in victu rigorem & parſimoniam, diuturnam in ſolitudine habitationem, eò ſanè adducor , ut incunctanter affirmare non dubitem, enim,licèt pro Chriſto martyrium non obierit:tamen compleſſe martyrium. Non enim martyrium perficit ſola ſanguinis effuſio, nec ſola cōfert fidei palmam illa exuſtiu flammarum,aut funeſta manus carnificum:nec occaſu duntaxat & interneccione, ſed contemptu quoquè corporis venitur ad coronā: &(quod citra vllam beatorum martyrum, qui in perſecutionibus ſunt defuncti , iniuriam dictum uolumus) carnam afflixiſſe, de mundo triumphaſſe, diabolum protriuiſſe, martyrium eſt. Vt enim hæc ipſa rerum comparatione altrinſecùs inter ſe conferamus, martyr vincit ſubitum tortoris ignem:beatiſſimus Iuſtus edomuit flammas quotidianas: Martyr breuem ſuſcipit cum perſecutore conflictum : beatus Iuſtus longum habuit aduerſùs vitia carnis certamen. Martyr in ſtrenua & virili colluctatione,Iuſtus in diabolica infeſtatione conſeruauit patientiam. Martyr pro Chriſto patitur, quia pati deſiderat:voluit verò etiam beatus Iuſtus pati. Martyr abnegans idola verum Deū confitetur:Iuſtus vt præclariùs Chriſtum cōfiteretur, ſeipſum abnegauit ſibi. Poſtremò, martyris certamen omne mors illata conſummat:beati verò Iuſti auctū eſt certamen,dum mors negatur. Audi Apoſtolum dicentem : Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.

Martyriū obitur multis modis.

Galat. 6.

Ac primùm quidem , vt de nomine beati antiſtitis pauca dicamus, vſitatum eſt in ſacris literis, vt ipſa nominum impoſitio ſiue enunciatio, quædam ſit annunciatio futurorum. Ità ergò & Iuſti noſtri ſubſequētis vitæ gratiam iam indè ab incunabulis impoſitum nomen expreſsit,dum inſtinctu diuino præ ſe ferens id, quod futurum erat, proprium accipit vocabulum a teſtimonio meritorum. Vndè etiam factum arbitror,ut ille ſanctus adoleſcens tam uirtutis, quam itineris eius particeps futurus, nomen Viatoris acciperet. Porrò Iuſtus, Vienenſis primum Diaconus, poſtea uerò Lugdunenſis eccleſiæ antiſtes conſecratus eſt. Quam ille eccleſiam tanta puritate, integritate , modeſtia , pietate,patientia per multos rexit annos, tanta quoque pauperū cura, tanta diuinorum mandatorum obſeruatione, vt etiam magnificos & præſtantes Domini ſacerdotes omni virtutum gratia anteiret.

Viator, miniſter & diſcipulus S. Iuſti.

S. Iuſtus Epiſcopus Lugdunenſ.

Sed cùm ità intentus functioni ſuæ & plebis profectui, illi eccleſiæ præſideret,ad eum expellendum frementis diaboli exarſit inuidia. Nam cum in ea vrbe quidam ſubitò mentis furore correptus , in publicū ſe proripiens, obuios ignarosque confodiſſet,ac pro atrocitate rei excitato tumultu,hinc atque indè premeretur ab infeſta multitudine,eodem,quo in ſcelere vſus erat,telo ſe defendens,in eccleſiam, nonnihil iam ſibi reſtitutus, confugit : obſeratiſque ſacratarū ædium valuis, diù reuerentia loci inſanientis populi furorem a ſe amouit. Sed cùm ſeditio increſcens,iam etiam templo Domini ignes minaretur,beatus Iuſtus Epiſcopus, neceſsitate cōpulſus,accepta à quodam viro primario ſacramenti fide,quòd nihil homini illi periculi intentarent , ſed tantiſper duntaxat in cuſtodia aſſeruarent, donec populo eſſet ſatisfactum, reum extra eccleſiæ clauſtra dimiſit. Eum verò turba,quæ in tumultu nihil alicuius penſi habet, pedibus colligatum trahens,vltimo mortis ſupplicio affecit. Tum ille vir D E I, ſanctitate memorabilis , admiſſum facinus adſcribit ſibi,alienum crimen ſibi imputat, tam ſeuerus vltor culpæ,ut putabat,ſuæ,quam pius diſſimulator alienæ.Cùm enim fraus ſeuientis diaboli, tuo ſceleri populi furentis adminiſtram manum adhibuiſſet, totum illud facinus beatiſsimus antiſtes in ſe retorſit,omnes alios abſoluens, ſibi uni non ignoſcēs. Sed quid mirum, ſi Iuſtus in primordio ſermonis, accuſator eſt ſui? O quam venerabilis eſt ſanctitatis & pietatis confeſſio. Cùm impudentia in alios ſoleat culpam conferre ſuam, hic vir beatus alienum crimē ceu proprium confitetur. Peccauit iucondita plebs,& quidē Satanæ inſtinctu peccauit : Iuſtus autem quid fecit? Confidebat ille in Domino,& dicebatur animæ eius, Tranſmigra in montem ſicut paſſer. Tetenderat anti quus ille peccator arcū nequitiæ ſuæ, vt ſagittaret in occultis immaculatum arte callidiatis ſuæ: ſed quia manus Dñi auailiabitur ei,nihil ꝓficit inimic' in eo. *Prou. 18* *Pſal.10.*

Nam toſtus ille, qui fuerat magnus ſacerdotio, factus eſt maior voluntario exilio. Officio enim ſacerdotali ſe ſtatuit abdicare & loca peregrina animo latitandi expetere. Reuerſus igitur ex quadam Italiæ Synodo,ad quam fuerat euocatus,quod vix ſine lachrymis cōmemorari poteſt, non Lugdunum uenit,nè totius plebis amore obſtrictus, liberam non haberet diſcedendi facultatem:ſed apud Tornomem reſidens,ſi qui amici ad ualedicendum ipſi eò excurrere vellent, ſuſtinuit. Multis verò lachrymantium turbis eò accorrentibus,veritus nè multitudine oppreſſus retineretur, clam ſolus & præter omnē expectationē receſſit: nec quiſquā ei ſe adiunxit comitem,præter nuū Viatorē, cuius ſuprà mentio facta eſt,egregiæ ſanè indolis puerū,qui rū in eccleſia Lectoris munere fungebatur. Is ſolus,inquā,beatiſſimi ſenis latère cupientis veſtigiis inhæſit,& tam Arelate & Maſſiliæ agenti , nauemque conſcendere uolenti non ſine admiratione ſe ei obtulit.Illo ergò in peregrinationis ſolatium recepto , eremum ſitiens,in Aegyptum nauigauit,ſoli ac vni il liad-

Vir ſāct' clàm deſerit epiſcopatū, & fugit in Aegyptū.

Psal. 64. li adhærens, qui est spes omnium finium terræ, & in mari longè. Et cùm à facie furoris satanici instar *3. Reg. 19* Eliæ, Iezabelis minas fugientis, se subducere vellet, in deserta secessit, Aegyptiis illi alimoniam suppedi *3. Reg. 17* tantibus: immò, ut planius dicam, coruis illi, ut Eliæ escas ministrantibus. Quotiès enim per manus peccatorum sanctis victus affertur, totiès suos Dominus coruorum opera pascit, quorum sanè atrum colorem iniqui non immeritò à suis vitiis induunt.

Postquàm autem Episcopus, & nomine & meritis Iustus, eò peruenit, inter sanctos illos eremitas degens, diù se celauit, vt tum nomine, tum dignitate suppressa, summæ humilitatis opus exercere posset, non iam Clericis duntaxàt, sed etiam monachis & laicis se inferiorem exhibens. Cumque non breui tempore ità tectus latuisset, accidit aliquandò, ut in præcipuo monachorum sanctorum conuentu à quodam fratre, qui ex hac prouincia eò tum peregrinus aduenerat, agnosceretur: isque ad eius genua prouolutus, cunctis stupentibus, sanctum Episcopum Iustum, illum esse confiteretur. *Agnoscit à monachis.* Quod vbi cognitum est ab illis, omnes tantę humilitatis virum admirantes, culpantesque ignoratiæ suæ temeritatem, quòd pontifici sese quamuis nescii pręposuissent, superiorem erga illum negligentiam recti honoris exhibitione compensarunt. Horum itaque vitæ particeps Iustus noster, noctes atque dies precibus & ieiuniis transigens, in conspectu Domini perpetuus erat pro suis Lugdunensibus deprecator. Nam tametsi corpore eb illis aberat, at precibus aderat: neque illos reliquisse censendus est, ad quos suas preces referebat. Expetierat lachrymis opportuna loca, ut soli Deo vacans, quę pro illis peteret, efficaciùs impetraret.

Eo autem tempore, quo sanctus Episcopus in eremo morabatur, sanctus Antiochus, tùc presbyter Lugdunensis, pio incitatus officio, ad visendùm pręsulẽ suum peregrè proficisci deliberabat, vir sanè vitæ seueritate præcipuus, & qui non immeritò posteà in ea *Antiochi Iusti successor.* sede beato Iusto successerit. Cùm igitur tanti præsulis desiderio terras ac maria transmitteret, beatus Iustus aduentum eius adeò prænunciasse fertur, ut etiam, quibus diebus quę loca adiret, exprimeret, ità dicens: Charissimus Antiochus noster hodiè illic moratur. Immò verò illum ipsum diem, quo uenturus esset ad eum, indicauit. Porrò cùm annis aliquot in eremo Angelis proximam egisset vitam, & tantorum laborum dignus adesset finis, regna eglorum scandenti, & in extremis agenti, flens & animo *S. Iusti obitus.* consternatus dixit Viator: cui me Domine relinquis? Beatus Iustus respondit: Nè turberis fili, tanquàm solatio destitutus. non itá diù pòst tu me sequeris. *Item Viatoris.* Quam eius prædictionẽ, à diuina reuelatione manãtẽ, verã fuisse sanctissimi iuuenis obitus declarauit.

Hoc sanè loco silentio premere nolim Lugdunensium ciuium erga sanctissimum antistitem suum, studium & amorem, ut qui ob absportandum sacrum eius corpusculum in Aegyptum vsque profecti sint, atque illic penè inaccessas pręardoribus scrutati soli- *Nota studiū Lugdunensiū erga eius sacrum corpus.* tudines, ab ipso solis occasu in Oriẽti uicina loca pro fecti totum ferè orbem pietatis suæ testem effecère: quantumque se abdiderat atque remouerat verecundissimi senis fuga, tantùm se illorum pręclara studia intenderunt eius reducendi causa. Noluerunt illum eius fugæ cupidum fuisse, nec quòd ipsos deseruisset, ei imputare uoluerunt. Neque enim discesserat ab eis aliquo illorum contemptu, sed compũctione animi, ob eam, quam suprà diximus, culpam inceptã. Et certè ostenderunt Lugdunenses se tã pręclaro nõ indignos antistite, cùm gratiæ eius magnitudinem officii gloria æquipararunt: cùm egregii sacerdotis & sancti senis ossa reuerenda fidelissima plebs à longinquis regionibus cum multa alacritate & religione reduxit, & cum lachrymis prę gaudio fusis ea exceperunt: dederuntque operam, ut qui spiritu cum ipsis erat, esset & corpore, in honorem Domini nostri Iesu Christi: cui est potestas & gloria cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

VITA ET MARTYRIVM S. AIgulphi Abbatis Lirinensis & sociorum eius. Habetur in MS. exemplaribus, sed F. Laurent. Surius, mutato stylo, reddidit aliquanto succinctiùs. Est historia lectu digna.

PROLOGVS AVTHORIS.



INVICTISSIMORVM Christi militum præclara certamina, quibus è diabolo & mundo triumphârunt, literarum monimentis ad futurorum notitiam transmittere, nemo dubitabat esse officii haud vulgaris. *Sacrarũ historiarũ vtilitas.* Talibus enim & rudimenta tyronum Christi, fideique initia roborantur: qui verò iam progressi sunt in pietatis studiis, spei fiducia animantur, & perfecti charitatis suauitate perfunduntur. His Christi athletæ, nè succumbant, quasi oleo quodam perunguntur, & si fuit delassati, ceu medicamento quodam pristinæ illorum instaurantur vires. Tum uerò per hæc illecti & inuitati, sanctorum societati, quos iam tenet beatitudinis sinus, nobis adhuc præclusus, crebrò adiungimur & intersumus: quippe quos nobis charos efficiunt, non tam externa corporum lineamenta, quàm ornamenta & prærogatiuæ meritorum. Ex horum collegio nos unius Aigulphi uitam & agonem scripto cõprehendimus, eius charitate nos impellente, cuius amore ille sic & vixit, & passus est. Erunt autem fortassis, qui nobis obiiciant, nos hic ceu martyrem proponere & prædicare, quem tamen ob fidem Christi nemo iugularit: antiquitùs fuisse martyres, hodiè nõ itèm. Sed de his non debet idem esse iudicium, quod de vinis, quæ quo sunt antiquiora, eò præstantiora. Etsi enim Aigulphum nostrum persecutor ob Christi nomen non interfecit, non fit tamen indè consequens, non posse eum martyrem dici: nisi quis forsan etiam beatissimum Christi baptistam Iohannem martyris gloria spoliare velit: quem vtique impius rex nõ propter Christum occidit, sed quòd eius libidini aduersarẽ, & veritatẽ, quę Deus est, constãter ei proponeret.

VITA.



IDEMVS hoc & apud veteres modernos scriptores ità vsu cõparatum, vt cuius res gestas scribere instituãt, eius priùs & genus & patriã explicent. *Septemb. 3.* Quẽ morem nos haudquaquã respuentes, beati Aigulphi patriã & parentes indicabimus. Blesense castrũad mõtis cuiusdã latus situ est, quẽ Liger fluuius prætersluit, eo loco sanè piscosus inprimis, & magnã illi adferẽs vini atq; frumenti, cæteratũq; rerũ, hominũ nutriendo necessariarũ, fertilitatẽ. Huius pagi & castri incolas fuisse B. Aigulphi parentes, certissima relatione di- *Pagũ & castrum pro urbe dicere vi detur author.* cimus, nõ quidem superbo stẽmate valdè insignes, nec opibus affluentes, sed tanta prole beatos. Poterat enim & de Aigulpho dici: Infirma mundi & contem-

ptibilia,& ea quæ non sunt,elegit Deus. Vt verò pueritię annos exegerit, difficilè possit enarrari: putà, quàm sedulò ecclesię limina triuerit,sacerdotibus officiosè seruierit, vigilus operam dederit,pauperes pro viribus adiuuerit, totumque se quotidiè Deo hostiam sanctam & placentem in ara sui pectoris immolarit.

1. Cor. 1.
Aigulphi sancta puerilia.

Postquàm autem ad adolescentiæ annos pertigit, cœpit ei molesta & inuisa esse vita secularis,immo & habitus ipse. Versabat igitur animo,quonam pacto ru ptis seculi nexibus, in Christi suaues compedes suos posset pedes inijcere. Cumque hæc mulia apud se maturitate deliberaret, Mummoli Abbatis Floriacensis fama celebris ad eum perlata est: moxque ad eum profectus,animi sui æstum ei aperit:rogat obnoxiè, uelit ipsum in eorum numerum,quos in schola Christi instituebat,admittere. Audiens id beatus Mummolus,cùm priùs laudatissimo disciplinę regularis more eum probasset,in sanctæ sodalitatis suæ contubernium tanquàm benè idoneum admisit. Tum ille,sancti spiritus gratia in eo operante,se ipsa cœpit ostendere animal se mundum esse. Magna in eo renitebat nouæ cuiusdam innocentiæ puritas, magna in proprii corporis membra authoritas & potestas, inuicta aduersùm demones fortitudo,simplicitas columbina,mentis & corporis mundissima castitas. Nouerat in lege Mosaica illud animal mundum censeri,quod ungulam finderet,& ruminaret. Studebat igitur obtinere discretionem boni & mali,& eorum, quæ sunt hominis interioris :ruminabatque & meditabatur assiduè in lege Domini,non immemor etiam illius sententiæ Saluatoris: Oportet semper orare,& non deficere:itemque eius in Psalmo: Benedicam Dominum in omni tempore:semper laus eius in ore meo. Denique omnium virtutum gratia instructus uidebatur, eiusque tuendæ & conseruandę gratia, quod de beato uiro scribitur, meditabatur die ac nocte in lege Domini:in cuius sanè exercitatione usque adeò profecit,ut non solùm eius prouinciæ hominibus,sed etiã exteris doctrina eius admirationi esset.

Fit monachus Floriacensis.
Deut. 14
Luc. 18.
Psal. 33.
Psal. 1.

Voluit autem Deus,quàm ei gratus esset, euidenter demonstrare. Iampridem vir sanctissimus & toto orbe celebrandus Benedictus, in Cassinensi cœnobio uita functus & sepultus erat; & ut ipse prędixerat, diu posteà à Longobardis illud cœnobium in solitudinem est redactum. Volens autem Deus sacras beatissimi Benedicti reliquias eo, quo par erat,honore affici,& Gallias earum aduentu consolari,per visum pręcepit beato Mummolo Abbati, vt Aigulphum Cassinum mittat,sanctissimi Benedicti ossa indè deportaturum. Facit ità Abbas, & Aigulphus,diuina ope fretus admirabiliter, Cassinum peruenit: quod quærebat, nullo negocio reperit, & ad patrem Mummolum lætissimus adducit. Extat hac de re libellus conscriptus. Hinc verò,licèt nihil ille tale curaret,magna apud regem & aulicos sanctitatis opinio beato Aigulpho cõparata fuit. Cumque ea fama increbesceret, & dignus videretur,qui super candelabrum poneretur, monachi Lirinenses eò aduenIunt, spiritalem patrem sibi dari postulantes. Nam tametsi illud Lirinense monasterium multa floruit antiquitus celebritate, ità ut eius magisterio permulta sint instituta cœnobia: at tamen ea tempestate, malo dęmone discordiam illic excitante,res eius miserè vacillabant. Vbi autem ad regem & proceres illorum monachorum est relata potitio,rexque suos consuleret, quid faciendum putarent, una omnium vox fuit, beatum Aigulphum uel maximè idoneum, qui Lirinensibus fratribus Abbas daretur,qui sine dubio & collapsa erigere, & neglecta in antiquum statum reuocare posset.

Aigulphus S. Benedicti reliquias adducit i Gallias.

Itaque beatus Aigulphus,licèt multùm obluctans, coràm adducitur, Lirinensis cœnobii cura ei demandatur, lætante rege & proceribus eius, quòd talem suo gregi pastorem Dominus adhiberet. Etsi verò sanctus vir longè magis silensio delectaretur & quiete, tamen sciens illud Apostoli,omnem animam potestatibus sublimioribus subditam esse debere,æquo animo patitur illud sibi onus imponi,& ad fratres Lirinenses proficiscitur:qui sanè, quòd eum fama iam nôssent,amanter eum excepère. Deindè sæpè eos hortatur vitia profligare, virtutes colere,oculos interiores repurgare, quòd mundissimus Deus non nisi mũdo corde possit videri: iram atque odium extirpare,libidinem non solùm à corpore,sed etiam ab ipsis cogitationibus prorsùs arcere. non enim posse habitare spiritum sanctum in pectore spurcitiei dedito, immò verò procul ab illo recedere: mundum & omnia,quę mundi sunt,ab animo penitùs excludere: nihil in corde,vbi est Dei sedes & domicilium, nisi quod ille velit,id est, Dei & proximi amorẽ integerrimum retinere. Si quis enim, inquit, aliò velit conferre amorem suum, non effugiet illam Prophetę sententiam:Perdidisti omnes,qui fornicantur abs te. IIis & id genus aliis sermonibus tanquàm peritus medicus non solùm præsentibus medebatur malis, sed etiam futuris occurrere nitebatur. Aderat autem Dominus eius conatibus,tantamque eius verbis vim & efficaciam pręstitit,ut non modò præsentes eum cupidè audirent,sed illi etiam,qui à monasterio recesserant,magno cum desiderio redirent. Excipiebantur tum à sancto viro,quotquot se aut monachos esse, aut fieri velle declararent. Porrò multi seculares sua prædia donabant beato uiro,pro spiritalibus, quæ illis seminabat, sua carnalia refundentes.

Fit Abbas Lirinensis.
Rom. 13.
Psal. 72.

Sed his mirè torquebatur illo tortuosus serpens,cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum. Videbat & tabescebat,excludi se ab illis, quos dudùm sibi habuerat obsequentes. Itaque ad suas ueteratorias artes sese conuertit, explorat,num quis inter illos sit suarũ partium,num quis lupus inter agnos delitescat, seu inter Apostolos Iudas. Et ecce reperit illic duos,egregios suæ nequitiæ administros,Arcadium & Columbum, quorum opera serebat inter fratres discordiæ pestifera semina, totusque in id incumbebat, ut beatus Aigulphus è monasterio extruderetur: ut pastore sublato, liberiùs posset sæuire in oues. Celabant autẽ diu Arcadius & Columbus consilia sua, atque interim quos poterant, clam ad suas partes adiungebant. Tandem vero, cùm iam & numero cõfiderent, & sui pectoris rabiem diutiùs celare non possent, instar flãmæ diù pressę, subitò erumpunt, & ægre quidem à sancti viri & eorum, qui illi adhęrebant, cæde manus abstinent. Id vbi animaduertunt illi, quibus periculum creabatur, ad ecclesiam S. Iohannis confugiunt, Deo sua corpora & animas commendantes. At beatus Aigulphus, pro singulari mansuetudine & patientia sua, accedit ad eos, & blandissimis verbis eos uolẽs emollire, Quid est, inquit, charissimi fratres, quòd ità in patrem & fratres vestros incurritis, omnis humanitatis obliti? An nescitis Satanam ob superbiam & discordię studia è cælis deturbatum? Facessant ergò simultates, & audiamus eum, qui dicit in euangelio: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Quòd si propter me hæc fiunt, dico vobis Ionæ verbis: Tollite me, & mittite in mare. Satius enim mihi est, à vobis corpore separari, quàm vestra dissensione apud uos discruciari.

Sap. 2.
Arcadius & Columbus pseudomonachi persequũtur S. Aigulphum.
Mat. 11.
Iohan. 1.

Hac ille oratione nisus quidem est ad tempus illorum turbulentos animi motus compressisse, & sedasse furorem, adeò ut culpam suam faterentur, & satisfactionem

ctionem offerrent: ſed hoc dolo tegebant nequitiam ſuam. Interim toto anno in latebris pectorum illorũ ſub ea ſimplicitatis ſimulatione ſerpens antiquus delitеſcebat, nec potuit quanuis crebris ſancti uiri adhortationibus indè extrahi, illis perpetuò machinantibus, vt quod animo conceperant, id ad effectum perducerent. Et iam per multorum ora iſthuc uolitabat, & ad regias vſque ad aures peruénit, ità ut non paeùm formidarent eius conſpirationis authores, nè regis ſeueritas in ipſos animaduerteret. Itaque egèrũt inter ſe, vt alter ipſorũ, nẽpe Arcadius, è monaſterio exiens, ſe ad ciuitatis Clerum & populum adiungeret: alter verò, id eſt, Columbus intra monaſterium reſidens, eos qui à ſancto viro deſciuerat, in ſuſcepta perfidia confirmaret, & ſi quos poſſet alios, ad ſe adduceret. At uerò ſanctus Aigulphus ſemper doctrinæ inſiſtebat, proponens eis illud ex ſacris literis,

Pſal. 67.

Dominus vnanimes habitare facit in domo: atque indè concludens, eos, qui vnanimitatis hoſtes ſint, alienos eſſe ab habitatione domus Dei, & in partes Satanæ conceſsiſſe. Quamobrèm, inquit, charitatis inter nos vinculis connectamur, nec ullis ſciſſionibus diſiungamur.

Illo hæc dicente, & hunc in modum ſeſe gerente, Arcadius redit ad monaſterium, fictis verbis & ſimulata humilitate pollicetur ſe correcturum perperàm hactenùs admiſſa, oratque ſibi licere degere in monaſterio. At vir Dei peſtilentem hominis animum ſentiens, fratribus annitentibus, non modò non annuit petenti, ſed etiam è cœnobio illum expulit. Id ille ferre non ſuſtinens, ad quendam ſe confert Nuceriç ciuitatis principem, Mummolum nomine: hortatue eum, vt ſe ad monaſterium conferat, multas illic pecunias reperturus. Ille cupiditatis flamma incenſus, incunctanter capeſsit iter, venitque ad virum Dei Aigulphum: qui, quòd ſæpè cum illo de rebus animæ ſalutaribus colloqui conſueuiſſet, nihil veritus, eum lauto conniuio excipit, tametsì ex Audoneo Epiſcopo iam cognouerat inſidias, quę ipſi parabantur. Mummolo igitur cum conſpirationis ſociis prandente, ſubitò Arcadius inſtàr Iudę turbis ſtipatus aduolat, beatum uirum comprehendi, ligari, fuſtibus cædi iubet.

S. Aigulphus capt⁹ verberat.

Id cùm fieret, vir ſanctus Dominicam paſsionem cõmemorans, omnia tanquillo animo perferebat, dicens Dominum Ieſum non ſua, ſed noſtra cauſa etiã maiora perpeſſum: multaque cum fiducia cantabat:

Pſal. 115.

Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Ità ergò laceratus, & uinctus atque ludibrio habitus eſt, donèc ſol occumberet. Tum verò miniſtri ſatanę eos, quos ſancto uiro familiariùs adhęſiſſe nouerant, extra monaſterii clauſtra educũt ad eum, tanquàm pariter cum illo audiendos, immò verò cum illo periniendos. Nolebat enim Dominus ſolum paſtorem pati, ſed cum illo vnà gregem quoquè illius paſſus eſt interfici. Et illi quidem ſancti viri, ſpiritus ſancti virtute firmati, tanquàm confeſtim enſibus iugulos daturi, inuicèm vltimum ſibi uale dicunt: ruenteſque in mutuos amplexus, Domino ſe cõmendant, cum ingenti fiducia dicentes:

Pſal. 43.

Propter te, Domine, morte afficimur tota die: æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Atque his & id genus aliis verbis tum noctis tenebras, tum ſuas ſolabantur ęrumnas, ſeque vicìſsim confirmabant, nè quis infirmior animo frangeretur, illud ex Apoſtolo referentes:

Rom. 8.

Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis. Interim pręmęrore, ut ſe habet humanę naturæ imbecillitas, & vincti, & cuſtodes, arctiori ſomno corripiuntur. Vnus verò è cuſtodibus miſericordia permotus, tectum carceris aperit, eoſque ad fugam capeſſendam hortatur. At ſanctus Aigulphus gratias quidem agit eius humanitati, ſed minimè páret conſilio, ità dicens:

Rom. 14.

Siue viuimus, Domino viuimus: ſiue morimur, Domino morimur: cuius prouidentiæ cùm ſemèl nos permiſerimus, eius voluntati haudquaquàm reluctabimur. Fiat de nobis, quod vult ille.

Arcadij ſimulatio

His dictis, Arcadius totius mali huius caput, aduenit, blandis verbis ſanctorum dolores lenire volẽs. At vnus ex illis, Trucharius nomine, iuſto dolore cõmotus, quod ſuggerebat animus, in faciem ei obiicit: Doleo, inquit, te imitatione filiũ eſſe ſatanæ, qui cùm in exitium omnes impellat, etiam conſolator vult uideri. Doleo te fratrem eſſe Iudæ proditoris, qui inſtàr illius pro ficto oſculo ſermones profers, blanditiis quidem mellitos, ſed ſuccis uenenatis refertos. Sed perfricta frons, cum animi crudelitate coniũcta, obiurgatione non retunditur, ſed importunè perſtat in ſententia, ſe conſolatorem ſimulans. Vtque magis etiam fidem faceret, ſe non feciſſe, quæ fecerat, ad horam tertiam ſanctis viris cibos & pocula offert, & tãquam illorum dolores miſerans, hortatur vt ſe reficiant.

Nolunt ſancti uiri ſtata frangere ieiunia.

At illi licèt extrinſecùs angerentur, non tamen propoſiti & regularis conſuetudinis obliuiſcuntur: reſpondent ſibi fas non eſſe venire contra regularia inſtituta, quæ hoc tempore iuberent in horam uſque nonam ieiunia produci. Itaque amotis eſcis, ad canonicam horam dilata refectio eſt. Quę cùm aduenìſſet, pariter orant pro Arcadio, & ſic ab eo oblatum capiunt cibum.

Porrò Mummolus, quem diximus, ſimulans ſe illis, quæ fiebant, offenſum, à monaſterio iam receſſerat: ſed tertia die rediens, inſtantiſſimè à ſingulis cępit pecunias extorquere. Reſpondent illi, nunquàm ſibi ſub Aigulpho licuiſſe habere aliquid proprii, ne ipſa quidem propria vti voluntate: ſed eſſe ipſis omnia cõmunia. Cernens ille ab ſpe ſe excidiſſe ſua, aliò ſe vertit: & cùm priuatim nihil poſſet obtinere à ſingulis, ad publica ſe transferr, nec quicquam omninò reliqui facit ex omnibus, quę erant in monaſterio, quæ cupiditas hortaretur vt raperet.

Mũmolus diripit res monaſterij.

Poſtquàm autem diſceſsit, beatus Aigulphus & cæteri pro uoluntate Arcadii & Columbi cuſtodiebantur in ergaſtulo, vbì ad decem dies eorum corpora conficiebantur: ſed ſcripturæ ſacræ ſententiis ſe conſolabantur, quòd per multas tribulationes oporteat nos introire in regnum Dei.

Act. 14.

Deindè diaboli ſatellites Arcadius & Columbus eos naui imponunt, & cum illis mari ſe credunt. Iam verò certiſſimè comperientes ſancti uiri ſe neci deſtinatos, mutuò ſeſe cohortabantur, nè quis uel amore præſentis uitæ, uel timore mortis, hoſtibus crederet. Proponebãt ſibi ęterna ſupplicia impiorum, & ſempiternam felicitatem iuſtorũ, conſtanter uſque ad mortem Domino fidem confeſſantium. Atque his & aliis conſimilibus communiebant ſeſe athletę Chriſti aduersùs Satanę inſidias & eius furioſos adminiſtros. Vbi autem nauis in altum proceſſit, exiſtunt venti contrarii, coguntque nauim aliò tendere, quàm vellent homines maligni.

Nota vt diuinitùs retardant conat⁹ improborũ.

Atque hunc in modum, quod dictu quoquè mirum ſit, ad dies quadraginta iactabantur in mari, toto illo freto oberrantes, ità ut nec ipſi litus attingere, nec nauis mergi poſſet: credo equidem, ſatis indicante Deo, quid impii illi mererentur. Sed nè pro meritis paterentur ſontes, inſontes impedimento erant, ut ipſa quoque elementa propemodùm clamare uiderentur: Par erat, furciferos illos repentinis abſorberi fluctibus, ni mixti illis eſſent, qui id non merentur.

Videns igitur Columbus mare ſibi negare exitum,

simulque metuens, si terram apprehendant, & sactorum innocentiam, & suam crudelitatem patefactum iri, illorum linguas iubet præcidi. Sed illi præcisis linguis non minùs, quàm integris psallunt, Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. At miser Columbus nihil tanto motus miraculo, instar Pharaonis obdurescit, præcipitque linguas eorum radicitùs eradi. Nihil efficis, nihil proficis sæua crudelitas. Edunt uerba sancti sine linguis perfectissimè. Audiens id Columbus, addit scelus sceleri, & eorum oculos iubet effodi, illis interim nihil à laudibus Dei cessantibus. Orbati luminibus corporis, interioris hominis oculos, quibus Deus videtur, sanos habètes, fidenter cantabant: Ad te Domine leuauimus oculos nostros, qui habitas in cælis. Atqui immanitas Columbi & Arcadii nec sic reprimitur. Iubent eos nudari vestibus suis, & aliis sordidis atque vilissimis indui: non attendentes miseri, qui Christum indutus sit, eum externo, licèt sordido, habitu minimè deturpari. Cùm sic autem per multos dies iactati essent, tandem ad insulam Caprariam in die Cœnę Dominicæ appellunt, in qua erat ingens numerus monachorum, qui eos humanissimè, & ut par erat monachos à monachis, exceperunt: & cùm didicissent, quas essent mari molestias perpessi, quibus poterāt modis, eos recrearunt. In ipso autem sacratissimo Paschatis die, sub Missæ sacrificio infelicissimus & mortalium omnium flagitiosissimus Columbus, Diaconi functus est ministerio, & cùm ad id loci ventum esset, quo corporis & sanguinis Christi sacramenta percepturi, inuicem se osculantur, ille impurus non dubitauit tā crudeliter à se mulctatis oscula præbere. At beatus Aigulphus & eius socii cum summa exultatione Deo gratias agebant, quòd tam benignè à fratribus eius loci haberentur.

Sanctorū linguæ pręciduntur.

Sine linguis loquuntur.

Oculis orbantur.

Psal. 122.

Expleta solennitate Paschali, Columbus Ephesum proficiscitur, homo seculi secularibus negociis operā daturus: iubetque Aigulphum & socios eius suum in monasterio illo reditum opperiri. Eo absente, tātam beato Aigulpho Dominus verbi gratiam contulit, ut auditores & expleret abundè, & tamen ad audiendum auidos & alacres dimitteret: Qui enim gratiam ei dederat, vt sine lingua posset loqui, etiam addidit gratiam, vt gratiùs audiretur. Reuersus autem Columbus ab Epheso, sanctos viros à monasterio abstractos, rursùs naui imponit: & cùm sustulissent à portu, & aliquousquè progressi essent, obuiam habuere nauim, ab Africa venientem, cui sanctos martyres imposuerūt, mandaruntque satellitibus suis, vt ad insulam Amatunam, quę est inter Corsicam & Sardiniam, uenientes, sanctos iugularent. Vbi eò peruentum est, carnifices parant se ad cædem, sancti orant, paulisper ut precari ipsis liceat: post preces, quibus Domino animas suas proliaè commendarunt, surgunt, & eum omni fiducia & alacritate inter uerba orationis & Domini laudes capite cæsi, spiritum reddunt tertio Nonas Septembris. Apparet sanè, malignissimum dæmonem id molitum esse, ut sancti viri sic interimerentur, ut eorum esset ignota passio, nec haberent homines è propinquo exempla, quibus ad patientiæ capessendas coronas animarentur. Ingens enim ad uirtutem incitamentum est, sodalium & proximorum cognoscere inuictam animi constantiam: pudetque apparère degeneres, dum cernitur paris conditionis homo per labores & certamina ad cælestia præmia contendisse. Inuidebat etiam hominibus nequissimus serpens beneficia, ab eorum reliquiis diuinitùs profectura. Sed quàm verè de illo dicatur, Draco iste, quem formasti ad illudendum ei, hic licuit animaduerti.

Capite cæduntur.

Psal. 103.

Cùm enim truces illi carnifices in sanctorum nece occuparentur, unus ex sanctis illis, Briconius nomine, scapham nactus, indè se subduxit. Eum sanè in id diu nitùs reseruatum credimus, nè sanctorum perpessio occulta maneret. Eius enim relatu & modus perpessionis eorum in notitiam fidelium peruenit, & corpora ad nostram consolationem reuelata sunt, atque ad fines nostros reducta. Fas autem est credere, non eum priuari fraterna gloria, quem non timor à mactyrio retraxit, sed Deus ob tantam vtilitatem seruauit. Vbi autem Briconius ad monasterium rediit, iā beato Aigulpho substitutum reperit uirum venerandæ vitæ Rigomirum, cui nuncius tam atrocis cædis, itemque fratribus magnum attulit luctum & mœrorem. Sed licèt carni condolerent, at spiritibus congratulabantur, non ambigentes eos, positis luteis tabernaculis, in domum æternam non manufactam, & in ciuitatem illam, cuius rex & conditor est Deus, ingressos. Simul autem eius rei certiorem faciunt Abbatissam Angarismam, quę in uicino monasterio præerat sanctimonialibus, a uiro sancto, ab ineunte ætate tam in scripturis diuinis, quàm disciplina monastica, benè instituetam. Itaque communi consilio & ope naues parant, mittuntque homines, qui sanctorum corpora aduehant ad monasterium. Abeunt illi secundo vento, perueniuntque ad locum, in quo martyrum præclara iacebant cauię, hominum quidem custodia destitutæ, sed diuinitùs conseruatæ. Alacriter igitur & reuerenter eas in naues important, properèque ad suos redire contendunt. Iam uerò ad Lirineo se monasterium accedentibus, & sacra corpora eò inferre uolentibus, occurrit ea, quam diximus, Abbatissa obnixè orans, ut corpus beati uiri & magistri sui liceat intrà suum monasterium sepelire. Sed cùm incomparabili eius apud se retinendi desiderio flagrarent fratres, extitit inter Abbatissam & illos amicabilis quædam contentio, quam tamen charitas facilè diremit. Tandèm enim id effectum est, ut Abbatissa contenta esset capite & brachio dextro sancti uiri, & reliquum corpus cum aliorum fratrum reliquiis monachi intrà suum monasterium sepulturæ mandarent.

Briconius euadit cædem.

Heb. 11.

Sanctorū corpora reducuntur ad monasteriū Lirinense.

Nec uerò sanctæ Abbatissæ deuotio caruit fructu suo. Erat enim in monasterio eius soror quædam, cuius oculos palpebræ compresserant, & omni videndi facultate priuarant. Ea plena fide cum aliis ad sacras reliquias tota nocte in precibus & laudibus diuinis perseuerans, manè sentit redditam sibi lucem, iucundoque animo videt orbem solis radiis illustratum. Quo miraculo omnium cernentium irā exhilarata sunt pectora, ut iam non dolerent se corpore amisisse patrē, quem per miracula adeò sibi præsentem esse comperirent. Nec modò deuotis sibi & diuina per ipsum beneficia poscentibus pater beatus aderat, sed ipsi etiam persecutori suo opem tulit. Columbus enim, author cædis eius, cùm ea nocte, quę diem martyrii eius sequitur, in lectulo se quietis causa reposuisset, mox ei adstitit uir Dei, cur immeritum se tantis affecisset malis, & innoxiorum sanguinem fudisset, cum obiurgatione inquisiuit: atque his dictis, guttam sui sanguinis tulit, eaque in pectore & dorso eius circulum pinxit. Tum miser ille tremebundus corruit ad pedes eius, rogauitque inuictam & insolitam mansuetudinem & pietatem eius, nè ipsum tanto sceleri obnoxium, diuino iudicio seruaret. Eius precibus flexus vir beatus, alterum expunxit circulum, alterum abolere noluit, dicens id fieri non posse, donèc apud Clodoueū regē & Ebroinū maiorem domus, publicūq; Francorum iudiciū, ei remediū afferretur. quod etiā factū est. Nā iussu regis quæsitus & cōprahensus, in vincula coniectus est, itaque in eum sententia, diris pœnis affectus,

Cæca memoria lumen recepit.

Visio terribilis Columbo offertur.

Columbus dat pœnas atrocitatis suæ.

affectus, & tandèm interfectus est. Possumus autem haud obscurè per sanguinem martyrum fusum intelligere, innocentiam, vim passam, iustam capetere vltionem: Effigiem circuli sanguine expressam, ineuitabilem diuini iudicii animaduersionem: Geminum circulum pectoris & dorsi, præsens & futurum supplicium: Alterius circuli abolitionem, æternæ pœnæ remissionem, sancti viri precibus ei impetratam: Alterius permansionem, necem temporariam, qua affectus est. Etsi enim sancti impetrant persecutoribus suis, nè æternùm puniantur: at nolunt tamen prorsùs impune abire, quod vel in Deum, uel in proximos sceleratè admisère. Peccauit David sanctus rex, atque à propheta eo nomine reprehensus, Peccaui, inquit, Domine: moxque audire meruit: Dominus transtulit peccatum tuum. & tamen quot ille modis posteà propter illud peccatum afflictus & vexatus sit, norunt, qui sacras literas non ignorant. Hoc eò facit, vt nos quoque, tametsi per sacerdotes simul à peccatis absoluti, haudquaquam pœnas nos euasuros sentiamus, nisi ità ut par est, Deo & hominibus, qui à nobis læsi sint, satisfaciamus. Deus enim ait de seruis suis: Qui tangit uos, tangit pupillã oculi mei. Immò verò etiam honore afficiamus eos, in quibus per fidem & bonorũ operum exercitia Christum habitare cognoscimus, vt quandoque audiamus ex eo: Venite benedicti patris mei: cum quo & spiritu sancto regnum & imperium obtinet sempiternum, Amen.

2. Reg. 11 · *Zach 2.* · *Mat. 25.*

MARTYRIVM S. SERAPHIAE virginis, ex vetusto MS. Codice, per F. Lauren Surium, mutato hincindè stylo descriptum. Consentiunt antiquiss. Martyrologia.

Septẽbris 3. licèt passa sit 29. Iulij.



CVM terribilis persecutionis dies Christianis innotuisset, multi et per orbem terrarum pro Christo cæderentur, sancta virgo Seraphia apud oppidum Vindinẽse in domo illustrissimæ Sabinæ morabatur, cùm esset ciuis Antiochena. Effecit autem hortationibus suis, ut Sabina crederet in dominum Iesum, cresceretque in fide & sancta conuersatione. Misit autẽ ad eam Beryllus Præses, qui sanctam Dei virginem Seraphiam raperent ad ipsius tribunal. Sed cùm ei se comitem adiunxisset S. Sabina, Præses eam reueritus, dimisit una cum illa etiam S. Seraphiam. Primò quidẽ, nè à militibus raperetur Seraphia, impedire conata fuit Sabina, sed paulò pòst ait ad eam Seraphia: Domina mater, patere me abire cũ istis: tu tantùm ora Deũ, & confide Domino Iesu Christo. Credo enim, licèt indigna & peccatrix sim, præstiturum mihi Dominum Iesum, vt efficiar ancilla ipsius. Cùm ergò sic domum reuertissent, post triduum Præses trans pontem iubet apparari tribunal supra arcum Albini, vbi solebant iudicia exerceri: præcipitque officio, vt Seraphia adducatur. Eam igitur rapiunt officiales, & pedibus suis sequitur illam S. Sabina. Sed cùm cerneret se illam eripere non posse, exclamans ait ad Præsidem: Cania rabide Asiatice, noli in tuam perniciem sanctam Dei uirginem & Dominam tuam iniuriis afficere. Propè est enĩ Christus Deus noster, qui te & imperatores tuos afficiet pœnis sempiternis propter maleficia tam multa, quæ excogitastis in eos, qui seruiunt Deo viuo. His dictis abiit lachrimans in domum suam.

Seraphia Sabinam cõuertit. · *Sabina præsidem obiurgat.*

Tum verò Præses ait ad Seraphiam: Sacrifica diis immortalibus, quibus sacrificãt domini Imperatores. S. Seraphia dixit: Ego timeo & colo omnipotentem Deum, qui fecit cælum & terrã, & omnia quæ in eis sunt. Quos tu verò adorare me iubes, ij non sunt dij, sed dæmones, quos mihi adorare non licet, cùm sim Christiana. Præses ait: Accede igitur, & sacrifica Christo tuo. Seraphia respondit: Ego illi quotidiè offero sacrificia, adorans illum & deprecans die ac nocte. Præses ait: Vbi est templum Christi tui, & quodnam illi offers sacrificiũ? Seraphia dixit: Hoc est illud sacrificiũ, vt meipsam mundam illi exhibeam studio castitatis, vt per eius misericordiam alios ad eam professionẽ adducam. Præses ait: Hoccine ergò est templũ & sacrificium Christi tui? Illa respondit: Nihil est præstabilius, quam verum nosse Deum, & piè viuendo illi seruire. Præses dixit: Tu ipsa igitur, vt ais, templũ es Dei tui? Seraphia respondit: Si eius freta auxilio mundam me conseruauero, illius vtiquè templũ ego sum, cùm dicat scriptura: Vos estis templum Dei viui, & spiritus Dei habitat in vobis. Præses ait: Si ergo violata fueris, desines esse templum Dei tui? Seraphia respondit: Si quis templum Dei violauerit, disperdet illũ Deus. At Præses id non intelligens, iussit eam duobus lasciuis Aegyptiis iuuenibus tradi, vt ea tota nocte abuterentur. Accipiunt ergò illam impuri iuuenes, abducuntque in cubiculum valdè obscurũ. Illa verò in cubiculo stans, sic orabat Dominum: Te inuoco Domine Iesu Christe, qui es verus custos & conseruator: te inuoco Domine Iesu Christe, qui es lumen & gaudiũ sempiternum, qui sanctos Apostolos tuos in custodia detẽtos, clausis ianuis visitasti & corroborasti: adesto mihi, obsecro, & miserere peregrinæ ancillæ tuæ Seraphiæ, & libera me ab impuro desiderio iuuenũ istorum. Obscurentur, quæso, oculi eorum, vt non possint attingere ancillam tuam in te confidentem, nec contaminent corpus meum, tua consecratione consignatum. Pudefiat eorũ impudẽtia, nec me sinas coinquinari: sed potiùs iubeas me venire ad te. Adsis autẽ Sabinæ ancillæ tuæ, cofirmes eam tua virtute bone Iesu, nè gaudeat de illa teterrimus hostis diabolus. multa enim sustinuit mea causa propter nomen sanctum tuum. Domine Iesu Christe, exaudi me, qui es benedictus & gloriosus & superlaudabilis cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Constãtia S. Seraphiæ. · *1. Cor. 3.* · *Ibidem.*

Eccè autem iuuenibus illis, sub primam noctis horam contra propositum sanctæ virginis ad eam accedentibus, subitò magnus factus est sonus & terribilis terræmotus, ità vt toto oppido sentiretur: caduntque iuuenes illi penè exanimes in terram, membris omnibus dissolutis. Cernens autem virgo castissima diuinum adesse auxilium, extensis manibus Domino gratias agit, noctem illam in precibus exigens. Summo manè adsunt missi à Præside, qui sciscitentur ex iuuenibus, num suam expleuerint libidinem. At illi ingressi, conspiciunt sanctam virginem orantem, iuuenes verò prostratos humi ceu mortuos, quibus nullæ suppeterent vires vel exurgendi, vel etiam loquendi, solis oculis apertis. Fit igitur magnus hominum concursus, & Præses, vt audiuit, iubet parari tribunal, & corã se sisti ancillam Dei, cui ità dixit: Quid est, Seraphia? Satisne factum est desiderio tuo, an adhuc serues libidine? S. Seraphia respondet: Tu quidem pro peruersitate mentis tuæ, quam occupat diabolus, irridens hæc loqueris: ego verò eos, quos tu dicis, iuuenes nec sẽsi, nec apud me fuisse scio. Præses ait: Itáne hac illi nocte apud te non fuere? Seraphia respondit: Mecũm illo fuit, cuius ego sum, & qui me sibi vendicat. Præses dixit: Quisnam est ille? Seraphia respondit: Custos & cõseruator meus Dominus Iesus Christus. Præses ait: Quid adeò per multa vagaris? Dic mihi, quibus maleficis artibus iuuenes eneruasti. Seraphia dixit: Nobis

Lasciui iuuenes diuinitus puniuntur.

Christianis

Christianis fas non est artes magicas exercere. Quos autem vos per maleficia vestra interficitis, eos noster & omnium Dominus Christus Iesus inuocatus vitæ restituit. Preses ait: Si ergò Christus tuus maleficas ar tes omnes superat, inuoca illum, vt his iuuenibus pristinas reddat vires: ex quibus tum discere poterimus, quid tota nocte egerint apud te. Ego verò certisimè sic sentio, idcircò quibusdam malis artibus te illos dementasse, né tuam turpitudinem proderent. Seraphia dixit: Deus, cuius ego ancilla sum, omnipotēs est, nec quicquam ei est impossibile. Preses ait: Fac igitur, ut iuuenes ad te redeant, & loquantur. Seraphia dixit: Tu quidem suspicaris magam me esse: sed ego artem magicam ignoro: preces autem offero Deo meo, pro pter quas non mihi soli prestat quod peto, sed etiam omnibus toto corde eum inuocantibus. Præses ait: Vt vt visum tibi erit, facito: tantùm da operam, ut loquātur iuuenes: & ità cernemus integritatem tuam. Seraphia respondit: Iam tibi dixi, artium maleficarum me imperitam esse: orare autem me Deū, vt annuat. Preses dixit: Abi igitur ad locum, vbi sunt iuuenes, & pro eare pro illis Deum tuum. Seraphia respōdit: Nè alii vel miraculo fraudentur, vel malè sentiāt, ut tu, nihil attinet eò me accedere. Tu potiùs iubeto eos huc perferri.

Iussit ergò Preses adduci iuuenes ad tribunal, qui sic erant cōstituti, acsi nunquàm habuissent linguas, neque pedes, neque manus: adeò erant membris omnibus dissoluti. Cunctis verò admirātibus, Preses ait: Seraphia, precare nunc Deum tuum pro horum salu te. Tum illa in cęlum extensis manibus, ità dixit: Domine Deus omnipotens, qui fecisti cęlum & terram, mare & omnia, quæ in eis sunt, qui per sanctos Apostolos tuos mortuos excitasti, leprosos mundasti, mutis loquelam reformasti, & surdis auditum: exaudi me ancillam tuam in te confidentem, nec dissimules pro pter hunc infelicem & incredulum: sed sana iuuenes istos sub horum omnium id expectantium conspectu, ut erubescat amens iste, qui insania percitus, nexat in te credentes. Accelera Domine, ut cognoscant isti, quia tu es Deus solus, qui facit mirabilia, & non est alius præter te. His dictis, accessit, & tetigit iuuenes, aitq; ad illos: In nomine Domini nostri Iesu Christi surgite in pedes vestros. Illi repentè exilientes, consti terunt & locuti sunt. Populo id non immeritò admirante, Preses dixit: Vidistis non potuisse eam explere artem magicam, nisi eos manibus attrectaret: deindè ad iuuenes ait: Quonam pacto hæc fœmina & mentis & membrorum officio vos priuauit? Illi responderunt: Domine Preses, nos, ut eramus iussi a celsitudine tua, simulatq; ad eam ingressi sumus, iuuenis quidam aduenit, præstanti corporis forma, & instar solis totus radiās, isq; inter puellam hanc & nos se interpo suit medium: nos verò pre nimio eius splendore tremor & caligo & defectio appręhendit, atque ex eo tempore usque in presens mentis compotes non fuimus. Noueris igitur, eam aut magam esse, aut Deum eius reuerà magnum esse. Præses ad Seraphiam ait: Dic mihi Seraphia, quibus artibus isthuc effeceris, & quamprimùm te dimittam. Seraphia respondit: Ego malas artes odi: immò Christiani omnes, Christi expresso nomine, incantationes omnes profligabunt, nec quicquam eis officient. Præses dixit: Vel nunc cognoscam, si qua sit uis incantamentorum tuorum: si non sacrificaueris, caput tuum auferam. Seraphia respondit: Fac vt lubet, ego dęmonibus non sacrifico, nec facio voluntatem patris tui Satanæ: quia Christiana sum.

Preces S. Seraphiæ. *Sanat iuuenes pessimè mulctatos.* *Contemnit minas Præsidis.* *Lampades ei admota extinguunt.*

Iussit ergò Præses duas ei ardētes lampades admo ueri: sed mox extinctæ sunt, & qui eas applicabant, ce- cidere supini in terram. Sancta verò Seraphia, sublatis ad cælum oculis: Domine Iesu Christe, inquit, eru bescant & conturbentur omnes inimici mei: auertan tur retrorsùm, & confundantur valdè velociter. Præses dixit: Sacrifica diis, nè moriaris. Seraphia respondit: Ego verò ea causa non sacrifico dęmonibus vestris, nè moriar. Præses dixit: Audi malefica & biothanata pręceptum Imperatorium, & sacrificato diis im mortalibus, libera te à suppliciis & interitu. Seraphia respondit: Biothanati & malefici vos estis, qui negatis Deum viuum & verum, & dęmonia adoratis, cum ipsis pariter perituri. Ego autem Deo immortali meipsam offero sacrificium, si tamen me dignatur suscipere, etsi peccatricem, at certè Christianam. Tum Præses iussit eam fustibus cędi. Quod cùm fieret, subitò extitit ingens terræmotus, & fragmentum quoddam è fuste, quo cædebatur sancta virgo, insiliit in dextrū Præsidis oculum, & triduò pòst eius lumine orbatus est. Tum ille furore correptus, hanc in eam tulit sententiam: Seraphiam non solùm præcepta Imperialia contemnentem, verumetiam in tantis deprehensam maleficiis, gladio percuti iubemus. Atq; ità capite cæsa est trans arcum Faustini, iuxta aream Vindiciani, quarto Calendas Augusti. Porrò illustrisima Sabina colligens sanctæ virginis reliquias, pro more uenera biles celebrauit exequias, & vt thesaurum sempiternum vel preciosam margaritam reposuit in monumē to suo, quod ipsa sibi magno studio parauerat.

Psal. 69. *Caeditur fustibus.* *Capite plectitur.*

VITA S. REMACLI EPISCOPI

traiectensis, (qui Episcopatus postea Leodium translatus est) authore Norgero Leodiensi Episcopo, viro sanè doctissimo: cuius tamen difficilem & duriusculum stylum in gratiam lectoris ferè mutauit Frater Laurentius Surius: dempta epistola ad Abbatem Vuerinfridum, in qua nihil mutatum est. Claruit Notgerus anno salutis 850.

NOTGERI EPISCOPI LEODIENsis ad Vuerinfridum Abbatem Epistola nuncupatoria.



NOTGERVS, quem, etsi indignum sanctę Mariæ sanctique Lumberti mancipium, prædicāt tamen Episcopum: Vuerinfrido venerabili in Christo patri, & consacerdoti, salutis æternæ sub fidium. Omnis antiquitas, ut ais Oratorum maximus, quo propiùs aberat ab ortu & diuina progenie, hoc meliùs ea fortasse, quæ erant vera, cernebat. Verùm, Angelo Daniele narrante, nouimus, quia pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia: In antiquis vtique vigēte ratione, ueritatis indagatrice, & perspicacia futurorum: in modernis uerò fide credulitatis quamprimùm pollente, cum plurima scientia pręteritorum. Illis diuturnitas vitæ vetustatia obducens callum, cognitionem præstitit omnium rerū: nobis contrà, quos calidus sanguis, quos rerum inscitia uersat, vitam non auolet ob breuem vitam & curam solicitudinū, antiquorum memorare inuenta virorum. Vixere for tes ante Agamemnona multi: sed omnes illachrymabiles ignotiq; vrgentur longa nocte, carent quia vate sacro. Hæc, ut credo, perpendens Abbatum reuerendisime

Dan. 12

rendissime,& quia necesse est,quanto iuniores,tanto esse perspicatiores: obtulisti libellum de uita tam nostri,quam vestri specialis patroni,domini scilicet Remacli,conquestus propter incuriam tamen prædecessorum vestrorum breuiùs, quàm vt res exposcularet, pro magnitudine gestorum eius esse * eruditâ. Simulque vilus es,vt ne dicam precari,sed potius exhortari, vt eam nô modò exemplari, verùm aliquàto lepidiùs mandarem poliri:tum quòd gestorum illius aliundè sumptorum suppetat copia:tum quòd têporum, quorum diuersitas nunc maximè scitu opus est,ex chartulario vestro non desit notitia. Sed ad hęc dum te cum tuis omnium artium præsulem esse constaret, illudq; Pierium animo occurreret, In syluam nè ligna feras: &, In mare quid pisces, quid aquas in flumina mittis? suspensam interea librarc silentia mentem cęperant, cùm ecce memoriam offendebat,qui vires, quas imperitia denegat,charitas ministrat,& quia incepto tâtùm opus est, cætera res expediet. Igitur adorsus sum,& vt verbis cuiusdam sapiêtis vtar,& ex illo,quâtum res poscit,aceruo tollam,exhortatione tua, quæ & præsentis honestate propositi, & futurę gratis vtilitate coniuncta est,nihil antiquius existimaui,& nè auctoritatê diffugere viderer,ei muneri libentiùs acquieui. Præsumenti enim authoritas datur, cùm credit præstari posse,quod petitur: & parêre scire,æqualis est gloria eum imperante.

Margin: for. * eduta

Fecerant hoc idem iamdudùm ætate venerabiles viri Hilduinus Abbas in passione S. Dionysii: Hincmarus Archiepiscopus in vta S. Remigii: & alii quam plurimi in non paucorum compilandis gestis sanctorum:quibus autoribus obtinere possumus optimus, quod in omnibus causis & solet & debet valere plurimùm. Nam nunquàm itâ quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,quin res,ætas,vsus semper aliquid apportet noui. Et nê hic labor, qui te adhortante susceptus est,inferaciter fiat,non eius modò cuius meminimus,sancti scilicet Remacli: verùm cæterorum nostræ Sedis Pontificum tempora & gesta,quæ vndecunquè potuere corradi, ad nostra vsque têpora colligi,& cuius potissimùm anhelabas desiderio, uitam indè excerptam votis tuis porrexi. Lôgè quidem mea sententia ab oratoris primi excellentia me ratus differre, qui plurima paucis absoluere, pauca plurimis protelare,uel magna extenuare,maxima è minimis efficere,lata anguste angusta latè,vulgaria decêter,decêtia intellectualiter, noua vsitatè, vsitata nouè & id genus plurima valeat delibare. Cui & à poeta pcipitur: Aut famam sequere,aut sibi conuenientia finge. Nec vt scholares posito themate,quibus vti potuit, q iniuriam passus est: vel ille, qui intulit, aliquid finximus friuolum: immò nec creperum. Quòd etsi eloquentissimum quondam dicentem, Quòd si hæc,inquit,verque non dixit,tamen in voto habuit,& in actu ostendit,sectari contenderem, nullius vtiquè iudicium extimescerem.verùm hęc aliàs. Misi,inquam, charitatiuæ munus,quod minùs quidem efficientuæ securitate,maximè autem susceptum est amicitiæ præsumptione. Magnas etenim ŝ difficillimi operis eursu vires, amicitiæ contemplatio supplet, & placere cupientibus multa sæpè rerû copia suppeditat. Vndè licèt verear, nè,dum imperato muneri par esse nequeam,deficientis culpa in adhortantis cedat iniuriam: tamen cùm tuam specto beneuolentiam,fit omne pronum & facile,& (vt itâ dicam) voluntarium, quod in tuæ iucunditatis impenditur præscriptum. Hoc autem munere impenso,solicitum te reddere cupio:quia si quid operum tuorum quandoque expostulauero, iniurius mihi fueris,si negabis. Quisquis magna dedit, uoluit sibi magnaremitti. Sed non arroganter magna, quippe

Margin: Terent. in Adelph.

Margin: Notgerus scripsit res gestas Episcoporum Leodien.

tuis meritis & nostris uotis imparia. Quapropter oblatrantis morsus timeo inuidiæ, quia in difficili re facilè solet liuor præiudicium importare. Deniquè non omnes eadem mirantur, amantque. Ergò non isthic obliquo oculo mea famina quisquam limet, nô odio obscuro morsuq; venenet. Sed tu pater beatissime, mei laboris tuęque adhortationis assertor, caueas securum me peractum reddat officium,cùm tibi pudor, amici dignitas possit conuenire, si displicet. Vale.

Quòd nec vota pati, nec fingere somnia possunt,
Gaudens semper habe: gaudent præ nomine molles
Auriculæ: tibi me virtus tua fecit amicum. Iterùm vale.

PRAEFATIO AVTHORIS.



OMNIPOTENS Dominus,qui diues est in misericordia, cuius natura bonitas, cuius uolûtas potentia, cuius opus misericordia est,sustinuit vasa iræ,apta in interitum,in multa patientia: Tandèm uerò, sicutâ reatu primæ præuaricationis nullum liberum reperit,itâ liberandis omnibus venit, diuitias bonitatis & longanimitatis omnibus prærogauit, voluntatis omnipotêtiam in ingratos & eius gratiæ respectu indignos, efficacissimè exercuit, quandò opus saluatricis misericordiæ,vt reparari posset,clementissimè antè procurauit. Forti illi armato arma,in quibus confidebat,abstulit:vasa,quæ possidebat,distribuit:vt,sicut priùs propter peccata,iræ vasa,itâ per eius gratiâ fierent vasa misericordiæ. Vt enim non est credendum ad salutem aliquem pertingere,nisi Deo inuitante:sic nec inuitatum quidem operari salutê suam, nisi Deo auxiliante:nullum voluntate Dei perire,sed permissu, pro arbitrii electione:nè facultatis libertas & ingenuitas semèl homini attributa, ad seruilem quandam necessitatem redigatur. Itâ ergò initium salutis nostræ Deo miserante habemus. Vt autem salutiferæ inspirationi acquiescamus,nostri est arbitrii. Porrò vt adipiscamur id,quod monitioni diuinæ acquiescêtes appetimus,diuini est muneris. Vt labamur, nostræ est potestatis & ignauię. Vt non labamur salutis munere adepto, nostrę quidem quodam modo est sollicitudinis,sed omni modo adiutorii cęlestis. Atq; ei spei fortissimè innitentes, beatos esse resp!a comperimus: qui cùm Christum in carne tanta efficientem nô viderint,audita constanter credere non dubitarunt è: quibus etiam multos fecisse opera, quę ille fecit, & iuxta eius promissionem maiora quoquè fecisse, non solùm uicini confitentur,sed illi etiam prædicant,qui sunt vltra Sauromatas,& glaciale attingunt mare, & insulas habitant Fortunatas. Libenter igitur tanto bono subditi simus, delectetque tanto seruire Domino: qui non modò fautor & adiutor est eorum,qui proficiunt:sed etiam remedia prouidet lapsis: dum & Angelica nobis præstat suffragia non deesse, & Sanctorû confert patrocinia, quos pro nostris culpis intercessores implorare nô dubitemus. Quos licèt passim diuersis largitos sit prouinciis, generatim & communiter honorandos:ut tamê singulis quibusque locis speciales quosdam attribuit, etiam specialiter amplectêdos & propensiùs exorandos. E quibus nobis beatum Remaclum adhibuit: cuius ut suffragiis plurimùm innitimur,itâ eius vitam & gesta pro captu virium narrare aggredimur.

Margin: Rom. 9.

Margin: Luc. 11.

Margin: Iohan. 14

Margin: Nota de Sanctorû patrociniis.

VITAB

VITAE HISTORIA.

Septẽb. 3.



RANCORVM regnum ab ipso suo exordio semper inuictum, tũ vel maximè prę cęteris ei vicinis regnis florere uisum est, cùm iugo Dominicæ fidei colla supposuit, & quod priùs adorarat, exussit: quod exusserat, adorauit. Ingens autem accepit incrementũ, & sub eo firmum Ecclesia Dei statum, cùm Clotarius rex legitima successione quartus, trium regnorum factus est monarcha, & cùm principatus sui annum agebat quadragesimum, quem Heraclius sanctæ Crucis recuperator Imperii decimũquartum. Is Clotarius nullum ex vicinis regibus passus est suę ditioni arma inferre, sed omnes Hispaniæ, Galliæ & Germaniæ reges & populos suis habenis studuit coercere. Porrò inclytum filium suum Dagobertum Austrasianis præfecit, eiq; etiam Germanię ditiones voluit esse subiectas. Eorum temporibus felicissimis usque adeò Christianismus excreuit, vt penè nulla hodie aut rara intrà limites regm ipsorum ecclesia inueniatur, quæ nõ alicuius eius tempestatis sancti patrociniis illustretur. Atq; vt innumeros prętermittamus, Eligius & Audoenus viri sancti, palatii ministeriis fungebãtur, beatus Arnulphus & Romaricus regiis consiliis adhibebantur, sanctus Amandus & beatissimus Remaclus, sanctusq; Guar Aquitaniam ortu suo illustrabant. Eã Aquitaniam quidam uolunt ferè tertiam esse Galliarum partem, & ab obliquis Ligeris aquis, qui maxima ex parte eam alluit, ac penè in orbem circundat, itã nuncupatam. A Circio habet Oceanum, qui Aquitanicus sinus dicitur: ab occasu Hispanias: à septentrione & oriente Lugdunensem prouinciam: ab Euro & meridie Narbonensem. Riuulis & fluminibus piscosis, solo fœcundissimo, pascuis pecorum vberrimis, vineis nectareis, nemorib. copiosis, magna fructuũ abundantia celebris, auri, argenti, aliorumque metallorum ferax, vectigalium prouentu opulenta, sed prę aliis prouinciis uoluptatum omnium luxuriæ dedita, deniquè viris fortibus, bellicosis & ferocib. instructa. Habet ea, prçter castra & loca munita, urbes quatuor decim pręgrandes, easq; populosas, & celeberrimas, è quibus duæ sunt metropoles, una Burdegalensis, magnis semper uiris conspicua: altera Bituricensis, cuius tum Archiepiscopus fuit sanctus Austregisilus, & beatus Sulpitius Archidiaconus, Austregisili i episcopatu successor. In quorum parœcia per id tempus Remaclus in hanc lucem editus est, patre Albutio, Matrima matre: qui ambo pro seculi dignitate, & opibus & generis nobilitate pollebant. Testantur id magnæ possessiunes eius, tam nostrę ecclesiæ, quàm uestro monasterio, siue ab ipso, siue à Maioribus eius, uel etiam à regia sublimitate donatæ: quemadmodùm doceri potest ea literis, quæ etiamnum in vtriusque ecclesiæ archiuis asseruantur.

Clotarius & Dagobertus reges propagant Christianismum.

Aquitaniæ situs, & magnitudo.

S. Remacli patria & parentes.

Educatus verò est bonæ indolis puer Remaclus sub beato Sulpitio, in cuius honorem constat ab eodem sancto uiro posteà permultas in nostra diœcesi ecclesias dicatas. Vbi autem adoleuit, & prout ea ferebat ætas, totius integritatis & probitatis fructus protulit, beato Eligio commendatus est, viro inter eius ętatis homines meritorum gratia facilè primo. Is verò in Solenniacensi monasterio, quod ipse in suo fundo cõstruebat, eum sacris monasticæ disciplinæ institutionibus exactè imbuit. Interim autem pius adolescẽs eius monitis obtẽperauit, ut, Diuina in eo gratia exuberante, omnibus in eo monasterio Christu militantibus, religiosæ conuersationis de se exempla præberet. Erat in vigiliis assiduus, in precibus pernox, in abstinentia præcipuus, in vniuersa morum integritate præclarus. Cernens id beatus Eligius, cui traditus erat à parentibus, eius profectu animi quadam alacritate congratulans, curam gregis sibi commissi in eum trãstulit, suas ei vices demandans, eumq; sibi substituẽs. Compellebatur enim redire ad palatium regis, & suã ei operam nauare.

Institutũ à S. Sulpitio.

Commẽdatur S. Eligio.

Præficitur monasterio.

Posteà verò lungè lateq; sparsa est fama sanctitatis vitę eius, & ad ipsos etiam aulę proceres peruenit. Itaque, diuina id agente prouidentia, non potuit lucerna, diuinæ gratię accensa ignibus, sub proprię considerationis modio latere: sed vt desides in fidei proposito ab ea lumen acciperent, candelabro imposita est. In aula regis promulgatur, tantum uirum regis pręsentię deesse non debere, ut eius prudentia regni negocia disponantur, cuius tam illustria meritorum insignia cernerentur. Euocatur ergò, ut par erat, honorificè, atq; in regis palatium introducitur, magno deincèps, ut rei pòst euentus docuit, omnibus solatio futurus.

Cogitur ĩ regia aula versari.

Per idem fermè tempus beatus Iohannes Turgensium ecclesiam feliciter gubernans, hominem exuit. Porrò inclytus rex Dagobertus, qui patri Clotario in monarchia succeisit, beatum Amandum, qui ad prædicãdum, ut eius moris erat, factus fuerat Episcopus, ad se accersierat: & quia cum iniuria eum expulerat, ab illo ob quædam facinora reprehensus, nitebatur affectus illum deuincire sibi per Sigeberti filii sui baptismum, atque in Traiectensi eum cathedra collocare. Et ille quidem uir sanctus per triennium vicos & castra perlustrans, uerbum uitę disseminauit: sed nihil se proficere cernens, immò uerò etiam ipsos sacerdotes & Leuitas sibi insultare animaduertens, puluerem pedum, quemadmodùm Dominus iubet, in illos excussit, atq; ad loca alia, ut priùs fecerat, sese prædicandi causa contulit. Incompertum uerò est, quanto tempore plebs Traiectensis tum sine pastore permanserit, donec Sigebertum pater regem Austrasianis dedit, & in Mediomatricum vrbe sedem habere voluit. Et verò Traiectenses ex communi sacerdotum electione, magnatum multa frequentia, & omnium ordinum postulatione, eiusmodi preces offerunt, neminem ipsis, nisi beatum Remaclum, Episcopum præfici debere: qui sit & Deo & hominibus charus, nulli eius ętatis sanctitate secundus, Angelicis spiritibus gratus, cũctis mortalibus suspiciendus & reuerendus. Eius se multa expertos beneficia, crebrò & apud regem & prôceres multùm ipsis eius profuisse suffragia cõmemorant. Nec eius obscuram esse prudentiam, qui non rarò regiis consiliis adhibitus sit. Suppetere ei scientiã scripturarum, vndè possit & uetera & noua proferre. Deniquè nihil ei earum rerum deesse, quibus Apostolus Episcopum instructum esse uelit. Iis sermonibus rex comiter & propenso animi fauore assentiens, eorumque studiis obsecundans, statuit pręstare, quod rogabatur. Accersit igitur ad se beatum Remaclum, & ea de re cum eo confert sermonem: & certè dici vix queat, quanta orationis suauitate ad ei persuadendũ vsus sit, quamque illi modis omnibus vir sanctus obluctatus sit. At rex sacerdotum & procerum fretus cõsilio, ab intentione sua non destitit. Tandèm vir Dei veritus, nè diuinę resisteret voluntati, inuitus quidẽ septimus & vicesimus Tungrensi vel Traiectẽsi ecclesiæ antistes datur: ut verbi diuini semina, q̃ hactenùs apud se celauerat, pluribus impertiret.

S. Amandus fit Episcopus Traiectensis.

Lucæ 9.

1. Tim. 3

Traiectẽsem sedẽ inuitus obtinet S. Remaclus.

Qua verò religione, qua integritate illud munus executus sit, nos explicare nequimus, cùm iam in ipso ordinationis eius initio tantam ei uerbi gratiã Christus

stus

stus largitus sit, ut omnes promptissimos sese ad obtẽperandum exhiberent, nemo esset, qui non ex animo eum diligeret: vnusquisque ad eius se doctrinam conformare pro viribus niteretur. Nulla in eius moribus arrogantia, sed totum illum sibi sancta humilitas vendicabat. Superbi eum reuerebantur, vt superiorem: humiles amplectebantur, ut fratrem. Erga omnes communi erat animi beneuolentia & amore. In terris degens corpore, habitu & moribus cælestem se declarabat. Adspectu Angelicus, incessu compositus, actione sanctus, integerrimus corpore, solertissimus animo, in opere circunspectus, ingenio excellens, magnus consilio, fide Catholicus, spe patientissimus, charitate diffusus. Cuius apud Deum meriti esset, facta eius testabantur. Mira in eo cernebatur morum suauitas & facilitas, atque inter diuites & pauperes ea nouerat moderatione se gerere, vt pauperes eum suæ sortis, locupletes verò sui ordinis arbitrarentur. Non ille personas potentum, sed morum elegantiam pensitabat, tanto quemq; propensius honorans, quanto eum didicisset sanctius viuere. Quod ore dicebat & astruebat, nunquam actione vel opere destruxit: sed factis ostendit, quid voce doceri oporteret. Quod ei diuina gratia contulit, id in posteros deriuauit. Vnde illud consecutum est, vt non eius modò gesta nobis hodieque proficiant: sed etiam discipulorum eius, & qui ab eo fideliter educati sunt: quorum actus & opera nobis exemplo sunt, & ad imitandum nos inuitant.

Catalogus virtutum eius.

Multa cœnobia condit.

Multorum ille cœnobiorum & fundator & rector fuit, in quibus vsque in hunc diem Christo seruientiũ agmina increscunt. Discipulorum complurium pater fuit & institutor: quorum vt ille Christo lucratus est animas, sic & ipsi, & eorum successores, multorũ animas ad Christum adduxere: quorum sanè merita in illum redundant. In ijs fuit beatus Theodardus, ab eo proculdubiò disciplinis ecclesiasticis ĩformatus, quippè quem sibi successorem designarit: qui ad extremũ martyr abscessit è vita. Itemq; sanctus Lambertus, qui itidèm sua tempestate martyrem egregium se exhibuit. Beatus quoquè Adelinus, in Aquitania natus, & peregrinationis eius, vt fertur, comes, qui ei quandoquè in loco secreto digna Deo studia & opera exercenti per visum apparuit, uultu venustus, capillis reuerendus, statura reliqua præstantissimus, futuræque conuersationis & perpetuæ quietis locum, fontemq; humanis vsibus opportunum indicauit. Quæ res hodieq; omnibus minimè obscura est, quando in eodẽ loco corpore quiescit, & spiritu præsens, innumera illic quotidiè credentibus beneficia præstare nõ cessat.

Theodardus eius successor. Itèm S. Lambertus &c.

Porrò autem in sancti Trudonis electione non difficulter potest animaduerti, qua intentione sanctus vir caulis & custodiæ Dominici gregis inuigilauerit, quam ei non defuerit propheticæ spiritus, quam deniquè in illo Christi amore flagrante, cupiditates omnes extinctæ fuerint. Pastorali ille solicitudine parochiam suam pro more visitabat, & quos poterat, è luporum faucibus extrahebat, summoq; pastori lucrifacere conabatur. Bonis adminiculo erat, vt fierent meliores: desides atque torpentes, vt ad meliorem se frugem reciperent, hortabatur. Intereà sanctus Trudo etiamnũm puer, primos iam virtutis fructus proferebat. Cumq; is superbi sanguinis multa generositate polleret, maior tamen ei diuini amoris & virtutum ardor atque studium inerat, adeò ut quandoquè uoto se obligaret, si Christo opitulante sacras didicisset literas, se in fundo suo ecclesiam exædificaturum, illic Domino perpetuò seruiturum, & quos posset, ad Dei cultum & ministerium sibi socios aggregaturum. Atque eo flagrans desiderio, nocturna visione afficitur, & Angelica cõsolatione hunc in modũ confirmatur.

S. Trudonis pietas.

Visio.

Nòueris frater, inquit Angelus, ea uota, quę Christo puer nuncupasti, illi esse grata, precesq; illum admisisse tuas: nec dubites, quin quod præueniens tibi adspirauit, etiam adiuuando sit prosecuturus, & affectũ perducturus in effectum. Ille, inquam, sapientia sua imbuet cor tuum, & erudiet te præceptis suis, & legẽ suam inscribet pectori tuo. Porrò autem etiam ad ecclesiasticæ dignitatis munia eueheris, multosq; Christo & Ecclesiæ eius filios tuis verbis & exemplis generabis. Atque vt de his certior efficiaris, beatum Remaclum adito, qui non procùl hinc abest. Illi Deus reuelauit, quid tibi faciendum sit. Ille diriget eò gressus tuos, quo tu tantoperè adspiras.

Surgit ocyùs beatus Trudo, nihil de Angelica visione hæsitans, eoq; quò iussus fuerat, ire contendit. Sanctus Remaclus tum occupatus erat pascendis & curãdis ouibus suis, & cum propiùs beatus Trudo accederet, ille diuina reuelatione edoctus, Surgite, inquit, properè, & uiro Dei, qui nos inuisere venit, obuiam ttote: reuerenter illum excipite, & cũ honore ad me introducite. Eo prope est: occurrite illi celeriter. Faciunt illi, ut erant iussi, & sanctum Trudonem ad beatum Remaclum, domi cum suis manentem, adducũt. Cernens illum pius pater, surgit, & præ gaudio flẽs, in eius oscula ruit: volentem ad ipsius pedes se abijcere, retinet, moxq; erigit, & ab intimo pectore gratias agens Deo: Sit tibi, inquit, Iesu bone per spiritum sanctum cum æterno patre visitator animarum, gloria, laus & iubilatio, qui voluisti nos hac die consolari aduentu huius famuli tui, in quo tu habitas. addiditq;: Et tu fili mi, sis benedictus a Domino, qui te dignatus est mittere ad nos, & desiderium animi tui occulta inspiratione nobis significare. Scito igitur deinceps te mihi charitatis iure filium fore, meq; semper tibi patris spiritalis officia præstiturum. Mihi enim seruo suo reuelauit Dominus, quid pro animæ tuæ salute faciendum tibi sit, & ex me disces, quemadmodum possis compos effici uoti tui. Cognoui, Domino me docẽte, in pueritia te uouisse, si tibi sacrarum cognitio literarum quandoquè obtingeret, ecclesiam in fundo tuo te constructurum, atque illic Domino, dum uixeris, famulaturum. Istbuc autem hoc ordine te oõneris completurum. Sancto protomartyri Stephano apud vrbem Metensem tuas possesiones offeres, & ab eius loci baptizatoribus scripta diuina doceberis. Id vbi cõsecutus fueris, ad me redibis, & ecclesiam quo uoles loco, ut es pollicitus, ædificabis.

S. Trudo venit ad S. Remaclum.

S. Remaclus futura prædicit.

Deinde cùm ei bene precatus esset, dedit ei literas suas ad Metensis vrbis Episcopum, qui eum, ut diuinitùs ipsi reuelatum erat, institueret ac erudiret. Pręerat tum Metensi ecclesiæ Clodulphus, beati Arnulphi, vt carne filius, ita virtutũ meritis in Pontificatu successor dignissimus. Is humanissimè beatum Trudonem excipiens, non solùm eius ipsius causa, sed etiã propter sancti Remacli egregiam commendationẽ, caussis aduentus eius cognitis, sacris eum literis & diuina lege erudiendũ curauit, & quas obtulit sancto Stephano possessiones, suscepit. Multis uerò annis illic moras trahentem benè habuit, diligenterq; instructũ & sacerdotio initiatum, sancto patri Remaclo remisit. Is percontans ex eo, quid Dominus ipsi præstitisset, & num prospero itinere vltrò citroq; usus esset, ubi comperit eum in sacris literis benè eruditũ, immensas Deo gratias agit, ità dicens: Laus tibi pater, Domine cæli & terræ, quòd cõplere dignatus es ea, quæ mihi de tuo famulo reuelaras, eumque ad me, tuis præceptis tuęque legis eruditione instructum & ornatũ, incolumem reuocasti. Permisit autẽ beato Trudoni, in sua diœcesi prędicare uerbum Dei, Missas in quibus uellet ecclesiis celebrare, deniquè oratorium, ut

Clodulphus Meten. Episcopus.

promiserat,

S. Trudo aliquãdiù dgit apud S. Remaclum.

promiserat, in proprio fundo extruere. Permáfit igitur aliquandiù apud eũ, viuẽs sanctissimè, ac tandem Episcopali percepta benedictione, natale reuisit solum, & quod iampridem animo cõceperat, re ipsa effecit, oratoriũ extrneos in prædio suo, vbi multos Deo seruituros collegit, atq; ad extremum à beato Remaclo eius oratorij consecrationem & petiit & impetrauit: In quo etiam post multinarios huius vitæ labores tumulatus est, & permulta illic perpetrãs miracula, vsque in hodiernum diem commoda illic efficit habitacula monachorum.

Libet hic paucis considerare, quàm in beato Remaclo, vt diximus, cupiditatum omnium ignis consopitus fuerit, quàm ille omniũ nostræ ætatis sacerdotum merita excesserit, omnes nostri temporis Episcopos sui comparatione damnarit: quibus si fortè is casus offerretur, qui beatissimo viro oblatus fuit, secùs proculdubiò facturi videntur: non solùm non hortaturi homines pios, vt facultates suas non suæ, sed alteri ecclesię donent: sed etiam, si qui vltrò id facere velint, eos dehortaturi potiùs, atque vt sibi eas largiantur, persuasuri, non sine fraude aliorum, quod pace eorũ dixerim. Quod sanè quanto in nobis est culpandũ magis, tãto meritum beati Remacli, id planè recusantis, maiori est laude & prædicatione efferendum. Et hæc quidem de sancto Trudone aliquanto fusiùs commemorare uoluimus, vt etiam prophetiæ donũ beato Remaclo non defuisse ostenderemus. Cùm enim Trudo ab ipso primùm recederet, Metim petiturus, propter viliorem habitum eius, domestici beati Remacli illũ contemnentes, molestè ferebant, quòd hominẽ tã malè vestitum, apud se collegisset Episcopus. Id uerò ille ex diuina reuelatione cognoscens, seuerissimè eos obiurgauit: sed cùm eos pœniteret id fecisse, i gratiã illos recepit, admonens vt deincèps cautiores essent. Sed de his aliás.

Optimè suos instituit S. Remaclus.

Quàm verò post hæc sanctè & religiosè beatus Remaclus uixerit, quis satis commemorare queat? Quis eius erga cõmissum ipsi gregẽ solicitudinẽ explicet? Monebat oẽs, vt à blandientis mundi lenociniis sibi cauerent, à curis mundi hutus se subducerent, fraternæ paci & concordiæ studerent, uiam mãdatorũ Dei inoffenso pede tererent, mundũ & eius cupiditates fastidirent, & ceu fœni florem breui exarescentẽ promptis animis calcarent, cælestia mente & actione cõsectarentur & appeterent. Cumq; in his versaretur, maiori cœpit ardere desiderio liberiùs vacandi Deo, ut posset, quàm suauis sit Dominus, gustare. Optabat uerò aliquam sibi rationem ostendi, qua faciliùs id obtineret. Per id tempus Sigebertus rex loca diuino cultui mancipanda, in quibus non erant locis, cum ingẽti animi deuotione condebat: condita velà se, uel superiorũ tẽporum regibus, benignissima largitate & opibus sustentabat, atque ne debitus Deo cultus illic negligeretur, tam beati Remacli, quàm cæterorũ sacerdotum vigilantia curabat.

Sigebertus rex multa condit cœnobia.

In eo loco, quem Casæcõgidunũ vocant, ad Sesmarũ fluuium, idem rex procerũ consilio in honorẽ Apostolorum Petri & Pauli atque Iohannis cœnobiũ cõdidit, quod aptus videretur is locus monachorum habitationi & instituto: idq; sua liberalitate ditauit, egregios Dei seruos in illud adduxit, quorum beatum Remaclum uoluit esse prouisorem, atque etiã magistrũ & institutorem, ut ex eo discerent conuenienter sanctorum patrum traditioni uiuere. Extat hodieque locus orationis, eius opera in rupe excisus, in quo etiãnùm malè habentibus præstantur beneficia curationum. Illic enim uir sanctissimus Deo sese hostiã, ieiuniis & uigiliis maceratam, aliquandiù obtulerat, & Christo familiariùs coniũctus, diuinæ contemplationi se dediderat, atque salutaris doctrinæ pluuiis subditorum pectora irrigarat. At eius tãdèm loci pertæsum, incertum quam ob causam, nisi quòd fama sparsit, locum illum multas persensisse molestias à potentioribus, qui circuncircà morabantur: cumque non haberet rex in propinquo, undè posset is locus dilatari, beatum uirum accessisse regem, eique dixisset Celsitudinem suam, inclyte princeps, admonendam censui, quòd cùm multa passim tua munificentia, Dei & sanctorũ eius cultui dicata sint monasteria, sola Arduenna, in arduis sita mõtibus, nulla adhuc cœnobia obtinet. Iubeat igitur serenitas tua etiã illic nonnulla ædificari: aderit volẽti ex Dei benignitate facultas, & nostrę Sedis uicinitas nõ deerit. Nec uerò difficile erit ea augere & instruere rebus necessariis, cùm loca oĩa illi adiacẽtia, tuæ ditioni subesse dubiũ nõ sit. Ad hæc ità rex respõdit: Tuũ est, pater beatissime, nobis hac in re consilium dare: nostrum erit, tuo consilio accommodare consensum, & maturè illud exequi. Tu igitur huius rei curam suscipe, & in opus incumbe: nos loca opportuna, quæ tu elegeris, & impensas tibi nõ negabimus. Deindè conuocauit rex fideles viros, sanctũ Cunibertũ Episcopũ, Aterlanum, Theodefridũ & Gislochardum Episcopos: optimates quoq; suos Grimoaldum maiorem domus, Folcoaldũ, Bobonẽ: itemq; domesticos suos Clodulphũ, Ansigisilum & Berselanum: iisq; dixit: Ex uoluntate Dei, & uestro cæterorũque nobis fidelium consensu, duo statuimus condere monasteria intrà fines Arduennę, in quibus degant viri religiosi, monasticæ vitæ cultores, qui pro nostra & successorũ nostrorũ incolumitate, & totius regni stabilitate & tranquillitate, atque eorum, qui curis regni distinẽtur, conseruatione, Deum omnipotentẽ deprecentur. Eius verò rei procuratorem & hortatorẽ Remaclum Episcopum, ipsi operi pręesse volumus.

Cunibertus Colonien. Epi.

Vide quod olĩ de monachis ĩ reges senserint.

Itaque regia authoritate & necessariis comitibus munitus sanctus Episcopus, Arduennam syluam, paludibus & montibus impeditam, petit: Vuarchinnam riuulum accedit: inuenit illic certa indicia, loca illa quondàm idololatriæ fuisse mancipata. erant illic lapides, Dianę & id genus portẽtosis nominibus inscripti, uel effigies eorum habentes: fontes etiam, hominum quidem vsibus apti, sed gentilismi erroribus polluti, atq; ob id etiãnùm dæmonũ infestationi obnoxii. Igitur adhibita adiuratione per Christi nomen, & S. Crucis signo expresso, locũ illũ à dęmonũ incursatione vindicauit & expiauit, mox aq; aqua ab ipso fonte manatu guttatim dilapsa euanuit. Vidẽs autem vir sanctus locum illum tum piscosis aquis, tũ pascuis uberrimis cõmodã præbere habitationẽ, prolixo super fontẽ precatus, eũ benedixit, lapidi signũ Crucis insculpsit, plũbũ in foramina infundens. Et eccè subitò erumpũt aquæ largissimæ, quę vsque in præsens dictis nostris fidẽ faciunt eas cernentibus. Et quia locũ illũ à malorũ spirituum infestatione mundauerat, Malmũdarium, quasi à malo mũdatum, placuit eũ appellare. Extruxit autem illic oratoriũ, itemque habitacula in vsus seruorum Dei, auxitque ea, quæ ad Dei cultũ expectarẽt.

Malmundariũ cur sic appellatũ, eiusq; origo.

Sed cùm is locus in Agrippinensi parochia situs esset, cœnobium suscepit construendum, quod suæ diœcesis limitibus contineretur. Procedens igitur indè quasi ad duo milliaria versùs occidẽtem, Callã riuulum, qui parochiis conterminus est, transiit, & ad Amblauam fluuium in cuiusdam montis confinio substitit: atque ibi aliquandiú commoratus, multa de se sanctæ conuersationis exempla dedit, quemadmodùm possunt, qui volunt, nosse ab incolis id referentibus. Etsi autem locus ille multos haberet fontes, tamen quod angustus esset, nec officinis necessariis sufficeret, ad Orientem reflectit gressus, parumperque procedẽs, vi

det

det locũ spatiosiorem, futuroq; operi accõmodatiorẽ. Ibi ergò labori cœpit instare attentiùs, aderatque illi, vt in talibus solet, diuina virtus, qua factum est, ut volũtatẽ effectus sequeretur. Porrò ꝙ feræ eò vndiq; ceu ad stabulũ uel potus, vel pastus causa confluerẽt, antiqtùs ille locus Stabulaus dictus fuit. Quod nomẽ vir sanctus minimè censuit immutandũ, sed & dici & esse uoluit stabulũ fideliũ animarũ, eò tanquàm ad æternæ vitæ pascua deincèps properaturarũ. Porrò fratribus, quos illic uir Dei ad præsens congregauerat, non paruum sępè terrorem attulit strepitus ferarum, eò cateruatim accurrentium: ità ut cum horrore quodam ad beatum Remaclum illi operi insistentem cõfugerent, quidque sibi aduersùm eas diaboli machinas præsidij capiendum esset, inquirerent. Quos ille benignè consolans & confirmãs: Credite, inquit, in Domino filioli fideliter: eius mãdata sectamini inuiolabiliter: mentem à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, seruate liberam: animas vestras castificantes, Domino puram impendite seruitutẽ: sine intermissione orate: vespere, manè & meridie psallite: lectionĩ sępissimè vacate: frontes uestras Crucis communite signo, eius virtutem uestris imprimite animis: & confestim insidię & machinamenta teter hostis in nihilũ redigentur, & ferarum, per quas putat se ad uos oppugnãdos inuenisse aditũ, horror omnis facesset. His.n. modis etiam ante nos infestabat Aegypti, Thebaidis & Nitriæ eremos incolentes, quorum vtinàm nos vel qualescunque possimus inueniri sectatores. Habet ille mille nocendi artes, nec desunt ei innumeræ fallẽdi viæ. Sed nos non ignoramus dolos & fraudes eius, qui etiam per muscas quandoque nos impugnat. Nos verò Christi serui, quo illius incursatione crebriùs premimur, eo magis assurgimus, fortiter illi resistentes. Expertus satanas, pertimescit initia rectè viuere instituentium, vigilias, orationes, ieiunia, mansuetudinẽ, patientiam, voluntariam paupertatem, vanæ gloriæ contemptũ, humilitatem, misericordiam, & præcipuè purum erga Christũ amorẽ. Quamobrèm ut leo in spelunca insidiatur ab occulto, uos vt à proposito deterreat. His & eius generis aliis verbis eorum animos ad Dei cultum promptiores effecit, & aduersùm tentationes omnes confirmauit.

Stabulẽse monasterium cur dicatur, & eius nomĩs etymologia.

Diabolus quæ reformidet.

Posteà institutis operum præfectis, quid ageret, exposuit, atque ita Tungros vel Traiectum se recipiens, ad pastoralis officij curas animum intendit. Nõ multo pòst rex ea dedicit constructa monasteria, & immẽsas omnipotenti Deo gratias egit: & quia ecclesiæ recèns ędificatæ, Episcopali benedictione indigebant, beatum Remaclum accersiens, tam eam, quæ erat Coloniensis parœcię, annuente venerabili Cuniberto Episcopo, quàm illam, quę nostræ diœcesis est, ab eo voluit solenniter consecrari, ut cuius dispositione & ingenti studio conditę erant, eius etiam opera pontificali benedictione afficerentur. Nec verò ad has res uir sanctus vllas moras attulit: qui sanè & regi, & proceribus adeò charus erat, tantaque apud eos existimationis, ut nihil, quod magni esset momenti, absq; eius consilio fieret. Atque ea causa, Missarum peractis solẽniis, vtrũq; monasteriũ Grimoaldus maior domus, illius tradidit solertiæ & industriæ gubernãdũ: simul indicans ei, si qua essent monachis necessaria, ea regẽ suppeditaturũ, vbi per ipsũ de iis certior esset factus.

Ità nimirùm sanctus sacerdos remotioris vitæ sectandę, & captandæ solitudinis, ut semper optarat, Deo annuente, occasionẽ adeptus est: & licèt summa cũ difficultate, impetrauit tamen tandèm à rege, vt alius ipsi successor daretur, ipse verò diu expetitã posset eremum adire, vbi remotus à curis secularibus, liberiùs rebus diuinis & cęlestibus inhiaret. Proposuit regi & optimatibus S. Theodardum, cuius erat vita ꝓbata, orauitq; vt is suas expleret vices, & sibi subrogaretur antistes. Tũ verò, dici vix queat, quãtus ob eius recessum luctus extiterit, quàm mœstos & afflictos reliquerit, quibus vitæ semina prębuerat: cùm viderent illi se tali patre, tãtoq; doctore orbari. Omnis ætas, vterq; sexus dolorem animi testabatur lachrymis, & eũ abeuntẽ deducẽtes, magnis uocibus dicebant: Heu miseros nos, quidnam acturi sumus, qui tanto pastore destituimur? Vndè nobis suppetet cõsolatio illo amisso, qui miseriarum nostrarum fuit præcipuum leuamẽtum? Quis porrò nobis medebitur, quãdò ille nos deserit, qui doloribus nostris ꝑcipuè nouit facere medicinam? Quę nobis salutis spes reliqua est tanti patris præsentia carituris?

S. Remaclus monasticam sectaturus vitam, Theodardum sibi petit substitui.

Eorum uerò lachrymis & querimoniis permotus vir Dei, his ferè verbis eos consolabatur: Nolite, quæso, filioli animi mei propositũ vestris lamentis retardare. Habetis Deũ pastorẽ & patrem intrà nos, qui benignissimè consolabitur vos in rebus duris & aduersis. Nè quid autem ei extrinsecùs desideretis, prouidimus vobis filiũ nostrum Theodardũ, in oĩbus probatum, qui diligentissimè saluti uestrę ĩuigilabit, & tritici mensurã uobis summa fide dispensabit. Cuius prudentiam cùm vobis non dubitẽ sufficere, cupio optatę me dare solitudini, & in præsentia illius maiestatis omnia contẽplantis habitare mecum. Ad hæc responderunt, qui inter eos erant prudentiores: Vide etiam atq; ẽt, pater beatissime, quid agas: attende, qua nos ignominia afficias. Gregem, quem semel pascendum susceperas, ut habent sanctorũ Patrũ statuta, nisi infirmitate cogente, & nisi sponte tua id facias, relinquere tibi non licet. Nam dum Eṗs viuit, quem ab officio suo valetudinis imbecillitas, non crimẽ, reuocat, aliũ illi subrogari, nisì ipse priùs recuset, & petitionẽ scripto probet, nulla ratio permittit. Etiã mente capto, si ægritudo suam habeat per interualla remissionem, non debet alius substitui, nisì ipse annuat. Quòd si nunquàm sit mentis compos, persona fidelis ac probatæ vitæ eligẽda est, quæ, dum ille vixerit, vices eius impleat, & defuncto tandèm succedat. Hanc patrum viam si quis tenere nolit, is & vxorem dimissam męchari facit, & ei, qui sic dimissam duxerit, adulterii notam inuret. Hac igitur ratione uide pater sanctissime, quantùm grauetur iudicium tuum, quidve nostra fama accipiat detrimẽti. Crimen tibi nullũ intenditur, ob quod, si cõuictus sis, deponaris. Morbus te nõ premit, cuius causa tanquàm repudiũ exhibens, à tuo ministerio suspendaris. Itaq; petitionẽ tuam, qua cupis tibi functionẽ hanc abrogari, licèt scripto cõfirmes, reijcimus: alium, qui tuas gerat uices, prorsùs nõ admittimus: tantum abest, ut alium tibi uiuenti succedere patiamur. Pater tu nobis datus es legitima successione: nos non adulterini, sed legitimi filii & dici & esse percupimus.

Eṗo viuẽti num liceat aliũ subrogare.

Aduertisti iam, vbi prægrauetur iudiciũ tuũ: accipe, quęsumus, undè existimationi nostræ ignominiæ nota inuratur. Vt nos rectè atq; ordine deseras, nullæ tibi causæ suppetunt. Primùm, ꝙ minimè sumus adulterini, ut iurè nos relinquas. In Catholicę matris gremio à te sumus excepti: nunquàm credulas aures peruerso dogmati adhibuimus. Et si fortassis ẽt ea ĩ parte peccassemus, tu nobis mederi debueras. Deindè ut aliò te conferas, nulla te nostra persecutio cõpellit. Quòd si uerò Dominus permittit fugere, dum sęuit persecutor, certè infirmorũ, nec satis perfectorũ est ea consolatio. Multi sancti patienter tolerarũt malorũ improbitatẽ, & sua patientia illos curarunt. Postremò tũ fugiẽdi, nõ æquo aĩo ferendi sunt mali, cùm nulli adsũt boni, quibus prodesse queas. Sed heu miseros nos, qui

Mat. 10.

Mali subditi quandò deserẽdi.

dum

dũ tua hominis perfectissimi præsentia destituimur, in eam infamiæ suspicionem vocamur, te non modò studiorũ nostrorũ pertesum esse, sed & prauis actionibus nostris expelli, tuo tanti viri recessu haud obscurè significante, nullum apud nos bonũ superesse. Nihil iam reliquum est, nisi ut calumnientur obtrectatores, augurentur malèdici, successores tuos nõ modò eijciẽdos, sed & morte afficiendos, quãdo & tu te à nobis subductis, & beatus Amandus, decessor tuus, puluerẽ pedũ in nos excutiẽs, à nobis recessit. Verùm Deus omnipotens, facilis ad ignoscẽdũ, cùm obiurgauit Prophetã ob ederã subitò arescentẽ malè contẽtũ, (*Ionæ 4.*) satis declarauit se lõgè ægriùs laturũ, si pereat creatura ipsius, seq; malle pœnitentiã peccatorũ q̃ mortẽ.

(*Ezech. 18.*) His verbis cõmotus vir Dei, tacitus apud se cogitãs aliquãdiù, tandẽ in hæc verba prorupit: Nolite fratres mei, id genus verbis me perstringere. Equidem non molestè fero deplorare vos apud me dispẽdia vestra: sed ferre nõ possũ, q̃ tanq̃ iniuria affecti, mecum expostulare vultis. Nõ ego vos adulterinos haberi volo, & q̃ ea causa discesserim à vobis: nec tã malè sentio de uobis, ut existimẽ me nullũ apud vos fructum posse proferre, atq; idcircò aliò me transferã, vbi fructus maior spes affulgeat. Sed neq; mihi id tribuo, perfectũ me esse: tantũ abest, vt perfectissimus videri velim. Nec meo iudicio perfectorũ est, à cœptis nõ desidere, & se extẽdere in anteriora: actuosæ vitæ cũ Martha insistere, ad contẽplatiuã verò cũ Maria feruenter nõ adspirare: & si se offerat occasio, actuosæ vitæ potiùs renuncisre, q̃ contẽplationi nõ cupidissimè incũbere. Domino me adiuuãte, vos mihi cõmissos, vt potui, gubernaui: ut labor meus in uobis fructuosus esset, magna instãtia rogaui. Nec me tædio afficiũt studia uestra, nec offendit prauitas, q̃ nulla est, actionũ uestrarũ. Hoc unũ superest, ut talẽtũ, qd̃ in uobis gaudeo cumulatũ, aliò conferã; magis magisq; cumulandũ, ut uestra abundãtia illorũ inopiã suppleat. Fecerunt hoc ante nos & sancti hoies, quorũ vtinàm nos uel extrema merita æquare possimus: è quib. plerique maioris utilitatis causa, ad alias ecclesias se transferri passi sunt: nonnulli spe uberioris meriti ultrò commigrarũt. Posteà uerò, si sentirẽt uel parũ proficere, uel suã operã nõ admodùm necessariã, sese subduxere, & ad maiores labores suscipiẽdos obtulere: quippe qui ut fortissimi pugiles Christi intrà quietis claustra teneri nollẽt, sed in apertũ certaminis cãpum ultrò prosilirent: non desertores pugnæ spiritalis effecti, nec instàr mercenariorũ ad luporũ cõspectũ fugientes, sed fortiter cõgressuri, eò spontè sese ingerentes, ubi aut rarior eẽt aduersùs hostes certãtiũ numerus, aut ipsi hostes acriùs & propiùs imminerent. Nec tamen ego, filioli, horũ mihi uirtutẽ arrogo: non me illorũ meritis parem temerè asseuero. Quòd si verò successoris nomen ferre nõ potestis, sit sanè cooperator meus. Neq; me putetis uobis absentẽ fore, qui tamen si ad alios instituẽdos proficiscor, nõ tamen extra hãc diœcesim excessurus sum. Non longè a uobis abero: si quis casus euenerit, licebit cõsilii causa ad me accedere: ubi & pro peccatis uestris intercessorem, & omniũ, quæ uobis necessaria sint, quæq; uos angãt, tanto solicitiùs, memorẽ habebitis, quãto ero a curis popularibus remotior, & proptereà ad diuina cõtẽplanda expeditior & studiosior. Olim Moyses in monte stabat, & Israel cum Amalechitis pugnãte, nõ armis, sed precibus certabat, efficiebatq; ut tanto esset in cõflictu Israeliticus populus superior, q̃to ipse Deo in oratione propinquior, & a strepitu prælianciũ remotior. (*Exod. 17*) Et mihi, charissimi, deliberatum est illic diuinæ contẽplationi attentiùs inhærere, ubi me seculares tumultus minimè interturbent. Ad hanc rẽ me incitat beatus Iohãnes Baptista, qui & in tenera ætate maluit inter feras degere, & earũ cibo uesci, q̃ apud suos manere ciues, nè uel ocioso sermone se contaminaret. Habeo & ad hanc uitã egregiũ ducẽ Moysem, cui optatius fuit in uasta eremo diuinis frui colloquiis, q̃ Aegyptiorũ opibus & delicijs eneruari. Elias quoquè & Eliseus, cæteriq; Prophetæ, studio contẽplationis insignes, & reges domuerũt. Abraham, omniũ pater credentiũ fide effectus, huc me inuitat, cuius iam antea secutus exemplum, contẽpto natali solo, res facultatesq; omnes abieci. Deniquè ipsius Domini Saluatoris exemplo prouocor, qui cũ teterrimò hoste conflicturus, solitarius ad eremũ abscessit. (*Insignes eremitæ, S. Iohannes Baptista, Moyses, Elias, Elyseus, Abrahã.* — *Matt. 4.*) Cuius misericordia & benignitate vtinàm fiat, ut & ego illic improbi hostis fraudes proterere, de illic instituendis lucra cumulare, & uestræ saluti meis precibus aliquid utilitatis adferre queã. Ita B. Remaclus dolores suorũ leniuit, & q̃rimonias sedauit, ac deindè suo prexit itinere.

Postquàm aũt ea res innotuit, tum propè, tum procul degentibus religiosis viris, quorũ Deus animos permouit, cœperunt vndiq; ad eũ ceu apes ad aluearia confluere, nonnulli se omnipotentis Dei seruituti addicere, & leui Saluatoris iugo colla supponere: quidã liberos suos liberalibus, immò verò monasticis imbuẽdos disciplinis, atq; illic Christo perpetim seruituros offerre: multi de suis facultatib⁹ & redditibus, sanctis necessaria ministrare. (*Multi fiũt monachi sub S. Remaclo.*) Inter quos etiã dominus & pater Papoleuus ad eũ inuisendi quidẽ causa venit, sed ei⁹ inhærere magisterio, quàm domũ redire, maluit. Susceptus est à B. Remaclo officiosissimè, & uixit apud eum sine offensione: quiq; instruendus eò venerat, cõpluses suis exẽplis ad virtutis studiũ incitauit: Cernẽs id beatus Remaclus, secũq; cogitans ea cã missum eũ fortassis à Domino, rogauit eũ, nè ab ipso discederet: tum præterea ob fratres in disciplina continendos, Malmundariensi cœnobio, cuius monachi S. Benedicti instituto uiuebant, salua in omnibus authoritatẽ sua, eũ præfecit. (*Papoleus p̃ficit cœnobio Malmundariensi.*) Atq; indè Stabulaus reuersus, ad maiora virtutum opera se accinxit, suisq; exemplis permultos ad sui imitationem pertraxit.

Quis apud illum tristitiam nõ mutauit in gaudiũ? Quis iram animi tranquillitate & pace non depulit? Quis orbitatis luctum, ad eius cõspectũ nõ cohibuit? Quis nõ paupertate pressus, eius sermonibus ità sublevatus est, vt & diuitum opes despiceret, & sua inopia lætaretur? Quis laborum onere prægrauatus, eius non est adhortatione erectus? Quis adolescens sæuiẽtis libidinis igne succensus, non confestim ad eius admonitionem saluberrimã, pudicitiæ cultor extitit? Curabat vexatos à dæmonio: illicitis cogitationibus æstuantes, ab opere malo retrahebat, docens eas ad petrã Christum allidere. Nouerat quo quisq; laboraret morbo, & ex uitæ meritis singulos existimans, pro ratione morborum, adhibebat repræhensiones. Intereà crescebat illic diuini amoris studium & ardor, monasticæq; disciplinæ rigor inflexibilis. Quàm uerò in cæteris eius monasterii officinis oĩs fuerit peccãdi interdicta facultas, testis est uel solus dormitorii locus. Testis est & sanctus Lambertus, qui è sua pulsus sede, eò potissimùm confugit, quòd non esset nescius, illic uel maximè sanctæ religionis uigere cultum. (*S. Lambert⁹ cõfugit ad Stabulẽse monasterium.*) Testis quoquè est Crux lapidea, ad quam ob strepitũ labentis calcei, quo fratrum quies fuit interrupta, ire iussus nocte media, vsque in crepusculũ sub illa stetit, psalmodięq; & precibus uacãs, atq; frigus cõtemnens, & niues calcãs, sanctitatis suæ certa iudicia dedit. Sed de his aliàs.

Porrò autem crescẽte religione, creuere etiã ecclesiæ illius prouentus. Vbi enim rex Sigebertus eum audiuit fratrum feruorem erga Christi cultum, beatum Remaclum euocans, præter ea, quæ priùs dederat, &

vir illustrissimus Grimoaldus obtinuerat, vnde etiam hactenus fratres vixerant, ex consensu fidelium suorũ, tam Episcoporum, quàm procerũ supra dictorũ, in honorem Dei & cultum sanctorum Petri & Pauli Apostolorum & B. Martini, qbus ea loca dicata erãt, permisit B. Remaclo, vt in usus seruorum Dei, quo deincèps quietiùs uiuerent, & absq; uicinorum impressione soli Deo liberiùs uacarent, per vtriusq; monasterii circuitum duodecim leucæ designarent, intra quarum limites quicquid haberetur, ab solis vtriusq; cœnobii colonis excoleretur. Dicit autẽ leuca apud Gallos, spatium mille quingẽtorũ passuum, id est, duodecim stadiorũ. Eã donationẽ testamento cõfirmatã, & annuli regii impressione consignatã, sanctus vir libẽter accepit, & reuerenter conseruauit. Deindè anno decimoquarto regni sui idem rex testamento legauit beato Remaclo quẽdã in Aquitania, putã teloniũ in portu Veraria ad fluuios Tauuscum & Ittãsitẽq; portum Sellis, & Vogatium ad flumẽ Ligerim, cũ omnib. ad eũ attinẽtibus: Quod quidẽ testatur scriptũ; eius nisnn subsignatũ: Sancta, inquit, ac venerabilia monasteria, Stabulaus siue Malmundarium cognominata, vbi vir venerabilis Remaclus Episcopus & Abbas, Christo auspice, præesse videtur, quæ uir illustris Grimoaldus maior domus in honore sancti Petri, ac sancti Pauli, vel sancti Martini, seu cæterorum sanctorũ suo opere in vasta eremi Ardennensis construxit, quẽadmodùm nos loca ipsa ad ipsa monasteria ædificanda pro nostra pceptione ex foreste nostra cõcessimus: quæ licèt gratia Christi sint ditata, mũdanã in substantiam cernãtur parumpèr habere. Ideò diuina inspiratione cõmoniti, decreuimus aliquãtulùm de fisco nostro ad ipsa monasteria respicere & psolari: & cętera, q̃ in eodem scripto (author vocat præceptum) sequuntur. Denique ex fiscis, quæ monasteriis illis adiacent, decimas illi dedit, quas etiamnùm ea monasteria obtinent.

Sigeberti regis liberalitas. *Leuca Gallis qd sit.* *In hoc scripto nihil de stylo mutatũ est.*

Post hæc rex ille, cùm Austrasiæ regnũ preclarè rexisset, diẽ clausit extremũ. Porrò Grimoaldus maior domùs, siue præfectus palatii, vel, ut alii volũt, magister equitũ, sub prætextu munerũ accipiẽdorũ, à Clodoueo fratre Sigeberti Parisios euocatus, illic retentus est, q filiũ dñi sui Sigeberti, quẽ in suã fidẽ susceperat, ut eum patri in regno substitueret, Clericũ effecisset siue totõdisset, suũ filiũ regẽuolẽs cõstituere. Clodoueo quoq; defuncto, Clotarius filius eius ĩ Occidẽte, frater Clotarii Childericus in Austrasia regnarũt. Hũc ergò beatus Remaclus adiit, & qd patruus ipsi donasset, ut cõfirmaret, petiit. Rex libẽs annuit, & ut uir Dei petierat, eius successorẽ Theodardum & Odonẽ domesticũ, iussit eiusdẽ mẽsurę solũ remetiri: cuius partẽ dimidiã sibi rex seruauit, reliquã vsibus seruorũ Dei testamẽto addixit & cõfirmauit. Quod qdẽ virũ Dei prudẽter admodùm fecisse cõstat, ut si fortassè successores eius uliqñ minùs possẽt minori negocio, quod minus esset, sine inuidia & ĩfestatione vicinorũ, liberiùs sibi vẽdicarẽt. Obiit verò & Clotarius rex, & ad Childericũ monarchia deuoluta est. At ille posteà pp morũ ĩsolẽtiã interfectus, fratrẽ Theodoricũ habuit ĩ occidnis regni partib. successorẽ, cui magister equitum fuit Ebroinus. Horũ tyrannidẽ auersati Austrasiani, Pipino principi studebant & parebant. Is vbi didicit, in suprà dictis monasteriis cultũ religionis augeri, duas ex fiscis suis uillas in vsus mẽsę seruorũ Dei, vnã in Hasbanio, alterã in Ardoenna, p Dei & S. Remacli amore, attribuit. Sub horũ tẽpore ferunt eum Romã profectũ, sancti Petri aliorumque sanctorũ suffragia imploraturũ, atq; illic tandiù in pces & ieiunia incubuisse, donèc diuina & Angelica consolatione fretus, quandam reliquiarum eius dem beatissimi Apostoli partem meruit obtinere; quæ quidem apud nos auro gemmisq; ornatæ, præcipuo cum honore asseruantur. Quòd licèt quibusdam fortassè incredibile uideatur, nos, qui comparabilem illum veneramur thesaurũ, multa in earum psentia diuinitùs vidimus beneficia pstari: q̃ poterit, qui volet, in libro uirtutum siue miraculorũ eius, lectitare.

Pipinus duas uillas largitur monasterii. S. Remacli.

Iam verò senior beatus Remaclus, sed moribus tamen, quàm annis maturior, diem uocationis suę sẽtiens imminere, tempusq; aduentare, quo cõpẽsaret honor in cælis, quod labor triuisset in terris, subditos suos ad se accersit, & tum ipsius obitu, tum sua desolatione mœrentes, ità consolatus est: Eccè patres sanctissimi, eccè fratres charissimi, quos habeo affixos intimis visceribus meis, pars dimidia animæ meæ: ego uiam vniuersæ carnis ingredior, nec ad nos deincèps rediturus sum. Vestra itaq;, quos desero, solitudo me habet solicitum, nõ mea abitio, qui Deo me consolante cõfirmor. Nõ me terret conditio cõmunis, mortalium oim, quãdò etiam tota sapientis uita, quædã debet esse mortis cõmentatio. Non potest fœda mors accidere viro forti, nõ immatura sapiẽti, nõ misera cũ prouidenti. Vestra me teneritudo, quos adhuc expediret solidioribus informari disciplinis, non parùm mouet: vobis prorsùs timeo, nè, si lupi rapaces incurrant, nemo sit, q eos repellat. Equidẽ hęc monasteria Deo & sãctis eius dicaui, vestrisq; vsibus accõmodaui, vestra in hoc usus opera forti & fideli. Quid aũt in posterũ euẽturũ sit, incompertũ est mihi. Videtis sanè, quo loco res nostrę sint, & q̃ sit hic mundus ĩn maligno positus. Si quid igitur potest apud uos oratio mea, curate, obsecro, nè ab ea integritate, quam in vobis efficere volui, ullo ùnquàm errore abducamini: sed sitis semper in Christo coniuncti & unanimes, quemadmodùm & patrũ traditione, & scripturarum sãctarũ lectione, & mea solicita adhortatione accepistis. Ex uestris manibus nunq̃ deponatur sacra lectio, sed in ea sit vobis iugis meditatio. Vt enim ager, quamuis fertilis, sine cultura non potest esse fructuosus: ità nec sine doctrina animus. Nostis illud, docto & erudito homini uiuere, esse cogitare. Orationi frequenter incumbite: pro culpis humana fragilitate admissis, Deum deprecamini: nec solùm precemini, nè alias deincèps admittatis, sed etiam accuratè, nè id fiat, inuigiletis. Si quis enim socordię & ignauiæ se dedat, frustrà ille Deũ implorauerit. Vobis uirtus sit, uitium fugere: & sapientia prima, stultitia caruisse. Pudor, iustitiæq; soror ĩcorrupta fides, nudaq; ueritas, vestris in cordibus sibi domicilium vendicẽt, ut qui facta uestra conspiciunt, ad imitationem prouocentur. Veram peccatorũ cõfessionẽ faciatis Deo & prælatis vestris: tentationum impressiones in ipso primo aditu detegatis. Stultorũ enim prępostcrus pudor, dum celat vlcera, illis maiores subministrat uires. Obedientiam maioribus exhibete, eorum institutionibus animos accõmodate. Tum enim quisque rectè uiuit, si curat id esse, quod audit. Ab omnibus, quę ira suggerit, uobis temperate. solus enim est triũphus innocẽtiæ, non peccare cùm possis. In optimis quoq; temperantiam quandã adhibete. Est enim modus in rebus, sunt certi deniq; fines, quos ultra citraq; nequit consistere rectum: & metiri se qsq; suo pede, suoque modulo debet. Nemo alteri iniurius sit: accipere.n. q̃ facere, præstat, iniuriam. Patientiam, quæ miseriarum portus est, amplectimini. nemo enim adrò barbarus est, ut nõ possit mitescere, modò culturæ patiẽtẽ cõmodet aurem. A nullo labore, qui sit à præfectis vestris vobis impositus, absterreamini: qa omnes etiam duri labores, contentione fiunt tolerabiles,

Vita sapientis, commẽtatio mortis. *Sacræ lectionis vtilitas.* *Pudor, Fides. Veritas.* *Peccatorum confessio.* *Obedientia.* *Tẽperantia siue Modus.* *Patiẽtia.*

& usus siue cõsuetudo laborum, etiam dolores, facit magis patibiles. Segnitiem prorsus fugite. non enim ignauas mentes facilè comitatur uirtus. Superbiã vel maximè respui, ut uera possitis libertate potiri. Nõ.n. ille liber cẽsẽdus est, cuius animũ superbia occupat. *Castitas.* Castitatẽ sectamini. oĩs nanq; põderatio, ut ait *Eccl. 26.* scriptura diuina, non est digna cõtinẽtis animæ. Prosperi successus, qui etiam sapientum animos fatigant, non uos delectent, nã qui plùs nimio delectatur reb[9] secũdis, in diuersas mutatis quatietur. *Cõcordia.* Ante oĩa pacẽ & cõcordiã seruandã admoneo, vt sicut in duob[9] estis monasteriis cõgregati, itã gemina in uobis seruetur dilectio Dei & proximi: cumq; sit unus vobis pastor pfectus, nullo vnq̃ scandalo aut schismate vos diuidi patiamini. Nõ vos ossa consumẽs vastet inuidia. nanq; inuidus alterius rebus macrescit opimis, & inuidia Siculi nõ inuenẽre tyrãni maius tormentũ. Si minores fortassè adsint facultates, nolite cõqueri. Pauper enim non est, cui rerũ suppetit usus: & ipsa nos natura quotidiẽ admonet, q̃ paucis, q̃ vilibus, q̃ paruis egeat. Nõ opibus mentes hominum curæq; leuantur.

Hæc sunt, charissimi, quorũ uos admonitos volui, tã q̃ vltimũ uale vobis dicens, iã iãq; è vita abiturus. Vos curate, vt tãto arctiùs vestris inhæreãt pectorib[9], quãto maiorẽ ex meo recessu molestiã capitis. Quæ si apud uos fructũ aliquẽ effecerint, maximo me gaudio afficietis. Simul autẽ cogitetis, uos quoq; morituros, & itã tẽpus pœnitentiæ agendæ collatũ, nè q̃so, inaniter sibi patiamini. Veniet, veniet ille dies, cùm frustrà desiderabitis vel vnius horæ vsurã. Dũ ergò tẽpus est, operamini bonũ ad oẽs. Labũtur.n. anni fugaces, diq; truditur dies. Iã mortalia non sperãda monet annus, & albũ quæ rapit hora diẽ. Mors vltima linea rerũ est. Perpetuus nulli datur usus, & hæres hæredẽ alterius velut vnda superuenit vndã. Puluis & vmbra sumus: omnes vna manet mors, & calcanda semèl via leti. In bonis aũt operibus & rectè factis si hinc decesserimus, beati erimus, vnà cum corporibus etiam omni cupiditate & æmulatione absoluti.

Felix beati mors obitus. His suauissimis, iisq; extremis sermonibus mærorẽ illorũ leniuit. Deindè modica correpl[9] febre, cùm se sacrosancti corporis & sanguinis Dñi uiatico confirmasset, inter charissimorum filiorũ manus animã reddidit creatori, post diuturnã Christo exhibitã seruitutẽ. Verus Israelita, egressus ex Aegypto, spoliato vicino, aucta talẽta reportauit. Corpus eius honorificè curatũ, cũ multa psalmorũ & hymnorũ melodia in beati Mrtini oratorio, qđ ipse extruxerat, humatum est: vbi ẽt aliquandiù iacuit, miraculis interim testatũ efficiens, se apud Dñm uiuere. *Primi Abbates Stabulẽses & Malmũdarien.* Successit illi dñs Papolenus, uir Apostolicus, cuius suprà fecimus mẽtionem; Papoleno Sigolinus, beati patris iudicio æquè approbatus. Sigolino Goduinus, annis & morũ maturitate grandæuus, qui sancti viri corpus transtulit, & i ecclesia beati Petri reposuit, lectũq; illius auro & argẽto ornandum curauit. Vbi per eius merita multa usq; in præsens Dominus miraculorũ signa efficit, quæ illic conscripta habentur in laudem & gloriam præpotentis Dei, qui est benedictus in secula, Amen.

LIBER PRIMVS DE MIRACVLIS beati Remacli eodem Notgero authore: sed ob lectoris vitandum tædium, multa F. Lauren. Surius in compendiũ redegit.

PROLOGVS AVTHORIS.



POST gloriosissimi agonis omnibus seculis laudabilem triumphum, quo deposito carnali indumento, immarcescibilem gloriæ idem nactus est coronam, ad comprobandum quanti meriti, quantæque sanctitatis beatus vir iste fuerit, noluit pius Dominus occultum manere, quod apud illum non latebat: sed fieret hominibus quoq; clarum, quanta gloria ille polleat in cælis, cui tanta miracula, quæ nostris adspectibus concessa sunt videre, præstat agere in terris. Non enim audemus silere, quæ nouimus, nè quasi desides & tardi opera Christi enarranda vel miranda, diiudicemur. Nec alia, nisi ea, quæ relatu veracium hominum didicimus, vel ipsi oculis perspeximus, dicere volumus, ne culpa mendacii arguamur.

EO tempore, quo ecclesiæ nostræ altare construebatur, adfuit illic Ioseph quidã adeò contractus, *De contracto sanato. Cap. 1.* vt in genua presso capite, non posset cælum suspicere, nec in caput vno in loco diù retinere. Id mali tum sibi accidisse referebat, cùm in agro vicini sui gramina ipsius equus iniustè carperet. Tum.n. fulgure percussũ, sensisse se tãtã adustionẽ, ut mox deposito capite cõtraheretur. Quadã aũt Dñicæ nocte, fratribus diuinũ officiũ persoluẽtibus, ille in pauimẽtũ templi proruens, magnis clamoribus cõplet tẽplũ, adeò ut p horrore illi qui vigiliis intererant, fugerent, & in altaris locũ irreuerẽter irrũperẽt. Monachi verò suo more matutinos hymnos sublimiter depromẽtes, abeunt ad hominẽ clamãtẽ, videntq; eũ integerrimæ sanitati restitutũ. Percõtantur, qui id factũ sit: ille respõdet uidisse se ceu faculã ardẽtẽ à lecto beatissimi Remacli vibratã, ipsũ subitò irradiare, & malũ oẽ à corpore depellere. Ibi tũ cernere mirũ erat, quicquid fulguris ignis adusserat, simul atq; abstersũ esset, non solùm simile esse carni reliquæ, sed cãdidius ẽt atque vegetius. Monachi solennes laudes offerunt Deo & sancto patrono. Seruantur autem lignea instrumenta, quibus tum ille, tum alii, qui illic sanantur, usi fuere, & ad templi fores suspenduntur, vt sint monimenta uirtutum Christi, & ea uidentes, enarrent magnalia eius.

Alius quidam ferro uinctus, vbi cancellos attigit, *Cap. 2. Vincula cuiusdã rumpuntur.* mox sentit dirumpi uincula, seque liberatum. Mirantur omnes, qui aderant: & gratias agens Deo, domum lætus reuertitur.

Cæca quædam, cùm diù luminibus orbata fuisset, *Cap. 3. Cæca uidet.* per uisum nocte admonetur, ut aquã è sãcti uiri fonte haustam bibat, eaque oculos abluat. Pãret illa, & repentè fit sana.

Amulgerus q̃dã tẽpore messis Dñico die, nõ dans *Cap. 4.* honorẽ Deo, plaustra onusta cũ sua cõiuge domũ adducebat. Et eccè festuca eius oculo infixa, luscũ reddit hominẽ: atq; ex eo dolore, ẽt alterius oculi lumẽ amittit. Tãdẽ de misericordia Dei cõcepta fiducia, alterius ductu pmulta obit sãctorũ loca, eorũ suffragia implorãs. Interim quadã nocte audit, si velit effici incolumis, vt ad memoriã beatissimi cõfessoris Remacli properet. Lætus surgit è lecto, multisq; peragratis locis, tandèm sabbato venit eò, quò iussus erat. Nocte sequẽti fratribus vespertinos hymnos cõcinẽtib[9], ille clamoribus implet ecclesiã. Fratres sẽtiẽtes uirtutem adesse diuinã, magna uocum contentione laudant Deum. Absolutis precibus, ueniunt ad hominẽ *[illegible]* iam clarè uidentem, audiuntque ex eo, à mausoleo beati uiri instàr radiorum solis lucernam coruscantem, omne ipsius caput concussisse, lumenque ipsi redisse.

Non diù post res gesta innotuit Ludouico inui- *Cap. 5.* ctissimo principi & proceribus eius. Perductusque ad eũ cæcus, narrauit ei ordine rem omnem. Imperator immensas Deo gratias agens, multumque exultãs, ipsius temporibus tanta fieri miracula, lumina cæco diuinitùs restituta deosculatus est.

Cap. 6. In eo loco, quē incolæ Dernū vocāt, Abbas noster, qui per id tempus vtriq; loco præerat, sūmoperè cōnitebatur, ut regularis augeretur cultus. nam hactenùs instàr Canonicorū illic vixerant. Itaque è nobis seniores fratres ibi cōmutari voluit; qui hortarētur eos ad regularis siue monasticæ vitæ studiū. Iā aduentabat festus dies piisimi doctoris nostri Remacli, & illi à nostris de eius rebus gestis edocti, statuunt noctem illā vigilijs celebrem ducere. Ecce aūt opportunè adest quidā mēbris oībus contractos, cuius plantę femori adiunctę visebātur. Is ait, diuinitùs sibi dictum, monachos beati Remacli illic adfuturos, & ea nocte vigilias celebraturos, seque illic sanatū iri. Permisū est illi in templo permanere: porrò simul atq; oēs quieti se dederunt, ille repentinis clamoribus eorum quietē inturbat. Surgunt ergo, & ad celebrādū diuinū noctis officiū properant. Eo absoluto, accedūt hominē, eumq; saluū cōspiciunt. Laudatur magnis vocibus Deus; q̄ etiā ipsis procul degētibus sancti memoria nō desit. Deindè percontantur ex eo, quo pacto curatus sit: respondet, vidisse se pontificē, vultu Angelico & splendida specie, in templū ingredientē, ipsiq; manū porrigentem: moxq; membra omnia suis locis & officiis restitura.

Cōtractꝰ sanatur.

Cap. 7. Rodlindis fœmina, ab ipso ortu prorsùs muta, peruigil erat in templo, cùm apud nos dies festus sanctissimi Remacli ageretur. Vbi fratres oēs ad nocturnū cum multa deuotione, magno studio & contentis vocibus persoluandum officium conuenère, ut Dñs illorū confirmaret fidem & actus pios, illa misera, quam immondus spiritus à natiuitate adeò mutā reddiderat, vt nec verbū posset eloqui, subitò tā perfectè sanata est, nobis id coràm cernentibus, ut nullus nostrum rectiùs verba formare posset.

Muta loquitur.

Cap. 8. Homo quidā improbus ausus fuit beati viri terrā sibi vendicare. Admonetur à nostris blandis verbis, non decere illū, ut per uim vsurpet restanti patris. Ille nihil cunctatus, cum suæ partis defensoribus venit ad locum illum: adducit falsos testes, qui sanctè iurare non dubitant, eā terram eius ditionis potiùs esse, quàm ecclesię nostrę. Ille verò et hūc i modū sibi ipsi imprecatur: Ità mihi adsit in afflictis rebus meis sancti huius meritū, & sic in capite & barba mea pili maneant, quemadmodùm ego rectè asseuèro terrā hanc me iure obtinere. Eadem nocte acerba premitur corporis valetudine, vnguesq; & pili eius a capite & barba prorsùs auelluntur. Territus tam dira oipotentis Dei castigatione, non solùm qđ abstulerat reddit, sed duplo plus etiam addit desuo. at tamen quoad vixit, nec capillos, nec barbam recuperauit.

Vltio diuina ī usurpantē bona monasterij.

Cap. 9. Alius quidā arietē vouerat sancto uiro, iamq; eū ducebat ad eius ecclesiā. Vbi aūt in monasterii cōspectum venit, tentante eum satana, mutat sententiam, mactatoq; ariete, ea nocte egregiè epulatur, totāq; pecudē cum suis deuorat. Sed non dormitat cælestis vindicta. Nā misero illi os & uultus ferè ad aures retorquentur, taliq; deformitate affectus, clamat se voti reū: sicq; discendes, nō priùs eo vitio caruit, q̄ vita.

Itē in votifragrū.

Cap. 10. Ermērada ad tres mēses cæca, in somnia monetur, ut uotū aliquod nuncuper beato Remaclo, nec dubitet se lumen recuperaturā. Illa rebus pauper, fide integra, cùm nihil haberet aliud, cereolum iubet ad sepulcrum beati uiri accendi, donèc consumptus sit. Ardet cereus, illoque absumpto, lux reddita est mulieri.

Cæca illuminatur.

Cap. 11. Ante hoc biennū Lungulfus quidam rogatus à cōiuge sua grauissimè decumbēte, ut fibulas argēteas ad beatissimi antistitis locū deferret, & pro animæ ipsius salute precaretur: pmisit se factorū, qđ peteret: sed post eius obitū promissi immemor, diuino timore & amore posthabito, argētū in suos cōuertit vsus. Eam temeritatē non ferens occultorū cognitor Deꝰ, perfidū illum sex mensiū cęcitate damnauit. Sciscitantibus cognatis, vndè illi tam repētina accidisset cæcitas, confessus est ob argentū fraude retentū, eā sibi euenisse. Hortantur ergò eū, vt præstet, qđ vxori promiserat. Păret ille, & properè ad monasteriū abiens, fatetur culpam suam, & coniugis iussa exequitur. Deindè nocte tota orans ad sepulcrum beati uiri, sob auroram sentit lumen sibi restitutum.

Punitur fraus cuiusdam.

Nupèr quidā ea familia nostra Gotherus, dæmonū vexatione per somnium surdus effectus, per visū iussus est adire limina sacra beati Remacli. Ille dubius animi, tamen cœpit proficisci, adferens certā fartis mensurā, quam monasterio debebat. Cumq; nō lōge abesset à monasterio, bos illius uel ob nimiā lassitudinē, vel ob aliā aliquā molestiā, immotus substitit. Ea causa afflictus homo, mansit illic ea nocte. Post noctis mediū in somnis uidet senē quendā ad se venientē sanè splendidū, virgāque manu gestantē, caputque & aures ipsius ea cædentem, & indè abeuntē. Itaq; experge factus, comperit se rectè valere, ac pauló pòst etiā bouem, penè moribuodum, iā prorsùs restitutū. Cap. 12.

Surdus audit.

Eiusdē familiæ Theodrados terrā aratro proscindens, hora sexta uidit senem sob clerici forma ad se venientem, rogātemq;, ut ipsum ad monasteriū perduceret, summopere illuc ire cupientē. Negat ille se posse cęptū opus intermittere. Sæpius ità roganti ille semper negat assensum. Nocte aduentante, cùm se sopori dedisset, rursùs eàdē forma senex ei appàret, idē orās, qđ iā crebrò anteà. Illo prsùs renuēte, pcussit eū manu i faciē, eūq; ictū mox surditas secuta est. Post dies paucos abit humiliter ad sacratissimū sancti viri tumulū, & pro eo orat apud eū. Et ecce, sicut ipse nobis narrare solebat, cernit lucē ab altari procedere, eūdēque senē lucernā manu tenentem, signum Crucis ipsi imprimere, moxque membra affecta sanare. Cap. 13.

Itē alius.

In villa pagi Fulminensis, quam Marram uocant, quæque in ecclesiæ monasterii nostri dotem cessit, nupèr indigenæ oratorium condere instituerunt. Habuit ea structura celerē progressum, erat n. lignea. Deindè rogant antistitē, vt cōsecraret ædē, cùm priùs è monasterio reliquias S. Remacli, vt eius nomini templum dicaretur, petiissent & accepissēt, quas et Episcopus reuerēter opportuno loco reposuit. Expletis aūt vigiliis & cæteris dedicationi cōgruētibus, vbi ventum est ad altare tegēdū, Grimuara matrona venerabiles, linteū offert antistiti, quo altare operiretur, idque sub testificatione, nè vnq̄ nisi lotionis caosa indè amoueretur: cuius lotionis ministeriū sibi relictū voluit, credēs sibi profuturū, si q̄d officij præstitisset sāncto confessori. Non diù pòst sanctimonialis, quæ illic se seruiturā deuouerat, oblita propositi sui, ea palla uel lintao ab altari sublato caput tegit, & abit, diabolico instinctus satisfactura. Sed confestim adest vltio: nanq; domū reuersa, dęmone eā exagitante, aquam calidam parat, eaque caput abluens, prędicto linteo se tergit. Eodem momento adeò capilli omnes à capite defluunt, ut nec vestigium eorum vllum appareret. Ità quę altarium sibi præter fas velamen usurparat, naturale capitis tegumentum perdidit. Huc accèssit totius capitis pruritus, & magna pediculorū vis. Tandem à fratribus monasterii oratum est pro illa, facinus suum agnoscente & accusante, & capilli renati sunt. Potest hoc disci exemplo, res sacras minimè temerandas. Huius vero rei tot sunt testes, quot eius prædii sunt uere habitatores. Cap. 14.

Vide vltionē cælestem abutētē altaris linteo.

Cap. 15. Visum est aliquandò fratribus, quædam circa venerabile beati viri sepulcrum emendari oportere. Aduocantur artifices, indicant illi, quid fieri debeat: deindè ad certū diem adsunt cum rastris & mal-

Mira odoris suauitas è sepulcro S. Remacli.

leis, humũ sepulchri effodiunt, foribus obseratis: in fodiendo magnã sentiunt difficultatem ob soli tenacitatem. Vbi autem superior terra nonnihil amota fuit, tanta ex sepulcro manauit odoris suauitas, àc si aromata omnia illic cremarentur. Terrentur artifices, fugamque capessunt. At templi custos, diuinã intelligẽs adesse virtutem, confirmat eos, dicens certò indè liquere, adesse præsentem beatum uirum, ipsorumque labori fauere. Pergunt igitur, vt cœperant fodere: porrò odor ille foras erumpẽs, locum omnem complet, itàut ad omnium notitiam perueniret, quod fratres celatum volebant.

Cap. 16.

Calcus villa monasterii nostri, ad Mosam sita est, ĩ qua, ob piscandi cõmoditatẽ, monachus, de cuius fide & conuersatione nihil dubitaretur, constitui solebat, vt captos pisces certo tempore in monasteriũ inferret. Fuit hoc muneris quandoq; demandatum Leuifrido grandæuo fratri: qui diuina benedictione fretus, vtplurimùm magnam piscium copiam in monasteriũ adducebat. Interim adest festus beati Remacli dies; Leuifridus sedulò dat operam, ut posit fratribus gratificari. Itur ad Mosam, trahuntur retia, nullum piscãdi genus omittitur, nec tamen quicquam capitur. Tũ senex ille cõtristatus, nescit quid agat. Trahit amor, vt nè desit solennitati: retrahit pudor, nè uacuus veniẽs ad monasterium, pateat contemptui. Vincit tandem amor, & naui conscensa, abit ad cœnobium. Inter nauigandum autem itá secùm tacitus cogitat: Placetne tibi cõfessor, vt ex tam multo labore nullum mecùm ad fratres fructum apportem? Quod facinus meũ, ob quod omnis piscandi industria elusa est? Mallem equidem in his perire aquis, quàm ut fratres ea me ullum capiant detrimentum. Hæc illo intrà se dicente, subitò ex aquis in nauim irruentibus magnus piscis exilit, quem unus è nautis ad litus tradidit fratribus deferẽdum. Lætatur senex frater, & ad monasterium veniẽs, aliis rem totam exponit. Prudenti deindè consilio decretum est, ut singulis fratrib⁹ singulæ ex eo pisce portiones apponerentur, vt scirent sibi nunq̃ defutura B. Remacli suffragia, si ipsi eius seruitio non deessent.

Piscis magno miraculo fratribus pbetur.

Cap. 17.

In pagi Mosaliacensis prædio Maranco quidam hydropisi vexatus, atq; omni medicorũ opera nihil adiutus, nocte in somnis admonitus fuit, vt ad tumulũ beati Remacli preces fundat. Ille mox indicat cognatis visionem, petit summoperè eò se adduci, promittitq; se quandam vineæ partem sancto daturum, si salus amissa redeat. Parent amici, & cum cereis ducunt hominem ad locum optatum: adeunt tumulum reuerenter, incendunt cereos, orant diutissimè, & morbo se sentit homo liberatum. Vineam, vti pollicitus erat, tradit monasterio, & redit ad sua. Sed paulo pòst iam securus de salute corporis, dolet se vineam beato Remaclo dedisse, nec dubitat eam rursùs vendicare sibi, & uinum ex ea collectum, in sua cella condere. Sed eccè redit ad miserum hydrops pristinus, adeoq; eũ exagitat, ut uitæ spem omnem abiiceret. Dat igitur vexatio intellectum auditui, & sacerdoti atque cognatis exponẽs temeritatem suam, ducitur ab eis infelix vnà cum vino illo ad tumulum beati uiri, multũ trepidantibus illis, nè etiam ipsi eius sceleris pœnas luerent. Rogãtur indè fratres monasterii, vt orẽt pro illo: iubent eum fratres ad Ecclesiæ fores expectare sancti confessoris virtutem, orantesque pro eo nocte illa, manè videt hoiem sanatum. Huius rei testes sunt plurimi.

Hydropicus curat.

Cælestis uindicta ĩ sacrilegũ.

Cap. 18.

Quidam à matris utero surdus & mutus, à parentibus commendatus est homini, qui eum ad sanctorum memorias circunduceret. Iam multum temporis illi consecerant diuersis adeundis locis, cum tandem ad nostrum monasterium perueniunt. Excepti à nobis, in xenodochio ad dies octo humanitatis studio sustentatur. Dominico autem die, qui tum erat ante Christi natiuitatem octauus, pulsabantur signa ad preces vespertinas, & populo ad Ecclesiam confluente, miser ille excitatur, & licèt, quid ageretur, nescius esset, tamen intrat cum cæteris in templum, & in quendam se abdit angulũ. Nobis diuinum officium reuerenter exequentibus, vbi ventum est ad Antiphonã, O sapientia, ille humi collabitur, sanguineque ex auribus & gutture manante, instàr furiosi vociferatur, non vulgum duntaxat, sed nos etiam rei adhuc ignaros perturbans. Laudibus Dei absolutis, imus ad eum, totum pauimẽtum cruore infectum, & miserum propè exanimem conspicimus. Tum uerò agnita patroni nostri virtute, à terra eleuatum & aqua lotum, ad sacrum tumulum perferendum curamus: cũctisque pulsatis signis, Te Deum laudamus, concinimus. Indè ille sumpto cibo, adeò confirmatus est uiribus, ut ad quoduis opus nemo illo promptior esset. Porrò instàr infantis didicit formare verba, non aliud proferre valens, quàm qđ antè ab alio pronunciatũ esset. Vndè satis cõstat, eu hactenùs nec audiuisse, nec locutũ esse. Vbi ea res ad regẽ allata est, cùm apud nos esset, iussit eũ ad se adduci, sibique prandenti assistere, adeoque in eo veneratus est sancti Remacli virtutem, ut hominis illius & os, & oculos, & aures exoscularetur.

Surdus & mutus restitui.

Cap. 19.

Quodam tempore annonã ad nos aduehẽtibus q̃busdã è famulis nostris, pro cõsuetudine certa illis in poculo quodã potus mẽsura apponebat. Vbi ad ultimũ vẽtũ est, cernẽs ille abesse ministrũ, q̃ potũ offerebat, poculũ in suã sarcinã coniicit, secùm ablaturus. Itaq; iungit quatuor boũ paria ad plaustrũ suũ, cupiens cũ sociis abire domũ. Eccè aũt loco illi plaustrũ adeò affigitur, bouesq; tãto rigore cõstringuntur, ut prorsùs moueri non possent. Rogant socii; q̃d ipsi acciderit: fatet furtũ suũ, & sũmo cũ dolore reddit poculũ. Mox abscedũt boues gressu liberrimo. Poculũ illud siue vasculũ post diligẽtiùs seruatũ est, donèc hui⁹ rei fama allata est ad Anicũ Abbatẽ Indæ monasterii: q̃ magnis precibus idã nobis impetratũ, in beati Remacli memoriã, auro includi & catenis argẽteis ad sanctissimi Hermetis martyris monumentũ suspẽdi iussit. Eius. n. præclari martyris sacras reliquias p̃ Lotariũ Imperatorẽ à Romana Ecclesiæ patribus impetrarat, & summo honore prosequebatur. Cùm aũt cognouisset nostra incuria penè in obliuionẽ abiisse beati Remacli miracula, obiurgauit nos, q̃ ea in scripta non essent redacta, dicens cũ aliorũ iniuria id fieri, quos ea laterent. Me verò precibus & authoritate sua eò adegit, ut ea cõscriberẽ. Itá ego obediẽtia fretus, feci ut potui. Lector dabit veniã imperitiæ, si minùs cultus sermo uidebitur. Pauca autem volui annotare ex pluribus, nè nimietas dictis fidem abroget.

Pœna furti.

LIBER II. DE CERTISSIMIS Miraculis S. Remacli episcopi, quæ F. Laurentius Surius itidèm ob vitandam prolixitatem contraxit.

Cap. 1.



Arnolo tertio Imperatore, Anno salutis octingentesimo octogesimo tertio, inuisa gẽs Danorũ, magna instructa classe, ĩ Gallias de improuisò irrupit, iisq; prouagatis, cædibus, incendiis & direptione oĩa vastauit. Indè trãsmisso Mosæ flumine, Arduẽnã syluã mirè populantur, euertunt uillas, incendũt oppida, regias arces & monasteria destruũt. Ventũ est ẽt ad nostrũ cœnobiũ, cui⁹ sitũ clàm noctũ explorantes, itá nos includere constituunt, ut nemo possit euadere. Sed diuino nutu & patroni nostri meritis eorũ cõsilia nobis q̃dã fuga elapsus patefecit.

Dani Gallias populantur.

patefecit. Nos metu perculsi, sublatis beati Remacli reliquiis, licèt serò, fugæ nos mandamus. Nocte intempesta montem ascendimus, & illic respirandi causa substitimus. Tum verò immensum lumen igneæ columnæ effigie videmus descendere in loculum, sacra ossa retinentem. Lux illa longè fuit lunari splendore illustrior. Erat tum frigus urgens: at nos ita sua us quodam calore afficiebamur, vt vernum tempus agi videretur. Interim nos inuicem respectantes, stamus attoniti, nihil loquentes, & tantę rei finem expectantes: cùm post vnius fermè horæ spatium lux illa cælos repetiit. Nos ergo ire pergimus, atque ità illæsi à patrono illo nostro in tam præsenti hostilis persecutionis periculo conseruati sumus, vt nullus ferè barbarorum ense iugulatus sit.

Lux cælitus descendit in sacras B. Remacli reliquias.

Cap. 2.

At durante illa procella, coacti sumus aliò commigrare. Itaque in villa beati Remacli, quam Bouinia cum vocant, vbi tum ab hostibus nonnulla quies dari videbatur, cum sacro eius corpore consedimus, donèc ab Imperatore profligatis barbaris, patrię nostrę pacem redditam didicimus. Interim in villa illa precibus sancti patroni nostri, semper omnia nobis abundè subministrabantur. Pace autem reddita, iam nihil morati, domum contendebamus: & eccè perfertur ad nos tristissimus nuncius, totum monasterium nostrum voracibus flammis absumptum. Ea res nos valdè consternauit: tandèm visum est adire prædiolum Calcum, quod penè solum in ea vastatione nobis relictum erat. Sed illic tanta grassabatur lues, ut humandis vix superstites sufficerent cadaueribus, & quod dictu quoquè fœdum est, plerunquè duo vel tres in uno sepulcro conderentur. Ea res fratrum animos in diuersa rapuit, aliis dicentibus cassum tam præsenti exitio autefugiendum: aliis contrà asserentibus, nullū mortem euasurum, qui ea peste ex Dei voluntate sit periturus; fidendum virtuti beati confessoris, & incunctanter ad locum destinatum eundum; quorum sententia obtinuit, itumque est & breui peruentū ad prædiolum. Mira dicturus sum, sed fidem adhibeat, qui credit nihil impossibile Deo. Ad introitum nostrū omnis illa pestis, sancti Remacli meritis adeò extincta est, vt qui ea nondum laborassent, nihil ab ea mali paterentur: ex iis autem, qui correpti ea erant, permulti sanarentur, cùm hactenùs quisquis eam sensisset, certā sibi mortē impendère non dubitaret. In eodem loco erat puella paralytica, quam ab ineunte ætate morbus lecto perpetuò affixerat. Ea nullo prorsùs cibo, nisi lacte duntaxàt & paucis fructibus, vtebatur, solius aquæ & dulcis potionis, quam rustici bracisam vocant, & in primis vindemiis recentis musti potu contenta. Iam viginti & duobus ferè annis ità victitarat. Nobis verò indè recedentibus ad monasterium nostrum, cuius iam q̄dā tecta à nostris instaurata erant, illa mansit paralytica: sed paulò pòst monetur quidam per visum, ut dicat matri puellę, vt eam benè lotam aportet ad tumulum S. Remacli. Ille se illusum putans, negligit iussa. Iterùm iterumque admonitus, tandèm facit, vt erat iussus. Mater verò puellæ eum confinxisse hæc existimans, nihil se mouet. Tandèm puella ipsa per visum iubetur ocyùs petere oratorium S. Remacli. Illa mox multo clamore matrem excitat, dumque eius opera conatur è lecto surgere, ilicò sanam se comperit, suisque pedibus intrat ecclesiam, gratias actura. Mater autem accensis cereis, signa pulsat, plebs concurrit, ingens omnes occupat stupor & gaudium, Deus laudatus & benedicitur ab omnibus: Benedictus es, inquiunt, Domine, & benedicta opera tua, qui erigis elisos, & sanas contritos; qui mirabiliter sanctos glorificas tuos, mirabilis ipse eorum uirtute glorificaris: Qui uiuis & regnas trinus & vnus in secula seculorum. Eodē die puella citra vllā cautelā panē, carnes, uinum & quicquid ei appositum esset, edit & bibit, & suis pedibus, licèt paululùm nutantes gressu, ambulabat quocunquè vellet. Viuit illa usque in præsentem diem.

Stabulēse monasterium cōcrematum.

Pestis depellitur.

Paralytica renale scit.

Psal. 145. & 146.

Cap. 3.

Alio tempore rursùs barbaris illis incursantibus, è monasterio egressi, sumpto nobiscū oīum laborum solatio beati Remacli corpusculo, ad Castrum Loniam profecti sumus. Eò mulier mente capta, totoque colligata corpore, adducta est. Mirè illa conuiciis, morsibus, ictibus quos poterat, vexabat. Orantibus autem pro illa, qui eā adduxerāt, ad fores ædis, in qua beati pontificis corpus repositum erat, post triduum ferè perfectè curata est.

Insana redit ad sanitatē.

Cap. 4.

Per idē tēpus à Capræmontis castello, quò nos ut cōferremus, Normānica rabies cōpulerat, ad monasteriū pp imminentē patroni nostri solennitatē redire pperabamus. Vbi paululùm extra pagū Solomaniā pcessimus multa nos hominū turba prosequēte, cerei, q ante loculū, quo beati Remacli corpus asseruabatur, ferebātur, paulò antè vi vētorū extincti, rursùs accēsi sūt diuinitùs. Nolebat id credere agrestis turba, sed nunq̄ extinctos cereos affirmabat. Nos rei indignitate cōmoti, cereos extingui iubemus, beatoque Remaclo supplices preces offerimus. Mox adest manus ῦpotentis Dei, & cęlitùs lapso lumine, denuò cerei accēduntur. Adeò verò lux illa totum illustrabat locum, vt nemo posset ambigere cęlestē eā esse. Tū oēs pariter prorūpimus in laudes Dei, immittunt nūcii ad ecclesiā, q nobis interim spallētibus pulsent signa: & eccè totum oratorium vident illi Diuinis cōpletū splēdorib⁹, q nobis abeūtib⁹ pariter disparuere.

Cerei diuinitùs accensi.

Cap. 5.

Mulier paupercula nō ità pridèm miserè cōtracta, ire non poterat. Monetur per uisum petere sepulcrū beatissimi Remacli. Piis quibusdā eam adiuuantibus, venit ad monasteriū vehiculo: & quia non facilè apud nos, nisi certa ex causa, fœminæ admittuntur, ante fores cœnobii deponitur: rogat custodes, ut liceat ipsi in basilicam venire. Tandèm monasterii Prefectis annuentibus, manibus repians venit in templū, prosternit se corā tumulo, diuinā imploratura clemētiā. Exacto ferè triduo, nobis publicè Missam celebrantibus, piissimi confessoris sedulis pulsata precibus adest uirtus. Erigit se mulier, & primū innitēs baculo, ágredi tentat: paulo pòst ītegrā est sanitatem adepta.

Cōtracta erigitur.

Cap. 6.

Fiscus Ledernaus nostro monasterio addictus est. In eo ecclesia est, sancti Simetrii & aliorum virtutibus illustris. Digressi nos à castello Longia, quod æquè nostræ ditionis est, ad eum fiscum diuertimus. Habebamus apud nos preciosum corpus patroni nostri, quod in S. Simetrii ecclesia ea nocte uoluimus conseruari. Vigilabat tum illic frater quidam, isque ante gallorum cantum uidit è cælo lucem descēdere, & per fenestras templi penetrans, feretro, quo sacrum corpus uehebatur, incumbere: simulque tenebras dispelli omnes, feretrum commoueri, campanas cęlesti ui impulsas sonum edere. Fratres & uicini expergiscuntur, re insolita obstupescent, licèt molestum esset præter morem surgere, at tamen surgunt ad nocturnas persoluendas preces. Vbi ad ecclesiam uentum est, & compertum quid accidisset, animaduertunt sancto corpori non deesse Diuina officia atque ministeria. Itaque laudibus celebrant Christum, qui tam mirabilis est in sanctis suis. Frater autem ille, qui hæc viderat, præ nimio timore, penè exgrase se fuit. Quod idcircò illi accidisse suspicor, q fortassis uitiorum suorum formis & imaginibus reuerberaretur. Animalis.n. homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Cùm ergò interdùm humana mens supra se ducitur ad aliquid vidēdū, necessè est, ut uas

Nota rē miram.

Psal. 67.

1. Cor. 2.

ctile, corpus, inquam, ferre tantum pondus non sustinens, infirmetur. Possumus autem nos ex hac visione colligere, quòd ea nocte coniunctis inter se S. Simetrij & beati Remacli reliquiis, etiam spiritu se reuelare voluerint. Sancti enim cùm suos in terris visitant, luculenti appârêt, vt sunt in cælis. Ait enim S. Gregorius: Debent ea quæ ministrant, ad eius similitudinem tendere, cui ministrant: vt quæ inuisibili seruiunt, esse inuisibilia non dubitentur. Hæc autê quæ esse credimus, nisi sâctos angelos & spiritꝰ iustorû?

Cap. 7.

Lungobardus quidam filiam habuit, cuius plantæ cum suris, itâ corpori superiori adhærescebant, ut penitùs ingredi non valeret. Itaque ducebant eam ad multa sanctorum patrociniis celebria loca, etiam in exteras regiones, sed nihil impetrabat. Nec tamen abijcere spem voluit, sed audiens apud nos magna diuinitùs præstari beneficia, de sanctæ patroni nostri benignitate concepta fiducia, venit ad nos, & filiolam suam cum cunis posuit in templo. Quodam autem Dominico die puella vagitu suo adeò molesta fuit sub Missę sacrificio, vt extra templum eam efferre oporteret. Latebat tunc nos & etiam patrem eius, quid diuina in ea virtus operaretur. Pater ergò ducit eam ad hospitiû, & cùm nihil de vagitu remitteret, ille quadâ molestia affectus, volês certiùs nosse, qd haberet, pannos, quibus inuoluta erat, dissoluit, eosque videns sanguinolentos, palpat loca ea, quæ diximus, sentitq; eius membra redintegrari, iam tibiis prorsùs extensis. Laudat ergò omnipotentem Deum, & patronum nostrum sanctum Remaclum. Idem nos facimus, postquàm ab eo didicimus, quid actum esset.

Contracta infantula sanatur.

Cap. 8.

Erat apud nos monachus, ecclesię nostræ custos; qui cùm carnis abominandis vitiis esset addictus, nô dubitabat id officij exercere: & licèt sese non corrigeret, tamen impudenter & obstinato animo apud sanctorum pignora & Deo sacratas aras versabatur impurus. Non attendebat, quid accidisset filiis Eli sacerdotis, quid filiis Aaronis, ignem alienum offerentibus: vndè tamen facilè animaduertere potuisset, si illæ ueteres cęremoniæ neglectæ, tam diris suppliciis addixere eos, quos diximus, sobriè & iustè ac religiosè & salubri cum terrore Christi sacramentis inseruiêdum. Voluit autem sanctus patronus noster eum e detestandis facinoribus reuocare. Sanctorum enim animę omnipotentis Dei claritatem intuentes, quæ foris aguntur, cælesti beneficio agnoscunt. Appâret igitur rustico cuidam, mœstus ei exponit monachi temeritatem, iubet eum accedere, & suis uerbis eum deterrere. Tum quoque monet, vt iubeatur monachos perscrutari conscientiam suam, ut hac ratione ad se reuersus, corrigat sese, nè diuinitùs puniatur. Rusticus facit, quod erat imperatum, venit ad monachum, ducit eum seorsùm, humi coram illo se abijcit, orat, ut quod reuelatione didicit, secùm perpendere velit. At ille postquàm audiuit rustici sermones, non se erigit contra se, non in seipsum descendit, sed instar fanatici verborum fulminibꝰ verberat miserû; ait phàntasmatibus ipsum delusum, præ nimia miseria incidisse in insaniâ. Rusticus abscedit, & miser monachus côtempto illo, tanquàm indigno, cui aliquid diuinitùs reueletur, pergit more suo licentia effrenata. Non cogitat sæpè abiectos & viles homines etiam ad potentes mitti, nec despici ab eis contemplatione illius, à quo missi sunt. Non venit in mentem, olim prophetasse Balaam pessimum, prophetasse Saulem tum, cùm sanctum David persequeretur, denique etiâ Caipham acerrimum Christi hostem, futura prædixisse: vndè colligere debebat, spiritum Domini & animas iustorum non per bonos tantùm, sed etiam per malos efficere, quę multorum saluti prosint.

1. Reg. 4.
Leuit. 10.
Sancti nôrunt res hominû.
Num. 23.
1. Reg. 19.
Ioan. 11.

Dum ergò non uult agere pęnitentiam, totum corpus eius lepra sibi vendicat, & prurigo, vndè tantus exhalabat fœtor, vt etiam amicis toto animo subuenire ei cupientibus, intolerabilis redderetur. Ducitur ergò in domicilium quoddam extra cœnobium, & illic res necessariæ affatim ei suppeditantur. Sed fœtor incredibilis omnem fratrum accessum ab eo excludit, cogiturq; is, qui cibum ei apportabat, escas in scamno apud ostium deponere, & velocissimè abire, quòd fœtor tolerari nullo pacto posset. Ea miseria diù vehementer afflictus, è vita abiit, nec cuiquam adhuc compertum est, num pœna illa temporaria, peccati castigatio fuerit, uel initium sempiternæ. Scimus ex scripturis, duplici contritione conteri peccatores, & temporales afflictiones prodesse aliis, aliis obesse. Ex hoc uerò, & id genus aliis miraculis discimus, quàm graue sibi iudicium paret, qui uitæ integritate & castimonia posthabita, non ea, qua par est, in Deo dicatis oratoriis reuerentia uersatur.

Percussus lepra monachus irreligiosus.
Ierem. 17.

Cap. 9.

In fisco, quem Brattin vocât, cuiusdam domini seruus familiam ecclesię nostrę multis vexabat modis, nec ab ea amentia & importunitate vllius admonitione poterat reuocari. Interim aduentante celebritate patroni nostri, in ipsis eius feriis, pro more multi utriusque sexus & diuersorum ordinum homines, pia deuotione confluunt: adest etiam seruus nequâ, quem diximus, nihil etiamnùm correctus, sed in sua malitia perseuerâs: intrat in têplum, cum aliis beneficia petiturus ab eo, quem in eius familia lædebat. Sed breui apparuit, quàm perniciosa sit temeraria côfidentia & incauta securitas. Cùm enim inter alios staret intrepidus, repentè corruit, amentia corripitur, & membra eius miserandum in modum corâ omni populo contrahuntur. Tum nos accersiti, cum Odilone Abbate nostro eò accedimus, & postquàm multorum relatu, qualis fuisset, côperimus, citra ullâ ambiguitatem diuinitùs eum castigatum animaduertimus, præsertim cùm non ignoraremus plerisque aliis id genus temeratoribus similia accidisse. At tamen curamus eum ad caput sancti Remacli deportari, ut, num sit malum immedicabile, quamprimùm experiremur. Cumque illi condonassemus, quod in nos scelerate admiserat, & pro eo precati essemus, indè recessimus. Post paucas horas custos ecclesiæ alacer ad nos aduolat, hominem sanatum indicat. Nos eo nuncio non mediocriter exhilarati, celeriter ad eum redimus. Videns autem Abbas eum tam præsenti Dei uirtute obstupefactum, confestim in pedes erigit illum. Sentiens verò quodam adhuc languore teneri eum, quęrit num sibi velit potum porrigi. Illo annuête, deponitur calix beati confessoris, qui supra altare pendebat, & uino repletus ei offertur. Eo hausto, & vires recepit, & quod est præstâtius, mores mutauit. Multi eius subita castigatione permoti, ad meliorem se frugem recepere, & à beati uiri domesticis vexandis, aut côtumeliosè exagitandis, sibi deinceps temperarunt. Eius autem domini seruus noluit posthàc eius uti ministerio, sed ad altare beati confessoris eû obtulit, monasterio perpetuò seruiturum.

Homo temerarius diuinitùs castigat.
Curatur in vtroq; homine.

Cap. 10.

Collegit quandoq; Abbas argentum, quo uolebat cuiusdam aræ tabulam ingentem pro decore domûs Dei uestiri. Redigitur argêtû in laminas, laminę inaurantur, exculpuntur, & effinguntur uario opere in iis imagines, custodique seruandę traduntur. is alia re impeditus, ponit eas sup reuerêdû altare beatissimæ uirginis, paulò pòst tutiori loco reponiturꝰ. Erat tû i monasterio nřo clericus qdâ sanè officiosus, nobisq; haud vulgariter charus. Cernês ille laminas tâ malè asseruatas, cupiditate iflâmatꝰ, vnâ ex eis aufert. Vbi animaduersum est deesse laminam, fit q dem diligens

gens inquisitio, sed nihil certi deprehenditur. Tandem anathemate percellitur, qui id sacrilegium perpetrasset: multumque sudatur, vt possit ad rem certam perueniri. Ille manet in scelere obstinatus, nec adducitur ulla re, vt prodat crimen suum. Sed vltio diuina prodit sacrilegum. Arreptus enim à dæmone, passim ab illo raptatur: atque interim crebriùs repetito clamore, testatur se laminam subduxisse. Cùm sic autem diu à nequam spiritu exagitatus, viribus corporis destitueretur, in lecto reponitur, & ea ipso languore, mira Dei dispensatione, in terrorem aliorum ad horam fit rursus compos mentis, & suum facinus confitetur, ita dicens ad amicos & cognatos, qui lectum eius circumsistentes, eum consolabantur: Meritò tam seuerum vltorem experior sanctum Remaclū, quandoquidem ex eius æde argentum miser, iamdiù anathemate plexus, abstuli. Multa mihi in eius monasterio præstita erant beneficia, quæ me facilè, nè id facerem, retrahere potuissent. Sed quia pro illis omnibus etiam tantum maleficium reddere volui, verbera verberibus cumulans, atque in animæ & corporis me summum conieci discrimen. His dictis, iterum mente captus, furere perrexit, & posteà sine fructu pœnitentiæ in ea furia excessit è vita. Hęc quisquis legit, caueat, nè simili se scelere obstringat. Perpendat animo, quo in cœno iniquitas voluetur, quę virtutis & probitatis lua sit: vt virtus ipsa præmium quoddam sit sui studiosorum, & iniquitas improborū supplicium. Quid verò clerici huius horrendum iudicium, aliud nobis innuit, nisi ut sanctos locū hunc incolentes reuereamur? Sicut enim illi ante Dominū assistētes pro culpis nostris benignè intercedunt: ita iterdum, nostris maleficijs exacerbati, nos accusāt.

Sacrilegi terribilis castigatio. *Nota.*

Cap. 11. Fuit apud nos alius quidam clericus, a puero educatus, monasterio nostro ad multa utilis & accommodus. Is in nostro contubernio viuebat nobiscum familiariter, & nobis erat impensè charus. Contigit interim Comitissam quandam venerabilem pro salute sua non parui precii fibulam auream ad cœnobium nostrum (ita enim vouerat) mittere. Indè malignus dęmon, qui diligenter hominum animos explorat, in quæ vitia procliuiores sint, occasione arrepta, clerici huius mentem pertentat. Ille uerò nequissimam suggestionem non grauitatis consilio, nec virtutis cōstātia respuens, oculos ad fibulam adiicit, eamq; clām suffuratur. Non diù pòst Abbas noster Rauengerus dum quosdam è nobis ad sacros ordines vult promoueri, ad Episcopum nos mittit, adiuncto nobis & clerico, de quo nunc agimus. Erat tū Quadragesima. Etsi aūt ille tanti sacrilegii sibi esset cōscius, nullatē id neq; cōfessione, neq; pęnitentia expiauit, sed cōfidēter nobiscū proficiscēs, Diaconus ordinatur est; nō attēdēs, qđ scriptū est: Mūdamini, q ferris vasa dñi: cùm vtriq; eos, q corporis & sāguinis Dñici vasis tractātis adhibentur, mundos & probatis moribus esse oportere. Absoluto deinde sacrificio & pcibus vespertinis, nos ad hospitium imus, eousque producta ieiunia soluturi. Ibi inter edēdū ille confrater noster cadit, frēdet dētibus, mirè se misere se collidit, nosq; admirabiliter obstupefactos, cogit laboranti sibi adesse. Mox à mēsa surgimus, pmulta remedia sūma beneuolētia adhibemus: sed frustrā oia, diuino iudicio in eū ius sibi diabolo vēdicāte. Tota nocte discruciamur animis, & valdè afflictamur. Tādēm benignus Deus, nolēs apud exteros tam fœdū casū nobis cedere ad ignominiā, pfligato dęmone, pstitit vt nobiscū incolumis rediret. Et integra tū hebdomada nullā sensit maligni illius infestationem: qua Dei benignitate ille abusus, noluit facinus suum confiteri: eaqs in curia hostē reddit valentiorem. Nam cùm Cōpletorij preces Dominico die persolueremus, acriùs à dæmone arripitur, nec iam succurrebat nobis, quo pacto ei opitularemur, nec incerti essemus, num satanæ uexatio illa esset. At tamen præ fraterna commiseratione noctibus vicissim apud eum vigilabamus, visusq; est nobis crebriùs, q̄ olim Saul, exagitari. Interim brachium dextrum quo rapuerat aurū, penitùs exarescit: Nobis dubitantibus, an casu id acciderit, vel diuina animaduersione, Abbas noster rem altiùs perpendens, nequaquam censuit casui tribuendū, sed hominē diaboli laqueis constrictum teneri. Mouebat enim, q statim à sacris acceptis ordinib' diuinitùs punitus esset, & vndè animæ remedium capiendū erat, inde ei versum esset in perniciem. Nouerat scriptum, grauiùs eū condemnari, q indignus suscipit, quod nō meretur. Sicut ergò in Iudā temerè percipientem corpus Domini satanas intrauit, quem constat furem fuisse: ità colligebat Abbas etiam hunc fortassis aliquo sacrilegio contaminatum, q ea ferè hora atrociùs cruciaretur à dæmone, qua fuisset sacris initiatus: hortabaturque fratres, vt cùm se illa uexatio remitteret, cautè ab eo expiscarentur, num quid eius conscientiam grauet. Fratres Abbatis iussa capessunt, clanculò ex eo sciscitantur, si quid habeat, quod animum angat. Ille ad voces eorum modò rubore, modò pallore suffunditur: tandemq; licèt pudibundus, suam culpam & agnoscit & purè confitetur, orans ut apud Abbatem pro ipso velint intercedere. Fratres referunt omnia ad Abbatē, Abbas iustitiam misericordia temperat, nec vult addere afflictionem afflicto: prohibet etiam, nè eius crimē in publicum proferatur: indicit fratribus, vt pro illo ieiuniis & precibus & Missarum celebratione incūbant. Quid multa? Reualescit frater, restituitur brachium, dæmon ab eo prorsus eliminatur: nosterq; mœror multiplex, multa consolatione permutatur.

Esa. 52. *Idem alterius sacrilegi horrenda pœna.* *1. Reg. 16.* *Iohan. 12. & 13.*

Cap. 12. Est hodieque apud nos frater quidam faber ferrarius. Is cùm in itinere duos comites suos ex leui causa ad summam contentionem ex largioribus poculis peruenisse cerneret, ita ut iam ad arma prosilirēt, nō sine ingenti periculo se medium interponit, cupiens eos inter se conciliare. Tum alter ex eis, omisso aduersario suo, in hunc furibundus incurrit, multisque eum vulneribus conficit, vt penè exanimis videretur. Ea re nos valdè commoti, maximè quòd fida eius opera sæpè vsi essemus, statim medicos ei adhibemus. Curantur facilè vulnera omnia, dempto illo, quod in brachii iuncturam illatum erat, in quo curando chirurgi errauit industria. Et tamen egit ille, ut extrinsecùs vulnus sanatum videretur, cùm intùs maneret morbus. Accipit ergò pactam mercedem, & tanquàm suo officio probè perfunctus, abscedit. Fabrum rursùs inuadit dolor, nihil potest illo brachio exercere operis, immò nec manum ad os ducere. Vbi nihil proficit humana medicina, ad huius loci sanctos confugit. Accidit verò, vt tum nos cuiusdam afflictionis causa cum crucibus & sanctorum reliquiis Malmundarium peteremus, sanctorum eius loci merita imploraturi, multa nos hominum, vt moris est, turba comitāte, in quibus & faber ille fuit, qui etiam iter nostrum anteuertit. Cumque procul nos aduenientes cerneret, oculis in cælum sublatis, & genibus flexis, rogat Deum, vt p sanctorum illorum merita sibi opituletur. Ità orans, subitò quasi mentis quendam stuporem patitur, moxque se in pedes erigere volens, nutante vestigio, in cubitum relabitur, sicque brachii illa pars, quę perniciosè suo loco mota erat, indè residens, in pristinum statum reuocatur, & homo totus fit sanus, vsque in præsens nobis vtiliter seruiens.

Vide qđ prestet sāctorum inuocatio.

Cap. 13. In uilla proxima, nobis cernentibus, paruulus quidam fuit manibus ab ipsa natiuitate plane contractis.

Dolebant summoperè parentes, & eorum vicem miserabantur vicini, hortabanturque eos, vt cum paruulo eant ad nostrum monasterium, nec dubitent se nō frustrà id facturos, quòd ob illustrādum sanctum suū, permulta illic Deus miracula operetur. Non surdus auditor pueri pater, facit quod admonent. Erat tū solennitas natiuitatis beati Iohannis, vidimusque eum offerentem munus ad altare sancti patroni nostri. Iā enim preces Vespertinas absolueramus, & propter nimiam populi aduentantis impressionem, mâsimus in choro. Interim audimus puerum clamitantem, mira mur insolitum vulgi strepitū, cupimus scire quid rei sit, subitoque puer ad nos affertur iam planè curatus. Laudamus omnes vno ore Christum, confessorem eius prędicamus, ad cuius sepulcrum id genus, quotidianis consolationibus recreamur.

Claudus puer restituitur.

Inter magnam malè habentium turbam, qui ad nos confluebant, venit cæcus quidam, qui iam multa sanctorum loca adierat frustrà, Domino eius curationē differente, vt sancti nostri merita magis innotescerēt. Sub ipsis autem Missarum solenniis in nostram ecclesiam introductus, apud altare nobis cernētibus se prosternit, at què postea eleuatus, perspicuè videt, Deumque in sancto eius, ità vt par erat, mirificè laudat & prædicat, nos quoquè compellens exultare in Domino, & gratias agere.

Cap. 14.

Cæcus lumen recipit.

Villa Vuademias nobis subiecta est, nec à monasterio nostro longe abest. In ea rusticus quidam adhuc superstes degit, qui primo Rogationum die, cùm deberet diuino cultui vacare, contra fas abiit ad syluā; & ligna cecidit in vsus domus suæ. Galliarum ecclesię ex præscripto beati Mamerti Episcopi Viennensis, triduo illo litanias concelebrant, ieiuniis se macerant; pio affectu à mundi illecebris abstinēt, animarum potiùs quàm corporum alimoniæ student. Ea consuetudo hodieque perseuerans ob multas auertendas clades, non debet ob friuolas quasdā occasiones violari.

Cap. 15.

Dies Rogationum

Sed id rusticus negligens, dieique sanctificationis reuerentiam non exhibens, diuinam sensit vltionem; Fascem enim lignorum humeris impositum domum absportat baculo se sustētans: dumque onus deponit, manꝰ curuatis digitis adhæret baculo, nec ab vllo potuit amoueri. Aduocantur vicini, mirantur omnes, rogant, ut quid egerit, exponat. Ille non dissimulat, fatetur peccatum suum: orat, vt baculum oblongum ex vtraque parte amputent, nē eius onere prægrauetur; Deindè admonitus ab illis, sedulò inuisit diuersa sanctorum templa, diù noctuque eorum suffragia implorans. Ità accidit, vt ueniret etiam ad nos, qui tam insolita perspecta vltione putabamus hominem aut periurii, aut sacrilegii dare pœnas. Cùm autem secretò eū examinaremus, negauit se vnquàm vel sacrilegum, vel periurum fuisse. Et nobis sanè visus est uera dicere. Iussimus autem, ut apud aram sancti Remacli se prosterneret. Posteà uerò nobis Missam solenniter celebrantibus, cùm euangelium legeretur, ille vociferatur, & surgit à pauimento. Tum verò nobis & permultis aliis adspectantibus, lignomè manu eius elabitur: rursusque ille tanquàm mētis stuporem patiens, quod nobis maximæ admirationi fuit, humi collabitur, suisque clamoribus efficit, ut Euangelium audire nō possemus. Nec diù pòst sanatus est. Nos uerò lignum illud insimus suspendi ad fores monasterii nostri.

Vltio cælestis.

Pauca alia miracula omisimus, nè fastidiosi lectores habeant vndè conquerantur.

S. MOYSIS VITA, A PHILONE Hebræo tribus libris conscripta, Petro Francisco Zino Veronensi interprete. Extat in eius operibus Græcè scriptis.

LIBER I.



MOSIS apud Iudæos legislatoris, vt quidam volunt, vel, vt alii cēsent, sacratum legum interpretis, viri in rebus omnibus summi, atque hominis planè perfecti absolutiq; vitam, nè ignoretur ab iis, qui eius cognitione sunt digni, scribere constituiꝰ. Nam legum quidem, quas reliquit, gloria per uniuersum orbem peruagata, ad extremos vsque terrarum fines peruēnit: Ipse autem quinam verè fuerit, haud ità multis est notum. Etenim qui ciuitatibus leges condiderunt, propter inuidiam fortasse, & quòd ipse nō paucis in rebus ab Institutis ipsorum dissentiret, noluerunt, vt inter eos, qui apud Græcos celebres erant, numeraretur. Quorum plerique, quam ex literarum studiis adepti erant facultatem, monumētis tum carmine, tum soluta oratione conscriptis dedecorarunt, peruulgatas comœdiæ Sybariticęque nequitiæ turpitudines componentes. Quos exercere ingenia in virorū præstantium uitis explicandis oportebat, vt nec pręclarum quicquam, quod illustrari posset, silentio prætermissum, obliuione deleretur: nec ipsi, potiori bus omissis argumentis, cognitione indigna prætulisse viderentur, cùm accurate scelera ad flagitiosorum hominū gloriam promulgarēt. At ego, neglecta istorum inuidia, quæ de hoc viro vel ex sacris libris, quos ipse tanquàm admiranda sapientiæ suæ reliquit monumenta, vel ex gentis senioribus didici, memoriæ tradam. Semper enim auditis lecta coniunxi atque contexui: Quo factum est, ut diligentiùs, quàm cæteri, quæ ad vitam eius pertinent, videar perfecutus. Exordiar autem, vndè principium ducendum est necessariò.

4. Septēbris.

Nomē Mosis cur minus celebre apud exteros.

Moses genere quidem Hebræus fuit, sed in Aegypto genitus, & educatꝰ. Illuc enim maiores eius, cùm Babylon & loca finitima diuturna fame premerentur, victus quęrendi gratia vniuersi commigrauerant. Ea quippe regio campestris & plana, & cùm rerum omniū, quibus indiget humana vita, tum frumenti potissimùm feracissima. Nam huius flumen vigente æstate, quo tempore non torrentes solùm, sed perennes fluuii minuuntur, exundat, atque agros fœcundos reddit: qui cùm imbre non egeant, magnam omnium fructuum copiam quotannis afferūt, nisi propter redundantem incolarum impietatem iratus Deus eos intercipiat. Parentes sui ordinis optimos habuit, qui licèt tribules essent, concordiæ tamen vinculo magis, quàm generis necessitudine, deuincti erant. Septima ætate fuit hoc pòst illum primum, qui cùm esset aduena, totius Iudæorum gentis dux extitit. Regia autem educatione nutritus est ob hanc causam.

Mosis genus & patria.

Aegypti fertilitas.

Aegypti rex cùm huiusce gentis hominum multitudo vehementer cresceret, veritus nè aduenæ numero indigenas superantes, validiore manu cum illis de imperio contenderent, robur ipsorum tollere nefariis consiliis machinabatur. Permittens igitur, ut fœminas, quæ nascerentur, suscipi atque educari liceret, (siquidem fœmineum genus, propter naturæ imbecillitatem, ineptum est ad bellum gerēdum,) iussit ut interficerentur mares, nè per ciuitates propagarentur & crescerent. Nam uirorum propugnaculum haud

Pharaonis crudelitas

haud facilè capi euertique potest. Natus itaque puer, augustiorem, quàm pro priuato homine, indolem prę se tulit. Quare parentes, quoad fieri potuit, edicta Tyranni negligentes, eum clàm domi tribus mensibus nutrierūt. Verùm, quoniam in regnis non desunt, qui illa etiam, quæ in penetralibus gerunt, diligenter explorent, vt noui semper aliquid ad Regem afferant, veriti, nè, dum vnius saluti conantur consulere, vnà cum illo perirent, lachrymantes filium propter fluminis ripam exposuerunt, gementesque recesserunt, miserantes tum vicem suam, qui propriis manibus filiū cogerentur occidere, tum iniquissimum ipsius interitum. Deindè tanquàm in alieno negocio se, vt maioris calamitatis authores, incusabant. Cur enim eum (aiebant) non simul àc in lucem est editus, exposuimus? Quandoquidem qui non peruenit eò, vt mansuetioris victus particeps esset, eum multi ne hominem quidem existimant. Nos autem superuacaneam adhibentes curam, tres menses illum enutriuimus, atque ità vberiorem tum nobis molestiam, tum ipsi acerbitatem exhibuimus: quippe qui ad ea, quæ iucunda molestáve sunt, diutiùs toleranda iam idoneus, acerbiore malorum sensu perimitur. Ac illi quidem futuri euentus ignari, miserabili dolore affecti discesserunt: Soror autē infantis expositi, fraterna affectione ducta, paulo longiùs, quid euenturum esset, obseruabat. Quę mihi vidētur omninò prouidentia Dei, cui puer curæ erat, accidisse.

Moses infans exponitur.

Regionis Rex charam & vnicam habebat filiam. Hæc, vt fertur, cùm iam diù nupta esset, nunquàm cōceperat, quarè prolis præsertim masculæ, quæ opulētam paternæ felicitatis ac principatus hæreditatem caperet, erat admodùm cupida, ne deficiente sobole, ad alienos perueniret. Quamobrèm eo die quammaximè tristis atque solicita, licèt domi manere, nec porta pedem efferre solita esset, tamen curarum onere fatigata, se cum ancillulis ad flumen contulit: cumq; balneo vsura esset, in carecto densissimo puerum conspicata, vt ad se afferretur, imperauit: eumque à vertice ad pedes vsque contemplans, pulchram habitudinem & formam commendauit: cumque lachrymantē cerneret, non aliter, àc si proprius fuisset filius, materna affectione miserata est. Sciens autem illum esse filium Hebræorum, Regis edictum metuens, quomodò tolli educarique posset, consulebat. Neque. n. tutum existimabat, eum statim in regiam ferri. Adhuc igitur ambigenti, soror pueri, quæ tanquàm è specula dubitationem ipsius conticiebat, accurrit, & rogat, an eum à mulieribus Hebræis lactari velit: illaq; annuente, suam & infantis matrem tanquàm alienam, adduxit, quo promptiùs libentique animo occasionē arriperet, seque illum mercede nutrituram polliceretur, Deo sic prouidente, vt prima alimenta puer germana perciperet. Tum ipsum verè Mosem appellarūt, quòd ex aqua sublatus esset. Aquam enim Aegyptij Mos vocant.

Filia Pharaonis cur Mosē adoptàrit.

Moses à sua matre nutritū.

Cùm autem maiora continenter incremēta, quàm pro ratione temporis, acciperet, citiùs à mamma depulsus est, & à matre eademque nutrice, cùm non egeret amplius lacte, redditus est, quæ ipsum lactandum tradiderat. Erat autem generosa liberalique forma præditus. Itaque videns eum perfectiorem, quàm ętas pateretur, exipsoque adspectu magis, quàm anteà diligens & charum habens, adoptat sibi, cùm priùs artificio tumorem ventris simulasset, quo verus, non autem suppositutius, esse putaretur. Omnia autem quæ Deus vult, quantumuis difficilima sint, facilia reddit. Regio igitur cultu atque institutis educatus, non vt planè puer rebus ridiculis & leuibus oblectabatur, licèt ij, quorum fidei & curę commissus erat, permitterēt, vt animum relaxaret, & nihil ei triste aut seuerum ostenderent, sed pudorem ac grauitatem præ se ferens, iis audiendis & spectandis vacabat, quæ animo erant profutura.

Filia Pharaonis simulat se matrem Mosis.

Iam præceptores vndique conuenerant, partim è locis propinquis, Aegyptique præfecturis sponte sua, partim è Gręcia magnis præmiis accersiti: quorum ille facultates haud ità longo tempore, ingenii præstantia doctrinam & præcepta ipsorum anteuertens, adeò superauit, vt reminisci, non discere, videretur. Quin etiam, quæ cognitu difficilima erant, ipsemet excogitabat. pręclara enim ingenia per se multa noua reperiunt. Ac quemadmodum athletarum magistros solicitudine liberant ea corpora, quæ rectè valent, & omnibus partibus benè compacta, & agilia sunt, quippè quæ nihil aut parùm eis curę præbeant: atque itèm agricolas felices generosęque arbores, quę sponte sua meliores fiunt: sic egregius animus pręripiens, qua dicuntur, per se ipse potius, quàm Doctorum opera, iuuatur. Arrepto nanque aliquo scientiæ principio, tanquàm equus, vt aiunt, per campum excurrit. Numerandi igitur dimetiendique rationem, orationisque numeros, cóncentum & modos, vniuersamque musicam, quæ vel instrumentorum vsu, vel vocibus continetur, & philosophiam, quæ per comparationes & cōiecturas in literis, quas sacras vocant, ostenditur, ex commendatione animalium, quibus diuinos honores tribuūt, & quę artibus ac doctrinis his leuioribus compræhenduntur, ex Aegyptiorum sermonibus didicit. Gręci autem aliam disciplinarum seriem tradiderunt. At illi, qui è locis finitimis venerant, tum Assyrias literas, tum Chaldaicam de rebus cęlestibus scientiam docuerunt. Hanc tamen ab Aegyptiis etiā accepit. Mathematicæ enim facultatis inprimis studiosi sunt. Diligenter igitur ab vtrisque didicit, & in quibus inter se vel conuenirent, vel discreparent. Sine contentione autē lites & controuersias pręteriēs, veritatem inquirebat. Natura enim ipsius nihil falsi poterat admittere: cui vitio sunt affines, quicunque pro partibus pugnant, & propositi, qualecunque fuerit, defensores, vtrùm probabile sit, nècne, nihil explorātes: similes patronis operam suam mercede vendentibus, qui nihil curant, an causæ, quas suscipiunt, iniustę sint.

Moses mirè proficit in literis.

Aegyptij imprimis student mathesi.

Cùm autem è pueritię terminis excederet, prudentior euadebat: nec, vt quidam solent, adolescentiæ cupiditatibus indulgebat: licèt innumerabilibus illecebris accenderetur ex occasionibus, quas regna cumulatè suppeditant: sed ipsas continentia ac temperantia, tanquàm quibusdam habenis coercens, earum impetum cohibebat. Nam reliquas ægritudines animi, quæ ad iram mœrorèmve commouent, natura mitigans & leniens moderabatur. Quòd si quicquam animus tantummodò perculsus & afflictus esset, rationis castigatio grauiorem adhibebat animaduersionem. Ac primos omninò animi motus atque impetus, vt ferocem & indomitum equum obseruabat, veritus, nè rationem, quæ aurigæ munere fungi debet, pręcurrentes omnia perturbarent. Sunt enim bonorum malorumque causę: bonorum quidem, cùm párent rationis imperio: malorum autem, cùm contumaces sunt, nec ei volunt obtemperare. Quibus ex rebus fiebat, & vt qui cum illo versabantur, & reliqui omnes, meritò noui spectaculi admiratione affecti, dubitarent, vtrùm illustris illa, quę corpus eius incolebant, mens diuina esset, an humana, an ex vtroque composita. Animaduertebant enim aliarum non esse similem, sed eminere, & ad magnificentius quiddam extolli. Ventri enim, pręter necessarium tributum, quod natura præscripserat, nihil impertibat. Voluptatum autem, quæ sub ventre

Mosis summa temperantia in adolescentia.

Contemptus voluptatum.

tre sunt, ne meminerat quidem, nisi quandiù liberis operam daret. Parsimonię verò præcipuè studiosus erat. A molli enim delicataque viuendi ratione, vt si qs alius, abhorrebat: quippe qui animo tantùm viuere cupiebat, non corpore. Philosophię pręcepta ex quotidianis actionibus ostendebat, sic loquens, vt sentiebat: ità se gerens, vt ad orationis vitęque concentum dictis facta cognerent, vt qualis sermo, talia vita: & qualis vita, talis sermo reperirentur: vicissimque sibi, tanquàm in instrumento musico concinentes, responderent.

Res secundæ vt plerosq. instat.

Iam cùm multi, si prosper aliquis fortunę flatus eos paulispèr prouexerit, inflati magnos spiritus tollant, & humiliores despiciant, eosque quisquilias, sordes, incommoda, inutilia terræ pondera, & aliis id genus nominibus appellent, non aliter, àc si commutabilem ipsi fortunæ conditionem apud se in tuto stabilique loco conclusam obsignatamque contineāt, cùm ne postridiè quidem eodem fortassè futuri sint statu. (Quid enim fortuna mutabilius, quæ humana cuncta rursùm deorsùm versans, vno eodemque die sæpè excelso loco positum deprimit, abiectumque sublimem tollit?) Hęc isti cum semper fieri videant, planeq; intelligant, domesticus tamen atque amicos contemnunt, legesque, secundùm quas geniti educatiq; sunt, violant, & mores atque instituta patria, quæ meritò repræhendi non possunt, mouent atque dissoluunt, rerumque præsentium studio, nullius veterum memoriam retinent.

Moses hæres regni Aegyptij.

Ille verò felicitatis humanę fastigium assecutus, cùm tanti Regis nepos, auitique regni sic, vt nullus vnquàm filius magis, hæres omnium spe existimaretur, atque adeò Rex iuuenis vocaretur: disciplinam tamē, in qua natus erat, à Maioribus traditam studiosè coluit, eorum, qui se adoptauerant, bona, licèt temporibus splendidiora essent, aliena tamen adulterinaque putans, eorum verò, à quibus fuerat procreatus, quāuis exiguum ad tempus obscuriora forent, propria tamen germanaq; iudicans, tanquàm incorruptus quidam iudex, virorumque, hos amore beneuolentiaque promptè prosequebatur, illos vt de se benè meritos, grata voluntate remunerabat: idque perpetuò præstitisset, nisi nouum & nefarium à Rege scelus, in ea regione patratum adspexisset.

Hospites enim, erant Iudæi. (Nam maiores, vndè genus ducebant, vt antea diximus, ex Babylone atque aliis regnis penuria victus in Aegyptum demigrauerant, & supplices quodammodò ad Regis fidem indigenarumque misericordiam, tanquàm ad sacrum asylum confugerant. Hospites enim apud eos, à quibus suscipiūtur, meo quidem iudicio supplices sunt. Nec supplices solùm erant & amici, sed incolæ iam ad parem cum vrbanis honorem adspirantes, ac propè ciues, ab ipsis indigenis parùm differebant) Hos, qui propriis sedibus relictis, in Aegyptum tanquam in alteram patriam concesserant, regionis princeps non secùs, ac si eos aut bello cepisset, aut emisset à dominis, quorum in ædibus vernæ nati essent, seruitute opprimebat: eosque vt mancipia tractabat, qui non solùm liberi erant, sed hospites, & supplices, & incolæ; & Deum liberis, hospitibus, supplicibus, familiaribus præsidentem, taliumque facinorum inspectorem ac vindicem nihil veritus aut reformidans.

Pharaonis in hospites Iudæos sæuitia.

Ad hæc eis noua quotidiè laboribus premens, maiora, quàm sustineri possent, onera imponebat. Ea si quis propter imbecilitatem detrectaret, ferrum pręstò erat. Operibus hominibus immitissimos ac sæuissimos, neminique ignoscentes præfecerat, qui ex ipsa re operum exactores appellabantur. Lutum alii cō flandis lateribus conficiebant: alii paleas vndiq; comportabant: Laterum enim vincula, sunt paleæ: alii domos, muros, vrbes extruebant: alii excindebant lapides, materiam ipsi die noctuq;, nullis succedentibus, exportantes. Nulla dabatur quies, adeò, vt ne somnū quidem capere liceret. Omnia & opificum & ministrorum munera obire cogebantur. Itaq; breui primò animi concidebant, tum corpora defatigabantur: atque ità tanquàm pestilenti lue correpti, alii post alios interibant. Hos insepultos extra fines abiiciebant, & tam miserabiliter defunctis propinquos aut amicos non solùm puluerem iniicere, sed ne illachrymare quidem permittebant: ut animi etiam affectionibus, quas prupè rerum omnium solas natura liberas esse voluit, seruitutem intolerabili grauioris necessitatis onere affligentes impii minitarentur.

Hæc ille ferens iniquo animo, vehementerque dolens, cùm nec iniurius vlcisci, nec læsis opitulari posset, oratione, quantùm poterat, adiuuabat, præfectos monens, vt moderatè se gererent, & mādatorum acerbitatem mitigarent atque remitterent: operarios autem cohortans, vt præsentem fortunam fortiter ferrent, seque viros præstarent: nec, si corpora fatigarentur, animis deficerent, sed post aduersam, prosperam expectarent. Rerum enim, quæ in mundo sint, omniū esse vicissitudinem. Cæli perturbationem in serenitatem conuerti: ventorum violentiam, in placidum aeris flatum: turbulentam maris tempestatem, in quietam tranquillitatem: res itèm humanas sic agi, atque eo magis, quo sunt mutabiliores. Hisce rationibus se grauissimos eorum morbos vt bonus medicus lenire, ac leuiores reddere existimabat. At illi paulispèr mitigati, rursùm irruebant, & ex respirandi internallo nouum aliquod omninò & grauius malum afferebant.

Moses consolatur Iudæos afflictos.

Erant enim ex præfectis quidam planè implacabiles, atque ità rabide, vt à venenatis carnemque vorantibus bestiis crudelitate nihil differrent, feræ sub humana figura, quæ corporis formam ad mansuetudinis speciē venandi decipiendique causa gestabant, ferro adamātèque duriores. Horum vnum immanissimum, cùm admonitionibus non mitior, sed asperior fieret, iussaque tanta diligentia ac manuum celeritate facientes, vt ne spatium quidem haberent respirandi, ad necem vsque contumeliosè flagris cæderet, de medio sustulit: æquum esse iudicans, vt qui pernicie atque interitu hominum pascebatur, ipse perderetur ac interiret.

Præfecti operum crudelissimi.

Ex iis vnum occidit Moses.

Hoc audito, Rex indignatus est, & grauiter tulit: non quòd vnus iustè, an iniustè necatus occidisset, sed quòd è filia natus, à se dissentiens, non eosdem, quos ipse, inimicos atque amicos iudicaret: sed odisset, quos ipse diligeret: diligeret, quibus ipse infensus esset; in eosque se mitem misericordemque præberet, quos summo ipse odio prosequeretur ac sempiterno. Hanc magistratus semèl occasionem nacti, cùm scirent adolescentem sceletum ipsorum esse memorem, eaque opportunè vindicaturum suspicarentur, innumerabiles hincindè calumnias in apertas aui aures iniulerunt, ut etiam amittendi regni timorem iniicerēt. Id molietur, dicebant. nihil enim humile sapit, semper aliquid machinatur, ante tempus affectat regnū. Quosdam blanditiis allicit, alios deterret minis, alios necat indicta causa: quos tibi charissimos animaduertit, aspernatur. Quid iam cunctaris? an expectas, vt cogitata perficiat? Magni momenti est apud eos, qui insidias struunt, eorum cunctatio, qui petuntur insidiis.

Magistratus inflāmant animum Pharaonis in Mosen.

Istorum criminationibus in Arabiam finitimam secessit: vbi tutò commorabatur, Deum obsecrans, ut miseros è difficilimis incommodis liberaret: eos autem, à quibus nihil in ipsis discruciādis omittebatur, meritis suppliciis afficeret, sibique duplicatam hanc gratiam concederet, ut utrunque posset intueri. Hoc

Moses fugit i Arabiam.

eius

eius bonorum studium, & malorum odium diligens Deus, ipsius audiit vota, nec eorum, quæ illic patrabantur, in longum, vt ipsum decebat, iudicium distulit. Interim se in stadio virtutis Moses exercebat, eiusliq; ratione magistra, optima vitæ genera, quæ tum in contemplatione, tum in actione versantur, cum laude colens vtebatur: & philosophię decreta versans, studioseque animo repetens, ità memoriæ commendabat, vt nunquàm obliuisceretur: eaque statim factis exprimens, laudem inueniebat apud omnes. Quanquam non videri, sed esse laudabilis studebat. Sibi enim tanquàm signum proposuerat rectam naturæ rationem ac legem, quæ sola virtutum est & principium & fons.

Studet non videri, sed esse laudabilis.

Aliàs ergò implacabilem inexpiabilemque Regis irã fugiens, ac tum primùm in alienam regionem profectus, incolarum mores ignorans, nec planè sciens, quibus rebus delectarentur, aut à quibus abhorrerent, etsi quietam & vulgo incognitam vitam agens, latère potiùs voluisset, quàm in publicum sese conferre: eos tamen, qui potentia atque opibus plurimùm possent, officiorum assiduitate rationibus suis studuisset adiũgere, vndè subsidium & opem expectaret, si qui vim aduenientes sibi conarentur inferre. Ille verò diuersam à communi sententia viam ingrediebatur, saniora animi consilia sequens, nec supplantari se, aut decipi patiebatur. Quamobrèm maiores nonnunquàm viribus animos tollerabat, iustitiam satis per se firmam atque expetendam existimans: eaque incitatus, imbecillioribus vltrò ferebat auxilium. Quæ autem eo ẽt tempore gesserit, dicam. Licèt enim parua videri queant, non à parua tamen sapientia profecta sunt.

Apud Arabes pascunt greges etiam illustres virgines & pueri.

Apud Arabes mos est, vt armẽta gregesque pascãt, non viri solùm, sed fœminæ: nec pueri tantùm, sed virgines: non modò obscuris, sed illustribus ortæ parentibus. Septem igitur puellæ sacerdotis filiæ gregem duxerant ad quendam fontem, vinasque funibus vinctas una ab alia, quo labor in singulas ex ęquo dispertiretur, ordine excipientes, alacriter admodùm canales in propinquo sitos implebant. Accedentes autem alii pastores, contempta virginum imbecillitate, eas vnà cum grege conabantur expellere, gegesque suos ad paratum potum adducentes, alieni percipiebant laboris fructum. Quod intuens Moses, qui non procùl aberat, sed propè stans, morem & institutum illud attentè considerabat: Ab iniuria, inquit, non temperabitis? Auaritiæ ne vestræ suffragari solitudinem existimatis? Nónne erubescitis, quia brachia & vlnas inertes alitis? Vos feræ profundæ, ac ventres estis, non homines. Illę quidem virgines animos viriles gerunt, quæ nihil eorum, quę agenda sunt, negligunt: Vos autem iuuenes deliciis muliebribus vacatis. Facessite hinc, atq; illis cedite, quę priores aduenerũt. Vos'ne, quos ęquius erat illis aquę copiam haurire, haustam ab eis, vultis intercipere? At per cælum iustitiæ oculum, ea, quę uel in maximis geruntur solitudinibus, perspiciẽtem, non auferetis. Me nanque prębuit adiutorem, qui illud non expectem, sed illis iniuria affectis opem feram cum magna manu, quam auaros adspicere nefas est. Sentietis autem eam ex occulto vos vulnerantem, nisi sententiam mutatis.

Defendit puellas à pastorum importunitate.

Hæc illo dicente, veriti, nè vaticinaretur, & oracula funderet, (siquidem numine afflatus, & in prophetæ speciem mutatus videbatur) ab incepto desistunt, ac parent, & virginum gregem, suis posthabitis, priorem ad canales ducunt. Illę verò vehementer lætæ, domũ reuerterunt, & quæ præter spem acciderant, sic enarrarũt, vt magno hospitis desiderio patrem affecerint. Reprehendebat autẽ eas, quòd ingratæ fuissent: Cur, inquiens, eum dimisistis, quem oportebat statim adducere, & resistentem obsecrare? Ecquid inhumanitatis in me deprehendistis? Nullos vobis ampliùs iniuriam facturos speratis? Defensorum præsidio necesse est beneficiorum immemores indigere. Verùm, quandò peccatum adhuc corrigi potest, recurrite festinantes, & hominem, cui gratia debetur, aduocate, vt hospitio susceptum remuneremus. Properant virgines, & eum non procùl à fonte reperiunt: mandatumque patris exponentes, persuadent, vt domum veniat. Cuius adspectum ille statim, & paulò pòst sapientiam admiratus, (egregia enim ingenia perspicua sunt, nec ad ea cognoscenda longum tempus est necessarium) ei filiarum pulcherrimam in matrimonium dat, ex vnico officio in illo esse coniiciens omnium virtutum decus. Honestum enim per se amabile est, nec alterius eget commendatione, sed propriis insignibus splendet.

Ducit vxorẽ filiã sacerdotis

Post nuptias autem acceptos pascebat greges, atq; ità ad gerendum imperium erudiebatur. Præfuturus enim mansuetissimo hominum gregi, pastorali cura ad regnum administrandum antè instituitur & exercetur, vt illi, qui natura bellicosi sunt, venatoriis artib^9. In his enim exercituũ duces futuri pręmeditantur, q̃ sint agenda, exercitationisque materiam ex animalib^9 ratione vacantibus sumunt: vt prædiscant, quę vtróq; imperii tempore, tum belli, tum pacis, præstare oporteat. Nam agrestium inter venandum insectatio, est hostium persequendorum institutio. Cicurum autem cura & gubernatio, est regia subditis imperandi disciplina. Quamobrèm non contumeliæ, sed insignis honoris causà, populorum pastores Reges appellantur: mihique nõ ex vulgi opinione, sed ex sententia eorũ, qui rem ad veritatem explorant, (rideat, qui velit) solus ille videtur Rex perfectus futurus, qui scientiæ pastoralis peritus, in deterioribus animalibus didicerit, quę pertinent ad præstantiora. Magna enim perfici nequeunt ante parua.

Reges cur vocentur pastores.

Cùm igitur pastorum, qui tunc erant, optimus euasisset, idoneusque ad eã ministranda, quæ pecori sunt vtilia: quoniam nullum laborem refugiebat, sponteq; sua lubẽs & præsens munere suo cum lætitia synceraque fide fungebatur: sic greges auxit, vt illi iam reliq pastores inuiderent, cùm gregibus suis nihil simile viderent contingere, quibuscum satis præclarè agebatur, si in eodem statu permanerent: at illius greges, nisi quotidie augerentur, videbantur imminui propter magna incrementa, quæ suscipere consueuerant; tum pulchritudinis ex magnitudine & pinguedine; tum multitudinis ex fœcunditate & salubritate. Ducebat autem greges in locum irriguum & herbosum, vbi magna pabuli copia suppetebat. Profectus igitur in quoddam nemus, spectaculum vidit admirabile.

Moses egreg^9 oui um pastor

Rubus (est autem rubus planta quædam spinosa atque humilis) repentè, cùm nullus ignem intulisset, multa tanquàm ex aliquo fonte manante flamma, totus à radice ad summum circunfusus exardebat, & manebat tamen incolumis, nec cõburebatur, perindè quasi res esset, quæ lædi non posset, nec pabulum ignis ipse foret, sed igne nutriretur. In medio autem flammæ cernebatur forma omnium pulcherrima, quę nullius similitudinem præferebat, imago planè diuina ac singularis, sua clariorem igne splendorem emittẽs, quã coniecisset quispiam esse effigiem Dei. Vocetur autẽ Angelus, quoniam adspectu magnifico futura denunciabat, silentio propè clariùs, quam voce. Rubus etenim ardens significabat eos, qui afficiebantur iniuria: ignis verò vrens, illos, qui iniuriam inferebant. Quòd autem ardens non combureretur, indicium erat, iniuria affectos, ab inferentibus non deletum iri: sed horũ quidem vim atque impetum, inanem ac vanum fore, illis autem insidias non obfuturas. Nam Angelus ipse prouidentiam Dei, res graues & formidolosas præter

Rubus qd sit.

Rubus ardet, nec cõburitur.

omnium

omnium spem in lenes ac placidas commutantis, indicabat. Sed imaginem hanc diligentiùs expēdamus.

Exponit, quid rubus ardēs significarit.

Rubus, planta, vt dictum est, maximè imbecillis, sed aculeis tamen itá munitar, vt solo tactu vulneret, ab igne, qui exurendi vim habet, non consumebatur: sed contrà potiùs seruabatur ab eo, talisque manens, qualis erat antè, quàm incenderetur, ac nihil prorsùs abijciens, lucem acquirebat. Quibus omnibus ea describitur consolatio, qua tunc in calamitate constitutos sustentabat, hanc tantummodò vocem non edens: Nolite animos despōdere. Imbecillitas vestra vis est, quæ feriet & vulnerabit innumerabiles: ab illis, qui vos euertere cupiunt, muniemini potius, quàm adolebimini: mala vobis obesse non poterunt. Quinetiam cùm quis vos penitùs oppressos existimabit, tum gloriam vestram maximè illustratam adspiciet. Ignis rursùm, qui consumpendi vim habet, crudeles arguit, ac monet, nè propriis viribus elati, confidant: sed robur imbelle redditum atque sublatum conspicientes, resipiscant. Vis enim in flamma comburendi, vt lignum accenditur: Quod autem in ligno naturam habet vt comburatur, perspicuè tanquàm ignis accendit.

Hoc mirifico portento velut euidentissima admonitione Mosi futura præmonstrat Deus, & oraculis incipit adhortari, vt populi curam defensionemque suscipiat: quippè qui non solùm libertatis eius minister, sed etiam demigrationis ex eo loco dux haud itá multò pòst sit futurus: pollicetúrque, se in omnibus præstò futurum. Afflictorum enim & intolerabiles iam diú contumelias tolerantium, nullo homine nec subleuante, nec miserante: Ego, inquit, misertus sum. Etenim, cùm & priuatim singuli, & vniuersi vno consensu precantes & supplices ad me confugerint, à me decet auxilium expectare. Sum autem natura mitis, & veris supplicibus misericors. Ad regionis Regem proficiscere, nihil omninò reformidans. Prior enim, à quo insidiarum metu aufugeras, defunctus est: qui autem nunc rerum potitur, nihil succenset tibi. Seniores ergò, qui sūt in populo, tecum adducens, dic, eos oraculo à me euocatum esse, vt ex patrio more atq; instituto, trium dierum itinere indè progressus sacrifices.

Moses autem non ignorans, sibi nec suos, nec alios fidem habituros: Si me, inquit, interrogauerint, ecqđ sit nomen illius, qui miserit me, ego autem id expedire nequiuero, nónne videbor eos decipere? Primùm, inquit, illis respondeto, me esse illum, qui est: vt cùm intellexerint discrimen, quod est inter Esse atque Nō esse, simul etiam discant, nullum reperiri nomen, qđ propriè congruat mihi, cui soli adest ipsum Esse. Quòd si ingenii imbecillitate percipere non valebūt, & requirent, quomodò appeller, dicito, Me non solùm esse Deum, sed trium virtute insignium virorum Deum, nempè Deum Abraham, & DEVM Isaac, & Deū Iacob. Quorū primus sapientiæ, q̄ doctrina traditur: alter illius, quæ natura percipitur: tertius eius, quæ exercitatione comparatur, exemplar est. Quòd si nondum crediderint, tribus portentis, quæ nemo prius nec adspexit, nec audiuit, edocti credent. Portenta autem illa erant eiusmodi:

Ego sum, qui sum, nomen Dei.

Abrahā. Isaac. Iacob.

Virgam, quam habebat, iubet in solum proiicere. Quæ confestim animata, repebat, ac inter serpentes excellens, ingentis magnitudinis draco fit absolutissimus, à quo celeriter recedens Moses, seque præ timore vertens in fugam, reuocatur, iussuque Dei fiduciam & animum subministrantis, cauda draconem apprehendit. At ille, qui adhuc conuoluebatur, ad tactū stetit, & in longitudinem sese concinnè componens, statim in ipsam virgam reuersus est. Vtraque profectò commutatio admiratione digna: vtra verò mirabilior fuerit, iudicari non potest, cùm animū cogitatio ad vtranque pariter obstupescat. Ac portentum quidem hoc, primum fuit.

Virga mutatur in serpētē.

Alterum autem haud multò pòst subsecutum est. Præcipit, vt manum condat in sinu, eamque proferat paulò pòst. Quo iussa faciente, manus è vestigio niue candidior appáret. Rursùm autem eam in sinu condēti rursumque proferenti, in suum se colorem conuertit, & formam propriam recipit. Hæc solus à solo docebatur, vt domesticus apud præceptorem, secùm habens portentorum instrumenta manum & virgā, quibus instructus erat. Tertium porrò, non minorem habiturum admirationem, nec edi, nec prædoceri necesse fuit. In Aegypto enim illud oportuit inchoari. Erat autem tale: Quantum, inquit, aquæ ex flumine haustū, in terrā fuderis, sanguis nigerrimus euadet: sic autem nec colore solùm, verùm natura & vi commutabitur. Hoc sanè credibile videbatur non modò propter dicentis, qui non mentitur, authoritatem: sed etiam propter illa, quæ tum in manu, cum in virga mirabiliter iam fuerant demonstrata.

Manus repētè mutatur.

Quamuis igitur crederet Moses, munus tamen recusabat, se tenuitate vocis, & linguæ tarditate, atque orationis inopia laborare dicens, præsertim ex quo Deum loquentem audiuerat. Hominis enim in dicendo facultatem cum veritate comparans, insaniam existimabat. Prętereà cùm ad homines superbos ac tumidos modestus & verecundus ipse mitteretur, onus id grauius esse ducebat, quàm vt ei sustinendo par esse posset. Precabatur igitur, vt alium eligeret, qui ad singula mandata perficienda foret idoneus. At ille pudorem ac modestiam eius commendans: Si ignoras, inquit, quis hominibus tribuerit, & linguam arteriamque, atque omnia humanæ vocis instrumenta fabricatus sit, is ego sum. Quamobrèm nihil metuas. Ad nutum enim meum cuncta reddentur concinna, & mutabuntur in melius: nec quicquam impediet, quo minùs verborū fluans, atque orationis copia, tanquàm ex puro fonte, facilis leuisque decurrat. Quòd si opùs erit interprete, os fratris tibi subseruiet: vt ille quidē, quæ ex te audierit, multitudini nunciet: tu autem illi, quę à me acceperis.

His auditis, quoniam perpetuò contradicere, nec tutum erat, nec periculo vacabat, discedens, in Aegyptum cum vxore & liberis proficiscitur, occurrentiq; sibi in itinere fratri exponit responsa Dei, seque vt sequatur, persuadet. Huic autem animus ad parendum ex diuino consilio sic affectus fuerat, vt nihil hæsitans ea collaudaret, promptusque sequeretur. Cum igitur vna sententia atque vno animo in Aegyptum peruenissent, maioribus natu ex populo secretum in locum coactis, oracula nunciant & declarant, Deum misericordia commotum, velle saluti ipsorū consulere, eosque indè ad meliora loca transferre. Ad ea autem Moses illis se ducem profitetur. His ita constitutis, Regē non verentur conuenire, vt populum sacrificaturum extra fines dimittat. Oportere enim se à maioribus instituta facere sacrificia, non communi aliorum hominum ritu, sed singulari quodam more & lege à reliquis abhorrente. At ille, qui iamindè ab ipsis incunabulis maiorum superbia suum animum inquinauerat, nec ullum Deum præter eos, qui cernentur, esse censebat, renuit: contumelioseque respondens, Ecquis est, inquit, iste, cui me parére necesse sit? Ignoro nouū istum, quem dicitis, Dominum. Nec populum, per celebritatis & sacrificiorum simulationem à me deficere cogitantem, dimittam. Tum, ut erat difficilis, iracūdus & inexorabilis, iubet Præfectos operum castigari, quòd remissionem ociumque concederent. solutoris enim ociosique animi esse, de celebritatibus, & sacrificiis cogitare, quę ne in mentem quidem veniant

Moses redit in Aegyptum.

Loquitur regi de dimittendo populo.

ijs,

ijs, qui necessariis laboribus sunt occupati: sed illis, qui in voluptate delitiisque versantur.

Durius premunt Hebræos. Grauioribus ergò, quàm antè, calamitatib^ oppressi, cùm & Mosis nuncius vt deceptoribus, succenserēt, & partim apertè maledicta conijcerent, atque impietatem eorum accusarent, quòd viderentur Deum mēdacem constituere: *Miracula edit Moses.* præstare incipit Moses portenta, quæ dixerat, existimans eos, qui illa conspexissent, abiecta incredulitate, in qua versabantur, fidem iis, quæ dicerentur, habituros. Demonstrata autem portenta sunt, diligenter tum Rege, tum magistratibus Aegyptiorum spectantibus. Etenim cùm omnes in regiam confluxissent, Mosis frater arreptam virgam admodùm manifestè concutiens, in solum proijcit, eaque draco protinus efficitur. At illi, qui circùm spectabāt & admirabantur, præ metu recedētes aufugiebāt. Sapientes autem & magi, qui aderant: Quid, inquiūt, admiramini? nec nos talium rerum ignari sumus: sed earum effectricem artem callemus. Tum proiectis, quam quisque tenebat, virgis, serpentes totidem apparuerunt, qui circa primum illum vnum obuoluebātur. *Mosis draco absorbet serpentes magorum.* Ille verò cùm diu oberrasset, se sublimem excitat, dilatat pectora, fauces aperit, attractuque spiritus atque impetu vehementissimo cunctos tanquàm piscium iactum vndique colligit, collectosque deuorat & absorbet, atque in pristinam virgæ naturam redit.

Iam magnifico victi spectaculo magorum animi, coarguebantur suspicari, hæc non esse hominum figmenta, nec artes ad fallendum excogitatas: sed diuina virtute fieri, cui omnia factu facilia sunt. Verùm cùm perspicuo rerum euentu fie cogerentur confiteri, nec tamen minùs audacter in sua inhumanitate ac que impietate, tanquàm in maximo aliquo bono perstarent, nec iniusta seruitute oppressos miserarentur, nec quæ verbis mandabantur, efficerent: cùm voluntatem suam Deus portentis & signis clariùs iam, quàm per oracula, declarasset, grauioribus remediis vti necesse fuit, & plagis, quibus solis stulti, qui oratione doceri non possunt, emendantur. *Decem plagæ Aegypti.* Decem autem regioni illatæ sunt plagæ, vt qui absolutè peccauerant, absoluto item afficerentur pœnarum numero. Quæ quidem animaduersio inusitata fuit ac noua. Totius enim orbis elementa, quibus ipse mundus cōpactus & perfectus est, iudicante Deo, ad impiorum regionem euertendam atque vastandam incumbunt: vt eius imperii potestas ostendatur, qui, quæ salubriter ad rerum omnium procreationem fecit, eadem, quandò vult, ad impiorum conuertit interitum.

Sic autem supplicia diuidit, vt terna ex crassioribus elementis, terra & aqua, vndè corporeæ etiam qualitates confectæ sunt, Mosis fratri permittat: Terna rursùs ex purioribus, animorumque semina continētibus, Mosi tantùm assignet. Vnum vtrique commune septimum tribuat. Terna reliqua, ad eum numerum conficiendum, reseruet sibi.

Aqua q̃tum tribuant Aegyptij. Iam aquæ supplicia primùm aggreditur, vt quam Aegypti rerum omnium ortus principium existimant, ideoque summo in honore ac precio habent, in ea primò puniantur, admirationemque atque admonitionem percipiant. *Aquæ mutantur in sāguinē.* Cùm igitur diuino mandato Mosis frater fluuium virga percussisset, ille dictum ac factum ab Aethiopia vsque ad mare in sanguinem vertitur, paludesque simul & fossæ, & fontes, & putei, quicquid denique in Aegypto ex aqua constabat, naturam sanguinis subit. Quamobrèm penuria potus obstructis puteis, qui apud ripas erant, alios effodiebant: sed incisæ venæ non aliter, quàm in sanguinis missione, torrentium more fluenta sanguinis *Pisces moriuntur.* iaculabantur, cùm nulla aquæ lucidæ eliceretur stilla. Interibant igitur omnia piscium genera, cùm id, quod vitam eis suppeditabat, exitium & perniciē afferret. Itaque frequenti corruptorum corporum multitudine passim cuncta fœtebant, magnusque hominum numerus siti moriebatur. *Itemq; homines.* Iacebant in triuiis cadauerum cumuli, cùm propinqui non possent in sepulcra defunctos inferre. Septem enim dies calamitas sæuiit, donec & Mosem Aegyptii, & Deum Moses obsecrauit, vt pereuntium misereretur. Is autem natura benignus ac mitis, sanguinem in dulcem aquam conuertit, fluminique pristina pura ac salubria fluenta reddidit. At illi paulispèr recreati, ad eandem sæuitiam & iniquitatem reuerteruot, non aliter, quàm si aut iustitia penitùs ex hominibus sublata esset, aut qui vno supplicio affecti essent, non solerent iterùm verberari. Quapropter, vt puerorum insipientiū mos est, vapulando didicerunt non esse contumaces. Pœna enim, quę ponè sequens, & cunctantium inhęrens vestigiis tardior est, ad flagitia properantes accurrens consequitur & apprehendit.

Ranæ exiliunt innumeræ. Frater igitur Mosis iterùm iussus est virgam super riuos, & stagna, & paludes extendere, ad eiusque extensionem tanta ranarum exiliit multitudo, vt non solùm fora, & quæ sub dio sunt loca: sed villas, & domos, & templa, & quicquid denique priuatum ac publicum erat, compleret. Tanquàm si genus vnum bestiarum aquatilium natura in aduersariorum regionem quasi coloniam deducere cogitasset. terra enim aduersatur aquæ. Quamobrèm cùm nec domo egredi possent, (quoniam angiportus obsidebantur,) nec domi manere, (quia iam ad summa vsque fastigia inditæ quæque erant occupata) in maximis molestiis & salutis desperatione versabantur. Quarè rursùs ad eosdem confugiunt, pollicente Rege, se permissurū, ea caeant Hebræi. Precibus igitur eorum placato Deo atque annuente, ranæ partim in fluuium recesserunt, partim interierunt statim, earumque cumuli erant in triuiis, quos augebant, alias ex ædibus efferentes. Quarè fœtor intolerabilis proficiscebatur ex cadaueribus earum, quæ etiam dum essent viuæ, magnā sensibus molestiam afferebant.

Cæterùm cùm à supplicio parumpèr respirassent, quemadmodùm in certaminibus athletæ colligunt vires, vt fortiùs pugnent, malorum, quæ antè perpessi fuerant, obliti, ad solitam malitiam reuersi sunt. *Cyniphes vexăt Aegyptios.* Deus autem omissis pœnis, quas inferebat ex aquis, eas, quas illaturus erat ex terra, aggressus est, adhibitò eodem punitore, à quo, vt iubebatur, virga percussum solum effudit cyniphum copiam, quæ diffusa velut i nebula, vniuersam Aegyptum occupauit. Hoc autem animal licèt minimum sit, est tamen molestissimum. Neque enim summam tantummodò cutem lædit, & vellicans incitat, quòd molestè acerbeque pruriat: sed in nares & aures penitùs ingreditur, & in oculorum etiam pupillas inuolat, nisi custodias. Quę verò aduersùs impetum eius possit esse custodia, præsertim si Deus puniat?

Cur De^ Aegyptios abiectis animantibus castigarit. Quærat fortassè quispiam, cur tam abiectis animalibus regionem vastari, cùm vrsis, leonibus, pardis, & aliis eiusdem generis feris indomitis & immanib^, quæ humana carne vescuntur, vti potuerit, aut certe Aegyptiis aspidibus, quarum morsus sine mora necare solent. Hic igitur illud primùm, si verè nescit, discat, regionis incolas D E V M admonere potiùs, quàm interimere, voluisse. Nam si eos funditùs perdere decreuisset, non animalium opera ad eam rem vsus esset, sed suppliciis solitis, fame & pestilentia. Deindè documentum illud percipiat, quod in omnem vitam necessarium est: homines cùm bellum gerunt, sibi validissimum quodque præsidium exquirere, quod imbecillitatem suam admirabilem

reddat.

reddat. DEVM verò, qui summa & maxima potentia est, si ad irroganda supplicia velit quibusdam tanquàm instrumentis vti, non fortissima & amplissima, quorum ipse robur minimè curat, sed tenuia paruaque deligete, quibus inexpugnabiles & inuictas opes euertens, sceleratos puniat atque vlciscatur. Id quod tunc etiam egit. Quid enim Cyniphe vilius aut abiectius? Quo tamen tota Aegyptus exclamare & confiteri coacta est, id esse digitum Dei. Nam Dei manum ne vniuersa quidem terra, quam lõgè lateque patet, immò verò ne totus quidem orbis sustinere queat. Atque quidem per fratrem Mosis supplicia fuerunt illata. Quæ autem ipse, & ex quibus naturæ partibus irrogarit, deincèps considerabimus.

Aegypt⁹ hyemem nõ habet.

Aer igitur & cęlum, purissimæ partes vniuersi, aquæ & terrę in Aegypto, cuius arbiter constitutus erat Moses, castiganda succedunt. Cœpit autem priùs aerem permouere. Aegyptus enim sola præter morem regionum, quæ ad Austrum vergunt, vnam ex anni tempestatibus hyemalem non suscipit, ob eam fortassè causam, quòd, vt ferunt, à cingulo, qui semper ardore torretur, non procùl abest: vudè calor continuò fluit, & omnia, quæ sunt in circuitu, calefacit: aut fortè, quia cum ad æstiuas solis conuersiones flumen augeatur, omnes nebulas attrahit atque consumet. Aestatis enim principio incipit crescere, & desinit ad eius finem. Quo tempore contra ora Nili Etesiæ perflant, à quibus prohibitus in mare, quod ea ventorum vi intumescit, ingentesque fluctus tanquàm muros opponit, defluere, intùs voluitur: cumque & vndæ occurrant ipsi sursùm à fontibus decurrenti, &, cùm per ostia ęgredi debeat, propter impedimenta reuertenti, nec vtrinquè coercentibus ripis dilatari queat, vt par est, tollitur in sublime. Ac fortè hyemem in Aegypto fieri superuacaneum esset. Flumen enim stagnans idem commodum affert, quod ex imbrium copia solet proficisci, vt anni fructus proueniant. Natura autem nihil frustrà molitur: quod eueniret, si pluuiam terræ non egenti suppeditaret: & multiplici variaque operum scientia delectatur, quippe quæ vniuersi concentum ex contrariis effecerit. Itaque pluuiæ commoda tum sursum è cælo, tũ deorsúm ex fontibus fluminibusq; ne subministrat.

Imbres, grãdo, vẽti, fulgura, tonitrua puniunt Aegyptum.

Cùm igitur Aegyptus ità constituta sit, & hybernis temporibus ver agat, atque illæ duntaxàt partes, quæ mari proximæ sunt, tenuibus guttis pinguescant: quæ verò supra Memphim Aegypti Regiam sunt positæ, nunquàm omninò niue conspersæ fuerint, repentè immutatus est aer, vt quæ difficilima hyemis tempora solent afferre, cuncta simul ingruerint, imbrium copia, grauis ac multa grandinis vis, ventorum inter se decertantium & collidentium impetus, quo nubes effringebantur, fulgura tonitruaque sibi vicissim respondentia, perpetua flumina, quæ spectaculum maximè formidandum præbebant. per grandinem enim, quæ pugnacem naturam obtinet, cursitantia, nec eam liquefaciebant, nec ab ipsa restinguebantur, sed oberrando, grandinem conseruabant. Quorum omnium cùm immensa copia, tum insolentia, in summam desperationem habitatores adducebat. Suspicabantur enim, id quod res erat, ea, quæ contingebant, immitti ab ira diuina, quæ noua & post hominum memoriã inaudita ratione ad arborum fructuumque interitum aerem immutaret. Simul etiam non pauca animalia partim frigore, partim grandinis ad lapidum similitudinem ingruentis pondere obruta, quædam ab igne vel combusta, vel semiusta, vulnerum à fulminibus illatorum notas, ad inspectantium monitionem præferebant.

Locustæ vastãt Aegyptũ.

Verùm cùm calamitas paululùm cessasset, Pharaoque rursùm eiusque familiares superbè se gererent, iubente Deo, Moses in aerem virgam tollit: statimque ventus violentissimus Auster exortus est, totamque diem ac noctem perflans, vehementiùs intendebatur: qui cùm magno per se detrimento esset, (exiccat enim, caput lædit, aures obtundit, molestiasque & dolores affert, præsertim in Aegypto ad Australes partes exposita, per quas cùm vertentur stellæ, quæ lucem ferunt, fit, vt excitato solis ardore, ipsæ quoquè simul excitentur) tum innumerabilem locustarum multitudinem importauit: quæ quidem animalia difficilia, plantisque perniciosa, fluminis instar à fulminibus grandineque relictas arbores obligurierunt, vt nullum in tanta regione germen cerneretur. Tum demùm magistratus, grauiore domesticorum incommodorum solicitudine commoti, ad Regem accedũt: &, Quousquè, inquiunt, exitum hominibus differs? An nondum ex iis, quæ contigerunt, Aegyptum perditam & vastatam intelligis? Quibus ille, quò videretur indulgere, cuncta, si calamitas auferretur, pollicebatur. Quarè precante Mose, ventus exortus è mari, locustas disiecit ac dissipauit. Quo tamen facto cùm Rex de populo dimittendo nihil leniùs consuleret, ecce tibi malum, quod prætertea mala magnitudine superabat.

Tenebræ dẽsissimæ

Repentè cùm dies clarus eluceret, offunduntur tenebræ solito obscuriores, vel quòd sol ipse deficeret, vel quòd nubes continuæ & densissimę, inter se coactæ coniunctęque, radios eius intercipetent, vt dies à nocte nihil discreparet: quę tamen nox longissima, trium dierum totidemque noctium spatium exæquaret. Tunc quidem, aiunt, Aegyptios in lectulis proiectos, non ausos esse consurgere: aut si qua naturę necessitas coegisset, parietibus, aut alii cuipiam adnitentes rei, veluti cæcos vix potuisse progredi. Nam vtilis ignis splendor aut vi tempestatis extinctus erat, aut tenebrarum densitate vincebatur. Quamobrèm maximè necessarius videndi sensus, aliorumque sensuum princeps, defecerat: cumque homines videre non possent, nec reliquis sensibus vti poterant, qui tanquàm mortuo duce erant profligati. Nec enim loqui, nec audire, nec cibum capere quisquam valebat: sed omni sensuum carentes vsu, calamitateque correpti, silentio & inedia cuncti uitam produxerũt, quoad misertus eorum Moses, orauit DEVM: qui pro tenebris lucem, & pro nocte diem clarum serenumque reddidit.

Visus sensuum princeps.

Vlcera in corporĩb⁹ Aegyptiorum.

His plagis Aegyptios à Mose solo afflictos dicunt fuisse, grandine ac fulminibus, locustis & tenebris, quę nullam lucis speciem reliquerent. Vnam autem intulit simul cum fratre, quam statim explicabo. Dei iussu manibus è camino cinerem sumunt, eumque Moses in aerem spargit. Tum ex improuiso puluis sublatus, hominibus atque animalibus ratione carentibus inhęrens, totam ipsorum cutium & pellem molestè ac turpiter exulcerat, corporaque confestim efflorescentibus purulentis papulis scatebant, quas occultè intùs accensas coniecisset aliquis ebullire. Quapropter doloribus laborabant. Vnum enim à vertice ad calcem perpetuum vlcus vidisses, cum sparsæ pustulę in vnam & eandem formam coalescerent: donèc legislatoris precibus, quas pro laborãtibus fudit, morbo sublenati sunt. Hęc animaduersio conuenienter vtrique commissa fuit, fratri quidem propter puluerẽ, qui sublatus adhęserat: quoniam ipse eorum, quæ ex terra contingebant, procuratorem sortitus fuerat: Mosi verò propter aerem, ad affligendos incolas commutatum: quia plagarum, quæ ex aere & cęlo fiebãt, ipse erat minister. Reliqua tria supplicia sponte sua,

neutro

neutro administrante, contigerunt, quæ singulatim pro viribus exponam.

Cynomya affligit Aegyptios.

Primum autem ex his fuit ab animali, omnium, quę natura tulerit, audacissimo cynomya: sic enim aptè sapientes, à quibus nomina rebus imposita sunt, illud appellarunt, ex duobus impudentissimis animalibus vocabulum componentes, musca nimirùm & cane, altero ex ferarum, altero ex volucrum genere. volitat enim musca, cursitat canis sine timore, & quanuis repellantur, pertinacissimè contendunt, donèc sese hic carne, illa sanguine saturauerit. Cynomya autem, seu musca canina, audaciam ab vtroque mutuata est. Est enim mordax & insidiosum animal. Nam è longinquo tanquàm sagitta stridens cum strepitu irruit, & magno cum impetu superueniens sese applicat. Tunc autem diuinitùs immissa, grauius damnum inferebat, cùm non solùm à natura instructa, sed etiam à diuina prouidentia, quę ferocitatem illius ad incolarum cruciatum excitauerat, armata, conduplicatis viribus vteretur.

Cynomya describit.

Animalia moriuntur.

Post muscam caninam, secutum est alterum sine opera humana supplicium, nempe animalium internecio. Siquidem ouium caprarumque greges, & omnia iumentorum armentorumque genera vno die, tanquàm vna sententia passim occiderunt. Qua quidem significatione interitus hominum, qui paulò pòst erat futurus, portendebant, id quod in pestilentia fieri consueuit. Antequàm enim lues ac morbi pestilentes in homines sęuiant, improuisi brutorum interitus accidunt. Decimum posteà, postremumque atque omnium, quæ præcesserunt, grauissimum iudicium fuit cædes Aegyptiorum, non omnium quidem, (neque enim regionem penitùs euertere, & in solitudinem redigere decreuerat Deus, sed admonere) nec vniuscuiusque ætatis virorum & fœminarum. Nam reliquos permittens viuere, solos primogenitos morte mulctauit, initium faciens à natu maximo filiorum Regis, finem autem in filio obscurissimæ muliercalæ, quæ molebat in pistrino.

Item Aegyptij primogeniti.

Etenim circa mediam noctem, qui primùm patres & matres appellauerant, quique vicissim ab eis filii vocati fuerant, cùm integra ac firma valetudine essent, omnes cuiuscunque ætatis, nulla id exigente causa, improuisò vitam amiserunt: nullamque domum calamitatis expertem fuisse dicunt. Cùm autem diluce sceret, videntes singuli præter expectationem defunctos charissimos filios, quibuscum ad vesperam vsque simul eundem capientes cibum, ad eandem mensam discubuerant, omnia luctu compleuerunt. Ex quo factum est, vt in cómuni calamitate simul omnibus vna voce exclamantibus, quàm longè lateque regio habitabatur, vnica lamentatio resonaret. Ac quandiù singuli in suis ædibus constiterunt, vicinorum malum ignorantes, suam tantummodò vicem lugebant: cùm verò egressi, cognoscerent idem cæteris accidisse, duplici mœrore sunt affecti: ad priuatum enim & leuiorem publicus & grauior accedebat, quo spes etiam cósolationis auferebatur. Nam quis alium consolaretur, qui egeret ipse consolatione.

Cùm igitur præsentia, quod in eiusmodi rebus fieri solet, grauiorum initium esse dubitarent, viuentibusque metuerent, ad regiam lachrymantes concurrerunt, scissisque vestibus contra Regem vociferabantur, quòd ipse malorum omnium author extitisset. Nam si cùm primùm Moses, aiebant, eum conuenit, eure populum permisisset, nihil eorum omninò, quę pertulimus, experti essemus. Cęterùm Rege solita peruicacia concedente, vt importunę contentionis præmia celeriter caperent: Hebræis, alium alius, omni studio cohortabantur, vt ex omni regione confestim recederent. in eorum enim vnius diei, immò verò vnius horæ mora, damnum incredibile formidabant. At illi expulsi vexatique, nobilitatis suæ cogitationem susceperunt. Itaque facinus aggressi sunt, liberis hominibus, & qui non essent immemores eorum, quæ iniustè pertulerant, dignum. Ingentem enim prædam tum sibi, tum iumentis impositam, exportarunt: non auaritia ducti, nec, vt iniquior aliquis diceret, quòd aliena vllo modo concupiscerent: sed primùm quidem, vt necessariam totius temporis, quo seruierant, mercedem ferrent: deindè, vt quas seruitute oppressi iniurias acceperant, non pari, sed leuiori, ratione vlciscerentur. Quid enim simile habet pecuniæ detrimentum & iactura libertatis, pro qua non facultates solùm, sed vitam ipsam profundere sapientes non dubitant? Vtranque igitur ob causam rectè fecerunt, vel vt in pace mercedem reciperent, quam diù ab inuitis extorquere non potuerant: vel vt in bello res hostium auferrent, atque vterentur iure Victorum. Nam illi quidem iniquo dominatu hospites & supplices, vt ante diximus, in seruitute tanquàm mancipia detinuerant: ipsi uerò, data occasione, dupliciterque sibi in apparatu bellico, iustitia opem atque auxilium ferente, se vindicarunt.

Iudæi coguntur exire ex Aegypto.

Cur Aegyptios spoliarint

Tot plagis atque suppliciis Aegyptus castigata & commonita fuit: quorum nullum attigit Hebræos, licèt in eisdem vrbibus, & vicis, & ædibus versarentur, insectantibus eos terra, aqua, aere, igne, partibus naturæ, quæ vitari non potest. Quod profectò fuit maximè admirandum, vt eædem res iisdem in locis & temporibus alios euerterent, alios conseruarent. Fluuius in sanguinem vertebatur, sed non Hebręis. Cùm enim ipsi volebant haurire, aquam potui idoneam præbebat. Ranæ, quę de flumine exilientes, plateas, stabula, domos implebant, à solis Hebræorum ędibus recedebant, tanquàm diiudicare scirent, quos punire, quos non, oporteret. Cyniphes, musca canina, locusta, quæ fruges, & fructus, & bestias, & homines magnis afficiebant detrimentis, ad Hebręos non accedebāt. Vlcera, quæ grauissimas afferebant molestias, Hebræi ne in somnis quidem patiebantur. Cùm densissimę reliquis tenebrę essent circumfusæ, his in luce pura versantibus, dies splendebat. Sublatis Aegyptiorum primogenitis, Hebręis nullus interiit: & meritò quidé, quandò nec cęterorum animantium interitus vllum perdidit gregem Hebræorum. Quamobrèm si cui forte contingebantur, is, opinor, Hebręos nihil aliud, quàm malorum, quę alii perferebant, existimabat esse spectatores. Ex quo religionem ac pietatem, qua nulla disciplina pulchrior est aut vtilior, edocebantur. Nũquàm enim tam euidens iudicium in bonos & malos factum est, ut, quemadmodùm eo tempore, perniciem malis, bonis salutem afferret.

Iudæi non sensere Aegypti plagas.

Sexcenta hominum millia, qui ætate firma viriliq́ue erant, & eo ampliùs emigrarunt. Reliqua senum, puerorum, fœminarumq́ue multitudo haud facilè numerari posset. Accessit aduenarum seruorumque colluuies, quę tanquàm adulterina turba germanam sequebatur. Erant autem hi ex mulieribus Aegyptiis geniti, & si qui peregrini admiratione & studio diuini cultus tenebantur, & qui frequentium suppliciorum multitudine & magnitudine resipuerant, ad melioremq́ue frugem sese receperant. Quorum omnium dux & imperator communi consensu Moses delectus est, non eorum more, qui principatus armis & fraudibus, & equitum ac peditum copiis, & classibus per vim sibi vendicant: sed virtute, probitate & beneuolentia in omnes, quam perpetuò conseruauit, & nutu Dei, qui virtuti honestatique fauens, meritum ei munus honoremq; tribuit. Etenim cùm

Sexcenta millia Hebræorum fortium.

Dux Hebræorum Moses.

Aegy-

Aegypti dominatum sceleribus, quæ in ea regione cõmittebantur, offensus, reliquisset, quòd eius, qui tunc regnabat, nepos esset, multamque salutem, animi nobilitate & magnitudine, naturalique vitiorum adductus odio, dixisset spei, quæ proponebatur: visum est ei, qui cuncta moderatur & regit, eum remunerare. Regemque constituere gentis, tum hominum numero, tum virtute præstantioris, quam sibi ex omnibus gentibus electurus erat, quæ pro genere humano preces assiduè funderet, calamitates averteret, res secundas ac prosperas impetraret.

Adeptus autem Imperium, non in eam curam incubuit, vt plerique solent, vt familiam suam locupletaret, aut filios (habebat enim duos) ad potentiæ atque opum amplitudinem proueheret, vt eos & viuens imperii participes faceret, & decedens relinqueret successores. Omnibus enim in rebus & paruis & magnis, candido syncero que animo sese gerens, naturalem in filios propensionem beneuolentiamque vincebat, & tanquam bonus iudex incorrupta ratione vtebatur.

Exemplū boni principis. Nam finem illum maximè necessarium sibi proposuerat, vt de subditis benè mereretur, omniaque tum facta tum dicta ad eorum vtilitatem referret, nec vllam omitteret occasionem, qua communibus commodis consuleret. Hic post hominum memoriam solus inter principes fuit, qui nec aurum, nec argentum cumulauit, nec exegit tributa, nec domos, nec prædia, nec greges, armentáve, aut seruos domesticos, aut preciosam supellectilem, aut facultates vllas possedit, cùm tamen posset omnibus copiis abundare. *Nota singularem Mosis principatum.* Pusilli enim & egentis animi existimabat, caducas istas diuitias admirari. Quamobrẽm eas vt obscuras & cæcas aspernabatur: illustrium verò ac cernentium naturæ diuitiarum, vt si quis alius, studiosissimus erat & cupidissimus. In vestitu & victu, & reliquo cultu nihil magnificentius aut arrogantius ostentabat, sed priuati hominis frugalitatem simplicitatemque sequebatur. *Vestitus & victus eius.* In ijs autem, in quibus decebat principem antecellere, magnificentiam verè regiam præ se ferebat. Cuiusmodi sunt, quæ continentiam, prudentiam, fortitudinem, modestiam, solertiam, laborem, tolerantiam, voluptatum despicientiam, iustitiam, cohortationem ad optima, reprehensiones legitimas, tum in malos animaduersiones & supplicia, tum in bonos laudes & præmia requirunt.

Nunciam igitur auaritiæ, & superbis apud homines diuitiis remittenti, maximas perfectissimasque diuitias largitus est Deus, parem nimirùm potestatem & imperium in vniuersam terram, & mare, & flumina, & quæcunque ex aliis elementis concreta sunt. Nam cùm vellet eum ditionis suæ participem declarare, totum orbem vt hæredi congruentem possessionem commisit. Quamobrẽm elementa singulam vim, quam habebant, commutantia, ei tanquam domino parebant, & mandaris eius obtemperabant. *Elementa ei parent.* Quod fortè mirandum non est. Etenim, si omnia, vt in prouerbio est, amicorum commu̇nia sunt: prophetа autem Dei amicus fuit, consentaneum est, vt rerum eius, quantùm opus erat, particeps esset. Deus enim nullius egens, omnia possidet. Vir autem sapiens nullius rei, ne sui quidem ipsius dominus est: diuinis tamen muneribus, quoád fieri potest, vtitur, sed nunquam iure suo. Mundi enim ciuis est. Qua de causa nulli vni asscribi debet orbis ciuitati. Siquidem non alicuius partis, sed vniuersi orbis hæreditatem obtinet. Quinetiam, quod maius est, ipso Deo rerum omnium parente authoreque fruitur, eodem effectus etiam dignus nomine. Nam totius gentis appellatus est Deus & Rex, & in eam nebulam, in qua erat Deus, ingressus esse dicitur, hoc est, in rerum vniuersitatis exemplar, quod corporis expers, oculis videri cernique non potest. Quæ autem perspiciuntur, natura caduca & mortalia esse considerans, præclarum diuinum opus omnibus ad imirandum tanquam exemplum proposuit. Beati autem, quicunque similitudinem eius in animis suis expresserunt, aut exprimere studuerunt. Ferat igitur mens perfectam virtutis imaginem: aut si non habet, firmo saltem ac certo illius obtinendæ teneatur desiderio: Iam illud fieri quis ignorat, vt subditi obscuriq́ue homines principes & illustres viros imitentur, & ad ea, quibus eos viderint delectari, omnem suam curam studiaque conuertant? Ex quo fit, vt si princeps mollissimam viuendi rationem amplexus, cœperit voluptatibus indulgere, populus, etsi nulla necessitas vrgeat, ventris, & eorum, quæ sub ventre sunt, cupiditatibus vniuersus inuoluatur, nisi qui naturæ animo nõ inimico, sed beneuolo & propitio præditi sint. *Principi ferè imitantur subditi.* Sin grauius aut durius vitæ genus secutus fuerit, etiam illi, qui sunt delicatiores, vel metu, vel pudore ad illud se accommodant, & temperantiam complectuntur, vt videantur esse similium sectatores. Nunquàm enim deteriores meliorum instituta, ne insanientes quidem, improbabunt. Fortè etiam, qui legislator erat futurus, multò antè factus est ipse lex animata, rationisque compos, diuina prouidentia, quæ ipsum nec opinantem legislatorem constituit.

Posteaquàm igitur ità Deo decernente atque annuente, totius populi consensu ac studio delatum suscepit imperium, coloniam deduxit in Phœniciam, & Syriam, quæ Cœle dicitur, & Palæstinam, quæ tunc Chananæorum dicebatur, cuius fines trium dierum itinere ab Aegypto distabant. *Moses cur non recta perduxerit populū in Palæstinam.* Ducebat autem eos non breuiore itinere, vel quòd verebatur, nè si habitatores occurrerent, metuẽtes, nè suis è sedibus expellerentur, contraque arma ferrent, rursùm eadem via ab hostibus nonis ad veteres in Aegyptum redirent, atque irà derisui ac ludibrio forent, & prioribus grauiora acerbioraque paterentur: vel vt experiretur, quomodò per longam solitudinem ducti se gererent, imperioque obtemperarent, cùm non abundè suppeterẽt, sed paulatim deficerent res necessariæ. Diuertens igitur à recto itinere, & viam obliquam nactus, ad mare rubrum vsque tendere constituens, cœpit proficisci. Aiunt autem rem admirandam, nec post hominũ memoriam priùs auditam contigisse. Nubes enim, ad ingentis columnæ similitudinem conformata, die quidem Solis splendorem; nocte autem flammam ignis emittens, populum antecedebat, nè aberraret in uia, sed sine vllo errore sequerentur itineris ducem. *Columna nubis.* Erat autem fortassè ex principibus magni Regis Angelus aliquis, qui nullis corporeis oculis conspicuus, in ea nube latitans viam præmonstrabat.

At Aegypti Rex, cùm vidisset eos itinere deuio, per loca aspera, deserta, inculta que proficisci, errore ipso rum lætabatur, existimans conclusos esse, nec exitum reperire. *Mare rubrum.* Pòst autem illos dimisisse pœnituit. Itaque conatus est insequi, sperans se vel timore multitudinem reducturum, redacturumq́; iterum in seruitutem, uel, utà se prorsùs deficientem, deleturum. Coacto igitur omni equitatu, & funditoribus ac sagittariis, leuique armatura, attribuensque sexcentos falcibus instructos currus iis, qui in magistratu erant, ve in exercitu cum dignitate militarent, egressus est: omnemque celeritatem adhibuit, ut ex improuiso imprudens opprimeret. Nam & malum, quod præter spem accidit, grauius est, quàm id, quod expectatur: & quæ negligenter custodiuntur, facilius inuadi possunt, quàm ea, quæ cum solicitudine seruantur. Sic animatus ille persequebatur, existimans eos à se

cum

cum clamore statim circumuentum iri. Ipsi uerò castris in litore positis cibũ erant capturi, cùm primùm ingentem tot hominum iumentorumq; properè aduentantium strepitum audire, tum pro castris effusi, quinam accederent, circunspicere & auscultare, paulopòst intueri sublimem hostium globũ, & aciem instructam ad prelium. Quamobrém repentino terrore consternati, cùm nec ad repugnandum essent idonei propter exiguam armorũ copiam, (quippe qui non ad bellum, sed in coloniam deducebantur) nec saluti possent fuga consulere, q̃ à tergo pelagus esset, à frõte hostis instaret, ab utroq; latere profunda atque inuia solitudo protenderetur, malorum magnitudine conturbati, inopesque consilii, Ducem, quod in eiusmodi calamitatibus fieri solet, incusabant: Quoniam in Aegypto (dicebant) non erãt sepulcra, quibus mortui contegeremur, ideò nos adduxisti, vt contrucidatos in hac solitudine sepelires? Nónne quæuis seruitus morte leuior est? Libertatis spe tanquàm esca captos, in grauissimum vitæ discrimen induxisti. Nostrã simplicitatem, an Aegyptiorum acerbitatẽ & odium ignoras? Nónne malorum, quæ vitari nõ possunt, magnitudinem cernis? Quid agendũ est? pugnabimus ne cum armatis inermes? an capiemus fugam, vndiq; tanquàm retibus circunclusi ab hostibus immanissimis, vastis solitudinibus, pelago, quod nauigari non potest? atque etiamsi posset, quæ nauium nobis ad traiiciendum copia?

Murmurat populus contra Moysen.

Hæc ille audiens, tum ipsis ignoscebat, tum oraculorum recordabatur. Itaque mentem orationemque diuidens, eodẽ tempore mente quidem secretò Deũ orabat, vt calamitatem auerteret, quæ humano consilio vitari non posset: oratione verò vociferantes confirmabat & consolabatur, Nolite, inquiẽs, animos despondere. Nõ eodem modo, quo homines, vlciscitur Deus. Cur verisimilibus & probabilibus tantùm rationibus confiditis? nullo opus est apparatu. Deus enĩ adiutor est, cuius proprium est, è summis difficultatibus exitum facilimum exhibere: cui, quę superant vires humanas, per quàm facilia sunt. Hæc adhuc sibi ipse constans prosequebatur: paululùm autem sermonẽ intermittens, numine afflatur, & solito spiritu plenus oraculum edit eiusmodi: Quem cernitis instructum exercitum, nunquàm ampliùs videbitis contra uos arma ferre: funditùs enim concidet vniuersus, & submersus ità delebitur, vt nullæ eius in terra conspiciantur reliquiæ: idque fiet non longo temporis spatio, sed nocte proxima. Sic ille vaticinabatur, cùm Nothus statim occidente Sole vehemẽtissimus flare cœpit, eiusque impetu pelagus, quod turgere consueuerat, recedebat, & quo magis compellebatur ad litora, eo magis tãquàm in uoraginẽ & charybdim aliquam subtrahebatur. Densæ præterea atræq; nubes totum cælũ obtegebant, & nox erat obscurissima ad perterrefaciendos hostes, qui insequebantur. Moses autem ità iussus mare virga percussit, atque illud in duas partes diuisum est: quarũ altera in sublime sublata, & instar muri compacta, firmaque quieuit & constitit: Altera cohibita ac refrenata, quasi habenis quibusdam, quæ non cernerentur, coercebatur. Medium uerò spatium, vbi facta erat confractio, exiccatum, latam amplamque viam præbuit. Quod Moses intuens & admirans, lætabatur.

Moses eos consolat.

Mare rubrum dimidiatur.

Gaudio igitur plenus, cohortabatur suos, ut mouerent castra. Quod quidem cùm essent facturi, signum admirabilius ostentum est. Nubes enim, quæ dux antea præcesserat, post extremum multitudinis agmen concessit, vt inter vtrunque exercitum interiecta, oppugnatos tãquàm auriga dirigens, saluos incolumesque præmitteret: oppugnantes autem atque irruentes, propelleret & arceret. Quibus reb⁹ exterriti Aegyptii, tumultu cuncta perturbare, ordines præ timore confundere, sese mutuò implicare, & fugam incassùm quærere. Hebræi.n. summo diluculo per siccã semitam cũ mulieribus & liberis adhuc infantibus traiecerunt: Illos verò dissectę pelagi partes, vtrinquẽ reuertẽtes ac recurrentes, in mari, quod Boreæ flatibus ęstuans, fluctus maximos excitabat, vnà cũ curribus & equis sic inuoluerunt, ac demerserunt, ut qui repẽtinæ calamitatis nuncium in Aegyptum ferret, nullus relictus fuerit. Magnum hoc opus admirãtes Hebręi, præter spem victoriam incruentam reportarunt. Sed cùm improuisum hostium interitum momento temporis cõspexissent, duobus choris, uno virorum, altero fœminarũ, in litore cõstitutis, Deo gratias agẽtes, laudes ipsius decantarunt, cùm Moses viris, & soror eius fœminis præesset. Fuerunt enim hi chororum duces.

Aegyptii in mari pereunt.

Motis autem castris, aliquantulùm à mari progressi sunt, nihil ampliùs terrores aduersariorum formidantes. Verùm cùm tribus diebus potu caruissent, rursùm in mœrore propter sitim versabantur. Itaq; perinde quasi nullum antè beneficium accepissent, cœperunt iterùm conqueri. Semper enim pręsentiũ malorum dolor, pręteritæ bonorum voluptatis memoriam tollit. Conspectis autem fontibus, læti ad hauriendam aquam accurrerunt. Verùm ignorantes eas esse amaras, cùm degustassent, re inopinata offensi fractique, & corporibus & animis conciderunt, non tam suam, quam filiorum dolentes uicem, quos potum flagitantes intueri non poterant. Quidam etiam eorum petulantiores, nec ità benè in religione confirmati, pręterita calumniabantur, tanquam accidissent, non vt beneficio, sed grauioribus afficerentur calamitatibus: Satius fuisset, dicebant, manibus hostium non semèl, sed tèr occidi, quàm fame interimi. Celeritas enim discessùs è uita sine molestia, apud eos, qui sapiunt, idem est, àc si non occideres. Ea verè mors est, cùm mori sine diuturno dolore nõ potes. Nihil enim in morte formidolosum est, sed in eo, cùm tibi ad ipsam accedere uideare. Sic illis conquerentibus, Moses ad Deum supplex redit, oratque ut cùm sciat animaliũ omnium, sed hominum inprimis, imbecillitatem ex alimento pendère, corporaq; necessariò difficilium dominarum famis & sitis imperio seruire, afflictis ignoscat, & omnium inopiæ non longo temporis spatio, sed diuino præsentique munere medeatur. Naturalem enim mortalium negligentiam remedii celeritatem postulare. At ille benigna potentia sua anteuertens, vigiles supplicantis oculos aperuit, lignumque demonstrauit, ac iussit, ut illud in fontes coniiceret. quo quidem, ut iussum erat, coniecto, siue a natura haberet eam uim, sed incognitam: siue tum primùm ad illum usum eã accepisset, aquæ adeò dulces, & ad potandum idoneę è fontibus effluxerunt, ut nunquàm amarę fuisse uiderentur. nullam enim ad pristini saporis amari indicium guttam stillámve retinuerunt.

Rursùs murmurant Iudæi.

Aquæ amaræ dulcescunt.

Extinguentes igitur sitim duplici cum uoluptate, (magis enim delectant bona, quæ præter spem eueniunt) repletos etiam vtres, tanquam è conuiuio atque hilari epulo absportauerunt, ebrii non ebrietate illa, quę uino excitatur, sed qua prægustatas aquas a pietatis pręfecto imperatoreque suo sumentes affecti fuerant. Secundis castris in Elem peruenerũt, locum irriguũ ac nemorosum, ubi duodecim fontes defluebant, iuxta quos erant teneræ palmarum plantę, numero septuaginta pulcherrimæ. Quæ mentis aciem intendentibus bona, quæ ad gentem pertinebant, argumentis signisque perspicuis de

monstrabant. Gentis enim sunt tribus duodecim, quarum singulæ religiosi fontis, perennes pietatis aquas, atque honestas perpetuasq; actiones suppeditantis, rationem obtinent. Generis autem septuaginta propagatores, palmæ arborum præstantissimæ iure comparantur, quæ & adspectu pulcherrima est, & fructuosissima. Habet autem vitalem vim, non, quemadmodùm reliquæ arbores, in radicibus defossam, sed sursum insitam, & cordis instar in medio ramorum, à quibus tanquam verè dux vndiq; stipatur, constitutam. Talem & mens eorum, qui pietatem gustarunt, naturam habet. Superiora suspicere versareq; didicit, cęlestia contemplatur, diuinorumq; pulchritudinem inuestigans, humana contemnit & pro nihilo ducit: hæc ludicra adumbrataq; bona, illa solida veraque iudicat.

Palma, arborũ præstantissima.

Verum non multò pòst, deficiente annona, fame laborabãt, tanquam a necessitatibus inter se mutuò succedentibus oppugnarentur. Graues enim molestæq; dominæ, fames & sitis, dispertitis affligendi muneribus vicissim irruebant. Quapropter accidit, vt cùm altera leuati essent, altera eos adoriretur Quod quidem, erat afflictis maximè intolerabile. Etenim cùm paulò antè siti liberati viderentur, in malas famis insidias inciderunt. Non solùm autem præsenti penuria, sed rerum necessariarum in futurum desperatione premebantur. Mœrebant enim vehementer, cùm profundã illam & vastam & infrugiferam solitudinẽ cernerẽt, in qua nihil aliud erat, nisi aut asperæ præruptæque rupes, aut salsa planities, aut montes lapidosi, aut arenæ profundæ in summam tendentes altitudinem: nullus torrens, nullus fons; nõ herba, non arbor vlla, vel domestica, vel syluestris, nullũ animal nec volatile, nec terrenum, nisi quæ ad perniciem hominum venenata serpunt, ut angues & scorpiones. Tũ Aegypti fertilitatem vbertatemq; in memoriam reuocantes, & rerum omnium copiam, quæ illic erat, cum præsenti omnium inopia comparantes, ægrè ferebant, atq; inter se talia obloquebantur. Qui libertatis spe adducti iter suscepimus, ne viuẽdi quidem liberam habemus potestatem. Qui promissis imperatoris eramus beati, facti omnium sumus hominum infelicissimi. Ecquis erit istius tam longæ immensæque viæ finis? Omnib[9], qui vel mari, vel terra iter suscipiunt, terminus aliquis propositus est: aliis mercatus & portus, aliis oppidum aut regio aliqua: nobis autem inuia solitudo, itineris difficultas, acerbaque desperatio. Progrediẽtibus enim tanquàm apertum & profundũ, ad nauigãdumque difficilimum pelagus ostenditur, atque in dies singulos dilatatur. Extulit inflauitque nos oratio magnifica, & aures nostras impleuit inani spe, qui ne victui quidem necessaria subministrat. Deducendæ coloniæ nomine tantam decepit multitudinem: ex celebri cultaque regione, in desertam incultamque duxit, hinc ad inferos, quę vitæ via vltima est, præmissurus.

Rursus murmurat populus.

Eiusmodi contumeliis affectus, non tam criminib[9] in se collatis, quàm mentis eorum imperitia mouebatur. Innumerabilibus enim rebus admirandis, inusitatisque edocti, nulla debebant ampliùs ratione probabili, aut verisimili commoueri: sed illi fidem habere, quem nulla in re mendacem tot euidentissimis argumentis cognouissent. Verùm cùm ei ueniret in mentem inopiæ & famis, quo nullum hominibus maius est malum, ignoscebat: præsertim cum sciret multitudinem esse natura inconstantem, & rebus pręsentibus, quæ præteritarum obliuionem iniiciunt, ad quas desperatio quoque futurarum accederet, commoueri. Cùm igitur omnes in maximis angustiis versarentur, & extremam calamitatem, quam imminere, & iã iamque adesse putabant, expectarent, Deus vel naturali clementia & amore, quo prosequitur homines, adductus, vel vt quem constituerat ducem, honoraret, & magis adhuc instrueret, ut in rebus certis & incertis religionem pietatemq; retineret, miseratus est, & eam repulit calamitatem. Noua autem beneficia excogitauit, ut clarioribus iam testimoniis erubescerent, non patienter ferre, si quid ex eorum sententia non continuò succederet, ęquinq; & constanti animo meliora in posterum sperarent.

Quid igitur accidit? Postridiè exoriente aurora, magna roris copia circa uniuersum exercitum apparuit, quam tacitè pluuiam insolitam & commutatam demiserat Deus. Etenim nec aqua, nec grãdo, nec nix, nec glacies erat, quæ hybernis tempestatibus, nubium mutationibus fiunt: sed minutissimum quoddam, ut milii granum, & candidissimum: quo passim decidẽte, cùm illi ante tentoria coacti erant, spectaculũ incredibile: quod admirati, Ducem interrogabãt, quænam esset ea pluuia, nulli hominum antea visa, & quã ob causam decidisset. Ille verò spiritu concitatus, diuinoque afflatus numine, vaticinans ita respondebat: Mortalibus terra profunda proposita est, quam findunt in sulcos, arant, & serunt, & reliqua agriculturæ opera faciunt, ut fructus ad vsus necessarios ferãt. Deo autem non una mundi pars, sed mundus vniuersus subiectus est, & eius partes illi, ad quencunque uelit vsum, inseruiunt. Quapropter nunc ei placuit, ut aquæ loco nutrimentum aer præberet. Quandoquidẽ & terra sæpe pluuiam attulit. Nam quod in Aegypto est flumen, cùm singulis annis excrescens atque exundans, agros oblimat & lętificat: quid aliud est, quam pluuia deorsùm veniens? Hoc per se quidem erat admirabile, sed aliis rationibus factum est admirabilius. Afferentes enim, alius aliundè, vasa complebant, & iumentis aut humeris absportabant, eo consilio, ut in longum tempus sibi necessaria conderent, quæ tamẽ condi seruariq; non poterant. Deus enim noua quotidiè munera uolebat elargiri. Itaque cumulabant illi quidem cum uoluptate, quæ præsenti usui ac necessitati satis essent: sed nihil eorum, quę in posterum diem relinquebantur, integrum reperiebant. Commutata enim ac fœuda scatebant eiusmodi animalibus, qualia ex putri corruptione generari solent: Quamobrèm illis abiectis, alios inueniebant paratos cibos, qui cum rore quotidiè defluebant. Eximium uerò sacræ diei septimæ munus erat. Etenim quoniam ea die nihil fieri licebat, sed iussum erat, vt ab omnibus iam paruis, quàm magnis operibus abstineretur, quia tũc nefas erat cibos colligere, eos pridiè duplicabat De[9], iubebatq; colligi, quantum duorum dierum spatio satis esset futurum. Collecti autem, integri remanebãt, ac nihil omninò, ut antè, corrumpebatur.

De pluuia manna è cælo.

Sabbati sacra.

Dicam autem, quod hoc erit etiam admirabilius: Annis quadraginta (quo quidẽ lõgo tẽporis interuallo peregrinati sunt) cõmeatus, quo diximus ordine, suppeditauit non secùs, ac si ab aliquo annonæ præfecto dimensus vnicuique distribueretur. Præterea diẽ optatissimũ didicerunt, qui dies mũdo natalis fuit, in quo rerum vniuersitas absoluta est: quẽ cùm ex patribus & maioribus exquisiuissent, nec vnq̃ itellexissẽt, vix tandèm potuerunt percipere, non oraculis solùm edocti, sed argumento perspicuo. Nam cùm id, qđ cæteris diebus supererat, vt dictum est, corrumperetur, quod die septimũ diem antecedente defluebat, non modò manebat integrum, sed etiam altero tãto plus erat. Vsus autẽ ipsius erat huiusmodi: Sũmo manè delapsum colligebãt, molebantque, aut terebant. Deindè cocto vescebantur, ut suaui & ex melle confecto cibo. Nec verò dapibus exquisitis indigebant. Quandoquidem haud ità multò post iis etiam, quæ delica-

Quo die conditus sit mundus.

tiori

tiori vitæ conueniunt, abundarunt, non aliter, quàm si in cerebri copiosaque regione versarêtur. Volebat enim Deus, ut in ea solitudine abundè cuncta suppeterent. Quamobrèm cùm aduesperasceret, coturnices è mari conuolantes, præ multitudine totis castris tenebras offundebant, volatuq; proximè se demittebât, ut facilè comprehenderentur. Captas igitur, ut cuiqs placebat, condientes, carne suauissima vescebantur, sequein côuiuiis oblectabant obsonio necessario. Atque his quidê copiis nunq̃ deficientibus abundabant.

Coturnices aduolant in castra Iudæorum.

Cæterùm grauis aquæ penuria eos rursùm inuasit. Quarè cùm de salute iam desperarêt, Moses sumpta sacra illa virga, qua signa in Aegypto præstiterat, diui no impulsu durâ silicem percutit. At ipsa siue opportunè, cum priùs fons subesset, incisa vena: siue tû primùm obscuris cauernis in eam statim aqua confluxerit, abundeqs emanarit, torrentis instàr aquas effudit: ut non præsenti tantùm siti mederetur, verùm etiam diù copiosum tot hominum millibus potum præberet. Nam ut antè ex fontibus, qui cùm amari essent, diuina prouidentia dulces effecti sunt, omnia vasa repleuerût. Hæc autê si quis nô credit, is Deû nec nouit nec quæsiuit unquàm. Hæc enim quæ mirabilia uidêtur & rationem exuperantia, ludum esse Deo protinùs intelligeret, certoque cognosceret, si ad ea, quæ verè magna ac studio digna sunt, oculos côuertisset, celi ortum, erratium inerrantiumq; stellarum choreas, lucis splendorem diurnum a sole, nocturnum a luna proficiscentem, terræ firmitatem in medio mundi loco constitutæ, eminentes continentis insularumque moles, innumerabilia animalium & plantarû genera, marium æstus, fluminum atqs torrentium impetus, perennium fluenta fontium, quorum alii frigidas, alii calidas effundunt aquas, annuas distinctasqs temporum varietates, & alia tam multa pulcherrima, ut non modò singulatim omnia recensenti, sed absolutiorem aliquam mundi partem explicanti tempus sit defuturum, licèt ei vita omnium longissima contigerit. Nos autem hæc verè admiranda, quoniâ in promptu sunt, negligimus; quæ verò non nisi rarò fiunt, rerum nouarum studio peregrinis opinionibus augentes admiramur.

Eximia Dei opa, quæ tamê pauci admerttunt.

Multum iam teterrimę viæ côfecerant, cùm termini quidam & habitatæ regionis suburbia apparuerunt. Hęc à Phoenicibus incoluntur. Illuc igitur contendebant, sperantes se uitam quietam tranquillamqs traducturos: quæ quidem spes eos fefellit. Nam Rex, qui illic rerum potiebatur, veritus vastationem, euocata è ciuitatibus iuuentute illis occurrit, eo quidem potissimum côsilio, ut a finibus suis ipsos arceret: si conarentur vim inferre, copiis vlcisceretur; & nullo labore profligaret, ut homines tunc primùm bellum gerentes, & itinere penuriaqs victus & potus fatigatos, quibus ipse singulis esset instructissimus. Moses autê cùm hostium exercitum è speculatoribus haud procul esse didicisset, delectis iis, qui uigebat ætate, ijsqs Iosue, vno ex legatis, duce constituto, ad maius ipse auxiliû festinauit. Solitis enim purgationibus adsper sus, celeriter in proximum collem conscendens, Deo supplicabat, ut subsidium, vires, victoriamqs largiretur Hebræis, quos grauioribus è bellis, aliisque difficultatibus liberasset, cum ab eis non solùm impendêtes ab hominibus calamitates auerteret, verùm etiam quas elementorû immutatio nouas in Aegypto, quasque acerbissima in itinere sitis & fames afferebant. Iâ manus erant consertæ, cum admirabilis quædam affectio manibus eius accidit. Vicissim enim fiebât modò leuissimæ, modò grauissimæ. Quandò igitur leues in sublime tollebantur, confirmabâtur milites sui, strenueq; se gerentes, superiores erant. Quandò autê graues deorsum ferebantur, uincebât aduersarii. Quo quidem signo demonstrabat Deus, horum hæreditatem esse terram, atqs infimas partes: Illorum autem, sacratissimas ætheris sedes: & quemadmodùm in mûdo terræ cęlum præstat & antecellit, sic Hebræorum gentem aduersariis suis fore superiorem. Quadiu igitur manus ueluti lances nunc leues, nunc graues sue runt, tandiù anceps quoq; certamen fuit. At vbi sæpe tè sine pondere digitis tanquàm pennis vtentes, atque ut animalia, quæ naturalibus alis instructa i aere ver santur, excelsæ sublimesq; perstiterunt, nullus hostiû resistere potuit. Quamobrem Hebræi, contra quam æquum esse uidebatur, nulli parcentes ætati, (iustas. n. repetebant pœnas) omnibus occisione occisis, uictoriam sunt assecuti. Tunc & Moses extructa ara, quam ab euentu Dei Refugium appellauit, uictimas immolauit, gratias egit, uotaque persoluit.

Sabbatia.

Qui condi fa m dus.

Iudæi modò vincût, modò vincuntur ab hostibus.

Post hanc pugnã centuit regionem, in quam populum deducebat, lustrari oportere. Alter autem annus instabat, ex quo iter susceperant. Nè igitur locorum ignaros, ut fieri solet, inuisse bellum pœniteret, uolùit ea priùs explorare, utilis perspectis & cognitis posset, quid sibi faciêdum esset, iudicare. Quare duodecim probatissimos uiros singulos ex singulis tribubus legatos eligit, ut nulla pars plus, minusve ferens præstaret, omnesqs ex præfectis suis, si uera uellêt referre, quæ ad incolas pertineret, ex æquo possent intelligere. Hos ergò delectos sic allocutus est. Certaminû, & periculorû, quęq ad hanc usque diem subiuimus atqs pertulimus, præmia proposita sunt loca a nobis occupanda, sorteqs diuidenda: qua quidê spe maximam hanc hominû multitudinem, quam in colonias deducimus, falli nequaquàm velim. Est autem locorum & hominum, & rerum cognitio maximè utilis, côtraqs multûm obest ignoratio. Quamobrèm vos elegimus, ut opera uestra hęc perspecta & cognita haberemus. Tot hominû milliû vos oculi auresqs estis ad ea, quæ necessariò perspicienda dicendaqs nobis existimemus: q̃ verò scire cupimus, tria sunt. Primû, quanta sit habitantiû multitudo & robur. Deinde sitne oppidorum, naturáne aut manu munita sint, an côtrà. Postremò, qualis sit ipsa regio, agrine pingues & fœcundi, & ad omnia fructuumqs genera ferêda apti: an exiles, maligni, & minimè fructuosi: Vt incollentium numero & robori pares copias instruamus: Munitis autem oppidis expugnâdis machinas comparemus. Nam & quod ad regionem ipsam pertinet, scire necesse est, utrum placeat, nècne. Pro sterili. n. vltrò se periculis offerre, dementis est. Cæterùm arma, machinæ & omnis nostra vis, in ea sola re sita sunt, ut Deo credamus, & spem in eo nostrâ collocemus. Hoc. n. munitis præsidio, nihil erit tam formidandû, cui succumbamus. Hoc viribus, robore, audacia, scitia, multitudine præstâtes inuictosqs, longo internallo superabimus. Hoc nobis in uasta solitudine rerû omnium, quibus ciuitates abundant, copiam subministrauit. Tempus autem ad regionis vim cognoscêdam est admodum opportunû. Ver enim appetit: quo tempore q̃ sata sunt, fruges fundût, arboresqs gignere incipiût. Nec alienû erit, ad æstatê vsqs summa illic manere, ut fructus tanquàm felicis regionis iudicia perferatis.

Mittuntur duodecim exploratores.

His acceptis mandatis, ad speculandû profecti sût, vniuersa multitudine deducente, verenteqs nè capti perirent, duoqs indè grauissima incommoda sequerentur, nêpè cędes virorum, qui erât singularum tribuum lumina: & ignoratio rerum, quę ad infidiantes hostes pertinerêt, quarû vtilis foret cognitio. Accipiunt igitur itineris exploratores & duces, eosqs secuti, & veniûtad loca propinqua: confecêoqs môte altissimo, obeuntes regionem circunlustrât. Erat plane

Exploratores circûquaq; lustrât regionem.

 nitiee

nities magna, hordei ac tritici ferax, & herbosa. Mon-
tes vitibus & aliis plantis consiti: tota verò syluis ne-
moribusq; conserta, & aquis tum ex fluminibus, tum
ex fontibus quibus distinguebatur exuberans: vt om-
nes montium partes, à radicibus ad summos vertices,
opacis essent arboribus contextæ, sed colles inprimis,
& quę natura erant demissiora. Ad hęc cernebant op
pida duplici ratione, tum locorum opportunitate, tũ
operibus, communita. Incolas autem considerantes,
animaduertebant esse multitudine innumerabiles, sta
tura proceros, gigantes, aut ad gigantum magnitudi-
nem proximè accedentes, & corporum non minùs ro
bore, quàm mole, præstantes. His cognitis, ut certio-
ra possent referre, diutiùs morati sunt. Species enim
rerum facilè ex animo defluunt, & tempore vix infi-
guntur & conseruantur. Præterea cupiebant fructus
non tum primùm editos, sed planè iam maturos, &
Prægrandes botri in terra sancta.
qui non facilè corrumperentur, vniuersæ multitudi-
ni ostendendos absportare. Inprimis autem uitis fru-
ctum admirati sunt: prægrãdes enim erant racemi, &,
quod quidem spectaculum est incredibile, malleolos
ac palmites magnitudine superabant. Vnum igitur de
cerpserunt, ingentique fuste medium suspendentes,
ità gestarunt, ut eum vtrinquè bini sustinerent, &, quo
niam pondus erat grauissimum, sibi vicissim recentes
prioribus fessis succederent. De rebus autem necessa-
riis dissentiebant, multęq; inter eos fuerunt pugnæ, &
in itinere, antequàm reuerterentur, leuiores tamen,
nè si formidinem præ se ferrent, & alia alii nunciarẽt,
seditionem in populo commouerent: grauiores autẽ
postea quàm reuersi sunt. Alii enim vrbium munitio-
nes, & singularum frequentiam commemorantes, &
verbis amplificantes omnia, timorem audientibus in-
ijciebant. Alii singula extenuantes cohortabantur, nè
dubitarent ad occupandas sedes proficisci: extemplò
enim victores fore, nec ullam vrbem tot copiarum re
pentè irruentium impetum posse sustinere, quin tan-
ta mole oppressa cadat. Addebant autem auditorum
animis, ut ipsi affecti erant, uel metum, si ignaui: uel
audaciã & spem, si fortes & strenui. Sed hi quinq; parti
bus pauciores erant timidis & aufugiẽtibus: illi cõtrà
quinq; partibus plures generosis atque magnanimis.

Paucorũ virtus multorum obscurat ignauia.
Verùm paucorum virtus, multorũ obscuratur igna
uia. Quod tunc etiam ferunt accidisse. Etenim cum
duo tantùm optima proponerent, decem autem con-
trà sentirẽt, hi tanto superiores extiterunt, vt in sen-
tentiam suam adduxerint multitudinem vniuersam,
eamq; sibi à duobus illis abalienatam adiunxerint. De
regione verò ipsa, eadem omnes retulerunt, campe-
stris, montosæq; pulchritudinem explicantes. Quid
nobis, exclamarunt, aliena prosunt bona, tam strenua
præsertim defensa manu, ut auferri non possint? facto
què in duos impetu, eos propemodùm lapidib⁹ obrue
runt, anteponẽtes auriũ voluptatẽ veritati, veritatiq;
mendacium. Quibus rebus imperator indignatur, si-
mulque metuebat, nè calamitatem aliquam immitte-
ret Deus in eos, qui adeò timidè diuinis responsis dif
fiderent. Quod & factum est. Ex speculatoribus. n. de
Vltio diuina in exploratores et populum.
cem ignaui cũ illis oĩbus, q ex multitudine spem abie
cerant, pestilẽti morbo sublati sunt, & illi duo tantùm
seruati, q vt ad occupãdas sedes audacter accederẽt,
adhortabãtur. Hoc. n. fidei, quã oraculis habuerãt, sin
gulare pmiũ acceperũt, vt vna cum reliquis nõ interie
rint. Hęc fuit causa, ut in eam terram, in quam de-
ducebantur, tam serò peruenirent. Etenim cum alte-
ro anno post discessum ex Aegypto possent Syriæ ci-
uitatum hæreditatem inter se diuidere, omissa com-
pendiaria, quæ rectà illuc ducebat, via, difficilia & lõ-
ga & deuia itinera, alia post alia reperientes, immen-
sisque tum animorum, tum corporum laboribus ne-
cessariæ impietatis luentes pœnas, octoque & trigin
ta annos præter id tempus ætatis, quod antè quisque
transegerat, sursùm deorsùm oberrantes, vastasq; so-
litudines dimetientes, vix quadragesimo tandèm an-
no ad ipsius regionis fines, ad quos priùs etiam vene-
rant, appropinquàrunt.

Habitabãt hìc & alii populi, quibuscũ sanguine cõ
iuncti erant, quos item bello persequi in animo habe
bant, & eorum sedes occupare, nisi hi ex armis abstine-
rent, vt neutri parti ferrent auxilium: tunc enim ab eis
temperaturos. Hebræus enim populus, & qui loca illa
finitima incolebant, ab eisdem Maioribus ducebãt ge
nus. Fratres duo fuerant eodem patre, eadem matre,
Esau & Iacob ex Isaac & Rebecca.
eodemque partu geniti, quorum familiæ, cùm filiis
ac nepotibus plurimis abundarẽt, sic auctę sunt, vt ma
gnũ vtraq; populũ celebremq; perfecerint. Sed altera
sibi domiciliũ illis in locis cõstituit, altera famie com
pulsa, ut antè dictũ est, in Aegyptum cõcessit, & lõgo
post tempore reuersa est. At quamuis diù seiuncta fuis
set, beneuolentiam tamen in cõsanguineos, licèt nec
mores, nec instituta patria retinuissẽt, sed planè uiuẽ
di rationem peruertissent, conseruabat. Quamobrèm
æquum esse censebat, ut in homines natura mãsuetos
necessitudinis gratia leniorem se commodioremque
præberet. Illi verò moribus, sermone, consiliis, factis
que inimicis & hostilibus omnia amicitiæ iura violan
tes, paternas inimicitias persequebantur. Author eñ
Esau repetit ius primogenitum.
generis ipsorum, cùm ius primogeniti fratri vẽdidis-
set, paulopòst è pactione recedens, id vndè cesserat,
repetebat, eique mortem, nisi redderet, minabatur,
Veteres has inimicitiæ causas, tot iam transactis secu-
lis, gens altera renouabat.

Cæterùm Hebræorum Imperator Moses, cùm pos
set eos statim opprimere atq; delere, ꝓpter generis,
quam antè diximus, necessitudinem noluit. Postula-
bat tantummodò, vt sibi per eorum regionem liceret
iter facere, amicè se transiturũ promittens, non vasta
turum agros, pecora non abactarũ, non acturum præ
dã: aquam, & si quid aliud opùs esset, empturum pre-
cio. At illi pacificis consiliis aduersari, minari bellũ,
si agros ingrederentur, aut tantùm attingerẽt: & post
acerba responsa, ad vltionem iam & arma spectare.
Quibus ipse è loco, vndè exaudiri poterat: Iustas, in-
quit, ò viri, succensendi causas habemus, qui cùm in
istos beneuolentiæ atque humanitatis signa prætule-
rimus, tam à nobis alienos & feros eorum animos ex
perti sumus. Verùm licèt illi sint digni, qui crudelita-
tis dent pœnas, non tamen ob propinquitatem conue
nit, vt nos eas persequamur. Sed hac item in re nos
bonos ab improbis differre declaremus, dum confide
ramus, non solùm punie̅dine sint, verumetiã verùm
à nobis puniri debeant. Tunc indè diuertens, per aliã
viam populum duxit. Sciebat enim, ab illis omnia re-
gionis itinera pręsidiis interclusa teneri, non quòd
vllam iniuriam accepissent, sed q̃ breuiore via se pro
gredi nollent: quo quidem argumento clarissimo do
lorem indicabant, quo propter populi libertatẽ affi-
ciebantur, lætitiamq;, quam capiebant, dum is in Ae-
gypto acerba detineretur oppressus seruitute. Nam
qui dolent rebus secundis propinquorũ, eorũ aduer-
sis, licèt id fateri nolint, gaudeãt necessè est. Eis aũt, vt
amicis atq; idẽ consulentibus, quæ sibi aduersa iucun
daque contigerant, aperuerant: ignorantes eos vltrò
tantum maleuolentiæ atque odii concepisse, vt mo-
lestiam ex commodis suis, voluptatem autem ex incõ-
Moses nõ sinit populum bellum inferre Idumæis.
modis essent accepturi. Patefacta uerò eorum male-
uolentia, ab imperatore suo prohibiti sunt manus cũ
illis conserere. Qua quidem re duo pulcherrima præ
stitit, prudentiam & humanitatẽ. Prudentiæ fuit, pro-
uidere, quid inferretur detrimenti: in consangui-

neos

neos autem non sequiro, humanitatis. Illorum igitur oppida transgressus est.

Is est rex Arad, ut habes Nume. 21.

At Rex quidam regionis finitimæ, quæ * Chanane appellatur, cùm ex speculatoribus accepisset, exercitũ haud procul iter facientem abesse, existimãs illum passim uagari, nulloque negocio, si a se priùs inuaderetur, oppressum iri, cum benè instructa domesticorũ iuuenum manu excurrens, quos primum offendit, ut ad ineundum præliũ imparatos, in fugam uertit & cepit: prosperoq; successu inflatus, progrediebatur, sperans se omnes in potestatem suam redacturum. Ipsi verò præcedentium iactura minimè fracti, sed magis quam antea confirmati, cupientesq; partes eorum explere, acri animo festinantes, sese mutuò cohortabãtur, nè labori succumberent: Excitemur, aiebant: nũc regionem inuadamus: sine metu cum audaci præsidio manus conferamus. Initijs extrema sæpè iudicantur. Cùm simus in eorũ finibus, incolas perterrefaciamus: interceptisque fructibus, rerum necessariarum penuriam, quam ex solitudine attulimus, inferamus. His uerbis concitati, Regis urbes, earumque ciues, primitias deuouerunt Deo: qui uotis annuens, Hebræis animos & uires addidit, ut hostium exercitum profligarent. Quo superato, uota persoluerunt, nihil in ꝓprios usus ex præda conuertentes, sed oppida & ciues & opes dicantes Deo. Ab ipso autem euentu, totũ regnum anathema uocauerunt. Quemadmodùm enim homines pii ex fructibus annuis, quos ex prædiis suis colligunt, primitias offerunt: sic populus uniuersus magnæ regionis, in quam cõmigrabat, magnam partem, nempe regnum primò captum, ueluti coloniæ primitias consecrauit. Neque enim fas esse ducebat, aut terrã diuidere, aut ciuitates incolere priùs, q̃ primitias nuncuparent.

Paulopòst autem vberrimum fontem inuenerunt, qui uniuerso populo potũ abundè præbuit. Erat autẽ in puteo fons, & in ipsius regionis finibus *. Quarè, quasi merum ex eo, non aquam, hausissent, recreati sunt, & pręlætitia & gaudio choros circa puteum statuentes: Deo sedium largitori coloniæq; Principi, nouum canticum celebrarunt, egeruntq; gratias, quòd ex solitudine primùm in locum celebrem atque habitatum, quem possessuri essent, egressi, reperissent aquarum copiam: nec sine aliquo monumento & testimonio fontem sibi transeundum existimarũt. Etenim non priuatorum, sed regum manibus excisus fuerat: qui sibi honori cupiebant esse non solùm quòd fontẽ inuenissent, verumetiã quòd puteum extruxissent: id, quod ex operis impensa coniici poterat. erat. n. planè regium, authoresq; principes & magnificos indicabat. Lętus igitur Moses rebus, quæ perpetuò prosperè succedebant, hoc ordine castra mouit, ut iuuenum robore in primum extremumq; agmen distributo, senes, & mulieres, & pueros in medio collocaret, ut eorum præsidio, seu antè, seu retrò manus hostium inuaderet, utrinquè tuti forent.

Puteus regum opera extructus.

Paucis autem pòst diebus, cùm in Amorrhæorum regionem ingressus esset, legatos ad Regem, qui Seon vocabatur, misit, idem ei suadens, quod consanguineo antè suaserat. Quibus ille non solùm contumeliosè respondit, sed, nisi obstitisset ius gentium, illos occidisset. Coactis igitur omnibus copiis processit, sperans se prælio superiorem fore: quo tamen inito, facilè sensit sibi non cum imparatis aut inexercitatis certamen esse: sed cum pugnatoribus bello prorsùs inuictis, qui pauloantè multa pręclaraq; facinora edidissent, tum viribus, tum scientia, tum virtute præstãtes: quibus eos, qui sibi obstitissent, superantes, ea præda nihil attigissent, sed prima belli præmia Deo consecrassent. Et tunc igitur instructi, fortiter occurrerũt, cùm consiliis suis apparatibusque confisi, tum inexpugnabili iustitiæ pręsidio confirmati, quo se clariores & promptiores in pugna præstiterunt. Id ea eo facilè intelligi potuit, ꝙ altero prælio non opus fuit. Primo enim & solo conflictu aduersarii fusi, fugati, penitusque deleti sunt. Ciuitates autem vno eodemq; tẽpore vacuę, plenæque apparuerunt. Vacuæ veteribus incolis, victoribus plenę. Villæ itidèm & agri, antiquis spoliati dominis & colonis, uiros omnibus partibus meliores acceperunt.

Seon rex cum suis caditur.

Hoc bellum cùm omnibus Asiæ gentibus, tum præcipuè finitimis, quòd damna celeriùs expectabant, magnum terrorem iniecit. Vnus autem è uicinis regibus Balaces nomine, qui amplam frequentemque Orientis partem, antequàm manus confereret, obtinebat, cùm armis occurendum illis non censeret: quòd uastationem ex aperto bello metueret, ad auguria & uaticinia confugiendum existimauit, sperans se inuictã Hebræorum potentiam execrationibus quibusdam euersurum. Ariolus quidam ea tempestate celeberrimus erat in Mesopotamia, qui omnes quidem diuinãdi artes callebat, sed in augurandi facultate potissimùm probatus, & mirabilis putabatur, quòd multas & sępe res incredibiles & magnas ostendisset. Aliis vigente ęstate pluuias, aliis in media hyeme calores ardoresque prædixerat: aliis in vbertate inopiam, aut contra in penuria & fame copiam & abundantiam: quibusdam exundationes, exiccationésve fluminum, & pestilentium curationes morborum, aliaque id genus innumerabilia: quæ singula cùm ità prænunciaret, vt edere oracula uideretur, longiùs in dies fama peruagante, magnam erat gloriam assecutus. Ad hũc ea socius quosdam misit, ad sese vt ueniret, rogans: muneribusque partim missis, partim promissis, causam, quamobrèm accerseretur, explicauit. Ille verò, vt qui nõ generoso constantique animo esset, & plerumquè astutè se gereret, tanquam ea probatis prophetis genus duceret, ac sine diuinis responsis nihil omninò facere consueuisset, recusauit, asserens se à diuino numine prohiberi. Quamobrèm ad regem, infecta re, qui missi fuerant, reuersi sunt. Alii rursùs eandem ob causam probatiores nuncii deliguntur, qui & pecuniç plus afferant, & maiora polliceantur munera. Et præsentium quæstu, & futurorum spe captus, & accersentium veritus dignitatem, causa iterùm in numen, falsò tamen, collata, cessit: reiectoque in diem posterum abitu, visa sibi in quiete narrauit: quibus manifestò perterritus, manere ampliùs non posset, sed cogeretur nuncios sequi.

Ariolus celeberrimus Balaam.

Iam igitur iter ingressus, perspicuo portento commonetur in uia, causam, propter quam proficisceretur, turpem & iniquam esse. Iumentum enim, quo fortè insidens rectà vehebatur ipse, repentè primùm cõsistere: deindè, tanquàm vi ab aliquo repelleretur, aut prohiberetur, procumbere: rursùmq; dextrorsùm ac sinistrorsùm ferri, atq; huc & illuc oberrans, non posse quiescere, quasi vino ebrium debacchare tur: adeoque verbera negligere, dum vapularet, ut insidentem propè deiiceret, vicissimq; lęderet. Erant in propinquo sepes & dumi, quibus iumento se collidente, domini afflicti oppressiq; genua, & suræ, & pedes dilacerabantur: Erat autem, ut verisimile est, diuina aliqua species, cuius irruentis præsentiam dudum animal extimescebat. Eã homo, quo suã inscitiã ac stuporẽ agnosceret, nõ videbat, vincebaturq; ab animali rationis experti is, qui se nõ modò mundũ, sed mũdi opificẽ cernere iactitabat. At aliquandò tandèm Angelum conspicatus, non ꝙ tali spectaculo dignus esset, sed ut se nullius precii esse cognosceret, supplex ad preces cõfugit, sibique non spontè, sed per imprudentiam pec-

Angelũ videt Balaam.

canti, vt ignosceret, orauit. Verùm cùm redire tùc oporteret, rogauit angelum, domum nè sibi reuertendum esset. Ipse verò simulatione perspecta, indignatus, (Quid enim percontatione opùs erat in re adeò per se manifesta, vt uerborum testimonio non indigeret? nisi fortè maior auribus, quàm oculis, aut dictis, quàm factis fides haberi debet) Perge, inquit, quò cupis ire: nihil enim proficies. Ego enim præter sententiam tuam dicenda suggeram, & vocis instrumenta, quò æquum & vtile erit, conuertam. Ego te imprudente singula vaticinabor ex ore tuo.

Rex autem, cùm audiuisset eum appropinquare, ei satellitibus stipatus obuiàm processit: in ipsoq; cógressu primùm, vt fit, amanter salutauit, benigneque complexus est: cum subaccusauit tarditatem, & quòd nó uenisset animo promptiore. Post hoc lautissimũ preciosis dapibus celebratur conuiuium, & omnia, quæ hospitibus honorificè accipiendis parari solẽt, ambitione regia magnificentiùs & cumulatiùs instruuntur. Postridiè autem benè manè Balaces vatẽ adduxit, vbi dæmonis cuiusdam simulacrum erat, quod incolę adorabãt. Hinc pars exercitus Hebræorum despiciebatur, & tanquàm è spelunca ostendebatur mago. Quam ille intuitus, Tu, inquit, ò Rex, septem aras ædifica, & ad earũ singulas immola singulos vitulos, & singulos arietes; ego autẽ secedẽs, exquiram à Deo, quæ dicenda sunt. Digressus igitur, numine statim afflatur, diuino adueniente spiritu, qui ex animo eius omnem ariolãdi artem expulit. Neque enim simul inesse possunt sacratissimum numen, & pręstigiæ magicæ. Deindè reuersus, & uictimas cernens, atque ardentes aras, velut interpres alterius suggerentis, hæc edidit oracula.

Balaces accepit Balaã regio conuiuio.

Balaãm magus.

Prophetia Balaam.

Ex Mesopotamia Balaces accersiuit me, vt lõgo cõfecto itinere, diris execrationibus Hebręos deuouerem ac perderem. Ego uerò quomodò execrabor eos, qui Deo non sunt execrabiles? Ipsos equidem oculis despiciam ex altis montibus, cogitationeq; compræhendam: populo tamen obesse non potero, qui habitabit ab aliorum populorum numero separatus, non locorum & regionis hæreditate & portione attributa, sed præstantium gentium proprietate, quæ patriis institutis & uiuendi ratione cum aliis non commiscẽtur. Quis accuratè primam eorum generis originem inuenit? Corpora quidem illorum ex humano semine coaluerunt: animi uerò diuinitùs conflati sunt. Itaq; Deo sunt affines. E uita corporea decedat anima meus, vt iustorum animorũ numero asscribatur, quales horum sunt animi. Hæc audiens Balaces, angebatur. Fine autem facto dolorem ferre non valens: Cùm ad execrandos hostes, inquit, aduocatus sis, illis fausta precari non erubescis? Te mihi amicum existimans, profectò deceptus sum, nesciens te cum hostibus occultè cõiunctum esse. Id quod res ipsa declarat. Idcircò differebas aduentum tuum, quòd ad illorum auxilium animus tuus propensus erat: a me autem & à meis, alienus. Perspicuis enim (vt uetus habet prouerbium) significantur obscura. At ille, qui non ampliùs à numine detinebatur: Iniustissimum, respondit, in me crimẽ conijcitur. falsò enim accusor, quippe qui, nisi Deo suggerente, nihil loquor. Quod neq; ego nunc primùm dixi, neque tu audiuisti: sed & anteà, cùm nuncios misisti, quibus eadem respondi.

Cùm igitur Rex opinaretur, aut vatem fallere, aut Deum mutari, & locorum mutationibus mentis constantiam uerti, in alterum locum ipsum adduxit, eiq; ex præcelso montis fastigio partem quandam exercitus aduersariorum demonstrauit, constructisque rursùm septẽ aris, factisq; vt anteà, totidem sacrificiis, illum ad agenda auguria, faustaque responsa accipienda dimisit. Qui, ut solus fuit, extemplo correptus numine, & tanquàm amota ratione nihil intelligens, ea, quæ subijciebantur, protulit, vaticinans ad hunc modum: Surge rex, & hęc arrectis auribus accipe: Deus, quemadmodum homines, falli non potest: neque vi filij hominum, immutatur, aut non pręstat, quę semel locutus est. Nihil omninò loquetur, quod non ratum ac firmum futurum sit. Verba enim ipsius, sunt opera. Ad benedicendum ego, non ad maledicendum, adductus sum. Nullus erit Hebręis labor, nulla molestia: Deum enim suum habent propugnatorẽ, qui calamitatum Aegypti confracto discussoq; impetu, tot hominum millia, ut hominem vnum, eduxit: auguria negligunt, omnemq; spernunt diuinandi facultatẽ, vno mundi principe ac duce confisi. Populum vt leonis catulum exurgentem, ut leonem exultantem adspicio. Saturabitur feris, & vulneratorum sanguinem bibet: expletusque somno non opprimetur, sed præclarum canet. Periniquo ferens animo rex, quod sibi contrà, quàm sperabat, vaticinia cederent, Et dira, inquit, o vir, & fausta precari omittas. Satiùs est enim silere, quàm inincũda loqui. Cùm hæc dixisset, tanquàm eorũ, quæ dixerat, oblitus ob mentis inconstantiam in alium locum abduxit vatem: ex eoq; vel partem Hebræorum exercitus detestaretur, adhortabatur. At ille suasione deterior, cùm illata crimina vera defensione refelleret, quòd nihil proprium diceret, sed ab altero subiecta, correptus & afflatus numine interpretaretur, ideoque Regem nõ ampliùs sequi, sed domum reuerti deberet: alacriùs quàm ille, qui accersierat, antecurrit, tum quòd ingentium malorum metu premebatur, tũ quòd licèt lingua execrationes explicare non posset, cogitatione tamen cupiebat execrari.

Malignitas Balaã.

Conscendens igitur in mõtem prioribus sublimiorem, celeriter iubet idem sacrificium instaurari: constructisq; rursùm septẽ aris, quatuordecim victimas mactari, binis ad singulas vitulis & arietibus immolatis. Ipse uerò non iam, ut erat solitus, ad responsa & auguria confugit, sed artem ipsam vituperans, quòd tempore, ut lex abrogata, exoleuisset, hebetiorq; facta non posset certa conijcere: nec considerans propositum Regis, à quo mercede conductus fuerat, à Dei consilio discrepare, ad solitudinem oculos conuertit, videtq; Hebræorum castra per tribus disposita. Tunc non vt exercitus, sed ciuitatis multitudinem & ordinem admiratus, afflatusque, talia locutus est: Dicit homo, qui vera cernit, qui mentis oculis nõ dormientibus manifestum Dei visum in quiete perspexit: Quàm pulchræ sunt domus tuę, exercitus Hebræorũ: tentoria tua sicut ualles vmbrosæ, sicut viridaria propter flumen, sicut cedri iuxta aquas. Egredietur olim vir è vobis, & multis gentibus imperabit, eiusq; regnum in dies magis propagabitur, atque extolletur in sublime. Hic populus ab Aegypto discedens, Deũ semper habuit itineris ducem, qui in vno cornu multitudinem duxit. Multas hostium gentes comedet, earumq; pinguedinem ad medullas vsque percipiet. Sagittis perdet aduersarios, requiescet dormiẽs ut leo, ut leonis catulus securè admodum, ac neminem timens, sed aliis timorẽ iniiciens. Infelix quicunq; cõmotum excitauerit. Qui fausta precantur tibi, faustis precationibus digni sunt: qui detestantur autem, sunt detestabiles.

His vehemẽter indignatus Rex, Ad execrãdos, inquit, hostes accersitus, benè illis ter iam precaris? Fuge hinc quàm citissimè, nè, quoniã ira præceps est perturbatio, cogar in te nouũ aliquod exemplũ edere. Quãta pecunia, quantis muneribus, quãta gloria teipsum, hõ stultissime ac mẽte capte, spoliauisti? pegrè reuerteris, nec aliud domũ, nisi magnã ignominiã & dedecus afferes. Ars.n. ista, qua priùs aliqd eẽ uidebaris, irridebitur

bitur & contemnetur. Tum ille: Quę, inquit, hactenus contigerunt omnia, responsa sunt & oracula: Quę autem dicentur, ea ipsa coniectura prænunciabo. Et dextra regis apprehensa, solus cum solo consultabat, quibus rationibus hostium exercitus adduci posset, vt nefario & maximo scelere admisso læderetur. Quid tu, inquiet aliquis, ex te respondes, & ea consulis, quæ sunt oraculis contraria, nisi fortè consilia tua maiorem vim habent, quàm diuina responsa? Sed agè præclaras istius admonitiones, quæ certam eorum, qui semper victores sunt, stragem moliuntur, pręcdamus.

Nequissimū sceleris Balaā consilium. Cum sciret Hebræos nullo pacto, nisi violarent leges, offendi posse, per manum libidinis & incontinentiæ flagitiū ad manus impietatis scelus, voluptatis esca proposita, allicere studuit. Sunt in his locis, inquit, ô Rex, fœminæ forma omnium præstantissimę. Homines autem nulla re faciliùs, quàm fœminarū pulchritudine, capiūtur. Quamobrem si permiseris, vt formosissimæ quæstum faciant, pudicitiamq; publicè prostituant, iuuēntutem aduersariorum inescabunt. Ipsis tamen cauendum erit, nè statim cuilibet corporis sui copiam faciant: vrbanitas .n. cupiditates quasi titillās, magis amores accendet atq; inflammabit. At illi cupiditatibus elati, audebunt oia & facere & pati. Amatori autem sic affecto aliqua earum, quæ ad hanc venationem instructæ fuerint, Non licet, inquiet, mea frui consuetudine priùs, quàm relictis patriis institutis, ad nostra transeas, & ea colas, quæ ego. Quod abs te factum esse planè perspiciam, si libationū & sacrificiorum particeps esse volueris, quæ nos imaginibus, & statuis, & reliquis simulacris facimus. Ipse verò multis nimirùm retibus circundatus, pulchritudine, blandis illecebris ac suasionibus, nihil repugnabit: sed deuicta ratione, miser faciet imperata, & cupiditatis seruus asscribetur. Ità consulebat ariolus: Rex autē ea, quę dicebantur, minimè absurda iudicās, abrogata lege de adulteriis, atque illis, quibus incestū & stupra interdicebantur, ità sublatis, vt si nunquàm fuissent scriptæ, edixit, vt mulieribus liceret cum quibus libet habere consuetudinem.

Populus fornicat cum fœminis ethnicis. Impunitate concessa, multitudinem adolescentiū allexerunt, eorumq; animos priùs decipientes, ad impietatem compulerunt, donèc principis sacerdotum filius, rei grauissimę indignitate permotus, quòd eodem tempore & corpora & animos traderent in seruitutem, corpora quidem voluptatibus, animos autē impietate corrumpentes, præclarum adolescēs & nobili ac probo viro dignum facinus confecit. conspicatus enim quendam è genere ad scortum ingredientem, nec oculos præ pudore defigentem humi, nec operam dantem, vt lateret multitudinem, nec, ut fieri solet, ingressum occultantem, quinetiam impudēter audacterq; turpitudinem ostendentem, ac re fœdissima tanquàm honesta gloriantem, valdè concitatus, iustaq; ira plenus accurrit: amatoremq; ac meretricem, in lectulo adhuc iacentes ambos confodit, & genitales partes amputauit, quòd nefandæ rei operam dabant. Hoc exemplum intuentes quidam eorum, qui

Phinees Iterfecit duos pariter concumbētes. continentiæ pietatisq; studio tenebantur, iubente Mose, imitati sunt, & omnibus, qui simulacris immolauerant, propinquis atque amicis omnium ætatum contrucidatis, sumptoq; supplicio populum expiarunt, seruantes eos, qui manifesta defensione religionem & innocentiam suam ostendebant: damnatorum autem ignoscentes nemini, nec eorum crimina misericordia prætereuntes, eosq; punientes, qui suis illos manibus interfecissent. Ex quo fiebat, ut nullum daretur effugium, cum ea res afferret ipsis interfectoribus verissimam laudē. Occisa fuisse ferunt vno die

24000 cæsi vno die. quatuor & viginti hominū millia. Atq; ità sublatū est scelus, quod exercitum coinquinauerat.

Peracta iam expiatione, quærebat Moses dignis præmiis afficere sacerdotum principis filiū, qui primus ad vlciscendū aggressus fuerat: sed oraculo Deus anteuertit, & largitus est pacem munus amplissimum, quod mortaliū nullus præbere potest, & omnem sacerdotii dignitatem dedit ipsi & posteris eius hæreditariam. Cum autem intestini mali nihil ampliùs reliquum esset, omnibus, qui transfugæ aut proditores videbantur, interfectis, Mosi uisum est tempus opportunum, ut Balacæ bellum indiceret, homini, qui plurima detrimenta tum inferre conatus esset, tum etiā intulisset. conatus quidem erat inferre per Ariolū, cuius execrationibus Hebræorum potentiā deletū iri sperabat: intulerat autem per incontinentiam & impudicitiam fœminarum, quæ rem secùm habentium corpora libidinibus, aios autem impietate corruperant. Omnibus tamen copiis gerendum bellum nō cēsuit. Videbat.n. nimiam multitudinem sibipsi esse impedimento. Præterea vtile iudicabat, sociorum reliquū subsidiū, quod fessis opitularetur. Duodecim igitur fortissimorum iuuenū millia (tot enim sunt tribus, ex singulis mille) delegit, Phineesq; qui iam mirantis audaciæ specimen dederat, ducem constituit. Hos armis instructos dimittens, sic allocutus est.

Oratio Mosis ad eos, quos mittebat cōtra Madanitas. Non de imperio pręsens certamen est, neque ut opes alienas adipiscamini, quę uel solæ, vel pręcipuę solent esse bellorum causæ: sed pro religione & pietate estis pugnaturi, à quibus consanguineos & amicos vestros auerterunt aduersarii, atque ità interitus eorū authores extiterunt. Absurdum igitur esset, vos qui domesticos à legibus recedentes interfecistis, ab hostibus, qui grauiùs peccauerunt, téperare: sustulistisq; illos, qui peccare discebant, & eis ignoscere, qui ie ad peccandū impulsores & magistros præbuerunt, & malorum omniū, quæ ab illis admissa perlataq; sunt, fuerunt authores. His cohortationibus cōfirmati, & quicquid roboris in animis suis ingenitū erat excitantes, tanq̄ explorata victoria, ad bellum inuicti contenderunt. Conferentesq; manus, tanto superiores & virtute & viribus extiterunt, vt cunctis aduersariis cęsis, ipsi omnes incolumes, ne vno quidem suorum vulnerato, nedum occiso, redierint. Quamobrèm si quis rem ignorans, eos redeuntes adspexisset, non ex acie, aut prælio, sed ex spectaculo, aut belli simulacro redire arbitratus esset. Solent.n. eiusmodi in pace ludi celebrari, ut exercitationis gratia inter amicos vera gerì prælia videantur. Vrbes igitur aut euertentes, aut incendentes ità deleuerunt, ut nullum earum vestigiū relictū sit, quo illic unquàm fuisse cognosci possent. Ex incredibili captiuorū numero tam viros, quam fœminas occidendas iudicauerunt: Viros, q̄ struxissent insidias, ptioresq; lacessissent: Fœminas, q̄ Hebręorū iuuentutē præstigiis corrupissent, eorumq; nequitiæ, & impietatis, & mortis causam attulisset. Pueris & virginibus, ætatis habita rōne, pepercerunt. Grādem admodùm prędam tum ex regiis, tum ex priuatis ædibus, tū ex uillis (neque.n. in agris, q̄ in urbibus, minor erat) oēsq; hostiū diuitias i castra cōportarūt.

Cùm Moses & Ducem & milites collaudasset, tum quòd strenuè se fortiterq; gessisset, tum quòd propriis commodis consulentes, in rem suam non studuissent prædam conuertere, sed in medium contulissent, vt ij quoque, qui in castris mansissent, eius participes fierent: iussit eos extra castra dies aliquot cōmorari, expiarique à cæde per magnū sacerdotem. Licèt enim

Nota. hostes legitimè occidantur, is tamen, qui interficit hominem, quamuis & iure, & se defendens, & lacessitus id faciat, tamen propter summā & cōem hominū inter se coniūctionē, uō uidetur penitus inno-

Præda ex Madianitis capta distributio.

xius. Quapropter interfectores expiatione ab ea culpa, cuius videbantur affines, existimauit indigere. Postea verò ita diuisit prædam, ut illis, qui bellum confecerant, partem dimidiam tribueret: (erant autem numero pauci) alteram illis, qui in castris manserāt. Aequum enim putabat, vt etiam ipsi essent vtilitatis participes, qui, si minùs corporibus, aīs certè pugnassent. Milites. n. qui in præsidiis manēt, non virtute aut certandi cupiditate, sed tpe tantùm & sorte vincūtur.

Cum igitur illi pauci, qui pericula subierant, plus accepissent, plures autem, qui in castris māserant, minus: visum est necessarium, vt totius prædæ primitiæ dicarentur. Obtulerant autem quinquagesimam partem, qui permanserant in castris: illi verò, qui bellū gesserant, quingentesimam. Atque horum quidē primitię, magno sacerdoti sunt attributæ: priorum autē, ministris, qui Leuitæ appellantur. At tribuni & centuriones, manipulorumq; & reliquorum ordinum ductores, pro sua sociorumq; salute, præclareq; parta victoria, sponte sua singulares primitias obtulerunt: & quæ quisque ornamenta aurea, vasaq; preciosa in præda reperit. Quæ ex auro constabāt, Moses accepit, collaudataq; offerentium religione, reposuit in sacro tabernaculo, ut pię gratęq; ipsorum voluntatis monumentum esset. Egregia fuit hæc primitiarum distributio: primitias eorum, qui virtutis dimidium, nempe promptum animum ostenderant, non autem facta, sacerdotibus assignauit: illorum autem, qui & corporibus & animis se periculis obiecerant, perfectam fortitudinem exhibentes, sacerdotum antistiti, magno sacerdoti: præfectorum verò munera, ut à ducibus & principibus profecta, omnium duci & principi Deo. Omnes isti deuicti sunt aduersarii priùs, quàm Iordanem regionis fluuium traiecissent ad incolas felicis fœcundæq; terræ, in qua planities erat, frumenti pabulique pro pecoribus feracissima.

Hanc regionē cum adspexissent duæ tribus, id est, sexta exercitus pars, quæ pecudibus abundabant, rogarunt Mosem, ut sibi permitteret illic hæreditatis partē capere iam pridem constitutam. Loca. n. illa esse gregibus & armentis aptissima, quippe quę & irrigua essent, & herbæ copiam spontè ferrent. At ille, putans eorum postulata eò spectare, vt uel partē suam præmiaque ante tempus accipientes, honore præstarent, uel bellorum, quæ instabant, laborē subterfugerent, cùm plures adhuc Reges imminerent, qui intrà fluminis regionem incolebant, valdè indignatus atq; ęgrè ferens: Vos igitur, inquit, hic turpiter ociosi inertesq; considebitis, dum propinquos & amicos vestros reliqui hostes diuexabunt, uobisque solis ut optimè meritis pręmia tribuentur, alii uerò pręlia, labores, molestias, summaque pericula sustinebunt? minimè æquū est, ut uos pace, pacisque commodis perfruamini, cæteri verò in bello & innumerabilibus ęrumnis versentur. Nec conuenit, vt totum pro partibus, sed cōtrà potiùs, ut partes pro toto hæreditatem exquirant. Omnes uos estis ęquales, eodem genere, iisdem orti parētibus: una domus, iidem mores, eædem leges, & alia innumerabilia, quorum vos singula deuinciunt, & ad beneuolentiam compellunt. Cur igitur, cùm in rebus maximis maximeque necessariis pares sitis, in diuisionibus non eritis pares, sed tanquam principes subditos, aut domini seruos contemnetis? Oportebat uos quidem alienis verberibus erudiri: Sapientis est enim non expectare dum ad se damna perueniant. Nunc autem cùm domestica exēpla habeatis, patres nimirùm, qui regionem hanc speculati sunt, calamitatesque tū ipsorum, tum aliorū omnium, qui simul cum illis desipuerant, cùm, duobus exceptis, omnes interierint, ideoq; cauere debeatis, nè in vllo simili timore de-

Moses obiurgat eos qui volūt sibi tradi regionem citra Iordanem.

prehendamini: eos, ò stulti, tanquàm non faciliùs capiendi sitis, æmulamini, atque illorū, qui se uiros fortes ac strenuos præstare decreuerunt, alacritatem frangitis, animosque promptos dissoluitis? Atqui ad peccandum properantes, ad supplicia simul festinabitis. Iustitia enim vix moueri solet: at cùm semèl mouetur, sic accelerat, ut fugientes facilè cōsequatur. Quādò, cunctis hostibus deletis, nullū amplius bellum imminebit, socii autem ità se gesserint, vt nec ordines, nec exercitum deseruisse, nec quicquā aliud, vt ignaui aut victi, fecisse repręhendi possint: sed animis corporibusq; à principio belli ad casū usq; permāserint, & regio vacua erit iis, à qbus obtinebatur, distribuent munera, tūc virtutis pmia tribub' ex ęquo diuidētur.

Admonitionem hanc illi, ut a patre admodùm beneuolo proficiscentem, tamquam ingenui filii, æquis animis pertulerunt. Sciebant enim illum non efferri imperii potestate, sed omnium curam & rationem habere, iustitięq; & æquitatis amatorem esse, nec ignauiā insectari, ut ignominia quemquam afficeret, sed vt ii, qui meliores fieri possent, excitati resipiscerent, & ad bonam frugem sese reciperent. Itaque sic ei responderunt: Tu quidem meritò indignaris, si nos tales existimas, qui socios deserentes, uelimus ante tempus vacatione donari. Verùm haud ità res habet. Nihil enim cum virtute coniunctū adeò laboriosum est, vt id formidemus. Virtutum autē opus existimamus, & tibi tali imperatori parēre, & in laboribus subeundis nemini cedere, probariq; in omnibus futuris bellis, donec res felicem exitum consequantur. Omnibus, vt anteà, armis instructi, traiiciemus Iordanem, nec vlli militum manendi occasionem dabimus. Filii tantùm infantes, & filiæ, & vxores, & greges armentaque, si permiseris, relinquentur. Instruemus autem filiis, & uxoribus domos, & pecoribus stabula, nè, si in locis non communitis sine præsidio maneant, ex incursionibus patiantur aliquid aduersi. Ipse verò benigno uultu humanaque oratione: Vobis, inquit, uera dicentibus certa manebunt præmia, quæ postulastis. Relinquite igitur, ut dixistis, fœminas, & pueros, & pecudes: vos autem in agmine cum reliquis iter facite, sic instructi, ut statim, si opùs fuerit, prœliū ineatis. Vbi autem omnes hostes victi deletiq; fuerint, & parta pace victores regionem diuident, uos item ad domesticos uestros reuertemini, ut conuenientibus bonis & parte, quam elegistis, perfruamini.

Moses assensit, vt habeant duæ tribus id, quod petebant.

Hæc cùm dixisset ac pollicitus esset, lętitia gaudioque pleni, domesticos suos & pecora in locis tutis & inexpugnabilibus, quorum plurima communita erāt opera & manu, reliquerunt: Ipsi uerò sumptis armis, alacriùs, quàm reliqui socii, excurrebant, tāquàm aut soli, aut inprimis bellum essent gesturi. Nam qui munus aliquod priùs accepit, ad ferendum auxiliū promptior est: se enim non dare, sed reddere beneficiū putat: quod quidē officium est necessariū. Hactenùs, quę in imperio gesta sint à Mose, commemorauimus: quæ aūt idem in administrando sacerdotio, quæque in ferēdis legib. gesserit, quas itē, ut imperio maximè cōgruētes, facultates obtinuerit, deinceps exponemus.

LIBER II.

SVperiore libro Mosis ortum, educationem, disciplinam & imperium, quod non modò sine repręhensione, sed magna cum laude administrauit, explicauimus. Pręterea quæ uel in itineribus, uel in rubro mari, uel in solitudine omnem dicendi uim superātia gesserit, quosque labores præclarè sustinuerit, & quomodò militum parti sedes assignarit, persecuti sumus. Nunc autē, quæ ordine sequuntur, adiūgam'.

Ciuitates quæ sint felices censendæ.

Minimè aberrāt, qui tum demùm ciuitates felices asserūt, cùm aut Reges philosophātur, aut philosophi regnant.

regnant. Constat autem, Mosem non modò regia & philosophica facultate, sed etiam tribus aliis, quarũ vna in legibus constituendis, altera in administrando sacerdotio, postrema in prophetia vaticinioque versatur, præstitisse, de quibus mihi nunc necessariò dicẽdum existimaui. Etenim cùm ipsi putem omnia congruere, quòd diuina prouidentia fuerit & rex, & legislator, & sacerdos, & propheta, declarandum est, cur hæc illi omnia conueniant.

Moses rex, legislator, sacerdos, propheta.

Regis est præcipere, quę recta sunt, prohibere contraria. Legis autem proprium est, ut quæ agenda, fugiendáve sint, præscribat. Ex quo fit, vt & Rex lex animata, & lex Rex iustus esse videatur. Regi porrò & legislatori non humana solùm, verumetiam Diuina cõtemplanda sunt. Nam sine Diuina prouidentia nec Regum, nec populorum res benè gubernantur. Quãobrèm illi & primò opus est sacerdotio, vt perfectis sacrificiis absolutaque diuini cultus scientia, tam sibi, quàm subditis, tum malorum depulsionem, tum largitionem bonorum impetret à Deo, qui propiti⁹ est, & votis ac precibus annuit. Quomodò enim quæ rogantur, non tribuat ille, qui natura benignus est, & eos, à quibus verè syncereque colitur, pręcipuè amat? Cęterùm quoniam ipsi & Regi, & legislatori, & sacerdoti plurima vel humana vel Diuina sunt incognita, (quamuis enim tot tantisque dotibus excellat, genitus tamen, moriturusque est) idcircò prophetiæ quoquè tenet facultatem, vt quę ratione humana non potest assequi, diuina cõsequatur. Etenim quę mens non capit, prophetia compręhendit. Eximia veró, valdeque concinna est harum quatuor facultatum coniunctio. Inter se enim copulatę connexęque, chorum conficiunt, mutuaque sibi vicissim commoda subministrantes, virgines Gratias imitantur, quæ immutabili naturæ lege seiungi nequeunt. De quibus meritò dici potest id, quod de virtutibus dicitur, omnes habere, qui unam habeat. Primùm autem de legum constituendarum potestate dicendum est.

Nota.

Virtutes oẽs habet, qui unam habet.

Non ignoramus eum, qui sit optimus legislator futurus, perfectis & absolutis virtutibus omnibus vti oportere. Verùm quemadmodùm in familiis, licèt alii genere coniunctissimi sint, alii non ità coniuncti, omnes tamen inter se cognati sunt: Sic etiam in uirtutibus, cùm aliis rebus alię magis minùsve cohæreant, legum ferendarum facultati tanquàm sorores, & sũma necessitudine deuinctæ sunt hæ quatuor: Humanitas, Iustitia, Honestatis amor, & Improbitatis odiũ. His enim excitatur, quicunque tenetur legum condendarum studio, cùm & humanitas doceat, vt quæ sentit Reip. profutura, in medium afferat: & iustitia, vt æquabilitatem colat, tribuatque præmia cuique pro dignitate: & honestatis amor, ut quæ natura honesta sunt, complectatur, & ad vsum omniũ, qui digni sũt, patefaciat, abundeque prębeat: & odium improbitatis, vt eos, qui virtutem despiciunt, negligat, & tanquàm communes generis humani hostes insectetur. Horum, quæ dicta sunt, si quis vnum aliquod habet, magnus est: qui verò simul omnia est consecutus, ille nimirùm admirandus.

Humanitas.
Iustitia.
Amor honestatis.
Odiũ improbitatis

Hoc autem Moses solus videtur peruenisse, vt virtutes, quas diximus, in rebus à se gestis & constitutis expresserit. Quod quidem perspicuum est illis, qui sacros libros perlegerunt: quos ille, nisi talis fuisset, nũquàm conscripsisset dictante Deo, nec tradidisset iis, qui digni sunt vitã, tam pulcherrimam, & eorum, quæ in animo sunt, exempla illustria continentem, quorum effigies & imago sunt leges, quæ commemoratas virtutes apertissimè declarant. Quòd autem ipse legislatorem, qui post hominum memoriam uel apud Græcos, uel apud Barbaros extiterunt, fuerit omnium optimus, illud est argumentum clarissimum, quòd si quis aliorum leges consideret, inueniet eas vel bello, vel seruitute, vel aliis de causis, quę fortunæ vicissitudine inuehuntur, commutatas. Nimiæ etiam sæpenumerò delicię, & abundantia, & copiæ leges euerterunt, cùm fortunam valdè secundam multi ferre non possent, sed satietate petulantes contumeliosique fierent: quod quidem vitium legi contrarium est. Mosis autem leges, ex quo scriptæ sunt, ad hunc vsque diem, firmę, ratæ, stabiles, tãquàm signo naturæ ipsius obsignatæ permanserunt, & in posterum, spes est, permansuras seculis omnibus immortales, quoad sol, luna, vniuersumque cęlum erit, atque orbis terrarum. Gens quidem ipsa cùm tam multis rerum & prosperis & aduersis commutationibus vsa sit, nihil vnquàm omninò ab earum præscripto recessit, cùm omnes grauitatem ipsarum colerent, & obseruarent. Quas igitur nec fames, nec pestis, nec bellum, nec Reges, nec tyranni, nec animi, aut corporis, aut perturbationum, aut vitiorum impetus, aut aliæ, quæ vel à DEO, vel ab homine proueniunt, calamitates dissoluere potuerunt, nònne eæ maximè expetendæ sint, præstantioresque iudicandæ, quàm vlla oratione dici queat?

Verùm ne id quidem admirandum, ac per se verè magnum putandum est, quòd omni tempore firmę ratæque manserint. Id potiùs admiratione dignum videri potest, quòd non Iudæi solùm, verùm etiam alii propè omnes, inprimisque illi, apud quos virtus in maiore precio est, eas excoluerunt & commendarũt. Hæc enim est illarum præcipua laus, cuius nullæ aliæ leges participes sunt. Atque hoc quidem ex eo colligi potest, quòd nulla, ut ità dicam, nec Græcorum ciuitas est, quæ alterius ciuitatis leges obseruet & instituta: immò verò quæ sua ipsius perpetuò tueatur, ac nõ ea pro temporum & rerum varietate commutet. Atheniẽses Lacedæmoniorum mores instituta que despiciunt, Lacedæmonii rursùs Atheniensium. Idem à Barbaris fit. Neque enim Aegiptii Scytharum obseruant, nec Scythæ Aegyptiorum, nec (vt breuiter omnia complectar) qui Asiam incolunt, eorum, qui Europam, aut contra: sed omnes, quæ sunt ab oriente ad occidentem solem, regiones, gentes, ciuitates, à peregrinis legibus abhorrent, seque legum suarum authoritatem & existimationẽ, si reliquas despexerint, aucturos putant. Nostræ verò haud ità se habent: sed Barbaros, Græcos, in continenti, in insulis habitantes, omnes deniquè gentes ad ortum, occasum vè, Europam, Asiam, totumque ad extremos vsque terminos orbem terrarum incolentes, ad se alliciunt atque conuertunt.

Diuersa leges & mores apud diuersas nationes.

Quis enim sacram illam diem septimam non colit, requiem & ocium sibi suisque non liberis solum, sed seruis ac iumentis etiam tribuens? Hęc enim vacatio, & tanquàm induciæ, ad omne etiam animalium genus perueniunt, quę ad hominis usum genita sunt, vt ei tanquàm naturali domino seruiant: immó vero pertingunt etiam ad omnia arborum plantarumque genera. Etenim nec germen, nec ramum, nec folium licet excindere, aut fructum vllum decerpere. Sed ea die nemine edictum publicum violante, rebus omnibus indulgetur, ac permittitur quodammodò libertate frui. Quis ieiunium (sic enim dicitur) non admiratur ac suscipit, illud præsertim, quod statis anni temporibus agitur grauiori seueriorique ratione, quàm ii, qui celebrantur singulis mensibus, festi dies? In his enim & multum merum, & mensæ magnificę, & omnes deniquè ad edendum bibendumque suppetunt copiæ: quibus auctę insatiabiles ventris voluptates, excitant etiam cupiditates, quæ sub ventre sunt. In il-

Septim⁹ dies ab oib⁹ colitur.

Ieiunium omnes mirantur. sed barentes illud explodunt.

lo au-

lo autem nec cibum, nec potum afferri licet. Quare cùm nullæ corporeæ perturbationes, quales ex ingluuie proueniunt, puras mentes impediant, ità celebrant festos dies, vt conuenientibus votis & precibus placent parentem vniuersi, veterumque ueniam peccatorum, & variam bonorum recentium copiam postulent. Quod autem sacrum legum harum decus non modò apud Iudæos, sed apud alios omnes fuerit admirationi, cùm ex iis, quæ dicta sunt, tum ex iis, quæ dicturi sumus, perspicuum est.

Principiò leges hæ Caldaica lingua cõscriptę sũt, in eaque sola tandiù permanserunt, quoàd retexerũt aliis hominibus pulchritudinem suam: quę simul atque animaduersa est, earumque gloria longè lateque percrebruit, (licèt enim egregiæ res propter inuidiã paulispèr premantur, obscuræque iaceant, opportuno tamen tempore propter naturę beneuolentiam emergunt ac splendent) quidam indignam rem existimantes, quòd apud dimidiam hominum, eorumque Barbarorum partem vigerent leges, earumque Græci semper expertes forent, ad eas Græcè interpretandas animos appulerunt. Quam quidem prouinciam, quoniam magna erat, & ad communem vtilitatẽ spectabat, non homines priuati, nec principes, quorum magnus est numerus: sed Reges, atque adeò Regũ probatissimus cepit. Ptolemęus hic fuit, cognomẽto Philadelphus, tertius ordine inter eos, qui ab Alexandro Aegyptum acceperunt: virtutibus autem & imperio non sui temporis solùm, sed omnium, qui antè fuerant, præstantissimus. Cuius gloria nunc etiam post tot secula celebris est. Ea nanque magnificentiæ exẽpla monumẽtaque per ciuitates ac regiones reliquit, vt in prouerbii consuetudinem venerit, ut egregia opera magnique apparatus, ab illo appellentur Adelphæi. Familia quidem Ptolemæorum regnis aliis antecelluit, inter Ptolemæos autem præstitit Philadelphus. Tam multa enim ipse pręclarè gessit, quot vix à reliquis omnibus gesta sunt: fuitque quodammodò Regum caput, quę pars in animali obtinet principatũ.

Ptolemę Philadelpus regũ præstantissimus.

Hic igitur talis ac tantus Rex, legum nostrarum cupiditate ac desiderio incensus, sibi faciendum putauit, ut eas ex Caldaica in Græcam linguam vertendas curaret. Itaque statim ad Iudææ sacerdotem ac Regem, (vnus enim tunc, atque idem erat) legatos misit, consilium aperiens suum, & rogans, ut optimos viros eligeret, qui leges interpretarentur. At ille meritò lętus, existimansque non sine diuina prouidentia Regem id tam vehementer expetere, dispicit quinam apud se Hebræi sint probatissimi, qui patrię disciplinæ Græcam adiunxerint, eosque libenter mittit. Cùm igitur ad hospitium venissent inuitati, vrbano sapientique orationis conuiuio ipsi vicissim hospitem acceperunt. Rex enim non visitatas, sed nouas quęstiones proponens, singulorum sapientiam explorabat. At illi rectè sciteque, cùm tempus pluribus verbis vti non permitteret, eas breuiter dissoluebãt. Probati autem, confestim pulchro legationis munere fungi cœperunt. Porrò secum ipsi considerantes, quantũ negocium esset, diuinitùs datas leges ita religiosè interpretari, ut nihil adimas, nihil addas, nihil immutes: germanam ipsarum formam & figuram cõserues, purissimum regionis locum extra ciuitatem inuestigabant. Quæ enim mœnibus includebantur loca, vt diuersis animãtibus plena, propter morbos & obitus, & valentium actiones haud ità sanctas, suspecta erãt. Obiecta est Alexandriæ Pharus insula, cuius dorsum subligatum ad ciuitatem versùs protenditur, mariq; non admodùm profundo, sed fere vadoso, decliue alluitur. Hunc ex omnibus locis finitimis iudicauerũt aptissimum, in quo tranquillè quiescerent, & animis vacuis in leges solas incumberent.

Is curat Biblia Gracè cõuerti.

In Pharo insula 70. Interpretes vertũt Biblia.

Hic igitur manserunt, sumptisque libris sacris, vnà cum ipsis sustulerunt manus in cælum, Deo supplicantes, nè se à proposito signo aberrare permitteret. Votis eorum annuit Deus, vt plurimis atq; adeò vniuersis hominibus prodesset, qui ad rectam vitæ institutionem sapientissimis ac pulcherrimis pręceptis essent vsuri. In secreto igitur loco considentes, nullo præsente, præter terram & aquam & aerem & cælum, quorum procreationem primùm erant demonstraturi, (Legum enim principium mundi fabricam complectitur:) tanquàm numine afflati, non aliud alii diuinarunt, sed easdem voces, eademque omnes verba, non aliter, àc si interpres occultè singulis illa suggessisset, protulerunt. Quis autem nescit, omnem linguã, & Græcam inprimis, vocabulis abundare, & fieri posse, ut eandem sententiam idem interpres sæpenumerò aliter atque aliter variis dicendi rationibus describat atque explicet? Quod tamen in his traduunt non accidisse, sed in idem ità collata fuisse propria cum propriis nominibus, Græca cum Chaldaicis, ut uerba rebus explicatis maximè congruerent. Quemadmodùm enim, quę de Geometria & Dialectica cõscripta sunt, variam interpretationem non suscipiunt, sed vt à principio composita fuerunt, manent incommutabilia: sic hi verba quadrantia inuenerunt, quę res quàm significatissimè essent explicatura. Cuius rei certissimum argumentum est, quòd si quis Chaldæus linguam Gręcam teneat, aut Græcus Caldaicam, & vtrãque scripturam in manus sumat, & Chaldaicè scriptã, & Gręcè versam, tanquàm sorores, immò verò vt vnã eandemque in rebus ac vocibus, admiratur & colit: nec eos interpretes vocat, sed prophetas & vates, quibus contigerit vera germanaque oratione cum purissimo Mosis spiritu conuenire. Idcircò nunc etiã mos est, vt singulis annis in insula Pharo celebrentur festi dies, eoque non Iudæi solùm, sed alii quamplurimi nauigent, vt & locum ipsum honorent, in quo primùm eluxit interpretatio: & Deo propter vetus beneficium, cuius memoria semper est recens, gratias agant. Post preces autem & gratiarũ actiones, alii quidem in litore figentes tabernacula, alii in arena litoris accubantes, sub dio cum domesticis & amicis conuiuia celebrant, eoque tempore regiis apparatibus lautius esse magnificentius arbitrantur. Ex quo tam priuati, quàm principes, se legum studiosos certatim ostẽdunt, licèt cum ipsa gente longo iam tempore haud præclarè agatur. Quòd si rebus non ita prosperè succedentibus, nullo modo leges sunt obseruatæ, quantam, si ad splendidiorem fortunam aliqua detur occasio, accessionem futuram credimus? Equidem leges proprias omnes relicturos, multamq; salutem patriis institutis dicturos, seque ad has solas excolendas conuersuros arbitror. Gentis enim felicitate leges efful gentes, alias, vt sol exoriens stellas, obscurarent. Ac magna quidem ex iis, quæ dicta sunt, legislatoris laus apparet: sed multo maior est illa, quam sacri complectuntur libri: ad quos iam sermonem conuertimus, vt scriptoris virtutem demonstremus.

Mirus modo trãsferunt Biblia.

Horum igitur alii quidem res gestas continent, alii præcepta atque interdicta, de quibus posteà dicemus, cùm ordine præcedentia priùs explicauerimus. Qui complectuntur historiam, partim mundi creationem persequuntur, partim hominum genera & origines. atque hic quidem tum de suppliciis impiorũ, tum de iustorum tractatur pręmiis. Quam autem ob causam hinc scribendi principium duxerit, & posteriore loco pręcepta interdictaque collocarit, dicendum est. Neque enim, vt historicus aliquis, studuit rerum priscarum memoriam literis consignatam posteris

Libri scripturæ diuinæ quid tractent.

ris

ris relinquere, vt eorum animos inutili delectatione oblectaret: sed iamindè ab ipso procreati mundi principio exorsus, vt duo declararet inprimis necessaria, nempe eundem esse parentem, effectoremque mundi, ac veritatis legislatorem, & eum, qui legibus vsurus esset, ex naturæ vniuersique ordine sic vitam instituturum, vt ex verborum cum factis, factorumque cũ verbis conuenientia, concentus & harmonia proueniret. Aliorum igitur legislatorum quidam statim, quę facienda vitandavè essent, præcipientes, pœnas constituerunt in eos, qui a præscripto suo recessissent: quidam verò, qui meliores videntur, non indè sumpserũt initium, sed ciuitatem priùs oratione construxerunt & exędificarunt, tum aptissimam ei viuendi rationẽ, latis legibus, accommodarunt. Moses autem & priorum institutũ hominibus, non vt liberis sed seruis imperandi sine vlla cohortatione, putans ad tyrannos dominosque spectare: & posteriorum quamuis accuratum, non tamen absolutum, nec omnibus suffragiis comprobandum: vtrisque se rectiùs & præclariùs gessit. Nam in præceptis interdictisque magis monet & adhortatur, quam iubet, dum & in principiis, & in cõclusionibus plurima & maximè necessaria studet exponere, vt persuadeat potiùs, quàm cogat. Et scriptionis initio ciuitatem manufactam constituere, rem nimis abiectam atque humilem existimans, nec legum dignitati conuenire, quarum magnitudinem pulchritudinemque acutissima mentis acie præstantiorem ac diuiniorem esse cernebat, quàm vt iis præfinitus aliquis in terra locus congrueret: magnę ciuitatis fabricam enarrauit, existimans, leges simillimam mundi administrationis imaginem continere.

Si quis igitur singulatim præceptorum vim & potentiam volet expendere, inueniet eam mundi concentum imitari, & sempiternæ naturæ rationi cõgruere. Quamobrèm qui digni sunt, affluunt bonorum copiis, quæ vel ad valetudinem, vel ad opes, vel ad gloriam, & reliqua spectant externa commoda. *Pœna eorum, qui sceleratè uiuunt.* At qui virtute neglecta, nec vlla impellente necessitate, sed spontè fraude, iniustitia & reliquis vitiis se obstringunt, pro magna vtilitate in maximum detrimentum incurrunt. Eos enim non vt hominum, sed vniuersi cæli terræque hostes suppliciis affici dicunt, non iis, quæ sunt in vsu, sed nouis & inusitatis, quæ à iustitia sceleris inimica, Deoque proximè assidente irrogantur, aqua & igne, elementorum efficacissimis sic eos inuadentibus, ut temporum conuersionibus partim eluuione demersi pereant, partim cõbustione deleantur. Nam & ciuitates in planitie sitas inflata & tumescentia maria, fluuiique & torrentes obruerunt, & in montibus exędificatas imbrium die nocteque perpetuò ingruentium impetus euerterunt. Posteà verò cum ex iis, qui relicti fuerant, genus hominum auctũ propagatumque numero fuisset, nec maiorum calamitate commoniti posteri resipiscerent, sed intemperantiæ dediti, flagitiosa eorum instituta imitarẽtur, *Gene. 19.* eos DEVS igne perdere constituit. Tunc igitur, vt indicant sacra volumina, fulmina è cęlo demissa, impios & ciuitates eorum combusserunt. Cuius quidem calamitatis certa nunc etiam in Syria demonstrantur indicia, ruinæ, & cinis, & sulphur, & fumus, & obscura flamma, tanquàm ardentis ignis. Ac eodem quidẽ tempore & nefarii homines pœnis, quas diximus, affecti sunt, & boni merita virtutis præmia acceperũt. Etenim cùm fulminis incendio tota regio cum incolis deflagraret, vnus vir aduena solus diuina prouidentia conseruatus, qui incolarum flagitia vitauerat, *Lot euadit pœnas Pẽtapolis.* licèt incolumitatis causa colere soleant aduenæ ciuium instituta. Ab illis enim sine periculo abhorrere non possunt. Tali autem munere ille dignus est habitus, non propter naturæ perfectionem, ut qui ad sapientiæ fastigium peruenisset: sed ob id solùm, quod populo, qui mollissimam vitam complexus, voluptates ac libidines omnes deliciis, tanquàm sulphure materiaque flammis adiecta, incendebat, non consenserat. Cæterùm magnæ eluuionis tempore, cùm propemodùm omne genus hominum abolitum videretur, *Gene. 7.* familiam vnam ab omni malo immunem fuisse, proditum est: quoniam ipsius familiæ natu maximus & princeps, nullo se voluntario crimine obstrinxerat. Modum autem quo saluti consuluit, & sacri libri cõmemorant, & ego propter rei magnitudinem dignũ puto, qui literarum monumentis commendetur.

Hic igitur idoneus indicatus, qui non modò communis calamitatis expers esset, verumetiam alterius hominum prolis origo atque principium foret, diuinis mandatis, quibus oracula declarabantur, ligneum ædificium fabricatus est, cuius longitudo erat trecentorum cubitorum, latitudo quinquaginta, triginta autem latitudo. *Noe dicit* *Arca fabricatur.* Continua intùs cubicula inferiora superioraque, triplicia quadrupliciaque construxit, & cõparatis cibariis, ex omni genere animantium tam terrestrium, quàm volatilium, marem ac fœminam intulit, vt semina venturis seculis instaurandis conseruaret. Sciebat enim Deum natura benignum esse. Etsi animalia singula corrumperentur, genera tamen incorrupta mansura, tum propter similitudinem cum Deo, tum quia nihil eorum, quæ consilio nata essẽt, solutum vnquàm fuisset. Omnes igitur animantes parebant ei, & quæ anteà immanes ferę que fuerant, cicures fiebant, illumque vt pastorem gregisque principem mansuefactæ sequebantur. Si quis autem post omnium ingressum, plenum illud domicilium adspiciẽs, terræ totius æmulum appellauisset, neutiquàm aberrasset. Gestabat enim animalium genera, quorum numerum infinitum vniuersa terra iam tulerat, rursumque erat latura. Quæ autem ille coniecerat, non multo pòst tempore euenerunt. Nam & affectio leuabatur, & eluuionis corruptio in dies singulos imminuebatur, cùm & imbres cohiberentur, & quæ per vniuersam terram refusa fuerat aqua, partim solis ardore consumeretur, partim in alueos & valles, & alias terræ cauitates rediret. Omnis enim natura, tanquàm Deo iubente, quasi æs alienum, ut erat opùs, suscipiebat: mare, & fontes, & flumina. Fluenta enim ad sua quæque loca reuertebantur. *Noe egreditur ex arca.* Verùm post eorum, quæ sunt infra lunam, expurgationem, abluta renouataq; terra, atque in eum statum, in quo erat initiò, quandò cum vniuerso creata fuit, restituta, ex ligneo ædificio ipse cum vxore, & liberis, & ipsorum coniugibus, totaque familia egreditur, & gregatim quæcunque simul ingressa fuerant animalium genera, ad sui similia gignenda procreandaque exeunt.

Hæc sunt bonorum virorum præmia ac beneficia, quibus non solùm ipsi cum suis maxima pericula, quæ ex elementorum renouatione cũctis ubiquè errabantur, declinantes, salutem sunt assecuti: verumetiam noui generis duces, alteriusque circuitus principes extiterunt, relicti tanquàm semina optimi animalium generis hominum. Homo enim eorum, quæ versantur in terra, semèl principatum obtinuit, estque Dei potestatis imitator, imago conspicua & genita illius naturę, quæ non cernitur, & est sempiterna.

LIBER III.

Duabus vitæ Mosis partibus, quarum altera pertinet ad regnum, ad legum sanctionem altera, iam absolutis, tertiam, quę ad sacerdotium spectat, adiungemus.

Hic igitur, quod amplissimum est, sacerdotiumque principi maximè necessarium, pietatem ac religionẽ inpri-

inprimis coluit. Felici erat ingenio prӕditus, quod tanquàm bonum agrum philosophia susceptum, prӕceptis ac disciplinis suis excoluit, & longè felicius reddidit, nec prius dimisit, quàm perfectos virtutis fructus tum verbis, tum factis gigneret. Quamobrèm cum paucis aliis Dei amantissimus, Deoque charissimus fuit. Cœlesti enim amore inflammatus, mundi Principem singulariter honorauit, & ab eo ipse honoratus est. Honor autem ille sapienti conuenit; vt id, quod vere est, colat. Sacerdotiū verò tradidit cultum Dei. Hoc munere, quo nullum maius bonum reperitur, donatus est, & oraculis edoctus singula, quӕ ad sacrificia sacraque mysteria pertinent. Verùm oportebat priùs, ut animum corpusque lustraret, seq; nullis perturbationibus obnoxium redderet, sed ab omnibus illis affectionibus vacuum & purum, quibus obstricta est natura mortalis, vt cibo & potu, & cum fœminis consuetudine. Quanquàm hanc quidem iampridèm neglexerat, & ferè ex quo primùm diuinare vaticinarique cœpit. ęquum enim censebat, vt se ad diuina responsa semper paratum exhiberet. Cibum verò & potum ad quadraginta cōtinuos dies spreuit, meliores nimirùm ex contemplationibus escas habens, quibus sursùm afflatus è cœlo, mentē primùm meliorem reddidit: deindè etiam corpus, quod per animum & robore & valetudine sic confirmauit, vt intuentibus posteà incredibile videretur. Etenim cùm in montem illius regionis altissimum sacratissimumque, qui tam inuius erat, vt superari vix posset,

Nota quibus abstinere debeant sacerdotes.

Exod. 19.

ascendisset mandato DEI, secumque nihil victui necessarium attulisset, & quadraginta dies, vt dictū est, ibi mansisset, adspectu pulchrior multo descendit, quàm erat, cùm ascenderet. Itaque conspicientes eū, obstupescebant & admirabantur, nec diutiùs in illum poterant aciem oculorum intendere, quoniam tanquàm fulgenti solis splendore prӕstringebatur.

Dum autem adhuc sursùm commoraretur, in omnibus ad munus pontificium pertinentibus erudiebatur, ac primùm in iis, quӕ ordine prima erant, quӕq; ad templum & apparatum eius spectabant. Templū enim in ea regione, in quam commigrabant, quamq; iam ceperant, ӕdificari oportebat in loco purissimo, & precinsis lapidibus exornari, magnoque circùm muros extrui, & complures sacerdotibus domos, qui sanè locus sacra ciuitas appellaretur. Verùm cùm adhuc in solitudine vagarentur, nec firmas constituissēt sedes, templum, quod gestaretur, extruxit: vt in itineribus & castris victimas immolarent, & nihil, quod ad sacrificia pertineret, prӕtermitterent, nec vllius rei expertes essent, quę in ciuitatibus habitantes prę stabant. Tabernaculum igitur opus sacratissimum, cuius formam in monte per diuina responsa Moses didicerat, ӕdificare visum est, cum eorum corporum, quӕ fabricanda erant, species incorporeas contemplaretur, quas veluti depicta exemplaria, & formas mēte conceptas oportebat imitari in iis operibus fabricandis, quӕ sensibus percipi possent. Decebat enim, vt verè sacerdotum principi apparatus templi committeretur, quò multò antè apta conuenientiaque muneribus publicis sacrificia faceret. Quamobrèm exempli species in animo Prophetę sine ulla materia spectabili occulte descripta insculptaque fuit. Opus autem ad exemplar effectum est, cùm opifex in apta materia singula effingeret. Atque apparatus quidem erat eiusmodi.

Tabernaculū Moses ędificat.

Octo & quadraginta columnӕ ex cedro non putrescente, magnis è plantis excisӕ, profundo auro obuoluebantur, earumque singulis bases argenteę binӕ, & caput argenteum aptabatur. Quadraginta igitur in longitudinem ità disposuerat artifex, ut vtrinquè viginti essent: in medio autem nullum relictum erat spacium, sed perpetua serie coniunctӕ ità cohӕrebāt, vt muri speciem prӕberent. Intrinsecùs autem reliquas octo, sex quidem in medio loco; duas autem vtrinquè in angulis, unam dextrorsum, alteram sinistrorsùm. Ad introitum verò quatuor alias iis, quę ex aduerso positӕ erant, similes, nisi quòd pro duabus basibus unā habebat, post quas extrinsecùs aliӕ quinque, solis basibus differentes: erant enim ex ӕre. Quapropèr omnes tabernaculi columnӕ prӕter duas illas, quӕ non videbantur, erant quinque & quinquaginta perspicuę, ab unitate vsque ad decadem, perfectionis numerum absoluentes. Si quis autem uelit illas quinque seiungere, quӕ sub dio collocatӕ erant in atrio, quod vestibulum vocauit, relinquentur quinquaginta: quo quidem numero sacratissimo continetur vis trianguli orthogonii, qui rerum omnium ortus principium est. Expletur autem ex columnis, quӕ intùs erant, quadraginta quidem in vtroque latere ità dispositis, ut utrinquè viginti essent, sex antē in medio pręter illas, quӕ iuxta angulos occultabantur, & quatuor ex aduerso, super quibus velum expādebatur. Cur autem quinque cum quinquaginta coniungam & separem, declarabo.

Figura Tabernaculi.

Numerus quinquagenarius sacratissimus.

Quinarius numerus, est numerus sensuum, qui sanè sensus partim ad externa respiciunt, partim ad mētem, cuius ministri sunt, naturӕ lege reflectuntur. Quamobrèm & regionem mediam quinque illis tribuit, quӕ tum intrò spectant, tum ad tabernaculi penetralia versӕ sunt: & significant ea, quӕ animo percipiuntur, quemadmodùm ex iis, quę sub dio sunt, & contra vestibulum, sensibus obnoxia declarātur. Quocircà & basibus differunt. Sunt enim ӕneӕ. Sensuum autem, qui in nobis sunt, caput & princeps est mens: Extrema verò, & tanquàm bases, sunt ea, quӕ sensibus comprӕhenduntur: & idcircò hӕc ęri dicuntur similia, mens autem auro. Porrò mensura columnarū hęc est: Decem cubitorum longitudo, quinque autem cū dimidio latitudo, vt tabernaculum omnibus partibus ӕquale videatur. Pulcherrimis verò & variis telis ex hyacintho, & coccino, & purpura, & bysso contextis ipsum ornauit. Decem enim cortinas (sic eas vocat in sacra scriptura) ex hisce, quӕ modò diximus, generibus confecit. Harum singulis longitudo erat octo & viginti cubitorum, latitudo ad quatuor cubitos extēdebatur, vt & denarium haberent numerum, quo perfectio continetur, & quaternarium, quo denarius ipse conficitur, & octonarium, ac vicenarium perfectū, suis partibus ӕqualem, & quadragenarium maximè vitalem, quo in naturӕ officina formari hominē tradunt. Octo autem & viginti cubiti cortinarum ità distribuuntur, ut decem fastigium tegant, (tanta enim est tabernaculi latitudo) reliqui latera: noueni utrinquè ità columnas operiant, vt vnius cubiti spatio distent à solo, nē pulchra sacraque textura laceretur. Quadraginta uerò connumerantur ex decem cortinarum latitudine. Quorum triginta recipit longitudo, (tanta enim est & tabernaculo) nouem posterior pars: reliquum id, quod est iuxta vestibulum, vt totius operimenti vinculum sit. In vestibulo autem uelum: sunt autem uela cortinӕ quodammodò, non solùm quia fastigium & parietes tegunt, verumetiam quia ex eisdem generibus, nempe hyacintho, purpura, coccino & bysso, uelum, & id, quod operimentum dicitur, contexta sunt: hoc quidem intùs ad quatuor colūnas, ut adytum tegat: illud autem foris iuxta quinque, ut nullus eorum, qui non sunt initiati, ea specula possit sancta conspicere. Porrò materiam, quam optimā iudicauit, ex innumerabilibus delegit, numero parē elementis, ex quibus constat vniuersum, id est, terra,

Numerus quinarius

Sensuū caput, mēs.

Exo. 26

aqua

Byssus. Purpura. Hyacinthus. Coccinũ.

aqua, aere & igne, rationeq; singulis respondentẽ. Byssus enim respondet terræ: purpura aquæ: hyacinthus aeri, quippe qui natura niger est: coccinum igni, quoniam vtrunque puniceum. Oportebat enim, ut qui mundi parenti ac principi templi fabricabant, earum rerum similes caperent, quibus ipse mundum construxerat.

Hac igitur ratione tabernaculum, ut sacrum templum, ædificatum est. In eius autem ambitu delubrum extructum erat longitudinis centum cubitorum, latitudinis quinquaginta, quod columnas habebat sexaginta, æquo quinque cubitorum interuallo distantes inter se, atque ita collocatas, vt per longitudinẽ quadraginta essent, per latitudinem viginti, vtrinque nimirum dimidia pars. Earum materia intrinsecùs erat è cedro, extrinsecùs autem ex argento. Omnium bases æneę, altitudo æqualis quinque cubitorum. Visũ enim est aptum artifici, toto dimidio contrahere altitudinem atrii, vt duplo sublimius tabernaculum videretur. Tenues autem cortinæ columnis per longitudinem & latitudinem cohęrebant, velis similes, vt nullus profanus introiret. At situs erat eiusmodi: In medio tabernaculum longum triginta cubitus, latum decem cum profunditate columnarum. Ab atrio autem tribus partibus, æquis interuallis distabat; hoc est, ab utroque latere, & à parte posteriore: interuallum autem erat viginti cubitorum. Contra vestibulum verò maius erat interuallum, id est, quinquaginta cubitorum, & meritò quidem propter ingredientium multitudinem. Atque ità centũ explebantur, cùm viginti posterioris partis, & triginta tabernaculi, cum his ingressuum quinquaginta cõiungerentur. Vestibula enim tabernaculi medium veluti terminum obtinebant, cùm quinquageni vtrinquè essent tam ab Oriente, vbi erant introitus, quàm ab Occidente, vbi longitudo tabernaculi, & posterior ambitus.

Vestibulũ pulcherrimum.

Sed aliud pulcherrimum maximumque vestibulum erat exædificatum in principio ingressus ad atrium per quatuor columnas, in quibus velum variũ extendebatur, eodem pacto, ex eademque materia cõfectum, qua illa, quæ in atrio erant, constabant. Simul etiam aderant sacra vasa, arca, lucernæ, mensa, thuribulum, altare. *Altare.* Atque altare quidem ædificabatur sub dio, è regione ingressus tabernaculi, tanto distans interuallo, quanto sacerdotibus opùs erat ad facienda quotidiana sacrificia. *Arca.* Arca verò in loco abdito, quò adiri non poterat, intrà vela, magnificè intùs & foris inaurata, cui quoddam veluti operculum Imponebatur, quod in sacris libris dicitur propitiatorium. *Exo. 25. Propitiatorium.* Huius longitudo latitudoque indicatur, sed nulla profunditas ad geometriæ superficiei similitudinem: qđ quidem naturali nota significat propitiam Dei potestatem: morali autem, propitiam rursùs Dei mentẽ, quæ opinionem elatam ac tumidam modestiæ amore deprimere, scientiaque expurgare dignatur. Sed arca est legum receptaculum: in hac enim reponuntur oracula. Cæterùm operculum illud, quod propitiatorium appellatur, est basis duorum alituum, qui patria quidem lingua dicuntur Cherubin, Gręcè autem cognitio & scientia multa uocarentur. *Cherubim.* Hos autem, quoniam ex aduerso sete vicissim contuentur, quidam vtriusque hemisphærii, tum illius, quod est sub terra, tum eius quod est supra terram, dicunt esse notas: volucre enim est uniuersum cęlum. Ego verò dicerem significari duas antiquissimas & maximas Dei potestates, effectricem, & moderatricem. Quarum altera, effectrice nimirùm, qua constituit, & perfecit, & ornauit Vniuersum, appellatur Deus: moderatrice verò, qua res factas perpetua iustitia gubernat, & regit, & tuetur, Dominus vocatur. Solus enim ipse, qui verè est, sine mendacio & effector est: quandoquidem ab eo res omnes habent, ut sint: & natura Rex, quoniam rebus procreatis nullus procreatore iustius imperat.

Antetemplum.

Iam in eo spatio, quod inter quatuor & quinque columnas intercedebat, & Antetemplum vocari potest, duobusque velis uno intrinsecùs, altero extrinsecùs tegebatur, tria reliqua ex vasis, quæ antè diximꝰ, ità collocabantur, vt thuribulum locum medium obtineret: *Thuribulum.* Significaret autem terram, & aquam, & quas gratias agere debeamus pro iis, quę in vtraque genita sunt. Mediam enim mundi regionem hæc duo elementa sortita sunt. *Candelabrum.* Candelabrum autem ad Austrum, per quod indicatur lucentium stellarum motus: sol enim, & luna, & reliquæ multùm à septentrione distantes, australes conuersiones conficiunt. Quarè sex radii ex medio ducti candelabro, septenarium numerum reddunt. super omnibus autem lumina & lucernæ sunt septem, quæ septem illas stellas, à naturalibus Errantes nuncupatas, indicant. Sol enim in medio constitutus, quartum locum tenet, & tam superioribus, quàm inferioribus lucem affert, æquè accommodatum, vt musicum, planeque diuinum instrumentũ. *Mensa.* Mensa verò ad septentrionem locatur, vbi panis & sal. Boreas enim indè flat, qui ventorum omniũ maximè ad gignendum conducit: & quoniam è cœlo & terra fruges proueniunt. Siquidem & cęlum demittit pluuias, & terra pluuiarum irrigationibus semina fęcunda reddit. Cęli autem & terrę adsunt, ut dictũ est, notæ: Cęli quidem, candelabrum: terræ verò, undè fiunt exhalationes, thuribulum. quod ex re ipsa Græcè dicitur thymiamaterium. Altare itidèm, quod sub dio est, à Græcis ideò thysiasterium uocatur, quód seruet & custodiat sacrificia, quæ consumuntur. Significat autem non membra aut partes hostiarum, quæ igne confici consueuerunt: sed propositum & voluntatem offerentis, cuius hostiæ, si ingratus iniustusque sit, inuitæ sunt, & sacrificia execrabilia, & preces detestabiles, quæ prorsùs abolentur. Etenim quando uidentur fieri, non peccatorum solutionem ac veniam impetrant, sed memoriam renouant: sin pius & iustus, sacrificium firmum atque integrum manet, etiamsi carnes consumantur: immò verò licèt nullam adducat victimam. *Vera victima.* Nam vera victima, est animi Deum pietas, cuius gratissima affectio immortalitate donatur, monumentisque notata apud Deum, cum sole, & luna, atque uniuerso mundo permanet ad omnem æternitatem.

Vestes principis sacerdotũ. Tunica.

Vestimenta deincèps pulcherrimam maximeque uariam texturam habentia, confecit artifex ei, qui futurus erat princeps sacerdotum. Erant autem duplicia, nempe tunica, & quod superhumerale appellatur. Tunicæ forma simplicior erat, quippe quæ tota ex hyacintho constabat, præter infimas atque extremas oras, quæ malis Punicis aureis, & tintinnabulis, & textura florida distinguebantur. *Superhumerale.* Superhumerale verò, præclarissimum opus & artificiosissimum, perfectissima scientia fiebat ex generibus commemoratis, hyacintho, & purpura, & bysso, & coccino, auroque intertexto. Laminæ enim in tenuissimos veluti crines diuidebantur, & cum reliquis filis contexebantur. Humeris autem summis preciosi lapides aptabantur, smaragdi duo lucidissimi, quibus duodecim pręfectorũ tribunũ nomina, sena singulis, erant insculpta. Et sup pectus alii lapides preciosi, coloribus differentes, sigillisq; similes, & terni in ordines quatuor distributi, *Rationale* quibus id, quod Rationale dicitur, exornabatur. Rationale autem quadrangulum duplex efficiebatur, tã quàm basis, ut duarum virtutum Declarationis & Ve

ritatis

ritatis imagines gereret. Totum verò duabus catenulis aureis superhumerali suspẽdebatur, nè decideret. At

Lamina aurea.

lamina aurea, in coronæ speciem effigiata, quatuor nominis sculpturas continebat: quod quidem nomen nec audire, nec legere cuiquam omninò in sanctis licebat, nisi qui aures & linguam expurgatas habebat.

Nomen Dei tetragrãmatõ.

Tetragrammatoo, hoc est, literis quatuor compræhẽsum, illud appellat Theologus, vt fortasẽ sint primorum numerorum notæ, vnitatis, binarii, ternarii, & quaternarii. In quaternario enim omnia continẽtur, punctum, & linea, & superficies, & corpus, quæ sunt

Quaternarij virtutes.

rerum omnium mensuræ: & qui sunt in musica concentus optimi, tum per quatuor in sesquitertia proportione, tum per quinque in sesquialtera, tum per omnia in duplo, tum per omnia in quadruplo. Verùm & alias habet virtutes innumerabiles quaternarium, quarum plurimas in libro de numeris persecuti sumus.

Mitra. Cidaris.

Cæterùm mitra erat sub ipso, nè lamina caput attingeret. Cidaris item parata est, quã Reges in Oriente pro diademate gestare soliti sunt. Talis erat amictus summi Pontificis. Quid autem & totus, & singulæ partes significent, silentio prætereundum non est. Totus igitur, est imago & effigies mundi: partes, singularum mundi partium similitudinem præferunt.

Quid significet Tunica.

Exordiendum autem à tunica: quæ quidem vestis tota hyacinthina, aerem refert. Natura enim niger est aer, qualis est quodammodò & ipsa tunica. Aer ab ipsa, quæ post lunam est, regione ad terrę terminos vsque passim diffunditur. Quapropter & tunica à pectore ad pedes vsque per totum corpus diffusa est. Quòd autem in eius fimbriis sunt flores, & mala Punica, & crepitacula: Flores quidem indicant terram, ex qua

Flores. Mala Punica. Crepitacula.

florent, & pullulant omnia. Mala Punica, propter humorem designãt aquam. Crepitacula verò, vtriusque concentum & harmoniã. Etenim nec terra sine aqua, nec aqua sine terræ materia ad gignẽdum est idonea: sed vtriusque coniunctio atque concretio est necessaria. Quinetiam locus ipse, testis est huiusce rei locupletissimus. Quemadmodùm enim in extremis oris tunicæ sunt mala Punica, & flores, & tintinnabula: sic ẽt aqua & terra, quarum notas illa præferunt, infimam in mundo regionem sortitæ sunt, vniuersique harmoniæ congruentes, certis temporũ conuersionibus & conuenientibus tempestatibus, vires ostendunt suas. Trium igitur elemẽtorum, ex quibus & in quibus oĩa mortalia caducaque genera cõsistunt, aeris, aquæ, terræ significationem habere tunicam cum illis, quæ ex ipsa suspensa pendent, demonstrauimus. Quemadmodùm enim una est tunica, sic & dicta elementa vnius generis sunt: quandoquidem omnia luna inferiora, mutationibus & inuersionibus sunt obnoxia. Et quẽadmodùm ex tunica pendent mala Punica & flores, sic ex aere quodammodò pendet aqua & terra. Harũ enim vehiculum est aer.

Superhumerale. Duo smaragdi.

Superhumerale verò cælum indicare, probabilibus vtentes cõiecturis declarabimus. Primùm quidẽ duo rotundi lapides ex smaragdo, significant, vt quidã putant, inter stellas diei noctisque principes solẽ & lunam: uel, vt quis ad veritatem propiùs accedens diceret, duo hemisphæria, quæ, vt ipsi lapides, & ęqualia inter se sunt, tam illud quod infra terram est, quam illud, quod est supra terram: & neutrum illorum, ut luna, minuitur aut augetur. Hoc etiam vsus ipse confirmat. Cæli nanque species smaragdo videtur similis.

12. Nomina. 12. Gemmæ.

Necessariò autem in utroque lapide sena insculpuntur nomina: quoniam & utrunque hemisphærium in duas partes signiferum secans, sena recipit signa. Præterea duodecim lapides pectori appositi, coloribus inter se dissimiles, & quadrifariam in ternos distributi, quid aliud significant, quàm signiferi circulum: qui quatuor in partes, terna signa singulas continentes diuisus, quatuor anni tẽpora conficit, ver, ęstatẽ, autũnum, & hyemem: quatuor conuersiones, quarũ uniuscuiusque terminis terna signa agnoscit, solia motu ex certa & fixa, uereque diuina ratione numerorũ? Quàobrèm illi etiam aptantur, quod conuenienti nomine

Rationale.

vocatur Rationale. præfinita enim constantique ratione conuersiones & anni horæ consistunt, &, quod maximè mirandum est, opportuna commutatione statum suum indicant sempiternum. Benè etiam ac præclarè quadrat, quòd duodecim lapides coloribus inter se discrepant, nec vnus alteri similis est, quãdò singula quoquè in signifero proprium quendam tum in aere, terra, aqua, ipsorumque affectionibus, tum in omnibus animalium plantarumque generibus colorem efficiunt. Nec ab re duplex est Rationale. Duplex enim est ratio, tum in uniuerso, tum in hominis natura. In uniuerso quidem altera incorporearum exemplariumque formarum, ex quibus mundus intelligibilis compactus est, altera visibilium, quę illarũ imagines ac similitudines sunt, & ea quibus mundus hic sensibilis est confectus.

Duæ in homine rationes.

In homine verò vna quidem intima, ex qua tanquàm ex fonte altera fluens emanat: atque illa quidem in regione sua consistens, principatum obtinet: hęc autem emittitur, & ad enunciandũ, linguam & os, & reliqua omnia proposita habet vocis instrumenta.

Figuram Rationali quadrangularẽ adiunxit artifex, scitè admodùm innuens, & naturæ & hominis rationem quacunque incedere, nec vsquàm concuti aut dimoueri. Quocircà duas etiam illi virtutes tribuit, Declarationem, & Veritatem. Nam & naturę ratio vera est, & cuncta declarat: & illius imitatrix humana ratio atque oratio, meritò debet ab omni mendacio prorsùs abhorrere, ac ueritatis esse studiosissima, & in ea nihil obtegere, aut obscurare, quorum declaratio prodesse discentibus queat. Duabus item rationibus, quæ in nobis singulæ sunt, ei nimirùm, quæ per orationem effertur, & illi, quę intrinsecùs manet, duas virtutes proprias, priori quidem in eloquendo, declarationem, alteri autem in cogitando, veritatem assignauit. Oportet enim, ut nihil falsi cogitatio suscipiat, & interpretatio nihil impediat, quo minùs omnia diligentissimè declarentur. Rationis autem honesta præclaraque grauiter explicantis nulla utilitas est, nisi facta consequantur orationi consentanea.

Humerali cur obsuctum Rationale.

Quamobrèm Humerali suspendit Rationale, nè laberetur: absurdum esse iudicans, si verba a factis seiuncta essent. Humerum enim, actionis effectionisq; notam constituit. Quæ igitur per sacrum amictum significantur, hæc sunt.

Cidaris.

Cidarim veró loco diadematis imponit, indicans, Deo sacrificantem, quandiu quidem sacrificat, cunctis pręstare: nec solùm priuatis hominibus, verumetiam

Aurea lamina.

Regibus. Verùm aurea lamina supraponitur, in qua literæ quatuor incisæ sunt, quib. eum, Qui est, indicari tradunt, quoniam fieri nequeat, vt sine Dei inuocatione quicquam consistat. Ab eius enim bonitate, propitiaq; potentia rerum omnium harmonia depẽdet. Sic exornatus sacerdotum princeps ad sacrificandum accedit, ut quãdò supplicaturus, & hostias immolaturus ingreditur, simul cum ipso ingrediatur mundus

Mundus vniuersus exprimitur habitu sacerdotis.

vniuersus, cuius partiũ singularũ similitudines secũ affert: aeris quidẽ, tunicã: aquæ verò, malũ Punicum: terræ, florẽ: ignis, coccinũ: cæli, superhumerale: duorũ hemisphæriorũ, duos in summis humeris smaragdos, senas sculpturas singulos continentes: signiferi, duodecim lapides ordinibus quatuor, singulis ternos compræhensos: rationis, vniuersum cõplectentis & gubernantis, Rationale. Necessarium enim erat, ut

qui

qui mundi parenti sacrificaret, ad peccatorum veniã, affluentemque rerum omnium abundantiam & copiam impetrãdam, aduocatum virtute perfectissimũ filium adhiberet. Illud etiam fortaßè præmonetur minister Dei, vt, si mundi opifice non potest, mundo saltem pro viribus continenter dignum se præbeat. Etenim cùm eius imaginem induat, debet etiam animo statim illius exemplum gestare, & in mundi naturam quodammodo ex hominis natura sese conuertere atque ita, si fas est dicere, (cur autem nefas sit, de veritate differentem non mentiri?) * exiguus mundus euadere.

for. exiguum mũdum.*

Vas æneũ, siue labrũ è speculis. Extra vestibula, iuxta introitus erat uas æneum, qđ artifex non ex rudi materia, ut fieri solet, cõflauerat, sed ea uasis ad alium vsum accurate confectis, quæ studiosè promptęque obtulerant mulieres, de pietate cum uiris contendentes. Honestum enim religionis certamen cum illis suscipere cogitauerant, &, quoàd fieri poterat, operam dare, nè in eo ab ipsis uincerẽtur. Specula igitur, quibus ad se comendas & ornandas uti erant solitæ, nullius mandato, sed sponte sua, & continentiæ, casteque colendi matrimonii studio, (quippe quæ honestissimas animi pulchritudinis primitias sacrauerant) obtulerant. Hæc artifex cùm accepisset, conflanda existimauit, & nihil ex iis conficiendum, nisi labrum, quo sacerdotes, in sacrum templũ ad constituta sacrificia facienda ingressuri, pedibus & manibus abluendis vterentur: eoque signo cõmoniti, animi innocentiam præstarent, uitamque purè honestis officiis & actionibus instituerent, nec per asperam, vel, vt veriùs dicam, inuiam vitiorum, sed planam & publicam virtutis viam incederent. Meminerit, inquit, qui abluendus est, specula huiusce uasis materiam fuisse, ut ipse quoque mentem, atque animum suum tanquàm in speculo contempletur, & si qua macula ex perturbatione rationi contraria apparuerit, quòd aut uoluptate præter naturam inflatus efferatur, aut contrà dolore contractus deprimatur, aut metu à recta via declinans aberret, aut cupiditate ad ea, quæ non habet, appetenda incitetur & compellatur, eam abstergat ac deleat, veramque & germanam acquirat pulchritudinem.

Inuia uitiorũ uia.

Pulchritudo corporis. Corporis enim pulchritudo, quæ in apta membrorum compositione, & coloris quadam suauitate consistit, exiguum ad tempus floret: *Animi.* At animi forma, quę in opinionum harmonia, virtutumque concentu sita est, non marcescit longitudine temporis: sed assiduè renouatur ac viget, refulgetque ornata colore veritatis, & cõsensu factorũ cũ dictis, dictorumq; cum factis, & consiliorum cum vtrisque.

Verùm ei, qui exempla sacri tabernaculi didicerat, docueratque eos, qui mentis acie & naturæ bonitate præditi ualebant perspicere perfectionem operũ, quæ templi constructi decori conuenientia fieri oportebat, sacerdotes idonei cooptandi, erudiendique erant, quonam modo uictimas adduci, atque immolari conueniret. Itaque fratrem ex omnibus optimum indicauit, qui sacerdotum princeps crearetur, & filios eius sacerdotes constituit. *Aarõ & filii eius fiunt sacerdotes.* Nec generis necessitudine adductus est, ut eis munus illud tribueret, sed religione & pietate, quibus illos insignes intuebatur. Id eo argumento perspicuè confirmari potest, quòd neutrum filiorum suorum (duos enim habebat) ei muneri præfecit, utrunque necessariò cooptaturus, si quicquam in ea re propinquitati tribuisset. Constituit autem illos ex consensu totius populi, vt monebant oracula, inusitata ac noua quadam ratione, & digna quæ monumentis literarum commendetur.

Lauat eos primùm aqua fontis purissima & uiua. Deindè sacra omnia induit vestimenta, fratri quidem tunicam & superhumerale, tanquàm thoracem, opus maximè varium, & simulacrum Vniuersi Fratris autẽ filiis amictus lineos, & cingulos, & feminalia. *Cinguli.* Cingulos quidem, ut amictuum defluentium constrictis sinibus, expediti promptique essent ad sacra ministranda. *Feminalia.* Feminalia verò, vt nullę corporis partes, quæ honeste latent, aperirentur ascendentibus illis super altare, aut descendentibus, seduloque omnia, & cum celeritate peragentibus. Quod nisi propter incertos euentus, & assiduam in sacrificiis velocitatem, prouisum esset, eas denudassent, nec mũditiam rebus sacris conuenientem seruare potuissent. Verùm cùm eos induisset vestimentis, vnguentum odoratissimum unguentarii arte confectum sumens, ea primùm, quæ sub dio erant, altare & labrum, adspersit sepiùs. *Ungũtur altare, labrũ &c.* Deindè tabernaculum, & singula vasa, arcam, & candelabrũ, & thuribulum, & mensam, & libationis pocula, & phialas, & quæcunque sacrificiis sunt necessaria, aut vtilia. Postremò fratrem adduxit, & oleo multo uoxit caput eius. *Itẽ Aarõ* His sanctè confectis, vitulum & duos arietes adduci iubet. Vitulum quidem, vt immolaret pro venia peccatorum, ea re significans, nihil procreatum esse tam bonum, cui non, vel ex eo, quòd genitum est, propensio ad peccandum insita sit; ideoque precibus & sacrificiis Deum illi placandum esse, nè ad ulciscẽdum concitetur. Arietum verò unum in holocaustũ, ad agendas gratias pro rerum omnium gubernatione, cuius pro congrua cuique portione participes, fructus percipimus ex elementis: ex terra quidem habitationem & cibum: ex aqua potũ, ablutionem, & nauigationem: ex aere respirationẽ, & sensuum vsus, (omnium enim instrumentum est aer) & annua tempora: *Ex elemẽtis quos fructus rapiamus.* Ex igne vel quo utimur, coquendi, calefaciendiq; cõmoditates: vel cælesti splendorem, uidẽdique ea, quæ cerni possunt, facultatẽ. Alterum autem ad perfectionem castæ expurgationis eorum, qui sacrabantur, quẽ propriè consecrationis arietem appellauit. *Leuit. 8.* Eo nanq; cæremoniæ consecrandis sacerdotibus & ministris Dei conuenientes fieri debebant Huius sanguinẽ partim fudit in altaris circuitu, partim excepit phiala, eoque tres corporis partes initiandis sacerdotibus vnxit, summam aurem, summam manum, & summum pedem: dextra tamen hæc singula, ut indicaret, initiatũ & verbis, & factis, & tota uita purum esse oportere. Auris enim verba, manus facta, pes tot⁹ vitæ progressum significat. Nam quòd extremæ dextręque partes inunguntur, in his singulis cumulum & incrementũ declarat. Dextram enim & summum, felicitatis & finis sunt notæ, quò festinare & actiones omnes dirigere necessarium est, & quemadmodùm in iaculando signum, sic vitæ propositum finem intueri.

Ibidèm. Cùm igitur puro vnius victimę, quæ consecratio appellata est, sanguine tres, quas diximus, sacerdotibus partes iam unxisset, rursùm ex eo, quod erat apud altare sumens, & ea omnibus constabat, & ea immolatis, & ex dicto unguento, quod fecerant unguentarii, miscensq; oleum sanguini mixturæ, sacerdotibus & vestimentis ipsorum inspersit, uolens eos non solùm foris, & sub dio, uerùm etiam in adytis esse participes sanctitatis. Siquidem & intús erant sacrificaturi: omnia autem intús oleo illita fuerant. Sed post priores victimas cùm aliæ fuissent oblatæ, tum à sacerdotib. pro se, tum à senatu pro vniuersa multitudine, Moses in tabernaculum ingreditur, & fratrem secùm adducit. Octaua erat, extremaque consecrationis dies. Septem.n. prioribus diebus sacrificans, etiã fratris filios initiauerat. Ingressus igitur, ut bonus interpres, discipulum domesticum erudiebat, qua ratione sacerdotum principem intus sacrificare oporteret. Deindè egressi ambo, extensis manibus ante caput, pura piaq; mẽte preces populo conuenientes effundunt. Illis autem

adhuc

Ignis cæli tus lapsus absumit sacrificiũ.

adhuc precantibus, res accidit maximè admirabilis. Ex adytis enim siue particula purissimi ætheris, siue repentina flamma, aere naturali elementorũ mutatione in ignem conuerso, statim exilit, celerique impetu fertur ad altare, & quæ super ipso erant, cuncta consumit, vt nihil sine diuino cõsilio, quemadmodum pnto, fieri constaret. Munus enim eximium par erat sãctis tribui, cuius quidem non homines ministri essent, sed purissimus naturæ ignis: nec ignis, qui apud nos in usu est, utpotè cædibus innumerabilibus inquinatus, altare contingeret. Attingit enim no solùm animalia rationis expertia, dum ad iniquam miseri uentris expletionem assantur, aut elixantur: verumetiam homines, qui per insidias interimuntur, non tres, aut quatuor, sed frequentes cętus. Nam & magnæ iam classes coniectis iaculis ardentibus combustę sunt, & totæ ciuitates deflagrauerunt: quæ funditùs euersæ, in cineremque redactæ, ità deletæ sunt, ut ne vestigium quidem earum ullum relictum sit. Hac ego de causa communem hunc nostrum ignem, ut contaminatum, a sacratissimo altari fuisse eiectum arbitror, ęthereumque ignem è cælo pluisse, vt à sanctis prophana, & humana à diuinis distinguerentur. Decebat enim, vt sacrificiis incorruptior natura ignis tribueretur, quàm illa, quæ uitæ vsui & commodis seruit.

Verùm cùm multæ quotidiè victimæ necessariò, præsertim diebus festis & celebribus, immolarentur, & priuatim pro singulis, & publicè pro vniuersis, vt innumerabiles & variæ in maximo populo religionique dedito causæ contingunt, maiore sacerdotum numero rebus sacris administrãdis opùs erat. Itaque noua insolitaque ratione delectus est institutus. Moses enim vnam ex duodecim tribubus, quam optimã censuit, cooptauit, egregio & pio illius facinori tribuens id munus. Facinus autem fuit eiusmodi: Cùm Moses in montem propinquum ascendisset, multosque dies priuatim versaretur cum Deo, illi qui natura instabiles erant, nacti ex absentia ipsius occasionem, & tanquàm nullus adesset princeps, soluti ac liberi ad impietatem animos conuerterunt, oblitique pietatis erga DEVM, imitati sunt Aegyptiorum figmenta. Aureum enim taurum fabricarunt, simulacrum animalis, quod in ea regione sacratissimum putabatur: & hostias impias immolarunt, & choros execrabiles cõstituerunt, cantusque cecinerunt, nihil à lamentationibus differentes: meroque obruti, & duplici tum ex vino, tum ex insipientia ebrietate correpti sunt, atque integras noctes in lasciuis saltationibus consumẽtes, nullaque rerum futurarum solicitudine affecti, in perniciosis voluptatibus versabantur. Iustitia enim in insidiis posita, se non intuentes cernebat, & quibus digni suppliciis essent, considerabat. Sed cùm frequẽtes cætus celebrantium clamores assidui tam longè progrederentur, ut ad montis vsque verticem strepitus perueniret, perculsus Moses, quidnam ageret, hæsitabat. Etenim, vt Dei simul & hominum studiosus, nec institutũ cum Deo sermonem volebat omittere, (familiariter enim solus cum solo loquebatur) nec multitudinem negligere, quæ imperio destituta, sese flagitiis obstringebat. Tumultum enim agnoscebat, quippe qui ex incerta confusaque voce obscuras & incognitas aliis animorum affectiones coniicere poterat, atque intelligere perturbationem illam ex vinolẽtia proficisci, cùm satietas ex intemperantia orta esset, & ex satietate contumelia.

Trib⁹ Leuitica asciscitur ad sacrorum ministerium.

Bos Aegyptiis sacratissimus, adoratur a Iudæis.

Cùm igitur vtrinquè traheretur, & modò illuc inclinaret, & dubius in ancipiti penderet, oraculum audit eiusmodi: Vade celeriter, & hinc discede. Populus ad iniquitatem festinauit. Manufactum, taurique formam habentem, & à se conflatum deum, non Deũ, adorant & colunt, omnium, quæ viderunt & audiuerunt, ad religionem pertinentium obliti. Commotus ergò, coactusque credere iis, quæ videbantur incredibilia, vt internũcius, & cõciliator, non protinùs discessit, sed priùs pro populo supplex orauit DEVM, vt peccatis eius ignosceret. Placato autem Deo, gaudens simul & dolens reuertebatur. Gaudebat enim, q ille propitius esset: dolebat autem & angebatur propter populi iniquitatem. In castrorum autem medio constitutus, repentinamq; multitudinis defectionem admiratus, quæ tantam pietatem tanto mẽdacio commutasset, cùm videret morbum non omnes inuasisse, sed quosdam esse sanos, & ab illo alienissimos, velletque cognoscere, qui perditi desperatique essẽt, & quos admissi facinoris pęniteret, edictum proponit, quo tanquàm Lydio lapide mentes omnium explorarentur, vtrùm à pietate starẽt, an contra. Si quis, inquit, Domini est, ad me veniat. Breue quidem edictum, sed magna illius vis. Significabat enim: Si quis nec manufacta, nec procreata, deos putat, sed unum esse rerum omnium Deum, ad me accedat. Cùm igitur alii, Aegyptiaca superbia tumidi, imperium detrectarent, edictumque negligerent, alii fortassè supplicii metu non auderent accedere, veriti Mosis animaduersionem, aut impetum multitudinis, quę secùm nõ consentientes semper oppugnat, ex omnibus tribub⁹ vna illa, quæ dicitur Leui, promptum paratumq; incitati animi ad pietatem studium pedũ celeritate declarans, tanquàm signo dato, accurrit. Hanc intuitus Moses: Vtrùm corporibus solùm, inquit, an mentibus etiam sitis concitati, id statim res ipsa comprobabit. Vnusquisque vestrum educto gladio, eos, qui militès morte digna commiserunt, quiq; relicto DEO vero, falsos sibi confixerunt, rebusq; caducis & procreatis immortalis & ingeniti nomen attribuerũt, licet propinqui amicivè sint, interficiat, & solam bonorum virorum pietatẽ, amicitiã ac propinquitatem existimet. At illi cohortationem alacritate superantes, quippè q abalienatis animis erant, ex quo viderant ipsos à legibus defecisse, ad • tria millia eorum, quos paulò antè charissimos habebant, promiscuè trucidarunt. Iacentibus autem in medio foro cadaueribus, multitudo quidẽ misericordia commouebatur, sed præsentes interficientiũ animos, ardẽtesq; adhuc & ira plenos cõspiciẽs, metu resipuit. Moses verò illorũ virtute collaudata, præmiũ illis dignũ & perpetuũ tribuit. Decebat enim, vt qui pro Dei honore bellũ susceperãt voluntariũ, sacerdotii munus ad eũ excolendũ obtinerent.

Trib⁹ Leui pcnas vindicat sacras.

Cæterùm quia nõ vnus erat sacrorũ ordo, sed aliis quidẽ mãdatum fuerat, ut supplicationibus & hostiis, cęterisq; præessent sacrificiis, & vsq; ad adyta accederẽt: aliis verò, quos ministros quidã appellant, nihil eiusmodi, sed vt templũ tantũmodò, & quæ in tẽplo erãt, die noctuq; curarẽt & custodirẽt, quę multis plerunq; multorũ malorũ causa esse solet, inter eos exorta est de principatu cõtentio. Ministri.n. in sacerdotes consurgẽtes, munus eorũ sibi vẽdicare conabãtur, idque, quoniã præstabãt numero, facilè successurũ sperabãt. Ac, nè viderẽtur rerum nouarũ studio commoti, spõtè rem ipsam tentare, sibi duodecim tribuũ antiquissimam adiungunt, quam plerique è vulgo sequebantur, vt principatus dignitatem assequi possent. Coniurationem illam contra se fieri Moses non ignorabat. Fratrem enim, oraculis adductus, sacerdotum principem creauerat. Obiiciebatur autem, quòd ementitus oracula, eum propter sanguinis coniunctionem & fraternam beneuolentiam cooptasset. Quam obrèm dolens fidem suam tot argumentis approbatam, in dubium vocari, præsertim in rebus, quæ ad diuinum honorẽ spectarent, in quibus solis, etsi in aliis

Discreti ordines sacris ministrantiũ.

solitus

solitus esset mentiri, vera dicere oportuisset, (veritas enim Dei ministra est) sibi faciendum non putauit, vt cooptationem à se rite factam fuisse comprobaret. videbat enim vix fieri posse, vt de sententia, in qua obstinatè perstabãt, oratione deducerentur: sed ad Deũ supplex cõfugit atq; orauit, vt manifestis indicijs declararet, nihil a se in eo cooptando fraudis admissum esse.

Ille duodecim virgas pro numero tribuum sumi iubet, & aliorũ, qui principes tribuum erant, nomina vndecim virgis inscribi, vni verò fratris sacerdotumq; principis nomen, easq; in templum vsq; ad adyta inferri. Quod ille cùm fecisset, euentum expectabat. Postridiè autem oraculo admonitus, adstãte vniuerso populo, ingreditur, & virgas profert, alias quidem tales omninò, quales illatæ fuerant: eam verò, in qua nomẽ fratris inscriptum erat, mirabiliter immutatam. Etenim, vt fœcunda planta, tota recèns germinauerat, & onusta erat fructuum copia. Fructus autem erãt amygdala, quæ diuersam à reliquis fructibus naturam habent. In plerisque ẽnim, vt vua, olea, & malo, differunt semina ab eo quod comeditur. Nã quod comeditur, foris est: semen autem intùs continetur. Amygdali verò & semen, & quod editur, idem est, cùm vnam vtrũque formam sortitum sit, vt unum locum intimum duplici putamine, tanquàm vallo, communitum, altero quidem profundo, altero autem nihil à ligno differente. Quo perfecta virtus indicatur. Quẽadmodùm enim in amygdalo idem est principium & finis: principium enim est semen, finis autem fructus: sic etiam in virtutibus fit, vt singulæ sint & principium, & finis: principium, quia non ex alia facultate, sed ex semetipsis proficiscuntur: finis, quoniam ad ipsas vita conuenienter naturæ instituta contendit. Ac vna quidem causa hæc est, qua tamen altera significãtior traditur.

Virga Aaronis admirabiliter fruct⁹ protulit.

Amygdali putamen exterius, amarum est: quod autem interius, vt ligneum circumijcitur, austerum ac durum. At fructus in vtroque conclusus non facilè eruitur. His animum, qui in virtutis studio se exercet, significat, eumque sic ad ipsam virtutem existimat incitandum. Labores enim priùs subeundi sunt necessariò. Amarus autem, & resistens, atque asper est labor, qui bonum parit. Quarè desidiæ atque inertiæ nõ est incumbendũ. Nã qui labores fugit, bona fugit. Qui autem forti strenuoque animo aspera & difficilia subit ac sustinet, ad beatitudinem properat. Virtus enim cum mollibus, qui quotidianis & immensis delicijs animo & corpore effœminati corruptique sunt, non commoratur: sed ab iis malè accepta vexataque, consurgit, vt ad principem rationem rectam confugiat. Quòd si vera dicenda sunt, augustissimus prudentiæ, temperantiæ, fortitudinis & iustitiæ chorus ad studiosos currit, quique asperam ac duram viuendi rationem colunt, & continentiam ac tolerantiam amplectuntur cum frugalitate, & rerum paucarum desiderio. His enim regina omnium, quæ in nobis sunt, ratio valetudinem integram acquirit, & robur suum ac vires auget, grauemque corporis impetum & oppugnationem repellit, cui opitulatur & fauet ebrietas, edacitas, libido, aliæque inexplebiles cupiditates, quæ solertiæ inimicam obesitatem pariunt. Porrò quòd amygdalus arborum, verno tempore germinantium, prima florere, fructuum prouentus nũciat, postremaque folijs destitui, atque annuam prosperæ senectutis viriditatem longissimé producere conseruareque dicitur, virunque tribum sacratissimam indicat, quæ vniuersi hominum generis prima, atque vltima florebit, quandiu quidem videbitur Deo, vernis conuersionibus vitam nostram similem reddere, sublato perniciosa pestilentique malorum fonte auaritia.

Qui labores fugit, bona fugit.

Virtus non est in delicijs.

Virtutes quibus insunt.

Quoniam igitur perfectissimo imperatori diximus adesse quatuor oportere, regnum, condendarũ legum facultatem, sacerdotium, & prophetiã: vt legibus quidem, quæ agenda fugiendàve sint, præscribat: sacerdotio autẽ non humana solùm, sed diuina ẽt exequatur: prophetia verò prouideat, quæ humana ratione comprehendi non possunt: & tribus partibus explicatis, Mosem optimũ fuisse tum Regẽ, tum legislatorem, tũ sacerdotem, ostendimus: reliquum est, vt præstantissimum ẽt prophetam fuisse demõstremus. Etsi nõ ignoro, esse diuina responsa & oracula, quæcunq; in sacris libris cõtinẽtur: dicam tñ ea, quæ magis propria sunt: si priùs illud expoluero, omnia diuina oracula vel ex Dei persona dici, interprete diuino propheta: vel per interrogationẽ & responsionẽ pronunciari, vel ex psona Mosis efferri, a seipso vaticinantis. Prima igitur omninò sunt diuinarum virtutũ indicia misericordiæ beneficentięq;: quibus cùm oẽs homines, tum præcipuè populũ sui cultorem, ad virtutem & honestatem initiat, atq; erudit, viamq; ad benè beateq; viuendum ducentem, struit. Quæ aũt secundo loco posita sunt, permixtam & communem vim habent. Interrogat enim propheta, de quibus dubitat: Deus aũt respondet, ac docet. Vltima tribuuntur legislatori, cui Deus elargitur diuinandi potestatem, qua futura prænunciat. Prima prætereamus: maiora enim sunt, quam vt ab vllo homine laudari possint, eorumq; commendationem vix cęlum ipsum, & terra, atque omnes naturę partes capiunt. Quanquam dicũtur etiam quasi per interpretem. Interpretatio verò & prophetia differunt. De secundis autem statim dicam, & illis adiungam tertiũ genus, quo loquentis animus afflatus appáret, eoque potissimùm & propriè nominatur propheta. Verùm vt promissa persoluamus, sic exordiendum est:

Imperator perfectissimus qb⁹ instructus esse debeat.

Quatuor sunt modi per interrogationẽ & responsionem oraculis assignati, qui mixtam habent potestatem. Nam & propheta afflatus interrogat, & pater vaticinatur, verba responsaq; suggerens. Primum autẽ, quod nõ Mosem solum, omnium, qui vnq̃ fuerint, sanctissimum virum, sed quemuis aliquo modo pietatis studiosum cõmouisset atq; iritasset, fuit homo quidã spurius, ex parentibus dissimilibus genitus, patre quidem Aegyptio, matre uerò Iudæa: sed maternę gentis neglectis moribus atq; institutis, ad patris impietatẽ declinauit. Aegyptij ferè populorum omnium soli, cęlo terram anteponunt. Etenim cùm hanc diuinis honoribus dignam putent, illi nullum eximium munus tribuunt, tanquàm oporteat regijs præcelsisq; sedibus abiectissimas atq; infimas anteferre. In mũdo. n. cęlũ est regia: terra verò sordidũ & humile domiciliũ. Hęc p se considerata, nõ videtur aspernãda: at si cũ ęthere cõparetur, tãtùm ab eo differt, quãtùm à luce tenebræ, nox à die, caducæ res ab æternis, à diuinis mortales.

Quatuor modi diuinorum oraculorũ per interrogationẽ & responsionem.

Aegyptij quid terræ tribuãt

Cùm igitur Aegyptus, nõ, quẽadmodùm reliquæ regiones, imbrib⁹ irrigetur, sed fluminis exũdationibus quotãnis oblimetur ac fœcũda reddatur, fingũt Aegyptij diuinũ esse Nilũ, cęliq; ęmulũ, & de regione sua gloriãtur. Nothus ergò ille cuidã ex genere sacro peritoq; indignat⁹, atq; irę impotẽs, & falsę religionis Aegyptiacæ studio cõcitatus, à terra in cęlũ impietatẽ cõtorsit, impioq; & nefario atq; ingrato aĩo & lingua, & omni vocis ĩstrumẽto grauissima maledicta cõiecit in eũ, cuius laudes nõ ab oĩbus celebrari fas est, sed ab optimis tantùm uiris, qui initiati sint & expurgati. Incredibilem istius furorem & audaciam admiratus, & generoso quodam animi impetu concitatus Moses, manibus suis hominem suspendere cupiebat: sed veritus est, nè leuius de ipso supplicium sumeretur.

Quanquàm quod tantę impietati par supplicium ab homine possit excogitari? Etenim si qui Deum non colit, is nec parẽtes, nec patriã, nec de se benè me

ritos colit: qui non modò non colit, sed audet eũ incusare quonã is vel immanissimo scelere nõ obstringetur? Sed incusare leuius est, q̃ execrari. Vbi verò lingua petulãs, & os effrenatũ, cogitationibus impiis inseruiuit, nouũ omninò ac nefariũ facinus admittit. Execratur quis aliquẽ deũ, vocat ne alium deũ ad execrationem confirmandã, an eundem deum contra semetipsum? Procùl absint prophanæ atq; impiæ cogitationes. Abluere expiareq; oportet infelicem animũ, q voce illa coinquinatus est, cæco auriũ sensu ministro adhibito. Nec lingua detestabile maledictũ proferentis impedita fuit, nec aures eorum, qui erant audituri, occlusæ sunt. itá fortè iustitia prouidente, quæ nec excellentia bona, nec mala insignia celari permittit, vt virtus & vitium claré pateant, meritaque illi præmia, huic supplicia tribuantur.

Blasphemia in Deum q̃ sit immanis culpa.

Idcircò Moses illũ in carcerẽ trudi, & vinculis adstringi iubet: Deum aũt obsecrat, vt sensuũ necessitatibus ignoscat, quibus qui de impio peregrinoq; q̃onem habet, vt detestabile atq; execrandũ scelus deprę hendat, videre cogitur, q̃ adspicere nefas est, & intelligere, quæ audire non licet. Tũ lapidibus obrui scele ratũ imperauit, vt conuenienti nimirùm supplicio afficeretur, qui cor durũ lapideumque gestabat, puniretur que ab omnibus, qui ea illa gente erant, quos rem grauiter tulisse, & inferendæ cædis cupidos animaduertebat. Solum autem eiusmodi supplicium poterat à tot hominum millibus irrogari.

Blasphemus lapidibus opprimuntur.

Homine impio pestiferoq; sublato, lex noua, q̃ nunquàm pscripta fuerat, lata est. Noua. n. scelera, nouis legibus reprimenda cohibendaq; sunt. Itaq; statim huiuscemodi edictũ proponitur: Quicunq; maledixerit Deo, peccati reus esto. At quicunq; nomen Dñi nominauerit, morte mulctetur. O vir sapiẽtissime, q solus syncerã & solidã sapientiã assecutus es, grauius existimasti esse nominare, q̃ maledicere, vt in eum, qui grauissimè peccasset, lenior esses ac mitior: illũ verò, qui se leuiori peccato obstrinxisset, summo supplicio mortis afficeres? An edictũ hoc nõ principem illũ authorẽ rerum omniũ Deum significat, sed falsos gentiũ deos, à pictoribus statuariisq; confectos? statuis. n. & imaginibus, & eiusmodi simulacris plenus est orbis terrarũ: à maledictis ẽt in hos, abstinere necessarium est, nè q̃s familiariũ Mosis assuescat omninò Dei nomẽ negligere. Est. n. augustissimũ, maximeq; venerandũ. Siquis autem in hominũ deorumq; Dñm non dico maledicta congesserit, sed ausus fuerit temerè nomẽ ipsius appellare, capite plectatur. Neq;. n. filiĩ, quibus parẽtum honor curæ est, nomina propria eorum, à quibus procreati sunt, licèt mortales sint, vsurpant: sed sua in eos pietate, illa reticentes, naturæ vocabulis patres & matres appellant, quibus vocibus maxima illorum in se beneficia statim declarant. Ad hoc vsque tempus impunè licuerit, sanctissimum ac diuinum nomen impetu linguæ in sermonibus protulisse.

Leui. 24.

Post rerũ omniũ conditoris honorẽ, in sacra die septima obseruanda se grauiter gessit propheta. Nã eximium decus ipsius in cælo atq; vniuerso orbe descriptũ & obsignatũ, acutioribus mentis oculis intuebat. Reperiebat. n. eam primùm sine matre genitã, nõ à fœmina, sed à patre solo sine semine procreatam, & sine partu editã. Deindè videbat, eam nõ modò pulcherrimã, & sine matre, sed semper virginẽ: nec ea matre susceptã, nec matrẽ esse, nec ea corruptione, nec corruptũ iri. Postremò diligenter considerans, animaduertebat esse mundi natalẽ diem, celebrariq; & à cælo, & à terra, gaudentibus & lætãtibus absolutissimo illius concentu. His de causis Moses, omnibus in rebus magnus, æquũ esse censuit, vt sacræ Rei pub. adscripti ciues, naturæ sequerentur instituta, & cum anima voluptate diẽ septimam celebrãtes, abstinerent ab omni opere & negocio, qđ vel ad quęstũ, vel ad parandum victũ pertineret: factisq; induciis, & laboribus ac solicitudinibus intermissis, vacarẽt, non, vt quidã, iocis & ludis, aut mimorũ saltatorumq; spectaculis, quib' digladiãtes immoriuntur, q theatri studiosi sunt, mentemq; natura regiã, principibus sensuum visui & auditui seruã efficiũt: sed philosophię, non quam Rhetores sophistęq; tradunt, dũ dicendi viuendiq; præcepta nõ aliter, àc res, quæ in foro venales sunt, vendũt, & philosophia cõtra philosophiã (o tẽpora, o mores) ppetuò abuti nõ erubescũt: sed veræ philosophiæ, quę ex tribus in vnũ redactis, & ad benè beateq; viuẽdum ducentibus cõtexta est, cõsiliis, verbis, & factis. Edictũ hoc quidã aspernatus, cùm ẽt oracula illa personarẽt, quæ sine ppheta Deus ipse de sacra die septima, voce (quod inprimis admirandũ est) adspectabili, & oculos magis, q̃ aures excitante, ptulerat, ad colligenda ligna p media castra egressus est, cùm oẽs viderẽt in tabernaculis quiescentes. Sed in ipso crimine deprehẽsus est: latére. n. non potuit. Etenim cùm extra castra in solitudinẽ progressi quidã essẽt, vt in loco purissimo & trãquillissimo precarentur, ligna gestantem conspicati, indignatiq;, ipsum interfecissent, nisi impetum irę cohibuissent, nè viderentur, cùm priuati homines essent, in aliquem, presertim indicta causa, priùs, quàm ipsi magistratus, animaduertere, licèt peccatum esset manifestum, nève illius, qui diem sacram violauerat, cædè quamuis iustissima se inquinarent.

Sabbati feria cur instituta.

Vera philosophia ex tribus contexta.

Cõpręhensum igitur adducunt ad principẽ, cui sacerdotes assidebãt, & vniuersus populus ad audiendũ adstabat. Mos. n. erat, & quotiès dabatur occasio, & ppuẽ septima quaq; die, vt antè diximus, ità philosophari, vt Princeps quidẽ ipse dissereret, & faciẽda dicendaq; præciperet: populus aũt audiendo proficeret, moribusq; & vita melior euaderet. Patrium hoc philosophandi institutũ nunc ẽt retinent Iudæi, ut tempus illud in rerũ naturę scientia contemplationeq; consumant. Quid. n. aliud sunt tẽpla per ciuitates constructa, nisi gymnasia prudentię, fortitudinis, tẽperantię, iustitię, pietatis, sanctitatis, omniumq; virtutum, quibus diuina atque humana rectè administrantur? Tunc igitur scelestus ille in carcerem truditur. Hæsitans autem Moses, quonã pacto puniendus esset, (sciebat. n. morté esse commeritum, sed dubitabat, qđ mortis genus conueniret) mentis arcano ad arcanũ tribunal accedit, & rogat eũ, qui antequàm audiat, intelligit omnia, quidnam decernendum sit. Ostendit ille & morte mulctandum hominem, & lapidatione id fieri debere: quandoquidem & is, quemadmodùm prior, animum in surdum lapidem conuertisset, eo perpetrato, quo reliqua ferè omnia inuehuntur, quibus propter diei septimæ celebritatem est interdictum. Quid ità? Quia artes non solùm sordidę, sed alię quoquè, atque inprimis illę, quę sunt quęstuosę, quęque ad victum parandum pertinent, aut per ignem, aut non sine igne tractantur. Quarè diebus septimis ignem accendi sępiùs vetat, quòd eo nulla sit potior causa, aut opus antiquius: atque illo quiescente verisimile sit, etiam reliqua singulatim conquiescere. Ligna porrò sunt ignis materia. Quamobrèm qui ligna colligit, & qui ignem accendit, fraterna & affinia peccata committunt. Prior autem dupliciter peccat, quoniam & fert, cùm sit q̃es: & ea fert, q̃ sunt ignis artiũ authoris materia.

Templa qd sint.

Num. 15

Exod. 35

Quæ igitur commemorauimus, impiorum supplicium complectentia, per interrogationem & responsionẽ sanciuntur. Sunt aũt alia duo nõ eiusdem generis, sed diuersa: quorũ vnum ad hæreditatis successionem pertinet, alterum ad sacrificiũ, quod præter tempus videtur fieri, de quo priùs dicendum est. Aequino

Martiũ mensem cur Moses primũ posuerit.

ctii verni principiũ Moses in anno constituendo primum mensem ponit, non tẽpori magis, vt quidam, q̃ naturæ in homines beneficiis primas tribuens. Tunc enim & sata fruges victui necessarias edũt, & pubescẽtes arbores concipiunt fructus, qui secundum sortiti locum, serò geniti dicuntur. Semper. n. quæ natura nõ sunt valdè necessaria, posteriora sunt iis, q̃ magis necessaria sunt. Vehementer aũt necessarium est triticũ, & hordeũ, & omnia ciborum genera, sine quibus vita traduci non possit. Oleum aũt, & vinum, & arborum fructus non sunt necessarii: quandò sine his ad longissimam vsq; senectutem, & multorũ annorũ spatium homines viuunt. Ad quartum decimũ igitur huius mẽsis diem, cùm luna suum orbẽ implẽte, futurum est plenilunium. Transitus, quod Chaldaica lingua Pascha dicitur, publica solẽnisq; celebritas agitur, in qua priuati non adducunt hostias ad altare, vt eas immolẽt sacerdotes: sed legis mãdato populus vniuersos sacrificat; cùm suã vnusquisq; victimam adducat atq; immolet. Populus igitur gaudebat & lætabatur, cùm singuli sacerdotii munere fungerentur. Sed quidã ob recẽtem propinquorũ obitum in luctu & squalore versabant; & sacrificii lætitia atq; honore se priuatos videbãt: q̃ a luctu, quo impediebantur, nõdũm absoluto, expurgari non poterãt. Hi mœrore tristitiaq; pleni, ad principem accesserunt: & quæ sibi acciderãt, enarrarũt, hoc est, recentẽ domesticorũ obitũ & luctum, in quo versantes necessariò, Transitus celebritatis, & sacrificii non potuissent esse participes. Deindè rogabant, nè pateretur se deteriore esse conditione, q̃ cæteros, néve calamitatẽ, quæ sibi ex propinquorum obitu contigisset, in criminis loco numerari, & p misericordia supplicium afferre permitteret. Arbitrari enim se grauiora, quàm ipsos defunctos, pati. Nam illis nullum esse sensum calamitatum: se verò viuentes visum iri, mortem sensu minimè carentem appetisse.

Pascha.

Num. 9.

Hæc audiens ille, nec orationem eorum absurdam, & excusationem, q antea non sacrificassent, legitimã & cõmiseratione dignam esse cognosceba[t], animo in ancipiti & tanq̃ in trutina pendenti, q altera ex parte misericordia & iustitia premeret: ex altera, lex Transitus celebritatis, qua primi mensis quartadecima dies ad sacrificãdum præscribebatur, vrgeret: dubitans, vtrùm negaret, an concederet, quod postulabant, obsecrat Deũ, vt iudicet, atq; oraculo sententiã ferat. Audiens ergò respõdit, non solùm ad ea, quæ contigerãt, sed quæ in posterũ erant euẽtura, si qui vel eisdem, vel aliis ẽt causis impediti, simul cũ ipso populo sacrificare nõ possent. Quæ verò fuerint ipsa responsa, declarãdũ est. Naturalis, inquit, luctus in propinquorũ obitu necessarius est, nec adscribẽdus est crimini. Quandiu igitur luctus erit in mora, à sacris muris arceto, quos nõ solùm à voluntaria, verùm ẽt ab omni labe, quę præter sententiã euenerit, expiare oportet. At vbi dies luctus explecti fuerint, ad parẽ sacrificiorum honorem admittãtur, nè defunctorũ numerũ viuentes augeant. Sint igitur posteriores quartadecima die mensis secũdi, eodemq; modo atq; eadem lege, qua priores, sacrificẽ. Idem ẽt concedatur illis, qui non luctu, sed longa peregrinatione prohibiti, simul cum uniuerso populo sacra facere non potuerunt. Qui enim peregrinantur, aut aliis in locis habitant, non peccant, vt æquo & pari honore priuari debeant; præsertim cùm vna regio totam gentem non capiat prę multitudine, & multis in locis coloniæ fuerint constitutæ.

Ibidem.

Hactenus de illis, qui legitimas ob causas impediti, cùm Transitus sacrificia vna cũ populo celebrare nequiuerint, licèt serò, necessariò tñ studuerũt officio prætermisso satisfacere. Nunc extremũ illud, q̃d ad hæreditatẽ successionem spectat, aggredior: est aũt mixtum hoc quoquè, & ex interrogatione, respõsioneq; constat. Erat quidã nomine Salphaat, vir probus & ex tribu minimè obscura. Hic filiũ nullũ, filias quinq; genuerat: quæ post obitũ patris dubitantes, se bonis paternis spoliatũ iri, q hęreditas ad mares tantummodò perueniret, verecundè, quẽadmodum virgines decet, nõ ut diuitias venarentur, sed vt patris nomen & dignitatẽ conseruarent, ad Principẽ accedunt: &, Pater, inquiũt, noster defunctus est, qui in nulla fuit illarũ seditionũ, in quibus contigit innumerabiles interire. Vitã priuatam & quietam egit: nisi fortè crimini vertendum est illi, quòd filium marem nullum procrearit. Nos certè ab illo genitæ sumus: quæ tametsi parente videmur orbatæ, patrem tamen reuera te, Princeps, habebimus: Princeps enim legitimus, subditis suis coniunctior est pater, quàm ille ipse, qui genuit.

Num. 27

Filiæ Salphaat verecundè proponũt Mosi causam suã.

Princeps subditorũ parens.

Virginum ille prudentiã, & pietatẽ earum erga patrẽ admiratus, se tñ à respondendo sustinuit; q̃m cogitabat hæreditates à viris adeundas, quippè qui militiæ & bellorũ, quę gessissent, pmiũ essent accepturi. Naturam aũt, quæ mulieribus eiusmodi certaminum immunitatem dedisset, eorundem itèm prœmia non elargiri. Quamobrẽm cùm mẽs eius dubia & anceps, meritò diuersas in partes distraheretur, quæstionẽ ipsam ad Deũ retulit; quẽ solum controuersias non falsis nec errantibus iudiciis distinguere, & pro veritate iustitiaq; dirimere non ignorabat. Ipse verò rerũ omniũ effector, mundiq; pater, qui terrã, & cęlũ, & aquã, & aerem, atq; omnia ex his concreta continet & moderatur, qui eorũ, & hominum Dñs est, virginibus orbis respondere non recusauit. Rñdens autem, plus, q̃ à iudice postularetur, tribuit ipse benignus & clemẽs, qui beneficentia potestateq; sua cuncta prorsus impleuit. Virgines. n. collaudauit. (ô Dñe, quis laudes efferet tuas? quo ore, qua lingua, quo vocis instrumento, qua animi parte pręstantissima? Astrorũm ne chorus eas p dignitate celebrabit? cęlum ne vniuersum vocẽ emittens, tuarum virtutum partem ullam poterit explicare?) Rectè, inquit, locutæ sunt filię Salphaat. Hęc laus testimonio Dei comprobata, quanta sit, quis nõ videt?

Num. 27

Adeste nunc, homines superbi, qui rebus secundis elati, supra naturam ceruicem tollitis, & supercilium contrahitis, apud quos fœminarũ viduitas risus est, misericordia malũ, & quod miserabilius est, pupillorum solitudo deluditur. Videte eos, qui humiles calamitosi que iudicãtur, nõ negligi aut despici à Deo, cuius imperii pars despectissima, sunt omnia regna orbis terrarum. Totus. n. ambitus terræ, operum ipsius infimũ est: & necessariò tandẽ resipiscere. Attamen cùm postulata virginũ laudasset, nec sine munere dimisit, nec parẽ eum viris ppugnatoribus honorẽ habuit. His. n. hęreditates, vt laboribus eorũ digna prœmia tribuit: illis verò nõ præmiũ, sed gratiã & benignitatẽ impertiuit. Quod ex ipsius verbis intelligitur apertissimè, cùm dicit, donum & munus, non aũt merces & præmium. Hęc. n. accipientium, illa sunt largientium propria.

Omnia regna terra, pars despectissima imperij Dei.

Cęterùm cùm ad ea, quę rogauerant virgines, respondisset, communem de hęreditatum successione legem tulit, filios primùm uocans ad hęreditatem. Quòd si filii desint, filias: quibus ait hęreditatem adiungi, vt ornamentum extrinsecùs, non vt propriam possessionem. Quod. n. adiungitur, cùm eo, q̃d ornat, nullam habet necessitudinis coniunctionem, sed ab illo seiunctũ & alienũ est. Tertio loco post filias, fratres vocat. Patruos ordine quartos constituit. Ex quo significat, parentes quoquè filiorũ hæredes esse. Stultum. n. esset, existimare eum, qui filii fratris hæreditatem tribuit fratri patris propter necessitudinẽ, quam habet ille cũ patre, à successione patrem ipsum excluderẽ. Verùm qm̃ naturæ lege filii parentibus succedunt, non

Lex de hæreditatum successione.

contrà, quod infaustũ erat, reticuit, nè pater & mater ex acerbo liberorũ obitu viderentur non consolabilẽ dolorem percipere: tacitè aũt ipsos vocauit, dum patruos vocat, vt vtruoq; complecteretur, nè uel contrà decus fieret, vel bona ad aliorum manus peruenirẽt. Quinto loco vocat eos, qui genere proximi sunt, quorum primis semper hæreditatem adiudicat. Hęc de oraculis, quæ mixta sunt, necessariò percurrimus: nũc ea, quę per prophetam afflatum edita sunt, explicabimus. Sic enim me facturum promisi.

Idem Mosi diuini afflatus, & populo felicitatis initium fuit. Etenim cùm plurima hominũ millia ex Aegypto ad Syriæ ciuitates in coloniam deduceret, iamque & viri & fœminæ, inuia longaq; solitudine superata, ad mare, quod rubrum appellant, peruenissent, in magnis difficultatibus versabantur, cùm nec traijcere possent ob nauium inopiam, nec per eandem viã regredi, tutum existimarent. Grauius ad hæc malum afflictis addebatur: Nam Aegyptiorum Rex egressus, cum non contemnenda equitum & peditum manu properè sequebatur, vt exitum, quem manifestis oraculis adductus concesserat, vlcisceretur. Inconstans.n. improborum hominũ voluntas, tanq̃ in trutina collocata, paruo occasionũ momento in contraria declinat. Inter hostes igitur & mare conclusi, de salute sua ità desperabant, vt aliis satius esse ducerent, manibus hostiũ interfici, alij mortẽ obire voluntariã mallent, q̃ hostibus ludibrio esse. itaq; se in mare deijcere cogitabãt, & oneribus quibusdã cõportatis in litore cõsidebãt, vt simul àc hostes appropinquãtes adspexissent, desiliẽtes celeriùs in profundum demergerentur. Sic igitur difficultate necessitatis exterriti, torquebantur. Sed propheta cernens, præ stupore populum vniuersum, vt piscium iactum congregatũ, non ampliùs apud se consistens, sed numine correptus, vaticinatur in hunc modum.

Inconstãs malorum hominum voluntas. Exod. 14

Timor quidẽ necessarius, & terror propinquus, atque ingens periculũ est. Ex aduerso.n. immensum pelagus, nulla ad fugiendũ uia, nulla nauiũ copia: à tergo insidiæ, & hostiũ acies celerrimè persequentium. Quonàm te vertas? quò te subducas? omnia vndiquè repentè irruunt: terra, mare, homines, elementa naturę. Vos tñ confidite, nec animis despondete, nec deterremini, sed inuictũ à Deo auxiliũ expectate: spontè iã aderit: ex occulto, quẽadmodùm sæpiùs experti estis, pro vobis pugnabit. Cerno manũ, quæ uobis opitulatura est, aduersariorũ ceruicibus laqueos iniicientem. Detrahit eos in mare; instár plumbi collabũtur in profundũ. Vos quidẽ illos viuentes animaduertitis: ego verò iã mortuos perspicio. Hæc ille spem oẽm superantia vaticinabatur. Ipsi vero re ipsa vaticinii veritatẽ experti sunt. Nam quę fabulis videbantur magis incredibilia, diuina potentia contigerunt. Maris confractio, vtriusque sectionis disiunctio, vndarum per totũ profundum ad partem fractam cõfirmatio, vt magnificę vię sectio esset pro muro validissimo.

His.n. congelatis, sublime patebat iter multitudini, tutò per mare, nõ secus àc per siccã semitam & solũ lapideũ, incedenti. Arena.n. exiccata, in naturam solidam coaluerat, cùm hostes velocissimè persequẽtes, ad propriũ exitium festinarent. Extremũ agmen, tanq̃ auriga, nubes dirigebat, in qua diuina quædã erat facies, ignis splendorẽ emittens. Pelagi fluctus, qui compressi seiunctiq; fuerant, refluebant, partibus nõ ampliùs exiccatis, sed colliquescẽtibus: ex quo repentina exundatio, & hostiũ interitus, quos muri iam congelati corruentes, & maris æstus, in ipsam viam tanquam in uallem delati, obruerunt.

Aegyptij submerguntur in mari.

Erant indicium exitii cadauera supernatãtia, q̃ maris superficiẽ constrauerant, & vehemens procella, q̃ acervatim illa in aduersum litus eiecit. Spectaculũ necessarium populo cõuersato, qui non modò periculũ euaserat, sed & videbat aduersarios, non humana, sed diuina vi grauiùs punitos, q̃ vlla ratione dici queat. Quamobrẽm Dei laudes, à quo tantũ beneficium acceperãt, iurè celebrantes, ei gratias egerunt. Moses.n. populo in duos choros distributo, vni, qui ex viris cõstabat, ipse dux erat: alteri aũt qui ex mulieribus, sororẽ præfecit, vt patrẽ & tanti beneficii authorẽ collaudarent, mutuis harmoniis concinẽtes, cùm & animi, & voces ipsæ conuenirent: animi, qm̃ ad eandem gratiarum actionem tendebãt: voces, qm̃ ex grauissimo & acutissimo sono constabãt. Virorum.n. vox grauis, fœminarũ acuta. Quapropter si rectè cõponãtur, suauissimos ex illis & iucundissimos cantus efficitur. Tot aũt hominum millia rebus incredibilibus & admirãdis, quas cõmemorauimus, adducta sunt, vt idem sentirent, atq; concinerent. Lętabatur.n. Moses, & perspecto multitudinis gaudio, voluptatem cohibere nõ poterat. Itaque canticum inchoauit, chori autem audita retinebant. Hoc est principium & exordium prophetię Mosis, per afflatum numinis editę.

Exod. 15

Deindè vaticinatus est de primo & maximè necessario cibo, quẽ terra nõ edidit, sterilis nimirùm & infœcunda, sed cęlũ demisit, nõ semèl, sed annis quadraginta quotidiè summo manè, fructũ æthereum, minutissimo rori persimilẽ. Hunc Moses intuitus colligi iubet, & Deũ obtestatus, ait: Eos, qui diuinã benignitatẽ in rebus fidẽ superantibus experti essent, ipsi Deo credere oportere. Quarè cibaria hęc, inquit, nè condantur, aut reponantur. Nullã eorum partẽ in crastinum diẽ quispiã conseruet. His auditis, quidã in religione nõ ità cõfirmati, existimantes fortassè ea non esse oracula, sed principis monita, relinquunt aliquid in posterum diem: quod quidẽ corruptũ, fœtore pessimũ impleuit totũ exercitũ: deindè in vermes, qui ex corruptione nascuntur, cõuersum est. Quæ pspiciens Moses, incredulis meritò succẽsuit. Quis.n. nõ succenseret hominibus imperitissimis, qui cum tot tantaq; vidissent facilè cõfecta esse diuina pdentia, quæ nulla ratione quisquã fieri posse existimaret, nõ solùm dubitarent, sed omninò non crederent? At ipse pater duobus euidẽtissimis signis pphetæ vaticiniũ comprobauit. Quorũ vnũ statim ostẽdit, cùm id, quod cõdiderãt, corrũperetur, fœteret, & in vermes animalia abiectissima cõuerteretur. Alterũ aũt postridiè demonstrauit. Semper.n. quod supererat, postea q̃ necessariũ absumpserat multitudo, solis radiis liquefiebat, & liquefactũ cõsumebatur. Scdm haud ità multò pòst vaticinãs oraculũ edit de sacra die septima: quæ quidẽ dies, quã pręrogatiuã haberet, nõ solùm ex quo mundus conditus est, verumetiã anteq̃ cõderetur, homines ignorabant, ob eã fortassè causam, q̃ propter cõtinuas euersiones, q̃ tum ex aqua, tũ ex igne cõtigerant, nõ potuissent à maioribus suis accipere monumẽta rerum, quę certa temporũ serie atq; ordine essẽt cõsecutæ. Arcanum id Moses vaticinãs aperuit oraculo, qđ signo pspicuo rem testabatur. Signum illud fuit eiusmodi.

Exod. 16

Prioribus diebus ex aere minor copia defluebat: sexta aũt die, duplo maior. Ac prioribus quidẽ dieb9 si quid seruabatur, ità liquefiebat, vt in humorẽ omninò redigeretur. Tunc aũt nullã cõmutationẽ accipiẽs, in eodẽ statu pmanebat. Hæc admiratus Moses, non magis coniecit, q̃ diuino numine afflatus, vaticinatus est septimã diẽ. Quanq̃ eiusmodi cõiecturæ prophetię ppinquę sunt. Neq; n. mens iã rectè rẽ ipsam attingeret, nisi diuinus spiritus eã pduceret ad veritatem. Res autem admirabilis apparebat non solùm ex eo, q̃ cibus duplicabatur, aut quòd prętermotus incorruptus permanebat: verumetiam ex eo, q̃ sexta die vtrunque

Sexta ... bidu... manã p...

contin-

contingebat, quam quidē sacratissimus septimæ diei numerus sequebatur. Quæ si quis expendisset, reperisset eodem ordine cœlestē cibum suppeditari, quo mūdus ipse fuisset genitus. Primo. n. ex sex diebus & mundus condi, & cibus ille demitti cœpit. Est aūt apposita & congruens similitudo. Nā vt absolutissimum mundi opus ex nihilo fecit, sic in solitudine copiam præbuit, elementis ex præsenti vsu cōmutatis, vt aer pro terra sine vllo labore aut molestia cibos abundè subministraret illis, qui eos sibi per otiū parare nō poterāt.

Exod. 16

Aerem non daturum māna die septima, Moses vaticinatur.

Tum edidit tertiū oraculum imprimis admirabile: Septima, inquiens, die solitū cibum aer non exhibebit, nec quicquā vel exiguū in terram ex more deferetur. Id quod res ipsa comprobauit. Pridiè. n. hæc pronunciauerat, cùm Hebræorum quidam, vt consueuerat, ad colligendum profecti sunt, sed spe sua falsi, & re infecta redierunt, se, qui non credidissent, accusantes, vatemque & diuinū, & qui solus obscura incertaque perspiceret, appellantes prophetam. Hæc sunt, quæ numine afflatus de cœlesti cibo vaticinatus est.

Alia necessaria, licèt admonitionibus magis, q̃ oraculis similia videantur, ordine prosequamur. ex quibus & illud est, quod aduersùs eos, qui instituta patria violauerant, gessit, de quo & anteà diximus, cùm taurum aureum ad superbiæ Aegyptiacæ imitationem fabricati, choros constituerunt, & aras ędificarunt, & victimas immolarunt, Dei veritatē obliti, & Maiorū nobilitatē, quæ religione sanctitateq; creuerat, abolētes.

Exod. 32

Quamobrèm Moses incredibili affectus dolore, primùm q populus vniuersus, qui semper antea omniū acutissimè perspexerat, cęcus euasisset: deindè q falsum & cōmentitium simulacrū potuisset extinguere veritatis lucē, quam nec sol ipse deficiēs, nec totus astrorū chor⁹ obscuraret. fulget. n. proprio suo diuino & incorporeo splendore, cui hæc, quæ sensibus percipiuntur, cōparata, idem esse videantur, ac si cum die nox comparetur. Et facie igitur, & mente cōmutata, Moses, quasi ipse non esset, diuino furore correptus: Si quis, inquit, errore non est deceptus, nec externo flagitio religionē violauit, me sequatur. Cùm aūt vna tribus non minùs animo, q̃ corpore ad eum accessisset, quæ pridèm contra nefarios & impios incitata ducē & Imperatorem cupiebat inuenire, qui iustū vlciscendi tēpus rationemq; præscriberet, eamq; Moses indignatā & gementē, animoq; promptam & paratā adspexisset, magis adhuc inflammatus, Vnusquisq; vestrum, inquit, stricto gladio per mediū exercitū ruat: nec alienos solùm, sed amicos & sanguine coniunctissimos passim interficiat, & facinus hoc pro veritate diuinoq; honore susceptū, pro quibus pugnare & decertare leuissimus est labor, sanctissimum putet. At illi cum clamore * tria hominum millia statim interficiunt, inprimisque illos, qui fuerant impietatis authores. Nec solùm defensi sunt, q scelus non attigissent: sed etiam optimorum generosissimorum numero adscripti, munus rebus à se gestis dignum, nempe sacerdotium, acceperunt. Aequum enim erat, eos religionis custodes efficere, qui pro religione pugnantes, se fortissimè gesserant.

Irasci iustitiæ magna virt⁹ est, hinc dicitur: Irascimini et nolite peccare. Psal. 4.

** Viginti tria millia interficiuntur eorum, qui fuerūt idololatriæ authores.*

Exod. 35

Habeo dicere oraculū adhuc admirabilius, de quo prius ēt verba feci, cùm loquerer de prophetæ sacerdotij principatu, quod, cùm ab ipso item numine afflato pronunciatum fuisset, non longo pòst tempore, sed confestim euentu confirmatum fuit. Eorum, qui tēpli res tuentur & curant, duo sunt ordines: Vnus sacerdotum, qui præstantior est: alter ministrorum, qui est inferior. Erāt aūt eo tēpore tres sacerdotes: ministrorū verò multa millia. Hi, q numero multitudineq; præstarēt, clarit sacerdotū paucitatē aspernabantur, eaq; re se duplici peccato obstringebant. Nā & dignitate superiores deprimebant, & extollebant inferiores, vt si subditi inuaderēt principes, ob confusionē ordinis populo charissimi. Tū facta conspiratione, contra prophetam vociferabantur, q cognatione propinquitateq; adductus, fratri, fratrisq; filiis sacerdotiū tribuisset, & eorum cooptationē ementitus esset, tanq̄ diuina prouidētia nō esset constituta, vt ipse loquebatur. Hæc ille periniquo animo ferens, magnoq; dolore affectus, licèt mitissimus esset & mansuetissimus, tū ob sceleratorū audaciā iustissima ira sic exarsit, ut supplicauerit Deo, vt ipsorū sacrificiū auerteret: non q impiorū sacrificia iustissimus iudex esset suscepturus, sed q etiam Deū amantis animus, quantùm ad se attinet, non tacet, sed solicitus est, nè impiis res prosperè cedāt, sed eos semper sua frustretur spes. Adhuc igitur ardens, legitimaque indignatione accensus, numine afflatus, & in prophetam conuersus, vaticinatur ad hunc modum.

Num. 16

Murmur ministrorum templi aduersus Mosē.

Grauis & periculosa defectio est incredulis, quos solus non verba, sed facta erudiunt. Isti vapulātes, me non esse ementitū intelligunt, quando discentes intelligere noluerunt. Exitus ipsorum è vita, planū hoc faciet. Nā si morte solita naturali peribūt, ego sum ementitus oracula: sin noua atq; insolita morte auferētur, me vera dixisse constabit. Profundissimam terræ dehiscentis voraginem cerno, frequentesq; cognationes pereuntes, & familias, quę sibi dignitatis successionē arrogant, detractas & absorptas, viuosq; homines in tartara descendentes. Vbi tacuit, terra motu concussa dehiscit, in ea potissimùm parte, in qua impiorū erāt tabernacula, quæ protinus è medio sublata sunt. Partes. n. terræ, quæ secesserant, re perfecta, quamobrèm disiunctę fuerant, rursùs coniunctæ sunt. Ducentos autē & quinquaginta defectionis authores fulmina immissa statim oēs sustulerunt, nulla parte cadauerū relicta, quę posset affici sepultura. Insignis hęc & celebris suppliciorum successio, & magnitudo, prophetę religionē declarauit, cōprobante Deo veritatem ipsius, qua in pronūciandis oraculis vtebatur. Nec illud consideratione indignum est, q terra & cælum, præcipuæ mundi partes, supplicia sceleratis tulerunt. Scelus. n. ipsorum in terra radices egerat, & in sublime sic efferebatur, ut ad cęlum vsq; conscēderet. Quamobrèm ab vtroq; elemento sic vindicatum est, vt terra quidem patefacta atque dehiscens, eos, vt grauia sibi sunt pondera, corriperet atque absorberet: cęlum autem nouo ignis imbre demisso, nefarios combureret, in nihilumque redigeret. Idem uero, & absorptis à terra, & à fulmine deletis, exitus fuit. Neutri enim vllum vestigium reliquerunt. Illi enim terra obruti sunt, hiatu ad exæquandum solum concludente: Hi fulminum igne deleti penitùs atque consumpti.

Vaticinium Mosis de interitione Chore cū 250. ministris. Num. 16.

Cæterum cùm hinc in cęlū esset migraturus, relictaq; vita mortali, imortalitatē adepturus, euocatus à patre, q ipsum à se ex duob⁹, corpore nimirùm aīaq; cōpactum, in naturā unā redacturus erat, totumq; prorsùs in mentē, vt solē, lucidissimā translaturus, tunc afflatus numine, non iā in vniuersum toti populo vaticinari videbat, sed vnicuiq; tribui singulatim, q̃ sibi ipsis, tū posteris erāt euētura. Quæ partim iā cōtigerūt, partim expectāt. Quapropter ex iis, quę facta sunt, futurorum fides confirmatur. Eos. n. qui & paterno, & materno præsertim genere, & consiliis, & vitæ institutis, & alijs rebus innumerabilibus differebant, ità deuinxit & conciliauit, vt tanquàm vnius hæreditatis diuisio, rationibus oraculisque conueniens inueniretur. Admiranda quidem sunt hæc, sed admirabilius multo extremum illud sacrarum literarum, quod totius legislationis est, veluti caput in animali. Iam enim sese colligens, & tanquàm è carceribus cursum dirigens, in cælum euolaturus, numine afflatur, & de se, viuens

Non tunc migrauit Moses in cælū, sed cum Christo migraturus erat. Deut. 33

Moritur⁹ Moses, singulis tribub⁹ annunciat.

 adhuc,

adhuc, vaticinatur vti defuncto, quod mortuus esset, cum nondum esset mortuus, quòd sepultus nullo præsente, non mortalibus nimirum manibus, sed immortalibus potestatibus, quòd non in Maiorum sepulcro conditus, neque monumentum præstantius consecutus, à nullo mortalium perspectam: quòd integrum mensem populus ipsum lachrymans defleuerit, proprium communemque luctum ostendens ob perpetuam eius tum in singulos, tum in vniuersos beneuolentiam & studium. Mosis & Regis & legislatoris, & sacerdotum principis, & prophetę talem fuisse tum vitam, tum obitum, sacrarum literarum monumenta commemorant.

MARTYRIVM S. MARCELLI,

qui apud Cabilonem pro Christo peremptus est. Habetur in antiquis MS. codicibus, & vetustissima Martyrologia consentiunt. Stylum passim nonnihil correximus.

4. Septemb.



VM sub Antonino Imperatore per oēs prouincias & ciuitates aduersum Christianos impię persecutionis edicta penderent, ea prouinciarum præfecti & iudices non iam obtemperandi studio, quàm veræ religionis odio, tanta contentione exequi videbantur, vt vbiuis locorum vltra humanam crudelitatem in Christianorum sanguinem belluina quadam immanitate sęuirent. Per id tempus Lugduni vehementer persecutionis feruebat rabies, vt cùm ex populi sæuientis arbitrio vterque sexus & omnis ætas atque conditio raperetur ad pœnam, quinquaginta viri sacræ religionis cultui deditι, diuersis suppliciorum generibus excruciandi, iussu præsidis in ergastulis detinerentur. E quibus primarii fuere beatissimi Marcellus & Valerianus, qui patefacto diuinitùs carcere, vt habet doctrina Euangelica, ad aliam ciuitatem clàm aufugerunt. Quod quidem diuina prouidentia ità factum nemo ambigit, vt ad illa loca properarent, vbi erant pro Christo passuri: & gentiles ab illis ad Dominum conuertendi, exemplis martyrii eorum corroborarentur. Porrò cùm sic persecutionis turbinem declinarent, non mente, sed flumine: non fide, sed itinere separati sunt. Valerianus enim Augustudunum petiit, Marcellus Sequanæ territorium; vt vtriusque ripæ accolas ad verum Dei cultum diuinis sermonibus conuerterent; vt non solùm proprii sanguinis effusione, sed & multorum ad Christianam religionem traductione, de diabolo triumpharent.

Sæuitia in Christianos.

Mat. 10.

Cumq; sanctus Marcellus latēdi studio viam occulti itineris conficeret, Dñs noster Iesus Christus confessorem suum diutiùs latére passus non est. Quidam. n. Latinus ab improuisò eum hospitio accepit, qui statuā Martis equestrem, Mercurii ēt & Mineruæ simulacra, ea quodā metallo fabrefacta, in ipso vestibulo collocata, peculiari cultu prosequebatur. Cuius prophanæ superstitionis errorē cùm sanctus Dei nō sine molto animi dolore vidisset, admonet hospitem, vt ab hac miserabili superstitione discedat: asserens, saxa sensu carentia non posse cuiquā opitulari, sed illos aut brutis pecudibus cōparandos, aut non multùm à saxis distare, qui deos crederent, quos humana manus ad dæmonū similitudinē effinxisset. Ea obiurgatio tantam apud Latinum vim habuisse fertur, vt breui tpe tota eius domus, contēpto errore, ad fidem Christi conuersa sit. Cùm aūt non irrito labore aliquandiù illic Marcellus hęsisset, audit feruere locis omnibus persecutionis procellā. Itaq; relicta urbe Cabilonensi, Argentomagensis aggeris vicū petit, vbi in Priscū Pręsidē, solenni epularum apparatu, profana sacrificia omnibus suis immolātē incurrit, & ab illo hospitalitatis studio ad conuiuiū inuitatur. Sed sanctus Dei martyr ab illis epulis abhorrens, conuiuas obiurgādos potiùs censuit, quam vitandos. Ea verò repræhēsione vt Christianum se esse declarauit, omnium ea sententia fuit, nouis eum suppliciis excruciandū, & ad arboris ramos natura diffusos, toto corpore duris restibus alligandū, atque ità ui adductis ramis, & posteà laxatis, membris omnibus discerpendum. Sed sancto martyre fidei constantia in cōfessionis suæ proposito fortissimè perdurante, cruento persecutori nequissimæ crudelitatis consilio illud atrocius visum est, vt sub populi conspectu diuersis pœnarum generibus conficeretur. Iubet itaq; eum ad Saturni statuam duci, q̄ Araris ripæ imminebat, & ad Solis simulacrū, quod ab alia fluminis parte colebatur: quibus si nollit sacrificiū offerre, gladio caput eius amputari. At fides martyris, cęlesti virtute cōfirmata, frangi nō potuit: sic verò quoties esset interrogatus, rñdit: Quisquis Deum viuū totis animi viribus & perfecta cordis fide cōplexus est, insensibilibus idolis nunq̄ sacrificabit: quę cùm sint ex ęre & saxis cōfecta, nefas planè est, animā cælitùs datā, vitæ suæ authore neglecto, ea colere: quod quidē diabolus in humani generis certissimam perniciem hortatur. Se verò nunq̄ eò adductū iri, ut tam prophanis sacrificiis contaminetur, vtpotè qui Christo quotidiè hostiā syncerā offerat: potiùs verò pręcedentiū sociorum exēpla secuturū, cum quibus se speret ęternę beatitudinis præmia adepturum. Cernens igitur Pręses eū nec minas, nec supplicia reformidantē, furentis iracundię stimulis incitatus, inaudito crudelitatis genere defodi eum cingulotenùs & rectum stare iubet: vt sepultura non esset ad pœnam, quę uita functis impenditur ad requiem. Atque in hunc modū inuictus Dei martyr, secundo à Cabilone milliario, viuens in Christo, sepelitur, & in tertiū diē in Dei amore & laudibus pseuerās, impollutū Dño reddit spiritū, sancti corporis exuuias nobis ad patrocinium derelinquēs.

Obiurgat Priscum Præsidē, & conuiuas eius ob suā idololatriā.

Inuicta S. Marcelli constātia.

Nota insolēs immanis supplicij genus.

VITA SANCTISSIMAE IDAE

conscripta ab Vffingo monacho Vuertinensi S. Ludgeri.

PROLOGVS AVTHORIS.



IVS humanę salutis prouisor IESVS Christus, qui operarios suos adhuc in vineā suam mittere non definit, diuersis ab initio Ecclesiā suam sublimauit honoribus: dū innumera quoquè gentiū voluit sanctorū suorū florere patrocinia, nec vllā terrarum partem donorū cęlestiū esse expertē, de quo scriptū est: Reipsa cōperto, q̄ nō sit psonarū respectus apud Deum, sed in quauis gente, q̄ timet ipsum, & operatur iustitiam, is acceptus est illi. Quod vtiquè iam vespere mūdi in beatissima Dei famula Ida completum esse cōperimus: Cuius (si Deus annuerit) sanctitatis indicia signorum stipulatione subnixa, prout possumus, enucleare gestimus. Quę videlicet veneranda Christi ancilla, summo inter suos loco nata, tempore magni Regis Caroli claruisse refertur. Ea regali scilicet indole sanctarum virginum Odiliæ, & Gertrudis filiæ sancti Pipini, quarum, si qs sanitatis indigus, saluiferas lipsanas frequentat, testem se protinùs recuperatæ sentiet sospitatis. Hæc ita que,

Act. 10. Ephes. 6.

Iste Pipinus fuit

Marcellus hospitem suum reprehendit, & ad Christū conuertit.

Mater do mus Frã cia, vt habetur in eius vita 21. Februarii.
Mat. 13. & 20.

que, vt in sequentibus dicemus, licèt coniugali lege cõstricta, nihil tamen cælestis sponsi prætulit amori, & ideò non solùm nullum pudicitiæ & castitatis damnũ pertulit: immò centesimum fructum supernæ mercedis, cum primæ horæ conductoribus, viriorum victria, percipere meruit. Huius permulta miracula vel antiquitate temporum, vel scriptorum inopia obliterata, nobis manent incognita: illa verò quæ à personis idoneis diuulgata didicimus, modernis temporibus visu simul & auditu propalata, quamuis obtuso ingenio & imperito sermone, ueraci tamen & simplici relatione, beatæ Idæ comite interuentu, conabimur explicare. Illorum nanque in veteri testamento non refutatur oblatio, qui post aurea & argentea, quæ à diuitibus in domo Dei offerebantur donaria, pelles etiam rubricatas & pilos caprarum deuota mente in thesauros Dei ad vsus legitimos transmiserunt. Ob hoc, summoperè huius codicilli lectorem obsecramus, ne si quid in hoc opusculo incompositiùs indoctiusùe grammatico incedit tramite, temeritatis notam nobis opponat, qui fortiora nobis aggressi, de ignauiæ nostræ nidulo saltem ad lucẽ respirare audeamus. Cæterùm degener stylus lineam historicæ prosequitur veritatis, cuius hinc felix sortiemur initium.

Exod. 35

Succincta de præfecti Egberti morbo narratio. Cap. 1.

Septẽb. 4.



O tempore, quo victoriosissimus Imperator Carolus Saxonũ & Francorum sceptra, multarũque gentium frena feliciter gubernabat, expeditio exercitus, propter Galliarum seditionem, in Occidentem dirigitur: vbi tunc inter alios Orientis proceres, præfectus quidam Egbertus nomine aduenisse dicitur, qui grauissimam ibi incurrit ægritudinem. Cùm autem inualescente morbo penitus se ab hac præfectura subtraheret, Imperator illum cuidam de suis summis ipsius loci primatibus procurandum diligentissimè commendauit. Erat enim prædicto Augusto, præ inuictæ constantiæ & prudentiæ præconiis, non mediocriter acceptus. Perlato ergò ad hospitium magna humanitate seruitur, quia & hanc eius infirmitatem, non ad vitæ perniciem, sed ad rerum sequentiũ consummationem, ex diuina (vt liquet) prędestinatione credimus euenisse. Erat præfato Comiti, apud quẽ hospitabatur, vnica filia, vnicè sibi dilecta, venusta frõte & egregia forma, quæ intantum ęgrotanti est compassa, vt per seipsam aliquotiès illi obsequendo, quantùm suam personam decuit, & eius ulcera oppalparet, & congrua doloribus exhiberet fomenta, cuius ipse solatio valdè delectabatur.

Egbertus præfectus Caroli Magni grauissimè infirmatur.

Humanissimè a sancta Ida tractat.

De recuperatione sanitatis domini Egberti. Cap. 2.

INtereà Imperator rebus in tutum compositis, victor reuersus, pręcellentissimi sui comitis haud immemor, eandem, qua illum pridèm reliquerat, ciuitatem visitandi adiit gratia. Eumq; iam per Dei saluantis gratiam & clementiam valentiorem, auraq; animatum aeria, reperit. Dumque mutuo aliquandiù colloquio fruerentur, inter sermocinandum illustris vir Egbertus, de prędictę virginis nuptiis, principi suggessit: vt eius consilio, immò Dei auxilio, huius coniè quęreretur effectum. Princeps verò de eius recuperatione, simul & postulatione multùm gauisus, & suum ad hoc assensum & parentum adeptus est fauorem, deditque illi in eisdem partibus multas possessiones de publico, quatenùs viciniori potentia soceris acceptiorfactus, non minori apud illos quàm in genitali solo pręcelleret dignitate. Insupèr etiam cunctis Saxonibus, qui inter Rhenũ & Vuisurgim maxima flumina inhabitant, ducem præfecit. Post hæc sponsam suam Christianissimam, ipse admodùm religiosus, cum Dei timore suscepit, & ab omni illa parentela honorificè dimissus, ad sua commigrare decreuit, semper ad mentẽ reuocans, quantos cęlitus successus in illa peregrinatione sit adeptus, multasque saluatori Deo gratiarum reddidit actiones.

Carolus Imperator eum visitat.

Egbertus petit sanctam Idam sibi dari vxorem.

Carolus Magnus dat illis multas terras pro dote nuptiali.

S. Ida nubit Egberto principi.

De hoc quòd in somnis Angelum audiuit de situ loci. Cap. 3.

QVadam die dum adhuc itineri insisterent, venerunt ad locum quendam iuxta Lupiam flumen, qui Saxonica lingua Hirutfeldt nũcupatur, amęnis nemoribus consitum, ibique inuenta non magna planitie, vespertino iam incumbente crepusculo, tentoria fixerunt, lassisque ea profectione somnos dabat herba salubres. Omnibus itaque alto sopore depressis, venerabili matronę Idæ Angelum suum in somnis Dominus mittere dignatus est, qui post multa, quibus eam instruxit, monita, oratorium ibidem ex suis sumptibus construendum prędixit, vbi Domino quandoquè liberiùs deseruiret, postq; huius vitæ cursum consummatum illic ei Dominus remunerationis ęternæ locum quietudinis vnà cũ viro suo prę saga voce promisit. Illa mox diuina tacta compunctione, dum primum marõ illuxit, Domino suo, quæ angelico relatu didicerat, plenissimè exposuit, à quo statim, qualiter ista animo eius viderentur, gratulabunda sciscitatur. Qui dum verbis Edem ad omnia accommodaret, beata Ida solotenùs inclinata Domino, vt felicia coepta ad calcem vsque perfecti operis perduceret, submissa voce rogabat. Non multò post in loco supradicto, vbi quondàm densissima syluarum obductione astra ipsa occulebantur, lapidea Basilica, opere polito construitur, ac in sanctæ Marię genitricis Dei honore, sanctiq; Germani Episcopi consecrata est.

Visio sancta Ida.

Construit ecclesia in honorem Mariæ virginis & S. Germani.

Quandò in prouinciam Dreni peruenit. Cap. 4.

AD illum nanq; dicatum locum, qui est in pago Dreni in Lupię fluminis ripa, nonnulla illustris viri Egberti prędia respiciebant, vbi Deo dilecta matrona Ida frequentiùs commorari & semper recentibus in Dei cultu laboribus intentissimè consueuerat insudare. Studebat nihilominùs ex occasione copulę carnalis Deo, quę Dei erant, reddere, sic forinsecum amorem temperare, vt nullius leuitatis nęuus rigorẽ animi eius potuisset obfuscare. Si enim, vt apostolicus sermo sonat, sanctificatur vir infidelis in muliere fideli: quanto magis vasa paria sanctitatis, alterutris emicant fulsulta virtutum instructionibus? Quid super hoc conuenientiùs profertur, quàm duobus in carne vna, vnam inesse spiritus sancti indiscissam operationem, quę illos deforis connubiali iure connexos, ardẽtiori cęlestium intùs inflammauit amore.

Grauitas eius.

1. Cor. 7.

De obitu domini Egberti. Cap. 5.

NOn paucis post hęc annis elapsis, militię suę pẽso expleto, dñs Egbertus vir in Chr̃o honorãdus humanis rebus excipitur, cuius spiritus mox cęlorum palatinas sedes beatus hospes promeruit, obtinere. Post cuius migrationem beata Ida quam districtè te-

Obit dominus Egbertus maritus eius

nerum corpus arctauerit, difficile dictu est: Quippè quæ totum spatium quod residuum fuit huic incolatui, incredibili & paucis imitabili duxit abstinentia, nunquàm mentis propositum à Dei cultu relaxans. Secundùm Apostoli dictum, mortificauit membra sua super terram ab omni illicito appetitu ventris & linguę, omnemque eximiam pompam gloriæ, qua delicatissimè fuerat educata, ad nanciscenda laborum suorum emolumenta feliciter immutauit. Quæque verò de redditibus in matrimonio eius annuatim reseruauit, ea ad pauperum vsum in cælestes apothecas reposuit, metuens nè parcè seminans, parcè & meteret: propterea seminauit in benedictione, quod in posterum centenis manipulis in area vniuersalis messionis lętabunda metirauit. Et vt supernorum meditatione arctiùs occuparetur, in præfatæ ecclesiæ plaga meridiana, contiguam eius parieti porticum construxit, in qua remotiùs orare, & à vulgari strepitu immunis conuersari posset, vbi dominus Egbertus laudandæ memoriæ conditus pausat.

Castigat corp' suũ beata Ida multis abstinentiis.
Colos. 3.
Vacat misericordiæ operibus.
2. Cor. 9.
Item contemplationi & orationibus.

Quantis profectibus sancta Ida vitam suam ornauerit. Cap. 6.

MArmoreum sibi sarcophagum longè ante obitum iussit præparari ob incerti temporis momentum, quem duabus quotidie vicibus, quandiù superuixit, diuersis alimentorum aliarúmve rerum impensis summotenùs impleuit, & victu carentibus hilariter distribuit. Verè beata, quæ intellexit super egenum & pauperem, & fregit ei panem suum, ut in die mala liberet eam Dominus. Excubiarum & orationum priuata studia, quæ satis dignè textus descriptio delineabit? Sufficiat tantùm humanæ curiositati, de his quæ foris gessit mirari. Ea verò quæ sub obtentu exteriorum in solius Domini prospectu clãdestinis sudoribus peregit, cuius vrbana sufficiat enarrare facundia? Theoricæ quippè intenta disciplinæ, nunquàm extra ianuam quam incoluit cellæ, pedem fertur amouisse: saluo eo dum inopum stipendiis deseruiret, semper factis imitans quod scriptum est; Redemptio animæ, propriæ diuitię. Talibus virtutum prærogatiuis sacrosanctum suum adornauit velamen. Necnon inter agendum cautissimè studuit popularẽ vitare fauorem, firmissimam in cælis spei anchoram figens, fragosa seculi obstacula fidei thorace, quasi tuta carina transiuit, vt ad plenam perfectionis (quæ Deus est) pertingeret charitatem.

Psal. 40.
Ecce q̃ fuerit solitaria.
Prou. 13.

Quomodò de hac vita transmigrarit. Cap. 7.

HIs ad desiderabilem finem perductis, cùm remunerator omnium Deus turturem suam ad altiora volare disponeret, vt post tristia lethi, in arduis cęli excellentiùs nidificaret, molesta vitalium valetudine acriter pulsata, horam præsensit vltimam. Et accito presbytero suo nomine Bertgero, sibi iustis ex causis fidissimo, pluribusque seruis Dei, preces eorum expostulat, vtque in ipso pausæ suæ articulo ducatum vię ad Dominum illi impetrent, profusis lachrymis precatur. Factum est, oratum est, de cælis auditum est, quod iam olim prædestinatum est. Hac reuerendam orationis clausula carnali fasce laxata, spiritum amatori suo Christo trasmisit, beata perenuitate cum cęlicis agminibus in ęthere fruiturum. O inexhausta saluatoris largitio, quàm magna super omnia eius miseratio, sine cuius nutu nec folium arboris incassum defluit, cuius immissione tam sublimium natalium propago, cunctis quæ illicita essent reiectis, veræ viti inhæsit, vt in regno Dei multorum palmitum vindemias carpere mereretur. Positum est autem sacrosanctum corpus cum piis laudibus in arcam saxeam, quam suprà retulimus, & in ipsa porticu, qua se diuino cultui mancipauit, honorificè tumulatur, vbi attestantibus medelis, qualiter apud Deum habeatur, lucidissimè eatenùs comprobatur.

Feliciter obdormit in Dño.
Honorificè sepelit.

De Bertgero presbytero & obitu eius. Cap. 8.

ERat autem præfatus Bertgerus ex illorum contubernio, quos beata Ida primùm de Galliis secum aduexerat, vir religiosæ conuersationis & probatę castitatis: Quippe eorum disciplinis informatus, qui in lege Dei sui sine querela incesserant, qui etiam ipsam ecclesiam & sacra mausolea, aliquot annis strenuissimè diuinis humanisque obsequiis excoluit, honorauit, & venustauit. De quo & illud per fidelium ora diffamatum est, quia inter cætera grauitatis eius insignia nunquàm in suis tectis muliebrem personam aut commorari aut domesticis vsibus inseruire consensit: ideoque contra ęmulum dimicans castitatis, omnem occasionis aditum non solùm præcauere, sed & radicitùs extirpare curauit. Cui etiam ob tantam cordis innocentiam à Deo collatum esse fertur, extremam vitæ horam præscire, quod eo magis liquet, quia ipso quo obiturus erat die, Missarum ea more sacramenta consummauit, ac mox Dominico consignatus viatico, in ipsis vestibus sacerdotalibus ante sanctum altare animam reddidit creatori, & prope sanctę Idæ tumbam dignè humatus est. Vt enim tam medicabilis glebæ consortium obtinuerit, magnum quoddam fortassè, quod eum commendaret, iustitiæ meritum præcessit.

Bertgerus presbyter qualis fuerit.
Omnem mulierẽ a sua domo exclusit.
Feliciter obiit, ac prope S. Idã sepelitur.

De effossione infantis. Cap. 9.

POst hęc autem cùm ipse locus ab aliis hæreditaria successore possideretur, & ob præsidentium incuriam vilitatibus obsolescere cœpisset, continuo benignus Dominus sanctę famulæ suæ merita Idę, ad castigationem improborum, terribili patefacit euentu. Nam præclari comitis Ludolphi amabilis soboles, dũ adhuc in albis ab hac luce raperetur, ad eandem ecclesiam defertur. Et quia sanctę Dei opinio necdùm in aperto emicuit, penès eam pusionem sepelierunt, qui die sequenti de tumulo extractus, ante ianuam vestibuli inuenitur in quo erat inclusus. Stupefacti, quibus res erat commissa, corpusculum densiùs pristino loco abdiderunt, quod nihilominùs inuisibili iterùm violẽtia eminùs proiectum repererunt. Obstinatis ergò animis incassum laborem præstigiis imputantes, tertiam vicem audenter auxerunt. Sed in uanum vires expenderunt: quia quod hesterno labore fuerat oppilatum, tunc in extremo atrii angulo viderunt euulsum. Quo demùm pudore mulctati, ibidèm terræ commiserunt. Hoc prorsùs formidabili portento claruit, quanta prouectione beata Ida in cęlis vtatur, cuius sepulcrum Deus nullo carnalis corruptelæ foetore in terris zelatus est maculari.

Quanta sãctitatis hæc matrona extiterit, effossio istius pueri protestatur.

Oratorium beatæ Idæ à paganis non potuit concremari. Cap. 10.

EA tempestate, qua Hungarorum gens detestanda cuncta incendio absumpsit, pręfatæ quoque sanctæ Idæ oratorium nefanda legio adiit, cruces, capsulas, & omnem ornatum ecclesiasticũ deprædati sunt. Deindè in altiora scãdentes, focos nonnullos in laque

aribus

aribus construxerunt: sed virtute Dei carbo sopitus, nulla flammarum incrementa haurire valuit, excepto quod raras quasque tabulas insidendo peredit, per quas sine mora in inferiora dilapsus est. Huic operi frustrà incúbentes pervicaci conatu nolarium aggressi sunt, campanas saltem deposituri: sed ad has inuanum cucurrerunt, quia eas nullis argumentis enodare potuerunt. Hi nanque (vt legitur) ignorant iusto, sed semper vinere rapto, omnia sub fraude deducunt tempora vitæ. Tandèm victæ pertinaciæ & virium elumbes effecti, aliquid ibi esse diuinitatis suspicati sunt: ac mox solius fugæ cupidi, pedibus talaria nectunt. Quæ autẽ vi diripuerunt, post illorum fugam in castris reperta sunt, & suo loco incolis omnia restituta. Tunc omniũ ora in laudes summi protectoris generaliter prorumpunt, dum tam euidenti indicio sanctæ Idæ præsidia præsentialiter cernunt.

Precibus S. Idæ, ignis extinguitur, & hostes fugantur.

De muliere, quæ vestem clàm surripuit. Cap. 11.

DVm igitur radios sanctitatis eius latiùs fauorabilis sereret rumor, multiq; ob experiendæ salutis votum ad sepulcrum illius confluxissent, fortè accidit aduenientibus viatoribus sarcinulas suas foris porticum deponere, vt quid quisque ex suo deferendum haberet, liquidiùs perspecto, pòst expeditior ad procedẽdum fieret. Quędam autem ex illis muliercula dum sua marsupia euacuare cępisset, stimulis cupiditatis agitata, comiti suæ furata est camisiam: & aliter eam occultare nescia, sub propria obstruit veste, seq; simulata religionis specie orantibus miscuit. Illa verò quæ damnum accepit, cunctã oculis peruagando, hostilem faciem citiùs depręhendit, ipsamque reã sceleris coram omnibus impetere cœpit. Tunc infelix fęmina amẽti similima, quò se verteret ęstuat anceps, fugæq; confidere, tutissimum rata est esse consiliũ. Fit virorum constipatio, vbi talis auditur acclamatio. Iãque illa miserrima (spatio euadendi adempto) sepem, qua cęmeterium ecclesiæ ambiebatur, moribunda insiluit, quæ mox acutissima sude transfecta, intestinis omnibus euiscerata, ibidèm patrati sacrilegii pęnas luit, cunctis hominibus horrendum præbens exẽplũ. Dispari quippè vice tale commissum expiari crederetur, si non scelus solummodò, sed & dehonorationẽ loci cęlestis seueritas zelaret. Sicut enim vberior ex hinc animis ratione iunctis compunctio, ita ediuersò inertibus & temerariis maior confusio & horror incussus.

Sacrilega suis criminus pœnas luit.

Restitutio aridæ manus mulieris. Cap. 12.

IN prouincia Dreni, mulier fuit Eggua vocitata, cui dextera manus in volam plicata ac penè fuerat arefacta, & ob huiusmodi incommodum multos annos feriata, cui quadam nocte in somnis dictum est, vt instàr semiuiuę manum ceream formando exprimeret, & ad sanctę Idę tumulum deferret, ibiq; orationum continuaret instantiam Quę ilicò intellecta ueritatis serie, iter optatum maturare haud segniter cępit, plãtis agilitatem voti auiditas ministrat, ęstuatque currẽdo lõgos breuiare calles. Quo dum festinatò ueniẽs, luctuosis singultibus opem medicaminis flagitasset, & luminaria ob sanctorum reuerẽtiam, propter quos & ad quos uenerat supplicatura, accendisset, salubriori vsa consilio, ibidèm pernoctandi permissum impetrauit, ac mox solitum manus vigorem secũdùm prę sagam sponsionem per Dei auxilium ea integro recepit. Sentiens verò postmodùm sese maiore quotidiè inedia premi, eò quòd pridèm sub mendicitatis obtentu, nõ stipẽ tñ, sed & q̃stũ adipisci consuesceret:

Excipitur usum in ecclesia luminaria accēdēdi. Sanatur manus arida mulieris cuiusdam.

diabolicis tẽdiculis irretita, finitima rura deserit, & ubi facilè dignosci nequerat, nefaria simulatione manũ mentitur vncã. Nec talis vltorẽ mali Dominum latuere doli, cuius iusto examine ultronea fraus haud impunè præteritur: nam mox recenti dono frustrata, in pristinum deformitatis statum, ut priùs, suaptè sic tunc redigitur coactè. Aequa utique uice tanta libratur peruicacia, ut quæ dono Dei pauperior fieri verebatur, geminum posteà experiretur.

Redit infirmitas.

De curatione hydropicæ. Cap. 13.

ADducta est etiam ad eundem locum alia mulier hydropica valetudine horribiliter affecta, quę tantum distẽto tumuit ventre, ut uix per vllum ostiũ præpediente mole corporis potuerit efferri. Magna ergò difficultate sacram ædem intrantes qui illam eò uexerant, nocturnas ibi excubias cum ipsa & pro ipsa celebrant, lachrymis sepulcrum, precibusq; ęthera pulsant. Necdùm postera illuxit aurora, & totus lethalis humor de illa fœtidissima lacuna effluxit, & omne pauimentum, àc si de grandi tumba aqua uerteretur, excussa perfudit alluuies. Quæ statim laxata cute & ventre vacuato ità leuis est effecta, veluti nunquàm tam enormis sarcinæ fastidia pertulisset. Ad sua deindè plus solitò gratulabunda rediit, quæ olim hanc exosa lucem iam in extrema pendebat margine lethi, nec vltrà per sanctæ Idæ merita huiusmodi infestatur passione.

Sanatur hydropica.

De sanitate quam monialis quædam ibi consequuta est. Cap. 14.

VIculus est nõ grandis in Nordegoa Seudinon vocatus, vbi quædam sanctimonialis Vuerensuidis nomine, honestæ inter suos opinionis habebatur. Hæc articularium compaginum destitutione per quinquennium anxiè torquebatur, & quocunquè necessitas viarũ medendi causa appulit, aut sago uel alio gestatorio portari consueuerat. Cui etiam Angelico oraculo in visione præcipitur, salutifera venerabilis Idę limina petere, & nullam reformandæ sospitatis diffidentiam fide comitante habere. Hac reuelatione multùm exhilarata, fratrem ilicò suum, omnesque quos poterat cõsanguineos accersiuit, quale sibi consilium, diuinum contulerit vaticinium, alacriter explicat, & ut cupito itineri ocyùs subuenirent, æstuãter precatur Fauent cũcti eius suggestionibus, ad fertilem signorum deducta est locum, & diem illum ac noctem in orationis studio peruigiles expenderunt. Cùm verò iam dies albescere uideretur, cœpit pristina virtus sensim reuiuiscere per venas, fibrarum connexio dissociatos conglutinat artus, totaque compositio membrorum iteratò reuertitur. Missarum deindè precibus incboatis, tantum roboris accepit, ut per seipsam oblationes presbytero reddere, & psalteriũ propriis potuisset manibus retinere. Prodiit mox in publicum tam stupendum miraculum: ab vtroque sexu mixtim concentus attollitur, tantoque propensiùs, quanto magìs sanctę Idę Dei ancillæ suffragia visibiliter agnouerunt. Remeat mulier insueto gressu ad currum suum, (erat enim de nobilibus) & paruo pòst momento perfectè recuperata conualuit.

Sanat aliq̃dã cõtracta.

De eo qui auditum perditum recepit. Cap. 15.

IN pago Pedargoa homo quidam cephalargię concussione nimis vexabatur, ex cuius intolerabili infestatione per totum decennii spatium auditus priuatus fuerat vsu. Quem in somnis (ut ipsi uidebatur) ve

Visio surdi cuiusdam.

nostæ

nustæ formæ & niuei amictus fœmina compellat, quæ eum Crucem ligneam moliri, in qua capitie sui imago figeretur, clementer edocuit, quam ad sępè di ctum oratorium cũ amicissimis sibi fidelibus pro sui deferret restauratione. Expergefactus de somno, iussa perficere non distulit, & fido comitatu, quò fama sanitatum proditrix persuaserat, cursum flectere cœpit. Iam verò medιantis vitæ terminum transgressi, sinistræ quidem auris obturatio reseratur, altera adhuc prisco stupore conclusa, & per hoc mirabile indicium meliora ausi sperare, residuum uiæ, kyrieeleisô cantando, peregerunt. Ad atrium interim psallentiũ turba peruenit, dum eccè dextera auris subitò crepuit, veluti sarmentum torridum subitò frangeretur, ità ut e vicinò adstantes stupore hebetati, hunc ibidem coniectareot supremu uitę periculo citiùs occasurum, à quo crepitu mox tabifluus de aure humor ę pit emanare, totaque discessit sanies, donèc venenoso liquore penitùs egesto, rediuiuo rursùs audito da natur, veris euentibus somnii assertionem in seipso ex pertus. Hoc certè miraculum non tarus quilibet inspector, sed omnis penè plebecula, quæ ad ecclesiam solenniter confluxit, ad declarationem meritorum beatæ Idæ cognouit ostensum.

Surdo redditur auditus.

De cæca illuminata. Cap. 16.

COngruit superioribus miraculis illud quoquè, quod sub præscripti oratori religioso presbytero B:lone ad nostram notitiam per multorum ora vo litauit. Tempore quodam cùm plurimi ad easdem dicatas reliquias cateruatim cõfluxissent, mulier capta oculis etiam interfuit, quę eo magis præ cæteris intétiùs orauit, quo visibiliuni rerum maiori affligebatur dispendio. Cùm verò Missarum celebratio circa horam tertiam ageretur, cępit illa magnie precibus eir cũstãtes exposcere, ut presbyterum ad se facerent ve nire: quo præsentato, sic eum mulier percontatur: Est ne (ut reor, aut uisue me fefellit) quòd alba & stola nunc sis indutus? Ille ità ut dixerat veraciter esse affir mauit. Ait illa, Et ego, inquit, nec talem vestis candorem, nec ullum omninò colorem per uiginti annorum curricula merui videre, sed nunc per sanctorum istorum patrocinia clarè præsentem hic populũ cernere possum. Dum hæc illa retexeret, inteoti omnes ora tenebant. Et eccè sanguineæ lachrymæ per genas guttatim effluentes, totam faciem cruentabant, nouã que lucem degener albugo oculi aufugit. Tali ergò ordine accutissimis luminibus potita, vniuersos qui aderant, & beatæ Idæ sanctitatis reddidit testes.

Mulier cæca uidet.

De dæmoniaco curato. Cap. 17.

CVm festum Pentecostes celebratur, maior frequentia hominum quàm aliis temporibus ad locum hunc annuatim confluit. Quo tempore dum ad Missam sanctum recitaretur Euangelium, dæmon atrocissimus vnum è turba ephebũ infesto ausu vio lenter inuasit, & in conspectu omnium horrendis agitationibus & gruoitibus uexauit. Quem mox non parua iuuenum constipatio, donèc Missæ preces finirentur, magna difficultate detinuit, eumque, licèt totis conatibus reluctantem, ad memoratum traxeruot medicabile sepulcrum. Tunc presbyter populum ad uota confugere, subsidia ac sanctæ Idæ fideles patrocinium admonuit implorare. Fit mox iugis instantia precum, ferit æthera clamor, nec antè ab incepto cessatum est opere, quàm spurcissimus prędo manci pium Christi deseruit, seque garriendo vacuas recepit in vmbras. Quæ enim (ut scriptum est) societas luci cum tenebris? quæ verò familiaritas vasi iniqui tatis cum loco sanctitatis? Hinc fidelium cordata sagacitas perpendat quantæ dignitatis eminentia eius spiritus apud superos sit præditus, cuius cinere diabolicã pertinaciam suis sedibus potenter eliminaut.

Liberat dæmoniacus.

2. Cor. 6.

Qualiter fœmina curua subitò sit erecta. Cap. 18.

ALio quoque tempore ad easdem reliquias mulier quædam, nomine Vuerinhild, in carruca transuehitur, quæ ità neruis cõtractis & inclinatis erat, vt pectus genibus videretur inhęrere. Pedes quoque deformi specie habebat in posteriora transuersos, vndè dolendum cernentibus præbuit spectaculum. Vbi dum effœtæ corporis vires intentissimè supplicandò fatigasset, succedente aurora, cùm iam Phœbea lampade montium cacumina rutilare cœpissent, repentè in genua sursùm erigitur, & integerrimè restituta est sanitati. Miratur fœmina peregrina vestigia, nouis incedens plantis: ibique nacta occasione mansitandi, non paruum tempus in sanctæ Idę famulatu resedit.

Mulier curua erigitur.

De mulieris sospitate restituta. Cap. 19.

CIuitas est in Saxonica quę Sosatium appellatur, commanentium populorum frequentia nobilis, vbi etiam mulier de Sclauorum gente oriunda, fertur cõmorari, quę toto triennio tantam debilitatẽ à genibus vsque deorsùm pertulit, vt flectiles artus ob diuturnam infirmitatem iam frigescere uiderẽtur. Trahebat misera per terram inutile pondus, ac propriis priuata incessibus, duorum baculorum sustentatione pedum vice vtebatur. Quæ dum beatissimæ Christi famulæ prę̨conia, ceu solis radios longè lateque dilatari & omnigenis necessitatibus profutura perdisceret, restitutionis suę sanitatis ipsa etiam cupida, assumptis secum cereis, ad destinatum locum non sine maximo labore peruenit. Oblatis ergò suis munusculis, cœpit reptando manibus sacratam glebam appetere, crebris eiulatibus anhelum trahere & deuotè tundere pectus. Cuius protinùs votis diuina medicina adfuit secũdandis, & quid ab electa sua veroula miserandæ fœminæ affectio extorqueret, propitia Deus aure suscepit. Surgens oaque ab oratione, solidatis substitit talis, & naturalis calor renascentem cutem re uisit, ac prisco omnia lętantur robore membra. Hoc optatiuo modo desiderii sui compos effecta, dignas liberatori suo Christo retulit grates, cuius citissima ope, curationis suæ efficaciam, beatæ Idæ medentibus meritis, consequuta est. Baculos verò, quibus olim innitebatur, ob monimentum rei posteris diffamandę, ad fores ecclesiæ suspendit, & ad sua gaudens recurrit.

Debiles pedes mulieris infidã curantur.

De eo qui omnibus membris erat contractus. Cap. 20.

NEc illud silentio tegendum esse miraculum suspicamur, quod ad nos usque, fama diuulgante, rata fideliuoi assertio transmisit. Non multorũ post hæc interiecto dierum spatio, homo miser & miserabilis ad suprà memoratum absportatur capacem signorum tumulum, cuius facies ad genua vsque, quadrupedum more, prona ad terram vergebat, reliquis nullo vsui habilibus membris. Huius dedecoris damnum per nonnullos pertulit inglorius annos, morta libus horrendum visu portentum ostentatus. Is etiam medicanti tumbę appositus ore (quod solùm potuit) & sensu,

& sensu, ibidèm status sui orbitatē luctuosè conquestus est, & eos, quibus infractionis suæ angor propter Deum mentes permulserat, vt ita facerent, cohortatur. Mouet intuentes eius lugubris exoratio, & tam dira corporis eneruati dehonestatio: fundit generatim preces eo quisque fructuosior, quo corde compunctior, sicque pro vno, vnum omnis interpellat Deum. Istiusmodi autem oratiunculis prælibatis, non distulit fœcunda Domini clementia per sanctam suā tyruncnlam destituto homini medelam impendere, quæ Dominicis iussis, quoàd viueret, sua nunquàm destitit colla mancipare. Explicito nanque deprecandi studio, dum singuli se subrigere cœpissent à pauimēto, vitali quadam intrinsecùs perfusione corpus ei⁹, ut ipse asserebat, concaluit, & petita solus leuiter per membra cucurrit. Hac incognita cūctis delibutione repentè cataplasmatis vires resumpsit insuetas, & noua effigie flexilis artuum compago decoratur, donèc Domino fauente sensim se erigere cælumque videre cœpit, simul & erectos ad sydera tendere vultus. Magnis ergò gratiarum laudibus saluatori Deo persolutis, ad propria incolumis remeauit magalia.

Contracta sospitati et integritati restituitur.

LIBER SECVNDVS.

Quòd signis S. Idæ nulla scripta sufficiant. Cap. 1.


VIVS itaque benedictæ Dei matronę diuersa diuersis tēporibus claruere miracula, veridicorum testium annotatione suffolta, quæ tanto liquidiùs auditoribus seu etiam lectoribus credenda patent, quanto continuis vicibus visibiles sanitates, hæc attentiùs commendant. Nec enim pristinis temporibus ab afflictorum releuationibus eam feriatam esse confidimus, licèt plurima nostrę notitiæ sint subtracta, quæ illorum, ut supra memorauimus, præsbyterorum videlicet insolentia silendo prętererit, qui non locum, sed quid loco conferretur, auidissimè intendebant: Et quippè vsque adeò quorūdam ineptia inoleuit, vt sacrati pulueris ædiculam floccipendentes, suis potiùs instituerent repositorum usuris, ac omni penè honestatis cultu derogato, q̄sq; reb⁹ propriis cōsulens, animum ad alia vagari permisit. Aliquorum tamen proteruiam detestandam digna audiuimus talione mulctatam. Sed quia vicinis requiei suæ annis ista increuerit negligentia, nullus qui virtutum eius æmulus videtur, fidelis ambigere potest. Ex quo enim preciosus inibi thesaurus recondebatur, vsque ad uenerandi nostri patris Hogeri tempora, sub Rege Arnulpho, locus ille iuri fuit addictus excellentissimi ducis Ottonis, qui huius serenissimi Augusti Ottonis extitit proauus, à quo idem venerabilis Abbas ipsam regiam curtem, aliis repensis possessionibus iuxta legalem cambiebat ritum, ac deincèps nostri conuentus proprietate, id est S. Ludgeri perpetuò usque in præsens cernitur perdurare. Eandē nostrorum solertia, sancta studiosiùs latibula incoluit, & prioris ignauiæ squalore defecato angustis curauit addere rebus honorem. Tum quoque intercepta pridèm sanitatum exhibitio, optato plurimis rediit omine, & quotquot huius muneris rumor adsciuerat, Domino secundante reduci certatim abierunt iocūdè meatu. Omnia autem ea velle differere, quæ eò loci beatæ Idę opitulamina patrata audiuimus, non nostræ opis est, eloquii, sensus, aut sermonis aptè exarare: numerum enim excedunt. Pauca siquidem ex multis huic opusculo inseruimus, imperitię nostræ tātùm sufficientia, qui prorsùs Rhetoricorum ornamentorū ignari sumus, insipidæ sal tēm rusticitatis agresti edolio via pasci meremur. Sed quantum in nobis est, illius utiquè datum est à quo inchoat esse omne, quod tendit ad non esse Cuius gratia adiuti, residua adhuc miracula, prout quimus & in veritate sentimus, repetere studebimus.

Multa S. Idæ miracula non exarata literis.

Antiquorū patrū, magna silētiū isolētia.

Qualiter æditum pro negligentia sanctorum sit correptus. Cap. 2.

RES quam explicare conamur, illis diebus accidisse refertur, quandò prædictus Bilo nōdùm in pręsbyterum promotus est, sed apud Hertzfeldienses officium custodis administrauit, quem in eiusdem gremio loci quandiu vixerat, deuotis nouimus insudasse obsequiis. Magno enim illic à primęua ętate delectabatur amore, ac pro uirium suarum modulo, si quid potuit, ibi honestatis impendit. Sabbatis quoque, & cęterarum festiuitatum pręcipuis vigiliis ecclesiā verrere, altaria obuclare, cereos accendere, ac beneolentibus herbis spargere humum consueuerat. Quē huiusmodi obedientiæ sedulò insistentem quadam noctę incognitę personæ species in somno his uerbis seueriter affatur: Benè quidem te & utiliter hac in re egisse approbo, qua ecclesiasticis cultibus componendis magnoperè deseruis, sed valdè in hoc tua redarguenda est stolida temeritas, quia egestos quisquiliarum & purgamentorum ab ecclesia aceruos ad sāctorum tumulos effundis, & salutiferam humum cœnosis sordibus prosanare pręsumis. Caue ergò, si salu ti tuę consulere velis, nè vlla ibi vlteriùs dehonoratio loci fiat. Huius scilicet piaculi se notabilem & ipse publicè professus est, & talibus elogiis repręhensum, cum iuramento affirmauit. Ille postcà causè interdicta uitauit, seque ad comminantis monita emēdatiorem in posterum dedit. Hinc beneuolus lector diligenter animaduertat, qui sacra monumenta destinato animo profanare præsumit, quāta seueritatis cēsura sit plectendus, si & ipsi culpa impingitur, qui per ignauiam & non per malitiam (quantum nobis conijcere licet) cōtigua illis loca improuidè attrectauit? Ideò perspicuum efficitur, quia Dominus custodit omnia ossa sanctorum, dum ea & in terris manent sēper, & in Dei regno sine lethi pauore eorum nomina laudesque manebunt.

Sanctorū sepulcra, nō sūt cœnosis sordibus profananda.

Psal. 33.

Quomodò infantulus ad tumulum eius perducitur, & quid de eo gestum sit. Cap. 3.

MVlier quędam de Saxonia miserandæ prolis erat genitrix, cuius facies à primò natiuitatis ortu ad scapulas reflexa inconuertibili stringebatur rigiditate, monstri cuiusdam potiùs quàm hominis prætendens effigiem. Hæc portentuosa deformitas anxiæ matri luctuosa admodum contulit suspiria, & tolerabilius arbitrabatur malum, si nunquàm puerperium pertulisset, quàm semper succrescentibus curis vixisset. Audita autem curationum gratia, quas per sanctam Idam languentibus Dominus clementer impartitur, dominam suam festinanter adiit, & illi infortunii sui euentum exposuit, atque ut eius adminiculo cupitum peragere iter, gemebūda poposcit Paruit illa quò postulantis & quò æstuantis optio compulit, secum mulierem cum trasuersa sobole adduxit, ac oratione præmissa, domina per se infantulum sup altare locauit, hæc subitò obortis lachrymis inquiēs: Si tua apud Deum interuentio, o beata Ida, huius pusioli reformationem obtinere dignatur, tuo illum famulatui mancipandum proniùs perpetuo iure cōdono. Hanc illicò sponsionem oratio, & orationē exauditio

Parit quædā seruaī solitū fœtum.

Offert domina sua famula p lem beatæ Idæ.

Infans restituitur integritati. dicto comitabatur. Nam sub horulæ ipsius interstitio, cunctis intuentibus infantis ceruicula repentina ratione reflectitur, vultusque in suum compactus statum, decenter ornatur, nulla ea hinc prioris damni stigmata monstrans. Minor mora in explendis uotis non fuit acceleratio, quàm in agendis Deo laudibus acclamatio, ac lætis successibus domum se conferentes, Dei circunquaquè magnalia disseminare gaudebant.

De eo, qui pedem cum tibia habebat ad posteriora retortum. Cap. 4.

ACcidit quoque tempore quodam adolescentulum alium huc adduci, cui dextrum crus cũ pede ita ad posteriora erat resupinatum, ut illud nullatenus ad terram ualuisset deponere. Ad huius miseriæ cumulum sinistri lateris vexationem non modicã patiebatur, ac per hoc omni penè sanitatis spe destitutus, non solummodò debilitatem, sed etiam inutilis membri pondus pro subsidio gestabat. Iste etiam piæ parentum sollitudine coram venerabili transpositus vrna, generali omnium consilio, voto se obligauit, vt si ambulandi potestate beatæ Idæ intercessione vtcũque donaretur, eius famulitio semetipsum perpetuo iure offerre non differret. erat enim ex libera progenie natus. *Offert se quã clau[di]c[atione] S. Ida.* His conditionibus prælibatis, postq̃ diù fuit oratum, impressus alieno loco pes paulatim videbatur dilabi: ossis quoque diutina ligatura laxatur, totaque lateralis compago vitali calora delibuta in pristinum vigorem animatur. Qui deindè processu temporis sanitate crescente, adeò conualuit, vt licèt claudicante adhuc pede per se gressum figere potuisset, ac non multò pòst sine baculi sustentaculo ab eo quem priùs portabat, ipse cœpit portari, & portatorem suũ benigno attrectauit intuitu. *Curat à sua claudicatione.* Promissi autem sui non immemor, pro resumpta sospitate in eodem loco sanctis seruiturus libera colla submisit, ac totũ vitę æuũ in beatæ Idæ obsequio expendere decreuit.

Sanctæ Idæ gloriam, neminem perfectè numerare posse. Cap. 5.

STupenda summi largitoris magnalia, quibus electos suos in terris mirificauit, ad dignè conscribendum valdè perplexa videntur, & quãtum humana capacitas sensu apprehendit, ab omni indagationis calculo in prima admirationis frõte resiliunt. Si enim humana sapientia (etiamsi omnes suos neruos intẽdat) temporariam illam claritatem non sufficit de uerbo ad verbum suis coloribus depingere, quanto minùs ipsam æternam perfectionẽ delineare poterit? Humanã quippè refugit notitiam, q̃ magna multitudo dulcedinis cęlestis his præparator, qui Deum diligũt & colunt in ueritate. *Psal. 30.* Interim innumera quoq; sanctorũ millia, quæ per orbem quadrifidũ orthodoxa ueneratur religio, multò numerosior eorum æstimatur frequentia, qui mortaliũ cognitioni subtrahuntur, & solius remuneratoris sui obtutibus irradiantur, nec tamẽ minimus eorum capillus despectui habetur. *Multa sãctorũ millia q̃ hominum cognitioni trahunt.* quãuis enim alii ab aliis propter obscuritatem famæ impariter impari perfruantur honore, omnes tamen pariter pari ęternitate sublimantur in astris. Hinc & vernulam suam beatam Idam Dominus sub telloris aggere non passus est occultari, sed latitantẽ sub modio lucernam gratissimũ multis speculum facere decreuit, vt eminentiori loco posita, uastiores etiam sanitatis radios eminùs dilataret: Saxea scilicet arca, in qua ueneranda eximiæ mulieris ossa recondita, terræque fuerant commendata, inuisibili quadam mobilitate sursum cœpit emergere, & quasi uiolentiam terrenæ molis dedignata, contra prementem se intrinsecùs luctabatur, sicque per nonnullos annos sensim erumpẽdo, sesẽque liquidò intuentibus ostendit, donèc funditùs ab humo sequestrata, in superficie pauimenti integra resedit. *Saxea arca eius, sponte è sepulcro sursum exurge.* Tanto quippè deposito idoneum terra non inuenit hospitium, vndè & eius non præualuit sufferre consortium. Quòd si quenquam huius rei quasi fictæ (quod absit) æmulatio tacitã angit, testem inuitamus Deum, nos plurimos in hac luce vidisse, qui supremum non amplius operculi verticem in sua pueritia apparuisse, & postmódùm id, quod nunc cernitur, exuberasse testantur. Si verò huic adstipulationi nec fidem accommodauerit, eccè in promptu habentur ex gratia Dei, quæ dicuntur: si aures illum refellunt, oculorum hæc indicio probet, & probando credulus fieri discat. Miramur ergò, & indubitanter veneremur, non fortuitam, sed semper essentialem misericordiam Domini, ea cuius præuentione tam frugifera apud nos pullulauit oliua. aliorsùm enim ista & his similia non interpretantur, nisi qui animæ suę detrimenta sectatur.

Quomodò fama beatæ Idæ etiam Episcopum Dodonem non latuit. Cap. 6.

ALiquanta ea parte commemoratis miraculis, per quæ beatæ Idę sanctitas vicinis populis salubertima innotuit: non incongruum suspicamur de translatione sanctarum reliquiarum aliquid huic nostrę historię strictim inserere: ut vndè beati funeris promotio certior, indè auditoribus maior religio accrescat. Nec enim scientię nostræ gracilima scintilla, laudum illius erit exors, quam ad multorum tuitionem de occiduis mundi partibus in has terras superna perduxit clementia. Cuius etiam inexhaustę largitati iure imputatur, quòd Saxonicis in aruis talis margarita reperta est, ac tam humilem situ planitiẽ preciosissimis dignatur ditare pignoribus. Huiusmodi miraculum rumusculis dum plurimorum animos permulsisset, ad Reuerendissimum quoque Mimigarfordensis Ecclesiæ pręsulem Dodonem, huius rei notitia peruenit. *Dodo Episcopus Mimigarfordensis, alias Monasteriẽsis.* Tantis ille congratulans bonis, quòd vel suis temporibus, aut in loco suæ prouinciæ subiecto, hæc maximè euenire debuerant: opifici omnium Deo immensas referebat gratias. Vndè cùm famosior quotidiè de his relatio increbresceret, visum est seniori nostro Ludolpho eundem præclarum Episcopum precibus conuenire, quatenùs beatę Idæ ossa de tumulo in ecclesiam transferre; ac eius basilicæ consecrationem peragere dignaretur. Huius exhortationis efficaciam, fratris nihilominùs nostri Hugij beneuola iuuit industria, eius id temporis illis in partibus nostrarum procuratio rerum fuerat iniuncta, qui & eandem ecclesiam non modica restauratione nobiliter amplianit. *Ad instantiã Ludolphi et Hugij monachorum S. Idæ corpus translatum est.* Cùm verò huius nuncii veritas primitùs parochianis innotuisset, videlicèt quòd electa Dei tyruncula ad suum oratorium esset deportanda, aceruatim illuc confluentes, reuerẽdis optabant interesse exequiis.

Aduentus Episcopi, & translatio reliquiarum hic describitur. Cap. 7.

TVnc memoratus præsul petitis benignè annuẽs, die statuto superuenit, & sacrosanctum reuisit sepulcrum: ibiq; oratione fusa, quod initiãdum proposuerat, intentissimè summo delegauit consiliario Christo. Pontificalibus deindè ornatus infulis, sacratã aggreditur tũbã, comitãte secũ inferioris ordinis

agmine

agmine dealbatò, vbi primùm seniorē nostrum oēsq; simul adstantes admonuit, totius bonitatis originem generaliter inclamare Deum, vt suæ uolūtatis effectū in huius facti inchoatione monstrare dignaretur. Licèt enim de sanctæ Dei meritis nullo modo hæsitaret, solita tñ prudentia usus, nil per se inconsultè aut inordinatè agere uoluit. Hac supplicatione præmissa, pari omniū consensu & voto operculum marmoris amoueri præcepit. Quibus iussa maturantibus, suauissima mox fragrantia de monumento eructans, odorifera adstantes iucunditate respersit, ut liquidò oēs sētirent ob innotificanda beatæ Idę merita illam cęlitùs esse destinatā. Quo facto, Episcopus sacris exuuiis osculum præbet, & cum oī honore de sarcophago subleuat, necnon & in scrinio illorum receptui apta to diligenter reponit: monachis interim ac clericis psalmos & litaniam instanter psallentibus. Deindè pcedētibus crucibus, vexillis, cereis atq; thuribulis, cū dulci modulātiū cantilena, benignus pontifex cū nostro seniore sanctum gestatorium portandū suscipit, & in ecclesiā honorificè super altare collocat. Ibi quoque aliqua gesta de beatæ Idę sanctimonia populo succinctè recitat, ac mox ipso, Te Deū laudamus, incipiēte, cunctis laudis succētu oīa concrepant. Vt aūt sacrorum pignorum veneratio celebrior alicubi haberet, memoratus pontifex aliquas ex eis secū tulit particulas, quasdā dñs Abbas ad nostrū trāsuexit monasteriū, quas ét oēs sacris vestibus induti, ad Calendas Decēbris magno honore & apparatu officiosissimè suscepimus.

Ex sepulcro S. Idæ suauissimus odor emanat.

Eccè antiquū & laudabilē ecclesiæ ritū & usū cereorū, vexillorum, etc.

Beat. Idæ & consecrationis ecclesiæ indictæ festiuitas. Cap. 8.

HIs ità peractis, venerandus antistes australē ecclesiæ structuram, id est, turrim in honorē sanctæ Dei genitricis Mariæ ac sub beatæ Idæ nomine cōsecrat, cunctisq; in uicino degentibus diē translationis & dedicationis annuali semper recursu solēniter feriandū & celebrandū iubet. Tanta rerum congruentia dum strenuè cuncta perpetrauit, populum benedictione Dei munitū ad propria ire permisit, ipse quoque cū suis indè discessit. Facta sunt hæc annò Dominicæ incarnationis nongentesimo octuagesimo, 6. Calendarū Decembriū die, Feria 4. Indictione octaua, Imperante victoriosissimo Cęsare Ottone, Anno ex quo cum felicis memoriæ seniore Augusto genitore suo regnare cœpit vigesimo, ex quo augustalē Monarchiam solus obtinuit anno octauo. Super oīa regnante ęterno principe Domino nostro Iesu Christo: Cuius imperii authoritas totius orbis frena solo moderatur arbitrio, & à cunctis creatis per oīa celebrat, laudat adoratur, & spes & oīs fiducia nostra in illū tāquàm redēptorē, saluatorē, protectorē nostrū collocatur, ipsi soli honor & gloria in secula seculorū, Amē.

Dedicat ecclesia Mariæ Virgini & S. Idæ.

Otto II. hic fuit.

MARTYRIVM SANCTORVM Martyrum Eudoxii, Romuli, Zenonis & Macarii, Authore Simeone Metaphraste. Capitula margini adiecimus.

5. Septembris.

Cap. 1. Impium edictum Traiani Imperatoris.



TRAIANO impio Imperatore in execrandū errorē simulacrorū magnū quidem studiū cōferente, valdè aūt & atrociter spirante aduersùs pios: & alii sacrificare dæmonibus, & ante omnes cogebātur milites. Literæ enim Imperatoriæ mittebātur i oēs partes, vrgētes ad impietatē, & Christianos cogentes uel sacrificare, vel uariis subiici suppliciis. Quæ qdē postq̃ venerūt ad exercitū, q erat in Oriente, illi quidem eo tēpore ea cōparantes, quæ ad bellum pertinebant, continuisque & grauib' exercentes militiæ meditationibus, alioqui autem religionem amplectentes, nihil curabant literas illas Imperatorias. Qui, cùm magna pugna eis esset exorta, pręclaram aduersùs inimicos obtinēt victoriā. Hoc fuit relatum ad Imperatorem Traianum. Ille autem ppterea, quòd sua edicta despexerant, ne communis quidem omnium boni, nempe victoriæ, vllam ducit rationem: sed eos, qui Imperatorias contempserant cōstitutiones, (erant autem numero vndecim. millia) relegat in Armeniæ Melitenam, & loca, quæ circa eā sita sunt. Reliquus verò exercitus erat in metu propter eorum relegationem, nè dolore affecti, molirentur res nouas, & eis aliqd mali afferrēt, ut q nec Christianissimi, neque propter Christum susceptæ relegationis, fuissent eius socii. Verùm illi nihil tale fecerunt, aut cogitarunt: sed ut qui erant discipuli eius, q est verè mitis, fuerunt etiam imitatores mansuetudinis & lenitatis magistri, & placidè ferebant exilium & minimè ægrè ferebant contumeliam.

XI. millia Christianorum militum relegantur in Armeniam.

Cap. 2.

Romulus autem, aulæ Imperatoriæ tunc Pręposi tus apud Traianum Imperatorem, neque ei, neque ci uitati omninò dicebat expedire ea, quę facta fuerāt. Ille autē, cùm oporteret Romulo agere gratias, ut q beneuolē esset in eum affectus, stultè & ingratè se gerēs, eū potiùs maledictis insectabat, & ei irascebatur, & tanquàm crimen obiiciebat, pietatem. Romulus verò uerba illius ne tantillùm qdē curans, gloriabatur potiùs contumeliis propter Christum susceptis: & ardentissimo eius zelo in animo accensus, liberè quidem & effusè illius deos probris insectatur: Christum autem apertè confitetur, pietatem audacter profitetur. Magis itaque iritatus Traianus, iubet eum extendi, & virgis cædi. Romulus autē magno & forti animo plagas accipiens: Nunc scias me maximo affici beneficio, exclamabat ad Traianum. Corpus enim, quod hoc rubro mihi sanguine circumfluit, abluit sordes, quas contraxit ex nidore simulacrorum: & induitur anima munda tunica incorruptionis. Non tulit hæc Traianus, sed maiori ira percitus, ei celerem cōparat liberationem, & breue efficit martyrium: & decernit, ut caput Romuli amputetur: Atque ille quidem lubenter ensem adspexit propter Christum, & iucundissimè subiit stadium martyrii.

Romuli pfecti Palatii egregia virtus.

Plectitur capite.

Cap. 3.

Diocletiani immanitas.

Cùm multum autem intercessisset temporis, Diocletianus quidem sanguine intestino & tyrannidē inuadit imperium: contendit autem eos, qui pręcesserant, Tyrannos crudelitate superare & impietate, & ostendere illorum sæuitiam fuisse humanitatem. Vndè etiam ad eos, qui illius parebant imperio, edicta ueniebant frequentia, ut omnes vel cum eo communionem impietatis susciperent, vel mors esset eis pœna inobedientię. Christiani itaque propter sæuam & immanem illius iram, alii quidem malebant cum feris habitare in solitudinibus, quàm simul cum hominibus: Alii autem montes, & speluncas, & quæcunque celare poterant, subeuntes studebant, quoàd eius fieri poterat, uel ipsum Solem latēre. Eo tempore defertur quidam uir pius, & planè indignus, qui lateret. Ei nomen erat Eudoxius, aut Marianus: erat enim utrumque ei nomen proprium. A dignitate autem primiceriatus expulsus propter amorem Christi, descenderat ad inferiorem Comitum dignitatem: quam quidem etiamsi non fuisset consecutus, satis tamen habuisset eum solum sequi, quem desiderabat. Defertur autem ad eum,

Eudoxius primò Primicerius, indè Comes.

eum, qui tunc erat Præses Melitenæ. Qui cùm de eo singula intellexisset, qui ipsum adducturi essent, emit tit protinùs. Hoc autem cùm non latuisset Eudoxiú, viliori ueste indutus, ne esset manifestum quisnam esset, se ostendit iis, qui missi fuerant. Cùm eum ergò conuenissent, & nondum eum illum esse putassent, vbinam uersaretur Comes Eudoxius, eum rogarunt. Ille autem: Si meum tectum subire volueritis, eis dixit benignissimè, & à labore itineris vos paulum recreare, mensæque & salis mecum esse participes, ego ostendam vobis eum, quem quæritis.

Inuitat suos hostes ad cõuiuium.

Cùm ergò parasset conuiuium, eos excipit liberaliter. Illis autem mensa satis exhilaratis, & promissū indè exigentibus, & rogantibus, ut eum ostenderet, quem quærebant, ille continuò eum, qui erat intus, aperit Eudoxium, dicens: Ego sum quem quæritis. Hoc gladio vehementiùs illorum percutit animū. Et respondentes, dixerunt: Non te prodemus, qui nos accepisti conuiuio, neque pro hospitalitate tam malè referemus gratiam. Sed hoc ad nostram sufficiet excusationem, quòd cùm in quærendo multùm laborauerimus, non potuimus tamen inuenire Eudoxium. Ille quidem pro hospitio has Eudoxio retulere gratias: ille autem, qui & sciebat latère, cùm opus esset, & rursùs non latère, quandò huius rei esset tempus (diuina enim quæ adorat gratia, & docebat athletam, iussit vt eos sequeretur) cùm vxorem vocasset Basilissam, aucti velis Mandanem: nam eam quoque duplici nomine vocabatur: ei mandat, quæ spectant ad familiam. Et cùm omnia eius curæ commisisset, hoc quoque postremū & germanum ei dat mandatum, ne eius defleat decessum, neque propter mortem eius lamëtetur, sed lampadibus & alia lætitia potiùs illum diem honoret. Statim ergò suam quidem cognationem despicit Eudoxius: obliuiscitur autem propter Christum sui amoris in filios, validi & ineuitabilis vinculi parentibus. Verè enim illum lucrifaciat, omnia damnum existimat & stercora, & uadit ad Præsidem.

Cap. 4. Seipsum indicat, quis sit.

Omnia relinquit propter Christum.

Cap. 5. Is autem cùm ipsum vidisset: Salue, inquit, Comes Eudoxi. Ille autem ei vicissim reddit salutem, dicens: Tu quoque salue, Præses. Præses autem rursùs: Tuam, inquit, accersiuimus claritatem, ut iussis pareas imperatoris, & diis, ut par est, offeras sacrificium, & maximè patri omnium deorum magno Ioui, & Phœbo Apollini, & charæ uirgini Dianæ. Martyr autem: Mihi unum est, inquit, sacrificium, sacrificium veri Dei, qui hoc produxit vniuersum: & ei sacrificabo sacrificium laudis, qui est Deus in Trinitate personarum, uitæ autem suppeditator, & veræ salutis dispensator. Quos autem deos nominas, ligna eos video & lapides, nihil differentes penitùs à quauis alia inanima materia. Ad hęc ille non ualens intueri (Quomodó enim, q dormiebat oppressus profunda crapula impietatis?) Ego te, inquit, sum hortatus, ut exequereris iussa Imperatoris, & diis faceres ea, quæ solent fieri: Sed tu, ut uideo, & deos despicis, & Imperatorem, et qui, quos ille quidem colit deos, tam impudenter probris affeceris & contumeliis: nouam autem præter hanc introducas religionem, & ut eam suscipiant (ut ad meas aures peruenit) multis persuadeas. Hæc dicebat Præses, multis militibus circunsistentibus. Quos ille interim torue & ferociter intuitus: Quicũq; ex vobis, inqt, iussa regia uū sequi ni vos militaribus tunicis exuentes, cognoscite esse nudos ab insignib' dignitatis. Cur hoc aūt dicebat il le iprobus? Vt si qui propter militiæ societatem benè uellent Eudoxio, & essent in eadem, inqua ipse, sententia, erubescerent ipsi soli deficientes in tanta multitudine: existimabat enim eos omninò esse pau

Eius præclara vox.

cos, & simul quidem voleos pudore afficere Eudoxium, qui sic videretur seorse diuersa à toto exerci tu: & si solum eum inuenisset, de eo faceret quod vellet. Sed qui appræhendit sapientes in astutia eorum, id, quod excogitarat, conuertit in eius caput. Nondùm enim totam absolnerat orationem, & egregius ille Eudoxius (Tunc enim erat indutus insigni magistratus) zona statim ablata, eam proiecit in faciem Præsidis. Hoc autem uisum est alis adhortatio & zelus: & totus, qui circũstabat, numerus, qui erant mille, centum & quatuor, bono exemplo proti nùs vtentes Eudoxio, ii quoquè proiecerunt zonas in faciem illius.

Iob 5. 1. Cor. 3.

1104. milites abiiciunt zonas militares

Cap. 6. Dubitans autem Præses de multitudine, rem defert ad Diocletianum. Ille autem authores quidem tantę audaciæ iubet grauissimis affici suppliciis: sententiam autem de aliis ferendam, relinqui senatui. Hanc cùm ille accepisset potestatem ab Imperatoris amentia, generosū Eudoxiū sistendū curās pro suo tribunali: Stultas, inquit, quęstiones, & linguę mittens contradictiones, tua sponte diis sacrifica. Nam aliodqui, uel si inuitus facias, omninò coget acerbitas suppliciorū. Et statim enumerauit vincula, & plagas, & carcerē, & ignem, & quæcunq; vel solo auditu sunt grauissima. Caligastis uos quoquè, sat scio, hęc audientes, & animi estis de narratione eorum, quæ deinceps sequuntur, nū scilicet ea oratio coturbarit athletā. Sed estote bono animo. Maiorem enim ei flammā accendit pro pietate, quod putaret se sic longè præclariorem esse consecutum coronam victoriæ. Et itaque dicit: martyr: Ludis, Præses. Hæc ego existimo puerorum terri culamenta, adspiciens ad eas, quę sunt illinc, remunerationes, & pendens à sola munifica dextera mei Agonothetæ Christi. Nam me terret ille ignis, qui sopiri non potest, & stridor dentium, & quæcunque alia acerbissima sunt parata iis, qui Deum aspernantur, & ei non obediunt. Hæc autem tua, sunt mihi planè ludus: & ignis, quem mihi minaris, est uel ipsa aqua frigidior. Ensis aūt me afficiet beneficio: me n. mittet ad quę desidero: & pro hoc quidem Sole, qui occidit, & citò absconditur, reddet mihi Luciferum illum, qui nunquam occidit, & suauem radium emittit inextabilem: & pro hac mundana, & quæ paulò pòst non erit, visione, ea quæ sunt firma ac stabilia, & perpetuò permanent: deos autem existimare, lignum & lapidem, & aurum, & argentum, quod manus formauit, & ars polit, oculosque & manus, & reliqua mēbra eis insculpsit, quomodò non est magnæ amentiæ?

Virile & dextrum pectus.

Omnia tormenta corporalia sanctis martyribus ludus sunt.

Cap. 7. Excipiens autem Præses: Videtur, inquit, tanta lenitas & mansuetudo te ad tantam adducere stultitiā & audaciam. Sed tuam quidem in nos contumeliam, quod ad nos quidem attinet, tolerabimus: ipsos autē deos, & Imperatorem pati à te contumelia affici, planè est stultum, & non multùm abest ab amentia. Deindè martyr: Immò uerò, inquit, sunt hęc grata iis, qui sapiunt, & non sunt emotę mentis. Hoc maiori furore concitat Præsidem: & statim iubet athletā catenis, à quatuor hominibus recentibus loris verberari crudeliter. Cùm autem iamdiu cæsus, incorporeā ostëderet philosophiam in mortali corpore, & se primùm turpiter irrisum vidisset Tyrannus, martyrem quidem relaxauit à plagis, coniicit uerò in carcerem. Cùm autem aliquot dies moratus fuisset in carcere, rursùs eū iubet sisti, &, Num te, inquit Præses, aliqua subiit pœnitentia, & resipuisti ab illa rabie & insania? Ille autem generosus: Nondùm, inquit, ut uideo, intellexisti res nostras: sed benè scio, fore ut intelligas, & eas, licèt tardè, discas, quādò magis fueris periclitatus, & me acerbioribus subieceris suppliciis. Hác nō, terēs Pręses irrisionē, sed lōgè acriore percitus insania,

S. Eudoxius loris caeditur.

Acrioribus se minatur.

ferrea

ferreis globis conterit ceruicē, & eius emonet articulos, quod quidem est omnibus mortibus acerbius. Adhibita est ergò hęc nona & insolita athletæ machina tto Ille autem stabat tanquàm turris, quæ non potest expugnari, ne tantillum quidem labefactatus illius in fultibus. Præses itaq; cùm non ferret se iam turpiter ab eo superari, eum morte condemnat. Satis enim du cebat, si vel sic ab eo liberaretur.

Cap. 8. Cum eum ergò accepisset multitudo lictorū, postquàm peruenerūt ad locum supplicii, martyr manus & oculos simul tollens ad cælos: Domine Deus, inqt, *Gen. 4. 15.* qui Abelis suscepisti sacrificium, Abrahæ oblationes: eorum, qui fuerunt á seculo, martyrum & iustorū sanguinem, longosq; labores, & admirabilem tolerātiā: tu quoq; nunc benignis oculis meum uide sacrificiū, & nè despicias Domine hunc paucum propter te effundentem sanguinem, qui leuentissimo animo tibi sacrificatur. Eccè enim ut uides, animam propter te *Nota has sancti preces.* hodiè depono. Deinde rursùs adiiciens: Consequanter, inquit, benigne Domine, à te auxiliū, qui propter me tuum sanctū nomen inuocant. Memento hęreditatis tuæ, quā acquisijsti, & nè eis deficiat, Domine, tua misericordia. Hæc cùm Deo dixisset, illinc conuersus videt coniugem: & cùm quæ ei priùs iusserat, reuocasset in memoriā, & fidē ab ea accepisset se omnia rectè executuram, hoc postremò ei mandat, vt ei fossam fodiat in loco, qui dī Aminna, & in eo corpus sepeliat.

Cap. 9. Cùm autem eum non parua circunsisteret multitudo, videt quendam in medio stantem, nomine Zenonem, ei valdè amicum & familiarem, illius mortem *Prædicit Zenonis martyriū* plangētem. Cui ille, ó chare Zeno, tu quidem, inquit, sat scio, nostrā fles separationem: sed Deus, cui ego seruio, & in quem confido, non nos à nobis inuicem seiunget, quos vehemens amicitia, & ardens in ipsum amor coniunxit: sed perindè àc in una scapha nos vitam transmittemus. His Zeno corde accensus & inflāmatus, sumpsit audaciam, & continuò omnibus videntibus & audientibus, se statim esse martyrē est protestatus. Interim autem dum sic clamabat liberè, eū cō*Zeno decollatur.* prehendentes lictores, vt eis iusserat Tyrannus, caput illi adimunt. Itaque Eudoxii prædictio tam citò effectum est sortita, & ipse amicum Zenonem statim videt consummatū martyrio. Cùm sic amico prouidisset, quoniam eum quoq; uoa quædam enestigiò vocabat: ipse verò tanq̃ coouiuium quoddam mortem posceabat, beato suo capite enfi dato, moritur post amicum. Eius autem coniuna non solùm corpore, sed e*Item Eudoxius.* tiam animo, cùm vidisset maritum propter Christū interfectum, neque enim neglexit, neq; illiberale aut effœminatum aliquid est locuta: sed quamprimùm accurrens, in lanæ quidem uellere suscipit athletæ sanguinem, hoc enim ei mandarat maritus. Cùm autem sustulisset corpus, id honorificè sepelit, vbi iussa fuerat, nec alia quidem illius mandata negligens, non quòd eum amisisset, sed quòd non vnà cum eo excessisset, reputans viduitatem.

Cap. 10. Vndè etiam ad Tyrannum accersita, statim à seipsa accedens, irridebat illius deos, & habebat ludibrio, ne ipsum quidem dimittens immunem à contumelia, qui eos sustineret honorare. Sed tu quidem, inquit Ty*Eī' vxor flagrat de siderio martyrij.* rannus, hæc facis volens à me interfici, & studens venire ad maritum: vt aliquod nomen assequaris apud hos impios Galilæns: Ego autē nequaquàm tibi mortem afferam, etsi sis digna pluribus mortibus: nè existimes fore, vt id à me assequaris. Illa autē: Cor meum, inquit, videt meus Dominus, & mentem accipit ante facta. Non ergò frustrata sum coronis, q̄ à te non fuerim interfecta: sed quod prompto animi studio meipsam sacrificaui, ero cum marito particeps eorundem præmiorum, & paribus fruar remunerationibus. Eam, cùm hæc dixisset, expellit è tribunali.

Cap. 11. Nondùm autem transierant septem dies, cùm gloriosus martyr Eudoxius in somnis apparens coniugi, iubet vt mittat ad prætorium Macarium, suum familiarem & amicum. Ea autem cùm renouciasset Macario visionem, ille quam primùm venit in prætorium. Et cùm satelites, quisnam esset, cognouissent, *Macarij præclara confessio.* eum statim comprehendunt, & ducunt ad Præsidem. Ille autem statim eum interrogauit, quænam eius esset religio, & quod genus. Is verò: Sum, respondit, Christianus: deos autem gentium, & profundam eorum deceptionem, iam olim didici contemnere, cùm me hoc admirandus docuisset Eudoxius. Hinc fit, vt ego contendam meipsum sacrificare hostiā vero Deo, per quod potero citò ad dominum meum peruenire Eudoxium. Pręses autem postquàm nomen audiuit Eudoxij, & hunc cognouit esse illius discipulum, ille mirandum in modum animi dubius, (sciebat enim se nihil ampliùs effecturum in discipulo, quàm fecisset in magistro) Huic quoquè, inquit, infelici Macario sceleratum caput ense quamprimùm amputetur. *Cædes Macarij.* Lictores autem protinùs fecerunt quæ iussi fuerant. Sicque Macarius fit re vera Macarius, quod est beatus. Et hi generosi viri tale tropheum erexerunt aduersùs communem hostem naturæ, in ipso Christo Deo, & patre principij experte, & sancto & bono spiritu: Quoniam eum decet gloria & potentia, honor & adoratio nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

VITA S. VICTORINI EPISCOPI vrbis Aminterninæ & Martyris, ex Martyrologio Adonis Episcopi Treuirensis.



In suburbano Romæ natale beati *Septēbris 5.* Victorini martyris. Fuerunt autem duo fratres, Victorinus & Se*Victorin' & Seueri nus fratres.* uerinus Hi post vtriusque parentis obitum se inuicem pædagogātes, pari custodia se mutuis obsequijs æmulantes, germanitatis uinculo probabiles, Deo seipsos hostiam viuam obtulerunt. Cumque intantum exarsissent, ut sua omnia perfectionis intuitu relinquerēt, *Vendunt res suas.* & vendentes res suas, censum earum pauperibus erogassent, Deo expeditius seruituri, nudi facultatibus omnibus remanserunt. Alter itaque feruens alteri, mutua vice & æmula charitate seruiebat. Imperium, libertas. Nihil deerat illis, cum nihil haberent.

Igitur Victorinus spirans altiùs, & idipsum, quòd sibi parebant, imperfectum computans, nec satis sibi factum, si alteri liceret in altero, aut alter alteri seruitium exhiberet: eremum ingreditur, seditque in specu excelsæ rupis, quam subterfluentis aquæ geminum sinuarat abruptum, uni tantùm hospitium viro, ut sedens somnum caperet: vel si reciperet alterum, stans oraret. Te*Victorin' petit eremum* xerat ostiolum uimine: assiduus in lectione & oratione manebat. Cernit interim inuidus omnis boni, profectum viri, & ferre non valens, si*Vide insidias diaboli.* mulat se puellam, & ante fores uiri gementia verba ingeminat: Heu, inquit, me miseram, syluis, errore, & tenebris vagam. Locus non agnoscitur, iter quæritur. Quisquis es loci huius incola, celum vndique & syluæ famam uirtutum tuarum opusque ferent: eripe meā frendentibus apris, eripe à sæuientibus lupis, & à rictibus ursorum.

rum. Quòd victura sum, tuum erit: si moriar, tuum. Satis superque sufficiat operiri limine tuo. Non longum quæro habitaculum: vnius tantùm noctis hospes ero.

Referat Victorinus cellam, & hostem, dum misere tur, secum includit. Via horæ spatium intercesserat, dum inter molimina & assiduum corporis motum, protenso pede tetigit hominem Dei, & velut compunges vulnere, nouo calore succendit. Addit igniculo dulcedo sermonis: vrget facinus solitudo. Quid mo ror? Facit casum columna arboris, alta radice quæ diu fundata steterat. Fortiuus amor scelus perficit. Exclamat iam victor Victorini diabolus: Quid agis, inquit, vir perfectissime, cui etiam frater grauis fuit? Iam iungeris alteri, qui recessisti a tuo? Quid agis, qui nouum dogma syluis constituens, suadebas scopulis castitatē? Hæc iactans, ex oculis decepti velut fumus euanuit. At is, qui ceciderat, velut exanguis iacuit. In se autem aliquando reuersus, syluas deseruit, ad fratrem Seuerinum repedauit: pudore diu vocem supprimens, tandem causam facti exposuit, ipse pœnam sibi statuēs.

Ruit vir sanctus, dum non cauet periculum.

Findens nanque arborem, manusque per fissuram inserens, præduratam cuneis & pessulo cicatricem arboris claudit. Sed mox Seuerinus factum pœnamque fratris Episcopo suo nunciat. Ille veniens, primùm eum soluere tentat: sed vt repugnantem vidit, orat, benedicit, consolatur, discedit. Vir autem Domini, qui se grauissima pœnitentia damnauerat, Dominica tantùm die modicum panis & aquæ coactus à fratre percipiebat: qui etiam se simili cibo & ieiunio macerabat. Igitur in huiusmodi constrictione triennium voluitur: cumque iam omnes penè mouisset eius in Christo imitanda humilitas, Episcopus ciuitati rediens, vix agere potuit, vt sese à pœna, quà il le memor tremendi iudicij se dānauerat, absumptis penè carnibus, permitteret resolui.

Agit egregiam pœnitentiā.

Vide infra diam.

Quantæ autem sanctitatis postrà fuerit, quamque potens in miraculis, non facilè lingua alicuius explicabit. Electus deinde ab vniuerso populo,* Amiternine vrbis sacerdotiū adipiscitur. Indè postmodùm sub Imperatore Nerua, cum alijs Dei seruis Eutyche & Marone, ab Aureliano iudice primò relegatus in sexagesimo milliario ab Vrbe via Salaria: Deinde apud eum locum, qui Cotilias appellatur, vbi putentes aquæ manant & sulphureæ, in ipsis capite deorsùm per horas tres suspensum teneri, ab impio iudice iussum est. Quod cùm per triduum pro Christi nomine passus fuisset, gloriosè coronatus, migrauit ad Dominum. Cumque vna die, iussu Aureliani, corpus eius inhumatum iacuisset, venerunt Amiterno ēses populi Christiani, & rapientes, in suum territorium transtulerunt, & honorifica sepultura condiderunt Nonis Septembris.

** Amiternine Creatur Episcop*.*


Durè cruciatur.

Decedit.

VITA S. BERTINI ABBATIS, ex quodam egregio MS. codice, paulò Latiniori & pressiori stylo per F. Laurentium Surium descripta. Sunt, qui putent à Folchardo Bertinensi conscriptam.

Septēbris 5.

Audomarus ille Episcopus fuit Morinensis.



SANCTVS Abbas Bertinus post beati Audomari obitum multos in Dei seruitute durauit annos, cœtumque monachorum ipsi à Domino creditum, diligens pastor multa animi solicitudine sub directo sacræ regulæ iugo conseruabat, sciens scriptum esse, cui plus commissum fit, plus etiam ab illo exigendum. Proponebat illis quotidie Dominica & Apostolica præcepta. ipsēq; in seuera viuendi ratione proficientibus, religiosis actibus suis præclara de se præbebat exempla, conuenienter illi sententiæ Saluatoris: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cęlis est: nè, quē admodùm Apostolus ait, alijs prædicans, ipse reprobus efficeretur. Cernens autem benignissimus bonorum operum compensator Deus, indefessam militis sui aduersus diaboli tentationes pugnam & certamen, tum etiam erga gregem ipsi commendatum curam egregiam, admirandis eum signis & virtutib' illustrauit, è quibus nos pauca duntaxat annotabimus.

Luc. 12.

Matth. 5.

1. Cor. 9.

Fuit quidam spectabilis Comites Vualtbertus, cuius vxor Rogentrudis dicebatur. Horum vtrique à sacris confessionibus erat beatus Bertinus, immò verò etiam compater, vt vocant, ex laudabili Christianorum more, quo inter se fraterni amoris fœdera quędam ineunt. Vtrique vir Dei sępè prędicabat verbū Dei: qua causa vir pius Vualtbertus crebrò ad eū vētitabat, vt ex eo diuina præcepta cognosceret, & post corporis & sanguinis Domini et communionem, sacri oris eius benedictione potiretur. Quodam autē die veniens ad ecclesiam, in qua beatus Audomarus quiescit, cùm preces absoluisset, quadam re necessaria vrgente, ad beatum Bertinum non accessit, sed incaut' domum abijt. Id vbi animaduertit vir Dei discipulus Dodo, ait ad eum: Equidem valdè, venerabilis pater, admiror, quid sit, quòd tuus in Christo fidelis amicus Vualtbertus ad beati Audomari basilicam venit, & tamen te insalutato, absque benedictione tua recessit. Beatus Bertinus plenus prophetico spiritu, respōdit: Fili, crede mihi, priusquàm ille domum redeat, quò nunc magna contentione festinat, multùm dolebit se fine nostra benedictione reuertisse. Et ecce eo dem die, cùm iam Sol occubuisset, nuncius velox à Vualtberto venit ad hominem Dei, eiusque vestigijs aduolutus, tremula voce ait: Dominus Vualtbertus singularis amicus tuus, mi domine, cum ipsa iam se re morte colluctans, obnixè rogat, vt pro se Deum depreceris, quò possit tam præsens discrimen euadere. Cùm enim hodiè à basilica sancti Audomari propere abscederet, in medio itinere subitò ex equo collabens, in petrosam humum dècidit, multisque quasi fatis membris, & femore penitùs confracto, se confestim putat moriturum, nisi precibus tuis, quod fore sperat, diuinitùs liberetur. Agnoscit autem idcircò in hoc se coniectum discrimen, quòd callidi hostis machinatione ob rem necessariam hinc, non munitus benedictione tua, abierit. Cuius etiam delicti veniā petit, oratque vt potum, tuo ore & manibus benedictum & consignatum, ad eum mittere nè graueris.

Comes Vualtbertus, magnus S. Bertini amicus.

Prædicit vir Dei Vualtberti Comitis casum.

Simu o perè abscederet... Vualtbert i periculum.

His auditis, venerabilis senex commotus tam acerbo casu amici, præcipit Dodoni discipulo, vt vinum in sacratio repositum proferat, laboranti Vualtberto ocyùs mittendum. Ille verò respondit: Mensis totus, vt reor, pater beatissime, iā intercessit, ex quo in eo vasculo via parùm vini relictum est. At vir beatus, fide perfectus & charitate feruens, ait ad eum: Abi fili mi ad vasculum illud: credo enim Deum, cui nihil impossibile est, qui adest adiutor opportunitatibus, & propè est omnibus inuocātibus eum, nostro tam male affecto amico salutarem indè potum præbiturum. Paret Dodo, & veniens in sacrarium, cernit vas plenum optimo vino, & eius odore admirabili totam domum sentit completam. Eo nuncio accepto, sanctus Christi confessor immensas agit gratias omnipotenti Deo, dicitque ad ministrum Vualtberti Comitis: Ex hoc vino perfer celeriter ad herum tuum. Ille nihil moratus, eādem nocte lætissimus redit ad domi-

Psal. 9.

Psal. 144.

Vualbertus baptismo benedicto sanatur.

dominum suum: narrat ei quid gestum sit, vinumque illi bibendum offert. Posteaquam ille bibit è vino sacrato, eadem hora sanatur, & mirifice laudans Deum authorem salutis suę, bonam possessionum suarum partem Deo & beato Bertino largitur: ut qui pro CHRISTI amore patriam parentesque reliquerat, posset etiam in hoc sęculo centuplum recepisse videri.

S. Bertini obitus.

At postquàm vir sanctissimus totum vitæ suæ tempus in Dei timore exegit, perfectus in operibus bonis, & plenus spiritu sancto, Nonis Septembris migrauit ad Dominum, & cum multo monachorum luctu sepultus est in monasterio Sithin, quod ipse construxerat in honorem beatissimæ matris Dei & sancti Petri principis Apostolorum. Ad eius tumulum orantibus quotidiè præstantur à Domino immensa beneficia. Sed hic Lectorem admonitum volumus, permulta eius miracula, quę, cùm adhuc esset in corpore, perpetrauit, antecessorum nostrorum negligentia non esse scripto comprehensa: & quamuis ex iis nonnulla ex illustribus viris, qui hodieque supersunt, discere possemus, at tamen ea reticere maluimus, quàm res dubias proferre. Non enim ille eget incertis testimoniis, cùm eum Dominus præclaris operibus continenter illustret: è quibus vnum ascribemus, quod nos ab illis accepimus, qui se vidisse testati sunt.

Tres industrii piscatores apud monasterium beati Mauricii martyris, cuius erant serui, Dominicæ resurrectionis nocte in Rhodanum, conscensa naui, retia iactàrunt. Tum veró non vti consueuerant, sed ingentem piscium multitudinem ceperunt, ità vt pluribus annis neque tam magnos, neque tam multos pisces illi se cepisse faterentur. Læti ergò, nauim appellunt eo loco, quo soliti erant, sed ex ea exire non possunt. Duo enim ex ipsis manuum & pedum officio priuati, toto corpore contracti erant. Tertius verò & claudus & surdus effectus est: diuina in eos vltione animadnertente, quòd Dominicæ resurrectionis noctem violassent. Porrò is, qui & audiendi, & gradiendi vim omnem perdiderat, duobus se sustentans scipionibus, & aliorum etiam opera adiutus, sanctorum loca visitat, & apud venerabilia seruorum Dei sepulcra diuinam implorat misericordiam, ut eorum præclaris meritis possit amissam recuperare sanitatem. Cùm iam autem multa peragrasset loca, venit etiam ad beati Bertini monasteriū Sithin, vbi corpus eius quiescit: & fratribus eius loci nocte Dominicæ resurrectionis in ecclesia vigilias celebrantibus, ille acerrimo correptus morbo, à sociis precandi causa in ecclesiam introducitur: atque illic cum multis lachrymis salutem à Dominó per beati Bertini merita petens, cùm sacrosanctum Euangelium recitaretur, videt apud se quędam ardere lumina, & ità sensim morbo recedente, subitò se curatum sensit coram fratribus. Post synaxim autem gratias immensas agens Deo & sancto Bertino, lætus indé digressus est.

Nota cælestē vltionē in prophanatores sacratissima noctis.

Curatur surdus et claudus.

Sunt complures alii apud beati viri sepulcrum restituti, quemadmodùm testantur vsque in præsens pendentia ad ecclesiæ aditum diuersorum morbum instrumenta vel symbola: sed cùm Maiores nostri, quod diximus, non annotarint ea miracula, nos certam de illis historiam texere non possumus. Ex his verò indiciis perspicuum fit nobis, quàm magna & ineffabilis sit in regis æterni conspectu Sanctorum gloria. Illorum enim animæ inter innumeras cęlestium spirituum fulgent cateruas: illorum venerandа corpora inter homines quiescentia, ab Angelis visitantur, & admirandis signis & virtutibus in multorum populorum notitiam se inferentes, magno honore afficiuntur. Omnia prætereunt. Gloria Sanctorum manet in Christo sine fine, Amen.

De hoc beato viro inueniet Lector nonnulla in Vita S. Audomari Episcopi, quæ habetur infrà 9. Septembris.

VITA ELEVTHERII SERVI DEI, per D. Gregorium Papam scripta Lib. 3. Dialogorum, Cap. 33.

Septēb. 6.



ELEVTHERIVS pater monasterii beati Euangelistę Marci, quod in Spoletanę vrbis pomœriis situm est, diu mecum est in hac vrbe in meo monasterio cōuersatus, ibique defunctus est. Quem sui discipuli referebant plorando mortuum suscitasse. Vir autem tantæ simplicitatis erat & compunctionis, ut dubium non esset, quòd illæ lachrymę ex ea humili simpliciq; mente editæ, apud omnipotentē Deū multa obtinere potuissēt. Huius ergò aliqđ miraculū narrabo, qđ inquisit⁹ mihi simpliciter & ipse fatebat.

Eleutherius mortuū excitat.

Quadam nanque die dum iter carperet, facto vespere cùm ad secedendum locus deesset, in monasterium virginum deuenit: in quo quidam puer paruulus erāt, quē malignus spiritus omni nocte vexare cōsueuerat. Sed sanctimoniales fęminę vt virum Dei susceperunt, eum rogauerunt, dicentes: Tecum, pater, hac nocte puer iste maneat. Quem ipse benignè suscepit, secumque eum nocte eadem iacere permisit. Facto autem manè, cęperunt sanctimoniales fęminæ eundem patrem vigilanter inquirere, si quid ei puer, quem dederant, nocte eadem fecisset. Qui miratus cur ità requirerent, respondit, Nihil. Tunc ancillæ eiusdem pueri innotuerunt causam, & quòd malignus spiritus nulla ab eo nocte recederet, indicauerunt, summoperè postulantes, ut hunc secum ad monasterrium tolleret, quia iam vexationem illius videre ipsę non possent. Consensit senex: puerum ad monasterium duxit. Qui cùm multo tempore in monasterio fuisset, atque ad hunc antiquus hostis accedere minimè præsumpsisset, eiusdem senis animus de salute pueri immoderatiùs per lætitiam tactus est. Nam coràm positis fratribus dixit: Fratres, diabolus sibi cum illis sororib⁹ iocabatur: at veró vbi ad seruos Dei ventum est, ad hūc puerum accedere non præsumpsit. Postquàm vocem emisit, hora eadem ac momēto idē puer coram cunctis fratribus, diabolo se inuadente, vexatus est. Quo viso, senex se protinùs in lamentū dedit. Quem dum lugentem diù fratres cōsolari voluissent, respondit, dicens: Credite mihi, quia in nullius vestrū ore hodiè panis ingreditur, nisi puer iste à dæmonio fuerit ereptus. Tunc se in orationem cum cunctis fratribus strauit, & eousquè oratum est, quousquè puer à vexatione sanaretur. Qui tam perfectè sanatus est, ut ad hunc malignus spiritus accedendi ausum vlterius non haberet.

Quidam puer grauiter à dæmone vexatur.

Non fert dæmō Dei præsentiam.

Vide nim orationis cōmunis, & quàm grata sit Deo.

Petrus. Credo, ꝙ ei elatio parua surrepserat: sed ei⁹ discipulos oīpotēs De⁹ facti illi⁹ esse voluit adiutores.

Gregorius. Ità est. Nā quia pondus miraculi solus portare nō potuit, diuisit hoc cū fratrib⁹, & portauit.

Huius viri oratio quantę virtutis esset, in memetipso expertus sum. Nā cùm quodā tēpore in monasterio positus, incisionē vitaliū paterer, crebrisq; angustiis per horarū momenta ad exitū propinquarem, quam medici molestiā Gręco eloquio syncopin vocāt: & ni-

contrà, quod infaustū erat, reticuit, nè pater & mater ex acerbo liberorū obitu viderentur non consolabilē dolorem percipere: tacitè aūt ipsos vocauit, dum patruos vocat, vt vtrunq; complecteretur, nè uel contrà decus fieret, vel bona ad aliorum manus peruenirēt. Quinto loco vocat eos, qui genere proximi sunt, quorum primis semper hæreditatem adiudicat. Hęc de oraculis, quæ mixta sunt, necessariò percurrimus: nūc ea, quę per prophetam afflatum edita sunt, explicabimus. Sic enim me facturum promisi.

Idem Mosi diuini afflatus, & populo felicitatis initium fuit. Etenim cùm plurima hominū millia ex Aegypto ad Syriæ ciuitates in coloniam deduceret, iamque & viri & fœminæ, inuia longaq; solitudine superata, ad mare, quod rubrum appellant, peruenissent, in magnis difficultatibus versabantur, cùm nec traiicere possent ob nauium inopiam, nec per eandem viā regredi, tutum existimarent. Grauius ad hæc malum afflictis addebatur: Nam Aegyptiorum Rex egressus, cum non contemnenda equitum & peditum manu properè sequebatur, vt exitum, quem manifestis oraculis adductus concesserat, vlcisceretur. Inconstans.n. improborum hominū voluntas, tanq̄ in trutina collocata, paruo occasionū momento in contraria declinat. Inter hostes igitur & mare conclusi, de salute sua ità desperabant, vt aliis satiùs esse ducerent, manibus hostiū interfici, alii mortē obire voluntariā mallent, q̄ hostibus ludibrio esse. itaq; se in mare deiicere cogitabāt, & oneribus quibusdā cōportatis in littore cōsidebāt, vt simul ac hostes appropinquātes adspexissent, desilientes celeriùs in profundum demergerentur. Sic igitur difficultate necessitatis exercitati, torquebantur. Sed propheta cernens, præ stupore populum vniuersum, vt piscium iactum congregatū, non ampliùs apud se consistens, sed numine correptus, vaticinatur in hunc modum.

Inconstās malorum hominum voluntas. *Exod. 14*

Timur quidē necessarius, & terror propinquus, atque ingens periculū est. Eà aduerso.n. immensum pelagus, nulla ad fugiendū uia, nulla nauiū copia: à tergo insidiæ, & hostiū acies celerrimè persequentium. Quonàm te uertas? quò te subducas? omnia vndiquè repentè irruunt: terra, mare, homines, elementa naturę. Vos tñ confidite, nec animos despondete, nec deterremini, sed inuictū à Deo auxiliū expectate: spontè iā aderit: ex occulto, quēadmodùm sæpiùs experti estis, pro vobis pugnabit. Cerno manū, quæ uobis opitulatura est, aduersariorū ceruicibus laqueos iniicientem. Detrahit eos in mare: instàr plumbi collabūtur in pfundū. Vos quidē illos viuentes animaduertitis: ego verò iā mortuos perspicio. Hæc ille spem oēm superantia vaticinabatur. Ipsi verò re ipsa vaticinii veritatē experti sunt. Nam quę fabulis videbantur magis incredibilia, diuina potentia contigerunt. Maris confractio, vtriusque sectionis disiunctio, vndarum per totū profundum ad partem fractam cōfirmatio, ut magnificę vię sectio esset pro muro validissimo.

His.n. congelatis, sublime patebat iter multitudini, tutò per mare, nō secus àc per siccā semitam & solū lapideū, incedenti. Arena.n. exiccata, in naturam solidam coaluerat, cùm hostes velocissimè persequētes, ad propriū exitium festinarent. Extremū agmen, tanq̄ auriga, nubes dirigebat, in qua diuina quædā erat facies, ignis splendorē emittens. Pelagi fluctus, qui compressi seiunctiq; fuerant, refluebant, partibus nō ampliùs exiccatis, sed colliquescētibus: ex quo repentina exundatio, & hostiū interitus, quos muri iam congelati corruentes, & maris æstus, in ipsam viam tāquam in uallem delati, obruerunt.

Aegyptij submerguntur in mari.

Erant inditium exitii cadauera supernatātia, q̄ maris superficiē constrauerant, & vehemens procella, q̄ aceruatim illa in aduersum litus eiecit. Spectaculū necessarium populo cōuersato, qui non modò periculū euaserat, sed & videbat aduersarios, non humana, sed diuina vi grauiùs punitos, q̄ vlla ratione dici queat. Quamobrēm Dei laudes, à quo tantū beneficium acceperāt, iurè celebrantes, ei gratias egerunt. Moses.n. populo in duos choros distributo, vni, qui ex viris cōstabat, ipse dux erat: alteri, aūt qui ex mulieribus, sororē præfecit, vt patrē & tanti beneficii authorē collaudarent, mutuis harmoniis concinētes, cum & animi, & voces ipsæ conuenirent: animi, qm̄ ad eandem gratiarum actionem tendebāt: voces, quò ex grauissimo & acutissimo sono constabāt. Virorum.n. vox grauis, fœminarū acuta. Quapropter si rectè cōponātur, suauissimus ex illis & iucundissimus cantus efficitur. Tot aūt hominum millia rebus incredibilibus & admirādis, quas cōmemorauimus, adducta sunt, vt idem sentirentatq; concinerent. Lętabatur.n. Moses, & perspecto multitudinis gaudio, voluptatem cohibere nō poterat. Itaque canticum inchoauit, chori autem audita retinebant. Hoc est principium & exordium prophetię Mosis, per afflatum numinis editę.

Exod. 15

Deindè vaticinatus est de primo & maximè necessario cibo, quē terra nō edidit, sterilis nimirùm & infœcunda sed cęlū demisit, nō semèl, sed annis quadraginta quotidiè summo manè, fructū æthereum, minutissimo rori persimilē. Hunc Moses intuitus colligi iubet, & Deū obtestatus, ait, Eos, qui diuinā benignitatē in rebus fidē superantibus experti essent, ipsi Deo credere oportere. Quarè cibaria hęc, inquit, nè condantur, aut reponantur. Nullā eorum partē in crastinum diē quispiā conseruet. His auditis, quidā in religione nō ità cōfirmati, existimantes fortaßè ea non esse oracula, sed principis monita, relinquunt aliquid in posterum diem: quod quidē corruptū, fœtore primùm impleuit totū exercitū; deindè in vermes, qui ex corruptione nascuntur, cōuersum est. Quæ pspiciens Moses, incredulis meritò succēsuit. Quis.n. nō succenseret hominibus imperitissimis, qui cùm tot tantaq; vidissent facilè cōfecta esse diuina puidentia, quæ nulla ratione quisquā fieri posse existimaret, nō solùm dubitarent, sed omninò non crederent? At ipse pater duobus euidētissimis signis pphetæ vaticiniū comprobauit. Quorū vnū statim ostēdit, cùm id, quod cōdiderāt, corrūperetur, fœteret, & in vermes animalia abiectissima cōuerteretur. Alterū aūt postridiè demonstrauit. Semper.n. quod supererat, postea q̄ necessariū abiportauerat multitudo, solis radiis liquefiebat, & liquefactū cōsumebatur. Sed̄ haud ità multò pòst vaticinās oraculū edit de sacra die septima: quæ quidē dies, quā pręrogatiuā haberet, nō solum ex quo mundus conditus est, verumetiā anteq̄ cōderetur, homines ignorabant, ob eā fortaßè causam, q̄ propter cōtinuas euersiones, q̄ tum ex aqua, tū ex igne cōtigerant, nō potuissent à maioribus suis accipere monumēta rerum, quę certa temporū serie atq; ordine essēt cōsecutæ. Arcanum id Moses vaticinās aperuit oraculo, qđ signo pspicuo rem testabatur. Signum illud fuit eiusmodi.

Exod. 16

Prioribus diebus ex aere minor copia defluebat, sexta aūt die, duplo maior. Ac prioribus quidē dieb⁹ si quid seruabatur, ità liquefiebat, vt in humorē omninò redigeretur. Tunc aūt nullā cōmutationē accipiēs, in eodē statu pmanebat. Hæc admiratus Moses, non magis coniecit, q̄ diuino numine afflatus, vaticinatus est septimā diē. Quaoq̄ eiusmodi cōiecturæ prophetię ppinquę sunt. Neq; n. mens tā rectè rē ipsam attingeret, nisi diuinus spiritus eā pduceret ad veritatem. Res autem admirabilis apparebat non solùm ex eo, q̄ cibus duplicabatur, aut quòd prçter morem integer permanebat: verumetiam ex eo, q̄ sexta die vtrunque

Sexto die bidui annonā pluit

contin-

contingebat, quam quidē sacratissimus septimæ diei numerus sequebatur. Quæ si quis expendisset, reperisset eodem ordine cæleste cibum suppeditari, quo mūdus ipse fuisset genitus. Primo.n. ex sex diebus & mundus condi, & cibus ille demitti cœpit. Est aūt apposita & congruens similitudo. Nā vt absolutissimum mundi opus ex nihilo fecit, sic in solitudine copiam præbuit, elementis ea præsenti vsu cōmutatis, vt aer ꝓ terra sine vllo labore aut molestia cibos abundē subministraret illis, qui eos sibi per ociū parare nō poterāt. Tum edidit tertiū oraculum imprimis admirabile: Se prima, inquiens, die solitū cibum aer non exhibebit, nec quicquā vel exiguū in terram ex more deferetur. Id quod res ipsa comprobauit. Pridie.n. hæc pronunciauerat, cùm Hebræorum quidam, vt consueuerat, ad colligendum profecti sunt, sed spe sua falsi, & re infecta redierunt, se, qui non credidissent, accusantes, vatemque & diuinū, & qui solus obscura incertaque perspiceret, appellantes prophetam. Hæc sunt, quæ numine afflatus de cęlesti cibo vaticinatus est.

Exod. 16 *Aerem non daturum mānam die septima, Moses vaticinatur.*

Alia necessaria, licet admonitionibus magis, & oraculis similia videantur, ordine prosequamur. ex quibus & illud est, quod aduersùs eos, qui instituta patria violauerant, gessit, de quo & antea diximus, cùm taurum aureum ad superbiæ Aegyptiacæ imitationem fabricati, choros constituerunt, & aras ędificarunt, & victimas immolarunt, Dei veritate obliti, & Maiorū nobilitatē, quæ religione sanctitateq; creuerat, abolētes. Quamobrēm Moses incredibili affectus dolore, primùm ꝙ populus vniuersus, qui semper anteà omnium acutissimè perspexerat, cęcus euasisset: deinde ꝙ falsum & cōmentitium simulacrū potuisset extinguere veritatis lucē, quam nec sol ipse deficiēs, nec totius astrorū chor⁹ obscuratet. fulget.n. proprio suo diuino & incorporeo splendore, cui hæc, quæ sensibus percipiuntur, cōparata, idem esse videantur, ác si cum die nox compararetur. Et facie igitur, & mente cōmutata, Moses, quasi ipse non esset, diuino furore correptus: Si quis, inquit, errore non est deceptus, nec externo flagitio religionē violauit, me sequatur. Cùm aūt vna tribus non minùs animo, q̄ corpore ad eum accessisset, quæ pridèm contra nefarios & impios incitata ducē & Imperatorem cupiebat inuenire, qui iustū vlciscendi tēpus rationemq; præscriberet, eamq; Moses indignatā & gementē, animoq; promptam & paratā adspexisset, magis adhuc inflammatus, Vnusquisq; vestrum, inquit, strīcto gladio per mediū exercitū ruat: nec alienos solùm, sed amicos & sanguine coniunctissimos passim interficiat, & facinus hoc pro veritate diuinoq; honore suscepitū, pro quibus pugnare & decertare leuissimus est labor, sanctissimum putet. At illi cum clamore* tria hominum millia statim interfecerunt, inprimisque illos, qui fuerant impietatis authores. Nec solùm defensi sunt, ꝙ scelus non attigissent, sed etiam optimorum generosissimorum numero adscripti, munus rebus à se gestis dignum, nempe sacerdotium, acceperunt. Aequum enim erat, eos religionis custodes efficere, qui pro religione pugnauerunt, & fortissimè gesserant.

Exod. 32 *Irasci in iustitia magna virt⁹ est, hinc dicitur: Irascimini et nolite peccare. Psal. 4.* ** Viginti tria millia interfecti cūtur eorum, qui fuerūt idololatriæ authores.*

Habeo dicere oraculū adhuc admirabilius, de quo prius ēt verba feci, cùm loquerer de prophetæ sacerdotij principatu, quod, cùm ab ipso item numine afflato pronunciatum fuisset, non longo pòst tempore, sed confestim euentu confirmatum fuit. Eorum, qui templi res tuentur & curant, duo sunt ordines: Vnus sacerdotum, qui præstantior est: alter ministrorum, qui est inferior. Erāt aūt eo tpe tres sacerdotes: ministrorū verò multa millia. Hi, ꝙ numero multitudineq; præstarēt, clari sacerdotū paucitate: aspernabantur, eaq; re se duplici peccato obstringebant. Nā & dignitate superiores deprimebant, & extollebant inferiores, vt si subditi inuaderet principes, ob confusionē ordinis populo charissimi. Tū facta conspiratione, contra prophetam vociferabantur, ꝙ cognatione propinquitateq; adductus, fratri, fratrisq; filiis sacerdotiū tribuisset, & eorum cooptationē emētitus esset, tanq̄ diuina prouidētia nō esset constituta, vt ipse loquebatur. Hæc ille pe riniquo animo ferens, magnoq; dolore affectus, licet mitissimus esset & mansuetissimus, tū ob sceleratorū odiū iustissima ira sic exarsit, ut supplicauerit Deo, vt ipsorū sacrificiū auerteret: non ꝙ impiorū sacrificia iustissimus iudex esset suscepturus, sed ꝙ etiam Deū amantis animus, quantùm ad se attinet, non tacet, sed solicitus est, nē impiis res prosperē cedāt, sed eos spem per sua frustretur spes. Adhuc igitur ardens, legitimaque indignatione accensus, numine afflatur, & in prophetam conuersus, vaticinatur ad hunc modum.

Ministrorum templi apud Hebræos duplex ordo. *Murmur ministrorum templi aduersus Mosē.* *Num. 16*

Grauis & periculosa defectio est incredulis, quos solus non verba, sed facta erudiunt. Isti vapulātes, me non esse emētitū intelligunt, quandō discente intelligere noluerunt. Exitus ipsorum ē vita, planū hoc faciet. Nā si morte solita naturali peribūt, ego sum emētitus oraculasiu noua atq; insolita morte auferētur, mē vera dixisse constabit. Profundissimam terræ dehiscentis voraginem cerno, frequentesq; cognationes pereuntes, & familias, quę sibi dignitatis successionē arrogant, detractas & absorptas, viuosq; homines in tartara descendentes. Vbi tacuit, terra motu concussa dehiscit, in ea potissimùm parte, in qua impiorū erāt tabernacula, quæ protinus è medio sublata sunt. Partes.n. terræ, quæ secesserant, re perfecta, quamobrēm disiunctę fuerant, rursùs coniunctæ sunt. Ducentos autē & quinquaginta defectionis authores fulmina immissa statim oēs sustulerunt, nulla parte cadauerū relicta, quę posset affici sepultura. Insignis hęc & celebris suppliciorum successio, & magnitudo, prophetę religionē declarauit, cōprobante Deo veritatem ipsius, qua in pronūciandis oraculis vtebatur. Nec illud consideratione indignum est, ꝙ terra & cælum, præcipuæ mundi partes, supplicia sceleratis intulerunt. Scelus.n. ipsorum in terra radices egerat, & in sublime sic efferebatur, ut ad cęlum vsq; conscēderet. Quamobrēm ab vtroq; elemento sic vindicatum est, vt terra quidem patefacta atque dehiscens, eos, vt grauia sibi suoc pondera, corriperet atque absorberet: cęlum autem nouo ignis imbre demisso, nefarios combureret, in nihilumque redigeret. Idem uerò, & absorptis à terra, & à fulmine deletis, exitus fuit. Neutri enim vllum vestigium reliquerunt. Illi enim terra obruuti sunt, hiatu ad extraquandum solum concludente: Hi fulminum igne deleti penitùs atque consumpti.

Vaticinium Mosis de interitione Chore cū 250. ministris. Num. 16.

Cæterum cùm hinc in cęlū esset migraturus, relictaq; vita mortali, imortalitatē adepturus, euocatus à patre, q ipsum à se ex duob⁹, corpore nimirùm aīoq; cōpactum, in naturā unā redacturus erat, totumq; prorsùs in mentē, vt solē, lucidissimā translaturus, tunc afflatus numine, non iā in vniuersum toti populo vaticinari videbaē, sed vnicuiq; tribui singulatim, q̄ sibi ipsis, ꝗ posteris esset euētura. Quæ partim iā cōtigerūt, partim expectant. Quapropter ex iis, quę facta sunt, futurorum fides confirmatur. Eos.n. qui & paterno, & materno præsertim genere, & consiliis, & vitæ institutis, & alijs rebus innumerabilibus differebant, ita deuinxit & conciliauit, vt tanquàm vnius hæreditatis diuisio, rationibus oraculisque conuenisse inueniretur. Admiranda quidem sunt hæc, sed admirabilius multo extremum illud sacrarum literarum, quod totius legislationis est, veluti caput in animali. Iam enim sese colligens, & tanquàm e carceribus cursum dirigens, in cælum euolaturus, numine afflatur, & de se, viuens adhuc,

Non tum migrauit Moses in celū, sed cum Christo migraturus erat. Deut. 33 *Moriturus Moses singulis tribub⁹ auenitura denunciat.*

adhuc, vaticinatur viri defuncto, quod mortuus esset, cum nondum esset mortuus, quod sepultus nullo præsente, non mortalibus nimirum manibus, sed immortalibus potestatibus, quod non in Maiorum sepulcro conditus, nempe monumentum præstantius consecutus, à nullo mortalium perspectum: quod integrum mensem populus ipsum lachrymans defleuerit, proprium communemque luctum ostendens ob perpetuam eius tum in singulos, tum in vniuersos beneuolentiam & studium. Mosis & Regis & legislatoris, & sacerdotum principis, & prophetę talem fuisse tum vitam, tum obitum, sacrarum literarum monumenta commemorant.

MARTYRIVM S. MARCELLI, qui apud Cabilonem pro Christo peremptus est. Habetur in antiquis MS. codicibus, & vetustissima Martyrologia consentiunt. Stylum passim nonnihil correximus.

4. Septemb.



CVM sub Antonino Imperatore per oēs prouincias & ciuitates aduersum Christianos impię persecutionis edicta penderent, ea prouinciarum præfecti & iudices non tam obtemperandi studio, quàm veræ religionis odio, tanta contentione exequi videbantur, vt vbiuis locorum vltra humanam crudelitatem in Christianorum sanguinem belluina quadam immanitate sęuirent. Per id tempus Lugduni vehementer persecutionis feruebat rabies, vt cùm ex populi sæuiētis arbitrio vterque sexus & omnis ætas atque conditio raperetur ad pœnam, quinquaginta viri sacræ religionis cultui dediti, diuersis suppliciorum generibus excruciandi, iussu præsidis in ergastulis detinerentur. E quibus primarii fuere beatissimi Marcellus & Valerianus, qui patefacto diuinitùs carcere, vt habet doctrina Euangelica, ad aliam ciuitatem clàm aufugerunt. Quod quidem diuina prouidentia ità factum nemo ambigit, vt ad illa loca properarent, vbi erant pro Christo passuri: & gentiles ab illis ad Dominum conuertendi, exemplis martyrii eorum corroborarentur. Porrò cùm sic persecutionis turbinem declinarent, non mente, sed flumine: non fide, sed itinere separati sunt. Valerianus enim Augustudunum petiit, Marcellus Sequanæ territorium: vt vtriusque ripæ accolas ad verum Dei cultum diuinis sermonibus conuerterent; vt non solùm proprii sanguinis effusione, sed & multorum ad Christianam religionem traductione, de diabolo triumpharent.

Sæuitia in Christianos.

Mat. 10.

Cumq; sanctus Marcellus latēdi studio viam occulti itineris conficeret, Dñs noster Iesus Christus confessorem suum diutiùs latére passus non est. Quidam. n. Latinus abimprouisò eum hospitio accepit, qui statuā Martis equestrem, Mercurii & & Mineruæ simulacra, ex quodā metallo fabrefacta, in ipso vestibulo collocata, peculiari cultu prosequebatur. Cuius prophanæ superstitionis errorē cùm sanctus Dei nō fine multo animi dolore vidisset, admonet hospitem, vt ab hac miserabili superstitione discedat: asserens, saxa sensu carentia non posse cuiquā opitulari, sed illos aut brutis pecudibus cōparandos, aut non multùm à saxis distare, qui deos crederent, quos humana manus ad dæmonū similitudinē effinxisset. Ea obiurgatio tantam apud Latinum vim habuisse fertur, vt breui ipse tota eius domus, contēpto errore, ad fidem Christi conuersa sit. Cùm aūt non irrito labore aliquandiù illic Marcellus hęsisset, audit feruere locis omnibus persecutionis procellā. Itaq; relicta vrbe Cabilonensi, Argentomagensis aggeris vicū petit, vbi in Priscū Pręsidē, solenni epularum apparatu, pro lana sacrificia numinibus suis immolantē incurrit, & ab illo hospitalitatis studio ad conuiuiū inuitatur. Sed sanctus Dei martyr ab illis epulis abhorrens, conuiuas obiurgādos potius censuit, quàm vitandos. Ea uerò repræhēsione vt Christianum se esse declarauit, omnium ea sententia fuit, nonis eum suppliciis excruciandū, & ad arboris ramos natura diffusos, toto corpore duris restibus alligandū, atque ità ui adductis ramis, & posteà laxatis, membris omnibus discerpendum. Sed sancto martyre fidei constantia in cōfessionis suæ proposito fortissimè perdurante, cruento persecutori nequissimæ crudelitatis consilio illud atrocius visum est, vt sub populi conspectu diuersis pœnarum generibus conficeretur. Iubet itaq; eum ad Saturni statuam duci, q̄ Araris ripæ imminebat, & ad Solis simulacrū, quod ab alia fluminis parte colebatur: quibus si nolit sacrificiū offerre, gladio caput eius amputari. At fides martyris, cęlesti virtute cōfirmata, frangi nō potuit: sic verò quoties esset interrogatus, rñdit: Quisquis Deum viuū totis animi viribus & perfecta cordis fide cōplexus est, insensibilibus idolis nunq̄ sacrificabit: quę cùm sint ex ęre & saxis cōfecta, nefas planè est, animā cælitùs datā, vitæ suæ authore neglecto, ea colere: quod quidē diabolus in humani generis certissimam perniciem hortatur. Se verò nunq̄ eò adductū iri, vt tam prophanis sacrificiis contaminetur, vt ipse qui Christo quotidiè hostiā syncerā offerat: potiùs verò pręcedentiū sociorum exēpla secuturū, cum quibus se speret ęternę beatitudinis præmia adepturum. Cernens igitur Pręses eū nec minas, nec supplicia reformidantē, furentis iracundię stimulis incitatus, inaudito crudelitatis genere defodi eum cingulotenùs & rectum stare iubet: vt sepultura uiuo esset ad pœnam, quę uita functis impenditur ad requiem. Atque in hunc modū inuictus Dei martyr, secundo à Cabilone milliario, viuens in Christo, sepelitur, & in tertiū diē in Dei amore & laudibus pseuerās, impollutū Dño reddit spiritū, sancti corporis exuuias nobis ad patrocinium derelinquēs.

Marcellus hospitem suum reprehendit, & ad Christū conuertit.

Obiurgat Priscum Præsidē, & conuiuas eius ob suā idololatriā.

Inuicta S. Marcelli constātia.

Nota insolēs immanis supplicij genus.

VITA SANCTISSIMAE IDAE conscripta ab Vffingo monacho Vuertinensi S. Ludgeri.

PROLOGVS AVTHORIS.



PIVS humanę salutis prouisor IESVS Christus, qui operarios suos adhuc in vineā suam mittere non desinit, diuersis ab initio Ecclesiā suam sublimauit honoribus: dū innumera quoquè gentiliū voluit sanctorū suorū florere patrocinia, nec vllā terrarum partem donorū cęlestiū esse expertē, de quo scriptū est: Reipsa cōperio, q̄ nō sit psonarū respectus apud Deum, sed in quauis gente, q̄ timet ipsum, & operatur iustitiam, is acceptus est illi. Quod vtiquè iam vespere mūdi in beatissima Dei famula Ida completum esse cōperimus: Cuius (si Deus annuerit) sanctitatis indicia signorum stipulatione subnixa, prout possumus, enucleare gestimus. Quę videlicet veneranda Christi ancilla, summo inter suos loco nata, tempore magni Regis Caroli claruisse refertur. Ex regali scilicet indole sanctarum virginum Odiliæ, & Gertrudis filiæ sancti Pipini, quarum, si q̄s sanitatis indigus, salutiferas lipsanas frequentat, testem se protinùs recuperatæ sentiet sospitatis. Hæc itaque,

Act. 10.
Ephes. 6.

Iste Pipinus fuit

que, vt in sequentibus dicemus, licèt coniugali lege cõstricta, nihil tamen cælestis sponsi præiudicauit amori, & ideò non solùm nullum pudicitiæ & castitatis damnũ pertulit: immò centesimum fructum supernæ mercedis, cum primæ horæ conductoribus, victorum victrix, percipere meruit. Huius permulta miracula vel antiquitate temporum, vel scriptorum inopia obliterata, nobis manent incognita: illa verò quæ à personis idoneis diuulgata didicimus, modernis temporibus visu simul & auditu propalata, quanuis obtuso ingenio & imperito sermone, ueraci tamen & simplici relatione, beatæ Idæ comite interuentu, conabimur explicare. Illorum nanque in veteri testamento non refutatur oblatio, qui post aurea & argentea, quæ à diuitibus in domo Dei offerebantur donaria, pelles etiam rubricatas & pilos caprarum deuota mente in thesauros Dei ad vsus legitimos transmiserunt. Ob hoc, summoperè huius codicilli lectorem obsecramus, né si quid in hoc opusculo incompositiùs indoctiusue grammatico incedit tramite, temeritatis notam nobis opponat, qui fortiora non bis aggressi, de ignauiæ nostræ nidulo saltem ad lucē respirare audeamus. Cæterùm degener stylus lineam historicæ prosequitur veritatis, cuius hunc felix sortiemur initium.

Mirror do annj Fra't, et ha beturi et vita 11. Februa- rii. Mat. 13. & 20. Exod. 35

Succincta de præfecti Egberti morbo narratio. Cap. 1.

Septēb. 4.

Eo tempore, quo victoriosissimus Imperator Carolus Saxonũ & Francorum sceptra, multarũque gentium frena feliciter gubernabat, expeditio exercitus, propter Galliarum seditionem, in Occidentem dirigitur: vbi tunc inter alios Orientis proceres, præfectus quidam Egbertus nomine aduenisse dicitur, qui grauissimam ibi incurrit ægritudinem. Cùm autem inualescente morbo penitus se ab hac pręsectura subtraheret, Imperator illum cuidam de suis summis ipsius loci primatibus procurandum diligentissimè commendauit. Erat enim prædicto Augusto, pro inuictæ constantiæ & prudentiæ præconiis, non mediocriter acceptus. Perlato ergò ad hospitium magna humanitate seruitur, quia & hanc eius infirmitatem, non ad vitæ periculum, sed ad rerum sequentiũ consummationem, ex diuina (vt liquet) prędestinatione credimus euenisse. Erat præfato Comiti, apud quē hospitabatur, vnica filia, vnicè sibi dilecta, venusta fronte & egregia forma, quæ intantum ęgrotanti est compassa, vt per seipsam aliquoties illi obsequendo, quantùm suam personam decuit, & eius ulcera oppalparet, & congrua doloribus exhiberet fomenta, cuius ipse solatio valdè delectabatur.

Egbertus præfectus Caroli Magni grauissime infirmatur. Humanissimè a san cta Ida tractat.

De recuperatione sanitatis domini Egberti. Cap. 2.

Intereà Imperator rebus in tutum compositis, victor reuersus, pręcellentissimi sui comitis haud immemor, eandem, qua illum pridem reliquerat, ciuitatem visitandi aditi gratia. Eumq; iam per Dei saluantis gratiam & clementiam valentiorem, auraq; animatum aetia, reperit. Dumque mutuo aliquandiù colloquio fruerentur, inter sermocinandum illustris vir Egbertus, do præfatę virginis nuptiis, principi suggessit: vt eius consilio, immò Dei auxilio, huius coniũctionem adipisceretur effectum. Princeps verò de eius recuperatione, simul & postulatione multùm gauisus, & suum ad hoc assensum & parentum adeptus est fauorem, dedit que illi in eisdem partibus multas possessiones de publico, quatenùs viciniori potentia soceri acceptior factus, non minori apud illos quàm in genitali solo prę celleret dignitate. Insupèr etiam cunctis Saxonibus, qui inter Rhenũ & Vuisurgim maxima flumina inhabitant, ducem præfecit. Post hæc sponsam suam Christianissimam, ipse admodùm religiosus, cum Dei timore suscepit, & ab omni illa parentela honorificè dimissus, ad sua commigrare decreuit, semper ad mentē reuocans, quanti os cęlitus successua in illa peregrinatione fit adeptus, multasque saluatori Deo gratiarum reddidit actiones.

Carolus Imperator eum visitat. Egbertus petit sāctā Idam sibi dari vxorem. Carolus Magnus dat illi multas terras pro dote nuptiali. S. Ida nubit Egberto principi.

De hoc quod in somnis Angelum audiuit de situ loci. Cap. 3.

Quadam die dum adhuc itineri insisterent, venerunt ad locum quendam iuxta Lupiam flumen, qui Saxonica lingua Hiruifeldt nũcupatur, amęnia nemoribus consitum, ibique inuenta non magna planitie, vespertino iam incumbente crepusculo, tentoria fixerunt, lassisque ex profectione somnos dabat herba salubres. Omnibus itaque alto sopore depressis, venerabili matronę Idæ Angelum suum in somnis Dominus mittere dignatus est, qui post multa, quibus eam instruxit, monita, oratorium ibidem ex suis sumptibus construendum prędixit, vbi Domino quandoquè liberiùs deseruiret, postq; huius vitæ curtium con summatum illic ei Dominus remunerationis ęternæ locum quietudinis vna cũ viro suo prę saga voce promisit. Illa mox diuina tacta compunctione, dum prims mum manè illuxit, Domino suo, quæ angelico relatu didicerat, plenissimè exposuit, à quo statim, qualiter ista animo eius viderentur, gratulabunda sciscitatur. Qui dum verbis eiusdem ad omnia accommodaret, bea ta Ida solotenùs inclinata Domino, vt felicia cœpta ad calcem vsque perfecti operis perduceret, submissa voce rogabat. Non multò post in loco supradicto, vbi quondam densissima syluarum obductione astra ipsa occulebantur, lapidea Basilica, operę polito constructa, ac in sanctæ Marię genitricis Dei honore, sanctiq; Germani Episcopi consecrata est.

Visio sanctæ Idæ. Constructa ecclesia in honorem Mariæ virginis & S. Germani.

Quandò in prouinciam Dreni peruenit. Cap. 4.

Ad illum nanq; dicatum locum, qui est in pago Dreni in Lupię fluminis ripa, nonnulla illustris viri Egberti prędia respiciebant, vbi Deo dilecta matrona Ida frequentiùs commorari & semper recentibus in Dei cultu laboribus intentissimè consueuerat insudare. Studebat nihilominùs ea occasione copulę carnalis Deo, quę Dei erant, reddere, sic forinsecum amorem temperare, vt nullius leuitatis nęuua rigorē animi eius potuisset obfuscare. Si enim, vt apostolicus sermo sonat, sanctificatur vir infidelis in muliere fideli: quanto magis vasa paria sanctitatis, alterutris emicant suffulta virtutum instructionibus? Quid super hoc conuenientiùs profertur, quàm duobus in carne vna, vnam inesse spiritus sancti indiscissam operationem, quę illos deforis connubiali iure connexos, ardē tiori cęlestium intùs inflammauit amore.

Grauitas eius. 1.Cor. 7.

De obitu domini Egberti. Cap. 5.

Non paucis post hęc annis elapsis, militię suę pęnso expleto, dñs Egbertus vir in Chřo honorādus humanis rebus eximitur, cuius spiritus inter cęlorum palatinas sedes beatus hospes promeruit, obtinere. Post cuius migrationem beata Ida quam districtè tenetum

Obit dominus Egbertus maritus eius

nerum corpus arctauerit, difficile dictu est: Quippè quæ totum spatium quod residuum fuit huic incolatui, incredibili & paucis imitabili duxit abstinentia, nunquàm mentis propositum à Dei cultu relaxans. Secundùm Apostoli dictum, mortificauit membra sua super terram ab omni illicito appetitu ventris, & linguę, omnemque eximiam pompam gloriæ, qua delicatissimè fuerat educata, ad nanciscenda laborum suorum emolumenta feliciter immutauit. Quæque verò de redditibus in matrimonio eius annuatim reseruauit, ea ad pauperum vsum in cælestes apothecas reposuit, metuens nè parcè seminans, parcè & meteret: propterea seminauit in benedictione, quod in posterum centenis manipulis in area vniuersalis messionis lętabunda triturauit. Et vt supernorum meditatione arctiùs occuparetur, in præfatæ ecclesiæ plaga meridiana, contiguam eius parieti porticum construxit, in qua remotiùs orare, & à vulgari strepitu immunis conuersari posset, vbi dominus Egbertus laudandæ memoriæ conditus pausat.

Castigat corp' suũ beata Ida multis abstinentiis.
Colos. 3.
Vacat misericordia operibus.
2. Cor. 9.
Itèm contemplationi & orationibus.

Quantis profectibus sancta Ida vitam suam ornauerit. Cap. 6.

MArmoreum sibi sarcophagum longè ante obitum iussit præparari ob incerti temporis momentum, quem duabus quotidie vicibus, quandiù superuixit, diuersis alimentorum aliarúmve rerum impensis summotenùs impleuit, & victu carentibus hilariter distribuit. Verè beata, quæ intellexit super egenum & pauperem, & fregit ei panem suum, ut in die mala liberet eam Dominus. Excubiarum & orationum priuata studia, quæ satis dignè textus descriptio delineabit? Sufficiat tantùm humanæ curiositati, de his quæ foris gessit mirari. Ea verò quæ sub obtentu exteriorum iu (sic) sulius Domini prospectu clandestinis sudoribus peregit, cuius vrbana sufficiat enarrare facundia? Theoricæ quippè intenta disciplinæ, nunquàm extra ianuam quam incoluit cellæ, pedem fertur amouisse: saluo eo dum inopum stipendiis deseruiret, semper factis imitans quod scriptum est; Redemptio animæ, propriæ diuitię. Talibus virtutum prærogatiuis sacrosanctum suum adornauit velamen. Necnon inter agendum cautissimè studuit popularē vitare fauorem, firmissimam in cælis spei anchoram figens, fragosa seculi obstacula fidei thorace, quasi tuta carina tranauit, vt ad plenam perfectionis (quæ Deus est) pertingeret charitatem.

Psal. 40.
Ecce q̃ fuerit solitaria.
Prou. 13.

Quomodò de hac vita transmigrarit. Cap. 7.

HIs ad desiderabilem finem perductis, cùm remunerator omnium Deus turturem suam ad altiora volare disponeret, vt post tristia lethi, in arduis cęli excellentiùs nidificaret, molesta vitalium valetudine acriter pulsata, horam præsensit vltimam. Et accito presbytero suo nomine Berigero, sibi iustis ex causis fidissimo, pluribusque seruis Dei, preces eorum expostular, vtque in ipso pausæ suæ articulo ducatum vię ad Dominum illi impetrent, profusis lachrymis precatur. Factum est, oratum est, de cælis auditum est, quod iam olim prædestinatum est. Hac reuerendam orationis clausula carnali fasce laxata, spiritum amatori suo Christo trasmisit, beata perennitate cum cęlicis agminibus in ęthere fruiturum. O inexhausta saluatoris largitio, quàm magna super omnia eius miseratio, sine cuius nutu nec folium arboris incassum defluit, cuius immissione tam sublimium natalium propago, cunctis quæ illicita essent reiectis, veræ viti inhæsit, vt in regno Dei multorum palmitum vindemias carpere mereretur. Positum est autem sacrosanctum corpus cum piis laudibus in arcam saxeam, quam suprà retulimus, & in ipsa porticu, qua se diuino cultui mancipauit, honorificè tumulatur, vbi attestantibus medelis, qualiter apud Deum habeatur, lucidissimè eatenùs comprobatur.

Feliciter obdormit in Dño.
Honorificè sepelit.

De Bertgero presbytero & obitu eius. Cap. 8.

ERat autem præfatus Bertgerus ex illorum contubernio, quos beata Ida primùm de Galliis secum aduexerat, vir religiosæ conuersationis & probatę castitatis: Quippe eorum disciplinis informatus, qui in lege Dei sui sine querela incesserant, qui etiam ipsam ecclesiam & sacra mausolea, aliquot annis strenuissimè diuinis humanisque obsequiis excoluit, honorauit, & venustauit. De quo & illud per fidelium ora diffamatum est, quia inter cætera grauitatis eius insignia nunquàm in suis tectis muliebrem personam aut commorari aut domesticis vsibus inseruire consensit: ideoque contra ęmulum dimicans castitatis, omnem occasionis aditum non solùm præcauere, sed & radicitùs extirpare curauit. Cui etiam ob tantam cordis innocentiam à Deo collatum esse fertur, extremam vitæ horam præscire, quod eo magis liquet, quia ipso quo obiturus erat die, Missarum ex more sacramenta consummauit, ac mox Dominico consignatus viatico, in ipsis vestibus sacerdotalibus ante sanctum altare animam reddidit creatori, & prope sanctę Idæ tumbam dignè humatus est. Vt enim tam medicabilis glebæ consortium obtinuerit, magnum quoddam fortassè, quod eum commendaret, iustitiæ meritum præcessit.

Bertgerus presbyter qualis fuerit.
Omnem mulierē a sua domo exclusit.
Feliciter obiit, ac prope S. Idā sepelitur.

De effossione infantis. Cap. 9.

POst hęc autem cùm ipse locus ab aliis hæreditaria successore possideretur, & ob præsidentium iocuriam vilitatibus obsolescere cœpisset, continuo benignus Dominus sanctę famulæ suæ merita Idę, ad castigationem improborum, terribili patefacit euentu. Nam præclari comitis Ludolphi amabilis soboles, dū adhuc in albis ab hac luce raperetur, ad eandem ecclesiam defertur. Et quia sanctę Dei opinio necdùm in aperto emicuit, penès eam pusionem sepelierunt, qui die sequenti de tumulo extractus, ante ianuam vestibuli inuenitur in quo erat inclusus. Stupefacti, quibus res erat commissa, corpusculum denuò pristino loco abdiderunt, quod nihilominùs inuisibili iterùm violētia eminùs proiectum repererunt. Obstinatis ergò animis incassum laborem præstigiis imputantes, tertiam vicem audenter auxerunt. Sed inuanum vires expenderunt: quia quod hesterno labore fuerat oppilatum, tunc in extremo atrii angulo viderunt euulsum. Quo demùm pudore mulctati, ibidèm terræ commiserunt. Hoc prorsùs formidabili portento claruit, quanta prouectione beata Ida in cęlis vtatur, cuius sepulcrum Deus nullo carnalis corruptelæ fœtore in terris zelatus est maculari.

Quanta sāctitatis hac matrona extiterit, effossio istius pueri protestatur.

Oratorium beatæ Idæ à paganis non potuit concremari. Cap. 10.

EA tempestate, qua Hungarorum gens detestanda cuncta incendio absumpsit, prętatæ quoque sanctæ Idæ oratorium nefanda legio adiit, cruces, capsulas, & omnem ornatum ecclesiasticū deprædati sunt. Deinde in altiora scādentes, focos nonnullos in laquearibus

aribus construxerunt: sed virtute Dei carbo sopitus, nulla flammarum incrementa haurire valuit, excepto quod raras quasque tabulas insidendo peredit, per quas sine mora in inferiora dilapsus est. Huic operi frustrà incûbentes pertinaciter conatu nullatim aggressi sunt, campanas saltem depositur: sed ad has inuanum cucurrerunt, quia eas nullis argumentis enodare potuerunt. Hi nanque (vt legitur) ignorantiustn, sed semper viuere raptu, omnia sub fraude deducunt tempora vitæ. Tandem victæ pertinaciæ & virium elumbes effecti, aliquid ibi esse diuinitatis suspicati sunt: ac mox foliis fugæ cupidi, pedibus talaria nectunt. Quæ autē vi diripuerunt, post illorum fugam in castris reperta sunt, & suo loco incolis omnia restituta. Tunc omniū ora in laudes summi protectoris generaliter prorumpunt, dum tam euidenti indicio sanctæ Idæ præsidia præsentialiter cernunt.

Precibus S. Idæ, ignis ratis figatur, & hostes fugantur.

De muliere, quæ vestem clàm surripuit. Cap. 11.

Dvm igitur radios sanctitatis eius latiùs sauorabilis sereret rumor, multiq; ob experiendæ salutis votum ad sepulcrum illius confluxissent, fortè accidit aduenientibus viatoribus sarcinulas suas foris porticum deponere, vt quid quisque ex suo deferendum haberet, liquidiùs perspecto, pòst expeditior ad procedēdum fieret. Quędam autem ex illis mulierculla dum sua marsupia euacuare cępisset, stimulis cupiditatis agitata, comiti suæ furata est camisiam: & aliter eam occultare nescia, sub propria obstruit veste, seq; simulata religionis specie orantibus miscuit. Illa verò quæ damnum accepit, cunctis oculis peruagando, hostilem faciem citiùs depręhendit, ipsamque reā sceleris coram omnibus impetere cœpit. Tunc infelix fęmina amēti similima, quò se verteret æstuat anceps, fugæq; confidere, tutissimum rata est esse consiliū. Fit virorum constipatio, vbi talis auditur acclamatio. Išque illa miserrima (spatio euadendi adempto) sepem, qua cęmeterium ecclesiæ ambiebatur, moribunda insiluit, quæ mox acutissima sude transfecta, intestinis omnibus euiscerata, ibidēm patrati sacrilegii pęnas luit, cunctis hominibus horrendum præbens exēplū. Dispari quippè vice tale commissum expiari crederetur, si non scelus solummodò, sed & dehonoratinnē loci cęlestis seueritas zelaret. Sicut enim vberior ex hinc animis ratione iunctis compunctio, ità ediuersò inertibus & temerariis maior confusio & horror incussus.

Sacrilega sui criminis pœnas luit.

Restitutio aridæ manus mulieris. Cap. 12.

IN prouincia Dreni, mulier fuit Eggua vocitata, cui dextera manus in volam plicata ac penè fuerat arefacta, & ob huiusmodi incommodum multos annos feriata, cui quadam nocte in somnis dictum est, vt instār femiuinę manum ceream formando exprimeret, & ad sanctę Idę tumulum deferret, ibiq; orationum continuaret instantiam Quę iliců intellecta veritatis serie, iter optatum maturare haud segniter cępit, plā tis agilitatem voti auiditas ministrat, æstuatque currē do lōgos breuiare calles. Quo dum festinatò veniēs, luctuosis singultibus opem medicaminis flagitasset, & luminaria ob sanctorum reuerētiam, propter quos & ad quos ueuerat supplicatura, accendisset, salubrior visa consilio, ibidēm pernoctandi permissum impetrauit, ac mox solitum manus vigorem secūdùm pręsagam sponsionem per Dei auxilium ex integro recepit. Sentiens verò paulò mundùm sese maiore quotidiè inedia premi, eò quòd pridēm sub mendicitatis obtextu, vnā stipē tū, sed & qītū adipisci consueuerat:

Ecclesiam ipsam sumptibus ecclesiæ luminaria accēdit. Sanatur manus arida mulieris cuiusdam.

diabolicis tēdiculis irretita, finitima rura deserit, & ubi facilè dignosci nequerat, nefaria simulatione manū mentitur vncā. Nec talis vltorē mali Dominum la tuere doli, cuius iusto examine vltronea fraus haud impunè præteriret: nam mox recenti dono frustrata, in pristinum deformitatis statum, vt priùs, suapte sic tunc redigitur coactè. Aequa utique uice tauta librantur peruicacia, ut quæ dono Dei pauperior fieri verebatur, geminum postea experiretur.

Redit infirmitas.

De curatione hydropicæ. Cap. 13.

ADducta est etiam ad eundem locum alia mulier hydropicā valetudine horribiliter affecta, quę tantum distēto tumuit ventre, ut uix per vllum nisū præpediente mole corporis potuerit efferri. Magna ergò difficultate sacram ædem intrantes qui illam eò uexerant, nocturnas ibi excubias cum ipsa & pro ipsa celebrant, lachrymis sepulcrum, precibusq; crebra pulsant. Necdùm postera illuxit aurora, & totus letha lis humor de illa fœtidissima lacuna effluxit, & omne pauimentum, àc si de grandi tumba aqua uerteretur, excussa perfudit alluuies. Quæ statim laxata cute & ventre vacuato ità leuis est effecta, veluti nunquam tam enormis sarcinæ fastidia pertulisset. Ad sua deindè plus solitò gratulabunda rediit, quæ olim hanc exosa lucem iam in extrema pendebat margine lethi, nec vltrà per sanctæ Idæ merita iustiusmodi infestatur passione.

Sanatur hydropica.

De sanitate quam monialis quædam ibi consequuta est. Cap. 14.

VIculus est nō grandis in Nordegoa Seudinon vocatus, vbi quædam sanctimonialis Vuerensuidis nomine, honestæ inter suos opinionis habebatur. Hæc articularium compaginum destitutione per quinquennium anxiè torquebatur, & quocunquè necessitas viarū medendi causa appulit, aut sagn uel alin gestatorio portari consueuerat. Cui etiam Angeli oraculo in visione præcipitur, salutifera venerabilis Idę limina petere, & nullam reformandæ sospitatis diffidentiam fide comitante habere. Hac reuelatione multùm exhilarata, fratrem ilicò suum, omnesque quos poterat cōsanguineos accersiuit, qualę sibi consilium, diuinum contulerit vaticinium, alacriter explicat, & ut cupito itineri ocyùs subueniretur, æstuāter precatur Fauent cūcti eius suggestionibus, ad fertilem signorum deducta est locum, & diem illum ac noctem in orationis studio peruigiles expendcrunt. Cùm verò iam dies albescere uideretur, cœpit pristina virtus sensim reuiuiscere per venas, fibrarum connexio distinctos conglutinat artus, totaque compositio membrorum iteratò reuertitur. Missarum deindè precibus inchoatis, tantum roboris accepit, ut per seipsam oblationes presbytero reddere, & psalteriū propriis potuisset manibus retinere. Prodiit mox in publicum tam stupendum miraculum: ab viroque sexu miatim concentus attollitur, tantoque propensius, quanto magis sanctę Idę Dei ancillæ suffragia vi sibiliter agnouerunt. Remeat mulier insueta gressu ad currum suum, (erat enim de nobilibus) & parum pòst momento perfectè recuperata conualuit.

Sanat ali quādā cōtracta.

De eo qui auditum perditum recepit. Cap. 15.

IN pago Pedargoa homo quidam cephalargię confusione nimis vexabatur, ex cuius intolerabili infestatione per totum decennii spatium auditu priuatus fuerat vsu. Quem in somnis (ut ipsi uidebatur) venustæ

Visu surdis consedam.

nustæ formæ & ninei amictus fœmina compellat, quæ eum Crucem ligneam moliri, in qua capitis sui imago figeretur, clementer edocuit, quam ad sępè dictum oratorium cũ amicissimis sibi fidelibus pro sui deferret restauratione. Expergefactus de somno, iussa perficere non distulit, & fido comitatu, quò fama sanitatum proditrix persuaserat, cursum flectere cœpit. Iam verò mediantis vitæ terminum transgressi, sinistræ quidem auris obturatio reseratur, altera adhuc prisco stupore conclusa, & per hoc mirabile indicium meliora ausi sperare, residuum viæ, kyrieeleisõ cantando, peregerunt. Ad atrium interim psallentiũ turba peruenit, dũm eccè dextera auris subitò crepuit, veluti sarmentum torridum subitò frangeretur, ità ut e vicinò adstantes stupore hebetati, hunc ibidem coniectarent supremo vitę periculo citiùs occasurum. À quo crepitu mox tabifluus de aure humor cępit emanare, totaque discessit sanies, donèc venenoso liquore penitùs egesto, redimuo rursùs auditu donatur, veris euentibus somnii assertionem in seipso expertus. Hoc certè miraculum non rarus quilibet inspector, sed omnis penè plebecula, quæ ad ecclesiam solenniter cursitauit, ad declarationem meritorum beatæ Idæ cognouit ostensum.

Surdo redditur auditus.

De cæca illuminata. Cap. 16.

Congruit superioribus miraculis illud quoquè, quod sub præscripti oratori religioso presbytero Bilone ad nostram notitiam per multorum ora volitauit. Tempore quodam cùm plurimi ad easdem dicatas reliquias cateruatim cõfluxissent, mulier capta oculis etiam interfuit, quę eo magis præ cæteris intẽtiùs orauit, quo visibilium rerum maiori affligebatur dispendio. Cùm verò Missarum celebratio circa horam tertiam ageretur, cępit illa magnis precibus circũstãtes exposcere, ut presbyterum ad se facerent venire: quo præsentato, sic eum mulier percontatur: Estne (ut reor, aut uisus me fefellit) quòd alba & stola nunc sis indutus? Ille ità ut dixerat veraciter esse affirmauit. Ait illa, Et ego, inquit, nec talem vestis candorem, nec ullum omninò colorem per uiginti annorum curricula merui videre, sed nunc per sanctorum istorum patrocinia clarè præsentem hic populũ cernere possum. Dum hæc illa retexeret, intenti omnes ora tenebant. Et eccè sanguineæ lachrymæ per genas guttatim effluentes, totam faciem cruentabant, nouáque lucem degener albugo oculi aufugit. Tali ergò ordine acutissimis luminibus potita, vniuersos qui aderant, & beatæ Idæ sanctitatis reddidit testes.

Mulier cæca videt.

De dæmoniaco curato. Cap. 17.

Cum festum Pentecostes celebratur, maior frequentia hominum quàm aliis temporibus ad locum hunc anouatim confluit. Quo tempore dum ad Missam sanctum recitaretur Euangelium, dæmon atrocissimus vnum è turba ephebũ infesto ausu violenter inuasit, & in conspectu omnium horrendis agitationibus & gruoitibus uexauit. Quem mox non parua iuuenum constipatio, donèc Missæ preces finirentur, magna difficultate detinuit, eumque, licèt totis conatibus reluctantem, ad memoratum traxerunt medicabile sepulcrum. Tunc presbyter populum ad uota confugere, subsidia ac sanctæ Idæ fideles patrocinium admonuit implorare. Fit mox iugis instantia precum, ferit æthera clamor, nec antè ab incepto cessatum est opere, quàm spurcissimus prędo mancipium Christi deseruit, seque garriendo vacuas recepit io vmbras. Quæ enim (ut scriptum est) societas luci cum tenebris? quæ verò familiaritas vasi iniquitatis cum loco sanctitatis? Hinc fidelium cordata sagacitas perpendat quantæ dignitatis eminentia eius spiritus apud superos sit præditus, cuius cinere diabolicã peruicaciam suis sedibus potenter eliminant.

Liberat dæmoniacus.

2. Cor. 6.

Qualiter fœmina curua subitò sit erecta. Cap. 18.

Alio quoque tempore ad easdem reliquias mulier quædam, nomine Vuerinhild, in carrruca tranluehitur, quæ ità neruis cõtractis & inclinatis erat, vt pectus genibus videretur inhęrere. Pedes quoque deformi specie habebat in posteriora transuersos, vndè dolendum cernentibus præbuit spectaculum. Vbi dum effœtas corporis vires intentissimè supplicandò fatigasset, succedente aurora, cùm iam Phębea lampade nemorum cacumina rutilare cœpissent, repentè in genua sursùm erigitur, & integerrimè restituta est sanitati. Miratur fœmina peregrina vestigia, nouis incedens plantis: ibique nacta occasione mansitandi, non paruum tempus in sanctæ Idę famulatu resedit.

Mulier curua erigitur.

De mulieris sospitate restituta. Cap. 19.

Ciuitas est in Saxonica quę Sosatium appellatur, commanẽtium populorum frequentia nobilis, vbi etiam mulier de Sclauorum gente oriunda, fertur cõmorari, quę toto trienoio tantam debilitatẽ à genibus vsque deorsùm pertulit, vt steriles artus ob diuturnam infirmitatem iam frigescere uiderẽtur. Trahebat misera per terram inutile pondus, ac ꝓpriis priuata incessibus, duorum baculorum sustentatione pedum vice vtebatur. Quæ dum beatissimæ Christi famulæ prędconia ceu solis radios longè lateque dilatari & omnigenis necessitatibus profutura ꝑdisceret, restitutionis suę sanitatis ipsa etiam cupida, assumptis secùm cereis, ad destinatum locum non sine maximo labore peruenit. Oblatis ergò suis munusculis, cœpit reptando manibus sacratam glebam appetere, crebris eiulatibus anhelum trahere & deuotè tundere pectus. Cuius protinùs votis diuina medicina adfuit secũdandis, & quid ab electa sua vernula miserandæ fœminæ affectio extorqueret, propitia Deus aure suscepit. Surgens nanque ab oratione, solidatis substitit talis, & naturalis calor renascentem cutem reuisit, ac prisco omnia lętantur robore membra. Hoc optatiuo modo desiderii sui compos effecta, dignas liberatori suo Christo retulit grates, cuius citissima ope, curationis suæ efficaciam, beatæ Idæ medentibus meritis, consequuta est. Baculos uerò, quibus olim innitebatur, ob monimentum rei posteris diffamandę, ad fores ecclesiæ suspendit, & ad sua gaudens recurrit.

Debiles pedes mulieris cuiusdã curantur.

De eo qui omnibus membris erat contractus. Cap. 20.

Nec illud silentio tegendum esse miraculum suspicamur, quod ad nos usque, fama diuulgante, rata fidelium assertio transmisit. Non multorũ post hæc interiecto dierum spatio, homo miser & miserabilis ad suprà memoratum absportatur capacem signorum tumulum, cuius facies ad genua vsque, quadrupedum more, prona ad terram vergebat, reliquis nullo vsui habilibus membris. Huius dedecoris damnum per nonnullos pertulit inglorius annos, mortalibus horrendum visu portentum ostentatus. Is etiam medicanti cumbę appositus ore (quod solùm potuit)

& sensu,

& sensu, ibidèm status sui orbitatē luctuosè conquestus est, & eos, quibus infractionis suæ angor propter Deum mentes permulserat, vt ità facerent, cohortatur. Monet intuentes eius lugubris exoratio, & tam dira corporis eneruati dehonestatio: fundit generatìm preces eo quisque fructuosior, quo corde compunctior, sicque pro vno, vnum omnis interpellat Deum. Istiusmodi autem oratiunculis prælibatis, non distulit fœcunda Domini clementia per sanctam suā tyrunculam destituto homini medelam impendere, quæ Dominicis iussis, quoad viueret, sua nunquàm destitit colla mancipare. Expleto namque deprecandi studio, dum singuli se subrigere cępissent à pauimento, vitali quadam intrinsecùs perfusione corpus eius, ut ipse asserebat, concaluit, & petita solus leniter per membra cucurrit. Hac incognita cūctis delibutione re pentè cataplasmata vires resumpsit insuetas, & humana effigie flexilis artuum compago decoratur, donèc Domino fauente sensim se erigere cælumque videre cępit, simul & erectos ad sydera tendere vultus. Magnis ergò gratiarum laudibus saluatori Deo persolutis, ad propria incolumis remeauit magalia.

Cōtracta sospitati et integritati restituitur.

LIBER SECVNDVS.

Quòd signis S. Idæ nulla scripta sufficiant. Cap. 1.



HVIVS itaque benedictæ Dēi matronę diuersa diuersis tēporibus enituere miracula, veridicorum testium annotatione suffulta, quæ tanto liquidiùs auditoribus seu etiam lectoribus credenda patent, quanto continuis vicibus visibiles sanitates, hæc attentiùs commendant. Nec enim pristinis temporibus ab afflictorum releuationibus eam feriatam esse confidimus, licèt plurima nostrę notitiæ sint subtracta, quæ illorum, ut subtà memorauimus, præsbyterorum videlicet insolentia silendo preteriit, qui non locum, sed quid loco conferretur, auidissimè intendebant: Et quippè vsque adeò quorūdam inepta inoleuit, vt sacrati pulueris ædiculam floccipendentes, suis potiùs instituerent repositorum usuris, ac omni penè honestatis cultu derogato, q̄sq; reb⁹ propriis cōsulens, animum ad alia vagari permisit. Aliquorum tamen proteruiam detestandam digna audiuimus talione mulctatam. Sed quia vicinis requiei suæ annis ista increuerit negligentia, nullus qui virtutum eius æmulus videtur, fidelis ambigere potest. Ex quo enī preciosus inibi thesaurus recondebatur, vsque ad uenerandi nostri patris Hogeri tempora, sub Rege Arnulpho, locus ille iuri fuit addictus excellentissimi ducis Ottonis. qui huius serenissimi Augusti Ottonis extitit proauus, à quo idem venerabilis Abbas ipsam regiam curtem, aliis repensis possessionibus iuxta legalem cambiebat ritum, ac deincèps nostri conuentus proprietate, id est S. Ludgeri perpetuò usque in præsens cernitur perdurare. Exindè nostrorum solertia, sancta studiosiùs latibula incoluit, & prioris ignauiæ squalore defecato angustis curauit addere rebus honorem. Tum quoque intercepta pridèm sanitatum exhibitio, optato plurimis rediit omine, & quotquot huius muneris rumor adsciuerat, Domino secundante reduci certatìm abierunt indè meatu. Omnia autem ea velle differere, quæ eò loci beatæ Idę opitulamina patrata audiuimus, non nostra opis est, eloquii, sensus, aut sermonis aptè extrahere: numerum enim excedunt. Pauca siquidem ex multis huic opusculo inseruimus, imperitię nostræ tātùm sufficientia, qui prorsùs Rhetoricorum ornamentorū ignari sumus, insipidæ saltèm rusticitatis agresti edulio vix pasci meremur. Sed quantum in nobis est, illius ucique datum est à quo inchoat esse omne, quod tendit ad non esse. Cuius gratia adiuti, residua adhuc miracula, prout quimus & in veritate sentimus, repetere studebimus.

Antiquorū patrū, magna silētij īsolētia.

Multa S. Idæ miracula non exarata literis.

Qualiter æditus pro negligentia sanctorum sit correptus. Cap. 2.

RES quam explicare conamur, illis diebus accidisse refertur, quandò prædictus Bilo nōdùm in pſbyterum promotus est, sed apud Hertzfeldienses officium custodis administrauit, quem in eiusdem gremio loci quandiu vixerat, deuotis nouimus insudasse obsequiis. Magno enim illic à primęua ętate delectabatur amore, ac pro uirium suarum modulo, si quid potuit, ibi honestatis impendit. Sabbatis quoque, & cęterarum festiuitatum pręcipuis vigiliis ecclesiā verrere, altaria obuelare, cereos accendere, ac beneolentibus herbis spargere humum consueuerat. Quē huiusmodi obedientiæ sedulò insistentem quadam noctę incognitę personæ species in somno his verbis seueriter affatur: Benè quidem te & utiliter hac in re egisse approbo, qua ecclesiasticis cultibus componendis magnoperè deseruis, sed valdè in hoc tua redarguenda est stolida temeritas, quia egestoa quisquiliarum & purgamentorum ab ecclesia aceruos ad sāctorum tumulos effundis, & salutiferam humum cœnosis sordibus profanare pręsumis. Caue ergò, si saluti tuę consulere velis, nè vlla tibi vlteriùs dehonoratio loci fiat. Huius scilicet piaculi se notabilem & ipse publicè professus est, & talibus elogiis repręhensum, cum intamento affirmauit. Ille posteà cautè interdicta uitauit, seque ad comminantis monita emēdatiorem in posterum dedit. Hinc beneuolus lector diligenter animaduertat, qui sacra monumenta destinato animo profanare præsumit, quāta seueritatis cēsura sit plectendus, si & ipsi culpa impingitur, qui per ignauiam & non per malitiam (quantum nobis coniicere licet) cōtigua illis loca improuidè attrectauit. Ideò perspicuum efficitur, quia Dominus custodit omnia ossa sanctorum, dum ea & in terris manent sēper, & in Dei regno sine lethi pauore eorum nomina laudesque manebunt.

Sanctorū sepulcra, nō sūt cœnosis sordibus profananda.

Psal. 33.

Quomodò infantulus ad tumulum eius perducitur, & quid de eo gestum sit. Cap. 3.

MVlier quędam de Saxonia miserandæ prolis erat genitrix, cuius facies à primò natiuitatis ortu ad scapulas reflexa inconuertibili stringebatur rigiditate, monstri cuiusdam potiùs quàm hominis prætendens effigiem. Hæc portentuosa deformitas anxiæ matri luctuosa admodum contulit suspiria, & tolerabilius arbitrabatur malum, si nunquàm puerperium pertulisset, quam semper increscentibus curis vixisset. Audita autem curationum gratia, quas per sanctam Idam languentibus Dominus clementer impartitur, dominam suam festinanter adiit, & illi infortunii sui euentum exposuit, atque ut eius adminiculo cupitum perageret iter, gemebūda poposcit. Paruit illa quò postulantis & quò æstuantis optio compulit, secum mulierem cum transuersa sobole aduexit, ac oratione præmissa, domina per se infantulum super altare locauit, hæc subitò obortis lachrymis inquiens: Si tua apud Deum interuentio, o beata Ida, huius pusioli reformationem obtinere dignatur, tuo illum famulatui mancipandum protinus perpetuo iure cōdono. Hanc illicò sponsionem oratio, & orationē exau-

Parit quædā fœmina filiū fœtum.

Offert domina sua famula prolem beatæ Idæ.

dutio

Infans re stituitur in tegrum.

ditio comitabatur. Nam sub horulæ ipsius interstitio, cunctis intuentibus infantis ceruicula repentina ratione reflectitur, vultusque in suum compactus statum, decenter ornatur, nulla ea hinc prioris damni stigmata monstrans. Minor mox in explendis uotis non fuit acceleratio, quàm in agendis Deo laudibus acclamatio, ac lætis successibus domum se conferentes, Dei circunquaquè magnalia disseminare gaudebant.

De eo, qui pedem cum tibia habebat ad posteriora retortum. Cap. 4.

ACcidit quoque tempore quodam adolescentulum alium huc adduci, cui dextrum crus cũ pede ita ad posteriora erat resupinatum, ut illud nullatenùs ad terram ualuisset deponere. Ad huius miseriæ cumulum sinistri lateris vexationem non modicã patiebatur, ac per hoc omni penè sanitatis spe destitutus, non solummodò debilitatem, sed etiam inutilis membri pondus pro subsidio gestabat. Iste etiam piæ parentum solitudine coram venerabili transpositus vrna, generali omnium consilio, voto se obligauit, vt si ambulandi potestate beatæ Idæ intercessione vtcũque donaretur, eius famulitio semetipsum perpetuo iure offerre non differret. erat enim ex libera progenie natus. His conditionibus prælibatis, postq̃ diù fuit oratum, impressus alieno loco pes paulatim videbatur dilabi: tosis quoque diutina ligamenta laxatur, totaque lateralis compago vitali calore delibuta in pristinum vigorem animatur. Qui deindè processu temporis sanitate crescente, adeò conualuit, vt licèt claudicante adhuc pede per se gressum figere potuisset, ac non multò pòst sine baculi sustentaculo ab eo quem priùs portabat, ipse cępit portari, & portatorem suũ benigno attrectauit intuitu. Promissi autem sui non immemor, pro resumpta sospitate in eodem loco sanctis seruiturus libera colla submisit, ac totũ vitę æuũ in beatæ Idæ obsequio expendere decreuit.

Offert se quã claudicatione S. Ida.

Curat à sua claudicatione.

Sanctæ Idæ gloriam, neminem perfectè numerare posse. Cap. 5.

STupenda summi largitoris magnalia, quibus electos suos in terris mirificauit, ad dignè conscribendum valdè perplexa videntur, & quãtum humana capacitas sensu apprehendit, ab omni indagationis calculo in prima admirationis frõte resiliunt. Si enim humana sapientia (etiamsi omnes suos neruos intẽdat) temporariam illam claritatem non sufficit de uerbo ad verbum suis coloribus depingere, quanto minùs ipsam æternam perfectionẽ delineare poterit? Humanã quippè refugit notitiam, q̃ magna multitudo dulcedinis cęlestis his præparatur, qui Deum diligũt & colunt in ueritate. Interim innumera quoq; sanctorũ millia, quæ per orbem quadrifidũ orthodoxa ueneratur religio, multò numerosior eorum æstimatur frequentia, qui mortaliũ cognitioni subtrahuntur, & solius remuneratoris sui obtutibus irradiantur, nec tamẽ minimus eorum capillus despectui habetur. quãuis enim alii ab aliis propter obscuritatem famæ impariter impari perfruantur honore, omnes tamen pariter pari ęternitate sublimantur in astris. Hinc & venerandam suam beatam Idam Dominus sub telluris aggere non passus est occultari, sed latitantẽ sub modio lucernam gratissimũ multis speculum facere decreuit, vt eminentiori loco posita, uastiores etiam sanitatis radios eminùs dilataret: Saxea scilicet arca, in qua veneranda eximiæ mulieris ossa recondita, terræque fuerunt commendata, inuisibili quadam mobilitate sursùm cœpit emergere, & quasi uiolentiam terrenæ molis dedignata, contra prementem se intrinsecùs luctabatur, sicque per nonnullos annos sensim erumpẽdo, seseque liquidò intuentibus ostendit, donèc fundiciis ab humo sequestrata, in superficie pauimenti integra resedit. Tanto quippè deposito idoneum terra non inuenit hospitium, vndè & eius non præualuit sufferre consortium. Quòd si quenquam huius rei quasi fictæ (quod absit) æmulatio tacita angit, testem inuitamus Deum, nos plurimos in hac luce vidisse, qui supremum non ampliùs operculi verticem in sua pueritia apparuisse, & postmódùm id, quod nunc cernitur, exuberasse testantur. Si verò huic adstipulationi nec fidem accommodauerit, eccè in promptu habentur ex gratia Dei, quæ dicuntur: si aures illum refellunt, oculorum hæc iudicio probet, & probando credulus fieri discat. Miramur ergò, & indubitanter veneremur, non fortuitam, sed semper essentialem misericordiam Domini, ex cuius præuentione tam frugifera apud nos pullulauit oliua. aliorsùm enim ista & his similia non interpretantur, nisi qui animæ suę detrimenta sectatur.

Psal. 30.

Multa iã ctorũ millia q̃ hominum cognitioni trahunt.

Saxea arca eius, sponte è sepulcro sursùm exurgit.

Quomodò fama beatæ Idæ etiam Episcopum Dodonem non latuit. Cap. 6.

ALiquanta ex parte commemoratis miraculis, per quæ beatæ Idę sanctitas vicinis populis saluberrima innotuit: non incongruum suspicamur de translatione sanctarum reliquiarum aliquid huic nostrę historię strictim inserere: ut vndè beati funeris promotio certior, indè auditoribus maior religio accrescat. Nec enim scientię nostræ gracilima scintilla, laudum illius erit exors, quam ad multorum tuitionem de occiduis mundi partibus in has terras superna perduxit clementia. Cuius etiam inexhaustę largitati iure imputatur, quòd Saxonicis in atuis talis margarita reperta est, ac tam humilem situ planitiẽ preciosissimis dignatur ditare pignoribus. Huiusmodi miraculum rumusculis dum plurimorum animos permulsisset, ad Reuerendissimum quoque Mimigarfordensis Ecclesiæ pręsulem Dodonem, huius rei notitia peruenit. Tantis ille congratulans bonis, quòd vel suis temporibus, aut in loco suæ prouinciæ subiecto, hæc maximè euenire debuerant: opifici omnium Deo immensas referebat gratias. Vndè cùm famosior quotidiè de his relatio increbresceret, visum est seniori nostro Ludolpho eundem præclarum Episcopum precibus conuenire, quatenùs beatę Idæ ossa de tumulo in ecclesiam transferre, ac eius basilicæ consecrationem peragere dignaretur. Huius exhortationis efficaciam, fratris nihilominùs nostri Hugij beneuola iuuit industria, cui id temporis illis in partibus nostrarum procuratio rerum fuerat iniuncta, qui & eandem ecclesiam non modica restauratione nobiliter ampliauit. Cùm verò huius nuncii veritas primitùs parochianis innotuisset, videlicèt quòd electa Dei tyruncula ad suum oratorium esset deportanda, aceruatim illuc confluentes, reuerẽdis optabant interesse exequiis.

Dodo Episcopus Mimigarfordensis, alias Monasteriensis.

Ad instantiã Ludolphi et Hugij monachorum S. Ida corpus translatum est.

Aduentus Episcopi, & translatio reliquiarum hic describitur. Cap. 7.

TVnc memoratus præsul petitis benignè annuẽs, die statuto superuenit, & sacrosanctum reuisit sepulcrum: ibiq; oratione fusa, quod initiãdum proposuerat, intentissimè summo delegauit consiliario Christo. Pontificalibus deindè ornatus infulis, sacratã aggreditur tũbã, comitãte secũ inferioris ordinis

agmine

agmine dealbatô, vbi primùm seniorẽ nostrum oésq; simul adstantes admonuit, totius bonitatis originem generaliter inclamare Deum, vt suæ uolûtatis effectû in huius facti inchoacione monstrare dignaretur. Licèt enim de sanctæ Dei meritis nullo modo hæsitaret, solita tñ prudentia usus, nil per se inconsultè aut inordinatè agere uoluit. Hac supplicatione præmissa, pari omniû consensu & voto operculum marmoris amoueri præcepit. Quibus iussa maturantibus, suauissima noua fragrantia de monumento eructans, odorifera adstantes iucunditate respersit, ut liquidò oés sẽtirent ob innotificanda beatæ Idę merita illam cęlitûs esse destinatâ. Quo facto, Episcopus sacris exuuiis osculum præbet, & cum oi honore de sarcophago sublenat, necnon & in scrinio illorum receptui aptato diligenter reponit: monachis interim ac clericis psalmos & litaniam instanter psallentibus. Deindè præcedẽtibus crucibus, vexillis, cereis atq; thuribulis, cû dulci modulâtiû cantilena, benignus pontifex cû nostro seniore sanctum gestatorium portandû suscipit, & in ecclesia honorificè super altare collocat. Ibi quoque aliqua gesta de beatæ Idę sanctimonia populo succinctè recitat, ac mox ipso, Te Deû laudamus, incipiẽte, cunctis laudis succẽtu oia concrepant. Vt autẽ sacrorum pignorum ueneratio celebrior alicubi haberet, memoratus pontifex aliquas ex eis secû tulit particulas, quasdã dñs Abbas ad nostrû trãsuexit monasteriû, quas ẽt oés sacris vestibus induti, ad Calendas Decẽbris magno honore & apparatu officiosissimè suscepimus.

Ex sepulcro S. Idæ suauissimus odor emanat.

Eccè antiquũ & laudabilẽ ecclesiæ ritũ & usũ cereorũ, vexillorum, etc.

Beat Idæ & consecrationis ecclesiæ indicta festiuitas. Cap. 8.

HIs ità peractis, venerandus antistes australẽ ecclesiæ structuram, id est, turrim in honorẽ sanctæ Dei genitricis Mariæ ac sub beatæ Idæ nomine cõsecrat, cunctisq; in uicino degentibus diẽ translationis & dedicationis annuali semper recursu solẽniter feriandû & celebrandû iubet. Tanta rerum congruentia dum strenuè cuncta perpetrauit, populum benedictione Dei munitû ad propria ire permisit, ipse quoque cû suis indè discessit. Facta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis nongentesimo octuagesimo, 6. Calendarû Decembriû die, Feria 4. Indictione octaua, Imperante victoriosissimo Cęsare Ottone, Anno ex quo cum felicis memoriæ seniore Augusto genitore suo regnare cœpit vigesimo, ex quo augustalẽ Monarchiam solus obtinuit anno octauo. Super oïa regnante ęterno principe Domino nostro Iesu Christo: Cuius imperii authoritas totius orbis frena solo moderatur arbitrio, & à cunctis creatis per oia celebrat, laudat adoratur, & spes & ois fiducia nostra in illû tãquàm redẽptorẽ, saluatorẽ, protectorẽ nostrû colloca tur, ipsi soli honor & gloria in secula seculorû, Amẽ.

Dedicat ecclesia Mariæ Virgini & S. Idæ.

Otto II. hic fuit.

MARTYRIVM SANCTORVM Martyrum Eudoxii, Romuli, Zenonis & Macarii, Authore Simeone Metaphraste. Capitula margini adiecimus.

5. Septembris. Cap. 1. Impium edictum Traiani Imperatoris.

TRAIANO impio Imperatore in excitandû errorẽ simulacrorû magnû quidem studiû cõferente, valdè aût & atrociter spirante aduersùs pios: & alii sacrificare dæmonibus, & ante omnes cogebâtur milites. Literæ enim Imperatoriæ mittebâtur i oés partes, vrgẽtes ad impietatẽ, & Christianos cogentes uel sacrificare, vel uarius subici suppliciis. Quæ qdẽ postq̃ venerût ad exercitû, q erat in Oriente, illi quidem eo tẽpore ea cõparauiss, quæ ad bellum pertinebant, continuisque & grauib' exercentes militiæ meditationibus, alioqui autem religionem amplectentes, nihil curabant literas illas Imperatorias. Qui, cùm magna pugna eis esset exorta, præclaram aduersùs inimicos obtinẽt victoriã. Hoc fuit relatum ad Imperatorem Traianum. Ille autem propterea, quòd sua edicta despexerant, ne communis quidem omnium boni, nempe victoriæ, vllam ducit rationem: sed eos, qui Imperatorias contempserant cõstitutiones, (erant autem numero vndecim millia) relegat in Armeniæ Melitenam, & loca, quæ circa eã sita sunt. Reliquus verò exercitus erat in metu propter eorum relegationem, nè dolore affecti, molirentur res nouas, & eis aliqd mali afferrẽt, ut q nec Christianissimi, neque propter Christum susceptæ relegationis, fuissent eius socii. Verùm illi nihil tale fecerunt, aut cogitarunt: sed ut qui erant discipuli eius, q est verè mitis, fuerunt etiam imitatores mansuetudinis & lenitatis magistri, & placidè ferebant exilium & minimè ægrè ferebant contumeliam.

XI. millia Christianorum militû relegantur in Armeniam.

Cap. 2.

Romulus autem, aulæ Imperatoriæ tunc Pręposítus apud Traianum Imperatorem, neque ei, neque eius metu omninò dicebat expedire ea, quę facta fuerât. Ille autẽ, cùm oporteret Romulo agere gratias, ut q beneuolé esset in eum affectus, stultè & ingratè se gerẽs, eû potius maledictis insectabat, & ei irascebatur, & tanquàm crimen obiiciebat, pietatem. Romulus verò uerba illius ne tantillùm qdẽ curans, gloriabatur potiùs contumeliis propter Christum susceptis: & ardentissimo eius zelo in animo accensus, liberè quidem & effusè illius deos probris insectatur: Christum autem apertè confitetur, pietatem audacter profitetur. Magis itaque irritatus Traianus, iubet eum extendi, & virgis cædi. Romulus autẽ magno & forti animo plagas accipiens: Nunc scias me maximo affici beneficio, exclamabat ad Traianum. Corpus enim, quod hoc rubro mihi sanguine circunfluit, abluit sordes, quas contraxit ex nidore simulacrorum: & induitur anima munda tunica incorruptionis. Non tulit hæc Traianus, sed maiori ira percitus, ei celerem cõparat liberationem, & breue efficit martyrium: & decernit, ut caput Romuli amputetur. Atque ille quidem lubenter ensem adspexit propter Christum, & iucundissimè subiit stadium martyrii.

Romuli præfecti Palatii egregia virtus.

Plectitur capite.

Cap. 3. Diocletiani imanitas.

Cùm multum autem intercessisset temporis, Diocletianus quidem sanguine intestino & tyrannidè inuadit imperium: contendit autem eos, qui præcesserant, Tyrannos crudelitate superare & impietate, & ostendere illorum sæuitiam fuisse humanitatem. Vndè etiam ad eos, qui illius parebant imperio, edicta ueniebant frequentia, ut omnes vel cum eo communionem impietatis susciperent, vel mors esset eis pœna inobedientię. Christiani itaque propter sæuam & immanem illius iram, alii quidem malebant cum feris habitare in solitudinibus, quàm simul cum hominibus: Alii autem montes, & speluncas, & quæcunque celare poterant, subeuntes studebant, quoàd eius fieri poterat, uel ipsum Solem latère. Eo tempore defertur quidam uir pius, & planè indignus, qui lateret. Ei nomen erat Eudoxius, aut Marianus: erat enim utrumque ei nomen proprium. A dignitate autem primiceriatus expulsus propter amorem Christi, descenderat ad inferiorem Comitum dignitatem: quam quidem etiamsi non fuisset consecutus, satis tamen habuisset eum solum sequi, quem desiderabat. Defertur autem ad eum,

Eudoxius primò Primicerius, indè Comes.

eum, qui tunc erat Præses Melitenæ. Qui cùm de eo singula intellexisset, qui ipsum adducturi essent, emittit protinùs. Hoc autem cùm non latuisset Eudoxiū, viliori ueste indutus, nè esset manifestum quisnam esset, se ostendit iis, qui missi fuerant. Cùm eum ergò conuenissent, & nondùm eum illum esse putassent, vbinàm versaretur Comes Eudoxius, eum rogarunt. Ille autem: Si meum tectum subire volueritis, eis dixit benignissimè, & à labore itineris vos parùm recreare, mensęque & salis mecum esse participes, ego ostendam vobis eum, quem quęritis.

Inuitat suos hostes ad cōuiuium.

Cap. 4. Seipsum indicat, quis sit.

Cùm ergò parasset conuiuium, eos excipit liberaliter. Illis autem mensa satis exhilaratis, & promissū indè exigentibus, & rogantibus, ut eum ostenderet, quem quærebant, ille continuò eum, qui erat intùs, aperit Eudoxium, dicens: Ego sum quem quæritis. Hoc gladio vehementiùs illorum percutit animū. Et respondentes, dixerunt: Non te prodemus, qui nos accepisti conuiuio, neque pro hospitalitate tam malè referemus gratiam. Sed hoc ad nostram sufficiet excusationem, quòd cùm in quærendo multùm laborauerimus, non potuimus tamen inuenire Eudoxium. Illi quidem pro hospitio has Eudoxio retulere gratias: ille autem, qui & sciebat latère, cùm opus esset, & rursùs non latère, quandò huius rei esset tempus (diuina enim quæ aderat gratia, & docebat athletam, iussit vt eos sequeretur) cùm vxorem vocasset Basilissam, aut si velis Mandanem: nam eam quoquè duplici nomine vocabatur: ei mandat, quæ spectant ad familiam. Et cùm omnia eius curæ commisisset, hoc quoquè postremū & germanum ei dat mandatum, nè eius defleat decessum, neque propter mortem eius lamētetur: sed lampadibus & alia lætitia potiùs illum diem honoret. Statim ergò suam quidem cognationem despicit Eudoxius: obliuiscitur autem propter Christum sui amoris in filios, valdè & ineuitabilis vinculi parentibus. Vt enim illum lucrifaciat, omnia damnum existimat & stercora, & uadit ad Præsidem.

Omnia relinquit propter Christum.

Cap. 5.

Is autem cùm ipsum vidisset: Salue, inquit, Comes Eudoxi. Ille autem ei uicissim reddit salutem, dicens: Tu quoquè salue, Præses. Præses autem rursùs: Tuam, inquit, accersiuimus claritatem, ut iussis pàreas Imperatoris, & diis, ut par est, offeras sacrificium, & maximè patri omnium deorum magno Ioui, & Phœbo Apollini, & charæ uirgini Dianæ. Martyr autem: Mihi unum est, inquit, sacrificium, sacrificium veri Dei, qui hoc produxit vniuersum: & ei sacrificabo sacrificium laudis, qui est Deus in Trinitate personarum: uitæ autem suppeditator, & veræ salutis dispensator. Quos autem deos nominas, ligna eos video & lapides, nihil differentes penitùs à quauis alia inanima materia. Ad hęc ille non ualèns intueri (Quomodò enim, qui dormiebat oppressus profunda crapula impietatis?) Ego te, inquit, sum hortatus, ut exequereris iussa Imperatoris, & diis faceres ea, quæ solent fieri: Sed tu, ut uideo, & deos despicis, & Imperatorem, ut qui, quos ille quidem colit deos, tam impudenter probris affeceris & contumeliis: nouam autem præter hanc introducas religionem, & ut eam suscipiant, (ut ad meas aures peruenit) multis persuadeas. Hæc dicebat Præses, multis militibus circunsistentibus. Quos ille interim toruè & ferociter intuitus: Quicūq; ex vobis, inqt, iussa regia nō sequimini vos militaribus tunicis exuentes, cognoscite esse nudos ab insignib' dignitatis. Cur hoc aūt dicebat ille iprobus? Vt si qui propter militiæ societatem benè uellent Eudoxio, & essent in eadem, in qua ipse, sententia, erubescerent ipsi soli deficientes in tanta multitudine: existimabat enim eos omninò esse pau-

Eius præclara vox.

cos: & simul quidem volens pudore afficere Eudoxium, qui sic uideretur sentire diuersa à toto exercitu: & si solum eum inuenisset, de eo faceret quod vellet. Sed qui apprehendit sapientes in astutia eorum, id, quod excogitarat, conuertit in eius caput. Nondùm enim totam absoluerat orationem, & egregius ille Eudoxius (Tunc enim erat indutus insigni magistratus) zona statim ablata, eam proiicit in faciem Presidis. Hoc autem uisum est aliis adhortatio & zelus: & totus, qui circūstabat, numerus, qui erant mille, centum & quatuor, bono exemplo protinùs vtentes Eudoxio, ii quoquè proiecerunt zonas in faciem illius.

Iob 5. 1 Cor. 3.

Mille centum & quatuor milites abiiciunt zonas militares.

Cap. 6.

Dubitans autem Præses de multitudine, rem defert ad Diocletianum. Ille autem authores quidem tantę audaciæ iubet grauissimis affici suppliciis: sententiam autem de aliis ferendam, relinqui senatui. Hanc cùm ille accepisset potestatem ab Imperatoris amentia, generosū Eudoxiū sistendū curās pro suo tribunali: Stultas, inquit, quęstiones, & linguę mittens contradictiones, tua sponte diis sacrifica. Nam alioqui, ut id inuitus facias, omninò coget acerbitas suppliciorū. Et statim enumerauit vincula, & plagas, & carcerē, & ignem, & quæcunq; vel solo auditu sunt grauissima: Caligastis uos quoquè, sat scio, hęc audientes, & anxii estis de narratione eorum, quæ deinceps sequuntur, nisi scilicet ea oratio cōturbarit athletā. Sed estote bono animo. Maiorem enim ei flammā accendit pro pietate, quod putaret se sic longè præclariorem esse consecutum coronam victorię. Ei itaque dicit martyr: Ludis, Præses Hæc ego existimo puerorum terriculamenta, adspiciens ad eas, quę sunt illinc, remunerationes, & pendens à sola munifica dextera mei Agonothetæ Christi. Nam me terret ille ignis, qui sopiri non potest, & stridor dentium, & quæcunque alia acerbissima sunt parata iis, qui Deum aspernantur, & ei non obediunt. Hæc autem tua, sunt mihi planè ludus: & ignis, quem mihi minaris, est uel ipsa aqua frigidior. Ensis aūt me afficiet beneficio: me.n. mittet ad quę desidero: & pro hoc quidem Sole, qui occidit, & cito absconditur, reddet mihi Luciferum illum, qui nunquàm occidit, & suauem radium emittit inextabilem: & pro hac mundana, & quæ paulò pòst non erit, visione, ea quæ sunt firma ac stabilia, & perpetuò permanent: deos autem existimare, lignum & lapidem, & aurum, & argentum, quod manus formauit, & ars poliuit, oculosque & manus, & reliqua mēbra eis insculpsit, quomodò non est magnæ amentiæ?

Virile Eudoxii pectus.

Omnia tormenta corporalia sanctis martyribus ludus sunt.

Cap. 7.

Excipiens autem Pręses: Videtur, inquit, tanta lenitas & mansuetudo te ad tantam adducere stultitiā & audaciam. Sed tuam quidem in nos contumeliam, quod ad nos quidem attinet, tolerabimus: ipsos autē deos, & Imperatorem pati à te contumelia affici, planè est stultum, & non multùm abest ab amentia. Deindè martyr: Immò uerò, inquit, sunt hęc grata iis, qui sapiunt, & non sunt emotę mentis. Hoc maiori furore concitat Præsidem: & statim iubet athletā extensum, à quatuor hominibus recentibus loris verberari crudeliter. Cùm autem iamdiū cæsus, incorporeā ostenderet philosophiam in mortali corpore, & se primùm turpiter irrisum vidisset Tyrannus, martyrem quidem relaxauit à plagis, conicit uerò in carcerem. Cùm autem aliquot dies moratus fuisset in carcere, rursùs eū iubet sisti, &, Num te, inquit Præses, aliqua subiit pœnitentia, & resipuisti ab illa rabie & insania? Ille autem generosus: Nondùm, inquit, ut uideo, intellexisti res nostras: sed benè scio, fore ut intelligas, & eas, licèt tardè, discas, quādò magis fueris periclitatus, & me acerbioribus subieceris suppliciis. Hàc nō ferēs Pręses irrisionē, sed lōgè acriore percitus isania,

S. Eudoxius loris caditur.

Atrocissimè vexatur.

ferreis

ferreis globis conterit ceruice, & eius emonet articu los,quod quidem est omnibus mortibus acerbius. Adhibita est ergò hęc noua & insolita athletæ machina tto Ille antem stabat tanquam torris, quæ non potest expugnari,ne tantillum quidem labesactatus illius in fultibus . Præses itaq; cùm non ferret se iam turpiter ab eo superari,eum morte condemnat. Satis enim du cebat,si vel sic ab eo liberaretur.

Cap. 8. Cum eum ergò accepisset multitudo lictorũ,postquàm peruenerũt ad locum supplicij , martyr manus & oculos simul tollens ad cælos:Domine Deus,inqt, *Gen. 4. 15.* qui Abelis suscepisti sacrificium, Abrahæ oblationes: eorum,qui fuerunt à seculo,martyrum & iustorũ sanguinem,longosq; labores,& admirabilem tolerãtiã: tu quoq; nunc benignis oculis meum uide sacrificiũ, & nè despicias Domine hunc paucum propter te effundentem sanguinem, qui feruentissimo animo tibi sacrificatur. Eccè enim ut uides , animam propter te *Notabis sancti preces.* hodiè depono. Deinde rursùs adijciens:Consequantur,inquit,benigne Domine,à te auxiliũ, qui propter me tuum sanctũ nomen inuocant. Memento hęreditatis tuæ,quã acquisijsti, & nè eis deficiar, Domine,tua misericordia. Hæc cùm Deo diaisset, illinc conuersus uidet coniugem:& cùm quæ ei priùs iusserat, reuocasset in memoriã,& fidē ab ea accepisset se omnia rectè executuram,hoc postremò ei mandat, vt ei fossam fodiat in loco,qui dī Aminna,& in eo corpus sepeliat.

Cap. 9. Cùm autem eum non parua circunsisteret multitudo, uidet quendam in medio stantem, nomine Zenonem, ei valdè amicum & familiarem , illius mortem *Praedicit Zenonis martyrium* plangētem. Cui ille,ò chare Zeno,tu quidem, inquit, sat scio, nostrã fles separationem : sed Deus,cui ego seruio,& in quem confido, non nos à nobis inuicém seiunget,quos vehemens amicitia,& ardens in ipsum amor coniunxit:sed perindè àc in una scapha nos vitam transmittemus. His Zeno corde accensus & inflã matus,sumpsit audaciam, & continuò omnibus uidentibus & audientibus , se statim esse martyrē est protestatus. Interim autem dum sic clamabat liberè,eũ cō *Zeno decollatur.* præhendentes lictores,vt eis iusserat Tyrannus, caput illi adimunt. Itaque Eudoxii prædictio tam citò effectum est sortita,& ipse amicum Zenonem statim videt consummatũ martyrio . Cùm sic amico prouidisset,quoniam eum quoq; uoa quædam euestigiò uocabat:ipse verò tanq̃ conuiuium quoddam mortem po scebat,beato suo capite ensi dato , moritur post amicum. Eius autem coniunx non solùm corpore , sed e- *Item Eudoxius.* tiam animo , cùm vidisset maritum propter Christũ interfectum, neque eum neglexit, neq; illiberale aut effœminatum aliquid est locuta: sed quamprimùm ac currens , in lanæ quidem uellere suscipit athletæ sanguinem. hoc enim ei mandarat maritus. Cùm autem sustulisset corpus,id honorificè sepelit , vbi iussa fuerat , nec alia quidem illius mandata negligens , non quòd eum amisisset, sed quòd non vnà cum eo excessisset,reputans viduitatem.

Cap. 10. Vndè etiam ad Tyrannum accersita, statim à seipsa accedens, irridebat illius deos , & habebat ludibrio , ne ipsum quidem dimittens immunem à contumelia, qui eos sustineret honorare. Sed tu quidem, inquit Ty *Et uxor flagrat desiderio martyrij.* rannus,hæc facis volens à me interfici, & studens uerò ut aliquod nomen assequaris apud hos impios Galilæos: Ego autē nequaquàm tibi mortem afferam,etsi sis digna pluribus mortibus:nè existimes fore,vt id à me assequaris. Illa autē: Cor meum, inquit,uides meus Dominus ,& mentem accipit ante facta. Non ergò frustrata sum coronis,q̃ à te non fuerim interfecta : sed quod prompto animi studio meipsam sacrificaui , ero cum marito particeps eorundem præmiorum , & paribus fruar remunerationibus. Eam,cúm hæc dixisset, expellit è tribunali.

Cap. 11. Nondùm autem transierant septem dies , cùm glo riosus martyr Eudoxius in somnis apparens coniugi,iubet vt mittat ad prætorium Macarium,suum familiarem & amicum. Ea autem cùm renunciasset Macario visionem, ille quam primùm venit in prætorium. Et cùm satelites , quisnam esset, cognouissent, eum statim compræhendunt, & ducunt ad Præsidem. *Macarij praeclara confessio.* Ille autem statim eum interrogauit,quænam eius esset religio , & quod genus. Is verò: Sum , respondit , Christianus: deos autem gentium, & profundam eorum deceptionem,iam olim didici contemnere,cùm me hoc admirandus docuisset Eudoxius . Hinc fit, vt ego contendam meipsum sacrificare hostiã vero Deo, per quod potero citò ad dominum meum peruenire Eudoxium . Pręses autem postquàm nomen audiuit Eudoxij,& hunc eo gnouit esse illius discipulum ,ille mirandum in modum animi dubius , (sciebat enim se nihil ampliùs effecturum in discipulo , quàm fecisset in magistro) Huic quoquè, inquit , infelici Macario sceleratum caput ense quamprimùm amputetur. *Cades Macarij.* Lictores autem protinùs fecerunt:quæ iussi fuerant. Sicque Macarius fit re vera Macarius , quod est beatus. Et hi generosi viri tale tropheum erexerunt aduersùs communem hostem naturæ , in ipso Christo Deo, & patre principij experte, & sancto & bono spiritu : Quoniam eum decet gloria & potentia , honor & adoratio nunc & semper , & in secula seculorum , Amen

VITA S. VICTORINI EPISCOPI vrbis Aminterninæ & Martyris , ex Martyrologio Adonis Episcopi Treuirensis.



IN suburbano Romæ natale beati Victorini martyris. Fuerunt autem duo fratres,Victorinus & Seuerinus Hi post vtriusque parentis obitum se inuicēm pædagogātes,pari custodia se mutuis ob sequijs æmulantes, germanitatis uinculo probabiles, Deo seipsos hostiam viuam obtulerunt. Cumq̀ne intantum eacre uissent,ut sua omnia perfectionis intuitu relinquerēt , & vendentes res suas,censum earum pauperibus erogassent, Deo expeditiùs seruituri , nudi facultatibus omnibus remanserunt . Alter itaque seruiens alteri, mutua vice & æmula charitate seruiebat. Imperium, libertas . Nihil deerat illis , cum nihil haberent. *Septēbris 5. Victorin⁹ & Seuerinus fratres. Vendunt res suas.*

Igitur Victorinus spirans altiùs , & idipsum , quòd sibi parcebant , imperfectum computans, nec satis sibi factum , si alteri liceret in altero , aut alter alteri seruitium exhiberet : eremum ingreditur , seditque in specu excelsæ rupis , quam subterfluentis aquę geminum sinuarat abruptum , uni tantùm hospitium viro , ut sedens somnum caperet : vel si reciperet alterum , stans oraret . Texerat ostiolum uimine : assiduus in lectione & oratione manebat . Cernit interim inuidus omnis boni , profectum viri , & ferre non valens , simulat se puellam , & ante fores uiri gementia verba ingeminat : Heu , inquit , me miseram , syluis , errore , & tenebris vagam . Locus non agnoscitur , iter quæritur. Quisquis es loci huius inco la , celum vndiquè & syluæ famam uirtutum tuarum opusque ferent : eripe meà frendentibus apris , eripe à sæuientibus lupis ,& à rictibus urso- rum. *Victorin⁹ petit eremum. Vide insidias diaboli.*

rum. Quòd victura sum, tuum erit: si moriar, tuum. Satis superque sufficiat operiri limine tuo. Non longum quæro habitaculum: vnius tantùm noctis hospes ero.

Reserat Victorinus cellam, & hostem, dum miseretur, secum includit. Vix horæ spatium intercesserat, dum inter molimina & assiduum corporis motum, protenso pede tetigit hominem Dei, & uelut compunges vulnere, noxio calore succendit. Addit igniculũ dulcedo sermonis: urget facinus solitudo. Quid moror? Facit casum columna arboris, alta radice quæ diù fundata steterat. Fortiuus amor scelus perficit. Exclamat iam victor Victorini diabolus: Quid agis, inquit, vir perfectissime, cui etiam frater grauis fuit? Iam iũgeris alteri, qui recessisti a tuo? Quid agis, qui nouum dogma syluis constituens, suadebas scopulis castitatẽ? Hæc iactans, ex oculis decepti velut fumus euanuit. At is, qui ceciderat, velut exanguis iacuit. In se autem aliquandò reuersus, syluas deseruit, ad fratrem Seuerinum repedauit: pudore diù vocem supprimens, tandèm causam facti exposuit, ipse pœnam sibi statuẽs.

Rout vir sanctus, dum non cauet periculum.

Findens nanque arborem, manusque per fissuram inserens, preduratam cuneis & pessulo cicatricem arboris claudit. Sed mox Seuerinus factum pœnamque fratris Episcopo suo nunciat. Ille veniens, primùm eum soluere tentat: sed vt repugnantem vidit, orat, benedicit, consolatur, discedit. Vir autem Domini, qui se grauissima pœnitentia damnauerat, Dominica tantùm die modicum panis & aquæ coactus à fratre percipiebat: qui etiam se simili cibo & ieiunio macerabat. Igitur in huiusmodi constrictione triennium voluitur: cumque iam omnes penè mouisset eius in Christo imitanda humilitas, Episcopus ciuitatis rediens, via agere potuit, vt sese à pœna, qua ille memor tremendi iudicij se dãnauerat, absumptis penè carnibus, permitteret resolui.

Agit egregiam pœnitentiã.

Vide inediam.

Quantæ autem sanctitatis postea fuerit, quamque potens in miraculis, non facilè lingua alicuius explicabit. Electus deindè ab vniuerso populo, * Aminterninæ vrbis sacerdotiũ adipiscitur. Indè postmodùm sub Imperatore Nerua, cum alijs Dei seruis Eutyche & Marone, ab Aureliano iudice primò relegatus in sexagesimo milliario ab Vrbe via Salaria: Deindè apud eum locum, qui Cotilias appellatur, vbi putentes aquæ manant & sulphureæ, in ipsis capite deorsùm per horas tres suspensum teneri, ab impio iudice iussum est. Quod cùm per triduum pro Christi nomine passus fuisset, gloriosè coronatus, migrauit ad Dominum. Cumque vna die, iussu Aureliani, corpus eius inhumatum iacuisset, venerunt Aminternẽses populi Christiani, & rapientes, in suum territorium transtulerunt, & honorifica sepultura condiderunt Nonis Septembris.

** Aminternina Creatur Episcop⁹.*

Dirè cruciatur.

Decedit.

VITA S. BERTINI ABBATIS, ex quodam egregio MS. codice, paulò Latiniori & pressiori stylo per F. Laurentium Surium descripta. Sunt, qui putent à Folchardo Bertinensi conscriptam.

Septẽbris 5.

Audomarus ille Episcopus fuit Morinensis.



ANCTVS Abbas Bertinus post beati Audomari obitum multos in Dei seruitute durauit annos, cœtumque monachorum ipsi a Domino creditum, diligens pastor multa animi solicitudine sub directo sacræ regulæ iugo conseruabat, sciens scriptum esse, cui plus commissum fit, plus etiam ab illo exigendum. Proponebat illis quotidiè Dominica & Apostolica præcepta, ijsq; in seuera viuendi ratione proficientibus, religiosis actibus suis pręclara de se præbebat exempla, conuenienter illi sententiæ Saluatoris: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cęlis est: nè, quẽadmodùm Apostolus ait, alijs prædicans, ipse reprobus efficeretur. Cernens autem benignissimus bonorum operum compensator Deus, indefessam militis sui aduersùs diaboli tentationes pugnam & certamen, tum etiam erga gregem ipsi commendatum curam egregiam, admirandis eum signis & virtutib⁹ illustrauit, è quibus nos pauca duntaxàt annotabimus.

Luc. 12.

Math 5.

1. Cor. 9.

Fuit quidam spectabilis Comites Vualtbertus, cuius vxor Rogentrudis dicebatur. Horum vtrique a sacris confessionibus erat beatus Bertinus, immò verò etiam compater, vt vocant, ex laudabili Christianorum more, quo inter se fraterni amoris fœdera quędam ineunt. Vtrique vir Dei sępè prędicabat verbũ Dei: qua causa vir pius Vualtbertus crebrò ad eũ veniebat, vt ex eo diuina præcepta cognosceret, & post corporis & sanguinis Dominici communionem, sacri oris eius benedictione potiretur. Quodam autẽ die veniens ad ecclesiam, in qua beatus Audomarus quiescit, cùm preces absoluisset, quadam re necessaria vrgente, ad beatum Bertinum non accessit, sed incaut⁹ domum abijt. Id vbi animaduertit viri Dei discipulus Dodo, ait ad eum: Equidem valdè, venerabilis pater, admiror, quid sit, quòd tuus in Christo fidelis amicus Vualtbertus ad beati Audomari basilicam venit, & tamen te insalutato, absque benedictione tua recessit. Beatus Bertinus plenus prophetico spiritu, respõdit: Fili, crede mihi, priusquàm ille domum redeat, quò nunc magna contentione festinat, multùm dolebit se sine nostra benedictione reuertisse. Et eccè eodem die, cùm iam Sol occubuisset, nuncius velox à Vualtberto venit ad hominem Dei, eiusque vestigijs aduolutus, tremula voce ait: Dominus Vualtbertus singularis amicus tuus, mi domine, cum ipsa iam ferè morte colluctans, obnixè rogat, vt pro se Deum depreceris, quò possit tam præsens discrimen euadere. Cùm enim hodiè à basilica sancti Audomari properè absc ederet, in medio itinere subitò ex equo collabens, in petrosam humum decidit, multisque quassatis membris, & femore penitùs confracto, se confestim putat moriturum, nisi precibus tuis, quod fore sperat, diuinitùs liberetur. Agnoscit autem idcircò in hoc se coniectum discrimen, quòd callidi hostis machinatione ob rem necessariam hinc, non munitus benedictione tua, abierit. Cuius etiam delicti veniã petit, oratque vt potum, tuo ore & manibus benedictum & consignatum, ad eum mittere nè graueris.

Comes Vualtbertus, magnus S. Bertini amicus.

Prædicit vir Dei, Vualtberti Comitis casum.

Sinistrum Vualtberti periculum.

His auditis, venerabilis senex commotus tam acerbo casu amici, pręcipit Dodoni discipulo, vt vinum in sacrario repositum proferat, laboranti Vualtberto ocyùs mittendum. Ille verò respondit: Mensis totus, vt reor, pater beatissime, iã intercessit, ex quo in eo vasculo vix parùm vini relictum est. At vir beatus, fide perfectus & charitate feruens, ait ad eum: Abi fili mi ad vasculum illud: credo enim Deum, cui nihil impossibile est, qui adest adiutor opportunitatibus, & propè est omnibus inuocãtibus eum, nostro tam malè affecto amico salutarem indè potum præbiturum. Păret Dodo, & veniens in sacrarium, cernit vas plenum optimo vino, & eius odore admirabili totam domum sentit completam. Eo nuncio accepto, sanctus Christi confessor immensas agit gratias omnipotenti Deo, dicitque ad ministrum Vualtberti Comitis: Ex hoc vino perfer celeriter ad herum tuum. Ille nihil moratus, eàdem nocte lætissimus redit ad domi-

Psal. 9.

Psal. 144.

dominum suum: narrat ei quid gestum sit, vinumque illi bibendum offert. Postquam ille bibit è vino sacrato, eadem hora sanatur, & mirifice laudans Deum authorem salutis suę, bonam possessionum suarum partem Deo & beato Bertino largitur: ut qui pro CHRISTI amore patriam parentesque reliquerat, posset etiam in hoc sęculo centuplum recepisse videri.

Waulbertus banc sacrato vino benedicto sanatur.

At postquàm vir sanctissimus totum vitę suę tempus in Dei timore exegit, perfectus in operibus bonis, & plenus spiritu sancto, Nonis Septembris migrauit ad Dominum, & cum multo monachorum luctu sepultus est in monasterio Sithin, quod ipse construxerat in honorem beatissimę matris Dei & sancti Petri principis Apostolorum. Ad eius tumulum orantibus quotidiè prestantur à Domino immensa beneficia. Sed hic Lectorem admonitum volumus, permulta eius miracula, quę, cùm adhuc esset in corpore, perpetrauit, antecessorum nostrorum negligentia non esse scripto comprehensa: & quanuis ex iis nonnulla ex illustribus viris, qui hodieque supersunt, discere possemus, at tamen ea reticere malumus, quàm res dubias proferre. Non enim ille eget incertis testimoniis, cùm eum Dominus preclaris operibus continenter illustret: è quibus unum ascribemus, quod nos ab illis accepimus, qui se vidisse testati sunt.

S. Bertini obitus.

Tres industrii piscatores apud monasterium beati Mauricii martyris, cuius erant serui, Dominicę resurrectionis nocte in Rhodanum, conscensa naui, retia iactârunt. Tum veró non vti consueuerant, sed ingentem piscium multitudinem ceperunt, ità vt plùribus annis neque tam magnos, neque tam multos pisces illi se cepisse faterentur. Læti ergò, nauim appellunt eo loco, quo soliti erant, sed ex ea exire non possunt. Duo enim ex ipsis manuum & pedum officio priuati, toto corpore contriti erant. Tertius verò & claudus & surdus effectus est: diuina in eos vltione animaduertente, quòd Dominicę resurrectionis noctem violassent. Porrò is, qui & audiendi, & gradiendi vim omnem perdiderat, duobus se sustentans scipionibus, & aliorum etiam opera adiutus, sanctorum loca visitat, & apud venerabilia sanctorum Dei sepulcra diuinam implorat misericordiam, ut eorum præclaris meritis possit amissam recuperare sanitatem. Cùm iam autem multa peragrasset loca, venit etiam ad beati Bertini monasteriū Sithin, vbi corpus eius quiescit: & fratribus eius loci nocte Dominicę resurrectionis in ecclesia vigilias celebrantibus, ille acerrimo correptus morbo, à sociis precandi causa in ecclesiam introducitur: atque illic cum multis lachrymis salutem à Domino per beati Bertini merita petens, cùm sacrosanctum Euangelium recitaretur, videt apud se quędam ardere lumina, & ità sensim morbo recedente, subitò se curatum sensit coram fratribus. Post synaxim autem gratias immensas agens Deo & sancto Bertino, lætus inde digressus est.

Nota cælestē vltionē in profanatores sacratissima festis.

Curatur surdus et claudus.

Sunt complures alii apud beati viri sepulcrum restituti, quemadmodùm testantur vsque in præsens pendentia ad ecclesię aditum diuersorum morbum instrumenta vel symbola: sed cùm Maiores nostri, quod dximus, non annotarint ea miracula, nos certam de illis historiam texere non possumus. Ea his verò indiciis perspicuum fit nobis, quàm magna & ineffabilis sit in regis æterni conspectu Sanctorum gloria. Illorum enim animæ inter innumeras cęlestium spirituum fulgent cateruas: illorum veneranda corpora inter homines quiescentia, ab Angelis visitantur, & admirandis signis & virtutibus in multorum populorum notitiam se inferentes, magno honore afficiuntur. Omnia prætereunt. Gloria Sanctorum manet in Christo sine fine, Amen.

De hoc beato viro inueniet Lector nonnulla in Vita S. Audomari Episcopi, quæ habetur infrà 9. Septembris.

VITA ELEVTHERII SERVI DEI, per D. Gregorium Papam scripta Lib. 3. Dialogorum, Cap. 33.



ELEVTHERIVS pater monasterii beati Euangelistę Marci, quod in Spoletanę vrbis pomœriis situm est, diu mecum est in hac vrbe in meo monasterio cōuersatus, ibique defunctus est. Quem sui discipuli referebant plorando mortuum suscitasse. Vir autem tantæ simplicitatis erat & compunctionis, ut dubium non esset, quòd illæ lachrymę ex ea humili simplicitatis mente editæ, apud omnipotentē Deū multa obtinere potuissēt. Huius ergò aliqđ miraculū narrabo, qđ inquisitⁱ mihi simpliciter & ipse fatebaᵗ.

Septēb. 6.

Eleutherius mortuū excitat.

Quadam nanque die dum iter carperet, facto vespere cùm ad secedendum locus deesset, in monasterium virginum deuenit, in quo quidam puer paruulus erāt, quē malignus spiritus omni nocte vexare cōsueuerat. Sed sanctimoniales fęminę vt virum Dei susceperunt, eum rogauerunt, dicentes: Tecum, pater, hac nocte puer iste maneat. Quem ipse benignè suscepit, secumque eum nocte eadem iacere permisit. Facto autem manè, cœperunt sanctimoniales fęminæ eundem patrem vigilanter inquirere, si quid ei puer, quem dederant, nocte eadem fecisset. Qui miratus cur ità requirerent, respondit, Nihil. Tunc ancillæ eiusdem pueri innotuerunt causam, & quòd malignus spiritus nulla ab eo nocte recederet, indicauerunt, summopere postulantes, ut hunc secum ad monasterium tolleret, quia iam vexationem illius videre ipsę non possent. Consensit senex: puerum ad monasterium duxit. Qui cùm multo tempore in monasterio fuisset, atque ad hunc antiquus hostis accedere minimè præsumpsisset, eiusdem senis animus de salute pueri immoderatiùs per lætitiam tactus est. Nam coram positis fratribus dixit: Fratres, diabolus sibi cum illis sororibᵘ iocabatur: at verò vbi ad seruos Dei ventum est, ad hūc puerum accedere non præsumpsit. Postquàm vocem emisit, hora eadem ac momēto idē puer coram cunctis fratribus, diabolo se inuadente, vexatus est. Quo viso, senex se protinùs in lamentū dedit. Quem dum lugentem diù fratres cōsolari voluissent, respondit, dicens: Credite mihi, quia in nullius vestrū ore hodiè panis ingreditur, nisi puer iste à dæmonio fuerit ereptus. Tunc se in orationem cum cunctis fratribus strauit, & eousquè oratum est, quousquè puer à vexatione sanaretur. Qui tam perfectè sanatus est, ut ad hunc malignus spiritus accedendi ausum vlteriùs non haberet.

Quidam puer graniter à dæmonio vexatur.

Non fert dæmō Dei pʃentiam.

Vide vim orationis cōmunis, & quām grata sit Deo.

Petrus. Credo, ꝙ ei elatio parua surrepserat: sed eiᵘ discipulos oportēt Deᵘ facti illiᵘ esse voluit adiutores.

Gregorius. Ità est. Nā quia pondus miraculi solus portare nō potuit, diuisit hoc cū fratribᵘ, & portauit.

Huius viri oratio quantę virtutis esset, in metipso expertus sum. Nā cùm quodā tēpore in monasterio positus, incisione vitaliū pàterer, crebrisq; angustiis per horarū momenta ad exitū propinquarem, quam medici molestiā Gręco eloquio syncopin vocāt: & ni-

si me frequenter fratres cibo reficerent, vitalis mihi spiritus funditùs intercidi videret, Paschalis superuenit dies, Et cùm sacratissimo sabbato, in quo omnes & par *Nota de ieiunio sabbati sancti.* uuli pueri ieiunant, ego ieiunare non possem, cœpi plùs mœrore, quàm infirmitate, deficere. Sed tristis animus consilium citiùs inuenit, vt eundem virum Dei secretò in oratorium ducerem, eumque peterē, quatenùs mihi, vt die illo virtus ad ieiunandum daretur, suis apud omnipotentem Dominum precibus obtineret. quod & factum est. Nam mox vt oratoriū *Precū sancti viri mira virtus.* ingressi sumus, humiliter sese cum lachrymis in orationem dedit, & post paululùm completa oratione exiit, & ad vocem benedictionis illius, virtutem tantam meus stomachus accepit, vt mihi funditùs à memoria tolleretur cibus & ægritudo. Cœpi mirari quis essem, quis fuerim: quia & cùm ad animum redibat infirmitas, nihil in me ex his quæ memineram, recognoscebam. Cumque in dispositione monasterii mēs occupata fuisset, obliuiscebar funditùs ægritudinis meæ. Si verò (vt prædixi) rediret ægritudo ad memoriam, cùm tam fortē me esse sentirem, mirabar si non comedissem. Qui ad vesperam veniens, tantę me fortitudinis inuèni, vt si voluissem, ieiunium usque ad diem alterum transferre potuissem. Sicque factum est, ut in me probarem ea etiam de illo vera esse, quibus ipse minimè interfuissem.

Petrus. Quia eundem virum magnæ compunctionis fuisse dixisti, ipsam lachrymarum vim largiùs addiscere cupio. Vndè quæso, vt quot sunt genera compūctionis, mihi edisseras.

Multa compunctionis genera. Gregorius. In multas species compunctio diuiditur, quandò singulæ quæque à pœnitentibus culpæ plāguntur, vndè ex voce quoquè pœnitentium Hieremias *Thren. 3* ait: Diuisiones aquarum deduxit oculus meus. Principaliter verò compunctionis genera duo sunt, quia Deum sitiens anima priùs timore compungitur, pòst amore. Priùs enim sese in lachrymis afficit: quia dū malorum suorum recolit, pro his perpeti æterna supplicia pertimescit. At verò cùm longa mœroris anxietate fuerit formido consumpta, quædam iam de præsumptione veniæ securitas nascitur, & in amore cælestium gaudiorum animus inflammatur: & qui priùs flebat, nè duceretur ad supplicium: postmodùm amarissimè flere incipit, quia differtur à regno. Contemplatur etenim mens, qui sint illi Angelorum chori, quæ ipsa societas beatorum spirituum, quæ maiestas æternæ visionis Dei: & amplius plangit, quia à bonis perennibus deest, quam fleuit priùs, cùm mala æterna metuebat. Sicque fit, vt perfecta compunctio formidinis, tradat animum compunctioni dilectionis.

Quod benè sacra veraciqúe historia figurata nar *Iudic. c. 15* ratione describitur, quæ ait, quòd Axa filia Caleph sedens super asinum suspirauit. Cui dixit pater suus: Quid habes? At illa respondit: Da mihi benedictionem: terram Australem & arentem dedisti mihi: iunge & irriguam. Deditque ei pater suus irriguum superius, & irriguum inferius. Axa quippè super asinum sedet, cùm irrationabilibus carnis suæ moribus anima præsidet. Quæ suspirans, à patre terram irriguam petit: quia à creatore nostro cum magno gemitu quærenda est lachrymarum gratia. Sunt nanque nonnulli, qui iam in dono perceperunt liberè pro iustitia loqui, oppressos tueri, indigentibus possessa tribuere, ardorem fidei habere: sed adhuc gratiam lachrymarum non habent. Hi nimirùm terram Australem & arentem habent, sed adhuc irrigua indigent: quia in bonis operibus positi, in quibus magni atque feruentes sunt, oportet nimirùm vt aut timore supplicii, aut amore regni cælestis mala etiam, quæ anteà perpetrauerunt, deplorent. Sed quia (vt dixi) duo sunt compunctionis genera, dedit ei pater suus irriguum superius, & irriguum inferius. Irriguum quippè superius accipit anima, cùm sese in lachrymis cælestis regni desiderio affligit. Irriguum verò inferius accipit, cùm inferni supplicia flendo pertimescit. *Irriguū superius & inferius mysticè.* Et quidem priùs inferius, ac pòst irriguum superius datur. Sed quia compunctio amoris, dignitate præeminet: necessè fuit, vt priùs irriguum superius, & pòst irriguum inferius commemorari debuisset.

Petrus, Placet, quod dicis.

VITA SANCTI HVMBERTI confessoris, in Hannonia quiescentis: ex peruetusto MS. codice. Natalis eius incidit in Annunciationis Dominicæ diē: Eleuatio verò in sextum Septembris, quo die Cameracensis Ecclesia eius festum celebrat.



TEMPORIBVS Childerici Regis Francorum floruit sanctus *Septēb. 6.* Domini Humbertus de Maceriis villa, ex beato Burardo patre, & Popita matre, claris Francorum proceribus. *Patria & parētes S. Hūberti.* Qui ab ipsis pueribus annis egregia futuræ sanctitatis dedit indicia: præsentia scilicet fastidire, nihil in mundo appetere, sola quę fructum beatitudinis veræ pariunt, ambire. Ob hoc parentes eius aduertentes puerum superna illustratione visitatum, Lauduni viris peritissimis commendarunt sacris literis imbuendum. Vbi proficiens *Traditur literis imbuendus, & sacerdotio initiatur.* ætate & gratia, in monasterio recluditur, & vsque ad sacerdotium vitæ merito promouetur. In præfatæ autem vrbis ecclesia supra coæuos & senes sanctitate tanta pollebat, ut multi eius exemplo animati, viuere beatiùs eligerent. Euoluto autem aliquanto tempore, accepta ab Episcopo benedictione, ad possessiones sibi relictas à parentibus perrexit, vt eas Dominicæ familiæ condonaret. Cùm autem ad quendam *Adiūgit se S. Amādo cū quo comite Nicasio Romā contē.* locum ditionis suæ peruenisset, superuenit ibì sanctus Amandus Episcopus cum venerabili viro Nicasio, qui peregrinationis gratia ad Apostolorum limina pergebant. Cùm ergò à beato Humberto hospitio recepti & consolati fuissent, ipse sanctus Humbertus eadem deuotionis gratia peregrinationem cū ipsis accepit.

Illis ergò iter agentibus, dum quadam die fatigati ex itinere residerent; eccè subitò ex sylua, quæ fortè contigua erat, miræ magnitudinis vrsus prosiliens, apprehendit vnum ex sagmariis eorum, quem in terram prosternens suffocauit. *Sagmaria, equi vel muli sunt.* Intenti beati viri familiare damnum ignorabant. Parantibus iter repetere, cùm non adesset equus ad subuehendum sarcinulas, unum è famulis beatus mittit Amandus ad educendum equum, quē gramina carpentē æstimabat. Parens puer, properauit ad locum vbi cadauer equi bestia corrodebat. Cùm autem famulus perterritus moraretur, currens beatus Humbertus inuenit equum euisceratum, & iuxta eum vrsum sanguine cruentatum. *Imperat vrso, ut sarcinas suas Romā vsque ferat.* Quem cum magna apprehendens securitate, Quia tu, inquit, quod nobis in solatium itineris Deus dederat, necasti iumentum, oportet ut nobis illud hucusq; obsequiū suppleas, & sarcinulas nostras toto pegrinatiōis nrę itinere feras. Videres horribilē bestiā statim māsuescere, & q̄ feritate bestiis & ho-

hominibus fuerat infesta, iam velut familiare mancipium stat obedire parata. Vocata citiùs accedit, membra compouit, unus patienter suscipit, cum procedentibus procedit, cum stantibus ipsa quoquè subsistit. Illis cœnantibus, illa modesta adstabat, atque portionis suæ stipendia de manu porrigentis humiliter sumebat. Dehinc ad sarcinas rediens, eas, dum sancti viri quiescerent, seruabat. Verùm iter illis agentibus, nimia per vrbes erat admiratio, stupentibus cunctis ferum animal humanis vsibus famulari. Sed nè sancti fortè iactantiæ vitio tentarentur, ipsis Romæ appropinquantibus, eiusdem Sedis Episcopum admonuit Dominus per Angelum, dicens, ab occiduis finibus homines aduenisse meritis sublimes, quibus ad obsequium fera comitatur agrestis. Mitte ergò in occursum eis, nè cum ostensione tali vrbem introeant, sed bestiam ad latebras ire permittant, nè tumultuosæ plebis in se admirationem excitent. Qua Pontificis iussione audita, sancti viri, quod mandabatur, deuotè fecerunt.

Visitat sancta loca Romæ.

Visitatis igitur sanctis locis, sanctus Amandus cum beato Nicasio Helnonense territorium expetiuit: sanctus verò Humbertus se Maricolis inuexit. Verùm elapso aliquanto tempore, beatus Humbertus eandem peregrinationem secundò solus arripuit, vbi cùm in oratorio beati Petri orationi diù incumberet, eccè Angelus ei de cœlo adstitit, & super verticem illius signum Dominicæ Crucis expressit, multis fidelibus hoc cernentibus. Cùm verò visendi desiderio beatum Amandum ad Gallias properaret, Angelus Domini eidem sancto Amando assistens, dixit: Dilectum Domini Humbertum noueris te visitatum aduenire, cui tu occurrens, contemplare cuius signum gestat in capite, & illius hostiam fore scias. Nec mora, beatus Dei sacerdos procedens in occursum beati Humberti, vidit super caput illius radiantem Dominicæ Crucis speciem incredibili fulgore coruscare, & præmissa oratione corruit ad genua eius, eum colligens hospitio cum gaudio spirituali. Post hæc ædificauit sanctus Humbertus monasterium super aluenm Helpræ Maricolis nominatum, in quo monachos constituit. Aliud quoquè non procùl cœnobium extruxit, in quo clericos vtriusque conditionis & gradus triginta constituit. Venatoris cuiusdam canes, ceruum inter syluam insequebantur, fortè vir Dei agrum excolebat, vt fratrum habitacula construeret. Quod vt expeditiùs ageret, pallium procul abiecerat. At venatores tubis perstrepentibus feram cursu & clamore vrgebant, iamque victa fera, cùm nullum ei patuisset refugium, inter morsus saltum dedit, & sese sub ipso pallio anhela composuit. Quid vltrà? Canibus circumlatrantibus accedere propiùs fas non erat. Agitantibus venatoribus, retrò potiùs timidi agebantur, tanquàm vultum minantis fugerent. Ipsi etiam venatores in dissolutionem versi, obrigente mole corporum, tela deponebant. Quidam eorum beatum virum conspiciens, protinùs ab equo desiliuit, & meritum sancti percipiens, patrimonium suum ad usus fratrum beato Humberto obtulit. Ex quibus sanctus solummodò vnam sui iuris villam illius benigna importunitate suscepit: quam Liniatas dicunt, & stipendiariam in vsus fratrum delegauit.

In præsentibus locis postea fuerant extructa monasteria.

De hoc signo S. Crucis in fronte S. Humberti lege vitam S. Amandi per S. Aldegundem scriptam 6. Februarij.

Construit monasteria.

Canes non audent inuadere ceruum sub pallio viri Dei latitantem.

S. Aldegundis eum inuisit.

Diuulgata longè lateque fama sancti, beata Aldegundis eum visere aggreditur, vbi per aliquot dies ab eo spiritualibus epulis est refecta. Cùm autem situm monasterii & circumiacentia arua colloquendo lustrarent quodam die æstiuo, contigit beatam Aldegundem intolerabilem sitim incurrere. Progredientibus paululùm, virgo acriùs vrgebatur, donèc violentia sitis cuncta, deficere se clamat. Eius molestiam vir sanctus non ferens, orationi incubuit donèc expleto vnius horæ spatio sensim ab arenti solo & arenoso scatentis aquæ vena prosiliens, largum ex se fontem excitauit. Sed dum sanctus virginis aduentui hoc præstitum fuisse diceret, & illa meritis eius potius ascriberet, ambo munus cæleste gustauerunt. Paret vsque in hodiernum diem: nec deficit fons ille suauis ad gustum, vtilis ad vsum.

Sitienti Aldegundi in arenoso loco fontem precibus excitat.

Adueniente tempore obitus sui, ipse sanctus misit ad beatam Aldegundem, vt vestes in vsus exequiarum sibi mitteret, vt linteis virgineis manibus textis, virgineos artus componeret. Missus itaque nuncius cùm iter medium explicuisset, eccè à beata virgine alter missus occurrit, ferens secum linteamina, quibus obuolui deberet corpus defuncti. Hi inter se causas & tempus itineris mutuo sermone discutientes, aduerterunt unam eandemque horam fuisse, qua vterque executionis mandata susceperat. Quod non absque diuino nutu contigit, vt longè posita virgo, nec tamen nuncio præmonita, funus sancti viri curaret. Cuius corpus in oratorium, quod ipse construxerat, discipuli sepelierunt in magna gloria, vbi innumerabilia postmodùm contigerunt miracula.

Vicinus morti mittit ad Aldegundem pro linteamine ad inuoluendum corpus suum.

Sepultura eius.

Translatio eiusdem.

CEntesimò quinquagesimotertio anno post mortem sancti Humberti, monente Angelo, ab Abbate Rodino leuatum est de tumulo sancti viri corpus. Admirari autem nemo sufficit, quanta miri odoris suauitate perfusi sunt qui aderant. Et quod magis stupendum, sacrum corpus ità illæsum & incorruptum inuentum est, ac si eadem die spiritum emisisset: vt si lectulum compositum videres, dormire hominem existimares. Verùm linteamina, quibus ipse inuolutus fuerat, nihil in se corruptionis habebant. Sed & herbæ, quæ sepulturæ eius die appositæ fuerant, quas nullas pro temporis antiquitate putares, adeò virides sunt repertæ, ac si terræ radicitùs inhærentes, irriguis aquis virescerent.

Corpus eius post 153. annos incorruptum apparet.

MARTYRIVM SANCTI MARtyris Sozontis, Authore Simeone Metaphraste.

7. Septemb.



CVM Maximianus esset Præses Ciliciæ, & impietatem augere & extollere, conuenienter edicto Imperatorum, magno studio contenderet, venisset autem in ipsam quoquè Ciliciæ Pompeiopolim, & aureum, quod illic colebatur, simulacrum splendido sacrificio & alio studio honoraret, & sic ostentaret suam falsam religionem: quidam adolescens, patriam habens Lycaoniam, & ab ortu quidem Tarasius, in diuino autem baptismo Sozon denominatus, cum priore vita amisso quoquè nomine, cùm esset pastor ouium, fit etiam nihilominùs pastor hominum. Nam in quibus locis degebat in pastione, illic omnes excipiebat conuiuio verbi pietatis, & introducebat in Dei mandram. Hic vir cùm esset moribus quidem hilaris & mitis, in lege autem Domini haberet voluntatem, & in ea noctes & dies meditaretur, ea ratione nec prophetica frustratur beatitudine.

Patria sancti Sozontis.

Sozon, pastor ouium.

Psal. 1.

Cum autem fuisset aliquandò Sozon in quodam loco, qui habebat fontem, & fonte herbaque, quæ nata erat iuxta fontem, gregem pasceret, cum valdè

opportunus & suauis somnus inuasit, & diuina quædam ad eum accedit visio. *Visio eius.* Vtsio autem eum magis confirmat, & ei animum addit ad pietatem. Deindè etiam reuelat gratiam, quę ad locum erat desupèr de uolatura. *Vaticiniũ.* Erit enim, inquit, hic præsens locus multis vtilis, & apud ipsum salutem inuenient, & glorificabunt Trinitatem. Cùm illinc autem surrexisset egregius ille pastor, venit Pompeiopolim, & cum in ea quidem vidisset florere impietatem, contemptas autem esse res Christianorum, & summè neglectas, nõ potuit id ferre placidè: sed cor illius repentè inuasit impetus, & cùm venisset ad templum, in quo stabat aurea statua, confringit manum eius dexteram: & cùm eam vendidisset, succurrit multis, qui illic erant, egentibus. *Egregius zelus.* Non latuit hoc æditues: sed propterea quòd nescirent quis fecisset, multi statim comprę hendebantur miseri, qui nihil tale fecerant, & accusabantur sacrilegii, reputati maleficorum omnium sceleratissimi, vt qui suffurati essent dei imaginẽ. Nemo autem eis opem ferebat: sed qui erant priùs amici, eos auersabantur: & custodes carceris (ità enim existimabant se diis esse gratificaturos) grauiter affligebant eos, qui capti fuerant.

Magna animi fortitudo. Generosus autem Sozon liberè volens profiteri pietatem, & eos liberare, qui nihil sciebant ex iis, quę facta fuerant: seipsum defert, veniens ad æditues, & dicens se eum esse, qui maleficium admisit in imaginem. Postquàm autem hoc dixit, abductus protinus fuit ad Maximianum. Ipse verò in alto sedens tribunali, cùm eum curasset sistendum, & cum quanto potuit fastu apparuisset, primùm quidem nomen, deindè religionem, & postremò patriam, quæ eum tulisset, rogauit. Ille autem: Patria quidem mihi est Lycaonia: ea enim me tulit, Parentes verò ab ortu mihi nomen imposuerunt, Tarasius: Sozontem autem in diuino me uocarunt baptismate. Sum enim Christianus, Christum solum verum Deum adorans, qui creauit cælum & terram. Cuiusnam autem rei usus, inquit Maximianus, te huc adduxit? Pręsum, inquit Sozon, gregi ouium: & quæ mihi loca florida, & aqua abundantia, & ad pascendum herbida anni tempora ostenderunt, ad ea ago oues. Deindè, Quomodò autem, inquit Maximianus, eò processisti audacię, vt dei dexteram abstuleris?

Irridet cõmentitiũ deum. Excipiens verò Sozon: Quòd non audacis quidẽ cœpti sit, quod factum est, neque id peccato debeat imputari, tuus quoquè, ut mihi quidem uidetur, deus testatur. Neque enim ęgrè fert, nec tanquàm iniuria affectus, asperè quicquam loquitur. Quòd si vox quoquè ei aliqua adesset, videtur mihi potiùs vos esse accusaturus, & apertè reprę hensurus, quòd relicto omnium opifice, inanimam suspiciatis materiam, & eam deum esse existimetis, vos in benefactorem ostendentes ingratos & immemores. Sed si vis, inquit Præses, non solùm consequi veniam, sed aliquam etiam remunerationem, missis his nugis, serua teipsum Sozon, & accedens diis sacrifica. Et quomodò, inquit, non essem vel ipso vestro deo minùs sensu pręditus, si eum statuerem colere, qui nec si ei aliquid fiat, se potest defendere, neque vocem aliquam emittere, neque vocare eos, qui sint opem laturi, neque, quod est omnium miserrimum, qualia patiatur, protestari? Est itaque in tua potestate, qui hæc colis, deos quotidiè fingere, & alios rursùs refingere, cùm in arte manuum ponas deorũ fabricationem.

Immanissimè laniatur. Maximianus, cùm his ei efferbuisset animus, tradit martyrem grauibus & acerbis cruciatibus. Et primùm quidem ferreis eum lani at vnguibus. Quoniam autem Sozon, etsi tormentum quidem ad ipsa vsque ossa peruadebat, Dei tamen inuocans auxilium, ità ferebat leuiter, vt videretur habere corpus ex ferro compositum: conuertitur rursùs ad alia Maximianus, & calceis acutis clauis confixis induit athletam, & cum ipsis eum cogit ambulare. *Clauatis calceis induitur.* Ille autem currebat, tanquàm super rosas incedens: & videns riuos sanguinis descendentes ex pedibus, uidebatur suauibus rebus circunfluere: Tyrannique & eorum, qui circunstabant, irrisiones ducebat esse laudationem: & ea re magis gloriabatur athleta, quàm ille chlamyde dignitatis. Deindè eum illudens Maximianus: Tibia, inquit, cane Sozon, cràs magna procedente dea: & per illam ipsam iuro, quòd ab omni examinatione & cruciatu statim liberaberis. Martyr autem: Tu me, inquit, irridens hęc loqueris, ea maligno dęmone in nos tibi suggerente. Ego autem & priùs quidem tibia in agro rectè cecini, congregans & reuocans meas oues: & nunc quoquè cano Domino meo canticum nouum, eius salutare omnibus annuncians. Tua autem dea fuerit omninò, ut est in prouerbio, asinus ad tibiam, vt quæ sit planè inanima, & nullo sensu prędita.

Horrendis afficitur pœnis. His Maximianus magis eo exasperatur, & prioribus vehementiores ei plagas imponit: ut sic quidem ei mouerentur articuli, & dissoluerentur compages, & intestina, tanquàm aqua, diffluerent. Deindè cùm ignem etiam accendisset, si quod reliquum esset membrum, id quoquè se minabatur combusturum, ut nec quidem omnium communem assequeretur sepulturam. Sic ergò se parabat Maximianus, & sic faciebat: & martyri quidem carnes plagis laniabantur, & interna aperiebantur viscera: *Mira patientia.* Ille autem tanquàm in herbido prato, & vernos flores decerpens, erat affectus, & lætus Deo reddit animam. *Reddit Deo animam.*

Cùm autem iam flamma in altum esset sublata, terribile & horrendum tonitru resonans, multumque imbrem & grandinem simul deiiciens, lictores quidem depulit & dispersit: Amici autem martyrum, & maximè ii, qui erant diligentiores, securè colligebant martyris reliquias. Interim autem cùm nox quoquè aduenisset, non fuit retardatum illorum promptum & alacre studium. *Nox in diẽ vertitur propter eius sepulturam.* Neque enim erat nox ampliùs: sed lux clarissima protinùs illucescens, ea reddebat manifesta, quæ non oportebat latère, & præstabat vt ea facilè tollerentur, & colligerentur à piis. Quæ quidem omnia sanctè collecta septimo Septembris, præclaram & magnificam assecuta sunt sepulturam. Lux enim illa etiam vsque ad ipsum venit sepulcrum, & permansit in sepultura reliquiarum. Deindè reuersa est nox ad suam naturã: & vbiquè fuit Sozon prædicatus victor præclarus: Ad gloriam Dei patris, & Domini nostri IESV Christi: Quem decet honor, gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

VITA SANCTI EVORTII EPIscopi Aurelianensis, ex peruetusto MS. Codice, mutato passim stylo, per F. Laur. Surium descripta. Adstipulantur antiquis. Martyrologia.

7. Septemb. Desinian' Episcopus Aurelianensis. Cap. 1.



POSTEAQVAM vir beatissimus Desinianus Aurelianensis antistes, ministerium ipsi diuinitus demandatum strenuè absoluit, & pro humanæ conditionis necessitate è vita abscessit, ob eligendum successurè in vrbe illa dissensiones enatæ sunt: ita vt non solùm vulgus ignotum studia in contraria scinderetur, sed proceres quoquè, & authoritate ac potestate præditi. Indè verò id consecutum est, vt nō ad Dei voluntatem & instinctum, sed pro affectu duo à diuersis partibus eligerentur: quorum ambitione multo tempore adeò tumultuatum est in populo, ut etiam sanguis fusus sit, & horror vbiquè & luctus & plurima mortis imago cerneretur. Cumque eę cædes & seditiones Constantinum Imperatorem latère non possent, ille subditis populis consulere volēs, Porphyrium quendam Præfectum, qui eos tumultus comprimeret, eò misit. Is cognitis rebus omnibus, sapienti consilio Episcopos Galliarum ad illud Dei negocium pertractandum sibi adsciuit. Episcopi accersiti, in vrbem Aurelianensem adueniunt, & comperta populi discordia, aiunt, Episcopi electionem non hominum esse, sed Dei. Deindè communi omnium sententia indicunt triduanum vniuersæ plebi ieiunium, non quæ sua sunt quærentes, sed quæ Dei: scire cupientes, quem velit Dominus habere eius loci Episcopum: quod etiam certis quibusdam signis sibi declarari precabantur.

Triduanū ieiuniū indicitur ob Episcopi electionē. Cap. 2.

Cùm sic ergò triduo illo omnes in ecclesia conuenirent, precibusque & ieiuniis vacarent pueri, senes, viri, fœminę, sexus vterque & omnis ætas, Deus, qui & Imperatoris & Episcoporum permouerat animos, vas electum perseuerantis gratiæ suæ ad illos misit Euortium, qui captiuorum perquirendorum causa ab vrbe Roma egressus, altero indicti ieiunii die Aureliam uenit habitu non valdè superbo. Cumque more Christianorum, eorum præsertim, qui in Clero numerantur, Dominum in ecclesia orasset, egressus substitit, paululùm circunspectans, num quis ipsum hospitio recipere dignaretur. Videns id ecclesiæ ostiarius, ait ad eum: Dic, quæso te, serue Dei, quonā honore præditus sis, vnde veneris, & quò iter intendas. Respondit Euortius Subdiaconus: Equidem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Clericus sum, & has prouincias peragro, cupiens peruenire ad eos, quos mihi hostis vi abstulit. Ostiarius ait: Si velis illorum edicere nomina, fortassis poteris ex nobis de iis certior fieri. Euortius Subdiaconus respondit: Quos ego requiro, fratres mei sunt: & alter quidem Eumorphius, alter verò Cassius appellatur. Ostiarius dixit: Veni, oro, in cellulam meam, & mane apud me hodie: cràs proficisceris. Ingresso illo in tugurium ostiarii, pro religiosa consuetudine mox ostiarius parat aquam, lauat eius pedes & tergit, & eo humanitatis officio perfuncto, simul tenui victu reficiuntur. Altera luce Euortius valedicit ostiario, & abscedit. At ostiarius, Domino eum permouente, clamat post tergum eius: Amice Dei, reuertere ad me: est, quod tibi indicatum velim. Redit Euortius, & ostiarius ad eum: Nostine, inquit, quid his diebus in hac vrbe gestum sit? Illo se id scire negante, pergit ostiarius: Beatissimus Desinianus Episcopus noster ante hoc biennium defunctus est. Ciues autem nostri suis affectibus indulgentes, non minimas excitarunt turbas, in quibus etiam cædes perpetratæ sunt: resque ad Imperatoris aures peruenit, qui mox à suo latere misit virum, qui turbas compescat, & antistitem Deo gratum instituendum curet. Aiunt eum Vrbis esse Præfectum. Is verò sola authoritate sua minimè contentus, Episcopos ad se acciuit, qui prudenti consilio per preces & ieiunia constituerunt de instituendo successore Desiniani, Domini explorare voluntatem. Et eccè hodiè tertius est dies, ex quo litanias celebrant. Itaque sustine parumpèr, mi frater: forsitan indicabit Deus voluntatem suam. Ita enim poteris tu rem tantam, quocunquè perueneris, explicare. Beatissimus Euortius respondit: Benè tu quidem admones, sed mihi interim moræ iniiciuntur. At tamen vt fiat quod vis, ad ecclesiam eamus.

Nota morē Christianorū.

Excipit hospitio Euortiū Ostiarius

Permouens Deus Ostiariū reuocādū suum hospitem.

Cap. 3.

Vbi eò ventum est, Euortius tanquàm ignotus stat iuxta ostiarium. Paulò pòst iubent Episcopi obserari fores, & ipsi humi prostrati, cum multo gemitu & lachrymis rogant Deum, vt indicet, quem velit ordinari Episcopum. Coniungebat verò etiam suos gemitus populus vniuersus, iurgiorum finem petens à Domino, & expectans quid dicturi essent Episcopi. Illis ergò sic orantibus & plangentibus, columba diuinitus missa, per fenestram mirabili splendore radiat: atque in ecclesiam inuolans, cum alarum strepitu totam ferè ædem peruagatur, tanquàm inuestigans quippiam. Cernens autem beatum Euortium ianuæ inhærentem, in eius capite residet. Ille verò manibus eam abigit. Eo signo valdè permotus populus, tanto instantiùs orabat Dominum, vt illum spiritum mitteret, qui in columbæ specie in Christum baptizatum descendit. Columba autem, ut se suo functam ministerio ostenderet, per ostium, quo ingressa erat, rursùs auolauit. Tum verò perstrepens populus, lætitia effertur: Episcopi verò & Ordines omnes accuratè perquirunt, quisnam ille sit, in cuius capite columba sederit. Ibi rursùs quædam extitit & sermonum & hominum discrepantia, aliis dicentibus, ostiarium esse: aliis verò, non ostiarium, sed eius similem quendam. Iterùm ergò ad preces redeunt sacerdotes, rogantque Dominum, vt iubeat redire denuò columbam. Non spernit Deus illorum preces: columba redit, per omnem ferè ecclesiam circunuolitat, & tandem in caput beati Euortii aduolat. Ille rei nouitate perterritus, rursùs eam repellit, eaque repulsa, exit è templo. Exoritur populi strepitus, iubent Episcopi hominem, in quo tantum miraculum visum esset, ad se accedere, rogant ab eo, quibus ex locis eò venerit, aut quò proficisci velit. Respondet ille, quemadmodùm tam ante responderat ostiario. Illi igitur se exauditos à Domino sentientes, gratias ei agunt, quòd ea Vrbe ad ipsos pastorem miserit, ex qua priscis temporibus religiosi propagandę causa pijssimos prædicatores misisset.

Colūba in capute S. Euortij residet, sed ab eo repellitur. Mat. 3.

Rursùs ei capiti insidet columba.

Cap. 4.

Deindè præcipiunt beatissimo Euortio, ut cum ipsis ad orationem se submittat, & in altare caput immittat: orantque Dominum, ut tertio miraculo ostendere uelit, num ille sit, quem elegit ad ecclesiam illam tuendam ac fouendam. Nondùm finierant preces, & eccè colūba plausu ingenti alas cōcutiēs, ad locum, in quo priùs vir Dei steterat, se confert, & eū non inueniens, tanquàm inquirens vbi sit, coram omnibus

omnibus circumuolitat. Erant tum ibi non pauci Episcopi, qui dicerent acciri debere etiam eos, quorum electio ecclesiam illam vulnerasset, vt viderent, num illis præsentibus ad Euortium columba se reciperet. Acciti sunt igitur, & eum starent cum Euortio inter Episcopos, columba circumuolitans, sensim ferebatur in sublime, tandemque se submittens, in vnius Euortii capite requieuit. Tum omnes acclamarunt, dignum illum esse sacerdotio, quippe quem ipse Dominus eligeret. Episcopi autem silentium indicentes, vota cuiusque gradus & ordinis inquirunt, omnibusque in Euortium sua suffragia conferentibus, pro illius ciuitatis more eunt cuncti ad beatissimi Marci basilicam, & Euortius Leuita ordinatur. Inde ducitur ad ciuitatem cum hymnis & canticis spiritualib. Denique sacerdos & Episcopus cælis gratulantibus consecratur.

Tertiò in eius capite quiescit columba.

Ordinatur sacerdos & Episcopus.

Cap. 5.

Porrò Deus, qui tot signis eum sacerdotio dignum declararat, maiora per eum cœpit operari in populo, curare morbos, & variis pressos calamitatibus, infinitis afficere beneficiis. Sed iis sanitatum & virtutum signis prætermissis, quæ per eum ille efficiebat spiritus, cui soli cognita sunt, illa referamus, quæ vniuerso penè mundo innotuerunt. Post anniuersarium ordinationis eius diem, casu quodam tota vrbs Aurelianensis flammis correpta est. Id conspicati ciues omnes, currunt ad beatissimum Episcopum, clamant voce magna: Vir Dei, vir Dei succurre vrbi cum ignibus colluctanti. Episcopus id audiens, properat ad ecclesiam, prosternit se in preces, & dicit: Domine Deus Israel, qui tres sanctos pueros tuos in fornace ardenti illæsos seruasti: tu hanc ciuitatem ea his sæuientium flammarum globis eripere digneris. Nec dum ille compleuerat preces, & incendium omne sopitum est. Erat tum angusta adhuc ecclesia, in qua cum populo Dominum deprecabatur. Ait ergò ad illos: Ecce Dominus liberauit nos pro sua misericordia à voracibus flammis. Sponte ergò vos vestras conferte pecunias, vt ecclesiæ huius spatia augeantur. Omnes vno animo respondetunt: Fiat voluntas Dei, egressique è templo, pro suarum modulo facultatum præparaturi sese ad structuram illam prouehendam. Vbi autem aduenit dies, qui erat operi indictus, pro quarundam prouinciarum consuetudine beatus Episcopus arrepto sarculo, & signo Crucis edito, fodere cœpit. Iam penè ad tres pedes foderat, & ecce cernit ollam clausam atque bituminatam, Dei prouidentia illi structuræ absoluendæ seruatam. Aperta olla, videt multos nummos, Neronis pulcherrimum signum impressum habentes. Gratias agit Deo, vocansque Archidiaconum suum, dicit ei: Accipe frater thesaurum hunc, & perfer ad Imperatorem. Non enim decet nos, qui populo præfecti sumus, eum celare. Archidiaconus iussa eius capessens, Romam proficiscitur. Postquam eò peruenit, petit ad Imperatorem introduci. Imperator iubet eum quamprimùm ad se accedere, quæritque ex eo, qua causa eò uenerit. Archidiaconus primò literas ei offert sui sacerdotis, deinde thesaurum: simulque commemorat, quæ sint Aureliæ gesta, & ut thesaurus ille eo loco repertus sit, qui construendæ ecclesiæ designatus erat. Mox per regiones ista Romanis annunciantur: gratias illi agunt omnium bonorum largitori Deo, precesque offerunt ei, qui adest omnibus in se sperantibus.

Claret multis miraculis.

Precibus extinguit vrbis incendium.

Inuenit multā pecuniā, cōstruendæ ecclesiæ seruatā.

Cap. 6.

Altera die Imperator iubet adesse Mansuetum Archidiaconum, qui thesaurum attulerat, aitque ei: Quicquid huc attulisti, refer ad sacerdotem tuum, & cum bona pace abito. Sed dic mihi, obsecro, quot cubitorum erit ecclesia, quam condere instituistis? Ille respondet: Nos ea in re tantum præstabimus, quantum ferent paupertas ecclesiæ nostræ & ciuium facultates. Noueris autem maiestas tua, eius loci habitatores penè omnes pauperes esse. Tum Imperator accito ad se Anatolio Præfecto, dicit: Restitue huic Archidiacono, quicquid huc apportauit. Dei enim præparatio est, non Imperii nostri. Volumus autem his duplo maiorem adiungi pecuniam, quæ fabricandæ ecclesiæ sufficiat. Ipsam verò ecclesiam iubemus in longum extendi ad cubitos centum septuagintaseptem: in latum, ad quadragintaduos, & ad Crucis figuram, eam exædificari. Ea autem causa tam amplam eam esse volumus, quòd in dies Christiana religio propagatur, ut ad Dei habitaculum frequens fiat concursus populorum. Volumus etiam, ut tria in ea sint altaria: è quibus illud, quod amplissimum videbitur, sanctissimæ Crucis lignum habeat, per quod mundo uniuerso salus parta est. Porrò ad ipsius ecclesiæ ministerium offerimus lances auri purissimi septem, & calices eiusdem metalli septem: in quibus dum diuinum peragitur ministerium, nostri quoquè memoria habeatur. Tum quoquè omnibus, qui sunt eius territorii, remitti uolumus censum facultatum suarum trienniò, ut possint cum sacerdotibus & nobiscum Deum continuis placare precibus, & ad structuræ complementum de rebus suis impertiri. Postremò illud etiam nostræ serenitati placet, ut sex habeat arcus, tres à dextris, totidemque à sinistris: quorum inter se coniunctione, una existat ecclesia. His ità ab Imperatore demandatis, & pecunia numerata, summaque eius sacris literis comprætensa, Archidiaconus cum ingenti lætitia domum abiit.

Imperator Constantius multā pecuniam qua ecclesia extruatur Aurelia.

Cap. 7.

Libet his etiam illud adiungere, beatissimum Euortium fratres suos, quos quærere instituerat post annos quadraginta inuenisse. Nam Deo instigante, Suessionensis Episcopus quandoque ad tumulos beatissimorum martyrum Crispini & Crispiniani orandi causa profectus est: cumque se in preces prostrauisset, audit uoces eiusmodi: Testes Christi & amici, præstate nobis ante diem obitus nostri fratrem nostrum Euortium subdiaconum non solùm cernere, sed etiam amplecti. Iterùm autem eædem uoces repetuntur, & Episcopus sublatis oculis, uidet uiros religioso habitu indutos, & sacros tumulos ambientes. Vocat igitur illos ad se, & qui sint percontatur. Respondent ciues Romanos se esse: tres fuisse fratres: ipsos duos in prædam cessisse hostibus, tertium fratrem mansisse in Vrbe. Eius uidendi summo se desiderio teneri. Agere autem se iam in seruitio religiosæ viduæ Iubianæ. Hæc autem omnia lachrymabundi Episcopo referebant, ità ut ipse quoquè fleret perinde, ac si eadem captiuitate premeretur. Scripsit autem hæc per Leonem Archidiaconum suum: Ità ergò casu quodam beatus Euortius didicit ex his literis de captiuis fratribus suis: atque vno die diuinitùs illi præstitum est, vt gemino quodam gaudio afficeretur, quandò & Mansuetus Archidiaconus eas, quas diximus, Imperatoris literas, & Leo æquè Archidiaconus, de Innentis eius fratribus nuncium apportarunt. Illud verò gaudium mox ad omnes diffunditur, fitque publicum, quod fuerat singulare. Concurrunt Aurelianenses omnes ad Episcopum suū, cupiunt videre quæ Imperator miserit, & cognoscere de captiuis Episcopi fratribus. Mittitur illicò precium redemptionis, extrahuntur è iugo seruitutis, pristina libertate donati. Quis vero fuit ille dies, quo post annos quadraginta fratres illi sibi sunt repræ-

Orat ad tumulos martyrū quam fit pium.

S. Euortius recepit captiuos fratres suos.

sensati? quæ illæ lachrymę, ab immenso animi gaudio expressæ, cùm in mutuos venere complexus?

Cap. 1.

Porrò autem ędificata ecclesia est pro principis Constantini deuotione, opusque illud tanta celeritate confectum est, vt euolutis annis tribus, quinto Nonas Maias eius dedicatio acta sit, eo ipso scilicet die, quo ligni Crucis inuenti certis partibus habetur celebritas generalis. Post dedicationem autem missi sunt in loca diuersa, qui sacras reliquias afferrent: alii Hierosolymam pro sancta Cruce, alii Romam pro beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli & sanctorum martyrum reliquiis adducendis. Omnes autem voto potiti suo, Aureliam reuersi sunt, gratias agentes Deo. At verò beatus Euortius, conuocatis Episcopis, cum tremore & exultatione eas reliquias in ecclesiam intulit: cumque offerendi sacrificii hora venisset, quo peracto solent condi reliquiæ, inuitati Episcopi deprecantur sanctum Euortium, vt ipse in primo altari sacrificium faciat tum senectutis, tum ordinationis causa. Diù autem illo recusante, & tandem illorum voluntati cedente, eccè ipsa hora confractionis panis cælestis, cùm ex more sacerdotali hostiam eleuatis manibus tertiò Deo benedicendam offerret, tàm quàm nubes splendida apparuit super caput eius, & manus porrectis digitis tertiò oblatam benedicens. Ritè autem peracto sacrificio, dixit vir sanctus ad eos, qui aderant, incipiens ab Episcopis vsque ad extremum è plebe: Dicite, quæso, beatissimi fratres, num quod miraculum sub sacrificio videritis. Illis negantibus, subdiaconus Baudilius, cuius tum erant ministerii vices, Vidi ego, inquit, sed præ timore vix ausus sum eloqui. Videbatur mihi, te eleuante hostiam, manus de nube, quę operuerat caput tuum, tertiò benedicere Deo oblatam. Episcopus ait: Beatus es, frater charissime, cui tanta sunt mysteria ostensa. E populo quoque duo reperti sunt, tantæ visionis participes: Eleusinus pœnitens, & Procopia castimonialis: quibus Episcopus dixit: Beati estis etiam vos: quia nō caro & sanguis hæc reuelauit vobis, sed Deus, qui in cælis est. His uerò compertis, omnis ecclesia clamauit: Gratias tibi agimus Domine Deus noster, qui abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, quorum Angeli te semper vident in cælis sedentem: & fecisti nobiscum mirabilia, sicut locutus es per os sanctorum tuorum prophetarum, qui à seculo sunt. Hac benedictione completa, reliquias sacratissimę Crucis, in laudibus Domini tripudiantes, in altari medio collocarunt: in dextera parte, propter reditum fratrum, synceræ venerationis cultu, Crispini & Crispiniani martyrum: à sinistris verò beatissimorum Petri & Pauli Apostolorum. Visionis autem supradictæ miraculum longè lateque diffusum est, & eius odore pagani illecti, ad Dei gratiam percipiendam aduolabant, ita vt intrà triduum septem ferè millia baptismum perceperint. Non debet autem mouere lectorem, quòd vir sanctissimus de miraculo viso inquirere voluit. Non enim ille hoc arrogantia fecit, neque suam, sed Christi gloriam spectans.

Celebritas inuentionis S. Crucis.

Eccè antiquorū patrum deuotionē ergà sanctas reliquias Missæ sacrificiū dignè oblatū, quàm sit gratū Deo.

Procopia castimonialis.

Mat. 18.

Luc. 1.

7000. baptizātur.

Cap. 9.

Ecclesiæ structura omni absoluta, & sacris reliquiis depositis, populus ad beatum Episcopum pro suis vtilitatibus confluebat: alii Dei gratiam adipisci cupientes, alii contagiis nequissimis carere cupientes. Atque ità quotidianis horis vel momentis, Christi gloria per eum de sanitatis beneficiis splendescente, reuertebantur suo potiti optatæ salutis desiderio. Surdis auditum, cæcis visum, mutis loquendi officium, claudis gressum, paralyticis curationem membrorū, denique omnibus omnia, per os & impositionem manus Episcopi, septiformis spiritus largiebatur. Cumque id genus multa ille perpetrasset, & omne penè genus hominum gratias ageret Deo, quòd tantum ecclesiæ suæ præfecisset sacerdotem, *vicesimus ordinationis eius elapsus est annus: quos annos omnes in charitate, sanctitate & puritate mentis in eo populo exegerat. Quodam autem die diluculò ad concinendos in ecclesia psalmos consurgens, statuit apud se fratribus indicare diem obitus sui, quem ipsi Dominus reuelarat. Completis igitur matutinis mysteriis, in secretarium est ingressus, & conuocans vniuersam fraternitatem, quosdam etiam ex laicis, exposuit sibi diuinitùs factam reuelationem, atque se Dominica die migraturum à corpore. Deindè subiecit: Præcor vos, vt exhortationem meam sereno animo accipiatis. Vereor enim, & perpetua me habet solicitudo, nè rursùs, me defuncto, dissensio existat de substituendo successore. Scitis autem vos, quæ in hac vrbe ante meum aduentum gesta sint. Itaque nè similia fiant in populo Christiano, suadeo vobis, vt post decessum meum, fratrem & compresbyterum atque Abbatem Anianum, cuius vita per multa experimenta vobis notissima est, vobis Episcopum deligatis: idque, si fieri potest, me necdùm sepulto, nè dilatio fomes sit altercationum.

Multa efficit miracula S. Euortius.

Mihi prorsùs mendosum esse videtur in hoc annorū numero.

Prædicit obitū suū.

Cap. 10.

Per id tempus in ciuitate Aurelianensi magna erat nobilium copia tam in Clero, quàm in populo: & dum plerique suis vel propinquis vel amicis cuperent gratificari, sicut præsaga mens Episcopi prædixerat, iterùm dissensionis semina ob eligendum antistitem pullularunt. Cumque hæc inter presbyteros natalium splendore inflatos, & laicos eodem morbo laborantes agerentur, ad beatissimi Episcopi Euortii aures quidam pertulerunt. Rursùs igitur conuocat eos, quos suprà diximus, atque ad illos peramanser: Charissimi & vnanimes fratres, vosque excellentissimi filii, iam pridèm antè prospiciens ego, quid euenturum esset, admonui vos de Aniano eligendo. Neque id feci humano erga illum ductus affectu, sed Dei timore perurgente. Si qui igitur præceptis, immò verò admonitionibus meis parère nolint, aliud quippiam patientissimè cogitemus, vnde possit omnibus satisfieri. Tres, vt audio, sunt, propter quos noui tumultus in populo extitère. Sed cùm fas non sit tres vnius vrbis esse Episcopos, consulamus hac de re Dominum, nocte hac vnanimiter congregati, & in hymnis ac lectionibus vigilantes: tribusque chartulis horum trium nomina inscribamus, & ex maneant in altari tota nocte: peractisque cràs legitimo tempore Missis, puerulum innocentem adducamus, qui eas chartulas ex intimo altari extrahat: & si nec id sufficiat, proponantur Psalterium & Euangelia: & si tria hæc inter se consentiant, ille, quem designauerint, ordinetur Episcopus. Placuit cunctis sermo prudentię eius: celebrantur vigiliæ, Missæ peraguntur, innocens puer adducitur, per quem Dei voluntas monstretur: is ad trahendas chartulas dexteram extendens, unam digitis comprehensam profert, & tanquàm propheta ns, exclamat: Anianus, Anianus, Anianus, solus dignus est huius vrbis Episcopatu. Completum ibi est, quod Psalmus habet: Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Aperitur deinde Psalterium, & statim offert se versus ille: Beatus quem elegisti & assumpsisti Domine: inhabitabit in tabernaculo tuo. Denique in Euangeliis hic textus occurrit: Tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo Ecclesiam meam.

Iterùm exoritur dissensio pro electione noui Antistitis

S. Euortius Anianū diuinitùs electū sibi substituit.

Psalm. 8.

Psal. 64.

Mat. 16.

Cap. 11.

His ergò euidentissimis admoniti documentis, beatum Anianum designant Episcopum, aiuntque ad Sanctū Euortium: Nobis semper compertum est, dicta beatitudinis tuę diuinis præceptis esse planè consentanea. Tum vir beatissimus de diuina disposi-

tione letus, cunctis valefaciens, & successorem suum Clero ac plebi commendans, domum hilari vultu se recepit. Indè correptus febribus, die illo, qui diuinitùs ei indicatus fuerat, corpus terrę, animam cęlo reddidit. *Migrat à corpore sanctus Episcopus.* Obiit septimo Idus Septembris, spiritali eius doctrina in mundo florente atque vigente. Quo autem tempore Aurelianensis Episcopus creatus est, B. Syluester præsul Apostolicæ Sedis fuit. Post obitum sepultus est in conspectu ciuium suorum à Tetradio viro præfectorio in agro ipsius ad Orientem sito. Condidit verò idem Tetradius super sepulcrum eius cellulam exiguam, non paupertate, sed necessitate, quòd gentiles per omnem Galliam grassarentur, nec cuiquam libera esset viuendi facultas. In eo autem sepulturæ eius loco diuersa fiunt, eaque creberrima, miracula, operante Iesu Christo Dei filio, qui viuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

VITA STEPHANI PRIMO Cartusiani, inde Episcopi Diensis. Eam vitam cùm rhythmicè quidam scripsisset, & idcircò obscurè, alius prosa reddidit, cuius nomen me latet. Est autem historia lectu digna. Stylum vbi visum est, nonnihil expoliuit Fr. Laur. Surius, adiecto ad marginem capitum numero.

7 Septēb. *Cap. 1.* *Patria Stephani. Parentes nobiles.*



LVGDVNI, quæ est Galliarum vrbs præclara & celebris, Stephanus ortus est. Cuius pater dominus de Castellione, & sanguinis & religionis nobilitate fuit insignis, quèadmodùm & vxor eius. Itaque tales & tam boni parētes, talem nobis filium procrearunt. Solet enim arbor bona suauiores proferre fructus. Porrò ab ipsis incunabulis signis quibusdam ostēsum est, qualis quandoquè Dei seruus esset futurus: quę non absurdum fuerit paucis annotare. Priùs enim cępit cum Christo crucifigi, quàm quicquam posset eloqui. Etsi autem fortassis incredibile videatur, tamen constat eum adhuc infantem, cùm nutricis lacte aleretur, *Sextis ferys infans abstinet ab vberibus.* sextis ferijs prorsùs eam alimoniam recusasse, iisque diebus ieiunum permansisse. Quod vbi parentes & nutri didicere, & suis quoquè oculis conspexere, manum Domini iam in eo operari cernentes, quod *Luc. 1.* olim de beatissimo Domini Baptista dictum fuit, cogebantur etiam ipsi dicere: Quid putas puer iste erit? Inde verò abstractus ab vberibus, in ipsa pueritia à parentibus *Mirè proficit in literis & pietate.* per discendis literis est admotus. Ibi beatus puer & gratia plenus, & ingenio pollens naturali, in scholis non solùm supra ætatem præ coætaneis suis magnos habebat in studiis progressus, verumetiā mirum in modum docilem, modestum, humilem & amabilem omnibus se exhibens, vitæ futuræ profectionem quasi naturaliter inchoare videbatur. Bibebat quotidiè aquas sapiētię salutaris, & in dies seipso fiebat prudentior. Annis puer, moribus senex & moratus, omnis lasciuię puerilis ignarus. In ipsa autem morum disciplina & virtutum profectu, docente eum & imbuēte sua vnctione Spiritu sancto, etiam eos omnes, à quibus docebatur, excelluit.

Cap. 2. Postquàm verò a pueritia migrauit ad adolescentiam, manifestiùs apparère cępit, quid esset in eo, & gratia Dei in illo vacua non videri. Cùm enim re ipsa comperiret religiosus & nobilis adolescens, in maligno & quodam vitiorum præcipitio mundum hunc positum esse: illud quoquè Apostoli perpēderet, Escā ventri, & ventrem escæ, Deum autem & hunc & hāc destructurum: *1. Cor. 6.* prorsùs sibi esu carnium voluit esse interdictum. *Abstinet à carnibus.* Stupebant omnes, raram admirabantur virtutem, eoque magis, quo illa minùs esset inter seculares, præcipue nobiles & diuites, vsitata. Videre tū licebat multorum cordium reuelari cogitationes. Alii enim, iique sanum sapientes, adolescentis abstinentiam & animi constantiam suspiciebant. Plerique, quæ carnis sunt, sapientes, ab animi leuitate illud institutum proficisci suspicabantur. Verùm ille sine cōsilio nihil agebat. Consultorem habebat prophetā, ità dicentem: Bonum est viro, cùm portauerit iugum ab adolescentia sua. *Thren. 3.* Quod enim multis proh dolor accidere solet in illa feruescente ætate, vt mentem blandæ suggestionis vento pulsante, pudoris naufragium faciant: sed ille pauidus anteuertit, iampridèm castitatis amore medullitùs concepto, vt pectus virtutibus munitum, nulla turpi cogitatione contaminaretur. Addebat verò virtutes virtutibus, & continenter turrim ædificabat, cuius in ipsis cunis iam fundamenta collocauerat. Crescebant virtutum frutices, quos in eius pectore Christi gratia plantauerat, & fructus serebant in uitam sempiternam. Ieiunabat propensiùs & orabat, & quantùm licebat, in misericordiæ opera & officia incumbebat. *Incumbit operibus misericordiæ.* Interim uerò tametsi benè viuendi formam in seipso ostenderet, non tamen seipsum ostendebat. Morum grauitas etiam in ipso vultu relucebat: animi summissionem & modestiam incessu & habitu fatebatur.

Cap. 3. Iam verò contemplationis desiderio & amore flagrabat, quippé qui semper bonis meliora, potioribus optima adiicere conaretur. Quasi obitèr iam gustauerat, quoniam suauis est Dominus, & totis animi medullis vni Deo vacare cupiebat, ut suauitatem illam non iam delibaret, sed pleno mētis gutture hauriret. Adolescentia igitur in iuuentutem abeunte, Dauidis instàr cum tartareo Golia singulare certamen inire *1. Reg. 17* cupiens, locumque ei certamini opportunū inquirens, priùs tentare cœpit, possetne Saulis, id est, mundanæ nobilitatis, armis indutus incedere. Cernens autem ea arma magis oneri sibi esse, quàm adiumento, (Non enim eorum habebat vsum aut cōsuetudinem) & locum & arma mutauit. Animaduertens se iam annos natum sex & viginti, animoque & corpore virilem, *Ibidem.* cum Dauide quinque lapides è torrente in sua pera reposuit, id est, stigmata Domini Iesu cū Apostolo *Gal. 6.* in corde & corpore tulit, baculumque pastoralem, id est, moderationem sine discretionem, qua & vitia coerceret, & seipsum prudenter regeret, fundāque manu tenens, id est, scripta diuina re & opere exequi volens, ad palæstræ campum properauit. Audiens autem Carthusiam Portarum huic certamini aptam, (Iam enim plerique alii eo in loco Goliam strauerant) eò se contulit, exploraturus num verus ad ipsum rumor allatus esset. Comperit autem famam re ipsa inferiorem, mirificeque exhilaratus, maiores animo vires concepit. Inter cæteros enim didicit ibi duos fuisse athletas fortissimos, eosdemque eius loci Priores siue Pręfectos, qui de Golia illustribus ancti victoriis, sempiternæ felicitatis amplissima præmia reportassent. Ex iis alter fuit Bernardus, cuius hortatu *Bernard. Prior Carthusianus* beatus Bernardus Abbas Clarauallensis exposuit Cantica canticorum: quique post suum obitum in ea Carthusia sepultus, multis claruit miraculis: Alter verò non imparis meriti sanctus fuit Anthelmus, *Anthelm. Prior primariæ Carthusiæ.* qui primó primariæ Carthusiæ Prior cùm fuisset, inde factus est Portarum Carthusiæ Prior, posteà verò Episcopus Bellicensis: cuius vitæ sanctitatem multa & viuentis & defuncti miracula testantur. Atque horum duorum præcipuè exem-

plis

plis animatus Stephanus, non difficilem sibi de antiquo hoste diabolo victoriam pollicebatur. Aperit ergo eius loci Priori & fratribus propositum suum: magna instantia orat ab ipsis recipi in monachum & seruum omnium propter Deum. Illi verò propensis animis assentiuntur, & pacis osculo, ut habet eius instituti consuetudo, peramanter acceptum, hortantur ut si quas habeat cum aliquo controuersias, priùs eas expediat, de rebus suis cõstituat & ordinet, certumq; expromat diem, ad quem rursùs adesse velit, & monasticum habitum induere. Sed cui ille quicquam debe ret vel obnoxius esset, qui sine querelis semper vixerat? Breuem igitur præfigit terminum, ut interim uestes & alia necessaria præparentur.

Cap. 4. *Induit Stephanus monasticum Carthusianorum habitum.*

Deindè tempore illo euoluto, adest pugil fortissimus, comminùs cum hoste teterrimo præliaturus: statimque habitum monasticum induens, cum ingenti feruore id vitæ genus auspicatur: ità vt breui eius instituti regularibus disciplinis & exercitiis instructus, de seipso cunctis uiuendi specimen præberet. Nam tametsi complures illic inuenit miræ sanctitatis & pœnitentiæ uiros: at tamen breui per multa sanctitatis opera seipsum exhibuit religionis exemplum; seque totum offerens Deo in holocaustũ, studebat mũdo emori, ut Christus in ipso viueret. Domabat corpus suum uigiliis, ieiuniis, flagellis, & pro more Carthusiani instituti, veste cilicina, potuque aquæ & pane arido. Nihil de monasticæ disciplinæ austeritate omittebat, quàm communis Regula vel Maiorum exempla admitterent. Cùm enim singulis hebdomadibus ex Canonis sui præscripto Carthusiani tribus diebus solo pane, aqua & sale vescerentur, ille præ cæteris Ordinis instituta cum usura quadam exequi cupiens, pro maiori temporis parte ad mensam suam nihil quicquã præter panem & aquam admisit. Et panis quidem ab vna parte ponebatur, ab altera codex: dumq; vicissim ad ea oculi distraherentur, vtrique homini alimonia præbebatur. Aderat verò etiam scutella cũ aqua, quæ potum & salsilaginẽ ministraret. Huiusmodi epulis seruus Dei contentus, nihil quicquam vnquàm præ tereà mensæ suæ inferebat.

Afflixit corpus suum.

Eius abstinentia.

Cap. 5. *Magna eius deuotio erga Eucharistiam.*

Porrò erga venerabile altaris sacramentum tanta ei deuotio & attentio inerat, ut totus lachrymis madẽs, cum ipso Christo ad crucem affixus videretur. Sanè omnis eius vita, ingens quoddam miraculũ fuit. Propriam voluntatem modis omnibus studuit proterere, ocium animæ inimicum & exitiosum vitare, orationi, meditationi, contemplationi, sacrorum psalmorum perscrutationi diu noctuque uacare, labori manuario & corporalibus exercitiis horis ab Ordine statutis incumbere: deniquè nullum omninò prætermittere tempus, quo non ut bonus agricola in Dominico agro laboraret. Indè verò in dies augebatur eius amor & feruor erga Deum, opinioq; sanctitatis eius inter fratres & celebre nomen intùs & foris, sed ità tamen, ut fama esset veritate & re ipsa minor. Omnes Stephanum Christi militem prædicabant, omnes laudibus efferebant, omnes de eo loquebãtur, omnes eũ suspiciebant & admirabantur. Et ut de interiori eius homine taceamus, cuius pulchritudinem, puritatem, constantiam, & fortitudinem satis indicabant mores & uita: semper exteriorem hominem tanta modestia, tamque decenter componebat, ut nil prorsùs in eo appareret, quod posset intuentium animos offendere. Quis verò nisi coram Deo & Angelis eum crederet conuersari? Et ut dictis fidem cõciliemus, vnum è multis non admirandum duntaxat, sed etiam imitandum commemoremus, nam omnia eius præclarè & sanctè gesta numerari vix queant. Orabat quandoque coram Crucifixi imagine, & contemplationi inhærebat: & eccè subitò Angelus Domini ĩ humana effigie, qua solet à sanctis hominibus conspici, assistit ei, operibus & studiis eius delectatus. Testes eius rei sunt, qui suis oculis vidère, homines profectò religiosi valdè & fide dignissimi, qui Deo disponente, ut testimoniũ perhiberent de homine, casu eò aduenerant. Est autẽ verisimile, crebrò illi eiusmodi obtigisse: sed celabat talia accuratè, nè humanæ laudis aura subreperet.

Angelica meretur oran dum frui præsentia.

Cap. 6.

Cùm iam verò multis annis uixisset solitarius in cella, & hostem tartareum egregiè debellasset, dignus & idoneus visus est, qui aliis regendis præficeretur. Nam defuncto vel absoluto Carthusiæ illius pastore, ab omnibus, licèt inuitus & repugnans, electus est in Præfectum eius cœnobii. Qua verò prudentia & strenuitate, quàm solicitè & zelosè atque ad monastici canonis normam, illam Dei domum gubernarit, vitia extirpando, uirtutes serendo, non facilè quis possit explicare. Non enim verbis tantúm, sed etiam exemplis pugnando cum hoste importunissimo, nõ immerito dux populi Israelitici videbatur effectus. Haud secus autem ac propriam salutem, suorum in omnibus profectũ & pacem sitiebat & procurabat. Ab ipsius doctrina, & magisterio cunctis eius loci habitatoribus perfectę religionis exempla promebantur, ità vt omnes indè sanas institutiones & piæ deuotionis incitamenta hau rirẽt. Qua re factum est, ut repentè, non solùm per eã regionẽ tam sancti pastoris suauis odor spargeretur, sed eius etiã limites excederet. Nec verò subditis duntaxat suis, sed & multis aliis prodesse conatus est. Aduenientibus enim hospitibus, animarum salutem expetentibus, quorum erat ad illam domum frequens concursus, cibum vitę porrigebat: undè nõ pauci eius monitis ad viam salutis reducti sunt.

Præficitur Carthusiæ Portarũ.

Multos suis monitis ad uiã salutis reducit.

Cap. 7.

Interim Deus volens lucernam tantam super candelabrum poni, ad altiora eum prouehi curauit, ut luceret omnibus, qui erant in Ecclesia Dei. Accidit enĩ, ut ecclesia Diensis suo pastore destitueretur, & collegium eius ecclesiæ de successore tractaret. Erant varia Canonicorum vota, & nunc hunc nunc illũ, pro suo quisque iudicio, statuunt eligendum. Qui iam inter eos moderatiores, sed ii pauci, in magnum illum Carthusianum Stephanum sua suffragia conferunt, commendant mirificè eius sanctitatem, prudentiam siue discretionem, affabilitatem, religionem. Quid multis? Omnes illis assentiunt, omnes lætantur, etiam illi, qui propensiores erant erga alios eligendos. Quẽ igitur ab omni æternitate Deus ad hoc munus elegerat, illum etiam homines eligunt tempore diuinitus præstituto. Sed quòd non ignorarent, sine multa vi eũ ab eremo auelli non posse, ad summum Pontificem pro obtinenda confirmatione properant, ipso interim in sua Carthusia latitante, & quid de ipso alii machinarentur, prorsùs ignorante. Vbi autem Romanus Pontifex audiuit quem elegissent, impensè lætatur: ait eos tali pastore beatos fore, atque eius eligendi consilium à Deo manasse. Iam enim sanctitas vitæ eius apud omnes erat peruulgata, & ad ipsius quoquè Pontificis aures peruenisse videtur. Mox igitur electio à Pontifice authoritate Apostolica confirmatur, & Stephano præcipitur atque mandatur, ut ecclesiæ Diensis, cui, Domino disponente, esset destinatus, regimen nulla occasione suscipere cunctetur. Aduolant cũ iis mandatis Canonici Dienses, ostendunt Stephano literas Apostolicæ confirmationis: eum totius ecclesiæ Diensis nomine rogant, ut electioni assentiatur. Ille, perlectis Pontificis literis, & uerbis Canonicorũ auditis, sic eos compellat: Miror viros sapientes in hominem idiotam & incultum eremi cultorem, rerum politicarum vel secularium prorsùs imperitum, tanti oneris sarcinam conicere uoluisse. Cessate, quęso, cessate:

Eligitur in Episcopum Diensem.

Confirmatur a summo Pontifice.

state: neque enim hac in re poteritis vnquàm voto potiri. Illis e diuersò instantibus, rogantibus ac postulantibus, vt suo assensu ipsos consoletur, tandèm verbis beati Hugonis, quondàm monachi Carthusiani & Lincolniensis Episcopi, sic eos fertur allocutus: (Is enim beatus Hugo iam ferè biennio ante decesserat è vita, multis miraculorum signis coruscans) Certum habetote, non esse in meo situ arbitrio, vt fiat id quod vultis. Nouistis me esse monachum, & alterius voluntati subiectum, nempe Prioris Carthusiæ, cui ad mortē vsque obediendi mihi incumbat necessitas. Tum verò ratio non admittit, vt domus huius cura abiecta, alteram ecclesiam suscipiam gubernandam.

Recusat episcopatum.

Istius Hugonis vita habet 19. Nouemb.

Carthusiam primariam intellige.

Cap. 8.

Hoc illi responso accepto, cùm viderent se nihil apud illum posse proficere, aliis literis Pontificis impetratis, quibus mandabatur Priori Carthusiæ, vt eū cōpelleret obedire, Carthusiam adeunt. Id vbi beatus Stephanus resciuit, cernens nullam sibi tanti oneris euadendi viam superesse, fugæ præsidium capiat. Assidua enim contemplatione Deo inhærens, nullo modo ferre poterat à tantis animi deliciis se auocari. Postquàm autem literæ Pontificis domino Iacelino Priori Carthusiæ sunt oblatæ, ille mox vt uir prudentissimus & magnæ virtutis, Pontificis mandatum exequi studuit. Quæsitus igitur Stephanus & repertus, à Priori Iacelino precibus & præcepto cogitur electioni consentire. Deductus verò à Canonicis illis cū multo gaudio & honore Vienam, illic à tribus Archiepiscopis solenniter est consecratus anno gratiæ millesimo ducentesimo octauo. Redditus indè sponsæ suæ ecclesiæ Diensi, & cum multa celebritate & exultatione in Episcopi cathedra collocatus, monastica instituta, morum grauitatem, virtutis constantiam, aliaque suæ religionis exercitia non solùm non omisit, sed etiam aliquid ad ea adiicere studuit. Solus autem Deus, qui ei præstitit, & ipse, qui accepit, compertum habent, quàm ab eo tempore præuentus sit in benedictionibus dulcedinis diuinæ, quam sit gratia electionis repletus, quantùm inebriatus ab vbertate domus Dei.

Cogitur a superioribus Episcopatū acceptare S. Stephanus.

Cap. 9.

Diuinum officiū cū Canonicis suis persoluit.

Ab ipso autem Episcopi ministerio suscepto, diuinum officium nō in sacello suo, vel loco secreto, sed in summa æde cum Canonicis suis deuotissimè persoluebat: & quotidiè ferè salutarem Deo hostiam offerēs, multa deuotione affectus, magnos lachrymarum imbres fundebat. Mirabantur omnes hominem cōtra humanæ consuetudinis vsum, ex humili monasterio repentè ad summa prouectum, plùs humilitate quàm dignitate, plùs religione quàm dominatione creuisse. Ille uerò nihil tale de se sentiens uel cogitans, ad cordis sui custodiam & melioris propositi constantiam tuendam, hoc semper apud se tacitus versabat: Stephane, Stephane, ad quid uenisti? Vide & accuratè perpende, quam sis de tam illustris sponsæ coniūctione Deo rationem redditurus, si eo, quo par est, honore, studio, labore & diligētia illam non fueris amplexatus. Et quemadmodùm de Domino Saluatore legitur, quòd cœperit facere & docere: à primo die illius desponsationis suę, illa in seipso agere curauit, quę erat alios docturus. Cùm autem iam concionando, exhortando, visitando cępisset exercere munus suū, & totius populi cum multo zelo studere saluti, inuènit gentem illam miseram, & execrabili cōsuetudine cęcam, non honorare diem Dominicū: immò uerò contra Dei præceptum diabolo illum dedicare, quòd illo solo die exercerentur nundinæ, tabernę, choreę, ludi, luxus, & perniciosa spectacula. Quamobrèm ad populum concionatus, blandis & mellitis verbis, apertissimisque rationibus ostendit eis peccati illius enormitatem, diuinęque maiestatis offensionem & contemptum. Sed gens belluina & cęca, non solùm non admisit sermones eius, sed etiam per contemptum eos audire recusauit. Dolens autem seruus Dei tam proteruos illos ad corrigendos mores, ad ritus impios tam planè barbaros, tam erga religionem Christianā insolentes, tam vita prophanos, acriùs insistendum existimauit. Itaque intelligens se nō mercenarium esse, sed pastorem, constituit opportunè, importunè prędicationi incumbere, si fortassè possent resipiscere à diaboli laqueis, à quo captiui tenebantur. At surdas illorum aures sermo diuinus minimè penetrabat. Tū uerò magno animi dolore concepto, Apostolicum uirū referens, & sui Apostolatus signa euidenter ostendēs, præcepit dæmonibus, qui ad ea, quæ diximus, facinora illos incitabant, & quorum voluntati parebant, ut sine vlla cuiusquam læsione palàm se eis uisendos exhiberent. Mox parent illi dæmones, quem homines peruicaces audire nolebant. Videre tum licebat horrendum & terribile spectaculum, dęmones procera & immani statura, nigerrimos, cornutos, fętorem & flammas spirantes, ad viri imperium apparēre cūctis, rursumque recedere, nec quenquam lædere posse. Cępit ergò occæcata gēs aperire oculos, vitam & mores corrigere. Sed quid mirum, si tam mira effecit vir admirabilis? immò verò non ipse, sed Deus in illo? Alioqui, tu es Deus, inquit, qui facis mirabilia.

Act. 1.

Prophanatio Dominicæ diei.

Cogit dæmones se visibiles exhibere populo, quē decipierant.

Psal. 76.

Cap. 10.

Ad Portarum Carthusiam, vndè assumptus fuerat, pro spiritali recreatione crebrò se conferebat, & instar aliorum degebat in cella solus, orationi & contēplationi attētissimè vacans. Nihil ibi de Episcopi maiestate præ se tulit, sed humilem monachum subiectione exhibuit. Vestibus & lectuli operimentis nō aliis, quàm cæteri, vtebatur, cilicio semper nudum corpus atterente. Deniquè solo pontificis anulo excepto, ab aliorum consuetudine in nullo discrepabat. Sæpiùs & inuisebat loca religiosa ipsi familiaria, conuocatisque fratribus, mellifluis sermonibus eos exhortabatur & instituebat, ab eisque recedens, illorum precibus humiliter se commendabat.

Vide humilitatē.

Cap. 11.

Quàm erga peccatores humanus, benignus, & misericors fuerit, uno exemplo, cæteris prætermissis, satìs sit declarasse. Quidam ex subditis eius ægrotans, diabolo illum possidente, uultu, uoce, aliisq; signis se desperare significans, & peccata sua confiteri renuēs, à nemine uoluit audire verbum Dei. Vbi id cognouit vir Dei, dolens miseri hominis uicem, ad eum accedit, hortatur ad faciendam confessionem, Dei misericordiam & clementiam pollicetur: sed diabolo tenaciùs pectus illud occupante, emollire eum non potest. Videns igitur aliis vtendum armis, ad solitas preces cum lachrymis se conuertit. Et eccè æger homo dæmone purgatus, ad virum Dei se uertens, peccata sua integrè confitetur, absolutionem impetrat, capetit sacrosanctam Eucharistiam & Extremam unctionem: & vtráque percepta, mox spiritum exhalat. O oliuam fructiferam in domo Dei. O oleum iucunditatis, virgens & lucens: quandò & orationis vi expulit diabolum, & suauitate beneficii unxit infirmum, eique moa morituro salubriter confitendi & communicandi obtinuit facultatem. Alium quendam ægrotū, diuturno morbo oppressum, manus suæ contactu statim integrę restituit sanitati.

Hominē desperantem reuocat ad salutem.

Psal. 51.

Aegrum sanat.

Cap. 12.

Orta quandoquè immani grandinis tempestate, ità vt regio illa in præsens discrimen coniici videretur, signum Crucis contra illam edidit: & confestim reddita est tranquillitas. Quædam mulier diœcesis eius ob sua, ut uidetur, maleficia à diabolo præfocata, subitò expirauit. Eius rei peruenit rumor ad virum Dei, qui tum non longè indè aberat. Is miseratus casum tam acerbum infaustę mulieris, venit ad locum, ubi

Signo Crucis pellit tempestatem.

iacebat

iacebat exanimis. Assistunt multi, narrant repentinũ fœminæ interitum, condolent omnes, petunt ab illo suffragium. Ille verò summa pietate commotus, magnam fundit lachrymarum vim: orat pro ea Dominũ, implorat eius misericordiam. Postea illa velut à graui somno euigilãs, surgit: narrat Christi se misericordiam ob merita viri Dei, sibique restitutã, exiliens & exultans, laudat Deum. Id populus conspicatus, stupore & ecstasi repletur.

Excitat mortuã.

Cap. 13. Nec minor eius fuit erga viuos, quàm defunctos misericordia. Quis enim in inopes, miseros, afflictos, calamitosos homines tam benignum se exhibuit? Exẽplo sancti Iob, foris non mansit peregrinus: ostiũ eius cum liberali manu patuit indigentibus. Præter victũ enim moderatum, quo ipse cum suis sustẽtabatur, omnia in pauperes erogabat. Eodem tempore, quo excessit è vita, pacem populo suo conciliauit à quibusdam eius aduersariis, qui multis modis eũ affligebãt.

Iob. 31.

S. Stephanus pacis cõciliator.

Cap. 14. Imminẽte autẽ vitę huius termino, quo Dominus eum à labore ad requiem perducturus erat, in morbum incidit, & extrema gaudii Diensis ecclesiæ luctus occupauit. Videres tum ecclesiæ suæ filios cursitantes cum multis & religiosis & popularibus, humanitatis studio ei sua officia exhibẽtes, sui quisque profectus gratiam promereri cupientes, circa frequens ministerium solicitos, pharmaca comparantes & fomenta: sed seruo Dei nihil horum curę erat: quippè qui sciret adesse migrationis tempus. Vrgentibus autem ecclesię suæ filiis, ut testamentum faceret, Non est, inquit, necessè, cùm omnia sint sponsæ meæ, quam gubernandam suscepi. Benedictionem & consilium petentibus non negabat: de mutua charitate & cõcordia omnes pariter admonebat. Porrò quędam ægrota mulier, quæ nulla medicorum arte poterat curari, ut audiuit virum Dei decumbere; pro recuperanda salute, eius benedictionem summoperè expetiit. Tãdèm ad illum intromissa benedicitur, & sana recedit. Ità ille uir sanctus, cuius memoria in benedictione est, dum corporis aduersa ualetudine contabescit, aliis sanitatem impertat.

Sanat benedictione sua ægrotã.

Cap. 15. Videns autem adesse supremum vitę diem, confitetur peccata sua; petit Ecclesiastica sibi porrigi sacramenta, cunctisque ritè atque ordine confectis, inter verba orationis migrat ad Dominum Septembris die septimo, anno salutis millesimo ducentesimo tertiodecimo, ætatis suę quinquagesimo octauo, Episcopatus sexto. Conditus est in ecclesia beatissimę Mariæ sponsæ suæ, quemadmodùm ipse iusserat; regnante Domino nostro Iesu Christo, cui est cum patre & spiritu sancto eadẽ laus, honor, virtus & potestas in infinita seculà, Amen.

Feliciter abit è corpore.

Cap. 16. Postquàm autem ex huius vitæ tenebris ad illam lucem profectus est sempiternam, Dominus multis miraculorum signis illum uoluit illustrare. Postridiè. n. eius diei, quo sanctissimum corpus eius humatum est, cùm beatissimæ Mariæ virginis natiuitas in ea ecclesia solenniter celebraretur, filia Lãberti hominis Diẽsis, quæ ad tres menses luminibus orbata fuerat, ad sepulcrum eius adducta, mox visum recepit. Eodem die filia Martini cuiusdam, quę diuturnis vexata febribus, & vnius lateris sanitatem amiserat, ab amicis ad ... idem apportata sepulcrum, post fusas preces & febribus liberata est, & lateris ... pristinas vires recepit ... que pedibus suis gaudens ... quæ paulò antè alio- rum manibus cũ dolore appor tata fue- rat.

Miracula post obitum eius.

DE SANCTAE VIRGINIS DEIparæ Genealogia, deque eius Laudibus & commendatione, Sermo beati Iohannis Damasceni, ex 4. lib. de Orthodoxa fide, cap. 15. D. Iacobo Billio Abbate interprete.



Septẽb. 8.
Cap. 2.

QVONIAM de sancta atque omni laude sublimiore semperque Virgine ac Dei genitrice Maria superiùs utcunquè disseruimus, idq; quod præcipui momenti erat, ostendimus, nempe eam propriè ac verè Dei genitricem & esse, & appellari: nunc, quę reliqua sunt, expleamus. Ipsa enim æuo omni antiquiore ac præsciente Dei consilio prędestinata, variisq; Prophetarum imaginibus ac sermonibus per Spiritum sanctum adumbrata, atque antè prædicata, certo tandem atque præfinito tempore ea Dauidica radice, quemadmodùm ipsi promissum fuerat, orta est. Iurauit enim, inquit, Dominus Dauid ueritatem, & non frustrabitur eum: De fructu uentris tui ponam super sedẽ tuã. Ac rursùs: Semèl iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar: semen eius in æternum manebit. Et thronus eius sicut sol in conspectu meo: & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis. Et Esaias: Orietur virga ea Iesse, & flos de radice eius ascẽdet. Enimuerò quòd Ioseph ex Dauidica tribu originem duxerit, sanctissimi Euangelistæ Matthæus & Lucas liquidò demonstrarunt. Verùm hoc inter eos discriminis est, quòd Matthæus ex Dauide per Salomonem Iosephũ ducit: Lucas autem per Nathan. At verò sanctæ Virginis ortũ vterq; silẽtio prętеriit. Quocircà scire operæprecium est, nec apud Hebræos, nec apud Scripturam sacram, hoc in more positum fuisse, ut mulierũ genus recenseretur. Verùm hoc demùm lege cautum erat, nè tribus ulla vxores ex altera tribu accerseret. Ac proindè Ioseph, qui ex tribu Dauidica ortum trahebat, iustitiamq; colebat, (hanc enim laudem ei tribuit diuinum Euangelium) sanctam Virginem haudquaquam præter legis pręscriptum despondisset, nisi ex eodem sceptro genus duxisset. Obidque satis habuit Euangelista demonstrasse unde Ioseph ortum traxerit.

Psal. 131.
Psal. 88.
Esa. 11.
Matth. 1.
Luc. 3.
Mulierũ genus in scriptura recenseri non solet.
Num. 36
Matth. 1.

Quin illud quoquè sciendum est, quòd Lege sancitum erat, ut si quispiam sine liberis è uita decessisset, ipsius frater vxorem mortui in matrimonium acciperet, ac fratri semen excitaret. Ità, quòd in lucem edebatur, natura quidem secundi erat, hoc est eius qui genuerat: si autem Legem spectes, eius qui mortẽ obierat. Igitur ex stirpe Nathan, filii Dauid, Leui genuit Melchi & Pantherem: Panther autem genuit Barpantherem, (nam ità uocabatur) Barpanther rursùs genuit Ioachim, Ioachim deniquè genuit sanctam Dei genitricem. Rursùs ex stirpe Salomonis filii Dauid, Mathan ex vxore sua genuit Iacob. Mortuo autẽ Mathan, Melchi ex tribu Nathan, filius Leui, ac frater Pãtheris, vxorem ipsius Mathan, quæ etiam Iacobi mater erat, matrimonio sibi copulauit, atq; ex ea genuit Heli. Ità vterini fratres erant Iacob, & Heli, ille nimirùm ex tribu Salomonis, hic ex tribu Nathan oriundus. Porrò Heli, qui ex tribu Nathan erat, nullis liberis susceptis è uita migrauit: eaque de causa Iacob ipsius frater, qui ex tribu Salomonis fluxerat, ipsius vxorem accepit, fratrique suo semen excitauit, ac Iosephum progenuit. Ioseph itaque natura quidem filius Iacob erat, à Salomone oriundus: Legis autem ratione, patrem habebat Heli, ex Nathan oriundum.

Deut. 25.

Quæ


1. Reg. 1. Quæ cùm ità sint, Ioachim electissimã illam ac summis laudibus dignam mulierem Annam matrimonio sibi copulauit. Verùm quemadmodùm prisca illa Anna cùm sterilitatis morbo laboraret, per orationẽ ac promissionem Samuelem procreauit: eodem modo hęc etiam per obsecrationem & promissionem, Dei genitricem à Deo accepit, vt ne hic quoque cuiquã ex illustribus matronis cederet.

S. Maria omnium creaturarum Domina. *Psal. 91.* Itaque gratia (nam hoc sonat Annę vocabulũ) Dominam parit (id enim Mariæ nomine significatur.) Verè etenim rerum omnium conditarum domina facta est, cùm Creatoris mater extitit. In lucem autem editur in domo Probaticæ Ioachim, atque ad templũ adducitur. Ac deindè in domo Dei plantata atq; per Spiritum saginata, instar oliuæ frugiferæ virtutũ omnium domicilium efficitur, vt quæ videlicet ab omni huiusce vitæ & carnis concupiscentia mentem abstraxisset, atque ità virginem vna cum corpore animã cõseruasset, ut eam decebat, quæ Deum sinu suo exceptura erat: Sāctus.n. ipse cùm sit, in sanctis requiescit. Adhuc igitur modum sanctitatem consectatur, sanctumq; & admirabile, ac summo Deo dignum templum existit. Quoniam autẽ ob illud Esaiæ vaticiniũ, *Esa. 7.* Eccè virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel: (quod si interpreteris, idè est qđ, nobiscum Deus) hostis ille salutis nostræ sedulò virgines obseruabat, idcirco, ut is qui sapientes in versutia sua comprehendit, *1. Cor. 3.* *Iob 5.* eum qui sapientiæ nomine sese superefferet, in fraudem impelleret, puella Iosepho à sacerdotibus desponsatur, nouus videlicet liber literas scienti. *Esa. 29.* Hac porrò desponsatione id agebatur, vt & Virgini custos præstò esset, & ei, qui virgines obseruabat, impostura fieret.

Cùm autem venit plenitudo temporis, Angelus Domini ad eam missus est, ut Domini conceptionem ipsi nunciaret. *Iohan. 1.* Atque ità Filium Dei, ac ueram & subsistentem Patris potentiam, non ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate viri, hoc est ex congressu ac semine, verùm ex Patris benigna voluntate, Spiritusq; sancti cooperatione concepit: Atque & Creatori, ut crearetur, & fictori ut effingeretur, & Dei Filio ac Deo, ut ex puris & immaculatis ipsius carnibus & sanguinibus incarnaretur, atque homo efficeretur, subministrauit, primæ videlicet parentis debitum exsoluens. *Iesus Christus ex carnibus & sanguinibus Mariæ virginis incarnatus.* Quemadmodùm.n. illa citra Venereum complexum ex Adamo effecta est: ità etiam hęc nouum Adamum peperit: sic nimirùm, ut consueto more pareret, cæterùm suprà naturæ morẽ gigneret. Siquidem is qui Patris ratione matris expers erat, patris expers ex muliere procreatur. Et quidem quatenùs ex muliere ortus est, vsitato pariendi more editus est: quatenùs autem sine patre, generationis legem superauit. Ac rursus quatenùs consueto tempore (nouem enim menses expleuerat, ac decimum iam ingressus erat, cùm in lucẽ prolatus est) partui lex constitit: quatenus autem sine ullo sensus dolore, hoc supra generationis legẽ fuit. *Virginis partus dolore caruit.* Quam enim voluptas non anteiuit, ne dolor quidem in partu secutus est. Quò spectat illud Prophetæ: Antequam parturiret, peperit. *Esa. 66.* Et illud rursus: Antequam pariendi tẽps venisset, effugit, ac masculũ peperit. Ex ea itaque incarnatus filius Dei natus est, nõ tanquam homo θεοφόρος, id est Deifer, sed Deus incarnatus: neque Prophetæ morem diuina operatione unctus afflatuque instinctus ac delibutus, verùm totius ungentis præsentia: ità ut & id quod unxit, homo factum sit, & id quod unctum est, Deus, non per naturæ mutationem, sed per hypostaticam unionem. Idem enim ipse & vngens erat, & unctus, ut Deus ominùm seipsum, velut hominem, vngens. Quid igitur afferri potest, quin Dei genitrix sit, quæ Deum incarnatum ex se genuit? Sanè propriè ac verè Dei genitrix est, & Domina, atque omnium rerum conditarum hera, ut quæ simul & ancilla & mater summi illius Opificis extitit. *S. Maria verè et propriè Dei genitrix vocatur.* Quemadmodùm autem ipse conceptus, eam, à qua conceptus fuerat, virginem conseruauit: sic etiam in lucem editus, virginitatem ipsius incolumen custodiuit, ut qui duntaxat per eam transierit, clausamque ipsam tutatus sit. Ac conceptio quidem per aurẽ contigit: procreatio autem per eam partem, qua fœtus in lucem exire consueuerunt: (tametsi nõ desint, qui eum per Dei genitricis latus fluxisse fabulentur) Neque enim impossibile hoc ipsi erat, ut & per portã transiret, & illius tamẽ signacula minimè labefactaret. *Ezech. 44.*

Mansit ergò etiam à partu virgo, illa semper Virgo, ut quę ad extremum vsque spiritum nunquàm cũ viro consuetudinem habuerit. Quanuis enim scriptum sacris monumentis ità proditum sit, Et non cognouit eam, donèc peperit filium suum primogenitum: *Matth. 1.* sciendum tamen est, primogenitum eum esse, qui primus sit genitus, etiã si alioqui vnigenitus sit. Etenim primogeniti nõ, primùm quidem aliquem genitum esse declarat, non tamen necessariò alios quoque postea genitos esse indicat. Atque hæc particula, Donèc, ità præscripti temporis terminum significat, ut tamẽ sequẽs tempus haudquaquàm excludat. *Quam significationem vim habeat Donec.* Ait enim Dominus: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi: non quòd post seculi consummationem sese abstracturus sit. ait quippè Apostolus, Et sic semper cum Domino erimus, hoc est post communem resurrectionem. *Matth. ult.* *1. Thess. 4.* Quonam enim modo ea, quę Deum genuerat, atque ex eo tum, quæ postea secuta erant, experimento miraculum cognouerat, uiri complexum admisisset? Absit hæc opinio. Neque enim cordati animi est hæc cogitare, nedùm perpetrare. Verùm ipsa beata atque eiusmodi beneficiis, quæ naturæ captum excedebant, affecta, quos in partu dolores effugerat, passionis tempore sustinuit, ut quæ pro materno suo affectu viscera sibi lacerari senserit, & dum eum, quem Deum gignendo norat, ut sontem ac facinorosum morte affici cõspiceret, intimis cogitationibus, tanquàm gladio, discerperetur. Atq; ità intelligendum est illud, Et tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit. *Lucæ 2.* Verùm resurrectionis gaudium mœrorem hunc excepit, Deum uidelicet prædicans eum, qui carne mortem obierat.

DE SANCTA VIRGINE MARIA Dei Genitrice sermo Beati Iohannis Damasceni, ex lib. 3. de Orthodoxa fide, cap. 12. eodem Billio interprete.



DEI autem genitricem propriè ac verè sanctam Virginem prædicamus. *Mariam Dei matrem dicendam esse.* Quemadmodùm. n. uerus Deus est, qui ex ipsa natus est, ità vera Dei mater, quæ uerum Deum ex se incarnatum genuit. Deum porrò ex ea natum esse dicimus, non quòd Verbi diuinitas existendi principium ex ea traxerit, sed quia Verbum ipsum, quod ante secula citra vllum temporis spatium ex Patre genitũ est, ac sine principio & sẽpiternè vnà cum Patre & Spiritusancto existit, in extremis diebus salutis nostræ causa in ipsius uentre domicilium habuit, atque ex ea sine ulla mutatione incarnatum & genitum est. Neque.n. sancta Virgo purum hominem genuit, sed Deum verum, non nudum, sed carne conuestitũ: nec ità, ut corpus è cælo deuexerit, ac per eam, non secùs ac per canalem, transierit, sed car-

nem

nem eiusdem nobiscum essentiæ ex ipsa assumpserit, atque in seipso, ut subsisteret, effecerit. Nam si corpus è cælo allatum, ac non ex natura nostra acceptum est, quid tandem commodi assumpta humanitas afferebat? Etenim Verbi Dei incarnatio ob eam causam extitit, vt hæc ipsa natura, quæ peccatum admiserat, & ceciderat, & corrupta erat, tyrãnum, à quo in fraudem impulsa fuerat, vinceret, sicq; à corruptione vindicaretur, quemadmodùm ait diuinus Apostolus: Quoniam per hominem mors, & per hominẽ resurrectio mortuorum. Si prius illud verè extitit, sanè & secundum. Quanquàm autem his quoque verbis vtitur, Primus Adam de terra terrenus, secũdus Adã de cælo cælestis: non tamen his verbis hoc vult, corpus eius è cælo fluxisse: sed eum haudquaquàm nudũ hominem esse ostendit. Etenim, vt vides, & Adamum, & Dominum appellauit, vtrunq; nimirùm simul indicans. Adamus quippè, si interpreteris, terrigenam sonat. Liquet autem terrigenam esse hominis naturã, vt quæ ex terra efficta sit. Domini autem vocabulum diuinam naturam ostendit.

Cur Deus homo factus. — *1. Cor. 15.* — *Explicat Pauli locum.*

Gal. 4. Ac rursùs ità loquitur Apostolus: Misit Deus filium suum vnigenitum, factum ex muliere. Non dixit, per mulierem, sed, ex muliere. Quibus verbis hoc significauit, eum ipsum esse vnigenitum Dei filiũ, ac Deũ, qui homo ex Virgine ortus est: attamen atque itèm eum ipsum ex Virgine genitum esse, qui Dei Filius ac Deus est: genitum porrò corporeo modo, quo scilicet homo extitit: & quidem ità, vt non in antè condito homine, tanquàm in Propheta habitarit, verùm ipse essentialiter ac verè homo effectus sit, hoc est in hypostasi sua carnem anima rationali atque intelligente præditam condiderit. Hanc enim significationem illud habet, Factum ex muliere. Nam quo tandèm pacto Dei uerbum sub lege factum esset, nisi homo eiusdem nobiscum substantię extitisset? Ac proindè meritò ac verè sanctam Mariam Dei genitricem appellamus. Hoc enim nomen totum humanitatis assumptæ mysterium adstruit. Nam si Dei mater est ea quæ genuit, profectò Deus est, qui ex ipsa genitus est: profectò etiam homo. Nam qui fieri potuisset, vt Deus, qui æuum omne antecedit, ex muliere nasceretur, nisi homo extitisset? Qui enim hominis filius est, homo etiã ipse sit, necessè est. Quòd si ille ipse, qui ex muliere natus est, Deus est, vnus nimirùm atque idẽ est, qui quãtum ad diuinam principiiq; expertem essentiam attinet, ex Deo Patre genitus est, & qui extremis temporibus secundùm eam substantiam, quæ initiũ habuit, temporique subiecta est, hoc est humanam, ex Virgine natus est. Hoc uerò unam domini nostri Iesu Christi personam, & duas naturas, ac duas generationes significat.

Quomodo Christi incarnatio intelligenda sit. — *Dei genitricẽ Mariam dicere totũ humanitatis assumptæ mysteriũ declarat.* — *Duæ Iesu Christi naturæ.*

At Christiparã sanctam Virginẽ neutiq̃ dicimus, propterea ꝙ ad tollendum Deiparæ uocabulum, nefarius ille & execrandus, & cũ Iudæis sentiens Nestorius, illud inquã ignominiæ uas, in contemptũ solius verè supra res omnes conditas honoratæ Dei genitricis (disrumpatur ille licèt, vnà cũ patre suo sathana) hoc nomen excogitauit. Nã & rex Dauid, Christus dicitur, & Aaron Pontifex, (Reges enim & Sacerdotes ij erant, quibus vnctio adhibebatur) ac quiuis homo pius Deique numine afflatus, Christus dici potest: at non itèm natura Deus, quemadmodùm vesanus Nestorius, qua audacia erat, eũ, qui ex Virgine natus est, θεοφόρον, hoc est diuinum, dicere nõ dubitauit. At nos, absit, ut θεοφόρον eum dicamus, uel cogitem⁹, sed Deũ incarnatũ. Ipsum enim Verbum caro factũ est, utero quidẽ gestatum, Deus aũt prodiens unà cũ assumpta natura iam illa quidem etiam ab eo diuina effecta, protinùs ut in ortum ꝑducta est: ità ut simul hęc tria extiterint, nimirùm quòd assumpta sit, ꝙ extiterit, ꝙ diuina reddita à Verbo fuerit. Atque ità sancta Virgo Dei genitrix tum intelligitur, tum dicitur, non modò propter Verbi naturam, uerumetiam, quia humana natura diuina effecta est. Quorum simul & conceptio, & existentia, mirabili modo facta est, conceptio nimirùm Verbi, carnis autem in ipso Verbo existentia: sic nempe, vt ipsa Dei genitrix mirum quendam in modũ ac naturam superantem, hoc rerum omniũ fictori subministraret, vt ipse fingeretur, ac Deo vniuersitatis huiusce parenti & architecto, vt homo fieret, assumptæ humanitati diuinitatem afferens: cùm interim vnio, ea quę vnita sunt, talia seruaret, qualia vnita sunt, hoc est, non diuinitatem solùm, sed etiam Christi humanitatem, nec solùm quod supra nos, sed etiam quod instar nostri. Non enim cùm prius instar nostri extitisset, posteà supra nos extitit: sed semper à primo ortu vtrunque extitit: quoniam iam indè à primo conceptionis momento in ipso Verbo existentiã habuit. Quocircà id quod assumptum est, suapte quidem natura humanum est: Dei autem ac diuinũ modo quodam singulari, ac naturam superãte. Quin animatæ quoquè carnis proprietatis habuit. Eas enim dispensationis ratione Verbum suscepit, naturalis motus ordine verè ac naturaliter existentes.

Cur Christiparam D. Mariam non dicamus. — *Nestorij commentũ.* — *Quiuis pius homo Christus dici põt.* — *Iohan. 1.* — *Dei filius per omnia nobis similis factus est.*

BEATI PETRI DAMIANI SERmo primus de natiuitate beatissimæ virginis Mariæ: ut habetur ĩ Tomis Aloysij.



E gaudiis properamus ad gaudia, & feruentem stylũ gloriosa materia facit feruentiorem. De Virgine venimus ad Virginem, & de Maria ad Mariã recurrimus. Bonum est nos hìc esse, melius immorari, optimum permanere. Felices Angelici spiritus, qui beatę Virginis habent præsentiam. Nos interim memoriam abundãtiæ suauitatis suæ eructamus. Illi præsentiam, nos memoriam. Si sic dulcis est memoria, quid est præsentia? Et illi quidem abũdatiori rore diuinitatis infusi, genitum & genitricem visione mirabili contuentur, Regis & Reginæ gloria cumulati. Nos verò, quos carcerariæ mortalitatis ærumna contorquet, memoria pascimur, scripturis releuamur: & quod illi vidẽt, nos legimus. Vtinàm ueniat, qui nos in lucem reponat, dies, vbi non legere liceat, sed uidere. Interim consolemur nos suauitate memoriæ, donèc dulcedine præsentiæ satiemur. Hodiè nata est illa, per quam omnes renascimur, cuius speciem concupiuit omnipotens, & in qua Deus posuit thronum suũ. Ipsa est thronus ille mirabilis, de quo in Regnorum historia legitur in hęc uerba: Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandẽ, & vestiuit eum auro fuluo nimis. Per sex gradus ascendebatur ad eum. Rotundus erat in posterioribus. Duodecim leunculi stabant super gradus, respicientes ad thronum. Porrò duæ manus tenebant hinc & indè sedile. Duo leones stabant iuxta brachiola. Non est factum simile opus in uniuersis regnis. Sed iam uerba proposita producamus in lucem, & aquam eliciamus de petra, ipsa loquente in nobis, de qua loqui nobis proponimus.

8. Septembris. — *Dulcis hominib. Dei genitricis memoria.* — *Psal. 44.* — *3. Reg. 10*

Fecit, inquit scriptura, Salomon Rex thronũ de ebore grandem. Tribus nominibus in scripturis Salomonem vocatum legimus, & vbiquè regio nomine titulatum, videlicet Salomonem, Ecclesiasten, Ididã. Filius Regis, immò & Rex: nec solùm filius Dei, sed etiã Deus: Salomon, id est, pacificus, est nobis in hoc

Salomonis in scripturis tria nomina Christo applicant.

auxilio

exilio: Ecclesiastes, id est, concionator, erit in iudicio: Idida, id est, gloriosus, erit in regno: in exilio amabilis, in iudicio terribilis, in regno admirabilis. In exilio pius, in iudicio iustus, in regno gloriosus. Vide autem, si non ubiquè Rex. In exilio rector morum, in iudicio discretor meritorum, in regno præmiorū distributor: simulque considera, quia non Ecclesiastes, non Idida, sed Salomon tam gloriosum opus facere prænotatur. Auerte oculos tuos ab illius terreni Regis deliciis: qui licèt fuerit sapientia singularis, sublimis gloria, rebus affluens, pace securus, non tamen tale opus facere potuerit, quale factum non sit in uniuersis regnis. Nunquid sacræ scriptor historiæ omnia opera mundi, & gloriam eorum intuitu diligenti prospexerat, vt hoc statim tota deliberatione, non vni, sed omnibus anteferret? Inania sunt hæc, si non recurramus ad intimos cælestis disciplinæ recessus, si non deuiemus a via literatoriæ qualitatis. Salomon noster non solùm sapiens, sed & sapientia Patris: non solùm pacificus, sed & pax nostra, qui fecit vtraque unum, fecit thronum, uterū videlicet intemeratæ Virginis, in quo sedit illa maiestas, quæ nutu concutit orbem. Hanc sessionē Filii & probauit, & cognouit Pater, ipso dicente: Tu cognouisti sessionem meam: &, Thronus tuus Deus in seculū seculi: &, Thronus iste sicut Sol in conspectu tuo. Sedes, inquit scriptura, super thronum, qui iudicas æquitatem. Quid enim iustius, quam uilem & transfugām seruum, & conserui sui sedulum deceptorem, perpetuis ignibus assignare, & illum, quem fefellerat, suo resignare principio? Ait ille alter filius Virginis: Et uox de throno exiuit, dicens: Laudem dicite Deo nostro omnes sancti eius. Et ex hoc throno laus Angelorum prorumpit, & hominum: quia dum hic restituitur, & ille resarcitur, utrique gratiarum debent deuotionem. Nosti quidnam dicat, q̄ sedet in throno? Ecce, inquit, noua facio omnia. Felix thronus, in quo sedet dominator Dominus, in quo, & per quem non solùm omnes, sed omnia renouantur. Parco verbis, quia quosdam uestrū sentio præuolare, & currentis styli præuenire pauperiem. Meritò ergò tale opus non eloquenti, non glorioso, sed pacifico scribitur assignatum: quia uenit Iesus instaurare & quæ in cælis, & quæ in terris, pacemque & concordiam inter homines & Angelos, mediāte Virgine, reformare.

Ephes. 2. Thronus Christi.
Psal. 138.
Psal. 88.
Psal. 9.
Apoc. 5.
Apoc. 21.

De ebore, inquit: Quid est, quòd aurum, & argentum, & lapides preciosi, & omnis denique preciosioris materiæ prætermittitur gloria? Sola eboris substantia capax est tantæ compositionis, & fabricatur in ea, quod omnibus operibus præferatur. Ebur enim & mirabili candore relucet, & multa præminet fortitudine, frigidiorisque naturæ sortitur auspicium. Et quid candidius illa virginitate, quæ singularis adspectus sui gratia supercælestem curiam allicit ad uidendum? Quid fortius illa fortitudine, per quam Domini fortitudo vasa diripuit fortioris? Quid frigidius illa substantia, quam obumbrauit virtus Altissimi, & ab æstu peccati defendit superueniētis spiritus plenitudo? Ex hoc ebore (nisi fallor) sunt illæ domus eburneæ, de quibus dicit Psalmista: Myrrha, & gutta, & casia a uestimentis tuis, à domibus eburneis.

S. Mariæ virginitas rectè comparatur ebori propter eius proprietates.
Psal. 44.

Sequitur, Grandem. Quid grandius virgine Maria, quæ magnitudinem summæ Diuinitatis intra sui uentris conclusit arcanum? Attende Seraphin, & in illius superioris naturæ superuola dignitatē, & uidebis quicquid maius est, minus Virgine, solumque opificem opus istud supergredi.

S. Maria cur thronus grandis dicat.

Et vestiuit eum auro fuluo nimis. Aurum omnib. metallis preciosius, intellige Diuinitatem Dei, omni præminentem mundo omnia gubernantem. Hac vestita est, immò superuestita mater Altissimi, totamq; Virginem tota illa indiuisibilis natura largiori gratia superludit. Quid est autem, quòd dicit, Fuluo nimis? Hic aliquid requirendum reliquit nobis Spiritus ille multiplex: & vtinam possim explicare quod sentio. Quatuor modis inest Deus omnibus creaturis. Primo modo essentialiter tā bonis, quàm malis, nihilq; intercludit Deitatis essentiam, per quam esse omnia acceperunt. Indè est, quòd nusquam, & in omni loco esse legitur, cùm omnibus præsentialiter assistat, & a nullo comprehendatur. Habent ēt & mali Dei præsentiam, sed non gaudent, cum inanimata quælibet hoc possint priuilegio gloriari. Secundo modo inest bonis oratione: agit enim in eis virtus operatiua, ut operentur opera Dei: nec ociosè creati sunt inter creaturas, sicut & mali, qui elegerunt arescere, ut sempiternis ignibus alimenta ministrēt. Inest & plerisque bonis illuminatione, quos de futurorum cognitione nobilitat, & participes suorum efficit secretorum. Quarto modo inest vni creaturæ, videlicet Mariæ Virgini identitate, quia idem est, quod illa. Hic taceat & contremiscat omnis creatura, & vix audeat adspicere tantæ dignitatis & dignationis immensitatē. Dominus tecum, inquit Archangelus. Habitat in Angelis Deus, sed non cum Angelis: quia cum illis eiusdem non est essentiæ. Habitat Deus in Virgine, habitat cum illa, cū qua vnius naturæ habet identitatem. Hoc est ergò aurum fuluum nimis, quo thronus est vestitus: quia tali modo Deus Virginem induit, & in Virgine indutus est, ut melius non posset.

Eadem auro Diuinitatis vestitur.
4. modis Deus rebus creatis inest.
Nota hīc immensā S. Mariæ dignitatē.

Sequitur: Per sex gradus ascendebatur ad eum. Elige meditari quæ sancta sunt: quia peruersæ cogitationes separant a Deo: & primum gradum ascendisti. Insuesce linguam tuam benè loqui, & subsilisti ad secundum. Iustè, quod iustum est, operare, & tertium ascendere meruisti. Doce iniquos vias Domini, & consolare omnes lugentes, & ad quarti sublimitatem raptatus es. Relinque mundū, & ea, quæ in mūdo sūt, & ad quinti cacumen euolasti. Teneat te perseuerantia in motu, perseuerantiam non relinquas, & sextum gradum viriliter attigisti. Ex hoc subsilire licet in cælum, & ad illam gloriam adspirare, in qua Regina gloriosior Angelicam reuerberat dignitatem.

Sap. 1. Sex gradus quib. cælū scanditur.

Sequitur: Rotundus erat in posterioribus. Posteriora Virginis, Assumptionē eius intellige, in qua finem vitæ mortalis accepit, quæ vitam reddidit orbi. Et nota cum quanto sacramento transitū Virginis scriptura comparet rotunditati. In rotundo nec principium, nec finem poteris inuenire. Ità & gloria, quæ eam de hoc mundo trāseuntem excepit, principium ignorat, nescit finem: de qua nil aliud possumus dicere, nisi quia gloriosa dicta sunt de te, gloria Dei. Sequitur: Duodecim leunculi stabant super gradus. Duodecim leunculi, duodecim Apostoli sunt, qui præfixis gradibus validiùs insistentes, Reginam cæli non sine maximo stupore demirantur, & dicunt: Quæ est ista, quæ ascendit sicut aurora consurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? Porrò duæ manus, quæ tenebant hinc & indè sedile, actiuam & contemplatiuam uitam significant, quæ matrē Virginē propensiori diligentia ambierunt, adeò ut nec actio contemplatione moueret, & contemplatio non desereret actionē. Recordare, quia non erat ei locus in diuersorio, quomodò filium suū proprijs vberibus lactauerit, & omnes denique vagientis paruuli sustinuerit actiones: & tunc intelliges, quia plurimùm ministrauit. Considera, quia ipsa est, quæ in contemplatiuæ dignitatis superuecta dulcedinē, in ipsius Dei substātiā lucidiores fixit obtutus. Læua, inquit, eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Gloriam finis S. Mariæ assumpta.
Psal. 86.
Cant. 6.
Luc. 2.
Cant. 2.

Duo

Duo leones stabāt iuxta brachiola. Duo leones sūt Gabriel Archāgelus, & Iohannes Euangelista: quorū alter dexteræ Virginis, alter sinistræ custos deputatus est. Gabriel enim mentem, Iohannes carnem pernigi li solicitudine seruauerūt. Qui benè leones dicuntur propter rugitum altisonæ vocis: duo enim verba nunciauerunt orbi terræ, qualia nec dicta sunt, nec dicentur, & in quorum comparatione omnia muta debeāt apparere. Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum: ait Archangelus. Audis ne in hoc verbo incarnationē Dei, redemptionem hominū, renouationem mundi? In principio erat Verbum, dixit Euangelista. Animaduertis hic Verbi diuinitatem, Ecclesiæ fidem, hæreticorum silentium, locum quietis, secretum solitudinis, luminis arcanum, habitaculum pacis? Ob hāc fortassis causam vocauit Iacobum & Iohannem Boanerges, id est, filios tonitrui.

Gabriel angel9 et Iohannes Euangelista duo leōes.

Luc. 1.

Iohan. 1.

Mar. 3.

Non est factum simile opus in vniuersis regnis. Nihil verius, nihil sublimius, nihil dulcius miseræ mortalitati, & mortali miseriæ. Nam etsi multa magna facta sunt in creaturis mundi, nihil tamen tam excellēs, tam magnificum fecerunt opera digitorum Dei. Virgo Dei genitrix, cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur. Subueni Domina, clamātibus ad te iugiter. Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, ut intueamur te. Tu benedicta, & superbenedicta, reuertere primò per naturam. Nunquid quia itā Deificata, ideò nostræ humanitatis oblita es? Nequaquam, Domina. Scis in quo discrimine nos reliqueris, ubi ia ceant, quantūm delinquant serui tui: non enim conuenit tantæ misericordiæ, tantam miseriam obliuisci: quia etsi subtrahit gloria, reuocat natura: nō.n. itā me moraris Iustitiæ Dei solius, vt misericordiam non habeas: neq; itā es impassibilis, nisi incōpassibilis. Naturam nostram habes, non aliam: & iustum est, ut de rore tantæ pietatis diffusius infundamur. Reuertere secundò per potentiam. Fecit in te magna, qui potēs est, & data est tibi omnis potestas in cælo & in terra. Quid tibi negabitur, cui negatum non est, Theophilū de ipsis perditionis faucibus reuocare? Infelicem aui mulam, totum illud, quod in te lactū est, proprio charactere denegaute, de luto fæcis & miseriæ subleuasti. Nil tibi impossibile, cum possibile est desperatos in spem beatitudinis releuare. Quomodò.o. illa potestas tuæ potentiæ poterit obuiare, quę de carne tua carnis suscepit originem? Accedis.n. ante illud aureū humanæ reconciliationis altare, non solùm rogans, sed imperās: Domina, non ancilla. Moneat te natura, potentia moneat: quia quanto potentior, tanto misericordior esse debebis: potestati. o. cedit ad gloriam, iniurias vlcisci nolle, cùm possis. Reuertere tertiò per amorem. Scio, Domina, quia benignissima es, & amas nos amore inuincibili, quos in te, & per te, filius tuus & Deus tuus summa dilectione dilexit. Quis scit, quoties refrigeras iram Iudicis, cùm iustitiæ virtus à præsentia Deitatis egreditur? Reuertere quartò per singularitatem. In manibus tuis sunt thesauri miserationū Domini, & sola electa es, cui gratia tanta conceditur. Absit vt cesset manus tua, cùm occasionem quæras saluandi miseros, & misericordiā effundendi: ueque.n. tua gloria minuitur, sed augetur, cùm pœnitentes ad ueniam, iustificati ad gloriam assumuntur. Reuertere ergò Sunamitis, id est, despecta, cuius animam per transiuit gladius, quæ fabri vxor appellata fuisti. Ad quid? Vt intueamur te. Summa gloria est, post Deum te videre, adhærere tibi, & in tuæ protectionis munimine demorari. Audi nos: nam & Filius nihil negās honorat te: Qui est Deus benedictus in secula seculorum, Amen.

Cant. 6.

De hoc vi de Tomo 1. Februa rÿ 4. die.

Thesauri miseratio num Domini sunt in manibus Mariæ.

Cant. 9.

EIVSDEM BEATI PETRI DAmiani Sermo secundus in Natiuitate ipsius Beatissimæ Virginis: vt habetur in Tomis Aloysij.



NATIVITAS beatissimę & intemeratæ genitricis Dei, fratres charissimi, meritò præcipuū & singulare præbet hominib9 gaudium, quę totius extitit humanæ salutis exordium. Sicut enim omnipotēs Deus ineffabili pro uidentiæ suæ intuitu, antequām homo fieret, hominem periturum diabolica machinatione præuidit: sic etiam redēptionis humanæ consilium ante secula in immēsæ pietatis suæ visceribus habuit. Et non solùm qualiter redimeret, modū & ordinem in profundissima sapientiæ suæ ratione constituit: verumetiam, quandò redimeret, certum temporis articulum præfiniuit. Sicut ergò impossibile erat, vt humani generis redemptio fieret, nisi Dei filius de Virgine nasceretur: itā etiam necessarium fuerat, vt Virgo, ex qua Verbum caro fieret, nasceretur. Oportebat quippè priùs ædificari domum, in quam descendēs cælestis Rex habere dignaretur hospitium, illā videlicet, de qua per Salomonem dicitur: Sapientia ędificauit sibi domum, excidit columnas septem. Septem ita que Virginalis hęc domus suffulta columnis extitit: quia venerabilis mater Domini septem Spiritus sancti donis, id est, sapientiæ & intellectus, consilii & fortitudinis, scientiæ & pietatis, atque timoris Dei dotata fuit. Quam utiquè æterna sapientia, quę attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, talem construxit, quę dignificaretur illum suscipere, & de intemeratæ carnis suę visceribus procreare. Necessè erat priùs erigi thalamum, qui venientem ad nuptias sanctę Ecclesię susciperet spōsum. Cui Dauid exultans in spiritu epithalamium canit, dicens: Tanq̃ sponsus Dominus procedens de thalamo suo.

Septēb. 8.

Prou. 9.

Esa. 11.

Sap. 8.

Psal. 18.

Meritò ergò hodie perfusis gaudiis totus vbiq; terrarum orbis exultat, meritò uniuersa sancta Ecclesia, nascente sponsi sui genitrice, (vt itā prę gaudio dixerim) Fescenoini carminis laudes alternat. Exultemus, inquam, in hac die pręcipua, & totis visceribus in Domino delectemur, in qua dum redemptoris nostri recolimus matrem, reliquarum festiuitatum celebram9 originem. Quę enim cunctis solennitatibus est antiquior tempore, nequaquām esse debet inferior dignitate. Nam si Salomon cum Israelitico populo in dedicatione templi ex lapidibus facti, tā copiosum & magnificum sacrificium solēniter celebrauit, quale quātumq; gaudium beatæ Marię natiuitas populo Christiano debet afferre, in cuius vterum, uelut reuerà sacratissimum templū, Deus ipse descendens, & humanam naturā ex ea suscipere, & cū hominibus dignatus est uisibiliter habitare? Licèt enim & in illud Salomonis templum Deus descendisse credendus sit, in hoc tamē rationabili sanctuario, hoc est in beatissimę Virginis utero, multo mirabiliùs, multoq; felicius dignatus est manere pro nobis, in quo Verbum caro factū est, & habitauit in nobis. De illo quippè, antiquo videlicet templo, scriptum est: Factum est, cùm exissent sacerdotes de sāctuario, impleuit nebula domū Domini, & non poterant sacerdotes stare propter nebulā. Impleuerat enim gloria Domini domū Domini. Quę omnia (sicus egregius Prędicator dixit) in figura contingebant illis. Gloria quippè Domini intelligit Christus, cuius fide repletus est mundus. De qua gloria, cùm pro obdurato Iudęo deprecaretur Dominum Moy-

Nota quā to studio Ecclesia Dei colat natalē diē S. Mariæ.

3. Reg. 8.

S. Maria Dei templum.

Ibidem.

1. Cor. 10.

Num. 14. Moyses, ut parceret populo peccatori, respondit Dominus: Propitius ero illi. Veruntamen viuo ego, & vt *Psal. 71.* uilet nomen meum, quia implebitur gloria mea omnis terra. Et Psalmista: Implebitur, inquit, gloria eius omnis terra. Quòd autem nebula impleuit domum Dei, & non poterant sacerdotes ministrare propter nebulam, haec sententia superbos Iudęorum pontifices ac doctores insinuat, qui dū incarnationis Christi sacramenta inuestigare despiciunt, debitum fidei suæ ministerium per erroris nebulam perdunt. Ita enim eorū mentes infidelitatis caligo repleuit, ut propriis exigētibus meritis, nō agnoscant debitum credulitatis. Ad illud ergò templum Dominus in nebula descendit, vt cęcam Iudaicę infidelitatis caliginem designaret: in *Psal. 18.* hoc (sicut scriptum est) in Sole posuit tabernaculum suum, ut sedentes in tenebris & vmbra mortis illuminaret. Illi denique templo Deus omnipotens gloriā quidem sui aduentus contulit, sed nihil ex eo in sua natura suscepit: in beatissimæ autem Virginis non solùm dignatus est descendere, sed ex eo etiam perfectā sibi substantiam nostræ mortalitatis unire. Quāto igitur nostri templi màior est dignitas, tanto gloriosior debet esse solennitas.

Quis isthuc hæretícis persuadeat? Sed quo pacto eius solennitatem dignè celebrare valet infirmitas hominum, quæ gaudium parere meruit Angelorum? Qualiter eam laudare poterit mortale hominis transitorium verbum, quæ illud de se protulit Verbum, quod manet in ęternū? Quæ lingua in eius laude inuenitur idonea, quæ illū genuit, cui omnia benedicunt, & cum tremore obediunt elementa? Nam dum cuiuslibet martyris fortia facta extollere cupimus, dum virtutis insignia ad redemptoris gloriam prædicamus, etiamsi ad cogitādum tardior sensus impediat, vel ad loquendum balbutiens lingua nō suppetat, uerborum tamen copiam ipsius rei materia subministrat. Cúm verò genitricis Dei laudes scribere uolumus, quia noua & inaudita sunt, quæ tractanda suscipimus, nulla inuenimus uerba, quibus ad hęc dignè exprimenda sufficere ualeamus. Tollit enim facultatem sermonis materia singularis. Quæ enim lingua explicare sufficiat, uel quæ ratio humana non obstupescat, cúm cogitare cœperit, quis creator oritur ex creatura, factor fit ex factura? Quòd in Virginea puellæ matrice concipitur, qui vastissima totius mūdi amplitudine non tenetur? Quòd iacet intrà materna viscera paruulus, qui cum coæterno Patre rerum omnium iura gubernat immēsus? O beata vbera, quę dum tenue lac puerilibus labris infundunt, Angelorum cibum & hominum pascunt. Exiguum exprimūt liquorem, & mundi reficiunt creatorem. Qui suæ virtutis imperio marium procellas mitigat, qui fluminibus indeficientem aquarum impetum subministrat, qui aridam terram innumeris ubiquè fontibus irrigat, raras de virgineo pectore guttas lactis expectat. Manat liquor ex vberibus Virginis, & in carnem uertitur Saluatoris.

Hìc, dilectissimi fratres, hìc, rogo, perpēdite, quàm debitores sumus huic beatissimæ Dei genitrici, quantasque illi post Dominum de nostra salute gratias agere debemus. *Nota hæc de veritate corporis Christi in Eucharistia.* Illud siquidem corpus Christi, quod beatissima Virgo genuit, quod in gremio fouit, quod fasciis cinxit, quod materna cura nutriuit: illud, inquā, absque ulla dubietate, non aliud, nunc de sacro altari percipimus, & eius sanguinem in sacramentū nostræ redemptionis haurimus. Hoc catholica fides habet, hoc sancta ecclesia docet. Nullus ergò humanus sermo in laude eius inuenitur idoneus, de qua Mediator Dei & hominū cognoscitur incarnatus. Impar est illi omne humanę linguæ preconium, quæ de intemeratę carnis suę visceribus cibum nobis protulit animarum, illū videlicet, qui de semetipso perhibet, dicēs: *Iohan. 6.* Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi: si quis ex hoc pane manducauerit, uiuet in æternum. Per cibum namque à paradisi sumus amœnitate deiecti, per cibū quoquè ad paradisi gaudia reparati. Cibum comedit Eua, per quem nos æterni ieiunii fame mulctauit: cibum Maria edidit, qui nobis cælestis conuiuii aditum patefecit.

Hic etiam, obsecro dilectissimi fratres, hìc lineam nostræ redemptionis attendite, & quam circa nos diuinæ pietatis uiscera fuerint intenta, cordis aure pensate. Fecit Deus hominem, ut ità dixerim, mortaliter immortalem, videlicet vt si custodire vellet præceptū obedientiæ, in æternum viueret: si verò cōtemneret, mortis mox imperio subiaceret. Quid plura? Peccauit *Gen. 3.* homo, diabolo suadēte, & tota humani generis arbor venenata est in radice. Cecidit infelix pater per gulā, & eius progenies rea facta est per naturam, dicente Apostolo: Eramus natura filii iræ, sicut & cęteri. Fa- *Ephes. 2.* ctus est itaque Adam fermentum, & vniuersam corrupit multitudinem filiorum: quia dū ille pestifero serpētis vitiatur afflatu, tota in illo humani generis massa corrumpitur. Vndè mediante iam nouę gratiæ splēdore, per egregium nobis Prædicatorem dicitur: Expurgate vetus fermentum, ut sitis noua conspersio. *1. Cor. 5.* Sed pius & misericors Deus noluit omnimodo perire creaturam suam, quam formauerat ad imaginē & similitudinem suam. Ex omni itaque multitudine na- *Vetus lex ad sanandum hominem non erat* tionum vnum sibi elegit, Israeliticum videlicet populum, cui & legem dedit, & sacrificia sibi diuersorū animalium offerre pręcepit. Sed lex illa, ut homo per eam perfectè saluaretur, nequaquàm erat idonea. Sicut enim per Paulum dicitur, Nihil ad perfectum ad- *Heb. 7.* duxit lex. Quia enim rudis adhuc ille populus, superbus & rigidus erat, ad portandum perfectę legis iugū ceruicem cordis humiliare non poterat. De quo nimirūm populo ad Moysem Dominus dicit: Cerno, quod *Exod. 32.* populus iste durę ceruicis sit. Danda ergò illi fuerat huiusmodi lex, quę nec omninò à diuinis obsequijs liberum ire permitteret, nec tamen præcipiendo summa & grauia, deterreret. Sacrificia autem quę tunc offerebantur, ad emūdationem carnis aliquatenùs prodesse poterant: ad conferendum verò animabus salutem, sufficere non valebant, dicente Apostolo: Si enim *Heb. 9.* sanguis taurorum, aut vitulorum, aut cinis vitulę adspersus inquinatos sanctificat ad emundationem car- *Sanguis Christi emundat conscientias, non ad carnis* nis: quāto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum se obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientias nostras ad seruiendum Deo viuenti? Cúm enim ad emundationem carnis sacrificia illa prodesse denūciat, purgationem animabus conferre nequaquam potuisse designat. Neque enim irrationalis creatura ad sanctificandam rationalem esse poterat valida. Sed nec ipsi sacerdotes sanctificare populum poterant: quia & ipsi pro suis reatibus offerre hostias indigebāt. Neque delictis obnoxii delictorum valebant vincula soluere, vel peccatores peccatorem iustificare. Necessè ergò erat, ut talis sacerdos inueniretur, qui dum in aliis peccatorum sordes ablueret, ipse in se abluendū aliquid non sentiret: & dum alieni reatus contagia tergeret, in semetipso aliquam leprę maculam nō haberet. Sed huiusmodi homo in humano genere inueniri non poterat: quia vnusquisque cū Propheta hūc versiculum veraciter decantabat: Eccè enim in ini- *Psal. 50.* quitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea: & sicut per Apostolum dicitur, Omnes *Rom. 3.* peccauerunt, & egent gloria Dei.

Obsecro, dilectissimi fratres mei, hāc vestrę, immò nostrę salutis historiā diligenter attēdite, & humanæ restaurationis ordinē et in vestris cordibus ordinate

Corda

Corda vigilent, oculi non dormitent. Cùm igitur huiusmodi homo in humano genere inueniri non posset, nè in peccato suo periret homo, creator hominũ de beatissima Virgine carnẽ sumẽs, sine peccato fact⁹ est homo, sine peccato cõceptus i Virginis vtero, sine peccato est cõuersatus in mũdo. Eia, fratres, intẽdite. Intẽdite, inq̃, & ineffabile redẽptionis nostrę mysteriũ vigilãter audite. Ecce iã sacerdos, fratres, nulla ipse habens peccata: & idcirco dignus & potens, vt sacrificium offerens, aliena mundaret peccata. *Psal. 109.* Ille videlicet, cui per Prophetam dicitur: Tu es sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech. *Heb. 8.* Sed, sicut per Paulum dicitur, necessè est sacerdotem aliquid habere, quod offerat. Veruntamen (sicut superiùs dictum est) impossibile erat, vt brutorum carnes animalium sanctificarent animas hominum, & irrationalia hostia ratione vtentium sufficeret abolere peccata. *Psal. 39.* Vndè ex persona Filii ad Patrem per Psalmistã dicitur: Sacrificium & oblationem noluisti: Holocausta etiam pro delicto non postulasti. tunc dixi: Eccè venio. Oportebat ergò, vt rationalis hostia fieret, quæ creaturam rationabilem expiaret. Sed peccator aliquis homo, sicut indignus erat vt sacrificium offerret, sic etiã nihilominùs, vt ipse sacrificiũ fieret. Quid ergò sacerdos noster faceret? Quò se verteret? Quod redemptionis nostræ consilium inueniret? Vndè Mediator Dei & hominũ placationis hostiam sumeret, qua pacem inter Deũ & hominẽ reformaret? Omnis quippè terrena creatura, si rationalis erat, peccati virus de primi parentis radice contraxerat: si irrationalis, rationalem iustificare non poterat. Quid ergo faceret Mediator pacis, & pax ipsa? *Ephes. 2.* Ipse est enim pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & mediũ parietem maceriæ soluens, inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans, vt duos conderet in semetipso in vnum nouum hominem, faciens pacem, vt reconciliaret ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso, & veniens euangelizauit pacem his, qui longè, & pacem his, qui propè. *Christus filius Dei sacerdos & sacrificiũ: redẽptor & p̃cium.* Quid, inquam, faceret? Considerate, fratres mei, diligenter, considerate ineffabilis viscera pietatis, perpendite immensum & inæstimabile pondus diuinæ charitatis. Quia enim in rebus inueniri non poterat precium nostræ redẽptionis, redemptor noster semetipsum obtulit patri pro nobis hostiam in odorem suauitatis Sic ipse factus est sacerdos & sacrificium ipse redemptor & precium. *Heb. 7.* Vndè rectè per Paulum dicitur: Talis enim decebat, vt nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus, qui non habet quotidiè necessitatem, quemadmodùm sacerdotes, priùs pro suis delictis hostias offerre, deindè pro populo. Hoc eñ fecit semèl se offerẽdo Dñs noster Iesus Christus.

Audistis itaque nunc, dilectissimi, breuiter reparationis nostræ mirabile sacramẽtũ, audite ẽt salutis opportunũ valdè cõsiliũ. *Iter ad cælũ per pœnitentiam.* Tradidit semetipsum p̃ nobis Christus ad mortẽ: mortificem⁹ & nos p̃ eius amore oẽm i nobis terrenæ cõcupiscẽtiæ voluptatẽ. Quòd n. subire Crucis patibulũ voluit, viã nobis, qua redire valeam⁹ ad patriã, strauit: vt q̃ voluptatib⁹ delectati discessimus, fletibus amaricati redeamus: & qui per illicita defluendo cecidimus, etiam à licitis nosmetipsos adstringendo surgamus: & quod deiecerat elatio superbię, erigat dilectio humilis uitæ. Vndè & Pastor Ecclesiæ clamat, dicẽs: *1. Pet. 2.* Christus passus est pro nobis, vobis relinquẽs exẽplũ, ut sequamini vestigia eius. *Ephes. 5.* Et Paulus, Imitatores, igr, Dei estote, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsũ nobis oblationẽ & hostiam Deo in odorẽ suauitatis. Degustemus ergò nunc, dilectissimi, cum Christo temporalem momẽtaneæ mortis amaritudinem, vt ad æternam postmodùm resurrectionis eius mereamur p̃uenire dulcedinem. Quod enim fecit pro nobis, hoc etiam fieri quærit à nobis, testante Propheta, qui dicit: *Psal. 115.* Quid retribuam Domino pro omnibus, quę retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Pro nostra etenim redemptione non aurum dedit, non argentum appendit, non pecuniam numerauit: sed semetipsum tradidit, preciosum sui corporis sanguinẽ fudit, propriam pro nobis animã posuit. Vndè & Petrus ait: Non corruptibilib⁹ argento & auro redempti estis de uana vestra conuersatione paternę traditionis, sed precioso sanguine quasi agni immaculati & incontaminati Christi. *1. Pet. 1.*

Expedit ergò, vt redemptori suo semetipsum offerat, quicunq; ad eius consortium peruenire festinat. Illius vestigia imitetur in uia, qui cũ eo gaudere anhelat in patria. Illum sibi ducem faciat in itinere, qui ei particeps esse desiderat in peruentione. Si enim cõpatimur, & conglorificabimur: si commorimur, & cõuiuemus. *Rom. 8.* Et iterùm idem dicit Apostolus: Si complãtati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. *Rom. 6.* Nemo se, fratres mei, inaniter seducat: nemo se uanæ spei securitate decipiat. Non enim possumus hic gaudere de seculo, & illic regnare cum Christo. Eccè intemerata & gloriosa Virgo Maria, cuius hodiè splendidissima natiuitate vniuersa p̃ orbem sancta illustratur Ecclesia, in lege pręfigurata, in Patriarcharum & Prophetarum oraculis pręnunciata, ab Angelo singulari honorificentię priuilegio salutata, thronus Dei, solium diuinitatis, palatiũ Regis æterni, gazophylacium thesauri, quo sumus de cruenti p̃donis seruitio cõparati, nobis proponitur.

Hæc tam singularis, tam incomparabilis Virgo, si non sequeretur humilitatẽ Christi, nunquam pertingeret ad celsitudinem Christi: si iniuncta mandata cõtemneret, ad promissa pręmia nullatenùs perueniret. Nam dum, prædicãte eo, quædam mulier extolleret uocem de turba, dicens: Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quę suxisti: respondit: Quinimmò, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. *Luc. 11.* Alibì ẽt cùm quidam sibi propinquos secundùm carnem adesse nunciaret, dicens: Eccè mater tua & fratres tui foris stant, quęrentes te: respondit: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? *Math. 12.* & extendens manus in discipulos suos, dixit: Eccè mater mea, & fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in cęlis est, ipse meus frater, soror, & mater est. *Qui frangit p̃priã voluntatẽ, Dei mater, & frater, & soror est.* Notate, fratres, notate dignitatem vestram, si adimplentes legẽ Dei, frangitis voluntatẽ vestrã. Eccè beata & venerabilis Virgo Maria, secũdum carnẽ q̃dẽ mater Christi fuit, frater non fuit, soror non fuit. Nam quicunq; aliquid horum secundùm carnalis iura propinquitatis extiterit, aliud sibi esse omninò non ualebit, ut nimirùm si mater fuerit, frater, vel soror esse nõ possit: si verò frater extiterit, mater non sit. Nos autem hæc simul oĩa Christo per spiritũ sumus, si volũtatẽ Christi, q̃ illi semp̃ cũ patre cõis est, adimplere satagimus. Sed qđ natũ est ex carne, caro est: & quod natũ est ex spiritu, spiritus est: q̃a De⁹ spiritus est. *Iohan. 3.* Ex illa ergò parte, qua redẽptor noster De⁹ est, p̃pinq̃ sibi tã multipliciter sumus, quãtùm illi beata Virgo, ex qua nasci dignat⁹ est, sm̃ carnẽ esse nõ potuit. Propriũ & sigulare fuit illi beatissimę Virgini, Christũ in utero cõcipere: cõmune verò & uniuersale est oĩbus electis, in cordis eũ deuotione portare. Felix illa, & nimiùm beata fœmina, q̃ illũ nouẽ mẽsibus gestauit i vẽtre. Felices ẽt nos, si illũ assiduè portare studem⁹ i mẽte. Mirabile q̃dẽ fuit, Christũ ɔcipi i vtero carnis: sed nõ est infer⁹, si deferat i ergastulo pectoris. Vndè & p̃ Iohãnẽ testatur,

Apoc. 3. tur, dicens: Ego sto ad ostium, & pulso: si quis aperuerit mihi, in trabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ip se mecum. Notandum verò, quia priùs se cœnaturum narrat: deindè cœnam daturum, grata vice pronunciat: quia cuius nunc bonis operibus pascitur, cum eo simul postmodum in æterni conniuii dapibus epulatur. Hic etiam, dilectissimi, considerandum est, quanta sit dignitas nostra, quantaque nobis sit proportio cum Maria. Concepit Maria Christum in matrice carnis: deferimus & nos in visceribus mentis. Reficiebat Maria Christum, cùm teneris labris lac ex primeret vberû: reficimus & nos variis bonorum deliciis operum.

Christus bonis hominum operibus pascitur.

Libet autem nunc, dilectissimi, pro ędificatione nostra in regula diuinæ iustitiæ parumpèr radios mentis infigere, & qualiter omnipotens Deus electos suos deprimi temporaliter sinat, quos ex tollere in æternum decreuerit, indagare. Vt enim nunc de cæteris sileam, hęc eadem beatissima Virgo, cuius hodiernam natiuitatem debitis veneramur obsequiis, ante constitutionem mundi in consilio æternæ sapientię electa & prælecta, licèt de regali fuerit stirpe progenita, nulla tamen humanę dignitatis altitudine floruit, nullis rerum temporalium diuitiis abundauit. Pręsepium quippe parturientis indicat, quia diuersorium, in quo pareret, non habebat. Solent autem homines nascentibus pueris futuri successus læta promittere, & ex eorum auspiciis prospera matribus nunciare. Beata verò Maria, cùm filium ad templum deferret: & hunc Simeon in vlnis acciperet, audiuit: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius: ac si apertè diceret: Dum filius tuus senserit passionē Crucis in corpore, te etiam transfiget gladius compassionis in mente.

Deus in hoc seculo electos suos sēper deprimi sinit.

Luc. 2.

Ibidem.

Studeamus & nos, dilectissimi, seculi huius blandimēta despicere, rerum terrenarum affluentiam deuitare, carnis incentiua reprimere, Crucem Christi assiduè in mente portare: quatenus dum nunc gladio Mariæ transfigimur, cum ipsa postmodum de æternæ felicitatis dulcedine satiemur. Quod ipse prestare dignetur, qui ea Patre ante secula genitus, ex ipsa natci dignatus est in fine seculorum, Amen.

EIVSDEM BEATI PETRI DAmiani sermo tertius De Natiuitate ipsius Beatissimæ Virginis Mariæ: ut habetur in Tomis Aloysij.

Septēbris 8.
Matth. 1.



NITIVM sancti Euangelii secundùm Matthæum.

Liber generationis IESV Christi, filii Dauid, filii Abrabam. Et reliqua.

Homilia lectionis eiusdem.

Audistis, fratres charissimi, Dominicæ incarnationis ineffabile sacramentum. Audistis in genealogia beatissimæ gonitricis Dei, reparationis humanæ mysterium. Audistis, quia creator Angelorum dignatus est propagari de stirpe mortalium. Audistis, quia proauos habere est dignatus in terris, q fons & origo oīum rerū iura gubernat in cælis. Ait enim beatus Euāgelista: Liber generationis Iesu Christi, filii Dauid, filii Abrahā.

Desiderantur nonnulla.

Hinc, fratres, hinc, rogo, perpendite, quibus laudi qus digna sit beata & gloriosa Virgo Maria, quæ illū nobis de castissimis suis visceribus genuit, qui nos de tam profundo gutture auidissimi draconis eripuit. Ad eius nanque efferenda præconia non rhetoricorum diserta facundia, non dialecticorum subtilia argumenta, non acutissima philosophorum apta reperiuntur ingenia. Et quid mirum, si hęc inæstabilis Virgo in suis laudibus modum humanæ vocis exuperat, cùm & ipsam humani generis naturam excellentium meritorum dignitate transcendat? Non denique excellentissimus ille Patriarcharum chorus, non proul dus Prophetarum numerus, non iudex Apostolorum senarus, non Martyrum victor exercitus, non aliquis antiquorum, non quisquam sequentium patrum, huic beatissimę Virgini poterit comparari. Quid enim sanctitatis, quid iustitiæ, quid religionis, quid perfectionis singulari huic Virgini deesse potuit, quę totius diuinę gratiæ charismate plena fuit? Sic nanque ab Angelo, dum salutaretur, audiuit: Aue gratia plena, Dominus tecum. Quid, rogo, vitii in eius mente uel corpore vendicare sibi potuit locum, quæ ad instar cęli, plenitudini totius diuinitatis meruit esse sacrarium? In Christo enim, sicut per Paulum dicitur, habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Nec mirum, si cunctorum merita transcendat mortaliū, quæ & ipsam superexcedit celsitudinem Angelorum. Per hanc enim beatissimam Virginem non solùm amissa olim uita hominibus redditur, sed etiam beatitudo Angelicæ sublimitatis augetur: quia dum homo ad superna reducitur, illorum numerus, qui diminutus fuerat, reparatur. Hoc nempe Angelorum multitudo illa significauerat, quæ pastoribus audientib' in redemptoris nostri natiuitate clamabat: Gloria in excelsis &c. Cùm enim priùs dicitur, Gloriā esse Deo in excelsis: deindè additur, Et in terra, pateuter ostenditur, quia ineffabilis intemeratæ Virginis partus, nō solùm terris, sed & ipsis nihilominùs generabat gaudium cælis. Hoc etiam illa beatorum puerorum turba les afferebat, qui, veniente ad passionem Domino, cō cordi voce cantabant: Osanna in excelsis: benedict' qui uenit in nomine Domini.

Nemo potest digne laudare matrē Dei.

Luc. 1.

Coloss. 2.

Per Mariam beatitudo angelica cumulatur augetur.

Luc. 2.

Matt. 21.

O mirabiliter fœcūda virginitas, quę nouo & inaudito miraculo & Mater dici possit & Virgo. Qui toto mundo non capitur, puellæ innuptæ membris infunditur. Sentiebat quidem pondera ventris, quę pudorem non amiserat castitatis. Mirabatur partus insignia, quæ nulla nouerat viri contagia: Erat spes in partu, cùm non fuisset voluptas in coitu. Immensum concepit, æternum genuit, genitum ante secula parturiuit, qui sibi & munus fœcunditatis attulit conceptus, & decus virginitatis non abstulit natus, quia ante quàm nasceretur, talem creauit eam, vt ipse dignè nasci posset ex ea. De qua Propheta Dauid multò antè prædixerat: Mater Sion, dicet homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus. Creatus est ex ea, quam creauit: portatus est manibus, quas formauit: suxit vbera, quæ repleuit Puellę confouebatur in gremio, quem vastissima cęli non recipit latitudo. Puerilibus fasciis cingebatur, qui immensitatem orbis terrę pugillo complectitur. Matris parebat arbitrio, qui omnium rerum iura suo gubernat imperio. Vagiebat in cunabulis, qui Angelorum gaudiū est in cęlis. Vilibus tegebatur crepundiis, qui electos suos stola induit immortalitatis. Imperabat puella, cui cuncta obtemperant & obediunt elementa. Sic nanque in Euangelio scriptum est: Quia venit cū parentibus Nazareth, & erat subditus illis. Meritò itaque beata Maria dicitur parens parentis, fons fontis viui, origo pricipii: qa ille ex ea pdiit p materiā carnis, q caput est & initiū oīum rerū per essentiam Deitatis.

Psal. 86.

Luc. 2.

Hęc est porta illa, de qua Ezechiel testatur, dicens: Conuerti me ad viam portæ sanctuarii exterioris, quæ respiciebat ad Orientem, & hæc erat clausa: & dixit Dominus ad me: Porta hæc, quam uides, clausa

Ezech. 44. S. Maria Ezechielis porta.

clauſa erit,& non aperietur, & uir nō trāſibit per eā,
& ſemper erit clauſa. Verè ſemper clauſa, quia ſemp
incorrupta. Incorrupta ante partum, incorrupta poſt
Iere. 31. partum: concipiens virum, neſciens uirum, ſicut per
Ieremiam dicitur: Faciet Dominus nouum ſuper ter-
ram, & eccè mulier circundabit virum. Gaudeamus
itaque dilectiſsimi, & exultemus in natiuitate Virgi-
nis Dei genitricis, quę nouum mundo nunciauit gau
diū, & totius extitit humanæ ſalutis exordium. Exulte
mus, inquam, & ſicut gaudere ſolemus in natiuitate
Chriſti, ità ét gaudeamus in natiuitate matris Chriſti.

Hodiè nata eſt Regina mundi, feneſtra cęli, ianua
paradiſi, tabernaculū Dei, ſtella maris, ſcala cæleſtis,
per quam ſupernus Rex humiliatus ad ima deſcēdit,
& homo, qui proſtratus iacebat, ad ſuperna exaltatus
aſſcendit. Hodiè apparuit ſtella mūdo, per quam Sol
iuſtitiæ illuxit mundo, illa videlicet, de qua per Pro-
phetam dicitur: Orietur ſtella ex Iacob, & exurget ho
Num. 24. mo de Iſrael. Hodiè nata eſt ſplendidiſsima illa Vir-
go, ex qua proceſsit ſpecioſus forma præ filiis homi-
Pſal. 44. num, tanquàm ſponſus de thalamo ſuo. Hodiè pro-
diit ex vtero matris, quæ templum fieri meruit diui-
Eſa. 11. nitatis. Hodiè impleta eſt prophetia illa, quā eximius
prophetarum ille Eſaias, quaſi præco factus ad aduen
tum Reginæ mundi, magna uoce clamabat, dicens:
Cur S. Maria virga Ieſſe dicat. Egredietur uirga de radice Ieſſe, & flos de radice eius
aſſcendet. Et benè hæc incomparabilis Virgo virga
dicitur, quæ per intenſionem deſiderii ad ſuperna e-
micuit, non per ſiccitatem boni operis diſtortæ nodo
ſitatis uitium incurrit. De qua uirga redemptor no-
ſter, quaſi flos aſſcendit, qui martyribus & confeſſo-
ribus ſuis totius orbis campos velut roſis & liliis de-
corauit. Singularis nanque flos ſanctæ Eccleſiæ ipſe
eſt, ſicut de ſemetipſo in Canticis canticorum loqui-
Cant. 2. tur, dicens: Ego flos campi, & lilium cōuallium. Hoc
lilium non in montibus, ſed in conuallibus naſcitur:
quia ſuperbis Deus reſiſtens, in humilium cordibus
Ibidem. inuenitur. Lilium vocatur Chriſtus, lilium dicitur &
mater Chriſti, ſicut in eodem Cantico ſubinfertur: Si
cut liliū inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Sicut
Item lilium inter ſpinas liliū inter ſpinas, ſic beatiſsima Virgo Maria enituit
inter filias: quæ de ſpinoſa propagine Iudæorum na-
ta, candeſcebat munditia uirgineæ caſtitatis in corpo
re, flammeſcebat autem ardore geminæ charitatis in
mente, fragrabat paſsim odore boni operis, tendebat
ad ſublimia intentione continua cordis.

Deeſt aliquid.

Luc. 1.

Aue, inquit Angelus, gratia plena, Dominus tecū:
benedicta tu in mulieribus. O dulce, ó admirabile nū
cium. O nouum & inauditum Angelicę ſalutationis
obſequium. Plenam appellat gratia, quia ipſe in eam
deſcendebat, per quem omni mundo collata eſt gra-
tia. Dominus, inquit, tecum: quia ille in te eſt, qui ta
lem fecit te, vt & ipſe fieret ex te. Benedicta tu in mu-
lieribus. Per mulierem infuſa eſt maledictio terræ,
Per Mariam benedictio redditur terra. per mulierem redditur benedictio terræ. Per cuius
manus potus mortis amarę porrigitur, per eam quo-
què dulcis vitę poculum exhibetur. Largiſsimum be-
nedictionis nouę fluentum, totum deterſit maledi-
ctionis antiquę contagium. Sed quid ad hęc Maria?
Nunquid delato ſibi cęlitùs nuncio, in immoderatæ
ſe lætitię riſum ſoluit? Nunquid in ſuperbiæ faſtum
ceruicem mentis erexit? Nunquid non, antequàm re-
ſponderet, ipſum Angelicæ ſalutationis pondus li-
brata mentis lance penſauit? Ait enim Euangeliſta:
Ibidem. Quæ cùm audiſſet, turbata eſt in ſermone eius, & co-
In virgines ſug- gitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio. Vbi ſunt illæ quę,
dicunt: Ego ſum virgo, Ego ſum virgo; ventoſę,

contentioſæ, ſuſpicioſę, delicioſę, veſte compoſi- *bas & diſ*
tæ, moribus diſsipatæ? Ego ſum virgo. Neſcio e- *ſolutas.*
nim virum, ignoro coniugium. O virgo, quàm fe-
lix eſſes, ſi quod habes in carne, ſeruares in mente, cu
ſtodires in actione. Quid enim prodeſt, ſolius carnis
integritatem ſeruare, & malignorum ſpiritum ſtu- *Perit mē*
pris mentis interiora corrumpere? Quid iuuat virgi *te virgini*
nem eſſe, & exigentibus actionum meritis, nequa- *tas.*
quam ad virginale præmium peruenire? Virgo car
ne, non animo, uirginitatis præmio non potitur. Ali-
ud enim eſt, tentationum fortiter illecebris contra-
ire: aliud, eiſdem blandè irrepentibus, etſi non corpo
re, mente tamen eneruiter cedere.

Non ergò cuiquam ſufficit ad capeſſenda præmia
ſolus pudor virgineus, niſi & aliis fuerit ditata virtu
tibus. Iohanni quippè in Apocalypſi per Angelum *Apoc. 14.*
dicitur: Hi ſunt, qui cum mulieribus coinquinati *Iohan. 1.*
non ſunt: ſequuntur Agnum, quocunquè ierit. Agnus
enim noſter, ille videlicet, qui tollit peccata mundi,
charitatem habuit: quia pro ſalute hominum propri *Philip. 2.*
um ſanguinem fudit. Gratia humilitatis enituit:
quia humiliauit ſemetipſum vſque ad mortem, mor *1. Pet. 2.*
tē aūt Crucis. Patientiam ſeruauit, quia cùm maledi
ceretur, non maledicebatur: cùm pateretur, non com
minabatur. Mundanæ dignitatis altitudinem ſpre- *Iohan. 6.*
uit: quia, ſicut per Iohannem dicitur. cùm vellent il-
lum Regem conſtituere, montis latibulum petiit. Ini
micos dilexit, pro quibus & in cruce poſitus exora-
uit, dicens: Pater, ignoſce illis, &c. Ille itaque Agnū,
quocunquè ierit, ſequitur, qui non ſola virginitate e-
ius veſtigia, ſed per omnes quoquè virtutum ſemitas,
inquantùm præualet, imitatur. Ille Agnum ſequitur *Luc. 23.*
in perfectionis regno, qui illum imitari ſtuduerit in
itineris aduerſitate.

Sed plerunquè conuerſatione coniugatorum, vita
confunditur virginum, cùm illi vltra habitum aſſu
munt opera, & iſti iuxta ordinem proprium non ex
citant corda. Vndè & per Prophetam dicitur: Eru *Eſa. 23.*
beſce Sidon, ait mare. Quaſi enim per vocem ma
ris ad verecundiam Sidon adducitur, quandò per com
parationem vitæ ſecularium atque in hoc mundo
fluctuantium, eius, qui munitus & quaſi ſtabilis cer
nitur, vita reprobatur. Sæpè enim nonnulli ad Do-
minum poſt carnis peccata redeuntes, tanto ſe ardeo
tiùs in bonis operibus exhibent, quanto damnabili-
ores de malis uidentur. Et ſepè quidam in carnis
integritate perdurantes, dum minùs ſe reſpiciunt ha
bere quod defleant, plenè ſibi ſufficere vitæ ſuę inno
centiam putant, atque ad feruorem ſpiritùs nullis ſe
ardoris ſtimulis inflammant. Et fit plerunquè Deo *Nota.*
gratior amore ardens vita poſt culpam, quàm ſecuri
tate torpens virginis innocentia. Vndè & voce Iu-
dicis dicitur: Remittuntur ei peccata multa, quia di *Luc. 7.*
lexit multùm. Et iterùm: Gaudium eſt Angelis Dei ſu *Luc. 15.*
per vno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper
nonaginta nouē iuſtis, qui non indigent pœnitentia.

Illa ergò virginitas perfecta eſt, quæ reliquis *Virginitas pfecta qua ſit.*
virtutibus cingitur, quæ vera mentis humilitate
conditur, quę non ſolùm illibatam ſe ſeruat in
carne, ſed etiam pudicam cuſtodit in ore. Vnde
& beata virgo Maria, audito Angelicæ legationis
myſterio, ſolitum modeſti ſilentii rigorem tenuit:
& licèt ipſa intrà ſe diſcutere non poſſet, qualis
eſſet illa ſalutatio, verbis tamen inquirere ſuper-
fluum deputauit. Sed mox tacendo audire meruit,
quod inquirere non præſumpſit. Ait enim Ange-
lus ei: Nè timeas, Maria: inueniſti enim grati-
am apud Dominum. Eccè concipies, & paries
filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Quod *Luc. 1.*
Propheta multò antè uenturum prædixit, hoc

Esa. 7. præsens adesse eisdem verbis Angelus nunciauit. Dicit enim, vt præmissum est, Esaias: Eccè Virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Illic Iesus, qui Saluator dicitur: hic Emmanuel, qui, Nobiscum Deus, interpretatur.

Qua lætitia, quo tripudio, fratres mei, Mariæ mēs impleta esse poterat, quandò hęc prophetica & Angelica verba intrà se inuicèm conferebat? *Luc 2.* Maria enim, inquit Euangelista, conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. In quanta se excellentia super humanum genus sublimari conspexerat, *S. Maria humilitas quāta fuerit.* quæ se creatoris sui matrem fieri audiebat? Sed quæ tanto apud Deum fastigio crescere meruit, quanta se apud seipsam humilitatis deiectione substrauit? Ait enim: Eccè ancilla Domini: fiat mihi secundùm verbum tuum. Dei mater ab Angelo dicebatur, & ipsa se ancillam Domini fatebatur. Et verè Mater simul & ancilla. Ancilla siquidem per communem conditionis humanæ naturam: Mater verò, per ineffabilem diuini muneris gratiam. Mater in eo, quòd genuit: ancilla in eo, quòd genita fuit. Nundùm Euangelium scriptum erat, & iam Euangelica *Eccle. 3.* præcepta seruabat. Præcepit enim Dominus: Quantò maior es, humilia te in omnibus. Quid enim maius matre Domini? Quid humilius ancilla Domini? Eccè ancilla Dñi: fiat mihi secundùm verbum tuum.

Aliquid desideratur.

Esa. 19. *Diuinitas Saluatoris nube carnis obtecta.* Eccè, inquit Propheta, Dominus ascendit super nubem leuem. Sol quippè cùm nube tegitur, ab humanis visibus occultatur: Sic nimirùm, sic Saluator noster, sumpta ex Virgine se carne vestiuit, in qua diuinitas latens, humano intuitu videri non potuit. Quæ nobis idcircò leuis dicitur: quia beatissima Virgo nullo viri semine grauida, sola sancti Spiritus gratia fœcondatur. Quæ & dignitatem genitricis obtinuit, & virginalem pudicitiam non amisit. Quæ sine contaminatione concepit, & sine dolore filium procreauit. Non secutus est dolor partum, quia non præcessit libido conceptum. Dictum nanque fuerat Euæ: *Gen. 3.* In dolore paries filios. Quę sententia in alijs matribus vigoit, in Maria verò modum sui iuris amisit. In mulieribus fixa perstitit, in Virgine præualere non potuit. Quę enim Virgo permansit concipiendo, dolorem sentire non potuit pariendo. Ille quippè, qui ex ea ineffabiliter prodijt, claustrū virginalis pudicitiæ non corrupit. Virginem denique veniens introiuit, virginem nihilominùs exiens *Cant. 4.* dereliquit. Hæc enim est hortus conclusus, fons signatus: quæ & fructum fœcunditatis edidit, & virginitatis meritum non imminuit.

O mirabilis, ò singulariter nobilis caro beatissimæ Virginis, in qua mulieribus natura mutatur, humana conditio non tenetur. Per coitum quidem est genita, sed non per efficaciam coitus enixa. Edita communi nascentium iure, edidit singularis gratię *S. Maria summa nobilitas.* nouitate. In humano deniquè genere ille nobilis dicitur, qui claris Maiorum titulis insignitur: Beata verò Maria licèt de generosa sit patrum stirpe progenita, ab illo tamen trahit excellentissimæ nobilitatis genus, qui de illa est nouo nascendi genere procreatus, & per clarissimam sobolem, omnem humani stemmatis excedit nobilitatem. Clara proauorum titulis, sed incomparabiliter clarior generositate pro- *Psal. 86.* lis. Filia siquidem Regum, sed mater Regis Regum.

Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Sed quicquid de te à mortali homine dicitur, celsitudinis tuæ meritis non æquatur. Quam enim excellens gratia super Angelos eleuat, ad eius dignè efferenda præconia humana fragilitas non adspirat. Rogamus te, clementissima ipsius pietatis & misericordiæ Mater, vt qui tuæ laudis insignia frequentare gaudemus in terris, tuæ intercessionis auxilia habere mereamur in cælis, quatenùs sicut per te Dei filius dignatus est ad nostra descendere, ità & nos per te ad eius valeamus consortium peruenire, qui cum patre & spiritu sancto viuit & gloriatur p infinita sęcula seculorū, Amē.

ILLVSTRE MARTYRIVM SANcti Adriani & aliorum XXIII. ut habetur in antiquis MS. codicibus, quibus vetustissima Martyrologia adstipulantur. Stylum passim nonnihil expoliuit F. Lauren. Surius, adiectis ad marginem capitibus.



IN diebus illis, cùm tyrannus Maximianus ingrederetur Nicomediā, Christianos perditurus misit *Septembris 8.* per loca singula, vt interficerēt in *Cap. 1.* Christum credentes. Intrans autem vrbem, properè abijt ad tēplum, & prócidens in faciem, adorauit deos suos, statimque eis iussit sacrificium offerri. Vbi id populus cognouit, festini offerebāt alii tauros, alii vitulos, pleriq; oues & arietes, & hircos, & volatilia. Erat n. plena idolis ciuitas, adeoq; per omnes eius regiones sacrificabāt, vt omnia sacrificiorum nidoribus complerentur. Aderant etiam præcones, qui voce magna clamarent, vt præstò essent omnes ad offerendas diis suis hostias: siqui verò id contemnerent, ii tormentis excruciarētur. Quòd si quispiam Christianus reperiretur, ignibus combureretur. Quidam etiam designati sunt, qui omnem illam ciuitatem accuratè inquirerent, & *Sæua Christianorum persecutio.* si quos vel viros, vel fęminas in Christum credentes, depræhenderent, cautè eos ad iudicem perducerent, quibus etiam varia supplicia & flammas atrocissimas minabantur, si quem occultarent: porrò præmia à tyranno promittebantur, si eos proderent & indicarent. Tum verò vicini vicinos, amici amicos, propinqui propinquos, partim præmiis allecti, partim pœnarum metu tradere cœperunt. Pęnæ enim terribiles constitutæ erant in eos, qui celassent Christianos.

Accedebant interim ii, qui Christianis inuestigan- *Cap. 2.* dis præpositi erant, ad militię principem, dixeruntq; ei: Quidam Christiani latitant in spelæo, quos nos nocturnis vigiliis psallentes audiuimus. Id vbi audierunt, qui erant in palatio, cū magna militū manu specū vallarūt, cōpræhensosq; eos, q intùs erāt, p oē corpus ferro victos adduxerūt ī ciuitatē, ī qua erat Rex. *Christiani vincti offeruntur Maximiano.* Cùm aūt pcederet Rex ad adorādos deos suos, & hostias īmolādas, obtulerūt eos illi, atq; dixerūt: Eccè, Rex, omnē nos perlustrantes vrbem, inuenimus oēs cultores magnorum deorum, & iussis tuis obtemperantes. At hi soli reperti sunt tua iussa contemnentes, & deos tuos irridentes. Mox ille iubet stare currum, & Christianis propiùs accedentibus ait: Vndè estis? Respondent illi: Nos quidem hìc nati sumus, at *Contemnunt omnia supplicia. Ephes.* religione Christiani sumus. Rex dicit ad eos: Non audistis, q supplicia cōstituta sint ī huius religionis cultores? Respōdent illi: Audiuimus qdē, sed irrisimus tuā stultissimam iussionem, mentemq; peruersam, & ipsum quoquè satanam, qui operatur in filios infidelitatis, quorum princeps tu es. Rex ait: Et audetis vos stulta dicere iussa nostra? Equidem, per deos magnos, tormentis acerbissimis conficiam corpora uestra. dixitque ad principes: Extendantur, & cædantur virgis; videamusque

num

num venturus sit Deus eorum, vt opituletur eis, & eripiat ex manibus meis. Adducti sunt ergò tres quæstionarii, qui eos crudis neruis cæderent. Martyres dixerunt: Adde his etiam alios tres impiissime hostis Dei; quo enim plus auxeris tortores, tanto plures nobis adiicies coronas.

Cæduntur neruis.

Cap. 3.

Maximianus tyrannus dicit ad eos: Infelicissimi mortalium omniũ, iam ego iubeo præcidi vobis ceruices, & uos coronas expectatis? Abiurate hanc vanã doctrinam vestram, nec frustrà perdatis vosipsos. Martyres respondent: Perdet te Deus, qui sine causa affligis seruos eius, nulli culpæ affines. Maximianus ait: Lapidibus rotundis eorum contundite ora. Quæstionarii, arreptis lapidibus, eorum maxillas uerberarunt. Martyres dicunt: Quia uidisti nos rectè agentes, idcircò sine misericordia nos iubes ita torqueri. Sed Angelus Domini percutiet te, & omnem impiissimam domum tuam. Præuaricator & inimice Dei, necdùm satiatus es pœnis nostris, quibus affecisti nos, nec exhorruisti tot horis nequissimè fæuire in nos? Sed certè maiora te manent supplicia, quàm sint nobis abs te illata. Neque cum animo tuo reputare voluisti, corpore circundatos nos esse, quemadmodùm & tu es: quanquam corpus tuum pro tua uolũtate prophanum est & impium. Acutissimi lapides tui non potuerunt conterere maxillas nostras. Agnosce, fili diaboli, & uide omnia sic se habere, vt loquimur. His auditis, Tyrannus immodico furore percitus, ait ad eos: Per magnos deos iuro, iussurum me, vt excindantur linguæ uestræ, ut ex uobis discant mortales omnes non contradicere dominis suis. Christi martyres dixerunt: Audi nequissime tyranne: Si tu eos, qui seculares dominos suos contemnunt, odio habes & subdis tormentis: qua tandèm ratione cogis nos venire contra Dominum Deum nostrum, vt iam meritò patiamur ea, quę tibi parata sunt, tormẽta? Maximianus respondit: Quæ uero mihi sunt parata supplicia? Martyres dixerunt: Quæ præparauit Deus diabolo, & angelis eius, & uasis eius, quæ estis uos impiissimi: id est, ignis inextinguibilis, & uermis immortalis, tormenta nunquàm desitura, pęnę sempiternæ, locus perditionis, exteriores tenebræ, vbi est fletus oculorum & stridor dentium, pluraque alia. Maximianus ait: Iam verò faciam excindi linguas vestras. Martyres dixerunt: Stulte, etiamsi organum præcideris, quo laudamus Deum, meliùs ascẽdent ad Deum gemitus cordis nostri, meliusque ad Deum clamabit cor nostrũ. Immò & sanguis noster, quem temerè effundis, habet os uocis ingentis, prę tuba clamantis ad Dominum, quòd iniustè hęc patimur.

Maxilla lapidibus contunduntur.

Esa. 66. Mat. 8. 13. 22. 24 25.

Insignis eorum fides & constantia.

Cap. 4.

His uerbis immaniter exacerbatus Maximianus, ait: Annotate singulorum responsa, ferroque per omne corpus constrictos, abducite in custodiam, & omni ex parte affligite eos, vt sicut opto, pœnis eos conficiam. Non enim solo gladio puniendi sunt, sed eorum exemplis omnem hanc regionem corrigi oportebit. Porrò Adrianus, qui erat primus in officio, videns eorum constantiam & vnanimitatem aduersùs tormenta, dixit ad eos: Adiuro uos per Deum vestrum, pro quo hæc patimini, ut dicatis mihi veritatem, & quæ sit remuneratio uel gloria, quam pro his cruciamentis expectatis. Videntur enim mihi magna quędam & admiranda esse, quę expectatis. Sancti martyres dixerunt: Nec dici potest, nec os nostrum exprimere potest, nec aures capiunt ea, quę nos recepturos speramus. Adrianus ait: Itane nihil de his didicistis neque ex lege, neque ex prophetis, neque ex aliis scripturis? Sancti martyres responderunt: Nec ipsi prophetę hęc perfectè cognouerũt. Homines enim erant, similiter Deum colentes, & quęcunque à spiritu sancto acceperunt, ea locuti sunt. De illa autem gloria sic scriptum est: Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Hæc vt audiuit Adrianus, statim exiliens, stetit in medio eorum, & dixit exceptorib[9]: Annotate etiam meam confessionem cum his sanctis & athletis Dei: sum enim & ego Christianus. Confestim exceptores hæc in palatio renunciant Regi. Vbi autem eos vidit Rex, suspicabatur aliquam accusationem scripsisse Adrianum aduersùs sanctos martyres, aitque: Legatur quamprimùm relatio, quam misit ad nos charissimus noster Adrianus. Exceptores dixerunt: Non putet pietas tua illum accusare eos: sed ipse quoquè se Christianum profitetur. Rogauit autem nos, vt nomen eius in damnatorum numerum referremus.

Esa 64. 1 Cor. 2. Adrian[9] credit in Christũ.

Cap. 5.

Id audiens Maximianus, iratus est valdè, iussitque eum celeriter ad se adduci. Postquàm autem aduenit, dixit ei: Insanis Adriane? Nũ & tu vis vitam tuam malè perdere? Adrianus respondit: Non insanio, Rex, sed à multa insania reuersus sum ad sanam mentem. Maximianus dixit: Quid multa loqueris? Pete à me veniam, & dic sub omniũ cõspectu, subrepsisse tibi, vt ita loquereris, & expunge quæ dictasti exceptorib[9], vt nomen tuum cum damnatis annotarent. Adrianus respondit: Equidem deinceps à Deo petam veniam malefactorum meorum, & superioris uitæ errorum. Maximianus hæc audiens, furore inflammatus, iussit eum ferro vinctum pertrahi ad carcerem cum sanctis martyribus, certum præfigẽs diem, quo & illũ & sanctos martyres audire vellet. Vnus verò è seruis Adriani properè domum abiens, nunciauit Nataliæ vxori eius, Adrianum dominum suum ferro uinctũ, ductum in carcerem. Illa hoc audiens, scidit vestem suam, & eiulãs ait ad seruum: Quid culpæ admisit dominus meus, vt carceri traderetur? Respondit seruus: Quosdam vidi torqueri propter nomẽ eius, qui dicitur Christus, & illis non acquiescentibus, vt sacrificarent diis, aut Regis præceptis obedirent, etiam ille dixit ad exceptores, vt scriberent ipsum cum eis, libentissimè cum illis moriturum. Natalia dixit: Scisne, qua causa illis pęnis affecti sint? Respondit seruus: Dixi iam tibi, ea causa eos excruciatos, quòd nollent sacrificare. Id audiens Natalia, valdè exhilarata est, vesteque mutata, quam lacerauerat, celerrimè se cõtulit ad carcerem. Erat ipsa parentibus nata Christianis, & filia sanctorum: & anteà quidem non se ausa fuerat declarare, quód esset Christiana, propter persecutionis immanem acerbitatem. Cùm autem venisset in carcerem, prócidens ad pedes viri sui, osculabatur vincula eius, & ait: Beatus es mi domine Adriane: si quidẽ inuenisti opes, quas tibi non reliquerunt parentes tui. Sic verò benedicetur, qui timet Dominum. Verè, mi domine, congregasti tibi diuitias in iuuẽtute tua, quas alioqui inuenisses in senectute tua. Reuerà nunc securus pergis ad illud seculum, recondens tibi thesauros, quos inuenies necessitatis tempore: quibus tunc certè carebunt illi, qui nunc amplas possident facultates: & abundabunt, qui modò pauperes sunt: quandò non erit ampliùs fœnerandi tẽpus, nec mutuum accipiendi: cùm iam nemo poterit liberare à suppliciis gehennæ, nec adiuuare aliquem: nõ pater filium, non filiam mater: nec opes frustrà coaceruatæ sui possessorem: non seruus herum, non amicum amicus. Vnusquisque enim suum onus portabit. Tua verò omnia, mi domine, tecum proficiscentur ad Christum, ut ab eo percipias promissa, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ pparauit Deus diligẽtibus se. Itaque securus pge ad illũ, nihil timẽs mala futura, ut accipias

Ducitur cum aliis in custodiam.

Nunciat Natalia vxori eius Christianũ eũ effectum.

Vide fœminæ virilem animum.

Psal. 127.

Gal. 6.

Esa. 64. 1. Cor. 2.

 iustam

iustam à Domino mercedem. Iam enim superasti ignem inextinguibilem & alia tormenta. Peto autem abs te, mi domina, vt parmaneas in hac vocationa, qua vocatus es, nè pulchritudo tua te reuocet, neque affines, naque parentes, non diuitię, non possessiones, non puari, non puellæ, nec quicquam omninò terrenum. Omnia anim hæc veterascunt & corrompuntur. Ea sola nunc tuos versentur ob oculos, quæ sunt æterna, nac respicias ad ista caduca breuique peritura: non te dissoluant inimicorum adulationes, nae tibi fidem suffurantur tuam sua blandiloquentia. Immò verò detestare illorum blandimanta: contemne impia & nefanda consilia. Ad nos solos attende, qui tecum sunt, sanctos: eorum imitare constantiam, sectare patientiam. Nec te frangat furor tyranni, non varia tormentorum genera reformides: non te perturbet hic ignis, non flamma pertarreat.

Cap. 6. Hæc cùm Natalia dixisset, obticuit, iam enim hora erat vespertina. Ait autem ad eam Adrianus: Abi nunc domum, soror mea, & cibo te refocilla. Vbi cognouero nos uocari ad quæstionem, mittam qui te vocet, ut cognoscas finam nostrum. Tum illa surgens à pedibus eius, omnes sanctos accedebat, & illorum vincula osculabatur. (Erant autem omnes vigintitres:) dicebatque eis: Rogo vos, serui Christi, confirmate hanc ouam Christi: præbete ei patientiæ consilia & proponite illi præmia parata illis, qui in fide permanent. Vos anim ipsum sanguinem vestrum obtulistis sacrificium in afflictione vestra. Hic est fructus tormentorum vestrorum: hi dolores vobis salutem pariant sempiternam. Itaque & huius animam lucramini cum animabus uestris, ut Christum vobis debitorem efficiatis: sitisque vos ei parantes loco illorum, quos secundùm carnem habuit impiissimos. Confirmata animum eius monitis sanctissimis, vt futura cradens, complaat agonem. His dictis, abiecit sa ad pedes illorum, & adorauit vincula, quibus stringebantur, rursùsque se contulit ad Adrianum, in interiori custodia manentem, & ad lignum extensum, aitque ad eum: Vide, mi domina, nè te moueat elagans forma corporis tui, nequa decor iuuantutis tuæ. Hæc enim omnia esca vermium sunt. Non tibi imponat aurum & argentum, nos vestes pretiosæ, non possessiones, & id genus alia impedimanta. Nihil enim hæc proderunt in illo tremando iudicio. omnia anim hic remanant. Nec quisquam ibi vel dabit munera pro anima sua, vel ea oblata recipiet. Sola animarum sanctarum munera suscipiet Deus. Hæc cùm locuta esset, valedicens ei, abiit in domum suam.

Martyrũ vincula osculatur S. Natalia

Adorauit, pro, veneraca est.

Cap. 7. Post dies aliquot audiens Adrianus ad tribunal se cum aliis vocatum iri, ait ad sanctos martyres: Si licet mihi cum bona venia vestra, domini mei, ibo domum, & adducam ancillam vastram, sororem meam, vt adsit agoni nostro. Promisi anim ai eum iuramento, quòd hora passionis nostræ ipsam accersirem. Sanctis martyribus assentientibus, dedit munara eis, qui custodiæ præerant, & abscessit, pro se fideiussores relinquens eosdem martyres. Cumque iam esset in itinere, vidit eum quidam è ciuibus, moxque præcurrit ad Nataliam vxoram eius, dixitque ei absolutum esse Adrianum, & iam aduentare. Illa id audiens, nolebat credera. Quis anim, inquit, potuit illum à vinculis absoluera? Mihi verò non contingat, vt absoluantaum, & separetur à sanctis. Hæc illa loquente, domesticus puer eius aduaniens, dicit ei: Nouaris dominum meum dimissum: & eccè venit. Tum illa suspicata fugisse eum martyrium, incredibili affecta dolore est, & fleuit amarissimè. Cumque ea eum

Venit ad vxorẽ suã S. Adrianus.

Pussima fœmina

conspexisset, surgens proiecit è manibus, quæ tenebat, & clauso ostio, exclamauit: Facessat hinc procùl à me, qui defecit à Domino, & mentitus est Deo suo. Non mihi contingat loqui ori illi, quo Dominum suum abnegauit: nec audiam verba linguę fallacis, quæ dolosè egit in cõspectu Dei sui. vertensque se ad illũ, ait: O sine Deo, mortalium omnium miserrime. Quis te cogit aggredi opus, quod perficere ne quires? Quis te separauit à sanctis illis? Quis te seduxit, vt recederes à conuentu pacis & quietis? Dic mihi, quæ te res in fugam compulit, necdùm inito certamine? Quid ità abiecisti arma, necdùm hosta conspecto? Quomodò vulneratus es, nulla adhuc missa sagitta? Mirabar ego, si ex genta, quę est sine Deo, & è ciuitate impiorum quippiam boni Deo posset offerri. Et quinam fieri posit, ut ex gente homicida hostia munda Deo consecreretur? Neque enim ex impurissimis, & qui delectãtur fundando sanguine, purum thymiama potuit offerri Deo. Quid igitur faciam ia feleicissima, quæ coniuncta sum huic ex impiis impio? Non mihi concessum est vnius horæ spatio, vt dicarar vxor martyris potiùs, quàm transgressoris. Breuis fuit exultatio mea, sed per sæcula durabit opprobrium meum. Ad horam læta fum inter mulieres: at nunc eum ignominia versabor inter illas.

mirè doler, dũ putat maritum à Christo defecisse.

Cap. 8. Interim beatissimus Adrianus his eius sermonibus valde delectabatur, immò & confirmabatur, ità vt ardantiùs cuperet implare, quod promiserat. Mirabatur autem ex eius fœminæ ore illa verba proficisci, quæ & iuuanis, & nupèr nupta essat. Nam intra menses tredecim illi fuarat coniuncta. Cernens aũt eã immodicè cruciari & vehementer affligi, ait ad eam: Aperi mihi, domina mea Natalia. Non enim, vt tu putas, martyriũ subterfugi: absit hoc ab animo meo: sed vèni, vt mecum eas, & præsens intersis certamini nostro, quamadmodùm promisaram tibi. Illa non credens, respondit: En vt me in frandem vult impellere transgressor: an ut mentitur alter Iudas. Recede à ma: alioqui meipsam interficiam, vt vel sic satieris. Sed cùm nollet aperire, dixit ad eam Adrianus: Aperi ocyùs. ego enim recedo, vltrà te non uisurus. Postea verò lugebis, quòd non videris me ante decessum meum. Fideiussores pro me sancti martyres, & si ego in uentus non fuero à custodiæ præfectis, cum suis pariter & meas luent pœnas, nec ferre poterunt, cùm sint iam penè illatis à tyranno suppliciis exanimati. Hæc audiens Natalia, statim reseraut foras, & mutuò sibi prostrati sunt. Ait autem ad eã Adrianus: Beata es inter mulieres, quoniam tu sola cognouisti Deum, ut saluum faceres maritum tuum. Verè tu sola palàm apparuisti in terra amans virum tuum. Benedicta corona tua, quę es fructus victoriæ, & martyrum consors, etiamsi non patiaris tormenta. Deindè assumpta illa, abiit. Inter eundum autem dixit ad eam: Dic, quæso, soror mea, quid constitueris de facultatibus tuis. Illa respondit: Noli, domina mi, noli memini nisse eorum, quæ sunt mundi huius, nè animum tuum illiciant. Id solùm cogita, ad quod vocaris. Excidant ab animo tuo omnia mundi huius corruptioni obnoxia: ad ea sola intenda festinos, quæ non deficiunt, quę sunt reposita tibi & sanctis illis, cum quibus ambulas in via Domini.

Eccè pũ zelum S. Nataliæ.

Sæculares admonet Nataliæ.

Cap. 9. Vbi ad carcerẽ ventum est, Natalia ancilla Dei properè sa prostrauit ad pedes sanctorũ, & adorauit vincula eorum. Videbat anim corpora eorũ iam à suppliciis putrafacta, ità vt vermes ex eorũ vulneribus excideren: inclinausq; sese, putredinẽ omnẽ abstergebat. Misit verò & puellas suas, quę adfarrent ei lintea eius & multa & valdè pciosa. Erat. n. prima inter clarissimas fęminas, & tã suorũ, quã mariti sui parẽtũ natalib' insignis.

Noua pietas matryrum.

Itē Natalis erga illos sedulitatem.

gnis. Allata autem à puellis lintea accipiens, extersit suis manibus plagas sanctorum, alligabatque manus & pedes eorum, (Erant enim illorum dissoluti artus pondere uinculorum ferreorum) mansitque cum eis in carcere diebus septem, studiosè sanctorum martyrum uulnera curans. Vbi autem aduenit dies, illis audiendis præstitutus, Maximianus iussit eos coram se exhiberi. Mox aduolant ministri ad carcerem, iubentque eos exire. Cum autem uiderent eos pęnis dissolutos, instar pecudū portant eos, ingredi non ualentes. Omnes enim uigintitres vna erant constricti catena. Porrò Adrianus athleta Christi sequebatur eos, vinctis à tergo manibus. Cumque ad tribunal appropinquassent, is, qui negociis præfectus erat, eos conspicatus, nunciauit Maximiano, adesse condemnatos illos. Tyrannus uerò dixit: Subligaculis ad uerenda præcincti, introducantur omnes pariter, ut suos inuicèm videant cruciatus. Commentariensis dixit ad Regē: Illi, qui priùs cruciati sunt, non possunt nūc ad quæstionem uocari: sed Adrianus introducatur, qui cùm sit etiamnùm recens, potest quæstionem omnem perferre. Aliorum autem putrefacta sunt corpora, ità vt costæ eorum appareant: & si rursùs quæstio inter illos exerceatur, mox animas reddent, nec durare poterūt ad supplicia eis præparata. Nos enim nolumus, vt quodam pœnarum compendio finem vitæ accipiant, tanquàm qui nihil peccarint. Sed habeant inducias quasdam paucorum dierum, & tum dignas dent facinorū suorū pęnas. Si ergò iubes, introducatur nunc Adrianus, qui ad omnem perferendam quæstionem adhuc satis habet roboris. Maximianus dixit: Tectum subligaculo, introducite eum. Expoliant ergò eum vestibus, & ferentem suis manibus eculeum, eum sistūt coram tyranno. Tunc autem illi dixere sancti martyres: Eccè Adriane, dignus effectus es, vt tollas crucem tuam, & sequaris Christum. Vide ergò, nè frangaris timore, & abeas retrorsùm, mercesque tua euanescat, & thesaurum tuum diabolus suffuretur. Non te perterreant ea, quę videntur, tormenta, sed contemplare animo ea, quæ expectas: & fidenter accedēs, pudore affice tyrannum. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Martyres cōfirmant Adrianū euntē ad supplicia.

Rom. 8.

Cap. 10. Natalia suum consolat maritum.

Porrò Natalia dicebat ei: Vide, mi domine, vt in solo Deo defigas mentem tuam, nec cor tuum ad vllam rem expauescat aut trepidet, vbi uideris tormenta tibi intētari. Labor exiguus est, sed manebit te laus sempiterna. Breuis est afflictio, sed quies erit perpetua. Ad breue tempus feres dolores, at paulò post cum Angelis exultabis. Quòd si terreno Regi militans, propter exigua stipendia nauabas: multò iam constantiori animo ferre debebis, quicquid tibi pœnarum illatum erit, propter regna cęlorum. Vbi autem introductus fuit Adrianus, cùm eum uidisset tyrannus, ait ad eum: Adhuc permanes in insania, & uis malè exire ab hac uita? Adrianus respondit: Iam tibi dixi me ab amentia recessisse: & ideò paratus sum hanc uitam profundere. Maximianus ait: Non ergò sacrificas, nec adoras deos, sicut ego & cæteri omnes? Adrianus respondit: Cùm tu in errore uerseris, cur alios in errorem inducis, & tum teipsum perdis, tum omnem hūc populum, cui persuades, vt adoret eos, qui sine anima sunt, relinquatque Deum, qui fecit cælum & terrā, mare & omnia, quæ i eis sunt? Maximianus dixit: Itáne exigui tibi videntur dii nostri, qui magni sunt? Adrianus respondit: Ego uerò nec exiguos, nec magnos eos dico, cùm sint planè nihil. Audiens id tyrannus, iratus iubet cum lignis contundi. Vbi autem cognouit beatissima Natalia, quòd cœpissent eum cædere, continuò sanctis martyribus indicans, ait: Eccè dominus meus iam inchoauit martyrium. Illi verò sese

Psal. 145.

Adrian' lignis tūditur.

prosternentes, pro eo Dominum deprecabantur. Tyrannus autem dixit ad eos, qui illum cædebant: Dicite ei: Noli blasphemare deos. Adrianus ait: Si ego sic crucior, dum blasphemo eos, qui non sunt dii: quæ tibi ferenda erunt cruciamenta, qui Deum viuum & verum blasphemas? Maximianus dixit: Hęc verba ab illis impostoribus didicisti. Adrianus ait: Cur tu illos impostores vocas, qui duces nobis sunt ad vitam æternam? Vos potiùs estis seductores, qui homines in perditionis laqueos inducitis.

Tum verò Maximianus furore percitus, iubet eum à quatuor cędi lictoribus magnis fustibus: dicit autē ad eum Adrianus: Quanto tu mihi, tyranne, numerosiora adhibes supplicia, tanto mihi plures conficis coronas. Omnia verò, quæ aut tyrannus interrogasset, aut Adrianus respondisset, beatissima Natalia sanctis martyribus renunciabat. Maximianus tyrannus dixit: Vel nunc confitere deos, & parce tibi atque iuuentuti tuæ. Quid ità temerè teipsum perdis? Iuro tibi per magnos deos, non sine commiseratione adspicere me pulchritudinem tuam. Adrianus respondit: Equidem parco mihiipsi, nè totus pereā. Maximianus ait: Ergò confitere deos, vt tibi sint propitii, teque honoratū restituant in locum pristinum. Non enim comparandus es cum illis, qui tecum vincti sunt. Tu enim benè nati & honesti viri filius es, & licèt iuuenis sis, tamen magnis honoribus dignus es. Cæteri pauperes sunt, atque è rusticis & malesanis prognati. Adrianus respondit: Nosse te patriam & genus atque auos meos non dubito. Verùm si scires benè illorum sanctorum genus, opes & patriam, quam expectant, quamprimùm abiiceres te ad illorum pedes, rogaresque, ut pro te deprecarentur: quin & manibus tuis cōfringeres deos tuos. Ad has voces ira immēsa inflāmatus Maximianus, iubet à quatuor viris fortissimis eius ventrem verberari. Cumque videret effundi viscera eius, iussit parci illi. Erat enim beatus Adrianus iuuenis & corpore tener, annos natus plùs minùs vigintiocto: dixitque ei sæuissimus tyrannus: Animaduertis, quantùm tibi parcam. Si ergò sola voce inuocaris deos, mox iubebo accersiri medicos, vt curent vulnera tua, & hodiè mecum eris in palatio meo. Adrianus respondit: Tametsi tu mihi promittis & operam medicorum, & honores, & tuam in palatio familiaritatem, dicisque deos tuos se mihi propitios fore polliceri: at uelim tamen, vt ipsi mihi dicant ore suo, quid mihi præstituri, quo me beneficio affecturi sint. Ità enim fiet, vt ego eis hostias offeram, eosque adorem, quemadmodùm tu vis. Maximianus ait: Non possunt isti loqui. Adrianus respondit: Quid ergò eis sacrificas, impiissime, qui loqui non possunt?

Cap. 11. Magnis fustibus cæditur.

Tyrannꝰ blandis adulationibus nititur eū reuocare ad impietatem.

Eius venter verberatur, & uiscera effunduntur.

Valdè commotus tyrannus, iussit eum cum cæteris sanctis ferro constrictum, mitti in carcerem, diem præfiniens, quo omnes simul ad tribunal producerentur. Itaque milites eos in custodiam abduxerunt: & alios quidem trahebant: alios vero, quos pœnæ dissoluerant, portabant. At Natalia beatissima solicitè confortabat Adrianum, & missa ad ceruicem eius manu, eumque palpans, ait: Beatus es, Domine mi, quandoquidèm sanctorum consortio dignus effectus es. Beatus es, lumen meum, qui pateris eius causa, qui pro te passus est. Proficiscere nunc dilectissime ad uidendam gloriam eius. Qui enim communicauerit passioni eius, etiam gloriæ eius particeps erit. Deindè in carcere inclusi sunt. Porrò sancti martyres, qui cum eo uincti erant, accedentes ad eum, salutabant eum, ingenti lętitia perfusi. Qui au-

Cap. 12. Reducitur in carcerem.

S. Natalia adhuc uiuentis mariti honorat reliquias.

tem humi iacebant, nec pedibus ingredi poterant, reptantes manibus, festinabant offerre ei osculum pacis. Beata autem Natalia extergebat sanguinem eius, & eo perungebat corpus suum. Cumque oscularentur eum sancti martyres, dicebant ei: Lætare in Domino, dilectissime: quoniam nomen tuum inter perfectos Dei seruos annotatum est. Adrianus respõdit: Vos gaudete: vestra enim corona, est labor vester. Pro me verò potiùs orate, vt nihil aduersùm me possit diabolus: multùm enim iam corpore defeci. Sancti martyres dixerunt ad eum: Confide in Domino: nõ enim præualebit aduersùs te satan. Procùl illum repellet patientia tua. Nos equidem timebamus tibi, cùm adhuc esses homo. At tunc, quandò naturam humanam excessisti, non poterit deincèps tibi præualere inimicus. Nihil ergò formides. Christus enim est victoria tua. Interim Diaconissæ, & aliæ mulieres piæ & Deo notę, permanebant in carcere, curantes vulnera sanctorum: & alię quidem medebantur vulneribus, aliæ verò suis stolis, quibus indutæ erant, abstergebant putredinem à vulneribus: partiebanturque inter se sanctos, vt scirent singulæ, quibus suam operã & curam impènderent.

Religiosæ matronæ sollicitè curant martyres.

Cap. 13.

Vt autem resciuit tyrannus multas etiam valdè honestas matronas ad eos confluere, magno dolore affectus, vetuit, nè cuiquam illarum pateret aditus in carcerem. Cernens hoc sancta Natalia, non licere fœminis ministrare eis, totondit capillos suos, & sumpto viri habitu, ingressa est in carcerem, & omniũ vulnera fouebat sola. Et cùm erga omnes suum explesset ministerium, veniebat ad Adrianum, sedensque ad pedes eius, ait ad eum: Obsecro te, mi domine, sis memor coniunctionis nostræ, & quomodò ego in hoc martyrio tibi adstiterim, teque in hoc agone confirmarim, hasque tibi coronas præparauerim. Deprecare igitur Dominum nostrum Iesum Christum, vt me tecum accipiat: vt quemadmodùm communicamus in hac vita misera & plena peccatis, ità simul esse possimus in illa beatissima vita, quæ est omnis doloris expers. Oro te, mi domine, vt has primas preces offeras Deo. Scio enim præstiturum tibi Deum, quicquid ab eo petieris. Amat enim & gratum habet, si quid ab ipso petas. Nosti peruersitatem ciuium vrbis huius, & Regis impietatem: nè fortè quandoquè ab aliquo suggeratur tyranno illi, vt me homini impio coniungat, & polluatur ab eo torus tuus & sancta cõiunctio nostra. Quæso, serua coniugem tuam, sicut ab Apostolo didicisti. Dona mihi hanc mercedem cõtinentiæ, vt permaneam tecum, & discant ex me oẽs mulieres obtemperare viris suis, comperta erga me cura & solicitudine tua. His dictis surrexit, & prout cuiusque necessitas postulabat, singulis coram adhibebat martyribus. Proponebat eis simplices, eosque delicatos cibos. Erant enim intolerandis affectis doloribus, quòd vulnera iam inciperent redire ad sanitatem. Vbi autem aliæ fœminæ perceperunt Nataliam præcisis capillis in veste virili seruire martyribus, amputarunt etiam illę sibi pilos capitis, & virili se habitu tegentes, ingressę in carcerem ministrabant sanctis.

Vide Nataliæ facinus sanctissimũ.

Exorat pro se mariti suffragia apud Deũ.

Aliæ matronæ imitantur Nataliã martyribus ministrãtem.

Cap. 14.

Quod posteaquàm Maximianus comperit, tum etiam, quòd iam deficerent viribus martyres, iussit incudem adferri, & eorum pedibus supponi, & vecte ferreo manus ac tibias illorum confringi, ità dicẽs: Dabo operam, vt non instàr aliorum hominum communi morte finiant hanc uitam. Fecerunt lictores, ut erãt iussi, vasaque & incudem cum vecte ferreo attulerunt in carcerẽ. Id vt vidit beata Natalia, occurrit eis, rogauitque ut ab Adriano inciperent, nè pœna atrocissima sanctis illata terreretur. Obtemperarunt ei carnifices, & cùm imposuissent Adriani tibiam super incudem, beata Natalia pedem eius appręhendẽs, extendit super incudem. Carnifices verò multa vi cędentes, amputarunt pedes eius, & crura confregerunt. Porrò beata Natalia ait ad eum: Precor te, mi dñe, serue Christi, dũ adhuc ĩ te hæret spirit⁹, extẽde ẽt manũ, ut amputẽt eam, vt sanctis martyribus similis efficiaris per oĩa. Maiora enim illi tormenta perpessi sunt, quàm tu. Extendit ergò manum beatissimus Adrianus, & porrexit eam Nataliæ. Illa verò imposuit eam incudi, & carnifices amputarunt. Deindè amouent ab illo incudem, & mox spiritum reddidit.

Exciditur manus beatissimi Adriani.

Cap. 15.

Ad alios porrò martyres euntes illi cum incude & vecte ferreo, crura eorum confregerunt, illis suos pedes extendentibus etiam ante aduentum carnificum, sicque dicentibus: Domine Iesu, accipe spiritum nostrum: & sub his verbis sanctas Domino animas reddidère. Maximianus autem iussit corpora eorum flammis exuri, dicens: Nè fortè veniant Galilæi, & tollant ea. At beatissima Natalia abscondit manũ sancti Adriani in sinu suo, nè ignibus absumeretur. Itaque carnifices ad tyranni voluntatem absportabãt corpora martyrum, ut ea concremarent in fornace ardenti, quæ iam parata erat. Sequebatur autem eos beata Natalia, excipiens stillantem à martyrum corporibus sanguinem, atque eo suũ corpus liniens. Sequebantur etiam aliæ mulieres religiosæ, & honesto loco natæ, martyrum sanguinem in linteamina & purpuram suscipientes: atque aliæ in sinu suo sanguinem illum abscondebant. Ipsas quoquè carnificum vestes, quæ sanctorum martyrum sanguine infusæ erant, clarissimæ fœminæ multo auro & gemmis preciosisque ornamentis sibi compararunt. Vbi ad fornacem ventum est, per eius òs superius iactarunt carnifices corpora martyrum in ignem, fęminis illis cum lachrymis ità clamantibus: Mementote nostri, domini, in requie vestra. Porrò Natalia, facto impetu cum magna voce, volebat seipsam conijcere in ignem. Sed cum martyrum corpora in fornacem iniecta essent, repentè extitere tonitrua magna, & pluuię, & grandines, & fulgura, atque terræmotus, ità ut haud secùs atquè in diluuio nataret ciuitas, & loca omnia aquis repelerentur, ipsaque fornax vi imbrium & tempestatis extingueretur. Eam Dei iram terribilem cernentes carnifices, aufugerunt: alij cadentes in facies suas, expirarunt. Qui autem illic aderant homines fideles, cum Natalia & aliis religiosis fœminis sanctorum martyrum rapuerunt reliquias, adeò prorsùs nihil ab igne læsas, vt ne capilli quidem combusti essent.

Itemq; alij martyres.

Nota hic, quanti fecerit antiquitas lipsana sanctorum.

Sanctorum corpora ab igne non læduntur.

Cap. 16.

At verò homo quidam religiosus loci illius, cũ coniuge sua pròcidens ad vestigia Nataliæ & fratrum, qui aderant, ità dicebat: Eccè nos apud vrbem hanc manebamus in loco secreto, abominantes eorum impietatem & sanguinis profusionem, quam in hac ciuitate exercuit impius Rex. At nunc recessuri sumus Byzantium, odio habentes hæc loca nostra. Date igitur nobis corpora sanctorum martyrum, & ea imposita in nauiculam nobiscum absportabimus, atque apud nos recondemus, donèc moriatur hic impiissimus tyrannus. Tum verò huc ea transferemus, ut ab omnibus adorentur. Quòd si ea hic relicta fuerint, Rex impius ea tollet, & rursùs concremabit. & inueniemur nos proditores eorũ corporũ, quę Deus ab igne seruauit per tonitrua, terræmotus & tempestate. Placuit is sermo omnibus, & intulerunt corpora in nauim, quæ ea vexit Byzantium, flante vento in puppim.

Aderat & uxore, frequens in sacris historiis & patribus.

Transferuntur Sanctorum corpora Byzantium.

Cap. 17. Natalia autem mansit in domo sua, habens apud se manum beatissimi Adriani martyris: quam purpura obuolutam & myrrha perfusam, reposuit ad caput lecti sui, nemine id sciente. Post dies aliquot tribunus ciuitatis venit ad palatium, orauitque Regem, vt eam sibi coniugem acciperet. Erat enim Natalia opulenta valdè, & facilè prima etiā inter clarissimas fœminas, formaque corporis elegantissima. Misit autem ad eā tribunus honestas matronas, vt de coniugio eam sollicitarent. Quibus beata Natalia respondit: Multùm ego lætor hoc nuncio. Quis enim mihi præstitisset, vt coniungerer tali viro? Hoc vnum peto, vt detur mihi tridui induciæ, vt interim me præparem: non enim putaram me ab aliquo ad nuptias vocandam. Hæc illa dicebat quidem, sed animo fugam meditabatur, habitare volens apud corpora sanctorum martyrum: atque hac ratione fefellit mulieres, ad ipsam missas à tribuno. Illis ergò recedentibus, abiit in cubiculum suū vbi erat manus sancti Adriani, pròcidensque in faciē suam, sic precata est cum lachrymis: Domine Deus noster, Deus afflictorum, qui iuxtà es iis, qui tribulato sunt corde, respice me ancillam tuam, & nè sinas inquinari torum Adriani martyris tui. Rogo Domine, nè obliuiscaris eorum, quæ pro te passus est ille seruus tuus. Miserere Domine, miserere: nè sis immemor vinculorum eius, quæ pertulit propter sanctum nomen tuum. Misericors Domine, memineris amputatorum pedū, & præcisæ manus eius, nec patiaris inania fieri tormenta eius & miserias, quas viderunt serui tui, qui excruciati sunt propter te. Adspice Domine, & libera me. Memor esto Domine famuli tui Adriani, & eripe me à consortio inimicorum tuorum, ne multiuarius hostis polluat torum Adriani serui tui. Tu Domine, qui liberasti sanctos martyres tuos ab illo igne, libera me ab expectatione impii hominis.

Petit Nataliā Tribunus cinitatis in cōiugem.

Psal. 33.

Rogat Dominū Natalia, nè permittat pollui torum S. Adriani viri sui.

Cap. 18. Hæc cùm precata esset, præ multo mœrore obdormiuit, & ecce vnus è sanctis martyribus illis adstitit ei, dicens: Pax tibi Natalia, ancilla Christi. Confide: nō te despexit Deus, neque nos obliti sumus laborum, quos suscepisti propter nos. Mox autem vt peruenimus ad conspectum Christi, rogauimus eum, vt citò venias ad nos. Beata Natalia respondit: Dic mihi sancte martyr, num vobiscum coram Christo apparuit sanctus Adrianus dominus meus? Martyr ait: Immò verò ante nos ille peruenit ad Christum. Sed exurge iam, & cōscensa naui, proficiscere ad locum, in quo habentur corpora nostra. Ibi enim visitabit te Deus, & perducet ad nos. Expergefacta Natalia, vbi ad se rediit, relictis omnibus suis, solam Adriani manum tulit secum, & profecta est Byzantium. Conscensa autem naui, inuenit illic multos vtriusque sexus, fugientes à conspectu tyranni. Postquàm autem tribunus de eius abitione cognouit, petiit à Maximiano militarem manum, & aliam ingressus nauim, persequebatur eā. Sed cùm iam ad mille stadia progressus esset, ventus contrarius compulit eum cum suis retrocedere. Quidam autem ex eis, mortui sunt & fluctibus obruti. Porrò nocte media nequam spiritus apparuit nauigantibus cum beata Natalia in naui quadam, in qua etiam epibatæ esse viderentur, dixitque eis tanquàm naucleri voce: vndè venitis, aut quò ire pergitis? Illis respondentibus, in Nicomedia Byzantium proficisci, rursùs ait mendax ille: Erratis planè, in partem sinistram dirigite nauim. Hoc verò dicebat, ut eos in pelagus pertractos perderet. At illi persuasum habentes nautas eos esse orientales, aliorsùm pandebant vela, iuxta quo iussi erant. Cōfestim autem apparuit eis beatus Adrianus, magna voce dicens ad eos: Pergite, vt cœpistis, nec audiatis istum, qui vobis interitum afferre molitur. Repentè disparuit impostor ille spiritus. Exurgens autem Natalia, vt vidit antecedentem ipsos sanctum Adrianū, mirè exhilarata est. Ventus quoquè secundus existēs, perduxit eos Byzātium antequàm dilucesceret. Egressi verò è naui, properè se contulerunt ad eas ædes, in quibus asseruabantur corpora sanctorum martyrum, qui pro Christi amore tormenta omnia perpessi erant.

Visio S. Natalia.

Relinquit omnes tēporales diuitias propter Christum.

Venit Byzantium.

Cap. 19. Porrò beata Natalia manum sancti Adriani posuit super corpus eius, & flexis genibus orauit. Posteà surgens ab oratione, in interius cubiculum se recepit, & fratres sororesque omnes salutans, rogauit, vt pro ipsa orarent. Illic enim multi fideles conuenerant, qui rogarunt eam, ut parumpèr quieti se daret. Valdè enim ex nauigatione defatigata erat.

Quiescenti autem mox apparuit beatus Adrianus, dicens ei: Benè huc aduenisti in pace ancilla Christi & filia martyrum. Veni ad nos in requiem tuam. Veni, & percipe ea, quæ tibi debentur. Illa euigilans, visionem indicat fratribus: rursùmque obdormiens, reddit spiritum. Volentes autem eam excitare fideles, comperiunt vita functam. Surgentes igitur orant, ac deindè ponunt eam apud corpora sanctorum martyrum: & precibus post eam depositionem absolutis, domum illam obsignarunt, in qua multi vtriusque sexus commorabantur, qui contemptis & repudiatis omnibus, quę sunt huius mundi, Domino seruiebant: Cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

S. Natalia in pace reddit spiritum.

VITA S. CORBINIANI, PRIMI Episcopi Frisingensis, edita ab Aribone, quarto Frisingensi Episcopo. Capitibus ad marginem adiectis per F. Laurentium Surium.

PRAEFATIVNCVLA AVTHORIS.



DVM cupimus ad ædificationem audiētiū vitā beati Corbiniani stylo breuissimo explicare, virtutesque, quas per eum fecit Dominus: primò necessè est sancti spiritus implorare suffragium, quatenus eius adiuuante gratia, dignè possimus tanti viri Dei & vtiliter miracula enarrare.

HISTORIA.



VENERANDVS igitur Dei famulus Corbinianus, ortus fuit ea regione Melitonensi, natus in vico, qui dicitur Castrus, ex patre Vualdekiso, & matre Corbiniana. Quo nondùm nato, genitor eius languore correptus, rebus excessit humanis. Eo itaque post obitum patris nato, mater eius, genitoris sui nomine ex sacro eum fonte fecit ablumm appellari: at posteà illius amore compuncta, nomen eius mutauit, eumque vocauit Corbinianum. Qui dum bonæ indolis puer excreuisset, diuina inspiratione compunctus, sacræ religionis officium viriliter diligebat, cœpitque diuinę scripturæ sagacissimus indagator existere, psalmodiā diligere, ieiunium amare, vigiliis & orationibus sanctis insistere, pauperes, quantùm potuit, recreare, hospitalitatem sectari, & in boni operis cultu studiosè persistere. Ad hoc quoquè diuino est perductus amore, ut omnem mundi concupiscentiam ab ipso iuuentutis relinqueret flore, & sanctæ continentiæ sanctæque castitatis solertissimus custos existeret. Porrò ad beatu

8. Septēb. Cap. 1.

Patria & parentes S. Corbiniani.

Virtutes pueri.

beati confeßoris Christi Germani Ecclesiam, in eodé castro constructam, deuotisfimè se contulit, atque iuxta eam paruum sibi construxit ergastulum, tantum

Multos hortatur ad vitæ melioris institutũ.

solitudine delectatus, ut nihil aliud posſideret, nisi tãtùm ministros, qui sibi exterioris necesſitatis solatium exhiberent. Quos quotidiè sacris studuit disciplinis instruere, vt suæ imitatores exifterẽt vitæ. Multa quoquè cœpit ad illum credentium populique turba confluere, & sacra eius monita diligenter excipere. Quicquid autem ex oblatione fidelium susceperit, excepto victu necessario, pauperibus erogabat.

Cap. 2.

Vindemiarum quoquè tempore, cùm quidam ei vindemiarum primitias afferrent, ministri eius in cellario vas indè non modicum impleuerunt. Contigit autem cuiusdam noctis silentio, vt musto vehemẽter intumescente, magni feruoris vim uas sufferre nequiret, spinamque tam fortiter reiiceret, vt eius sonitus in cellula ad aures viri Dei perueniret. Qui statim intelligens quod gestum fuerat, sese in orationem fixis in terra genibus proiecit, silentium suum vt seruaret, ministris hoc indicare distulit, sic pernoctans in orando, vsquedùm matutinas Deo laudes persolueret. His peractis, ex more tintinnabuli signo ministros cõuocans, suspicionem, quam de vino habuit, eis indicauit.

Magno miraculo vinũ ĩ vase conseruat.

Tunc ergò frater, qui cellario præerat, nomine Andericus, arrepta claue festinè cellarium reserauit, & intro intruitu spinam pede inuenit, & in manus tulit; ad vas accesſit: res mira apparuit, quia tam incolume mustum inuentum est, vt nec gutta quidem foràs exiret. Quod dum viro Dei nunciauit, omni cautela iusſit silere miraculum.

Cap. 3.

Quadam verò die fur quidam, instigante diabolo, mulam viri Dei foris reperiens abſtulit, eamque ascẽdens, propinqui saltus se immergebat latibulis.

Quidam fur mulã viri Dei aufert.

Ministri verò viri Dei, vespera appropinquante, mulã quęrentes, inuenire non poterant, huc illucque quærendo discurrentes per latera montium, & ima conuallium, syluarumque latibula, necnon & ea loca perscrutantes, vbi priùs mula solita erat pasci, vsque dum eis nox itá tenebresceret, vt coacti vacuique domum reuerterentur, & damnum de mula viro Dei referrent. Ipse autem leniter consolatos dimisit, seque in oratione prostrauit: sicque orando permansit, vsque dum matutinarum solennitatis debitas Deo laudes impleuit.

Visio Angelica.

Ac deindè cùm ad refocillationem lasſi corporis paululùm quiesceret, Angelus Domini in ipso matutinali crepusculo ei per visum apparuit, furemque cum mula aduenturum prædixit. Ille autem a somno excitatus, grates Deo retulit & laudes, atque etiam beato Germano, in cuius ecclesiæ foribus tunc ipse manebat. Apertaque fenestra cellulæ, signo ex more tintinnabuli suo ad se conuocat ministros.

Prædicit futura.

Quibus adstantibus præcepit, vt venientem furem cum mula, minimè læderent. Sed hoc nequaquam appetitu vanæ gloriæ ministris prędixit, sed vt eorum mentis insaniam mitigaret, nè furore coacti, Dei uirtutem in suam mutarent insaniam, aut ut rei sanguinis in eius persecutione non fierent. Vix verba præcipiendo compleuerat,

Nota vim p̃cum eı°.

& eccè ostium cellulæ, ubi uir sanctus cum discipulis loquebatur, mula ingresſa, super se sedentem obtulit furem rigidum, & quasi exanimem, dorso illius adhęrẽtem perindè àc si ligatus super eam esset, itá ut si vellet, descendere nequiuisſet. Qui dum viri Dei iusſione depositus, & humi esset proiectus, instàr ligni vel lapidis, amens & sine sensu iacebat. Cœpit autem eum vir Dei tam increpatione, quam admonitione, à sua nequitia quasi à graui somno suscitare. Qui cum ceu dormiens expergefactus esset, timorem dimisit animi, & confitendo atque pauendo malum, quod uiro Dei fecerat, profeſſus est se ampliùs non peccaturum, etiamsi præ inopia periturus sit. Eo ergò sic prostrato iacente, & promittente uitæ mutationem, eũ uir Dei de humo iusſit surgere.

Nota historiã mirabilem.

Mox ille tam celeriter surrexit, quasi rigidus atque contractus minimè fuisſet: & sic suæ misericordiæ referebat historiam, quomodò in dorso mulæ pernotasſet, tot montium summitates atque ima conuallium, syluarum atque veprium densitates perambulasſet, & quasi à mula vinctus fuisſet. Quibus dictis fidem vulnerata facies conciliabat. Deniquè ab irrationali animali adductum se insciẽtem ad virum Dei fuisſe profesſus est, & quòd intempestæ noctis silentio viam euadẽdi vel latandi reperire minimè potuisſet. Sed quid mirum, quòd orationes iustorum, Deo largiente, valeant vincula reprobis iniicere, & à meatis eos reuocare industria, cùm tantam

Ubi fert Gregor. Papa lib. 2. Dial. Cap. 30.

Deus electis suis præstet gratiam, vt cùm rerum necesſitas exposcit, mira quoquè aliquandò ex prece faciant, aliquandò uerò ex potestate, cùm Iohannes dicat: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri? Quia ergò filii Dei ex potestate fieri posſunt, quid mirum, si signa facere ex potestate valent? Et quid mirum, si signa per orationes facere valent, cùm Dominus suis fidelibus promiserit, dicẽs:

Mar. 11.

Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & fient vobis? Orationis nanque virtute semper sunt signa ostensa, mirabilia demonstrata. Nam

Exod. 14.

Moyses per orationem Pharaonem superbum Regem in mare rubrum demersit, Aegyptios deleuit, & Dei populum liberauit.

Iosu. 10.

Iosue occidentem Solem tandiù orando stare fecit, donèc hostes pugnando deleuit.

3. Reg. 17 & 18.

Elias tribus annis cælum & mensibus sex ab imbre coercuit, & cùm uoluit, orando pluuiam tribuit. Iste itaque vir sanctus oratione aligauit reum, vt à nequitia suæ animę solueretur, & ad pęnitentiam reuerteretur: eique tres argenteos dedit, atque admonuit, vt nec coactus furtum faceret. Et ille accepto munere, lętus recesſit.

Cap. 4.

Cœpit itaque longè lateque fama sanctitatis eius crescere, & fidelium ad eum, nobilium & ignobiliũ, vtriusque sexus turba confluere, æternæ vitę ex ore illius verba libenter audire. Tantumque excellentia vitæ illius percrebuerat, vt ad summum maiorem domus Pipinum rumor sanctitatis eius perueniret.

Pipinus magister equitum eum veneratur.

Is verò unum ex charisſimis sibi optimatibus ad viri Dei cellulam transmisit, seque humilimè eius precibus cõmendauit. Multique ad eum senes & nobiles concurrentes, ut pro ipsis oraret, crebris aduenientium colloquiis occupabatur, sed mens eius magno indè tędio affecta, magnis fletibus atque lamentis se abstrahere nitebatur: tactusque dolore cordis intrinsecùs, suspiriis & gemitibus crebris deplorabat, quòd tranquillitatem, quam quæsierat, & solitudinem, quam desiderauerat, se amisisſe perspiceret, & paupertatem, quam amauerat, sibi deesſe ualdè pertimesceret, & adesſe sibi diuitias, quas noluerat, orationis studium se ultra consuetudinem amittere, responsis aduenientium, & acceptione dantium, & dispensatione egentium occupatum.

Affligit honorum fauoribus.

His verò tribulationibus fatigatus, quartũdecimum in sua cellula impleuerat annum. Tunc demùm iniens consilium, ad limina sacratisſima beatorum Apostolorum Petri & Pauli orationis causa ire decreuit, & ibi se Apostolici uiri doctrinæ orationib' commendare, &, si fieri posſet, impetrare ab eo sibi & suis qui cum eo uenirent, in quodam angulo latitandi facultatem, ut ad sanctorum Apostolorum patrocinia posſet secretiùs peruenire, & ibi sub sanctę conuersationis regula liceret ipsi uitam ducere.

Cap. 5. It Romã.

Mouit autem uir sanctus comitatum suum cum uniuersis supellectilibus, & incolumis cęptum perfecit iter. Oratione autem facta in confesſione beatisſi-

mi Apostolorum principis Petri, ad beatæ memoriæ Gregorii Papæ pedes se prostrauit, eique secretũ animi sui diligentissimè explicauit, & quibus necessitatibus coactus, suum amisisset secretum, & quomodò tranquillum per humanos fauores perdidisset portum, & quibus rerum secularium tumultibus quasi naui in medio mari iactaretur fluctibus, vt vix solitudinis marginem recolendo prospiceret. Et plùs etiã formidanda adiecit, quia temporalia à multis sibi concessa munera, sibi potiùs ad perditionis cumulum euenire posse timeret, quàm ad præsentis vitæ solatia.

Is fuit Gregori⁹ secundus. Catalog⁹ virtutum eius.

Venerabilis autem Papa Gregorius audiens viri Dei verba, intellexit zelum animi eius, qualiter & q̃ magnam in Dei opere haberet animi puritatem. Erat enim vir Dei valdè facũdus, & humanitate pręcipuus, conuersatione inter omnes præclarus, contra vitia ad irascendum facilis, velox ad ignoscendum conuersis, non piger in bona operatione, deditus orationi, studiosus psalmodiæ, præclarus in uigiliis, frequens in ieiuniis, largus in eleemosynis, ad omne bonum semper promptissimus, vir mitis atque modestus, nulli pietate secundus. Sed quid de eo dicendum est, quem omnibus beneuolentibus, simulque indigentibus, omnis boni adiumentum, quantum potuit, fuisse non dubiũ est? Itaque vir Dei spiritusancto repletus, vnicuique congruens erat sexui vel ætati, vt per sanctæ conuersationis studium posset vnicuique sanctarum exempla virtutum ostẽdere. Sed hæc beatissimus Papa Gregorius intuens, cœpit cum suis inire consilium, nè tã ti luminis fulgor absconderetur sub modio, sed vt, secundùm

Mat. 5.

dicta veritatis, supra candelabrum posito illo, multi ab eo luminarentur: cogitauitque, vt ex authoritate beati Petri Apostoli sacerdotalem ei honorem conferret.

Ordinat̃ à Papa Episcop⁹

Itaque in viro Dei, quæ consulendo tractauerat, opere perficiens, per singulos gradus ad summum vsque pontificalem eum prouexit honorẽ.

Cap. 6.

Vir itaque sanctus, quanuis coactus, tamen dono Dei & diuini muneris largitori consentiens, Psalmistæ non immemor; timens nè talis fraudaretur honore, dicentis,

Psal. 108

Quia noluit benedictionem, elongabitur ab eo? quanuis honorem fugiendo humilitatem continere voluisset, obeditionem tamen maiorem iudicauit, nè patrem resistendo contristaret, vel diuinæ voluntati contraire videretur. Coactus ergò, sacerdotalem suscepit benedictionem, accepto etiam pallio cũ bñdictione & adiutorio beati Petri Apostoli, vt vbique prædicationis officium exercere in toto orbe posset, & tanti patris concessu potestatem haberet.

Vsus antiquus pallii.

Tanto autem accepto honore & priuilegio, in Galliam reuersus est: cœpitque diuinum largiter ex ore eius emanare verbum, & mellifluus instàr viui fontis in aures audientium effundi prędicatio: atque per vniuersam Galliam uerbum doctrinę illius in uirorum ac mulierum sanctis creuit moribus, & tam in sacram virginum ac viduarum, quàm & monachorum & clericorum pectoribus diffusum est.

Prædicat in Galliis.

Ipse verò verbum Dei administrãs, ceu prudens dispensator ecclesiæ Christi, vnicuique mensuram tritici hilari vultu largitus est.

Luc. 12.

Cap. 7.

Intereà contigit, vt maior domus in Gallia, q̃ erat Pipinus, uirum Dei ad se accersiret. Illo verò ad palatium proficiscente, in uia quidam reus ad damnationis vltimæ suspendium ducebatur propter latrocinium, nomine Adalbertus, manibus post tergum vinctis, & restis in collo illius pendebat. Et hi qui funem tenebant, iam eum trahere ad damnationem conabãtur. Cœpit autem vir Dei totis viribus festinare, & sub testificatione diuina alta voce clamare, ut eius expectarent aduẽtum. Cùm autem appropinquaret, statim ex equo prosiltens, ad reum ipsum cucurrit, & principes huius operis qui essent, omnibus modis inquisiuit: eosque inueniens, cœpit humilimè postulare fixo in terrã capite, vt sibi reum donare dignarentur, vel pœnas differre, vsquedum ad Maiorem domus citissimè peruenire posset. His minimè petitioni illius obtemperantibus, dicẽtibusque publicam se functionem nullo modo audere prætermittere, nè fortè illius punirentur pœna, qui tanta & talia commisisset crimina, nè regales ad suæ damnationis exitium commouerentur aures: vir Dei reum admonere studuit, assistensque longiùs amouit, vt omnem ei putredinem & vulnus animæ suę confessione purissima aperiret, tam in factis, q̃ in locutionibus atque cogitationibus prauis: reũque arripiens, ut omnis malitiæ suæ pœnitentiam puriter ageret, admonere curauit.

Nota de cõfessione sacramentali.

Ipse autem reus promisit se vitam & mores correcturum, seculum relicturum, admissa deploraturum, futura cauiturum. Tũc vir Dei signo Crucis ęternęque salutis, caput illius & pectus muniuit, lachrymabili vultu reuersus, equum ascendens, sub omni festinatione cœptum carpebat iter. Quod cùm eodem die perficere minimè posset, secundum diem ad perfectionem ipsius itineris complens, tandèm ad solis occasum ad palatium peruenit, & ex caballo ocyùs descendens, summique se principis pedibus aduoluens, humillima prece poposcit, vt qualitercunque de suspenso illo actum sit, corpus eius sibi donare non dedignaretur: simul etiam quomodò ministros eius pro eo rogasset, & iis negantibus quanto indè cùm mœrore abisset, pleniter exposuit.

Cap. 8.

His dictis, princeps præfatus compassus est, & eum, quem viuentem tantus pontifex ministris obtinere non potuerat, quemque vltimo supplicio affectum nemo non mortuum crederet, Episcopo pręcepit reddi. Nuncii vtrorunque directi, domini venerandi Pipini & beati Corbiniani Episcopi epistolam deferebant. Qua accepta, tandèm die tertia vesperascente (O inauditam & valdè incredibilem rem) ità viuens inuentus est latro pendens in patibulo, vt eum venerabilis vir Corbinianus muniuerat signo Crucis sanctissimo.

Suspensũ in patibulo conseruat incolumem.

Sed quid mirum, si sanctus vir Dei, eius vitam à Domino impetrauit oratione & lachrymis ad gloriam Dei, ut nec corporis pondere collum eius dissolueretur, nec restium compressio guttur eius suffocaret? Qui verùm fidelis vel infidelis fuerit, ignoratur. Quid mirum, si iste vir Dei in virili sexu exaudiebatur, quando in fragili sexu fęmineo beatam Christi virginem Scholasticam, à Deo ità exauditam legimus, vt ea, quæ à sanctissimo fratre Benedicto Abbate petiit, & obtinere non potuit, diuina ei virtus poscenti ministraret. Volens nanque ipsa virgo castissima, vt frater eius cum ea pernoctaret in oratione, quod ab eo minimè potuit obtinere, petiit à Domino, & tantam vim ventorum & imbrium impetrauit, vt ex eodem tecto, in quo loquendo consederant, nullus omninò egredi valeret: & ità qui ibì rogatus noluit manere, mansit inuitus.

Hoc miraculum habetur ĩ uita S. Benedicti 21. Martij circa finẽ.

Si ergò à iam fragili sexu sanctus uir Dei Benedictus orãdo potuit retineri, quid mirum, si beatus Corbinianus infideles, aut etiam fideles orando potuit saluare, qui se à diuino tramite nunquàm abstrahebat? Sicque factum est, ut de pœnis depositus Adalbertus, non tantùm viuus, sed etiam illæsus inuentus sit, & ad palatium ab his, qui missi fuerant, deductus. Ad cuius intuitum quasi ad ingens spectaculum multitudo nimia confluebat, & non modò incolumem, sed et valentem contemplabantur, & à multis habebatur insigne. Tunc idem Adalbertus, quasi passer ereptus à laqueo pœnarum, habitum mutauit, & in sanctę conuersationis uita sub magistro viri Dei post multa temporum spatia finem viuendi fecit.

Cap. 9.

Ex eo tempore vir Dei Corbinianus venerabatur ab omnibus: maximè uerò à modesticis fidei. At ille

gloriam

Vir sanctus Pfuit mundi applausus.

gloriam seculi pertimescere, honoris ambitionem expauescere, tranquillitatem secreti, quod perdiderat, mul ipliciter lamentari, diuitias sibi locupletatas, haud secùs ac auari amissas, deflere. Ad pristinum ergò rediit ergastulum in foribus beati Germani ecclesiæ, ibique sub protectione eius proprium quæsiuit secretum, turbas hominum deuitauit, paucosque secum clericos retentauit, quos admonendo & docendo deserere non valebat. Quibus sub operationis suæ cura victum suppeditauit, & verbi Dei semina quotidiè eorum pectoribus infudit. Ibique continuis septem annis permanens, eò aduenientibus secumque commorantibus verbum Dei sedulò ministrauit. Sed quanto secretiùs se in ima loca contulit, eo ampliùs fama eius sanctissima altiùs eminebat in publicum, & quotidiè superuenientium turbas sustentare non ualens, & quasi concussam cellulam, & conquassatam mediis maris fluctibus nauiculam deflens, ad pristinum se contulit orationis auxilium, iterumque Romam pergere disponebat, & à tanti patris munimine absolutionem percipere, & secreta monasterii petere, atque alterius magisterio se commendare pertractans, si eum summus Papa sub patrocinio, vt priùs poscebat, beati Petri militare sub manuum suarum concessisset sudore. Qui non iam publicum à Gallorum partibus arripiēs callem, sed secretiorem eligens viam, in Alemaniam peruenit, deindè in Germaniam: & sic in Noricum veniens, ibi aliquandiu demoratus, verbi diuini seminauit doctrinam, & nonnullorum sacra verba penetrabant, gratia Dei, corda in augmentum fidei Christi. Quę gens adhuc rudis erat, & nupèr ad Christum conuersa.

Iterùm vadit Romam.

In Norico prædicat uerbū Dei.

Cap. 10.

Theodo Bauariæ insignis Dux.

Eo nanque tempore erat ibi deuotissimus Theodo Dux, insignis potentia, & virilis virtute, sibiis ornatus, & nobilium virorum alacritate præcipuus. Cuius cùm longè lateque felix fama increuisset, prouinciam ipsam sibi & liberis in quatuor partes diuisit, charique ibi habebantur sacerdotes, vt solet apud nouitios. Qui dum virum Dei Corbinianum aduenisse cognouit, eumque humilima supplicatione flectere conabatur, vt ab ipso honores sibi debitos acciperet. Sed obtinere non potuit: quòd vir Dei mallet paupertatem tranquillam sectari, quàm diuitiis frui perituris. Itaque multa ei munera largitus Dux, permisit abire. Illo autem relicto, in partes filii eius, nomine Grimoaldi, venit: qui eum honorificè recepit, & de tanti pontificis gratul abatur aduentu: nec tantùm ipse, sed etiam vniuersa turba, quæ erat in ditione eius. Cum autem gustasset dulcedinem doctrinæ illius, cępit multis blanditiis ei supplicare, & nimiis insistere precibus, vt eū nequaquàm desereret. pollicebatur enim eum comparticipem facere filiorum suorum. Sed vir Dei ad eius promissionem ab statu suę mentis minimè declinauit, sed immobilis ad explēdum iter arreptum permansit, & se nequaquàm recedere ab huius tramitis perfectione professus est. Idem verò Grimoaldus munera illi non modica largitus, fecit ei copiam abeundi, direxitque ministros, qui eum cum summo honore deducerent à finibus Noricensibus vsque in Italiæ partes. Qui iussa complentes, sub debito honore benedictionem petentes, reuersi sunt. Sed silenter, ignorante quidem viro Dei, iubente autem eodem principe, actoribus vel habitatoribus Alpium mandauerunt, tā Venustiæ vallis, quàm aliis circunquaquè, vt si quandò eum reuerti in illas partes contingeret, eum à finibus Baiariorum nequaquàm paterentur abire, nisi ad iam dictum principem perueniret.

Grimoaldus filius Theodōis.

Cap. 11.

In ipso autem itinere Romam pergendo, cùm Breones perueniret, iuxta syluam quandam in castris manebat. Sed dum custodes equorum incautè obdormirent, ità vt nullus vigilaret, vrsus è sylua egrediens, sagmarium viri Dei discerpens comedit. Manè autem facto, dum expergiscebantur custodes, inuenerunt eundem vrsum super ipsum sagmarium iacentem, & comedentem illum. Quod dum Ansericus prædictus viri Dei minister agnouit, beato Corbiniano dixit. At vir Dei patienter ferens, dixit eidem Anserico: Tolle flagellum istud, & vade ad eum, & fortiter illum verbera, & castiga pro delicto suo, quo nobis nocuit. Qđ dum ille agere formidaret, dixit ei vir Dei: Vade, & noli timere eum: sed, vt dixi tibi, fac, ac posteà mitte super eum sellam sagmariam, & sterne illum, & sagma super illum impone, & duc cum aliis caballis in uiam nostram. Ipse uerò Ansericus fecit, sicut pręceperat ei vir Dei. Porrò impositam sibi sagmam ipse vrsus quasi domesticus equus Romam vsque perduxit, ibique à viro Dei dimissus, abiit viam suam.

Vrsus sagmarium ferens Romam vsque.

Cap. 12.

Cùm autem ad Tridētinum castrum vir Dei peruenit, ubi tunc à Longobardorum Rege comes nuper erat positus, nomine Husingus, is cum viri Dei emissarium valdè decorum forma vidisset, emere concupiuit. Sed cùm vendere nollet, furto clàm tollere iussit. Cuius rei vindictam cælestem ad tempus narrationis & ordinem reseruamus. Igitur vir Dei sanctus Papiā veniens, à præcellentissimo Longobardorum Rege & Deo deuoto cum omni veneratione susceptus est, & septem ibi diebus propter sacram prædicationem verbi Dei, quæ ex ore illius inundabat, retentus est. Eius se orationibus humilimè idem Rex commendauit, munera largitus non modica, & vale dicentem abire permisit, atque in eius comitatum cuiusdam ciuitatis pręfectum ire iussit, & vsque ad portum amnis Padi deducere, & virum Dei cum omni comitatu suo diligenter transponere: & indè vsque ad Romanos fines alios cum eo pergere fecit, vt darentur ei per viam totius necessitatis solatia. Cùm autem peruenissent ad portum Padi fluminis, is, qui cum eo missus fuerat, videns elegantem equum viri Dei, animo hærens, emere concupiuit. Sed uir Dei minimè se daturum prædixit, summo Romanæ vrbis Pontifici ducendum insinuans. Ille verò antiqui hostis peruicacia accensus, ad suæ damnationis cumulum, ad vltimum transeuntibus amnis portum reseruare suis silenter equum præcepit, Dei quoquè viro transposito, subitò se equum imponens, cursu velocissimo in vicinam syluam se immergens cum suis, huc illucque discurrens, simulabat latronem se quærere. Tunc demùm vacuus reuertens, raptorem se non nosse testatus est. Viri quoquè Dei prouolutus vestigiis poposcit, vt pro negligentia sua ad regales aures eum minimè accusaret. At vir sanctissimus patientiæ suæ custos, hilari vultu ei valefaciens, à se dimisit, diuinæ vindictæ non ignarus. Cuius rei finem diuino adiutorio ad posterum narrandi ordinem reseruamus. Nam vir sanctus tramite arrepto, cœptum carpebat iter.

Honorificè accipitur a Longobardorum Rege.

Aequum ... fraudulenter ...

Cap. 13.

Cùm autem quadam die ad Tusciæ partes peruenisset sexta feria ieiunii, in qua abstinere oportebat ab esu carnium, videntes hi, qui præerant itineri, quòd hora gustandi tardiùs protrahebatur, & quòd caballi calorem toto diei spatio sub pondere nequirent sustinere, dixerunt vt vel paululùm repausarent. His dictis, is, qui alimenta ad mēsam pontificis ministrabat, dixit se ad esum Episcopi nihil pręter carnem habere, quam eo die non comesturum Episcopum noaerat. Hoc eo dicente, vir Dei sursùm adspiciens, vidit aquilam in aeris altitudine volantem, & ait: Eccè auis, per quam nobis Dominus misericordiæ suæ largitate daturus est alimenta. His dictis, ab intuentium oculis longiùs aquila recessit, & de tanta altitudine oculorum acie piscem in maris fluctibus videns, sub-

misis

Nolenti sexta feria vesci carnibus diuinitùs grandis piscis offertur.

missis alis, arreptum ad litus perduxit. Illis ergo pergentibus, quidam cocus pontificis more itinerantium hoc videns, ad litus cucurrit, Inuenit aquilam in piscis adhuc viui capite sedentem, piscemque palpitantem. Qui cùm aduenisset, aquila piscem dimisit, & auolauit. At cocus arreptum piscem obtulit pontifici, & factum aquilæ enarrauit. Magnitudo verò piscis tanta erat, vt non solùm pōtifici sufficeret, sed etiam cūctis, qui apud illum comederunt. Res mira & valdè inaudita, excepto antiquo miraculo, quo Paulo & Antonio coruus ministrauit escam. Tanta enim diuinæ pietatis est largitas, vt nusquàm suos seruos permittat inopia confici, dicente Psalmista: quia Inquirētes Dominum non deficient omni bono. *Psal. 33.* Magna autem erat eodem loco amœnitas, magnaque herbarum copia, & fons largus. Quid ergò ibi aliud datur intelligi, nisi quòd omnipotens Deus, qui suum dignatus est pascere seruum, subuectioni eius necessariam præbuit alimoniam? Sed nequaquam aliud eius miraculum prætereundum esse videtur.

Cap. 14.

Octauo namque die ab eo, quem diximus, similiter sexta feria quidam ex comitatoribus ad litus maris cucurrit. Est enim delectabilis callis iuxta mare euntibus vndarum molibus depressus. Is dum iret per litus, vidit secus litus natantem piscem non modicæ magnitudinis, quasi pedum vndecim. Quem dum deambulando intueretur, clamore valido auribus viri Dei indicauit. Itaque cuncti, relicto calle, ad litus quasi ad ingens spectaculum cursitabāt. Vir autem Dei, cùm natantem conspexit, intrà semetipsum tacitè cogitans, nè fortassis sibi in esum, vt erat, à Deo transmissus esset, quendam suum ministrum, nomine Ansericum, cuius longè iam superiùs mentionem fecimus, ex nomine vocat, sciens eum peritiam habere, pugionem in manus sumere præcipit. Ipse verò verbis eius confisus, vestimentis exutus, imperterritus quasi per humum mare ingrediens, (erat enim viribus strenuus, alacer ingenio) in mare mersus, in interiora se contulit, sinistra manu pernatans, dexteram super vndas eleuans, ferro summis nisibus piscem tam fortiter percussit, vt ferrum sequeretur capulus. Pisce verò statim ad altiora maris se torquente, ipse summitatem tenens, ferrum secutus est. Cumque diù per mare natando piscis se fatigasset, & nihilominùs persequendo eum percussor torqueret, ad litus eum conuertere nitebatur. His ità decertantibus, iam longiùs eductus fluctibus, ità vt vix iam litus adspiceret, confisus tamē verbis viri Dei, sumebat fiduciam. Quod dum piscatores quidam intuerentur, ex latere retia releuantes, his relictis, certatim ad periclitantis adnauigauerunt spectaculum. Qui dum vulneratum piscem intuerentur, totis viribus festinabant, atque ab æquore eum in nauim voluerunt attrahere. Sed dum idem viri Dei minister brachium in summitatem puppis immitteret, cœperunt piscatores pugnis & percussionibus reuerberare, vt ex tanta præda reuerteretur vacuus ad litora. Sed cùm alacer pedem puppi immitteret, ad flagella intrepidus, viriliter se erigens, arrepto vnius ex manibus remo, cœpit percussores suos cædere. Qui ilicò timore perculsi per orationes viri Dei, illius pedibus se submittentes, nauim vsque ad litus traxerunt cum præda. Tunc vir Dei, & qui cum eo erant, immensas Deo referebant laudes, locaque ad applicandum aptissima perspicientes, castra illic metati sunt. Cumque tantæ esset abundantiæ gratia, vt piscem eundem nequaquàm cunctus comitatus illius consumere posset, residua salientes, in vasa condiderunt. Refectis autem omnibus, hi qui aliena rapere conabantur, dignis sunt verberibus castigati, atque à viro Dei admoniti, nè vlteriùs principis Apostolorum beati Petri

Ansericus magna fiducia de sanctitate beati viri

Ingens piscis magno miraculo capitur sexta feria, qua non licebat carnibus vesci.

peregrinis nocere vllo modo auderent. Duos etiam eis tresses dare præcipiens, nè de operatione dici vacui recederent, abire illos permisit.

Cap. 15.

Ipse verò iter persequens, Romam vsque peruenit, & oratione facta ad vtraque beatorum Apostolorum Petri & Pauli limina, ad summi pontificis beati Gregorii præsentiam veniens, ad eius se strauit vestigia. At ille surgere illi imperans, sedemque iuxta se poni faciens, sedere præcipit. Qui cùm sedisset, non modica dona tanto Dei viro obtulit, & cuncta sibi de sua conuersatione displicentia enarrauit, quomodò videlicet & quibus quasi immensis fluctibus quateretur huius mundi honoribus, & quomodò ei nec murorum claustra tranquillitatem præstare potuissent, & quantùm huius mundi formidaret diuitias, quippè qui nec vnum vellet habere colonum. Secretum ergò petens, vt ei omnes perturbationes animi sui atque angustias liberè posset referre, lachrymis fusis, flebili voce deplorat, vt suum secretum imposito honore perdiderit, in pristina petitione persistens, vt ad cœnobium ipsum ire permitteret, vel in quaodam cellulā includeret, vel in aliqua secreta sylua ad operationem ipsi concederet agellum. His auditis, tantam humilitatem eius miratus est summus Papa: eoque à se dimisso, ad secreta necessaria synodum congregauit, & in eo conuentu ista recitauit. Quibus illi auditis, vna voce omnes eum reuerti debere proclamabant, multis testimoniis scripturarum id confirmantes. His ità dicentibus, virum Dei in medium venire iussit. Quorum verbis se victum considerans, vt iniunctum sibi à tanto patre officium nullo modo omitteret, & à lucro vacuus rediret ad aream, cum summo ibi aliquantum temporis retentus honore, benedictione accepta, valefaciens omnibus, tristis recessit.

Petit a Pontifice vir Dei ab Episcopatu absolutionem.

Dolet se non impetrasse absolutionem.

Cap. 16.

Cumque reuertendo Papiam peruenisset, ad portam vrbis feretro impositum cuiusdam mortui corpus efferebatur, quem vniuersus sequebatur vrbis magistratus. Qui mox vt uirum Dei conspexere, subtiliter de persona eius atque vocabulo sciscitabantur. Erat autem cadauer eius viri, qui caballum illius anteà rapere ausus fuerat. Eos autem omnes pauor ingens inuasit, quia ille desperatus à medicis, facinus suum non abscondit, sed publicè confessus est. Tunc quoquè vir sanctus cum omni humanitatis reuerentia à Rege receptus, regalem deducebatur in aulam: quia nequaquàm principem latebant diuinæ virtutis miracula, quæ per viarum spatia ab eo & per eum fuerant gesta: & propterea miles Christi ampliorem ab omnibus recipiebat honorem, quamuis ille ea omnia libentissimè voluisset silentio premi. Sedente autem Rege, & cum eo uiro Dei, mulier ipsius tunc defuncti orbata viro & viduata, flebili vultu vestigiis viri Dei prouoluta est, adducens viri Dei caballum, à uiro suo machinis diabolicis & nefandis raptū insidiis, forma & specie decorum quasi de obitu viri sui mortis reum: insupèr ducentos solidos viro Dei obtulit, dicens virum suum eadem die percussum fuisse, qua illecebrosis machinis viam viri Dei impedire præsumpsit, & vt ab eadem percussione languor quotidiè dolori fomitem ministrasset, & vt iam à medicis desperatus sibi præcepisset, vt omni diligentia ipsum custodiret caballum, & viro Dei, si, Deo donante, eò reuersus esset, omninò redderet, & eius facinus illi confiteretur, & insupèr debitæ impensionis ei aurum afferret, vt pro eius anima vir sanctissimus deprecari diuinā clementiam dignaretur. Quibus dictis, compassus eminentissimus Rex, & dolore ac tremore cōpunctus, statim ex throno prosiliens, genibus prouolutus est Episcopi, rogans nè hoc sperneret, quod mulier obtulit, & supèr suum reciperet, quod amisit. Vir autem

Nota vltionem diuinam in eum, qui abstulit equum viri Dei.

Nota regis erga eum reuerentiam.

Dei,

Dei, nè totam eminentiæ eius familiam contristaret; quam ob mortem tanti viri flentem conspexit, & in magna esse desperatione animæ illius, vniuersis petētibus ad suscipienda, quæ mulier obtulerat, tandem coactus consensit: Regem, vt surgeret, petiit, leniterque eum consolari cœpit, eumque rogauit, nè aliam quis pro ipso reatu vltionem reciperet, dicens, quia

Nahū 1. non vindicat Dominus bis in idipsum. suisque illum orationibus, vt valeret, adiuturum professus est. Fide recepta ex viri Dei verbis, viduata mulier recessit. Non longè pòst pontifex, cum summo ibi detentus honore & reuerentia, nec modicis ditatus muneribus, à Rege dimissus est, & rebus necessariis abundè instructus, ad Tridentinos peruenit fines.

Cap. 17. Cùm autem non lōgè à castro venisset in prata, quæ appellabantur Rumanniana, quidam ex comitibus eius emissarium, quem ibi viro Dei fraudulento consilio ipsius principis, qui tunc ibi erat, ministri abstulerant, conspiciens quoddam iumentum sequentem, & multa macie deformem, ità vt vix cognosceretur, viroque Dei indicare curauit. Qui eum se dissimulans agnoscere, suis omninò indè silere præcepit. Cùm autem vrbis portæ appropinquaret, eccè iam antea dictus comes Husingus eius obuiàm veniens, pedibus illius aduolutus, commissum à se facinus non abscondit: sed humiliter confitebatur damnum, quod ei fecerat ea caballo, & illecebrosę machinationis furtum per ordinem confessus est, qualiter propter decoram nobilitatem eius suis iumentis ad propagationem eū immittere concupiuisset, & in posterum reseruare: asserens, quòd hoc facto, diuina consecuta illum sit vindicta, ità vt ferè quadraginta duo ex ipsis iumentis elephantino morbo perierint, excepto vno superstite, quod tunc sequebatur. Et cùm hæc confiteretur, duos, quos optimos habuit, caballos viro Dei obtulit, & insuper ducentos solidos auri, humili voto deposcens, at vir Dei pro emundatione delicti in ipsum admissi accipere non sperneret, & sibi delictum remitteret. Quibus auditis, vir Dei arrisit, & ob satisfactionem illius condonauit ei. Ille autem cum magno honore per ministros suos eum vsque ad fines Baioariorum deducendum curauit.

Alia calestis vltio propter equum viro Dei ablatum.

Cap. 18. Cùm autem Magiense castrum intrasset, à custodibus captus est, sicut longè superiùs diximus a Grimoaldo duce præceptum esse: nec vlteriùs eum abire sinebant, nisi ad eorum principem se iturum promitteret. Ibique nolens & coactus tamdiù detentus est, vsquedum ab eis missus Grimoaldo hoc nuncians reuerteretur. Quæ vir Dei impedimenta viæ suæ diligēter pertractans, considerauit diuinæ virtutis gratia vacua non fuisse. Tunc enim ad beati Valentini confessoris Christi sepulcrum, situm in eodem castro, sanctæ orationis causa se contulit, solicito animo voluer sam montanam regionem, vrbi illi confinem circuiuit, viditque terram fructiferam & syluosam. Inuenit etiam inter duos riuulos locum secretum & purum absque habitatoris tramite, qui appellabatur vsitato nomine Camina. Intellexit ergò non sine diuino nutu & voluntate ibi se esse detentum: consideransque locum secretum, & ad sanctæ religionis cultum valdè commodum, eum magno amauit affectu: cogitauitq; sibi secretum ibi hospitiolum construere, si eum condigno posset precio comparare. Perquisiuit ergò diligenter, cuius vel quorum is esset proprius, vt accedente opportunitate temporis, pp vicinitatem sancti Valētini ecclesiæ, sibi ad secretum hospitium eū vindicaret. Interea illi, qui ad Grimoaldū ducem pro annunciando aduentu eius missi fuerant, reuertebantur, cū summa eum veneratione rogantes, vt ad eum venire non dedignaretur. Adiecerunt etiam, vt si sponte venire nollet, datum sibi esse præceptum, vt inuitum eum deducere deberent. Intellexit vir Dei illorum insidias, & in prædicto castro relictis sarcinis suis, ad dictum principem mœstus perrexit.

Orat ad sepulcrū S. Valentini.

Cùm aūt ad palatium prædicti principis peruenit, per quendā dilectum eius cubiculariū eidem principi demandauit, nequaq̄ se faciem illius videre velle, anteq̄ laiciuam coniugem à se expelleret, quā sibi tūc copulauerat post obitū fratris sui Theodoaldi, viduā. Quæ quidem secundum huius carnis putredinem pulchra videbatur & decora, nomine Pilidrud, & generę præclara, ex Galliæ partibus genitricem secuta, istas peruenerat in partes. Sed cùm Episcopi dictis consentire nollent, ipse in sua perseuerauit sententia, eisque egregiis prædicatoris Pauli ea verba demādauit inter cętera, Quia neque adulteri, neq; fornicatores regnū Dei possidebunt. Illa aūt funestæ Herodiadis sequēs exemplū, de morte viri Dei cum maleuolis quibusdā tractare cœpit. At vir Dei pro tali crimine meminerat Iohannē increpasse Herodē & Herodiadem, quā tulerat fratri suo viuenti vxorem, atq; ob hoc ab Herode interemptum esse: ideoq; nullatenus in tantum facinus se cōsentire p̄dixit, antè se esse potiùs moriturum. Sic ergò quadraginta diebus ab eorum se subtraxit obtutibus, eosq; per suos iugiter admonere non destitit, vt tam execrabile coniugium relinquerent: congruisque temporibus, tam quidem si conuerterētur ad pœnitentiā, blandis sermonibus Dei regnū promisit: porrò si permanerent in malitia, terrorem magni iudicii Dei, æternumq; eis citò venturum minabatur supplicium. Tandemque Dei omnipotentis consolante clementia, perduxit eos ad promissionem separationis suæ. Tunc vir sanctus in Domini Christi se su confisus gratia, eos fecit ad suam venire pręsentiā. Qui venientes, humi se prostrauerunt ambo, & extēsis ad pedes ei⁹ brachiis, se grauiter peccasse, se nimiùm reos esse confessi sunt: & ità pura confessione ad pœnitentiæ confugerunt remedia. Quorum capitibus vir Dei manus imponens, signo ęternæ salutis eos munire curauit, ex humo eos erigens, tam grauiter lapsis pęnitentiā designauit, viā eis salutis ostēdit, remediorum solatia eleemosynarum largitate, ieiuniorum & orationum frequentia adipiscenda monstrauit, & vt ampliùs peccare cauerent, soliciè pręmonuit. Sicque domum ingressi, communiter sumpserunt cibum. Sicut autem à mensa principis vir Dei alimoniam corporis sumpsit, ità illis alimoniam animarum, prędicādo verbum Domini, ministrauit.

Cap. 19.

Grimoaldus ducit vxorem defuncti fratris sui.

1. Cor. 6.

Mat. 14.

Vide sanctum virum zelum.

Ecce exemplum pœnitentiæ.

Cap. 1[illegible] Tunc quoquè vir sanctus locū amęnum in confinio Magiensi, cuius superiùs mentionem fecimus, Grimoaldo principi à possessoribus iusto precio emere persuasit, vt haberet iusto labore adeptum, vndè animęsuę remedium acquirere posset. Ei verò princeps libenti animo obediuit, eoque cū beato Corbiniano veniēs, conuocauit ad se possessores loci illius, qui vulgò adhuc dicitur Camina, inter duos riuulos Timonē & Finalem: & dato iusto precio, emit à viris nobilibus tam agros, quàm prata & vineas cum parte Alpium. Illi verò venditores cum testimoniis & testibus hoc illi confirmauerunt, sicut mos est, in proprietatē. Quo facto, ex consilio fidelium & Deo deuotarum personarum tradidit hoc ipsum per manus beati Corbiniani Deo & sanctæ Dei genitrici Mariæ ad ecclesiam eius, sitā in castro Frisingensi super fluuium Isaram, & coram testibus eidem perpetuo iure seruiturum firmauit. Tunc quoquè vir Domini Corbinianus habitaculum sibi construere illic festinauit: basilicam ædificauit, & sancti Valentini atque beati Zenonis in ea patrocinia collocauit, & in eorum dedicauit honorem, vineasq; ibi plantans pomiferis ornauit arboribus, & alimoniam

Ecclesia S. Mariæ Frisingensis quid a Grimoaldo duce.

niam pauperibus præparauit. Cœpitque fama sanctitatis eius spargi laté per orbem, a cuius ore laus Dei iugiter emanabat.

Cap. 12.

Fuitque indè non longè manens quędam vidua, nomine Fausta, cum duabus filiabus, bonam habens substantiam. Quæ Fausta diuidens cum filiabus possessionem, portionem suam Grimoaldo principi eo pacto tradidit, vt vsque dum illa viueret, eam tueretur & custodiret, & post eius decessum eam sibi haberet propriam in loco, qui dicitur Chories, cum omnibus rebus eò pertinẽtibus. Post eius verò obitum beatus Corbinianus dedit Grimoaldo principi nongentos auri solidos, quos ei dudum Pipinus maior domus Francorumque princeps, pro eleemosyna largitus erat, & cõparauit hoc ipsum in Chories: & ambo pariter posteà, beatus Corbinianus Episcopus & Grimoaldus princeps, tradiderunt hoc Deo & S. Mariæ ad prædictam ecclesiam in castro Frisingas, vbi tũc beatus Corbinianus cathedram tenuit pontificalem.

S. Corbinianus Episcopus Frisingẽsis.

Cap. 22. *Nota antiquum morem cibos appositos benedicendi.*

Quadam verò die vir Dei beatus Corbinianus cum præfato principe recumbens ad prandium, apposita mensa, salutifero crucis Christi signo cum laude superpositam consignauit alimoniam. Prædictus verò princeps ex mensa dilecto sibi cani panem per incuriam proiecit. Quod vbi vir Dei conspexit, dextero pede tripodi calcem impegit, & mẽsam euertit, ità vt argentea vascula per pauimentum huc illucque spargerentur: & ex scamno prosiliens, aiebat eum tanta benedictione indignum, quam cani non veritus esset projicere: domumque illius egressus, dixit se ab eius cura omninò se abstrahere, & nequaquàm cum eo vlteriùs panem communem summere velle. Tum verò mulier de morte viri Dei cœpit tractare, inuidiæ facibus succensa, eò quòd à viro sui illicito concubitu per verba eius separata esset, incessanterque in aures viri sui inuidiæ & odii fomitem ingressi contra virum Dei, dixitque in principis ignominiam hoc egisse Episcopũ, ideoq; mortis esse reũ. At rẽ ipsam princeps idẽ diligenter ppendẽs, patientię seruãs custodiã, aditũ claudi iussit, nè tantus à se vir Dei recederet ira pmotus. Ipseq; cũ primatibus suis palatiũ egressus, viri Dei prouoluebat vestigiis, satisfactionẽ spopondit, magnisq; precibus atque blanditiis, necnon & muneribus motum mitigauit Episcopum, & tandèm ęgrè pacis osculum à beato promeruit Episcopo: & sic iterùm pariter communem sumpserunt cibum. Cœperuntque viro Dei diuitiæ, quas non amabat, quotidiè accrescere, & loca augescere.

Nota optimi principis exemplum.

Cap. 23.

Cùm quadam die in episcopio Frisingę sederet, molestia corporis correptus, more solito in vicinum mõtem ad oratorium beati Stephani martyris venire cœpit ad matutinas Deo persoluendas laudes. Clerũ itaque excitans, illuc ire præcepit. Illisque ascendentibus, vox psallentium in ecclesia obuiàm illis venit: tãtaque concordia modulaminis magis ac magis in aures audientium se intulit, quanto ad ecclesiam propinquiùs accedebant. Ex fenestris quoquè & tecto tanta vis clari luminis radiabat per latera eiusdem montis, vt claritatem diei superaret. Illis ergò festinantibus, & ecclesiæ ianuam ingressis, tantus claritatis fulgor euanuit: odor tamen incredibili suauitate ibi triduò permansit. Clerici quoquè nimio timore perterriti, & velut mortui corruerunt in terram, alii ante fores, alii limina ecclesiæ ingressi. Vbi tandèm vires recepere, domum cucurrerunt, & omnia viro Dei indicarunt. His ille auditis, se illuc deferri præcipiens, ibi ad manendum domum sibi construi iussit exiguam.

Audiunt melodias cælestes apud templum.

Cap. 24.

Cùm autem ministri de aquarũ penuria propter altitudinem montis, quòd ibidem quotidiè ferendo lassarentur, murmurare cœpissent, vir Dei quodam die diluculò consurgẽs, solus montis latera circumiens, in plaga meridiana ad orationẽ se humi prostrauit. Qua cõpleta, baculum, quo sustentabatur, in terrã defixit. Cumq; paululùm perfodisset, tanta mox ex eadẽ fouea aquarum emanauit abundantia, vt ad totius cellulæ ministeriũ sufficeret, insupèr & vsque ad montis imã crepidinem deflueret, & eo viuente nunq̃ deesset. Cùm aũt vir Dei obiisset, & eius corpus à nobis ablatum fuisset, per quadraginta annos sine aqua humus arida remansit. Eo à nobis iterùm adducto, pristinam abundantiam aquarum fons ipse ministrabat. Huic nostræ assertioni fons ipse intuentium oculis testimoniũ præbet. Sed ad historiæ narrationẽ redeam.

Fontem precibus largissimum impetrat.

Notarẽ miram.

Cap. 25.

Cùm quadam die vir sanctus vespertina hora ad ecclesiã beatæ Mariæ in castro Frisingensi ad persoluẽdas Deo laudes veniret, ecce quædam mulier rustica cum muneribus ei obuiàm perrexit, quę de maleficii suspicione iam anteà uiro Dei fuerat delata. Ibant cũ ea onusti carnibus viri, & animal viuum secum ducebant. Quod vir Dei cernẽs, subtiliter inquisiuit, quinã esset illius aduentus. Ad hæc mulier dolosa quandam in iuuentutis flore principis sobolem quibusdam illusionibus dæmonum asserebat fuisse commotam, seque suo carmine suisque artibus ad salutẽ perduxisse gloriabatur: & inde hæc xenia apportare. Quibus auditis, vir Dei vehementer expauit, & ex equo prosiliẽs, tanto commouebatur zelo, ut ipse eam propriis non parceret manibus cædere, & cuncta, quæ cũ ea portabantur, xenia ad portam ciuitatis, domum reuertens, pauperibus distribuens, perfidiam principis non cessaret deflere. Socia verò antiqui hostis, vt serpens in paradiso, sparsis crinibus, receptis viribus, cruentata facie, principis se offerebat obtutibus. Quam cùm ità flentẽ incesta vxor principis videret, diabolico instinctu furore incensa, vultu mutato, vim veneni, quam in corde ferebat, adspicientibus demõstrauit, vitam Epõ auferre volẽs. Quod tñ viro indicare distulit: sed clam ei insidias in suã perniciem pręparare nõ distulit, cuidam secretario suo, nomine Nino, occultè præcipiẽs, vt cùm ab eadem villa recessisset Episcopus, collectis famulis, eum interimeret.

Enq̃ execratur artem magicam.

Cap. 26.

Cumq; ad aliam pergere vir Dei disponeret villam, quidã Deum timens, per fratrem ipsius Episcopi beatę memoriæ Erimbertum ei demandare curauit, q in eàdem nocte nequissimo mulieris consilio occideretur, nisi se mutatione loci studiosè seruaret. His dictis fidem Episcopus adhibuit, & intempestæ noctis silentio occultè se ad aliam contulit villã. Indè sequẽte crepusculo, eccè Ninus ille collectis famulis domum viri Dei circumcinxit, & eum diligentissimè inquirẽtes, vt interficerent: sed minimè reperientes, cunctis ædificiis euersis, vacui & confusi reuersi sunt. Episcopus autem, sumpto secum clero, locũ reliquit, ad Magiense castrum perrexit, per quendam ex suis principi demandauit, q sub omni celeritate ipsa maligna mulier in foueam, quam ipsi parauerat, corrueret, & ipse citò uitam finiret. Eas insidias suæ coniugis ubi Grimoaldus cognouit, & abscessum viri Dei, misit & humiliter eum, vt rediret, rogauit. Ille autem minimè assensit, sed Iezabelis pessimæ mulieris insidias oportere cauere dixit. Quæ verò tales insidias fuerit secuta vindicta, silentio non est premendum.

Necem sibi structam euadit.

Prædicit Duci suũ interitũ.

Cap. 27. *Grimoaldi principis interitus.*

Filius eius, quem nefando carmine, vt diximus, machinis diaboli mulier incantauerat, rebus excessit humanis. Eoque mortuo, Grimoaldus ab insidiatoribus interfectus est. Prædictus verò Ninus, qui necem Episcopo afferre uoluit, probrosa morte vitam finiuit. Cùm enim ventrẽ purgaret, lancea percussus interiit. Ad vltimum verò Piltrud Carolum in Gallias sequẽs, pro meritis suis ab eo repudiata, omnem honorem &

gloriam

Item alio rum, qui virū Dei perdere voluere. gloriam perdidit, propriisque exuta substantiis, nouissimè nihil nisi voum asellum ad subuectionem possidens, in Italia vitam finiuit. Natique eius, qui ex illius prodierant vtero, cum multa tribulatione regno priuati, vitalem amiserunt flatum.

Cap. 28. Hucbertus princeps. Hucbertus autem cum regnare cępisset, humanissimè & summo cum honore virum Dei ad se reuocauit, eumque tanto venerabatur studio, vt sanctis eius meritis dignum erat: atque etiam sacro fontis lauacro eū sibi sociauit.

Cap. 29. Cumque exitus viri Dei appropinquaret, temporis obitus sui non ignarus, fratrem suum Erimbertum in Italiam ad Longobardorum direxit principem, postulans firmitatem suæ possessionis iuxta Magias, quam sanctæ Marię tradiderat, nè indè auferretur, & vt suū corpusculum ad sepeliendum ibidèm recipi iuberet, quod illic beato Valentino commendauit viuus: In eo enim castro dominabantur ea tempestate Longobardi. *Mortem suām prænunciat.* Hoc igitur octauo ante obitum suum die mandare curauit, & horam egressionis suę prædicens, alium ex discipulis suis ad Hucbertū principem direxit, suū obitum ei nunciaturum: poscens, vt cadauer illius deferri iuberet, vbi viuus promiserat.

Cap. 30. Nota vt sub mortē se gesserit vir sanct⁹. Veniente autem iam exitus sui die, balneum sibi præparari iussit, & ex more abluens corpus, capillos sibi tonderi fecit, caput & barbam radi: sicq; vestibus sacris indutus, Deo sacrificium obtulit, & viaticum propriis manibus recepit. Missarum solennitate completa, domum ingressus, post perceptionem corporis & sanguinis Christi, vinum sibi adduci iussit, modicūque degustans, nihil doloris præ se ferens, signum crucis Christi capiti impressit, & Deo spiritum reddidit, atque à ministris in beatæ Dei genitricis Mariæ ecclesia traditus est sepulturæ. *Felix ei⁹ obitus.*

Cap. 31. Sed tanta mox pluuia secuta est atque procella triginta diebus & noctibus, vt nec vna hora vnquàm cessaret. Vbi apertè monstrabatur, quòd ibi requiem corporis sui habere nollet: sed in loco, ubi poposcerat viuus. Missi verò, à principe Hucberto reuersi attulerūt mādatum, vt beatissimi viri corpus Magias apportaretur, sicut ipse viuus fieri disposuerat, vt ibi in ecclesia sancti Valentini sepeliretur.

Cap. 32. Nota de eius corpore. Itaq; tricesimo obitus sui die de humo eleuatus, tali repertus est forma, vt viuus esse à multis putaretur, & quasi rectè valens dormiret. Confluebat nanque ibidem magna multitudo virorum ac mulierum, quasi ad ingens spectaculum, qui tanti pontificis lamentabantur decessum.

Cap. 33. Quadam ob lasciuū sermonē diuinitùs castigat. Cumque corpus eius plaustro imponerent, in ea hominum multitudine quædam puella, nomine Magata, nō lōgè indè secretè cum socia stabat. Cumq; ex illa socia inquireret, quid de Episcopo ageretur, nefandum valdè protulit sermonem, suæ lasciuiæ atque immunditiæ socium illum fuisse. Quod ideò tam improuidè dixit, quód sociam suam deludere vellet. Ac statim diuinæ virtutis est vindicta secuta. Nam femur eius dextrum ità incuruatum est, vt vsque ad pedes obrigesceret. Atque in ea claudicatione permansit, vsque dum vixit, & binis sustentabatur baculis, vnius pedis vtebatur gressu, tametsi in luctu & pœnitentia & iugi confessione peccatorum suorum, atque sanctæ orationis studio vitam multis duxisset annis.

Cap. 34. Ex eius iāpridèm defuncto corpore manat ca lid⁹ sāguis Pergentibus itaque illis, atque deportantibus corpus Episcopi, cœpit de naribus eius emanare sanguis tam calidus, vt de corpore viuo solet effluere. Quem colligentes in vasculū fictile, deportauerunt vsque ad castra: ubi cum sancto corpore vigilando illa nocte manserunt, & vas plenum ipsius sanguinis in eodem loco infoderunt in terram, & cooperuerunt.

Cap. 35. Cum autem aduenissent in partes Vallenensium cū sancto corpore eius, quidam nobilis Romanus, nomine Dominicus, Veronensis ciuis, magnis vexabatur febribus. Is ad viri Dei corpus cùm venisset, de meritis sancti viri sanitatem se recipere posse confidens, subter corpus eius se submisit altero quidem latere, surrexitque pristinæ sanitati restitutus iam valenter, vt in proprium insiliens equum, Dei omnipotentis virtutem & beati viri merita collaudans, domum sanus reuerteretur. *Quidam Romanus ad ei⁹ corpus à febribus sanatur.* Ministri verò viri Dei cùm ad castrum Magiense cum eius corpore venissent, ab ipsa porta vrbis à custodibus Longobardorum repulsi sunt, dicentibus, quòd hoc nequaquàm viri Dei corpus esset, sed machinari ipsos insidias, vt urbem capere possent. His ità dicentibus, literæ Longobardorum Regis a Papia eò peruenerunt, quæ tanti viri corpus præcipiebant cum summo honore recipi. Eo suscepto, vasculum aperuerunt, vt experimento discerent veritatem.

Cap. 36. Rursus calidus sanguis ex naribus diu defuncti. Cumque pallium super corpus eius expansum, & sudarium, quod fuerat super caput eius, abstulissent, iterùm sanguis ex naribus viri Dei egrediebatur calidus, qui inter tot mortium spatia fuerat adportatus, & pulchritudo faciei illius tali inueniebatur colore, vt priùs fuerat illo viuente. Tunc omnes vna uoce magnificabant Deum in sanctis eius, & sanctum corpus eius in ecclesia sancti Valentini confessoris Christi, vt ipse disposuerat, sepulturæ tradiderunt.

Cap. 37. Cerei diuinitus accensi. Post sepulturam verò, tertia nocte media magni luminis cerei ardentes visi sunt in eadem ecclesia, ita vt diei vincerent fulgorem, & candorem superarent niuis: magnusq; ibidèm & optimus secutus est odor, qui illic permansit vsque ad matutinarum solennia.

Cap. 38. Insigne miraculum. Quadam verò die puer paruulus in nocte ipsius viri Dei solennitatis secus muros ciuitatis incautè cucurrit, & pede lapso, in præcipitium decidit. Erat autem ibi tantæ altitudinis spatium, vt intuentes magnus pauor inuaderet: atque ad ima montis ipsius, Passaris amnis magnis intumuerat fluctibus. Quis verò aliud de illo expectaret puero, nisi mortuum esse, & inter saxorum scopulos ingentes diruptum? Et quamuis ad ima montis peruenisset, nequaquàm fluuium euadere potuisset. Cùm autē irent ad cadauer quærendum, amne per pontem transgresso, contemplabantur puerum saxo cuidam inhærentem. Qui arreptis funibus, per saxorum ascendebant cauernas, vsque dum ad iacentem puerum peruenirent. Qui ob merita viri Dei non tantùm uiuus, sed etiam illæsus repertus est: qui diuinæ largitatis munere, illi postea episcopatui multis diebus præfuit.

Cap. 39. Intereà verò, dum à Longobardorum gēte corpus beati Valentini confessoris Christi de eodem castro ablatum fuisset, & in Tridentinam vrbem deportatū, ac posteà à uenerando Thassilone Duce in Patauium ciuitatem, cum summo reuocatum honore: cœpi ego Aribo, hæres licèt indignus, ipsius Frisingēsis sedis Episcopus, cogitare, quid de tanti patris corpore agerē, qui sine debito honore & absque sancto illic iacebat officio: atque ea causa debitus ei honor pręstari non poterat. *Aribo Episcopus Frisingensis hæres & successor.* Ad diuinum itaque me contuli consilium, atque cum coepiscopis meis, & cęteris approbatis ecclesiasticis viris tractare cœpi, vt ad suam sedem, vbi Episcopus fuerat, ad gloriam Dei translatus, sibi debito afficeretur honore. Sanctorum autem virorum corroboratus consilio, generali synodo congregata, cogitationes vel consilium beatorum virorum in medium protuli, visum illis esse, vt sanctum corpus viri Dei ad suum locum reduceretur. *Nota p scā ei⁹ sanctū corpus deuenit.* Pariterq; tractabamus, nè sanctus vir curę nostræ sublatus, sine sācto officio, & nobis ob tātam absentiam sine lumine remaneret: & q̧ beati Valentini corpus indè ductum fuisset, ob quē iste vir Dei suum corpus eò adduci voluerat. Inito ergò

to ergò generali concilio, triduanum ieiunium decreuimus per totam diœcesim illam celebrandũ, psalmodiamque sine intermissione ab omnibus generaliter agendam, atque per Missarum celebrationes quotidiè diuinam clementiam ab omnibus vnanimiter cum summa deuotione & humilitate inuocandam, vt per suam misericordiam aliqua suam indè aliquo modo dignaretur Christus ostendere voluntatem: vtrùm ad pristinum locum deberet adduci, vel illic expectare vltimi & magni diei resurrectionem, nè improuidè contra diuinum veniremus consilium. Triduano deniquè peractò ieiunio, antequàm abinuicem corporali secederemus præsentia, septem viris ex nostris diuinę largitatis gratia in somnis est reuelatum, sicut tractauimus, ità perfici debere, vt ad suum locum viri Dei corpus reduceretur. Omnesque ergò nos humilimè collaudauimus clementiam Dei, & vale dicẽtes, abinuicèm recessimus.

Cap. 40. Tuncquoquè cum consilio omnium coepiscoporum nostrorum, cæterorumque ecclesiasticorum, & ipsius venerandi principis Thasilonis, ad repetendũ viri Dei corpus probos atque prudentes ecclesiasticos viros cum aliis direximus.

Cap. 41. Cumque ad prędictam vrbem Magiensem venissent, & orationes suppliciter implessent, die declinãte in vesperam, inito consilio, quosdam in ecclesia dimiserunt: alij verò ad percipiendam alimoniam domum ingressi sunt. Et eccè subitò in ecclesia sonus factus est magnus, ità ut ualidi tonitrui vim superare videretur, & vniuersam non solùm ecclesiam, sed & vrbem commoueret. Tanta verò diei fuerat serenitas, vt nubes minimè apparère videretur. Tantus ergò omnes, qui in ecclesia erãt, timor inuasit, vt nimiùm perterriti, in terrã corruerent, & quasi exanimes iacerent. At post paululùm viribus receptis, ostium ecclesiæ conati sunt egredi. Et eccè hi, qui erãt in domo, obuiàm illis aduenerunt: & sic omnes cũ ingenti pauore ecclesiam ingressi, cum omni reuerentia pernoctauerunt in vigilijs vsque in crastinum. Sed quid mirum, si tali sonitu vir Dei voluit ostendere, suam in reuocando Ipsius corpore fieri uoluntatem, quandò etiam Israelitico populo ad mouenda castra conuocando, diuino iussu prolixiùs perstrepebat buccina?

Ingens sonus diuinitùs excitatur in ecclesia.

Num. 10

Cap. 42. Manè autem facto, magna cum supplicatione accedentes, & tumulum aperientes, inuenerunt sancti viri corpus tam pulchrum, eaque elegantia coloris, vt leniter dormiens putaretur. Eleuatusque de eodem loco cum omni gloria & honore, & feretro impositus, cùm magna pedestrium uirorum religiosorũ adducebatur celeritate, ità vt equites vix eos sequi possent. Superatis autem transalpinis iugis, cùm ad pontum Oeni fluminis cum tantis reliquijs viri religiosi peruenissent: magna turba clericorum & laicorum vtriusque sexus ibidèm obuiàm sácto viri Dei corpori facta est, & cũ multa litaniarũ sedulitate illud excepit.

Res mira ĩ sancti uiri corpore diù humato.

Cap. 43. Cumq; indè in quendam opportunum campum venissent, & illic quiescerẽt, quidam vir manu arida à teneris annis, eò accessit, atque sub feretrum sacri corporis se submittens, de Dei misericordia & beati viri meritis confidens, eam manum ità retraxit sanam, ut erat altera.

Manꝰ arida cuidã restaurat.

Cap. 44. Eadem nocte quidã eò venit à dęmonio arreptus, tanta insania exagitatus, vt vix à fortissimis viris posset retineri, magnisq; & perturbatis perstrepens vocibus, clamabat immaniter. Cumque à fidelibus viris subter feretrum corporis beati viri imissus esset, ità suffragante gratia Dei & intercessionibus sancti viri, immundus spiritus ex eo profligatus est, vt nunquàm deincèps illi nocere potuerit.

Dæmoniacus curat.

Cap. 45. Contigit autem, ut apportando sancto corpore ad eũm venirẽt locum, vbi iam olim è Frisinga cum eodem corpore pergentes subsliterant, & collectũ eius sanguinem, ut suprà dictum est, in vase fictili, imposita illi tabula, defoderant. Ibi veró sanctæ crucis baiulus super ipsum vasculum imprudens & insciens crucem defixit, inuentusque est sanguis viri Dei eo colore ac decore, acsi eodem die ea viuentis corpore effluxisset. Itaque hymnos, laudes & grates Deo lætantibus animis omnes depromentes, & iterùm eundem illic sanguinem honorificè reponentes, cum multa festinatione ecclesiam ibi condiderunt: ubi innumera Dei omnipotentis clementia ad honorem & gloriam sancti nominis sui dignata est multarũ sanitatũ opera ac miracula, p merita & intercessiones beatissimi viri.

Ingens miraculũ in sanguine viri Dei.

Cap. 46. Indè autem moto sacro corpori omnis coetus pontificum & ecclesiasticorum turba immensa, vnà cum Thasilone Principe obuiàm occurrentes, cum omni ecclesiastico obsequio, cum hymnis & canticis spiritalibus, cum multa omnium laude & prædicatione, in ecclesia sanctę Mariæ, vbi primò fuerat humatus, ad honorem & gloriã nominis Christi, & ad totius spem Christianæ plebis, eius suffragia postulantis, est honorificè exaltatus. Atque per eius merita & preces magnas ibi virtutes diuina potẽtia quotidiè efficere dignatur, & multis in Deum verè credentibus & fideliter petentibus sanitates iugiter illic conferuntur: Prę stante & miserante Domino Iesu Christo, qui cũ Deo patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

Eiꝰ corpus in ecclesia S. Mariæ Virginis reconditur.

DE SS. DOROTHEO ET GORgonio ac socijs martyribus, ex historiæ ecclesiasticæ Eusebij Cæsareens. lib. 8. interprete Iohanne Christophorsono Angliæ Episcopo.

9. Septembris. Ex cap. 1



VANTVM splẽdoris doctrina veræ pietatis in Deum omnium rerũ gubernatorem, mundo per Christum patefacta, apud omnes homines, Græcos simul ac Barbaros, ante istam persecutionis tempestatem, quæ nostra ingruit memoria, obtinuerit, & quàm liberè inter eos prædicata fuerit, maius quiddã est, quàm quod nos nostra in dicendo tenuitate satis pro dignitate explicare possimus. Cuius rei argumento esse poterit singularis Imperatorũ humanitas, qua nostros tam benignè exceperunt, quibus quidem tum prouinciarum præfecturas gratuitò impertierunt: tum propter incredibilẽ beneuolentiã, quam erga nostræ religionis professionẽ habebãt, omni afflictatione & molestia, quam pro Dei amore homines Christiani solent perpeti, eos penitùs liberarunt. Quid de his attinet dicere, qui sunt in Imperatorũ palatio magnã dignitatẽ adepti: deque ipsis Imperatoribus, qui domesticis suis pro sermone diuino propagando, & pia vitæ ratione degenda, ipsi velut inspectantes, copiam fecerũt liberè & ingenuè dicendi: atque adeò suis ipsorum vxoribus, liberis & seruis, quasi palam de mira fidei libertate gloriandi exultandiq; potestatẽ permiserunt? Quos certè chariores habuerunt, & magis eximiè dilectos, q̃ reliquorũ seruorũ turbam, ut Dorotheum illũ, qui pręter cęteros erga illos & beneuolentiã summã ostendit, & fidẽ non minorem: ac proptereà præ alijs, qui magistratus & pręfecturas in Imperio gerebant, amplissimum honoris gradũ adeptus est: vt Gorgonium, qui non dissimili fama & celebritate enituit: ut alios non paucos, qui propter Dei verbum sunt parem cum illis dignitatem consecuti.

Imperatorum gentilium erga Christianos humanitas.

Dorothei amplissimꝰ honos.

Itèm Gorgonij.

Nota quo in precio apud ethnicos fuerint Christiani, cùm sanctè se gererent. Item qui mores deprauati eos fecerint.

Aut quid commemorem, qua humanitate, cultu & beneuolentia, non illa quidem vulgari & contemnenda, prouinciarum præfecti & rectores, ecclesiarũ præsides & Episcopus, vt manifestò cernere licebat, amplexati fuerint. Aut quomodò quisquam conuentus illos, infinita hominum turba frequentatos, multitudines in singulis ciuitatibus coactas, illustres hominum in templis concursus, poterit oratione explicare? Vndè cùm in antiquis aliis ædificiis non satis loci haberẽt, ampliores ecclesias in vniuersis vrbibus, fundamẽtis earum ad maiorem latitatem dilatatis, erexerunt: Et quandiù diuina ac cælestis Dei manus populo suũ, vt porrò auxilium eius promerentem, obtexit, suoque muniuit præsidio: tandiù neque vlla hominum inuidia, quò minùs istæ res vnà cum tempore in dies maiores progressiones facerent, incrementoque & magnitudine augescerent, omninò potuit obsistere: neq; vesanus ille & perditus dæmon, vel suoipsius conatu eas in inuidiam rapere, vel hominum insidiis vlla ex parte impedire.

Verùm cùm nos præ nimia quadam licẽtia, in mollitiem delicatã & dissolutam segnitiem essemus prolapsi: cumque alii aliis inuidere, maledictis insectari, & propè nosipsi inter nos petulantibus linguis, tanq̃ mutuis armis, oppugnare, & casu aliquandò verborũ contumelias velut hastas vnus in alium intorquere, & præsides ecclesiarũ alter alterius vires infringere; & populus in populum seditionem concitare occiperet: cumq; ficta & adumbrata sanctitatis species, quæ oratione nequit exprimi, & simulatio frunte occultatã ad immensam quandam prauitatem serpisset, diuina vltio, dum permagna adhuc Christianorum vbiq; versabatur frequentia, parciùs; aliquandò remissiùs & moderatiùs, vt solet, primò persecutione ex fratrib⁹, qui militiam exercebant, inchoata cœpit in nos animaduertere. Sed ubi, veluti sensib⁹ orbati, & præstricti mente, nulla cura aut cogitatione incubuimus, vt diuinum Numen in nos incensum, beneuolum & placatum efficeremus: sed tanquàm impii, nostras res à Deo nec curari, nec animaduerti arbitrati, alia vitia aliis aceruatim adiecimus: & pastores nostri, depulsa repudiataque pietatis regula, dissidio & contentione inter se exarserunt, quinetiam nullas alias res, præterq̃ discordias, minas, æmulationem, inimicitias & odiũ, inter ipsos mutuò adaugere studuerunt: & animis ambitionis æstu incensis, tyrãnorum more principatum obtinere laborarunt: tunc demùm, iuxta illam

Thrẽ. 2.

Ieremiæ sententiam, obscurauit in ira sua Dñs filiã Sion, & deiecit de cœlo gloriã Israel: non recordatus est scabelli pedũ eius in die iræ suæ: sed demersit Dñs omnẽ decorẽ Israel, & demolitus est omnes sepes eius, &c.

Ex cap. 3.

Anno decimonono Imperij Diocletiani, mẽse Dystro, qui à Romanis Martius nominatur, cùm salutaris passionis Dominicæ festũ iã pro foribus esset, omnibus in locis per Imperatorias literas palàm edictũ fuit, vt rũ deturbarentur ecclesiæ, soloque æquarentur: tum scripturæ absumerentur igni: tum qui honorem fuissent adepti, de gradu turpiter deponerentur: tum priuati, si modò in professione Christiana perstarent, libertate penitùs priuarẽtur. Ac primum edictũ contra eos editum, tale fuit. Non lõgo tempore post, aliis literis exeuntibus mandatum est, vt omnes ecclesiarum præsides vbiquè gentium primùm coniicerẽtur in uincula: deindè omnibus machinis adhibitis, idolis victimas immolare cogerentur.

Impiũ decretũ Imperatorũ contra Christianos. Item aliud contra Epos.

Ex cap. 5.

Simul atquè edictum, contra ecclesias Christi editũ, in Nicomedia propositum erat, vir quidam nõ obscurus & ignobilis, sed, vt hominum fert opinio, longè illustrissimus, incredibili amore erga Deum & ardenti fide incitatus, ocyùs prodit in medium, & illud in aperto & publico affixum, tanquàm profanum, & maximè impium, manu auellens dilacerat: idque, cùm duo ex Imperatoribus in ciuitate adessent: quorum alter ætate præ cæteris prouecta, primum Imperii gradum, alter quartum ab eo obtinuit. Atque iste primus martyrum, qui tum occubuerunt, ad hũc modum eximiè nobilitatus, taliaq; cruciamenta perpessus, qualia erat verisimile eum, qui fuisset in eiusmodi facinore deprehensus, subiturum, tum constanti & virili animo, tum pacato & tranquillo, ad extremum vsque spiritum constitit.

Ecce quã zelũ Christianum cuiusdam, noie tamen tacito.

Ex ca. 6.

Ex omnibus, qui vnquàm vel apud Græcos, vel apud Barbaros propter animi magnitudinem illustres, & hominum sermone celebrari sunt, nullus cum diuinis & eximiis nostri temporis martyrib⁹ Dorotheo & suis sodalibus, Imperatorum ministris, comparari potest. Qui quidem cùm summum honorem apud dominos adepti fuissent, & amore essent apud illos liberis propriis & ingenuis non inferiores, probra & afflictationes pro pietate corporibus impositas, noua & multiplicia mortis genera contra ipsos excogitata, splendidiores reuerà existimarũt diuitias, quàm gloriam, quàm delicias, quibus hominum vita soleat diffluere. Mortem igitur vnius ex illorum numero, qualis fuerit, commemorare placet, eamque lectoribus spectandam relinquere: vt indè, quæ reliquis etiã eius sodalibus contigerint, animaduerti possit. Quidam illorum in ciuitate suprà commemorata coram Imperatoribus, quos diximus, in medium adducitur, Qui cùm iussus idolis immolare, omninò recusaret, mandarunt nudum in sublime tolli, ac flagellis vndiquè toto corpore dilaniari, quoad supplicio euictus, etiam animo inuito, quod erat imperatum, præstaret. Sed vbi ista perpessus, constans & immutabilis persisteret, de reliquo ossibus eius iam carne denudatis, acetum sale permistum in corporis membra, cruciatu attenuata & propè conlabefacta, infuderunt. Atque vt istos dolores prostrauerat, & veluti pedib⁹ conculcarat, indè craticula & ignis vnà in medium trahuntur, & reliquiæ eius corporis, tanquàm carnes ad comedendum paratæ, ignis incendio non raptim, vt breui è vita decedens, omni dolore liberaretur, sed paulatim absumptæ fuerunt. Neque qui eum in posuerant in rogum, etiam post tot tamq; grauia cruciamenta ei vllum respirandi locum dare in animo habebant, nisi priùs ipsorum imperata facturum annueret. Sed ille proposito suo mordicùs adhærescẽs, victor in tormentis animam efflauit. Tale vnius regiorum famulorum martyrium extitit, appellatione sua (Petros enim nominatus fuit) reuerà dignum. Cæterorum autem sociorum eius martyria, quæ non inferiora sunt, quò orationis terminemus modum, missa in præsentia faciamus. Tantùm autem exponemus, quo pacto Dorotheus & Gorgonius vnà, aliijque non pauci ex Imperatoris familia, post varia certaminum genera, laqueo vita deposita, diuinæ victoriæ præmia reportarunt.

Eximia virtus S. Dorothei &c.

Horrid tormenta Petri martyris.

MAR-

MARTYRIVM SANCTI ET Magni martyris Seueriani, Authore Simeone Metaphraste. Capitum numerum ad marginem adiecimus.

9. Septembris. *Cap. 1.*



ICINIO impio imperante, Lysias, qui tunc erat Dux, properabat è Cæsarea venire Sebasten. Eum.n vocabat tempus martyrii Christi (illorũ, inquam, victoria insignium Quadraginta. Postquàm autem illis ad finé peruenit martyrium, Seuerianus quoquè ad ducem defertur. Fuit autem hic vir insignis virtute. *Seueriani præclara virtus.* Nunciabatur verò, quòd hic Seuerianus non solùm Christianam teneret religionem, & cultum gentium probris ac contumeliis apertè efficeret: sed etiã multos ex gentibus decipiens, ad suum Deum adduceret. Præter hæc etiam alias intentabant ei criminationes, nempe quòd quadraginta illorum, qui pauloantè viriliter decertauerant, & neque tormentorũ experientiæ, neque bonorum promissis cessissent, sed eundem statum vsque ad mortem præ se tulissent, Seuerianus fuerit præcipua causa eorum tolerantiæ: & quòd cùm multas haberet facultates, nullum fineret egere ex iis, qui erant eiusdem sententiæ: Quinetiam eos, qui includebantur in custodiis, propterea quòd mutarint religioné, non fineret, propter rerum necessariarum indigentiam, meliorem suscipere sententiam: sed affatim eis suppeditans, redderet impudentiores. Et hæc quidem inuidia, ex veritate sumés occasiones. *Quadraginta martyrum historia habetur nono Martij.*

Cap. 2. Quæ verò nunciabâtur, Dux audiit, partim quidé lætus, partim autem ad iram protinùs incitatus. *Lysiæ Ducis crudelitas.* Nam lætabatur quidem, quòd mox esset puniturus, quod propter summam crudelitatem erat ei iucundissimũ: Ira autem concitabatur, quòd intelligeret omninò esse aliquem, qui auderet despicere tãtam eius insaniã. Volebat enim vel sola fama auditionis eos, qui Christum adorabant, ipsum formidare, & in extremis latère penetralibus & latibulis. Ne autem temerè appellaretur Lysias, (Erat enim vehementi rabie percitus aduersùs Christianos) mittit quosdam cum iussu terribili, qui Seuerianum mox arriperent, & ad se adducerent. Quid autem Christi miles? Ne expectauit quidem eos, qui missi fuerant: sed eorum aduentum anticipans, accessit ad Ducem, & reputans esse tempus loquendi liberè: O Lysia, inquit, non sufficit tibi solum perire, & in teipsum ensem impellere: sed nostras vis quoquè perdere animas, & eas tanquàm lucrum aliquod tuis præbere dęmonibus? *Seueriani constãtia.* Sed scias nũc te incidisse in viros fortes, & qui non sunt pusilli & abiecti animi. Mihi enim (vt ait meus doctor Paulus) viuere est Christus, & propter illum mori, lucrum est maximum. *Philip. 1.*

Cap. 3. His athleta amentiæ arcem statim labefactauit huius cacodæmonis, partim quidem, quòd præter spem omnem, ne expectauit quidem vt vocaretur: partim autem, quòd dum comparuit, incredibilis visus est audacia. Siluit itaque aliquantulùm, planè animi dubius & perplexus. Deindè eos, qui aderant, horribiliter intuens, & manu martyrem ostendens: Crudis, inquit, neruis quamprimùm laceretur, ut scias, quidnam conciliet liberè loqui non in tempore. *Cæditur neruis crudis.* Atque ille quidem, dum sic verberabatur, lętabatur tormentis, quæ sustinebat propter Christum, & illud Psalmicum, tanquàm salutare remedium, afferens carmen, cantabat ad vulnera: Supra dorsum meum, dicens, fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam: *Psal. 128* & plagas ducebat esse incitamentum ad Christi dilectionem. Tyrãnus autem cum videret eos quidem esse fessos, qui flagris cædebant: martyrem verò esse vultu alacriorem luce spiritus, iubet eum relaxari à verberibus. Deindè cùm traductus esset ad prætorium: Non es, inquit Dux, miles ignauus, quantùm potest intelligi ex prima experiẽtia, sed fortis & strenuus, & qui potes audacter adire pericula. Potes autẽ scire ex præsentibus, quòd nullam lętitiam, neque prosperam aliquam fortunam tibi Christus conciliet. Martyr autem animo magis confirmatus, & ut qui rerum asperarum perpessione linguam magis acuisset: Si oculi, inquit, animæ tuæ non essent hebetati tenebris impletati, ostendissem tibi, quàm multa bona mihi conciliasset id, quod mihi intulisti supplicium. *Egregiè respondet tyranno.* Nunc autem quid agam cæco pręlucens, & surdo canens? Si enim non sic affectus esses, ó Iudex, intellexisses Christi gratiam & virtutem, quæ me confirmat. Num.n. putas sine ea tam facilè affectum iri erga tormenta carnem & sanguinem? Si ergó sic sentis, si ea, quæ sunt pr pedibus, nõ potes intueri, quomodò nõ sunt omnia tua surda, & cæca, & diis tuis similia?

Cap. 4. Dux autem valdè ridens, etsi martyr nondùm cessasset dicere: Tantum abest, inquit, vt te rectè sentire existimem, & credam iis, quæ à te dicuntur, ut futuris tormentis sim effecturus, ut modestior reddaris & sapientior. Rursùs autem dicit martyr: Hæc verba te magnæ arguunt amentiæ: sed quoniam confidis in tormentis, & credis fieri posse, vt his me persuadeas, ego quidem sum propè: manus autem lictorum non sunt procúl. Liberè ergò loquar in necessitate spiritus mei, &, ut ait diuinus Iob, aperiam os meum, qđ amaritudine animæ coarctatur: *Iob. 7.* & videbis me quauis statua solidiorem, & patibili natura superiorem. Apud Deum enim meum est virtus & potentia mea, & in ipso est spes mea & auxilium. Cum hęc verba accepisset Lysias: Es, inquit, audax concionator, & in nos fluens magna dicendi copia, & aduersùs deos glorians te iactitas. Tuámne mentẽ fugit, te alloqui Præsidem, qui tuæ vitæ habet potestatem, cùm sis unus ex multis, & relatus sis in numerum militũ? Ille verò: Non ignoro, inquit, sed in Christum pietas dat mihi tantam audaciam, & loquendi libertatem. *Christus dat suis martyribus omnẽ loquẽdi libertatem.* Angor autem animo, quòd non sis aliquis sine affectione, simul & sapienter iudicaturus. Fortè enim, ò Lysia, Dei omnium effectoris agnouisses virtutem, & deos falsos contempsisses. Sed cur studium nostrũ nihili fecisti? In quonam autem ipse tibi places, & præclarè de te sentis? Es enim Pręses, & ex sublimibus: non id negauerim: nihil tamen à nostra differs communi natura. Nam tu quoquè es homo, in quem mors cadit & interitus. In nos autem absolutam non habes potestatem, præterquàm in solum corpus. Ipsa autem me docent diuina eloquia, non timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: *Matth. 10* sed illum potiùs extimescere, qui corpus & animam potest gehenna condemnare: quæ te accipiet, licèt nunc immodicè gloriantem, cum ipsis diis tuis & dæmonibus in æternum puniendum.

Cap. 5. His magis ad iram concitatus Lysias, iubet martyrem trabi appensum ferreis laniari vngulis. *Ferreis laniatur vngulis.* Postquam autem martyr sensit tormentũ grauius, (Quomodó enim essent coronę, nisi exciperent labores & dolores?) Iesu Christe, exclamauit, qui solus facis à seculo mirabilia, qui suspensus fuisti in Cruce, & sic superbum deiecisti: qui in hodiernum vsque diem magnificaris & extolleris propter opera tua admirabilia: veni ad me seruandũ: & brachiũ quidem peccatoris & maligni cõtere, meorũ aũt mẽbrorũ articulos dissolutos colliga & vni, ò bone: & concep-

de mihi, vt possim peragere hoc certamen martyrij. Solue autem etiam eam, quæ tuo gregi imminet, caliginem. Vides quàm sit in altum elata, & quemadmodùm omnia ferè comprehendit. Atque sic quidé precabatur martyr suspensus. Tyrannus autem alios post alios mittebat lictores, grauiores ex hoc dolores machinans. Postquàm autem vidit sanctum immutabili & constanti vultu ferentem ea, quę intentabantur, animi dubius, iubet eum quidem relaxari à vinculis, conijci autem in carcerem. Martyr ergò dum abducebatur, & gloriabatur quodammodò plagis, per mediam clamabat ciuitatem: Qui athletatum Christi videtis vulnera, eorum remunerationes cogitate & pręmia. Neque enim mente comprehendi, neq; verbis exprimi possunt bona, quę Rex immortalis, & nunc dat iis, qui pro ipso patiuntur, & in cælis reseruantur in posterum. Quinetiam ipse quoquè pro ipso pati, est iucundum: propter ipsum autem mori, est iucundius. Eum autem multi sequebantur, & maior affluebat turba, quæ ab eo docebatur ea, quę sunt salutaria, donèc ascendit in custodiam, & ipsam est ingressus.

Magna animi fortitudo.

Ducitur ī custodiā.

Cap. 6.

Versutia Iudicis.

Quintus dies pręterierat, ex quo coniectus fuerat in custodiā, & athletā rursùs curat adducēdū Lysias: & impudenter se mitem esse simulans, sic eū molicbatur traducere à pietate: &, Sciant omnes dij, dicebat, Seueriane, valdè miror, reputans quòd vir quidem adeò forma elegans, & quòd videri potest, fortis, & qui rerum tantā nactus es experientiam, aperta morte à suaui hac luce discedas. Laudo tuam stabilitatem & constantiam, si ea vsus esses aduersùs hostes. Cum ferro autem, igne, bestiis & lapidibus decertare, est planè stultum, & nonnihil affine insaniæ. An nō vides si nihil aliud, robur quidem tuum esse fractum & dissolutum: ipsum autem corpus iam diffluere, & perire? His Lysias callidè conabatur eius eneruare constantiam. Ille autem: Nè consideres, inquit, carnes consumptas flagellis: quas si tu non consumpseris, at mors adueniés minimè omninò eis parcet. Sed est mihi libera animi voluntas, quam neq; minæ terrebunt, neque tormentum attinget: contrà autem, eam magis omninò pro Christo confirmant, promptioremque efficiunt & alacriorem. Quocircà non solùm flagris cęde, suspende & lacera: sed etiam obrue lapidibus, & iace in ignem, & quicquid quod vis & potes facere, in me nè cuncteris intentare. Nam tu eris citiùs defessus puniendo, quàm ego mihi parcam propter Christum. Quisnam autem te mihi grauior futurus sit inimicus, non possum perspicere: qui non solùm eminùs iacularis, ac telum in corpus immittis: sed studes ipsam spoliare animam, & eam omninò nudare armis pietatis, & seruam abducere & captiuam.

Egregia martyris constātia.

Cap. 7.

Os lapidibus eius cōteritur.

Hæc cùm Dux audijsset, continuò personam & scenam abiicit, & rursùs erat Lysias cum solita crudelitate & immanitate, & iubet lapidibus conteri os martyris, & deindè etiam ei dictitari: Noli Christū crucifixum in lingua circunferre, neque illum cōmemorando esse molestus Ducis auribus. Sed strenuus athleta etiam decertans cum tali supplicio, tamen responsionem quoquè adiecit: Miser, dicens, qui tuam animam semèl fecisti dęmonum habitaculum, meritò ne solo quidem auditu potes ferre Christi mei nomen. Ad hęc rursùs Dux: Ego, ò Seueriane, existimás te factum esse moderatiorem tormentis præcedentibus, & sermonem imperti, & quæ opùs sunt, quòd ad me quidem attinet, suasi. Quoniam autem ipse magis contendis vincere priora secundis, & quæ præcesserunt perpessiones, exuperatione delere posteriorum: ut aliquam referas gloriam à Christianis, qui æquè ac tu sunt stulti, te omnino docebo experientia, quòd te tuus Christus ne tantillum quidem iuuerit.

Tunc Seuerianus, qui ipse quoquè, sicut diuinus Paulus, erat plenus diuino spiritu: Nos, inquit, non ea, quæ videntur, ò Iudex, sed ea etiam, quæ non uidentur, consideramus. Veniet autem, qui liberat, & sanctus è cælo visibilis: & quę à te in me intentátur supplicia, omnia efficiet inania, ut sunt re vera. Hæc cùm martyr respondisset, Dux conuersus ad circústantes: Quoniam, inquit, Seuerianus præsentium malorum expectat remunerationes, interim pendeat sublimis in ligno: & huius latera vngulæ ferreæ consumant. Sint autem etiam circa eum satellites, vt vehemétiùs lanietur, & nobis aliquas fortasse agat gratias, qui sic etiam authores sumus plurium bonorum.

1. Cor. [illegible]

Hæc ille quidem dixit, veluti subsannās: multitudo autem lictorum statim circunsistens, & eum sublimè tollens, latera lacerabat crudeliter. Ille autem: Vnam hanc, dicebat, plagam grauem existimo, quæ me à Christo disiungit. Sunt verò hæ omnes mihi potiùs voluptati. Me enim ab iis, quæ sunt in terra, separantes, soli Christo coniungunt. Interim autem Dux quidem dicebat: Dijs sacrifica, Seueriane, & liberare à suppliciis. Ille verò ipsius verba ne tantillùm quidem curans, neque eum aliqua dignans responsione, apud se tacitè loquebatur: Non sunt dignæ passiones huius temporis, quæ conferantur cum gloria reuelanda. Dux itaque martyris silentium, contemptum, sicut erat, arbitratus, grauiora in eum excogitabat: & cúm eum de ligno deposuisset, deducit ad murum: cumqne duos lapides maximos & grauissimos, vnum quidem collo, alterum autem alligasset pedibus, & martyrem fune cinxisset, demittit è muro sublimè pendentem: ut lapidum pondere membris ei diuulsis, uiolenter abrumpat animam. Sed reuerá in te sperauit, Domine, & non est affectus pudore. Nam membrorum quidem forma à sua compage diuellebatur, & ossa nudabantur carnibus: Voluntas autem & liberum animi institutum erat omninò impatibile. Eum autem ex alto ludificans Lysias: Sustine, dicebat, Seueriane: fortassè enim sic apud Christum erit tibi maior merces. Martyr autem cum iam deficeret, & extremum ageret spiritum: Si scires, Tyranne, dicebat, quænam pro his mihi concilies, ipse quoquè desiderares pati eadem: quid aliud hinc significans, quàm quòd maiora cupiebat propter Christum? Admirans itaque Lysias tantam eius tolerantiam & fortitudinem, & maximè quòd tam opportunè, etiamsi talibus esset malis implicatus, respondisset: Existimabam, ò Seueriane, inquit, te esse hominé rudem, & ignarum literarum, ut qui sis miles, & in bello te semper exercueris: sed, ut video, es facundus, & summa vi dicendi pręditus. Ad hæc respondens sanctus: Deus, inquit, cui ego seruio, qui potest facere, ut omnia consistant, cùm sit omnipotens, si virum rudem acceperit, eum reddit sapientem: si mutum, tardæque & impeditioris linguæ, eum efficit disertum & elegantem oratorem. Hęc dixit, & cùm manus paululùm extendisset: Ago tibi, inquit, gratias Domine Deus, Quòd me confirmasti, & posuisti arcum æneū brachia mea, & eripuisti animam meam ab impia sbomphea, ab inimicis manus tuæ, & ab ijs, qui insurgebant aduersùs me, exulisti me. Et nūc in atriis tuis, Domine, in bonis domus tuæ colloca me. Quoniam lætantibus omnibus habitatio est in te. Cùm has preces edidisset Domino, simul etiam ei reddit spiritū nona mensis Septembris.

Cap. [illegible] Latera immaniter lacerat.

Rom. 8.

Horrendum supplicium.

Deus [illegible]

Psal. 17.

Feliciter moritur mense Septembri.

Cap.

Sequenti autem die quidam ex piis, quibus martyr viuus suam mandarat sepulturam, simul conuenientes, cùm martyricum illud corpus magnificè cōposuissent, & super id hymnos cecinissent, & quęcunque solent Christiani, peregissent, desiderantibus

tibus simul & colentibus manibus elatum, media nocte tulerunt in patriam martyris. Cum autem venissent in quendam locum, illinc quidem patriæ significatur aduentus reliquiarum. Cogitabat verò vnusquisque eis ire obuiàm: & omnes simul egressi sunt, neque fuit vllus, qui non venerit, non senex, nò puer, non infirmus, non natura tardus: sed existimabat unusquisque se percepturum esse benedictionem, si modo priùs occurrisset reliquijs. Sic ergò omnibus alacriter festinantibus, mortui serui coniunx sola relicta fuerat, (Decesserat enim eo tempore quidam ex seruis martyris) eranto; vxori acerba omnia, mariti damnum, & eius, qui eam consolaretur, solitudo: & quòd nesciret quonam modo posset ire obuiàm martyri. Sola ergò intùs relicta, quoniam quæsiji, qui eam cõsolaretur, & non fuit, & qui simul doleret, & non inuenit: mortui coniugis corpore apposito, plangebat, gemebat, lamentabatur, mortuum perindè ac viuũ alloquebatur: Surge, ò marite, surge, dicens, eamus obuiam domino nostro, nè videamur soli pigri & desides, neque quilpiam nos negligentię accuset in nostrum dominum. Sensim autem & tangebat tunicam, & lachrymas cum uoce emittebat. Hæc postquàm breui tempore suggessit, & dixit coniugi, etiam corpus martyris mox erat aduenturũ, repentè (ò miraculũ) viuus cernitur, qui erat mortuus, & ijs abiectis, quæ erant ei imposita, cùm se protinus cinxisset, ipse quoquè uadit obuiàm martyri. Quod insigne miraculũ, & illi athletæ testimoniũ de maiore eius fiducia ad Dominum, & ad maius desiderium accendit omnium animos. Non enim quod factum fuerat, erat eiusmodi, ut posset reijci, neque de eo poterat esse vlla dubitatio: sed quos decessus habuit spectatores, & qui curam gesserant funeris, fuerunt ij quoquè testes resurrectionis.

Nota priscorum reuerentiã erga sacras reliquias.

Mortuus quidam reuixit.

Cap. 10. Cùm longo autem tempore assedisset famulus sepulcro martyris, decimoquinto anno ab illo tempore, & paulò plùs, ipse quoquè excessit è vita. Atque tunc quidem considerantibus omnibus, qui ad hoc congregati fuerant, vbinàm ab eis martyricum corpus deponeretur, quoniam dubitationis non dabatur solutio, meliori & diuiniori prouidentiæ id statuendum reliquerunt, & coronam ex floribus contextam imponunt reliquijs. Protinùs autẽ tanquàm ab aliquo missa, desupèr aduolans aquila, accepit coronam, & sensim mouit pennas, & eas minùs pernices habuit ad volandum. Sed illam quidem statim sequebatur populus. Ipsa autem quodam modo eũ ducebat, tantùm ante eos volans, ut non esset multùm remota ab oculis. Et cùm venisset ad propinquã syluam, & deindè coronã ex alto demisisset in pulchro loco montis, & volare cœpit celeriùs, & profecta est ad suam habitationem. Hoc illi conijcientes diuinam indicationem, cum voluptate & magno studio concurrentes, sacrum illud & diuinum corpus illic sanctè & diuinè deponunt. Quo in loco in hodiernum vsq; diem sanctus ille frequentes operatur curationes, & multa miracula, cuilibet roganti benignè apparens, & eius curam gerens, in Christo Iesu Domino nostro: Cui gloria & potentia cum patre & sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Nota de corona ex floribus.

Multa miracula ad eius sepulcrum.

VITA S. AVDOMARI EPISCOPI Morinensis. Nomen Authoris antiquus MS. Codex non habet. Est grauiter scripta, sed stylum passim mutauit F. Lauren. Surius. Videtur ab eodem scripta esse, à quo etiam S Bertini Abbatis edita est, nẽpe à Folchardo Bertiniensi.



BEATVS Audomarus antistes, ex nobilibus & secundùm seculi dignitatem inclytis, atque in fide catholica eruditis, ortus est parentibus haud ità procùl à Cõstantia, eo loco, qui Aurea Vallis nũcupatur. Pater eius Friulph⁹, inter suos clarus fuit: mater verò Domitta est appellata. Ij uerò religiosi parentes Audomarum puerum, pro Christianæ religionis ritu & consuetudine, diuina suffragante gratia, ab ipsis incunabulis, catholicis enutriere disciplinis. Erat enim illis vnicus filius. Porrò Friulphus post obitum Domitę coniugis suæ, puero iam & ætate crescente, & gratia, suaui iugo Christi & leui sarcinæ collum supposuit, hortante ad id & corroborante eum filio Audomaro.

9. Septemb.
Cap. 1.
Patria & parentes S. Audomari.

Cap. 2. Ambo igitur, & Friulphus parens, & Audomarus egregiæ indolis puer, accuratè impleni, quod Saluator ait: Vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus: & veni, sequere me. Atque ità mundo mortui, Deo uiuentes, à rebus caducis inopes, cælestibus locupletes, Deo subditi, maligni dæmonis hostes, ætate dispares, animo pares, ad Christi militum illud celeberrimum sese contulere monasterium, quod Luxouium vocant, à sanctæ memoriæ beato Columbano Abbate, in Burgundionum regione in Christi honorem ędificatum. *Mat. 19.*

Cap. 3. Pręerat tum illius cœnobii sanctę multitudini beatus Eustachius, cui vnanimiter sua religiosa ac pia indicarunt vota, accommodantes se illi diuinæ scripturę sententiæ: Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi. Cernens autem sanctus Abbas Eustachius eos diuino flagrare amore, atque in beati Audomari tum vultu, tum sermone cælestem gratiam animaduertens, salutare atque perfectũ ex sacrę scripturę sententiis eis cõsilium præbuit, modò vtrosque simul, modò separatim singulos adhortans, ut sub disciplina monastica siue regulari, cum ipso in Dei seruitio perseuerarent. Ambo igitur diuino inflammati amore, spiritalis patris Eustachii consiliũ sequentes, sanctæ regulę iugum mente deuota susceperunt. Indè uerò beatus Eustachius immenso repletus gaudio, eos in sanctorum monachorum sodalitatem admisit.

Deut. 32.
S. Eustachii vita habetur 29. Martij.
Audomarus cũ patre suo fit monach⁹.

Cap. 4. Porrò Audomarus spiritali gratia plenus, ætate tener, fide robustus, monastici canonis rigorem complexus, in illo beato monachorum cœtu institutus, omnibus Dei seruis, Christo illic militantibus, diuina id efficiente gratia, charus & amabilis fuit. Erat enim mente & corpore castus, obedientia atque humilitate pręcipuus, diuina scientia refertus, charitate & mansuetudine conspicuus, parsimonia seuerus, ieiuniis deditus & prolixis noctium vigiliis animo commemorans illud ex Euangelio, Beati sunt serui illi, quos, cùm venerit, Dominus inuenerit vigilantes. *Luc. 12.*

Cap. 5. Intereà fama eius longè lateque diffusa, vsque ad Dagoberti Francorum Regis notitiam peruènit: non enim potest abscòdi ciuitas supra montẽ posita, *Matt. 5.*

S. Audomarus fit Episcopus.

Multis indè labentibus annis, ab eodē Rege & omni populo vocatus & electus, sancto Aichario Nouiomēsi agente Episcopo, ad instituendum & gubernandū Taruanensis vrbis populum, cum multa animi humilitate Episcopi sedem & dignitatem suscepit. Tum verò diuini verbi semina in credentium pectora deijciens, animarum & corporum languores sanans, captiuos & vinctos redimens, viduarum ac inopū uel maximè curam gerens, plebem sibi à Domino commissam, ad æterna promerenda præmia incitabat.

Cap. 6. Fuscianus et Victoricus prædicāt apud Morinenses.

Igitur plebs Taruanensis, licèt longè ante eius aduentum, à beatissimi martyris Dionysii sociis Fusciano & Victorico, uerbum Dei accepisset eo tempore, quo egregius Christi martyr Quintinus apud Ambianenses prædicabat: at multa tamen Taruanēsium turba etiamnum idolorum cultum consectabatur. Cùm enim Fuscianus & Victoricus a Taruanensibus profecti, in Ambianensi territorio martyriū obijssent, mox Taruanenses ad dæmonum cultum relapsi fuere, nec ij duntaxàt, qui nomē Domini anteà recipere noluerant: sed illi etiam, qui à sanctis martyribus baptizati fuerant, pari errore implicati, idola colebant.

Cap. 7. S. Audomarus cōuertit Taruanenses.

Itaque Christi antistes Audomarus in eam vrbem ingressus, salutifera scripturæ cælestis præcepta stolidis paganorum pectoribus instillabat, mentesq; horridis ignorantiæ tenebris occæcatas, illustri sermonis Euāgelici lumine collustrauit, simulacra euersa igni tradidit, sacrilegum eorum cultum ab ea vrbe funditùs exturbauit, ac salutaribus baptismi vndis eius populum expiauit.

Cap. 8.

Cùm autem die quodam in oppido, quod Bononiam (alii Boloniam) uocant, præsens adesset, post nocturnas vigilias more suo diluculò exurgens, ad ecclesiam se contulit, ut diuina animum contemplatione reficeret, lachrymisque & precib⁹ uacaret. Postquàm autem sacrosancta Missarum celebrauit solennia sub meridiem defessos artus in lectulo collocauit, aliquantę quietis captandæ causa. Accessit autem quidā ad eum iuuenis ex adstantibus, petens copiam eundi ad litora mari propinqua, & ludo illic sese exercendi. Respondit autem ei vir sanctus ore prophetico: Nō expediet tibi, fili mi, sine me quoquàm abire. Itaque nulla tibi datur à me facultas exeundi, donèc me videris à somno surgere. Prçuidit enim prouidus sui gregis custos, erranti iuueni quidpiam mali euenturum. Dormiuit igitur iam lassus venerabilis senex: at iuuenis patroni sui iussa contemnens, ut solet iuuentus negligere præcepta maiorum, celeri cursu ad mare se prorupit.

Claret spiritu prophetico.

Cap 9.

Cernens autem naviculam ad litus consistentem, qua solebant incolæ paruum transmittere flumen, qd' Elnam appellant, stultè ac temerè, amore inepti ludi dementatus, in eam se recipit, volens in vicinis litoribus ludo operam dare. Eccè autem ludentem illū mox ab improuisò ventus uehemens protrudit in mare, & sæua tempestas ab alto exsilit pelago, nauisque nimium tumescentibus quassata vndis, simulque & gubernatore destituta & remige, errabunda huc illucque uagatur. Talibus ergò ille miser implicatus periculis, tandém acerbè deplorat sancti patris se monita contempsisse, & iam nec propriæ, nec alienę regionis litora conspiciens, vltima mortis discrimina pertimescit. At verò diuina miseratio audiens illum merita sancti Audomari implorantem, nauim ad Saxonum regionem appulit. Sed metuens ille, nè fieret præda raptorum, seque ob almi patris contemptum reum agnoscens, pectusque crebrò tundens, ad nauiculam ocyùs se recipit. Et eccè benignissima Domini misericordia, & beati Audomari meritis adiutus, prospero cursu pelagus emetitur, donèc ad eum rediret portum, vndè illum valida venti vis extruserat, vbi Elna fluuiolus in mare euoluitur. Multum proindè exhilaratus se in natiuo consistere solo, immensas Domino gratias agit, & ad oppidum properans, reperit sanctum prçsulem eo loco, quo illum reliquerat. Toto ergò corpore prostratus, temerarios ausus suos illi confitetur, & vt miserandum in modum iactatus sit in pelago, atque ipsius meritis tandèm* liberatus. Eum verò repræhendens; vir sanctus, benignè respondit: Nònne ego prohibueram, fili, nè aliquò te conferres? Sed tu verba patris paruipendenda putasti. At nunc quandò diuina misericordia è tantis periculis te extraxit, præcipio tibi, nè cuiquam isthuc reueles, donèc ego superstes ero. Et siluit quidem adolescens, quandiú vir sanctus superuixit: sed postquàm ille cælos petijt, res sub modio abscondsa, vbiquè celebris euasit.

Pæna immorigeri iuuenis.

Ingēs miraculum.

Cap. 10.

Est aliud miraculum, quo Dominus voluit omnibus testatum efficere, quantis ornatus sit meritis antistes beatissimus Audomarus: Abiens quandoquè ad propinqua vrbi visitanda loca diœcesis suæ, circa horam diei sextam sub patulæ arboris tegmine dedit se sopori haud proculà villa, quæ * Iormacus dicitur. Indè post breuem quietem surgens, iubet ex ligno fieri Crucis effigiem, eamque sub eadem arbore defigi. Proxima nocte eo in loco refulsit lux immensa. quo factum est, ut ab eo tempore vsque in præsens locum illum ceu sacrum venerentur, & multi hodieq; illic homines morbidi optata salute potiantur.

Effigies Crucis morbis varijs illustris.

Cap. 11.

Per idem tempus tres venerabiles viri, & in Christo pia animorum conspiratione fundati, Mummolinus, Bertramnus & Bertinus ex territorio Cōstantiensi ad sanctum venere Audomarum, cupientes cum beato præsule verbo vitę perfrui, & pro sanctæ Trinitatis amore, contempto paterno solo & cunctis vitæ oblectamentis, nudi sanctæ regulę institutum amplecti. Eos uir beatus, & in illis Christum cum multa animi exultatione & erga Deum gratiarū actione suscepit, Deum laudans, quòd tales ipsi misisset adiutores, qui subditis ei populis æternæ salutis sacramenta declararent. Erant enim eruditione præclari, & in catholica fide benè maturi. Tum quoquè feruebat in illis charitas Christi, qui eos, quos visitat, omni uirtute confirmat & munit.

Mummolinum, Bertrāmus & S. Bertinus S. Audomari socii.

Cap. 12.

Cùm sic ergò præsul sanctissimus Moriēsem ecclesiam gubernaret, & fœdissimum paganismum cælesti doctrina extirparet, Adroaldus quidam rebus locuples, stemmate mundanę nobilitatis clarus, beato Audomaro in diuinis laborante triumphis, catholicæ fidei doctrinæ aures mentemq; accommodat, planè detrectans ceruicem deincèps dęmonum inclinare simulacris. Eum vir sanctus baptismo expiauit, ęternæ salutis immensas opes, & horrendas inferorum tenebras ei inculans.

Adroaldum virū nobilē conuertit S. Audomarus.

Cap. 13.

Itaque Adroaldus admixtus iam turmis fidelium, ecclesię limen, quod anteà valdé erat detestatus, religiosè frequentat, Christūq; veneratur & adorat. Hinc amoris diuini studio, ad cælestes opes inhians, omnes facultates suas & villā Sithiu Christo & S. Audomaro transcribit. O te præclarū Christi opibus Adroaldū, qui dum terrenis facultatibus te exhęredē fecisti, cælestis paradisi hæres es institutus. Natura quidē te vteri fructu priuauit, vt dum nulla tibi superesset in sobole posteritas, ipse Christ⁹ tuæ hęres fieret hęreditatis.

Adroaldus heredem omnium bonorum Christum facit.

Cap. 14.

Porrò sanctus Audomarus, dum extirpatis spinis & vepribus, mūdat Christi messem, et horrea prępararе uolens, egregium templum in Sithiu magnis sumptibus extruit in sanctissimę Dei genitricis & perpetuę Virginis honorem, sanctorum patrociniis illud muniēs. At sancti illi diuinę religionis cultores, Mūmolinus,

nus, Bertramnus & Bertinus in Domino conspirantes, cœnobium condunt, quod Vetus Templum dicitur. Atque illic fraterna cōcordia Angelicam instituit monachorum uitam, & cælestem adunauit in Christi laudibus sodalitatem.

Cap. 15. Sed cum animaduerterent locum illum monasticę quieti minus accommodum, explorare instituunt, habeantné vicina loca monasticæ disciplinæ sitū opportuniorem. Est uerò illic stagnum, marinos æstus imitans, cùm flat Eurus vehementior. Eò se cōferunt tres illi milites Christi: nauim intrant sine remige, vt eò tēdant, quò sit uisum spiritui sancto. Excipit eos nauis ī stagni gurgite, nullo neque remigio, neq; remigis arte instructa, non uentorum acta flatibus, nullas neq; merces, neque commeatum ferens, sed solos habēs electos Christi ministros, fidei feruore adeò communitos, vt nulla corporei uictus habita ratione, nequaq̄ se in terram exituros affirmarent, donèc adspirante ipsis Spiritu sancto, tū demùm nauis ad litus diuina virtute & gubernatione ad eum pertingeret locum, quē Christus ipsis daturus esset, cùm ipsi psallendi ordine in Dauidico Psalterio ad eum versum peruenissent: Hęc requies mea in sęculū sęculi: hic habitabo, quoniam elegi eam. Quid multa? Nauicula errabundo radii iter tramite, eamq; mira fidei vis regit per vndas. Sancti benè sperant, & confiduot Deo: orant, vigilāt, cęlo intenti psallunt.

Sine remige & ventis nauigant sancti viri.

Psal. 131.

Cap. 16. Cùm autem iam psalmodia recto ordine ad eū perduceretur versum, Hæc requies mea, ad litus nauicula mira celeritate appellitur, Angelico, ut credimus, ducta moderamine. Ità vno eodemque temporis pūcto, quod est dictu admirabile, & versus psalmi & litus attingitur. Tum verò sancti viri hymnum Deo promētes, & gratias toto pectore agentes, ab hospita excipiuntur tellure.

Vide miraculum.

Cap. 17. Exeūtes autem è cymba in terram, diuino ipsis munere datam, Angelicos ciues hospita terra miratur, sancto propediem monachorum cœtu ornanda. Illi verò magno pectoris feruore sese accommodant ad extruendum illic monasterium. Cōgratulatur illis Apostolicus Christi antistes Audomarus, fauet eorum studiis, vrgetque conatus. Multi confluunt artifices, templum conditur ad * Agmonē flumium. Necdùm operi suprema erat imposita manus, & iā monastico structa apparatu, fortissima castra religiosorum uirorū implet multitudo. Itaque sacerdos Domini Audomarus in his omnibus Dominum benedicens, Mummolinum illi cœnobio pręficit. Is uerò pastoris munus adept᷒, cælestis doctrinæ semina discipulis depromit, dęmonum uirus linguæ fulminibus profligat.

**Agmonū*

Conditur monasterium Sithiense.

Cap. 18. Et iam Deo plenus, instar cedri Libani, virtutū suarum longè latèque diffundit odorem suauissimum. Vnde factum est, Domino id agente, ut post decessum Acharii, ipse illi in Nouiomēsis ecclesię cathedra successerit: in quo pontificatu sex & uiginti annis strenuè se gerens, iam vltima ætate, deposito fragilis carnis pondere, Angelicis ciuibus adductus est.

Mummolinus creatur Eps Nouiomēsis.

Cap. 19. Porrò in Episcopū electo Mūmolino, sanct᷒ Audomarus pastoralē curā Sithiensis monasterii beato Bertino demandauit: qui illo ministerio probè fungens, talem se omnibus exhibuit, ut à cunctis amari posset potiùs, q̄ timeri. Itaq; in eius venerandi patris amorē conspirant illa Dei agmina: & magna concordia tam egregio duci adhærent, quem in cunctis moribus suis serpentia prudentiam, cum columbæ simplicitate coniunctam, consectari uiderent.

S. Bertinus fit Abbas Sithiēsis.

Cap. 20. At ferax Euāgelicę uitis palmes sacer Audomarus, cum iā eos virtutū ferret fructus, vt per eū lex uitę omnē illā regionē sanctificaret, fides intemerata sceptrū sibi vendicaret, mortis iura abolerentur lauacri diluuio, cœpit corpore debilitari, & ut pia mens diuinis propinquior fieret, vtroque oculorum lumine orbatus est. Itaque prouidus ille speculator inter Christicolas versatur corpore cæcus, sed lucis præclara de se exempla præbet. Porrò autem mente perlustrans illā sempiternæ lucis arcem, miratur Angelicos Ordines: paradisum quoquè illuminatis cordis oculis contemplans, nectareo ligni vitalis fructu se satiat: Felix sanè ea corporeę lucis amissio, quæ menti cælestis luminis adfert copiam maiorem, quo Christus Iesus conspicitur, cęli ostia reserantur.

S. Audomarus fit cæcus.

Cap. 21. Postquàm autem Morinensis siue Taruanensis cathedra triginta annorum spatio tanto esset potita pręsule, columna illa Dei corporeis destituta viribus, acri cœpit febre pulsari, concuti, atque discruciari. Tādèm victa membra lecto affiguntur, sed mens inuicta pristinum conseruat fidei tenorem. Deniquè quinto Idus Septembris rumpit vincula corporis, cum Christo victura in secula seculorum.

Obitus S. Audomari.

Cap. 22. Sub mortem autem pastor Apostolicus ad limina matris ecclesiæ debilis progreditur, suscipiunt lugentia mœnia patrem. Deinde diuina sumpturus sacramenta beatus senex accedit, lachrymę ab imo pectore erumpunt, offert Deo fragrantia precum thura, animo ad cælestia suspensus, corpore humi prostratus. Sacrosancto igitur corporis & sanguinis Christi sacramento pectus suum communit, & abituræ animæ dignum præbet viaticū. Adstat ipse sacris altaribus hostia viua, sancta, Deo accepta, atque hunc in modū precatur: Agne Dei, per istas æterni panis delicias, suscipe pro tua pietate vota supplicātis. Eccè ad te uenio, relinquo eos, quos mihi commisisti: miserere figmento tuo: me iā cælestis excipiat gratia, & suos tua seruet miseratio: vt te in paterno solio regnantē videamus, nec vnquàm de membris tuis hostis triumphet.

Sub mortem accipit Dominici corporis sacramentum.

Cap. 23. Iis verò omnibus peractis, rursùm lecto excipitur, æterni panis suauitate refectus. Et eccè cęlesti melodia euocatur anima è corpore, digna quæ diuinis cōspectibus præsentetur. In eius egressu quæ illic fuerit odoris fragrātia, quis pro dignitate explicet? Vincebat ea aromata omnia, oēs balsami & turis odores.

Cap. 24. Non latebant hæc beatum Bertinum: sed de iis diuinitùs edoctus, absque mora venit ad ædes, in quib. iacebat funus, discipulorum caterua stipatus: tollitq; illud corpus nulla vnquàm libidine pollutum, & asportat ad monasterium perpetuæ Virginis & matris Domini, quod beatus Audomarus in Sithiū primò cōdiderat, ipsiq; Bertino & omni ecclesiæ Sithiensi mādauerat, ut illic corpus suum humarent. quod & factum est.

Sepelitur in monasterio Sithiensi.

Cap. 25. Ità sanctus Pontifex, cælestia scandens regna, in finib᷒ Abrahæ requiescit: eius sacræ exuuiæ terreni corporis multis virtutibus coruscant. Lampas apud eius sepulcrum suspensa, cælitùs accensa est, & benedictio Christi oleū illi suppeditauit, quo longo arsit tempore. Aptè sanè ipsas signorum primitias dedicauit cæleste oleū, pacis symbolum vel luminis, vt beatus Audomarus ab his euocatus, lucidissimis Angelorū ordinibus credatur insertus. Ab eo. n. tempore ex illo venerādo beati antistitis loculo morborū omnium multiuaria est curatio profecta, & quibuslibet corporum infirmitatibus sancti præsulis pietas medicatur.

Miracula ad eius sacrū corpus.

Cap. 26. Post eius felicem obitum casu quodam duo inter se conuenère, alter simplici & aperto, alter vafro & versuto ingenio. Rogat fraudulentus simplicem, ut argenti solidum mutuò sibi det: iureiurando affirmat, se bona fide redditurum. Homo simplex pietate ductus, facit quod ille petit, cum spopondisset ad certū diem se persoluturum. Iam dies aderat: commonefacit hominem, ut reddat debitum. Ille tanquam

præter ius fasque reddere iussus, quod non deberet, stomachatur: bonum virum toruis oculis intuetur, & multa comminisceus, ait se nescire quid velit: se ne teruncium quidem ab illo vnquàm accepisse. Respondet alter: Eamus ergò ad venerandum Audomari patris sepulcrum, & si per eum nostræ regionis procuratorem, non dubitaueris iurare verum esse, quod nequiter fingis, immunis eris à solidi persolutione. Eût pariter ad sacrum beati Audomari corpus, & cùm nõ longè abessent, dicit creditor debitori: Cur ipsum quiescẽtis patris turbabimus loculum? Deus iustus iudex vbiquè est, & solus implet omnia, nec virtus beati Audomari intrà sepulcrum inclusa est. Hoc ergò in loco, quo nunc sumus, illius sancti patris nomen testificare, & mihi erit satisfactum. Ille miser semper æstuantis auaritiæ cæcatus libidine, verso ad sacrũ templum vultu, & ad cælum sublatis manibus, dum vult commotis labris periurio se obstringere, confestim corruit & ad extrema perducitur. Oculi erepantes suis mouentur locis, nerui membrorum omnium dissoluuntur, spiritus per immensos extortus cruciatus, tertio die excedit è corpore.

Vltio cælestis in peierare volentem.

Cap. 27.

Vinct⁹, diuinitùs soluitur.

Quidam ob perpetrata facinora proscriptus, & catena ad collum vinctus, manicisq; ferreis cõstrictus, cùm iuxta beati Audomari fores traheretur, mox vinculis omnibus absolutus, celeri cursu solus ad eius sacrum tumulum se recipit, multum ibi lachrymarum imbrem fundens. Sanctus verò pontifex magistri sui vestigijs insistens, qui se dicit nolle mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat: clementissimum se illi exhibet, quem permulta flagitia damnabant. Ingẽs verò stupor obtinet tortores, captiuiq; vestigia sequẽtes, vident eum beati Audomari sepulcro inhærere: nec ausi vlterius torquere hominem, tã præsenti sancti antistitis virtute liberatum, faciunt ei copiam liberè, quò velit, recedendi.

Ezech. 18

Cap. 28.

Nota antiquam deuotionẽ.

Iam verò potentes seculi cateruatim ad limina tanti patris venerabundi aduolant, & quia inter primos in cęlesti aula cũ residere, & profusa benignitate pręlargum illum non dubitant, sancta cum illo cõmercia instituunt: donant & offerũt Deo atque beato Audumaro pro maximis exigua, pro cælestibus terrena, vineas & agros plurimos pro semper vernãtis paradisi campis & hortis amœnissimis. Eiusmodi sanctis desiderijs flagrantes & finitimi & longinqui, eũ sibi pariter patronum conciliant. In quibus Frãci nõ pauci, diuina gratia permoti, cùm tam pijs feruerent desiderijs, vineta sua in ius beati Audomari transfudère, additis etiam agris & alijs rebus, & donationes suas dignis testimonijs confirmarunt.

Cap. 29.

Per id tempus, cùm iam vineæ maturos, eosque copiosos, ferrent botros: Hekkinus quidam in beati Audomari vineam ingressus, abstulit indè vuas non paucas: furtiuoq; lętus onere ad socios rediit pascendis pecoribus occupatos. Rogant illi, vt è spolijs nõnihil ipsis impertiatur. Mox annuit infelix: sed dum immissa in sinum dextra, quem sinistra pandebat, vult proferre botros, subitò eius brachia obrigescunt, vt moueri non possent, & os retrò contortum, omnẽ amittit loquendi facultatem. Id socii eius conspicati, miseratione quadam affecti, hominem diuinitùs percussum, mox ad herum eius adducunt, causamque omnem eius mali exponunt. Ille verò famuli vicem miseratus, toto animo cælestem ei studet conciliare medicinam. Itaque ferens secum vini optimi certã mensuram, & munuscula, quæ tum ad manum erant, puerum percussum secum ducit ad basilicã pagi, quẽ Gebuualdesdorp vocant, & illic munera sacræ aræ imponens, vnà cum puero totus humi prosternitur, tacitisq; lachrymis & precibus Dominũ & sanctũ Audomarum interpellans, orat vt ęgri membra sanentur. Ibi pius sacerdos adeò eius precibus annuit, ut mox incolumis surgeret tam malè mulctatus seruus. Cui herus congratulans, deuota mente nomen Christi benedicit, & annua ei vouet munera, quæ etiã quo ad superuixit, religiosè persoluit. Omnes verò eo miraculo adeò sunt perterrefacti, ut nullus deincèps ausus fuerit lædere patrem venerandum, & non modò non ingredi quisquã conatus sit in uineas eius sepis munitas, sed ne gramina quidem agrorum eius contingere voluerit, nisi id fratres permisissent. Gloria tibi, Christe, qui sic percutis aduersos, & misereris resipiscentium.

Punitur sacrileg⁹

Dominus curatur.

Eodem ferè tempore sub festum Dominicæ Ascensionis, cùm more recepto triduanæ fiunt Supplicationes siue Rogationes, & sacrosanctę Crucis vexilla totius Ecclesiæ proles deuoto pectore sequitur, nudis pedibus incedens: vbi maxima populi multitudo decòra processione, peractis officiis, ad sanctam reuersa fuit ędem, in qua beatissimi Audomari sacra ossa quiescunt, quædam mulier cum filiabus duabus adfuit, è quibus minor natu, intolerabili sitis ardore vexata, cum lachrymis id indicat sorori, ut solet ætas puerilis. Illa verò dolens vicem eius, ducit eam ad puteum S. Audomari, qui in eius crypta est, altitudine pedum sexaginta. Sed cùm restis deesset, qua hauriret aquam, puella tãdiù siti cruciata, hærebat ad os putei, seque genibus volutans, suaue ducebat vel vidisse diù concupitam aquam. Interìm pręceps ruit in puteum. Id cernens eius soror, magno clamore & eiulatu totum populi cœtum eò pertrahit. Inquirunt omnes, quæ tantarum sit causa lachrymarũ. Respondet illa: Huc ego accessi cum sorore mea & matre. At soror siti æstuans, malecauta in medias labitur aquas, & nunc sitibunda mortem bibit sub aquis. Tractant inter se omnes, qua possint ratione cadauer extrahere è puteo, & mandare sepulturę. Immittitur restis, eaque puer illigatur, qui è profundo educat puellam, & puteum à cadaueris futura putredine seruet, quem beati Audomari præclara virtus sanctificet. Sed cùm fons ille morbis omnibus salutarem adferret medicinã, nullis sordibus inquinari potuit. Deniquè inuenta est puella viua instàr anseris natare super aquas. Eam puer secum attulit, capillis quidem eius prorsùs ab aqua intactis, sed limbis vestis nonnihil madefactis. Tanto igitur miraculo conspecto, summam & sacrosanctam Trinitatem in beati Audomari meritis plebs vniuersa benedixit.

Cap. 30.

Nota antiquũ deuotionem in diebus rogationũ.

Infans in puteum delapsa seruatur.

Cap. 31.

Hæc nos pauca ex innumeris sanctissimi Audomari miraculis & virtutibus conscripsimus, qui sanè etiam pręcipuis sanctis æquiparandus videtur pietate, signis, virtutibus & meritis. Ad eius tumulum cunctis ritè venerandum omnis generis salutaris medicina exhibetur: cæcis lumen, surdis auditus, mutis loquendi facultas restituitur, nerui contracti laxantur, dæmones pelluntur, ad laudem & gloriam omnium Creatoris & Redemptoris Domini nostri Iesu Christi: cui est cum æterno patre & spiritusancto æqualis honor & eadem gloria per immortalia secula seculorum, Amen.

Miracula ad tumulum S. Audomari.

DE SANCTIS EPISCOPIS ET martyribus, Nemesiano, Felice, Lucio, item altero Felice, Litteo, Poliano, Victore, Iadere, Datiuo &c. Epistola 77. beati Cypriani Episcopi Carthaginensis: vel, vt alij habent, libri tertii Epistola 25.

Cyprianus Nemesiano, Felici, Lucio, alteri Felici, Litteo, Poliano, Victori, Iaderi, Datiuo coepiscopis: itèm compresbyteris & Diaconibus, & cæteris fratribus in metallo constitutis, Martyribus Dei patris omnipotentis, & Iesu Christi Domini & Dei conseruatoris nostri, æternam salutem.

10. Septẽbris.

S. Cyprianus exul propter Christũ.



GLORIA quidem vestra poscebat, beatissimi ac dilectissimi fratres, ut ad conspectum atque ad complexum vestrum venire ipse deberem, nisi me quoquè ob confessionem nominis relegatum, præfiniti loci termini coercerent. Sed quomodò possum, repræsento me vobis, & ad vos, etiamsi corpore & gressu venire non datur, dilectione tamen & spiritu venio, exprimens literis animum meum, quo in istis virtutibus & laudibus vestris lætus exulto, participẽ me computans vobis, etsi non passione corporis, consortio charitatis. An ego possim tacere, & vocem meã silentio premere, cùm de charissimis meis tam multa & gloriosa cognoscam, quibus vos diuina dignatio honorauit: vt ex vobis pars iam martyrii sui consummatione præcesserit, meritorum suorum coronam de Domino receptura: pars adhuc in carcerum claustris, siue in metallis & vinculis demoretur, exhibens per ipsas suppliciorum moras corroborandis fratribus & armandis maiora documenta: ad meritorum titulus ampliores tormentorum tarditate proficiẽs, habitura tot mercedes in cælestibus pręmiis, quot nunc dies numerantur in poenis? Quæ quidem uobis, fortissimi ac beatissimi fratres, pro merito religionis ac fidei vestræ accidisse non miror, vt vos sic Dominus ad gloriarum sublime fastigium clarificationis suæ honore prouexerit, qui semper in Ecclesia eius custodito fidei tenore viguistis, conseruantes firmiter Dominica mandata, in simplicitate innocentiam, in charitate concordiam, modestiam in humilitate, diligentiam in administratione, vigilantiam in adiuuandis laborantibus, misericordiam in fouendis pauperibus, in defendenda veritate constantiam, in disciplinæ seueritate censuram.

Nota qui mores promebãt ad martyrij gloriam.

Ac nè aliquid ad exemplum bonorum factorũ deesset in uobis, etiam nunc in confessione uocis & passione corporis fratrum mentes ad diuina martyria prouocatis, duces vos ehibendo uirtutis: ut dũ grex pastores suus sequitur, & quod fieri à præpositis cernit, imitatur, paribus obsequiorum meritis à Domino coronetur. Quòd autem fustibus cæsi priùs grauiter & afflicti, per eiusmodi pęnas initiastis confessionis vestræ religiosa primordia, execranda nobis ista res non est. Neque enim ad fustes Christianum corpus expauit, cuius est spes omnis in ligno. Sacramentum salutis suæ Christi seruos agnouit: redemptus ligno ad uitam æternam, ligno prouectus est ad coronam. Quid verò mirum, si uasa aurea & argentea in metallum, id est, auri & argenti domicilium dati estis, nisi quòd nunc metallorum natura conuersa est, locaque, quæ aurum & argentum dare antè consueuerãt, accipere cęperunt? Imposuerunt quoquè compedes pedibus vestris, & membra felicia ac Dei templa infamibus vinculis ligauerunt: quasi cum corpore ligetur & spiritus, aut aurum vestrum ferri contagione maculetur. Dicatis Deo hominibus, & fidem suam religiosa virtute testantibus, ornamenta sunt ista, non vincula: nec Christianorum pedes ad infamiam copulant, sed clarificant ad coronam. O pedes feliciter vincti, qui non à fabro, sed à Domino resoluuntur. O pedes feliciter vincti, qui itinere salutari ad paradisum diriguntur. O pedes in seculo ad præsens ligati, vt sint semper apud Dominum liberi. O pedes compedibus & transuersariis interim cunctabundi, sed celeriter ad Christum glorioso itinere cursuri. Quantùm vult hic vel inuida crudelitas, uel maligna, nexibus vos suis & vinculis teneat: citò à terris & pęnis istis ad cęlorum regna venietis. Non fouetur in metallis lecto & culcitris corpus, sed refrigerio & solatio Christi fouetur. Humi iacent fessa laboribus viscera: sed pęna non est, cum Christo iacère. Squalent sine balneis membra, situ & sorde deformia: sed spiritaliter intùs abluitur, quod foris carnaliter sordidatur. Panis illic exiguus: at non in solo pane viuit homo, sed in sermone Dei. Vestis algentibus deest: sed qui Christum induit, & vestitus abundanter & cultus est. Semitonsi capitis capillus horrescit: sed cùm sit caput viri Christus, qualecunque illud caput deceat necesse est, quod ob Domini nomen insigne est. Omnis ista deformitas, detestabilis & terra gentilibus, quali splendore pensabitur? Secularis hæc & breuis pęna, quàm clari & ęterni honoris mercede mutabitur, cúm secundùm beati Apostoli vocem, transformauerit Dominus corpus humilitatis nostræ, confirmatũ corpori claritatis suæ?

Damnati ad metalla. *2. Tim. 2.*

Sãcti martyres fustibus cæsi.

Vincti cõpedibus.

Deut. 8.

2. Cor. 11.

Philip. 3.

Sed nec in illo, fratres dilectissimi, aliqua potest aut religionis, aut fidei iactura sentiri, quòd illic nũc sacerdotibus Dei facultas non datur offerendi & celebrandi sacrificia diuina. Celebratis, immò offertis sacrificium Deo & pretiosum pariter & gloriosum, & plurimùm vobis ad retributionem pręmiorum cęlestium profuturum, cùm scriptura diuina loquatur & dicat: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor cõtritum & humiliatum Deus non despicit. Hoc vos sacrificium Deo offertis, hoc sacrificium sine intermissione die ac nocte celebratis, hostię facti Deo, & vosmetipsos sanctas atque immaculatas victimas exhibẽtes, sicut Apostolus adhortatur & dicit. Oro ergò vos fratres per misericordiam Dei, vt constituatis corpora vestra hostiam viuam, sanctam, placentem Deo: nec configuremini seculo huic, sed transformamini in renouatione sensùs, ad probandum quæ sit volũtas Dei bona, & placens, & perfecta. Hoc est enim, quod præcipuè Deo placeat: hoc est, in quo maioribus meritis ad promerẽdam volũtatem Dei, opera nostra proueniant: hoc est, quod solum Domino de beneficiis eius grandibus & salutaribus fidei ac deuotionis nostræ obsequia retribuant, prædicante in Psalmis & cõtestante Spiritusancto: Quid retribuam, inquit, Domino pro omnibus, quæ tribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Preciosa in cõspectu Domini mors iustorum eius. Quis non libenter & promptè calicem salutis accipiat? quis non appetat gaudibundus & lætus, in quo aliquid & ipse Domino suo retribuat? quis non preciosam in conspectu Domini mortem fortiter & constanter excipiat, placiturus eius oculis, qui nos in congressione nominis sui desupèr spectans, volentes comprobat, adiuuat dimicantes, vincentes coronat, retributione bonitatis ac pietatis paternæ remunerãs in nobis, quicquid ipse præstitit, & honorans quod ipse perfecit? Ipsius enim esse, quòd vincimus, & quòd ad maximi certa-

Nota de Missæ sacrificio.

Psal. 50.

Rom. 12.

Merita operum.

Psal. 115.

minis

minis palmam subacto aduersario peruenimus, declarat & docet Dominus, in Euangelio suo dicens: Cùm autem vos tradiderint, nolite cogitare quomodò aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. & iterùm: Ponite in cordibus vestris non præmeditari excusare. Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere aduersarii vestri. In quo quidem & credentium magna fiducia est, & culpa grauissima perfidorum, non credere ei, qui se opem suam daturum confitentibus pollicetur: nec rursùs eundem timere, qui æternam pęnam negantibus comminatur.

Mar. 10.

Luc. 21.

Quæ vos omnia, fortissimi ac fidelissimi milites Christi, insinuastis fratribus nostris, implentes factis, quod verbis antè docuistis, futuri maximi in regno cęlorum, pollicente Domino & dicente: Qui fecerit, & sic docuerit, maximus vocabitur in regno cælorũ. Deniquè exemplum vestrum secuta multiplex plebis portio, confessa est vobiscum pariter, & pariter coronata est: connexa vobis vinculo fortissimę charitatis, & à præpositis suis nec carcere, nec metallo separata. Cuius numero nec virgines desunt, quibus ad sexagenarium fructum centenus accessit, quasque ad cælestem coronam gloria geminata prouexit. In pueris quoque virtus maior ætate, annos suos confessionis laude transcendit, vt martyrii vestri beatum gregem & sexus & ætas omnis ornaret. Qui nunc vobis, dilectissimi fratres, conscientiæ victricis vigor? quæ sublimitas animi? quæ in sensu exultantia? qui triumphus in pectore? vnumquenque vestrum stare ad promissum Dei præmium? de iudicii die esse securum? ambulare in metallo, captiuo quidem corpore, sed corde regnante? scire Christum secum esse præsentẽ, gaudentem tolerantia seruorum, per vestigia & vias suas ad regna æterna gradientium? Expectatis quotidiè læti profectionis vestræ salutarem diem, & iam iamque de seculo recessuri, ad martyrum munera & domicilia diuina properatis: post has mundi tenebras visuri candidissimam lucem, & accepturi maiorem passionibus omnibus & conflictationibus claritatem, Apostolo contestante & dicente: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad superuenturam claritatem, quæ reuelabitur in nobis. Planè quia nunc vobis in precibus efficacior sermo est, & ad impetrandum quod in pressuris petitur, facilior oratio est: Petite impensiùs & rogate, vt confessionem omnium nostrum dignatio diuina cõsummet, vt de istis tenebris & laqueis mundi nos quoquè vobiscum integros & gloriosos Deus liberet: vt qui hic charitatis & pacis vinculo copulati, contra hęreticorum iniurias & pressuras gentilium simul stetimus, pariter in regnis cælestibus gaudeamus. Opto vos, beatissimi ac dilectissimi fratres, in Domino benè valere, & nostri semper & vbiquè meminisse. Valete.

Matt. 5.

Multi martyres promiscui sexus & ætatis.

Rom. 8.

Tenebræ & laquei huius mũdi.

Nota.

MARTYRIVM SANCTARVM virginum, Menodoræ, Metrodoræ, & Nymphodoræ, authore Simeone Metaphraste.

10. Septẽbris.
Cap. 1.



NEC mulieribus quidem, nec puellis clausum est stadium martyrii: sed & ex morte contemnunt, & decessum habent pro ludo: immò vero ipsum honorant & amplectuntur, ea eo pulchras sibi merces comparantes, nempe regnum cælorum. Propterea ad mirabilis quoquè trinitas martyrum, & virginũ, Menodora, inquam, & Nymphodora & Metrodora, quę verè erant dona virginitatis, prompto & alacri animo ad hoc venerunt, & cum voluptate mortem susceperunt fortissimè, nõ quę ad inferos deducit, vt mors solet impiorum: sed ad æternos thalamos & sacros porticus, & ad ipsum iucundum sponsum Christum transmittit alacriter.

Sanctæ virgines Menodora, Nymphodora & Metrodora.
Cap. 2.

Atque modestè quidẽ & liberaliter fuerunt educatæ in Bithynia, (ea enim tanquàm generosos aliquot ramos has tulit virgines) & eas circunuolarunt gratię virginitatis: simul autem exortus est etiam flos in vultu, & rubor in genis. Nam & iucundissimum exhibebant spectaculum, & per speciem corporis animæ nobilitas sensim in eis relucebat: & erant pulchræ citra curiositatem. Paulatim autem eis excurrebat ętas, & amantes virginitatem, fugiebant hominum consuetudinem, & desiderabant solitudinem. Propter Christum ergò relicta, quę eos tulerat, patria, venit in quendam tumulum non procul Pythiis thermis, & temperanter in eo viuebant, & in omni alia virtutis exercitatione studiosæ erant & diligentes. Cùm autem procedente tempore admisissent omnem gratiã diuini spiritus, bonis resplendebant operibus & miraculis, & copia gratiarum erant reuerà ciuitas sita supra montem. Et ideò citò euadunt manifestæ, & multi ad eas confluebant: qui non solùm liberabantur à morbis & à malis spiritibus, sed fiebant etiam diuites luce animæ & salute. Hæc perueniunt etiam ad aures Frontonis, cuius fidei commissa fuerat regionis illius administratio, Maximiano tenente Romanorum imperium, & continuò mittit Fronto suum assessorem cum multis ministris & satellitibus, iubens vt quæreret virgines.

Fugiunt hominum consuetudinem.

Multis claruerunt miraculis.

Dùm autem inuentæ fuissent: Vndenàm, dicebat Iudex, tanta est vobis audacia, vt, mitto cætera, Deum colatis, quem neque ipse magnus Maximianus, neque nos honorantes in hodiernum vsque diem conspecti sumus? Nequaquàm autem perturbatæ, sed in eodem animæ statu manentes virgines: Nos, ò Iudex, dixerũt, non humano decreto Deum nosse didicimus: sed eũ vtiquè, qui semper est, & vniuersum intuetur, confitemur: qui etiam hunc continet ordinem vniuersorum, & potestate, non essentia, mente comprahenditur: qui munda vita delectatur, & virtute, & iis qui ex ea virtute vitam agunt, suæ bonitatis gratia solet apparère: & sub quo Reges imperant, & Tyranni terrã sua obtinent ditione. Virgines hæc valde constanter & concinnè respondentes Pręses intuens, & modestiam valdè est admiratus, & responsorum sapientiã. Diù itaque tacens, & hęc ducens pro miraculo, vix tandèm secundam intulit interrogationem, rogans quænam essent earum nomina, & quæ patria. Illæ autem: Primùm quidem, à Christo vocatæ sumus, dixerunt. Quòd si etiam nomen à baptismo impositum oporteat addere, vna quidem Menodora, altera autẽ Metrodora, deindè tertia Nymphodora, dicimur. Patria autem nobis est Bithynia. Ex eodem verò semine productæ sumus, & eadem matre sumus educatæ, & ab eisdem parentibus dilectæ sumus, & eandem matrem, & eundem patrem appellauimus. Eandem quoquè vitæ rationem secutæ sumus, & eandem adhuc tenemus sententiam.

Cap. 3.

Christum earum ore confessæ.

Morum itaque & verborum liberalitatem ille silentio admiratus, curiosè admodùm & callidè vafer ille conatus est protinùs virgines seducere: Ne ergò, dicens, quę dii ad concordiam bona dederunt, vos, ò charæ puellę, reddatis vana & inania: sed super hęc etiam alia ędificatæ, & mihi parentes, diis quoquè cõmuniter sacrificate, & tanquàm sorores in beneno-

Cap. 4.
Prima callida aggressio.

sentia erga eos consentire protinus, nec sustineat altera alteram sororem videre, turpissima, ò dii, & acerbissima patientem, & florem pulchritudinis probris & contumeliis miserabiliter affici. Hęc ergò, vt qui, quę oportet, dicam & vobis vtilia, à me accipite, & mihi parète, tanquàm patri, in vos paternam seruanti affectionem. Sic enim Imperatoris beneuolentiam assequèmini & gloriam, & vos excipiet affluentia & mare bonorum, & meritò felices semper existimabimini, & memoriæ mandabimini. Sin minùs, immane & crudele supplicium consumet pulchram vestram & teneram speciem.

Addit minas.

Ad hæc excipiens Menodora: At nobis, inquit, ò Iudex, nec quæ tu promittis, videntur esse magna: nec quæ tu rursùs minaris, possunt vllum terrorem incutere. Nam frui quidem diuinis, & deliciis, & gloria, & aliis iucundis, quo maiorem habet ad tempus voluptatem, eo stabilius ac diuturnius illic habet supplicium. Supplicia autem, & huius, in quę cadit interitus, corporis afflictio, nos quidem hic fortassè molestia afficiunt, & efficiunt, vt dolor aliquis sentiatur: lætitiam autem conciliabunt, quę nũquàm est desitura Nam malum quidem, quod à te infertur, est ad tempus: & bonum, quod confertur, pręterit: nostri autem Domini & id, quod affert molestiam, est æternum: & id quod lętitia afficit semper manet. Sic & magis videbimur sorores, & sorores animis potiùs, quàm corporibus, si sicut nos venter unus peperit, ità etiam mors consummet pro pietate, & idem suscipiat thalamus. Sic non dissoluetur nobis amicitia, neque à nobis inuicèm separabimur: sed perpetuam seruabimus nobis fraternitatem & coniunctionem, si ei, qui nos finxit sorores, exhibeamus etiam sororias voluntates. Sed te nõ negabimus, sponse Christe, coram hominibus. Nec tu ergò nos neges coram patre nostro, qui est in cęlis. Castiga itaque, ò Iudex, hunc tibi pulchrum florem corporis, & consumę flagellis. Nullũ enim ornamentum pulcherrimum, neque aurum, neque tegumentũ ullum magnificum & varium, ità ornauerit corpus, vt tuę plagæ, tua flagella, quæ nos iamdiù sitimus propter Christum, & quę adhuc magis desideramus.

Sapiẽtissimè respõdent virgines.

Menodora caeditur.

Hæc non moderatè tulit Iudex, sed omnem iram in hanc immisit virginem: & statim iubet, aliis duabus abductis, exutam Menodoram cædi à quatuor lictoribus, & sic exclamare pręconem: Deos cole: bonis verbis & laudibus prosequere Imperatorem: latas leges noli iniuria afficere. Illa autem, cùm duabus horis cęderetur, nullum sensit dolorem. Nam propter insignem generositatem ne plagis quidem ingemiscebat. Vultus autem rubor nihil omninò expalluit: toto enim oculo adspiciebat ad futura, speque suspẽsus & erectus erat eius animus. Stultus autem Iudex, qui hæc perspicere non poterat, (occæcatos enim habebat oculos animæ) existimabat se propter tormenta molliorem habiturum martyrem, & ad ea, ad quę prius, eam hortabatur, & iubebat rursùs sacrificare. Illa verò, Et quodnam, inquit, aliud, præter hoc, opus à me factum est? An non vides, quòd me totam Deo meo sacrificaui? Quænam enim est meo sanguini vtilitas, dum descendo in interitum, si non eum priùs meo sponso sacrificauero? Hæc cùm veluti quædam scintilla cecidissent in animum assessoris, eum magis accenderunt, & eius furorem vehementiùs inflammarunt, & armauerunt contra sacram illam animam. Et virgis ossa conterebantur, & confringebantur genę roseę martyri, quę non mouebatur omninò, nec concidebat. Erat enim omni ex parte alligata ualido ac firmo Christi desiderio. Deindè sponso suum aduentum significat. Et cùm magna uoce clamasset, Domine Iesu Christe, mea auxiliatio, meus amor, ad te spem meam confugio, accipe in pace meam animam: & ipsum emisit spiritum, & præclarè ascendit ad spõsum, quem diligebat, pro ipso susceptis stigmatibus, & vulnerum cicatricibus exornata, & quouis flore speciosiùs & iucundiùs variata.

Nõ sentit dolorem.

Martyriũ Deo gratissimum sacrificiũ.

O felicem sãctissimæ virginis decessum.

Cap. 6.

Post quartum autem diem cùm apud se consultasset assessor, nè ab aliis quoquè eius sororibus uinceretur, & animum versasset in omnem partem, & mẽtis quodammodò intima explicasset penetralia, Metrodoram quidem & Nymphodoram ducit ad tribunal. Eas autem ille quidem miser sub suum producit conspectum, & ponit ante pedes virginales pulchrum illud corpus sororis, quod non habebat amictum, non integumentum, totum tumidum & confectum uibicibus, apertaque flagrorum & plagarum vestigia ferẽs in omni membro, & quasi sentibus obsitum uulnerib^9, mirabile quoddam spectaculum, & nec ipsis quidem oculis credibile. Sic enim existimabat fore, ut eas obstupefaceret, & metum eis afferret, timentibus, nè eis tale aliquid eueniret. Sed illius quidem corpus sic fuit propositum, & omnes qui circumsistebant, animo perturbabantur, & manifestas effundebãt lachrymas, & eo spectaculo mouebantur ad misericordiam, præter sæuam & immanem animam Iudicis. Eum enim non misericordia, sed ira potiùs subibat & indignatio. Illę autem trahebantur quidem à propriis uisceribus ad lachrymandum: sed id, eis nequaquàm permisit conscientia. Sciebant enim & martyrem esse sororem, & ipsas quoquè posteà futuras, & ad ipsã mox esse uenturas per consummationem. Itaque sic fuerunt affectæ, perindè ac si uenissent ad thalamos sororis: erantque valdè lętæ & plenæ voluptate, ut quæ eam deducerent ad thalamos, in quos non cadit interitus, & ut nec ipsæ ab iis essent remotę, properarent. Sed Iudex etiamsi tam forti & tam excelso fuissent animo ad conspectum sororis, non desperauit tamẽ se eas esse persuasurum: sed (ut est in prouerbio) omnẽ mouit lapidem, partim quidem minis tormentorum tentâs earum labefactare animum: partim autem bonorum promissis illicere: &, Si sacrificaueritis, inquit, scribam statim ad Imperatorem. Ille autem pecuniis & opibus multis nos donabit, vosque viris genere & dignitate clarissimis coniunget matrimonio, & inuenietis sponsos dignos vestra pulchritudine.

Metrodora cũ sorore ducitur ad tribunal.

Sorores eius victoria lætantur.

Et is quidem hęc: illæ autem, Quousquè, dicebant, non cessabis miser, non nostro solùm scopo, sed etiã tibiipsi dicere contraria? & nunc quidem nos uocare sorores huius beatæ, nũc autem nos aggredi, tãquàm alienas, & quæ facilè possunt vinci? Si nos ergò credidisti esse sorores genere, hanc etiam pro pietate constantiam, & nihil abiectum & illiberale, neque tali sorore, neque illa, ex qua tres rami orti sumus, radice indignum inuenturum existima. Sin autem vis scire, qualis sit nostra constantia, ex ea quę præcessit, accuratè intellige. Si enim ea, cùm nullum haberet exemplar propositum, tantam ostendit uirtutem: quidnam fecerimus nos, tale exemplar, nempe sororem, adspicientes? An non uides, quemadmodùm illa uel iacẽs nos adhortatur, & cognationem reuocat in memoriam, & ad talem zelum nobis addit animum, seipsã prabens pulchrum exemplar decertationis? A qua certò scias nos non esse discessuras, neque illius nobilitatem habituras contemptui. Non fallemus parẽtes, illius solius parentes esse persuadentes, si in periculum ueniamus de pietate. Valeant diuitiæ, ualeat gloria, & hæc, quæ sunt è terra, & rursùs in terram reuertuntur. Valeant proci, in quos cadit interitus. Habemus nos Christum nostrum sponsum, quem valdè amamus, & cui cùm dotem solùm dederimus, eam, quam pro ipso subimus, mortem, sacros immortales & ęter-

Cap. 7.

Contemnũt iudicis illã dementiam.

& æternos accipiemus thalamos, & præclarè apud ipsum regnabimus.

Cap. 8. Ex his intelligens Iudex se nihil quidem effecturũ, feruenti tamen iræ indulgens, secundam sororem seorsum dat secundo loco torquendam. Et sublimè quidem in ligno pendet mulierum fortissima Metrodora, lampades autem ignis eam vrebant ex omni parte: & cùm spatio duarum horarum hoc graui premeretur supplicio, solùm suum clamabat amatorem, & eius inuocabat auxilium. Sed neque Idolorum negligebat deceptionem, sed & eam subsannabat, &, id quod erat reuerà, turpem ostendebat & ridiculam. Deincèps autem generosam quidem illam virginem illinc deducit, ferreis verò vectibus subiicit, & vniuersum eius corpus præmit & confringit. Illa autem defatigatam iam sentiens naturam, sponsum dilectum alloquitur, ut quæ per mortem ei appropinquaret, & sibi parat thalamum. Deindè animam suam credit manibus Angelorum, & tota ad ipsum excedit. Iniquus autem ille Iudex spem omnem abiiciens, & non ualens ferre summum dedecus, sibi tamen quandam relinquebat consolationem, nempe tertiam sororem. Et cùm producendam curasset Nymphodoram, mansuetudinem & hilaritatem impudenter simulauit, & ei dixit: Mihi morem gere, ò pulchra adolescentula, quam ego plùs, quàm alias (deorum amicæ id sciunt gratiæ) & admiror propter pulchritudinem, & ætatis misereor. Morem mihi gere, qui non necinus, quàm germanæ filiæ tuo incendor amore: & accedens (quidnam est hoc graue?) deos solùm adora, & statim maximam quidem tibi gratiam habebit Imperator: dabit autem pecunias & honores, & quod est longè maximum, apud ipsum fiduciam. Sin minùs, hei mihi, tu quoquè ipsa malè peribis: neque hęc mors acerba tibi quicquam omninò proderit, quomodò nec tuis profuit sororibus.

Metrodora lāpadibus uritur.

Ferreis vectibus conteritur & abit ad sponsum suum.

Nymphodora sistit Iudici.

Cap. 9. Cùm sic dixisset Iudex, postremò aũt eam & prudentẽ & cæteris vocasset sapientiorẽ, illa alia ei' verba nõ magis curans, q̃ nugas, id autẽ solùm, q eam vocabat prudentem, excipit us: Non te pudet, inquit, nec erubescis, nunc quidem nominare prudentem, nũc autẽ verum Deum relinquentem, iubere ad tuos accedere dæmones? Et quonam modo, inquit, extremæ non fuerit hoc insaniæ, & mentis planè emotæ, à communi Domino & vniuersorum opifice deficientem sequi manuum opera, quę carent sensu & intelligentia, & ea colere, tanquàm deos? Quęnam ex eis possim sperare, & quænam lucrifacere, dic mihi, & accipio. Ostende mihi, quid boni sis consecutus ex tua in illos spe, & parebo. Sed nihil potes dicere. Reuerà enim simulacra gentium, argentum & aurum, opera manuũ hominum. Similes illis fiant, qui colunt ea. Et ideò nè parcas ea, quæ velis, facere. En tibi carnes paratæ pati propter Christum, & magis, quàm tu uos punire, Tunc ignorans scelestus, quid ageret, & quamnã spẽ apprehenderet, (per omnia enim fuerat repulsus) hãc quoquè sublimem in ligno extollit, & ferreis eam discerpit vngulis. Sed illa ad hoc nullam neque vocem, neque gemitum emittebat: apertè autem ostendebat, se cum Deo colloqui. Et hoc docebant & labra, quæ mouebantur, & oculi, quos ad cælũ extollebat. Ille autem stolidus rursùs quoquè verbis eam est aggressus, nõ citra violentiã, & per præconẽ iussit eam sacrificare, & liberari a tormentis. Illa verò dicebat: Me Domino meo sacrificaui, propter quẽ uel pati est uoluptas, & mori lucrum. Illud autem iniusto iudici maiorem accendit furorem. Deindè autem eam quoquè ferreis conterit & confregit vectibus. Sed huius quoquè omninò curam similiter gerebat Deus vt sororũ, & efficiebat, vt immane vinceret suppliciũ, & aduersus ipsam fortis staret naturã. Deindè eam quoquè ad se accersit, & virgo libẽter deponit animã in sinu amatoris.

Nymphodora iudicẽ pudefacit.

Psal. 113.

Ferreis vngulis discerpitur.

Vectibus ferreis conteritur, et migrat in cælos.

Cap. 10. Impius autem Iudex iræ vtens auxilio, etiam in ipsa mortua corpora bellũ gerit: & cùm accendisset fornacem, eamque aluisset multa & apta materia, in ipsam iaculatur corpora martyrica. Deus autem amator animarum, nec corpora quidem neglexit: sed magna vis repentè erumpens tonitruum & fulgorũ, præuènit ignem fornacis, & ipsum iudicem, &, quæ ei seruiebat, multitudinem in fauillam redigit & fuliginẽ. Et hoc inuenerunt procemium gehennæ, quæ nunquàm definit, qui erant illa sola reuerà digni. Vehemens autem repentè erumpens pluuia, extinguit fornacem: & cùm statim auidis manibus virginum corpora pii sustulissent, magnificeque ornassent & composuissent, foderunt eis sepulcrum in loco earum consummationis: Deo hoc quoquè prouidente admirabiliter, vt quas vnus peperit vterus, eis quoquè unum daretur sepulcrum: & quarum animæ vnum & eundẽ sunt thalamum consecutæ, earum ne surdus quidem cinis separaretur: sed sorores in vita, sorores in cęlis, sorores etiam in terra ostenderentur. Templum autẽ in hodiernum vsque diem positum est in earum sepulcro, instàr cuiusdam fluuii intùs effundens miracula.

Vltio diuina in impium iudicem & se...

Innumera miracula ad sepulcrũ harũ martyrũ.

Hæc audiant sorores, & vniuersæ mulieres, tã virgines, quàm quæ sunt coniunctæ matrimonio. Et illæ quidem sic se inuicem diligant: hæ autem suam non condemnent naturam. Nam fœminis quoquè aperta est ianua martyrii. Omnes autem similiter & mortẽ & omnia contemnant, vt similia quoquè consequantur ab eius bonitate & benignitate. Quæ detur nobis omnibus consequi gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi: cum quo patri simul cum sancto spiritu gloria, bonor & potentia, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE S. SALVIO EPISCOPO, EX historiæ Francorum Gregorii Turonen. Lib. 7. Cap. 1.



ICET sit studium historiam prosequi, quam priorum librorum ordo reliquit: tamen priùs aliqua de beati Saluii Episcopi obitu exposcit loqui deuotio, qui hoc anno obiisse probatur. Hic diù, vt ipse referre erat solitus, in habitu seculari commoratus, cum iudicibus seculi mundiales causas est executus: nunquàm tamen se in his concupiscentiis obligans, quibus adolescentium animus solitus est implicari. Iam cùm diuini spiramenti ordo interna viscerum attigisset, relicta seculari militia, monasterium expetiuit, intellexitque vir iam tunc diuinitati deditus, meliua esse paupertatem cum Dei timore, quàm seculi prætereuntis lucra sectari. In quo monasterio diù sub regula à patribus instituta versatus est. Iam verò cùm in robore maiori tam intellectus, quàm ętatis excreuisset, defuncto Abbate, qui huic monasterio præerat, alendi gregis suscipit officium: & qui se magis fratribus publicum pro correctione reddere debuerat, fit assumpto honore remotior. ilicò namque sibi secretiorem cellulam quærit. In priore verò, vt ipse asserebat, ampliùs quam nouem vicibus, nimia exesus abstinentia, pellem corporis demutauit.

10. Septembris.

S. Saluius fit monach'.

Indè Abbas.

Deniquè accepto honore, cùm solita parsimonia orationi & lectioni vacaret, illud plerunquè reuoluebat, melius sibi fieri, si esset inter monachos occultus, quam accepto nomine Abbatis, in populis. Quid plura? includitur valedicens fratribus, sibique ipsis valedicentibus.

Degit inclusus.

dicentibus. In qua inclusione in omni abstinẽtia magis, quam prius egerat, commoratur, studens pro charitatis obsequio, vt cùm quisque venisset extraneus, & orationem tribueret, & eulogias gratia plenissima ministraret, quę multis infirmis plerunquè salutem integram detulerunt.

Quodam autem tempore, febre nimia exhaustus, anhelus iacebat in lectulo. Et eccè subitò magno lumine cellula clarificata contremuit. At ille extensis ad cælum manibus, cum gratiarum actione spiritum exhalauit. *Abit è uita.* Mixto igitur vlulatu monachi cum ipsius genitrice corpus defuncti extrahunt, aqua abluunt, vestimentis induunt, & feretro superponunt, atque in psallentio fletuq; labentẽ exigunt noctem. Manè autẽ facto, funeris officio præparato, corpus moueri cœpit in feretro: *Reuiuiscit.* Et eccè malis rubescentibus, vir quasi de graui somno suscitatus excutitur, apertisque oculis, & manibus eleuatis, ait: O Domine misericors, quid fecisti mihi, vt me in hunc tenebrosum mundanę habitationis locum redire permitteres, cùm mihi melior esset in cęlo tua misericordia, quàm istius mũdi vita nequissima? Stupentibus autem suis, & interrogantibus, quid fuerit tale prodigium, nihil eis respõdit. Surgẽs autẽ de feretro, nihilque mali sentiens de incommodo, quo laborauerat, triduò absque cibi ac poculi perstitit alimento. Die autem tertio conuocatis monachis & matre, ait: Audite, ó dilectissimi, & intelligite, quia nihil est, quod cernitis in hoc mundo, sed uana id, quod Salomon propheta cecinit, omnia vanitas. *Eccles. 1.* Felix verò est ille, qui ea agere potest in seculo, vt gloriam Dei cernere mereatur in cælo. Et cùm hæc diceret, dubitare cœpit, vtrum loqueretur amplius, an sileret. Quo tacente, coactus fratrum precibus, vt quid vidisset exponeret, ait.

Mirabilis eius uisio. Cùm me ante hos quatuor dies, contremiscẽte cellula, exanimem vidistis, appræhensus à duobus Angelis, in cælorum excelsa sublatus sum, ità ut non solùm hoc squalidum seculum, verumetiam nubes, lunam, solem & sidera sub pedibus habere putarem. Deindè per portam luce ista clariorem, introductus sum in illud habitaculum, in quo omne pauimentum erat quasi aurum argentumque renitens, lux ineffabilis, amplitudo inenarrabilis: quam ità multitudo promiscui sexus obtexerat, vt longitudo ac altitudo catæruę prorsùs peruideri non posset. Cùmque nobis via inter cõprimentes ab his, qui præcedebant, Angelis pararetur, peruenimus ad locum, quem iam de longinquo contemplabamur, eique superpendebat nubes omni luce lucidior, in qua non sol, non luna, nõ astrum cerni poterat, sed super his omnibus quiddam naturali luce splendidius effulgebat. Et vox procedebat de nube, quasi vox aquarum multarum. Ibì etiam me peccatorem humiliter salutabant viri in veste sacerdotali, ac seculari, eosque mihi, qui præcedebant, enarrauerunt esse martyres, ac confessores, quos hic summo excolimus famulatu. *Nota, Sũmo excolimus famulatu martyres &c.*

Stans igitur in loco, in quo iussus sum, operuit me odor nimiæ suauitatis, ità ut ab hac suauitate refect⁹, nullum adhuc cibum potumque desiderem. Et audiui vocem dicentem: Reuertatur hic in seculum, quoniã necessarius est Ecclesiis nostris. Vox autem solùm audiebatur; nam qui loqueretur, penitùs cerni non poterat. Et ego prostratus super pauimentum, cum fletu dicebam: Eheu, Domine, cur mihi hæc ostendisti, si ab his frustrandus eram? Ecce hodiè eiicis me à facie tua, vt reuertar ad seculum fragile, & huc vltrà redire non valeam. Nè quęso, Domine, auferas misericordiam tuam à me, sed deprecor, vt permittas me hic habitare, ne illuc dècidens peream. Et ait vox, quæ loquebatur mihi: Vade in pace: ego enim sum custos tuus, donèc reducam te in hunc locum. Tunc relictus à comitibus meis, descendens cum fletu per portam, qua ingressus fueram, huc sum regressus.

Hęc eo loquente, stupentibus cunctis, qui aderant, cœpit iterùm sanctus Dei cum lachrymis dicere: Væ mihi, quia tale mysterium ausus sum reuelare. *Recedit ab eo cælestis odor, quòd secreta cælestia reuelarit.* Eccè enim odor suauitatis, quam de loco sancto hauserã, & in quo per hoc triduum sine vllo cibo potuque sustentatus sum, recessit à me. Sed & lingua mea granibus est operta uulneribus, & ità tumefacta, ut omne os meum videatur implere. Et scio, quia non fuit beneplacitum Domino Deo meo, vt hæc arcana vulgarentur. Sed tu nosti, Domine, quia in simplicitate cordis hęc feci, non in iactantia mentis. Sed quæso indulgeas, & non me derelinquas iuxta pollicitationem tuam. Et hæc dicens, siluit, & accepit cibum ac potum.

Ego uerò hæc scribens, vereor nè alicui legẽti sint incredibilia, iuxtà id, quod Salustius historiam scribẽs ait, vbi de uirtute atque gloria bonorum tractat: Quę sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit: supra ea velutì ficta pro falsis ducit. Nã testor Deum omnipotentem, quia ab ipsius ore omnia, quę retuli, audita cognoui. Post multum verò tempus ipse vir beatus cellula sua extractus, ad Episcopatum electus, & inuitus est ordinatus. In quo, vt opinor, decimum annum cúm ageret, inualescente apud Albigensem vrbem inguinario morbo, & maxima iam parte de populo illo defuncta, cùm iam pauci de ciuibus remanerent, vir beatus tanquàm bonus pastor, nunquàm ab illis recedere voluit, sed semper hortabatur eos, qui relicti erant, orationi incumbere, ac vigiliis instanter insistere, & bona semper tam in operibus, quàm in cogitatione versare, dicens: Hæc agite, vt si vos Deus de hoc mundo migrare voluerit, non in iudicium, sed in requiem introire possitis. *Nota bonã boni pastoris doctrinam.*

Cùm autem, vt credo, iam reuelante Domino, tempus suæ vocationis agnoscere, ipse sibi sarcophagum composuit, corpus abluit, vestem induit, & sic intentum semper cælo beatum spiritum exhalauit. *Abit in cælos.* Fuit autem magnæ sanctitatis, minimæque cupiditatis, aurũ nunquàm habere volens. Quod si fortè coactus accepisset, protinùs pauperibus erogabat. Huius tempore eùm Mummolus patritius multos captiuos ab ea vrbe duxisset, prosecutus ille, omnes redemit. *Benignitas eius in pauperes & captiuos.* Tantamque ei Dominus gratiam cum populo illo tribuit, ut ipsi etiam, qui captiuos duxerant, & de precio ei concederent, & iniquum minuerent. Sicque patriæ suæ captiuos libertati pristinæ restaurauit. Multa alia de hoc viro bona audiui, sed dum ad historię cęptum reuerti cupio, plurima prætermitto.

Ex eiusdem Historia Lib. 5. Cap. 50.

ET licèt de beati Saluii Episcopi collocutione superiùs memorare debueram: sed quia mentem excessit, esse sacrilegum non arbitror, si in posterum scribatur. Igitur eùm vale post synodum memoratam Regi iam dicto, ad propria redire vellemus, non antè discedere placuit, nisi hunc virum libatis osculis linqueremus. Quem quæsitum, in atrio Brinnacensis domus reperi. Cui dixi, quòd iam eram ad propria rediturus. Tunc remoti paululùm, dum hincindè sermocinaremur, ait mihi: Videsnè super hoc tectum, quæ ego suspicio? Cui ego: Video enim super tegulum, quod nupèr Rex poni præcepit. Et ille: Aliud, inquit, non adspicis? Cui ego: Nihil, inquam, aliud video. suspicabar autem aliquid ioculariter loqueretur: & adieci: Si tu aliquid magis cernis, enarra. At ille at-

se attrahens suspitia, ait: video ego enagiuatum iræ diuinæ gladium, super domum hanc dependentem. Veruntamen non fefellit dictio sacerdotem. Nā post dies viginti, duo filii Regis, quos superiùs mortuos scripsimus, obierunt.

Visio sancti mors.

VITA SANCTI THEODARDI

Episcopi Traiectensis & martyris, authore, ni fallor, Sigeberto Gemblacensi. Is enim testatur se eius vitam vrbaniori stylo meliorasse: sed codex MS. nomen eius non habebat. Nos capitula adiecimus margini.

10 Septēbris.
Cap. 1.



BEATVS Theodardus natus in Gallia, clarebat pro nobili parentū prosapia, regni decus & Ecclesię gloria futurus. Eo tempore regnum Francorum regebat Chilperici filius Clotarius, nomine & fortitudine referens auū suū Clotarium, filium* Ludouici, qui gentem Francorum, secum à beato Remigio baptizatam fecit adscribi ad æterni Regis militiam. Igitur sub Clotario secundo Theodardus à pueritia vsque ad biuium adolescentiæ prouectus, contempsit latam viam, in qua multos vocatos, sinistrorsùm euagari videbat: & elegit arctam viam, per quam pauci electi ad vitam dextrorsùm tendunt. Ex deuotione quippè parentum suorum mancipatus monasteriali disciplinę, voluntariè portabat leue iugum Christi. Et quia iuxta vocem Dominicam, non poterat arbor bona fructus malos facere, ostēdebat in flore crescētis ętatis, quàm suauem & quàm vberem fructum daret in tempore suo. Nempe gratia Dei, quæ eum præuenerat, vt bona vellet: subsequebatur etiam, vt perficere posset. Sicut enim arridente tempore, bona aeris temperie, vberiùs terra fructificat: ità tempore Regis Clotarii, arridente rerum tranquillitate, sancta Ecclesia in sanctis Dei vberiùs fructificabat, quos exteriùs nulla aut rara rerum procella inquietabat. Nam feruentibus bellis per totum penè orbem terrarum, Longobardis Italiam vexantibus, quam recenti tempore inuaserant: Asiam verò & Africam modò Persis, modò Saracenis incursantibus, solæ, quas Franci incolebant, Galliæ firma pace gaudebant, & cęteris gentibus pro salute pugnantibus, Franci pro gloria pugnabant.

** Is etiam Clodoueus dicitur.*
S. Theodardus efficitur monachus.
Matth. 7.
Longobardi vexāt Italiam.

Cap. 2.

Sed hoc non tantùm humanæ virtuti, quantùm diuinę pietati est adscribendum, quę tunc temporis proceres regni & Ecclesiæ armauerat prudentia & fortitudine, sanctitate & sapientia, vt per eos longè lateque prosperaretur regnum & Ecclesia. Quos quanti fecerit Deus, totus penè mundus sensit, in hoc maximè, quòd eo tempore Heraclius Imperator Romanorum, victis Persis, Crucem Christi, quam Persæ, incensa Hierusalem, absportatam, annos quindecim tenuerant, reuexit in Hierusalem, & diem Exaltationis eius celebrari edixit. Vt sciamus autē qui fuerint illi, quorum exemplo vel instituto Theodardus meliora charismata æmulabatur, à paucis multos, a vicinis longinquos, à notis colligamus ignotos. In iis præminebat Arnulphus, ex Maiore domus, Metensium Episcopus: Eligius, ex aurifice pòst Nouiomensis Episcopus: Iohānes, etiam Tungrensis ex laico in Episcopum eodem signo, quo primus Aaron à Deo electus, dum huius quoquè virga, quam manu gestabat, in terram iussu Angeli defixa, reuiruit, fronduit, floruit, fructificauit. Tales Theodardus imitando, gemina scientia proficiebat horum lateri adhærens, Palatinis principibus notus & charus erat.

Heracl⁹ Impator Crucem Christi recipit a Persis.
Num. 17.

Cap. 3.

Iam fama de nomine eius ascenderat ad soliū Dagoberti, post patrem Clotarium regnantis, & post famam veritas rei ad animum quoquè Regis illum admittebat. Iamque Deus, qui potēs erat, vt in seruo suo Theodardo omnem gratiam abundare faceret, parabat causam, vt inter multi nominis viros, hunc quoquè multo nomine dignum faceret. Siquidem sub Dagoberto, pro feliciori tēporis illius successu, multo plures accendebat gratia Spiritussancti, vt pro lucrandis Deo animabus, operam darent in fundandis monasteriis. Primus horum occurrit nobis Landolinus: qui ex prædone in præconem fidei alteratus, Lobiense cœnobium fecit esse fundamentum suæ deuotionis. Aldegundis thalamum suæ virginitatis sponso suo Christo in Malbodiensi cœnobio locauit. Soror eius Vualdetrudis, sexagesimum continentiæ fructum in monasterio Castrilocensi seminauit, cuius sponsus Vincentius Dux, triumphato mundo, vexillum Deo in Alto monte erexit. Ecquid verò opus est prædicare nobilitatem Gertrudis Niuellensis, cuius nominis gloria est diffusior, quàm tota Gallia? His cultoribus fidei Dominum messis rogantibus, ut in multam messem multos operarios mitteret; peregrinos operarios direxit à transmarinis partibus, Bertuinū, Ettonem, & alios. Follianum cum fratribus suis Vltano & Furseo: ex quibus Foillanus Fossense cœnobiū fundauit, & martyrio suo sacrauit.

Sub Dagoberto multa cōdunt monasteria.
S. Aldegūdis & Vualdetrudis moniales.
Istiꝰ Gertrudis vita habet 17. Martij.

Cap. 4.

Præuidit verò diuinę dispensationis oculus, nè inter tot & tales viros dilecto suo Theodardo deesset locus, in quo & ipse, erecto fornice triumphali, victorias suas depingeret, & spolia de hostibus capta affigeret. Sigebertus post patrem suum Dagobertum regnans in* Austria, potentiam regalem honorificabat affectu diuinæ religionis, vt probaret non esse ociosum, quod Deus de eo ostenderat, miraculum. Nam cùm sanctus Amandus catechizaret eum, vix quadraginta dies à natiuitate habentem, finita oratione, cùm nemo circunstantium responderet; Amen: aperuit Deus os eius, & cunctis audientibus, clara voce respondit, Amen. Hic Deum adoptans sibi rerum suarū hęredem, duodecim constituit monasteria: sed in fundando Stabulensi cęnobio impensiùs instabat, cooperante sibi Maiore domus Grimoaldo in ædificando monasterio in loco, qui dicitur Malmundarium. Hi communicato consilio cum Remaclo Tungrensium Episcopo, & Cuniberto Coloniensi Episcopo, ad quorum diœceses loca illa appendebant, nullum magis Theodardo idoneum inuenerunt, quem locis illis præficerent, vt superponeret spirituale fundamentum in summo angulari lapide Christo Iesu.

** Austrasia.*
Sigebertus Rex duodecim condit monasteria.
Theodardus fit Abbas.

Cap. 5.

Theodardus verò sciens, quòd onus, nō honor, imponitur pręesse nescienti, malebat esse, quàm vocari Abbas, vt omnia omnibus factus, omnes lucrifaceret. Postremò talem se exhibuit, vt à regno & ab Ecclesia meritò diceretur ei: Maior est sapientia tua, & maiora opera tua, quàm rumor, quem de te audiuimus. Remaclus interim pro regimine Tungrensis Episcopatus paterna quidem solicitudine laborabat, sed hoc eum malè habebat, quòd malè sibi responderent prouentus fructuum. Vndè pertæsus laborum, recurrebat ad portum solitarię vitæ, vndè à Rege Dagoberto extractus, nauim ecclesiæ susceperat regendam. Itaque Regem Sigebertum adit, & impossibilitatis suæ causas prætendens, missionem sibi dari, & ecclesię canonica authoritate pastorem substitui petit. Res à palatio ad Ecclesiæ iudicium defertur, Ecclesia palatio assentitur. Remaclus onere Episcopalis sarcinæ expeditus, & de naufragio mundi se enatasse lætatus, portum

3. Reg. 10.

Stabu-

Stabulensis cœnobii expetiit, & contemplationi vacans, habitauit secum. De Episcopo substituendo in commune facta deliberatione, ad Theodardum recurritur, & ex omnibus solus placet, qui dignè omnibus præesse debeat. Quia enim, secundum Apostolum, benè ministrauerat, bonum gradum sibi acquisierat. Pari ergò consensu Ecclesiæ & palatii, & vnanimi applausu Cleri & populi Theodardus electus, & à Cuniberto Episcopo in Episcopum consecratus, præsedit ecclesiæ Traiectensi, vicesimus octauus à Materno, primo Tungrensium Episcopo. Et quoniam vt de virtute in virtutem ibat, ità de honore ad honorem promotus fuit, pro speculo proponebat sibi in animo Paulum Apostolum: qui qualis debeat esse Episcopus, viua adhuc voce eloquitur. Hoc magisterio, quia se omnibus conformabat, omnium in se affectus transferebat: & quanuis omnes gloria anteiret, omnibus tamen charus erat. Porrò etiam potens erat exhortari in doctrina sana, & contradicentes redarguere: quia quod docebat verbo, ostendebat exemplo. Præcepto enim & exemplo Domini Iesu, quia maior erat omnium, erat omnium seruus & ministerante, omnia induitus armaturam Dei, succinctus lumbos suos in veritate, indutus loricam iustitiæ, calceatus pedes in præparatione Euangelii pacis, galea salutis, & scuto fidei, & gladio spiritus, quod est verbum Dei, munitus cõfortabatur in Domino, & in potentia virtutis eius, vt posset stare aduersùs insidias diaboli, & debellare spiritualia nequitiæ in cœlestibus.

S. Remaclus abdicat Episcopatu, cõfert se ad Stabulens. monasterium.
1. Tim. 3.
Theodardus creat Episcop.
1. Tim. 3.
Optima docendi ratio.
Luc. 22.
Ephes. 6.

Cap. 6. Cumque vrgeret eum instantia sua quotidiana, sollicitudo scilicet omnium ecclesiarum, nihil remissi patiebatur, nullum locum dabat desidiæ, sed nocte ac die salutem suam operabatur. Attendens etiam, quod Deus per Ezechielem prophetam comminatur pastoribus, qui semetipsos & non gregem Dei pascunt, pascebat gregem Dei secundùm Deum, non turpis lucri gratia, sed voluntariè: non dominans in Cleros, sed forma factus gregis ex animo: vt cùm veniret princeps pastorum, perciperet immarcescibilem gloriæ coronam.

Ezec. 34.
1. Pet. 5.

Cap. 7. Lambertus bonæ indolis hoc tempore in bonam spem adolescebat, quem pater eius vir illustrissimus Aper commiserat viro Dei Landoaldo, Amandi Episcopi Archipresbytero: vt eius pueriles annos disciplina regulari & doctrina liberali imbueret. Pater gaudens filium rudimentis vtriusque scientiæ à Landoaldo ad votum suum esse initiatum, commisit eum etiã Theodardi magisterio: vt quo ampliùs de multorum hauriret scientia, eo ampliori proficeret gratia. Vt verò argentum tum fit melius, cùm ab aurifabro inauratur: ità Lambertus naturalis ingenii argento resplẽdens, dum ex addito Theodardi magisterio melioratur, quasi ex superposita auri materia ampliùs decoratur. Theodardus porrò in seipso expertus, quoniã diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, gaudebat omnia sibi prosperè cedere, & laborem suũ bonus prouentuum fructus alleuiabat. Cùm ergò multa per Dei gratiam & suam industriam restauraret, hæc cura eum remordebat acriùs, quòd possessiones ecclesiæ suæ à domesticis hostibus & iniquis raptoribus direptas nouerat, & multo iam tempore ab ecclesiæ alienatas iure, in ius iniquorum cessisse. Hoc accidisse dolebat ex nota temporum, & maiorum suorum negligentia. Ea nota temporum, quia securitas ex longo pacis odio contracta, multos a respectu diuini timoris auertebat, & ex rerum affluentia irrepserat bonorum morum negligentia, & cessantibus externis bellis, intestinis animorum bellis periclitabãtur. Indè passim contra Ecclesiam Dei dominãte iniustitia, quæ semper primos impetus erexit contra bonorum innocentiam, non opitulabatur Ecclesiæ Dei alicuius iustitia, nulla ei principum patrocinabatur potentia. Hic dolor non paruus Theodardo præsuli incumbebat, Traiectensem ecclesiam magna possessionum suarum quantitate esse mutilatam, & per triginta circiter annos, nullum pro Ecclesiæ Dei iure repugnasse, vel saltem reclamasse.

S. Lambert' instituitur à Lãdoaldo.
Itèm a Theodardo.
Rom. 8.
Possessiones Tungrẽ. ecclesia ab improbis occupata.

Cap. 8. Amandus enim, cuius sanctitas paucis laudari non debet, pro eo quòd Regem Sigebertum baptizauit, & de sonte suscepit, coactus est Dagoberti Regis precibus, vt Iohanne Episcopo defuncto, Episcopatum Traiectensem susciperet. Sed irruentibus vndiquè in Ecclesiæ nauim tempestatum procellis, cogitans quod ait Apostolus, quia nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus: post triennium Episcopatu relicto, in portum optatæ quietis se recepit. Cuius uices Landoaldus Archipresbyter eius, opportunè per nouem annos executus, pro Ecclesia stare non potuit, quia nihil Pontificalis iuris habebat. Ea verò omnia raptoribus opportuna erant. De Remaclo, quòd non potuerat brachia tendere contra torrentem inundantium malorum, Theodardus suis oculis & auribus credebat. Ipse suscepto Dominicæ nauis gubernaculo, inconstantiæ notam timebat, si periculis impulsus, loco cederet. Nè ergò diutina iniustitiæ impùnitas ampliùs inolesceret, accinxit se viriliter, & stans pro castris Ecclesiæ, clamare non cessabat: quasi tuba exaltans vocem suam, annunciabat populo scelera eorum, & raptoribus peccata eorum. Quasi aquila stans super domum Dei, acumine oculorum versutias iniquorum præuidebat, & vnguibus se defendebat. Et quia erat ei integritas vitæ, & verbum sanum & irreprehensibile, is, qui ex aduerso erat, reuerebatur eũ, nihil habens mali de eo dicere. Tutabatur etiam eum contra omnes fauor Sigeberti Regis, qui amator diuinæ religionis, oculos habebat columbino simplicitatis. Quo defuncto, regnum Austriæ, quod tenuerat, dedit frater Clodoueus filio suo Childerico. Tum verò omnis malitia & iniustitia in regno præualuit, & contra Ecclesiam grauis domesticæ tempestatis turbo intonuit.

2. Tim. 2.
Esa. 58.
Osee 8.
Sigeberti regis encomium.
Mortuo Sigeberto, impietas regnat.

Cap. 9. Theodardus autem, quia mercenarius non erat, nõ fugit à facie luporum, sed pro ouibus suis constantius ex aduersò stetit. Et quia pastor essentialiter bonus dixerat, Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis: nec in hoc surdus auditor fuit, paratus pro ouibus animam ponere. Sed nè quid inexpertum relinqueret, deliberat Regem Childericum adire, & ante eum super iniuriis ecclesiis illatis, legaliter expostulare, si fortè per censuram regalem ecclesia possessiones suas reciperet: atque diuinitùs edoctus à mentis suæ oraculo, imminere sibi tempus passionis, disposuit domui suæ, & omnibus vltimum uale dicens, ouesque suas illi commendans, qui sibi illas commendauit, duce mentis cõstantia, cum paucis iter arripuit. Porrò filii Belial, qui præ duritia impœnitentis cordis thesaurizabant sibi iram, nullo modo potuerunt adduci ad aliquam resipiscendi viam. Qui scientes, quia in nullo sibi respõderet iustitia, si de præsumptis rebus Ecclesiæ coram Palatinis ageretur controuersia, mala malis accumulant, & ex desperationis periculo de morte innocentis præsulis tractant, & iter eius diligenter explorant. At vir sanctus iusti propositi tenax, quem armabat uiuus & efficax sermo Dei dicentis, Nolite timere eos, qui occidunt solùm corpus, iam diœcesis suæ terminos longè excesserat, & in pago, quem Alisatiam vulgò dicunt, bonis adhuc prouentibus gradum fixerat. Et eccè cuneus inimicorum Dei, de insidiis emergẽs, arrectis lanceis, in necem innocentis proruit. Ille mu-

Iohan. 15.
Rom. 2.
Mat. 10.

nitus

Luc. 10.

nitus tuto patientiæ clypeo, eos ad pacis bonum inuitare volebat. Sed quia non erant filii pacis, pax nô inueniens in eis vbi requiesceret, ad amicum pacis reuersa est. Tum verò vt lupi agnum, impii circunstabant pium, illumque oculos ad cælum tollentem, & pro eis orantem exemplo Iesu in Cruce pendentis, contumeliis afficiunt, humi prosternunt. Et quia nequit iram explere potestas, caput sancto oleo perunctum in frusta secant, corpus sanctum membratim dilaniant.

Luc. 23.

S. Theodardus ab impiis crudeliter necatur.

Cap. 10.

Iob 9.

Terra quidem sic data est in manus impiorum: spiritus autem ab omni terræ rudere excoctus per ignê passionis, & ut aurum in fornace probatus, redüt ad Dominum, qui fecit illum. Fides nimirùm, quę protomartyri Stephano aperuit cælos, vt videret Iesum stantem ad auxiliandum sibi: hęc quoquè Theodardo martyri cælos aperuit, eumque ferentem stigmata IESV, in albo vitæ cum martyribus asscribi fecit. Deus, qui notauit incredulitatem Iudæorum, quandò dixit, Nisi signa & prodigia videritis, non credìtis: notat nostram quoquè incredulitatem, qui merita Deo placentium non æstimamus ex virtute operû, sed ex ostensione signorum. Signa enim non faciunt hominem beatum, sed eum beatæ vitæ ostendunt, & ex nouitate rerum nos ad venerationem sanctorum adducunt. Eccè Theodardus, qui fuit organum spiritus sancti, ab impiis interfectus, iacebat quasi vilis & despectus, & quasi percussus à Deo & humiliatus. Sed diuina pietas totum de eo scandalum hominibus abstulit, dum ad testimonium sanctitatis eius euidentia signa ostendit.

Act. 7.

Iohan. 4.

Signa nô faciût sâctû, sed ostêdût.

Cap. 11.

Nota cædis eius crudelitatem.

Puer è famulitio sancti præsulis, qui solus, cæteris in fugam versis, excubabat ad corpus exanime, dolês esse disiecta à se beati corporis membra, nitebatur ut ea quoquo modo vniret: & membrum quidem membro, aut partem parti coaptans, non habebat, vndè ea colligaret. nempe inimici iustitiæ, scelere perpetrato, omnes etiam sarcinas diripuerant. Quod igitur potuit puer, fecit, & quotquot membra vnire potuit, institis suis colligabat. Sed cùm ei suæ non sufficerent institæ, cępit animo deficere: & multa secum reuoluens, ex consilio animi sui villam, quæ proxima erat, petiit, sperans Dei auxilium sibi nô defuturum. nec spes eum fefellit. Nam inter eundum offendit mulierculam, in cura pascêdarum ouium occupatam, & nendo deducentem de colo fila. Mulierem compellat, & sibi fila dari supplex postulat, & cur postulet, causam dicit, remque omnem ordine pandit. Audiês illa execrandi sceleris acerbitatem, primò horrescês stupuit. Deindè humanitatis affectu pene ad lachrymas adducta: Quod petis, inquit, ô puer, libens darem, sed est certa causa, vt denegem. Matrisfamilias quippé, cui ancillor, diurnum pensum debeo: quod si fuerit minoratum, non impunè feram, nec damnum effugiam. Dixit, & tamen animi compassionem pręponens timori, dedit voluntariè fila petenti. Compos voti puer, repedabat quantocyùs: & nè eum pigeret laboris, maiorem voto consolationem accepit diuinitùs. Inuenit nanque duo luminaria, ad caput & pedes martyris altrinsecùs lucentia. Quis non miretur tua Christe magnalia? Quia Theodardus lux in Domino fuerat, & vt filius lucis ambulauerat, tu lux vera, omnem hominem illuminans, obsequium luminis per Angelicum ministerium procurasti exequiis illius, quem de mundi tenebris ad veram æternamque lucem vocaueras.

Attende pietatem pueri isti.

Duo luminaria diuinitus posita ad exanime corpus S. Theodardi.

Cap. 12.

Hoc miraculum maiori miraculo virtus diuina confirmat, vt citius & diffusiùs nomen & meritum martyris innotescat. Mulier, quę pensum suum pro obsequio illius minorauit, vespera reuocatis ad caulas ouibus, pensum diurnum dominæ reddidit. Quod quia minoratum sensit domina, fraudis ancillam arguens, caput illius graui ictu percussit. Sed Dei pietas ancillam fraudis excusat. Domina enim subita oculorum cæcitate percussa, exclamat cum eiulatu ad familiam, exclamabat & familia, suam miserando dominam. Res publicatur per familiam: fama rei totâ villam facit attonitam. Ancilla coram cunctis causam cæcitatis illatæ exponit, & ut culpa hæc fiat venialis, hortatur, vt pręsulem sibi reconciliet, vt lumen, quod offensa sibi abstulerat, impetrata à Deo venia restauret. Cogit dominam angustia, vt verbis ancillę credula, consulat suæ miserię. Duce ancilla, venit domina ad locum, vbi iacebat corpus venerabile, qđ ità videre disiectum, erat cunctis miserabile. Domina pro cæsa ancilla culpam fatetur; & ut mereatur impetrare veniam, votis & donis placat sancti martyris gratiam. Quandò verò fuit Deo difficile exaudire preces miserorum, fideliter ad se clamantium? Mulier, impetrata venia, gaudet rediuiuo lumine: & videns membra sancti corporis suis filis colligata, agnoscit tandèm quantùm peccauerit, quæ ancillam innocentem, & martyri sancto deuotam, percusserit. Fletur ab omnibus præ lætitia, Deo laudes, Deo gratias clamantibus cunctis: crescit debita martyri reuerentia, fama volat per totam viciniam, discurrit longiùs per totam quoquè prouinciam. Quaquauersùm oculos flecteres, concurrentium turbas cerneres. Materfamilias, quę causa & testis erat tanti miraculi, totam se reficiebat in gratiam sancti martyris, verbo & exemplo inuitans omnes ad obsequium celebrandi funeris. Docebat rerum vicissitudo dolere pro extraneo, & eò insita homini naturę pietas, eliciebat & lachrymas. Quis enim posset videre sine lachrymis, quód etiam sepultura egeret vir tantæ quondam apud seculum nobilitatis, tantæ in Ecclesia dignitatis, tantæ apud Deum sanctitatis?

Cæca mulier ad corpus Sancti Theodardi recipit visum.

Cap. 13.

Instatur ergò ab omnibus, ut decenter iusta sepulturę expleantur. Isti vulnera mollibus pannis exiccât, isti vestes sanguine sancto infectas ad sui patrociniû reseruant, membra satis defecta in gestatorio ponût, & precïosa velamina superponunt. Materfamilias locum sepulturę condicit, & iuxta suum condictum in loco, qui dicitur Nee, tumbam disponi facit. Locato corporis loculo, nunc isti, nunc illi gaudent succedere vicissim oneri corporis ferendi. Alii verò præcedendo, planas vias baiulis ostendunt. Cum tanta omnis ordinis & ætatis & promiscui sexus frequentia, cum tali humanitatis & deuotionis reuerentia celebrantur sancti martyris exequiæ, & corpus honorificè tumulatur. Iam lachrymas omnium & causa repressit, quòd gaudendum sibi esse credebant se tanti apud Deum haberi, quòd insperatò eis patronum tanti meriti misisset, qui sibi contra omnia aduersa præsidio vel remedio esset. Coeunt vndiquè infirmorum agmina, per merita noui martyris sperantium consequi à Deo morborum medicamina. Quot ibi pietatis opera, quot sanitatum beneficia, quàm frequentes cæcorum illuminationes, quot febricitantium curationes ibi prouenerint per Theodardi patrocinia, testantur multa paralyticorû & claudorû subsellia, & plurima rerum monumenta quæ pendent ibi ab incolis affixa: vt per hæc recenseat memoria posterorum, quanta ibi per nomen Theodardi claruerit gratia Dei. Fama longè lateq; euagando, subintrat Vangionum vrbê, quæ nunc Vuormacia nuncupatur: & postquàm populariû aures & linguas multo impleuit susurrio, ad ipsum quoque vrbis pręsulem viam sibi fecit. Præsul excessu beati patris audito, post longa ab imo pectore ducta suspiria, diuersis sibi agitabatur. nanque tristabatur

Nota quâ fuerit priscorum Christianorum erga sacras reliquias deuotio.

Innumera miracula ad tumulum eius.

&lę-

& lætabatur. Tristabatur propter perpetratum intrà suam diœcesim immane scelus: porrò lætabatur propter collatũ cælitùs diœcesi suæ patrociniũ noui martyris. Progressa vlteriùs fama, attigit vrbẽ Spirã, quã antiqtas Nemetũ appellabat: nec subtraxit pedẽ ab vrbe Argentina, quã Strasburg noĩat Teutonica lingua. Totã regionẽ, quã alluit Rhenus, plabitur fama vento velociùs, nec celeriùs aut longiùs defluit vnda Rheni, quàm decurrit fama huius rei: nec citerioris ripæ spatio cõtẽta vagari, Germaniæ terminos vtrinq; attigit.

Cap. 14. Tractat de eius translatione à vicinis Episcopis.

Vangionum præsul præ cunctis super hac re suspẽsus, inuitat ad se vicinarum vrbium præsules, conuocat totius prouinciæ primates & optimates: quid faciendum sibi sit super hoc verbo, quod Dominus fecit & ostendit eis, eorum consilio committit, liceat nẽ sibi corpus sancti præsulis amouere ab indigniori loco, & ad maiorem ecclesiam transportare. Facile est eò transferre consilium, vbi in vnum transpirat voluntas omnium. A communi consilio vnum concipit assensũ deuotio omnium, ad maiorem martyris gloriam corpus eius esse indè transferendum. Die ad hoc cõdicto ab omnibus concurritur, & numerus confluentis populi non erat certior numero stellarum cæli. Iam se accingebant operi, iam tumulus sancti martyris debebat aptari. Sed non est ratio, non est consilium contra Dominum: quia natura rerum, militans pro Domino rerum, obsistit ipsi obsistentibus. Cælum subitò inhorruit, & horrore suo terram tremefecit: prænunciant tempestatem præcurrentia ventorum murmura: præstringit oculos præsens fulgurum coruscatio: aures & animos omnium exterrent tonitrua solito grauiora; proruit tam procellosa nimborum inundatio, vt si fuisset diutina, posset sufficere faciendo diluuio. Toc rebus præsentem mortem intentantibus, diffugerunt omnes: desistunt ab incepto, quod de corde suo faciebant: super quo quia os Domini non interrogauerãt, se cõtra Deũ sensisse intellexerũt. Quis vnq̃ cõsiliarius Dei fuit? Vt hoc quoquè miraculo lõgè lateq; clarescecet Theodardi gloria, de lõgè & latè tot populorum millia in vnũ cõtraxerat: vt dũ omnes vnius merita prædicarent, per nomen eius benediceretur ab omnibus.

Prou. 21.

Non patitur Deus moueri loco corpus S. Theodardi.

Esa. 40. Rom. 11.

Cap. 15.

Traiectenses interim certificati de nece sui antistitis, ostendebant ex quantitate sui doloris, quo amore erga eum feruerent. Insidebat enim altiùs in cordecunctorum pia eius paternitas, recurrebat ad eos magna patris pro ecclesiastica vtilitate sedulitas, pro qua vsq; ad sanguinem restiterat inimicis. Sua cuique causa aderat, pro qua de morte præsulis singulariter plangere habebat. At Lambertus, qui viuente Theodardo, erat spes altera Traiectensis ecclesiæ, ex prouẽtu bonæ indolis eò peruenerat, vt defuncto præsule suo, tota ecclesia in eum reclinata incumberet. Hic plùs omnibus mortem magistri deflebat: quia plùs omnibus magister eum amauerat. Sed post vulnus doloris inflictum cordi, assumens scutum constantię, totus ad hoc ferebatur, vt saltem corpus magistri reciperet. Longam viam celeri voluntatis volatu emensus, venit ad locũ, vbi corpus defuncti patris peregrinabatur. Vbi postq̃ soluit lachrymas, quas debebat filius patri, pandit incolis terræ causam sui aduentus, & petit nè quis eorũ suo desiderio contradicat de referendo corpore patris. Vno oĩum ore cõtradicitur Lãberto. Cõclamabãt enim oẽs, esse suũ iure Theodardũ, quẽ sibi pro patrono Deus vltrò miserit, quibus per eũ tot miracula ostẽderit, & magno rerum miraculo vetuerit, nè ab Episcopis prouinciæ corpus sanctum aliò transportaretur.

S. Lambertus proficiscitur, vt recipiat corpus S. Theodardi.

Nõ potest obtinere.

Cap. 16.

Ita Lambertus impos voti, Traiectum redit, vt cum Clero & populo ea de re agat. Clerus verò & populus totius pondus rei Lamberto imponit. Lambertus alia via vincere aggressus, multos sumptus & commeatus viæ apparat, multum auri & argenti & aliarum specierum congregat: & iactans spem in Domino, optatum locum repetit. Itaque indigenæ pro tam celeri eius reditu suspensi, excipiunt eum fauorabili affectu, & ex vultu & habitu eius attendentes, quæ reuerẽtia deberetur ei, officiose illi adhærent. Lambertus verò eos pietatis affectu sibi conciliat, causamque viç eis ingeminans, addit preces, vt corpus patris sui non vltrà sibi denegent: dicens absurdum esse, patrem filiis & Episcopum ciuibus denegari: sufficere eis, quòd terrã eorum sanguine suo consecrauerit: non defuturum ipsis sancti patris patrocinium, quem tanti habuerint, vt honorificè tumularent. Iam rigor eorum flectebatur: quia vir Angelicus suo mellifluo ore eos mollierat. Quos vt ampliùs ad animum suum attraheret, aperto suæ largitatis sinu, singulos eorũ honorat donis cõpetẽtib⁹: nec ab inualida plebe manũ suã retrahit: & senib⁹ & pueris singulos, prægnãtib. verò mulierculis geminos porrigit nummos. Tali affectu & industria victos, vt eos fecit esse suos, pro libitu suo vsus est eorũ cordib⁹. Igitur illis iam non obsistentibus, sed ad omnia officiantibus, amabile patris corpus tulit, & cum hymnis & laudibus reuexit, & in villa publica Legia tumulauit cum honore, qualis decebat martyrem. Quis nõ videat hic Dei dispensationem? Operabatur in Lamberto Dei prouidentia, quandò præordinauit decorari Legiam tumulo Theodardi. Quia enim Lamberto ibi designatus erat locus passionis, & ipsa Legia per Lãbertũ in vrbem ampliari, & Episcopalis sedis honore habebat exaltari, nolebat Deus longe à se disiungi tumulo, quos solos è numero Tungrensium Episcoporũ sibi æquales per martyrii gloriã præuidebat, æquales fore etiam per meritorũ gratiam. Præripuit tantùmodò Theodardus Lamberto, nè primus in hac ecclesia esset martyr: præripuit Lambertus Theodardo, nè solus in hac ecclesia foret martyr. O te Legia felicem. Quorũ pari decoraris martyrio, eorũ pari ante Deum adiuuaris patrocinio. Nos Deũ magnificemus pro sanctorũ suorũ gloriã, vt sanctorũ meritis illius impetremus gratiã: Qui viuit & regnat in secula seculorũ, Amẽ.

Demùm reuersus, impetrat sacrum corpus.

Legia, hodiè Leodium.

E Tungren. Episcopis duo tantùm martyres

VITA SANCTI NICOLAI TOLlentini, ordinis Fratrum Eremitarum sancti Augustini, bona fide à quodam Augustiniano conscripta, tametsì MS. codex eius nomen non habet. Est relatus in Sanctos anno Christi 1446. Stylũ, vbi visum fuit, nonnihil expoliuimus.

10. Septẽbris. Cap. 1.



Loriosus Deus in sanctis suis: qui cùm eos ad vitam eligit sempiternam, nõ modò finem aut medium, sed eorum etiam exordia sanctificare dignatur. Enimuerò beatum Nicolaum, venerãdum patrem ex Ordine Eremitarum sancti Augustini, in castro sancti Angeli territorii Firmanę ciuitatis, q̃ est in Marchia Anconitana, procreatũ, volens ad gloriã & honorẽ cælestis patriæ prouehere, Angelica visione sanctissimũ ortũ eius indicare & cohonestare dignatus est. Mater eius Amata, cùm iã multo tpe vixisset cũ marito suo, & instar sterilis nullos pareret liberos, magno ardens desiderio prolis, sicut & vir eius, quemadmodùm Anna illa veteris Testamenti, Samuelis mater, in templum intrans, erga beatissimũ Nicolaum Episcopum magna animi deuotione cõcepta, fleuit largiter, & votũ Domino nuncupauit, ità dicens: Domine Iesu Christe, qui omnia potes, respice pietatis oculis ancillam tuam, & aufer à me sterilitatis opprobrium, pręstaq; mihi, vt filium concipiam, futurũ seruum tuum, eumque pariam in laudem & glo-

1. Reg. 1.

Votũ matris Nicolai Tollẽtini.

riam nominis tui. Sed quia preces meæ paruæ sunt & exiles in conspectu maiestatis tuæ, sanctum Nicolaū antistitem tuum suppliciter deprecor, vt eius orationibus merear à te Deo omnipotente consolationem percipere. polliceor enim, me celeberrimum eius tumulum adituram, vnà cum marito meo, seruo tuo. Deindè quiescente illa pariter cum viro suo in lecto, Angelus Domini apparuit eis, iussitque vt ad sanctum

Visio parētū eius. Nicolaum Barrensem properarent, cogituri illic, quis ex eis propediem nasciturus esset. Mira sanè Dei

Iudic. 13. dignatio. An forsan Samson hic, cuius matri dictum est: Sterilis es, & absque liberis: sed concipies & paries filium.

Cap. 2. Expergefacti igitur coniuges illi, & tanta visione valdè exhilarati, mox surgunt è lectulo, gratias agunt bonorum omnium largitori Deo. Nihil uerò de Angelica promissione hæsitantes, cùm res & facultates suas

S. Nicolaum Barrēsem inuisunt parētes eius commendassent cognatis & amicis, sanctum iter arripiunt, habitumque peregrinorum & institutum suscipiunt. Vbi autem ad beati Nicolai Barrensem ecclesiam venerunt, piè & religiosè Christo & sancto Nicolao ità vt par erat, gratias agunt: oblatisque muneribus, peregrinationis labore fessi, antè altare beati Ni

Alia eorū visio. colai obdormiunt. Et eccè mox eis in pōtificis habitu appàret sanctus Nicolaus, dicitque ad illos: Angelus, qui vobis nunciauit filium vobis nasciturum, dixit mihi, vt ad vos tanta peregrinatione fatigatos, in meam ecclesiam venirem, confirmaremque meis verbis edituros vos filium, qui Nicolai nomen sit habiturus, q̄ppè qui, me impetrante, nascetur. Erit autem ille Domino Iesu Christo gratus & seruus charissimus, religiosamque & asperam ducet vitam, fungeturque sacerdotio, & Deo patri gratissimum sacrificium offeret. Eius vita sublimis, miraculorum signis erit illustris. Securi igitur & certi exauditas esse preces vestras, & vera Angelum vobis nunciasse, domum abite. Surgunt à somno religiosi peregrini, indignosque se ea visione & filii nascituri benedictione censentes, gemunt lętabundi, & lætantur non absque mœrore. Nō enim, inquiunt, digni nos sumus, Domine Iesu, qui tāta gratia & consolatione gloriemur. Sed quia redire iubemur, nec est, qui tuę possit resistere voluntati: di-

Psal. 105 rige, quæsumus, gressus nostros in beneplacito tuo, & visita nos, vt promisisti, in salutari tuo. Atque ità rede

Nascitū S. Nicolaus. unt ad propria: vxor fit grauida, & demūm parit filiū. Is pia solicitudine ducitur ad baptismum sacrosanctum, & Nicolaus à parentibus appellatur. Crescit in-

Vitat pueros & fœminas. dè paruulus, & literarum studiis adhibetur. Mulierū & puerorum leuium non modò lasciuiam, sed etiam consortia vitans, religiosorum hominum exempla sectatur. Pauperes in domo paupere cupidissimè recipit, rebus diuinis libentissimè interest. Verbum Dei auscultat attentissimè, acsi iam matura ætate esset. Mirantur id homines castri sui, & quasi prophetico spiritu, inter se loquuntur: Si huic paruulo Dominus vitā donauerit, sanctus erit. In ecclesia adeò pium & de-

Videt Christū. uotum animum suum erigebat in Deum, vt etiam corporeis oculis Christum in iuuentute sua conspexisse

Fit Canonicus. credatur. In ipsa iuuentute cuiusdam nobilis Ecclesię, putà S. Saluatoris, Canonicus effectus est: sed quia rerum omnium mundanarum contemptum iam appetebat, secum deliberabat, quod vitæ institutum complecteretur, in quo ad eam sanctitatem pertingeret, vt ipso mundus dignus non esset.

Cap. 3. Interea quidam frater Ordinis Eremitarum sancti Augustini monasterii, quod in memorato sancti Angeli castro erat, Prior creatus, verbo doctrinę & vita ac moribus populo erat charus atque gratissimus. Is ēt in platea concionem habēs ad populum, vbi maxima aderat multitudo hominum, inter cætera ait: Nolite diligere mundum, neque ea quę in mundo sunt. tran

1. Iohā. 2. sit enim mundus, & concupiscentia eius. Quæ sententia adeò mentem iuuenis penetrauit, adeoque inflammauit, vt mox à concione fratrem illum obnixè rogaret, vellet ipsum in suam sodalitatem & Ordinem recipere, mundum iam deserere cupientem. Illo autem recusante eius precibus sine parentum consensu annuere, nè materia gaudii, doloris occasio fieret, parētes interrogantur, & eis filii voluntas explicatur. At illi ea filii voluntate lętantur, Deumque laudant, quòd in ipsorum filio promissa sua cumulatè cōpleret. Ad-

Amplectitur Augustinianorum institutum. mittitur igitur à fratre illo, & tēpore probationis euoluto, obedientiæ, paupertatis & sanctissimę castitatis vota solenniter edit, & inter professos admirabili sanctitate & feruore conuersatur. Intelligens verò standū esse promissis, nec fas esse vota non soluere, castitatemq; seruari nō posse, nisi corpus castigetur & in seruitutem redigatur: cœpit præ cæteris fratribus vitam agere seueram. Itaq; ieiuniis, precibus, duris corporis

Duritèr accipit corpus suū. castigationibus semper incumbens, omnem vitā suam inter mundi huius tentationes puram & castam exegit. Interrogatus autem, quinam posset carnis tentationibus & libidini resistere, nihil respondebat. Non erat enim vir sanctus, hostem antiquum magna calliditate semper id agere, vt quem non possit voluptate vincere, vanæ glorię laqueis implicatum elidat.

Cap. 4. Cùm iam autem vita eius & sciētia probata esset &

Fit sacerdos. explorata satis, sacerdotio initiatur, & ad Eremū Vallimauensem, quæ est iuxta Pisas, à prouinciali Priore transmittitur. Vbi eximia pietate & deuotione promptus & solicitus, manè quotidiè Missam celebrabat. Cùm verò nocte Dominicæ proximè sequentis, quo die pro hebdomadario erat summū sacrificium oblaturus, in lectulo parumpèr obdormisset, spiritus quidam voce magna & multo eiulatu vocat eū, ità dicēs: Frater Nicolae, vir Dei, respice in me. Ille respiciens

Visum videt. in eum, & quia viuentem nouerat, agnoscere eum studens, sed non valens, ocyùs percontatur, quisnam sit. Rñdit spiritus: Ego sum anima peregrini Auxiniēsis, quem viuentem nouisti seruum tuum, crucior que in hac flāma. Deus.n. non despiciens contritionem meā, non pœnis sempiternis, quas vt homo fragilis cōmeruerā, sed locis Purgatoriis pro sua misericordia me

Missæ sacrificium quantum prosit animabus in Purgatorio detētis addixit. Te igitur impensiùs oro, ut pro mortuis Missam celebres, vt eripiar ex his flammis. Vir beatus ait: Adiuuet te Saluator meus, cuius sanguine redemptus es. Ego.n. qui ad summum sacrificium solenniter faciendum hoc præsertim Dominico die, cuius officiū mutare non licet, deputatus sum, Missam pro defunctis dicere non possum. Tum ille: Veni, inquit, venerāde pater, & vide, num te deceat precibus tantę tamq; miseræ multitudinis, à qua missus sum, assensum negare, meq; miserum tam inhumaniter repellere. Duxit ergò eum ad alteram Eremi partem, paruamque illam apud Pisas planitiem ei ostendit. Et eccè videt promi-

Alia visio scui sexus, diuersæ ætatis, & ordinis innumerā multitudinē, hūc in modū ipsum deprecantē: Miserere pater, miserere turbæ, tuū auxiliū expectantis. Si.n. pro nobis dignatus fueris Missas celebrare, maxima pars nostrū ex his tormētis atrocissimis eripitur. Euigilās aūt vir sanctus, magna cōmiseratione pmotus, cū multis lachrymis pro illis omnibus Saluatorē omniū deprecabatur. Manè verò corā Priore loci illius pstratus reuerēter, vt iactantiā vitaret, non rem totā, vt uiderat, sed illorū importunas pces exposuit, orans, vt ipsius bona venia liceret ei tota illa hebdomada p mortuis Missas celebrare. Victus Prior iportunis ei' pcibus, aliū loco eius substituit. Ità ille tota hebdomada & sacrificiū obtulit p defunctis, & die ac nocte p multitudine, quā viderat, cū lachrymis instantissimè Dñm rogauit. Itaque

Magna vis sacrificiorum & precu eius. que ea hebdomada transacta, rursùs illi apparet spiritus peregrini supradicti, & pro impetrata misericordia gratias agit, afferes bonam illius multitudinis pace tem, cum ipso diuina misericordia & ipsius sacrificiis precibusque ac lachrymis à pœnis acerbissimis liberatam, in cælos feliciter euolasse. O virum eximium, cuius sanctæ vitæ primordia atque initia meritorum, in electorum Dei liberationem cesserunt.

Cap. 5. At verò tam præclarę sanctitatis initiis hostis antiquus inuidens, vti olim primum hominem per Euam, ita sanctum virum per eius consobrinum euertere conatus est. Erat is consobrinus cuiusdam monasterij Præfectus siue Prior prope Firmanam vrbem, quod monasterium Sancta Maria Iacobi, appellatur. Cùm ergò videret ille Prior sancti Nicolai consobrini sui paupertatem, nuditatem, vitæ austeritatem, & egestatem, dolens eius vicem, ait ad eum: Cur tantam pa-

Consobrinus eius male ei sta suadet. teris miseriam? Consule iuuentuti tuæ, & huius monasterii bonis mecum fruere. Cùm enim sanguine tibi coniunctus sim, non possum ferre iuuentutem tuam diutiùs tanta miseria affici. Intellexit vir sanctus sagittam diaboli, & in eius monasterii ecclesiam ad deprecandum Dominum totum se contulit, scutum aduersùs satanæ iacula eorripiens. Porrò cælestis agricola, cui non placet, vt quis semel manum ad aratrum mise-

Luc. 9. runt, ii respiciant retrò, illi flexis genibus & sursùm
Psal. 5. eleuatis manibus dicenti, Dirige Domine in conspectu tuo viam meam, mox præstò fuit. Vidit enim viginti iuuenes, ceu in duos distributos choros, vestibus albis, faciebus rutilantibus sibi assistere, atque vna voce ter clamare: Tollentini, Tollentini, Tollentini erit finis tuus.

Cælitus admonet permanere in statu suo. In ea vocatione, qua vocatus es, permaneas: in ea namque erit salus tua. Intelligens ille spiritu, non homines eos esse, sed cælestes spiritus, quemadmodùm diu posteà ipse fratribus humiliter indicauit, cognoscensque se illic, id est, Tollentini, moriturum, quantulibet eum deinceps consobrinus blandimentis alliceret, à vitæ suæ asperitate reuocaret, maioris instituti complexum suaderet, non passus est animum suum vllis eius vel blanditiis, vel terriculamentis commoueri: sed satisfacturus diuinæ visioni, ilicò Tollentinũ properauit.

Cap. 6. Reuersus autem eò, non in virum alium mirabili-
Notanda eius abstinẽtia. ter est immutatus. Triginta enim annis illic degens, nonquàm carnes, oua, pisces, nunquàm pinguia vel lactaria, nunquàm poma siue sanus siue ægrotus comedir. Cumque in morbum quandoque incidisset, & ob eius debilitatem fratres de vita illius dubitarēt, medicos vocarunt, quos ille visare volebat, spem suā in summo medico Christo Iesu reponens. Adueniunt medici, desperāt vitam eius, hortantur vt carnibus vescatur. At ille consilio eorum prorsùs non assentiens,

Respuit medicorũ cõsilium. eos à se dimittit. Prior autem siue Præfectus monasterii, cernens eius periculum, crebrò admonet eum, vt pareat medici consilio. Vir autem Dei respondet humiliter: Cur mihi, Pater, molestus esse pergis? Itáne nescius es, corpus hoc miserrimum ad semel gustatam esca suauitatem pro captanda delectatione importunè rursùs anhelare? Parce ergò mihi. Præstat enim carni huic frenum iniicere, quàm ei laxare habenas, nè ruat in foueas peccatorum. Animaduertens Prior se beatum virum à sententia deducere non posse, Priorem generalem, qui tum illic aderat, accedit, ea ponit ei omnia: orat, vt sanctum virum præcepto adigat ad medicorum consilia sectanda. Prior generalis non dubitans imminere ei periculum, adit eũ, multa illi exempla adhortationis causa proponit, tandem etiam præcipit, vt carnes edat, ad medicorum consilia sese accommodans. Dum vir sanctus non audet venire contra obedientiam, & tamen carnes respuens, accersis Priorem, dicit se non posse obedire Patri generali. Hoc est, inquit, quod promisi, hoc Saluatori meo, eius piissimæ matri, & sancto Augustino me facturum recepi: hoc est, quod ad mortem vsque præstare appeto. Parantur itaque carnes, Prior & custos ęgrotorum offerunt eas beato viro edendas. Ille verò inter conscientiam & obedientiæ nosũ ceu duo prælia constitutus, diuersarum cogitationum prælius exercetur. Tandem post multam deliberationem, parua carnis sumpta particula, semel tantùm gustauit, &

Vix tandem coactus, gustat modi cũ carnes. dixit: Ecce feci, quod iussus sum: iam porrò gulæ irritamenta mihi apponere nolite. Sic illo obtemperante potioris & cælestis medici consilio, Dominus Iesus Christus, tantam sui serui videns constantiam, solitis escis, nulla pinguedine perfusis, absque vllis pharmacis celeriter morbum eius curauit. Nanque præter eā,

Christus eum sanat carnes respuẽtem. quam diximus, abstinentiam, nisi morbus grauis obstaret, secunda, quarta, & sexta feria, & in honorem beatissimæ Virginis etiam sabbato, semel tantùm reficiebatur, solo pane & aqua contentus. Sed quid me de eius ieiuniis attinet dicere, quandò etiam septimo ætatis suæ anno, tribus cuiusque hebdomadæ diebus noluit cibum sumere, sanctum Nicolaum pontificem imitatus, qui quarta & sexta feria materna vbera recusabat?

Cap. 7. Nec verò ieiunio duntaxàt & inedia, sed etiam ver-
Corpus verberat. beribus & cruciamentis corpus suum redegit in seruitutem. Tunicas habebat asperas & consutas: corporisque delicias vitans, ferrea catenula carnem castigauit. In precibus verò vsque adeò assiduus fuit, vt à Cōpletorio ad gallicinium, & post nocturnam psalmodiam vsque manè: à Missa, nisi esset confessionibus audiendis occupatus, vsque ad Tertiam: à Nona, nisi obedientia aliò uocaret, vsque in vesperam, ijs perpetuò vacaret, præter illas orationes, quas Canonicas vocāt, in quibus semper primus inueniebatur. Orabat autē, non solùm in eo oratorio loco apud altare, vbi nunc humatus est: sed etiam in cellula sua, in qua duo erant saxa, in quorum altero curuabat genua, ad alterum extendebat brachia, nimio precādi labore delassata: quæ si lassa non essent, sasi frigidi contactu affligebantur.

Precum eius assiduitas.

Eius verò religiosis precibus Tartareus dæmon inuidens, non solùm malignis suggestionibus & tentationibus, sed duris etiam verberibus & horribilibus foemis, quibus ei apparebat, eum infestabat. Cùm enim aliquandò in oratorio ante id, quod diximus, altare feruenter precaretur, lampadem accensam teter spiritus non solùm extinxit, sed etiam humi depressam confregit: stansque super oratorii tectum, diuersarū belluarum fingebat voces, imbri cesque omnes soluēs, tectum euertere videbatur. Sed vir sanctus ludibria eius intelligens, maiori animi contentione in preces incumbebat. Tum improbus ille cum furca & magno terrore ad orantem accedens, adeò eum cecidit, vt per multos dies vulnerum vestigia toto eius corpore cernerentur.

Impedire eum conatur immundus satan.

Consuente illo aliquandò tunicā, malignus hostis partē quandā clàm abstulit: quā cum vir sanctus vellet suo loco assuere, & nō inueniret, diù frustra quærēs, tandem ait: Ecqs, bone Iesu, ita mihi illudere potuit? Planè fecit hoc ille, qui nec nominari dignus est. Moxad hæc sācti uiri dicta satan, rñdit: Verū dicis, dñe: sed ego rursùs illudā: at tū quandò sic te nō possum superare, aliter tecū agam. Vir sanctus ait: Quisnā es tu? Ille rñdit: Ego sum belial, datus tibi in stimulū carnis tuę. Vir beatus dixit: Dominus mihi adiutor: non timeo, quid faciat mihi homo. Cumq; nollet nocturnas preces suas omittere, clauso ostio oratorii, (Nā pucne rat fratrū vigilias) cogitauit ingredi in refectorium, vbi erat Crucifixi picta imago. Et ecce in ipso ostii li- *Cap. 8.* *Psal. 117*

 mine

Atrociter eũ elidit improbus dæmon.

mine ab illo belial tam est atrociter elisus, & in terrã prostratus, vt vix spiritus in ipso remaneret. At tñ cõfirmat sese, & in nomine Crucifixi surgens, vult cœptũ iter prosequi. Sed rursùs verberatur & prosternitur. Cogitur tandèm indè recedere, & inter eundũ, ad quendam angulum dirè alliditur. Deo autem sic volente, auditur strepitus dæmonum, cum viro sancto confligentium, excitatique fratres accurrunt: elisum erigunt, & cùm pedibus consistere non posset, ad pauperculum cubile deportant. Vbi confortatus à Christo, protinùs surgit, & baculo se sustentãs, solitas absoluit preces, & Christo Saluatori gratias & laudes agit.

Cap. 9.

Officia charitatis erga proximos.

Quemadmodùm aũt Deo per pces placare studuit, ità proximo gratificari operibus charitatis. Visitabat ægrotos, quibus adeò condolebat, vt quicquid habere posset earũ rerum, quæ delectant, id eis largiretur: immò tãta erga eos animi bñuolẽtia afficiebatur, q cum sine scipione ingredi nõ posset pp verbera dæmonũ, non tñ committere voluit, quin illos visitaret, & diuinis confirmaret eloquiis, quę ceu electas quasdã sagittas in suo pectore circumferebat. Hospites fratres libẽter excipiebat tanq̃ Angelos Dei: mœstos exhilarabat, afflictos consolabatur, dissidentes conciliabat, laborãtes refocillabat, pauperes souebat, captiuis egregiè opitulabatur. Verba eius, qñquidem à cordis charitate proficiscebantur, nihil ociosum, nihil superfluũ, nihil ambitiosum resipiebant: sed omnia ædificante pietate & honestate redundabant. Et quia tanta sanctitas latẽre non potuit, rationi consentaneũ fuit, vt sanctissimi viri merita præclara aliquo singulari pſagio declararentur. Ille igitur, qui olim Ioseph patriarchæ in somnis solẽ & lunã & stellas vndecim ipsum adorãtes ostẽderat, ẽt huic inclyto viro luculentũ ostendit sidus, miraculorũ & admirandæ sanctitatis eius documentũ.

Verba eĩ

Gen. 37.

Visio beati viri.

Nã nocte quadã post longas preces in cella sua nonnihil obdormienti, in somnis apparuit sidus radiantissimũ, idemq; maximũ, quod rectà linea mouebatur, situ verò non lõgè à terra aberat. Videbatur aũt ei ex Castro sancti Angeli, vndè ipse originem traxerat, proficisci, & rectà tendere Tollentinũ ad altare, quod est à tergo Chori, (quod tum quidẽ vergebat ad monasterium, vbi ipse crebrò solebat manè sacrificare, & interdiù non raro precibus immorari) atq; illic consistere & permanere: Ad eius aũt rei spectaculũ diuersarum & linguarum & regionum homines confluere. Hoc signo sanè stupendo non ea duntaxat, sed multis etiã aliis noctibus certior factus, magno stupore affectus est: cumque tantæ rei exitum auidiùs nosse percuperet, cuidam fratri bonæ existimationis & non contẽnendæ eruditionis, familiari colloquio eam visionẽ explicauit. Ille verò sermone prophetico rñdit, sidus illud eius sanctitatẽ significare, nec se ambigere, quin vbi illud gradũ fixisset, illic corpus eius humatũ iri. Ob multa aũt miracula ibidèm perpetranda, aduenturos populos ex omnibus locis, qui tñ ipsum non nouerunt, & sanitatis impetrandæ causa ipsius tumulum admodùm reuerenter adoraturos. His auditis, vir beatus præ humilitate, quæ semper ei inerat, ità respondit: Facessat isthæc de me opinio, chare frater: ego. n. semper inutilis seruus sum Iesu Christi. Ipse verò Deꝰ mihi reuelet huius visionis significationẽ, quã tu non es assecutus. Indè paucis exactis diebus, more solito ingrediente illo die in oratoriũ, stella quædã directo motu antecedebat eum vsq; ad altare suprà dictum. Cumque id quotidiè fieret, spiritu intelligens stellam hanc illius, quam in somnis viderat, quandam esse effigiem vel repræsentationẽ: experiri voluit, num quæ frater memoratus dixerat, à vero minimè discreparent. Alio itaq; die rursùs intrans in oratorium, stella, vt priùs, illum antecedebat: & cùm reuerentiam corã altari exhibuisset, & nonnihil precatus esset, per oratorium gradiebatur: sed tum stellam minimè videbat. Ad altare autem reuertens, mox eam illic cernebat apparentem. Multis igitur annis ante obitum suum certa eius rei veritate sæpiùs comperta, cùm iam ægrotaret, & mortem impendere sentiret, fratribus amanter pręcepit, vt eo in loco ipsum sepelirent, nec ullo vnquàm tempore indè remouerent. Et multis sanè annis continuis, ipso die obitus eius, quo homines innumeri è diuersis locis ad reuerendum corpus eius obtinẽdæ sanitatis causa confluebant, non autem vel antè, vel posteà, stella illa visebatur: vt liquidò daretur intelligi, beatum Nicolaum non modò in terris calere miraculis, sed etiam in cælis gloria frui sempiterna.

Sidus ab ipso visũ quid præsignarit.

Adoratu ros, .i. venerat uros Vide sanctis viribus multitatẽ.

Stella obitus die ad eius tumulum quotannis videtur.

Cap. 10.

Luxit autem beatus vir in hac vita non solùm egregio sanctitatis splendore, sed etiam miraculorum illustribus signis. Bernardus quidã Tollẽtinus in quoddam oppidum transmarinum profectus, vxorem suã Margaretam reliquit grauidam, quæ ante eius reditũ puerulum peperit incolumem & elegantem. Sed posteà idem ipse infans correptus morbo, excedit è vita, & ingenti matris dolore sepelitur. Ex eo dolore id incommodi contraxit mater, vt posteà non nisi abortiuos fętus ederet. Eo vitio annos duodecim laborauit, cùm interim sæpè esset grauida. Secum autem cogitãs frustrà se proles concipere, quas semper informes pareret, multùm doluit. Id ubi cognouit vir sanctus, illius calamitatem miserans, multis diebus pro ea Dominum deprecatus est: ac deindè tanquàm certus de futuris eius prolibus, ait ad illam: Confido in Domino, te posthàc nihil eiusmodi passuram. Propediẽm nascetur tibi filia, habens animam à Christo Domino creatam: & ego eiusdẽ Domini benignitati confidens, audeo tibi affirmare, te deincèps nunquã vel filium vel filiam animę expertem parituram. Ex iis beati viri verbis mulier consolatione accepta, expectat eius promissum.

Prophetice prædicit fœminæ felices partus.

Aduenıente itaque partus tempore, filiam parit viuam & incolumem: atque ità deincèps semper vitales fœtus enixa est, quemadmodùm vir sanctus prædixerat. Sentiens autem fœmina virtute precum eius id impetratum esse, bonorum omnium largitori Deo & eius seruo Nicolao gratias egit pro viribus. Multa eius alia sunt miracula. Fœminam quandam, fluxum sanguinis patientem annis quinque, signo Crucis sanauit. Paruulum cuiusdam mulieris filium in ignem lapsum, & ab adustione luminibus orbatum, itidèm signo Crucis sanum restituit. Veridiana mulier adeò laborabat ex oculis, vt nihil videre posset. Adhibebantur medicorum somenta uaria: sed indè intantùm excreuit dolor, vt & mente & mouendi facultate destitueretur. Super eius caput vir beatus Dominicam orationem dixit, & Cruce eam consignauit, moxque sanata est. Quidam nostri instituti frater Iohannes de Monticulo, casu quodam ruptus, interdùm viscerum siue interaneorum descensum patiebatur. Accersiuit ille virum sanctum, indicauitque ei, quid sibi accidisset: Edito signo Crucis, uir beatus tangit rupturæ locum, & confestim interanea in suũ se recipiunt locum, & frater se sensit curatum. Multa eius alia miracula, prolixitatis vitandæ causa, prætèrimus.

Multa alia eiꝰ miracula.

Cap. 11.

Non solùm aũt pro laboris eius pręmio quodam id ei pręstitit præpotens Deus adhuc in corpore degẽti, sed ẽt ob maiorem futuræ gloriæ concipiendam spem, eam illi voluit reuelare. Nanque ante suum obitum mensibus sex qualibet nocte ante preces nocturnas, auribus suis cantiones audiuit Angelicas longè suauissimas, adeòque delectabiles, vt diceret: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Ex eo autem tempore vi-

Audit multo tẽpore Angelorum melodias.

tæ suæ terminum aduentare cognoscens, prædixit suũ è vita decessum. Cumque à memorata dæmonis flagellatione semper claudus & debilis fuisset, etiam nũc maiori se sensit infirmitate grauatum: & sicut anteà scipione, ità nunc ipsius loci adminiculis se sustentare cogebatur. Eo autem sic ex morbo decumbente, multi ad eum inuisendum aduentabant. Inter quos etiam Blunda mulier venit, quæ annis quindecim grauissimo capitis dolore vexata, sæpè nec operari, nec audire vel videre potuit. Rogauit autem illum, vt manu sua caput ipsius attingere dignaretur. Tetigit ille, & Cruce consignauit, atque repentè dolor omnis cessauit. Alia quædam fœmina ob mortem fratris sui Thomæ, nostri instituti monachi, adeò se lachrymis confecerat, vt licèt oculos haberet, tamen sanguine concurrente, videre non posset: cumque medici operam negligeret, quædam vitia in vtroque oculo nata sunt. Venit igitur ad beatum Nicolaum, aliis eam ducentibus, isque pietate commotus, misertus cæcitatis eius, etiam propter fratris Thomæ mortem, signo Crucis edito, tetigit eam, dicens: Dominus & Deus meus Iesus Christus misereatur tristitiæ tuæ, & tibi restituat sanitatem. His verbis mulier recreata, è cella eius recessit, & in ecclesiam intrans, noua quadam luce videre sibi visa est illustrari oculos suos. Itaque sine duce domum reuersa est, laudans Deum & beatum Nicolaum.

Signo Crucis sanat duas fœminas.

Cap. 12. Et quia bonarum mentium est, ibi culpam agnoscere, vbi culpa non est, morte appropinquante, accitos ad se fratres ità allocutus est: Etsi nihil mihi conscius sum, non tamen in hoc iustificatus sum. Itaque si culquam ex vobis iniuriam irrogaui, parcite, quæso, erratis meis, vt & vobis à Domino remittantur peccata vestra. Te verò, pater Prior, obnixè rogo, vt quamprimùm legas mihi absolutionem omnium peccatorum meorum, & matris Ecclesię sacramenta mihi ministres, maximè autem corpus Saluatoris, vt tanto viatico munitus, non deficiam in via, ad patriam cælestem profecturus: & si ob demerita mea improbus belial hostis meus mihi occurrerit, possim fidenter dicere: Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos. Porrò circumstantibus hincinde fratribus, & vnà cum illo orantibus, solenni absolutione percepta, cum profusissimis lachrymis corpus Dominicum sumpsit, ita dicens: Benedictus, qui venit in nomine Domini.

Sub mortem petit veniam à fratribus, licèt nihil sibi cōsci°.

Psal. 117

Cap. 13. Post hęc ait ad Priorem siue monasterii Præfectũ: Crucem argenteam, quam huius castri homines pii, me deprecante, suis pecuniis conficiendam curarunt, cui, me vidente, vera particula sanctissimę Crucis Christi imposita est, quæso, vt ante mortem hisce meis oculis inspiciendam offeratis, vt eius virtute, ceu baculo altissimæ potestatis fultus, Iordanem huius mundi liberè transmittere, & ad paradisi gaudia facilè peruenire queam. Eius petitioni Prior annuens, sanctam Crucem reuerenter apportari iubet. Quam vt vidit vir sanctus, vt potuit, in lectulo in genua incumbens, & flens largiter, dixit: Salue Crux preciosa, quæ digna fuisti portare mundi precium, quod in te quieuit, & sedit, & passionis æstu roseum sanguinem sudauit, latroni misericordiam imploranti pepercit, suam matrẽ virginem virgini discipulo cõmendauit, Deũque pro se crucifigentibus rogauit. Ille me per te defendat in hac hora ab hoste maligno. Exosculata deinde Cruce sanctissima, sese vt prius reposuit, & ministrũ suum vocans, Vide, inquit, nè cesses pronunciare in aures meas: Dirupisti Dñe vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis: vt si debilitatis viribus proprio ore quicquã enunciare non queam, mente saltẽ possim loqui cum Deo meo. Videntes interim fratres eũ tardiùs mori, modò accedebant, modò recedebant ab eo. Illis verò recedentibus, vox exultantis audiebatur. Nec mirũ sanè, vocem illius, qui per speculum Dñm videns, laudare eum consueuerat, nunc maiori iucunditate eius laudes promere, quandò ille per speciem eum videt. Cùm.n. quærerent ex eo, quid gaudii ex visione cepisset, attonitus rñdit: Dñs meus Iesus Christus, suæ matri & nostro patri Augustino innitens, dicit mihi: Eugè serue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. Indè verò colligẽtes fratres iam ad extrema perductũ, & mortem imminere, solitis precibus Deũ & sanctos eius inuocant. Ille verò dicens, in manus tuas, Dñe, cõmendo spiritũ meũ: iunctis sursùm manibus, & oculis ad Crucẽ ipsi propositã sublatis, iucundo & hilari vultu animã efflauit, anno salutis millesimo tricentesimo sexto, quarto Idus Septembris.

Vide qd iam moriturus tribuat S. Cruci.

Psal. 115.

Moriturus videt Christũ.

Matt. 25.

Migrat in cælum.

Cap. 14. Dominus aũt sicut in eius in hunc mundũ ingressu, ac deincèps in vitę progressu & exitu, ità multo etiã magis post decessum eius, illum mirificare dignatus est. Multa.n. admiranda per eũ signa effecit, quorũ tanta est copia, vt referri omnia vix possint, opusq; sit calamo scribæ illius velociter scribentis, qui virtutis suæ digito in mõte tabulas lapideas exarauit. Nec est, quòd quisquã procaciter asseueret ea esse impossibilia, quę Dominus pro sua benignitate facere voluit. Vt nimirum, certè annis viginti, perpetuis diebus innumera miraculorum genera in fidelibus suis effecit is, qui facit mirabilia magna solus.

Miracula post obitum eius.

Psal. 44.

Exod. 31

Martyrium SS. Proti & Hyacinthi, quærat Lector die 25. Decembris, in S. Eugeniæ virginis & martyris historia.

VITA SANCTAE THEODORAE, Alexandrinæ, Authore Simeone metaphraste. Est autem hæc Theodora diuersa ab illa, cuius fit mentio 28. Aprilis.



11. Septẽbris.

Cap. 1. ZENO quidẽ Romanũ iam tenebat imperiũ, Gregorius autẽ Præfecti gerebat magistratum in Alexãdrina Aegypti ciuitate. Alexandria aũt nullo ex omnibus aliis tantùm gloriabatur, quãtùm Theodora, vt quæ esset eius mater, & quæ eã pepererat patria, & ramũ edidisset tã pulchrũ, & omnibus adeò scatentẽ gratiis. In ea.n. suã mundanã habebat conuersationẽ illa verè veneranda, & ornata moribus, tũ viro cõiuncta legitimo matrimonio, ei quidẽ eũ, qui maritis debetur, honorẽ tribuẽs: maximè aũt ab eo dilecta ꝙ esset castissima omniũ, quæ erant in ciuitate, beneuoleque & fideliter in eũ esset affecta, & putũ ei seruaret amorẽ, & nullis turbidis immixtũ desideriis. Qm verò ii, quibus placet viuere citra repræhensionem, fieri non potest, ut non oppugnentur maligni insidiis, grauis quoque in eam ab ipso excitatur tentatio. Ille enim tunc videns huius mariti moderationem, & huius sanctæ inuidens honestati, adhibuit omne studiũ & diligentiam, vt hanc rescinderet coniunctionem.

Castitas eximia S. Theodoræ.

Cap. 5. Quendã itaq; iuuenẽ, pecunijs & opibus onustũ, q̃bus rerũ copia suppeditabat materiã ad stimulũ amoris; incitauit ad eam amandã propter florentem eius speciem. Illa aũt non nutum, nõ gestum, nec quicquã tale omninò sustinente, nullus non lapis ab eo mouebatur, vt ad effectum omninò deduceret id, quod desiderabatur: adeò vt eius familiares & vicinas, ad hoc et interuenientes, assiduè transmitteret, quicquid erat desiderabile & blandiens cupiditati, se daturum pollicens. Illa autem his verbis & illecebris opponebat

Vide insidias satanæ.

diem iudicij & timorem gehennæ: Quin etiam, Erubesco, dicebat, vel ipsum solem habere testem talis flagitij. Quod quidem verbum cùm appræhendisset vna ex lenis, mali accessionem habens artem mágicam, hoc ei proposuit probabiliter: Sed hoc, inquiens, à te fiat post solis occasum, & nullus erit, qui te cognoscat: neque futurus est vllus omninò testis apud Deũ, aut apud homines. Hæc audiuit, & fuit cor eius protinùs illectum & seductum. Erat enim mulier, quæ natura facilè capi potest & decipi, & maximè quòd futurum esset, vt factum Deum lateret, per fraudem audiuerat, & crediderat. Et sic ad effectum deductum est malum eius consilium.

Detestabilis mulier eã impellit in ruinam.

Cap. 3.

Postquàm autem re facta, quàm turpis & indecora res sit peccatum, agnoscit, acerbos habens stimulos, & valdè compuncta conscientia, cruciari animo cœpit, amara duci pœnitentia, dicens: Ex quali honore ad quantam transii ignominiam? Putruerũt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ: &, Conuersa sum in ærumnam, dum infixa est mihi spina. Hæc dicebat, & lachrymarum emittebat fontes calidos, sic peccati abstergens fœtorem & deformitatem. Coniunx autem ignorans causam eius tristitiæ, omnia dicebat & faciebat, eam consolans, & pro viribus eam conans recreare. Sed illa peccato, tanquàm quodam vlcere, interna depascente, & cogitationem non sinente quiescere, erat inconsolabilis, & nullam attendebat orationem, quæ recrearet. Propterea statuit venire ad vnum ex sacris monasterijs, in quo piæ exercebantur fœminæ, & sic aliqua ratione parare sibi consolationem. Cùm ergò abijsset, & eius, quæ præerat, pedes appræhendisset, eam valdè rogabat & petebat, vt vt quamprimùm afferretur diuinum Euangelium. Causa autem erat, vt hinc certior fieret, an quod vesperè ei factum fuerat, euasisset euidens Dei oculis. Et quid, ait ei Præfecta, est Deo incognitum? Num enim (sicut ait diuinus Dauid) qui plantauit aurem, non audit? aut qui finxit oculum, non considerat, cui vel ipse primus & exilis cordis nostri motus euadit manifestus? Sed si dolorem nolis habere intensiorem, mihi expone quidnam sit, quod tuum mordet animum: & fortassè nobis non deerit remedium. Illa autem recordatione eius, quod factum fuerat, commota ad lachrymas, quod ab initio petierat, denuò petiit Christi Euangelium. Quod quidem cùm primùm euoluisset, simul atquè iniecit oculos, inuenit illud scriptum: Quod scripsi, scripsi. Et simul graui animi dolore sauciata, & manibus suam pulsans faciem: Hei mihi miseræ, magna voce exclamauit. O errorem, o audax facinus: violaui viri cubile. Hæc dicens, & cor quidem confusione, solum autem replens lachrymis, & nec ad cælum quidem audens oculos attolere, sed etiam ab hoc dicens se arceri, vt quæ nefario suo flagitio ipsum etiam aerem polluerit, statuit deincèps non ampliùs manere in mundo, & in iis, quæ sunt mundi, sed sapientissimis cogitatus supplantare eũ, qui deceperat.

Redit ad se & valdè dolet.
Psal. 37.
Psal. 31.
Psal. 93.
Iohan. 19

Cap. 4.

Virili autem induta habitu, ut lateret eos, qui eam persequerentur, (Sciebat enim fore, vt ipsa marito magnæ esset curæ, & eam non cessaret quærere) accedit ad virorum cœnobium, quod decem & octo milliaria distat Alexandria. Et cùm esset extra vestibulum, rogabat, vt intrò admitteretur, & esset ex numero eorum, qui exercebantur. Illi autem dixerunt, se nõ priùs eam intromissuros, etsi vir ab eis existimaretur esse, & non fœmina, nisi tota nocte illic maneret sub dio, & tolerantiæ experimentum sic præberet fratribus. Illa autem lubenter accepit, quod dictum fuerat: idque cùm non ignoraret, quòd noctù multæ bestiæ ingrediebantur per locum desertum & admodùm agrestem: sed etiam deduxit ad opus id, quod imperatum fuerat: & sic pernoctauit, manens ante vestibulum. Quamobrèm qui olim Danieli leoninam mansuefecit crudelitatem, ipse quoquè sciens ad quantam virtutis altitudinem sit sancta peruentura, conseruauit eam, nè à feris caperetur. Quod cùm monachi ipsa didicissent experientia, iudicarunt esse Deo gratum, vt cum eis versaretur. Ea ergò lubenter admissa, Præfectus monasterij eam seorsùm allocutus, diligenter eã rogauit quisnam esset, & quanam de causa venisset ad monasterium. Num, inquit, fœnore grauatus, aut factæ cædis conuictus, aut cùm non haberes, vndè filios aleres, statuisti mundanum deponere habitum? Propter nullum horum, o pater, dixit Theodora: sed vt solus quietem agam à mundano tumultu, & mea deleam peccata. Quomodò autẽ, subiunxit magnus Præfectus, appellaris? Dixit autem illa generosa mulier: Est mihi nomen Theodorus. Ille aũt: Nè existimes, inquit, o frater Theodore, citra laborem tibi futuram eam, quæ est hic conuersationem: sed si velis re vera subire iugum obediẽtiæ, scias te inseruiturum fratribus in omnibus, quæ sunt necessaria, non solùm in monasterio, vt qui sis curaturus plãtas & olera, & ministraturus in aqua exportanda, & hortum irrigaturus: sed foris etiã seruiturus, & quandò usus exegerit, vt eas in ciuitatẽ, minimè recusaturus. Neque tamen hoc prætextu cõtẽptui habebis labores exercitationis: sed oportet nihilo seciùs vacare ieiunio & orationi, & de more psallere, vespertinamque & matutinam glorificationem quotidiè peragere: prætereà autem nec horarum, quæ vocantur, vllam prætermittere: quinetiam in genibus flectendis laborare, & sic corpus affligere propter insidias eorum, qui bellum gerunt. Atque beata quidem, cùm hæc omnia suis accepisset auribus, & ea esse putasset, tanq̃ aliquas animæ delicias, cũ magno & alacri animi studio se ea esse facturã est pollicita. Et sic admittẽ in eũdẽ ordinẽ cũ egregio illo choro monachorũ.

Dan. 6.
Conseruatur diuinitùs nè à feris ladat.
Vide monachorũ exercitia, & horarũ, quas canonica vocant, vsum.

Cap. 5.

Quoniã aũt eius cũ Deo pacta conuẽta futura erãt vera, & à mendacio aliena, valere iubens oẽm carnis prudentiã, se statim exuit ad certamina, nullã morã, neq; prætextum ullũ afferens, quo minùs ministraret. Cùm ergò octo annos quotidiè pseueraret in irrigatione plantarũ & olerum, quæ vsum præbebant iis, qui erant in monasterio, molendiq; & pinsendi frumentum, & ad panẽ præparãdi munus nihilosecciùs exequeretur, & coqueret olus quo se alebant, qui corpus studebant mortificare: nunq̃ tamen abfuit à synaxi, quæ peragebatur in ecclesia: sed in ea quoquè pium suum ostendebat animũ. Sed licèt ità degeret, & vitã elegisset tã laboriosam, præcedentis delicti cogitatio nõ sinebat eã omninò quiescere: sed nocte, q̃ sequebatur hæc diurna ministeria, quandò & somno & mediocri oportebat quiete frui, pectus pulsans, & animã mouẽs ad lacrymas: Cõdona mihi peccatũ, dicebat, Domine, quod perdidit decus meæ continentiæ. Cùm monachis autem aliquandò defecisset oleum, iubetur vt accipiat camelos, & veniens in ciuitatem, eis afferat oleum, quo sibi erat opùs. Cum autem iam iter esset ingressa, accidit vt præter expectationem maritum adspiceret, diuina huic omninò opem ferente prouidẽtia. Nam cùm seipsum consolari non posset eius maritus, vt qui esset à tali coniuge separatus, & ea de causa absque intermissione effunderet lachrymas, & nec tẽpore quidem posset extinguere animi ægritudinem, petiit à Deo, qui nouerat telum, quod eius cor sauciabat, vt sibi manifestum fieret, an Theodora statuerit alium virum sequi. Hoc enim suspicabatur, & propterea maior flamma cordis alebatur.

Inter monachos vixit ignota
Magna eius pœnitentia.
Mœret maritus vxoris amissione.

Cap. 6.

Qui contritis ergò medetur animis, ad eum mittit Angelum, qui eius suspicionis depelleret molestiam: Si velis, inquiens, venire in eius conspectũ, fac vt ma

nè

nè surgas,& vadas rectà ad martyrium Petri Apostoli,& attendas vultum eius,qui tibi primò est occursurus,& te contemplaturus. Sic enim fiet,vt nequaquàm frustreris eo,quod quęris. Audiuit ille, & fecit sicut iussus fuerat. Et conueniunt aduersis frontibus, & se inuicèm adspicientes. Sed vndenam posset ille coniicere eam esse suam coniugem,cùm id,quod ei apparebat,videret esse virum, & virili veste indutum, maximè cùm vestis esset monastica, & iam ei emarcuisset species immodica afflictione & asperitate exercitationis? Illa autem cùm eum solùm vidisset, & ei indicaret vultus, quisnā esset qui videbatur, (seruabat enim illius figura indicia immutabilia) recordata est protinùs sui in eum amoris & peccati: &, Hei mihi, ò marite, flens & humili voce dixit, ad quantos me labores tradidi, dum mei in te delicti quæro medicinam, & studeo multis illud delere lachrymis? Et cùm ei fuisset propiùs,& ei, Salue,dixisset,quamprimùm præteriit. Ille autem eam quoquè simili voce resalutauit. Prętereiit autem veluti oblitus eorum, quę ei dixerat Angelus,vt qui figurę mutatione & vultus dissimilitudine fuisset omninò deceptus.

Maritus ei obuiàm veniens, eam non agnoscit.

Cap. 7. Multa itaque afflictus animi ægritudine,vt qui frustratus fuisset promissione: Cur me,Domine,despiciens, dicebat, non deduxisti ad finem ea quæ promissa fuerant? Sed rursùs accedens is,qui ei apparuerat: Non fuisti deceptus,dixit. Nam qui tibi pridiè occurrit monachus,& dixit tibi,Salue, is ipse erat illa tua coniunx,quæ à te studiosè quęritur. Et sic quidem soluta fuit ei suspicio,quòd ea ad alterum virum non accessisset: quod quidem significabat amictus monasticarum vestium. Ille tamen deincèps manebat dolore affectus & cruciatus propter priuationem coniugis. Beata autem Theodora amore Domini magis accensa,vt quæ iam gustaret eius suauitatem, & parata erat seipsam in maiora coniicere certamina, & semèl ī die comedens,corpus castigabat: deinde adiiciens laboribus,secundo quoque die cibum sumebat: & sic paulatim aggrediens magìs laboriosa, cùm peruenisset ad habitum summæ abstinentiæ, monet monachos, qui cum ea exercebantur,vt à Pręfecto peterent ei permitti,vt cibum semèl tantùm sumeret in hebdomada. Sed cùm id quoquè esset,vt volebat,consecuta,ad alteram adspexit petitionem, nempe vt corpus contereret cilicio,veluti vlciscens eam,quæ ipsam sauciarat,voluptatem. Nondùm enim nec post tam multa quidem certamina poterat eam capere obliuio illius plagę: sed semper pergebat adiiciendo labores,ferire eum, qui percusserat, & ei maiorem inurere ignominiam ea, quam passa fuerat: fœmina eum, qui multos viros vicerat: & carnem gestans, eum fundens ac profligans, qui erat incorporeus.

Semèl in hebdomada sumit cibum,& vtitur cilicio.

Cap. 8. Vt autem glorificaretur Deus, qui est magnus & copiosus in misericordia, & cognosceretur illius vita admirabilis,fit tale miraculum,dignum quod scribatur & mandetur memoriæ. Erat quidam lacus prope monastrium. In eo habitans crocodilus,in quemcunque incidisset hominem vel bestiam, seu paruam seu magnam,eam protinùs exedebat. Iis itaque,qui in ea regione habitabant, erat malum adeò terribile,vt ipse Præfectus ciuitatis (erat autem hic ille Gregorius, quem,quę præcessit,significauit oratio) in eo loco statuerit milites ad arcendos eos, qui illàc transibant. Cum ergò sciuisset Præfectus monasterii, qualis esset vita Theodoræ: & quòd propè conferri posset cum ipsis Angelis, & quòd non esset expers diuinæ gratiæ, eam accersiuit,& ei dixit: Fili Theodore,tolle vrnam, & propera nobis aquam afferre ex hoc lacu. Illa autē

Rom. 13. ex Apostolico præcepto sciens esse parendum iis, qui

Heb. 13. præsunt,impleuit quod iussa fuerat. Et multis iubentibus illā è loco excedere, si non mortem cuperet apertissimè, illa iā freta fide in Deum, & peragens opus obedientiæ,quæ nouit vitam conciliare,non mortē, cùm effugisset omnes,qui arcebant,accedit ad lacum: & (O admirabilia tua opera,o Domine) cōspecta fuit vehi à bellua & cùm aquam hausisset,& impleuisset uas, quod erat in manibus,vecta rursùs ab illa bellua terrę redditur. Et sic illa quidem in terra conseruatur illæsa: bellua autem,cùm sancta ipsam increpasset,luit pęnas eorum,quę ad hoc vsque tempus admiserat,& eo in loco statim cernitur mortua. Euadit ergò res aliis quoquè manifesta, vtpotè quòd qui percepissent oculis,eam multorum auribus tradere voluerint: & proptereà Deo omnes egerunt gratias.

Insignis obedientia insignem miraculum.

Cap. 9. Erat autem hic quoquè inuidia factura,quæ ei conueniunt,& eius sunt propria. Quidam enim ex monachis (Nemo est enim, qui non appetatur inimici insidiis) inuidentiæ stimulis icti, quòd viderent beatam venire ad summum virtutis, insciente Pręfecto, eam mittunt in quoddam procùl remotū monasterium,tradentes ei epistolam,specie quidem,vt quæ haberet aliquid,quod vrgeret,& postularet celeritatem: reuerà aūt ita structæ fuerant insidiæ, quoniam hoc noctù fiebat,vt deuoraretur à bestiis. Erat n. illa uia deserta, & in qua solæ alebantur ferę. Sed frustrà has insidias molitus est aduersarius: & secùs euenit, q̄ ipse machinabatur. Ad sanctam.n. in uia errantem accedit quædā bestia, fitq; ei dux viæ non fallax,donéc eam deduxit ad monasteriū,ad quod fuerat missa: immò verò oētnino quidem discessit. Cum ea.n.ingressa,ipsa quoquè introiit: & cùm illa iuisset, vt præfecto redderet literas,ingressa est fera ad ianitorem: eumq; mos erat discerptura,nisi ille clamasset: & cùm ex clamore conuersa beata cognouisset quisnā esset tumultus, offendit virum,qui iam exedebatur à bestia. Illa ergò statim, appræhenso eius gutture,ipsum liberat ab interitu. Oleo autem membra læsa inungens, & Christi nomē super ea canians, eum quidem, sicut prius, reddit sanum: efficit autem, vt bestia pronùs caderet, & dirumperetur.

Fratrum quorūdā erga eam maleuolētia.

Nota hic res admirandas.

Cap. 10. Hęc illa quidem volebat latére,& post reditum nihil aperiebat monachis: qui autem beneficium fuerāt assecuti,statim ipsi id,quod factum fuerat, renunciāt, dicentes: Precibus Theodori liberatus est homo à graui morte,& bestię gula nobis restituit eum, qui iā cœpius erat deuorari. Quo tum verbis obstupefactus Pręfectus monasterii,quisnam eum miserat, dubitans interrogabat. Postquam autem oēs negassent, beatā intuitus: Quis est,inquit,o Theodore, qui,cùm esset manifestum periculum,te intempesta noctè impulit,vt illuc proficisceréris? Mihi verò considera rectæ animæ figmentum. Sibi enim attribuens simplicitatem,& cōseruans fratres tanquàm nulli crimini affines: Tunc, inquit,tam interni,quàm externi oculi erāt mihi somno adeò grauati,vt nō possim nominatim dicere eos, qui miserunt. Aegerrimè autē ferebat diabolus,videns ipsam quidem supplantatam, talibus victoriis a se dedecus repulisse: se aūt vi esse superatum. Mittens ergò clanculū insidiari,apertè ad eam accedens,minatus est se non cessaturū intentare tētationes,donéc effecerit, vt ipsa cadat,quę habetur ab omnibus in admiratione. Dixit: & nō siuit multùm intercedere tēporis: sed cùm laboraret monasterium inopia frumenti, iubet Pręfectus beatæ,nè cunctetur: sed accipiēs rursùs camelos, & vadens in ciuitatem,eis emat frumentum. Porrò autem hoc quoquè ei imperatum fuerat, quòd si ea non posset redire ante vesperam, diuertaretur in monasterio Nono,& efficeret, vt cameli illic requiescerent. Reuertens ergò e ciuitate,quoniam iam solem videbat in occasu,venit ad Nonum monasterium,sicut ei fuerat

Insignis animi cādor in Theodora.

Diabolus ei minatus est se effecturū vt caderet.

rat imperatum: & petiit sibi & camelis dari locum ad quiescendum. Quod cùm factum esset, ipsa requiesce bat ad pedes camelorum.

Cap. 11. Impudēs puella hortatur eā ad turpitudinem.

Hinc ergò oritur belli in ipsam principium. Qui enim improbis factis delectatur dæmon, & aduersus sanctos semper molitur excitare tētationes, in ipsam autem maiorem etiam ostentans rabiem, vt quæ post venationem effugisset illius manus, non negleat facere, quæ sunt sua: sed quandam adolescentulam, quę tunc versabatur cum quibusdam monachis ratione cō sanguinitatis, incitat ad stimulum libidinis: quæ beatā illam ex iis, quæ videbat, arbitrata esse virum, inuitabat vt secum dormiret, deposito omni pudore & ex vultu, & ex animo. Postquàm autem vidit eam non obedire, & malle in nudo solo dormire prope camelos, non valēs illa extinguere latentē intùs ignē libidinis, dat se vni ex iis, qui illic dormiebāt, q ipse quoquè erat viator, & in trāsitu diuersatus erat ī monasterio. Cùm is ergò, q fecerat iniqtatē, sub aurorā recessisset è monasterio, & sancta reuersa esset in eū locum, vndè processerat, procedens tempus iam intumescentem ostē debat vterum virginis. Quæ a cognatis interrogata, à

Nolētem infamat.

quo hoc factum esset, dixit, Theodorum monachum Octauidecimi monasterii cum ea coiuisse. Iis, quæ dicta fuerant, statim crediuit monachi. Nam qui beatæ minatus fuerat tentationes, docuit etiam puellā hoc dicere, & illos credere. Deindè cùm accesissent ad monasterium, vbi se exercebat illa beata, cum magna vociferatione & tumultu dicebant: Theodorus, qui est apud vos monachus, non veritus est tantum admittere flagitium. Rogata autem à Præfecto, an rem fecisset tam abominandam, ipsa dixit ei se non habere rem ullam cuius iure teneretur. Atque illi quidem tūc reuersi sunt ad suum monasterium.

Cap. 12.

Postquàm autem infans iam editus fuit in lucem, eum tollentes, proiiciunt in medium monasterium, in quo erat illa beata. Hoc autem erat insidiæ & artificium inimici, studentis ei inücere animi ęgritudinē, & eius impedire institutum. Sed frustra rursùs à te, o maligne, paratæ sunt insidiæ: immò uerò non frustrà, sed eas in teipsum es machinatus, te feriente generosa muliere illis ipsis telis, quibus te eam sperabas sauciaturum. Quid enim hinc cōsequitur? Infantis esse pa-

S. Theodora patitur sibi crimē imputari, qđ nō admiserat.

ter creditur Theodora: silentio autem accipit eam, q̄ ipsam condemnat, sententiam: & simul cum infante espellitur è monasterio. Ipsa itaque fit nutria, & tanquàm pater, eum cogitur alere, lacte quidem ouium (neque enim poterat aliter) infantem nuper natū nutriens: lanas autem petens etiam à pastoribus, ad vsum vestis eas puero contexit. Sed quinam animus acceperit adeò grauem calumniam? Quænam autem manus non ęgrè tulisset tam molestum ministerium? Spatio enim septem annorum afflicta fuit hæc beata. O Dei, qui cuncta intuimini, oculi: inani & falsa oppressa calumnia, & è monasterio eiecta, nihil pusilli & abiecti animi aut fecit, aut est locuta: sed talis probri delegit ignominiam, vt quod turpe fecit volens, rursùs volūtario tegeret dedecore: & quos nō latuit oculos priùs malum faciens, placaret rursùs, eos solos habentes testes, cùm rei improbæ sustineret calumniam. Quali autem viuendi ratione vtebatur cum aliis? Illi enim

Et esca & potus.

nutrimentum erant herbæ agrestes: potus autem erat aqua, quæ e lacu vtcunquè ab ea hauriebatur, nisi malis dicere, eius lachrymæ. Nullum enim erat tem-

Psal. 101

pus, quo ex nō effluerent ea eius oculis, adeò vt Psalmus in ea impleretur: Et potum meum cum fletu miscebam. Sic ergò cùm corpus ei liquesceret, & negligeretur, erant quidem vngues prolixi, & quibusdam feris bestiis magis congruentes: pili autem densi & sordidi, & valdè similes saltibus. Vultus autem, propterea quòd nulla re intercedente eum ferirent radii

Vita durissima.

solis, iam tostus, Aethiopis instar niger euaserat, & mutata erant supercilia intensa necessitate vigiliarum. Et tamen sic perseuerans, & cum malis, quę intentabātur, sic luctans, & niuibus non aeris solum, sed etiam tentationum vexata, ne tantillùm quidem sustinuit discedere à monasterio, sed sic permansit tugurio fixo in vestibulo, & lubenter in eo abiici (vt ait Propheta)

Psal. 83.

sustinens.

Cap. 13. Alia hostis īsidia, apparēns ī specie sui mariti.

Quid autem rursùs bonorum aduersarius? Num, cùm eam in tales iniecisset tentationes, illum cœpit eam inuadendi satietas, idq; cùm vinceretur? Nequaquàm, sed pręter ea, quę præcesserant, hoc quoquè est machinatus. Eius enim mariti formam suscipiens, & in conspectum eius veniens, lachrymas emittebat ex oculis, & iis verbis vtebatur, quibus vsus fuerit maritus ad charam suam accedens coniugem, eam dicens suum luminare, exultationem, voluptatem, lucem oculorum, solatium malorum: &, Agè, inquit, o domina, siste mihi luctum tot annorum tua causa susceptū, prō ptoque & alacri animo domum reuertere. Cùm autē illa putaret re vera esse maritum, id dedit responsi, quod illum oportuisset audire, si id fuisset quod putabatur, & non visum, quod cernebatur: Ego, dicens, q renunciaui uanis rebus huius mundi, non possum rursùs cum illis congredi. Quomodò autem tanta potero esse impudentia, vt tecum habitem, cui sola fugæ causa fuit à me factum in te peccatum? Cùm autem illa eorum recordata, manus in cælum sustulisset, se tota ad preces conuertens, licebat illum videre fugientem, & nec valentem quidem ferre speciem orationis. Et tūc cognouit sancta quisnam is esset, qui accesserat, & q̄ essent multiplices eius in illam insidiæ, & quàm varia machinatio.

Cap. 14. Alia dæmonis præstigia.

Rursùs autem aliquandò omnes simul bestiæ, tam quæ habitant in mari, quàm quæ in terra, videbantur eam inuadere: reuerà autem non ità erat: sed erant spiritus malitiæ, qui formam illorum induerant. Post hæc autem homo apparens, iussus est ad sanctam accurrere. Illa verò, tanquàm armis, Dauidico vtens cantico, postquàm solùm dixit: Circundantes circundederunt

Psal. 117.

me, & nomine Domini vltus sum eos, visum statim euanuit. Obiicit malignus aliam quoquè tentationem, Rursùs enim cernebatur ab ea ingens exercitus. Eius autem princeps cum magna multitudine superbe incedebat: quem quidem vt adoraret, iubebant eius ministri. Cùm ipsa autem dixisset, Deum solum esse ado-

Caditur à dæmonib.

randum, iussit princeps ei plagas infligi. Et iussus ad effectum est deductus. Id enim declarabant & plagæ, quæ apparebant, & ipsa uisa mortua iis, qui adpascerant. Fuerunt autem hi pastores, qui iuerunt in monasterium, & dixerunt, Theodorum esse mortuum, & oportere eum mandare sepulturæ. Sed beata illa, cùm media nocte ad se rediisset, sibi adscribebat causam, & id quod acciderat, dicebat esse sui delicti disciplinā. Cùm se ergò muniisset armis orationis, petiit inducias tentationum: O Deus meus, dicens, Domine vniuersi, oblitus mei peccati, libera me ab insultu inimici, qui tuo inuidet figmento. Cùm eam autem precantem vidissent, qui illic erant pastores, quæ ab eis paulò ante visa erat mortua, Deum quidem laudarunt, monachis autem, quód reuixisset, annunciarunt.

Cap. 15.

Statuit verò Pręfectus monasterii infantem recipere, reputans quàm diuturna fuisset sanctæ afflictio. Non enim eam parua afficiebat molestia errans puer per aspera loca solitudinis. Sed ne sic quidem destitit hostis eam inuadere, Deo sic permittente, vt ea sibi plures coronas contexeret. Ei.n. rursùs visum est

Itèm alia præstigia.

aurum humi proiectum. Aderat autem magna virorū multitudo, q̄ illud colligebat. Id verò non erat aliud,

quam

quàm visio inanis. Nam vt eam solum deciperet, & vt aurum amarei efficeret, id totum erat machinatus. Non multi dies præterierant, & ei rursus visa est adesse seruorum multitudo, ei in manus tradentium obsonia variè condita, quę ei dixit: Qui tibi plagas imposuit, his te donat obsoniis. Quę quidem in nihil, sicut erant, dissoluit, cùm se signasset luce vultus Domini. Cùm ex his eam vidisset inuictam is, qui minatus erat se terram & mare esse deleturum, cumque ex bello, quod aduersus eam gesserat, pudore esset affectus, statuit discedere.

Cap. 16. Cùm autem septem anni præteriissent, monachi Laureæ Noui monasterii, qui illati stupri eam accusauerant, eam esse mulierem ignorantes, cum omnibus supplices petunt à Præfecto monasterii, vt ex quo loco ea priùs se exercebat, eam rursus admitteret, & referret in numerum cæterorum monachorum. Satis enim, aiebant, luit pœnas, qui tanto tempore fuit extra monasterium, & in ipso aditu totos septem annos transegit. Adiiciebant autem, per diuinam quoque apparitionem sibi factam esse fidem, quòd iam sit peccatum remissum Theodoro. Quorum ille cedens precibus, relaxat Theodoram ab iniusta illa condemnatione, iubens eam decæterò manere in intima cella, & nunquam progredi, neque vllum ei commutti ministerium monasterii. Duo deindè anni præterierant, ex quo ea sic maiore exercebat continentia, & intensioribus precibus. Deindè cùm orta esset siccitas, & cisternæ, quæ erant in cœnobio, ostenderent se ne minimum quidem habere aquæ humorem: quoniam, & iis, quę audierat, & iis, quę ipse viderat Præfectus monasterii, certior factus erat beatam esse consecutam donum miraculorum, eam accersit, & in cisternam iubet demittere amphoram, & haurire aquam. Illa autem, quæ didicerat cedere verbis patris, nihil curiosè inquirens, nec differens, facit quod fuerat imperatum, & protinùs aqua plenam extulit amphorā. Qua ex re aliæ quoquè cisternæ conspectę sunt aqua plenę.

Recipitur in monasterium.

Magnū miraculū

Cap. 17. Cum pauci autem dies præteriissent, ea tollens infantem in conspectu multorum, cùm iam esset vespera, & seipsam includens, cœpit eum adhortari nō secùs, ac pater germanum filium. Hoc cùm rescivisset Præfectus monasterii, mittit quosdam ex fratribus ac curatiùs audituros verba, quæ diceret puero. Qui cùm autem ostio admouissēt, & mentem diligenter adhibuissent, audiebant ea, quę dicebantur. Hæc autē erant, quę puero præcipiebat, eum deosculans: Tempus vitæ meæ, fili mi charissime, iam spectat ad finē, & decæterò festino ire ad seculum, quod illic est. Ego autem te patri orphanorum, & Deo commendo, & domino huius nostri monasterii. Habebis autē monachos quoquè, qui in te seruabunt fratrum affectionem. Quid ergò? Quęres fortassè nobilitatem? Illa autem non aliundè tibi cognoscatur quàm vndè vera apparet nobilitas. Nè adipsceris ad honorem hominum. Neque enim is eos, qui honorantur, potest beatos efficere. Sed neque ignoraueris, quòd eam, quę est in Domino, beatitudinem illi magis consequuntur, qui hominum ferunt probra & cōtumelias, & falsa, quæ in ipsos feruntur, testimonia. Si tenearis autem aliquo desiderio omninò affectandi honoris, ipse primum dilige honorem exhibere. Somnum odio habe. Duram & asperam viuendi rationem amplectere. Renuncia mollibus vestimentis. Consuetas preces nunquàm neglexeris, neque horas, quę sunt constitutæ fratribus ad cōueniendū, Matutinā, inquā, Tertiæ, Sextæ, & Nonæ, & Vesperarū. Abstine ab alienis. Accusatus responde, respiciens in terram. Alterius casum nē irriseris. Luge, vt cōsolationē cōsequaris. Aliquos audiēs malè viuentes, nè negligas pro eis precari. Ire ad eos, qui sunt infirmi, nè recuses. Et vt semèl dicam, omne malum declinans, vendica tibi virtutem. seruu fratribus, tāquàm dominis, vt euadas Christi amicus, qui pro te serui formam induit. Assiduè precare, ne incidas in tentationem. Quòd si incideris, ei fortiter resiste: & rursus precare, nè supereris. Si sic uiuas, ô dilecte, non procul aberit, qui tibi operā ferat, & qui bello appetito tibi sit porrecturus dexteram. Cùm hęc suasisset puero, iucūdè in Dei manus tradidit spiritū.

Optimè instituit puerum.

Vide hic enumeratas horas canonicas

Felicissimè obdormiuit in Domino.

Et puer quidem statim lugebat, & plangebat, & vociferatione plena erat domuncula. Quę audierant autem ii, qui ad hoc missi fuerant, declarauerunt ei, qui miserat. Qui postquàm audiuit, ipse quoquè id, quod viderat in somnis, dixit suis monachis: Existimabā, inquiens, me videre duos viros, qui me in altum extollebant. Altitudo autem erat tanta, quanta coniici non poterat. A me autem visi sunt ordines Angelorum, & vox in meis auribus resonuit: Vide, dicens, qualia bona sunt parata sponsæ meę Theodorę. Præter hæc, mihi quoque apparebat lectus, fidei Angeli creditus, & thalamus pulchritudine ineffabilis. Cùm autem significarem de lecto illo & thalamo doceri, & quæ eam esset illa, cui hæc parata essent, & de iis rogarem eos, quę inducebāt, statim mihi apparuit chorea Prophetarū, Apostolorumq; & Martyrum cum aliis iustis. Chorea autem mediam habebat mulierem gloria diuiniore ornatam, quæ & medium ingrediebatur thalamū, & mihi videbatur sedere in medio lecto. Qui eam autē abducebant, dicebant eam esse Abbatem Theodorū, cuius etiam confictum fuerat crimen stupri, & quæ sustinuit potiùs totos septē annos è monasterio eiecta affligi, & censeri esse pater filii, qui erat alterius, eūque suscipere alendum & educādum, quam quænam esset ipsa, significare, & simul à tanto liberari dedecore & afflictione: & ideò affecta est, dicebat, eam, quā vides, lętitiam. Hęc cùm uidissem, me remisit somn³, & me conuerti ad mea deflenda peccata.

Cap. 18.

Visio Abbatis.

Reuelat Abbati quæ & qualis fuerit S. Theodora.

Hæc cùm narrasset, peruenit statim ad cellam sanctæ, monachis quoquè eum sequentibus: & cùm pulsasset ostium, ex citauit puerū. Iam enim multo luctu eum oppresserat somnus. Surrexit ergò, & aperto ostio, eis dedit aditum. Illi autem ingressi sunt, & eam, quę est uerè uiua, vident mortuam: & accedentes, in sacrum corpus distillarunt lachrymas. Porrò autem Hęc facto uisum est intempestiuum, innotescere miraculum, donéc eos accersiisset, qui accusationem in eam construxerant. Qui cùm uenissent, ostensis aliquibus partibus sacri corporis: Videte, dixit eis, hoc spectaculum nouum & inauditum, qualis sexus quali eica tenebrarum conculcauit principem. Obstupuerūt omnes spectaculo: & metus quidem stuporem, metum autē lachrymæ sunt consecutæ, dum reputabant, aduersus quos labores decertare oporteat eos, qui sunt implicati corporis affectionibus.

Cap. 19.

Innotescit omnibus quod fuerit mulier.

Cap. 20. Quoniam autem nec maritum quidem oportebat omninò sanctā frustrari, qui purum ac syncerum in eam amorem perpetuò conseruauerat, Angelus accedens ad Pręfectum monasterii, iubet ut mitteret ad ciuitatem quędam ex monachis equitem, & iuberet ei, vt in equo suo collocet eum, qui primus ei occurrerit, & sic eum adducat quamcitissimè. Verumenimuerò eum quoquè diuina ad hoc quædam incitabat apparitio, & sua sponte veniebat ad monasterium. Cùm ergò ei factus esset obuiàm monachus, & rogasset cur curreret, ille respondit: Cum meam uxorem longo tēpore non uiderim, & eam nunc è uita excessisse resciuerim, vado eam extremò defleturus. Cùm eum ergò in equum sustulisset, duxit in monasterium, in quo ia cebat diuinum illud tabernaculum. Ad quod cùm iuisset,

Maritus eius venit ad eam.

ruiſſet, ſanctā vocabat nominatim, acerbas ſimul fundés lachrimas, adeò vt omnes, qui erant congregati, (conuenerant enim multi ex iis, qui habitabaot circuncircà, monachis) ptouocaret ad lachrymas, & deduceret ad eorum vitæ recordationem. Itaque erant omnia, tam quæ videbantur, quàm quæ audiebantur,

Cap. 11.

couſcientiæ relrigeratio, & renerà animæ medicina.

Cùm luctus autem vix tandèm deſiiſſet, pſalmi & hymni ſtatim luctum ſunt conſecuti. Et ſic iuſtis factis illi laborioſo & ſacroſancto corpori, id ſinu terræ abſcondunt, cuius ſpiritum ſinus Abrahæ, ſi intelligentia ſpectetur, exceperunt. Quidnam eſt hęc couſecutum? Fit rerũ illius maritus eius ſucceſſor: & cùm rebus omnibus huius mundi renunciaſſet, & ſeipſum retuliſſet in numerum monachorum, & captus eſſet amore quietis & ſilentii, cellam accipit Theodoræ: & cum bonam vitam, & ex virtute agendam elegiſſet, bono fine vitam claudit. Cùm ergò vidiſſent monachi eum ſic vitam egiſſe, nihil alienum exiſtimarunt, eſſe amborum vnum & idem ſepulcrum: propterea communiter, & iu eodem loco depoſueruut amborũ reliquias. Porrò autem puer quoquè eò proceſſit virtutis, vt etiam prę fuerit illi monaſterio, iuſto eorum iudicio, qui vitam illius cognoſcebant, & eum ſibi præfici deſiderauerant.

Fit monachus, & ſeliciter decedit maritus eius.

Talis fuit finis laborum huius beatæ, & hæc eſt uarratio eius præclarorum certaminum. Si ergò verum eſt, verũ quidem certè, quod dicit Paulus, Vnumquemque accepturum propriam mercedem ſecundùm proprium laborem: quemadmodùm nou eſt beata, & re vera Dei donum Theodora, quæ mercedem accipit tot laborum? Cuius interceſſionibus concedatur, vt nos quoquè ſimus è numero eorum, qui ſalui fiunt, gratia & clemeotia Chriſti veri Dei uoſtri cui gloria & potentia uunc & in ſecula ſeculorum, Amen.

S. PATIENTIS LVGDVNENSIS Epiſcopi encomion, Authore Sidonio Aruernorum Epiſcopo Lib. 2. Epiſt. vltima.

11. Septēbris.



SIDONIVS domino papę Patienti, ſalutem. Aliquis aliquem, ego illum præcipuè puto ſuo viuere bono, qui viuit alieuo: qui que fidelium calamitates iodigentiamque miſeratus, facit in terris opera cælorum. Quorsùm iſthæc, inquis? Te ſententia quã maximè, papa beatiſſime, petit, cui non ſufficit illis tãtùm neceſſitatibus opem ferre, quas nòueris: quinque vſque in extimos terminos Galliarum charitatis indage porrecta, priùs ſoles indigentium reſpicere cauſas, quàm inſpicere perſonas. Nullius obeſt tenuitati debilitaſque, ſi te expetere non poſſit. Nam præuenis manibus illum, qui non valuerit ad te pedibus peruenire. Tranſit in alienas prouincias vigilantia tua, & in hoc curæ tuę latitudo diffunditur, vt lõge poſitorum conſoletur anguſtias. Et hinc fuit, ut quia crebrò te non minùs abſentum verecundia, quã præſentium querimonia mouet, ſępè tèrſeris eorũ lachrymas, quorum oculos non uidiſti.

Patientis benignitas prędicatur.

Omitto illa, quę quotidiè propter defectionem ciuium pauperatorum irrequietis toleras excubiis, precibus, expenſis. Omitto te tali ſemper temperamento, ſic ſemper humanum, ſic abſtemium iudicari, vt conſtet indeſinenter regem præſentem prandia tua, reginam laudare ieiunia. Omitto te taoto cultu eccleſiam tibi creditam còuenuſtare, ut dubitet inſpectio,

Eius abſtinentia.

meliúsne opera uoua conſurgant, an vetuſta reparentur. Omitto per te plurimis locis baſilicarum fundamenta conſurgere, ornamenta duplicari: cumque multa in ſtatu fidei tuis diſpoſitionibus augeantur, ſolum hereticorum numerum miuui, teque quodam venatu Apoſtolico feras Photinianorum mentes ſpiritalium prædicationum caſſibus implicare, atque à tuo barbaros iam ſeqnaces, quotiès còuincuntur verbo, uò exire veſtigio, donèc eos à profundo gurgite erroris feliciſſimus animarum piſcator extraxeris. Et horum aliqua tamen cum reliquis forſan cómunicãda colligis: illud aũt deberi, ut iuriſcouſulti dicuur, præcipui titulo, nec tuus poterit ire pudor iuficiàs: quod poſt Gotthicam depopulationẽ, poſt ſegetes Incẽdio abſumptas, peculiari ſumptu inopiæ cómuni per deſolatas Gallias gratuita miſiſti: cùm tabeſcentibus fame populis uimiùm contuliſſes, ſi commercio fuiſſet ſpecies iſta, uon muneri. Vidimus anguſtas tuis frugibus vias: vidimus per Araris & Rhodani ripas non vnum, quod vnus impleueras, horreum.

Studiũ erga cõdenda & ornanda tẽpla.

Photiniani hæretici ab eo cõuerſi.

Mira eius liberalitas famis tempore.

Fabularum cedaut figmeota gentilium, & ille quaſi in cælum relatus pro reperta ſpicarũ nouitate Triptolemus, quem Græcia ſua cæmentariis, pictoribus, ſignificibusque illuſtris, ſacrauit templis, formauit ſtatuis, effigiauit imaginibus. Illũ dubia fama conciliat, per rudes adhuc & Dodonigenas popnlos duabus vagum nauibus, quibus poetæ deincèps formã draconũ deputauerint, ignotã còtuliſſe ſementẽ. Tu, vt de mediterranea taceã largitate, vinctũ ciuitatibus Tyrrheni maris erogaturus, granariis potiùs tuis duo flumina, quàm duo nauigia, cóplesti. Sed ſi fortè Achaicis Eleuſinę ſuperſtitionis exemplis, tanquàm mioùs idoneis, relıogioſus laudatus oſtenditur, ſepoſita myſtici iotellectùs reuerentia, uenerabilis patriarchę Ioſeph hiſtorialem diligentiã cóparemus, qui contra ſterilitatem, ſeptem vberes aunos iuſecuturã, facilè prouidit remedium, quod pręuidit. Secundùm tamẽ ſententiam, nihil, iudicio meo, minor eſt, qui iu ſuperueniente ſimili neceſſitate, oon diuinat, & ſubuenit. Quapropter etsi ad integrum coniicere nó poſſum, quantas tibi gratias Arelatenſes, Rheginẽſes, Aueniocus, Auraſionẽſis quoq; & Albenſis, Valentinæq; necnon & Trecaſſinę vrbis profeſſor exoluat: quia difficile eſt eorum ea aſſe vota metiri, quibus nòueris alimoniã ſine aſſe collatã: Arueni tamẽ oppidi ego nomine vberes perquàm gratias ago: cui vt ſuccurrere meditareris, non te cómunio prouinciæ, non proximà ciuitas, nó opportunitas fluuii, nó oblatio precũ adduxit. Itaque ingentes per me referũt grates, quib' obtigit per anni tui abundantiã, ad ſui ſufficiẽtiã peruenire. Igitur ſi mandati officii munia videor ſatis impleſſe, ea legato nuncius ero. Ilicèt ſcias volo, per oẽm fertur Aquitaniã gloria tua: amaris, laudaris, deſideraris, excoleris oĩum pectoribus, omniũ uotis. Inter hæc tẽporũ mala bonus ſacerdos, bonus paſtor, bonus es, qbus operępreciũ fuit, fieri famẽ ſuo periculo, ſi aliter eſse non poterat tua largitas experimento. Memor uoſtri eſse dignare domine papa.

Gen. 41.

Agit pro beneficio gratias Aruerna ciuitatis nomine, Sidonius Epiſcopus.

Itèm de eodem beatiſſimo Patiente Epiſcopo, ex eiuſdem Sidonij Libri 2. Epiſtola 10. ad Heſperium.



Ecclesia nupèr extructa Lugduni eſt, quæ ſtudio papæ Patientis ad ſummũ cepti operis acceſſit, uiri ſancti, ſtrenui, ſeueri, miſericordis, quique per vberem munificentiam io pauperes humanitatemque, oon minora bonæ conſcieotiæ culmina leuet. Huius igitur ædis extimis, rogaru pfati antiſtitis, tumultuariũ carmẽ iſcripſi trochęis triplicibus, adhuc mihi, iamq; tibi pfamiliaribus:

Lugduni ſanct' Patiẽs miro opere condit eccleſiam.

Quiſ-

Quisquis pontificis patrisque nostri
Collaudas Patientis hic laborem:
Voti compote supplicatione
Concessum experiare, quod rogabis.
Aedes celsa nitet, nec in sinistrum
Aut dextrum trahitur: sed arce frontis
Ortum prospicit aequinoctialem.
Intus lux micat, atque bracteatum
Sol sic sollicitatur ad lacunar,
Fuluo vt concolor erret in metallo.
Distinctum vario nitore marmor,
Percurrit cameram, solum, fenestras:
Ac sub versicoloribus figuris
Vernans herbida crusta, saphiratos
Flectit per prasinum vitrum lapillos.
Huic est porticus applicata triplex,
Fulmentis Aquitanicis superba.
Ad cuius specimen remotiora
Claudunt atria: porticusque sedem
Et campum medium procul locatas
Vestit saxea sylua per columnas.
Hinc agger sonat, hinc Arar resultat,
Hinc sese pedes atque eques reflectit.
Stridentum hinc moderator essedorum,
Curuorum hinc chorus helciariorum,
Responsantibus alleluia ripis,
Ad Christum leuat amnicum celeusma.
Sic sic psallite nauta, vel viator.
Namque iste est locus omnibus petendus,
Omnes quo via ducit ad salutem.

Templi frōs ad ortū aequinoctialem. — *Triplex porticus.*

VITA S. GVIDONIS CONfessoris, Anderlaci quiescentis, quae etiam ante annos octogintaquinque typis excusa habetur, bona fide, ut apparet, conscripta. Stylum F. Laurent. Surius passim nonnihil correxit.

12. Septēbris. Humili loco nat᷒ S. Guido.



IR uenerabilis Guido in pago quodam Brabantensi tugurio rustico & paupere domo natus & educatus est: atque in ipsis primae aetatis initiis penuriam diuitias putabat, vt quantum illa patiebatur aetas, è pusillo Christi grege esse totis viribus contenderet. *Pietas eī᷒ adhuc pueri.* Suffurabatur iam tum parentum oculis certas horas, quibus ecclesiam oraturus adiret, vel infirmis quicquid ex facultatibus suis habere poterat, imperiret. nec eū hilarem vlla vidit dies, qua non prius aut in preces incubuisset, aut eleemosynam praestitisset. Studebat genitor, vicini admirabantur, & diuinum aliquid iam omnes in eo venerabantur. Peruenit tandem ad uillulam Lakensem: vbi cùm ecclesiam in sāctissimae matris Dei honorem consecratam didicisset, ad illum precaturus accessit. Retinuit autem illū apud se ea nocte presbyter, & manè abire volentem rogauit, vt in eius ecclesiae seruitio maneret. Aduertebat enim in illo quandam venusti vultus grauitatem, verborum parcitatem, animi mansuetudinem, & cor sine intermissione Deo semper intentum. Libenter autē vir sanctus presbyteri precibus annuit, quòd iam seipsum relinquere, & ad alterius voluntatem se cōformare deberet.

Dabat igitur sedulò operam, vt altare niteret, testudo nihil haberet sordium, pauimentum scopis repurgaretur, sacrarium mundum esset, & vasa luculenta: deniquè, vt è caeremoniis nihil praetermissum aut neglectum videretur. *Seruit in ecclesia Lakēsi, idq; accuratè sanè.* Si quis eum quaereret, in templo reperiebat. Diuersi generis floribus & arborum comis cācellos & thecas sanctorum vestiebat: ut quicquid in illa aede vel adspectu, vel dispositione placeret, eius laborem & studium testaretur. Inuidiam humilitate superare, nulli vnquàm obscoeno sermoni locum dare, non contra euangelii doctrinam duas habere tunicas, *Luc. 9.* potiusque ad alienas fores stipem emendicare, quàm se petentem sine eleemosyna dimittere studebat. *Corp᷒ domat.* Corpus omne domabat & cōficiebat ieiuniis, crebrò in ecclesia pernoctabat, &, quod sanè difficilimum est, absque suae animae detrimento, oībus placebat. Nunquàm in ore eius risus, aut puerili leuitate effusus, aut muliebri petulantia fractus. Peccata quotidiana, & sine quibus vita praesens nullo modo ducitur, tanta lachrimarum vi diluere solebat, ut immanium scelerum reus videri posset.

Mercator quidam Bruxellensis ad eum veniens, officiosè, vt semper, ab eo acceptus est. Is cùm eius erga pauperes liberalitatem, & erga omnes benignitatem miraretur, primùm coepit de vestimentorum eius vilitate conqueri: deindè quasi pia quadam commiseratione, ne quandoq; praestandis eleemosynis sumptus desint, formidare: interim tamen polliceri eiusmodi consilium sese ei praebiturum, quod si sequi velit, nūquàm defuturam piam eleemosynam, sed semper ei᷒ liberalem dexteram abundè habituram. Multis deindè sermonibus persuadere ei conatur, vt mercaturam exerceat. Quid hic ageret miles Christi? *Decipitā à quodam mercatore.* Consentit tādem, & non sine omnium admiratione, repentè nouū se mercatorē exhibet. Sed vt scriptum est, Comprehēdam sapientes in astutia sua: *1. Cor. 3.* hanc serui sui secularem prudentiam Dominus mox castigauit, quantumq; ipsi ea negociatio displiceret, euidenti signo ostendit. Nam in medio flumine, pleno utroque litore, carina in sicco ponitur, praesensque periculum minatur. *Diuina castigatione reuocatur in uiam.* Cūque Guido contum subrigendae naui aptaret, adeò eius manibus lignum adhaesit, vt nullo modo extorqueri posset. Ad se igitur reuersus, reum se iam intelligens, & ignobili mercaturae animum se appulisse dolens, rediit ad ecclesiam, quam reliquerat, malo à se factorum culpam deploraturus. Nec uerò vllam aut oculis à lachrymis, aut ori à precibus requiem dedit, donèc lignum illud, quod manibus inhaerebat, in terram decidisse videret. Ità ergò, quandoquidem mercatura rarò aut nūquàm sine culpa exercetur, cùm ad eam beatus Guido instinctu mali daemonis à quodā eius administro pertractus esset, non est passus Dominus eum illa coinquinari: sed ut ab illa animum reuocaret, & superioris vitae tranquillitatem & quietē repeteret, pio correctionis flagello eum admonuit. Ille verò perindè ác si teterrimū perpetrasset scelus, & eo ipso omnes prioris uitae labores perdidisset, maioribus ieiuniis, precibus, lachrymis operam dedit.

Nec diu pòst, pro uiribus ad iter rebus necessariis comparatis, Romam profectus est, beatissimorū Apostolorū limina visitaturus, atque indè Hierosolymā, loca sacra aditurus: ac deincèps per septennium sanctorum ecclesias toto penè orbe inuisit. *Romam proficiscitur. Indè Hierosolymam.* Cumq; Deo duce Romam reuertisset, virum uenerabilem Vuonedulphum, in pago Brabantensi Decanum, cum aliis itineris eius comitibus Hierosolymam petituris, inuenit: quos ille quidem agnouit iam olim notos, sed non est cognitus ab eis. At uerò nominatim eos salutans, humaniter appellauit. Tandem agnitum eum in terram prostrati adorant, & submissè admodùm his

cum

Ad eos accedunt Theologos frequentissimum.

cum verbis deprecantur: Quandoquidem, pater sanctissime, te sola huc, ut credimus, Dei gratia adduxit, & adhuc peregrinationes suscipere, & multa pro Deo perpeti paratus es: obsecramus te, ut nobiscum Hierosolymam proficiscaris. Itinera enim & idiomata harum gentium tu melius nosti, quàm nos. Id ille audiens, vt erat piissimus: Charissimi, inquit, fratres mei, nō solùm vobiscum ire Hierosolymam, sed & ipsam animam, si res postulet, vestra causa amittere paratus sum.

Rursùs it Hierosolymam.

Ità eius sancti viri consortium adepti, post multos itinerum labores & fatigationes, tandem Hierosolymam & ad alia sancta loca perueniunt: iisque pro voto circunquaquè perlustratis, sani & incolumes ad patriam reuerti contendunt: cùm ecce, Deo illos vocante, qui eos in suo famulatu deuotissimos, vitæ huius sordibus amplius coinquinari noluit, primò Vuonedulphus, inde eius comites terræ corpora, sanctas cælo animas reddunt, beato Guidone eorum funera religiosè curante. Porrò dominus Vuonedulphus ante obitum leni affectus febre, sanctum Guidonem ad se vocat, se moriturum significat, sicque dicit: Ego, pater amantissime, Deo omnipotenti, qui sperantium in se semper complet vota, ore & corde toto gratias ago, quòd etiam vltra omnem spem nostram expleuit desideria nostra. Tibi uerò pro humanitatis & miseri cordiæ officiis, quæ nobis præstitisti, in vita ille bea-

Dominus reuelat S. Vuonedul pho suum obitum.

ta restituat. Ipse mihi indigno & infirmo seruo suo reuelare dignatus est, quòd iam adest tempus emigrationis meæ à corpore. Te uerò in pagum Brabantensem atque eum locum, vbi Dominus uult quiescere ossa tua, nō ueris reuersurum. Itaque valdè oro eam, quam habes a Deo, fidem & benignitatem tuam, vt amicis & cæteris reditum meum præstolantibus indices decessum meum, eis hunc meum annulum ostendens, nè dubitent uera esse, quę dicis. Hæc & pleraque a-

Vuonedul phi decani obitus.

lia cùm dixisset, oculos & manus ad cęlum dirigens, seque totum Domino commendans, in beatorū Angelorum, qui illic aderant, manus tradidit spiritum. Quanto autem honore illum Dominus in cælo extulisset, hominibus mox declarare dignatus est. Ad eius

Ad tumulum Vuonedulphi miracula.

enim tumulum, beato Guidone & multis aliis cernentibus, tres claudi & duo cæci curati sunt. Namque adhuc viuens, prę multa animi pietate & commiseratione, pauperes & egenos innumeris affecerat beneficiis, quæ partim illi diuinitùs cum compensata fuere. Vasa enim, quæ studio eleemosynarum exhauserat, rursùs inspici, & si quid fortè in eis remansisset, id pro Dei amore dari iubebat. Quod cùm fieret, plena reperta sunt. Eius quoquè famuli cùm in Autumno semina portarent, in eius agrum spargenda, diuina id agente prouidentia, agrum illum uberrimis segetibus refertum inuenerunt.

Porrò beatus Guido eius viri Dei præcepta minimè sibi negligenda intelligens, cœpit in patriam redire: sed priusquàm ad locum diuinitùs ipsi destinatum perueniret, multas molestias perpessus est a fame, siti, frigore & inedia. Tandem labore &

Reuertit in patriā S. Guido.

sanguinis fluxu penè confectus, Anderlacum venit: vbi cuiusdam pauperis hospitio vtens, multa de suo itinere commemorauit: simul exponens, quemadmodùm dominus Vuonedulphus cælo reddidisset animam, & quæ in eius sepulturę die miracula contigissent. Cumque ea res innotuisset uicedecano, sine mora is cum quibusdam è Clero, venit ad ædes illas, & cùm omnia accuratè inquisiisset, & annulum aureum beati Vuonedulphi agnouisset, gratias Deo cum lachrymis agens, ipsum hominem Dei Guidonē secum domum abduxit, vsque ad obitum eius diligenter eius curam gerens. Sed Domino iam nolente ut huius seculi diuturnioribus ærumnis fatigaretur, pri-

ma diei Dominicæ nocte ante corporis eius dissolutionem, cunctis, qui aderant, adspectantibus, lumen cælitùs fulum super Dei seruum in columbæ specie descendit, cuius splendore tota domus illustrata fuit: & cùm aliquandiù apud illum hæsisset, audita einsce-modi uox est: Veniat dilectus noster ad percipiendā æternæ iucunditatis coronam: quia fidelis seruauit. Mox aduolantes ii, qui in domo erant, Dei famulum in cælestem mansionem commigrasse cernunt. Eius verò sacrum corpus illius loci Canonici honorificè tumulatum, vbi usque in præsens, diuina operante gratia, plurima per eum miracula fiunt.

Lumen instar columbæ cælitus descendit in Guidonem. Abit in cælos uir sanctus.

Multo indè tempore, eo in loco quiescente corpore beati viri, à nullo ea, qua par erat, reuerentia afficiebatur: quandò non solùm aliundè aduentātes, sed & loci eius incolę, per medium illius sepulchrum ingrediebantur. Pecora quoquè ad pastum euntia & indè redeuntia, in eius tumulo accumbebant: sed ex iis quędam à dæmone correpta, tandiù vexabantur, donèc expirarent. Ea re permotus villæ dominus, duobus rusticis præcepit, ut beati uiri sepulcrum sepe cōmunirent. At illi, malo dæmone agente, in risum cōcitati: Agè, inquiunt, senem istum iampridèm defunctum, ne fortè à nobis effugiat, intrà sepem includamus, tanquàm ex eo aliquid emolumenti habituri. Vix uerba ediderant, & uiribus corporis cęperę sensim destitui conquerentesque se totum ferè diem inani opere consumpsisse, domum suā regressi. Media autem nocte alter ex iis cum magnis cruciatibus animam expirauit: alter quasi amens, oculum lacerabat suum, coniunctaque in beatum Guidonem à se iactata adnentantibus confitens, postridiè excessit è vita. Eorum interitus multis rum propè, tum procul degentibus causa salutis fuit, cùm iam diù diuersis laborassent morbis. Alii nanque in somnis admoniti, alii amicorum manibus, alii vehiculis adducti, cereos ad beati uiri sepulchrum apportarunt, atque illic in preces non diuturnas humiliter incumbentes, optatam reportauere salutem, domumque redierunt, laudantes Dominum.

Nota admirationem in irreuerentiā erga eius tumulum.

Item in petulantes rusticos.

Multa miracula.

Tum verò pro loco & tempore religiosi uiri supra eius tumulum quedem condiderunt, donèc diuina præstante gratia, digna illi basilica extrueretur. Quod cùm postea factum esset, (Qui enim illic ad sancti viri tumulum sanabantur, munera apportabant) Clerus & populus, mandante Episcopo, triduanum celebrantes ieiunium: atque ità ad sacrum sepulcrum accedentes, ossa beati viri è terra effoderunt, & cum magno tremore ad fontem ea abluentes, in media ecclesia in congruum loculum reposuerunt. Ad eam translationem multa è uicinis pagis confluxit turba, & quotquot vel febrib', uel aliis vexati morbis, ex aqua, qua sacra eius ossa abluta fuerāt, gustarūt, mox incolumes effecti sunt. Eleuata sunt posteà ossa eius ab Odardo Episcopo in sancti Iohannis Baptistæ natiuitate. Et hæc quidem ad eius declaranda merita paucis cōmemorasse satis sit. Obiit autē vir sanctus anno Christi millesimo cētesimo duodecimo, quarto Idus Maii, ut habet historia vitæ eius: cùm Martyrologium teste tur eum decessisse duodecimo Septembris die.

Nota reuerentiā erga eius sacra ossa.

MARTYRIVM SANCTI MARtyris Autonomi, Authore Simeone Metaphraste.



EQVE esse absurdum existimo, & lo qui ea, quę non oportet, & quę sunt pulchra & honesta, mandare silentio. Quantùm enim auditorum lædit animos is, qui narrat ea, quæ non sunt honesta: tantum is, qui silentio prætermit

12. Septēbris.

Res gestas sanctorum qui tacitè multum obsunt piis.

rit bonas actiones, priuat pios vtilitate, quam erant ex eis percepturi. Ea de causa religiosissimam Autonomi vitam, quę ad nos vsque peruenit, statuimus non tegere silentio: sed studuimus eam tradere piis auribus. Etenim ad nos peruenerunt res martyris, partim quidem à quodam, qui eas scripsit ante nos: cuius fuit quidem bona mens, non adfuit autem ei lingua, quæ posset consequenter suam explicare sententiam: immò propter inscitiam multa confundebat, & contegebat: partim autem à viris, qui in sacrum ordinem erant allecti in sacro templo martyris, & qui rerum ipsarum veritatem diligentiùs inquisierant & collegerant.

S. Autonomus Episcop' Italiæ. Matth. 10.

Hic ergò diuinus Autonomus, strenu' athleta veritatis, ac Episcopali dignitate ornatus in Italia, postquàm tempore Diocletiani cognouit acre & vehemens bellum erupisse aduersùs Christi Ecclesiam, recordatus diuinorum eius mandatorum, per quæ iubet, ut qui expelluntur ex vna ciuitate, fugiant in aliam, (Nã qui manet quidem, præter id, quod non potest docere verbum, ipse quoquè peribit. Quòd si fuerit remotus ab iis, qui persequuntur, poterit literis, aut etiam lingua conuenire quandoquè gregem Christi, eumque exhortari & confirmare ad pietatem: quinetiam eos, qui errant in tenebris impietatis, deducere ad lucem veritatis) relicta Italia, venit in Bithyniam: & diuinum eutum sequens, venit in locum quendã, cui nomen quidem erat Soreæ: situs est autem ad dexteram ei, qui nauigat in sinum Nicomediæ: & hospitio excipitur à quodam nomine Cornelio. Apud quem cùm longo tempore fuisset versatus, eum quidem perficit doctrina: Dei autem oratoria æde ędificata, quę dedicata est Michaeli principi, in ea ordinat Cornelium dignitate diaconatus: & cùm ei curam mandasset fidelium, proficiscitur in Lycaoniam & Isauriam: desiderans ipse quoquè fieri pręco pietatis. Deindè reuersus ad Corneliũ, cùm à se deiectum semen inuenisset produxisse multiplicem fructũ Dei cognitionis, eũ prouehit ad gradũ presbyteratus. Postquàm autẽ cognouit Diocletianum venire Nicomediã, qui Christianorum quidẽ omne genus, & ętatẽ omnẽ studebat excindere, pręcipuè aũt & admodùm solicitè quęrebat Autonomũ, is enauigauit Mantinũ, & Claudiopolim, (Sunt autem hæ vrbes positę in ponto Euxino) hicquoq; seminare studens verbũ pietatis. Postquàm verò, Deo adiuuante, ei processerunt omnia ex sententia, reuertitur ad Soreos, visitaturus Cornelium & eius Ecclesiã. Quã cum rursùs inuenisset multiplicatã, Corneliũ quidẽ ad dignitatẽ prouehit Episcopalem, ipse aũt regionẽ obit Asianorum, erroris quidẽ spinas euellens radicitùs, pia autem semina diligenter deiiciens. Diuina aũt gratia imbribus Autonomi ostendẽte magnam segetẽ pietatis, redit rursùs ad Corneliũ & eius gregem. Illinc venit Limnas. Est autem hic locus prope Soreos. Cuius habitatores cùm videret teneri profundis tenebris ignoratię, eos quoquè ducit ad lucẽ agnitionis. Non multum tempus ab eo cõsumptũ fuit ad eos in uiam deducẽdos, qui concurrebantur: sed & breui operata est gratia in animos permultorum, & salutare baptisma requirentes, sacro gregi Christi accesserunt.

Fugit in Bithyniã.

Quendã Corneliũ primò Diaconũ, deindè presbyterũ creat, ac vltimò Episcopum.

Multis locis prædicat Christum.

Cùm hæc ergò Dei benignitate, ut martyri erat in votis, effecta essent, accidit, vt qui tenebantur errore impietatis in dicto loco, in quodam dæmonis festo, quod ab eis celebrabatur, simulacris offerret libamina, & ea facerent, quæ faciunt animæ furore pèrcitæ à dęmonibus. Hæc sæpè uidentes fieri ii, qui erant gregis Christi, & diuino zelo repleti, (Illo autẽ die peragebantur cum maiori rabie) ad iustam iram incitantur, & se inuicèm adhortati, inuadunt simulacra: & cùm omnia protinùs contriuissent, & in puluerem & cinerem redegissent, ostenderunt illis cultoribus, imbecillitatem eorum, qui colebantur. Hoc gẽtiles tunc quidem stupore affecit & metu, & qui lamẽ tationis potiùs esse tempus putabant, quàm vindictæ. Cùm autem obseruassent diem, quó Dei seruus Autonomus mysticum celebrabat ministerium, lignoque & ferro armasset vnusquisque dexteram, repentè simul irruunt in oratorium, quod erat Soreis: & eos quidem vertunt & fundunt, qui inciderant: armis autẽ, quæ habebant in manibus, sanctum interficiũt, ad ipsam sacram mensam fuso sanguine, quomodò prius diuini Zachariæ, qui ad Deũ magis clamabat, quàm Abelis sanguis iniustè fusus. Et ideò eorum quidem, qui interemerunt, in æternum testatur impietatem, eos igne pro cæde vlciscens, & non breui tempore dolorem præbens, sed æternum cruciatum: Martyri autem, quæ non desinit, lætitiam, vitam perpetuam, & regnum Dei conciliat.

Christiani euertũt simulacra dæmonũ.

S. Autonomus occiditur.

2. Paral. 24. Gen. 4.

Sed Pontificis quidem, & pręconis veritatis hunc gloriosum exitum habuit martyrium: sanctissimæ autem eius reliquiæ à quadam Maria, quæ Diaconatus dignata fuerat charismate, cùm simul cum iis, qui ex propinquis emporiis non solùm sibi vendicabant pietatem, sed etiam virtutem, illis præclarè & sanctè iusta fecisset, mandatæ sunt sepulturæ, honorificè in capsa depositæ. Præcedente autem tempore, quandò Cõstãtinus ipsimis pius Imperator, sceptra Romana diuina potiùs manu, quàm exercitu & armis fretus, tenebat: Seuerianus quidam, Alexandriæ accepta re- ctione, cùm metu maris per uiam, quę est circa sinũ, iter faceret, venit quidem prope sacram capsam Autonomi, retinetur autem virtute, quę nõ cadebat sub adspectum: cùm muli quidem scuticis cęderentur, tã tillum autem non mouerentur, sed tanquàm lapides starent immobiles. Seueriano autem mirante id, quod factum fuerat, quidam uir pius & religiosus, & qui gratiam soluendi ænigmata Deo acceperat, suam profert sententiam, mulorum statum hoc significare, oportere eum, qui vehitur, hic sistere, & excitare templũ diuino martyri. Quòd autem recta esset admonitio, ostẽdemus euestigiò. Si enim, inquit ille, solùm operi annueris, videbis salientes protinùs, qui sunt immobiles. Et ille quidem annuit prompto & alacri animo: ingrediebantur autẽ muli maximo impe tu. Protinùs verò Seuerianus iussit ędificari oratorium, & uiam est ingressus. Cùm autem reuerteretur, templum dedicat, & efficit, vt posteris sit martyris perpetua memoria.

Honorificè sepelit.

Nota rem miram.

Cùm non parùm autem temporis interim præter fluxisset, inuitaret aũt memoria martyris, ut in diuino tẽplo fieret incruentum sacrificium, accedit quidem ad sacrũ is, qui tunc fungebatur munere sacerdotali, sacra mystica peracturus. Aqua autem ex tabulatis, quę iuxta ascensũ posita erãt, effusa, arbitratus hoc fuisse factũ ad contumeliã, sacrũ quidẽ ministeriũ peragit illo die: deindè cùm illud diruisset oratorium, ædificat alterũ in locis, quæ sunt prope mare, nesciens quòd supra religiosam thecam martyris Seuerianus olim extruxit oratoriũ, quod ipse dirueral. Cùm sexaginta autem anni præteriissent vsque ad tempus mortis Zenonis, qui fuit Imperator Romanorum, Iohannes qdã miles, qui erat in numero eorũ, qui vocantur Excubitores, vt Imperatori aliqua in re deseruiret, versabatur in his locis circa Soreos & Limnas. Et cùm corp' aliquãdò exerceret, egressus est ad uenationẽ: & cùm fuisset in eo loco, in quo martyricæ sepultę fuerãt reliquiæ, leporẽ arcu feriẽs, pdã sua manu occidit. Deindè cùm & alia venatus esset animalia, reuertitur, & in somnis videt martyrẽ ei pcipientem, ut in loco, in quo

Vide missam appellari incruentum sacrificium.

Sanctus martyr reuelat reliquias suas.

quo erat venatus leporem, tabernaculum figeret ad habitandū, & permaneret illic ei vicinus. Cum is autem citò perfecisset id, quod iussus fuerat, post aliquot annos ei martyr apparet euidentiùs, & docet, quisnam sit, & quòd sub illius tabernaculo conditæ sunt sacræ suæ reliquiæ. Miles uerò non esse à periculo remotum arbitratus eorum, quæ sibi diuinitùs significata fuerant, silentium, hęc aperit Imperatori. Is autem erat Anastasius, qui nolebat quidem purè ac syncerè esse pius: pietatem autem sępè simulans, captabat hominum beneuolentiam. Quamobrē ab illo quidem cōstituitur, quæ nunc est, ædes oratoria: dedicatur autem ab eo, qui post ipsum obtinet Imperium, pio, inquam, Iustino. Quæ nunc quoquè permanet, & in ea liberantur homines à multis malis. Atq; hæc quidem sunt, quæ de magno narranť Autonomo.

Construitur ad ei⁹ honorem ecclesia.

Ego autem uidens athletam etiam post mortē vincentem naturam, exurgo ad Deum glorificandum. Iniiciens enim aliquandò oculos in sepulcrum martyris, adspexi sacras eius reliquias, quæ inuictę manserant à mortis uiribus. Quæ enim vniuersam animalis compositionem se trium dierum spatio gloriatur dissoluturam, iam ducentis annis non valuit præclari illius uiri vel pilum corrumpere: Sed & coma capitis est densa & illæsa, & formæ character cōsistit integer, pelle firma & intensa, ne amissis quidem pilis labri superioris. Est autem ei orbis quoq; apertus oculorum. Per quos intuenti mihi videbatur, quòd legem tātùm mortis ipse reueritus, silētium simularet. Stat autem vniuersa quoq; figura eius corporis suam conseruans compagem, & nec eius capitis ruptū est aliquid, nec reliquarum corporis partium facta est vlla à se inuicèm disiunctio. Sic enim munificus Dominus scit vicissìm glorificare eos, qui suis membris voluerunt eū glorificare: Quoniam eum decet gloria, honor & adoratio, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Sācti martyris per annos plurimos incorruptū corpus.

VITA SS. SYRI ET IVENTII, SEV Iuuentij, Ticinensium Episcoporum, grauiter conscripta. Cuius authorem cùm non exprimant MSS. libri, incertum est, illàne sit, quam B. Syri discipulus Pompeius, an vero, quam ex hoc Paulus Diaconus edidit, à quibus scripto relictam doctissimus Petrus Galesinius Protonotarius Apostolicus annotauit. Porrò S. Iuuentij natalis in 6. Id Feb. incidit, quanuis Martyrologia passim hoc loco habeāt

12. Septēbris secundùm martyrologia. Cap. 1.



CAELESTIS exorta prosperitas, dulci reuelata facundia, erga aures fideliū circūquaq; clarescit. Nullius enim assertionis imbecillitas sacra ualet enarrare mysteria, nisi supno magisterio fuerit erudita, dicente sapiētissimo Salomone: Dominus dat sapientiam, & ex ore ipsius scientia & prudentia. Quod & beatus Iacobus Apostolus affirmat, dicens: Omne donum optimum, & omne datū perfectū, desursùm est, descendens à patre luminum. His itaq; ueritatis assertionibus premissis, qualiter Ticinensiū urbs, quæ proprio Papia nomine vocitatur, diuinæ respectu misericordiæ & uisitatione supernę gratię sit illuminata, vel in quibus diebus, quibusq; prędicantibus, intimetur. Nā ut à primo statu crescentis Ecclesiæ & Apostolorū vicinia Ticinēsis ciuitatis populus ad Dñi sui fidē conuersus, actus beatissimorum Syri & * Iuētii, qui

Prou. 2.

Iaco. 1.

Papia in primaua ecclesia fidē recepit.

**al. Iuuētij.*

huius orbis primi prædicatores ac præsules extiterūt, scripta informāt. Redemptore etenim nostro, peractis pro quibus venerat carnis passionis mysteriis, remeante ad cælos, reparato discipuli duodenario numero, ac sancti spiritus aduētu glorificati vniuersum mundum sortes mittentes diuiserunt, ac vt quibusq; sors dedit, proprias prouincias susceperunt. Quibus etiam incarnationem Dominicā prædicantibus, crescebat numerus fidelium, ità vt, relicto infidelitatis errore, se eorū magisterio sociarent. Vndè factū est, ut adiutores & successores Apostolorum existerēt, per quos Ecclesia ueris informata assertionibus ad fidem Christi & ad cultū cælestem proficeret. Quo in tempore fundata beatissimus Petrus Christi Apostolus Antiochena ecclesia, in qua primùm nouellę gentis Christianum nomen exortum est, ædificaturus Romanam Ecclesiam, ad Romanam vrbem transiuit: ibique prædicans Christum crucifixum, omnesque virtutes faciens atque miracula, quæ coram conspectibus Iudæorum fecerat, multos ad credulitatē sui conuertit oraculi. Quibus in diebus Marcus Euangelista, adiutor & Interpres eius effectus, de omnibus quæ ex ore illius didicerat mirabilib⁹ saluatoris nostri Iesu Christi Euangelium edidit, quod plurimi ēt beati Petri esse confirmant, eo quòd eiusdem documēto eruditus Euangelista Marcus, Euangelium illud conscripserit, & eius sit authoritate firmatū, atque ad legendū Ecclesiæ traditum. Marcus verò Euangelista post hæc digressus Roma, ad Aegyptum perrexit, atque Alexandrinā ecclesiā ex doctrina Magistri operarius veritatis mira concordia & sanctissima conuersatione fundauit. Euangelium autem, quod rogatus à fratribus Romæ confecerat, secum deferens, beatū uirū Hermagoram, quē ipse educauit & enutriuit, ordine vicis suæ Italiæ prudentia & sanctitate reliquit insignem. Huius auditores atque ministri venerabilis uiri Syr⁹ fuerunt atque Iuentius. Ecce enim à fonte luminis inæstimabilis claritas procedēs, per beata pectora derinata, Ticinensis populi animos circunfulsit: ita à Christo in Petrum, à Petro in Marcum, à Marco verò in Hermagoram, ab Hermagora in beatissimos viros Syrum atq; Iuentium transcucurrit, ut impleretur illud Psalmistæ pręconium: Qui emittit eloquium suū terræ, velociter currit sermo eius.

Act. 11. Christianū nomen vbi & quandò exortū sit.

Euangeliū Marci, authoritate S. Petri cōfirmatum.

Syrus & Iuuentius S. Hermagora auditores, qui fuit S. Marci discipulus.

Psal. 147.

Porrò his secūdùm diuinæ scripturæ traditionem præmissis, ordinē, quē ex sermonis vitæ eorum narratione didicimus, exequamur. Igitur beatissimus Hermagoras dum apud Aquileiēsem vrbē populis incitis Christum Dominū innotesceret, cœpit ex diuersis partibus ad eius dogmata infinitę multitudinis cętus cōcurrere, & supno afflatu veloci felicitate Christi Ecclesia germinare, ita sanè, vt ad credulitatem prædicationis eius mentes conferrent, ad quos verbi illius eruditio peruenisset. Conuocans autem alumnū Syrū Episcopali fastigio dedicauit, atq; cōsociās illi beatū Iuētiū, ad euāgelizādū nomen Dñi nostri Iesu Christi Papiā vrbē direxit, quatenus ibidèm honoris huius fungeretur ministerio, & fidē Christi populo in eadem commoranti ostenderet, ac paganorum animos Christi gratiæ copularet. Absoluti itaq; à Patre, auctiq; benedictionibus eius, viā sancti huius ingressi sūt operis. Proficiscentesq; dū Veronensiū oppidū introissēt, nō potuit abscōdi, iuxta Euāgeliū, ciuitas sup montē posita. Nā quædā nobilissima fęmina supno crebrò nutu admonita, ingressū eorū agnoscēs, sūma ad eos cū festinatione cucurrit: Orbatā se vnico filio deplorās, pedibus sāctissimi prosternit Syri, promittēs se suosq; Christianę religionis participes fieri, si orationib⁹ eius sobolē sibi cerneret restitutā. Cuius uoci protinùs vis Dei īndit: Si ex toto corde credideris: oīa

Cap. 2. Eius natalis est. 12. Iuly.

SS. Syr⁹ & Iuuentius Papiam euangelizatū ab Hermagora missi.

Math. 5.

Marc. 9.

credenti poſſibilia ſunt. Illa autem in hac permanente conſtantia, vir Dei domum eius protinus perrexit, ibique ſuper iacentis corporis funus orationem ad Dominum fudit, atque vitæ & ſaluti priſtinæ deſunctum reſtituit.

Excitat mortuũ S. Syrus apud Veronenſes.

Cœpit itaque adoleſcens glorificare Dominum, quod per orationem famuli eius à tenebroſa fuiſſet ereptus cuſtodia. Ad quod verò miraculum multi concurrentes, dicebant: Verus eſt Deus Chriſtianorum, quem prædicat hic famulus eius, ipſum enim adorare debemus. Illa autem nobiliſſima vidua, uidens filium ſuum ſanum, quod pollicita fuerat, feſtinanter impleuit: ſtatimque baptizata cum filio & vtriuſque ſexus familia, relinquens ſacrilegium idololatriæ, Chriſti ſe collegio ſociauit. Sed & immenſa multitudo paganorum, hoc viſo miraculo, baptizata eſt, Chriſtum Dominum confitentes.

Multi credunt in Chriſtũ.

Cap. 3.

Egreſſus dehincà Veronenſi vrbe uir Domini Syrus, cùm Papiam tenderet, fama præcorrente relatus eſt. Iam verò ante ingreſſum eius plurimæ populi turbę ex ciuitate confluxerant, expectantes ſummo cum deſiderio aduentum tanti Patris & Prædicatoris ſalutis ſuę. Ad quem aduenientes veſtigiis proſternuntur, his vocibus exclamantes: Ingredere, ingredere deſiderabilis Pater, reuoca errãtes, ſuſcipe abiectos, doce imperitos, libera, quos captiuos crudeliſſimus detinet hoſtis, erue nos, ac inſtitutis ſalutaribus informa, & transfer nos in cœtum ueri Dei, ut cognoſcamus quem nos adorare oporteat. Hora autem eadẽ operante Dei clementia, quinque tetigerũt eum infirmi, & confeſtim integerrimę ſaluti ſunt reſtituti. Ingreſſusq́ue vrbem, futuræ proſperitatis eius annũcians deprompſit pręſagium: Delectare gaudiis vrbs glorioſa Papia, quia veniet tibi ab ęternis montibus exultatio, nec vocaberis minima, ſed copioſa ĩ finitimis ciuitatibus: & ue tibi Aquileia, cùm in impiorũ incideris manus, deſtrueris, nec vltrà reędificata conſurges. Populi autem multitudo clamabat: Ipſe verè ſolus eſt Deus, quem pręedicat hic beatiſſimus Pater: Qui autem idola colunt, vanitate ſtultitiæ pleni ſũt. Annuens autem vniuerſo collegio uir Dei, dixit: Conſtantes eſtote chariſſimi filii, certatimq́ue implete opere, quod voce profertis. Credite Ieſum Chriſtum Dei eſſe filium, ante ſecula cum Patre manentem, Deum ex Deo, inuiſibilem de inuiſibili, omnipotentem de omnipotente: Et ut nos redimeret aſſumpſiſſe carnem ex Virgine, & per tempora & actus creuiſſe ut uerus homo, in Deitate permanens verus Deus. Secutusq́ue Dominicę paſſionis & reſurrectionis, atque in cęlos aſcenſionis gloriam, omnibus audientibus aperuit ſacramentum, annũcians illis & diem iudicii, atque credentium gloriam ſempiternam ſanctorum, dicens: Hæc ſi credideritis, erit ſemper vobiſcũ Deus, ſicuti nobiſcum, & quicquid fideliter petieritis in nomine eius, conſequemini. His autem & aliis multis ſanctis exhortationibus populus ad fidem conuertitur Chriſti, atque baptiſmatis gratiam conſequuti, patrem & ſalutis ſuæ oſtenſorem miro omnes uenerabantur affectu.

Quinque ĩfirmi ad ingreſſum eſ curantur.

Vaticiniũ hoc refert Luitprandus Ticinenſis lib. 3. cap. 2.

Prædicat Papięſib' Chriſtũ S. Syrus.

Iohan. 16.

Cap. 4.

Eo verò tempore dum orta eſſet perſecutio Chriſtianis in Mediolanenſium urbe à quodam paganiſſimo Comite Anolino noĩe, & aliquanti ex Chriſtianis pro amore Chriſti punirẽtur: beatos Protaſiũ & Geruaſiũ, glorioſos viros pro profeſſione Chriſtiana, idẽ crudeliſſim' Præſes carceralib' tenebris mãcipauit, plurimis Chriſti fidelib' latitãtib'. Beatus verò Nazarius claris ort' natalibus, ea tẽpeſtate Chriſti nomẽ cõſtãtiſſimè prædicans, deſpectis huius ærumnoſę vitę negotiis, multorum animos illuſtrabat. Sed detentus impiorũ manibus, marinis fluctibus immergitur. Succurrente autẽ diuino præſidio, naufragiũ tanti periculi verus Chriſti athleta liberatus euaſit. At poſt iſta diuina magnalia incunctanter prædicans Dominũ Ieſum Chriſtum Dei eſſe filium, ad eandem Mediolanẽſium vrbem peruenit, in qua videlicet iuſſu nequiſſimi Neronis ab eodem Comite mortis ſententiam ſuſtinuit: & quia erat nobilis, pręclaroque ex genere, metuens ſæuiſſimus perſecutor, intempeſta nocte capite eum truncari pręcepit cum aſſecla ſuo paruulo nomine Celſo.

Perſecutio Neroniana Anolino Præſide.

Geruaſius & Protaſius coniecti in vincula.

Nazari' in mare proiectus, incolumis euaſit inde 19 Iunij.

Nazari' cum Celſo capite plectitur.

Cap. 5.

Cumq́ue relatione multorum beatiſſimus Syrus hæc cognouiſſet, venerandũ virum Iuentiũ alloquitur, Sũma, inquiẽs, alacritate acceleritate Mediolanũ trãſcurre, omni ſolicitudine inquirens Chriſtianos uiros alloquere: Supernę vos ardor charitatis detineat, & erga Chriſti martyrum reuerentiam vincat, ut corpuſcula fratrum noſtrorũ Nazarii & Celſi, quorum ſanguis pro Chriſti effuſus eſt nomine, dignę ſepulturæ cum maximo honore tradantur, atque epitaphium certaminis eorum ſacris apicibus conſcribentes ſimul recondite. Protaſium antẽ & Geruaſium digniſſimos Confeſſores, quia peſtifero Pręſide clauſi carcere detinentur, cùm pro Chriſti fide & ipſi fuerint martyrio coronati, debito honore & merito condentes, certaminis eorum libellum pro futuris temporibus ad laudem Domini noſtri Ieſu Chriſti & gloriã ipſorum ad capita eorum reponite. Quia prædeſtinatum eſt à Deo, ueris fidelibus, qui tempore opportuno credituri ſunt, ob confirmandas mentes eorum, ſanctorum corpora reuelari, & honoribus atque virtutibus præfulgere, multorumq́ue infirmantium valetudinibus reſtituere medelam ſalutis.

Iuuentius mittit Mediolanum ad ſepeliẽdũ ſanctorum martyrũ corpora.

Libellus talis legitur 19. Iunij.

Cap. 6.

Cumq́ue omnia ſereno pectore Patris monita ſuſcepiſſet, lętus ac feſtinus huius præcipuè legationis iter arripuit, atque ad eandem vrbem licèt anxius iam noctũ peruenit: inuentisque quos ſanctus Pater prædixerat Chriſti fidelibus, quæque ei commiſſa fuerãt, auribus retexuit. At illi corpora martyrum Nazarii & Celſi ſe condidiſſe reſponderunt. Quibus beatus Iuentius: Obſecro, inquit, vos, ut dũ certaminis ſui hi, qui ſuperſunt, beatiſſimi Protaſius & Geruaſius finẽ acceperint, aliquid pro amoris dulcedine eorumq; reuerentia, de veſtibus vel corporibus eorum pignus retinentes, noſtris deſideriis offeratis. His uerò auditis, qui aderant reſponderunt: Quandam Dei famulam, dum S. Nazarii caput ab impio laniſta abſciſum fuiſſet, uidiſſe ſe, linteo ſanguine eius recepto fugam petiſſe. Quo vir Dei Iuentius reſponſo commonitus, anxius tali inſinuatione, dum remearet, in ipſo itinere eandem conuenit Chriſti ancillam: Quæ diuina admonitione pręmonita, gratuita volũtate martyris ei obtulit cruorem, quem ferebat. At ille accepto tãti muneris quem quęrebat theſauro, lætus ad mœnia Ticinenſis reuerſus eſt ciuitatis. Cuius portam tanti doni portitor dum intraſſet, quidam dæmonio puer arreptus volutabatur in platea, ex cuius ore dolens ac luctuoſa uoce eiulans clamabat diabolus: Væ mihi, quia torqueor martyris ingreſſu cruoris. Quod ut audiuit miles Chriſti Iuentius, ſuper uexatum puerum S. Nazarii martyris ſanguinem impoſuit, ſtatimq́ue ab eo dæmonium quod vociferabatur expellit. Contigit autem, ut pro confirmanda fide Catholica ipſe prudentiſſimus uir Iuentius, operante Chriſto in multis ſignis, probabilem faceret ſancti martyris cruorem Nazarii. Nam poſitus ſuper cęcorum oculos, lumen reſtituit: & uarias infirmitates concurrentium ad ſe frequenter curauit. Atque ex hoc tempore, beati Nazarii meritis & patrocinio promerente, plenæ credulitatis augmentum huius urbis Ticinenſis populus eſt adeptus.

Eccè quo in precio apud ueteres fuerĩt ſanctorũ reliquiæ.

Dæmonia cus curat virtute cruoris S. Nazarij.

Itẽm mul ti caeci & ęgri.

Poſt

Cap. 7.

Post nō multorū dehinc tēporū curricula, cùm sāctorū martyrū Protasij & Geruasij apud Mediolanū finita essent certamina, preciosa corpora eorū à Christianis occultè sublata, sepulturæ sunt reddita, nè impiorum atrocitas, sicut viuentes, ità persequeretur & mortuos. Tunc quidam Christi fidelis Liberius nomine, cum reuerētia & amore à sanctis eorum exuuiis fidissima temeritate, quandam quæ fas fuerat detrahens particulam, beatissimo Syro Ticinensis vrbis Patri & doctori idoneo, vt ab eo fuerat postulatum, amicabiliter detulit. Vir autem venerabilis suscipiens pignora beatorum martyrum, multis in eis virtutibus vsus est. Cumque signa sanitatum longè lateq; splendescerent, cœpère languentium etiam ex inopinatis partibus ad eum turbæ concurrere, eumque immēsa frequētia perurgere. Inter hæc sacerdos Dei eximius exultans de mirabilibus quę per merita sanctorū martyrum Christus Dominus sedulò faciebat, concepit animo non procùl ab huius vrbis mœniis extra ciuitatem templum Domino in memoriam nominum eorū erigere, idq; in modum Crucis, vt aggressus est, consummauit. Atque hoc primum cælestis Regis uexillū in hac vrbe erectum est, & ouile Dominicum: intrà cuius caulas pastor verissimus oues regebat Dominicas, quas peruigili custodia à faucibus extrahebat serpentis nequissimi. Quod & Dauid fortissimus designabat, quandò brachia confringens ursorum, conterensque colla leonum, ex cruentis dentibus raptas ouiculas auferebat.

Syrus Episcopus multa signa facit virtute reliquiarū SS. Geruasij & Protasij.

Cōstruit basilicam ī eorū memoriam.

1. Reg. 17.

Cap. 8.

Perfectis igitur templi siue altaris dedicationis insignibus, quotidianas Deo laudes in eo & hostias offerebat. Vna autem dierum dum Missarum solennia singularis Pontifex ibidem celebraret, & copia filiorum eius, quos uerbi semine iuxta Apostolum Deo genuerat, deuota sanctis mysteriis interesset, audēter Iudęus ecclesiam ingressus, maligno instigante spiritu, corpus Dominicum suscipere, atque in sterquiliniū proijcere molitus est. Qui inter turbas fidelium ad manus viri Dei perueniens, ausu nefario immundo ore corpus suscepit Dominicum. Quod ut animo reijciendi os aperuit, digna vltione percussus, sine affatu verborum cunctis audientibus & videntibus clamare cœpit. Volebat labia iungere, nec ualebat, conabatur verba edere, sed lingua rigida officium loquendi non præbebat, & quasi ignitum iaculum in ore portans immēsis torquebatur doloribus. Resonabat omnis illa ecclesia ineptæ vocis clamoribus, & tā egregii virtute miraculi Christi fideliū lætabatur conuentus. Impleturque illud, Derisores ipse deridet. Et quod Apostolus ad Galatas scribit: Nolite errare, Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo, hęc & metet. Iudęus ergò incredulus nec audierat nec legerat ista præconia scripturarum, qui putauit Spiritus sancti deesse præsentiam. Quem vir Dei suo conspectui præsentari præcepit, atque aduenienti dixit: Incredula & perfidiæ mens plena, quarè tam iniqui hostis impleſti consilium? æstimasti corpus Christi utilissimum? Eccè quod clandestinus persuasor te miserum illexit ut faceres, cunctis fidelibus suis diuina virtus ostēdit. Iudęus autem nimio dolore superatus, voces emittere absq; sermonibus nō cessabat, habens in gutture suę malitię cruciatum: quia secundùm sanctissimi vaticinium Simeonis, vt incredulis est pernicies & ruina, ita fidelibus suis vita & exultatio est verbū Dei. Nam subtilius adspectantibus, mirabili ratione corpus Dominicum in ore videbatur Iudęi dependere, vt nec linguæ subtēr compagi insidēret, nec desuper immundo adhęreret palato. Sed postulantibus fidelibus pro eius miseria, vir Dei beatus Syrus manum tendit, & sanctæ Eucharistiæ mysterium à sacrilego ore abstraxit, dicens: Eccè nunc liberatus es, de cæterò caue huiusmodi simile nè facias, & nè vlteriùs repetere hoc præsumas. Iudæus autem pedibus eius aduolutus, clamabat se Christo Deo crediturum, si sacri eum baptismatis vnda perfunderet, ac pio eius cōuētui copularet. Tibi, inquit uir Dei Syrus, tibi Omnipotens refero gratias, qui Iudaicam perfidiam non dedignaris corrigere, sed ad tui vnigeniti fidem ampla pietate conuertis. Baptizato autem illo, multi ex Iudæis credentes, cum eo sacro renati baptismate, Christi fidelibus ac spiritali cœtui sunt vniti.

Vide antiquissimū dedicationis tēpli & altariū usū.

1. Cor. 4.

Dominicùs castigat Iudæus volēs malā intētione corpus Domini suscipere,

Gal. 6.

Luc. 2.

Mirabile quid.

Iudæ' credit ī Christum, & multi baptizati.

Itē m alij multi cum eo.

Cap. 9.

Igitur dum multa per hunc Patrem nostrum Syrū laudanda DEVS ostenderet, & quia iam spiritu prophetię illuminatus enitebat, quendam ad se superbo spiritu sub figura pietatis aduenientem intuens, Silēre te magis oportet, inquit, quàm loqui: quia quæ cogitas manifestè clarescunt. Obmutescens verò ille, nec aliquid profari valuit, sed pedibus sancti uiri aduolutus, gemitibus ac lachrymis iniquæ cogitationis pandebat arcanum. Vir autem Domini lachrymis ac gemitibus ipsius inclinatus loquendi mox ei officium restituit, atque diuini muneris reddidit ei ministerium. Diffundebatur autem DEI gratia in ciuitate Papiana, & diuulgata sancti viri fama, ex diuersis partibus multorum ad eum frequentia concurrebat populorum. In qua felicissima vrbe instituit ecclesiasticos ordines, discipulumque suum Iuentium & Pompeium mitissimos Diaconos fecit. Chrysanthum autem virum illustrem, & Fortunatum clarissimum, presbyteros ordinauit: Eiusdemque vrbis expletis octo hebdomadarū curriculis sedem obtinuit, multorumque à paganissimis idolorum cultibus retrahens animos, ad Dei seruitium & credulitatem perduxit.

Spiritu prophetico nodet cogitationes hominis impij S. Syrus.

Reddit ei dē lingua officium qd amiserat.

Iuuētium & Pōpei' fiunt Diacoui.

Itèm duo alij presbyteri.

Cap. 10.

Egressus autem quodam tempore ex urbe memorata, dum vicos ac villas ciuitatesque circumquaquè peragraret, & prædicationis sanctę verbo ignorantium corda imbueret, uir quidam pedibus eius prosternitur, qui mutum surdumque se habere filium clamabat, eumque sanctę eius præsentiæ rogitabat offerri, si dignaretur forsitan loquendi ei audiendique gratiam condonare. Cuius iussu eius præsentiæ puer oblatus, cunctis audientibus orationem fudit ad Dominum, dicens: Domine Iesu Christe, qui humanam formam cum Patre & sancto Spiritu sine vitio ad tuam similitudinem plasmare dignatus es, & dedisti ei libertatis arbitrium, qui mutis loquelam, cæcis visum, surdis auditum, mortuis vitam reddidisti: respice super hunc puerum, & os atque aures eius obturatas adaperi, quia tibi plasmatori hæc pertinet reformatio, cuius digito compacta sunt vniuersa congruentia corporum membra humanæ substantię. Completa autem oratione, in ore & auribus eius signum Crucis digito suo fecit, statimque apertæ sunt aures eius, & lingua ipsius absoluta est, ità vt voce clara confiteretur puer, ac benediceret Deum. Quod miraculum videntes increduli, crediderunt in Dominum Iesum Christum, perceptaque fide baptizati sunt.

Digitus Dei Spiritus sanct'. Surdus et mut' puer loquitur.

Cap. 11.

Dehinc exorta aduersùs Christianos grauissima persecutione, intantum vt per diuersa loca plurimus sanguis effunderetur, ad eandem ciuitatem, in qua vir Dei talia signa faciebat, operarii iniquitatis properare gestierunt, sed penè factos omnes ciues Christianos cognoscentes, minimè ausi sunt apetere eam, vel impias super eos manus inferre, sed ad virum Dei properantes, quasi comminantes dicebant: Quis tibi dedit hanc potestatem, ut nobiles & ignobiles Christianæ sectæ oppressionibus arguas, & nolentes magicæ artis tremore

Sæua persecutio in Christianos.

re concutias, vt Christum, quem Iudæi crucifixerunt, quasi filium DEI adorent, quem nec viderunt, nec visuri sunt, & deos veros, quos Romana colit religio, detestentur? Si hoc ad aures inuictissimi Principis relatum à nobis fuerit, simul te cum his omnibus, qui tuo consilio adhæserunt ac dogmati consentiunt, multis supplicijs punire præcipiet. Placeat tibi consilium nostrum, recede ab hac stultitia, & noli subuersionem facere animarum, quæ vero cultui seruientes, viuunt pacificè.

Eccè lenise viri ipsorù hominum consilium.

His eorum sermonibus beatissimus Syrus dulcissima benignitate respondens, Nolite, ait, falli, dilectissimi filij, neque antiquus error in vestra mente permaneat, qui parentum vestrorum obcæcata corda possederat. Nolite adorare idola muta, surda atque vanissima, sine sensu & anima, quæ humana prouidentia facta sunt diabolo suggerente, quia nequeunt vobis conferre medelam: sed credite potiùs in Deum cæli & terræ, omniumque creaturarum factorem, qui mundum fecit ex nihilo, & terram fundauit super aquas: Qui limitibus maria circundedit, & fecit omnia quæ in cælo sunt sursùm, & in terra & in aquis deorsùm: Qui firmauit terram super abyssum, & aquas fluere fecit ex summitate petrarum & montium: Qui producit flumina ex abditis, & discurrentia marinis miscet in fluctibus.

Conuertit eos vir Dei, suis sanctis doctrinis & admonitionibus.

Gen. 1.

Credite huic Christo filio Dei, qui propter nostram salutem dignatus est formam serui suscipere, quem Gabriel Angelo nunciāte integerrima Virgo concepit Maria: Qui nouem mensium plenitudinem, Virginis matris crescendo adimpleuit in vtero: Natum per nouę stellæ apparitionem Magi agnouerunt, & ea præuia in Bethlem Iudææ adorare venerunt, & vt Regi Regum munera obtulerunt: Qui ab Herode vt inueniri possit atque necari exquisitus est: Qui in sanctis innocentibus persecutus est, qui in multis fulsit miraculis, suscitauit mortuos, leprosos mundauit, cæcis visum reddidit, surdis auditum, claudis gressum, mutis loquelam, atque iussu ac voluntate vniuersa curauit: Qui vt verus homo dormiuit, & vt verus Deus ventorū flatibus imperauit: Qui vt verus homo esuriē sensit, & vt ver9 Deus de quinq; panibus & duob9 piscib9 quinq; millia populi satiauit: Qui vt ver9 homo sitiuit, & vt verus Deus fontē indeficientem in se credentibus dedit: Quem principes Iudæorum per inuidiam sub Pontio Pilato flagellatum crucifixerunt: Quo crucifixo, tenebræ factæ sunt super vniuersam terram ab hora diei sexta, vsque ad horam nonam. Quid plura? Mortuus est & sepultus, sed tertia die surrexit, conuersatusque cum discipulis suis per dies quadraginta, ipsisque adspicientibus atque mirantibus ascendit in cælos, promittens in se credentibus discipulis sempiternam gloriam: non credentibus autem, æternas flammas supplicij, quę præparatę sunt iis & patri eorum diabolo: quoniam vnusquisque, cuius opera agit, eius est filius. Ego verò polliceor vobis confidens in Domino, quia si credideritis in filium Dei Iesum Christum, & malis actibus atque vanissimis idolis abrenunciaueritis, quòd possidebitis perpetuam vitam: In qua lux indeficiens erit, & tenebræ nullæ: in qua nec esuries, nec indigentia tegumentorum, sed Christus ipse vera refectio suorum fidelium, qui dat credentibus in se candidissimas stolas & quotidianæ felicitatis gloriam sempiternam.

Luc. 1. Mat. 2. Iohan. 11. Luc. 17. Mat. 8. Iohan. 6. Iohan. 4. Mat. 27. Act. 1. Mat. 28. Iohan. 8. Apoc. 7.

Cap. 12. Cumque eos vir Domini his alloqueretur sermonibus, diuinę respectu clementiæ conuersæ omnium mentes, quasi ex vno ore dixerunt: Tali ergò nos conuenit credere Deo, qui non in lapidibus sed in cælis habitat. Omnesque prouoluti ad sancti viri vestigia, postulant se baptismi gratiam adipisci. Quibus vir Domini aperiens fidei Catholicæ sacramenta, tradensque omnibus donum sancti baptismatis, corpori Catholicæ coniunxit Ecclesiæ.

Multi baptizātur, credentes ī Christū.

Die autem quadā egressus ab vrbe Ticiuensi causa sanctæ prędicationis, dum ad Briianę ciuitatis tenderet plebem, quidam puerulus Eustachius nomine, plenus dęmonio, exclamauit: Quis est hic, qui hanc vrbem penetrat? aut quo genere collactaneos & compatriotas meos suo subdidit imperio? & occurrens ei obuiàm, Sufficit tibi, dicebat, Syre, quantis in locis me persecutus es: vel hic habitandi mihi concede licentiam. Quis te misit, vt de meis me excutias domicilijs? de longinquis partibus egressus es, nulla tibi hic causa, nulla tibi hic consanguinitas, nostra possessio facta est tibi hæreditas. Vir autem Domini hilari in eum vultu respiciens, dixit: Quis tibi miser tribuit hanc licentiam possidendi? possessio tua ignis æternus est. Dæmon respondit: Nec solius mei arbitreris possessionem eius incendij, quia multi mecum de hac vrbe illuc ituri sunt, qui meas nunc faciunt in omnibus voluntates. Tu autem solus econtrariò me debellas, & frequenter de mea angeris euersione. Protinùs vir Dei in cælum oculos eleuans orauit, imperauitque dęmoni, dicens: Immunde ac deceptor animarum spiritus, exi ab eo, & nè vlteriùs audeas ingredi ad eum: sed vade ad præparata tibi æterna tormenta. Mox autem ad vocis eius imperium gemens & dolens, discerpēsque puerum, exiit ab eo, nec vltrà eum ausus est appetere. Hora autem eàdem multi, hæc videntes mirabilia, crediderunt in Iesum Christum. Puer verò tota cum domo sua & multitudine maxima credentium populorum baptizati sunt. In qua vrbe sanctissimus Pater plurimis diebus apud fideles remoraturus Christianos, sanctæ Ecclesiæ plures auxit filios spiritales.

Expellit dæmonem ab obsesso puero Syrus Episcopus. Multitudo maxima amplectitur fidem.

Cap. 13. Egressusque è ciuitate Briiana vir Dei, dum Laudensium oppidum introiisset, obuiàm ei cæcus à natiuitate occurrit, subnixè postulans eius se precibus adiuuari. Cui vir Dei: Credis, inquit, in Dominum Iesum Christum Dei filium? Cæcus respondit: Credo, tātùm illuminentur oculi mei. Sanctissimus Syrus dixit: Si ex toto corde credis, ipse in quē credis aperiat oculos tuos: statimque oculorum suorum percepto lumine, cęcus cœpit glorificare Dominum nostrū Iesum Christum, vnigenitum ac verum filium Dei: baptizatusque cum omni domo sua ac multitudine maxima, permansit in fide Christi.

Cæcus a natiuitate illuminat.

Sequenti quoquè die dū Papiam reuerteretur, multi eum, sancta eius eloquia diligentes, secuti sunt: quique morati diebus plurimis apud ipsum, fundamentum veræ fidei perceperūt. Ciues autem sancti viri cognoscentes regressum, & mirabilia quę in memoratis vrbibus fecerat, exeūtes obuiàm tam viri quàm fœminæ laudabant & glorificabant Deum, qui eis talem & tantum dignatus est Patrem concedere. Reuertēs aūt ad propriæ functionis cathedram, accersiuit ad se prudentissimum virū Iuētium: Non te lateat, ait, fili charissime, tertium te post me ad huius officij honorem pertingere. Confortare & viriliter age, nè te terreat te perturbantiū rabies. admonēsq; eū de vniuersis ecclesiasticis disciplinis, migrauit ad Dominum, expleris cunctę vitę suæ octo hebdomadarū geminatis recursibus. Cuius sancti corporis reliquias conuentus fidelium populorū, quos venerabilis Pater prędicatione sua Dño acquisiuit, cū sacerdotali cętu & copia clericorū, in basilica sanctorū martyrū Protasij & Geruasij, quā ipse cōstruxerat, debito honore & summa diligentia condiderunt.

Prædicit Iuentio q tertius post eū sit futurus Episcopus. Obdormit in Domino cū esset 82. annorum.

Cap. 14. Post cuius decessum Pompeius, quem ipse gradu Diaconatus sublimauerat, simplicitate & humilitate præclarus, eius sedis est Infulas assecutus: quique pau

Pompeius & succes-sor, felici-ter obit. eos atque pacificos agens annos, migrauit ad Dominum. Post quem beatissimus Iuentius dum peteretur ad suscipiendam curam Pontificii, occultari maluit, tanto se indignum honore. Sed declinare non valuit denunciata sibi à Patre pôtificalis dignitatis insignia. Dumque aliquaotû têporis apud Laudensium vrbem confugiens delituisset, diligentissimè inquisitus à populo Ticinensis vrbis reperitur: & coactus Papiam reducitur, & Ecclesiæ consensui repræsentatur. Qui sûma vi sacerdotale culmen suscipiens, gratissimæ plebi Cleroque aptatur, Patris ac nutritoris sui sequens vestigia. Copiosus in Dei laudibus, in orationibus, in ieiuniis, vigiliisque assiduis persistens. Erat pauperû muneratur, viduarum ac pupillorum defensor. Nam quædam vidua dum à creditore quodam duriùs opprimeretur, atque crudelis nummularius duplum pecuniarum ab ea exigeret quàm dedisset, ad virum Dei protinùs confugiens, misericordiam postulabat. Cognito vir Dei hoc negotio, Diaconum suum, nomine Eauperantium, cum eadem vidua ad prædictum creditorem direxit, dicens: Vade ad eum, qui hanc viduam crudeli exactione opprimit: admone eum vice meæ postulationis, dicens: Pater tuus rogat, suf ficiat tibi quod tuum est, nec exigas quod minimè dedisti, ne id quod habere videris amittas. Si autem te audire noluerit, ecce do tibi summam precii, porrige ei & reuertere. Implens autem Diaconus sancti iussa Antistitis, ibat cum ea, atque vniuersa quæ ei iniuncta fuerant, auaro creditori per ordinem retulit, sed immutare eum à prauitate cordis nullateoùs potuit. Mox autem vt aureos quos vir Dei pro vidua miserat, accepit, corruens in terram expirauit. Factus est autem timor circa omnem regionem atque incredulos, qui hæc audiebant, Christi verò fideles lætanter glorificabant Dominum Iesum Christum.

Fugit ne fiat Episcopus S. Iuentius.

Viduarû & pupillorû defensor S. Iuentius.

Vltio diuina i credi torê auarum.

Cap. 55. Alio quoquè tempore dum quidam de exactoribus fisci, fluenta vellet transmeare Ticini, deportans secum talentum pecuniæ, arreptus à fluminis vnda, corruit: dimersusque sub aquis, omnem illam auri pecuniam amisit, vix semiuiuus euadens. Cùm verò recognouisset se amisisse pecuniam, multa tristitia afflictus, concitus ad virum Dei cucurrit Iuentium, dicens: Nisi me tua merita liberent Pater, mortis supplicio subiacebo. Cui vir Dei: Quid est, inquit, quòd tanta tristitia affligeris fili? Publicum, ait, dum transuaderem Ticini alueum, in eiusdem fluminis fluctibus pecuniam perdidi. Cui vir Dei: Illuc ubi amisisti, ait, pecuniam, me ducito. Cumque ad locum peruenisset, ait beatus Iuentius: Tibi dico aqua in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui pedibus super te ambulauit, ne retineas pecuniam, pro qua affligitur homo iste. Continuò autem vasculum, in quo pecunia erat recondita, super aquas natare cœpit, & undarum impulsibus reuocatam, ad viri Dei vestigia, in loco quo dabat applicuit. Quam pecuniam apprehendens restituit tribulanti. Dignus imitator Helisei, qui ex Iordanis gurgite coram oculis filiorum prophetarum ferramentum, quod in eum dilapsum ciciderat, super aquas natare fecit, missoque in aquis manubrio, quæ amiserat, mœrenti restituit. Quod cum miraculum omnes qui oderant vidissent, gratias egerunt Deo, qui suis fidelibus præstò esset per orationes Patris sui.

Iohan. 6.

Ad imperium S. Iuentij aqua emersit amissas pecunias.

4. Reg. 6.

Cap. 56. Beatissimus verò Iuentius spiritalibus inflammatus desideriis, ambulansque de virtute in virtutem, Mediolanum perrexit propter sæuientium contumaciam paganorum. Quam vrbem dum ingredi cœpisset, ministri dæmonum adnisu ingenti conabantur ei resistere, dicentes: Resipisce: nè urbem deludas, sicut alij tui complices, nè & tu similiter puniaris. Et cœperunt eum variis afficere iniuriis. Vir autem Dei in cœlum eleuans oculos, dixit: Domine ignosce illis, quia ignorantia pleni sunt. Sed quia dat Dominus verbum euangelizantibus virtute multa: eadem hora procellosus turbo emicuit, & fortissima super eos grando descendens, capita, brachia, & ossa inimicorum veritatis validissimè contundebat: neque aliquis eorum ea tanta tempestate valebat effugere, sed fixis stantes vestigiis, ictibus immensæ grandinis fundebantur. Tandèm reminiscentes prauitatem reatus sui, clamare cœperunt: Sancte vir Iuenti Pater & domine, libera nos, vt non in tali pœna moriamur, & credemus in eum quem tu credis & prædicas. Orante autem beatissimo Iuentio, mox ab eis recessit tempestas. Quique tali supplicio liberati, pedibus eius se protinus prosternentes, postulabant vt baptismatis vndam mererentur percipere. Et quia ad hoc miraculum multi con currebant, omnes cum eis ab eo sunt baptizati. Qua in vrbe moram faciens beatissimus vir, & apud fideles Christianos Clerum sacerdotiumque ordinans, Papiam vrbem regressus est. Sed in ingressu ipsius, paralytica quædam iacens in lectulo, salutis ab eo auxilium postulabat: quam vir Dei intuens, extenta dextera, signum Crucis super eam imposuit, statimque plenissimè reddita sanitati, omnis ab ea paralysis & dolor aufugit.

Psal. 67.

Demonicolæ castigantur, qui viro Dei resistebant.

Conuersi credunt & baptizantur. Paralytica curatur.

Cap. 57. Alio quoquè tempore, dum impiissimus Vespasianus Cæsar aduersùs Christianam religionem exarsisset, Porphyrium quendam Præfectum vrbis Romæ direxit, qui peragraret omnes ciuitates ac vicos, vt si quos inuenisset Christianos, adscriptos ei pictaciis literarum apicibus nunciaret, & quicquid de ipsis ageret, suæ iussionis expectaret sententiam. Iamque tua, Christe, miseratione omnis hæc prouincia, fidelium turba repleta erat, & infinita multitudine stipata adcreuerat: quòd nec describere nec denunciare valebat Porphyrius. Cumque vrbem Papiam introisset, idem Porphyrius à plebe susceptus est. Hora verò eadem vir Dei Iuentius in basilica S. Nazarii, quam ipse ædificauerat, Missarum celebrabat solennia. Porphyrius hæc audiens, nimio furore vexatus, effero in eam corde ingrediens cum armata manu, populum Dei ac tantum Præsulem suppliciis atque iniuriis affligere cogitabat. Sed priusquàm impetum in Christi famulum faceret, arreptus dæmonio cum omnibus secum ingressis alterutrùm pugnis, ora, guttur & faciem cædentes, extra atrium ecclesiæ seipsos cœperunt expellere. Ipse quoquè Porphyrius ex ore & naribus sanguinem pro fluens madefaciebat superficiem terræ. Et amentes effecti, luctuosis vocibus nimium clamorem super sua capita emittebant, quousquè vir Dei Missarum adimpleret solennia. Completo autem mysticæ oblationis ministerio, egressus cum omni plebe ecclesiam, grande vidit miraculum. Nam chori ad choros circulum facientes, vnus super alterum immensis fletibus vlulabat. Tunc vir Domini Iuentius omnes fideles in terram prosterni præcepit, vt pro eis Dominum exorarent, quatenùs à tali pœna ereptos ad intellectum mentis suæ eos Deus reduceret, & ad fidê sui nominis aggregaret. Ipse quoquè S. Iuentius orationem faciebat pro eis, dicens: Domine Deus Pater cæli & terræ, qui omnibus gentibus sanctum tuum nomen prædicari iussisti, & misisti vnigenitû filium, redêptorem nostrum, vt nos liberaret ab omni iniquitate & præcipitio, suscipe preces nostras pro stoltitia istorum, & exime eos de manu inimici, qui in eis potestatem accepit, & dirige corda eorum in viam salutis, ut

Cap. 17. Sæuit in Christianos Vespasianus Cæsar.

Vexatur à dæmone Porphyrius volens cû suis satellitibus virû Dei inuadere.

Officium Missæ in primitiua Ecclesia, cum omni plebe celebratur.

Orat S. Iuentius pro salute inimicorû.

tis, vt cognoscant te Creatorem suum, & nullum alium præter te, te solum adorent & quem misisti Iesum Christum. Orante autem sancto viro & omni populo, terræmotus factus est magnus, & circumsepsit eos subito cunctis videntibus ignis de cælo, & statim relictis fletibus cœperunt quasi ex vno ore clamare,

Redeunt ad mentē, & confitētur Iesū Christū.

dicentes: Verè magnus est DEVS Christianorum, idola autem qui colunt, omnes vani sunt. Porphyrius autem incessanter clamabat: Iuuenti prudentissime vir, ora pro mea miseria verum atque tremendum Deum quem colis, vt dignum me faciat ditione sua, quia ab hac hora pro nihilo habeo imperialia iussa & idolorum culturam. Cui vir Domini respondit: Superna pietas non vocis auditrix est, sed cordis rimatrix: tu tamen si ex toto corde credideris, quicquid petieris, impetrabis. Die verò eadem

Baptizantur.

antequàm sumeret cibum, omnibus qui cum Porphyrio venerant baptizatis, & ipse Porphyrius baptizatus est. Iterumque Missarum celebratis solenniis, secum omnes mensę refectionibus adesse pręcepit: Omnisque ciuitas visis his miraculis lætabatur. Porphyrius verò sequenti die gaudens & exultans migrauit

Porphyri' feliciter obit.

ad Dominum. Qui autem cum eo aduenerant, fide recepta ad sua habitacula sunt reuersi, paruipendentes imperialia iussa.

Cap. 18.

Diuulgabatur autem fama tanti Pontificis longè lateque per mundi spatia, & virtutes, quas per eum

4. Reg. 5.

Christus Dominus faciebat. Nam sicut Heliæ Heliseus, ità hic prudentissimus vir S. Syri hæres virtutum extiterat ac spiritualium successor in omnibus gratiarum. Ordines autem Mediolanensium vrbis Cleri, qui ab eodem fuerant constituti, quotidianis eiusdem augebantur exhortationibus in fidei religionisque gratia. Ad quos idem beatus vir pro eorum ac fidelium populorum mentibus confirmandis, ibat frequentiùs, ibique multorum mirabilium virtutes operans, vrbem reuertebatur Papiam. In qua supernæ gratiæ largitate officii sui honore fungens, viginta & nouem annis Episcopalis dignitatis cathedra possedit. Hic tantus operarius Christi crebris in basilica B. Nazarii, quam ipse construxerat, vigiliarum excubiis pernoctabat in sacris orationibus. Sed quadam die filiis adstantibus, sacerdotibus ac clericis, retulit apparuisse sibi circa mediæ noctis silentium S. Syrum, quē etiam Patrem memorabat ex baptismo, cum Nazario & Celso, Protasio atque Geruasio venerādis martyribus, talia proferentibus: Iuenti dilectissime, iam te oportet gaudere nobiscum in cælestibus, ac scias te proximè ad nostra consortia transiturum, atque tertium post hanc diem aulam cælestis patriæ percepturum. Quibus dictis, ab oculis meis ablati sunt. Omnes verò qui præsentes aderant, auditis his sermonibus, valdè tristes effecti sunt. Ipse autē immenso gaudio lætabatur, & biduò intra eandem peruigil consistens basilicam, tertio die qui est Dominicæ resurrectionis, Missarum solennia celebrans, omnes populos benedixit, ac sacerdotes, ministros, cunctosque clericos cælestibus alloquiis admonens, lucidæ mansionis & beatæ vitæ habitacula possessurus intrauit. Sanctas verò eius exuuias ad honorem & reuerentiam tanti sacerdotis competentem, in eadem basilica intrà crepidinem ad altaris vicinam condientes posuerunt. Sub die sexto Iduum Februarium, vbi & nunc vsque sancta ossa eius quiescentia, virtutibus florent atque miraculis præstante Domino Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritusancto regnat in secula seculorum, Amen.

Frequenter visitat ecclesiam Mediolanensem S. Iuuentius Episcopus. Præest suæ ecclesiæ 39. annis.

Apparet ei S. Syr' ante mortem.

Felix obitus eius.

RES GESTAE ET CONSVMmatio sancti Cornelij Centurionis, ex Simeone Metaphraste. nos numerum capitum margini adiecimus.

13. Septēbris iuxta Metaphrastem. Latina Martyrologia habent eū 2. Februarij.

POST salutarem Verbi in terrā aduentum, Crucemque & mortē pro nobis sua sponte ab eo susceptam, & in cælos ascensionem, vndè descenderat ad ædificandū Dauidis tabernaculum (vt cum Prophetis dicam) quod ceciderat, vnus erat ex cohorte Italica Centurio Cornelius, ex iis, qui ipsum quærebant, & faciebant, quæ illi placebant, & qui multa bona faciebat opera (etiam si nondum diuina Christi gratia, neque vocatione ad ipsum esset dignatus hic vir pius) vt qui Deum timeret ipse, & tota eius familia, & iis, quæ habebat, impertiret egentes: rursusque Deū precaretur assiduè. Ad eum agentem Cæsareæ (vt diuinus Lucas de ipso refert apertissimè) venit Angelus circa nonam horam diei, & dixit ei: Corneli, orationes & eleemosinę tuæ ascenderunt ad monimentum in Dei conspectum: & nunc mitte viros Ioppen, & accerse Simonem, qui appellatur Petrus. Is cum venerit, loquetur tibi verba vitę. Hæc cùm ille quidē mandasset, non amplius apparebat. Cornelius autem statim duobus vocatis famulis, & forti quodam ac pio milite, eis aperit, quæ viderat, & eos mittit Ioppen. Illic enim versari Petrum dixit Angelus apud quendam Simonem Coriarium. Petrus autem, qui omnem terram & mare obibat pręedicando, & veritatem vbique annunciabat (Erat enim reuerà positus in lucem gentium, & salutem multorum) ingressus ad sanctos, qui habitabant Lyddam, cùm quendam Aeneam, qui octo annis iacebat paralyticus, fecisset surgere, Ioppē autem venisset, & in Tabitha, quæ vocatur Dorcas, fecisset magnum illud miraculum, hic degebat apud Coriarium. Sed nec eum quoque dimisit Deus ignarum mysterii, quo erat initiandus Cornelius: aut potius Cornelii iustitiam & preces non despexit.

Cap. 1.

Act. 10.

Act. 9.

Sed quoniam ij, qui erant ex circuncisione, dissidebant ab iis, qui habebant præputium: ne Petrus eos qui missi erant à Cornelio, vt qui haberent præputiū, incassum rursùs remitteret, propterea quòd nefas sibi putaret congredi cum alienigena, aut ad eum accedere, cùm illi Cęsarea profecti, non procul essent ab Ioppe, ostendit ei Deus Cornelii virtutem & agnitionem. Cùm itaque ascendisset in domunculam, vt, quæ hora sexta fiebant, preces redderet, se cibo reficere opus habuit, & esuriit. Interim autem dum Petro parabatur conuiuium, videt cælum apertum & vas quoddam, tanquam magnum linteum, quatuor initiis in terram demitti, & ad ipsum venire. Vas autem continebat bestias, tam omnes terrę quadrupedes, & reptiles, quàm volucres cæli. Voxque ex illo visa est ad eum exire, dicens: Surge Petre, macta & comede. Deinde cum is dixisset, Nequaquàm Domine: & deinde etiam causam adiecisset, (Nunquam enim, inquit, comedi omne commune aut immundum) vox ei rursùs respondit, dicens: Quæ Deus mundauit, tu nē dixeris communia. Cumque hoc ter factum esset, vas rursùs assumptum est in cælum. Hoc autem significabat conuersionem Cornelii, & eorum, qui erant cum ipso. Nam esuries quidem, qua laborabat Petrus, significabat illius in pietatem propositum & studium: & quòd is nihil adeò esuriebat & desiderabat, atque infidelium agnitionem, & eis omninò dare verum Dei cultum & prędicationem Euangelij. Qua-

Cap. 2.

Act. 10.

Visio S. Petri Apostolo.

S. Petri esuries qd designarit

I 5 drupedes

Itèm quadrupedes & uolucres. *Itèm uas ter de cælo emissum.*

drupedes autrem & uolucres, erant fignum multitudinis eorum,qui erant conuertendi cum Corociio. Vas autem è cælo ter demiffum, fignificabat teruam in baptifmo demerfionem. Mundatas autem eas effe à Deo, fignificabat Coruelii iuftitiam & mifericordiam cum uniuerfa domo:& quòd ij quoquè Deo accepti euaferunt. Cogitante autem Petro, & non ualente uifionem couiicere, qui miffi fuerant à Cornelio,iam ad fores uenerant. Et protinùs aduolans fpiritut,& illorum aduentum figuificat, & iubet Petrũ eos couuenire minimè hæfitautem. Atque ei quidẽ, cùm ad eos defcendiffet, quę uidiffet Cornelius, & quæ ab Angelu audiuiffet,omnia renunciant. Itaque die fequenti fimul ueuiunt Cęfaream.

Cap. 3. *S. Petrus conuertit Corneliũ & amicos eius.*

Cùm eis autem obuiàm proceffiffet Cornelius, & procidiffet ad eius pedes, erigit cum Petrus,dicens: Ego quoquè fum homo. Deindè cùm in eo feminaffet uerbum pietatis,& in animis eurum,qui conuenerant,poftquàm vidit fpiritus gratiam ad eos aduolantem, & baptifmum pręcipientem, eos deducit ad ueritatem, & baptifmo initiat. Cum difperfis autem ab Hierofolymis Apoftolis poft dolorem acceptum propter Stephanum,fimul aderat etiam Cornelius, & ueuit ufque in Phœniciam, & Cyprum, & ipfam Antiochiam: & rursús profectus eft unà cum Petro & Timotheo: & nec Ephefi quidem ab eis abfuit. Cùm autem accepiffent, Scepfçorum ciuitatem effe fubiectam cultui fimulacrorum, confultabant quifnam eò iret:& rem permiferunt fortibus. Cùm fors autem ueniffet ad Cornelium, ille quidem rectà uadit ad ciuitatem. Eius autem Præfectus erat quidam Demetrius,qui erat Philofophus,& in Gręcis difcipli nis eruditus,horrendum fpirans aduersùs piam fidem Chriftianorum, & alios gentium colens deos, maximè autem Apollinem & Iouem. Is cùm accepiffet de aduentu Cornelii, eum ftatim accerfiit: & cur ueniffet, & undè,& quodnam effet eius ftudium,interrogauit. Ille autem:Sum quidem,iuquit, feruus Dei ui ui. Vèni autem huc miffus, vt te reuocem à profundiffimis tenebris ignorantiæ, deducamque ad lucem veritatis, & purum radium agnitionis immittam in tuam animam. Horum ille ne pauca quidem intelligens,ira ilicò fuit repletus,fæueque repentè loquitur & ferociter. Alia te rogaui: tu autem alia mihi refpondes.Per deos omnes,fi non fingula dicis ad propofitum,fi non moderatè & diligenter refpundes, non parcam tuæ fenectuti, non ignofcam tuæ ætati,non reuerebur canitiem: Sed dic,& cui milites,& quanam de caufa acceffferis.

S. Cornelius venit Scepfim.

Sæuitia Demetrij præfectum eum.

Cap. 4.

Cornelius autem:Si velis, Inquit,fcire quænam fit mea militia:fum quidem Centurio:& rursus apertiús euoluit & explicauit ea, quæ priùs dicta funt. Nam cum, inquit, accepiffem, quòd ipfe,& vxor tua, & quicquid eft in tua ditione, in magnum errorem incideritis,venio vos liberaturus à deceptione, & uos deducturus ad viam veritatis,& foli viuenti Deo recõciliaturus,qui fecit cælum & terram, & à quo producta funt, quæcunque funt in ipfis, & cuius nutu ducuntur. Ad hęc Demetrius: video te,inquit,iam fenio effe confectum, & me tui miferet propter ætatem. Prolixas ergò nugas iubens valere, (paucis enim tecum agam) accede & diis facrifica. Cùm ille autem rogaffet,quibufnam diis: Quibufnam aliis,inquit Præfectus,nifi Ioui & Apollini? Sin autem recufaueris,fcias fore,vt grauibus fuppliciis & tormentis tradaris:neque vllus,præter eos,erit deus adeò potẽs, qui te fit à meis erepturus manibus. Ille autem: Poteft,inquit,Deus meus me non folùm à malis conferuare illæfum,& efficere, vt fim hominum iniuriis & infultibus fuperior:fed eos etiam deftruere, quos tu deos nominas,euertereque & confringere illorum fimulacra,eaque in puluerem redigere & in cinerem, & te vana,quam de illis concepifti, fpe priuare, & per agnitionem ad fe traducere. Hęc cùm refpondiffet Cornelius: Iam Iuraui per omnes deos,inquit Demetrius, quòd nifi moderatè refpondeas, & nifi de diis obtuleris facrificium, te grauia fupplicia accipient & cruciatus:& nondùm mihi credis? Rursùs ergò dixit pręclarè Cornelius: Me rectè dicentem audi,ò Iudex: Dæmonibus, & furdis ac inanimis fimulacris ego nunquàm facrificauerim. Scriptum eft enim: Dii, qui cælum & terram non fecerunt, pereant. Et rursús: Adorabis Dominum Deum tuum, & ei foli feruies. Ego igitur veni, vt det vobis quoquè Deus pęnitentiam ad agnitionem veritatis, & refipifcatis à diaboli laqueo ad illius voluntatem. Sin autem tibi videtur,eos,quos dicis deos, oftende mihi.

Ierem. 10. *Deut. 6.*

Cap. 5.

Hoc cùm ille audiiffet, valdè lętatus eft cum iis,q cum ipfo erant,& bona fpe funt repleti, putantes ftulti, fe mox effe vifuros Cornelium facrificantem. Eis itaque mox fuit apertum templum Iouis,vt qui putarẽt Cornelium ftatim effe deo facrificaturum. Cùm itaque veniffet in templum Cornelius,omnes illuc celeriter confluxerunt,non folùm Demetrius, & ii, qui eum affectabantur:fed eius etiam coniunx Euanthia, & filius Demetrius. Nam ipfe quoquè fic uocabatur. Cùm itaque ad Orientem genuflexiffet, dixit ex animo Cornelius: Deus, qui conturbas terram, & montes transfers in corda maris,qui tempore Danielis famuli tui Belum euertifti,& draconem fuftulifti,& ora obftruxifti leonibus, ut tuum feruares famulum: tu quoquè nunc euerte hęc fimulacra,tam fufilia,quàm fculptilia: & agnitionem prębe tuo populo, & fciant tuum effe brachium cum potentia. Tu es noftræ poteftatis gloriatio. Cùm hæc effet precatus, egreditur è templo:fimul autem cum eo egreditur etiam Demetrius,& quæcunque alia gentium conuenerat multitudo. Euanthia autem & filius Demetrius adbuc manebant intùs. Repentè uerò maximo quidem terræmotu Deus concutit ciuitatem: templum autem mox deturbatum,fimulacra confringit,& in cinerem comminuit & in puluerem: Demetriumque filium & matrem Euanthiam intùs intercipit. Cùm pater ergò Demetrius templi adfpexiffet euerfionem, nondùm autem accepiffet uxorem & filium fuiffe intùs interceptos,ducitur quidem in iudicium diuinus Cornelius,cogendus vtiquè dicere caufam euerfionis. Ille autem lætus ingreditur,Deum alloquens; qui ei dabat vires, & magis fibi placens propter hoc miraculũ incredibile, quàm propter thronum Demetrius, & propter illud excelfum & fublime tribunal. Præueniẽs autem interrogationem: Vbi nunc funt, inquit,ò Demetri,magni tui dii? Ille autem continuò: Quibufnam, inquit, magicis artibus & pręftigiis templum euertifti,& ftatuas confregifti? Sed te grauiffimis,fciãt omnes dii, fubiiciam fuppliciis. Et ftatim confultabat, quidnam agens, eum acerbiffimo afficeret fupplicio.

Dan. 14.

Ingẽs terræmotus fubruit tẽplũ, et perdit dæmonũ fimulacra.

Cap. 6.

Cùm iam autem aduentaffet vefpera,iubet fanctum ligatis fimul pedibus & manibus fufpendi in cuftodia, & ità totam noctem manere fufpenfum. Hæc dixit:& ftatim fanctus fuit coniectus in carcerem. Protinùs autem venit properè quidam ex domefticis,nomine Telephon, dicens: Domine, domina mea & filius tuus vnigena perierunt, cùm terræmotu concuffum fuit templum. Demetrius autem cùm primùm hoc audiuiffet, fcidit veftem, & magno fuit luctu oppreffus. Interim autem iuffit fuis puluerem quamprimùm exportare: Donèc meę bonę,inquit,& fidelis cõiugis,& fuauiffimi vnigenę filii offa inuẽta,

in meas

in meas manus portaueritis. Hæc simul eis dicebat, & cum voce effluebant lachrymæ, & grauissimè inge miscebat & lugebat, & deos suos accusabat, quòd unus ad hoc vsque tempus esset conseruatus, vt audiret tam acerbum nuncium. Cùm ei autem assedissent primates ciuitatis, & partim quidem simul lamentarentur, partim autem etiam consolarentur, & quoad eius fieri posset, dolorem studerent extinguere, & iam ab eis esse mortuus putaretur Cornelius, efficiq; perfectum monumentum, in quo sepelienda erat coniunx cum filio, pontifex quidam deorum gentium nomine Barbatus, cui commissa fuerat templi repurgatio, properè venit ad famulos Demetrii, (non enim per mittebatur ad eum accedere propter luctum) renuncians, ex aggere fuisse auditam vocem Euanthiæ & filii: vocem autem hæc significare: Magnus Deus Christianorum, qui nos eripuit ex hoc periculo per famulum suum Cornelium, & non nos dedit omninò exitio. Festina ergò tu quoquè, Demetri, & virum hunc sanctum educ è custodia, & adora eum cum omnibus, qui sunt in domo nostra, & iis, qui sunt nobis propinqui: & roga ipsum, vt ueniens in hoc habitaculum, nos seruet, & educat ex hoc aggere, & è profundo, nè pereamus penitùs: magna enim Dei hic videmus miracula, & videmur audire Angelos clamantes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas.

Cap. 8. Euanthia cũ filio meritis S. Cornelij seruati illæsi.

Demetrij vxor & filius credũt i Christũ.

Cap. 7. Cùm hæc audiissent ministri, currunt protinùs cũ Barbato pontifice ad Demetrium, & ea singula diligenter renunciant. Ille autem, cùm accepisset esse adhuc superstitem vxorem & filium, cor plenum habuit lætitia: & cursim veniens in custodiam, offendit diuinum Cornelium ambulantem, & librum in manu tenentem, & sic Deum laudantem, (Angelus enim ad eum accedens, ipsum soluerat à vinculis) & cum multitudine, quæ simul concurrerat, cadens ad eius pedes: Magnus est Deus, clamauit, Cornelii, qui meam coniugem Euanthiam & filium Demetrium liberauit à templi euersione: & simul sanctum orauit, dicens: Serue Dei altissimi, credimus in Crucifixum, quem tu prædicas, & ipse, & omnes, qui sunt mecũ, si veneris, & vxorem meam, & filium illinc eduaeris. Ille autem: Accipite, inquit, priùs Christi signaculum, & tunc veniam vobiscum, & dabitur vobis cordis vestri desiderium. Protinùs itaque Demetrius cum omnibus, qui cum ipso erant, cum, Magnus est Deus Christianorum, rursùs dixissent, baptismum susceperunt. Deindè cùm eos assumpsisset Cornelius, stetit super habitaculum, & ad Orientem oculos tollens in cælum, inquit: Domine Deus virtutum, qui respicis super terram, & facis eam tremere: qui adspectu tuo montes liquefacis, & vstitatione tua caecas abyssos: ipse es, Domine: ipse exaudi gemitum vinctorum, & educ è terra Euanthiam, & nè auertas faciem tuam à filio eius sed attende animæ eorum, & libera eos propter nomen tuum. Hæc cùm precatus esset Cornelius, & qui circunstabant, dixissent, Amen, continuò terra diuisa, incolumem matrem emittit cum filio. Et ilicò elamarunt cum circunstantibus: Magnus es Deus Christianorum, qui nos à deceptione, & ab hac acerba morte liberasti per tuum famulum Corneliũ, & tuam potentiam & brachium nobis notum reddidisti. Simulque ducenti & septem Christo accesserũt.

Etiã Demetrius credit.

Baptizat Demetriũ cum omni domo sua.

Credũt & 207.

Cap. 8. Eahinc autem ad Cornelium sedentem in quodam loco, qui vocatur Stadium, & docentem eos, qui accedebant, Demetrius & Euanthia ventitabant eum filio. Sed & reliqui quoquè Gentiles, spinis incredulitatis à corde suo expurgatis, susceperunt semen pietatis, & baptismo fuerunt obsignati. Atque ille quidem, postquàm Christo vniuersam obtulisset ciuitatem, & errorem expulisset, & verbum pietatis in ea semiuasset, effectus plenus dierum, feruentiùs vacabat orationi, & totus in ea versabatur, ad nihil ex iis, quibus in præsenti vita studetur, suos attollens oculos. Deinceps autem ei quoquè suus reuelatur excessus, ad quẽ toto animæ oculo spectabat, & erat paratus: & è superis vocem audit dicentem: Corneli, veni ad me: Ecce enim est tibi parata corona iustitiæ. Quid deindè? Cum omnes, quos obtulerat, Christianos conuocasset, & eos perfectiùs pietatem docuisset, & firmiter doctrinæ adhærere præcepisset, & se postremò totum ad precandum collegisset, flectit genu, & Domine Deus noster, inquit, qui me, vt fidem conseruarem, es dignatus, & vt certamen peragerem, & vincerem aducrsarium, ago tibi gratias: sed ad tuos seruos è cælo adspice, & eos suscipe è sancta tua altitudine, & eos tua confessione & nomine stabili & confirma, vt sine intermissione sanctissimum tuum nomen glorificent nunc & in secula seculorum. Et cùm omnes, Amen, continuò acclamassent, spiritum lubens ei, qui vocabat, tradidit.

S. Cornelius totus vacat precibus.

Excedit è vita.

Atque Demetrius quidem & Euanthia, cum filio & Christianis omnibus congregatis, & presbytero Eunomio, cùm magistri excessum, vt par erat, deplorassent, & deindè cereos accendissent, & hymnos, qui dici solent in excessu, cecinissent, & quęcunque de more Christiani faciunt, peregissent: apud ipsum euersum Iouis templum eum in nouo loculo deposuerunt, qui priùs à Demetrio fuerat constructus coniugi. Rubum autem maximum terra continuò edidit, & in orbem texit loculum, adeò vt nullus sciret deceterò, quòd intùs esset loculus, præter eos solos, qui cum Demetrio tunc inseruierunt ad sepulturam. Qui quidem ad rubum quotidiè ventitantes, sacra canebant cantica, suffitibusque & bono odore replebãt, qui super ipsum erat, aerem. Atque miracula quidem illinc frequenter scatebant, adeò ut multis videretur, qui nesciebant intùs iacere martyrem, nũc quoquè diuinum aliquid rebus significare, sicut tempore Mosis priùs factum fuerat. Non multo post autem è vita etiam cacessit Demetrius, & multi ex iis, qui à Cornelio fuerant diuino initiati baptismo, ipsi quoquè partim è viuis decesserunt, partim autem profecti sunt in alias regiones. Itaque cuidam Syluano, viro pio, & qui virtutem amplectebatur, & erat Episcopus Troadis, cùm venisset aliquandò in ciuitatem Scepsiorum, diuinus in somnis apparens Cornelius: Longo, diait, tempore hic habito, & nullus me uisitauit, præter eos solos, qui à me fuerunt baptizati. Cùm itaque interdiù hæc mente consideraret Episcopus, & quid sibi vellet somnium, non posset cognoscere, nocte sequenti ad eum rursùs veniens sanctus: Ego sum, inquit, Cornelius Centurio: est autem mihi domus prope templum Iouis in rubo. Sed tu ædifica alterum oratorium prope locum Demetrii serui Dei. Vocatur autem locus Pandochium: quo in loco sita sunt multa corpora sanctorum fratrũ iam consummatorum.

Cap. 9.

Nota de cereis ad funus accensis.

Itèm de suffitibus.

Exod. 3.

Iubet Syluanus Episcopus in somnis extruere ecclesiã honorem S. Cornelij.

Cap. 10. Manè ergò Episcopus quidem, proptereà quòd in Pandochio essent omni ex parte infossa multa sepulcra, in animo habuit templum alibi ædificare: sed sanctus non permisit. Cùm ergò eletum, qui sub eo erat, congregasset. Filii, inquit, mihi magnus reuelatus est thesaurus: sed adeste, eum tollamus. Hoc cùm illi audiissent, prõpto & alacri animo omnes processerunt, & Episcopum lubenter sunt secuti. Cùm autẽ peruenissent ad rubum, statim dixerunt clerici Episcopo. Gratia quędam, dixerunt, huc aduolat diuina, ò Dñe, & multos scimus huc confluxisse, & fuisse liberatos à morbis, & malis demonib^o, & adscripsisse rubo sanatio-

Multa miracula ad tumulũ S. Cornelij.

sanationem. Sed sine sit in rubo, seu sub rubo thesaurus, quis eum, diaerunt, potuerit excindere, & eum tollere, cùm fieri non posit, vt fecetur propter magnitudinem, & alioqui nec sit attrectatu facilis, vt qui sit multis terribilis propter miraculorum operationem? Cùm autem precatus esset Episcopus, & Crucem fixisset in terram, & manum rubo iniecisset, ipsas eacidit radices. Animo itaque confirmati Clerici, opus cootinuo sunt aggressi: & conuellebatur rubus, sed & capsa continuò apparebat, & adhuc valdè insta bat Episcopus vrgens fossionem. Cum autem iam aduenta sset vespera, precatus Episcopus rursùs iubet Clero nocturnam cantare Psalmodiam, hymnisque, iam padibus, & suffitibus honorabant capsam.

Crux fixa in terra.

Nota de hymnis, lāpadib. & suffitib. ad capsam S. Cornelij.

Cap. 11.

Cùm verò sumptuum quoquè inopia ad ędificandum templum, solicitum & animo perplexum teneret Episcopum, eam quoque soluit sanctus dubitationem: & cuidam ca diuitibus viro pio apparens, cui nomen erat Eugenius, mandat ei templi ædificationem, & describit ei ædificii figuram & magnitudinem. Manè ergò Eugenius veniens ad Episcopum, ei renunciat visionem, & operi statim præficit ędificatores, cùm eis priùs descripsisset & significasset templi altitudinem, & aditum altaris eis iussisset latitudine fieri capsæ æqualem: ei enim visum fuerat deponere capsam intra aram. Postquam autem templum fuit citò perfectum, hoc quoque Deo faciente miraculum, in locū, qui dicitur Trigoni, venientes ædificatores, (Hic enim Syluanus Episcopus peragebat festum beati Andreę Apostoli) ei significant perfectum esse ædificiū: & iam tempus est, aiunt, transferri capsam, priusquā ingressui imponatur superliminare. Sic enim facilius introducetur. Continuò ergò Episcopus, cùm simul cum pio Eugenio sacrum sumpsisset Euangelium, fusis priùs precibus, simul & ter sanctum hymnum cœpit canere, & cum eo omnes simul concinebant: & egressi sunt supplicantes: Deindè etiam capsa (ò magna tua, Domine, miracula) secuta est tanquàm animata, nemine omninò eam mouente, nec tangēte. Et omnes quidem primò propter summam admirationem nec miraculo quidem, quod cernebant, volebāt credere. Deindè quasi essent adducti in ecstasim, exclamauerunt: Sāctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth, qui per famulum tuum Cornelium miracula tua, & virtutes nobis aperuisti. Hinc factum est, vt qui remanserant ex gentibus, crederent. Et rursus in templum processit supplicatio, & capsa sequebatur.

Insigne miraculum.

Cap. 12.

Nota rem miram.

Postquàm autem venerunt in templum, illi quidē hinc & illinc constiterunt, videntes quonàm esset capsa processura, & vbinàm statura. Illa autem per ipsos medios & obliquam portam veniens, quę erat à dextera, stetit prope aram: cui omnibus adhibitis machinis, vt ea transferretur ad aram, illa manet immobilis vsque in hodiernum diem, miraculorum thesaurus non deficiens, ea quo percipitur magna spiritalis vtilitas & gratia. Cùm autem Syluanus decessisset Episcopus, Troadēsium quidem episcopatui Athanasius, Philostorgius autem Sceptorum, præficiuntur. Postquàm verò pius quoquè ille Eugenius excessit è vita, quendam pictorem hortatur Philostorgius, vt & totum templum depingat, & Cornelii effigiem in eo diligenter exprimat, & quàm fieri posset accuratissimè ornet, nempè vt is etiam fenea pingeretur, & illi ipsi omninò similis. Rogabat ergo sanctum Encratius, (hoc enim erat nomen pictori) vt ei suam, iure let speciem, quò eam aptè & accuratè depingeret: & simul ægrè ferebat mandatum Episcopi, & quasdam non nimis honorificas voces emittebat in sanctum, animo ex omni parte perplexus, & valdè tristis, & propterea quod nesciret illius speciem, & quòd non posset consequi characteres & figuras vultus. Cùm itaque aliquandò cecidisset è scalis, quas ascenderat, iacebat non spirans: & vermes alii quidem per os properabant, alii autem rursùs ingrediebantur. Visa sūt hæc esse fructus illorum verborum maledicorum, quæ dolore affectus pictor dixerat. Sed ipse es omninò, ô Corneli, qui Demetrio grauiter in te priùs spirāti, vaorem & filium donasti. Quapropter non sustinuisti, vt huic pictori ampliùs produceret supplicium. Cum enim die sequenti ei apparuisset, & manum eius dexteram apprehendisset, eum surgere fecit, uelut dormientem: & hæc duo fecit maxima. Nā & intemperantem eius linguam castigauit, & curauit dolorem ac ægritudinem, quam acceperat, propterea quòd nesciret, quomodò pingeret: non in figura, imagine & similitudine, sed verè cum eo congressus, & forma quali esset ostendens. Quioetiam ipse pictor visus est rursùs sanus & saluus, & omninò liberatus à vermibus, & rursùs artem suam est aggressus. Hinc factum est, ni eum talem pingeret, qualem viderat, ipsam planè veritatem cum arte iniiciens in picturam, gratia & clementia Domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul cum sancto spiritu, gloria, potentia, honor & adoratio in secula seculorum, Amen.

Vltio rale ficta in ma ledicum.

Ecce antiquū vsum imaginū i Ecclesia.

VITA SANCTI *MAVRILII Episcopi Andegauensis, cuius Authorem duo MS. codices non habebant: sed cùm constet ex Tritthemio, Fortunatum eius beati viri vitam scripsisse, & stylus consentiat, Fortunatum esse authorem, non facilè quisquam negauerit. Nos capita margini adiecimus.

**Maurilionus.*



AVRILIVS Mediolanensis oppidi indigena extitit, parentibus splendidissimis, & ab ipsis penè cunabulis a beato Martino, qui illis temporibus Mediolani sibi monasterium collocauerat, sacris literis institutus est. Sed beato Martino Arrianorum perfidia de ciuitate illa expulso, sanctus Maurilius ibi dèm demoratus est, quousquè à beato Ambrosio, ipsius ciuitatis Episcopo, officium Lectoris accepit. Intereà patre eius, qui totam Hesperiam penè regebat, defuncto, secundum pręceptum Euangelicum, relicta matre, omniumque rerum suarum cupiditate habendi, sub* Iuliano tunc Cæsare Martinum, qui tunc Turonicam regebat metropolim, expetiit, & tandiu cū eodem moratus est, diuinis occupatus officiis, vsque dum cæteros ecclesiasticos gradus, gratiamque sacerdotii inuitus, Martino cogente, susciperet. Adepto itaque sacerdotii honore, arctiorem, quàm inter monachos, ducere diligens vitam, vt solus solum liberiùs Dominum sequi valeret, Martini admodùm doctrinis eruditus, & æquè benedictionibus roboratus, sese inuicem osculantes & multùm flentes, ab eodem ipso nolente discessit, & Andegauorum aggressus est vrbem. Audiens autem haud longè ab ipsa super Ligerim fluuium in villa quadam fanum fore antiquissimum, diuersis idolorum culturis dedicatum, ibidèm aduenit. Videns autem, quòd humana virtute non posset euelli, ad Dominū mente conuersus, orabat, vt ipse fanum, vbi diuersis errori bus mentes fraudabātur humanę, qđ ipse nō poterat, destrueret. Moa ergò diuinit. ignis ę cęlo demiss. quic quid

13. Septēbris.

Cap. 1.

Patria S. Maurilij.

Mat. 19.

Est mēdū librarij Legendā fortasis, Valentiniano.

Fanū demonum ab numine cō cremat.

quid simulacrorum & immunditiæ ibidem reperit, sub momenti hora consumpsit. Eliminata igitur omni spurcitia, honorabilem Christi fundauit Ecclesiã, ipsamque postmodum fore vicum instituit. Ibi bis senis degens annis, multis se ieiuniis & orationibus sedulè Domino mancipabat: vbi etiam virtutibus multis claruit.

Cap. 2. Nam in prædio, quod Pontiacense vocatur, erat vir quidam, Saturnus nomine, quem ea vtero matris suę ambas manus aridas habentem, in hanc vitam natura produxerat. Qui dum eleemosynis sustentatus, ad plenam peruenisset ætatem, quadam nocte per visum admonitus, audiuit vocem dicentem sibi: Vade ad virum Maurilium, & deprecare ipsum, vt signum sanctæ Crucis super manus tuas faciat: & statim sanaberis. Expergefactus, cucurrit ad virum Dei: prouolutusque pedibus eius, totus infusus lachrymis, suppliciter deprecabatur, vt sibi manum imponeret, exponens illi visionem. Tunc beatus Maurilius tota die & tota nocte ieiunans, & in precibus solo prostratus perseuerans, pro ægroto fideliter precabatur. Manè autem sequenti Crucis signum super manus infirmi deposuit, & extemplò sanas reddidit.

Nota de signo S. Crucis miraculū.

Cap. 3. Non multo pòst tempore, mulier quædam Nannetensis incola, malè à dæmonio vexabatur: quam toto corpore debilem, sed & cæcã, lumine priuato, reddidit. Quę geminis vincta catenis, à fidelibus ad virũ Dei deducta est. Altera verò die, vbi in eam sanctus sua lumina direxit, mox illam dæmonium deseruit. Tunc Crucis signo lumen reddidit, & quæ catenis vincta, ad beati viri deducta fuerat ecclesiam, libera & incolumis repedauit ad propria.

Dæmoniaca cæca signo Crucis sanat.

Cap. 4. Sub ipso ferè tempore, dum quidam pastores in eadem regione dominorum suorum pecora pascerent & vigilarent, eorum vnus dum noctu pecora custodiret, mordetur à vipera. Cuius virus se repentè per omnes pueri venas infudit, & totum hominem in tumorem conuertit. De quo cùm nihil aliud præstolaretur, nisi interitus, quia iam semiuiuus iacebat extensus: tunc cęteri pastores fide commoniti, præsentiæ deferunt confessoris. Tunc sanctus oculos ad cælum erigens, voluersa pueri membra signauit, & in ipso vulnusculo, per quod viperæ vires insluxerat, dè propria saliua signum Crucis impresit. Statimque ex omnibus corporis partibus reuocatum virus, cucurrit ad ipsum, per quem se immiserat, locum, & integræ sanitati redditus est puer.

Vide mirabile signo Crucis.

Cap. 5. Quædam Andegauensis territorii matrona, vinculo coniugali nexa, ex tempore suę copulationis sterilis permanebat. Quæ dum pro adipiscenda prole Dominum deprecaretur assiduè, & nequaquàm votum suum obtinere valeret, ac procedente matura in annos desperationis *adeptura iam prolis, ad beatum virum se tota conuertit, vt quod ipsa non merebatur, ille apud Dominum suis meritis obtineret. Et, si fuis precibus filium seni fœminæ impetrare potuisset, ipsum se Domino oblaturam, ei perpetuò seruiturum, tota fide ac voto pollicebatur. Intuens autem vir beatus mulieris fidem ac lachrymas, Dominum pro ea deprecaturus accessit. Exaudiuitque Dominus virum sanctum, & deprecanti fœminæ conceptum dedit & partum. Quem illa, sicut promiserat, Domino consecrauit habendum.

**for. adipiscenda*

Sterilis parit.

Cap. 6. Non longè à vico Calonnæ, quem vir beatus incolebat, erat quidam collis Præsciacus nomine, diuersis idolorum titulis decoratus. Maurilius verò dolens illum longiùs manere superstitionem, vbi diuersarũ credebat messe perditionum: quadam die, adhibitis secum paucis fidelibus viris, perrexit ad locum. Cùmque peruenisset ad idolum, vt illud euerteret, dæmonia, quæ ibi latebant, clamare cœperunt, dicentia: Quid nos & hic Maurili persequeris? In his regionibus nullus est locus, quo te euadere valeamus. Ilicò autem eo aduersum signo sanctę Crucis opposito, dæmonia repentè, eleuato magno rugitu, non sine immenso fœtore fugerunt. Ille autem omnium idolorum simulacra coadunari præcepit, & ignibus ea concremans, in fauillam redegit. Deindè mundans diligentius locum, ibidem honorabile monasterium statuit: quod ad gloriam Christi, & laudem nunc vsque permanet confessoris.

Fugātur dæmones signo Crucis.

Condit monasteriũ nunc sacr.*

Cap. 7. Monachus quidam, Clemens nomine, per tres iugiter annos quaternis febribus vrebatur. Atterebat enim nimiùm æstus cum frigore, & erat ei horror cibi, quoniam defecerat virtus stomachi. Cumque tali dolore deficeret, iamque de vita desperaret, amicorũ monitu ad beatum virum se transferri præcepit. Qui vt eius præsentiam videre promeruit, eulogias salutis sibi dari ab eodem fideliter postulauit. Quas dum sanctus sanctificatas ex more porrigeret, languor ut fumus euanuit: moxque omni virtute roboratus, sanus ad propria remeauit.

Pellit quartanã febrem.

Cap. 8. Proximis sanè exindè diebus, dum negociatores inter diuersas mercium copias, *scucos vtriusque sexus iuuenes venales haberent, & cum eisdem ad Hispaniam tenderent, per Calonnę prædium iter agebant. Prętereuntibus autem secus ędem beati viri, vnus eorum, qui venundandi ducebatur, magno pro filiens impetu, ecclesiam ingressus est: & prouolutus cum lachrymis pedibus confessoris, orabat, ut suis precibus aut preciis sese pro Dei amore redimeret, secumque retineret, qui furtim de propria captiuus patria, vendendus duceretur in alienam. Cuius verbis & fletibus suum patrioticum recognoscens, commotus pia mente sacerdos, sine mora pro captiuo ipsius domino supplicaturus egreditur. Sed cùm dominus ipsius summa obstinatione id fieri posse negaret, innuit suis, ut ipsum de ecclesia velociter extraherent. Cædentibus autem ministris, vimque facientibus, ac domini sui præceptum exequentibus, immẽsis captiuus clamare cœpit vocibus: Miserere & succurre serue Dei, quem deuotus liberandus expetii. Sacerdos uerò flexis solo paululùm genibus, eleuatisque in cælum manibus, inquit: Domine Deus omnipotens, qui in angustia constitutis, & de tua misericordia verè confidentibus succurris: subueni huic captiuo, pro quo te supplex exoro. Ad hanc uocem tanta vis febrium dominum ipsius arripuit, ut antequam pœnitere succurreret, spiritum exhalaret. Tunc tanta formidine cæteri procelluntur, metuentes nè sese viuos terra absorberet, vt vnanimes caperetent sacerdotem, flebiliter expostulantes, quatenùs & sibi indulgentiam, & defuncto suis meritis acquireret vitã. Vir verò beatus nimiùm metuens, ne ipse occasio & causa illius esset perditionis, prostratus terræ, immensis singultibus inuocat Christum, ut defuncto redderet animam. Nec anteà surrexit à solo, donec & defuncto vitam, & captiuo acquireret libertatem. Negociatores deniquè, ut retroacta præsumptio indulgeretur, multis donariis ipsum honorauerunt locum: quę propè omnia beatus vir in vsus pauperum deputauit.

*for. *Italos.*

Confugit ad virum Dei captiuus qdã.

Precib à Deo obtinet capti ui missionem.*

Excitat defunctum.

Cap. 9. Nimirùm prætereà, ut necessitudo cogit humana, nauis Argo haud modica, mercibus referta per Ligerim vehebatur. Quę contra Calonnam cùm ascenderet, subitò turbato cum flamine ponto, nauis in vertiginem rotabatur: frangitur anteuna, & nunc prora subrigitur eleuata in fluctus, nunc puppis deprimitur inter vndarũ hiatus. Victi ergò nautæ, tantęqi tempestatis timore perterriti, de præsenti iam de-

 sperantes

sperantes salute, omnia nauis armamenta iecerunt in mare, solum præstolantes interitum. Tum repentè immensis vocibus clamare cœperunt, dicentes: Miserere vir Christi Maurili: succurre nostro naufragio. potes enim obtinere à Christo, qui vitam acquisisti defuncto. Ad quorum voces exurgens ab oratione Maurilius, festinè occurrit ad litus, & eleuato in aduersum Crucis signo, imperat procellæ, nè sæuiret. Ceduntque mox deposito rigore spiramina: tumescentes vndæ vertuntur in æquora, subsequiturque serena tranquillitas, illæsique nautę ad portum optatum feliciter peruenerunt.

Signo Crucis sedat tempestatem et multos à morte seruat.

Cap. 10. Erat familiare beato viro, vt nunc ecclesias, nunc infirmos tanquàm verbi Dei fidelissimus dispensator circumiret. Et nè vltra modum fatigatus deficeret, habebat humilis sessor asellum, quo sæpiùs vtebatur. Quem nocturnis latro temporibus furari non metuit. Sed infelix, dum furatur asellum, arripitur à dęmonio, & sic deuians, per totam noctem illuditur vagabundus. Manè autem reddito, ante fores beati viri *excusensis ipse adfuit cum asello, crimen, quod cõmiserat inuitus, confitetur. Deindè arreptus à dæmonio, fugere nititur, né curetur. Sed vir beatus furiosum per exorcismi gratiam priùs à dęmone liberauit, & pòst à crimine, recepto asino, absoluit. Et quia necessitate cœperat furari, non vitio, tres insupèr illi aureos dedit, ac dimisit.

**Excussis, pro, amente.*
Sedat dæmoniacũ.

Cap. 11. Matrona quædam nobilis, prędiues, senatorio ex genere oriunda, Amelia nomine, graui cęperat incommodo vrgeri. Quod cùm per duodecim annos pertulisset, omnesque res suas in medicorum artes expẽderet, nullum incolumitatis remediũ assequi merebatur: & quanto curiosiùs totum artis suæ ingeniũ in illam impèndere studuissent, tanto semper deteriùs incommodo grauabatur. Cùm autem de eius sanitate desperantes, parentes de solis sepulturę necessariis admonerent, ait illa amicis: Ite, currite quantocyùs ad beatum virum Maurilium: & si obtinere potueritis, vt ab illo merear visitari, confido quòd per ipsum restituar sanitati. Tunc parentes ac amici perpete cursu pro fęmina beatum virum adierunt, piis precibus postulantes, vt ægrotam sua miseratione visitaret. Ille vbi hoc audiuit, reminiscens illud dicentis Domini: Infirmus fui, & visitasti me: statim proficiscitur cũ eisdem. Veniens autem in domum, more suo priùs prostrauit se ad orationem. Deindè benedicti olei liquore mulieris membra perunxit: quæ statim omninò incolumis surrexit.

Mat. 25.
Oleo benedicto restituit a medicis desperatã.

Cap. 12. Intereà dum talibus beatus vir in vico Calõnę floreret meritis & virtutibus, vrbs Andegaua proprio pastore viduatur. Tunc plebs vrbana & vniuersa nobilitas, collectis etiam vndique sacerdotibus, in vnum venere consilium, conquirentes, quis eorum substitui deberet in pontificale ministerium. Sed reuerà aut nobilitatis ventoso fauore aut pecuniis subrogati ad tanti culminis dignitatem, quidam alios præferebãt: ideoque in vnum non valebant venire decretum, eò quòd scriptum est: Quod non est ex Deo consilium, non poterit vnquàm stabiliri, sed solui. Dum ergò hæc inuicèm voluerent, nec diffinire valerent, subitò sanctissimum Turonicę sedis Archiepiscopum nunciatur adesse Martinum. Huius dum penè omnes sententiam præstolarentur, ait: Viri fratres, audite & attendite consilium bonum. Qui à Deo vobis electus est pontifex, ipsum suscipite sacerdotem. Sanè Maurilius Calonnensis ecclesiæ presbyter, erit pontifex vester. Quod audientes, mirati sunt: sed quia Maurilii iam nouerant virtutes & merita, postposita iam priori ignorantia, statim pari mente ac voto in vnam venere sententiam: acceptoque domini Archiepiscopi præcepto, celerrimè dirigunt ad virum Dei: quem, & Episcopi authoritate, de propria rapium ecclesia, Martini pręsentiæ nolentem sistunt. Qui dum cum B. Martino ecclesiam ingrederetur, statim ad declaranda tanti sacerdotis merita, niueo candore columba diuinitùs elapsa, super caput ipsius descendit ac sedit. Quod videntes multi, vnanimes vna voce enuclamauerunt, Maurilium Episcopatu dignissimum, non ab hominibus tantùm, sed ab omnipotente electum & demonstratum. Tunc Maurilius miraculo ac precibus victus, implens præceptum, suscepit sacerdotium. Nam, vt multi videre meruerunt, quotiès beatus Martinus ad sacram consecrandi sacerdotis benedictionem super caput eius extendisset manum, semper ei præfata aditum dabat columba. Sicque B. Maurilio pontifice constituto, & B. Martino ad propriam sedem regresso, sanctus Martinus referre solitus erat, quòd ad benedicendum sanctum Maurilium pontificem in columbæ specie non solùm spiritus sanctus, sed etiam adfuerit Angelorum exercitus.

Act. 5.
Inuitus rapit ad Andegauensem Episcopatũ.
Nota de co testimonium S. Martini, eum cõsecrantis.

Cap. 13. Ordinato itaque ad custodiam Christi ouium Maurilio pontifice, tanta in eo Domini gratia rutilabat, vt nõ minora per eum, quàm dudùm per Apostolos, signa & miracula fierent. Nam tantùm verbis dæmones effugabat, ægrotos sola oratione curabat, cæcis signo Crucis visum reddebat, paralyticos ad pristinam sanitatem medicante merito reuocabat. Sunt etiam eius plurima miracula alia: quæ licèt scripta non inueniantur, tamen quia vera sunt, deficere non possunt, sed multorum ore celebrantur. Talibus igitur vir Dei Apostolica simplicitate redimitus, cordisque puritate perlucidus, sine intermissione pro sibi cõmisso Christi grege, in vigiliis & orationibus atque ieiuniis totum se Domino mancipabat: vt antiquus hostis diabolus ecclesiam nullam ex sibi creditis nubibus tentando posset lædere, aut auferre.

Ingentia edit miracula.

Cap. 14. Proximo autem post acceptam Episcopii dignitatem tempore, dum de basilica beati Petri egrederetur, vbi peruigil in oratione totam noctem insomnem duxerat, obuium habuit quendam cęcum, ex vtero matris suę carentem lumine. Quod cùm sibi à Domino tribui per merita beati Maurilii fideliter postularet, beatus antistes paulispèr erubuit: sed cùm super oculos ipsius signum sanctæ Crucis imprimeret, erumpente mox sanguine cum dolore, lumen habere promeruit. Tum homo ipse pro amore beati Maurilii, eidem beati Petri traditus basilicæ, quandiù in reliquum aduixit, fideliter seruiuit.

Signo Crucis curat cæcum.

Cap. 15. Sequenti die beato Maurilio Episcopo in eadẽ beati Petri basilica sanctam solennitatem celebrante, aduenit cum moriente puero matrona, cui quõdam sterili eundem, vt nasceretur, ante Episcopatũ apud Dominum suis meritis obtinuerat: postulans, vt filio suo, quem Domino habendum obtulerat, manuum suarũ impositione spiritum sanctum daret, antequàm obiret. Sed remorante in sãcta corporis & sãguinis Christi consecratione paululùm præsule, puer excessit. Expleto autem sanctę solẽnitatis mysterio, & obitu pueri, qui absque chrismatis dono excesserat, pręcognito, totum id suæ desidiæ deputauit, lachrymis multo tempore irremediabilibus suæ culpam lugens inobedientię. Cui cùm nec ista sufficerent, diù multumque quid ageret, secum animo colluctante tandèm reperit, quòd inter conciues tantæ negligentię piaculum plenè expiari nequiret, nisi singularis elapsus, patriam ciuesque relinqueret. Tali igitur reperto consilio, occultè semetipsum exindè eripuit, ex sanctorum reliquiis, quibus ecclesia Andegauensis decorabatur, secum claues deportans. Cùm autem peruenisset ad mare, diuina prouidẽtia q manebat in litore,

Nota de sacramento Confirmationis omisso quã tum doleat sanct.
Clàm se subducit ab Episcopatu.

litore, diem transitus sui exarauit in lapide: sicque ascensa puppi, inchoati itineris cœpit maturator existere. Cumque processisset in altum, & quarè claues reliquiarum secum detulerit cogitaret, insidiante humani generis inimico, ut dolorem sancto viro super dolorē imponeret, repentè claues de manibus elapsę submerguntur in æquore. Tunc cum lachrymis id fertur exclamasse Maurilius, quod posteà probauit euentus: Nisi has iterùm, inquit, claues videre meruero, patriam vrbemq; nunquàm repetam, quam effugio. Transmisso igitur mari, quò, quis esset, abscondere potuisset, mutato habitu, vni regionis principum adhæsit, professus se hortulanum fore, quatenùs corpus proprio labore castigaret. Qui cùm tali proficeret ministerio, tantam copiam eius meritis Dominus oleribus dabat, ut omnibus, quibuscunque necessè fuerat, ex eisdem sufficienter ministraret, & tamen olera nunquàm deficerent. Vndè perpluribus placebat, & benè ab omnibus amabatur.

Fit principis cuiusdā hortulanus tātus vir.

Cap. 16.

Intereà plebs Andegauorum, cælitùs sibi quondàm commisso viduata pastore, non minimo pauore percellitur, crebrisque visionibus minatur, persæpè etiā admonetur, vti proprium pastorē circunquaquè perquirerent, & nisi Maurilius inuentus suæ redderetur ecclesiæ, vrbem Andegauam celeriùs fore subuertendam. Vndè eiusdē regionis tota nobilitas, sed & vulgaris immensitas, collatione facta, in vnum venere decretum, eligentes è ciuibus quatuor diffusę virtutis & fidei viros. Quibus, qui necessarij ad tanti itineris erant supplenda negocia, sumptibus ex voto collatis, præcipiunt, nè vnquàm reuerterētur, nisi prius proprium inuenissent patronum. Qui functi legatione, vrbes oppidaque & vicos omnes præterlegunt, omnique ferè Europa circumita, septimo tandèm anno in partes Galliæ reuertentes, & minimè, quē quęrebant, inuento, diuino ductu ad portum Oceani maris, qui in Britannia manet minori, peruenerunt, quatenùs eis mare quem inuenire non poterant, trās mare quęrere uiderentur. Præstolantes igitur nauem, cū qua cœptum eaplere valerēt obsequium, dum residerent in litore, scriptum, quod suprà diximus, inuenerunt in silice: Hic transiit Maurilius Andegauorū Episcopus. De tam euidenti igitur alacres effecti indicio, trans pontum abiere securi. Cumque in medio tranquilli æquoris mari essent, eccè repentè emersus è gurgite piscis immanis, prosiliuit in nauim. De quo cùm Deo gratias retulissent, ipsumque piscem exenterare cœpissent, reliquiarum claues, quas Maurilius in mari perdiderat, in piscis iecore repererunt. Quas recognoscentes, nimtùm mirantes turbabantur attoniti, metuentes nè cum ipsis Maurilius naufragium passus, hominem * exisset. Demissis igitur de naui ancoris, in hoc stantes, ut de mari reuerterentur, asserentibus nautis, Maurilium esse defunctum: singuli sequēti nocte vnum eundemque visum, Domino tribuente, viderunt, in quo dictum est eis: Nolite metuere, nec reuertamini de itinere: cœptum maturate negocium: proculdubiò diù quæsitum vestrum inuenietis desiderium. Manè autem reddito, quid singuli viderant, inuicem referebant. Vndè admodùm roborati, iter, quod ceperant, auidiùs peragebant. Vnde factum est, vt Angelico ductu ad domum principis, cū quo Maurilius habitabat, recto itinere ducerentur. Ingressi autem, ilicò vocari Maurilium, ut cum oleribus, quibus rex vti consueuerat, accurreret, audierunt. Oculorum autem aciem in partem, qua illum inclamari audierant, dirigunt, nec mora, cū oleribus accurrere Maurilium cōspexerūt. Quē ut cognouissent, prostrati pedibus ipsius, cū magno fletu rogabant, vt proprię subueniret ecclesiæ atque ciuitati. Ad quorū fletum, cùm se negare non posset, obstupefactus, cum lachrymis repugnare cœpit obnixiùs, dicens: Voto memet ac iuramēto constrinxi, nunquàm in patriā reuersurum, nisi claues videre mererer iterùm quas amisi. Quas statim exhibētes, quicquid in mari viderāt vel pertulerant, ex ordine referebant. Statim hæc fama peruolat, ipsumque solicitat regem. Mirantur cuncti, & quem vt hortulanum habuerant, nunc ut beatissimum præsulem venerantes adorant, multis eum muneribus honorare certantes. Tunc Maurilius tot precibus, ut regrederetur, & miraculis victus, dum solicitior cunctaretur, & vigiliis atque orationibus insomnem ducere sequentem disponeret noctem, tādèm fatigatus, paululùm obdormiens, uidit Angelū dicentem sibi: Surge Maurili, & populorum te requirentium exequere votum. Eccè. n. tuis precibus & meritis tibi commissas seruauit Dominus oues, pro quibus rogasti, & insupèr reddidit tibi puerum, quē diutiùs plorans quæsisti. Quid multis? Manè reddito, concurrentibus vndiquè populis, cum magno honore ducitur ad nauem, & traductus, non minori gloria excipitur à patria propria. Taliterque propriam regressus ad vrbē, nimirùm expectantibus turbis, de Domini promissione securus, venit ad pueri tumulum. Quo rastris discooperto, inuocat diutissimè planctibus Christum. Tandèm autem expleta cum lachrymis oratione, vtrique consurgunt, Maurilius de oratione, & puer de morte. Quem septiformis spiritus gratia consecratum, ex euentu vocauit Renatum: qui diuinis cultibus ilicò mancipatus, & a beato Maurilio diligenter eruditus, tātis promeruit florere virtutibus, vt post Maurilium pontificalem Andegauensis ecclesiæ cathedram posthumus sortiretur & hæres. Quod si quis fortassis ęstimauerit fabulosum, Andegauam recurrat ad vrbem. Ibi enim inueniet preciosissimū confessorum Christi Maurilium immensis virtutibus florentem, & nec minùs Renatum antistitē, successorem ipsius, miraculis coruscantem.

Tandèm inuenitur vir beat⁹.

Nota hîc, lector, diuinā prouidentiā.

Eccè rē profectò stupendā de puero tot annis mortuo.

Idē resuscitat⁹ succedit Maurilio ī Episcopatu.

Cap. 17.

Sanctissimo igitur sacerdotum Maurilio, propriæ sedi restituto, quid proximis adhuc exindè diebus cōtigerit, dicamus. Vir quidam auarus, instigatus cupiditate, arrepta securi, die Dominica auidus operator extiterat. Quem securis manubrio manibus inhærente, vltio statim diuina subsecuta est. Idem tamen cogentibus doloribus, post menses quinque Maurilium expetens, suæ ordinem culpę flebiliter confitebatur. Cuius cùm uir beatus pœnitudinem vidisset, commotus spiritu, dolere cœpit. Sed cùm sanctus Maurilius manubrium tetigisset securis, ilicò laxatis neruis & erectis digitis, omnique fugato dolore, manus integrè reformantur, & sospes cum gaudio est regressus.

Miraculum.

Cap. 18.

Alter quidam, Belgicus nomine, primo die Paschę proprias segetes seruis propriis temerario iure mundare præceperat. Mancipia autē cùm reniti cępissent ac dicere, contra authoritatem fore, vt tali die opera agerentur seruilia, dominus eorum, ut id agerent, inuitos coegit. Sed cùm segetes ingressi, lolia & quæcūque inutilia sarrire tentassent, mox Belgicus oculorū cæcitate percussus, cępta desererent, immensis uocibus clamabat inultus. Cùm autem per tres annos ī ea cæcitate permāsisset, dum beatum Maurilium pro cōmissi sibi populi saluatione, ut Episcopis moris est, vicos ac uillas circuisse audisset, cogentibus continuis doloribus, sedulus ac deuotus expetebat, vt ei vel uestimentum tangere sacerdotis concederetur, cōfidēs per hoc se posse statìm sanari. Quòd cùm præparantibus amicia tangere meruisset, mox merito sacerdotis lumen amissum recipere meruit.

Pœna violantis Paschæ sacratissimum diem.

Cæcus recipit visū tactu vestis eius.

Cap. 19.

In pago, cui nomen est Communia, erat rupes quędam excelsa, diuersarum arborum generibus nemo-

rosa,

rosa, ad quam, non toto adhuc paganorum ritu discusso, stultorum turba conueniebat, sacrorum suorum solennia anniuersario ordine celebrare. Vbi per septem dies epulando & choros ducendo atque debacchando, solennia sua quasi iure debito persoluebant. Sed quod fieri in uino plerunque & epulis solet, orta seditione, multi vulnerabantur, nonnulli etiam de more ibi iugulabantur. Et idipsum cùm accidisset, ineuitabili fato fieri proclamabant. Quod vbi Maurilius cóperit, nec mora cum religiosis quibusdam fratribus ad locum perrexit. Vbi cùm ieiunio & oratione vna nocte peruigilasset, gallorum cantu tantus foetor de loco surrexit, vt vix uir beatus ibidèm habitare cum suis posset. Manè autem reddito, etiam qui superstitionem loci illius anteà seruabant, intelligentes se diuina virtute perterritos, nè Episcopo repugnarent, ipsi cum eodem omne nemus succidere & igni cócremare festinabant. Ità autem per ignem mundato loco, ædificauit ibi statim in honore beatæ Mariæ genitricis Christi basilicam: & locus ille, qui antè rupes vel lucus Martis appellabatur, Castrũ petrę nomé accepit.

Nemorum ieiunijs & precib. eo.

Cap 10. Accidit iisdé dieb⁹, ut beatus Maurilius inter quosdam discordes ob reformandam pacem Cenomannicam vocaretur ad urbem. Quò cùm sine mora venisset, &, pace inter discordes restituta, regredi cœpisset, antequàm ad pontem Leugæ peruenisset, incolæ loci illius, vt benedictionibus pręsulis firmari mererentur, eius aduentum deuotiùs præstolabantur. Inter quos parentes cuiusdam pueri filium suum nimia infirmitate ex tempore infantię grauatum, secus uiam, per quam transitum Episcopi fore cognouerant, posuerunt, dicentes: Poterit, si voluerit, nostri infantuli obtinere salutem, qui mortuo puero vitam obtinuit etiam post sepulcrum. Erat nanque puer ille tam graui infirmitatis dolore constrictus, & omnium mébrorum contractis neruis, quasi in circulum inuolutus, ità vt glomeris rotulam potiùs imitari cerneretur, quàm hominis formam. Adueniente autem Episcopo, inter benedictionis flagitationem cuncti cateruatim ad pedes eius ruentes, orabant, vt infirmi pueri pietatis studio misereretur. Coactus ergò precibus, prostrauit se statim in oratione cum lachrymis: nec anteà ab oratione surrexit, donèc distortis tibiis, cœpissent se singula pueri membra distendere. Tunc surgens ab oratione, appræhensáque manu pueri, extemplò incolumem reddidit parentibus: sicque beatus Maurilius iter, quod cœperat, explicauit. Cùm autem ad portũ Lidi fluminis peruenisset, nullam ibidèm nauim reperit, sed omnes ex parte altera tenebantur. Nec etiá nauta parebat, qui nauigium adduceret. Qui dum pręstolaretur, & nemo esset, qui transduceret, repente omnes catinæ, diuina iussione remotæ a litore, ad obsequium præsulis in partem alteram deducuntur. Vnde cùm omnipotenti Deo gratias retulisset, ingressi naues, Deo solo gubernatore, ac absque humanorum nautarum adminiculo transierunt. Veruntamen nautis, qui accurrerant, quasi si illorum labore tráiisset, naulum non expetitus dari pręcepit.

Eccè virũ sãctissimũ ad reformãdã pacem.

Miserè contract⁹ puer sanatur.

Nota ingens miraculum.

Cap. 11. Villam quandam Geriacum nomine, ad alimenta captiuorum, vidoarum, pupillorum, necnon subsidia Clericorum ac pauperum profuturam, vir beatus ex rebus ecclesiæ comparauerat. Quam dum quadã die, vt ibidèm quiddam operis faceret, cum fratribus circumiret, repente cornupeta vitula, instinctu dæmonis acta, cum ingenti mugitu ac toruis furibunda luminibus, in eum rotatim cum magno impetu accurrebat. Contra quam cùm beatus Episcopus signũ Crucis opponeret, mox diabolus de capite eius in specie corui egrediens, euolauit, & subitò sicut fumus euanuit. Multi enim fidelium, qui comitabantur cum eo, oculis hæc corporeis videre meruerunt. Bucula verò gregi suo statim mitior se oue immiscuit, & deincèps neminem læsit.

Signo Crucis pellit dæmonem.

Cap. 12. Quadam die, cùm per Medianæ fluuium nauali subuectione in Ligeris alueo securè descenderet Maurilius, ieiunio fatigatus & oratione, in nauis puppi paululum obdormierat: cùm subitò, humani generis insidiante inimico, cœperunt gurgitis intumescere fluctus: ità ut cadentibus desupèr lymphis, submergi nauis autumaretur in vndis. Tunc discipuli timore perterriti, excitauerunt eum, dicentes: Exurge quantocyùs, & succurre in supremæ mortis naufragio constitutis. Expergefactus autem, illis clementiùs ait: Quid me quęritis? vos fratres satisfacere poteratis. Tunc accepta, quæ benedicti liquoris erat vasculum, ampulla, mox vt oleum cum oratione & signo Crucis in gurgitem respersit, illa sæuiens tempestatis procella, temperatis flatibus, extemplò cessauit. Læti ergò & incolumes peruenerunt ad portum.

Sacro oleo & signo Crucis sedat tempestatem.

Cap. 13. Adolescens quidam catechumenus de numero ecclesiæ sibi commissæ, absente Maurilio, tam vehementem febrem incurrerat, ut antequàm sacri fontis baptismate regenerari potuisset, spiritũ exhalaret. Nec mora, parentes ipsius non sine immensis lachrymis, dum locus funeri pararetur, eum ad ecclesiam detulerunt, cùm subitò beatus Maurilius adesse nũciatur. Qui comperto, quòd sine baptismatis remedio, vltimo fungeretur officio, ingemuit. Tunc sentiens per spiritum sibi adesse virtutem, egredi omnes cellulã, in qua corpus iacebat, præcepit. Vbi singularis cum puero remanés, de more prostrauit se in oratione cũ gemitu. Et rigans lachrymis solum, vix tantùm spatio vnius horæ intergresso, vidit defunctũ paulatim omnibus membris commoueri. Quem statim, vt de oratione surrexit, parentibus, qui pro foribus adstiterãt, viuum, & incolumem reddidit, ac sacro baptismate consecrauit. Duos deniquè leprosos, sub ipso tempore peruariis vulneribus obsessos atque foedatos, dum salutis remedium a beato postularent, illos, verbo tantùm medicante, sub momento curauit.

Vita redditi puer mortuus. Duo leprosi curãti.

Cap. 14. Peregrinus quidam dum hyemali tempore, pœnitentis habitũ gerens, medicinam animæ suæ quærendo, vicos & vrbes plurimas circuiret, beatum Maurilium, cuius iam bonitatis famam audierat, quatenùs ab ipso verbum salutis audire potuisset, longiùs exul à patria cum aliis peregrinis * itinerator auidus expetebat. Sed antequàm ad ipsum peruenire potuisset, repétina morte in via pręuentus, occubuit mortuus. Vbi cùm peregrinorum aliqui, multique ex vicinis partibus ad peregrini obitum conuenissent, accidit vt electus Dei sacerdos, qui pro supplendis cómissi sibi gregis necessitudinibus, infatigabiliter laborare certabat, à vico Saponaria reuertens, ad iusti & sancti peregrini hominis cadauer Maurilius aduenisset. Qui cùm debitum de more pro absolutione animæ funeris officium exoluisset, & populis sermoné de religione conferret, mirum dictu, subitò se palam omnibus defunctus erexit, & cum reliquis Deo gratias referens, quòd per beatum Maurilium Dominus eum resuscitauerit, euidenter omnibus patefecit. Quod vidéntes & audientes turbæ, in cælum uoces laudum extulerunt.

Habitus pœnitentis.

** iterator.*

Debitum funeris officiũ p animæ absolutione.

Mortuus reuiuiscit.

Cap. 15. Vt autem finaliter dicatur, indicibilia Maurilii multa sunt opera, nec in eo quod diuina virtus operata est sensus compręhendere potest humanus. Breuiter tamen aliquid de eius quotidiana conuersatione narremus ad ædificationem audientium. Sanè ab exordio Episcopatus sui vsque ad terminum vitę, ut canonicam adimpleret sententiam, semper victum pauperé & aquam breuem, ac supellectilé vilem habuit. Cùm

Sũma quædam vitæ S. Maurilij.

autem

antem sanctæ Quadragesimæ diés aduenirent, per omne tempus afflictionis erat ei, vt dictum est, aridus & vespertinus die tertia cibus, aqua tepida, & modicum salis, ac panis hordeaceus. Pedem non proferebat his diebus in publico, cilicio semper interius tectus & cinere.

Mira eius in summa abstinentia incolumitas.

Veruntamen robustus semper in corpore erat, faciesque eius vt rosa rubebat. Nã cùm ad senilem ætatem peruenisset, non caput, non dentes, nó visum, non stomachum, non cætera membra dolebat, non viscerum cruciabatur doloribus, non sicca humus iacentis super se ipsius membra confregerat: sed totus semper sanus corpore, mente quoque sanior, in vtrisque semper robustior apparebat. Nam bonum, quod Maurilius elegit, tenuit: nec dimisit, sed compleuit. Nihil erat illius seueritate iucundius, nihil iucunditate seuerius. Erat sermone silens, & silentio loquens. Erat neglecta illi munditie, & inculta uestis.

Cap. 26.

Talibus ergò cùm ab ipsa pueritiæ suæ ætate floreret virtutibus, & appropinquare cerneret sui transitus diem, haud longè ab Andegaua vrbe ad Septẽtrionalem eiusdem vrbis partem, duplicem sepulturæ suæ cryptam ædificari præcepit.

Ante mortẽ curat sibi præparari sepulturam.

Qua completa, quadã die Dominica, dum sanctæ solennitatis officium de more complesset, modica pulsatus infirmitate, conuocauit omnem clerum, commendans illis vltimam transitus sui diem, dicens: Ego ingredior viam vniuersæ carnis: vos autem admoneo, seruate charitatem, custodite dilectionem, diligite castitatem, patientes estote ad omnes, & mementote semper precio sanguinis Christi vos omnes esse redemptos. Intereà etiam tantæ conuenerunt ex vicinis vndique partibus visitationis studio populorum cateruæ, quantùm vrbs Andegaua recipere poterat, mœrentes & multùm flentes, cur tanto viduarentur patrono.

Innocentẽ animam vir sanctissimus reddidit Creatori.

Quos omnes patrum piissimus deuotiùs in summo mortis articulo constitutus absoluens, & benedictionibus corroborans, septima incommoditatis die, vltimoque totius ætatis suæ anno nonagesimo, Episcopatus tricesimo, pius pastor & doctor Maurilius, qualem de sacri fontis baptismate sumpsit, talem Idibus Septembris, coram multis adstantibus populis & psallentium choris, omnipotenti Deo animam reddidit.

Cap. 27.

Cùm autem sanctum eius corpusculum die altera portaretur ad tumulum, gemini ex vtero matris cæci, vt sancti corpusculi loculum tangere potuerunt, lumen quod nunquàm habuerãt, ad declaranda antistitis merita, ilicò recipere meruerũt.

Duo cæci ad tactũ loculi eius sanantur.

Quidam etiã è ciuibus, paralysis distentus incommodo, per triginta annos tenebatur in lectulo. Qui cùm psallentium chorum deferentium Maurilium audisset, è lectulo statim exiliens quasi ceruus, nemine prohibente, beati Maurilij peruenit ad corpus: tactoque & osculato beati funeris feretro, pristinam recipere sanitatem meruit extẽplò.

Item paralyticus.

In tanti igitur honoris gloria sepultus, quanti qualisque meriti apud Dominum fuerit, dum quotidianis virtutibus & miraculis eius exornat tumulum, Dominus ostendit omnibus post sepulcrum: Qui est benedictus in secula seculorũ, Amen.

VITA S. AMATI PRESBYTERI & Abbatis monasterij Romarici, primùm scripta à quodam eius, vt apparet, æquali. Nomen authoris MS. codex egregius non habebat, sed est historia fide digna. Stylum ferè mutauit F. Laur. Surius. Consentiunt vetustissima Martyrologia.



13. Septẽbris.

Cap. 1.

Patria & parentes S. Amati.

EMPORIBVS Dagoberti Regis, ut moribus egregius, ita & sanctitate, re & nomine Amatus extitit. Ortus est autem præclaræ indolis puer in suburbio ciuitatis Gratianopolitanę, et parẽtibus, Romanę stirpis nobilitate claris. Pater eius, Theodorus dictus est, vir Christianæ religioni addictissimus, & Deo deuotissimus. Promisit autem se filium Amatũ monasterio traditurum. Itaque beati Mauricii liminibus, id est, Agaunensi cœnobio, puer adolescens munus Deo gratissimum oblatus est.

Fit monachus.

Ibi initiò inter scholasticos imbutus, in bonis facilè primus habebatur. Sed cùm iam annos triginta, monasticis institutis & disciplinis perpetuò incumbens, totum se virtuti dedisset, maioris solitudinis secessum expetens, clàm è monasterio egressus est, & non procul ad cuiusdam excelsi montis rupem se contulit.

Petit locũ desertũ.

Interim ab Abbate & fratribus magno studio quæritur, & tandem triduano exacto ieiunio, ægrè inuenitur. Latebat enim homines, sed prestò erat Deo. Repertum orant fratres, vt ad monasterium redeat, quod Abbas & cæteri eius causa anxii & mœsti essent: rogant etiam, quid sibi ea secessio velit. Quibus ille incunctanter respondet: Sinite, fratres, sinite me, obsecro, in hoc angusto loco lugere peccata mea, & redemptori meo sedulò inseruire. Cùm ergò non possent eum à sententia deducere, aiunt ad eum: Vel id saltem indicato nobis, quam tibi velis alimoniam huc adferri. Ille respondet: Panis & aqua post triduum præbeatur mihi, donec Domino visũ erit hoc me affici ieiunio.

Victus eius.

Lautiores alios cibos non appeto: & ipse panis, quem dabitis, oro vt hordeaceus sit. Abeunt fratres, indicant Abbati repertum Amatum, & quid ex illo audierint. Mox ab Abbate designatur frater Berinus, qui officiosè illi ministret. Is accepto pane, vrceoq; aqua pleno, pergit ad virum Dei, & cùm ea illi obtulisset, recedit.

Cap. 2.

Maligni dæmonis vexatio ei fit materia virtutis.

Cùm autem vir Dei orationi vacaret, tentator in corui specie adfuit, ablatoque pane, aquam effudit. Id vbi post orationem animaduertit Amatus, Gratias tibi, inquit, ago Domine Iesu Christe, qui me vis productiori ieiunio exercere. Erit hoc mihi magno emolumento, quandoquidem nihil in hoc mundo geritur absque prouidentia tua. Non diù pòst angustam ei cellulam vel speciem ædificarunt. Artifex autem mensuram cubiculi non tenens, accedit ad virum Dei, aitq; ad eum: Sequere me, vir Dei, ad locum, vbi ligna cæduntur, quæ mihi aliquanto breuiora esse videntur, quàm poscat structura. Vir sanctus respondit: Noli, fili, ità existimare: sed reuertere, rursusque metire. Sis autem firmus in fide.

Miraculũ.

Reuertitur ille, & cùm dimẽsus esset, videt tantum nunc ad ligna accessisse vltra mensuram, quantum priùs deerat. Mox redit ad Amatum, narrat quid gestum sit. Tum ille: Sile, inquit, & nè referes illud, quod accedit. Donum enim Dei est. Ego enim testis sum, me extra tectum vidisse eam lignorũ accessionem & incrementum.

Cap. 3.

Aliud miraculum per eũ Dominus patrauit. Cùm iam annum vnum aqua illi à ministro Berino allata fuisset, ex valliũ amnibus, ille fratrum penuriam miseratus,

Ex petra elicit fonte aquarū seratus ait: Accedamus, fratres, ad hoc saxum, & oremus. potest enim Deus etiamnùm è petra aquam producere. Finitis precibus, surgunt à terra, & vir Dei baculo, quem manu gestabat, percutit petram, & mox erumpit aqua, perpetuò illic fluitans. Iubet ergò uir Dei è plumbo illic aquarum receptaculum fieri: quod quidem aqua redundans, & perpetim eam eunineos, vidisse se testatur is, qui primus beati viri conscripsit vitam. Posteà vero in eâdem rupe exiguum terræ spatium vir Dei inueniens, excisis virgultis, agellum effecit, terram modij partem capientē: atque illic hordeum serere solebat, iustum existimans, vt suo quisq; labore victitet. Porrò infra cellulam etiam molā habuit, quam tum consueuit versare manu, cùm canenti ei & defatigato somnus obrepebat. Calceis eo in loco nunquàm vtebatur. Illud autem spatium, in quo molendi causâ pedes extendere solebat, minutis ijsq; peracutis lapillis plenum erat. Itaque hoc to more apud illum positum erat, ut carnis tentationes & corporis somnum labore molendi abigeret. *Luctatur cū somno.*

Cap. 4. Cùm aliquandò in agello, quem excolere solebat, nonnihil foderet, ab excelsa montis cupe saxū immani ruente, vidit cellulæ suæ repentinum immloere excidium. Puto equidem satanæ astu & machinis id ità accidisse. Sed vir Dei, Crucis signum exprimens, In nomine Domini nostri Iesu Christi, inquit, præcipio tibi, nè ulteriùs descendas. Iam non longè à tecto māsiunculæ aberat saxum, moxque figens gradum, monti inhæsit. Peodet verò etiamnùm à latere, montiq; adhærescens, nihil prorsùs lędit domicilium. Et crebrò sanè diabolus accedens cum satellitibus suis, minabatur se cellulam funditùs euersurum. At ille fortissim' Christi miles inconcusso & intrepido aoimo respondit: Dominus mihi adiutor: non timebo, quid faciat mihi homo. *Mirabilis signi Crucis virtus.* *Psal. 117.*

Cap. 5. Loci illius Episcopus familiarissima ei charitate deuinctus erat, & cùm crebrò illi libēter adesset, sæpiusque inuiseret virum Dei, pro Christi amore paupertatem sectantem, statuit quandam pecuniæ summam pro eius consolatione illi largiri, in eius arbitrio relinquens, an seruare sibi, vel pauperibus distribuere vellet. Ait autem illi uir beatus: Quæ tu mihi offers, optime antistes, ea illis tribuenda sunt, quos maior premit inopia. Egò verò spretis mundi huius impedimētis, sicut nudus egressus sum è terra, itā nudus reuertar in puluerem. Episcopus nihilo minùs instat importunè, ut munus oblatum non respuat: sed cùm cerneret inexorabilem, egrediens clàm, pecuniam imposuit altariolo, in quo sacrificare consueuerat. Cùm autem noctē exactā ad sacra peragenda mysteria uir Dei hora legitima accederet, repertos nummos tanq̃ hostis Tartarei insidias execrans, in profundam vallē magna ui abiecit, ità dicens: Dominus pars hæreditatis meæ: ego his non indigeo. *Eccè quātum abominatur vir sācti pecuniā.*

Cap. 6. Vestis ei' Cibus in Quadragesima. Vestis ei erat ex veruecum pellibus. Porrò in Quadragesima, pro quotidiana refectione post uespertinas persolutas laudes, quinque nucum nucleis cū exiguo aquæ poculo, vilis quidem, sed Deo grata illius mensa instruebatur. Interdùm verò triduana, & sæpè etiam prolixiora sibiipsi ieiunia indicens, mēbris quidē fessus, sed sancti spiritus gratia plenus, Christo perpetuum exhibebat famulatum. Balnearum fomentis bis tandem toto illic anno vtebatur, ante Saluatoris natalem diem, & eius sacram resurrectionem. Atque hæc illi erat sui corporis cura. Pleraque autem ab eo tum perpetrata miracula, non satis comperta sunt.

Cap. 7. Per id tempus in Vosagi partibus uir egregius & religione celeberrimus Abbas Eustachius morabatur. Is quandoq; Italiam petiturus, uenit ad Agaunēse cœnobium, cœpitq; inquirere, quisnam illic sanctitate cęteris antecellere videretur. Dictumq; est illi: Itàne ignotus tibi est sanctus uir Amatus, qui in hac celsissima rupe iam triennium ferè duram & asperam agit vitam? His auditis, per actam & penè præcipitem ad eum tetendit semitam: inuentumque virum Dei, tāta charitate complexus est, vt nullo pacto eum sibi deesse pateretur. Reuersus nanque ab Italia eum Luxouiū perduxit, asserens lucernam non sub modio, sed super cādelabrum poni oportere, vt omnibus in domo Domini lumen suppeditet: eumque perfectius uitę secta ri genus, qui proprias sedes reliquerit. Vbi autē in eo monasterio beatus Amatus aliquandiù versatus fuit, omnibus charus & amabilis effectus est. Erat enim vultu serenus, facie hilaris, præclarus eloquio, cautus & constans consilio, compūctioni deditus, multa lachrymarum copia præditus, in secūdis rebus moderatus, in aduersis iucundus & mansuetus, moribus spectabilis, sanctitate eximius, abstinentia haud vulgaris, charitate semper & vbiq; egregiè instructus. Denique bonis omnibus locuples, instār præclari cuiusdam sideris lucebat in mundo. *Abbas Eustachius cū secum du cit Luxouium.* *Catalog' virtutum S. Amati.*

Cap. 8. Contigit autem, vt ea tēpestate missus à fratribus, quasdam Austrasianorum vrbes perlustraret. (multa enim concionandi gratia præditus erat.) Fuit tū uir nobilis in palatio, & in populo honoratus Romaricus, habitu quidem laicus, sed animo religiosus. Ad eius ędes nutu diuino sanctus Amatus diuertit. Eum intuens Romaricus, inprimis reuerenter & honorificè excepit. Cumque iam mensa apparata esset, inter epulas hortabatur eum, ut experenti & desideranti sibi verbum salutis proponeret. Mox ille, vt erat promptus & circūspectus in sermone, itā loquutus est: Cernis hunc discum argenteum? Quàm multos ille & antehàc habuit, & deincèps habiturus est seruos? Et tuipse, velis nolis, nunc seruus illius es. siquidem seruandi eius causa eum possides. Et ille quidem nunc ex se edentibus ęqualem oauat operam, sed à te, qui eum nunc seruas, de illo quandoquè ratio exigetur. Scriptum nanque est: Aurum & argentum vestrum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium vobis erit. & ipse Dominus ait: Væ vobis diuitibus, qui habetis cō solationem vestram. Hæc cùm S. Amatus dixisset, Romaricus ait ad eum: Obsecro sanctitatem tuam, vt aliquot diebus apud me maneas, dicasque quid faciendum mihi sit. Quod enim iam olim anxius concupiui, Dei benignitate nunc completum iri gratulor. S. Amatus respondit: Cùm sis generis nobilitate sublimis, opibus pollens, magno ingenio præditus, demiror te ignorare illud, quod Dominus respondit sciscitanti, quid faciendo vitam ęternam possideret. Dictum est illi: Si vis ad uitam ingredi, serua mandata: quæ cùm ille à sua iuuentute se custodiuisse responderet, subiunxit Dominus: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quę habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cęlo: & veni, sequere me. Hæc vt audiuit vir Domini Romaricus, amore & desiderio Dei inflāmatus, paucis euolutis diebus, spreuit diuitias, & quicquid hic mundus habet, & factus est monachus. Posteà verò ex instinctu diuino beatus Amatus vnà cū Romarico discipulo suo puellarum monasterium cō didit. Interim contractus quidam, nullo pedum officio frui potuit: rogauit autem S. Amatum, vt pristinas vires sibi impetraret. Vir Dei ait ad eum: Habeto fidē, & Dominus dabit tibi id, quod petis. Paulò pòst ità ille se sibi sensit restitutum, ut qui diù alienis esset manibus gestatus, iam suis pedibus graderetur. *Romaricus vir nobilis excipit S. Amatū hospitio.* *Iacob. 5.* *Luc. 6.* *Matt. 19* *Romaricus vir illustris fit monach'.* *Cōdit monasteriū virginū.*

Cap. 9. In eo autem puellarum cœnobio quædam sanctimonialis absque senioris permissu ausa fuit pomum comedere. Et eccè moxā diabolo arrepta, miserè cœpit ab illo nequissimo spiritu discerpi: sed vir Dei eū profliga- *S. Amat' eijcit dæmonem.*

profligauit. Et cùm sanata esset sanctimonialis, vir Dei ait ad omnes illas: Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Itá ille vir sanctus, quod suis orationibus à Domino impetrarat, semper aliorum meritis tribuere solebat.

Cap. 10. In eodem cœnobio vir sanctus quandam elegit, quæ sororibus præesset. Ea Mactefledis dicebatur. quam cæteris imitandam proposuit, ut ab ea sanctitatis exempla caperent. Sed ea post biennium excessit è vita. Vna autem è sororibus præcedente nocte per visum miræ molis stellam è monasterio vidit egredi, & cęlos penetrare. Itá ergò sancta illa anima ex hac luce migrauit ad Dominum.

Cap. 11. Porrò sanctus Amatus semper deserti loci secretũ appetens, in vastis Votagi spatiis castrum reperit, ubi multas virgines collegit, easque in septem turmas distributas, noctu diuque per vices sine intermissione psallere voluit, ita ut semper duodecim virgines in unaquaque turma essent. Ipse verò in obliqua montis parte concauum reperiens saxum, augustum illic sibi vni habitaculum construxit, vbi etiam lectulum habuit, ipsius corpori accommodatum. Nec enim specus ampliùs aut longiùs porrigebat sese. Superius autem immanis hærebat rupes, ex qua minister eius, tintinnabulo ad funem ligato, exiguam panis particulam & parùm aquæ in vasculo ei submittebat. Dominicis verò diebus indè progrediens, fratribus vel sororibus scripturas sanctas proponebat. Erat sanè dandis consiliis humanissimus, & quorundam etiam cogitationes prodebat. Fratrem quendam furti arguens: Surge, inquit, & age pœnitentiam, memor illius sententiæ Apostolicę: Qui furabatur, iam non furetur.

Nota de monasterio virginum, sine intermissione per vices Deũ laudãtiũ.

Ephes. 4.

Cap. 12. Die quodã sanctimonialibus examen apum excipere volentibus, vir Domini aderat: & duobus vasis in eum vsum apparatis, cùm illę vellent apes in altero excipere, vir sanctus iussit, vt non in illo, sed in alio reciperent. At illę dictis eius nõ parentes, in vas quod elegerant, eas admiserunt. Apes autẽ intra dies quinque nec inde euolare, nec è floribus mella colligere voluerunt. Tandèm sanctimoniales memores eorũ, quæ dixerat vir sanctus, eum adeunt, & omnia exponunt. Tum ille: Abite, inquit, & immittite apes in vas à me designatum. Quod cùm illę fecissent, mox apes ad paranda mella euolarunt, & magno illis fuere emolumento.

Pœna inobedientiæ.

Cap. 13. Ante annum vnum quibusdam fratribus obitũ suũ vir sanctus prædixit. Erat tum quidam frater familiariter ei charus, cui itá dixit: Si meministi, qua ego te charitate enutrierim, volo, vt q̃ iussurus sum, cautè & secretò exequaris, certus iam propinquare illum diẽ, quo sum è vita decessurus. Socium autem tibi adhibeas Castorium presbyterum nostrum, & cum illo eas in syluam hanc: collectoque cinere, è cilicio culcitrã mihi efficias, eamque cinere completam ponas in lectulo meo: agenda enim mihi est ob quædam errata mea pœnitentia. Respondit frater: Quinam fieri potest, domine, vt id toleres in corpore tuo, longa abstinentia & multis afflictionibus & molestiis confecto? Sed tamen, vt iusserat, itá factum est, & post paucos dies coram fratribus culpas suas, quas se admisisse meminit, voce publica confessus est, in cilicio & cinere prostratus. Cùm igitur in ea esset pœnitentia, incommóda corporis affectus valetudine, perpetuo cruciabatur dolore. Sed ille sciens tempus adesse, quo ipsius peccata purgarentur, in illis doloribus mirificè exultabat.

Prædicit obitum suum S. Amatus.

Vide mollẽ eius culcitram.

Cap. 14. Iam annum in eo cilicio & cinere egerat, die ac nocte iugiter precibus vacans, cùm prę nimio membrorum circuitu, cute & carnibus excisis, nuda ossa paterent. Interim ille nihilo minùs cũ lachrymis semper Domino loquebatur. Cùm autem finem adesse sentiret, cuidam fratri ait: Affer epistolam Leonis Papæ, quam ille ad sanctum Flauianum scripsit, in qua catholicæ fidei plenissima ratio continetur. Allata est epistola, & cùm illi legeretur, itá dixit: Sic credo, ò Trinitas ineffabilis: itá confiteor Deus omnipotens: itá de te sentio, fili Dei Christe Iesu: sic de te intelligo, spiritus sancte, æterne Deus: atque itá vnum Deum in Trinitate, trinumque in vnitate confiteor.

Eius fides quãta fuerit.

Cap. 15. Cùm autem summa esset humilitate præditus, indignum se putauit, qui intrà ecclesiæ septa sepeliretur. Iussit igitur sibi fodi sepulcrum in ipso aditu basilicæ matris Dei, & hoc epitaphium, quod ipse composuit, ei imponi: Omnis homo Dei, qui in hunc locum sanctum ad orandum introieris, si merueris obtinere, quæ postulas, pro anima Amati pœnitentis hic sepulti, Domini misericordiam deprecari digneris: vt si quid mea paruitas de meis peccatis obtinere nõ potuit tepidè pœnitendo, obtineat vestra tantorum charitas, sedulè Domini misericordiam deprecãdo.

Epitaphiũ sancti viri, ab ipso cõpositum.

Cap. 16. Interim verò congregati fratres & sorores, non sine multo luctu sustinebant eius excessum è vita, legentes Euangelia, psalmosque & hymnos apud lectulum eius decantantes. Sub his autem vocibus ille veniam ab omnibus petens, eisque valedicens, animam expirauit. Tum verò luctus omnium ortus est, quòd vir sãctus obiisset. Sepultus veró est eo loco, quo ipse iusserat: tertioque die fratribus per visum apparens, Nè contristemini, inquit, certi me absolutum à peccatis meis, & comiter acceptum à Domino meo, qui post dies non multos omnibus bonis abundare vos faciet. iisque dictis, disparuit.

Excedit è mundo.

Cap. 17. Posteà verò Rex pro sua munificentia quãprimùm illis ducentos ferè aureos misit: cumque iam anni esset euolutus circulus, & propter eius solennitatẽ nocturnæ essent vigiliæ celebratæ, iis expletis, denuò cuidam fratri reuelatum est, vt sacrum eius corpus ocyùs intrà beatissimæ matris Dei basilicam conderetur. Quod itá quoquè celeriter factum est cũ multa reuerentia: atque ad eum locum quotannis populorum cateruę propter eius solennitatem properantes, per eius intercessionem sperant se salutis compotes fore: præstante Domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

Eius solennitas.

VITA S. AMATI EPISCOPI Senonensis, incerto quidem Authore, sed grauiter conscripta. Stylum F. Laur. Surius mutauit in gratiam Lectoris.

13. Septẽbris.



BEATVS Amatus parẽtes habuit non modò Christiana religione initiatos, sed etiam pios, qui eũ piè educarunt, & in tenera ætate literis erudiendũ tradiderũt. In quibus ille perdiscendis coætaneos suus facilè excelluit, & q̃d præstantius multo est, cũ doctrina pietatem coniungens, Christi mandatis sese accõmodare die ac nocte illi seruire, ab omni vitio & peccato immunem se seruare studuit. Itá verò cõstitutus, in Clerum allectus est: in quo itá se comparauit, vt vix quisquam illi similis inueniretur, qui conseruaret legem excelsi. Ex beato veró semper beatior effectus, tam merito sanctitatis, quàm maioris dignitatis accessione, singulis Ecclesiæ gradibus susceptus: cùm non esset nescius, quanto quis est honore prælãtior, tãto erga Deum feruentiorem esse debere, & sibiipsi

S. Amatus puer multum proficit in pietate literaria.

Fit clericus.

magnam

magnam adhibebat cautionem, & aliis fiebat imitatione admirabilis.

Fit Senonensis Eps. Intereà Senecio Senonensium Episcopo è vita subtracto, ab Episcopis & populis sanctus Amatus eligitur, & licèt inuitus, Senonensis Episcopus constituitur. Ea igitur auctus Apostolica dignitate, populum sibi creditum sanæ doctrinę pabulis reficiebat, benedictione confirmabat, peruigili cura custodiebat, in omnibus seipsum exemplum operum bonorum præbēs. Adeò verò dęmonibus erat terribilis & infestus, vt ad eum tentandum accedere formidarent. Hac tēpestate Theodoricus Clodouei filius, & Dagoberti nepos, erga Francorum primores tyrānidē exercere conatur, ab ijsq; captus & iniurijs affectus, vi in monasterium detruditur, & Childericus frater ei subrogatur. Sed illo quoquè propter insolētiam à Francis interfecto, in regnū Theodoricus restituit. Apud quē tum nimis credulum à maleuolis; qui semper solent inuidere bonis, accusatus est Amatus Episcopus. *Falsò accusatur.* Illo non inauditum iubet præter ius fasque abire in exilium. At pius pontifex oues suas Domino commendans, ad locum destinatum libentissimè proficiscitur, iussuq; tyranni Peronam pagum Veromanduorū per ductus, sub egregio Abbate Vltano in custodia permanet. *Relegat in exiliū.* Is Vltanus frater fuit Fursei & Foillani Episcoporum, qui ex Hybernia regio stemmate orti, in Franciam peregrini venerant. Sub illo venerabili Abbate beatus Amatus non breui temporis spatio permansit, patientissimè ferreos diuturnum exilium, verbis gratiæ & alimoniæ subsidijs à beato Vltano confirmatus, illud Apostolicum commemorans: *Rom. 8.* Non sunt cōdignę passiones huius temporis ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis: itemque illud Iacobi Apostoli: *Iacob. 1.* Omne gaudium existimate, fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis.

Per id tempus clara prosapia editus Maurontus, Adalbaldi & S. Rictrudis primogenitus, in aula Regis insignis habebatur. Eum beatus Amandus Episcopus clericorum Abbatem instituit, & Diaconum ordinauit. Is itaque in fundo suo, qui Broilus dicitur, in sancti Petri honorem monasterium construxit. *Maurōt' extruit in Broilo monasterium.* Atque Vltano Abbate viā vniuersæ carnis ingresso, Rex Mauronutum ad se vocat, iubetque, vt sanctum Amatum Episcopum, Peronæ exulantem, sine mora secum abducat, & in suo monasterio custodiendum seruet. Facit Mauronutus, vt erat iussus, Peronamque veniens, sanctum virum cum omni eius apparatu secum ducit. Cùm autem in itinere Cameracum venisset, S. Amatus captiuus & exul solus precādi causa in beatissimæ virginis Mariæ ędem ingreditur, cucullū suū à collo deponit & vtranque manicam, atque ad solis radium nescius suspendit, tam præclaro signo Domino eius sanctitatem demonstrante. *Nota miraculum.* Non diu post venit ad templum etiam Mauronutus, vidensque admirabile signum, obstupescit, atque ad sancti Episcopi vestigia collapsus, humiliter petit veniam, quòd talem ac tantum virum ausus esset custodiendum suscipere. At verò sanctus antistes comiter ei respondet: Non tibi acerbum aut triste videatur, frater, quòd tecū huc ego perueni, qui paratus sum, quocunque iusserit, & in carcerem, & in mortē ire. His dictis, in mutui amoris argumentum, in mutuos ruunt amplexus & oscula pacis. Quæ verò deincèps illis fuerit animorum communis lætitia, quis dicendo possit consequi? Vbi autem iter confecere, haud procul a Martianis, qui locus est ad Scarpam fluuium situs, aliquantispèr in Hamatico cœnobio hæserunt. *Monasteriū Martianense et Hamaticum.* Ea enim duo cœnobia, Martianense & Hamaticum, opportuna sibi vicinitate coniuncta, sub vno canone & amica societate degebant: atque in eorum altero S. Gertrudis, beati Adalbaldi auia, cum sua pronepte & virgine Eusebia: in altero pari studio florebat Ionatus sancti Amandi discipulus, & Rictrudis cum filiabus duabus. In vtroque autem grex erat plurimus, pręclaris virtutum ornamentis illustris.

Eiusmodi ergò cœtibus adiunctus est beatus cōfessor Amatus, oēsq; pariter vna animi intētio ad sublimis iustitię culmina euehebat. Cùm autem in beato antistite Amato totius perfectionis gratia reluceret, visum est tandèm bono dispensatori Mauronto, & eius sanctæ matri Rictrudi, Broilensi monasterio eum præficere, & se & prædium suū per illum Dño offerre. Coactus igitur ab illis & toto monasterio vir Dei, cùm eis benè precatus esset, eò profectus est, totisque viribus illic Domino sanctè & religiosè inseruiens, subditis de se præbuit humilitatis exempla, tā verborū doctrina & institutione, q̄ vitę simplicis eximia puritate. *S. Amatus suscipit curā Broilēsis cœnobij.* Habebat verò iuxta templū cellulā, orationis causa illic extructā, vbi cælestibus inhians, tanq̄ in quadā ęternę quietis specula diuinorum contemplationi vacabat: & quia diu vitæ actiuæ laboribus insudarat, proximis suis pro viribus ministrans, iam contemplationi sic inhærebat, vt vni viuens Deo, mundo mortuus videretur. Tandèm vt iam emeritus miles labore omni absolueretur, à Domino vocatus, in pace quieuit. Fecerat autem adhuc viuēs ferream catenam sanè immanē, eaque corpus suū cōstrinxerat. *Ferrea catena ad corp' et'.* Hæc derepentè ab eius exanimi corpore soluta, multa attulit remedia sanitatis: præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum.

ANDREAE EPISCOPI CRETENSIS Hierosolymitani, de preciosæ & viuificæ Crucis venerabili exaltatione. Habetur in Simeone Metaphraste. Potest verò hęc Oratio etiam legi in festo Inuentionis S. Crucis, ad quam etiam propriè pertinet.



14. Septēbris. Cap. 1.

CRVCIS festum celebramus, & illustratur totius Ecclesiæ cætus. Crucis festū celebramus, & gaudii fulgoribus resplendet facies orbis terræ. *S. Crucis festū antiquum in Ecclesia.* Crucis festum celebramus, per quam expulsæ sunt tenebræ, & lux est introducta. Crucis festū celebram', & simul cū Crucifixo extollimur, inferius terra relicta cō peccato, vt superna possideam'. Crux extollitur, & simul extollit humi iacētem humanitatem. Crux extollitur, & cedit dæmonum elatio. Crux extollitur, & satanę aduersa potentia decidens, cedit & contrahitur. Crux extollitur, & ciuitates festum diem agunt, & populi libant lætitiam. Crucis enim meminisse, est apertū gaudii argumentum, & contractio tristitiæ. Vel Crucis autem cerni figuram, quantum est? Fit enim magnanimitatis conciliatrix, & à timore liberatio ei, qui eam adspicit. *Crucis figura conspecta qd præstet.* Talis est magna illa Crucis possessio: & qui eam possidet, possidet thesaurum.

Cap. 2. Auri fortassis putatis me dicere thesaurum, aut margaritarum, & Indiæ gemmarum longè preciosissimarum? Ego autem id, quod est omnium bonorum optimum ac pulcherrimum, re quo & nomine longè magnificentissimum, meritò thesaurum appellauerim, in quo, & per quem, & in quem vniuersa nostræ salutis summa reposita, fuit correcta, & in statum pristinum restituta. Si non fuisset crux, Christus non fuisset actus in crucem. Si non fuisset crux, non fuisset vita ligno affixa.

fixa. Et si non fuisset affixa, non ex latere salientes ri-
Iohan 9. ui icorruptionis manassent sanguine & aqua, quæ mũ
dum expurgant, non fuisset ruptum peccati chirogra
phum, non affecuti fuissemus libertatem, non ligni
uitę fructum percepissemus, non apertus fuisset pa-
radisus, nō versatilis rhomphæa cessisset è via Eden,
non latro habitasset paradisum. Et quid hęc dico? Si
non esset crux, non fuisset Christus in terra. Si non
fuisset Christus in terra, non fuisset virgo: & si non
fuisset virgo, non fuisset Christi secunda generatio,
non fuisset Deus in homine, non partus, non præse-
pe, non fasciæ, non octauo die circuncisio, non parē-
tibus subiectio, non ætatis processus, non corporis
incrementum, non apparitio, non baptismi partici-
patio, non effectio miraculorum, non Iudas prodi-
tor, non Pilatus iudicans, nō Iudæorum audacia cla-
Osee 13. mans crucifigi innocentem. Si non esset Crux, mors
non fuisset conculcata, non fuissent spoliati inferi,
non morte affectus fuisset serpens acerbus. Propterea
Crux res est magna & preciosa. Magna quidem, quod
multa bona per ipsam rectè gesta fuerint, & eo plura,
quòd Christi miracula & perpessiones aduersùs om-
Crux, De passio et trophaeu nem rationem obtinent victoriam: Preciosa autem,
quòd Dei passio & trophæum est Crux. Passio quidē,
propter voluntariam in ea mortem eius, qui est im-
passibilis: Trophæum autem, propterea quòd per ip-
sam sauciatus fuerit diabolus, cū illa verò fuerit quo
què victa mors: contrita autem fuerint etiam clau-
stra inferorum, & postremò fuerit Crux commune to
tius mundi salutare.

Cap. 3. Mira S. Crucis en comia. Crux, spes Christianorum, seruatrix desperatorũ,
portus eorum, qui tempestate iactantur, medicæ in-
firmorum, expultrix vitiorum, datrix sanitatis: eorũ,
qui morte affecti fuere, vita: Impietatis proscriptio,
blasphemiæ obstructio. Crux, arma contra inimicos,
sceptrum regni, diadema pulchritudinis, figura non
scripta, uirga potentiæ, fidei propugnaculum, ba-
culus senectutis, dux cæcorum, lux eorum, qui sunt
in tenebris, eruditrix insipientium, magistra infantiũ,
peccati deletio, pœnitentiæ indicatio, vitę concilia
tria, mortis solutio, interitus alienatio, ignis extin-
ctio, apud Deum fiducia, clauis regni cælorum. Crux,
custos in nocte, in die turris, in tenebris deductria,
reconciliatrix, refugium supplicibus, solatium ami-
cis, patrona, tutatrix, adiutrix, in tentationibus opi-
tulatrix, in necessitatibus auxiliatrix, in mari guber-
natrix, in ærumnis refrigeratio. Crux noctū seruat
dormientes, simul vigilat cum vigilantibus, vnà quie
scit cum ijs, qui laborarunt. Crux, robur imbecillo-
rum, requies laborantium, alimentum esurientium,
vires ieiunantium, aliptes athletarum, tegumentum
nudorum, comes hospitum, castigatrix diuitum, pau
perum procuratrix, protectrix viduarum, tutrix or-
phanorum. Crux, honor magistratuum, potentia Re
gum, belli ducum victoria, sacerdotum gloria, mona
chorum adiutrix, virginum cohabitatrix, signaculũ
castitatis, vinculum coniugij. Crux, custos ciuitatũ,
tutela domorum: quæ amicitiam coniungit, inimi-
cos vlciscitur, resistit hostibus, gentes persequitur:
quæ est stimulus Barbarorum, pacis distributrix, cha
ritatis administratrix, mundi reconciliatio, finium de
scriptio, cęli altitudo, terræ profunditas, creaturæ na
Crux, Christi gloria & altitudo. turę coagmentatio: terræ, quæ apparet, longitudo,
latitudo orbis terræ, &c, vt paucis dicam, Crux, ca-
put & summa Christi perpessionum: miraculorum,
quæ in nos facta fuere, coronis. Hæc & Christi glo-
ria vocatur, & Christi appellatur altitudo. Hæc & de
siderabilis calix intelligitur, & pro nobis susceptarũ
perpessionum conclusio.

Cap. 4. Quòd autem sit Crux Christi gloria, audi eum di-
centem: Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus *Iohan. 13.*
clarificatus est in eo. Si Deus clarificatus est in eo,
& Deus clarificabit eum in semetipso, & continuó *Iohan. 12.*
clarificabit ipsum. Et rursùs: Clarifica nomen tuum.
Venit ergò vox de cælis, dicens: Et clarificaui, & ite-
rūm clarificabo: illam innuens clarificationem, quæ
tunc facta est propter Crucem, elementorum, inquā,
mutationem, & commiserationem, ac consensionē.
Oportebat enim simul cum creatore per consensum
res quoquè creatas affici. Quòd autem Christi quo- *Ibidem.*
què altitudo sit Crux, audi quid ipse dicat: Quan-
dò ego exaltatus fuero, tunc omnes ad me traham. *Iohan. 3.*
Quomodò etiam alibi dicit: Et sicut Moses exaltauit
serpentem in deserto, ità oportet exaltari filium ho-
minis. Quamobrēm? Vt omnis, qui credit, inquit, in
ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Vides
Crucem esse Christi gloriam & fortitudinē? Vis scire,
quód vbi est altitudo, illic adest etiā gloria? Audi Da- *Psal. 107*
uid dicentem: Exaltare super cælos Deus, & super
omnem terram gloria tua. Et Esaiam rursùs, tāquām
à facie Christi: Nunc exurgam, dicit Dominus: nūc *Esa. 33.*
exaltabor, nunc glorificabor. Quoniam ergò gloria
est altitudo, Crux autem hodiè in altum extollitur,
Christus profectò glorificatur. Si enim Crux est glo-
ria Domini, Christus ergò est altitudo Crucis. Crux *Christus e cruce ex*
ergò hodiè in altum extollitur, vt Christus glorifice- *tollitur, ut*
tur. Non in altum extollitur Christus, vt Crux glori- *nos in re-*
ficetur. Glorificatur Christus, vt nos secum simul ex- *gno suo ex*
tollat. Crux ergò in altum extollitur, & piorum spiri- *tollat.*
tum ac mentem simul extollit. Glorificatur Christus,
& simul glorificat eos, qui ipsum glorificant. Crux in
altum extollitur, & dæmonum detrahit superciliū.
Glorificatur Christus, & eorum, qui propter pecca
ta ceciderunt, delet ignominiam. Crux in altum ex-
tollitur, & cadunt simulacra. Glorificatur Christus,
& feritur diabolus. Crux in altum extollitur, non so-
lùm quòd Christus fuit in altum elatus, sed quòd ma
nifestus euasit tempore Imperatorum, qui credide-
runt in Christum. Hoc autem non ità fecit, vt qui an
teà simulatione & probabilitate quadam ad se mul-
tos attraxerunt, sed diuina & syncera virtute, ac ve-
ræ fidei solida & stabili firmitate.

Postquàm enim post mortem in cruce susceptam, *Cap. 5.*
vitæ & mortis DOMINVS post tres dies reuixit,
inuidiæ stimulis puncti Iudæi, & timore affecti, nè
quid ex rebus illis sacrosanctis, quæ fuerunt in illa
veneranda & beata passione, seruatum, Iudęos qui-
dem vlciscendi esset instrumentum, custodiendi au-
tem eos, qui crederent in CHRISTVM, ea defo-
derunt in intimis terræ finibus, illic deponentes in
primis preciosum thesaurum, Crucem, inquam, &
omnia, quę ad Crucem pertinent, nempe clauos, & *Iudæi de*
lanceam, &c, quem in Cruce Pilatus scripsit & affi- *fodiunt*
xit, titulum. Deindè cùm Deus tradidisset Christia- *Crucē cla*
nis sceptra Imperatoria, & totum Romanum Impe- *uos, lāceā*
rium, ei tunc placuit per piam mulierem regiam, *& titulū*
& quæ regios habebat spiritus, tunc filio imperante *Crucis.*
Christianis, sine labore, & diuino ut ità dicam, in-
stinctu sapientem redderet: quæ partim quidem gra-
nitate principali, partim autem nonnunquam com-
munibus blanditijs, regaliter autem omnia faceret,
quæ inflexibile Iudæorum poterant cor flectere. Et
cūò quærenti Imperatrici communis apparuit the-
saurus, Deo celeriter donum porrigente mulieri, hāc
dico DOMINI Crucem, quæ in vniuerso mun- *Crux in*
do hodiè extollitur: cum qua etiam omnia, quibus *vniuerso*
beata illa, & toti mundo salutaris fuit passio dispen- *mundo ho*
sata, extolluntur. Propterea ergò hodiè diem festum *die extol-*
celebramus: propterea frequentes conuenimus, quod *litur.*
sanctum illud, quod olim latebat, hodiè euasit mani-
festum:

festum: quòd thesaurus, qui fuerat absconsus, ex terræ metallis reluxit, sicut aurum: quòd id, quod erat in terra infossum, reuelatum est maximè insigne opus Imperij Christianorum: quòd cessauit procella dæmonum, cùm Crux euasisset manifesta: quòd qui aduersus inimicos à Christo fabricatus fuerat gladius, è terra euasit manifestus: quòd suum ornamentum hodiè accepit Ecclesia: quòd quam illa perdiderat drachmam, regale inuenit imperium.

Cap. 6. Hæc est Crux Domini, signum Dominicum, arma salutaria, regia potentia, victoriæ trophæum, inter superna & inferna remedium: eorũ, qui firmiter credunt, vexillum: coronis Apostolica, specula prophetica, martyrum corona: eorum, qui CHRISTVM adorant, arrha. Ex quo enim Crux, CHRISTVS adoratur. Ex quo Crux, filius DEI est agnitus. Ex quo Crux, cum patre filium adoramus. Ex quo Crux, abolitæ sunt res Iudæorum, extinctæ res gentilium: liberati sumus à sanguine, qui fundebatur in altaribus, cultum ineruentum. Ex quo Crux, liberati sumus à nidore dæmoniorum, participamus spiritalem bonum odorem vnguenti effusi. Ex quo Crux, euanuerunt fabulosæ deorum genealogiæ. Ex quo Crux, principio superius principium, quod processit ex principio, quod est expers principii, didicimus. Ex quo Crux, didicimus fidem in patrem, & filium, & spiritum sanctum: & inanium fabularum gentium excussimus perniciem. Ex quo Crux, typicorum signorum vmbras expulimus, & luci veritatis, quæ est in gratia, sumus reconciliati. Ex quo Crux, mors fuit habita contemptui, obstupefacti sunt dæmones, confracta sunt simulacra, conculcata fuerunt animalium sacrificia, euersa sunt idola: vbiquè ecclesiæ, altaria, psalmodię, stationes nocturnę, theologiæ, baptismata, fidelium consensio, scripturarum agnitio, terrę contemptio, cæli acquisitio, DEI participatio. Quid opus est multa dicere? Ex quo Crux, versantur homines simul cum Angelis: & ipsum cœlum patet iis, qui sunt in terra: & DEVS ab hominibus capitur, & cum eis congreditur ac coniungitur.

Attende quãta bona per S. Crucẽ nobis obuene rint.

Cap. 7. Sed ò Crux, CHRISTI & nostra valdè preciosa gloriatio. O lignum insigne, in quo CHRISTVS est extensus: planta immortalitatis, ex qua CHRISTVS botrus nobis potum produxit viuificum. O Crux, per quam peccati ruptum fuit chirographũ, & scriptus fuit contractus libertatis. O Crux, thesaurus bonorum innumerabilium, paradisi conciliatrix, regni largitrix, peccatorum solutrix, rectè factorũ datrix. Te CHRISTVS, in te crucifixus, effecit lignum immortalitatis. Te CHRISTVS, in te affixus, effecit scalas viæ, quę ducit ad cælum. Te Christus, in te suspensus, benedictionis fecit conciliatricem. Te CHRISTVS, in te extensus, fecit relaxare vincula eorum, qui erant in catenis. In te CHRISTVS sua sponte in altum eleuatus, mundum quoquè vnà secum exaltat. In te CHRISTVS pro nobis in altum sublatus, in altum sublatum æneum serpentem publicè notauit. Non ampliùs mordens in via serpens obseruat calcaneum. Non ampliùs serpens æneus, si prospiciatur, facit cessare morsus mordentium serpentium. Non est ampliùs maledictus omnis, qui pendet in ligno. Quomodò & quanam ratione? Cùm benedictus filius DEI Iesus maledictionem mutarit in benedictionem. Non est ampliùs Crux execranda, cùm maledictum Cruci fuerit affixum: & Christus maledictum abstulerit, & eius loco nobis induxerit benedictionem.

Num. 21. Gen. 49. Deut. 21.

Cap. 8. Hæc Crux Domini omnia nobis bona introduxit. Hæc Crux Domini fuit multis appellata nominibus. Vocatur Crux virga rectitudinis, regni, virtutis, hæreditatis, Thronus tuus, Deus, in seculum seculi: Virga rectitudinis, virga regni tui. Virgam virtutis emittet tibi Dominus ex Sion. Baculus: Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Lignum vitę: Lignum vitæ est omnibus suscipientibus eam: vt quæ in Domino fit firma ac stabilis. Lignum plantatum, dicit alicubi Dauid, secus decursu, aquarũ. Quos decursus? Quarumnam aquarum? Scripturarum à Deo inspiratarum. Scabellum. Exaltate Dominum DEVM nostrum, & adorate scabellum pedum eius, quoniam est sanctum. Locus: Ingrediemur in tabernacula eius: adorabimus in loco, vbi steterunt pedes tui Domine. Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem: Et requiem temporibus meis, donèc inueniero locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.

Crux Christi nomina. Psal. 1. Psal. 98. Psal. 131.

Cap. 9. Gen. 48. Hanc Crucem tacitè significans Iacob Patriarcha, vicissim aliquandò manus imponens nepotibus, symbolycè præsignificauit. Hancidem præfigurans in fastigio virgæ Ioseph adorauit. Crucis figuram obtinuit virga eiusdem Patriarchę Iacob, quandò transijt Iordanem. Dixit enim: In virga mea transij Iordanem. Et paulò antè Crucis signum Abrahæ ostendit id, quod erat figuratum in medio cornuũ arietis, quandò eam hostiam, quæ erat in signa posita ad indicandum Crucifixum, per quem mysticè peregit. Crucis figuram Isaac quoquè impleuit, qui acceptis lignis sacrificij, patrem, qui properabat eum sacrificare, alacriter sequebatur. Crucis potestatem habuit virga Mosis mutata in serpentem, & transformans virgas Aegyptiorum: quæ has quidem scilicet deuorauit, illis autem fluuij fluentum effecit cruentum, nè biberent: & aliquandò quidem ranas ex aquis proserpere, aliquandò autem locustas, & bruchos, & palpabiles tenebras, & quæcunque Aegyptiorum ostenduot calamitates. Crucis figuram obtiouit ipsa virga Mosis, quandò mare rubrum diffecã ti, murus ei & populo solidus ac firmus fuerunt aquę. Crucis figuram obtinuit columna ignis & nubis, qui bus errantem Israelem, qui fugiebat ex Aegypto, deduxit Deus Crucis figuram conseruabat ipse quoquè Moses, in monte manus in altum extollens, quã dò oppugnante Iesu Amalec alienigenam, ille quidẽ sustentabatur ab Aarone & Hur: confirmatus autem & corroboratus Israel, euasit superior. Crucis figuram obtinuit virga, quę petram percussit in solitudine, & effecit, vt ipsa pareret fluuium. Quid verò virga, quæ produxit nuces, Crucem non apertè describit? Quid verò Esaias, qui serra lignea in duas partes diuiditur, non typum Crucis significabat? Mitto dicere Aggæum fuisse in Crucem actum: & Siseram fuisse palo affixum: quæ Crucem apertè præsignificant. Quinetiam Eliæ pellem ouillã dixerim ego Crucis virtutem indicare, quandò, Iordanus fluento diuiso in duas partes, ingressus est tanquàm super terram aridam. Elisei autem vbinàm ponam miraculũ, quandò, aquę imposito ligno, securis ex profundo fluuij ferrum sustulit, id, quod est graue, tollens eo, quod est leue? Reuerà res magna est Crux, de qua & multis in locis fert scriptura testimonium, & eorum, quæ in ea præfigurantur, quęque per ipsam quotidiè peraguntur, miraculorum priùs describir indicia.

Gen. 32. Gen. 22. Exod. 4. & 7. & 14. Exod. 17. Num. 17. 4. Reg. 2. 4. Reg. 6.

Cap. 10. Crux adoranda est, quoniã in ipsa Dominum ado[...] Est itaque Crux adoranda, quoniam per ipsam Dominum cognouimus. Crux est adoranda, quoniam in ipsa Dominum benedicimus. Crux est adoranda, quoniam cùm per ipsam amarum ligni inobedientię gustum euomuissemus, dulcedinem salutis gustauimus. Benedictum est lignum, per quod benedicta

verus & viri digni. benedictæ sunt gẽtes. Benedictum est lignum, in quo Deus extẽsus fuit corporaliter. Quid est autem admirabilius, quàm Deum videre in Crucẽ actum, idque cum latronibus? Benedictũ est lignum, per quod latro paradisum habitauit: & ligni gustus, amarum gustum expulit. Quid est admirabilius, quàm q quem clausit deceptus Adam, eum aperuit latro cùm agnouisset? & à quo ille fuit exterminatus, hic vocatus, inscriptus fuit ciuis? O conuenientem mutationem. Egressus est fur, & in eius locum introductus est latro; ille quidem propter transgreßionem, hic autem propter agnitionem: ille quidem seductus ab eo, qui supplãtauit: hic autem simul crucifixus cũ eo, qui creauit. Benedictũ est lignum, ex quo qui comedit latro, dignus fuit habitus delicijs: ex quo Adam, qui non gustauit, mortẽ priùs cum vita commutauit, vt qui nimia temeritate attigisset lignum cognitionis. Verùm cùm huius fuisset particeps, sensit, postea dulcedinem, & accepit reuocationem. Benedictum est lignũ, per quod Reges excitant trophæa, & Duces exercitus simul inferunt spolia: & Barbarorum bello capitur multitudo. Benedictum est lignum, per quod vires arcuum contritæ confringuntur, & clypei ab igne consumuntur. Benedictum est lignum, per quod brachium superbum inflectitur, & colla inimicorum submittuntur, & terga vertit Barbarus, & fugit Scytha nemine persequente.

Cap. 11. Hodiè ergò mihi vocem extollite, & cum scriptura Crucis thesauro acclamemus scripturæ eloquia. Thesaurum autem Crucis dico CHRISTVM filium Dei, ad quem magis decet nostra dirigi eloquia dicendo: Omnes gentes, quas fecisti, venient, & adorabunt ante te, Domine, & glorificabunt nomen tuum: quoniam magnus es tu, & faciès mirabilia: tu es Deus solus. *Thesaurus Crucis, Christus. Psal. 85.* Moueamus hodiè, ò dilecti, labra tanquàm lyram, assumamus psalterium & citharam: Psallamus Deo, psallamus sapienter: canamus quę sunt gloriosæ exaltationis. Ostendamus in quot locis scripturæ effertur exaltatio, vt videamus, quomodò hinc possumus discere Crucis exaltationem, quæ est & magna & supermundana: & eius inuentionem nõ temerè celebrari in Dei ecclesiis, quæ sunt in vniuersa terra. *Toto orbe celebratur festũ S. Crucis.* In altum ergò è terra Crux manifesta extollitur. Quæ paulò antè propter inuidiam celabatur, in altũ Crux extollitur. In altum Crux extollitur, non vt gloriam accipiat. (Quamnam enim maiorem consequi posset gloriã, cùm in ea Christus fuerit affixus?) sed vt Deus in ipsa glorificetur, & per ipsam prędicetur. Crux ergò in altum extollitur, vt cornu nostrum simul in ipsa ille erigat & extollat. Crux in altum extollitur, vt superbum deprimat, & humilem efficiat. Crux in altum extollitur, vt liget fortem, & per nos vasa eius diripiat. Crux in altum extollitur, vt ostendat inanem Iudæorum inuidiam: nè lateat sepultus in terra vitæ thesaurus: vt nos margaritam accipiamus, quam qui in Crucẽ egerũt, vel inuiti manifestã reddiderũt.


Cap. 12. Quoniam enim fieri non poterat, vt perpetuò lateret vitę thesaurus, multifariam autem multisque modis miseri examinati, & à sua ipsorum conuicti malitia, non poterant perpetuò latere oculum, quem nihil latet: quid facit Deus, qui in ipsa, & per ipsam totius mundi salutem fecit in terræ medio? *Psal. 73.* Imperatrici quidem, vt paulò antè diximus, ardens immisit desiderium: illis autem immittit timorem, totam eorum vitam conturbans. Qui postquam viderunt fieri nõ posse, quin perquireretur, ostendentes se sua sponte facere, quod faciebant inuiti, inprimis venerandum Domini signum manifestum reddiderunt. Illa autem, tanquam ex aliquo alio processit firmamento, nempe terræ penetralibus, instar Solis emittẽs radios Dominicos. Processit itaque è terrę adytis signum Domini, per quod inferorum concussa latibula, absoluerunt animas, quæ illic detinebantur. *Inuentio S. Crucis.* Processit, tanquàm ex thalamo sponsus, ex terrenis, inquam, cubilibus Crux Domini: per quam Christo desponsa, quæ est ex gentibus Ecclesia, deposuit multiplicem gentium impietatem. Processit intelligibilis illa fidelium margarita, coronę Christi tanquam lampas infixa, vt vniuersam faciat coruscare. Processit ornamentum Ecclesiæ Crux Christi, vniuersam terrenam creatam naturam decorans. *Crux Christi ornamentũ Ecclesiæ.* Processit veluti è custodia innocens, vt reos reuocaret: Ex vinculis is, qui nec vinci, nec teneri potest, ut vinctos redderet facilè solubiles. Ex tenebrosis locis lucerna lucis, vt ablata nocte ignorantiæ, luceret lux agnitionis. Meritò ergò Ecclesia gaudens, Cruce Domini suam ornat tunicam: & aperiens sponsi pulchritudinem, de huius diei facie gloriatur, eamque iactat & magnifacit. Meritò hic quoquè populus frequens hodiè conuenit, ut & videat Crucẽ in apertum prolatam, & Christum in ea elatum in altum adoret suspiciens. In apertum enim prolata fuit, vt extolleretur. In altum autẽ tollitur, ut in apertum proferatur. Quænam ea? Quæ paulò antè quidem in loco abscondebatur, nunc autem vbiquè adoratur. Hũc diem festum hodiè celebramus. Hac de causa frequẽtes cõuenim⁹. Hoc est caput & sũma festi pñtis. Hæc est mysterij declaratio.

Sed iam tempus est ipsius Crucis in altum elationem scripturę cõfirmare testimonijs. Hoc enim sumus paulò antè polliciti. *Cap. 13.* Nam pręcurrens oratio prætermisit ea, quę media erãt. Cùm enim oporteret illud occultum & viuificum lignum, in apertum prolatum, & sublimè sublatum, tanquàm ciuitatem aliquam super montem positam, aut lucernam super cãdelabrum, toti mundo ostendi, ea de causa cùm primi primitùs Christiani prima regni sceptra suscepissent, cum triumpho totius simul Ecclesiæ veluti ex excelsa quadam specula, iusserunt eam in altum extolli, & ostendi toti cętui. *Matt. 5.* Et hoc est, quod nunc faciunt, qui clauum suscepere pontificium. In excelsum ecclesiæ locum conscendentes, & hanc gloriosissimã & vel maximè adorãdam Crucem in altum extollentes, sæpè sublimè extendentes, ostendunt populis, propemodùm clamantes: Eccè inuentus est, qui fuerat absconsus, salutis thesaurus. Eccè signaculum, in quo signati sumus. Eccè Crux, per quã cogniti fuimus Crucifixo. *Psal. 43.* Eccè cornu, in quo inimicos nostros ventilabimus: in quo illæsi transimus laqueos inimici: quo freti, insanorum tela putamus plagas dæmonum. Eccè hodiè videmus oculis vitam ex aduerso pendentem. Audiamus ergò Prophetam dicentem: Extollite vocẽ in virtute: extollite: nè timete. *Esa. 40.* Extollite Dominũ Deum nostrum: & adorate scabellum pedum eius, quoniam est sanctum. *Psal. 93.* Rursùs cum Dauide modulemur: Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua. *Psal. 107.* Exaltare qui iudicas terram. *Psal. 98.* Exaltetur manus tua: nè obliuiscaris pauperum tuorum in finem: sed in beneplacito tuo exaltetur cornu nostrum. Ingrediamur in ipsum scripturæ paradisum. Colligamus veluti flores tempori conuenientissimos. Accipiamus vitæ duces Prophetas, qui pręsignificãt Crucis exaltationem.

Cap. 14. Num. 21. Si aũt primus Moses Dei seruus, & legislator, qui in altum æneum illum extulit serpentem: non vt glorificaretur, sed publicè notaretur: & vt cum ęris rubigine vitij virus opponendo conferens, veluti in indicio ostenderet mali conuenientiam. In altum ergò sublatus fuit serpẽs ille æneus: non ut qui esset pręfiguratio aut figura Crucis: sed vt exẽplar figuræ aut figura sũpta tropicè. Extulit ipse quoq; Mo- *Exod. 17.*

ses aliquandò manus in figuram Christi crucifixi &
Iosue 10. Crucis, quæ nunc in altum eatollitur. Stet Sol in Ga-
bann, & Luna in valle Ailon, precanis est aliquandò
Iesus, consumens Amalec: non vt solum diem Cru-
cis significaret, in quo tenebræ fuerunt diffusæ per to
tam terram: neque solùm vt Dei virtutis altitudinẽ,
& aduersùs inimicos elatum brachium illo die pro-
baret: sed etiam vt Crucis præsignificaret exaltatio-
nem, & in ipsam Solis gloriæ ascensum præfigura-
ret. Adducit etiam Abraham in figuram mystici mira
Gen. 22. culi sacrificium: sed ex alto data voce statim persua-
sus, arietem, qui adspectus fuit in planta Sabec, in
excelso montis fastigio symbolicè sacrificauit, præfi-
Dan. 3. gurans Crucis in altum elationem. In altum manus
extolit Azarias cum suis, orans in igne fornacis Ba-
byloniæ, & flammam ignis in altum elatam extinxit,
Ion. 2. manuum extensione Crucem in altum elatam signifi
cans. Extulit Ionas aliquandò vocem, manibus quo
què in altum sublatis: & ex alto statim attraxit virtu
tem, illæsus è bellua euomitus. Extulit aliquandò
Iudith 3. præclara Iudith acinacem aduersùs caput Holofer-
nis dormientis, Crucis præfigurans exaltationem: &
Dan. 14. effecit salutem Israeli. Extulit aliquandò Daniel vo-
cem in lacu leonum ad altissimum, præfigurans Cru
cis exaltationem, quandò prandium ei attulit pro-
— pheta Habacuc raptus momento temporis. Quid au-
tem videtur Hieremię cùm loqueretur ex persona
eorum, qui Dominum occiderunt, dicentium: Ve-
Ierem. 11. nite, iniiciamus lignũ in panem ipsius, & deleamus
è terra vitam eius? Quid autem Esaiæ sibi volunt ea,
Esa. 53. quæ dicit similiter, aliquandò quidem: Tanquàm
ouis ductus est ad occisionem: & tanquàm agnus co
ram ipsum tondentibus obmutuit: &, In humilita
te eius sublatum est iudicium: quoniam tollitur è
Panis in terra vita eius. Aliquandò autem, Et ipse tulit pec
lignũ mis cata multorum? Vbi, nisi in ligno Crucis: in quam
sus corp' cùm panẽ immisissent, non priùs dimiserunt, quàm
Christi est in altum sustulissent ad testimonium videntium, &
Cruci af- figuram propositę exaltationis? Hoc autem quidnã
fixum. esse diximus, nisi exaltationem Crucis, & osten-
sionem? Quomodò etiam ouis occisionem in Crucẽ
sublatæ, quæ mundi peccata elisit. Quod ipsius quo-
què Crucis apertè ostendit exaltationem.
Cap. 15. Et satis quidem fuerit hactenùs adduxisse scriptu-
ræ testimonia, quæ significant Crucis exaltationem:
nè oratio multis afferat satietatem. Nos autem Chri-
stum in ea adorantes, consideremus eius virtutis ma-
gnitudinem: & quę per ipsam in nos salutaria perfe
Psal. 73. cta sunt miracula, sicut ait diuinissimus Dauid: De-
us autem Rex noster ante secula, operatus est salutem
in medio terræ. Quòd autem in medio terræ positus
fuerit Caluariæ locus, nemo dubitet. Oportebat enim
tanquàm in plani circuli descriptione, per mediam
vniuersam terram infigi lignum salutare: ut ueluti
quidam alius Sol lucens in cælo, tanquàm ex quo-
dam Crucis firmamento, luminosos suos radios e-
mitteret in Cruce òccidẽs, iis qui in terræ tumulis de
tinentur. Hęc Crux & lignum est adspectabile, & signũ
vocatur in scriptura multis in locis. Quid enim est,
dicit Dauid: Fac mecum signum in bonum: &, Si-
Psal. 85. gnetur super nos lumen vultus tui, Domine: Et, De
Psal. 4. disti significationem timentibus te, vt fugiant à facie
Psal. 56. arcus? Et quod ipse quoquè Dominus clamat in Euã
Mat. 24. geliis: Et tunc videbunt signum filii Dei: Et ante hoc:
Mat. 12. Signum quærit hæc generatio, & signum non dabi-
tur ei nisi signum Ionę Prophetæ? Quod ipsum quo-
què per Crucem ostenditur. Simeon autem Dei su-
sceptor, quod dicit Virgini benedicens, quandò in-
fantili specie Dominum suscepit, quid sibi uult: Hic
Luc. 2. positus est, inquiens, in ruinam & resurrectionem
multorum in Israel, & in signum, cui contradicetur?
An non per signum Crucem vult apertè significare? *Cap. 16.*
Quinetiam Crux vocatur potentia. Quid enim di-
cit Dauid? Notam fecisti in populis potentiam tuam. *Psal. 73.*
Sed brachium quoquè: Redemisti in brachio populũ
tuum. Quòd autem Christi virtus sit Crux, audi Paulũ
dicentem: Verbum crucis pereuntibus quidem est stul *1. Cor. 1.*
titia: nobis autem, qui salui sumus, virtus Dei est. Por-
rò autem ipsum quoquè Christum audi dicentem Mo *Exod. 4.*
si: Indurans indurabo cor Pharaonis, vt in ipso osten *& 10. &*
dam omnem meam virtutem: Virtutem hic signifi- *14.*
cans, eam, quæ per virgam Mosis in figuram Crucis
demonstrata fuit, multę magnęque virtutis ostensio-
nem: per quam ei ostendit miracula, quę superant o-
pinionem. Sic nos de Cruce intelligere & sentire di-
cimus. Sic fidelem Dei populum Crucem honora-
re & colere perpetuò adhortamur. Per eam in sa- *Per Cru*
genam inductæ sunt gentes, & fides vbiquè fuit disse- *cem fides*
minata. Hac enim cùm discipuli, veluti aratro, huma *vbiq. dis-*
nam naturam coluissent, & vberem Ecclesię segetem *seminata.*
ostendissent, eorum, qui in Christum crediderunt, ma
gnam messem reportarunt. Hac confirmati, & huic
prouidentes martyres verberarunt eos, qui feriebãt.
Per ipsam Christus fuit agnitus: & fidelium Ecclesia
scripturã perpetuò explicãs, eundẽ inducit Christũ
Dei filiũ, & ipsũ p se Deum, & ipsũ p se Dñum, magna *Luc. 9.*
voce clamantem: Si qs vult post me venire, tollat Cru
cem suam, & sequatur me. Per ipsam florent res Chri
stianorum, & in omnem partem extenduntur. Per ip
sam regnum roboratur, Respublica stabilitur, ca-
dunt inimici, supercilium Barbarorum deprimitur,
Ismael interficitur, dæmones fulmine feriuntur. Quo
niam in ipsa & per ipsam nos saluos esse credimus: &
in ipsa omnis, sicut scriptum est, caro videbit saluta-
re Dei nostri: & videbunt Iudęi, in quem confixerunt. *Esa. 52.*
Nos autem, qui in eius lumine ambulauimus, cum ip *Zach. 12.*
so glorificabimur, & cũ Deo regnabimus, circa Trini-
tatem cum Angelis choreas ducentes: Quæ adoramr
in patre, & filio, & spiritu sancto, nunc & semper, &
in secula seculorum, Amen.

BEATI PETRI DAMIANI SERMO de Exaltatione Sanctæ Crucis: vt habetur in Tomis Aloysij.


E Virga Iesse deuenimus ad vir- *14. Septẽ*
gam Crucis, & principium re- *bris.*
dẽptionis fine cõcludim'. Ex illa
Iesus Christ' virgo virga virgine
mirabiliter est generatus: in ista
Martyr, martyrum caput, & mar
tyrij forma turpiter est appẽsus.
Illa uirga directionis, virga re-
gni tui: ait illud familiare Spiritus sancti organum:
quia nihil Virgine rectius, subtilius nihil. Audi & de *Psal. 43.*
alia: Virgam virtutis suę emittet Dominus ex Sion. *Psal. 109.*
Profectò Crux fuit virga virtutis, in qua Dñs virtutũ
viriliter pugnauit, & vicit. Assumpsi mihi duas virgas: *Crux,*
(ait Propheta) unã vocaui decorem, & alteram funi *virga uir*
culum. Virga pulchritudinis, vterus Virginis: (Pul- *tutis dr,*
chra, inquit, ut Luna) virga funiculi, lignum patibuli, *Zach. 11.*
disterminans vtraque regnũ Dei & diaboli, imponẽs *Cant. 6.*
frenum malitiæ eius, lataque eius peruagationẽ ualı
dissima potestate coercẽs. In hac cõfossum est latus in
noxiũ, & ad horã crucifixus est innocens manibus, &
mũdo corde. Terribilis ille latro, cui' man' plenę sũt *Diabolus*
sãguine, in hac itẽm cõfossus est, & cõfectus. Sed Chri *latro.*
stus aliter, aliter ipse: Christus ad momẽtũ, ille in æ-
ternum. Debellauit aereas potestates, (ait Apostolus)
& affixit eas Cruci suę. Ex altera parte crucifixus est Re *Coloss. 2.*
dem-

Iosue 8. iuxta 70. demptor noster, ex alia sumus ille præuaricator. Rex Hai (ut narrat historia) suspensus est in gemino patibulo: ità rex mortis in duplici patibulo suspenditur: quia dum Christum interficit, in ipsa Cruce crucifigitur, quam inuenit.

Magnum sacramentum Crucis, nec est aliquid hoc sacramento sacratius. Respice Crucem stantē, & vide quàm recta cacuminatione de terris erigatur ad cælum, & veritatem rei, ipsa imagine protestetur. Nónne tibi videtur figura eius cælum & terram sublimi continuatione coniungere? Hęc est firmissimum & indissolubile gluten, quo conglutinantur rationales creaturæ, ut ex vtrisque fiat illa ciuitas, cuius *Psal. 121.* participatio eius in idipsum. Vide etiam quomodò quadrifaria ratione quatuor mundi climata comprę hendat, & omnem ad se pertrahat creaturam. Adstat Iesu in medio, quadrifaria sui corporis parte distentus, & expansis manibus, omnibus ad se ex omni parte venientibus amplissimum misericordiæ sinum ostendit. Nam apud Dominum misericordia, & co- *Psal. 129.* piosa apud eum redemptio. Prorsùs copiosa, non stricta: quia largiter vnda sanguinis de corpore Christi per quinque partes emanauit. Sufficeret ad redemptionem orbis vel una preciosissimi sanguinis gutta: sed data est copia, vt uirtus diligentis in beneficii redūdatione clarescat. Sed nè fortè occurreret tibi, ut vbiquè terrarum currens, Redemptorem tuum inuenire non posses, à quaque mundi parte procedas, siue ab Oriente, siue ab Occidente, seu a Meridie, vel à Septentrione, paratus est ipse suscipere venientem, & blanda confouere dulcedine. *Cur Christus omnem suū sanguinē effuderit, cum vna gutta ad redemendum mūdum sufficiat.* Sed attende, quid tibi exprimitur de corde altissimi. Venis ad hominem crucifixum: Crucifixus venias, aut crucifigendus. *Gal. 5.* Qui enim Christi sunt, crucifixerunt carnem suam cum uitiis & concupiscentiis. Sic dignum Christo, necessarium tibi. Sed iam ascende mecum ad Verbi huius celsiora fastigia, & uide quidnā sit qđ egredit.

3. Reg. 17. Scriptum est in Regnorum historia, quia beata illa mater ait ad Eliam: En colligo duo ligna. Duo ligna, duo Crucis brachia sunt. In his duobus humanam & Angelicam naturam intellige. Et illud quidē lignum, quod recta sublimitate tendit ad cælos, superiorem accipe naturam, quæ stetit in rectitudine, & officiosissima deuotione uolútati Dominantis adhæsit. Illud verò, quod transuersum est, humanam designat, quę transuersa, immò (vt veriùs dicamus) euersa, status sui perdidit æquitatem. Intuere cum quanto sacramento iungantur. In utroque ligno fit scissio, & ex occasione uulnerum iunctior iunctura componitur. Supercælestes spiritus non mediocre *Iob. 4.* vulnus acceperunt, cùm Deus in Angelis suis reperit prauitatem: nec contemnenda plaga, cúm eam resarciri oporteat: quia non restituto sociali numero, numerositas eadem facta videtur in vanum. Inferior verò natura a planta pedis usque ad verticem, ità venenifera fermentatione infecta est, ut nesciat vndè veniat, aut quò vadat. Vtrorunque spirituum igitur utrisque vulneribus non mediocriter hiantibus, impressio facta est iuncturalis, quæ Christo cō iungente ità est resarcita, ut nihil uulniferum uideatur inesse. Christus enim in utrisque, & pro vtrisque confixus, vtrosque cauilla corporis sui validùs nectit, & corpus proprium iuncturis opponit, nè valeant resilire. Crux igitur iungit cælum & terram: Christus in Croce trahit omnia. Ideo rugiens ibi ligatur: Angelus confœderatur & homo: totumque per eam reficitur, quicquid fecit manus altissimi. *Crux Christi coniūgit cœlum & terram.*

Excede ergò paulispèr sensus carnis, & irruentia corporearum phantasmata uoluptatum, & intuere diuinæ naturæ bonitatem, suauitatem, dignationē: Meditare positionem crucifixi corporis. Vide si aliquid est in eo, quod nō peroret pro te apud Patrem. *Christus crucifix⁹ vt cogitā dus.* Diuinum illud caput, multiplici spinarum densitate densatum, vsque ad cerebri teneritudinem confixum est, dum configitur spina. Spinis peccatorum suorū, ait Dominus per Prophetam, circundedit me populus iste. Ad quid hoc? Nè doleret caput tuum, nè tua vulneretur intentio. Caligauerunt in mortem oculi sui, & illa luminaria, quæ illuminant orbem, ad horā extincta sunt. Nónne illis obtenebrantibus, tenebrę factæ sunt per vniuersam terram, & illa duo magna luminaria cum illis luminaribus submota sunt? Hoc antè totū factum est, ut auerterētur oculi tui, nè viderēt vanitatē: & si viderent, nō adhærerēt. Aures illæ, q̃ *Esa. 6.* in celis audiút, Sāctus, Sāctus, Sāct⁹, Dn̄s De⁹ Sabaoth: audierunt in terris: Dæmonium habet. &, Crucifige *Iohan. 7.* crucifige eū. Vt qd istud? Nè aures tuę obsurdescerēt ad clamorē pauperis, nè reciperēt auditū vanū, nè detractionis uirus apertis propitiisq; auribus susciperēt. Speciosa illa facies speciosi forma p̄ filiis hoīum, sputis illita est, afflicta colaphis, addicta delusionibus: sic nanque scriptum est: Cœperunt conspuere in eum, & percutere faciem eius, & illudere ei, dicentes: *Mat. 26.* Prophetiza, quis est, qui te percussit? Quarè hoc? Vt facies tua illuminaretur, illuminata confirmaretur, & *1. Reg. 1.* diceretur de te: Vultus eius nō sunt ampliùs in diuersa mutati. Os illud, quod docet Angelos, homines instruit: quod dixit, & factum est: parumpèr obmutuit, ut ueritatem & iudicium loqueretur os tuum, & cōfiteretur Dominum Deum suum. Manus illæ, quæ fundauerunt cælos, extensę sunt in Cruce, clauisque trāsuerberatæ durissimis, ut manus tuæ extenderentur ad inopē, & dicere posses: Anima mea i manibus meis *Psal. 118.* sēper. Qđ tenem⁹ in manib⁹, non facilè obliuiscimur: sic & q animā suā bonę operationi imprimit, nō tradit eam obliuioni. Pectus illud, in quo sunt omnes the- *Colos. 2.* sauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi, lancea militari perfossum est? ut pectus tuum à prauis cogitationibus mundaretur, mundatum sanctificaretur, conseruaretur sanctificatum. Pedes illi, quorum scabellū *Psal. 98.* adorare debemus, quia sanctum est, dura transfixione confixi sunt, nè pedes tui festinarent ad malum, sed currerent uiam mandatorum Domini. Quid plura? Foderunt eius manus, & pedes: & dinumerauerunt omnia ossa sua: pro te carnem & animam suam posuit, vt corpus & spiritum tuum sibi vendicaret. Toto se totum te comparauit. Quid vltrà debuit facere, & non fecit? Absoluit vinctum, illuminauit cęcum: quia Dominus soluit compeditos, Dominus illuminat cæ- *Psal. 145.* cos. Reduxit erroneum, reconciliauit reum, qui te portauit in humeris suis, qui pro te Patri proprio sanguine satisfecit.

Attende ergò consilium Dei tui, non solúm cū Patre regnantis, sed & dulcissimi amici tui in Cruce pēdētis: nec.n. falli potest, quia Sapientia est: nec fallere te uult, pro quo ignominiosam sustinet pęnā. Si quis, *Luc. 9.* inquit, vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucē suam, & sequatur me. Audi consiliū, non præceptū. Si enim præceptū esset, quicunque effectui non manciparent, cruciatus possent expectare perpetuos. Sed cùm dicit, Si quis vult, in nostra posuit uoluntate, verúm ex ęquo cū eo currere festinemus. Grandis profectò labor, sed præmiū incomparabile. Post me, inqt. Post eū eundū est, q̃a ipse est Veritas, nè decipiamur: per eum, quia ipse est Via, nè aberremus: ad eū, quia ipse est Vita, nè moriamur. Ego sum, *Ioanh. 14.* ait, Via, Veritas, & Vita. Sequitur, Abneget semetipsum. Primus ille parens p̄sixis obediētię legib⁹ coarctatus, in campum malę libertatis exiuit. Ac-

ceperat in præcepto, vt voluntatem Creatoris præpo neret suæ: sed vsus, immò abusus propria voluntate, cùm habere se voluit, perdidit semetipsum. Depulsus ergò ab illa felici hęreditate, exilium sortitus est pro patria, mortem pro vita, pro gloria ignominiam. Si vis ergò ad tuam hęreditatem reuerti, tuā abnega uoluntatem. In hac abnegatione duo solummodò sunt, aduersùs quæ pugnare, & expugnare oporteat, elatio in mente, voluptas in corpore. Fuge regem, & regis exercitum, superbiam, & superbiæ prolem: & illū secutus, immò consecutus es, qui dixit: Discite à me, qa mitis sum, & humilis corde. Preciosa vestis, epulę lautiores, & uolùptas secretior longè sint à te, & carnes tuas timore Domini confixisti. Abnegatio igitur volūtatis, hæreditatis est recuperatio.

Matt. 11. *Abnegatio uoluntatis, hereditatis est recuperatio.*

Sequitur, Tollat crucem suam. Si nō cecidisset Adā, & in illa sui status dignitate mansisset, esset tamē aliàs euocandus, & in ordinem promouendus Angelicū. ob duplicem enim causam factus erat, & ad resarciendum numerum imminutum, & ad illum implendum, qui deerat, si Angelus non cecidisset. Quia igitur per abrenunciationem proprię uoluntatis nobis hæreditas redditur, consequenter per crucis portationē grata illa beatorum spirituum societas reparatur. Duo verò notabilia sunt, quę in hac crucis portatione nos habere oporteat, vt læsi non lædamus, & benefaciamus lędentibus. Magnum quidem, & ultra hominem est, asperitatem uerborum & verberum nun solùm pati, sed & non reddere. Illud verò maius est, & diuinum quiddam sapit, benefacere his, qui oderunt te. Magister noster & Dominus, Christus filius Dei, & lędentes patienter pertulit, & benefecit lędentibus, dicēs: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Considera beneficium: dum fel ori, claui manibus, lancea lateri apponerentur ab inimicis: os, & manus, & latus agebant pro inimicis. Vide ergò, si Angelicę dignitati iuste hęc assignemus. Hęc enim duo, illorum ꝓprietati sunt propria. Quotidiè illos ad nostri custodiā deputatos multipliciter offendimus, & offensam negligentia cumulamus. Ipsi autem, licèt à nobis frequenter iniurias patiantur, sustinent tamen, & compatiuntur peccātibus: nec minor illorum circa nos custodia, immò maior solicitudo, cùm boni custodis sit, infirmis magìs, quàm sanis, operam exhibere.

Homines cur creati. *Inimicis benefacere uirtus quanta sit.* *Luc. 23.* *Nota Angelorum erga nos beneuolētiam.*

Subiungitur: Et sequatur me. Cùm in sui abnegatione reuocetur hæreditas, & in tollendo crucem dignitas Angelorum, in imitatione Christi summa nobis felicitas reseruatur. Hic est virtutū consummatio, finis cursùs, principium prę̄miorum. Sed in hac imitatione duo sunt adimplenda, videlicet, vt magistrorū subdaris imperiis, & perseuerantiam nō amittas. Ità planè poteris sequi Christum, qui non venit facere uolūtatem suam, sed eius, qui misit illum, & qui pro eadē voluntate non timuit ponere animam suam. Quo fructu, qua utilitate, quo pręmio? Vt vbi ego sum, inquit, illic sit & minister meus. Quanta dignitas esse cū Deo, beatis interesse spiritibus, & in illum cęlestem conuentum perpetuò numerari?

Iohan. 5. *Iohan. 12.*

Vide ergò: nè rursùs tibimetipsi crucifigas filium Dei, & ostentui habeas, rursùs fabricans crucē, in qua crucifigatur ille, qui resurgens ex mortuis, iam non moritur. Intuere, nè mortiferam crucē efficias, in qua facias Filium Dei amaris doloribus interire. Superbia superiùs, inferiùs luxuria, à dextris prosperatio iniquitatis, à sinistris aduersitatis desperatio, spinas, clauos, & lanceam filio Virginis repręsentant. Cùm enim eleuans te, & ambulans collo extento, caput altissimi spinarum multiplicitate contorques, & hic à superioribus superari molestè fers, immò superiores potiùs superare contendis, illi similis es, qui se similem Altissimo cogitauit. Scriptum est enim: Deus superbis resistit, illis videlicet, qui cum eo ex æquo stare contendunt. Cùm ponis oculos tuos, vt non respicias cælū, & uoluptuosis carnis tuæ motibus moueris & traheris, durioribus clauis tuis pedes omnipotentis transuerberans, ab inferiori infers supplicium, dum momētanea voluptate uolūtatē Dn̄i antis excludis. Cùm ꝓsperaris in iniquitate, & fœdiori cursu rerum peccata peccatis accumulas, clauum ponis in illius dextera, quem de suis bonis persequi non desistis. Cùm verò abundantiori tristitia absorberis, & tuam impietatem pietati Dei præponderas, sinistram eius transfigis, & conceptum furorem furore tuæ desperationis amplificas. Deniquè cùm præsumis defendere quod fecisti, lancearem ictum lateri Saluatoris intorquēs, nihilque grauiùs ingeris Crucifixo, quàm tueri quod odit: de hoc enim peccato scriptum est: Non misereaaris omnibus, qui operantur iniquitatem. Vides iam, quanta differentia inter utranque crucem perambulet. Relinque ergò crucem, quam tibi fabricasti, & gloriare in Cruce Domini Dei tui, qui est benedictus in secula, Amen.

Rom. 6. *Qui sint qui Christum spiritualiter crucifigant.* *1. Pet. 5.* *Psal. 58.* *Gal. 6.*

EIVSDEM PARACTERICVM Carmen de ipsa Sancta Cruce.



Nica spes hominum, Crux, ò uenerabile signum,
Oībus esto salus, unica spes hominū. *Iohan. 1.*
Baiula tu precij, quod mundi debita soluit,
Quo meruit redimi, baiula tu precij. *Vnica.*
Tartara victa tuis spolium cessère triumphis:
Lugent vexillis tartara victa tuis.
Pandis & astra pijs, proprio quos stigmate signas:
Das requiem fessis, pandis & astra pijs. *Vnica.*
Chirographum vetiti pepigit, quod cautio ligni,
Diluis & pomi chirographum vetiti. *Colos. 2.*
Lux, honor, imperium, laus, gloria, doxa per æuum
Sit tibi, trine Deus, lux, honor, imperium. *Vnica.*

HISTORIA BREVIS CORNElij Romani Pontificis & Martyris sanctissimi, ex libro Pontificali Damasi Papæ.



ORNELIVS natione Romanus, ex patre Castino, sedit annos tres in Episcopatu, & dies decem. Hic sub Cęsare Decio martyrio coronatus. Sub huius Episcopatu Nouatus Nouatianū extra Ecclesiam ordinauit, & in Aphrica Nicostratū. Hoc facto, cōfessores qui se separauerant à Cornelio, cum Maximo presbytero, qui cum Mose fuit, ad Ecclesiā sunt reuersi, & facti sunt confessores fideles. Post hoc Cornelius Episcopus Centumcellas pulsus est, & ibi scriptam epistolam de sua confirmatione, missam à Cypriano (quam Cyprianus in carcere subscripsit, & dedit Celerino lectori) suscepit. Hic temporibus suis, rogatus à quadam matrona Lucina, corpora Apostolorum beatorum Petri & Pauli è Catacumbis leuauit noctù. Primùm quidem corpus beati Pauli beata Lucina posuit in ꝑdio suo via Ostiensi, ad locū vbi decollat⁹ est. Beati verò

14. Septēbris. ** Alij, uolunt sub Gallo & Volusiano.* *Nouatus hereticus.* *S. Cornelius corpora sanctorum Petri et Pauli transfert.*

Petri

Petri corpus accepit beatus Cornelius Episcopus, & posuit iuxta locum, vbi crucifixus est, inter corpora sanctorum Episcoporum in templo Apollinis in Vaticano palatij Neroniani, in monte aureo, tertio Calendas Iulij.

Post hoc Cornelius ambulauit Centumcellas. Eodem tempore audiuit Decius, quòd epistolam accepisset à beato Cypriano Carthaginensi Episcopo. Qui misit Centumcellas, & adduxit beatum Cornelium. Quem iussit sibi cum præfecto vrbis in Tellude noctu præsentari: cui ita dixit: Sic definisti, vt nec deos consideres, nec præcepta principum audias, nec nostras minas timeas, ut contra rempublicam literas accipias, & dirigas? Cornelius Episcopus respondit, dicens: Ego de corona Domini mei literas accepi & direxi, & non contra rempublicam, sed magis per spirituale consilium ad animas redimendas. Tunc Decius iracundia plenus, iussit os beati Cornelii cum plumbatis cædi, & præcepit eum duci ante templum Martis, vt adoraret. Quod si non fecerit, dicens, capite truncetur. Post hoc, id est, tertio Nonas Martii, antequàm passus est, omnia bona Ecclesiæ tradidit Stephano Archidiacono. Hoc factum est. Qui cùm adorare non vellet, decollatus est in loco supradicto. Cuius corpus nocte collegit beata Lucina cum clericis, & sepeliuit in crypta iuxta cœmeterium Caliati in prædio suo via Appia, decimooctauo Calendas Octobris. Et cessauit Episcopatus dies * trigintaquinque.

S. Cornelius sistitur corã tyranno.

Os eius plumbatis caditur.

Capite punitur.

** 66.*

In vetusto quodam exemplari sic legitur.

Hic iam ante passionem suam omnia bona Ecclesiæ tradidit Stephano Archidiacono suo. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrium, & ordinauit presbyteros quatuor, diacones quatuor, Episcopos per diuersa loca numero septem. Epistolas atque decreta Episcopis & catholicis viris per diuersa loca direxit.

EX EPISTOLA BEATI CYPRIANI ad Antonianum de eodem sanctissimo Pontifice, quæ est libri 4. Epistola 2.



ENIO iamnunc, frater charissime, ad personam Cornelii collegæ nostri, ut Cornelium nobiscum verius cognoscas, non de malignorum & detrahentium mẽdacio, sed de Domini iudicio, qui Episcopum fecit, & coepiscoporũ testimonio, quorum numerus vniuersus per totum mundum concordi vnanimitate cõsensit. Nam (quod Cornelium nostrum charissimum Deo & Christo, & Ecclesiæ eius, item consacerdotibus cunctis laudabili prædicatione commendat) non iste ad Episcopatum subitò peruenit, sed per omnia officia Ecclesiastica promotus, & in diuinis administrationibus Dominum sæpe promeritus, ad sacerdotii sublime fastigium cunctis religionis gradibus ascendit. Tum deinde Episcopatum ipsum nec postulauit, nec voluit, nec vt cæteri, quos arrogantiæ & superbiæ suæ tumor inflat, inuasit: sed quietus & modestus, & quales esse consueuerunt, qui ad hoc locum diuinitus eliguntur, pro pudore virginalis conscientiæ suæ, & pro humilitate ingenitæ sibi & custoditæ verecundiæ, nõ vt quidam, vim fecit, ut Episcopus fieret: sed ipse vim passus est, ut Episcopatum coactus exciperet. Et factus est Episcopus a plurimis collegis nostri, qui tunc in urbe Roma aderant: qui ad nos literas honorificas, & laudabiles, & testimonio suæ prædicationis illustres, de eius ordinatione miserunt.

Nota de officiis, ad est, Ordinibus Ecclesiasticis.

S. Cornelius vergo.

Factus est autem Cornelius Episcopus de Dei & Christi eius iudicio, de clericorum penè omnium testimonio, de plebis, quæ tunc adfuit, suffragio, & de sacerdotum antiquorum & bonorum virorum collegio: cum nemo ante se factus esset, cum Fabiani locus, id est, cùm locus Petri & gradus cathedræ sacerdotalis vacaret. Quo occupato Dei uoluntate, atque omnium nostrũm consensione firmato, quisquis iam Episcopus fieri noluerit, foris fiat necesse est: nec habeat Ecclesiasticam ordinationem, qui Ecclesiæ non tenet vnitatem: quisquis ille fuerit, multum de se licèt iactans, & sibi plurimum vendicans, profanus est, alienus est, foris est. Et cùm post primum secundus esse non possit, quisquis post vnum, qui solus esse debeat, factus est, non iam secundus ille, sed nullus est.

Vtinam hac æstate derent nostri seculi nouatores.

Tum deinde post Episcopatum non exambitum, nec extortum, sed de Dei, qui sacerdotes facit, uoluntate susceptum, quanta in ipso suscepto Episcopatu uirtus, quantum robur animi, quæ firmitas fidei? Quod nos simplici corde & perspicere penitùs, & laudare debemus: sedisse intrepidum Romæ in sacerdotali cathedra eo tempore, cùm tyrannus infestus Dei sacerdotibus, fanda atque infanda comminaretur, cùm multo patientiùs & tolerabiliùs audiret leuari aduersus se æmulum principem, quàm constitui Romæ æmulum sacerdotem. Nonne hic, frater charissime, summo uirtutis & fidei testimonio prædicandus est? nõnne inter gloriosos confessores & martyres deputandus, qui tantum temporis sedit, expectans corporis sui carnifices, & tyranni ferocientis vltores, qui Cornelium aduersus edicta feralia resistentem, & minas, & cruciatus, & tormenta fidei vigore calcantem, vel gladio inuaderent, uel cruci figerent, uel igne torrerent, vel quolibet inaudito genere pœnarum uiscera eius & membra laniarent? Etiamsi maiestas Domini protegentis & bonitas sacerdotem, quem fieri voluit, factum quoque protexit: tamen Cornelius, quantùm ad eius deuotionem pertinet & timorem, passus est quicquid pati potuit, & tyrannum armis & bello postmodum uictum, prior sacerdotio suo vicit. Quòd autem quædam de illo inhonesta & maligna iactantur, nolo mireris: cùm scias hoc esse opus semper diaboli, ut seruos Dei mendacio laceret, & opinionibus falsis gloriosum nomen infamet: vt qui conscientiæ suæ luce clarescunt, alienis rumoribus sordidentur. Explorasse autem collegas nostros scias, & verissimè comperisse nulla illum libelli, ut quidam iactant, labe maculatum esse: sed neque cum Episcopis, qui sacrificauerunt, communicationem sacrilegam miscuisse: sed eos demùm, quorum causa audita, & innocentia comprobata fit, coniunxisse nobiscum. Nam & de Trophimo, dequo tibi scribi desiderasti, non ita res est, ut ad te pertulit rumor & mendacium malignorũ. Nam sicut antecessores nostri sæpe fecerunt, colligendis fratribus nostris Charissimus frater noster Cornelius necessitati succubuit: & quoniã cum Trophimo pars maxima plebis abscesserat, redeunte nunc ad Ecclesiam Trophimo, & satisfaciẽte, & pœnitentia deprecationis errorẽ pristinũ cõfitẽte, & fraternitatẽ, quã nupèr abstraxerat, cum plena humilitate & satisfactione reuocãte, auditæ sunt eius preces, & in Ecclesiã Domini nõ tam Trophimus, quàm maximus fratrũ numerus, qui cũ Trophimo fuerat, admissus est: qui oẽs ad Ecclesiã regressuri nõ essẽt, nisi cũ Trophimo comitãte venissent. Tractatu ergò illic cũ collegis plurimis habito, susceptus est Trophimus: pro quo satisfaciebat fratrũ reditus, & restituta multorũ salus: sic tamẽ admissus est Trophimus, vt laicus communicet,

S. Cornelii eximia virtus & cõstantia.

Op' diaboli, seruos Dei obtrectare.

Trophimus apostata ad ecclesiã si dẽ reuertitur.

Nota lector quid tribuendum sit apostatis, dum catholicis detrahunt.

municet, non secundum quod ad te maliguorum literæ pertulerũt, quasi locum sacerdotis usurpet. Sed & quòd passim communicare sacrificatis Cornelius tibi nunciatus est, hoc etiam de apostatarum fictis rumoribus nascitur. Neque enim possunt laudare nos, qui recedunt: aut expectare debemus, vt placeamus illis, qui nobis displicentes, & contra Ecclesiam rebelles, solicitandis de Ecclesia fratribus violenter insistunt. Quarè & de Cornelio, & de nobis quæcunque iactantur, nec audias facilè, nec credas, frater charissime.

VITA ET MARTYRIVM BEATI Cypriani Episcopi Carthaginẽsis & Martyris illustrissimi, authore Põtio eius Diacono. numerũ capitũ margini adiecimus.

14. Septẽbris.
Cap. 1.



CYPRIANVS religiosus Antistes, ac testis Dei gloriosus, tametsi multa conscripsit, per quæ memoria digni nominis superuiuat, etsi eloquentiæ eius ac Dei gratiæ larga fœcunditas ità se copia & ubertate sermonis extẽdit, vt vsque in finem mundi fortasè non taceat: tamen quia operibus eius ac meritis etiã hęc prærogatiua debetur, vt exemplum suum in literas dirigatur, placuit summatim pauca cõscribere: nõ quo aliquem gentilium lateat tanti viri vita, sed ut ad posteros quoq; nostros incomparabile & grande documẽtum in immortalem memoriã porrigatur. Certè durum erat, vt (cùm maiores nostri plebeiis & catechumenis martyrium consecutis, tãtum honoris pro martyrii ipsius veneratione dederint, vt de passionibus eorum multa, aut, propè dixerim, penè cuncta cõscripserint, vt ad nostram quoquè notitiam, qui nondùm nati fuimus, peruenirent) Cypriani tãti sacerdotis & tanti martyris passio præteriretur: Qui & sine martyrio habuit, quæ doceret, & quæ dum uixerit gesserit, non paterent: quæ quidem tanta atque tam magna & mira sunt, vt magnitudinis contemplatione deterrear, ac imparem me esse confitear ad proferendũ dignè pro meritorum honore sermonem: nec posse sic prosequi facta tam grandia, vt quanta sunt, tanta videantur: nisi quòd numerositas gloriarũ sibimet ipsa sufficiens, alieno præconio non eget.

Historia martyrũ cõscripta.

Cap. 2.

Accedit ad cumulum, quòd & uos de eo multum, aut, si fieri potest, totum desideratis audire, concupiscentes ardore flagranti vel facta eius cognoscere, etsi interim uiua uerba tacuerunt. In qua parte si dixero uos opibus facundiæ defici, minùs dico: facundia enim ipsa deficit digna facultate, quę desiderium vestrum pleno spiritu satiet. Ità vtrinquè grauiter vrgemur: Ille nos virtutibus suis onerat, vos nos precibus fatigatis. Vndè igitur incipiam? Vndè exordiũ bonorum eius aggrediar, nisi à principio fidei, & natiuitate cælesti? Si quidem hominis Dei facta non debent aliundè numerari, nisi ex quo Deo natus est: Fuerint licèt studia, & bonæ artes deuotum pectus imbuerint: tamen illa prætereo: nondùm enim ad utilitatem, nisi seculi pertinebãt. Postquàm & sacras literas didicit, & mundi nube discussa, in lucem sapientiæ spiritalis emersit, si quibus eius interfui, si qua de antiquiorib⁹ comperi, dicam: Hanc tamen petens veniam, vt quicquid minùs dixero, (minus enim dicam necesse est) ignorantię meæ potius quam illius glorię derogetur.

Bona opera eius ante baptismum.

Cap 3.
Eius ubi præclarũ continentiæ exemplũ.

Inter igitur fidei suę prima rudimenta, nihil aliud credidit Deo dignum, quàm si continentiam tueretur. Tunc enim posse idoneum fieri & pectus & sensum ad plenam veri capacitatem, si concupiscentiam carnis robusto atque integro sanctimoniæ vigore calcaret. Quis vnq̃ tanti miraculi meminit? Nondùm secunda natiuitas nouũ hominẽ splendore toto diuinæ lucis oculauerat, & iam ueteres ac pristinas tenebras sola lucis paratura vincebat. Deindè, quod maius est, cùm de lectione diuina, quædam iã, non pro conditione natiuitatis, sed pro fidei festinatione didicisset, statim rapuit, quod inuenit promerẽdo Domino profuturum. Distractis rebus suis ad indigentiam multorum pauperum sustentandam, tota prædia precio dispensans, duo bona simul iunxit, ut & ambitionem seculi spernerct, qua perniciosius nihil est: & misericordiam, quam Deus etiam sacrificiis suis prætulit, quam nec ille, qui legis omnia mandata seruasse se dixerat, fecit, impleret: & præpropera velocitate pietatis, penè antè cœpit perfectus esse, quàm disceret. Quis, oro, de veteribus hoc fecit? Quis de antiquissimis in fide senibus, quorum mentes & aures per plurimos annos diuina verba pulsauerant, tale aliquid impendit, quale adhuc rudis fidei homo, & cui nondùm forsitan crederetur supergressus vetustatis ętatem gloriosis & admirãdis operibus perpetrauit? Nemo metit statim vt seuit: nemo vindemiam de nouellis scrobibus expressit: nemo adhuc vnquàm de nouiter plantantis arbusculis matura poma quæsiuit. In illo oĩa incredibilia cucurrerũt. Pręuènit, (si potest dici, res.n. fidẽ nõ capit) præuénit, inquã, tritura sementẽ, vindemia palmitẽ, poma radicem.

hæreticis valdè inuisum.
**vigore.*
Mat. 19.
Res suas elargitur pauperib⁹
Osee. 6.

Cap. 4.
1. Tim. 3.

Aiunt Apostoli literę, debere neophytos præteriri, nè stupore gentilitatis nondùm fundatis sensibus adhærente, aliquid in Deum nouitas inerudita peccaret. Ille fuit primus, & puto solus exemplo, plus fide posse, quàm tempore promoueri. Sed & si in Apostolorum Actibus Eunuchus ille describitur, quia toto corde crediderat, à Philippo statim tinctus, non consimilis comparatio. Ille enim & Iudæus erat, & de templo Domini veniens, prophetam legebat Esaiam, & sperabat in Christo, etsi nondùm eum venisse crediderat: Hic de impertiis gentibus veniens, tam matura cœpit fide, quanta pauci fortasse perfecerint. Mora dediquè circa gratiam Dei nulla, nulla dilatio. Parùm dixi: Presbyterium & sacerdotium statim accepit. Quis enim non omnes honorum gradus crederet tali mente credenti?

Act. 8.

S. Cyprianus fit sacerdos.
Cap. 5.

Multa sunt, quæ adhuc plebeius, multa quæ iam presbyter fecit, multa quę ad veterum exempla iustorũ, imitatione consimili prosequutus, promerendo Dominum totius religionis obsequio præstitit. Nam & sermo illi de hoc fuerat vsitatus, ut si quem prædicatum Dei laudatione legisset, suaderet inquiri, propter quæ facta Deo placuisset. Si Iob Dei testimonio gloriosus, dictus est verus Dei cultor, & cui in terris nemo compararetur, faciendum docebat ille, quicquid Iob antè fecisset, ut dum & nos paria facimus, simile in nos Dei testimoniũ prouocemus. Cõtẽptis ille dispendiis rei familiaris, tãtùm exercitata virtute profecit, ut nec tẽporalia dãna sentiret. Non illũ penuria, non dolor fregit, nõ uxoris suadela deflexit, nõ propia corporis dira pœna cõcussit: permansit in suis sedibus fixa virtus, & altis radicibus fundata deuotio, nullo diaboli tẽtãtis impetu cessit, quo minùs Dñm suũ fide grata ẽt inter aduersa benediceret. Domus eius patuit cuicunq; veniẽti: nulla vidua reuersa est sinu vacuo: nullus indigẽs lumine, nõ illo comite directus est: nullus debilis gressu, nõ illo baiulo vectus: nullus nudus auxilio, de potẽtioris manu nõ illo tutore protectus est. Hæc debẽt facere, dicebat, q Deo placere desiderant. Et sic per bonorum omnium documenta decurrens, dum meliores semper imitatur, etiam ipse se fecit imitandum.

Iob 1.
Magnus contemptus rerũ caducarum.
Mira charitas & benignitas erga miseros.

Cap. 6.

Erat sanè illi etiam de nobis contubernium viri in

sti

sti & laudabilis memoriç Cęcilij, & ætate tunc & honore presbyteri, qui eum ad agnitionem verę diuinitatis a seculari errore correxerat. Hunc toto honore atque omni obseruantia diligebat, obsequenti venerationis suspiciens, non iam vt amicum * animæ coęqualem, sed tanquam nouæ vitę parentē. Denique ille demulsus eius obsequijs, intantùm dilectionis immēsæ merito prouocatus est, vt de seculo excedens, accersitione iam proxima, commendaret illi coniugē ac liberos suos, & quem fecerat de sectę communione participem, postmodum faceret pietatis hæredē.

Coæqualis sella, sed ut

Cap. 7. Longum est ire per singula, cuncta eius facta onerosum est enumerare. Ad probationem bonorum operum solum hoc arbitror satis esse, quòd iudicio Dei & plebis fauore, ad officium sacerdotij & Episcopatus gradum adhuc neophytus, &, vt putabatur, nouellus electus est: quanuis in primis fidei suæ adhuc diebus, & rudi vitæ spiritalis ætate, sic generosa indoles reluceret, vt & si nondùm officij, spe tamen fulgore resplendens, imminentis sacerdotij totam fiduciam polliceretur.

Eligitur Episcop' adhuc neophytus.

Cap. 8. Non prætereo etiam illud eximium, quemadmodum eum in dilectionem eius & honorem totus populus, adspirante Domino, prosiliret, humiliter ille secessit, antiquioribus cedens, & indignum se titulo tanti honoris existimans, ut dignus magis fieret: magis enim dignus efficitur, qui quod meretur, recusat. Quo tunc ardore plebs æstuans fluctuabat, spiritali desiderio concupiscens (ut exitus docuit) non tantùm Episcopum, sed in eo, quem tunc latentem diuinitatis præsagio taliter flagitabat, futurum etiam martyrem requirebat. Obsederat fores domus copiosæ fraternitas, & per omnes aditus solicita charitas circuibat. Potuisset fortassè tunc illi Apostolicum illud euenire, quod voluit vt per fenestram deponeretur, si cum Apostolo etiam ordinationis honore similaret. Erat videre cæteros omnes suspensos, anxio spiritu expectare venturum, cum gaudio nimio excipere venientem. Inuitus dico, sed dicam necesse est: Quidam illi restiterunt, ut & vinceret: quibus tamen quā ea lenitate, quàm patienter, quàm beneuolenter indulsit, quàm clementer ignouit, amicissimos eos postmodùm, & inter necessarios computans, mirao tibus multis? Cui enim non posset esse miraculo, tam memoriosæ mentis obliuio?

Recusat Episcopatum.

Act. 9.

Cap. 9. Exinde quemadmodùm se gesserit, quis referre sufficiat? quæ illi pietas, qui vigor misericordię, quanta censura? Tantum sanctitatis & gratiæ ex ore eius lucebat, ut confunderet mentes intuentium. Grauis vultus & lætus, nec seueritas tristis, nec comitas nimia: sed admixta vtrinque temperies, vt esset ambigere, vereri plùs, an diligi mereretur, nisi quòd & vereri & diligi merebatur. Sed nec cultus fuit dispar à vultu: temperatus & ipse de medio: non illum superbia secularis inflauerat, nec tamen prorsus affectata penuria sordidarat: quia & hoc vestitus genus à iactantia minus non est, quàm ostentata taliter ambitiosa frugalitas. Quid autem circa pauperes Episcopus faceret, quos catechumenus diligebat? Viderint pietatis Antistites, seu quos ad officium boni operis instruxit ipsius ordinis disciplina, seu quos sacramenti religio communis ad obsequium exhibendę dilectionis arctauit. Cyprianum de suo talem accepit cathedra, non fecit, statim denique pro talibus meritis etiam proscriptionis gloriam consecutus est. Nec enim aliud oportebat, quam ut eum, qui intrà secre tum conscientiæ latebram, religionis & fidei toto honore florebat, etiam publicè celebrata gentilium fama titularet. Potuisset quidem tunc pro velocitate, qua semper omnia consecutus est, etiam martyrij coronam

Sanctitas vitæ eius Episcopatu.

Vestitus eius.

Pauperes adhuc catechumenus magnopere diligit.

Propter operabem gratiam proscribitur.

ea eum debita coronæ properare, maximè cùm & suffragijs sæpè repetitis ad leonem postularetur: nisi & omnes ordines gloriarum transcundum illi esset, & sic ad summa veniendum: & nisi imminentis ruinæ, ope iam fœcundi pectoris indigeret. Finge enim tūc illum martyrii dignatione translatum. Quis emolumentum gratiæ per fidem proficientis ostenderet? Quis virgines ad congruentem pudicitiæ disciplinā & habitum sanctimonia dignum, velut frenis quibusdam lectionis Dominicę coerceret? Quis doceret pœnitētiā lapsos, veritatē hæreticos, sibi schismaticos vnitatē, filios Dei pacē, & Euāgelicæ precis legē? Per quem gentiles blasphemi, repercussis in se iis, quæ nobis ingerunt, vincerentur? A quo Christiani mollioris affectus circa amissionem suorum, aut (quod magis est) fidei paruioris, consolarentur spe futurorum? Quis sic misericordiam, vndè patientiam disceremus? Quis liuorem, de venata inuidiæ malignitate venientem, dulcedine remedij salutaris inhiberet? Quis martyres tantos exhortatione diuini sermonis erigeret? Quis deniqz tot cōfessores, frōtiū notata rum secunda inscriptione signatos, & ad exemplum martyrij superstites reseruatos, incentiuo tubæ cælestis animaret? Benè, benè tunc & verè spiritaliter contigit, quòd vir tam necessarius, tam multis & tam bonis rebus à Martyrij consummatione dilatus est. Vultis scire secessum illum non fuisse formidinem? Venit aliud excusem, ipse postmodum passus est? quam passionem vtiquè ex more vitaret, si & antè vitasset. Fuit verò formido illa, sed iusta formido, quæ Domini timeret offendere: Formido, quæ præceptis Dei mallet obsequi, quàm sic coronari. Dicata enim in omnibus Deo mens, & fides diuinis admonitionibus mancipata, credidit se, nisi Domino latebram tunc iubenti paruisset, etiam in ipsa passione peccare.

Virginū habit' sāctimonia dignus.

Ecce frō[n]tiū nūcho... nē tam in baptismo, quam con firmatione in primæua Ecclesia.

Puto denique etiam nuncaliqua de dilatione vtilitate differenda, tametsi iamdudùm pauca perstrinximus. Per hæc enim, quæ uidentur postmodum subsecuta, sequitur, ut probemus, secessum illum non hominis pusillanimitate conceptum, sed sicuti est, verè fuisse diuinū. Vastauerat Dei populum persecutionis infestæ insolens atque acerba grassatio, & quia ocī decipere vna fraude non poterat artifex hostis, quacūque miles incautus prodiderat latus nudum, dispari genere sęuiendi singulos diuersa strage deiecerat: debebat esse, qui posset saucios homines, & varia expugnantis inimici arte iaculatos, adhibita medicina cælestis medela, pro qualitate vulneris, uel secare interim, vel fouere. Seruatus est uir, ingenij præter cætera etiam spiritaliter temperati, qui inter resultantes collidentium schismatum fluctus, Ecclesię iter medium librato limite gubernaret. Nec hęc, oro, diuina consilia fuit? Hoc fieri sine Deo potuit? Viderint, qui putant posse fortuitu ista contingere. Ecclesia illis clara uoce respondet, dicens: Ego sine Dei nutu necessarios reseruari non admitto. Percurramus tamen cætera, si videtur.

Cap. 10.

Persecutio acerba Christianorum.

Erupit postmodùm lues dira, & detestabilis morbi vastitas nimia, innumeros per diem populos à suo quosque sede abrupto impetu rapiens, continuatas per ordinem domos vulgi trementis inuasit. Horrere omnes, fugere, vitare contagium, exponere suos impiè, quasi cum illo peste morituro, etiam mortem ipsam aliquis posset excludere. Iacebant interim tota ciuitate, non iam corpora, sed cadauera plurimorum, & misericordiā in se trā seūtiū, cōtēplatione sortis mutuę flagitabāt. Nemo respexit aliud, præterquàm lucra crudelia. Nemo similis euent' recordatione trepidauit. Nemo fecit alteri, qd sibi fieri voluit. Quod inter hęc egerit Christi & Dei

Cap. 11.

Sæua pestis grassat.

Pontifex, qui pontifices mundi huius tanto plùs pietate, quanto religionis veritate præcesserat, scelus est præterire. Aggregatam primò in loco vno plebē do misericordiæ bonis instruit, docens diuinæ lectionis exemplis, quantùm ad promerendum Deum prosint officia pietatis: tunc deindè subiungit, non esse mirabile, si nostros tantùm debito charitatis obsequio foueremus: eum perfectum posse fieri, qui plùs aliquid publicano vel ethnico fecerit, qui malum bono vincens, & diuinæ clementiæ instàr exercens, inimicos quoquè dilexerit, qui pro persequentium se salute, sicuti Dominus monet & hortatur, orarit. Oriri facit Deus iugiter solem suum, & pluuias subindè nutriendis seminibus impertit, exhibens cuncta ista non suis tantùm, sed etiam alienis: Et qui se Dei filium profitetur, cur etiam non exemplum patris imitatur? Respondere nos decet natalibus nostris, & quos renatos per Deum constat, degeneres esse non congruit, sed probare potiùs in sobole traducem boni patris, æmulatione bonitatis.

Egregiè erudit sanctus Episcopus plebē sub illa lue.

Matt. 5.

Cap. 12.

Multa alia, & quidem magna prætereo, quæ temperandi voluminis ratio non patitur prolixiore sermone replicari. De quibus hoc tantùm dixisse satis est, quòd si illa gentiles pro rostris audire potuissent, forsitan statim credidissent. Quid Christiana plebs faceret, cui de fide nomen est? Distributa sunt ergò continuò pro qualitate hominum atque ordinum ministeria. Multi, qui angustia paupertatis beneficia sumptus exhibere non poterant, plùs sumptibus exhibebant, compensantes proprio labore mercedem, diuitiis omnibus chariorem. Et quis non sub tanto doctore properaret inueniri in parte aliqua talis militiæ, per quam placeret & Deo patri, & iudici Christo, & tam bono interim sacerdoti?

Efficacia sermonis eius.

Cap. 13. *Galat. 6.*

Fiebat itaque exuberantium operum largitate, qđ bonū est ad oēs, nō ad solos domesticos fidei. Fiebat plus aliqd, q̃ Tobiæ incōparabili pietate signatū est. Ignoscat ille, & ignoscat iterùm, & frequenter ignoscat, aut, vt veriꝰ dixerim, meritò cōcedat, tametsi āte Christū plurimùm licuit, plus aliqd licuisse post Christū, cuius tēporibus plenitudo debetur. Necatos ille à Rege & proiectos sui tantùm generis colligebat: iis tā bonis & tā piis actibus superuenit exiliū. Hāc.n. vicē sēp repræsentat impietas, vt melioribus peiora restituat. Et (ut quid sacerdos Dei Proconsule interrogāte, responderit taceam, sunt acta, quæ referant) excluditur interim è ciuitate ille, qui fecerat boni aliquid pro ciuitatis salute. Ille, qui laborauerat, nè uiuentiū oculi paterentur infernæ sedis horrorem: ille, inquā, qui excubiis pietatis inuigilans, prò nefas, ingrata bonitate prouiderat, nè omnibus tetram ciuitatis faciē relinquentibus, multos exules deserta respublica ac destituta patria sentiret. Sed viderit seculum, cui inter pœnas exilium computatur. Illis patria chara nimis, & totus affectus est in parentes: nos & parentes ipsos, si contra Dominum suaserint, abhorremus. Illis extra ciuitatem suam uiuere grauis pœna est: Christiano, totus hic mundus, est una domus. Vndè, licèt in abditum & abstrusum locum fuerit relegatus, admixtus Dei sui rebus, exilium non potest computare. Adde quòd Deo integrè seruiēs, etiam propria in ciuitate peregrinus est. Deum enim se à carnalibus desideriis continentia sancti spiritus abstinet, conuersationem prioris hominis exponens, etiam inter ciues suos, aut propè dixerim, inter parentes ipsos, vitæ terrestris alienus est. Accedit, quòd etsi hæc talia, pœna possent videri, in huiusmodi tamen causis atque sententiis, quas ob approbandæ uirtutis experimenta perpetimur, non est pœna, quia gloria est. Sed esto sanè nobis pœna exilium: illis ultimum crimen & pessimum nefas etiam ipsorum conscientia testis ascribat, qui possunt innocentibus irrogare, quod putant pœnam.

Tob. 2.

S. Cyprianus exulat.

Exilium Christianis non est.

Cap. 14.

Nolo nunc describere loci gratiam, & deliciarum omnium paraturam interim transeo. Fingamus locum illum situ sordidum, squalidum uisu, non salubres aquas habentem, non amœnitatem uiroris, non uiciniam litoris: sed rupes vastas syluarum, inter inhospitas fauces desertæ admodùm solitudinis, auia mundi parte summotum: Posset licèt talis locus habere nomen exilii, quòd Cyprianus sacerdos Dei venerat, nónne si hominum ministeria deficerent, vel alites, ut Eliæ, vel ut Danieli Angeli ministrarent? Absit, vt credat aliquis cuilibet minimo, dummodò in confessione nominis Christi constituto, aliquid defuturū, Tm̄ abest, vt Dei Pontifex ille, qui misericordiæ semper rebus institerat, horū omniū opib. indigeret.

3. Reg. 17 *Dan. 14.*

Cap. 15.

Iam nunc, quod secundo posueram loco, cum gratiarum actione repetamus, prouisum esse diuinitùs etiam pro animo tanti uiri, aptum & competentem locum, hospitium pro uoluntate secretum, & quicqd apponi eis antè promissum est, qui regnum & iustitiā Dei quærunt: Atque ut omittam frequentiā visitantium fratrum, & ipsorum indè ciuium charitatem, q̃ repræsentabat omnia, quibus videbatur esse fraudatus, admirabilem uisitationem Dei non præteribo, qua antistitem suum sic in exilio esse voluit de secutura passione securū, vt imminentis martyrii pleniore fiducia non exulem tantummodò Curubi, sed martyrem possideret. Eo enim die, quo primùm in exilii loco mansimus, (nam & me inter domesticos comites dignatio charitatis eius delegerat exulem voluntariū: quod vtinàm & in passione licuisset) Apparuit mihi, inquit, nondùm somni quiete sopito, iuuenis ultra modum hominis enormis, qui cùm me quasi ad prætorium duceret, uidebar mihi tribunali sedentis tum Proconsulis admoneri. Is ut in me respexit, annotare statim cœpit in tabula sententiam, quam non sciebam: nihil enim de me solita interrogatione quæsierat. Sedens autem iuuenis, qui à tergo eius stabat, admodùm curiosus legit, quicquid fuerat annotatum: & quia uerbis proferre non poterat, nutu declarante monstrauit, quid in literis tabulæ illius haberetur. Manu enim expansa & complanata ad spathæ modum, ictum solitæ animaduersionis imitatus, quod uolebat ītelligi, ad instàr liquidi sermonis expressit. Intellexi sententiam passionis futurā: rogare cœpi & petere cōtinuò, ut dilatio mihi vnius diei prorogaretur, donec res meas legitima ordinatione disponerē. Et cùm preces frequenter iterassem, rursùs in tabula nescio quid cœperat annotare: Sensi tamen de uultùs serenitate, Iudicis mentem quasi iusta petitione commotam. Sed ille iuuenis, qui iamdudùm de passionis iudicio gestu potiùs, quàm sermone, prodiderat, clandestino identidèm nutu concessam dilationem, quæ in crastinum petebatur, contortis pòst inuicèm digitis, significare properauit. Ego quamuis non esset lecta sententia, etsi de gaudio dilationis acceptæ lęto admodùm corde gauderem, metu tamen * impetrationis incertæ sic timebam, ut reliquiæ formidinis cor exultans adhuc toto pectore pulsarent.

Visio S. Cypriani in exilio.

Intelligit vir Dei ex visione se martyrio coronandum.

** interpretationis.*

Cap. 16.

Quid hac reuelatione manifestius? quid hac dignatione felicius? Antè illi prædicta sunt omnia, quæcunque postmodùm subsecuta sunt. Nihil de Dei verbis imminutū, nihil de tam sancta promissione mutilatū. Singula deniquè secundùm quod ostensa sunt, recognoscite: Dilationem petit crastini, cùm de passionis sñia cogitaretur, postulās, ut res suas die illo, quē impetrauerat, ordinaret. Hic dies vnus significabat annū, quo ille post visionē acturus i seculo fuerat. Nā

Visionis eius interpretatio.

manifesti' dicā, eo die post exactū annū coronatus est, quo hoc illi ante annum fuerat ostensum. Diē aūt dñi, etsi nō annū in diuinis literis legimus, promissioni tñ futurorum debitum illud tempus accipimus. Vndè nihil interest, si sub diei significatione solus annus ostensus est: quia illud plenius debet esse, quod maius est. Quòd verò nutu potiùs, & non sermone, explanatū est, repręsentationi temporis seruabatur sermonis expressio. Solet enim tunc verbis quodcunque proferri, quotiès, quicquid profertur, impletur. Nam & verè nemo cognouit, quarè hoc ei ostensum fuisset, nisi postquàm eodem die, quo viderat, coronatus est. Medio nihilominùs tempore imminens passio pro certo ab omnibus sciebatur: passionis tamen dies certus ab eisdem omnibus, quasi ignorantibus tacebatur. Sanè & in scripturis tale aliquid inuenio. Nam Zacharias sacerdos, promisso sibi per Angelum filio, quia non crediderat, obmutuit: ità ut filij nomē scripturus potiùs, quàm relaturus, nutu tabulas postularet. Meritò &, hic, vbi Dei nuncius passionem Antistitis imminentē nutu potiùs expressit, & fidem admonuit, & sacerdotē muniuit. Dilationis autem petendæ ratio, de ordinatione rerum, & de voluntatis dispositione veniebat. Quæ verò res illi, aut quæ voluntas ordinanda, nisi ecclesiastici status? Suprema idcircò accepta dilatio est, vt quicquid circa pauperum fouendorum curam supremo iudicio disponendum fuerat, ordinaretur. Et puto propter nihil aliud, immò verò propter hoc tantum, etiam indulgentia ab ipsis, qui eiecerant, & qui occisuri erant, admissa est: vt præsens præsentes pauperes nouissimæ dispensationis extremis, & vt plenius dixerim, totis sumptibus releuaret.

Luc. 1.

Cap. 17. Ordinatis ergò tam piè rebus, & sic voluntate disposita, proximabat dies crastinus. Iam de Xisto bono & pacifico sacerdote, ac proptereà beatissimo martyre ab Vrbe nuncius venerat. Sperabatur iam iamque carnifex veniens, qui deuota sanctissimæ victimæ colla percuteret: Et sic erant omnes dies illi quotidiana expectatione moriendi, vt corona singulis posset adscribi. Conueniebant interim plures egregij & clarissimi ordinis & sanguinis, sed & seculi nobilitate generosi, qui propter amicitiam eius antiquam secessum subindè suaderent: & nè parùm esset nuda suadela, etiam loca, in quę secederet, offerebant. Ille verò iam mūdum suspensa ad Deum mente neglexerat, nec suadelis blādientibus annuebat. Fecisset fortassè tūc etiam, quod à plurimis & fidelibus petebatur, si diuino imperio iuberetur. Sed nec illa sublimis tanti viri gloria sine prçconio transeunda est, qua iam seculo tumescente, & de fiducia principum infestationem nominis anhelante, ille seruos Dei, prout dabatur occasio, exhortationibus Dominicis instruebat, & ad calcandas passiones huius temporis contemplatione superuenturæ claritatis animabat. Videlicet tanti illi fuit sacri cupido sermonis, vt optaret sic sibi passionis vota contingere, vt dum de Deo loquitur, in ipso sermonis opere necaretur. Et hi erant quotidiani actus destinati ad placentem Deo hostiam sacerdotis.

Xisti Pōtificis martyrium.

Non vult aufugere martyriū S. Cyprianus Episcopus.

Cap. 18. Cùm eccè Proconsulis iussu ad hortos eius, (ad hortos, inquam, quos inter initia fidei suæ venditos, & Dei indulgentia restitutos, pro certo iterùm in vsus pauperum vendidisset, nisi inuidiam de persecutione vitaret) cum militibus suis princeps repentè subitauit, immò (vt veriùs dixerim) subitasse se credidit. Vndè enim posset tanquàm subitari improuiso impetu mens semper parata? Processit ergò iam certus expungi, quòd diù fuerat retardatum. Processit animo sublimi & erecto, hilaritatem præferens vultu, & corde virtutem. Sed dilatus in crastinum, ad domum principis à prætorio reuertebatur, cum subitò per Carthaginem totam sparsus rumor increbuit, productum esse iam Tascium, quem præter celebrem gloriosa opinione notitiam, etiam de commemoratione præclarissimi operis nemo non nouerat. Concurrebant vndiqueuersùm omnes ad spectaculum, nobis pro deuotione fidei gloriosum, gentilibus & dolendum. Receptum eum tamen & in domo principis constitutum, vna nocte continuit custodia delicata, ità vt conuiuæ eius & chari in contubernio ex more fuerimus. Plebs interim tota solicita, nè per noctem aliquid sine conscientia sui fieret, ante fores principis excubabat. Concessit enim diuina tunc bonitas verè digno, vt Dei populus etiam in sacerdotis passione vigilaret.

Ad passionem vir sanctissimus spe certus & festinat.

Forsitan tamen quærat aliquis, quæ causa fuerit à prætorio reuertendi ad principem: & volunt hoc scilicet quidam de suo, tunc Proconsulem noluisse. Absit, vt in rebus diuinitùs gestis segnitiem siue fastidium Proconsulis conquerar. Absit, vt malum hoc intrà conscientiam religiosæ mentis admittam, vt de tam beatissimo martyre ructus hominis indicaret. Sed crastinus dies ille, quē ante annū dignatio diuina prędixerat, verè crastinus esse debebat. Illuxit denique dies alius, ille signatus, ille promissus, ille diuinus, quem si Tyrannus ipse differre voluisset, nunquàm prorsùs valeret, dies de conscientia futuri martyris lętus, & discussis per totum mundi ambitum nubibus, claro sole radiatus. Egressus est domum principis, sed Christi & Dei princeps, & agminibus multitudinis mixtę ex omni parte vallatus est. Sic autem comitatui eius infinitus exercitus adhęrebat, quasi ad expugnandam mortem manu facta veniretur. Eundi autem interfuit transitus stadii. Benè verò, & quasi de industriâ factum, vt & locum congruentis certaminis pręteriret, qui ad coronam iustitiæ consummato agone currebat. Sed vbi ad Prætorium vētum est, nondùm procedente Proconsule, secretior locus datus est. Illic cùm post iter longum nimio sudore madidatus sederet, (sedile autem erat fortuito linteo tectum, vt & sub ictu passionis Episcopatus honore frueretur) quidam ex tesserariis, quondàm Christianus, res suas obtulit, quasi vellet ille vestimentis suis humidis sicciora mutare: qui videlicet nihil aliud in rebus oblatis ambiebat, quàm vt proficiscentis ad Deum martyris sudores iam sanguineos possideret. Cui ille respondit, & dixit: Medelas adhibemus querelis, quæ hodiè forsitan non erant. Mirum si contempsit laborem corpore, qui mortem mente contempserat? Quid plura? Subitò Proconsuli nunciatus est. Producitur, admouetur, interrogatus de suo nomine, se esse respondit: Et hactenus verba. Legit itaque de tabula iam sententiam Iudex, quam nuper in visione nō legerat, sententiam spiritalem non temerè dicendam, sententiam Episcopo tali & tali teste condignam, sētentiam gloriosam, in qua dictus est sectæ suæ signifer, & inimicus deorum, & qui suis futurus esset documento, & quòd sanguine eius inciperet disciplina sanciri. Nihil hac sententia plenius, nihil verius. Omnia quippè, quę dicta sunt, licèt à gētili dicta, diuina sūt. Nec mirum vtiquè, cùm soleant de passione pōtifices prophetare. Signifer fuerat, qui de ferēdo signo Christi docebat. Inimicus deorum, qui idola destruenda mandabat. Documento autem suis fuit, qui multis pari genere secuturis, prior in prouincia martyrii primitias dedicauit. Sanciri etiam cœpit eius sanguine disciplina, sed martyrum, qui doctorem suum imitatione gloriæ consimilis ęmulati, ipsi quoquè disciplinam exempli sui proprio cruore sanxerunt. Et cùm exiret Prætorii fores, ibat comes militum turba: & nè quid in passione deesset, centuriones & tribuni latus texerant. Ipse autem locus in æquali est, vbi pati contigit,

Cap. 19.

In diē alterū martyr conseruatur vtì primis p̄onderat.

Plebs numerosissima stipat ad mortē euntem.

Nota, quā in sanctū virum sētētia lata cōstituerit.

git, vt arboribus ex omni parte densatis, sublime spectaculum præberat: sed per enormitatem spatii longioris visu denegato, per confusam nimis turbam pressuram personæ facientes, in ramos arborum repserant, *Luc. 19.* nè vel hoc illi negaretur, vt ad Zachæi similitudinem de arboribus videretur.

Cap. 10. Sed iam ligatis per manus suas oculis, moram carnificis vrgere tentabat, cuius munus est ferrum: & labente dextera, gladium vix trementibus digitis circuibat, donèc ad perpetrandam preciosi viri mortem clarificationis hora matura Centurionis manum, cōcesso desupèr vigore firmatam, permissis tandèm viribus, expediret. O beatum Ecclesiæ populum, qui Episcopo suo tali & oculis pariter, & sēsibus, & quod est amplius, publicata voce compassus est: & sicut ipso tractante semper audierat, Deo iudice, coronatus est. Quamuis enim non potuerit euenire, quod optabant vota communia, vt consortio paris gloriæ plebs tota pateretur: quicunque sub Christi spectantis oculis, & sub auribus sacerdotis ex animo pati voluit, per idoneum uoti sui testem legationis quodammodò literas ad Deum misit. Sic consummata passione perfectum est, ut Cyprianus, qui bonorum omnium fuerat exemplum, etiam sacerdotales coronas in Aphrica primus imbueret: quia & talis esse post Apostolos prior cœperat. Ex quo enim Carthagini Episcopatus ordo oumeratur, nunquàm aliquis, quanuis ex bonis sacerdotibus, ad passionem venisse memoratur: licèt semper Deo mancipata deuotio, dicatis hominibus pro martyrio deputetur. Cyprianus tamen etiam ad perfectā coronam Domino consummante, profecit, vt in ciuitate ipsa, in qua taliter vixerat, & in qua prior fecerat multa præclara, prior etiam sacerdotii celestis insignia glorioso cruore decoraret.

Plebs tota cupit cum eo se mori.

S. Cyprianus primꝰ martyr in Carthaginens. Episcopis.

Quid hoc loco faciam? Inter gaudium passionis, & remanendi dolorem, in partes diuisus animus, & angustum nimis pectus, affectus duplices onerant. Dolebo, quòd non comes fuerim? Sed illius victoria triumphanda est. De victoria triumphabo? Sed doleo, quòd comes non sim. Verum vobis tamen & simpliciter cōfitendum est, quod & uos scitis, in hac me fuisse sententia. Multùm, ac nimis multùm de gloria eius exulto: plus tamen doleo, quòd remansi.

ITEM PASSIO EIVSDEM BEAtissimi Cypriani, vt habetur in vetustis MS. codicibus, ex qua citantur quædam ad verbum à B. Augustino.



MPERATOREM Valeriano quartùm, & Gallieno tertiùm cōsulibus, tertio Calendarum Septembrium, Carthagine in secretario Paternus proconsul Cypriano Episcopo dixit: Sacratissimi Imperatores Valerianus & Gallienus literas ad me dare dignati sunt: quibus præceperunt eos, qui Romanam religionem non colunt, debere Romanas cæremonias recognoscere. Exquisiui ergo de nomine tuo. Quid mihi respondes? Cyprianus Episcopus dixit: Christianus sum, & Episcopus. Nullos alios deos noui, nisi vnum & verum Deum, qui fecit cælum & terram, mare & quæ in eis sunt omnia. Huic Deo nos Christiani deseruimus: hunc deprecamur diebus ac noctibus, pro nobis, & omnibus hominibus, & pro incolumitate ipsorum Imperatorum. Paternus procōsul dixit: In hac ergò uoluntate perseueras? Cyprianus Episcopus respondit: Bona voluntas, quæ Deum nouit, immutari non potest. Paternus proconsul dixit: Poteris ergò secundum præceptum Valeriani & Gallieni, exul ad vrbem Curubitanam proficisci? Cyprianus Episcopus dixit: Proficiscor. Paternus proconsul dixit: Non solùm de Episcopis, verumetiam de presbyteris mihi scribere dignati sunt. Volo ergò scire ex te, qui sint presbyteri, qui in ciuitate consistunt. Cyprianus Episcopus respondit. Legibus vestris benè atque vtiliter censuistis, delatores non esse. Itaque detegi & deferri à me non possunt: in ciuitatibus autem suis inuenientur. Paternus proconsul dixit: Ego hodiè in hoc loco exquiro. Cyprianus dixit: Cùm disciplina prohibeat, vt quis se vltrò non offerat, & tuæ quoquè censuræ hoc displiceat: nec offerre se ipsi possunt; sed à te exquisiti inuenientur. Paternus proconsul dixit: A me inuenientur. & adiecit: Præceperunt etiam, nè in aliquibus locis conciliabula fiant, nec cœmeteria ingrediantur. Si quis itaque hoc tam salubre præceptum non obseruauerit, capite plectetur. Cyprianus respondit: Fac qđ tibi præceptum est.

Paternꝰ proconsul S. Cypriano Imperatorū edicta exponit.

Constans respōsum beatissimi martyris. Psal. 145.

Non vult detegere ac deferre suos presbyteros.

Tunc Paternus proconsul iussit beatum Cyprianū Episcopū in exilium deportari. Cumque diu ibidèm moraretur, successit Aspasio Paterno proconsuli Galerius Maximus procōsul, qui sanctū Cyprianum Episcopum ab exilio reuocatum, sibi iussit præsentari. Cumque Cyprianus sanctus martyr, electus à Deo, de ciuitate Curubitana, in qua exilio præcepto Aspasij Paterni tunc proconsulis datus fuerat, regressus esset, ex sacro præcepto in hortis suis manebat. Indè quotidiè sperabat venire ad se, sicut illi ostensum fuerat. Et cùm illic demoraretur, repentè Idibus Septembris, Tusco & Basso consulibus, venerūt ad eum principes duo: vnus strator officij Galerij Maximi proconsulis, qui Aspasio Paterno successerat: & alius equistrator à custodiis eiusdem officii: qui & in curriculum eum leuauerunt, in medioque posuerunt, & in Sexti perduxerunt: vbi idem Galerius Maximus proconsul bonæ valetudinis recuperandæ gratia secesserat. Et ità idē Galerius Maximus proconsul in aliam diem Cyprianum sibi reseruari præcepit. Et eo tempore beatus Cyprianus ductus ad principem, & statorem eiusdem officii Galerii Maximi proconsulis, clarissimi viri, secessit, & in hospitio eius cū eo in vico, qui dicitur Saturni, inter Veneriam & Salariam mansit. Illuc vniuersus populus fratrum conuenit. Et cùm hoc sanctus Cyprianus comperisset, custodiri puellas præcepit: quoniam omnes in vico ante ianuam hospitii principis manserant. Et ità altera die, octauadecima Calendarū Octobrium, manè multa turba conuenit ad Sexti, secūdùm præceptum Galerii Maximi proconsulis. Et ità idem Galerius Maximus proconsul eadem die Cyprianum sibi offerri præcepit, in atrio Sauciolo sedens.

Deportat in exilium.

Reuocatꝰ manet in hortis suis.

Vide istō Episcopo vigilantiā pastoris erga puellas seruādas.

Cùq; oblatus fuisset, Galerius Maximus pcōsul Cypriano Epō dixit: Tu es Thascius Cyprianus? Cyprianus Episcopus respondit: Ego sum. Galerius Maximus proconsul dixit: Tu Papam te sacrilegæ mentis hominibus præbuisti? Cyprianus Episcopus respondit: Ego. Galerius Maximus proconsul dixit: Iusserunt te sacratissimi Imperatores cæremoniari. Cyprianus Episcopus dixit: Non facio. Galerius Maximus ait: Consule tibi. Cyprianus Episcopus respōdit: Fac quod tibi præceptum est. in re tam iusta, nulla est consultatio. Galerius Maximus collocutus cum consilio, sententiā vix ægrè dixit verbis huiusmodi. Diù sacrilega mente vixisti, & plurimos nefariæ tibi conspirationis homines aggregasti, & inimicū te diis Romanis & sacris legibus constituisti, nec te pii & sacratissimi principes Valerianus & Gallienus Augusti & Valerianus nobilissimus Cæsar ad * sectam cæremoniarum suarum reuocare potuerunt. Et ideò cum sis nequissimorum criminum

Sententia in eū prolata.

** obsid.*

auctor

auctor & signifer deprehensus, eris ipse documento his, quos scelere tuo tecum aggregasti: sanguine tuo sancietur disciplina. Et his dictis, decretum ex tabella recitauit: Thascium Cyprianum gladio animaduerti placet. Cyprianus Episcopus dixit: Deo gratias.

Vult fidelium deuotio cum eo mori.

Post hanc verò sententiam turba fratrum dicebat: Et nos cũ ipso decollemur. Propter hoc tumultus fratrum exortus est, & multa turba eum prosecuta est. Et ità idem Cyprianus in agrum Sexti perductus est, & ibi se lacerno birro expoliauit, & genu in terram flexit, & in orationem se Domino prostrauit. Et cùm se dalmatica expoliasset, & diaconibus tradidisset, in linea stetit, & cœpit spiculatorem sustinere. Cùm venisset autem spiculator, iussit suis, vt eidem spiculatori vigintiquinque aureos darent. Linteamina verò & manualia à fratribus ante eum mittebantur. Posteà verò beatus Cyprian⁹ manu sua oculos sibi texit. Qui cùm lacinias manuales ligare sibi non potuisset, Iulianus presbyter & Iulianus subdiaconus ei ligauerunt. & ità beatus Cyprianus passus est, eiusque corpus propter gentilium curiositatem, in proximo positum est cum cereis & scholaribus, in areis Macrobii Candidi procuratoris, quæ sunt in via Mappaliensi iuxta piscinas, cum voto & triumpho magno. Post paucos antè dies Galerius Maximus proconsul decessit. Passus est autẽ beatissimus Cyprianus martyr die octauadecima Calendarum Octobrium, sub Valeriano & Gallieno Imperatoribus: regnante verò Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorũ, Amen.

25. aureos iubet dari spiculatori.

Nota corpus eius positũ cũ cereis.

SERMO BEATI AVGVSTINI Episcopi de S. Cypriano Episcopo & martyre. Eius Sermonis meminit Possidius in Indiculo operum S. Augustini.

Solẽnitas tam antiqua S. Cypriani.

SERMONEM à nobis debitum auribus & cordibus vestris, exigit tam grata & religiosa solennitas, qua passionẽ beati martyris celebramus. Tristis procul dubió tunc Ecclesia fuit, non damno cadentis, sed desiderio recedentis, semper cupiens videre præsentem tam bonum rectorem atque doctorem. Sed quos afflixerat solicitudo certaminis, consolata est corona victoris: & nunc non solùm sine ulla tristitia, verumetiam cum ingenti lætitia, cũcta, quæ tũc gesta sunt, legendo recolimus: dieque isto nobis gaudere concessum est, non timere. Neque enim formidamus terribiliter venientem, sed expectamus hilariter redeuntem. Placet itaque, vniuersam illam fidelissimi, & fortissimi, & gloriosissimi martyris passionem, cum exultatione recordati prætéritam, quam tunc fratres sustinuere futuram. Primò igitur, quòd pro fide confessionis Christi, in exilium Curubin missus est, non sancto Cypriano aliquid nocitum, sed multùm illi præstitum ciuitati. Quò enim ipse mitteretur, vbi ille non esset, propter cuius testimonium mittebatur? Christus ergò, qui ait: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi, in omni loco membrum suum excipiebat, quocũquè furor inimici pellebat. O stulta infidelitas persequentis. Si quæris exilium, quò Christianus iubeatur ire, priùs, si potes, inueni, vndè Christus cogatur exire. De patria sua in alienam te arbitraris excludere hominem Dei, in Christo nusquàm exulem, in carne vbique peregrinum.

Curubitanũ exilium est.

Mat. 18

Sed iam cõmemorare & considerare delectat post illud, quod Cyprianus non senserat, sed inimicus putabat exilium, quid ex ordine passionis ipsius consecutũ sit. Cùm n. Cyprianus sanctus martyr, electus à Deo, de ciuitate Curubitana, in qua exilio pcepto Aspasii Paterni proconsulis missus fuerat, regrederetur, in hortis suis manebat: & indè quotidiè sperabat veniri ad se, sicut ostensum erat. Quid iam fremeret persecutoris impetus aduersùs cor semper paratũ, accedente etiam Domini reuelatione firmatum? Quandò enim desereret patientem, qui non est passus præoccupari nescientem? Iam ergò quòd ad eum passioni exhibendum duo missi sunt, qui eum etiam secum in curriculum leuauerunt, in medioque posuerunt: & hoc diuinæ admonitionis fuit, vt gaudẽs recoleret, ad eius se corpus pertinere, qui inter iniquos reputatus est. Christus nanque inter duos latrones ligno suspensus, ad exemplum patientiæ præbebatur: Cyprianus autẽ inter duos apparitores ad passionem curru portatus, Christi vestigia sequebatur. Quid illud, quòd cùm in alium diem dilatus, apud custodes esset, atque illuc se multitudo fratrum ac sororum congregans, pro foribus pernoctaret, custodiri puellas præcepit, quanta intentione considerandum, quanta laude prædicandum, quanto præconio commendandum est? Vicina corporis morte, non moriebatur in animo pastoris vigilantia pastoralis, & cura tuendi Dominici gregis vsque ad extremum vitæ huius diem mente sobria tenebatur: nec excutiebat ab animo diligentiam fidelissimi dispensatoris manus tam proxima cruenti carnificis. Ità se martyrem cogitabat futurum, ut esse non obliuisceretur Episcopum: magis curans, quam rationem pastorum principi de commissis sibi ouibus redderet, quàm quid infideli proconsuli de fide propria responderet. Amabat quippè eum, qui Petro dixerat: Amas me? Pasce oues meas. Et pascebat oues eius, p quibus sanguinem fundere, illum imitans, properabat. Custodiri puellas præcepit, sciens se non solùm habere simplicem Dominum, sed etiam versipellem aduersarium. Itaque aduersùs leonem apertè frementem, in confessione virile pectus armabat: aduersùs insidiantem lupum gregi, sexum fœmineũ muniebat.

Passio est diuinitùs illi reuelata.

Esa. 53.

Luc. 23.

Exẽplũ boni pastoris.

Iohan. 21

Amator puellaris innocẽtiæ & castitatis S. Cyprianus.

Ità verè sibi consulit, qui Deum iudicem cogitat, apud quem causam gestę huius vitę, atq; ab illo sibi muneris iniuncti quisque dicturus est. Vbi omnis homo recipit, sicut testatur Apostolus, quę per corpus gessit, siue in bonum, siue in malum. Ità sibi consulit, qui ex fide viuens, & satagens nè ab extremo præoccupetur die, extremum computat omnem diem, & sic Deo placitos mores perducit vsque ad extremum diem. Ità sibi beatus Cyprianus Episcopus misericordissimus, & martyr fidelissimus consulebat: & non sicut eum lingua subdola diaboli per os possessi à se impii iudicis monere videbatur, dicens: Consule tibi. Cùm enim eius immobilem mentem videret, quandò ei dixit, Iusserunt te principes cæremoniari: responditque ille, Non facio: adiecit, & ait: Consule tibi. Ipsa est lingua subdola diaboli, etsi non huius, qui nesciebat qd loquebatur, illius tamen, qui per eum loquebatur. Loquebatur enim proconsul, non tam secũdùm principes homines, quorum iussa sibimet iniuncta iactabat: quàm secundùm principẽ potestatis aeris, de quo Apostolus dicit: Qui operatur in filios diffidentiæ. Quem per huius quoquè linguam operari Cyprianus nouerat, quod ipse non nouerat. Nouerat, inquam, Cyprianus, cùm à proconsule audiret, Consule tibi: quod caro & sanguis dicebat stolidè, hoc diabolum dicere subdolè: atq; intuebatur in vno corpore duos, istum oculis, illum fide. Nolebat eum iste mori, nolebat ille coronari. Proindè circa istum placidus, circa illum cautus: huic apertè respondebat, illũ occultè vincebat. Fac, inquit, quod tibi præceptum est. In re tam iusta nulla est consultatio. Consulit enim, qui consilium vel impertit, vel quærit. Sed proconsul non à

2. Cor. 5.

Optima pparatio ad mortẽ.

Ephes. 5.

In rebus manifestè iustis non est habenda consultatio.

Cypria-

Cypriano cōſilium accipere volebat, ſed eum potiùs, vt a ſe acciperet, admonebat. At ille: In re, inquit, tam iuſta, nulla eſt conſultatio. Nō adhuc conſulo, quia nō adhuc dubito. Abſtulit enim mihi dubitationem ipſa iuſtitia. Iuſtus autem, vt ſecurus moriatur in carne, certus viuit in fide. Præceſſerant Cyprianum multi martyres, quos flagrantibus exortationibus ſuis ad vincédum diabolum accenderat: & erat vtiquè iuſtum, vt quos veridicus loquendo præmiſerat, patiendo intrepidus ſequeretur. Ergò in re tam iuſta, nulla eſt conſultatio. Quid ad hęc dicamus, quid ad hęc exultemus tanta conceptione gaudiorum? In quid erumpat cor noſtrum & os noſtrum, niſi in ipſam venerabilis martyris, vltimā vocē? Cùm enim Galerius Maximus decretum ex libello recitaſſet, Thaſcium Cyprianum gladio animaduerti placet: reſpōdit ille, Deo gratias. Habentes igitur de re tanta memoriā præſentis loci, feſtiuitatē ſolennisſimi diei, propoſitionem ſaluberrimi exépli, oībus medullis noſtris dicam⁹ & nos, Deo grās.

Deo gratias dicit fortiſſim⁹ martyr, dum cadi capite iubetur.

MARTYRIVM SANCTI ET MAGNI MARTYRIS NICETÆ, AVTHORE SIMEONE METAPHRASTE.

15. Septēbris.



ICTRICIA martyris Nicetę hodiè celebramus certamina, non quę princeps Apoſtolorum Petrus erudiit, & qui Pontificis Clementis fuit ſocius, & quem Cōmodus Tyrannus pp Chriſtū illato conſummauit martyrio. Non cōuenimus, vt huius celebremus certamina: ſed quem (Quod ad laudē eſt præclarius & præſtantius) regio tulit barbara. Sciunt oēs fluuium Iſtrum, magnitudine quidem inter fluuios clarum, quē lingua eius regionis appellat Danubiū. Gotthos aūt, qui illo tpe exceſſerant è patria, fluuius habebat accolas. Hic ergò admirandus Nicetas, natus è Gotthicis ſeminibus, & primum honorem apud illos nſctus, tam propter claritatem generis, quam propter aliam animi & corporis indolem & dexteritatē, non erat vita Gotthus, nec moribus, nec fide. Nam genus quidem vincebat ingenium: amor autem in Chriſtum, barbaram opinionem: ſtudium verò virtutis, intemperantiam Gothicam & feritatem.

Gotthi Danubii accolæ.

Hic autem in adoleſcentia hauſerat ſacra fluēta doctrinæ Theophili. Quem quidem Theophilum, cùm eius fidei fuiſſet commiſſus Gotthorum Pontificatus, accipimus interfuiſſe primę ſynodo Nicenæ, manuque & lingua apud oēs cōfirmaſſe dogmata pietatis. Cùm autem non multum interceſſiſſet temporis, & in gente Gotthorum bella erupiſſent inteſtina, & eſſent diuiſi in duas partes, & vni quidē præeſſet * Phritugernes, altera autem valdè terribili parēret Athanarichus, ſuſcepta maximis copiis expeditione aduersùs Phritigernem, qui erat quidem eiuſdem generis, ſed erat ab eo auulſus, victoria parta, erigit trophęum. Quamobrèm Phritigernes in rebus ſuis afflictis ſpectauit ad Romanam dexteram, & veniens transfuga, petiuit auxilium. Valens autem Chriſti inimicus, eo tempore tenebat ſceptra Romana. Qui cùm iuſſiſſet iis, qui erant in Thracia, militibus ferre opem exuli, Phritigernes, Thracio exercitu accepto, & eo, qui ſibi remanſerat, tranſmittit Iſtrum. Itaq; ferentes diuinā Chriſti Crucem, præcedentē omnes ſuas copias, prçlio confligunt cum aduerſariis, & eum, qui vicerat, facilè vincunt, & illius multitudo partim quidem cæditur, partim capitur, eùm Athanaricus turpiſſime cū paucis ſuæ vitæ fuga conſuluiſſet. Hæc fuit cauſa & occaſio, cur multi ex ijs, qui præceſſerant, Gotthis, religionem amplexi ſint Chriſtianam.

Theophilus Gotthorū Epiſcopus.

** Fridigernes.*

Nota S. Crucis vim.

Vphilus autem fuit Theophili ſucceſſor in munere Pontificali, qui cum eo quoque ſynodo Nicenę interfuerat eadē ſentiens, & poſteà cōſederat cū iis, qui Cōſtantinopoli in ſecunda ſancta ſynodo fuerunt cōgregati. Hic cùm eſſet vir prudens & doctus, inuenit figuras literarum, & ſonos Gotthicę voci conuenientes, & cùm in eis ſacrā noſtram & diuinitùs inſpiratā ſcripturam è Græca in linguam Gotthicam vertiſſet, omni ſtudio & diligentia effecit, vt eā diſcerent, qui erāt ſuę gentis. Quamobrèm magnum incrementū accipiebat pietas apud barbaros, & indiès proficiebat. Athanaricus aūt cùm procedente tempore ſe à damno, quod acceperat, recreaſſet, & in locū priſtinum reuertiſſet, non peruenit ī ad pietatem & veram religionem: ſed multos quidē ex Chriſtianis Gotthicis & Barbaris ſubiiciebat ſuppliciis: magis aūt mouebatur aduersùs generoſum Nicetam, qui & generis claritate, & pietate ſuperabat eos, qui erāt ſui generis. Gratiano aūt pio & clementi Romanorum ac paterum adminiſtrante Imperiū, impius & cædem ſpirans Athanarichus, ipſe per ſe aduersùs pios cędē parabat, & efficiebat, vt qui ei parebant, ipſum imitarentur. Illi ergò Dei hoſtes execrandi, cùm pietas martyris in dies prædicaretur, ægrè ferebant, minabantur, indignabantur, aggrediebantur eū de medio tollere. Quæ quidē Nicetas parùm curās, nihilominùs pergebat prædicare pietatem. Tandem tā irā apertā erumpentes, repentè martyrem inuadūt eo tēpore, quo prædicabat, ipſumque rapiunt, & vi trahunt, & vrgent, vt fidē abiuret. Sed ille quidē nec verbis, nec factis deſiſtēs à pietate, & à libera Chriſti confeſſione, ludum & irriſionem eſſe oſtendebat illorū inuaſionem. Illi autem cùm contriuiſſent partes eius corporis, (o inſaniam) eum ētiā in ignem iniiciunt. Sed ſic quoquè patiens ſanctus, neque lingua deſiſtebat Deum hymnis celebrare, neque corde in eum credere. Quocircà ad finem vſque immobilem ſeruans confeſſionem, cum multis aliis, qui erant eiuſdem generis & fidei, dignus fuit habitus coronis martyriis, anima ſua in manus Dei tradita.

** Vlphilas Theophili ſucceſſor i Epiſcopatu.*

Athanarichus perſequitur Chriſtianos.

S. Nicetas vacat ſanctæ prædicationi.

Ab hoſtibus capit.

In ignem mittitur.

Abit ad cælos.

Marianus aūt quidam vir pius, Cilix genere, ex ciuitate, q̄ illic eſt, ortus, nomine Mopſueſtia, illo tpe verſans in locis, quæ ſunt circa Iſtrum, propter fidei coniunctionem & morum ſimilitudinem, quæ quidē magna ex parte inter ſe conueniunt, euſerat martyri familiaris & amicus, & degebat in eiſdē ædibus. Hic poſtquàm ille finem accepiſſet martyrii cū, conſiderabat, & multas apud ſe verſabat cogitationes, quonam modo poſſet corpus amici accipere, maximè tali fine ornatū. Cùm ergò ſic conſideraret, tandèm intēpeſta nocte propter metū Athanarici, (ipſe enim non permittebat, vt acciperetur corpus martyris) accedens in eum locū, in quo erāt proiectę ſanctorum reliqæ, qm ignorabat, quodnā eſſet, quod quærebatur, ab eo docetur, á quo Magi didicerunt illius adorationē. Vir tus. n. quædam celeſtis & incorporea, ſtellę forma ſuſcepta, bonū præcedebat Marianum apertè & euidenter, neq; deſiſtit hoc facere illa ſtella, quę apparebat, donèc oſtendit id, quod deſiderabatur. Id aūt erat nō reliquię aliquę & pars, ſed corpus integrum illius veſtè beatæ animæ. Quod quidē apparuit igne fuiſſe potentius, ſicut ēt volebat eius appellatio, niſi q ſolūm quędam ſeruabat veſtigia, neque ea aperta, ſed vt tantum appareret, id cum igne eſſe congreſſum. Hoc ergò ſacrum corpus cùm thecæ impoſuiſſet, martyricis, vt oportet, & ſacris id honotans orationibus, tráſfert in ſuam patriam, & tunc ipſum domi ſuæ deponit.

Marianus Cilix S. Nicetæ familiaris.

Mat. 2. Nota rem miram.

S. Nicetæ corpus igni non laſit.

Sed quamuis illud ità ſe haberet, & maneret in domo priuata, publicas tn̄ effundebat curationes. Etenim

nim cùm esset domus bonæ animæ, non satis habebat vnis ædibus sua circunscribere miracula: sed erat cōes deliciæ Mopsuestanorum, immò verò eorum quoquè, qui aliundè ventitabant, vsusfructus, qui non cōsumebatur. Procedente aūt tempore, templum quoqı excitatur martyri, & ipsum corpus suscipit venerandum, apertissima deïnceps conferens beneficia, & resistens omnibus morbis & vitiis. Illa tamen domus, quæ athletam primò accepit hospitio, ditatur pollice sacræ illius domus, & hanc propriam gratiam amico Mariano dat ille egregius Nicetas, honorās amicitiæ leges & hospitalitatis. Quod quidem nulli alii finit facere, in hoc quoquè amico gloriam tribuens. Etenim Auxentius, qui erat dictæ ciuitatis Episcopus, cùm aggressus esset eius corporis aliquid diuidere & accipere, nihil quidem accepit eorum, quæ volebat: eum autem non paruus inuasit metus, nec eiusmodi, vt non in apertum prodiret, aut lateret, sed quo eius quoquè anima fuerit valdè agitata, & alios docuerit iis, quę vidit, & terrore, quo est affectus, vt nemo deinceps manum audacem porrigeret, neque vllam partē eius corporis, cùm esset præter ipsius sententiam, auelleret. Quonam modo autem metus hic acciderit, & quibusnam verbis prohibitus fuerit, nē aggrederetur, explicabimus.

Tēplū S. Nicetæ.

Auxentius Eps terrore affectus non audet eius diuidere reliquias.

Excitauit hic quidem Pontifex, amicus martyrum, templū victoria insignibus martyribus, Taracho, Probo & Andronico, quod positum est ante muros ciuitatis Mopsuestię. Cùm aūt ipsorum sanctorum ei deessent reliquæ ad consecrationem templi ædificati, eas aūt haberet vrbs illi propinqua, nomine Anabarza, ei promissa parte reliquiarum huius præclari Nicetæ, illorum martyrum accipit reliquias. Cùm itaq; oporteret impleri id, quod promissum fuerat, & sepulcrum fuisset effossum, & sublatus esset lapis, qui fuerat impositus, protinùs quidem cōfringitur marmor, nulla apparente causa: apparet autem mortuus, habens mēbra honestè composita, & corpus à priori corpore nihil differens. Cùm ergò eum oporteret accipere partem corporis, & illud tetigisset manus eius, qui sepulcrum effoderat, nihil quidē ea accipit, fit aūt mox arida, metusque & tremor statim inuadit eum, qui id ausus fuerat. Deindè fit terræmotus, & erumpunt tonitrua, & frequentia micant fulgura, iis, qui aderant, afferentia metum intolerabilem. Quod quidem cùm sacrosanctus adspexisset Auxētius, (satis.n.intelligebat, quid Deus significaret) eius quidem, qui passus fuerat, manum aridam adducit ad reliquias, non vt rursùs aliquid accepturā, sed potiùs vt tacitè petituram veniā audacię, & consecuturam curationem. Est enim, dicebat, tibi, o sancte, multo facilius, cùm sis bonus, & boni imitator, curare, q̄ lædere: Et si illud vel nolēs præbuisti, quomodò nō hoc magis dabis ex tui animi sententia? Curatur itaq; affecta manus, & p̄dicat virtutem & bonitatē eius, qui curauerat. Deindè Pontifex, cùm sacrum eius sepulcrū honorasset hymnis & glorificationibus, ei pristinam figuram restituit, nulla in re mutato, nisi quòd se habebat meliùs & honestiùs.

Nota antiquū morē adhibēdi reliquias ī templorū consecratione.

Nota Lector.

Curatur manus arida cuiusdam.

Sic glorificat Deus eos, qui ipsum glorificant: sic magnificat eos, qui ipsum magnificant. Non vniuersum hic donans: minimè: sed ex his futura præbens conijcienda. Nā quæ hic dantur, etsi inter omnia sensilia sint pręstantissima, auribus tamen significantur, & oculis compræhenduntur: Quæ autem illic sanctis manent, neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt. Talia enim sunt, vt didicimus, quę à Deo parata sunt iis, qui ipsum diligunt. Quę detur nobis omnibus consequi gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi: Cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

Esa. 64. 1. Cor. 2.

VITA BEATISSIMI AICHARDI Abbatis ✱ Gemmeticensis, Authore Fulberto. Fuit autem hic Aichardus post S. Philibertum Abbas, & nunc in Præpositura Hasprensi quiescit prope Valencenas in Hannonia, atque illic cum S. Hugone Archiepiscopo Rothomagensi dęmones ab obsessis expellit.

✱ Gimesiēsis.

PROLOGVS AVTHORIS.



DOMINIS suis, ✱ Gimesiensis cœnobii scilicet fratribus sanctissimis, Fulbertus peccator salutem. Quòd in vita beati Aichadri manum mittere totiès à vobis iussus, totiès distulisse accusor, si causam vobis libeat discutere, non irrationabiliter, vt mihi videtur, tanti oneris sarcinam subterfugisse reperiar. Nam, vt vera fatear, vitę ipsius textum, casu mihi repertum, aliquandò percurri, quē per loca sanè verborum inanibus flucturis, vt ita dicam, imprægnatum offendi. Quas si iuxta mandatum vestrum demere voluissem, & locum vacantem sine additamento dimisissem, dum interrupta verborum series malè cohærentes efferret sententias, non castigatum, sed decurtatum potiùs, & totum inconueniés opus reliquissem. Nam vestimentum, quod sub seris ad solennem vsum seruatur, si fortè tineis demolientibus, aut quouis modo diruptum, hiantem scissuram effecerit, vlteriùs ad antiqui decoris speciem non valet reparari, nisi quis ex consimili materia & conformi opere pertusum hiatum subtili etiam arte ità repleuerit, vt nec commissurę signū vllum in eo appareat, néve intuitu oculi quis possit aduertere, q̄ à pristina soliditate aliquid defuisset. Ego igitur tā subtilis ingenii peritiam in me vigere non sentiens, decreui aut ex toto omittere, aut ex toto, si fas esset, innouare. Sed istud superbū, illud arduum videbatur. Nā iussa vestra prætermittere, superbū erat: quod supra vires est attentare, temeritas, non ratio, fuerat. Verùm diù mihi super hoc hæsitāti, proxima nocte visa est quædā venerāda canitie superuenissa persona, vna quidē manu virgā, altera codicē gestans. Virgā, qua puerorum errata corriguntur: codicē verò, hunc ipsum, vt mihi videbatur, quē casu mihi oblatū percurrisse me superiùs intoli. Cū his verò & alia, quæ ad vsum artis scriptorię q̄ri assolent. Intendere in eū iubeor. Ille motu indignātis, me in hunc modū coercuit: Vsquequò, inquit, serne piger, vsquequò ignauiter agis? Vsquequò inobediens eris? Sic minaci me fronte increpitans, codicem cum his, quæ tenebat, p̄ter virgā, mihi iactare visus est, ità dicendo: Accipe, & nè vltra dissimules: alioqui venio tibi, & non virgis, sed scorpionibus te vt ignauum & pigritantē cędam alumnum. Mox interrumpente diluculo, stupore simul & horrore consternatus, à lecto dissilui, & ad opus iniunctum, (quid enim aliud facerem?) qualibèt imparem me accinxi. Super quo lectorem, quisquis ille est, obsecro, vt si quid in eo absonū, aut, quod æstimo, rustico stylo editum inuenerit, non obliquo zelo fatuum damnet scriptoris ingeniū, sed iubentis veneretur imperiū. Nec delectetur pasci amara salsugine cauillationis exemplo eorum, quibus familiaris est vsus, seu rectum, seu paruum quid ab homine audierint, infestis illud odiis impugnare. Nam eùm persona per inuidiam displicet, nec recta, quæ protulerit, placent. At contrà bonorum corda, quibus in odium non uenit persona, sed culpa. sic praua diiudicant, ut recta, quę dicuntur, assumant. Discernendis enim sententiis ęquissimi arbitri resident, & sic malè

✱ Gēmeticensis.

Visio Authoris. cūctantis ad hanc scribendā historiam accedēis

Nota qd mali pariat inuidentia.

prolata

prolara respuunt, vt tamen approbent, quæ ex veritate dicta cognoscunt. Solet nanque inter spinarũ multitudines de frugis semine spica succrescere. Cauta ergò manu operantis agendum est, vt dum spina tollitur, spica nutriatur: quatenùs qui studet eradicare, qđ pungit, nouerit seruare, quod reficit. Hanc ergò lector si mihi veniam præstet, incipiam.

VITA.

15. Septẽbris. Cap. 1.



NTER nobilissimas Aquitaniæ vrbes, Pictauis ciuitas caput attollit, quæ hinc murali ambitu circunscepta, hinc copiis militaribus suffulta, & suos fouet ciues intertùs, & hostiles procùl pellit incursus. Nam præter cæterorum gratiam elementorum, etiam soli vbertas & publicam famem repellit, & annuis successibus affluentis vindemiæ germina grata refundit. Felix hac rerum opulentia freta ciuitas, sed longè felicior patrociniis sanctorum præmunita. Huius intrà mœnia miles quidam alto parentum sanguine ortus, prædines opibus, inter conciues suos, quod rarum esse constat, sine inuidia pollebat, nomine Anscharius. Huic erat vxor cognomento Ermena, claris & ipsa orta natalibus, quę generosi sanguinis prolapiam egregia morum dignitate longè superabat. Cui circa pauperes & peregrinos officiosa sedulitas, multiplicem apud Deum & homines gratiam acquirebat. Eius Dominus operibus complexatus, filium illi dedit nomine Aichadrum. Qui sacro fonte innouatus, & intrà patrios lares enutritus, mox vt annos intellectuales attigit, superna illustratione præuentus, quod ętas immatura non dederat, multiplici decore virtutum clarus emicuit, sanctis studiis deditus, in quibus est animæ nobilitas, morum honestas, decus naturæ, laus disciplinæ. De illo pater & mater vario inter se sermone conferebant, quo videlicet cultu, aut quo viuendi ordine se puer egregius gerere deberet: an in patriis armis se ad militiam secularem accingeret, an sub clericali toga in sortem Domini computari deberet. Pater siquidem sub Rege Clotario militando, crebris expeditionibus & armorum bellica sarcina perfractus, iam ab ingrato labore, si fas fuisset, quiescere præoptabat: sed ex decreto legis patriæ hoc vnum necessarium illi incumbebat, vt si terrena patrimonia inconcussè seruare maluisset, ipse resumptis armis ob defensionem patriæ ad bella procederet, aut ipse se vicarię opis auxilio tuaretur. Hac legis obseruatione pręstrictus pater, filium militaribus negociis assuescere præmonebat, vt tali in tempore filius inter armatas legiones militaturus, patrem supportaret annosum. Mater verò econtrà mariti consilium longè aliò inflectere nitebatur, protestata se pro filio votis insolubilibus esse obligatam. Nam eo tempore, quo ipsa partu imminente crebris doloribus quatiebatur, affirmabat, si saluo partu, cęli Dei adiutorio mortis periculum euasisset, affirmabat, inquam, se quicquid peperisset, diuinis cultibus deuouisse. Hanc igitur sibi pręstari à marito indulgentiam postulabat, nè retractata promissione voti ream efficeret, ne've filius pro hac re aliquandò iudicio Dei periclitaretur. Verùm dum pater multa obstinatione votum mulieris improbaret, nec ipse à proposito suo emolliri potuisset, eccè ad dirimendam litem inter eos medius illius filius interuenit, dicens patri, nulla se rerum mortalium ambitione teneri, & ideò nulla inanes militiæ pópa delectari. Christi, inquit, pater, me militem esse decreui: me, nisi mors, à militia Christi nemo euellere pręualebit, dum tamen, quo id implere valeam, me interim à catholicis authoribus liceat addiscere. Videns pater filium immutabilis propositi tenere constantiam, noluit eum vltrà turbare: quin potiùs se & filium voluntati Dei attribuit, vt quò filium superna inspiratio euocasset, eò & libenter pater annueret.

Vbertas soli Pictauensis.

Parentes S. Aichadri.

Virtutib⁹ pollet adhuc paruulus.

Votum matris et⁹ parturientis.

Magnus cõtempt⁹ mundi in Aichadro puero.

Cap. 2.

Erat eo tēpore in finitima regione senior quidam, vitæ honestę actibus deditus, in studiis liberalibus fundatus: qui quanto solerti erat fretus ingenio, tanto ęqui & recti erat constantissimus defensor. Huic familiaris erat consuetudo, auditores suos de cõtemptu mundi, de beata vita succedentibus exemplis informare, seipsum aliis continentiæ ac sobrietatis speculũ exhibere. Porrò de remotis ac vicinis partibus huic ad instruendum diuites & nobiles filios suos transmittebant, qa ipse eo loci, totius disciplinæ areē tenebat: de quibus postmodùm Apostolici sacerdotes, venerabiles abbates, & animarum rectores in sancta Ecclesia claris emicuerunt exẽplis. Quid plura? Huius egregia fama excitatus puer bonæ indolis, venerabilē virum adiit, expostulans ab eo intimæ conuersationis ipsius sibi locum non negari. At senior causam itineris, generis quoquè & rerum ex ordine seriem percontatus, puerũ gratanter suscepit, summaq; diligentia tractauit. Inprimis diuinę Psalmodię iussit puerum pręgustare dulcedinē, quam mira celeritate addidicit. Nec mora, nouitius scholasticus infra breue tēpus in omni genere sacrę disciplinæ adeò perfectus emicuit, vt cunctos non solùm præiret scientia, sed virtutum quoquè supereacelleret gratia, potens in ieiuniis, patientia fortis, humilitate fundatus, cæterarum etiam virtutũ gratia decenter ornatus. Erat adhuc decē, vt videbatur, annorum.

Tradit se in disciplinam cuidam sancto viro.

Mirus eius profectus in literis & virtutib⁹.

Cap. 3.

Intereà subit cogitatio, vt quia confluentem turbā vitare non poterat, quę secretũ amantibus permolesta est, locũ quemlibet desertũ, quemlibet remotum quæreret, in quo à mundi turbine remotam vitā in arcem summę cõtemplationis & quietis solidaret. Hæc illi cogitanti auditus est locus celeberrimus, cui nomen Ansionis, in quo monachorum non minima turba regularis vitæ disciplinā seruabat. Hũc ille valdè appetens, iam duodennis eò properare voluit, sumpta priùs à magistro licentia, & parentibus salutatis, qui eũ summoperè ab ea intentione reuocare conabātur. Quib⁹ cùm ille nulla ratione persuadere posset, vt paterentur ipsum Deo seruire, quod & mater & ipsemet quoq; Deo vouissent, illis inuitis ad locũ memoratũ abscessit. Quò cùm deuenisser, eũ omni reuerētia à fratribus monasterii excipitur. Dehinc exploratis singulorum officiis, huius humilitate, illius obedientia, alius charitate, cæterorum quoquè digna conuersatione, à patre monasterii & fratribus venerādus adolescēs expetiit, vt intrà sanctũ eorũ collegium aliquandiù ipsum licuisset cõmorari, & eorũ exemplo sanctæ religionis habitu informari. Nec illud difficilè impetrauit, profitentibus cunctis, se cõione eius delectari. Susceptus itaq; intrà caulas Dñici gregis agnus innocēs, memoranda de se virtutũ exempla cunctis exhibuit. Quis.n. humilitatis, quis obediētię & patientiæ ipsius documenta valeat explicare? Ibi coma capitis deposita, iugũ Christi suaue suscepit. Nec Christus lucernā suā sub modio diù latère passus est: verùm cæci & claudi, & varia clade depressi, monitis Angelicis ad eũ ire iubentur. Nec mora: quocunq; genere morbi vexati te oebantur, celerē reportabant salutē. Quod ille factũ à notitia hominũ, si fas fuisset, occultare nitebatur: sed magnalia Christi per vicos & plateas voa publica pronabat, quæ in aduentu Aichadri præsentem regionem à Deo visitatā esse asserebat. Nā etsi homines ex iussu viri Dei silere voluissent, tamen ex obsessis corporibus dæmones eiecti, fateri cogebantur. Mirātur senes,

Duodẽnis appetit religionem.

Recipitur ĩ monasterio quodã.

Mar. 4. Luc. 8. 1 t

Tõdetur coma capitis et⁹ more monastico.

Morbidos omnes sanat.

miran-

nilrantur iouenes tantam in eo virtutum gratiam subitò emicuisse, mirantur ciues, mirantur agricolæ inauditam fertilitatis gratiam terris infusam.

Cap. 4.

Iam viginti annorũ cursum venerandus expleuerat adolescens, cùm quadã die à fratribus obediẽtię onus impositum expleturus, longius à monasterio digrederetur, diuinæ Psalmodiæ cursum ex more solus decãtans: & eccè repentè voa illi cęlitùs emissa huiusmodi insonuit: Ibunt sancti de virtute in virtutem. Hinc ille circunspiciens, dum loqnentis personam nullã intuer, vocis tamen dulcedine oblectatus, mirari cœpit qui solitarius incedebat, à quo vel ad quem voa hęc personuisset. Curiose igitur perlustrans, dũ neminẽ comparuisse videret, intellexit se cęlestis oraculi voce portẽdi: vt per innocentię semitam gradiendo, de imis ad alta virtutum proficeret, donèc intimæ cootemplationis oculo supernæ visionis lucem penetraret. Iam certus vir Domini, intelligit præcedentis versus finem sibi seruari, & consequenter adiecit: Videbitur Deus deorum in Sion. Huius rei signum nulli in vita sua mortali pandere voluit, nisì cuidam probatissimo seniori, & fidelis silẽtii viro, quẽ, ut & ipse celaret hoc, summo nisu obtestat^9 est. Sed quamuìs quotidianis incrementis anteà in Christi famulatu ꝓfecisset, ex hoc tempore à rctioribus ieiuniis & vigiliis carnẽ domare studebat: ut nulli dubium foret noua de cælo mandata suscepisse, quem sic repentè ab anterioris vitæ vsu immutatum videbant.

Psal. 83.

Audit vocem cælitùs lapsã.

Cap. 5.

Interà de sua parentũq; salute solicitus, cœpit meditari, qualiter patris animum attentare valeret, vt de rebus hæreditariis suis Ecclesiam Dei hærædem faceret, & in sumptus seruorum Dei partem aliquam trãscriberet. Egressus igitur, patrẽ sic alloquitur: Tu quidem, pater charissime, ante annos me hortabaris, vt relicto proposito, ad terrena & caduca patrimonia me conferrem, nè alienus hæres in ius mihi debitum subintraret. Qua ire si tuo fractus imperio à Christi militia apostatassem, & ad mortale seculum & carnale me cõferrem matrimonium: obsecro te, quã tibi animæ beatitudinem exindè venturam prętuideras, dũ ex nobis filii & agnati progeniti, in cõuiuia, aut certè in vanam & pompaticam militiam effundentes, omne patrimonium deperderent? Quocunq; verò anima tua pœnali ergastulo teneretur, nihil illi sanè curarent, dũ illis in deliciis & voluptatibus iucundam sibi vitã agere licuisset. Proindè si patrimonium vestrum in æterno testamento vultis adscribi, talem ego vobis quæro hæredem, per quem illud & nũquàm amittere, & semper habere possitis: per quem illud & temporaliter habere, & æternaliter valeatis possidere: Hęredem, inquam, qui vobis pater & mater sit, qui vos nec in hac vita deserat, & æternæ vos patriæ ciues efficiat. Si quæritis, quis iste tantus, vel quo parente editus: est reuerà diuini genitoris vnica proles, noui & æterni testamẽti author potens, Ecclesię sponsus immortalis: quẽ si rerum caducarum vestrarum vultis habere consortem, nec mũdana potestas, nec q̃ cuncta subruit mors æmula, vobis eas adimere poterit. At si eas retinere vobis satiùs videtur, videte, nè, dum securè tenere eas confiditis, irrumpente mortis articulo cuncta penitùs amittatis. Porrò vita breuis breuibus suppeditatis alimentis, nec quæ diù stare non potest, longæuis stipendiis eget. Reuocemus, si fas est, ab inferis illos diuites, illos potentes, tuos videlicet progenitores, quos nobilis sanguis, alta potentia regius cultus florẽtes, inter suos cõciues exhibebat: reuocemus, inquam, & quæramus, quę illis apud inferos constat potentia, quæ dignitates, qui ornatus: illis, inquam, quorum corpora tabe & putredine consumpta, intrà sepulcra sua seruãtur ad illum magni iudicii diem, quo recepturi sunt de benè gestis pręmia, aut de malis supplicia æterna. Vos igitur si ea, quę sanctis promittitur, beatitudo delectat, salutaris consilii viam arripite: & q̃ inuiti amissuri estis, æternaliter seruare contendite. Eccè quæ mihi pręstantiora ad vestram æternam memoriam videntur, audistis: vos deliberate, quę vobis animo potiùs constet sententia. Verùm præmonitos vos esse volo, vt si meo acquiescitis consilio, nè differatis vsque ad eaitum: quia non reputabitur in pręmium, quod non potestis ferre vobiscum.

Hortatur parentes, ut ecclesiã ædificent.

Christus, noui testamenti author et Ecclesiæ spõsus.

Iohan. 5.

Cap. 6.

Ad hæc pater tale filio dedit responsum: Quis, ó fili charissime, quis nisi mente captus hoc consiliũ non credat non ab homine, sed à Deo inspiratum? Licèt hucusquè tua inuenta pro nihilo reputauerimus, iam nihil superest, in quo nostra tibi voluntas contraire debeat. Tu qui es monitor, tu etiam huius fueris operis ordinator, tu procurator adesto. Tu ergò in quocũque nostri patrimonii loco ecclesiam Deo instaurare volueris, nostrũ erit ex ꝓpriis sumptibus ædificare, & ex terris, & cæteris, q̃ in vsus famulorũ Dei cõpetere vidẽtur, munifica largitate ditare. Tu nosti haud ꝓcùl à nobis quendã hęreditariũ nobis vicũ *Quintianũ, in quo monasterium in honorem sancti Petri fundatũ, dñs Philebertus regulari disciplina cõmuniuit: sed ꝓ exigua rerum appendentium possibilitate, raro famulantium numero coarctauit. Tu ergò vnum, quod vis, è duobus elige: aut eundem locum de rebus facultatũ nostrarum ampliorare contende: aut tu alterum in honorem sanctæ Mariæ in proprio territorio nostro ædificare nè differas: & nos illud terris & vineis, pratis & pascuis vberrimis amplificare promittimus. Nec mora, de promissione patris hilarescens, maturiùs explere ardebat, quod animo conceperat. Sed reputans, ꝙ inconsulto Episcopo illicitum foret sibi in qualibet diœcesi monasterium construere, Ansolaldũ Pictauẽsem Episcopum impiger adiit, (nam in parochia sua præfatus ager erat) & super huiusmodi assensum ipsi^9 gratanter impetrauit. Ipse Episcopus libens annuit, ipse primus operi manũ apposuit, ipse perfectum oratorium in honorem beatę Marię dedicauit, ipse collata donaria sub testamento scripta roborauit. Quam dedicationis diem solennibus officiis peractam, non sine diuinæ authoritatis nutu expleram, qui affuerãt, cognouerunt. Nam dum peractis officiis venerandus Episcopus & beatus Aichadrus ad horam refectionis cum cęteris fratribus ad mensam discubuissent, lector aperto codice, primò sibi oblatum versum Dauidicũ intulit: Hęc dies, quam fecit Dominus: exultemus & lętemur in ea. Mox vir Apostolicus ex prophetali versu sumpta occasione, beatum Aichadrum intuens, iã prę gaudio silentium rupit, & spiritu exultante, Frater, inquit, charissime, nunquid audis, qualiter nos ad exultandum & lætandum diuina psalmodia præstringit? Credo etenim, nec vana fides, non fortuitù lectori prophetalẽ versum ad manum venisse: sed nutu ipsius, qui cuncta ordinat, factum esse constat, vt intelligeremus nos prophetico spiritu præmoneri, vt qui ad supernam Hierusalem festinamus, pręsentis ecclesiæ solennem diem exultantibus animis celebrare curemus. Dubium sanè nulli credenti esse potest, quin hodiè super hanc domum, quam licèt indigni Deo dedicauimus, supernæ ciuitatis pateant ianuæ, & ipse Dominus, licèt semper per uota & preces filiũ libens suscipiat, hodiè in cunctis se ꝓsentiùs exorabilẽ ꝓbeat. Vndè & nos, q filii Ecclesiæ sumus, matris nostræ hũc diẽ festum ab anno in annũ cultu celebriori renouare studeamus. Ità ordinatis omnibus, quę loci & tpis opportunitas exigebat, abeunte põtifice, ipse dñs Aichadrus in loco resedit. In quo probatas ꝓsonas sub regularis disciplinæ titulo constituit: ipse signifer diuinæ mili-

Parentes libẽter eius consilium amplectũtur.

Nota antiquorum studium erga condenda & dotãda monasteria.

Ansolaldus Episcopus Pictauẽsis.

Psal. 117.

Dies dedicationis ecclesiæ cultu celebriori quotãnis celebranda.

militię, ipſe forma vitę & ſpeculũ ſobrietatis & iuſtitiæ, ſubiectis ſuis ad patriã cæleſtẽ verbo & exẽplo ducatũ pbebat intantùm, vt creſcẽte religione, infra breue tpſ locus ille famę celebrioris nomen obtineret.

Cap. 7.
Magna S. Philiberti virtus & ſanctitas.
Eius vita habetur 20. Aug.

Hac tempeſtate venerandus Dei ſacerdos & Abbas Philibertus, Gimeſienſis cœnobij eccleſiã regebat, vir miræ abſtinentię & doctrinę, ac vitę meritis decoratus: de quo liber vitę editus, inter cætera, quę ab eo geſta narrat miracula, patientiã & longanimitatem ipſius tã tam enumerat, vt ſi ratio temporum & occaſio carcerẽ, aut ignẽ, aut certè gladiũ exhibuiſſet, hic certè tenebroſi carceris ergaſtulum non diffugiſſet, hic pœnalis incendij flammã, aut ferientis gladium intrepidus ſubiret. Enimuerò quantas ab impijs inſidias, quantas à falſis fratribus vſq; ad carcerem pertulit iniurias, cùm tñ nullis ad odium iniurijs, nullis ad vltionem moleſtijs victria patientia vnquàm potuit incitari? Vigebat ſanè in eo virtus authoritatis, qua Reges & principes malè agentes libera fronte corripiebat, longè ab eodem diſtans conſortio, quales noſtro hoc tempore in Eccleſia Dei conſpicimus, quod non ſine dolore dicimus: quibus mos eſt prauorum principũ mores aut omninò tacendo approbare, aut adulatoria arte demulcere. Vnde & ipſe ab Ebroino, qui maior in aula regia, aduersùs Frãcorum principes furiali mente cõſpirauerat, quique beatum Leodegarium, varijs pœnis cruciatum, fecit interfici: vndè ab eodem, inquã, Ebroino infeſtis odijs inſectabatur, hac maximè cauſa, ꝙ eum ad monaſterium, de quo præuaricator exierat, redire monebat. Quod cùm ille minùs audiret, beatus Dei athleta eum a cõione fidelium, velut reprobum & apoſtatam, extorrem fieri debere indicabat. Nam is Ebroinus ſub rege Clotario Maior domus extiterat, & quia apud Regem prę cunctis familiaris gratię locũ obtinebat, multos Frãcorum nobiles ſublatis exhæredauit patrimonijs, varijsque perturbare non deſtitit iniurijs. Verùm defuncto Rege Clotario, cùm germanum ipſius Theodoricum in regnũ fratris contra uoluntatẽ Francorũ ſubſtituere idem Ebroinus molíretur, Franci veteris iniurię memores, metuentes ſi eius diſpoſitio prçualuiſſet, ipſe in eos rediuiuę crudelitatis animo pernicioſius efferberet, perturbato ipſius conſilio, Childericũ ſibi Regem fecerunt.

Nota, cur Ebroinus S. Leodegariũ perſecutus ſit.

Cap. 8.
Ebroinus fit monachus.

Eo terrore conſternatus Ebroinus, transfugio ſibi conſulere ſatagebat. Sed cùm effugij tutũ non reperiret conſiliũ, poſtulat à Rege, vt relictis omnibus, quæ poſſederat, in monaſterio ſub regulari diſciplina ſibi viuere liceret. Rex autem alta mẽte retractans ſtudia ipſius, quibus aduersùm ſe Ebroinus machinatus fuerat, quo à regno Francorũ extorrem faceret, vix ad hoc conditionẽ inflecti potuit, niſi beatus Leodegarius, quẽ Rex idem ſuo conſilio præfecerat, multa id prece obtinuiſſet. Ita Ebroinus in monaſterio Luxouio monachum profeſſus euaſit. Sed nõ multò pòſt audiens Childericum defunctum & Theodoricum in regnum ſublimatum, vt leo ruptis retibus elapſus, ità rupto propoſito, è monaſterio furibũdus ſe exemit: dehinc Regis amicitiam emeritus, in gradum priorem reſtituitur. O rerum miſeranda conuerſio. O dolenda libertatis nouæ conditio. Nam hic, de quo ſermo eſt, Ebroinus videns ad arcem ſuæ nequitiæ Regis adſpirare potẽtiã, ſe in omnẽ irã collegit aduersùs hos, quos cõtra ſe de regis electione olim cõtendiſſe meminerat, & maximè aduersùs ſanctũ virũ Leodegariũ. Hũc ſanè feralibus odiis pſequebatur, nulla ipſius alia cauſa offenſus, niſi ꝙ apoſtaſiæ ipſius ſecretò repræhendebat errorẽ, ac vt pater filiũ de reditu blãdè admonebat. Sed peruerſa mens nõ poterat viri iuſti correctionẽ ſuſtinere: immò furiali ſpiritu accẽſus, pſequi monitorem ſuum non deſtitit, donèc oculis effoſſis, lingua ſucciſa, tandẽ Chriſti martyrẽ gladio interfecit.

Vilis apoſtata redit ad vomitum.

S. Leodegariũ occidit.
Vide vitã eius 2. Oct.

Cap. 9.

Porrò beatus Philibertus, cùm p cauſa monaſterij ad palatiũ properaſſet, ibi pfatum Ebroinum conſpiciens, tentabat ferũ animum blãdis allocutionibus ad reſipiſcendi conſilium inflectere, aut ſi id non procederet, vt exẽplo beati Leodegarij felici vitam morte finire. Igitur vir Dei cùm feram peſtem à pposito malitiæ nequiret auertere, iam ſtimulis acrioribus durũ pectus cœpit pũgere, & quædã de imminentibus animæ ſupplicijs prædicere. Videns aũt callidus hoſtis in viro Dei tantã mẽtis cõſtantiã, qua eũ a ſe nullo modo poſſet auertere, arte quadã moliebatur, ſi fas fuiſſet, eũ ab increpatione deflectere, offerens ei auri & argẽti precioſa talẽta cum ingentibus ornamẽtis. Quæ vir Dei alto conſilio reprobans, dicebat nulli Chriſtiano fas eſſe ſuis donis cõmunicare. Fremens ergò rabidus lupus, ad nocumentũ viri iuſti ſe animoſiùs accinxit.

S. Philibertus cõtẽnit munera eius.

Percõtatus itaq;, cuius diœceſanus eſſet, dũ comperiſſet ex Rothomagenſis coloniæ monaſterio eſſe, pquirere cœpit argumenta, quibus virũ Dei penitus extinguere, aut cęnobiũ ipſum Gimeſienſe funditùs poſſet euertere. Literas itaq; arte cõpoſitas beato Audoeno, qui tũc temporis pontificalẽ cathedrã regebat, tranſmiſit, tanq̃ ex nomine Philiberti ad Regẽ miſſas, quibus ipſum pontificẽ reũ maieſtatis incularet; necnon auri & argenti pondus enorme theſauris regijs eũ accumulaſſe, per quod Regis animũ ſibi conciliaret: vt ſanctũ pontificẽ à ſede propria extorrẽ perpetuo exilio dãnaret, & ſe in locũ ipſius ſubrogaret. Ad fidem igitur cõmenti huius faciendã, viros nequiſſimos ſubornabat, qui beatũ Audoenũ, licèt longè abhorrentẽ, tandem, dum dolum non præuidet, importunis monitis ad credendum impellunt, adeò ut ſanctum Abbatẽ carcerali ergaſtulo recluderet: vbì per aliquod tpſ demoratus, anterioris patientiæ virtutẽ non amiſit. Beatus verò põtifex, mox vt accuſationẽ ex inuidia confictã intellexit, & undè inter Ebroinũ & ſanctum Philibertũ cauſa odiorum emerſerat, recognouit, pœnitentia ductus, virũ innocentẽ non ſine honore de carcere eduxit, & monaſterio ſuo decẽter relocauit.

Vide inſignem Ebroini fraudem.

Vide q̃ poſſint linguæ mendaces.

At vir Dñi Philibertus, timẽs, nè p vnius ſui odio beſtialis animus in totũ gregẽ feritatis ſuæ procellã intorqueret, dũ iam terras & poſſeſſiones monaſterij lõgè poſitas aſſiduis incurſionibus vaſtare nõ ceſſabat, decreuit longiùs à loco quẽ regebat, abire, vbì eremiticã vitã agere potuiſſet. Sed valdè ſibi videbatur indignũ, gregẽ ſibi cõmiſsũ ſine paſtorali regimine reliquiſſe. Erat ei paulò antè de beato Aichadro fama pcognita, p alienos audita, p ſuos legatos certiùs exquiſita: ꝙ apud Quinciacũ Pictauẽſis colonię vicũ, inſaucta cõuerſatione nulli inferior claruiſſet. Hunc, ſi ità nutu Dei pordinatũ foret, ſuo in loco ſubrogare nitebat: vt vel hinc tã ſancto viro reuerentiam pfatus aduerſarius exhiberet, & à loco ſuæ tyrãnnidis inuidiã refrenaret. Inſtabat ei & alia, ſed ad id efficiẽdum cauſa opportuna. Siquidem memoratæ vrbis Epiſcopus, Anſoaldus nomine, in inſula * Erio maris nuncupata, monaſterium conſtruxerat, quod de rebus ſuis hęreditariis plenè ditauerat: in quo monaſticam regulã inſtaurare præoptabat: & ea gratia multo ex tempore B. Philibertum eò attrahere conabatur.

Anſoaldus Pictauorũ Epiſcopus condit monaſterium.
Cap. 10.

Concurrẽtibus itaq; cauſis, hinc videlicet Ebroino pſequẽte, hinc Epo poſtulante, tertiò aũt pro beati Aichadri expeditione, beatus Philibertus ſumpta profectione, Pictauos vſq; peruenit. Ibidèm de iniurijs Ebroini, & monaſterij ſui incõmodis, multa & vera cõqueſtus eſt, quę vir Apoſtolicus Anſoaldus primò quidem ægro animo accepit, ſed opportunum votis ſuis euentum gratulatus, viro Dei reſpondit: Audiſti pater amantiſſime, qualiter Dñs & magiſter noſter cęleſtis

dulci-

discipulos suos, cùm de mundi eos persecutione præmuniret, dicebat: Cùm persecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. *M.ac. 10.* Exigit ergò tempus, vt diabolo exercendæ crudelitatis locũ adimas, nè in gregẽ Dominicũ crudelitatis procella effusius incũbat. Prouideat sanctitas tua de monasterio fratrẽ idoneũ, q oneris huius in se curam suscipiat, qui mores & studia magistri in condiscipulis rependere sobriè nõrit. Ego sanè non absq; Dei benigna ordinatione actũ esse profiteor, ꝙ nostris impulsus partibus applicuisti, quem multo ea tempore videre optabã: vt de tua institutione nostri monasterii, quod Erio maris in insula construximus, patrẽ habere potuissemus. Nunc quia teipsum grata tẽporum occasio nobis cõdonauit, nè tu, q̃so pater, diuinæ, vt vides, ordinationi contraire studeas: sed locũ, quẽ tibi offerimus, regendũ suscipe, vt & de cæteris negotiis, quæ curæ pastoralis solicitudine indigent administrari, te secundum adiutorem habeã. Cui beatus Philibertus: Prouidebit sibi, inquit, Dñs iuxta voluntatem suam loci ipsius moderatorem, nec diutiùs sine pastorali regimine languere patietur locum sibi dicatũ: tu mihi tñ causam, pro qua beatitudinis tuæ sedẽ appetii, ne patiaris (obsecro) mihi negare: Frater & dñs noster Aichadrus apud Quintianum vestræ diœcesis vicũ, moderno ea tẽpore monasteriũ regit. Hũc si uestra paterna gratia ad regendũ locum nostrũ dare dignabit, quamuis mihi onerosum sit huiusmodi regimen ultrà appræhendere, nõ tñ diffugiã subire, quodcũq; onus mihi imponitis. Alioquin qđcunq; periculũ mihi subeundũ sit, locũ sibi cõmissum nec metu mortis deseram. Hinc venerandus p̃sul, velut alto vulnere saucius: O, inquit, pater charissime, quantũ hoc vno verbo me turbatũ reddidisti, quo dilectũ nostrũ & uniuersæ patriç necessariũ ab hac prouincia quæris remoueri. *Nota Dei beneficia pp S. Aichadrum toti regioni collata.* Qua in re si contensum adhibeo, quãta (putas) plebis in me maledicta cõgessero? Nã ut de cæteris virtutibus ipsius sileã, testantur agricolæ, fatetur plebs vniuersa, ea quo beatus ille frater habitationis suæ in hac diœcesi sedẽ delegit, morbus & tẽpestas, fames & gladius, grãdo & sterilitas, & noxia uis procellarũ, ab hac regione aufugerunt, quç annis singulis pagũ istũ dãnosa infusione populabãtur. Omittenda tibi igitur est, frater, hçc petitio: hoc a nobis potiùs tibi expetẽdũ est, in quo mihi, non uniuersæ plebi, incõmodus fueris. Veruntamẽ super his diuinç uoluntatis experimentũ capiamus, vt si a Deo authore hæc ista sit promotio, nõ intractabile, sed beneuolũ se nostris prçbeat consultibus. Si aũt inexorabilẽ offendimus, sciamus nos aduersùs Dei uoluntatem quærere à loco suo mouere hominẽ. Nè tu itaq;, frater mi, dissimulandi studio me talia confingere credas, properemus ad uirum Dei, & sciscitemur voluntatem ipsius. Talia inter se his duobus pastoribus conferentibus: proxima nocte beatũ virum uox emissa præmonuit, nè obstinatiùs aspernaretur mandata, quæ sibi proximo manè delata forent. *Visio S. Aichadri.* Diuinitùs autẽ ad regimen Gimesiensis cœnobij prçordinatus extiterat. Mox subsequenter illi duo viri Dei, Episcopus Ansoaldus, & beatus Philibertus, in somnis beato Aichadro apparuerunt: Episcopus virgã pastoralem, beatus vero Philibertus regulam S. Benedicti porrigebat, ambo quasi ex uno ore dicentes: Surge frater, & officiũ, quod tibi à Deo imponitur, obedienter suscipe. Accipe virgam, per quam subditorum errata corrigas, & ad rectum disciplinæ reducas. Librum etiam, vt tu primò quæ i eo exarata sunt custodias, & in his tibi subiectos informare nè desistas.

Cap. 11. Manè autẽ facto, vir Dei tacitus intrà se visionis vẽtilabat arcanũ, cùm equo in cursu fatigato legatus à præfatis patribus missus, ante præsentiã ipsius aduenit, & reuerenter consalutato, mox adfuturos patres nunciauit. Animaduertens vir sanctus visionis suç effectũ non longiùs differendũ, ait: Ad sortẽ tuã meum in manu tua Deus meus. Si tanti oneris mihi instat sarcina amplectenda, fiat tuo adiutorio: & quodcunque illud fuerit, tua ope, tuo munimine, cõplacito tibi fine expleatur. Nec mora, superuenientibus patrib⁹ tota loci ipsius congregatio cum Crucibus & textis Euãgelicis & solẽnis pompæ ornatu obuiàm venit, dicẽs: Benedicti, qui veniunt in noĩe Dñi. Paratis deniq; omnibus, quæ ius hospitalitatis exigit, dum eos vir Dei ad mẽsam vocaret, venerãdus Eps cũ beato Philiberto illũ paulò ad remotiorẽ locũ educunt, & aduentus sui causam simul & petitionẽ exponunt: cùm de uerbis eorũ interim ad modernã visionẽ aius ipsius recurrit, & colloquẽtibus ait: Si est, patres mei & dñi, si est, inquã, hoc ex Deo consiliũ, quis ego sum, qui diuinç dispositioni contraire debeã? Vos autẽ miror tot patres venerandos, consilio & prudentia sublimes prçtermisisse, & me vnũ nouitiũ, me, inquã, fatuũ, nulla virtutũ gratia pollentẽ, ad tanti regiminis onus delegisse. *Admodũ vili ter de se sentit S. Aichadrus.* Tu, inquiunt, pater sancte, nè dixeris. Nã etsi ità foret, vt dicis, potẽs est ille, cuius nutu nos huc aduenisse cõfidimus, potens certè oẽm gratiã tibi infundere, qui aridã terrç faciẽ fluẽtis cçlestibus inebriare, & fructuũ vberiorẽ de sterili humo producere valet. Quód autẽ nobis obijcis, prætermisisse nos viros illustres, meritis & prudentia ornatos, & te nouitium & fatuũ elegisse: super his tibi verum respõsum damus, ꝙ diù quæsitis & perscrutatis oibus, oẽs in te vno cõspicimus, & singula singulis gratiarum dona disperti ta, tibi multipliciter infusa cognoscimus. Nè nos igitur diutius protrahas, nève cæleste decretum euertere præsumas: sciens quia non hominibus, sed Deo cõtraisse videberis, si inconsultos sup his nos à te remiseris. Hinc uenerabilis heros: Nõ eqnidẽ vobis contrare volo: immò Christo in nobis obedire gratãter exopto. Verùm quod superest diei, nobiscum Deo authore peractori estis, & manè facto, consilium hoc fratribus nostris reuelabitis: quia inconsultis * illicitum est nobis & illos deserere, & ad alia loca demigrare. *for. * eis,* Qđ & ipsi libenter annuunt. Et iã dies crastina illuxerat: fit conuentus fratrũ, panditur eis consiliũ. Quis uerbis explicare queat, quantus dolor, quanta suspiria? Tanquam filii paterni funeris nuncium audissent, dolor internus nullo cõsolationis uerbo leniri poterat, donèc gregis Dominici curã sub regimine beati Philiberti constituit, & sub eo, quem ipsi ex fratribus voluissent patrem habere, eligendi liberã donauit optionem. Ita, Deo inspirante, vnanimes facti omnes, communi voto, quod quçrebatur, assentiunt. Nec mora: Eligitur quidã uenerabilis frater, Probus nomine & moribus, qui ab eṗo cõsecratus, à beato Aichadro institutus, prçfatum locũ, quoàd vixit, strenuè rexit. *Probus Abbas in locum Aichadri subitui tur.* Data itaque pace, & valedicẽtes fratrib⁹, venerãdus pontifex cũ beato Philiberto sanctũ Dei Aichadrũ in Neustriã ꝓuinciam vsq; deducunt. Hinc Rotbomagensis sedis Pontificẽ, beatũ Audoenũ videlicet, adeũt, cui beati Aichadri & genus & nomen, immò vitç sanctitatẽ notificantes, sũma prece depostulat, ut qa per inuidiã Ebroini Gimesiense cçnobiũ sine pastore esse nouerat, hunc talẽ virum ipse loci ipsius rectorẽ substitueret. Quod & dñs Archiepiscopus libens annuit, simulq; descendẽs cũ eis, virũ Dei Aichadrũ p̃fato monasterio subrogauit. *S. Aichadrus p̃ficitur monasterio Gimesiensi.* Nec poterat talis cõmutatio sine gaudio eẽ, & dolore. Mçrẽt illi, ꝙ amittũt sanctissimũ patrẽ: gaudẽt isti, ꝙ recipiũt consolatorẽ piissimum. Substitutus ergò i loco memoratus pater Aichadrus, qualem se quantũq; in omni genere virtutũ exhibuit, non est præsentis negocii per singula explicare.

L   Iam

Cap. 12. Iam dies aduenerat, quo fratres monasterii ad op

Iam dies aduenerat, quo fratres monasterii ad op' obedientiæ causa necessaria promouebat. Beatus verò pater intra septa oratorij contemplationis secretũ agens tenebatur. Sensit per spiritũ vir sanctus, diaboli insidias circa fratres intentari. Qui festinus ad locũ properauit. Stabat in medio aggere annoso robore arbor, tendens in aera, sub quã fratres collecti, saxũ ingens à loco (quia serendis frugibus impedimento erat) certatim eruere luctabantur. At verò diabolus, q per interdictæ arboris fructum homini morté propinauit, ipse fratres sub ruina arboris cõprimere moliebatur. At pater eximius diabolum, infanda securi arborẽ incidentẽ, eminus intuitus, voce & manu, qua poterat, innuebat fratribus, quantocyùs secedere. Stupebant fratres, patrem sic cursu & clamore festinãtem, sed causam penitùs ignorabant. Ille triumphale signũ Crucis à longè contra ferale monstrũ emittens, inimicum aufugere coegit, & sic ab instanti periculo seruos Dei liberauit. Vt aũt ad fratres peruenit, cęperũt percontari, quid sic exanimatus accurrisset: Ille inquit: Parcat vobis, fratres, oĩpotens Deus: Nõ videratis inimicũ ex aduerso stantẽ, & præsentem arboré ignea securi concidẽtem, vt abscissam super vos impingeret, quatenùs de ruina seruorũ Dei, apud principẽ suum singularẽ palmam obtineret? Intuemini igitur in præsenti stipite cæsurę lethiferũ signũ q̃ tenui discrimine, nisi Dei peruenisset custodia, oẽs vos vnus penè interitus inuoluerat. Hinc fratres, circuncisi roboris monstrosam ambustionẽ cõtuentes, stupore simul & timore confusi, seipsos desperabant, nec se viuere credũt, sed somniũ putant: Cernentes ingentẽ cæsuram ex se tetrũ odorẽ emittere, velut igne sulphureo perustã: poma verò, quę pauloantè autumnali decore formosa paruerant, a sui decoris specie in carboneã nigredinẽ conuersa horruerant: quę si quis manu attrectasset, in cinerem mox intolerabili cum fętore soluebãtur. Clamant fratres, funeream arborem erui debere, nè vltrà per eã fraus diabolica mortalibus valeat insultare. At pater sobrius: Licèt, inquit, pars aduersa in ea artis suæ nequitiam attentare voluerit, ego potiùs hanc in memoriam nostram & vestram seruandam iudico, vsquequò vetustate consumpta, aut ventorũ ipulsu victa succũbat: ut ipsa nobis semp timorẽ incutiat, & cautos esse cõtra isidias diaboli pmoneat.

Signo crucis abigit dæmonẽ.

Cap. 13. Vnum superest dignũ memoratu, quod ad incutiendã cunctis formidinẽ valdè vtile est: nè vanæ securitati dediti, dum in minimis peccare non timent, in magnis fiducialiùs offendant. Sanè pater eximius pro causis monasterii agẽdis, per quoddã sabbatũ occupatus tenebatur, adeò vt nec puncto tẽporis ab instanti negocio posset se eximere. Immemor ergò sui, dum cæteri fratres ex consuetudine nouitia agerent, ipse sub horã nonam tardiùs agebat. Accito itaq; tonsore, capillos capitis * forcipe iussit sibi æquari. Quod cùm ageretur, videt humanæ salutis aduersariũ, q promptus sit ad nocendũ, quomodò de nostris offensionibus exultet. Et ecce diabolus itrà tenebrosum cellę angulũ se cõtinebat, nefandã cautionẽ in manib' tenẽs, & semp, vt attonsa coma deorsùm influebat, ipse colligere, & in numerũ capillaturã oẽm redigere videbatur. Res tremenda, & inlicitè pẽsanda. Vt ergò vir Dei visu pererrãte cellæ habitaculũ cœpit attẽtiùs perlustrare, inuisã mox faciẽ recognouit, malignũ artificẽ mox cum indignatione interrogauit, dicens: Quid tu aĩarum pręedo hoc nostri habitaculi diuersorium insidiaturus obsedisti? O nequissime, quod tibi pręmiũ thesaurizare confidis de seductione seruorũ Dei, cui de propria nequitia cõstat æterna perditio, & de subuersione istorũ pęnalis crescit cruciatus? Ad hæc verba viri Dei impurus minister respondit: Quid tu velut rerum ignarus requiris? Si nescis, meũ est officiũ, seruorũ Dei habitacula reuisere, & offensas singulorũ breuiario meo adnotare, & sic principi nostro referre, nè ad conciliũ ipsius reuertentem vacuũ, supplicijs durioribus iubeat excruciari. Nam huius ministerii sors, mihi de te singularẽ hodiè palmã apud principẽ meum obtinebit, dum te Dominicę noctis festiuũ tẽpus illicito opere transgredi renuncio, qui te formã & speculũ religionis cęteris exhibere debueras, & gaudia festiua temerarius incuruas. O reũ nostro concilio Abbatẽ. O virum nostris legibus obnoxiũ. O pastoris egregium exẽplum, qui sequaces suos in abruptũ offensionis pcipitium ipse signifer immergit. Norunt principes nostri, quæ sit noctis huius potẽtia, & monachi scire contemnunt. Nox hęc nostrũ captiuauit imperiũ, & Christicolę ipsius grande reprobant sacramentũ. Sed quid ego à noxali ope q̃ro hominẽ auertere, ut expiato errore reparetur ad veniam? Immò minimè à tõsione, minimè, inquã, cessa: vt de numero capillorũ, nostræ cautionis abacus accumuletur. Hic vir prudens, licèt fallacis, hostis tamẽ sñia haud aspernat' sustinuit, & mox op' imperfectũ in mediũ remisit. Dehinc nequitiæ ministro taliter respondit: Iurè tibi contigit, latro nequissime, q dũ seruos Dei culpis noxialib' irretire moliris, tibi potiùs pęnales cruciatus emercaris. Nã apud Dñm meũ Iesum Christũ veniale est, quodcunq; simplici mente à suis cultorib' agitur: dũ videlicet ĩ causis sibi dicatis occupati, tardiùs mũdandis corporib' curã impendimus. Igitur vndè tu palmã tibi paratã gloriaris, indè tibi pęnã pręnuncio inferendã: quia q̃tumcũq; est genus hoc delinquẽdi, hic hic remitto nõ sine damnosa sorte tui iudicii: quia mox ut cõfessus pęnitẽtiã egero, uidebis fraudis tuæ chirographũ adeò elimatũ, adeò erasum, ut nec ferali mente recolligere possis, quod cõmisi. Sed ego vsque quò impurissimũ monstrũ sustineo? Arrepto itaq; baculo & triumphali signo Crucis, vir Dei in hostẽ cursu cũ uerbis huiusmodi inuehitur: Exi hinc immũde spiritus, & ad latebras tuas redi quantocyùs, nec ultrà seruorũ Dei habitacula infestare præsumas. Mox improbus, imperiosa verba nõ ferẽs, se è cella proripuit, fęda post se uestigia relinquens. Hinc vir Dñi cõuocatis fratrib' rem ex ordine aperit, culpã fatętur, ueniã poscit. Itã oĩbus in cõe pro excessu patris Dominum orãntibus, mira res, tonsura nulla, nec capilli incisio ulla cõparuit. Qua ex re indubitanter credimus, quia sicut in capite viri Dei, tonsuræ signum nusquàm cõparuit, ità iuxta uerbum Ipsius, de infideli charta character omnis euanuit.

Cauenda etiam minima peccata.

** forpice.*

Officium ĩpuri dæmonis.

Vide im potẽtiã dæmonis pro caccamo sulatione.

Nota confessionis et pœnitẽtiæ vim.

Cap. 14. Alio sanè tẽpore fratres ad opus agendũ ire necessaria causa monebat. Quibus nè hostis callidus insidiaretur, pater uenerabilis illos eucstigiò subsequi delibe rabat, & tanto studiosiùs, quanto circa se & illos antiquũ aduersariũ meminerat dimicasse. Assumptis itaque secũ duobus fratribus, usq; ad locũ progreditur, seque sociũ laboris, non ut patrẽ, sed ut cooperariũ accinxit. Nec multò pòst, dum paululùm laboris superesse uideretur, ipsis itidèm duob' assũptis, ad quoddã diuerticulũ oraturus secessit. Iubet eos interim aliquantulùm subsistere, denũcians, nè ppiùs accedãt, nève mysticis secretis sese intermisceãt. Ipse longiusculè pcedit, & incertũ, qd diuinũ solus tractabat. Ipsi tũ, quid acturus foret, curiosiùs contẽplabantur. Et facta hora, dũ genua flectere iciperet, chirothecas, quas manibus gestabat, post tergũ reiecit. Mira res. Cùm orbita solaris tota sub nube vmbrosa tegeretur, repentè se è nube radius erumpens, tanquam ad obsequium missus, chirothecas excepit, & tandiu officiosus sustinuit, quandiù uir sanctus orationi incubuit. At fratres insolita rei nouitate cõcussi, dum inter stuporem

Chirothecæ viri sãcti pendẽt ĩ solis radio.

porem & admirationẽ hęsitarent, eccè tanto maius, quanto mortalibus insuetum miraculum subsequitur. Nam mox vt ab humo exurgens, manus & oculos in sublime erexit, desupèr emissa lucis cũ mira circunsepsit coruscatio, cuius fulgureus ignis procùl stantibus fratribus tantum terrorem incussit, vt penè exanimati, in terram corruerent. Lux hæc tunc vnius horę spatio circumpleaum virũ iustũ intrà se continebat, cùm prędicti duo fratres nondùm exurgere à terra præsumentes, tamen recepta mente, intrà concauam lucis nubem quoddã subtile murmur auribus captabant, sed colloquentiũ uerba arcana discernere nequibãt personarum: alternantes sonos intelligebant, sed verborum sensum nequaquàm hauriebant. Hęc alternatio ducta eousquè perstitit, donèc globus ipse igneus paulatim se in tenuem aerem immiscens, hominẽ in apertum emisit. Hic uir Dei semèl bis & tertio flexus, postquàm dulcia terræ oscula arctiùs impressit, & se a loco lachrymis perfusus amouit, inuenit, quas paulò antè abiecerat, chirothecas, radio subministrante, pendentes in aere. Quo ex facto gratias iterùm agẽs, eas suscepit, fratribus hæc omnia eminùs intuẽtibus: quibus planè hæc ipsa occultare quærebat, sed lucis author sub tenebris ignorantiæ lucernã suã usibus humanis noluit abscõdere. Siquidem fratres ad locum, quo eos antè subsistere iusserat, reuisens, ex visionis magnitudine stupentes simul & admirãtes offendit. Et dum causam illis patuisse intelligit, ad celandi argumentũ cõuersus, illos summè obtestatur, nè hoc in vita sua ad publicum efferrent, exemplo summi magistri, qui transfigurationis suæ uisionem discipulis, nè propalarent, interdixit.

Lux mirracũ cingit. *Audiuntur voces.* *Vult latere vir sãctus, sed non põt.* *Mat. 17*

Cap. 15. *Semp vidit dæmonem.*

Nec illud silendũ arbitror, q diabolus semper illũ cõspiciẽs, circa eũ artis suę nequitiã efficaciter operari nequibat. Insultare quidẽ viro Dei multis argumẽtis laborabat, sed tẽtationis suæ inania spicula confusus reportabat. Erat planè viro Dei familiaris cõsuetudo, cùm fratres post labores diurnos corpora placido somno recrearẽt, vt pastor solicitus supra gregẽ Dñicũ uigilias insomnes duceret, & claustra monasterii & singula familię Dei habitacula pererrando muniret, gestans secũ crucẽ Dñicam, & aquã exorcizatã ad effugandas importuni hostis insidias. Quadam itidèm nocte dũ lustratis singulis, lassos artus lectulo paululùm recreandos dedisset, & remotis curis, placitã sibi dare quietẽ expectaret, sensit p spiritũ circa fratres diabolũ aliquid machinari. Fugiebat ab eo nimirùm somn⁹, & curis mordacibus magis ac magis incitabat, nè puncto horæ i somnũ oculi clauderent. Stupet vir sanct⁹, & visu locũ omnẽ, quo fratres quiescebãt, à summo vsque deorsùm percurrebat: cùm interim versùs meridianã plagã oculos intẽdẽs, vidit uisu horribilis & deformis monstri imaginẽ, intrà latebrosum angulũ se cõprimentẽ. Considerat ergo attẽtiùs, qd latro impi⁹ machinetur. Nihil sanè fratribus metuebat, q pars aduersa in eos aliquantulùm pualuisset, quos ipse recẽti nocte collustratos, signoq; viuifico pmunitos, Domino cõmẽdãrat. Luctabat hostis improb⁹ fratres qeicẽtes adire, sed velut mirabili machinæ repulsus, infra circum, quẽ sancti uiri pedes lustrauerant, se intromittere nequibat. Sed dũ sibi sublata nocendi argumenta vider, cœpit eminùs torres iactare ambustos, vt saltẽ lucernam, quæ in medio triclinii ferenis Dei lumen ministrabat, subruere, aut saltẽ extinguere posset. Quid plura? Tãtas insidias hostis vir sanctus vltra non ferẽs, arrepto ligno Dominico in hostem cursu inuehitur, & de loco ad locum fugientem coarctabat. Cui cùm nec fugiendi pateret aditus, nec resistendi facultas vlla daretur, conspicatus est fenestram, quam fortè prætergressus vir Domini, dum cætera muniret, signare haud meminit. Hanc, dum fugientẽ miles Christi calcatiùs insequitur, coactus hostis vitream cratem comminuens transiliuit, & innocuas auras fœtore intolerabili cõmaculans, ad latebras notas effugit. Sono excitati quidam è fratribus, mirantur patrem talib⁹ horis deambulantem, & anhelis pulsibus expirantẽ. Causam ergò signis interpretantibus se cupiunt edoceri. Quibus pater venerabilis notis itidèm signis responsum reddit, in crastinum conuentum reseruari.

Nota de Cruce & aqua benedicta. *Crux Domini premit diabolum.*

Cap. 16.

Die verò crastina fit ex more conuentus: pullulant sibi fratres exponi cõflictũ nocturni certaminis. Qđ dũ seriatim illis pater sanctus exponeret, cęperũt singuli animo contabescere, & tanquàm præsentem hostem intuerentur, perturbari. Quos vt vidit pater egregius deiectis animis, cœpit eos consolatorio huiusmodi sermone releuare: Rẽ istam, filioli, quæ corda vestra noua formidine sauciauit, expedit vobis peruigili mente retinere, nè vana securitate torpentes, hostis vos præoccupet improuisus. Sed neq; ex hoc deiici vos animo decet, si vobis aduersarius permolestus est, scientes quia sublimiora studia diabolus subtilioribus infestare non desinit insidiis. Carnalibus nanq; & huius mundi amatoribus, quos in præsentis vitę voluptuosa latitudine ambulantes cõperit, quasi parcendo blanditur: quia nimirùm de his securus, ad spirituales se conuertit, & his acriùs instat more latronũ, ad prędam festinantiũ: qui dũ fugientem innocuam turbam insequuntur, quoscunq; cursu superant, hos trãsilientes à tergò relinquunt: in eos verò, quos prę oculis conspiciunt eminùs fugientes: in eos, inquam, studio consequendi vires totas effundunt, & impetu maiore prosequuntur. Veruntamen si reliquis captis, ex omni turba vnus euaserit, ea hoc vno iter eos sæpiùs magis querulosa fit recitatio, q̃ ex vniuersis captiuis exultatio. Hanc vos, fratres mei, pro oculis gestare figuram præmoneo, nè vestrorum quemlibet scandalizet, si antiquus aduersarius contra seruos Dei sęuit inuidia acriori, dum carnales quosq;, quos iã suis mancipauit ditionibus, parcendo in deliciis fouet, nutrit atq; demulcet: quos reuerà vana securitate torpentes, postmodùm æterno igne cruciandos reserat. Vos aũt, qui contẽptum mundum ex toto abdicantes, ad patriã festinatis, dum intrà mundi retia vos iterùm nequit implicare, infestis non desinit oppugnare conflictibus. Ipse à mũdi exordio genus humanũ isectatus, pdere molitur: sed tanto nũc instãtiùs, quãto viciniùs mundi exitũ agnoscit. Vos igitur nõ turbari, neq; dissoluta mẽte deiici, fratres mei, cõuenit, si habitacula nostra feralis minister insidiando circumuenit: quia, vt testis est vox Apostolica, aduersarius noster diabolus tanquàm leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Erigite igitur animos, & virili mente contra hostem cõem pugnate: nè lãguẽtibus dextris ad pugnã, insultet vobis paratã se ademisse coronã. Inquantùm sanè mihi mortali homini visum est, hucusquè vitę psentis stadiũ sobriè & iustè viuendo, Deo authore, cucurristis: superest, ut cursus vester felici cõsumatione, id est, per quotidiana incrementa virtutũ, optatũ tendat ad brauium, nè militiæ diuinæ soluto proposito, honestũ principium turpis exitus obscuretur opprobrio. Nã rerum oium cõsummatio maiorẽ quærit laborẽ. Et quidẽ nauis ipsa qñ aduersas aluei vndas contrario cursu superat, si nautæ lassas ad modicũ manus remiserint, mox retroacto cursu, nauis deflui amnis, inuitis nautis, sequitur vndã. Sed nec rarò contigisse videmus, vt toto libera currat nauis mari, etsi nõ semper à puppi vẽtorũ spirẽt flamina, gubernator tñ velorum sinus obliquat, & sine refragio scinditur fretum. Sed vbi ad portum venitur, opportuna aurarum temperies necessaria est, & angusto ingressus nauium

Diabolus qbus magis isestus *Itèm quibus blanditur.* *1. Pet. 5.* *Dãda sẽper opa, ut bona uita bono fine claudatur.*

coerceatur limite. Maior itaque periculi cura, vbi spes propinqua. Aedificantibus quoquè plana exordia sũt fundamentorum, sed ardua celsorum opera fastigiorum. Et plerunquè in ipso claudendi operis fine, mercedis suæ munere defraudatur miserandus faber, aut columnis lapsu obrutus, aut instabili deceptus vestigio, ut ad inferiora decidat. De agricola quid dicam? Cui procinctus laboriosior messis, quàm segetis, & vindemię, quàm putationis: & adultis frugibus grauiora semper metuenda pericula. Nihil ergò nouum, si adhuc vos in ipso portu consummandi cursùs periculum manet, quibus ꝑ angustã viã iter agendum instat ad patriam, in quam Imperator ille fortissimus militem suũ recipere nescit, nisi victorẽ: non fugitiuum, sed constantẽ: non desidiosum, sed probatum. Apud ipsum nemo coronatur, nisi qui legitimè certauerit. Colluctatio nostra non est contra visibiles hostes, sed contra occultum aduersarium: qui dum corpora quolibet immunditię ęquo cõmaculat, lethali animã vulnere ab occulto sauciat: & frequenter corpore intacto, mentem interiùs vitiorum vulnifico spiculo traiicit. Summa igitur vigilantia vnicuique nostrum obseruandum est, vt quia quantùm nos mors vicina manet, penitùs ignoramus, omnes in commune conscientias nostras confessionis & pœnitentię antidoto expiemus, & Dñm, vt importunũ hostem, qui habitationem nostram circumuolat, à nobis auertat, exoremus, nè de huius Dominici gregis damno temerarius hostis insultet. Hac venerandi patris exhortatione peracta, videres omnes ad lamenta sese prosternere, in confessione flebili mentium occulta aperire, vigiliis corpora & arduis ieiuniis macerare.

Deus fugitiuos siue apostatas non recipit.

2. Tim. 2

Confessione et pœnitentia conscientia expianda.

Cap. 17.

Multa sunt huius viri & admiranda gesta, atque ad ędificationem posterorum vtilia: quę, dum miseræ vanitatis vitabat iactantiam, nè ad hominũ notitiã peruenirent, perpetuo studuit cõmendare silentio. Quæ autem vel fama referente, vel etiam virorũ illustrium authore testimonio, ad nos vsque peruenere, ne hæc quidem vniuersa stylo compręhendere possumus. Verùm vnum, vnum, inquam, stupendum quidẽ relatu, sed memoria dignum refero, ex quo vir iste sanctissimus, quantus apud summum iudicẽ sit, indubitanter agnosci potest, vel ad obtinenda quęcunque poposceris, seu ad exterminanda quęcunq; vitauerit. Quadam die intrà cellulam, in qua familiare contemplationis secretum agere consueuerat, solitarius residebat, vbi hæc ipsa, quę eũ vrgebat sine cessatione, cura super grege Dominico, tunc quoquè animum ipsius cœpit vehementer agitare, ꝙ viribus exhaustis veterana ętas ad regendam tantã Christi familiam, iam sibi sufficere non videbatur. Erat sanè, sicut textus vitę beati Philiberti cõmemorat, q in loco eodem præcesserat, nongentorum monachorum. Quod sanè nulli mirum videri potest. Nam patris huius egregia fama, & loci circũquaquè effusa religio, de remotis terræ partibus homines velut apes ad mellea castra, conuersionis amore ad hunc vnum locum attraxerat. Dũ ergò supra vires vnius hominis sibi negocium inesse considerat, hæret incertus animo, quam in partẽ pronior inclinare se debeat. Nam multi eũ ea tempestate à labore desistere, & trãquillam sedem quietis suadebant eligere. Quod ille alto consilio respuerat, dicens, illam boni operis victimã nequaquàm ante oculos interni iudicis placere, quam finis boni non approbat consummatio: quod in lege caput & cauda offerri iussa, ꝑfigurant. Alii autem intolerabilem multitudinẽ, in breuiorẽ summam redigi hortabantur. Et hoc quoquè vehementer deuitabat, clamans huiusmodi hortamentũ de cęlo nequaquàm inspiratum, ut familiæ numerus dirimendo minuatur, qui Angelici ordinis formam vel ipsa numeri similitudine præ se ferre videbatur. Nam centenarius nouiès multiplicatus, quid aliud innuere videtur, nisi, vt ità dicam, illos ciuium supernorum nouem ordines, ad quorum societatem ipsa numeri tetragona forma præsentem familiam inuitabat? Hac interna speculatione animatus vir Domini, quanlibèt senio perfractus, aduersùm se semetipsum erigens, tanquàm coniurationem init, & de infirmitate virtutem, de imbecillitate cõstantiã exerit, nè sacri collegii beata societas, nisi Christo vocante, summè potentis numerũ amittat. Nam & cùm aliquandò corporis incommodo tardaretur, paterni zelo amoris vincebat corporeę molestiam passionis. In quo illud animaduertendum, ꝙ qui languentibus aliis potenter medelam præstare cõsueuerat, seipsum curare penitùs refugebat: quia dum flagella Dei libẽs amplectebatur, gaudebat vberiùs de verbere Dei humiliari, quàm de virtutum potẽtia gloriari. O nostra in hac parte infelicitas, quibus si magnum aliquid egisse contigerit, mox ad populares aures & publicas stationes efferri gratulamur, nihil tũc, quod egimus, arbitrãtes, nisi à vulgi opinione nobis Apostolici meriti nomen acquiramus, illud cæcis oculis malè intuentes, quòd signa & prodigia etiam peccatores in noĩe Dñi facere vsitur. Sed nos ad ꝓpositũ redeam⁹.

Nongenti monachi ĩ cœnobio Gimesiẽ.

In operib⁹ bonis ꝑsistendũ vsque ad finem.

Leuit. 5.

Non vult vt minuatur monachorum numerus vir sãct⁹.

Cap. 18.

Porrò vir Domini cùm per spiritum intellexisset vitæ sibi terminum imminere, timens nè grex Dominicus post mortem suam rursùs mundi illecebris irretiretur, petiuit à Domino, ut hos corporeo vinculo absolutos in pace susciperet, aut si pro ouibus suis inter mundana discrimina aliq̃tulùm eũ laborare iuberet, ipsa quauis cõsilii sui prouida dispensatione, tãti oneris sarcinam alleuiaret. Nec multó pòst, sole occidente, dies clauditur: illi ad reficienda somno corpora, in dormitorium se contulerunt. Quos pater venerabilis postquàm omnes consignasset, & ipse delectabili sibi stratu cilicino accubuisset, rursùs curę prioris stimulantes aculeos abiicere à se nequibat, donèc diuinæ psalmodię cursu arrepto, curas mordaces tali ventilabro abigere à se videbatur: cùm inter agendum oculos ad meridianã plagã intẽdẽs, vidit Angelũ miro adspectu & habitu coruscantẽ, virgã manu gestantẽ: alterum verò ex aduerso stãtem teterrimũ, qui flammantibus oculis igneas emittebat scintillas, aliàs sanè monstrum horribile & deforme, quale ad puniendas animas reorũ figmenta poetica depingunt. Cui prior ille: Quid tu, inquit, immunda bellua seruorũ Dei habitacula insidiatus subintrasti? Nunquid tuum esse alĩq̃d hic arbitratus aduenisti? Quid tibi & familiæ Dei? Nulla tibi licentia ad percutiendũ datur hic aut potestas. Ille econtrà: Si, inquit, annales veteres & modernos inspicis, quæ fuit ab initio gens vlla sortis nostræ ditione adeò libera, ut in ea licenter nobis operandi potestas vlla, deesset? Nã primi terrigenæ, quid fraus nostra valeret, experti sunt. Sed vt plura sileam, nunquid non gens Hebręa denos septiès annos captiuitatis deplorãs nostrę dominationis sẽsit iniuriã? Enimuerò quis fuit dux, & totius feralis consilii architectus, quãdo in atrio Caiphæ mors Christi tractabat: quis fuit, inquam, nisi ego? In his tam sublimib⁹ caussis, quod meũ erat licuisse, non defuit: & nunc à loco isto & familia, nè aliquid mihi liceat, eijciar? Non igitur sanè hinc taliter abscedã, vt nõ quouis mõ imminentẽ transmigrationẽ studeã ꝑturbare. Ad hæc sãct⁹ Dei Angelus dixit: Quid tu nequissime Christũ hic nominare præsumis? aut quid tu nefarium consilium in mortem ipsius concitasse gloriaris? Nam mors Christi tibi ademit mundi imperium. Mors Christi, vita est credentium, sed tibi & principi tuo æternale supplicium. Quòd verò in primis terrigenis nocendi

Visio S. Archadri.

Gen. 3.

Iohan. 15

Libertas arbitrij.

accepisti

accepisti potentiam, inobedientia promeruit: qui côcessa arbitrij libertate dum malè abusi sunt, extorres à paradisi delicijs, & immortalitatis gloria nudati, indigebant Christi morte reparari. Tu in hac parte nihil; tuum inuenies hic, in quo fraudis tuæ nequitiam exercere tibi liceat: quia in istis obedientia, in istis humilitas, in his charitas regnat: quę talia, merentur vitæ pręmium, non exilium. Quòd autem de Hebræorum captiuitate lusuras, in illis præuaricatio meruit exterminationem, exterminatio captiuitatē, captiuitas confusionem. In his verò quia non præuaricatio, sed legis Christi obseruantia: non offensio, sed obediētia: non inuidia, sed charitas regnat: idcircò transmigratio, qua vocantur ad præmia, non erit illis ad confusionem, sed ad remunerationem: non ad Babylonē, sed ad Hierusalem cælestem: non sub Chaldæorū rege, sed sub cælorum dominatore. Ad hæc insidiator malignus ait: Ergò hinc ego inanis abibo? Respondit Angelus, dicens: Non sic abiturus es. Habebis hic ministerium, illis quidem fructuosum, sed non tibi prosicuum: illis ad expiationem, sed tibi ad confusionē. Ad hæc ille: Nunquid ego his aut vllis Christicolis debitor sum ad salutem? At ille: In hoc, inquit, istis debitor es, quia si quid in eis est, quod resecari debeat, horrore visionis tuæ purgabitur. Ille econtrà: Abeā, inquit, hinc inanis potiùs & deceptus, quàm ex visione mei medicinale antidotū illis terror infundat. Hæc inter se illis altercantibus, verba singula vir Domini captans, terrore simul & gaudio côcutiebatur. Cui ꝓpiùs Angelus Domini assistens, ait: Tu frater de his, quæ audisti & vidisti, nè terrearis: sed potius constās esto, & uiriliter age quod cœpisti: quia exaudita est deprecatio tua. Nam in proximo est horum fratrum vocatio: sed & nomina eorum scripta sunt in ordine eorum, qui sequuntur agnum. Tu ergò primo diluculo conuocatis ad te omnibus edicito, vt internas mentium conscientias per confessionem funditùs exhauriant, & quantum superest diei, pœnitentię se arctiùs submittant: dehinc sumpto corporis & sanguinis Dominici viatico, solicitè vocationis horam expectent, parati ad cœnam agni venire.

In monasterio eiꝰ obedientia, humilitas, et charitas regnabant.

Conscientias p confessionem funditus exhaurire iubent ab Angelo fratres.

Cap. 19.

Hinc vir Dei: Qui sunt hi, inquit, & quanti ex familia, qui vocantur? Et Angelus: Media pars horū, inquit, iam ad hanc expeditionem asscripta est, & hi ex nomine, quos hac virga designari mox considerabis. Tu diligenter animaduerte, & hos nominatim iube mox esse paratos. Hinc vir Domini: Si, inquit, isti vocantur ad regnū, quid non exeo cum illis? Cur pater filiis consocius non procedit? Ego igitur senex, & viribus exhaustis impotens, quousquè ad laborē & ærūnosam vitā post hos reseruor? O si me ex luteo corpore isto dissolui expediat, & esse cum Christo. O si me cū his fratribus meis exire, & ad beatas sedes patriæ cælestis venire donetur. Ad hęc illi Angelus: Venies quidem, venies, sed non modò: Venies, sed non iniussus, & nisi vocatus. Superest tibi adhuc in vinea Domini laborare aliquantulùm, & lucrari Deo animas, quæ nondùm se satis ad cultum diuinitatis applicauerūt. Quas cùm perfectè elimatas ad Christi horrea emiseris, tu quoquè cum multiplici fructu in senectute bona plenus dierum migrabis ad Dominum. Et quæ putas tunc erit tibi lætitia, cùm videris tibi obuiàm venire cum psalmis hos ipsos, quos antè præmiseris? Ibi erit tibi & illis communis de alterutra beatitudine lætitia. Tu ergò nè molestè feras, si his ad præmia euntibus, tu interim ad laborem reseruaris. Nec tibi labor ingratus esse debet, cui præmia maiora succedunt: maximè cùm alter nec coronam tuam subripiet nec tibi tua pręmia decrescent: quinpotius vbi singuli horum propriā mercedem laborum accipient, tu cū singulis, & præter singulos remuneraberis. Hi. o. sunt fructus certaminis tui, hi manipuli, quos mittis ad aream Christi.

Phil. 1.

Cupit dissolui vir sanctus et esse cum Christo.

1. Cor. 3.

Eccè quæ dicta sunt tibi, memoriter tene, & quæ nunc ago, diligenter intuere. Nā quos tactu virgæ huius attigero, hi sunt, qui vocantur a Domino. Quos verò pertransiens intactos relinquo, hi reseruātur ad tēpus vocationis suæ. Hęc fatus, fratres placidæ quietis somno affectos aggreditur, & coram deambulans, alios tangebat, alios præteriēs reseruabat. Quæ omnia vir Dñi solicitè intuitus, horum, qui vocabantur, nomina memoriter in pectore recondebat. Vt antè deābulatione expleta Angelum sanctum vir sanctus abire æstimauit, clamabat ad eum, dicens: Si nos hinc abiturus ità relinquis domine, quem familiæ tuæ custodem in his relinquis, aut quod ad officium exterminatorem hunc nobis residere maluisti? Cui Angelus: Nè verearis, inquit, à facie eius: nulla ei in hac Christi familia ad nocendum data est potestas, præter quòd animabus è corpore exituris visio illius expiabilē terrorem incutiet, vt si in eis aliquid est, quod resecari debear, vel horrēdæ illius visionis terrore expietur. Sed neque ego locum istum ex die, qua fundandi sumpsit exordium, deserui, nec desero. Ad hæc dicta continuò disparuit. Ille autem, qui procùl spectabat, spiritꝰ horribilis, ut vidit sibi sublatam nocendi potentiam, tristis ab eo abscessit & confusus. At noctem illam uir Domini totam insomnem ducens, prima luce fratres in auditorium collegit. Quibus circunsedentibus, & de incerta causa quærentibus, pater affabilis cœpit ab eis sciscitari, si quid nocte illa vidissent vel audissent. Cui respondentes alii, dicebant vidisse se tanquàm Paschali festo procedere ad ecclesiā, inestimabilis altitudinis arce fundatam, gemmarū multicoloria varietate pulchrè distinctam. Alii referebant audisse fratres ad cœnam magni principis inuitatos, cum quibus & ipsi procedere optabant: sed is, qui illos vocauerat, dicebat istis, nè ad pręsentem cœnam exire deberent iniussi: deberent potiùs modicū tempus sustinere, donèc militię sinę cursu peracto, & ipsi ea noïe vocarent.

Cap. 20.

Dæmonis horridus adspectꝰ purgat animas fratrū morientium.

Visiones fratrum.

Hinc vir Domini paulo silentium tenens intrà se, tandèm altè suspirans, ait: Non sunt hæc, fratres mei, vana somnia, nec illusio phantastica: sed sunt certi mysterii documenta, quæ vobis nouæ transmigrationis proprietatem propedièm prænunciant affuturam: vobis, inquam, quos de ęrumnis huius seculi ad supernam Hierusalem Paschali transitu prædocent euehendos, ut ad cœnā illius magni principis & æternū conuiuium cum electis suis discumbere, & donis cælestibus vberiùs perfrui valeatis. Nè autem vos super hoc mysterio suspensos teneam, qui Paschalis lætitię festum acturi, ad montē procedere videbantur, hi sūt, quos pręparari diuina vocatio iubet, ut de ergastulo carnis emigrantes, in superna cæli arce lętū Pascha cū ciuibus cęlestis Hierusalem concelebrent. Qui autem ex vobis residere ad tps iussi sunt, nè ad instantem cœnā ire debeāt, hi sunt, quos adhuc in hoc mortali corpore retineri iubet, donèc carnis tentamina plenitùs euincāt, & contēplationis arcē côpręhendant: & tandèm superatis hostibus, ad palmā cęli emigrabunt victoriosi. Quarè agitè, fratres mei, & filii charissimi: vtcūquè pigra inertia hucvsquè vestri immemores & somnolentos nos effecisset, nunc tamen hora est iam vos de somno surgere, & instantem vocationis vestrę exitum subsidiis auxiliaribus pręmunire, nè quid in vobis pars aduersa inueniat, quo cursum vestrū præpedire, aut à beatę regionis sede vos valeat auertere: Proindè acceleranda vobis sunt medicinalis pœnitentiæ remedia, & tantò instantiùs in lachrymis & confessione quęrenda, quanto induciis præfinitis

Cap. 21.

Vir sanctus expōnit visiones fratrum.

Rom. 13

Hortatur fratres vt ad mortē se dignè p̄pareat. Ionæ 3.

nulla superſedet ſpes reſidua. Præoccupemus igitur faciem, quam offendimus, iudicis magni, ut ſicut Niniuitarum veteres offenſas triduana lamenta expiarunt, ità continuatis triduò ieiuniis errata noſtra expiantes, nosipſos Domino in cinere & cilicio mactare feſtinemus: quatenus animas ab omni corruptionis labe emundatas illi reddere valeamus. Iam fratres aliquantulùm turbati, (needùm enim illis vir Dei viſionem expoſuerat) cępere ſciſcitari ab eo, quid hęc induciæ, quid portenderet totiès repetita uocatio. Quibus ille, nè vltrà manerent incerti, ex ordine cuncta, quę viderat, exponit. Tum verò videres homines, tanquàm alio vulnere ſauciatos, in planctum erumpere cum luctuoſa huiuſmodi querimonia: Quid audim⁹, dominator Domine, quid audimus? Hæccine nobis inſtat inaudita calamitas? Siccine nos rapit mors repē-

Luctuoſa fratrum querimonia.

tina? O rerum ſumme Deus, nunquid tuo ſic indicio præfinitum eſſe conſtat, vt ex una familia tot repentè funera efferantur, & mater Eccleſia tot filiis orbata remaneat. Enimuerò ſi eſt hæc ira furoris, quæ ſcelerum noſtrorum exigat vindictam, aut certè magnæ pietatis gratia, quæ nos de ærumnis vitæ mortalis ad requiē transferri iubeat: nos quid ſumus, Domine, qui te in cauſam vocare debeamus, aut quarè hoc facias, quęrere habeamus? Sit, ſit potiùs, Domine, libera tibi in omnibus, quæ agis, potentia: & ſi leniri non poteſt de no-

Pſal. 113

bis præfinita iudicii cenſura, non nobis, Domine, nō nobis, ſed nomini tuo da gloriā. Sit nobis fas vel ſub ipſa mortis expectatione optare à te celerem peccatorum indulgentiam, qui potens es ſub hora multi temporis reparare negligentiam, dum nimirùm pœnitētia apud te non tempore annorum penſatur aut menſium, ſed profunditate luctus & lachrymarum.

Cap. 12. Fratres egregiè ſe p̄parant, ad mortē ipſis imminentē.

His dictis, quis, obſecro, tam ſaxeum pectus haberet, qui ſe à fletu & lachrymis cōtinere potuiſſet, cùm videret famulos Christi in terram proſternere corpora nuda, virgis cædere, pugnis conſcia pectora tundere, culpas uoce lachrymabili damnare? Nec minùs erat videre proprios lectos, nè quid furtiuum inter paleas lateat, penitùs euertere, tanto adeò ſtudio, vt ſi pilus cilicinus inueniatur, mox coram fratribus in medium proferatur. Sed neque hoc ſibi impunitū tranſire optabat is, qui attulerat. Sic ſancta illa Chriſti familia vniuerſa in luctu & amaritudine perſiſtens, ſuper uenturum diem expectabat. Flebant iſti, q̄ fratres chariſsimos amittebant: illi, quòd ab iſtis ſeparabātur: & tamen dolendi affectus iſtis & illis æqualis eſſe nō poterat, dum illi vocātur ad pręmia, iſti ad laborioſam

Quatriduana ſe inedia afficiunt.

militiam retinentur. Sed quis dicere ſufficiat, quantæ ſe pœnitentiæ aſperitate aliàs affecerint, cùm totum illud triduum, atque etiam quartū expectati ſui obitús diem abſque ullo corporeo alimēto tranſegerint? Etenim cui poterat delectare ciborum refocillatio vlla, vbi ad protelandū vitam cibi comeſtio nulla ſuppetebat? Et iam quarti diei aurora illuxerat, & fratres vniuerſi in monaſterium conuenerunt, diuini ſacramēti percepturi viaticum. Qui vt Miſſam Dominicam & ſacra myſteria expleuerunt, à beatiſsimo patre ſuo abſolutionis ſacrę pignus extremum acceperunt. Dehinc ſacramentis cęleſtibus cōmunicati, pacē ſibi oſculantes dederunt, ſicq; in capitulare ſeſſorium ſe, ſubſequente patre, contulerūt. Ibi ſe ſuaſque animas ſibi inuicèm commendauerūt. Cùm nihil ſupereſſet, niſi horam vocationis expectare, vir ſanctus ſingulis adhibuit cuſtodes, qui obeūtes attentiùs obſeruarēt, & exitum eorum diuinis pſalmodiis præmunirent. O

Nota rē miram.

dignum memoria ſpectaculū. Etenim ante ipſum animę exitum videres facies ſingulorum indicibili claritatis ſpecie clareſcere, vt nulli dubitandū foret, in eis iam futuræ reſurrectionis gloriam dę mutatæ carnis ſpecie demonſtrari. Iam hora diei tertia inclaruerat, & eccè pars vna, tāquàm ſomno quietis reſoluta, dulci quieuit in pace. Hora autem ſexta, pars altera manibus in cælum erectis, ſeipſam Domino cōmendauit. Simili modo hora diei nona pars tertia expirans, obdormiuit in Domino. Veſpere autem facto, ſubſequenter pars, quæ reſidua erat, facta oratione, ſpiritū reddidit. Nos ſanè felicis huius tranſitus horas non abre enumerare iure putabit, qui hos, de quibus loquimur, corporis Chriſti verè membra eſſe crediderit, qui caput ſuum ſequentes, hora, qua Chriſtus ad paſſionē ductus eſt, & qua Crucis ſuſtinuit patibulum, & qua & ſpiritum emiſit, immò qua ſanctū corpus eius ſepulcro tumulatum eſt, ipſi quoquè terræ corpora, beatas Chriſto animas reddiderunt. Nec illud quæri opùs eſt, quantam obſeruantiam circa exequias defunctorum hi, qui remanſerant, exhibuerunt. Inſtauratur per octonos dies celeberrimo cultu ſepultura ſanctorum. O felix locus, ô tellus, ò ager precioſus, tot beatorum corporum theſauro ditiſsimus. Neſcit appretiare humanū genus, quāta i te virtus, q̄ ſalutaria mētis & corporis medicamēta in te lateāt, ſi fides exigat.

Moriuntur fratres multi valde feliciter vno die.

Cap. 13.

Expletis autem ſacræ ſepulturæ diebus, ſuggeſtū eſt beato Aichadro de quibuſdā fratrib⁹, qui ſe inconſolabili dolore afficiebant, q̄ defunctis ſuperuixiſſent. Quorum alii morbo, alii ſenio affecti, ingratā vitam ſuſpirantes, dicebant ſe longè eſſe a memoria Dei: alii à primęua ætate Chriſti militiam aſſumpſiſſe, & nec inter extremos conſortes mercedē recepiſſe: aliī longa carnis tentamina toleraſſe, carnem in vigiliis & ieiuniis prolixis maceraſſe, & tanto ſe tempore à regno differri condolebant. Quæ cùm pater venerabilis audiſſet, iubet fratres corā ſe adduci, & moderata eos increpatione coercuit in hunc modum: Stulta, inquit, hęc eſt, fratres, quā de vobis audio, querimonia, & vereor, nè, dum vobis conſulere quæritis, Deo contraire inueniamini: & vndè ad præmia feſtinatis, indè à præmiis longè efficiamini: quaſi & nos quoquè, ſi eſſet ratio, non idem optaremus. Quis enim animā ſuā nolit ex iſto corpore mortis, ſi liceat, abſolui? Sed non licet abſoluere niſi ei, qui ligauit. Naturæ vinculo anima coniuncta eſt corpori. Sed quis author naturæ, niſi omnipotens Deus? Et quis hoc animæ & corporis noſtri Deo cōplacitum contubernium interrūpere aut diſſociare audeat? Non voſipſi propria manu vobis mortē inferre velitis, ſed quia vnum quodammodò eſſe videtur, & vitę finē optare, & mortè ſibi accelerare. Sed quis à domino ſuo depoſitum ſibi ad cuſtodiā theſaurum, anteq̄ repoſcatur, eiiciat? Nònne is graui pulſaſſe iniuria dūm ſuū cōdēnabit? Dei poſſeſſio ſumus, Deo ſeruitiū debemus: quaſi ſerui expectemus īperiū: quaſi fideles d̄poſitū cuſtodiamus. Nō recenſemus vitæ iſtius munus, qđ dedit nobis: non refugiamus donum cæleſte. Ab ipſo accepimus, quod ſumus: ipſius quoquè debet eſſe, ut quàm diù velit, ſimus. Vtrunq; enim ingrati eſt, & citiùs diſcedere, q̄ velit: & diutiùs viuere velle, quàm velit ipſe, qui vitam donauit. Reuerà qui animas corporibus inſudit, non erit piger, non erit ad repetendū immemor, cùm repetere depoſitū ei placuerit. Nunquid antè feſtinauit Abraham, quàm audiret, Exi de terra tua, & de cognatione tua? Nunquid antè aſſcendit Moyſes, quàm diceretur ei: Aſſcende in montē Abarim? Sed aſſcēde, dictum eſt: & aſſcendit, & mortuus eſt quaſi bonus ſeruus, qui expectauerat Domini ſui præceptum. Enimuerò quid intereſt, vnumquenque noſtrum ſibi manus inferre, aut vitam ingratā velle ſuperuentu mortis abrumpere? Deus omnipotens theſaurum, vt dixi, nobis optimum dedit, atque incluſum in hoc vaſe fictili & conſignatum commiſit nobis cuſtodiendum,

S. Aichadrus reprehendit eos, qui ſe dolent nō vna cum aliis emortuos.

Quàm ſit ingratū Deo priùs velle mori, vel tardiùs, q̄ ipſe Deus vult.

Gen. 12.

Num. 27

diendum,

diendum, quoad ipsi placeat reposcere. Nonne verũ que crimen est, & reijcere depositum, non reposcente eo, qui dedit, vel reposcenti negare? Si hominis depositum abijcere, infamiæ est: quanto magis, reiicere depositum Dei? Sed querelarum satis sit. Audio quosdam nostrum, fratres assumptos nimis ægre tulisse, quibus & ego dico, infantilem hanc esse molestiam. Non enim amisistis fratres, sed præmisistis intercessores. Diuitibus seculi mos est, quando in hostē mouēt, aut ad curiam Regis processuri sunt, ante se viros industrios præmittere, qui hospitales casas, & cæteros, qui sunt necessarii, apparatus strenuè procurare festinent. Ita & vobis quandoque egressuris, gratum uobis esse debet, tales viros à seculo vos præmisisse, qui interim & apud summum principem vobis sint placidi oratores, &, in quibus vos suscipiant postmodùm, sidereas præparent mansiones. Neq; enim æmulos vestros emisistis, qui vsurpent præmia vestra, sed qui ampliora efficient beneficia vestra. Nolite ergò indignari, quòd iuniores vos præcesserunt: sed instanter elaborate, ut uel serò cum iunioribus assumi in regno mereamini, scientes quia ante patres antiquos paradisum latro introiuit.

Sācti sūt nostri apud Deū intercessores.

Luc. 23.

Cap. 24.

Postquàm his verbis fraterna pectora à cōcepto dolore compescuit, ipse mox de se sibi documentum exhibuit. Permultorum est genus hominum, qui minùs sibi ad consulendum prouidi sunt, quàm aliis, & aliorum causam longè meliùs tractare norunt, quàm suā. At hic vir sanctus, postquàm fratres ad soluēda defunctis officia à se emisit, ipse ad oratorium familiare secessit. Ibi de sic inaudito casu fratrū multæ & variæ cogitationes mentem commouēre, cùm sibi ad memoriam rediit illa dudùm expetita oratio, quam pro fratribus ipsis tantoperè profuderat: super quibus petierat, vt aut de hac vita ærumnosa ad regnū eos Deus propediem susciperet, aut quoquo modo tanti oneris sibi sarcinam alleuiaret. Tum verò audires hominem se reum vniuersorum clamare, se solum fraternæ cladis & omnium interitus authorem esse, hominem pestiferum, hominem morte dignum: non qui criminosorum aliorum simili morte plectendus sit, sed qui tantos filios Dei scelerata prece vitali luce priuauerit. Me miserū, inquit, vt quid contigit primæ habitationis pauperē locū deseruisse, ut ditiores cœnobii sublimē thronum appeterem: quēdum nec sensu regere nossem, nec ad regendum melioribus locū præberem, is ego, qui subditis iter esse debuissem ad salutem, is, inquā, author exitii & dux ad mortē. Sed ni ex verbis tuis, quisquis es, Angele Dei, assumptos in gloriā nossem, optare mihi iurè poterā, vt pro innocente familia ego anathema fierē. In hoc saltem tu mihi conscius eris, quod non, vt interitū eorum optarē, hęc mihi inerat causa orationis: sed nè sublato pastore, grex destitutus, rursùs cœnosa mundi voragine irretiretur, optaui eos meliùs in patriā æternæ mansionis assumi. Cum ergò tanta mentis amaritudine se vir sanctus accusaret, eccè Angelus Domini adstitit illi, dicens: Quid est, famule Dei, quod sic in luctu & mentis amaritudine teipsum cruciare voluisti? Si Abraham vnicum filiū suum Domino negare noluit, tu quis es, qui Deo seruos repetenti reddere nolles? An tu iudiciū Dei immutare tentabis, vt cùm ille vellet milites suos ad coronā vocare, tu ei resisteres, & velut ille quondàm Pharao, aduersùs eū vesano militantes furore? Sed esto, animas eorum à te requirendas arbitraris, pro eo quòd considerata petitione, dum lapsum eorum metuebas, eos de mundo tolli præoptasti. Verùm super hac re non te habes cruciare. Non enim fuit zelus odii, sed paterni insigne amoris. Nam etsi tibi hoc, qualecunque est, imputandum metuis, lætandum tibi potiùs est, quòd illi assumpti in gloriam, cum Deo viuunt, & tu importabili oneris fasce leuatus, hos qui residui sunt, expeditiùs regere & obseruare valebis. Nam nè super his ambigua te confundat opinio, non erit ingratum Deo, si & hos, qui adhuc supersunt, ex hac laboriosa vita assumi in patriam poposceris. Veruntamen de eorū assumptione, Dei voluntatem habes expectare, quoàd ipsi placeat, & quo ordine iubeat hos de mundo transire, & cum fratribus suis in regno quiescere. Tu verò quoniam felici consummatione militiæ sacræ cursum peregisti, quod superest vitæ, dignis operibus & exemplis salutaribus impende, sciens quia in proximo est tempus vocationis & remunerationis tuæ. Et hoc tibi signum: Hodiè nòueris tibi superuenire nūcium de obitu fratris & coabbatis tui Philiberti, quē Dominus rebus humanis exemptum, felici trāsitu de hoc mundo vocauit in regnum.

Permulti sibi minùs consulūt quàm aliis.

Valdè se corā Deo accusat vir sāct.

Rom. 9.

Angelus eū consolatur.

Gen. 22.

Exod. 5. 7 8. &c.

Indicatur ei ab Angelo obit. S. Philiberti.

Cap. 25.

Ad hæc verba Angeli vir Domini Aichadrus, licèt charissimi viri obitu turbatus, tamen de gloria ipsius exhilaratus, ait: Gratias tibi ago, Domine Iesu Christe, qui me seruum tuū cōsolari dignatus es, vt quem mœror & tristitia de occasu famulorum tuorum afficerat, audita eorum gloria, releuaret: insupèr & glorioso transitu patris Philiberti supernus nuncius nouame exultatione recrearet. Postquàm verò instantē diem vocationis meę mihi innotescere voluisti, hūc precor, hunc obsecro Deus meus quantocyùs accelera, & debilem senem corporis huius vinculis absolue, cui nihil est in terra, nisi te desiderare, te concupiscere, qui solus es vita mea, gloria mea, desiderium meum, salus & beatitudo mea. Hos ergò, quibus me seruum tuum præesse voluisti, tuæ, pastor bone, custodiæ commendo: tu eos Domine ab immundis spiritibus, & ab omni turbinis inquietudine defende, nè pars aduersa nequitiæ suæ fraudem aliquā in eis exercere præualeat. Ita fatus, fratres ad se conuocari iussit, quos paterna exhortatione allocutus, ait: Aduertite, fratres, quæ dico. Transiturus ex hoc mundo ad patrem Dominus, dum electos sibi alumnos præceptis euangelicis informaret: Hæc, inquit, mando vobis, vt diligatis inuicèm, sicut dilexi vos. Et iterùm: In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicèm. Ego igitur, nō Dominus, sed seruus seruorum eius, antequàm separer à vobis, exemplo cælestis magistri nostri hanc vobis semper habendam, hanc firmiter tenendam prę omnibus dilectionem instituo. Dehinc vos præmunitos esse præmoneo, vt quia humani generis aduersarius locum istum, ut ipsi experimento didicistis, incursare nō desistit, vos contra nequitiæ ipsius machinamenta summam apprehendite vigilantiam, per quam multiformes ipsius dolos vitare possitis. In hoc versutię ipsius consideranda sunt vestigia, ut quem vitiorum oblectamine non potest subiugare, hunc falsa virtutū specie decipere contendat. Ad huius refellendas igitur insidias apprehendēda est vobis illa, qua electos suos Dominus armauerat, serpentina prudentia: vt dum vobis iactantiæ pedem iniecerit, intrà vosmetipsos cogitate, quia superbia de cælo angelos, & homines de paradiso deiecit. Si vobis iuidiæ virus aut odii infundere tentauerit, mementote quia inuidia diaboli humano generi mortem infudit. Si vos ad iram prouocauerit, audite patrem vestrum dicentem: In patiētia vestra possidebitis animas vestras. Si quem vestrū de peccato in desperationis foueam mergere tentauerit, consideret quàm multos per pœnitentiam & emēdationem Dominus à perditione liberauerit, dicens: Nolo mortē peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Ipse est enim qui per prophetam ait: In quacunque die

Iohan. 13

Ibidem.

Aliquot dies ante mortem pys exhortationib. fratres instruit.

Mat. 10

Remedia aduersus tentationes.

Luc. 21.

Ezec. 18.

conuersus peccator ingemuerit, saluus erit. Si vobis cupiditatis aut auaritiæ vitium obiecerit, memores
Luc. 16. estote illius in euangelio diuitis, & quę sit illi in inferno causa supplicii. Si ventris ingluuiem promouerit, audite Euangelii diuinum mandatum: Attendite,
Luc. 21. nè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Cō
Matt. 6. tra verbositatem tenete Apostoli verbum, dicentis,
Prou. 10. Quia in multiloquio peccatum non deerit. Si fornicationis aut alicuius luxuriæ immunditia vos polluere
1. Cor. 6. tentauerit, audite scripturam dicentem, quia neque fornicarii regnum Dei possidebunt. Tali itaque arma
2. Tim. 2. tura Dei assuescite contra vitiorum acies bellare, sciētes quia non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Hæc, filii mei charissimi, hęc obsecro peruigili mēte retinete, scientes quòd haud longo me tempore vobiscum habebitis. Eccè vos mihi testes estis, qualiter ab adolescentia mea inter vos conuersatus sum. Si qua vos in re aut verbo, aut prauæ vitæ exemplo offendi, ignoscite mihi. Tali diuini verbi exhortatione fratres per septem dies præmuniens, ædificare nō destitit. Septimo veró die acutis febrium pulsibus fine intermissione cœpit vrgeri, atque ità circunstantib' fratribus ait: Iam non vos vltrà longo detineo sermone, fratres mei. Nam etsi hucusque contra vim morbi eluctatus, vobis silere doloris stimulos, intrà præcordia furentes, tentaueram: iam quia dolor ad vitalia vsque prorumpit, dissimulare vltrà non valeo. Vnū hoc vobis, præque omnibus vnum denuncio, nè odium inter uos ille author mali serere, & fraternam pacem rumpere præualeat. Ipsi scitis, quia odium hominem separat à Deo, à cęlo deiicit, à paradiso excludit. Odium nec passione adimitur, nec martyrio expiatur, nec fuso sanguine emundatur. Quam pestem à uobis Deus omnipotens auertat. En ego colligor ad patres
Gen. 49. meos: uos corpus meum intrà sepulturam fratrū nostrorum recondite. Hæc locutus, collegit se in lectulum cilicio constratum, & eleuatis in cælum oculis,
Felix eius obitus. spiritū cælo reddidit, decimoseptimo Calēdas Octobris: regnante Saluatore & Domino nostro Iesu Christo: Cui est honor & gloria per immortalia secula seculorum, Amen.

MARTYRIVM SANCTAE ET maxime Benedictæ martyris Euphemiæ, authore Simeone Metaphraste.

16. Septēbris. Cap. 1.



IOCLETIANO tenente sceptra Romani Imperij, Prisco autem Asiæ Procōsule, aduersùs Christianos grauis spirabat persecutio, seuaq; & formidabilis. Erat autē Prisco assessor quidam Sophista, nomine Apellianus, fungens munere sacerdotii dei, qui
Festum Martis apud Chalcedonem. apud eos falsò nominatur, Martis. Cùm ergò huius adulterini dei festum instaret anniuersariū, literæ & edicta per vniuersam venerunt Chalcedonem. In ea enim peragebantur sacrificia.nā ibi erat templū Martis, & insigne illius simulacrum. Vocabant autē edicta ciues ad festum, & eos, qui habitabant circa Chalcedonem. Minabantur uero mortem & supplicia iis, ad quos erant ventura, si non persuaderentur, vt adorarent dæmones. Tubæq; clarè sonantes & terribiliter, erant signum conueniendi ad templū. Quibuscunque ergò execranda quidem sacrificia & abominanda eiusmodi religio erat odio, econtra autem firma erat sanctitas, & pietas, & fides in Christū ij vitantes congressionē cū impijs & cōciliū vanitatis per quasdam classes se in domibus includētes, aut in solitudinibus vacabāt precibus & orationib', veroq; & soli Deo cultū offerebant rationalem. Quorū vnus quoquè erat chorus, qui imprimis benedicta & clara martyre Euphemia decorabatur.

Euphemia, inquam, quæ conuenienter suo nomini vniuersum orbem terræ sua fama erat complexa. *Cap. 2.*
Quę patrem quidem habebat quendam è senatu, & *S. Euphemiæ parētes.* qui aliquot gesserat magistratus: erat autem ei nomen, Philophron: matrem verò valdè piam & honestam, quæ vocabatur Theodorosia: quæ etiam à Deo donum data fuerat omnibus egentibus, illorum faciens omnia, quæ sua erant, & cuius erat in eos manus larga & munifica. Ex quibus orta Euphemia, apparuit germen radici conueniens, ramus annuens ad pietatem veramque religionem, & longè pinguissimus fructus misericordiæ. Cùm illud ergò dæmonū perageretur sacrificium, non negligendum, sed maximè curandum ducens hunc cœtum piorum Apellianus, cum de eo diligenter inquisijsset, & certior esset factus, ea significat Proconsuli. Protinùs autē cōpræhenditur cùm multa alia multitudo Christianorum, tum ipse quoquè diuinus chorus, in quo erat prę clara hæc virgo Euphemia, quæ & corporis pulchri- *Euphemia cum alijs comprahēditur.* tudine, & virtutis specie, & ætatis flore, & generis claritate, inter eos eluebat velnti stella lucidissima. Ad quadraginta autem & nouem, congregatorū erat ille sacer chorus. Qui cùm fuissent compręhensi, producti sunt in conspectu Proconsulis. Ille autem eos priùs inducens admonitione, conabatur abducere à pietate, bonis terræ volens eos demulcere, qui cupiebant cælestia. dicebat enim: Sacrificate magno deo Marti, vt eius beneuolentia, & ab Imperatoribus dāda felicitate vos dignos efficiatis, & plurima consequamini munera & honores. Cui diuinus ille chorus, tanquàm vno animo & vno ore: Nos, dixerunt, ò Proconsul, Deum verū colere didicimus, cuius ver- *Cōstātia martyrū.* bo ex iis, quæ non erant, constitutum est vniuersum, cælum, & terra, & omnia, quæ sunt in eis: neque vllum alium deum scimus, præter hunc, neque adorare (Absit, rex Christe) sustinebimus. Tua autem dona & honores, alios alliciant, eosque, qui sunt pusillanimi, & parua concupiscunt, delinįant. Hæc enim à *S. Euphemia Christianorū dux.* nobis paruifiunt, & vix vllam eorum ducimus rationem, cùm solùm amemus honorem, qui est in cęlis, quem vitam immortalem & regnum Dei vocamus. Sic quidem dixit ille gloriosus exercitus, qui habebat ducem benedictam Euphemiam.

Tyrannus autem ne sic quidem desperans fore, ut *Cap. 3.* eis persuaderet, sed sibi bonam de eis spem præbens, (admirabatur enim illos adspiciens, & videns illorum liberale ingenium & generosos spiritus, neque uolebat tam pulchrum & ornatum cœtum pœna affici) fecit rursùs periculum martyrum constantię, & pro viribus studuit eos à sua traducere sentētia: Cùm videam, dicens, in vobis multam elucere intelligentiam, de vestra mutatione nondum spem obijcio, sed scio fore, vt mihi credatis consulenti ea, quæ sunt bona & vtilia, & non pro honore eligatis ignominiam, & pro deliciis, & gloria dedecus, & videre tam pulchram iuuentutem & florem corporis, quæ sunt omnibus hominibus iucundissima, grauibus tormentis affici & laniari. Ad hæc rursus liberè sancti: Nos, dixerunt, ò Proconsul, eadem rursùs dicimus, quòd maximum existimamus dedecus, si cùm mentē, & intelligētiā à Deo acceperimus, deos ominemus ea, quæ non sunt solùm muta & surda, sed etiā mente & sensu vacua. Quæ aūt nobis inferes supplicia, tantū abest, vt ea *Eccè qd efficit magn' Christi amor.* existimemus terribilia, vt cōtra magis timeamus, nè, si sint leuia & moderata, non possint esse satis accuratum testimonium Dei in nos virtutis & potentiæ. Sed ne prolixiori vtaris oratione, fac etus rei periculum;

culum: & tunc scies apertè, nos faciliùs latur os esse cruciatus, quàm tu sis intentaturus.

Cap. 4. *Dire cruciantur martyres.* Ad istam tyrannum accendit hæc oratio, & statim tormentis subiecti fuere martyres. Tormenta autem fuerunt non parua, neque paruo tempore durârunt, sed ad nouendecim dies fuere producta. Sciunt autẽ omninò, quicunque rerum asperarum & tristium faciunt periculum, quòd plagis corporis rursus accedẽtes aliæ, cùm prior dolor nondùm emarcuerit, sed sit adhuc in ipso vigore, ijs, qui patiuntur, efficiũt grauem sensum & intolerabilem. Atque tribunal quidem martyres, qui cædebantur, producebat quotidiè ueluti in theathrum. Deindè post plagas eos quoquè excipiebant carceres, alia afflictio accedens afflictioni, & dolorum additamentum. *Lætãtur in pœnis.* Tantum autem aberat, vt illi ea dolorem existimarent & molestiã, vt etiam gauderent dupliciter, & quòd propter Christum punirentur, & quòd propter rerum molestarum augmentum, bona quoquè quæ erant in spe, accessionem acciperent. Cúm iã autem dies adesset vigesimus, à Tyranno rursùs viri accersuntur præclari, cum quibus gloriosa quoq; aderat Euphemia, veluti in medio stellarum luna toto orbe plena, pulchrè & iucundissimè resplendens. *S. Euphemia ĩstar lunæ ĩ medio stellarum martyrum.* Quid ergò eis Tyrannus? Ea, inquit, experti, quæ nunquam putâstis fore vt experiremini, an aliquod salutare & vobis vtile consilium ceperitis, dicite. Satius est enim, vt relicta hac vana & noua gloriæ cupiditate, & mittentes soli vestræ vitæ malo vestro repugnare, quod omnes faciunt, id vos quoquè faciatis, & accedentes sacrificetis. Christi autem fortis exercitus simul cũ benedicta Euphemia: Quousquè, dixerunt, ò Iudex, teipsum decipis, res aggrediens, quæ non possunt fieri? Putare enim posse te nos à nostra traducere sentẽtia, perindè est, acsi putes posse te transmouere stellas a sua statione vel motione, aut transferre aliquid ea ijs quæ sunt immobilia. Quamobrem satius est, vt à tuo errore côuertaris, & verum Deum agnoscas, qui fuit tuę salutis optimus dispensator.

Cap. 5. *Cadũtur loris vultus martyrum.* Maiori ira percitus Priscus, iubet crudis loris feriri vultus sanctorum, pro bonis verbis mala facta rependens stolidus. Illi autem hoc quoquè nouum fortiter ferentes tormentum, euaserunt facie splendidiore, sanguine quidem è carne defluente, opificis autẽ gratia reddente pulchros & elegantes eos vultus, quos effinxerat. Contrà autem, qui flagellabant defessi, ceciderunt in terram semimortui. Sed alii quidem sancti iussu Iudicis rursùs coniiciuntur in carcerem, donèc eos transmitteret ad Diocletianum, (sic enim cõstituerat Apellianus) benedicta autem ante tribunal eius stabat Euphemia: existimabat enim fore, vt sola sic facilè induceretur. Cùm itaque curasset, ut ea proximè sisteretur, ut se familiaritate magis insinuaret: *Iudex blandit.* Crede mihi, aiebat, tibi optimè cõsulẽti, ò Euphemia, & accedens magno deo Marti sacrifica. nam sic quidem & liberaberis ab omnibus molestiis, citra laborem autem lucraberis, quæ sunt maxime optanda, nẽpe vt & diuitiis, & gloria potiaris, & agas deinceps uitã beatã & felicẽ. *S. Euphemia.* Christi autẽ martyr: Mulierẽ quidẽ videns, ò Iudex, inquit, putas posse facilè decipere: *Irridetur ab ea.* Videbis verò me non esse, ut existimas, mulierẽ tuis insidiis expositam. Confido enim in Christũ, quòd adiutricẽ habens inuictam eius dexterã, tuas callidas superabo insidias. Postq̃ ergò sic responso uictus fuit Tyrannus, & qui solo adspectu putabat se posse quod uolebat efficere, ab vna contemnebatur fœmina, pudore quidẽ fuit affectus: pudor autẽ mouit irã. Res est enim eiusmodi supercilium, cui accessit potestas. Deindè perindè ac ea, quæ præcesserant, tormenta parua esset arbitratus, & quæ imponere non possent necessitatẽ, noua excogitauit: & iubet construi rotas inauditis quibusdã machinis, quæ carnes premere, & ab ossibus exprimere, & ipsa confringere possent violentissimè, & in eas sapientissimam iniici Euphemiam.

Cap. 6. Postquàm autem ipsæ machinæ dicto citiùs fuerũt constructæ, & martyr in eas erat iniicienda, validis continuò in se paratis armis, nempe diuina Crucis figura, ac ea signata, aut, vt meliùs dicam, munita, aduersùs rotas processit, nullam quidem vultu ostendens tristitiam, sed seuero & honesto vultu, Deumq; benedicens, & apertè ostendens se iis, quę pro ipso patiebatur, admodùm gaudere. *Figura diuinæ Crucis, valida arma Christianorum.* Quinetiam proferens aliquid generosum & valdè dignum eius candore: Tuę rotæ, dicebat, ò Tyranne, & hę imbecillæ tuę machinationes, maius mihi accendunt Christi desideriũ. Hæc audientes ministri, rotas versabant, quam poterant fortissimè, grauiorem sensum doloris martyri afferentes. *Horrẽdũ suppliciũ rotarum.* Quamobrèm eius quidem membra & partes confringebantur, & dirumpebantur, & diuellebantur omnes compages: mens autem non abscedebat à Christo: sed in cælum tollens oculos, vndè se sperauit habituram auxilium: Domine mi, clamabat, Iesu Christe, animæ meæ illuminatio, fons vitæ, qui das salutem eis, qui in te confidunt, adsis nunc mihi adiutor, & cognoscatur ab omnibus, quòd tu es Deus solus, certa spes eorum, qui in te habent fiduciam, & quòd non accedent mala, neque appropinquabit flagellum tabernaculo eorũ, qui te altissimũ suũ posuerunt refugiũ. *Psal. 90.* Sic quidem martyr est precata: Deus autẽ effectũ reddidit, quod precabatur. Cælestis enim continuò adueniens virtus, momento temporis facit hæc omnia. Eam quidem soluit à rota: corpus autem curat à plagis adeò pulchrè, vt ne minimum quidem vulnerum vestigium in eo appareret. *Soluitur diuinitùs a rotis S. Euphemia.* Deindè etiam ministros iniquitatis specie terrens terribili, facit ut non operentur. E rotis verò egressa gloriosa certatrix, nõ solùm conspecta fuit integra & sana, sed etiam vultu alacris, (O admirabilem tuam, Christe, virtutẽ) cùm aliis etiam patientibus, sæpè insit tristitia in vultu eorum qui spectant, & sunt humaniores.

Cap. 7. Sed Aethiops non dealbatur, & lignum incuruum non dirigitur, & cancer rectè ingredi non docetur. Hęc Priscus sceleratus, & cuius nullo modo poterat curari vitium. Nam cùm diuinitùs factum esset tale signum, ille, vt qui esset suis diis cęcior, non solùm nihil intellexit, sed minatus est etiam se esse viuam exusturum martyrẽ. Illa autem nequaquàm se reprimẽs: *Ignis terrestris trãsitorius, infernalis verò perpet.* Ad tempus quidem est, inquit, O Tyranne, ignis, quem mihi nunc minaris: & citò quidem accenditur, citò etiam à volente extinguitur: neque ego sum tam pusilli & abiecti animi, vt hunc ignem formidem. Non, per sacra certamina eorum, qui se pro Christo strenuè & fortiter gesserunt, hoc quidem mihi vllum affert timorem: sed illum ignem extimesco, ille mihi vel solùm in mentem veniens ignis est terribilis, qui manet eos, qui Christum negant, vt qui ęternam habeat operationem, & ne tantillùm quidem desinentẽ. Itaque Tyrannus quidem ad effectum deducens ea, quæ minatus fuerat, iubet accendi fornacem, quæ valdè alteretur pice, sulfure, stuppa & sarmentis. Et alta quidem erat flamma quadraginta & quinque cubitos. In ignem autem iniicienda martyr, induit arma trium puerorum, nempe preces: & contra ignem accendit ignem orationis, & oculos in cęlum tollens: Deus, inquit, qui in excelsis habitas, & humilia intueris: qui *Psal. 137* *Dan. 3.* Babylone tres pueros, propter tuam legem igni traditos, per sanctum Angelum tuum à malis illæsos conseruasti, & eis rorem desupèr immisisti, tu quoquè mihi tuæ ancillæ adsis adiutor, quæ pro tua, ò Christe, decerto gloria Sic dixit: & cùm figura Crucis rursùs, tanquàm aliis armis, seipsam armasset, stabat para-

ta,

ta, expectans iussum Tyranni.

Cap. 8.

Cùm autem ille iussisset eam in ignem coniici, & eam manua essent lictorum compræhensuræ, Victor & Sosthenes, qui præerant iis, qui ad hæc inseruiebant, ad Priscum accedentes: Quòd iis quidem, quæ imperas, prompto & alacri animo inseruiamus, aiút, etsi multos habeamus testes, nô alios, quàm tuos oculos producimus. Nunc autem non possumus tangere corpus huius virginis. Videmus enim viros stantes adspectu formidabiles, nos quidem toruè admodùm intuentes, & paratos virginem defendere & eam assicere flamma superiorem. Quid enim aliud sibi uult, quòd ignem huc & illuc dispergunt? Postquam auté hęc audiuit Priscus, eos quidem, vt qui iam á cultu deorum defecissent, mittit in carcerem: Cæsarem autem ac Varium (sic enim vocabantur) sufficit in eorũ ministerium. Et illi quidem prompto & alacri animi studio egregiam virginem Euphemiam, cedente diuina virtute Angelorum, (neque enim poterant ipsi mutationem suscipere ad pietatem) iniiciunt in fornacem. Sed eos continuo arguebant res inanimæ, & puniebantur impii. Ignis enim repentè efferuescens, & in orbem circunfusus, quomodò priùs Babylone, vltus est eos, qui iniecerant: Gloriosa autem virgo penindé acsi non ad supplicium, sed ad recreationé tradita esset, & delicias, mansit quidem aliquandiù ab igne illæsa: securissime autem mouebat labra ad hymnos diuinos, aura molli & roscida eam refrigerante.

Visio torquentium virginē.

Dan. 3. Ignis sanctā non lædit.

Cap. 9. Notarem admirandam.

Postquam auté & flamma contabuit, & in Cæsaré & Varium diuinitùs immissum supplicium alios ministros procùl dispersit, egrediens martyr adeò integra & illæsa, vt ne in tunica quidem ignis vllum seruaret uestigium. Sed ipsam quidem rursùs vinctam tenebat custodia. Die autem sequenti educit Proconsul Victorem & Sosthenem, & iussit eos sacrificare diis suis. Illi autem: Nos, aiebant, ò Proconsul, magno priùs errore implicati, quomodò tu quoqué hucusqué, nunc tandém bono Dei nutu resipiscentes, digni habiti sumus, qui veritatem agnosceremus per hanc virginem. Scias ergò nos neque diis inanimis sacrificaturos, (Absit, vt simus adeò emotæ mentis) neque tuis esse cessuros edictis. Postquàm hæc dixissent, abducti sunt in stadium, & iussi sunt pugnare cũ bestiis. Illi autem imperatum lubenter accipiebant, & exultabant, non solùm quòd existimarent esse satiùs decertare cum feris, quàm cum tam malis hominibus: sed etiam quòd per dentes ferarum erant illi confracturi maxillas bestiæ, quę caret carne. Quod quidé cùm precati essent, audierunt de cælo vocem, quę significabat fuisse auditam eorum orationem. Cùm ergò immissæ fuissent bestiæ in martyres, & in eos insiluissent, graui flagello incitatæ, nempe fame, & eos solùm momordissent, & bibissent sanguinem, (Oportebat enim ad effectum deduci illorum preces) abstinuerunt á corporibus, & ea nullo modo deuorarũt. Nam neque tunc negligens erat gratia, quæ priùs Danieli frenauit ora leonum: & sic breue pro Christo martyrium pertulerunt athletæ. De ipsis autem sacris corporibus curę fuit iis, qui ea piis erant paulò studiosiores, vt ea tollerent, psalmisque & hymnis mandarent sepulturæ.

Victor & Sosthenes conuertuntur.

Ingens miraculum.

Dan. 6. Suffocantur sed non deuorātur á bestiis.

Cap. 10.

Die autem sequenti pro iudiciario tribunali præsidens Tyrannus, gloriosam Euphemiam educit é carcere. Et erat quidem læta uultu, animo auté lętior. Submissè verò canebat accedens ad Iudicem hęc cantica Dauidica: In via testimoniorum tuorum delectata sũ, tanquàm in omnibus diuitiis: In iustificationibus tuis meditabor, non obliuiscar legis tuæ: & quæ deincèps consequuntur. Dicit ergò ei Tyrannus: Quousquè te adeó afflictam despicis, & deos quidem molestia afficis, & ipsum ad iram prouocas Imperatorem? Fac aliquid sapienter, & persuadere diis offerre serificium. Illa autem: Suades, inquit, nobis ò Iudex, vt aliquid sapienter faciamus: & quidnam fecerit quispiam sapiétiús, quàm non persuaderi, vt lapides inanimos & surdos, deos existimet? quomodò contrà persuaderi, plenum est stultitia, & nec liberum quidem ab insania. His dictis ira percitus Tyrannus, ad nouum conuertitur supplicium. Lapides autem & ferrum tale tormentum instruxerunt. Illi quidem á tormentorum instrumentis suspensi per angulos, ferrum autem violentia lapidum susque deque assiduè attractum, sic lacerabant corpus virginis. Cùm autem sic cruciaretur virgo, nec muliebre aliquid præ se ferret aut illiberale, sed Deo etiam ageret gratias, propter quem hæc ferebat, defessę quidem erant lictorũ manus, machina trahentes lapides, rursùs verò lapides, qui vi trahebantur, contriti erant, & in minuta fragmenta dissoluti. Martyr autem in his omninò cernebatur illæsa.

Psal. 118.

Atrox supplicium S. Euphemiæ, nec eo læditur.

Cap. 11.

Sed ne sic quidem Priscus iram remisit & supplicia, graue quidem esse arbitrans & ridiculum, si uideretur superari á fœmina. Sed ignorabat stolidus, quòd non eò, quòd vim afferret, superior, sed eò, quod non persuaderet, vict' potiùs uideretur. Iubet ergò in medio stadio effodi magnam cisternam, aqua autem impleri, & in eam iniici, quæcunque animantia carniuora alit mare. Deindè iussit iis, qui aderant, vt martyré quamprimùm adducerent, & in eam iniicerent, sic protinùs exedendam a bestiis. Postquàm ergò cognouit hoc beata, sua sponte adstans, exprobrabat Tyranno, quòd res aggrederetur adeò inefficaces aduersùs Christi seruos: & quòd uideretur improbus, & haberetur ludibrio. Deindé cùm manus in cęlum sustulisset, & oculos implesset lachrymis: Lux mea, dixit, Iesu, mea gloriatio, mea vita, adiutor meę imbecillitatis, qui in rebus dubiis facilem exitum inuenis: qui belluæ quidem ventrem, Ionæ pulchrum fecisti thalamum: leonum autem ora, reuereri Danielem: tu me, Domine, valida & inuicta tua côserua dextera, vt sim quidem argumentum gloriæ iis, qui tuá colunt potétiam: vultus autem impiorum, dedecore impleam & ignominia. Cùm sic precata esset, & se toto signasset corpore, in aquam forti & generoso animo insiluit. Bestiæ autem protinùs quidem cum magno impetu accesserunt: postquàm uerò fuerunt prope corp' martyris, cibi omninò sunt oblitæ, & functæ sunt munere satellitum: & martyrem excipientes, eam dorsis suis sustinebát, periodè acsi eius curam gererent, nè quid ei graue eueniret in aquam descendenti.

Item aliud, sed semper manet virgo illæsa.

Iohan. 2. Dan. 6.

Toto corpore se cruce consignat.

Cap. 12.

Priscus autem apud se coniiciens, quæ fiebant admirabiliter, erat quidem animi dubius, & admirabatur: cùm adspicere autem ad lucem ueritatis, & intelligere quænam esset eorum, quæ fiunt, uirtus, nô posset, undenam hoc esset, rogabat Apellianum. Eccè enim, ut uides, & ignis, & plagæ, & rotæ, & bestię, ab vna fœmina victa sunt omnia. Ille autem (Quid enim aliud existimasset scelesta anima, & ad diuinam lucé planè cæcutiens?) præstigiis & artibus magicis adscribebat vniuersum, & eam sic dicebat efficere, ut esset superior. Cui Proconsul, perindè ác mentis profunda penetrans, & altiorem inducens interrogationem: Cur autem, inquit, non vlti sunt eam dii, cùm malos odio habeant? Ille verò cùm non posset veram reddere rationem, imbecillitatem nominabat benignitaté: Cùm sint, inquit, clementes, ei pepercerunt. Interim martyr, cùm integra & illæsa emersisset ex aqua, uidentibus omnibus, adstitit coram Proconsule. Tyranni autem simul inter se disserebant, non in occulto, sed palàm, ità vt qui aderant, audirent, & aliquid lu-

Diuina virt' tribuitur artibus magicis.

crisa-

crifacerent ex iis, quę dicebaotur, suos deos aut dæmones defendeotes: & præstigias & artem magicam attribuebant martyri, & ea dicebant ipsam aquas supe rasse. Propter hæc eum Priscus simul cum assessore perplexo esseur animo, & nescirent quidnam facerẽt ampliùs, tanquàm in consilium suam adhibentes sæui tiam, ad puniendum rursùs se contolerunt. Quid enim possens aliud facere, cùm essent discipuli eius, q fuit homicida ab initio? Illi ergò rursùs exsculpſerũt lapides, & effecerunt acutos ferreosque obeliscos, & ferras sunt fabricati deindè iusserunt etiam fodi fossam, qoę acutos hos lapides, & obeliscos, & ferras latentes infisas esset habitura, pauca terra ei desupèr iufusa, vt procedens martyr, in eam imprudens incideret, & sic interiret. Existimabant enim stolidi, eam illa solùm posse vincere arte magica, quorum iam accepisset priùs cognitionem, & ideò studebant efficere, vt nou esset manifestum periculum. Eos autem la tebat, quòd tu, Domine, qui corda hominũ seorsùm finxisti, es cum ipsis. & intelligis omnia opera ipsorũ.

Iohan. 8. *Psal. 31.*

Cap. 13. Certè cùm eam vrgerent ministri, vt per eum locũ transiret, in quo fossa facta fuerat, illa quidem, cùm nihil omninò præuidisset, quæ autẽ cohabitabat gratia, ipsam subleuaret, percutrit supra constructã fossam, perindè acsi terram non tangeret, sed alata sublimè ferretur. Deindè quid fit? Res iusta, & per quam cognoscitur Deus iudicia faciens, & factum reuerà dignum ea, qoæ omnia intuetur, prouidentia. Quidam enim ex iis, qui martyrem traducebant, fortè ignorãtes paratas insidias, & volentes, postquàm illa fine lapsu transiit, eodem vti transitu: vt id totum, quod à diuino Dauide dictum est, esset prędictio eius, quod tunc factum est: nempe illos quidem fodisse foueam, & in eam fossam, quam fecerant, cecidisse: cùm repentè fracta esset, quæ in superficie disiecta eras terra, inciderunt in foueam: & cùm in illa acuta incidissent instrumenta, celeriter interierunt. Sancta autem cecioit hymnos, quibus Deo agebat gratias: Quis loquetur, dicẽs, potẽtias Domini, auditas faciet omnes laudes tuas, Domine? Quoniam flagellatam ancillam tuã à flagris illęsam conseruasti. Quoniam ab igne rapuisti. Quooiam à bestiis, & aqua, & rotis custodiisti: & à fossa conseruasti. Et nunc Domine misericors, libera animam meam è manu eius, qui à priscis temporibus est hostis naturę. Peccata iuuentutis meæ, & ignorantias meas nè memineris: sed guttis tui sanguinis, quæ pro me fluxerunt, expurga sordes meæ carnis & spiritus. Tu es enim purgatio, sanctificatio & illuminatio seruorum tuorum. Et illa quidem hæc est precata, & non fuit fraudata sua petitione.

Psal. 56. *Vide mirabile iudicium Dei.* *Psal. 105.* *Psal. 24.*

Cap. 14. Priscus autem rursùs aliam fossam martyri excogi rat, quæ non afferebat interitum corporis, sed animę, & circa fidem creabat periculum. Nam cùm eam accersiuisset, & iracundiam quidem & superbiam deposuisset: denso autem vellere lupum texisset, & maximam simulasset lenitatem: Tu quidem, inquit, falsa es: nec est mirum: es enim fœmina: Sed nos quoqué in te præclaram virginem: quod vtinàm factum non esset: nimis fuimus petulantes. Quorum nobis dans veniam, sacrifica magno deo Marti: & te tantæ excipiẽt diuitiæ, & tantum mare bonorum, vt omnium illorũ oblita, honestè deincèps viuas & iucundè, vt talem decet virginem, tam pulchram, & tam claram genere. Reuerà autem benedicta Euphemia Tyrannum generosè & viriliter intuens: O vafra, inquit, anima, dolo plena & amaritudine: O mens dæmoniaca, humanam imitata speciẽ, nunquam cessabis nugari, & frustra scelerata inire consilia, & aduersùs Christi seruos laqueos tendere innumerabiles? Ego nunquàm sacrificabo dæmonibus & simulacris, maximè cùm me Dominus totiès defenderit, cùm tam multis operibus demonstrarit veritatem, cùm tam apertè & citra vllã controuersiam, vestram arrogantiam dedecore affecerim, & eorum, quæ colitis, arguerim imbecillitatẽ, atque aduersùs errorem tam præclaram adepta sim victoriam. Indicarer egò tibi planè ridicula, vel potiùs digna lachrymis apud eos, qui rectè sentiunt, & timent Dominum. Ablata ergo scena, & agno, quem arte suscepisti, & simulata mansuetudine, ipsum solitum nobis Priscum ostende, eum, quæ est ei grata, sæuitia & audacia: & illa fac, quę sunt tibi cordi facere; aut potiùs, quę magister & præceptor tuus tibi suggerit diabolus.

Iudex sanctam virginẽ fraudentiter euertere. *Egregiè abs ea contemnitur.*

Cap. 15. Priscus propter hęc ira repletus (Breuì enim deprę hensa fuit simulatio, & feles exuit crocoton) iubet martyrem virgis verberari grauissimis. Cùm autem virgis cæsa, plagas simul irrideret & Tyrannum, is ad maiorem iram accensus, proponit quidem serras acutas, & ferreas sartagines: iubet autem serris quidem in duas partes secari corpus martyris, sartaginibus verò dissectas carnes valdè eliquari, vt vsque ad ipsa ossa dissoluerentur in cinerem. Cùm autem serræ adducerentur ad corpus virginale, perindè atquè si adamantinam aliquam tangerẽt materiam, eis quidem obtundebatur acies, & secandi vi priuabaotur: ignis autem extinguebatur, & martyr conseruabatur illæsa. Sed quid hæc ad animam, quæ est sua sponte surda, & non potest vllam piam suscipere cogitationem? Etenim cùm hæc fierent, Priscus idem esse pergebat, & non cessabat aduersùs Deum bellum gerere. Nam lux quoquè, quæ est amica omnibus, non est amica, sed inimica ægris oculis. Quamobrèm rursùs producit in stadium benedictam Euphemiam, & iubet eam decertare cum bestiis. Illa autẽ, vt quæ quòd non citiùs ad suum sponsum caederet, sed vincula corporis adhuc ferret, ægrè ferens, manus simul, & mentem, & oculos tollens ad Christum: Domine, inquit, omnis principatus, ostendisti in me tuam inuictam potentiam, & dexteram inexpugnabilem: arguisti dæmonum imbecillitatem, tyrannorum amentiã: me tormentis & plagis effecisti fortiorem: nunc quoquè sicut eorum, qui præcesserunt, cædem suscepisti & sanguinem, meum quoquè suscipe sacrificium in anima contrita tibi oblatum, & in spiritu humilitatis: & in tabernaculis sanctorum & choris martyrum meã acceptam animam fac requiescere. Quoniam es benedictus in secula.

Caeditur virgis atrocissimè. *Iubet serris ferreis secari, sed non laedi.* *Obiicitur bestijs.* *Oratio eius.*

Cap. 16. Ea sic precante, in ipsam immittuntur quatuor leones, & tres vrsæ. Quæ diuisim & preces illius exauditas fuisse, & magnum à Deo factum in ea miraculum ostenderunt. Nam leones quidem & duæ vrsæ, cautè simul & reuerenter ad eam accedentes, plantas eius pedum humanè deosculabantur: tertia verò ex vrsis, cùm parùm quidem momordisset carunculam, vulnus quidem nequaquàm fecit, fuit tamẽ occasio eius ad Deum decessus sextodecimo Septẽbris. Vox autem è cælis resonans, admirabilem vocabat Euphemiam ad diuina tabernacula: Accurre, dicens, ad datorem coronarũ, quæ pulchrum certamen decertasti, & iam cursum perfecisti, acceptura præmia tuorum certaminum. Voce adhuc resonante, magnus terræmotus conquassabat ciuitatem, & magis, quàm vllas res creatas, corda eorum, qui inhabitabant. Vnde etiam illius parentes opportunitatem nacti & potestatem, non flentes, sed lætantes, illud martyricum & preciosum corpus, non aliorum manibus, sed suis credentes, in loco quodam nõ procùl à ciuitate Chalcedone, honorificè simul & piè sepelierunt: pulchrã accipientes mercedem eius educationis, quòd dicerentur patres talis filię, & darent Deo fructum, bene-

Reddit Christo purissimã animam. *Sepelit à proprijs parentibus.*

dictione

diċtione & oblatione quauis sacratiorem. Quoniam eum decet omnis honor, gloria & adoratio nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

ILLVSTRE MARTYRIVM SS. Luciæ & Geminiani, authore Adone Treuirorum Archiepiscopo.



16. Septēbris. ROMAE natalis sanctorum Luciæ & Geminiani, Imperatore Diocletiano, iudicibus Abosrasio & Megalio. Manserat autem beata Lucia in viduitate annos trigintasex. Totius autem vitæ eius fuerunt anni septuagintaquinque.

A suo filio S. Lucia accusatur. Quæ accusata a filio suo Euprepio, quòd Christiana esset, iussit eam Diocletianus Imperator sibi adduci, & dixit ei: Audio, quia reum illum Crucifixum cōfiteris, & deos nostros derides. Nunc ergò si parata es viuere, parati sunt dii omnipotentes, vt eis offeras thura, vt possint tibi esse propitii, & viuas. Sancta Lu- *Eius fortis anim.* cia respondit: Nec sibi sunt propitii, nec cultoribus suis. nam mihi propitiabitur Dominus meus Iesus Christus, pro cuius amore parata sum ignem, vincula, & quas volueris, pœnas sufferre. Audiēs Diocletianus constantiam fidei eius, iussit eam trahi ad carcerem: vbi consolationem diuinam promeruit.

Reducta autem iterùm ante Diocletianum sedentem pro tribunali, extensa est gloriosa fęmina, & fu- *Fustibus caeditur.* stibus diutissimè verberata. Et eccè terręmotus subitò factus est, & templum Iouis ità subrutum, vt nec lapis super lapidem ædificii remanserit. Diocletianus autem ollam ęneam adduci fecit, eamque pice & plumbo iussit impleri, & in circuitu ligna aggregari, & succendi, sanctamque Luciam intrà ollam demergi: vbi sancta Dei psallens, triduó vixit.

Illæsa manet in feruenti plūbo. Mittens verò Diocletianus, qui renunciaret ei, si tota iam in cinerem esset resoluta, is qui missus fuerat, intimauit rediens Imperatori, quòd absque vlla læsione sana viueret. Tunc impius tanto miraculo nullo modo ad credendum Christo incitatus, iussit vt onerata ferro & plumbo, per ciuitatis plateas duceretur.

Gemminianus cōuertitur. Peruenit autem ante domum hominis præpotentis, nomine Geminiani, in cuius domum dęmonum simulacra innumera erant. Dumque sancta Lucia domum ipsam pertransisset, subitò columba alba velut nix descendit de cælo, & super caput Geminiani, tertiò figurans crucem, resedit. Geminianus respiciens, vidit sibi patère cælum, & statim arripiens cursum, peruenit ad locum, vbi iam sancta Dei torquebatur. Et prosternens se pedibus eius, cœpit narrare quod viderat, & baptismi lauacrum expetere. Reducta est igitur beata Lucia in carcerem.

Erat verò quidam sacerdos, Protasius nomine, cui noćte apparens Angelus Domini, monuit vt iret ad carcerem, & Geminianum, qui fontem salutis re- *Baptizat* quirebat, baptizaret. Qui cùm euigilasset, festinus abiit, & beatum virum aqua salutari lauit. Post diem tertium exhibita est sancta Lucia Diocletiano, & cū ipsa Geminianus, de quo iam Imperator audierat. *Dirè cruciatur cū S. Lucia.* Quos ille pęnis grauissimè afflictos, diuque tortos, tradidit cuidam peruersissimo iudici, vt quod deerat pœnarum, ipse suppleret.

Qui primò iussit ceruices eorum fustibus contundi. Et mox terræmotu facto, camera domus iudicia- *75. martyres occiduntur.* riæ cecidit, & iudicem impium oppressit. Deindè sāćti martyres exhibiti sunt Abosrasio, sub quo & lxxv. martyrium implebere, qui visis miraculis, quæ circa sanctos suos Dominus operabatur, crediderant. Hic iudex impiissimus post sanctorum horum martyrum necem, ob equum eius à diabolo incitatum, de lapideo ponte præcipitatus in flumen est. Corpus eius postea nullo loco repertum. Deindè beata Lucia, & sanctus Geminianus, à Megalio viro consulari arctati, *S. Lucia cum socio decollat.* post laudabilem victoriam martyrii, gladio animaduersi sunt xvj. Calendas Octobris. Quorum corpora rapuit quędam mulier Christiana, nomine Maxima, & vt decuit martyres, sepeliuit.

VITA S. EDITHAE VIRGINIS, Regis Anglorum Edgari filiæ, grauiter scripta, sed nonnihil hincindè mutato stylo per Fratrem Laurentium Surium.



BEATA virgo Editha, filia fuit Edgari Regis, & Vulfrudis regii ducis filiæ: quam quidē Vul- *16. Septēbris.* frudem Rex sibi perpetuo re- *Cap. 1. S. Editha pas.* gni consortio coniungere statuerat, sed illa a partu absoluta, deincèps continenter viuere, quàm illecebris seruire, maluit, Christi amore eam inuitante. Itaque monacharū habitum apud Vuilthoniam è manibus sancti Etheluuol- *Eius mater fit monialis.* di Episcopi accepit, exemplis & virtutibus proficiēs, virginibus mater spiritalis præfecta est. Porrò beata Editha sub matris cura relicta, tandèm Rege assentiē- *Itèm Editha.* te, in eodem monasterio monasticam vestem induit. Eam verò mater non auro, non monilibus, non multiuario ornatu, sed literarum ac virtutum splendore instruxit. Inter multa autem sanctorum hominū exēpla, quę tum in codicibus lectitabat, tum coram intuebatur, aut auditione discebat, cognatorum præsertim & propinquorum suorum, vehementiùs accēdebatur virgineæ integritatis palma sanctissimæ amitæ suæ Edithę, quæ Edgari Regis & patris eius germana soror erat, & in monasterio Polleluuntensi prouincię Vueruuici, meritorum signis, perindè ut ipsa Vuilthoniæ, clarebat.

Cap. 2. Eius virtutes. Sororibus quidem Martham, Christo verò se Mariam exhibebat. Erga omnes officiosam se ministeriis impendendis præbebat: hospites omnes in Christi visceribus complectebatur, ità abstinentiæ dedita, acsi epulis interesset: ità ad epulas accedens, vt a frugalitatis studio non deflecteret. Terrenos fauores prorsùs deuitans, morbidis ac humana ope destitutis sese impēdebat, liberisque regiis leprosos anteferebat: & quanto quisque videbatur morbis deformior, tanto illa propensiori animi commiseratione erga illū humanior & ad inseruiendum promptior erat. Rectè ea dici poterat cæcorum oculus, debilium adminiculum, indigentium vestis & alimonia, desolatorū omnium solamen.

Cap. 3. Cilicio affligit corpus. Cilicio asperrimo ad nudam carnem vtebatur, interim nitidis vestibus extrinsecùs induta. Cumque beatus Etheluuoldus quandoquè vidisset eam ornatiori habitu ingredientem, ait ad eam: Non his, filia mea, indumentis itur ad Christi thalamum, nec externo cultu corporis delectatur sponsus cælestis. Illa *Hac sancta virgo docuit, ut talès sācbitatē suā, cùm esset asperrimo cilicio induta.* verò interni conscia habitatoris, ità respondit: Crede mihi, pater, nequaquàm deterior mens, Deo adspirante, sub hoc tegmine deget, quàm sub pelle caprina. Habeo Dominum meum, qui non tam vestem, quàm mentem attendit. Sensit ergò vir Dei in virgine gratię authoritatem, nec ausus fuit in ea contristare summum iudicem Deum. Lætabatur potiùs Dominum in sanctis suis omnia pro sua voluntate moderari, pu-

tamque

ramq; mentem & in purpura & in sacco placere Deo.

Cap. 4.

Vbicunquè Editha ingrediebatur. Crua Christi illi omnes aderat: Crucem in fronte, in pectore, in itinere, in omni opere suo prǽferebat. Cùm aliquādò escas suo more in disco efferret, in sinu pauperis condendas, à latere puer accurrit eleemosynam petens. Porrexit ea cum solito Crucis signo: mox ille puer disparuit, itá vt prorsùs ab illa non videretur. Quindecim annos natam pater eius rex Edgardus tribus monialium monasteriis, Vuintoniensi, Berckingensi, & tertio cuidam Abbatissam præfecit: sed ea ab illa domo, in qua Deo seruire cœperat, auelli non potuit: effecit autem, ut singulis illis monasteriis spiritales matres tanquàm magis idoneæ prǽponerentur, malens matri subesse, quàm aliis præesse: potiusque timere matrem, quàm aliis imperare. Defuncto autem patre Edgaro, & succedente ei filio Edouardo adhuc infantulo, in somnis vidit sancta oculum suum dextrum sibi excidisse. Idque sororibus referens, simulque exponens: Videre mihi, inquit, videor hanc visionem fratris mei Edouardi portendere casum. Nec diù pòst Edouardus, dum cupit inuisere fratrem suum Ethelredum, à filiis iniquitatis, vt in eius historia videre licet, occisus est. Cumque regni proceres virginem sanctam è monasterio extrahere, & in paterno solio, vti plerisque nationibus fœminæ dominantur, collocare vellent, & tandèm etiam vim intentarent, adeò illa nō assensit, vt faciliùs saxa in plumbū verti, quàm virgo Christi à suo proposito & Dei seruitio abduci posse videretur.

Non vult esse Abbatissa.

Edouardi regis cædes. Vide 18. Martii.

Respuit regnum.

Cap. 5.

Cùm autem in honorem beati Dionysii ecclesiam condidisset, & sanctum Dunstannum ad eius dedicationem inuitasset, vidit is sanctus pontifex sacrā virginem crebrò pollicem dextrum extendere, & eo signum Crucis pingere in fronte sua. Quo ille delectatus, apprehensa dextera manu virginis, dixit: Nunquàm putrescat hic digitus. Paulo pòst inter Missarū solennia in lachrymas vir sanctissimus prorupit, rogantique Diacono suo cur fleret, suspirans, & ab imo pectore trahens vocem: Hæc, inquit, Deo dilecta anima, hęc gemma siderea, ad patriam sanctorum ab illuuie terrena & hac ærumnosa vita rapietur. Neque enim flagitiosus hic mundus tantæ lucis prǽsentia dignus est. Tertio & quadragesimo ab hinc die occidet nobis hęc stella luculenta. Eccè autem tolluntur ex ergastulo nostro sanctorum lumina, & nos in tenebris & vmbra mortis sedemus. Nos pigros senes damnat ætas immatura, dum nobis dormitantibus, illa cælos penetrat.

S. Dūstāni vita habetur 19. Maij.

S. Dūstānus prædicit S. Edithæ obitum.

Cap. 6. Obitus eius

Appropinquante verò hora, qua de mundo erat migratura ad Dominum, adest S. Dunstannus, & exhortationibus atque precibus animam eius communiēs à corpore excedentem manibus Domini commendauit. Interim soror quædam trepida, è S. Dionysii ecclesia, vbi sancta virgo obiit, ad monasterium currit, auditque in choro tanquàm psallentium magnā frequentiam. Itaque hęrenti ei occurrit quidam eleganti vultu & habitu insigni, aitque ad eam: Noli huc propiùs accedere. Angeli enim sancti Godam puellā (Itá enim maiori gratia eam appellabat, quæ patria voce Bona cognominabatur) hinc secum asportaturi sūt ad gaudia sempiterna, vt cum hac melodia cęlestis exercitus in aulam perpetuæ iucunditatis ingrediatur. Sicque anno vicesimotertio ætatis suæ, decimosexto Calendas Octobris, migrauit ad Christum circa annum Domini noningentesimum octogesimumquartum: sepeliuitque eam beatus Dunstannus in ecclesia S. Dionysii, quam ipsa extruxerat. Hunc autem locum præsaga mente virgo sancta crebrò inuiserat, dicens: Hic locus est requietis meę: cumque assiduo lachrymarum imbre irrigans. In ipso autem atrio monasterii xenodochium, in quo hodieque tredecim pauperes reficiuntur, instituit.

Sepelitur in ecclesia S. Dionysii, quā sācta adhuc viuens extruxerat.

Cap. 7. Apparet matri suæ

Porrò tricesimo ab obitu suo die apparuit virgo sancta matri suę Vulftrudi, formosa valdè & hilaris, atque lumine sicut vestimento amicta & splendida, dixitque illi, se Regi suo benè charam in gloria sempiterna: satanamque ipsam coram illo accusasse, sed sāctorum Apostolorum patrociniis se contriuisse caput eius, & cruce Domini Iesu eum se prostrauisse, atque ex illo triumphasse. Eodem tricesimo die nata est ex illustrissimis parētulis infantula, de qua ante eius obitum rogata beata Editha, ut eam è sacro fonte susciperet, respondit se suscepturam, quemadmodùm Domino visum foret. Sed cùm ipsa priùs nata esset cęlo, quàm puella mundo: allata est puella ad ecclesiam, & sancto Elphego Episcopo illam baptizante, & cereū ei offerente atque dicente, Accipe puella lampadem, cum qua introeas ad nuptias Domini: subitò quasi sācta Editha illam puellam tenente, palmulā tenerrimam porrigens, cereum suscepit ac tenuit. Mox verò sanctus Episcopus Elphegus intellexit admirandum hoc esse diuinæ electionis præsagium, atque parentibus puellæ: Hanc infantulam soli Deo despōsandam nutrite, & post ablactationē monasterio eā tradite. Ea puella Brithgina appellata est, & apud Vuilthoniā postea Abbatissa effecta, in sāctitate vitam suam finiuit.

Insigne miraculū

Cap. 8. Apparet S. Editha Dūstāno iubetq; corpus suum eleuari.

Post decessum sanctæ Edithæ tredecim elapsis annis, illa beata Dunstanno Archiepiscopo apparuit, dicens: Reminiscens Dominus miserationum suarū, assumpsit me, placetque ineffabili bonitati illius, ut apud homines in salutem fideliū eius, honore afficiar, cùm ille me apud Angelicos ciues in cælis honorarit. Ito ergò Vuilthoniam, diuinaque iussa capessens, corpus meū è terra eleuato. Nè dubites, nec vllo te phātasmate deludi putes. hoc enim veritatis erit signum, quòd præter officia membrorum, quibus in puellari leuitate abusa sum, putà oculorum, manuum, pedum, reliquum corpus meum vtì illibatum, itá & incorruptum inuenies. Libidinis enim & crapulæ expers semper fui. Pollicem quoquè dextrę manus, quo mihi assiduè sanctæ Crucis signum impressi, illęsum uidebis, vt appareat clementia Domini in parte seruata: & paterna castigatio, in parte absumpta. Dunstannus ergò cùm apud Sarum prope Vuilthoniam pernoctaret, per visum transfertur in ecclesiam Vuilthoniæ vsque ad tumulum sanctę virginis: & eccè videt Angelica claritate sanctum Dionysium altari assistere, & virginē Editham, luce & candore conspicuam, dilectum patronum hisce compellare verbis: Scis pater, quid de me diuinæ gratiæ placeat. Tu ergo summi consilii interpres, & diuinæ uolūtatis legate, huic aduenæ, qua fide & authoritate ipsum huc inuitauerim, expone. S. Dionysius ait: Animaduerte frater, visionem, quā nuper vidisti, veram esse de huius dilectæ dominæ declaratione. Digna est enim, quam terrigenæ venerentur, quę inter cælicolas meruit coronari. Dignum est honore hoc corpus, hoc templum virginalis pudicitiæ, in quo amator virginitatis regnauit Dominus Rex glorię. Eius etiam gratissima Christo suffragia, mortalibus sunt necessaria. Itá ergò tertio Nonas Nouembris corpus sanctum è terra leuatur, & omnia sic, ut prędictum erat, inueniuntur.

Visio S. Dūstāni.

Cap. 9. Sanguis multus ex eius defūcto corpore manat.

Monachus quidam Glasconiæ, Edulphus nomine, collectam temerè in rugam à corpore sancto tunicā præscidit, simulq; sanctū corpus ferro percussit. Cōfestim sanguis indè copiosus, perindè ut solet ex vena incisa, prorupit, atque in vestes & pauimentum manauit. Tertius frater temerarius, ferrum cum sacra rapina proiiciēs, in faciem ruit, admissum facinus lachrymis

mis expiare contendit. Surgens indè, nullum prorsùs cruorem vidit. Itemque soror quædam, vt conata est de vita sacri capitis partem abscindere, miro modo impedita est, vitali capite se attollente, & temerariā illam minaci indignatione deterrente.

Cap. 10. S. Iuuinus cõfessor. Clerici Pictorum in capsa circumferebant sanctū confessorem Iuuinum, atque in sanctæ virginis cœnobio honorificè suscepti, in altari beatæ Edithę sacras reliquias deposuerunt. Cumque indè recedere vellent, tanto pondere reliquiæ illæ altari inhęsere, vt nulla ratione possent amoueri. Plorant igitur aduenę, eiulant, vestes scindunt, capillos vellicant. Tādem re desperata, receptis duobus millibus solidorum à Vulfrude Abbatissa, in sua tristes abiere.

Cap. 11. Canutus Rex in sacra Pentecoste apud Vuilthoniā inter edēdum crebrò cachinnum sustollens, nūquàm se crediturum aiebat, Editham filiam Regis Edgari, sanctam esse, cuius pater libidini semper ac tyrannidi addictus fuisset. Contradicit autem illi Ednotus Archiepiscopus, qui tum aderat, statimque virginis tumulum aperuit. *Nota miraculum.* Illa verò cingulotenùs se erigens, in contumeliosum Regem impetum facere visa est. Tum ille præ metu consternatus animo, humi ceu exanimis corruit. Tandem autem respirans, lætus erubuit, suæque temeritatis veniam poscens, sanctam virginem deincèps in multo honore habuit: ortaque quandoque in mari tempestate, eam inuocauit, & serenitate reddita, ad portum optatum appulit. Aldredus quoque Eboracensis Archiepiscopus, in mari Adriatico in magnum coniectus discrimen, sanctam virginem inuocauit, eaque mox visibiliter ei apparēns, Ego sum, inqt, Editha. & quāprimùm trāquillitas restituta est.

Cap. 12. Vide quid patiantur vsurpatores verū Deo dicatarum. Vsurpauerat quidam terram sanctæ Edithæ, & mor te obrutus, sine pœnitētia decesserat è vita. Paulò pòst autem surgens, dixit: Succurrite amici, subuenite oēs fideles Dei. Ecce sanctæ Edithæ indignatio intolerabilis, ab omni plaga cæli & terræ hanc infelicem animam excludit, suique iuris inuasorem nusquàm consistere permittit, & neque in hoc corpore durare, neque mori me finit. Reddita autem terra, quam abstulerat, confestim animam expirauit.

VITA S. LAMBERTI EPISCOPI Tungrensis & martyris, authore Stephano Episcopo Leodiensi, qui claruit Anno salutis 910. Stylum nonnihil correxit, vbi visum fuit, F. Laur. Surius.

PROLOGVS AVTHORIS AD HERmannum Archiepiscopum Coloniensem: in quo non est stylus mutatus.

Tūgrenses Episcopi, hodiè Leodiēses dicuntur.



OMINO patri Hermāno Archipræsuli Stephanus humilis Tungrorum Episcopus. Cùm quotidiè aliorum explorari cōcertetur actio, ac si quid reprehensibile infuerit, maculare non differat probrosa intentio: detergenda penitùs diffinitur culpata contagio, per quam & blasphemantium iam cesset cachinnalis irrisio. Nam à quibusdam nobiscū agētibus festum sancti Lamberti, qui literaria videbantur sibimet scientia prædiiti, non minimùm sumus despectuosis risuum iniuriis lacessiti, quandoquidem priscorum haudquaquàm cato eloquio edita legebatur apud nos prçfati patris vita & passio, atque nulla propria officiorum cantabatur modulatio. Abhinc sanè frequenti fratrum nostrorum precamine rogatus, sæpissimis vicibus exciti coactus omnia ea suscipere innouāda proprii impensione sensus, notamque huius infamiæ à nobis propellendam omnibus. Illis verò super hoc multimodè argumentantibus, & agendū quamplurimorum similitudine stipulantibus: animū reuocans restiti, mente asstans, idque quod monerēt, an bonum foret, procera hæsitatione intrà memetipsum questus. Ecce tandem anguis syllogismicus per flexos globos latè sinuat*, linguisque trisulcis squamea colla tumidus, lumina mei cordis infundendo mersus, huiusmodi dialecticæ nuncius mihi adstitit, fatus: Omne, inquit, bonum vtile: & omne vtile, bonū. Vtile bonum, nullum malum: nullum malum, vtile bonum: nullum bonum, omne malum: omne malū, nullum bonum. Ergò creatorem in suis sanctis laude celebratum, celebranti creaturæ in suis studiis vtile bonum: quodque meliorando optimum, nullum probatur existendo malum. Econtrà, quod absit, (nam fors omnia versat) negligendo relictum amborum esse, nullum continet bonum. Tum equidem ei veraciùs credens, quę vera à falsis iugi more solet esse secernens, aliquid monitæ vtilitatis consequi ex eo malui gestiens, quàm muti tenacitate silentii, laboris fructu carere negligens. Hoc itaque deliberatiui generis cōsilium magis eligendo pertractans, Inuoco nō Dryadēs nymphas, nec clamito Naiades, *Dialectica docet verā à falsis secernere.*

Carmina quæ prodant, versus & cōmata dedant.
Nec peto Mercurium lingua, sermone superbum,
Qui pennata ferat tutiùs discudere verba:*
Sed verum Dominū, cunctorum supplico Regem,
Omnia qui tribuit, nunquàm dispendia sentit,
Famine cuncta iubet, nil prorsus iussa retardant.
Arce poli residet, terram pontumq; gubernat.
Omnia sic penetrat, ceu pugno cuncta recludit.
Is pater & proles, necnon & spiritus almus:
Subsistens trinus, sed substans creditur vnus. *In Deo tres subsistētiæ siue personæ, & vna substantia.*
Personas numerat nam subsistentia ternas:
Esse tamen proprium numerat substantia nullum.
Det pedibus lucere meis, det lumina cordis.
Auxilium misero dignetur dēdere verna.

Enimuerò neqş fastu superbiæ tumens, neque quēquam patrum contēptui habens: quinimmò prçlibatę vtilitati parēre libens, stylo præpollentioris ingenii eandem accelerarui comens. Exindè musicæ artis ratione authentica, subnectuntur cum antiphonis responsoria noua, in quibus ordini lectionum respōdet series sonorum, quatenùs sibi æquando extendi queat numerus horum: Adhuc etiam animi nisu extat delectabile, in tanti patroni immorari laude.


Cantica quapropter, Musa decompta lepore,
Succinctim replicent ac eius gesta renarrent.
Quę omnia pater tuo sensui corrigenda committo,
Notitia veri, quo nunquàm fallere nōsti:
Falsa sed exuris: prosternere cuncta moliris,
Quæ maiore fide debent, quàm sensus haberi.

Quocircà in soliditate tui pectoris iam requiescat meę vacillatio mentis, virtitim defensa, si quidem merentur, pedo tuæ pastoralitatis: sin autem, secretim castigata leni virga tuæ paternitatis.

VITAE

VITAE HISTORIA.

Septembris 17. Cap. 1. De Traiecto ad Mosam dicit.



ILLVSTRIS martyr Lambertus, æterno Regi sacerdos charissimus, ex insigni prosapia in oppido Traiectensi ortus est. Porrò puerulus apud parentes Christianissimos degens, cùm iam esset bona indole, illam teneram ætatem, sacri baptismatis vnda expiatam, Christo Domino consecrauit, seque totũ, quantùm quidem pro eius ætatis captu & norat, & poterat, ad Diuinam studuit conformare & accõmodare voluntatem. Quam ob rem, diuina id agẽte gratia, cognati eius vna animi sentẽtia statuerunt, vt quẽ ab ipsis primę ætatis initiis vitę sanctimonia cõmendaret, literis discendis adhiberetur, & scientię authoritatis adminiculo ei esset ad attingendum summæ perfectionis apicem. Hoc itaque consilio atque hac deliberatione, diuina clementia eâ moderante, puer forma conspicuus, ingenio mirè docilis, viris doctissimis traditur literis instituendus. Itaque ecclesiastica religione admodùm fit insignis, & cælestium mysteriorum feruenti amore medullitùs inflammatur: tãtoque celeriùs liberalium artium fluenta epotauit, quanto ardentiùs totum sese in Dei amore transfuderat. Nec eum latère potuerũt etiam obscura quęque, quandoquidem ad discendum nulla intercedit mora, vbi doctor est spiritus sanctus.

Adhibetur discendis literis.

Cap. 2. Primo ꝑceptore vsus est S. Lãdoaldo.

Tandèm diuinis literis eruditus, & monasticis disciplinis præclarè instructus, puer pius & bonus, apud se constituit ad paternam redire domum. Itaque reuertentem ad se parens humanissimus comiter excipiens, animaduertit eum animi pietate & religione non mediocriter pueritiæ annos excedere. Lętabantur ambo: Lambertus honore patris, & pater filii sui Lamberti rectè factis. Porrò sanctus & strenuus puer totis uiribus in id incumbens, vt posset in virum perfectum euadere, quemadmodùm Psalmographus ait, ibat quotidiè de virtute in virtutem, præparans sese ad illa quandoquè suscipienda & peragenda, quę incommutabilis Dei prouidentia ex omni æternitate per illum fieri voluit. Etsi autem ętate esset iuuenis, at morum tamen grauitate & maturitate grandæuus videri poterat: vitabat iactantiam, pompam & fastum seculi magno animo calcabat: quicquid habere poterat, in pauperes erogabat, in cælo thesauros suos condens, ut illic eos possideret, cùm vita hac caduca feliciter absolutus, illa semp duratura feliciùs ꝑfrueret.

Psal. 83.

Cap. 3.

Per id tempus sanctus antistes Theodardus, Christi clarissimus martyr futurus, vir sacerdotali reuerentia plenus, & in conspectu Dei sacerdos meritò prædicandus, apud Traiectenses pontificiam obtinebat dignitatem. Ei memorabilis adolescens Lambertus, nobilitate eximius, corporis forma elegantissim⁹, in regia aula educandus traditus est, vt instar lapidis pretiosi, multis modis expolitus, idoneus & aptus fieret cælestibus capiendis ornamentis. Tum verò Lambertus, Christi columba, fellis expers, alumnus laudabilis, solerter se accommodauit magisterio antistitis Theodardi, venerans eum tanquàm Dominum, diligens ut patrem charissimum, in omnibus illi morem gerens, ut decebat seruum Dei. Ex tanti enim patris conuictu & consuetudine augebatur propensiùs cęlestis gratia, ditabatur locupletiùs sapientia, quotidiana meritorum accessione crescebat. Quod sanctus antistes tacitè contemplans, subtili indagatione perscrutabatur, facileque coniiciebat, qualis & quantus futurus esset. Atque ea causâ omni animi beneuolentia & amore eum complectebatur, vtpote futurum quandoque gratissimum sibi successorem. At ille tanti sacerdotis amore fruens, & ab illo præclarè diuinis literis imbutus, geminæ charitatis præceptum accuratè implebat, diligens tota mente Deum, & syncero amore proximos complectens sicut seipsum. Præsentia ducebat pro nihilo, quemadmodùm etiam puer se facturum promiserat, nec quicquam alicuius pensi habebat, nisi quatenùs saluti æternæ conduceret. Cælestibus verò animo inhiabat, seque illi holocaustum offerre gestiebat, qui ipsum singulari quodam sui desiderio affecerat, ità vt extra illum nihil appeteret.

Traditur S. Theodardo Episcopo, cuius uita supra habetur 10. Septembris.

Multum proficit apud dictũ Antistitẽ pietate & sãctitate.

Cap. 4.

Postquàm verò ab impiis interfectus, beatitudinis palmam Theodardus obtinuit, fidelis Traiectensis ecclesiæ populus, pio pastore orbatus, magno studio inquirere cępit aliquem illi sanctitate parem, quem in eius locum subrogaret. Diù omnibus & accuratè perquisitis, Lamberto nullus sanctior repertus est. Eum igitur sanctimoniæ honore cumulatum, parsimonię illustrem ornamentis, sancti spiritus gratia operante, vniuersa Traiectensis plebs Episcopum elegit, & in magistri locum succedere voluit. Regia quoquè celsitudo & palatii proceres, eius fama comperta, sine mora censuere eum in cathedra põtificia collocandum. At vir pius & mansuetus, omni bonitate refertus, & in vera humilitate à Christo benè fundatus, tanta se functione indignum, multis modis docere conabatur. Grandis honos est, inquit, fratres mei, Episcopi ministerium, sed eius honoris graue est põdus. Ego verò me illo honore prorsùs indignum pronuncio, nec possum suscipere, quod vultis. Non mihi vires suppetunt, non adsunt opera sanctitatis. Vitæ innocentis tramitem me minimè tenere agnosco, & idcircò Ecclesiasticæ rectitudinis gubernacula sumere reformido. Ad eiusmodi autem excusationum argumenta plebs Traiectensis respondit in hunc modum: Generis nobilitate polles, meritorum splendore cõspicuus es, moribus ornaris, pietate excellis, nemo te est præstantior: itaque pastor noster eris. Deindè vulgi more frementes, & strepitu populari in eum irruẽtes, simul omnes dixerunt: Lambertus ciuis noster, operum bonorum copia celebris, velit nolit, Episcopus noster erit. Sic est voluntas Dei: sic regni principes statuerunt. Illum omnis elegit Clerus, populus vniuersus acclamauit. Sed cùm vir humilimus necdùm totus his precibus assentiret, acriùs commoti & diuino instinctu accensi, à maximo vsque ad minimum, vna voce omnes dixerunt: Non nos, Lamberte, diutiùs protrahas: sed pro certo noris, te etiam inuitum fore Episcopum nostrum, & pastorem Traiectensium. Ità ergò omni Clero exclamante, & vtroque sexu vociferante, voces in cælum tollebantur, & Lamberti animus nonnihil de suo rigore remittebat. Tandèm assentit eorum precibus, & munus pontificium suscipit, nè venisse videatur contra obedientiam, quæ solet cæteras virtutes habere comites.

S. Lãbertus recusat Episcopatum.

Coact⁹ tãdem alsẽ sit electio m.

Cap. 5.

Ità ergò Dei dextera exaltatus, & Episcoporum benedictione consecratus, beatus Lambertus Traiectensis ecclesiæ factus est Episcopus. Eum autem perpetuę religionis apicem adeptus, pietatis studuit augere opera, pontificia dignitate auctus. Mactabat quotidiè holocaustum Domino, non ex pecoribus, sed è suo ipsius corpore. Nec intermittebat Missarum solennia, salutiferæ passionis Christi memoriam celebrans, offerensque Deo pro illis sacrificiũ, pro quibus se illi redditurum rationem redditurum. Erat facie iucundus & hilaris, mente serenissimus, sermone suauissimus, conuersatione mitissimus, terrenis oblectamentis emortuus, diuitiis spiritalibus florens. In domo eius erat veritas & gloria: in operibus

Episcop⁹ factus. mirè sãctissimè.

ribus eius relucebat æquitas & iustitia. Continuis erat concionibus habendis intentus, eos, qui peccauerāt, sermonibus veritatis coarguens. Desides obiurgabat, multa adhibita in reprehendendo moderatione: virtutum studiosos & rectè agentes obsecrabat, pater nas eis adhortationes adhibeos. Multa erat in illo eleemosynarum largitas, multa miraculorum copia. Admonebat omnes doctrina salutari, exemplis informabat. Nec scribendo quisquam, nec dicendo satis explicare poterit, quæ bona vir fortis & strenuus verbis docuerit, rebus & factis executus sit.

Vacat eleemosynis. Claret miraculis.

Cap. 6.

Cùm autem non posset lucerna cælitùs candelabro imposita, latère sub modio, cœpit inter suos haberi præcipuus. Intereà longè lateque sanctitatis eius fama sese diffundente, ad notitiam quoquè Childerici Regis peruenit, qui ea tempestate apud Francos regno potiebatur, Lambertum Traiectensis ecclesiæ Episcopum, in Christi famulatu & cultu neminem in terris parem habere. Indè adeò factum est, vt Rex ille præcipuo eum honore & veneratione persequeretur, & inter amicos illius primas Lambertus obtineret. Erat Princeps amabilis in regni palatio: Antistes Lambertus amabilis in Regis consilio. Principis prouidentia procerum facta dirigebantur: Antistitis prudentia ea tractabantur, quæ essent reipublicæ salutaria. Meritò prædicandus Rex & eius exercitus, quòd tanti præsulis iussis parèrent. Verumenimuerò

Est charus imprimis Childerico Regi Fräcorū.

Quamuis multa Deo seruirent, crimine victo:
At tamen hortator scelerum, per corda malorū
Effudit virus, gaudens in peius abire
Omne genus hominum, cælos nè possit adire.

Eam ob rem commouit odia, excitauit iurgia, turbauit Ecclesiæ pacem, posuit firmamentum regni formidinem, rabie crudelitatis hominum pectora adeò incendit, vt iam non viderent cælum, nec recordarentur iudiciorum iustorum.

Cap. 7.

Cùm ergò id genus multiplex virus per satanæ administros admodùm effusum esset, princeps regni Childericus Rex inclytus occisus est: moxque inuidiæ pondus & hostile odium in Christi seruum Lambertum concitatum est: eaque inimicorum rabie magis magisque grassante, & inuidia diaboli nequiter exardescente, Lambertus eximius Christi sacerdos, honore & dignitate sua priuatur, è sede sua exturbatur sine causa, proh dolor, regia prosternitur celsitudo, impiorum iniquitas præualet, sacerdotalis sanctitas ignominia afficitur, iustitia profligatur. Eheu cogor scriptis depromere rem tum reuerà gestam. Traiectensis ecclesiæ cathedram latro Pharamundus inuasit, curam & ministerium pontificium homo miserrimus ad mundi pompam, non ad vitæ sempiternæ obtinendam palmam, accommodauit. Vsurpauit præsulatum, dominium sibi vendicauit: latro animarum, Ecclesiæ publicus prædo effectus, temerauit sacramenta Dominici corporis, contaminauit fastigium Canonicæ integritatis & rectitudinis, violauit sanctuariū, prophanauit sacerdotium, confudit religionem, immutauit orationem, æquitatem oppugnauit, à iustitia prorsùs abhorruit: noluit habere benedictionem, nec timuit sibi maledictionem asciscere. Nullum facinus execratus est, nullum flagitium in se non admisit. Verbis & factis satis declarauit, qua animi intentione & consilio ecclesiæ regimen sibi vsurpasset. Plura referre pudet ex iis, quæ homo fallax & dolosus gessit.

Childericus Rex interficit.

S. Lābertus è sua sede pellitē

Pharamūdus eā occupat, homo flagitiosus.

Psal. 108

Cap. 8.

At Lambertus Christi athleta, moderatè ac placidè omnia ferens, sedem suam reliquit, curam ouium illi commendans, qui eas baptismate abluerat, & sanguine redemerat. Cumque dis[...]ret vir mitissimus, tametsì conuicia in eum iactarentur, & iniuriis afficeretur, nunquàm ira commotus est. Porrò omnis populus eius obitum lugebat, Clerus totus lamentabatur, pariterque eum cum multo gemitu prosequentes, dicebant: Cui nos committis pastor vigilantissime? Cur nos deseris sacerdos sanctissime? Quid ità relinquis gregem tibi addictum, & supplicem Clerum? Quis iam nos ab hostis insidiis tuebitur? Quis orabit Deum pro nobis? Quis pestes depellet? Inuadent nos lupi rapaces, dilaniabunt hostes ferocissimi: Nemo erit, qui abigat: nemo, qui profliget. Tu stabilitas fortium, instaurator debilium, in aduersis propugnator, in prosperis decus: tu consolator pauperum, adiutor orphanorum, viduarum perfugium. Te planè comitabimur omnes: tecum pariter moriemur vniuersi. Si superbi te despiciunt, si filii Belial persequuntur: nos oues tuæ, te & diligimus & veneramur. Fit cælo clamor fratrum, lachrymæque gementum. Tunc pater euictus, lachrymis ità fatur obortis: Pro re pauca loquar. Non pastor deerit vobis, non cura salutis. Vnum est, quod mando, repetens iterumque monebo: O filii charissimi, & oues illius summi pastoris, seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Declinate à malo, & facite bonum: vt adsit vobis fortissimus adiutor, qui est veracissimus in promissis: nec sinat perire, quos redemit passione sua Christus Iesus Dominus noster, qui est benedictus in secula.

Clerus et populus multùm dolent eius obitu.

Psal. 2.

Cap. 9.

His dictis, sacras manus sustollens, & oculos ad cælum dirigens, benedixit Clero & populo, Christi eos signo communiens: exosculatisque omnibus, cum paucis comitibus profectus est ad monasterium Stabulense: vbi vir memorabilis, separatus à custodia Dominici gregis, cum senatoribus cæli intrà terrestris paradisi curiam versabatur. Degebat tum illic sub disciplina regulari monachorum cœtus, quorum conuersationem in cælis esse, multarum virtutum documenta prodebant. Inter quos etsi ille ordine extremus, at sanctitate primus fuit: vltimus numero, præcipuus pietatis ac deuotionis studio. Eum patres monasterii haud aliter atquè charissimum parentem colebant: fratres vniuersi ceu domino & patri reuerenter assurgebant: & quem Dominus Iesus sua gratia perfuderat, omnibus bonis charus & amabilis erat. Ille verò degens in eo monasterio, totis viribus Domino seruiebat, summoperè cupiēs illi placere, cui se templum dedicauerat. Incumbebat in preces creberrimas, idque tanto liberiùs, quanto à cura pastorali absolutior. Qua ille erga prælatos humilitate, qua erga omnes comitate & benignitate vsus sit, nemo neque verbis exprimere, neque scriptis compræhendere potest. Frugalitatem verò & abstinentiam in eo prædicari quid attinet, quandò eam adeò sectatus est, vt ipsa corporis macies eum Domino testaretur in omnibus gratum & acceptum in odorem suauitatis?

Exul degit sāctissimè in cœnobio Stabulensi.

Cap. 10.

Quid verò ad cumulum perfectionis eius, Dei omnipotentis benignitas ostendere uoluerit, non est silentio premendum, sed succinctè commemorandū. Quadam nocte, simul illo cum fratribus quiescente in dormitorio, visum ei fuit clàm è lectulo surgere, vt attentiori animo posset diuturnis precibus vacare. Cùm autem alterum è calceis acciperet, alter e manibus lapsus & pauimentum feriens, fratrum quietem interturbauit. Expergefactus igitur cœnobii pater, & huius arcani ignarus, Quisquis, inquit, ille est, cuius culpanda temeritate isthuc modò accidit, pro nostra consuetudine mox se conferat ad Crucem, & quod negligentia admisit, obedientia expiet.

Vide humilitatē sancti viri & insignē patientiā. expiet. Mox B. Lambertus sacerdos patientissimus, spe firmissimus & lætissimus, Abbatis præcepto libenter paruit, & ad Crucem tranquillo & prompto animo properauit: nec quicquam tulit secum, quo aduersus immane frigus se muniret, præter vnicum, quo indutus erat, cilicium. Et quidem nox illa erat gelidissima, & multa glacie ac niue asperrima. Sed ardebat in pectore beati viri flamma spiritus sancti: quo fiebat, vt externi frigoris cruciatum contemneret. Cùm sic autem sub Cruce staret illa sacro sanctæ Trinitatis hostia, & sine intermissione Dominum saluatorem deprecaretur, cælum, vt certò nobis persuademus, eius purissimis patuit precibus, & ad diuinæ maiestatis aures illæ penetrarunt: cumque illud Dauidicum mente psalleret, & ore depro-*Psal. 41.* meret; Quando veniam & apparebo ante faciem Dei? actum est diuinitùs, vt gallorum cantus tempus solitum anteuerteret. Surrexerunt itaque fratres religiosi, vt more solenni vigilias agerent. Tandem omni officio conuenienter expleto, omnes à templo egressi sunt, cupientes ignem struere, vt acerrimi frigoris iniuriam à se propulsarent. Eo structo, auidi ad eum omnes accurrunt, atque omni ea parte eū ambientes, sese calefaciunt. Interim Abbas cunctos circunspectans, videt beatum Lambertum non adesse. Quærit ex aliis, vbinam sit sacerdos venerabilis. Respondent fratres illum esse, qui iussus sit sub Crucem se recipere. Tum Abbas humanissimus multo stupore affectus, grauiter suspirat, imoque ducens è pectore vocem, ait: Heu me nimiùm infelicem, quæ me dementia cepit, vt innocentem damnarem, & sacerdotem gelu horridissimum perpeti cogerem?
Cap. 11. Id planè facinus est execrabile.

Sic dixit mœrens: deindè versus ad adstantes: Ite fratres, inquit, ite celeriter, rogate obnixè patrem nostrum, vt ad nos quamprimùm se recipiat. Mox illi properè abeuntes, inueniunt virum sanctissimum
Psal. 50. sacerdotem in frigore & nuditate Domino mirabiliter psallentem: Cor contritum & humiliatum Deus non spernis: sed benignè sacrificium nostræ seruitutis accipias, vt ædificentur muri Hierusalem ad tui nominis gloriam, quod est benedictum in secula. Cumque constantissimus Domini confessor, gratum spiritus sancti sacrarium, ad ea, quæ in Psalterio sequuntur, animi sui intentionem dirigeret, fratres assistunt, omnium nomine veniam petunt, Abbatis iussu sic ei dicunt: Dulcissime pater, orat & obsecrat Abbas, vt ad fratres nostros accedas. Non recusat beatus antistes, sed cum eis properat ad domum, in qua fratres erant pellendi frigoris causa. Post-*Abbas cū fratrib. petiit veniā à sancto viro.* quàm autem domus limina attigit, facies eius beatissima mirè resplenduit. Tum Abbas cum fratribus vniuersis ad eius vestigia aduolutus, Ignosce, inquit, pater venerabilis, ignosce fratribus tuis, nec imputes nobis, suppliciter rogatus à nobis, quod insipienter aduersum te egimus. Miserere deprecantibus, da veniam dolentibus. Ad quæ sanctus Episcopus respondit: Nè, quæso, charissimi, ne sic loquamini. Surgite ocyùs, & meis potiùs erratis vos ignoscite. Nihil in me peccastis, quod ego vobis condonare debeam. Ita ergò illis erectis, & multùm adhuc anxiis, lætus & iucundus dixit pater ille amabilis: Quæso, patres, facessat perturbatio omnis. Nõ me fregit aut terruit frigoris acerbitas. Adfuit enim mihi protector vitæ meæ, custodiens me in ea afflictione, & pro sua indulgentissima misericordia audiuit preces *Vir sanct. fratrib. bene precatur.* meas. Quamobrem gratias illi agite, & sanctū nomen eius benedicite. His dictis, manibus in cælum sublatis, fratrum collegio benè precatus est, ita dicens:

O Deus omnipotens, calestia lumine complens,
Qui cælum, terras, pontum ditione gubernas,
Vt sint cuncta tuis in tempore subdita votis:
Hos, exposco, tuos benedic per secula seruos:
Protege ab insidijs, serua virtutibus almis,
Donec te videant, & cæli regna capessant,
Te tribuente, Deus, qui nunc & semper in æuum
In triplici virtute tui benedictus haberis.

Postquàm omnes responderunt, Amen: sic fiat, Deus: facile perspexère vniuersi, non mediocribus virtutū ornamentis diuinitùs instructum beatum Lambertū. Cupientes autem illi charitatis officia exhibere, & post ductum & intolerabile illud cum frigore certamen, amantissimum patrem recreare volentes, bal-*Intacto frigore conseruabat dominus illæsum.* neum illi apparârunt, & nitidis eum uestibus induerunt. Ita fortissimus Christi miles & patientissimus antistes, post obedientiam honoratur, post victoriam sublimatur: nec tamen quantùm commeruerat illa tolerantiæ synceritas, sed vt potuit mortalium facultas.

In huiusmodi virtutum insignijs degebat illic Lam-*Cap. 12.* bertus Christi victima, sacerdos Dei & hostia quotidiana in odorem suauitatis, mundo huic crucifixus, viuens Deo redemptori suo: à pestiferis hominibus deiectus, à beatissimis celestis patriæ ciuibus erectus: expulsus è ditione pontificia, in æternitatis collegium ascitus: ouium curam coactus deserere, & ad cæli palatia inuitatus. Interim verò infelix Pharamundus, qui Traiectensem ecclesiam inuaserat, filius tenebrarum, falsò dictus pastor ouium, rectius appellandus angelus tenebrarum, propter flagitia sua, multis *Pharamūdus è tota diœcese pellitur.* eum criminantibus, non solùm à sede illius ecclesiæ eiectus, sed etiam à tota prouincia illa exclusus est. Septem annis solo nomine Episcopus ibi fuit, nullo bono opere Episcopum se exhibens, vt non immeritò illum fideles in terra persecuti sint, qui manifestè erat Deo inuisus & contrarius. Sub eo autem plebs valdè dilacerata, & tandem Dei miseratione clementer liberata, summoperè in eā cogitationē & curā incubuit, vt egregiū antistitem & humanissimum patrē suū Lā-*Iste Pipinus 2. maior domus Franciæ, fuit Caroli Martelli pater.* bertū recuperaret. Per id tempus Pipinus apud Francos principatum obtinebat, vir armis strenuus, & diuinæ religionis cultor præcipuus. Is beati Lāberti cōperta sanctitate & mansuetudine, misit legatos ad Stabulēse monasteriū, qui sanctū Lābertū repeterēt, orarentq; eū, nè grauaretur ad Regē se cōferre, & suā occupare sedē. Legati vbi ad eum venerunt, ità eū appellarunt: Te, pater, Rex obsecrat, omnisq; populus flagitat, vt a monasterio egrediens, gregem, quē ante hos annos relinquere cōpulsus es, recipias, opusq; Domini abs te inchoatū, ad finem perducas. Tū vir sanctus cū lachrymis ità respōdit: Fateor me ecclesiā meā nō sic gubernasse, vt par erat: nec ità vixisse, vt debui Non sum itaq; dignus, qui posthac pastoris fungar ministerio: nec sanè præesse appeto, qui nulli prodesse queā. Legati dixere ad eū: Te virorū nobilissime, te sacerdotum doctissime per amorem Dei obsecramus, per proximorum charitatē obtestamur, vt nobiscū reuertaris, & ouium tuarum curam recipias. Ille verò altiùs suspirans, rursùs respondit: Equidem refutare non audeo, fratres mei, quod dicitis: Regis iussa contemnere nō debeo, proximis meis inseruire, vbi res postulat, cupio. Itaq; incunctanter ibo vobiscum, & quod iubetis, aggrediar. Potest autem Deus id perficere, & ad optatum perducere finem.

Ità demùm beatissimus cōfessor Lābertus, iā multi-*Cap. 13. S. Lambertus redit ad sedem suam.* naria examinatione probatus, ad propriā sedē reuersus est: & exul sacratissimus, insignē patientia cōspicuus, gregem recepit suum, eumq; & præclarè defendit, & infatigabili studio custodiuit. Quanta verò, illo redeunte, apud omnes extiterit exultatio, nec doctissi-

mus quisque possit pro dignitate explicare. Exultabant etiam ipsi supernæ Hierusalem ciues, sacrosanctæ Trinitati gratias agentes immensas. Gaudebat omnis illa regio: laudantesque Deum, non tam excelsa voce, quàm mente pia & deuota, dicebant omnes: Agamus Deo gratias: quoniam visitauit nos oriens ex alto, & restituit nobis Dominus pastorem nostrum & custodem vigilantissimum. Erat hæc & Regis & populi, diuitum & pauperum communis gratulatio, & vbique audiebatur vox laudis & gratiarum actio: emeritusque miles, multiplici afflictione purgatus, ouium suarum laude & prędicatione efferebatur, & in Traiectensi sede honorificè reponebatur.

Cap. 14. Catalog⁹ virtutum eius.

Pristino igitur honore affectus, tanta sanctitate enituit, quanta decebat Dei pontificem pollere. In eius pectore synceritas & diuinę legis plenitudo: in ore eius veritas & mansuetudinis pulchritudo: in consilio vigor & prudentia: in actionibus ęquitas & multa copia: in conuersatione innocentia & castitas. Erat fide constantissimus, spe firmissimus, charitate integerrimus, singulari prudentia, temperantia, fortitudine & iustitia ornatus, bonorum operum studio eximius, doctrina & virtutibus admirabilis. Auxerat eum cælestis pater vitæ meritis, & miraculorum gloria illustrarat. Non respiciebat ille personas potentium, sed morum potiùs elegantiam attēdebat. Quos nouerat religiosiùs viuere, eos maiori honore prosequebatur. Omnibus omnia factus erat, vt omnes lucrifaceret. Intrà septa domus eius, nunquam ornabatur sedile illius, sed humili mēte apud se reuoluebat, quid in vita futura possessurus esset. Vestibus non adeó preciosis vtebatur. Primus eius amictus, erat saccus cilicinus. Conabatur enim corpus humiliare in terris, vt anima posset in cęlis exaltari. Inuisebat villas & oppida diœcesis suæ, noueratque inuenire homines & Domino lucrari, quos æternæ hæreditatis cōsortes efficeret.

Nō respicit p̄sonas potentium. 1. Cor. 9.

Sacco cilicino ad nudam carnē induit.

Cap. 15. Texādria ethnicismo laborat.

His igitur studijs intentus, & huiusmodi iustitiæ esurire semper ardens, in Texandriam profectus est, gētilismi erroribus adhuc deditam, & idolorum spurcitiis contaminatam. Cumque illic magna sermonis gratia cœpisset serere fidem catholicam, eius regionis homines in vnum collecti, veritatis pręconem volunt discerpere, & post illata conuicia & contumelias atque ludibria, ignominiosa morte afficere. Eos verò ira & crudelitate feruentes, & satanico spiritu bacchantes, confessor Domini Lambertus forti & concusso animo sic affatur: O viri fratres, quandoquidem mente & ratione præditi estis, audite quæso diligenter, & quæ dicturus sum, animis vestris sapienter affigite. Omnipotens Deus pater ingenitus, cuius ego seruus sum, quique solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem, vnum de se genuit sine tempore Verbum, per quod ex nihilo fecit omnia, quę sunt in hoc mundo. Quam quidem & initij & finis nesciam generationem, mente & intelligentia suscipere & admirari possumus, at oculis corporeis conspicere nequimus. Nec pater anterior filio, nec patre filius posterior est. Ex his autem duabus personis, atq; vna eademque inseparabili essentia procedit spiritus sanctus, patri & filio maiestate æqualis, & indiscreta diuinitate consubstantialis. Hæc verò in personis Trinitas, in essentia una diuinitas, postquàm ex nihilo creauit orbem vniuersum, è limo terræ finxit primum hominem, eique dormienti extraxit costam, & ex ea formauit mulierem, vt ex illorum immaculata sobole desertorum spirituum ruinę instaurarentur. Posuit autem eos in paradiso deliciarum, fecitque eis potestatem ex omni ligno vescendi, solo ligni scientiæ boni & mali esu eis interdicto: vti per eam obedientiam, creatoris sui amore exhibitam, sine morte carnis ad cælestem Angelorum patriam quandoque transferrentur. Sed pròh dolor inuidia serpentis homo cupiditate illectus, à lege sui conditoris discessit. atque ita morti factus obnoxius, ex paradiso eiectus est: nec solus meritam sensit iram, sed omnem sui generis propaginem in mortiferi facinoris acerbitates & pœnas secum pertraxit. Sicque princeps mundi huius, ius sibi tyrannicum in homines vendicans, eos sibi subdidit, donèc is, qui condidit carnem, ex Virgine carnem sumpsit, qua hominem redimeret ab eo præuaricationis reatu, callidi hostis malignitate euersū. Is ergó, quem ex patre dixi genitum sine tempore, ex intemerata virgine Maria in tempore natus est, atque in vtraque natura subsistens, Deus cum patre permanet, & ob redimendum humanum genus ex Virgine matre mortalis homo factus est. Atque ex Virginis vtero verus Deus & homo verus prodiens, vt homo circuncisus est, ab Iohanne in Iordane baptizatus, discipulos sibi asciuit, plurima fecit miracula, & quod reuerà erat, mundo palàm declarauit. Ad extremum voluntatis suæ potestate animam suam posuit in Cruce, vt nos suo sanguine redimeret, quos diabolus à prima mundi origine captiuitatis iugo premebat. Peracto tandèm passionis mysterio, & mortis imperio destructo, tertia die rediuiuus surrexit, naturæ priuilegium nobis restituens, quod in primo parente amiseramus. Deindè per dies quadraginta suis apparens discipulis, eos tandèm in orbem vniuersum ire iussit, & peccatorum annunciare remissionem, & quod ab ipso didicissent, in omnium gentium perferre notitiam. Ijs dictis, in cælum ascendit illis adspectantibus, victorque mortis ad patris dexteram sedet. Porrò discipuli sancti spiritus charismatis impleti, per orbē totum dispersi sunt, & hanc fidem omnibus prędicarunt, quam nos veram esse credimus sine vlla hæsitatione, eamque vobis in eius nomine & pro illius amore constanter prædicamus. Hæc & id genus alia beatissimo Lamberto prosequente, & mirabiliter euangelizante, conuersi sunt ad Dominum, quotquot erant pręordinati ad vitam ęternam. Tum verò egregius doctor & facundissimus concionator idola euertit, populum vndis salutaribus expiauit, ecclesias condidit, presbyteros ordinauit, totamque regionem illam Christo consecrauit.

Illic concionatur S. Lambertus.

1. Tim. 3.

Gene. 1. & 2.

Rom. 5.

Gal. 4.

Luc. 2. Mat. 3.

Iohan. 19 et 20. etc.

Act. 1. Marc. 16.

Multi in Texādria conuertūtur, & tota regio Christo cōsecrat.

Cap. 16.

In eiusmodi pietatis certamine illo forti & inuicto animo versante, & bella immortalis Regis gerente, ad triumphalem martyrii palmam, eo donante, peruenit. Erant duo fratres, homines scelesti, Gallus ac Rioldus, qui famulos beati viri multis modis affligere & vexare non dubitarunt. Eos antistes patientissimus summissè admodùm rogabat, sæpè etiam obiurgabat, volens eos ad meliorem frugem reuocare. At illi tanto pertinaciùs infestabant Ecclesiæ familiam, quanto id, ceu oues Christi, moderatiùs ferebant, qui ab eis vexabantur. Itaq; pontificis clientes & cognati, qui erāt generis nobilitate insignes, & rebus valdè locupletes, animi dolore & zelo permoti, illas subditorum iniurias sibi nulla ratione ferendas, sed maleficos illos oppressores persequendos statuūt, sancto Ep̄o id ignorāte. Illorū igitur ꝓteruia crescēte, viri clarissimi & armis strenui, bello illos petūt, & vtrunq; interficiunt. Quæ res pessimè habuit Dodonē infelicē, illis sāguinis affinitate valdè ꝓpinquū. Quāobrèm eis i infando crimine succedēs, superbia tumidus, cōsilio hebes, armis frigidus, cædē machinatur beato antistiti, quotidianasq; ei insidias cōparat. Adiūgis ad eā rem socios sibi, hoīes audaces & flagitiosos, in armis egregiè exercitasos. Cū ijs petit Leodiū, vbi tum fortè morabatur Ep̄s. Eádem nocte, mox futurus martyr beatus Lambertus,

Dodo insidiatur uitæ S. Lāberti.

Ecce quomodo vir sanctus in precib. totam ferè noctem producat.

bertus, domi relictis socijs dormientibus, ad offerendas Domino preces solus exiuit, in easque diutissimè incumbens, indefesso animo ad orientem ferè solem eas produxit, totam spem suam in Domino reponens. Igneus astrigeras iam Sol migrabat ad arces, Croceis & roseis tenebras aurora fugabat, cùm vir sanctissimus domum repetit, comites suos excitat, matutinarum precum officium secum persoluere iubet. Ijs strenuè & religiosè peractis, iam vigilijs, ieiunijs & precibus vir beatus planè defessus, famulis hortantibus, lectulum petit, paulispèr quieturus. Sed frustrà illic leuamentum quærebat, vbi nullam solebat ferre mollitiem. Corpus enim suum, quod diurnis ijsque perpetuis macerabat laboribus, noctibus etiam sine intermissione affligebat. Necdùm autem obdormierat, & eccè vnus è famulis domo egressus, videt hostes eminùs aduentantes. Mox redit intrò: narrat socijs quid viderit. Illi omnes multo timore correpti, non tamen audent excitare pontificem. Diù ergò intrà silentium se tenent, donèc iam propè adessent inimici.

Cap. 17. Non puto equidem omittendum hoc loco, quod omnipotens Deus quibusdam à tergo exercitô sequentibus ostendit. Viderunt enim signum admirabile, Crucis Dominicæ effigie supra Episcopi domum rutilare, tanta luminis claritate & splendore, vt nec conspici facilè posset, nec vllis verbis exprimi. Quod sanè Christus Dominus idcircò mortalibus apparere voluit, vt per id liceret perspicuè animaduerti, sanctū Episcopum mundo huic & eius cupiditatibus atque desiderijs esse crucifixum. Postquàm autem Dodo ferocissimus cum sociis peruenit Leodium, (author villam nocat) cępit armis perstrepere, socios prouocare, sanctum Dei sacerdotem hincindè perquirere. Eius ergò vesani satellites, dictis eius parentes, effringunt fores, discindunt sepes, in chortem atrociter irruūt, haud secùs àc lupi in agnos. Eo armorum strepitu excitatus Episcopus, surgit é lecto, manu corripit gladium, contra hostes sese defensurus. Sed cōfestim sententiam mutans, abiicit gladium, Dominumque sic precatur: Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgentibus in me libera me: quoniam neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine, propter quod insurrexerunt aduersùm me fortes & iniqui. Eccè synagogæ potentium quæsierunt animam meā: quam, oro, vt in pace suscipias, qui es miserator & misericors Dominus.

Videt quidā signū Crucis supra sancti viri domū.

Irruētib. hostib. arreptū gladium vir sāct. mox abijcit.

Cap. 18. Hęc cum lachrymis illo orante, impii latrones procaciter insultabant, lanceasque in parietes defigētes, in domum irrumpere nitebantur. Sed duo beati viri nepotes, Petrus & Andolerus, fortiter sese illis opponebant. Ait autem Episcopus: Si me, filij, hactenùs verè amastis, obtemperate nunc consilio meo, & peccata vestra confitemini, atque orate pro inuicèm, vt saluemini. Respondit Andolerus: Ignem, pater charissime, in nos immittere conantur, vt nos pariter exuramur. Vir sanctus ait: Nolite, filii, timere ignem illorum. Potest dextera Domini nos eripere ab hoc præsenti discrimine. Illos autem, vt vereor, sempiterna excipiet ignominia. At tamen vos, qui eius cędis participes fuistis, sententiam vltionis libentibus animis excipite. Satius est enim temporarias luere pœnas, quàm apud inferos puniri igni sempiterno. Cùm sic omnes confirmasset, & sacerdotali authoritate corroborasset, nepotes iussit foras egredi, vt possent se Domino hostias immolare. Pàrent illi pontifici, exeunt ad hostes intrepidi, cæduntur ab impiis, a Christo in cęlis eorum animæ coronantur.

Duo eius nepotes trucidant.

Cap. 19. Deindè pater egregius & antistes constantissimus, in pauimentum pronus prosternitur, brachijs instàr Crucifixi expansis, & Dominum attentissimè deprecatur. Interim intrò ingrediuntur furentes aduersarii, ad vnum omnes interficiūt, quos illic inuenère. Vnus autem ex illis immanissimi furoris œstro percitus, in tectum ascendit, & sanctum antistitem humi prostratum cernens, telo eum percutit. Ità vir beatissimus felici martyrio coronatus, ad patriam cęlestem diu concupitam migrauit. Eius sacrum corpus pauci tandèm, qui illorum sicariorum manus euaserant, naui celeriter imposuere, & Traiectum aduehentes, in Apostolorum principis ecclesia honorificè tumularunt. Vbi tū sanè odor suauissimus sentiebatur, omnium aromatū vincens fragrantiam. Nec Angelorum officia eius sepulcro defuere, qui illud custodiētes, cælestia illic carmina deprompserunt. Crebrò autem, qui propiùs habitabant, eò se conferebant, vt possent certiùs experiri, quid illa sibi vellet melodia, quinam essent illi cantores, & quidnam canerent. Sed quo curiosiùs explorare cupiunt, eo cantus ille fit remotior: retrò autem illis abeuntibus, uoces percipiunt suauissimas. Porrò omnia ferè prouincia eò aduentans, suaui eius absentiam suprà quàm dici queat. Cæsus est martyr eximius quintodecimo Calendas Octobris, regnante Deo viuo & vero in secula seculorum.

Et alii multi.

S. Lambertus interficit.

Ad sepulcrum eius auditur calestis melodia.

F. Laurentius Surius pio Lectori.

AVthor huius historiæ sequens eum, qui primus scripsit beatissimi antistitis & martyris Lamberti vitam, non satis exprimit veram causam cędis eius. Sunt, qui scribant, primum authorem historiæ huius, noluisse aperire, quòd tum adhuc superesset Carolus Martellus & alii propinqui Pipini principis, propter cuius pellicem occisus est. Itaque pauca hic libuit ex Sigeberto & aliis adscribere, vt certiùs norint, si qui ignorant, quam ob causam vir tantus occisus sit.

Sigebertus Chronici sui anno 698.

SAnctus Lambertus Pipinum principem increpare ausus, quòd pellicem Alpaidem Plectrudi legitimæ uxori suę superduxerit, à Dodone fratre ipsius Alpaidis Leodii martyrizatur, & Traiecti tumulatur. Idē ferè testatur in Chronicis suis Regino Abbas, & Marcellinus presbyter in vita sancti Suuiberti, quæ est Tomo 2. die prima Martij.

Vera causa cædis S. Lamberti.

APPENDIX AD VITAM S. LAMBERTI, QUAM EX QUODAM MS. EXEMPLARI COLLEGI, in qua pleraque habentur, in superiori historia partìm omissa, partìm obscuriùs annotata. Sunt autem fide digna, & cum aliis historiis consentiunt.



ANCTVS Lambertus patrem habuit Aprum, matrem Herispindem, ambos multa nobilitate conspicuos. Pater in Regis palatio inter illustres viros excelluit. Dagobertus tum apud Francos rerum potitus, regnum Austrasiæ filio Sigeberto tradidit, adhibens ei quasi tutores Cunibertum Coloniensem Episcopum, & Pipinum primum, S. Gertrudis & Beggæ parentem. Porrò ab ipsis incunabulis gratia Dei haud vulgaris puerum Lābertū ornauit, ut indè liceret animaduerti, qualis quādoquè futurus esset. Pater aūt eius non ingratus Deo, qui tantaip si promitteret de filio, commēdauit eum literis & pietate imbuendū beato Lādoaldo, viro & sapientia, & doctrina, & sanctitate claro. Is Romanę Ecclesię pibyter fuit, à Martyno Pōtifice beato Amādo Traiectēsi

S. Lamberti parentes.

Vide vitā S. Landoaldi in s. Tomo, quæ his cōsentit.

Episcopo missus adiutor in ministerio verbi: quo or dinatus Archipresbyter, eo absente, nouem annis rexit eam ecclesiam, vsque ad S. Remacli Episcopatum. Quæ autem bonus puer Lambertus apud eum egerit, vtque ab eo institutus fuerit, in vita beati Landoaldi Lector inueniet, quæ est Tomo II. 19. Martij.

Posteà autem à beato Landoaldo ad patrem reuersus, ad sanctum Theodardum Episcopum ab eo adductus est, quippè cuius multa & in Ecclesia, & in aula Regis authoritas & admiratio esset. Apud quē sanctus adolescens adeò profecit, vt omnibus non solùm exēplo, sed et admirationi esset: volebatque S. Theodardus eum sibi ex nomine designare successorem, nisi Canonum authoritas obstitisset. Et tamen Deo sic volente, illic successit ab impiis interempto, fuitq; imprimis charus Regi Childerico, qui non dubitaret pectus eius domicilium esse spiritussancti, & linguā veritatis organum. Totum quoquè Austrasiæ regnum & Regis aulici, eum suspiciebant & reuerebantur. Cæso autem Childerico, iussus est abire in exilium. A quo post septennium honorificè reuocatus per Pipinum magistrum equitum, strenuè functus est, vt anteà, munere suo, & à pseudochristianis luxatam & corruptā Ecclesiasticæ institutionis disciplinā reformauit. Vt verò Lādradam sanctissimā virginem tumularit, in eius Landradę historia, quæ Tomo 4. die 8. Iulij habetur, dictum est.

Succedit S. Lābertus S. Theodardo in Episcopatu.

Cogitur exulare; pòst reuocatur.

Porrò Pipinus Princeps, cętera egregius, vno malo tam multa bona corrumpebat, contempta legitima vxore, Alpaidi pellici nimiùm addictus. De eo sanè hic Author testatur, cùm nihil ad gloriam, nihil ad potētiam vel felicitatem ei deesset, nunquàm eius industria fortunam fuisse superiorem. Et tamen cùm multis esset auctus victoriis, seipsum vincere non potuit, molli libidinis telo prostratus. Id verò, cęteris ferè Episcopis dissimulantibus, Lambertus pręzelo domus Dei ferre non sustinens, opportunè, importunè arguebat principem; qui si vt in cæteris, ità & in hoc libenter audisset rectà monentem Episcopum, rectiùs consuluisset sibi. At illa maligna mulier, molestè ferēs Pipinum à sui amore reuocari, Dodonem fratrem suum, Pipino familiarem, genere & opibus præstantē, hortatur, vti nè sinat Lambertum tantum posse apud Pipinum, vt cogatur ipsa ab eo recedere in dedecus natalium suorum. Ille vero agit cum suis, datque operā, vt Episcopi conatus impediat. Sed videns eum perstare in sententia; nec contra iustitiam cuiusquam faciē uereri, amicis quibusdam sororis ultionem permittit. Ex iis Gallus & Rioldus cum omnibus suis ualdè cœperunt uexare Episcopi familiam, nullum calumnię aut molestię genus prætermittens, ut uel sic Episcopus suorum causa cessaret molestus esse Pipino propter Alpaidem. Sed uir iustus, ut leo confidens, iustitiæ patrocinium nulla ratione deseruit. Tandèm improbi illi ab Episcopi cognatis cęsi sunt, molestissimè id ferente Dodone, & causam cędis in sanctū conferente.

S. Lābertus obiurgat Pipinum propter Alpaidem.

Gallus et Rioldus ipsissimi eius amuli occiduntur.

Per id tempus Pipinus princeps in Iopiliam uillā aduenit. Venit etiam eò uir sanctus, ab eo tanquàm pro regni tractandis negociis euocatus. Ibi tum & Pipinus & pellex animos iratos uultu sereno tegunt, alij iram dissimulant, alij lætitiam simulant, plerique pro suo quisque arbitratu in uarias se formas transmutant. Valdè autem pellex in id incumbebat, ut per aliquem posset Episcopi animum sibi conciliare, ut uel inprçhensionem abstineret à principis reprehensione. Apparatur conuiuium, Episcopus inuitatur, lætantur aulici omnes. Princeps oblatum sibi à pincerna poculum, innuit Episcopo offerendum, benedictionis loco habiturus, si à consecrata manu ipse poculum acciperet, quod Maximū Imperatorem olim onuerat expectasse à beatissimo Martino Episcopo. Et Episcopus illud quidem Pipino tradidit, cuius principis reliqui proceres secuti exemplum, optabant à sancta Episcopi manu sibi poculum porrigi. Cunctis igitur certatim id expetentibus, & confusè sese ingerentibus, ut alij alios anteuertant, ipsa quoquè pellex clàm suam inseruit manum, ut uel sic posset ex sancti uiri manu poculum accipere. Sed ille fœminæ insidias deuitans, & ad Principem conuersus, de mulieris temeritate conqueritur, quòd calliditate quadam conetur notam ipsi inurere inuisæ Deo communionis. Surgensq; à mensa, ab aula uult recedere, & omnis illa conuiuij iucunditas perturbatur. Nec sic tamen quiescit uersutia mulieris, sed desperi uolenti recedere Episcopo mandat princeps, illa suggerente, nè insalutata sua coniuge recedat. At Episcopus magna animi constantia: Ego uerò, inquit, ò princeps, testor Iesum spem uitæ meæ, me nunquàm adulterę communicaturum, prohibente Apostolo, nè communiceamur fornicarijs. Te verò illi communicare valdè doleo, te nolle resipiscere molestè fero, & timeo sanè impendere tibi iram Dei. Cernens ergò pellex, si diutiùs viuat Lambertus, timendū sibi esse, nè à Pipino separetur, omnia Dodoni significat, & oleum camino addens, obtestatur eum, vt ocyùs eū tollat è medio.

Vide q̄ abominatur versū ctus pellicis communionem.

1. Cor. 5.

Ità ergò & cognatorum cędem & sororis discrimē vlturus Dodo, totum se accingit ad perdēdum sanctū Episcopum, qui iam præsciebat necem suam. Deindè perpetratum est illud immane parricidium, quemadmodùm superior historia continet. Pauci autem ex Episcopi socijs fuga elapsi, corpus sacrum absportarunt Traiectum. Volat mox fama per populos, pauor & horror occupat omnes: pauor, nè principis animū offendat: horror, ob cædem tanti viri. Lugent Traiectenses se pio patre orbatos, & tamen vix audent debitam illi præstare reuerentiam, vix lugere charos cum illo peremptos, vix execrari homicidas. Exposito in portu sacro corpore, immensus fit populi concursus, & quanti erant omnes fecerior, testatur communis omnium planctus. Indè infertur in S. Petri basilicam cū Psalmis & canticis, Clerus populusque agit vigilias. Cupiunt omnes sacra lambere vestigia, magno se beneficio auctos credunt, quibus datum fit sacra membra exosculari. Iterim miri quiddam cernere licebat, quemadmodùm à maioribus accepimus, cunctis sine repulsa ad osculandum admissis, si qua pellex accederet, quasi turbine quodam exagitatam, retrocedere compelli. Apparebat indè, quàm inuisa Deo & sancto martyri esset illa pellex detestabilis. Tanta autem formido iniecta est Traiectensibus, eam repulsam cernentibus, vt dignum tanto viro monumentum parere non auderent. Itaque eum in paterno sepulcro religiosè condiderunt.

Caditur episcopus i gratiam pellicis.

Nota, sa crumenus corp' nul la pellex poi cōtin gere.

Mox verò diuinitùs declarari cœpit, quanta apud Deum sanctus martyr gratia flagraret in cœlis. Apparuit enim nocte Amalgisilo thesaurario, & blandè eū compellans: Romam, inquit, iuimus: Roma redimus, visitaturi Dodonem & complices eius. Sanguis enim innocentum, qui mecum pro Christo effusus est, à Deo vindictam expetit. His dictis, euanuit. Veram autem fuisse visionem, res ipsa declarauit. Dodonis.n. viscera omnia statim computruere, eaque mirè fœtentia per os reiecit: ac tandem propter nimiam fœtoris intolerantiam corpus eius in Mosam proiectum est, vermibus & tabe corruptum. Qui aūt sanctum Episcopum interfecerat telo suo, cum fratre suo congressus, illū occidit, & pariter ab illo peremptus est. Denique intrà anni spatiū vix quisquā euasit ex ijs, qui eius cædis participes fuerāt: si qui verò superfuere, illi adeò aut sēsib' aut cēsu & reb. destituti sunt, ut illos felices duce-

Idē testatur Sigebertus in Chronicis.

Vltio diuina in eos cęsores viri Dei.

ducerent, qui celeri morte absumpti fuerant. Leodii, vbi sanctus Episcopus occisus est, in cubiculo illo, vbi sanguinem fudit, sæpiùs uisa sunt luminaria diuinitùs accensa, ità vt tota domus tanto compleretur splendore, via ut oculi in eum possent intendere. *Miracula.* Secuta sunt indè multa miracula, è quibus pauca annotabimus. Leoduuinum quendam vir sanctus semèl atque iterùm per uisum admonuit, vt pectinem ipsios optimem, ab uxore eius sublatum, restitueret. Sed cùm tertiò admonuisset, nec mulier restitueret, ictu insanabili percussit eum in pectore, & sic pectinem recepit ab inuito.

Aldigisius quidam ad martyrii eius locum per visionem excubare iussus, & Raginfredus eundem locum emundare, ambo amissum oculorum lumen receperunt.

Virgo Oda itidèm cæca, cum multa fide veniens eò, cùm iam esset loco proxima, inuocato martyre, pro uoto obtinuit, quod volebat. His aliisque augebatur recens veneratio noui patroni, & accensa populi pietas ac deuotio, basilicam ei extruxit. *Extruit ei basilica.* Lectum etiam fabrefactum in eo loco reposuerunt, in quo telo percussus occubuit.

De translatione S. Lamberti.

Ista verò Leodiēsium deuotio adeò grata fuit Deo, vt iam crebris admonerentur uisionibus homines fideles, vt sanctus martyr Leodio, vbi cęsus erat, restitueretur. Porrò S. Hubertus, martyris discipulus & successor, non sibi contemnendam ratus Dei & martyris voluntatem, anno Episcopatus sui tertiodecimo sarcophagum sancti patris aperiens, corpus integrum & incorruptum & miros spirans odores inuènit, uestes mutauit, & priores seruandas sigillo communiuit: sicque sacrum corpus Leodium transtulit. *Corpus eius post 13. annos incorruptum, transfert Leodiū.* Eam translationem Deus miraculorum signis approbauit. Niuellę enim populo quiescente, cęcus lumen recepit. Paulopòst apud Haruale paralyticus ad feretrum sanatus est: quibus in locis mox conditę sunt basilicę in sancti martyris honorem. Cùm autem Leodio propinquarent, quę illic Cleri & populi fuerit processio, quanta vndique confluentium exultatio, quàm profusa omnium liberalitas in offerendis sancto martyri muneribus, quanta denique fidelium precandi & vota nuncupandi puritas, faciliùs possunt viri sapientes secum reputare, quàm quisquam oratione vel scripto explicare. Habes, Leodium, tuum gaudium: obtines speciale patrocinium: atque hinc cœpit tui profectus initium. *Leodij encomion.* Per hunc in vrbem euecta, è filia proueheris in matrem. Per hunc in pontificiam promota sedem, in omnium profecisti honestatem. Plerisque aliis urbibus in senium quodammodò abeuntibus, tu per hunc efflorisisti in pulchræ iuuentutis statum. Protegit te enim suis suffragiis sanctus martyr, qui te hucusque proueait, vt inter vrbes merito & nomine prędicesis. Ab eo verò tempore tot illic edita sunt miracula, vt numerari non possint: quandò omnibus per beati Lamberti merita Deum illic inuocantibus in veritate, nunquàm non patuit diuinę misericordiæ ostium.

VITA S. HILDEGARDIS ABBAtissę in monte S. Roberti prope Bingium, tribus libris compræhensa: Authore Theodorico Abbate Benedictino. Claruit is Anno 1200. estque diuersùs à Theodorico Abbate S. Trudonis.

PROLOGVS AVTHORIS.



DOMINIS venerabilibus Ludonico & Godefrido Abbatibus, Theodoric[9] humilis seruorum Dei seruus, Salutē cum deuotis orationibus.

Authoritatis vestræ præceptum accepi, vt post Godesridum virum ingenio clarum, vitam sanctæ ac Deo dilectæ Hildegardis virginis, (quam ille honesto stylo inchoauit, sed non perfecit) in ordine redigerem, & quasi odoriferis floribus serta centeaēs, visiones eius, gestis suis inserias, sub diuisione librorum, in vnius corporis formam redigerē. Visum est mihi hoc opus viribus meis nimis arduū, quin etiā & verecundum, vt scilicet quasi quidā arbiter sederē, & de alieno opere sentētiā tenerē, cùm ecce dubio & anxio fluctuāti animo, quód vires quas imperitia denegat, charitas ministrat: & melius esse, cū pudore hominū ferre ridiculum, q̄ obediētiæ subire periculū. Itaq; parui eo modo, vt p̄fati viri liber, primæ positionis locū obtinens, nulla suæ dispositionis patiatur iacturā: Deindè secundus liber, visionū pulcherrimū & admirabilē textum: Tertius, miraculorū, quę mirabilis Deus per eam operari dignatus est: à nobis digestā, diuisam & ordinatā contineret scripturā. Ità præcedētis Scriptoris nō minuetur gloria, & ad verā sapientiā, cælestemq; visionē & diuinā virtutem legentiū inenarrabilior memoria. Quis n. bonus non magis incitabitur magnis affectibus ad vitā perēnem, sanctè & piè & iustè uiuendo, anhelare, cùm viderit gemmā præclarā, tot ornamentis virtutū, videlicet virginitatis, patientiæ simul & doctrinæ, tā insigniter radiare? Idcircò dedimus operam, nè in absconso vel sub modio accensa lucerna Christi poneretur, quasi occultāda, sed super candelabrū posita, luceret omnibus qui in domo Dei sunt, vitę, verborum, & morum splendidissimis exēplis imitanda. *Mat. 5.* Quòd si quid in hac re indocta obsequentis peccauit temeritas, benigna iubētium Dñorum indulgeat charitas: totumque suo delictū asscribat studio, q̄ tā graui nos imbecillos voluit onerare operis negocio. Igit' vt qualitas eiusdē operis clariùs elucescat, hæc epistola ei cū subiectis capitulis p̄scribit', vt q̄d vbi lector iuenire dēat, citiùs agnoscat.

ARGVMENTA CAPITVM PRIMI LIBRI.

1 De natiuitate, oblatione, & educatione sanctæ virginis, & quomodò ad scribendum illustrata sit claritate diuini luminis.

2 Quomodò in monastica professione sub sacro velamine profecerit, quamuis continuos languorum dolores sæpè sustinuerit.

3 Quòd cùm scribere reuelata sibi in spiritu dubitaret, infirmabatur: cùm verò ab Abbate suo adhortata scriberet, rursùm sanabatur.

4 Quòd Papa Eugenius à Treberi nunciis & literis suis eam visitauit, & ad scribendum ea quę in spiritu videbat, eam animauit.

5 Quòd infirmitate languit, cùm locum cælitùs ostēsum, cum puellis suis adire demorata fuit.

6 Quòd totiès inualitudine laborauit, quoties supernæ visionis iussa perficere tardauit.

7 Quòd locum suum precio & concambio à proprietarijs absoluens, Moguntinum Episcopum defensorē elegit: iterumque correpta, iuit, & eũ ab ecclesia sancti Disibodi absoluit.

8 Quòd actiuæ vitæ seruans laborē, contemplatiuę partem pręelegit meliorē: & q de speculatione sua scripsit ad monachum Guibertum Gemblacensem.

9 Quòd speculationis modum mirum habuit & valdè rarum, & quòd modò in actiua, modò desudabat in contemplatiua.

LIBER PRIMVS VITAE S. HILdegardis Deo dilectæ virginis.

CAP. I.

17. Septẽbris.

IN Romana republica regnante Henrico, fuit in Galliæ citerioris partibus virgo, tam generis q̃ sanctitatis ingenuitate illustris, nomine Hildegardis, patre Hideberto, matre Mechtilde progenita. Qui licèt mundanis impliciti curis & opulentia cõspicui, creatoris tamen donis non ingrati, filiam prænominatam diuino famulatui manciparunt, eo quòd iam ineuntis ætatis eius præmatura synceritas, ab omni carnalium habitudine multùm dissentire videretur. Mox nanque vt poterat primam tentare loquelã, tam verbis quàm nutibus significabat his qui circa se erant, secretarũ visionum species, quas præter cõmunem cæteris adspectum, speculatione prorsùs insolita intuebatur.

Parentes S. Hildegardis.

Visiones eius in tenera ætate.

Cùm iam ferè esset octo annorũ, consepelienda Christo, vt cũ ipso ad immortalitatis gloriam resurgeret, recluditur in monte sancti Disibodi, eum pia Deoque deuota fœmina Iutta, quæ illam sub humilitatis & innocentię veste diligenter instituebat, & carminibus tantùm Dauidicis instruens, in psalterio decachordo iubilare præmonstrabat. Cęterum pręter simplicem psalmorum notitiam, nullam literatoriæ vel musicæ artis ab homine percepit doctrinam, quamuis eius extent scripta non pauca, & quædam non exigua volumina. Verùm hue ex ipsis potiùs dictis in promptu est declarare. Ait enim sic in libro suo, qui Sciuias prænotatur: Cum quadraginta duorum annorũ, septemq; mensium essem, maximę coruscationis igneum lumē aperto cælo veniens, totum cerebrum meum transfudit, & totum cor, totumque pectus meum, velut flamma, non tamen ardens, sed calens, ità inflammauit, vt sol rem aliquam calefacit, super quam radios suos ponit. Et repentè intellectum expositionis librorum, videlicet Psalterii, Euangelii, & aliorum Catholicorũ, tam veteris quàm noui testamenti voluminum sapiebam, non autem interpretationem verborum textus eorum, nec diuisionem syllabarum, nec cognitionem casuum aut temporum habebam.

Induit habitum monasticũ. Hæc Iutta fuit soror Megibardi Comitis Spãheimensis potētissimi.

Mirè diuinitùs illustrat.

CAP. II.

Psal. 83.

SEd vt ad propositum redeam, virgo Christi voto monasticæ professionis & sacri velaminis benedictione prouecta, crescebat, & ibat de virtute in virtutem, annitente & congaudēte prouectibus eius suprà pręnominata matre venerabili, quæ iam ex discipula magistram ac pręuiam semitarum excellentium, eam fieri cum admiratione cernebat. Flagrabat siquidem in eius pectore charitatis benignitas, quæ nullũ à sua latitudine excluderet. Turrim quoque virginitatis, murus tuebatur humilitatis: hinc cibi potusque parsimonia, vestium vilitate fouebatur: indè tranquillitas cordis pudibunda, silentio ac verborum parcitate monstrabatur: quæ omnia sanctarum monilia virtutũ, summi fabricata manu artificis, patiētia custos in sponsa Christi exornanda seruabat. Sed quoniam vasa figuli probat fornax, & virtus in infirmitate perficitur: nõ defuerunt ei ab ipsa ferè infantia crebri & penè continui languorum dolores, ità vt pedum incessu perrarò vteretur: & cùm tota carnis materia fluitaret, vita illi' esset quædam preciosæ mortis imago. Quantum verò exterioris hominis viribus deerat, tantum interiori p spiritum scientiæ ac fortitudinis accedebat: & corpore tabescēte, mirũ in modũ feruor spiritus inęstuabat.

Eius præclaræ virtutes,

Eccl. 27. 2. Cor. 12. Perpetuis ferè morbus laborat.

CAP. III.

CVmq; in sancto proposito multis succrescens, soli Deo complacere satageret, iamq; tempus instaret, q ad multorum prouectum vita eius ac doctrina patesceret, commonetur diuinitùs, voce ad eam facta, vt decætero quæ videret & audiret, scribere non cunctaretur. Illa verò per fœmineam verecundiam, & vulgi vaniloquia, & temeraria hominum iudicia trepidante, cùm quæ ostensa sunt cęlitùs secreta, reuelare stimulo acriori coarctaretur non hæsitare, tandēque dum longa ęgritudine tabefacta decubuisset, primò cuidam monacho, quem sibi magistrum proposuerat, & per eum Abbati suo, cũ metu & humilitate causam huius flagelli aperuit. Ille rei nouitatem insolitā mente pertractans, quanquàm Deo nihil impossibile esse cognosceret, adhibitis de collegio prudentiorib. experiendum iudicauit quod audiebat. ac de scripturis & visionibus eius quędã sciscitatus, ea quæ Deus daret, monuit declarare. Mox vt illa scribendi opus, quod nõ didicerat, attentauit, redeunte virium sibi solita possibilitate, de lecto languoris erigitur. Tũc Abbas, accepta insoliti miraculi certitudine, non suo cõtentus iudicio, rem ad publicam notitiã vidit esse proferendam: veniens que ad matricem sedem Moguntinam, coram venerabili archipræsule Henrico & capitaneis ecclesiæ, quod cognouerat, exposuit. Scripta quoquè quæ virgo beata nupèr ediderat, ostendit.

Nota.

Iussa reuelata diuinitus scribere, dum non paret, flagellat a Deo. Redeunt vires, dũ paret.

CAP. IIII.

PER idem tempus sanctæ Romanæ sedis antistes felicit memoriæ Eugenius, celebrato Rhemis vniuersali concilio, per Adelberonem Treuirorũ Archiepiscopum deuocatus, Treuiri morabatur. Visum est pontifici Moguntinæ ciuitatis & maioribus cleri, ad Apostolici cognitionem esse veniendum, quatenùs ipsius authoritate nosceretur, quid de cõpertis recipiēdum aut refutandum foret. At Papa summæ discretionis, auditu tantę nouitatis attonitus, cùm Deo sciret cuncta esse possibilia, rem diligentiùs inuestigare gestiens, venerabilem Virduni præsulem, & cum eo Adelbertum primicerium, aliasque personas idoneas dirigit ad cœnobium, sub quo eadem virgo tot annis degebat inclusa, ut sine strepitu vel curiositatis acumine, quid rerum esset, ab ipsa sciscitarentur. Quibus humiliter inquirētibus, cùm illa simpliciter quæ de se erãt, aperuisset, ad Apostolicum redierũt, & magna ipsius, magna cunctorum adstantium expectatione, quæ audierant, retulerunt. His Papa recognitis, iubet repræsentari scripta beatæ Hildegardis, quæ sibi de p̃fato cęnobio perlata susceperat, & ea manib' propriis tenēs, ipseq; recitatoris vice functus, Archiepo & Cardinalibus, omnibusque qui de clero aderant, publicè legit, ac responsa virorum, quos ad hæc indaganda miserat, pronuncians, omnium mentes & voces in laudem cõditoris & congratulationē excitauit. Aderat ēt ibidèm sanctæ recordationis Bernardus Abbas Clarçualis, quo mediante, cęterisq; annitentibus, monebatur summus Põtifex, nè tam insignem lucernam silentio tegi pateretur, sed gratiam tãtam, quã ipse ipsius Dñs manifestare vellet, sua authoritate confirmaret. Ad

Cõcilium Rhemēse.

Nota.

S. Bernardus Abbas claranallensis.

hęc

Eugenius Papa eam hortatur ad scribendum reuelationes suas.

hæc reuerendus pater patrum, tam benignè, quàm & sagaciter assensum præbens, literis salutatorijs beatam virginem visitauit, in quibus concessa sub Christi & beati Petri nomine licentia proferendi, quæcunque per spiritumsanctum cognouisset, eam ad scribendum animauit. Sed & locum, quo illa fouebatur, honorauit, datis ad Abbatem & fratres cœnobij gratulatorijs ex suo nomine literarum apicibus.

CAP. V.

Multæ nobiles virgines fiunt monachæ.

IGitur beata Hildegardis cum fiducia humilima verbis, quæ non ab homine, neque per hominem acceperat, aperuit & perfudit tam sanctæ opinionis odorem bonum longè lateque fragrantem, tunc confluebant ad eam filiæ nobilium non paucæ, sub habitu religionis, regularibus semitis instituendæ. Cumque omnes vnum reclusionis habitaculum vix caperet, iamque de transferendis & ampliandis earum mansionibus consilium versaretur: demonstratur illi per Spiritum locus, vbi Naha fluuius Rheno confluit, videlicet collis à priscis diebus sancto Ruperto confessori ex nomine attitulatus; quem ille olim patrimonij iure possederat, ibique cum beata genitrice sua, Bertha nomine, & sancto Vuiberto confessore, vitam feliciter in Dei opere ac famulatu consummauit, ac de sepultura eius ac reliquijs, loco nomen inhæserat. Itaque dum virgo Dei locum transmigrationis, quem non corporalibus oculis, verùm intima visione cognouerat, Abbati suo & fratribus designaret: sed illis hæsitantibus, eo quod discessum eius molestè ferrent, nè iussum Dei peragere impediretur: decidit, vt pridem, in lectum prolixi languoris, de quo non anteà surrexit, quàm Abbas & cæteri diuino se nutu vrgeri conspicerent ad consentiendum, nec obstarent, sed pro posse anniterentur. Ex quibus Arnoldus ex laico monachus, qui forti obstinatione renitendo, cæteros ad obsistendum videbatur animare; dum esset in prædio Ecclesiæ villa Vuilara, tanta vexatione subitò percussus est corporis, vt de vita quoque desperaret, linguamque in immensum turgentem, ore continere non posset. Postulauit ergò nutibus quibus poterat, vt ad sancti Roberti ecclesiam deferretur: moxque vt illic vouit, quod vlteriùs non obstaret, sed pro posse anniteretur, protinus recepta incolumitate, cœpit adiutor esse præparantium mansiones, & proprijs manibus dissipare vineta, vbi domus ædificarentur, sanctimonialium receptaculis aptæ. Ipsa verò, cuius migrationi hæc habitacula præparabantur, dum propter moras diuinæ visionis exequendæ, iaceret gressuum penitùs officio destituta, & tanquam saxea rupes, de lecto in quem deciderat, nulla tenùs moueri posset, non satis credulus Abbas referentibus, intrauit vt videret. Cumque totis viribus per se conaretur, vel de capite illam sustollere, vel de latere in latus reclinare, nihilque conando penitùs efficeret, tam insolito stupefactus miraculo, cognouit non passionis humanæ, sed diuinæ correptionis esse quod gerebatur: nec vlteriùs contraeundum fore cælesti edicto, nè deterius quippiam & ipse pateretur. Quoniam verò locus prænominatus, partim ad Moguntinæ Ecclesiæ canonicos pertinebat, & fundus cum oratorio sancti Roberti, possessio erat comitis Bernhardi de Hildesheim, facta per interuentum fidelium legatione, virgo Dei pretio, licentiam sibi & sororibus suis obtinuit illic inhabitandi.

Locum construendo monasterio, diuinitus sibi assignatum indicat suo Abbati.

Virgo sancta iacet lecto immobilis.

CAP. VI.

IGitur post longam gradiendi defectionem, dum in vtramque deliberatum esset, vt eum consororibus dimitterent ad locum, quem in spiritu præuiderat, ingressus Abbas ad iacentem & afflictam, dixit, vt in nomine Domini surgeret, abitura ad mansionem sibi cælitùs prædestinatam. Tunc illa dicto citiùs surgente, tanquàm nihil tam prolixo tempore debilitatis sensisset, stupor & admiratio cunctos qui aderant, apprehendit. Nec immeritò, cùm & ea quæ circa decumbentem fieri visa erant, nò minùs essent stupenda, quia ex quo locum mutandi cælitùs accepit mandatum, quoties res ad effectum tendere videbatur, toties illa leuamen passionis in suo corpore sentiebat: ac vice mutata, quotiès obnitentium contradictione cessari negocium cernebatur, totiès ista, licèt absens, intensiore grauamine laborabat. Aliquandò de stratu repentè consurgens, cunctosque reclusionis angulos & habitacula perambulans, loqui omninò non poterat: rursumque ad lectum rediens, deficiente gressu, loquebatur vt prius. Quo languoris genere non tunc solùm laborauit: sed & quotiescunquè fœminea trepidatione tardasset, vel dubitasset supernæ voluntatis peragere negocia, hoc certitudinis in se capiebat argumentum.

Nota rem admiratione dignam.

CAP. VII.

TAndem ergò Dei famula cum decem & octo puellis Deo * sanctis, pristinæ habitationis loco decedente, quantum his quos deserebat, doloris & luctus derelinquebat, tantum regioni ad quam accedebat, gaudij & exultationis afferebat. Fuerant nanque illi de Bingensi oppido & contiguis villis multi honoratorum, & de plebe non exigua multitudo, qui eam cum grandi tripudio & diuinis laudibus exceperunt. At ipsa cum suo (immò Christi) grege pusillo, paratum sibi locum ingressa, diuinam, quæ cuncta dispensat, sapientiam deuota cordis alacritate magnificabat, & commissas curelæ suæ sanctimoniales virgines, materno affectu souebat, & regularibus institutis prudenter imbuere non cessabat. Et nè alieni iuris possessionem videretur inuasisse vel occupare, de donarijs fidelium, quæ fama nominis eius adducti deferebant; locum suæ habitationis, partim dato precio, partim facto concambio, à proprietarijs prædictis obtinuit. Quem quia liberum suscepit, liberum manere perpetuò constituit, ita ut patrocinio tantùm Moguntinæ Ecclesiæ subiectus, non alium, quàm sedis ipsius Archiepiscopum haberet defensorem, nè, si laicum aduocatum assumeret, ouili lupum videretur inducere: quo ferè generali morbo per orbem plurimæ vexantur ac vastantur Ecclesiæ. Erga prælatos cœnobii de quo migrauerat, hoc tantùm subiectionis sibi suisque filiabus retinuit, vt quæ de spiritualibus, hoc est, de ordinis tenore & de monachatus professione quærenda essent, ab eis potiùs quàm aliundè susciperet: & prout res & tempus posceret, sacerdotes de ipso cœnobio susciperent, quos propria & libera electione nominatim expetiuissent: qui eas tam in cura animarum ac diuinis exequendis officiis, quàm in temporalium procuratione sustentarent. Quæ omnia non solùm permissu, sed & consilio venerabilis Henrici atque Arnoldi Moguntinæ metropolis Archipræsulum, sed & scriptis eorundem cum consensu Abbatum, decreta & confirmata sunt: & nè quid potestatis in prædia sancti Ruperti sibi vsurparet Ecclesia sancti Disibodi, priuilegiorum authoritate, immò, ut planiùs dicam, superni numinis interdicto vetitum est: siquidem hæc ipsa virgo, dum reuelatione intima cognosceret, pro tali negocio eundum sibi esse ad idem cœnobium, & instar Ionæ prophetæ trepidatione quadam detineretur, diuinæ castigationis flagello tacta, penè languit vsque ad mortem. Quo verbere commonita, se fecit in oratorium deportari, ibique se, quò Deus iubebat, iturum, si correptio cessaret, deuouit. Deindè petijt, ut equo imposita, & manib. sustentata deduceretur: moxque vt vix pauxillum deducta est, receptis virib. lætabunda procedebat. Perueniensque ad montem prænominati

*Sor. * sacratis.*

Præficit Bingensi monasterio.

Moguntinum Archiepiscopum suo monasterio eligit defensorem.

Ion. 1.

Inobedientia punit.

Obedientia pœnas auertit.

confessoris, cur venire compulsa esset, exposuit, atque locum suę habitationis cum allodiis ad se pertinentibus, ab illis cęnobij fratribus absoluit, relicta illis plurima portione possessionum, quæ illi cum sororibus susceptis, traditę fuerant, & insuper pecuniarum non modica quantitate, nè quid vsquam iustæ querelæ relinqueretur.

CAP. VIII.

Vacat vtrique vita, actiuæ scilicet & contemplatiuæ.

VErùm vt ea quæ series narrationis exigit, repetam, beata Hildegardis quanuis in se Lię parturientis crebros dolores sustineret, nihilominùs speciosę Rachelis oculos claros lumine speculationis internæ pascebat: & quęcunque interiùs adspexisset, dictis & scriptis, prout nouerat expedire, pandebat. De quo genere speculandi seu videndi modo (q perrarus ac pluribus etiam excellentium sanctorum nosci tur in hac mortalitatis vmbra incompertos fuisse) res poscit vt aliqua dicantur: quod ipsius verbis potissimùm, quàtùm vel ipsa pandere potuit, cognoscatur.

** Guibertum.*

Sic enim dicit in epistola, quā ad ✱ Vuibertum Gemblacensem monachum, de his quæ de ea relatu famæ audierat, sciscitantem, rescripsit: Deus, inquit, vbi vult, ad gloriam nominis sui, & non terreni hominis, operatur. Ego quidem trementem timorem habeo, quoniam nullam securitatē vllius possibilitatis in me scio. Sed manus meas ad Deum porrigo, quatenùs velot penna, quæ omni grauedine virium caret, & quæ per ventum volat, ab ipso sustinear: nec ea quę video, perfectè scire possum, quàm diù in corporali officio sum, & in anima inuisibilis, quoniam in his duobus homini defectus est. Ab infantia autem mea, ossibus & neruis ac venis meis nondùm confortatis, visionē hanc in anima mea usque ad præsens tempus semper

Nota admirandā eius visionē, eamq; perpetuam.

video, cùm iam plusquam LXX. annorum sim: animaque mea, prout Deus vult, in hac visione sursùm in altitudinem firmamenti, & in vicissitudinem diuersi aeris ascendit, atque inter diuersos populos se dilatat, quanuis in longinquis regionibus & locis à me remoti sint. Et quoniā hæc tali modo in anima mea video, idcircò etiam secundùm vicissitudinem nubiū & aliarum creaturarum ea conspicio. Ista autem nec exterioribus oculis video, nec exterioribus auribus audio, nec cogitationibus cordis mei, nec ulla collatione quinque sensuum meorum percipio: sed tātùm in anima mea, apertis exterioribus oculis, ità quòd nūquàm in eis defectum ecstasis passa sum, sed vigilanter die ac nocte ea video.

CAP. IX.

ITaque sicut ex verbis precedentibus colligimus, verè mirus & perrarus huic sanctæ virgini speculationis adfuit modus. Nempe ad similitudinem sanctorū animalium, quæ vidit Ezechiel, ipsa certum pennatum

Ezech. 1.

animal ibat, & non reuertebatur: & iterùm ibat, & reuertebatur: quia ab actiua uita quam appræhenderat, ad quęlibet infima non reuertebatur: & à contemplatiua, quam, carne obsita, iugiter tenere non poterat, in actiuam uitam reuertebatur. Quasi n. ei de actiua uitæ

Iosu. 1.

modo diceret Deus, Nō te deleram neq; derelinquā, à bono proposito non permisit eam redire: & iterùm, quasi de contemplatiuę uitę modo ei diceret, Auerte

Can. 6.

oculos tuos, quia ipsi me auolare fecerunt: de speculatione suę incompræhensibilis maiestatis, ad actualis uitæ laborem eam permisit redire. Auerte, inquit, oculos tuos à mea contēplatione, quia ipsi me auolare faciunt, dum me in hac uita ad perfectū comprehendere non sufficiunt. Vnde & Psalmista ait: Accedit ho-

Psal. 63.

mo ad cor altum, & exaltabitur Deus: quia quo altiùs

Nota.

puro corde quæritur, eo sublimiùs, quam sit incomprehensibilis, cōprehenditur. Eo modo beata virgo in carne adhuc posita, & per actiuam laborabat, & per contemplatiuam in ipsam diuinitatis lucem totis desideriis inhiabat. Sed hîc primo libro ponentes terminum, benedicamus Dominum, qui ancillam suam, ab ipso ortus sui principio electam respexit, & eam dilectam vsque ad claritatem visionis suę prouexit.

PROLOGVS IN LIBRVM SECVNDVM.



GRANDEM quidem materiam ingenia parua oō sufferunt: sed charitas & obedientia, quibus me totū sempervobis debere profiteor, Ludouice & Godefride abbates optimi, mentémeā etiam de impossibilibus ad possibilē facultatem efferunt. Vndè quanuis nullo fretus ingenio, tñ præceptis vestris in charitate Christi obtemperaui, & libellum secundum de vita beatæ Hildegardis virginis, secretis & arcanis visionibus quasi quibusdā amœnis floribus respersum, ab eo loco, quo præcedētem librum Godefridus bonæ memoriæ terminauit, ordinare & perficere, Deo fauente, curaui. In quo ex verbis ipsius Deo dilectæ virginis tanta elucet claritas prophetiæ, ut nihil minus ab antiquis patribus videatur percepisse gratiæ. Nempe sicut legitur de Moyse,

De Iosue hoc legitur. Exod. 33.

quòd indesinenter fuerit in tabernaculo, sic & ipsa in visionum cælestium morabatur umbraculo: videlicet vt sicut ille, sic ista à Deo, vt aliquid disceret, aut auditores suos aliquid doceret. An non morabatur in cælesti tabernaculo, & trāscenderat nebulam totius carnalitatis, cùm dictatum & verba Euangelij Iohannis,

Nota. Iohan. 1.

In principio erat verbum, & cætera, eam docuit spiritus veritatis? Ipse. n. spiritus sāctus, qui in cor Iohānis

Iohan. 13.

profluxit, quandò hanc profundissimā reuelationem de pectore Iesu suxit, per diuisiuam suæ dignationis gratiam hoc istā voluit discere, quod ille dignus fuit dicere. Sed de his interim loqui differamus, & proposita, adspirante ipso spiritu, differamus. Nec moueat lectorem, quòd quædam, quæ in præcedenti libro vitæ eius præscripta sunt, eadem in subsequenti etiam opere visionum eius, nihilominùs descripta sunt: quia dignum iudicauimus, vt & qualitas ordinis in recitatione historię eius seruaretur, & authoritas vel integritas verborum, quę per spiritum sanctum prolata sunt, in descriptione visionum eius nullatenùs mutilaretur. Inprimis autem & huic libello capitula præfigantur, vt locis suis ea q̄ sequuntur, faciliùs inueniātur.

ARGVMENTA CAPITVM LIBRI SECVNDI.

11 Quòd languore & dæmonum terrore non solùm non est superata, sed & defensione angelica est glorificata.

12 Quòd philosophus conuersus, Deum in ea laudauit: & quòd suas puellas à dæmonum vanitatibus castigauit.

13 Quòd nec prosperis eleuabatur, nec aduersis deprimebatur.

14 De quinta visione, vbi agit de carnis & spiritus colluctatione, & sanctorum patrum laudabili exemplificatione.

15 De sexta visione, in qua turres & diuersa habitacula vidit.

16 De septima, in qua dicit, quomodò Iohannis Euangelium didicit.

17 Quòd spiritus specialis gratiæ, fonte eam potauit sapientiæ.

LIBER SECVNDVS, IN QVO insertæ sunt visiones S. Virginis Hildegardis. Caput I.

Multa prophetico spiritu fecit.



GITVR beata virgo in loco, ad quem visu diuino migrauerat, librum visionum suarum, quem apud montem sancti Disibodi inchoauerat, consummauit, & quædam de natura hominis & elementorum, diuersarumque creaturarũ, & quomodò homini ex his succurrendum sit, aliaque multa secreta prophetico spiritu manifestauit. Patet etiam, quàm eleganter epistolis, de diuersis prouinciis ad se directis, responderit, si quis tenorem verborum eius, ex reuelatione diuina prolatorum, altiùs considerare voluerit. Sunt tamen in vnum volumen compilatæ & suæ, & illæ, quę ad se fuerant destinatæ. Quis verò nō miretur, quòd cantum dulcissimæ melodiæ mirabili protulit symphonia, & literas non priùs uisas, cum lingua dedit antea inaudita? Præter hæc, Euangelia quædam exposuit, aliasque typicas expositiones composuit: quæ omnia, quia ei clauis Dauid aperuit, gratulari meritò & cantare animæ suæ licuit, quòd eam Rex in cellaria sua introduxerit, vt inebriaretur ab vbertate domus suę, & potaretur torrente voluptatis suę: vndè & ipsa, sicut scriptum est, à timore Domini concipiens, pareret spiritum, & salutes super terram faceret. Magnum est etiam illud & admiratione dignũ, quòd ea, quæ in spiritu audiuit vel vidit, eodem sensu & eisdem verbis circunspecta & pura mẽte, manu propria scripsit & ore edidit, vno solo fidei viro symmysta contenta, qui ad euidentiam grammaticę artis, quam ipsa nesciebat, casus, tempora & genera quidem disponere, sed ad sensum vel intellectum eorum nihil omninò addere præsumebat vel demere. De hoc certè etiam ad Adrianum Papam scripsit, quòd sic in cælesti visione sibi dictum audiuit: Cùm desupèr tibi ostensa ad formam humanæ consuetudinis non protuleris in Latina linguà, quia hæc consuetudo tibi non est data, ille qui limam habet, ad aptum sonum hominum expolire non negligat. Congruum autem uidetur, ut hoc in loco scripta visionum eius aliqua inseramus: & ex his, quàm conuenienter sententia illa de Canticis, Dilectus meus misit manus suas per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius, sibi adaptari queat, videamus. Hæc scripta ita se habent.

Multa dicit domini tus. — *Apoc. 3. Cant. 5. Psal. 35. Esa. 26.* — *Nescit literas, & tamẽ scribit, non sine magno miraculo.* — *Cant. 5.*

CAP. II.

IN mystica (inquit) visione & in lumine charitatis de sapientia, quæ nunquàm deficiet, verba hæc sic audiui & vidi: Quinque toni Iustitiæ humano generi à Deo missi intonant, in quibus salus & redemptio credentium constat. Et hi quinque toni excellentiores omnibus operibus hominum sunt, quia omnia opera hominum de his nutriuntur, qui sunt qui in sonis non eunt, sed cum quibus omnia opera hominis, in quinque sensibus corporis eius perficiuntur. Et de illis talis ratio est: Primus tonus per fidele Abel sacrificium, quod Deo immolauit, opere cõpletus est. Secundus autem, quandò Noe per præceptum Dei arcã ædificauit. Tertius verò per Moysen, quandò ei lex data est, quæ * punctum circuncisionis Abrahæ fuit. Sed in quarto tono verbum summi patris in Virginis vterum descendit, & carnem induit: quia idem verbum cum aqua limum coagulauerat, & sic hominem formauerat: vndè & omnis creatura per hominem ad ipsum clamauit, qui eam fecerat, sicque propter hominẽ Deus omnia in se portauit. Alio enim tempore hominem creauit, alio autẽ ipsum portauit: vt omnes quos consilium serpentis perdiderat, sibi attraheret. Quintus autem tonus perficietur, cùm omnis error & irrisio finietur: & tunc homines videbunt & cognoscent, quòd nullus extra Dominum quicquam facere possit. Hoc verò in quinque tonis à Deo missis, vetus & nouum testamentum perficietur, ac mirificus numerus hominum complebitur. Et post hos quinque tonos filio Dei quoddam lucidum tempus dabitur, ità quòd ab omni carne palàm cognoscetur. Posteà Diuinitas in semetipsa operabitur, quandiù vult. Sapientia quoquè in lumine charitatis docet, & iubet me dicere, quomodò in hac visione constituta sum. Et ego verba hęc nō dico de me, sed vera sapientia ista dicit de me, & sic loquitur ad me: Audi, ò homo, verba hæc, & dic ea non secundùm te, sed secundùm me: & docta per me, hoc modo dic de te: In prima formatione mea, cùm Deus in vtero matris meæ spiraculo vitæ suscitauit me, visionem istam infixit animę meę. Nam post incarnationem Christi anno M. C. doctrina Apostolorum & ardens iustitia, quam in Christianis & spiritualibus constituerat, tardare cœpit, & in hæsitationem vertebatur. Illis temporibus nata sum, & parentes mei cũ suspirio Deo me vouebant, ac tertio ætatis meæ anno tantum lumen vidi, quòd anima mea contremuit: sed præ infantia de his nihil proferre potui. In octauo autem anno ætatis meæ in spiritualem conuersationem Deo oblata sum, & usque in quintum decimum annum fui multa videns, & plura simpliciter loquens, ità quòd & admirabantur, qui hęc audierũt, vndè venirent, & à quo essent. Tunc & ego in me ipsa admirata sum, quòd cùm * infra in anima vidi, exteriorem etiam uisum habui: & quòd hoc de nullo homine audiui, atque visionem, quam in anima vidi, quantùm potui, celaui: multaq; exteriora ignoraui, de frequenti ægritudine, quam à lacte matris meæ hucusque passa sum, quę carnem meam macerauit, & ex qua vires meæ defecerunt. His valdè fatigata, à quadam nutrice mea quæsiui, si aliqua, exceptis exterioribus, videret: & nihil mihi indè respõdit, quoniã nihil videbat. Tunc magno timore correpta, non audebam hæc cuiquam manifestare, sed tamen plura loquendo, dictando, de futuris solebam enarrare. Et quandò hac visione pleniter perfundebar, multa quæ audientibus aliena erant, loquebar. Sed cùm vis visionis aliquantulùm cessit, in qua me plùs secundùm mores infantis, quàm secundùm annos ætatis meę exhibui, valdè erubui, & sępè fleui: & multotiès libèter tacuissem, si mihi licuisset. Præ timore autem, quem ad homines habebam, quomodò viderem, nulli dicere audebam. Sed quædam nobilis fœmina, cui in di-

*Gen. 4. Gen. 6. Exo. 20. * perfectum. Gen. 1. & 2.* — *Iudicium extremũ.* — *Nota t 100.* — ** intrà. Nota & intus & foris eã vidisse eodẽ tempore.*

in disciplina eram subdita, hæc notauit, & cuidam sibi notæ monachæ aperuit. Eidem fœminæ Deus per gratiam suam quasi riuulum ex multis aquis infudit, ità quòd bonis operibus quietem non tribuit, quousquè bono fine præsentem uitam finiuit, cuius etiam merita Deus per quędam pulchra ostendit signa. Post cuius finem ità permansi uidens in quadragesimum ętatis meæ annum. Tunc in eadem visione magna pressura coacta sum palàm manifestare ea, quę uideram & audieram. Sed valdè timui & erubui proferre, quæ tam diu silueram. Venę autem medullę meę tunc plenę virium erant, in quibus ab infantia & iuuentute mea defectum habebam. Ista cuidam monacho magistro meo intimaui, qui bonæ conuersationis & diligentis intentionis ac veluti peregrinus sciscitationibus morum multorū hominum erat. Vndè & eadem miracula libenter audiebat, qui admirās mihi iniunxit, vt ea absconsa scriberem, donèc videret, quæ & vndè essent. Intelligens autem q̄ à Deo essent, Abbati suo intimauit, magnoque desiderio deincèps mecum in his laborauit. In eadem visione scripta prophetarum, Euangeliorum, & aliorum sanctorum quorundam philosophorum, sine vlla humana doctrina intellexi, ac quędam ex illis exposui, cùm vix notitiam literarum haberem, sicut indocta mulier me docuerat. Sed & cantum cum melodia in laudē Dei & sanctorum absque doctrina vllius hominis protuli & cantaui, cùm nunquam vel neumam, vel cantum aliquem didicissem. Hæc ad audientiam Moguntinæ Ecclesiæ allata cùm essent & discussa, omnes ex Deo esse dixerunt, & ex prophetia, qua olim prophetę prophetauerant. Deindè scripta mea Eugenio Papæ, cùm Treberi esset, allata sunt, qui ea grataūter coram plurimis legi fecit, ac per seipsum legit, multumque de gratia Dei confidens, benedictionemque suam cum literis mihi mittens, præcepit ut ea quæ in uisione uiderem vel audirem, scriptis attentiùs commendarem.

Intelligit prophetias &c. docta à Deo.

Eugenius Papa, cū esset Treueris, eius scripta approbat.

CAP. III.

Itaque beatæ uirginis pulcherrima visione & sui timoris, quem ad accessum Spiritussancti capiebat, recitatione, de Apostolici quoquè benedictione, & de percepta ab eo scribendi permissione, patenter colligimus, quòd ille dilectus suus sponsus cælestis Iesus Christus verè misit manum suam, id est, operationem & inspirationem spiritussancti per foramen, hoc est, per occultam gratiam suam, & venter eius, scilicet mens sua, ad tactum eius, hoc est, ad infusionem gratiæ suæ intremuit, ob insolitum vigorem spiritus, & pondus quod interiùs sensit. Quid aptius, quid conuenientius? Certè sicut per illum in Helia sibilū auræ tenuem frequentior visitatio signatur: ità diuini Spiritus saporem totiès degustabat mens eius, quotiès in contemplationis sublimitate suspendebatur. Et quid fecit? Surrexi, inquit, vt aperirem dilecto meo. O verè beata uirgo, quę, sicut scriptum est, quia diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habet amicum regem, id est, Christum, à quo talę percepit donum. Secundùm mensuram enim, quā sibi dare Spiritussanctus voluit, (nam sicut spirat vbi vult, sic etiam diuidit singulis prout vult) quin surgeret & dilecto aperiret, recusare non poterat: & nunc voce, nunc literis, pessulum ostii sui aperiens dilecto, foris exequebatur, quod intùs audiuit. Quid intùs audiuit? Deriuentur foras fontes tui, & in plateis aquas tuas diuide.

Can. 5.

3. Reg. 19.

Cant. 5.
Prou. 22.

Iohan. 3.

Can. 5.
Prou. 5.

CAP. IIII.

Igitur dum ad hunc modum bonorum operū riuis affluentibus quasi paradisi fluminibus irrigaret, non modò tota vicinia, verùm etiam ex omni parte Gallia atque Germania confluebant ad eam vndiquè vtriusque sexus populorum examina, quibus per gratiam Dei vtriusque vitæ affatim accommoda impēdebat exhortamina. Ad salutem enim animarum suarum proponebat eis & soluebat quęstiones sanctarum scripturarum. Plurimi consilium ab ea percipiebant necessitatum corporalium, quas patiebantur: nōnulli quoq; benedictionib⁹ suis a lāguoribus alleuiabantur. Quia verò prophetico spiritu cogitationes & intētiones hominū cognoscebat, quosdā peruersa & friuola mēte ad se, quasi ad explorādū accedētes redarguebatq; dū spiritui q loquebat, nō valerēt resistere, correpti & emendati, cogebantur à prauo incepto desistere. Sed & Iudęos, dum ad se venirent causa interrogationis, cōuictos de lege sua, ad Christi fidem exhortabatur verbis piæ admonitionis. Omnibus enim, iuxta Apostolum, omnia facta, extraneis quidem aduētantibus, quamuis repræhensibilibus, blādè & leniter, prout eis uidebat competere, loquebatur. Secum aūt commorantes puellas, cum multo dilectionis ac maternæ dulcedinis affectu castigabat, quotiès vel rācor cuiuslibet controuersiæ, vel dolor secularis tristitiæ, siue desidia, aut negligentia in eis oriebatur. Denique voluntates, intentiones & cogitationes earum intātùm perspiciebat, quòd in officiis etiam diuinis, secūdùm qualitatem cordis sui, propriis benedictionibus eis respondebat. Præuidebat enim in spiritu vitam hominum & conuersationem, necnon & vitæ præsentis quorundam consummationem, ac secundùm qualitatem morum & meritorum, gloriam & pœnas animarum eorum: quæ tamen tanta mysteria nulli prætérquàm illi soli homini reuelabat, cui (vt prædiximus) omnia secreta sua manifestabat. Sicut deniquè tēpus tacendi, ità nouerat, quid & vbi, & cui, & cur, & quomodò, & quando tempus esset loquēdi. In his autem omnibus summam omnium virtutum seruabat humilitatem, Et sciens, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, semper gratiæ diuinæ omnipotentem laudabat benignitatem.

Soluit multas quęstiones scripturarū.

Videt hominū cogitationes.

Act. 6.

1. Cor. 9.

Videt quorūdā præsentis uitæ cōsummationē.

Eccle. 3.

Iaco. 4.
1. Pet. 5.

CAP. V.

Tantis ac talibus gratiarum adornatam dotalib⁹ sponsus cęlestis, spōsam suam dilectam, licèt crebris inuiseret visitationibus, tamen ut scriptum est, quantò magna erat, humiliaret se in omnibus, permisit eam sæpe variis ęgritudinum vexari passionibus. Quod vt euidentiùs pateat, textus visionum eius producatur in medium, vt & virtus in infirmitate perfecta non lateat, & lectoris etiam, dum alternis vti delectatur, alleuietur tædium. Visforte quid perpessa fuerit pro eo, quòd non manifestauerit ostensam sibi cælitus visionem, propter suam de loco, in quo tunc erat, in alium transmigrationem? Audi ipsam ita scribentē: Quodam (inquit) tempore ex caligine oculorum nullum lumen videbam, tantoque pondere corporis deprimebar, quòd subleuari non valēs, in doloribus maximis occupata iacebam: quæ ideò passa sum, quia non manifestaui visionem, quæ mihi ostensa fuit, q̄ de loco in quo Deo oblata fuerā, in alium cum puellis meis moueri deberem. Hæc tam diù sustinui, donèc locum in quo nunc sum, nominaui: & ilicò visu recepto, leuius quidem habui, sed tamen infirmitate nondùm ad plenum carui. Abbas autem meus, & fratres & populus eiusdem prouinciæ, cùm percepissent de hac mutatione, quid hoc esset, quòd de pinguedine agrorū & uinearum, & de amęnitate loci illius, ad inaquosa, vbi nulla essent commoda, ire vellemus, mirū habuerunt: & nè hoc fieret, sed vt nobis resisterent, in vnum conspirauerunt. Me quoquè quadam vanitate deceptam esse dicebant. Cumq; hæc audissem, cor meū contritū est, & caro mea & venæ aruerunt: & per dies plu-

Eccle. 3.

1. Cor. 12.
2. Mac. 15.

Pœna celatæ visionis.

Psal. 72.

plurimos lecto decumbens, nocem magnam audini, me prohibentem, nè quicquam amplius in loco illo de uisione hac proferrem vel scriberem. Tunc quędã nobilis Marchionissa nobis nota, Archiepiscopũ Moguntinum adiit, & ei hæc omnia, aliisque sapientibus manifestauit Qui dixerũt, ꝙ nullus locus, nisi per bona opera sanctificaretur: vndè & hoc, vt fieret, conueniens videtur. Tunc antiquus deceptor per multas irrisiones me excribrauit, ità ꝙ multi dixerunt: Quid est hoc, ꝙ huic stultę & indoctæ fęminæ tot mysteria reuelantur, cùm multi fortes & sapientes viri sint? Io dispersionem itaque vertetur. Multi enim de reuelatione admirabantur, vtrùm à Deo esset, an de inaquositate aereorum spirituum, qui multos seducunt. Et ità in isto loco cum viginti puellis nobilibus & de diuitibus parentibus natis, mansi, nullam habitationẽ seu habitatorem hìc inueniens, excepto veterano quodã & uxore eius ac filijs. Tanta quoquè aduersitas tribulationum & pressura laborum super me cecidit, velut cùm tempenstuosa nubes solem obtegit, ità quòd valdè suspirans & lacbrymas fundens, dixi: O ò, Deus nullum confundit, qui in ipsum confidit. Sed iterùm Deus gratiam suam mihi adhibuit, quemadmodùm cùm sol recedentibus nubibus appàret, & velut cùm mater flenti infanti lac præbet, vndè ipse post fletum gaudet. Tunc in vera visione vidi, quòd tribulationes istæ in exemplo Moysis super me venissent: quia cùm ille filios Israel de Aegypto trans mare rubrum duceret in desertum, ipsi contra Deum murmurantes, Moysen quoquè valdè afflixerunt, quanuis eos Deus mirificis signis illustrasset. Ità Deus aliqua parte me affligi permisit à communi populo, à propinquis meis, & ab aliquantis qui mecum manserunt, cùm eis necessaria defuerunt, nisi quantum nobis per gratiam Dei eleemosynis dabatur: quia sicut filiĩ Israel Moysen afflixerunt, ità & isti super me caput mouentes, dixerunt: Quid prodest, quòd nobiles & diuites puellæ, de loco in quo eis nihil defuit, in tantam penuriam deuenerunt? Nos veró gratiam Dei nobis succurrere expectabamus, qui hunc locum nobis ostenderat.

[Marg.: A multis irridetur. — Multa patitur. — Exo. 16.]

Post pressuram doloris huius gratiam suam Deus super nos pluit. Nam multi qui nos priùs contemnẽtes, inaquosam inutilitatem nominauerãt, venerũt ad nos vndiquè, adiuuantes & benedictionibus nos replentes. Multi etiam diuites, mortuos suos in honore apud nos sepelierunt. Plurimi quoquè visionem hãc in fide cognoscentes, magno desiderio ad nos venerunt: sicut per prophetam dictum est: Venient ad te, q detrahebant tibi. Tunc spiritus meus reuixit, & quæ priùs in dolore fleueram, nũc quia Deus in obliuionẽ me non duxisset, præ gaudio fleui, cùm locum istum extolleodo, & multis vtilibus rebus & ædificiis multiplicando confirmauit. Sed tamen Deus noluit, quòd in plena securitate constanter perseuerarem, sicut ab infantia mea in omnibus causis meis facerat, cùm nullam securitatem gaudii vitæ istius mihi dimisit, per quod mens mea eleuari posset. Nam cùm librum Sciuias scriberem, quandam nobilem puellam supradictę Marchionissę filiam, in plena charitate habebã, sicut Paulus Timotheum, quæ in diligenti amicitia in omnibus se mihi cõiunxerat, & in passionibus meis mihi condoluit, donèc ipsum librum cõpleui. Sed post hæc propter elegantiam generis sui, ad dignitatẽ maioris nominis se inclinauit, vt mater cuiusdam sublimis Ecclesiæ nominaretur: quod tamen non secũdùm Deum, sed secundùm honorem seculi huius q̃siuit. Hæc in alia regione à nobis remota, postquàm à me recessit, vitam pręsentem cum nomine dignitatis citò perdidit. Aliæ etiam quędam nobiles puellæ similiter fecerũt, se à me separantes: ex quibus quędam posteà tam negligenter viuebant, quòd multi dixerunt quia opera earum ostenderent, quòd in spiritũ sanctum, & in hominem, qui de spiritusancto loquebatur, peccassent. Ego autem & diligentes me, admirabamur, cur tanta persecutio super me neniret, & Deus consolationem mihi non adhiberet, cùm in peccatis perseuerare non vellem, sed bona opera, Deo adiuuante, perficere desiderarem. In his librum Sciuias compleui, sicut Deus voluit.

[Marg.: Dominus eã cõsolatur. — Esa. 60. — Non sinit Deus, ut nunq̃ plena gaudeat ĩ hoc mũdo securitate. — Philip. 2. — Puellis ab ea discedentibus, res malè successit.]

CAP. VI.

Ex præcedenti visionis descriptione & beatæ uirginis liquet afflictione, quòd locum, quem sibi præmonstratum & pro quo retardantem cęcitate castigauit: ipse Dominus elegit & pręelegit in hęreditatem sibi, vt nomen suum sanctum impensiùs glorificaretur ibi, tum propter S. Ruperti merita & secum ibi in Christo quiescentium, tum propter profectum sanctæ virginis & secum illuc venientium. Inter hæc subit mentem veteris historiæ recordatio, & pulchra se nobis offert de Delbora prophetissa & loco in quo sedit, ad nostram prophetissam & locum nostrum cõparatio. Sic enim Origenes dicit. Præstat oõ minimã consolationem mulierum sexui, & prouocat eas, nè pro infirmitate sexus desperent, etiam prophetię gratiæ capaces se fieri posse: sed intelligant & credant, ꝙ meretur hanc gratiam puritas mentis, non diuersitas sexus. Delbora quippé, quæ apes interpretatur, in prophetię forma versatur. Certum nanque est, quòd oĩs prophetia suaues cęlestis doctrinę fauos & dulcia diuini eloquii mella componat, vt Dauid dicit: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Hæc inter Rama & Bethel sedere dicitur: & Rama, excelsa: Bethel, domus Dei interpretatur. Nihil enim humile, nihil deiectum erga prophetiæ sedem reperitur. Sicut & apud Salomonem sedes sapientiæ, vel in portis ciuitatum consistit, vel in murorum mœnibus habitat, vel in turribus liberè agit. Hoc modo ꝓphetia in beata Hildegarde inter domum Dei & excelsa dicitur habitasse, quod nũc videri etiam in prôpriu sit localiter: potest tamen accipi & spiritualiter. Docet enim te, ò sancta anima, quæcunque ibi habitas, quæ super terram sunt, respuere, & quæ in cælorum excelsis sunt, vbi Christus in dextera Dei sedet, quærere. Illuc te prophetia eius hortatur ascẽdere, illuc auditores suos molitur imponere. Benedicta ergò gratia Dei de loco suo, de cuius emancipatione, quam in spiritu præuidit beate virgo, dicit ità in scripto suo:

[Marg.: Iudic. 4. & 5. Delbora. — Origenes. — Puritas mentis. — Psal. 118. — Prou. 31. — Col. 3. — Ezech. 3.]

CAP. VII.

Vidi in uisione, & docta & coacta sum, vt prælatis meis reuelarem, quòd locus noster cũ suis pertinentiis, à loco, in quo Deo oblata fueram, absoluendus esset, præterquàm quòd subiectionem & obedientiam Deo ibi seruientibus deberemus, quandiù bonam fidem erga nos inueniremus. Hęc Abbati meo intimaui, sed infirmitate correptus, nihil indè disposuit, quoniam & post paucos dies vitam finiuit. Ad Abbatem verò succedentem & Moguntinum Archiepiscopũ & maiores Ecclesiæ cùm hæc peruenissent, in fide & charitate ea susceperunt, atque ità fieri cum sigillo scripturæ confirmauerunt. Inter hęc à quibusdam multas infestationes pertuli, sicut Iosue, quem præ aliis victorem, inimici conabantur ducere in cõfusionem: sed sicut Deus ipsum adiuuit, ità me & filias meas liberauit. Sed sicut Ioseph fratres sui inuidẽbant, quod à patre plùs aliis amaretur, ac ipsum vendẽtes, tunicam eius scissam patri retulerunt, dicentes, ꝙ fera illum deuorauerit: ità & quidam maleuoli tunicam gratię & laudis Domini in nobis scindere volebant

[Marg.: Visio eius de loci mutatione. — Gen. 37.]

Gen. 41. *Exod. 2.*

bant: sed Deus nobis succurrit, sicut Ioseph i honorē restituit. Quanuis autem multam pressuram haberemus, tamen per gratiam Dei augmentabamur, sicut & filij Israel, qui quanto plùs opprimebantur, tanto magis crescebant. In gaudio itaque cordis mei ad Deum adspiciebam, & quia in tribulationibus mihi adstiterat, secura esse volebam.

CAP. VIII.

Multa patitur p diabolicas & humanas infestationes.

Rom. 12.

Hic opportunè considerare possumus, quòd beata virgo, licèt corpore infirmitatis attritione, diabolicæ quoquè & humanæ molestationis prægrauaretur vexatione, semper tamen diuina roborari & confirmari meruit consolatione. Siquidem Spiritussanctus gratiam suam multis profuturam, in electo vase suo volens conseruare, omnis fæculentiæ rubiginem lima correctionis in ea studuit elimare, vt ex castigatione proficiens, voluntatem Domini diligenter inuestigaret: & iuxta Apostolum, rationabile obsequium Deo reddens, totum vitæ suæ cursum ad eius sententiam ordinaret: & meritò. Gratuito enim suo dono, naturæ & gratię simul illustrans eam bono, præparabat ei gratiam in abundantia magna & gloria, gratiam in terris, gloriam in cælis, gratiam sublimiū meritorum, gloriam ineffabilium prēmiorum dabat. Indè est, quòd à terrenis castigabatur, sicut scriptum est: Flagellat Deus omnem filium quem recipit, vt in ea meritorum augerentur merita, sicut & in subsequenti visione declaratur, quam describit ità:

Heb. 12.

CAP. IX.

Miro afficitur morbo.

IN lectum ægritudinis quodam tempore me Deus strauit, & aereis pœnis totum corpus infudit, ità quòd venæ cum sanguine, caro cum liquore, medulla cum ossibus in me aruerunt, velut anima mea à corpore eximi deberet. In isto strepitu triginta dies fui, ità quòd ex calore aerei ignis venter meus feruebat. Vndè quidam hanc ægritudinem pro pœna computabant. Virtus quoquè spiritus mei, carni meæ infixa, defecit, nec ex hac vita trāslata, nec pleniter fui in ea. Corpus etiam meum immutatum sternebatur in terram super cilicium, nec tamen vidi finem meum, cùm & prælati mei, filiæ & proximi, cum planctu magno venirent, & obitum meum viderent. At ego in vera visione aciem magnam angelorum, humano intellectui innumerabilem, per hos dies interdùm vidi, qui de exercitu illo erant, qui cum Michaele contra draconem pugnabant, & hi sustinebant quid de me Deus fieri iuberet. Sed vnus fortis ex eis, clamabat ad me, dicens. Ej Ej, aquila, quarè dormis in scientia? Surge de dubitatione. Cognoscèris. O gemma in splendore, omnes aquilę videbunt te, sed mundus lugebit, vita autem ęterna gaudebit: ideò aurora ad solem surgē. Surge surge, comede & bibe. Mox acies tota clamabat voce sonora: Vox gaudii, Nuncij siluerunt, Nondùm venit tempus transeūdi: puella ergò surge. Statim corpus meum & sensus mei ad præsentem uitam mutabātur. Quod filię meę, quæ priùs fleuerant, cernentes, de terra me leuantes, in lectum reposuerunt, & sic pristinas vires recepi. pœnalis autem infirmitas à me pleniter non recessit: sed tantùm spiritus meus de die in diem plùs, quam priùs, in me confortabatur. Nam pessimi aerei spiritus, quibus pœnales cruciatus hominum iniuncti sunt, pœnam hanc, quę mihi ab eis, ut Deus permisit, inferebatur, subministrabant, sicut & tortores fecerunt, quę beato Laurentio & alijs martyribus prunas apponebant, qui & ad me festinātes, voce magna clamabant: Seducamus istam, ut de Deo dubitet & blasphemet, cur eam tantis pœnis implicet. Sicut enim in Iob permissione Dei factum est, q satan corpus eius ità percussit, q vermibus scateret: ità aereus ignis subintrans, carnem meam cōsumpsit:

Visio eius

Apoc. 12.

Dæmones ei multas inferunt pœnas.

Iob 1.

Thre 3.

quod & Ieremię accidit, qui dolorē suum flebiliter planxit. Sed diabolus ei persuadere non potuit, quod Deum blasphemaret. Ego verò mollis in carne, timida in mente, de pœnis istis plurimùm terrebar. Sed Deus me confortauit, quòd eas patienter ferebam, atque in spiritu meo dixi: O ò Domine Deus, omnia p quæ me tangis, bona esse scio, quoniam cuncta opera tua, bona & sancta sunt, quoniam hæc ab infantia mea promerui. Sed tamen confido, quòd animam in futura vita sic cruciari non permittas.

Laudat Deum in pœnis suis.

CAP. X.

CVmque in his doloribus adhuc laborarem, in vera visione admonita sum, ut ad locum in quo Deo oblata eram, irem, & verba quæ Deus mihi ostēderat, proferrem: quod & feci, ac in eodem dolore ad filias meas redii. Ad alia quoque loca congregationum iter arripui, ac verba quę Deus iussit, explanaui. In his omnibus vas corporis mei quasi in clibano coctum est, sicut & Deus multos probauit, quos verba sua proferre iussit: vndè laudes sibi sit. Qui & magnū auxilium in duabus filiabus meis & alijs mihi prębuit, quòd passionibus meis infatigabiliter condolebāt: vndè & suspirans Deo gratias egi, quòd homines tædium mei non habebant. Si enim tantam pressuram dolorum, qui à Deo non essent, in carne mea habuissem, tam diù viuere non potuissem. Quanuis autem in his cruciarer, in superna visione tamen dictaui, cātaui, ac scripsi, quę spiritussanct⁹ per me proferre volebat. In his autem languoribus triennio finito, vidi quòd Cherubim in flagrante igne, in quo speculū mysteriorum Dei est, aereos spiritus, qui me torquebāt, quasi igneo gladio insequebatur, ità quod a me fugerent, clamantes: Ah Ah, Væ Væ. Num ista, ista sic abibit, quòd eam non capiemus? Mox spiritus meus in me pleniter reuixit, corpusque meum in venis & medullis recreatum est, sicque tota conualui.

Corpus eius quasi in clibano decoquitur.

Verè mirabilis Deus in sanctis suis.

CAP. XI.

ECcè qualiter sancta virgo duplici modo nūc languorum doloribus cruciata, nunc dæmonum terroribus vexata, sub defensione angelica glorificabatur. Deniquè ex vna parte, qua laborabat infirmitate, fœmina miræ innocentiæ muniuit se uirtute patientiæ, & quasi eius molestię sermo diuinus blādiretur, Sufficit, inquiens, tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficietur: libenter gloriabatur in infirmitatibus, vt inhabitaret in se uirtus Christi: & eo præsumebat se diligi, quo merebatur argui. At ex altera parte, qua dæmonium irritabatur arte, bellatrix egregia iterùm se doctrinæ Apostolicæ armauit custodia. Quæ Galeam, inquit, salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Et iterùm: Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersùs insidias diaboli, quia nō est nobis colluctatio aduersùs carnē & sāguinem, sed aduersùs principatus & potestates tenebrarum harum. Hac itaque magna bellandi arte, & his armis propugnatrix inuicta decertabat: & adhuc carne inclusa, & in terris posita contra spiritualia nequitię in cęlestibus dimicabat. Quapropter & ipsi principes tenebrarum horruerunt, quandò tanta arte instructam & omni armatura fortium vallatam fœminam contra se procedere viderunt. Horruerunt, inquam, & Væ suum conclamantes, cum confusione fugerunt, quoniam timor & tremor super eos venerūt, cùm viderūt Cherubim terribilem ut castrorum aciem ordinatam, famulam quidem Dei protegentem, se autem flammea framea, nè eam vexarent, prosequentem. Itaque admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor appræhēdit eos, ità vt dicerent: Castra Dei sunt hæc, fugiamus Israelem. Et statim fugerunt. Ità inter superos & inferos spiritus athleta Dei

1. Cor. 12. *Mira eius patientia.*

Ephe. 6. *Ibid.*

Cant. 6.

Psal. 47. *Gen. 32.*

Iucta-

luctabatur, propulsatisq; aduersarius, læta semper uictoria gloriabatur. Nec illud silendum, quòd cùm quadam vice febribus laboraret, quosdam sanctos vidit qui dicebant: Vindica Domine sanguinem sanctorum tuorum. Et alij ad ipsam: Dolorem, inquiút, quem pateris, bona voluntate sufferre debes. Et eccè alij sancti ità inter se conferebant: Nobiscum ibit, an non? Et alii respondebant: Præterita, præsentia, & futura nondùm permittunt eam: sed tamen cùm opus suum perfecerit, nobiscum eam tollemus. Tunc simul omnes clamabant: O felix anima & certissima, surge, surge sicut aquila, quia sol te produxit, & nescisti. Et ilicò conualuit.

Grauissimis laborat febribus. *Apoc. 6.*

CAP. XII.

NEc solùm cùm molestiam languorum uel sęuitiam dęmonum, sed etiam cum infectationes incurrit hominum, affuit ei Dominus: & corda aduersariorum conuertit in melius, sicut ipsa describit de conuersione philosophi, primó sibi, immò Deo cōtrarii, in quo verè posteà facta est mutatio dexteræ excelsi: & cùm vanitates, quæ per deceptionem satanæ oriebantur in cordibus puellarum suarum, remouit exhortationibus sanctarum scripturarum, de quibus ità dicit: Quidam philosophus de diuitiis bonoratus, cùm de his quæ videram, diú dubitasset, tandèm ad nos venit, & locum nostrum ædificiis, allodiis, & aliis necessariis valdè ornauit: vndè anima mea exhilarata fuit, quia Deus in obliuionem nos nō adduxit. Acri enim scrutatione, sed sapienti, exquisiuit, quę essent vel vndè essent visionis huius scripta, donèc inspiratione diuina pleniter credidit, & qui priús malitiosis verbis nos spreuerat, cùm Deus iniustitiam in corde eius suffocasset, maioribus benedictionibus ad nos conuersus fuit: sicut & Pharaonem Deus in mari rubro submersit, qui filios Israel capere voluit. De huius immutatione multi admirati, magis crediderunt, & per ipsum sapientem Deus benedictionem suam super nos fudit, sicut vnguentum, quod descendit in barbam Aaron. Vndè & oēs nos eum patrē nominauimus. Hic & qui tantus princeps ī nomine suo fuit, petiit, vt apud nos sepeliret, & ità factum est. Tunc mens mea solidata est, & curā egi filiarum mearum in necessariis tam corporum q̃ animarum, sicut á magistris mihi erat statutum. Ad veram ergò visionem adspiciebam magna solicitudine, quomodò aerei spiritus contra nos pugnarent: uidiq; quòd iidem spiritus quasdam nobiles filias meas per diuersas vanitates quasi in rete perplexerant. At ego per ostensionem Dei, eis hoc innotui, ipsasque verbis sanctarum scripturarum & regulari disciplina, bonaque conuersatione circumfodi & muniui. Sed quædam ex eis, toruis luminibus me adspiciētes, verbis occultè me laniabant, dicentes quò importabilem strepitum regularis disciplinæ, quo eas cōstringere vellem, sufferre non possent. Sed Deus in aliis bonis sapientibusque sororibus, quę in omnibus passionibus meis mihi adstiterunt, solatium adhibuit, sicut in Susanna factum est, quam Deus á falsis testimoniis liberauit. Quannis autem huiusmodi tribulationibus frequēter fatigarer, tamen librū vitæ meritorū diuinitùs mihi reuelatū p̱ gratiā Dei ad finē p̱duxi.

Psal. 67. *Philosophus resipiscit, & benè de ea sentit.* *Exod. 14.* *Psal. 132.* *Videt aereos spiritus aduersum suas filias pugnātes* *Dan. 13.*

CAP. XIII.

SIc inter aduersa & prospera se agebat virgo Deo deuota, vt nec in prosperis eleuaretur, nec in aduersis deprimeretur: sed in vtroq; vnum & eundem seruās uigorē, nec vituperio cōcutiebatur, nec laude seducebatur. Intentú enim, tanquàm arcum, animum ad omnē disciplinā habebat: quo nō languescēte, authoritate modò mansueta, modò seuera, se suosq; regebat. Erat quippè in ea, comitate cōdita grauitas, & ex eius lingua melle dulcior orationis profluebat suauitas. Habebat verò in omnibus sanam doctrinam, sicut de natura hominis, de conflictu carnis & spiritus, de sanctorum patrum exemplis scribit, quod percepit per reuelationem diuinam.

Nec aduersis nec prosperis mouetur.

CAP. XIIII.

IN vera, inquit, visione vidi figuram hominis, qui quanuis in duabus naturis sit animæ & corporis, vnum tamen ędificium est, velut cùm homo ex lapidibus domum componit, de cinerosa quoq; materia eā tegit & confirmat, nè cadat & confundatur. Homo enim opus Dei est, & cum omni creatura est, ac omnis creatura cum ipso est. Sed opus hominis, quod sine vita est, operi Dei, quod uita est, simile non est, sicut vas figuli, ædificationibus fabri simile non est. Natura verò animæ, ad infinitam vitam adspicit: corpus autem amplectitur: nec vnanimes sunt, quia quanuìs simul sint in homine, in duo tamen diuiduntur. Hac similitudine cùm Deus spiritum suum per prophetiam & sapientiam, vel per miracula in hominem mittit, carni illius sæpè dolores infligit, quatenùs spiritus sanct⁹ ibi habitare posit. Si autem eam doloribus non constringit, tunc secularibus moribus facilè admiscetur: sicut in Samsone & Salomone aliisq; accidit, qui in suspiriis spiritus defecerūt, ad delectationem carnis se inclinantes: quia prophetia, Sapientia & miracula, in gaudio iucunda sunt. Sed cùm homo interdum delectationem carnis per suggestionem diaboli colit, sæpè dicit: Ah immundo fœtore fęcis fœteo. Quid est quòd spiritus carnem affligit? quia ipse spiritus gustū peccati ex natura sua odio habet. Cùm autem caro desideria animæ frangit propter frequentem delectationem, in qua per fœtorē peccati se inuoluit, ità quòd spiritus propter eandem molestiam suspirare nō potest, tunc caro affligit spiritum, & afflictio hæc in duas partes per gratiam Dei diuiditur. Cōflictus verò iste, qui dictus est de figura, quæ homo est, ī Abel incepit, quem frater suus odio habuit: & in Noe, qui a filiis suis iniuriam pertulit: & in Abrahā, qui de amicis opprobria sustinuit: Et in Iacob, qui propter fratrem suū profugus fuit: atque in Moyse, qui ab amicis afflictus est, quia inimicis consenserunt. Hæc afflictio quoquè inter discipulos Christi erat, quia propter duritiam infidelitatis, caro vnius spiritum suffocauit. Cęteri autem cum spiritu in afflictione contra carnem erant. Zachæus quoquè Euangelicus, cum spiritu in afflictione contra carnem fuit. Iuuenis autem qui in Euangelio cum Christo loquebatur, contra carnem cū spiritu in afflictione nō erat. vndè & a filio Dei fugit. Saulus etiam in incredulitate sua spiritum primitùs continuit: Sed Deus malū hoc in ipso dissipauit, sicut de cęlo satanam in abyssum proiecit, & de Saulo Paulū fecit. Abel autem, qui in affluenti desiderio animę immolauit, sanctificatus est: Cain autē repudiatus, quia caro spiritum eius per odium suffocauit. Noe etiā iustificatus, quia Deo sacrificauit. Sed filius eius spurcitiæ carnis, patrem deridendo, respondit: & ideò libertate caruit, nomine filii indignus, seruus uocatus est. Abraham quoquè multiplicatus est, quoniā Deo obediens, carnem suam contra carnis iura diligenter affligebat. Hic in alienam gentem cōuersus est A filiis autem & amicis eius libertas illorum qui sibi resistebāt, euanuit: á filiis quippè Israel eiecti sunt, qui liberi extiterunt. Iacob quoq; Deo dilectus, quia in desiderio animæ iustitiam semper bibit, in benedictionibus Dei perseuerauit. Esau autem frater eius, benedictione spoliatus est, propter odium quod ad ipsum habuit. Moyses famulus & amicus Dei, quę in mysteriis & miraculis habuit & seruauit, responsum carnis in se oppressit. Vndè qui eum odio habebant, perierunt, nec

De duabus naturis hominum. *Cur De⁹ homines castiget.* *Indic. 16.* *3. Reg. 11.* *Abel.* *Noe.* *Abrahā.* *Iacob.* *Moyses.* *Iudas.* *Zachæ⁹.* *Luc. 19.* *Mat. 19.* *Act. 9.* *Gen. 4.* *Gen. 9.*

In terram promissionis peruenerunt. Apostoli carnē suam opprimebant. Sed Iudas in deserto animæ totus cæcus fuit, qui Christū magis sequebatur, vt a populo honorificaretur, quam vt in eum crederet. Sicut & discipuli qui desiderium animæ pleniter non habebant, doctrinam quidem Christi libenter audierunt, sed quoniam in spiritu tædiosi erant, cùm perfectionē iustitiæ eius sufferre non possent, ab eo fugerunt. *Iudas proditor, cur Dominū sequutus sit. Ioh. 6.*

Luc. 19. Zachæus in iucunditate carnis, afflictionem spiritus contra carnem habuit, ità quòd opera sua sibi displicuerunt. Vndè cùm de filio Dei audisset, quòd iustus esset, ilicò ad eum cucurrit, & in eum credidit, quia peccata sua prius per spiritum planxit. *Mat. 19.* Sed iuuenis in Euangelio positus, diuitiis oneratus, famam rerum libenter audiens, ad Dei filium venit, quærens quid facturus esset: sed cùm perfectum responsum accepisset, in tristitiam corruit: & quia caro spiritū suffocauit, à Christo recessit. *Act. 9.* Saulus quoq; importunus, corde indurato contra fidē Christi cornua superbię erexit: sed Deus illum strauit, carnis voluntatem in eo mortificauit, & ad bonum eum cōuertit. Ego autem paupercula forma, hos præcipuè dilexi & inuocaui, qui carnem suam in spiritu afflixerūt, & ab his declinaui, qui se contra spiritum indurauerunt, & eū suffocauerunt. Nec vnquàm requieui, sed in tribulationibus plurimis fatigata fui, donèc rorem *Exod. 23.* gratiæ suæ super me pluit, sicut familiari suo dixit: Inimicus ero inimicis tuis, & affligentes te affligā, & præcedet te angelus meus. Et iterùm: Famulo meo pstiti honorem magnum, & omnes inimicos eius humiliaui. Sed & in plurimis inimiciis Deus ità me constrinxit, ꝙ cogitare non audebam, quanta benignitas gratię eius erga me foret, cùm tamen magnas cōtrarietates illis occurrere videbā, qui veritati Dei resistebant. *Quanta contrarietates occurrāt his qui volūtati Dei resistunt.* Et de tribulationibus & pœnis, quas de aereo calore passa sum, corpus meum ita conculcatum est, sicut limosa terra, cùm aqua conglutinatur. Magnæ pfectò esset vtilitatis, indagare obscuritatem eloquiorum tantæ subtilitatis, si non esset nobis indictum, potiùs textum visionum sanctæ virginis scriptis exarare, & historiam vitæ eius aliquibus verbis explanare. Exercet enim sensum nostrum, vt fatigatione fieret dilatatus: & quod capere non posset ociosus, caperet exercitatus. Nunc verò quia ad alia festinamus, visiones eius carptim intēto calamo pscribamus. Ait enī:

CAP. XV.

Alia eius visio. Tres turres in visione adspiciebam, per quas sapientia, quædam occulta mihi manifestauit. Prima trina habebat habitacula. In primo nobiles puellę cum quibusdam aliis erant, quæ in ardenti charitate verba Dei ex ore meo audiebant, atque in hoc quasi esuriem semper habebant. Sed in secundo aliæ quædā stabiles & sapientes fuerunt, quæ in cordibus suis veritatem Dei amplectebātur, dicentes: O, quandiù ista nobiscum perseuerabit? Et ex hoc fatigatæ non sunt. In tertio verò habitaculo fortes armati ex communi populo erant, qui vehementer ad nos iter facientes, in admirationem de prædictis miraculis ducti sunt, magnoque desiderio ea amauerūt, & hoc sæpè faciebāt, sicut cōis populus in firma & forti turri alicuius principis defensionē qrit, vt ab inimicis muniatur. In secūda verò turri tria habitacula erant, quorum duo arida in siccitate fuerunt, & eadem siccitas quasi densa nebula apparebat. Et qui in his duobus habitaculis fuerunt, in vnū consentientes, dixerūt: Quæ & vndè sūt ista, q̄ hæc quasi de Deo loquitur? Durū est nobis aliter viuere, q̄ qui nos pcesserunt, aut qui adhuc viuūt. Quapropter ad illos q nos cognoscūt, conuertemur, quia in aliis perseuerare nō possimus. Sicq; ad præfatum cōmunē populū * & nec in illo, nec in præfata turri vllius vtilitatis erāt. Et in vera visione audiui vocē ad ipsos dicentē: Omne regnum in seipsum diuisū, desolabitur, & domus supra domū cadet. ** deest, conuersi, aut aliqd simile.* In tertio aūt eiusdē turris habitaculo cōis populus fuit, qui multiplici amore, verba Dei quæ de vera visione proferebam, dilexit, ac in tribulationibus mihi adstitit, quemadmodùm publicani Christo adhæserunt. *Luc. 11.* Sed & tertia turris tria propugnacula habebat, quorum primū ligneū fuit, secūdū ea fulgētibus lapidibus ornatū, tertium de sepi factū. Aliud aūt ædificium in visione mihi occultatum est, ità ꝙ verba de eo nunc non dico: sed in vero lumine audiui, ꝙ futura scriptura, quę de illo exarabitur, fortior & excellētior pcedētiū erit.

CAP. XVI.

Item alia visio. Svbsequenti demùm tempore mysticā & mirificā visionem vidi, ità, quòd omnia viscera mea concussa sunt, & sensualitas corporis mei extincta est, quoniam scientia mea in alium modū conuersa est, quasi me nescirem. Et de Dei inspiratione in scientia animæ meæ quasi guttę suauis pluuię spargebantur: quia & spiritussanctus Iohannē Euangelistā imbuit, cùm de pectore Iesu profundissimā reuelationē suxit, vbi sensus ipsius, sancta diuinitate ità tactus est, ꝙ absconsa mysteria & opera aperuit: In principio, inquiens, erat verbum, &c. *Iohannes Euangelista de pectore Domini oēm scientiā suxit. Iohan. 1.* Nam verbū quod ante creaturas sine initio fuit, & quod postea sine fine erit, oēs creaturas procedere iussit, & opus suum in ea similitudine produxit, sicut faber opus suum fulminare facit: quia quod ante æuum in prędestinatione sua fuit, modò visibiliter apparuit. Vndè & homo opus Dei cum omni creatura est. Sed & homo operarius Diuinitatis, & obumbratio mysteriorum Dei esse, atque in oībus sanctam Trinitatem reuelare dicitur, quem Deus ad imaginem & similitudinem suam fecit. Sicut enim lucifer in malignitate sua Deum dispergere non potuit, ita nec flatum hominis destruere valebit, quamuis in primo homine id tentauit. Oēm itaq; dictarū & verba Euangelii huius, quod de initio operis Dei est, prædicta visio me docuit, & me explanare fecit. *Diuinitus docta, explanat Euangeliū S. Iohannis.* Vidiq; quòd eadē explanatio initiū alterius scripturę (q̄ nec dùm manifestat. erat) esse deberet, i qua multę scrutationes creaturarū diuini mysterii q̄rēdæ essēt.

CAP. XVII.

Ecce quantùm, scribentes, progressi sumus, tm nobis insigniū visionū, actuū & verborū sanctę virginis auctus est cumulus. In quibus sūmæ gratiæ tāta exuberat doctrina & veritas, vt eā summo opere non amplecti, oī conamine nō venerari, ingēs sit obstinatę mentis temeritas. Quis.n. nisi spiritus diuinus, gratiarū largitor optimus, tā profluo fonte sapientię salutaris eā potauit, ꝙ affluentia spiritualis doctrinæ, quasi flumē aquæ viuę tā largiter de eius corde emanauit? Penna siquidē internę contemplationis, in ipsa abdita volauit supernæ visionis, vbi didicit Euangeliū Iohannis. Et quis sapiens ambigat, hanc sanctā sedem fuisse æternæ sapientię, cui reuelauit Deus tātū thesaurū internæ scientiæ? Certè moralis disciplinæ honestas, quæ sibi familiaris fuit, ità naturales animi sui motus cōposuit, vt amore diuinæ speculationis, rationabili progressu ad superna proueheretur, vbi læto cordis iubilo, sponso suo Christo proclamare delectaretur, Trahe me post te, curremus in odore vnguentorum tuorum: *Cant. 1.* vbi inter habentes tres citharas, caneret cāticum Moysis serui Dei, & canticum agni, *Apoc. 15.* legis scilicet & Euangelii. Et nos igitur secundi libri termino hic fixo, etiam canticum laudis Domino canamus, dum tam vastum pelagus visionum sanctæ virginis enauigamus. Interim autem respiremus, & ad miraculorum eius libellum describendum, vela nauigii nostri, Spiritusancto fauente, reparemus.

PRO.

PROLOGVS IN LIBRVM TERtium De Miraculis sanctæ virginis Hildegardis.



Ecursis iā duobus libris superioribus de beatæ Hildegardis virginis Vita & Visionibus, subsequenter de Miraculis eius & Virtutibus scribere vlteriùs mihi quidem non est pigrum, vobis autem necessarium, ò Ludouice & Godefride Abbates clarissimi. Itaque hunc tertium aggredior ordioare librum, non securitate efficientiæ, sed præsumptione susceptum obedientiæ. Sed quarè uobis necessarium? Vtiquè, quia valida causa est amor sāctus, quo sicut eam in vita dilexistis, ita & in morte ab ea non separari pio affectu proposuistis. Hoc itaque sancto amore affectis vobis fuit necessarium, quòd ꝑ me vestrum vicarium, gesta eius ad notitiam peruenirent futurorum hominum, vt pro his glorificarēt Dñm, q in sāctis suis mirabilis, mirabiliter in ea operatus est, vt in omnib⁹ bonis esset immutabilis. Quicquid enim de ea dici potest, totum est iucundum & amabile, totum decorum, vtile, & honorabile: quia non solùm omni morum sanctitate, vel mysteriorū Dei interna contemplatione, verùm etiàm spectabilis fuit & est miraculorum insigniū operatione, quorum numerum excedens tanta habetur copia, quòd eam verbis vix possunt extollere etiam præclara ingenia. Sed tamen ad enarranda pauca de pluribus, si vobis orantibus Dominus dignetur nobis in altū ductis, spiritus sui auram prosperam dare, secundo verbi cursu portum salutis speramus intrare. Valete.

Phil. 3.

Innumera & miracula.

CAPITVM LIBRI TERTII ARGVMENTA.

LIBER TERTIVS DE MIRAculis S. Hildegardis.



Gitur curationum tam potēs gratia in virgine enituit beata, vt nullus ferè ægrotus ad eam accesserit, quin continuò sanitatem receperit. Quod ex subiectis satis patebit exēplis. Puella quædā nobilis Hildegardis, parentes, domū & seculum reliquerat, & sanctæ Hildegardis piæ matris magisterio ad votum adhæserat. Hæc quodam tēpore, cùm tertianis febribus vexaretur, nec vllo remedio curaretur, vnicū sibi incidit consilium, vt sanctæ virginis imploraret auxilium. Quæ iuxta verbum Domini, Super ægros manus imponent, & benè habebunt: manum sibi imponens cū benedictione & precibus, sanauit eam propulsatis febribus. *Cap. 1.* *Mar. 16.* *Quædam puella à febre tertiana liberatur.*

Subsequenti tempore, quidam frater Roricus, qui in quadam cella sub monachico habitu & proposito religiosè cōuersabatur, simili modo tertianis acriter torquebatur. Qui audiens in prædicta sorore factum miraculum, deuotè & humiliter eius petiit & obtinuit benedictionis signaculū: ex quo statim febris fugata est, ægrotus curatus est. *Cap. 2.* *Item frater Roric⁹ quidam.*

In eodem cœnobio Bertha quædam ancilla sororibus sedulè seruiebat, quam tumor colli & pectoris vehementer angebat. Siquidem ad hoc dolor pręcesserat, ꝙ nec cibum, nec potum capere, nec saliuam deglutire poterat. Hæc ad famulam Dei adducta, signis potiùs quàm verbis, morbi, morti iam proximi, flagitauit remedia. Cui illa compatiens, etiam propter boni seruitii sui assiduitatem, signo S. Crucis locis dolētibus contrectatis, optatam reddidit sanitatem. *Cap. 3.* *Bertha quædam à tumore colli sanatur.*

Sueuus quidam de vico Daleuingun, toto corpore intumuit: & audita fama eius, emenso magno itinere ad eam veniens, spe sua frustratus non fuit. Deniquè per aliquot dies charitatiuè eum secū detinuit, & manibus suis languidum cōtrectans & benedicēs, per gratiam Dei pristinę incolumitati restituit. *Cap. 4.* *Item ali⁹ à tumore totius corporis.*

Infans quidam de * Rudeoesheim Simon, septem hebdomadas natus, miserabili motu membrorū omnium fuit agitatus: qui à nutrice sua delatus, precibus eius, Deo annuente, est sanatus. *Cap. 5.* *Item infās à sua īfirmitate.*

Non solùm autem uicinis, sed etiā subueniebat longè positis. Quidam enim Arnoldus de Vuacchernheim olim sibi notus, guttur ità dolens, ꝙ halitum suū difficulter trahebat, quia per se non poterat, orationum eius suffragia deuotè expetebat. Quæ confidens de Dei misericordia, aquam benedixit, amico misitque, vt gustauit, dolor (Dei dono) eum dimisit. *Cap. 6.* *Quidā alius à dolore gutturis.*

Mulieris cuiusdam Hazechæ filia in Binga infirmabatur, & post triduum nihil loquebatur. Cumque mater currens pro filia, sanctæ virginis auxilium peteret, nihil aliud quàm aquam benedictam ab ea accepit: qua illa gustata, statim vócem & vires recepit. *Cap. 7.* *Alia puella à suo morbo.*

In eodem castro iuuenis tanta ęgritudine detinebatur, quód iam in extremis esse putabatur: huic præ-

fata

fata mulier, cuius filia conualuerat, quam adhuc reliquam habuit aquam, in potu dedit, & faciem inde abluit: & protinus receptis viribus conualuit.

Item alius iuuenis.

Cap. 9. Item quædam puella ab ardore libidinis liberatur.

In episcopatu Treuirorum Lutgardis quædam nobilis puella, cùm adolescentuli cuiusdam ad carnem speciosi, vehementi amore deperiret, quia copiam explendæ voluptatis suæ præ sui custodia habere nequiret, parentes eius, causa rescita huiusmodi defectionis, consilium & auxilium sanctæ virginis per nuncium fideliter expetierunt; & pro desiderio cordis sui efficaciter exaudiri meruerunt. Ipsa enim oratione præmissa ad Deum, panem profusis lachrymis benedixit de sua mensa, quem puellæ missum cum dedissent ad comedendum, ilicò ardoris illius penitus in ea refriguit incendium.

Cap. 10. Item matrona quædam à fluxu sanguinis.

Matronam etiam Sibyllam de ciuitate Lausanensi trans alpes, quæ eius adiutorium per nuncium expostulauit, missis ei subiectis literis, a profluuio sanguinis liberauit. Hæc, inquit, verba circa pectus & umbilicum tuum pones in nomine illius, qui omnia rectè dispensat: In sanguine Adæ orta est mors, in sanguine Christi extincta est mors: In eodem sanguine Christi impero tibi, ô sanguis, vt fluxum tuum contineas. Itaque ut dixit vnus, matrona præfata hoc modo est liberata.

Cap. 11. Quædam mulier de periculo partus curatur.

Nec hoc prætereundum, quòd cùm particulæ crinium vel vestimentorum eius quibuscunque languidis apponebantur, pristinæ incolumitati restituebantur. Denique vxor Scolteti Bingensis, cùm partu diutiùs laboraret, & de uita iam desperaret, ad monasterium uirginis Dei ocyùs curritur: si aliquid ad subueniendum esset tanto tam opere laboranti, quæritur: puellæ eius, restem capillorum eius, quam aliquandò seruaberant, obtulerunt: & ut hac ad nuda circuncingeretur, admonuerunt. Quod ut factum est, illa partu feliciter edito, morte liberata est.

Cap. 12. Item aliæ duæ.

Similiter & aliæ duæ matronæ per eandem restim liberatæ sunt simili parturitionis labore.

Cap. 13. Item aliæ duæ ab insania.

Nec minùs profuit duabus de Suderneshelm mulieribus, quas propter mentis amentiam, cùm parentes ad loca sancta circunducerent, & nihil proficerent, tandem vt à puellis transmissis ipsa resti circùmcinctæ fuerunt, ilicò sospitatem mentis & corporis receperunt.

Cap. 14. Quidam adolescens ab insidiis hostium liberat.

Quid illud, quòd eadem virgo etiam per uisum eos præmunire in necessitatibus voluit, quos in orationibus commendatos habuit? Iuuenis de Ederich Rudolphus, noctu in parua uilla fuit hospitatus: qui cùm tempore quietis cubitum iret, suffragia sanctæ virginis fuit precatus. Mira res. Illa eodem schemate & habitu, quo in corpore fuit, per visum ei apparuit, & quòd periculum uitæ ab insidiantibus sibi inimicis incurreret, si non citiùs recederet, aperuit. Qui statim ut de loco cum quibusdam sociis discessit, quosdam illic remorantes hostium phalanx circa manè oppressit: qui se stultè egisse cognouerunt, quia tempestiuè ad visionem eius non recesserunt.

Cap. 15.

Quamuis sit miraculosum, non tamen est incredibile, quòd sanctæ virgini adhuc in carne degenti, hominibus impendere beneficia in spiritu fuit possibile, cùm ad declarandum eius meritum, Christus ei tam absentium quam præsentium desideria reuelare dignatus est per spiritum. Nam militem quendam iuxta Andernacum in extremis iacentem, cùm amici eius inuiserent, & de rebus suis consultarent, fortè affuit hora, vt signo audito, relicta ad custodiam sola fœmina, ipsi ad ecclesiam properarent. At ille silentium nactus, toto corde altis suspiriis Deum inuocauit, & ut per merita huius sanctæ uirginis sanitatem sibi conferret, suppliciter postulauit. Nec mora: finita oratione, recreari meruit tali visione: Videri sibi videbatur venerabilem uirginem ad se ingredientem, & si sanus fieri vellet, blanditer inquirentem. Quod ut oppidò se desiderare retulit, illa capiti suo manum imponens, subintulit: In nomine eius qui dixit, Super ægros manus imponent, & benè habebunt, infirmitas hæc à te recedat, & esto sanus. Quo dicto, visio disparuit: & æger de lecto surgens, cum admiratione omnium qui cognouerant, conualuit.

Mar. 16. Quidam æger sanatur.

Mira uisio cuiusdam sacerdotis.

Non abs re uidetur etiam referre, quod de presbytero quodam factum est, quia & quædam sanctæ uirginis uirtutum in eo portio est, & res digna miraculo rectè memoriæ in exemplum mandatur, quò, negligenter quilibet viuens, Deo volente, emendetur. Res in Sueuia vico Rudesheim ità gesta est: Presbyter ille quadam vice, peracto iam die cùm nox instaret, intrauit ecclesiam, vt lumen sanctis daret, cùm eccè uidit super altare duas candelas ardentes radiare. Venerat secum vnus iuuenis scholaris, in adiutorium diuini seruitii sibi assiduus & familiaris. Ad quem cùm diceret, quarè candelas extinguere neglexisset, & ille responderet, quòd eas extinxisset: accessit sacerdos ad extinguendum, & inuenit pallam altaris explicatam, sicut euolui solet ad diuinum sacramentum agendum. Cumque staret stupefactus, iuuenis ille corruens in terram, clamauit, & ipse in ecstasi factus: Gladius Domini occidit nos. Quem cùm presbyter percussum putaret, festinauit vt eum à terra leuaret. Sed ille nullam habens læsionem protulit hunc sermonem: Si literas quæ in palla altaris sunt, viderimus, nò moriemur. Existimans autem eum hoc præ timore ignoranter clamare, accessit iterùm ad altare: & in loco quo sacra conficiuntur, inuenit in palla quinque literas in modum crucis absque humano opere scriptas, scilicet in expansione, A. P. H. in erectione, K. P. D. his visis & diligenter notatis, iuuenis viribus receptis erigitur. Sacerdos, palla complicata, & candelis extinctis, domum stupidus reuertitur. Literæ septem diebus durauerunt, octauo die & deincèps non comparuerunt. Quòd secum mirans, religiosis & sapientibus factum innotuit. Sed quid portenderet, à nullo homine experiri potuit, donèc post sedecim tandèm annos, cùm fama toti mundo beatam Hildegardem spiritu sancto illustratam diuulgaret, veniens ad eam, cognoscere meruit, sicut ipsa per spiritum sanctum didicit, quid tantum oraculum designaret. Sicut enim quòdam Daniel in pariete visas, sic ipsa in palla descriptas, in hunc modum exposuit literas: K kyrium. P. Presbyter. D. derisit. A. Ascendat. P. Pœnitens. H. Homo. Quod ille audiens, timore correptus, peccatricem accusat conscientiam: & correctus & monachus effectus, præteritæ uitæ negligentias emendare aggreditur per pœnitentiam, & sicut sancta uirgo literas exposuit, ad altiorem & districtiorem vitam ascendens, perfectum Dei seruum se in sancta conuersatione exhibuit.

K. A.P.H. D.

Exponit sancta Dei mysterium sanctarum literarum.

Cap. 17. Nota in multis locis, iussa diuinitùs, Dei uoluntatem annunciarit.

Inter hæc etiam illud de ipsa est notabile, quod Coloniam, Treuerim, Metim, Herbipolim, Babenberg, spiritu diuino nò modò acta, sed coacta veniens, clero & populo quæ Deus voluit, annunciauit, & in monte S. Disibodi, Siberg, Euerbach, Hirsaugia, Zuifelden, Mulenbrunnem, Rudenkyrchen, Kitzingen, Crutendal, Herde, Vuerde, Andernacho, In monte S Mariæ in Elsim & Vuinkelo, quæ ad utilitatem animarum pertinebant, iuxta ea quæ ei Deus reuelauerat, manifestauit.

Cap. 18.

Iohan. 9. Cæcus et meretis uidet.

Interea cùm iuxta uillam Rudesheim, Rheni fluenta nauigio sulcaret, & ad contiguum monasterium sanctimonialium properaret, quædam mulier cæcum puerulum gestans in ulnis, naui appropinquauit, & vt ei sanctas manus imponeret, flebiliter acclamauit. Quæ pio affectu memor illius qui dixit, Vade ad natatoriam Syloe, & laua, aquam fluuii sinistra hausit, & benedixit manu dextera: quam ut oculis pueri iniecit, diuina fauente gratia, visum recepit.

Alto

Cap. 19.

Quidam à morbo caduco liberatur.

Alio tempore homo quidam, qui caducum morbum acriter patiebatur, venerabilem virginem, vt sibi subueniret, anxius deprecabatur. Quæ salubri benedictione ita eum consignauit, quòd a die illa & deinceps idem morb⁹ ampliùs eum nō grauauit. Quod cùm domi nunciasset in se factū miraculum, gauisi sūt domestici eius, Deoque gratias egèrunt.

Cap. 20.

Inter cætera autem virtutum insignia, data est à Domino sanctæ virgini ab obsessis corporibus dæmones eiiciendi gratia, sicut de quadam nobili & adhuc teneræ ætatis fœmina, describit factum ipsa venerabilis mater. ait enim: Postea quàm me visio docuit dictatum & verba Euangelii Iohannis, in lectum ægritudinis dècidi, de cuius pondere nullo modo me leuare potui. Hæc de flatu australis venti in me afflata est, vndè corpus meum tantis doloribus contere-batur, quòd anima vix sustinebat. Post dimidium annum idem flatus, corpus meum ità perforauit, quòd in tanto agone fui, quasi anima mea de hac uita transire deberet. Tunc alius uentosus flatus aquarum huic calori se admiscuit: vnde caro mea aliqua parte refrigerabatur, né ex toto combureretur. Sic per integrū annum afflicta sum, sed tamen in vera uisione uidi, quòd uita mea in temporali cursu necdùm finiretur, sed adhuc aliquantulùm protraheretur. Intereà mihi relatum est, quòd in inferioribus Rheni partibus à nobis remotis, quædam nobilis fœmina, à diabolo esset obsessa. Nuncii quoquè de hac ad me sæpiùs venerunt. At egò in vera uisione uidi, quòd ipsa permissione Dei, quadam nigredine & fumo diabolicæ conglobositatis obsessa erat & obumbrata, quæ totam sensualitatem rationalis animæ illius opprimebat, nec eam eleuato intellectu suspirare permittebat; uelut umbra hominis aut alterius rei vel fumus opposita obtegit & perfundit: vndè hæc rectos sensus & actus perdebat, & inconuenientia sæpiùs clamabat & faciebat. Sed cùm hoc malum iussione Dei in illa attenuabatur, tunc leuiùs grauabatur. Et me cogitante & scire volente, quomodò diabolica forma hominē intraret, vidi, & responsum audiui, quòd diabolus in forma sua ut est, hominem non intrat, sed cum umbra & fumo nigredinis suę obumbrat & obtegit. Si enim forma illius hominem intraret, citiùs membra eius soluerentur, quàm stipula à vento dispergatur. Quapropter Deus non permittit, quòd hominem in sua forma intret. Sed supradictis perfundens, ad insaniam & inconuenientia euertit, & per eum quasi per fenestram vociferatur, & membra illius exteriùs mouet, cùm tamen in eis in forma sua interiùs non sit, anima interim quasi sopita, & ignorante quid caro corporis faciat. Deindè vidi prædictæ artis & peruersitatis agmen malignorum spirituum, qui totùm mundum pertranseunt, quærentes vbi inueniant eos, per quos schismata & diuersitates morum faciant. Hì ab initio vt creati sunt, coram iustissimis angelis Deū contempserunt, dicentes: Quis est iste, qui tantam habet potestatem super nos? hoc in inuidia, odio & irrisione dicentes, adhuc in his perseuèrant, & omnia in his faciunt, quia errorèm irrisionis primi inceperunt. Quoniam verò Deus populum per istos purgare vult, permissione & iussione eius stuporem in aere commouent, ac per spumam aeris pestilentiam euomunt, atque inondationes & pericula in aquis faciunt, bella excitant, aduersitates & mala producunt. Hęc Deus tunc fieri permittit, cùm homines per arrogantiam criminibus ac homicidiis inuoluuntur. Sed cùm Deus populum suum sic purgauerit, eosdē spiritus in confusionem ducit, sicut in præfata muliere contigit. Cùm enim nequam spiritus, Deo permittente, plures per eam, propter prauos mores & peccata, que eis persuaserat, palàm confunderet, quibusdā exterritis, & per hoc pęnitentibus, idè malignus spiritus confusus est. Nam Deus amicos suos aduersitatibus & infirmitatibus affligi permittit, vt à malis purgentur, vndè inimici confunduntur, cùm electi p purgationem fulgentiores lapides coram Deo efficiuntur. Cumque mulier illa per plurima loca ad sanctos esset deducta, spiritus qui eam oppresserat, deuictus meritis sanctorum & uotis populorum, vociferabatur, q in superioribus Rheni partibus vetula quædam esset, per cuius consilium expellendus foret. Quod amici eius percipientes, octauo anno fatigationis suæ ad nos eam, sicut Dominus voluit, perduxerunt.

Grauissimè laborat sāčta Dei Hildegardis.

Quomodo diabol⁹ intret hominem.

Diabolus usque adhuc ī sua pseuerat malitia.

Causa malorum.

Cap. 21.

Operæ precium est, hoc in loco antequàm verba virginis Christi vlteriùs persequamur, epistulas inserere, quas Abbas de Brunvuilre sibi, & ipsa vicissim illi de hac dæmoniaca voluit mittere, ut ex his apertiùs intelligatur & diaboli nequitia, & laudētur propensiùs, licèt occulta, semper tamen iusta, Dei iudicia. Cùm enim post septem annos ipsa mulier Brunvuilre adduceretur, vt ibi meritis sancti Nicolai liberaretur, nequam spiritus coniuratus, dixit, se suum non relicturum vasculum, nisi per cuiusdam vetulæ in superioribus Rheni partibus, sicut ipsa suprà dixerat, cōsilium & auxilium, nomen eius euertens, & quòd Scrumpilgardis vocaretur, deridens. Itaque consiliū inierunt, & literas deprecatorias in hunc modum ei miserunt: Hildegardi dominæ & matri venerandæ, totisque visceribus amplectendę Christi sponsæ, & Regis altissimi filiæ, G. qualiscunque Brunvuilarensis cęnobii prouisor, cum suis fratribus in valle lachrymarum sedentibus, ut possunt, in orationibus omnimodę dilectionis deuotum famulatum. Quanuis, amantissima domina, facie nobis sitis incognita, virtutum tamen vestrarum fama nobis estis celeberrima: & licèt absentes simus corpore, spiritu tamen uobis pręsentes sumus assiduè, & qualis sit erga nos nostræ dilectionis affectus, nòuit scientiarum Dominus. Auditum est itaque in terra nostra, & celebri sermone vulgatum uerbum hoc, quod factum est de vobis à Domino, qui fecit vobis magna qui potens est, & sanctū nomen eius. Sed quibus quantisque miraculis in uobis clarescat fons viuidæ lucis, tam nomen, tam cler⁹, quàm populus & rerum protestatur euentus. Nam in vobis fulget opus non humanum, sed diuinum, gratia præcedens, donū præpollens, quod non dictat humana ratio, sed quod procedit ex fonte lucidissimo. Sed quid moramur? Flere magis libet, quàm loqui. Ergò sanctitatis vestræ, ò domina piissima, dulcedo non reputet temeritati, quòd in simplicitate cordiū, sed nimia necessitate compellente, aperire vobis causam necessitatis nostrę pręsumimus, quoniam à uobis bonum consilium recipere non dubitamus. Nam quædam nobilis fęmina à maligno spiritu per aliquot annos obsessa, per amicorum manus ad nos deducta peruènit, quatenùs adiutorio beati Nicolai (sub cuius patrocinio sumus) ab hoste imminenti liberaretur. Sed versutia & nequitia callidissimi & nequissimi hostis, tot hominum ferè millia duxit in errorem & dubium, quòd Ecclesiæ sanctæ maximum timemus detrimentum. Nam omnes nos cum multitudine populi pro liberatione fęminæ istius iam per tres menses multis modis laborauimus, & qđ sine męrore dicere nō possumus, peccatis nostris exigentibus, nihil profecimus. Omnis itaq; spes nostra, post Deū, in vobis est. Dæmon. n. ille nuncquadā die coniuratus, tādèm manifestauit nobis mulierē hanc obsessam liberandam esse per virtutem vestrę contemplationis, & magnitudinem diuinæ reuelationis. Nunquid & magna in eius liberatione intendit Deus? Vtiquè. Itaque largissima

Diabolus Dei sāčtā ex īuidia Scrumpilgardē vocat.

Epistola Abbatis Brūvuiler.

Luc. 1.

ſima benignitas noſtri redemptoris laborem noſtri negocii & mœroris, ſed & lætitiæ & exultationis, per vos pleniſſime conſummare dignabitur, vt & omnis error & infidelitas hominum adnihiletur, & obſeſſa famula Dei liberetur, vt cum propheta dicamus: A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. &: Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Quidquid ergò Deus de his vobis inſinuauerit, ſeu uiſione reuelauerit, nobis ſanctitas veſtra literis deſignare ſtudeat, obnixè & humiliter deprecamur. Vale.

Pſal. 117. Pſal. 123

Cumque beata Hildegardis literas iſtas ſuſcepiſſet, diligenterque perſpexiſſet, rogantibus piè condolens, omnes ſorores monuit, vt pro præfata neceſſitate publicis & priuatis orationibus humiliter inſiſterent: ipſaque, oratione præmiſſa, oculos mẽtis ad Dominum eleuabat: & reſponſum hoc, ſecundùm quod in vera viſione vidit & audiuit, & non per alium, quàm per inexhauſtã ſapientiam dictatũ, ità reſcribit.

Reſponſũ Hildegardis.

G. Eccleſiæ Brunvuillarenſis Abbati, H. Cùm flagellis Dei ſim longa & graui ęgritudine conſtricta, uix aliquantulùm petitioni veſtræ reſpondere valeo. Hęc à me non dico, ſed ab illo qui eſt. Diuerſa genera malignorum ſpirituum ſunt. Hoc verò dæmonium, de quo quęritis, has artes habet, quæ moribus hominũ in vitiis aſſimulantur: vndè & cum hominibus libenter manet, ac ideò etiam Crucẽ Domini & reliquias ſanctorum ac cætera, quę ad ſeruitium Dei pertinẽt, aliquantulùm negligit & deridet, nec multùm pertimeſcit. Ea quidem non diligit, ſed fugere diſſimulat, velut aliquis ſtultus & negligens homo, verba & minas & quæ ſibi à ſapientibus inferuntur, paruipendit: quapropter & difficiliùs, quàm aliud dæmonium, expellitur. Nam niſi in ieiuniis, flagellis, orationibus, eleemoſynis ac ipſo iuſſu Dei* eiicietur. Audite ergò, & non reſponſum hominis, ſed ipſius qui viuit. Eligite ſeptem boni teſtimonii, & quos vitæ meritum probat, ſacerdotes in nomine & ordine Abel, Noe, Abraham, Melchiſedech, Iacob, & Aaron, qui viuenti Deo ſacrificium obtulerunt, ſeptimum in nomine Chriſti, qui ſeipſum Deo patri in cruce obtulit, & ieiuniis, flagellis, orationibus, & Miſſarum celebrationib⁹ præmiſſis, humili intentione & habitu ſacerdotali, cum ſtolis ad patientem accedant, & eam circunſtantes, vnuſquiſque eorum virgam in manu teneat, in figura virgę qua Moyſes Aegyptum, mare rubrum, petrámque præcepto Dei percuſſit, ut ſicut Deus ibi per virgam miracula oſtendit, ità & hic peſſimo hoſte virgis eiecto, ſeipſum glorificet. In figura ſeptem donorũ Spiritusſancti, ſeptẽ ſacerdotes erunt, ut ſpiritus Dei, qui in initio ferebatur ſuper aquas, & qui inſpirauit in faciem hominis ſpiraculum vitæ, ſpiritum immundum ab homine fatigato exufflet. Et primus qui in nomine Abel erit, virgam in manu tenens, dicat: Audi maligne & ſtulte ſpiritus, quicunque in homine iſto habitas, audi verba hæc non per hominem prȩmeditata, ſed per illum qui eſt, & qui uiuit, manifeſtata &c. Cumque ſancta virgo literas iſtas, ſpiritusſancto reuelante, perfeciſſet, per manus eius, qui occultè quæſierat, ſicut in libro Sciuias dicit, ad monaſterium, vbi mulier tenebatur, miſit, vt ſuper eam humiliter recitarentur. Cumque veniſſet lector ad locum illum, vbi in fine ſcriptum eſt, Et ego indocta & paupercula feminea forma, ò blaſphemiæ & deriſor ſpiritus, tibi dico in illa veritate, qua ego paupercula & indocta forma, de lumine ſapientiæ hæc vidi & audiui, & per eãdem ſapientiam tibi præcipio, ut de iſto homine in vera ſtabilitate, & nõ in turbine inſtabilitatis tuæ exeas: idem nequam ſpiritus totus intremuit, ac tantos vlulatus cum horridis clamoribus eiulando emiſit, quòd ſtantibus maximos terrores incuſſit. Et dum his ferè per dimidiam horam bacchando inſtitiſſet, tandèm vt Deo placuit, vas quod diù poſſederat, reliquit. Mulier cùm ſe eſſe liberatam ſenſit, manus adſtãtibus porrexit, vt eam erigerent, quia vires non habuit. Tũc ante principale altare ſancti Nicolai ſe proſtrauit, & gratias Deo pro liberatione ſui egit. Populis hæc cernentibus, & vt vulgus ſolet, perſtrepentibus, ſed & gratias & laudes Deo cum ſignorum pulſationibus reſonantibus, fratribus quoquè hymnum, Te Deum laudamus, canentibus: heu, quod miſerabile dictu eſt, idem antiquus hoſtis occulto Dei iudicio rediit: & vas quod reliquerat, repetiit: vndè fęmina tota contremiſcens, & cum ſtridore & clamore ſe erigens, pluſquàm priùs inſanire cȩpit. Vndè exterritis qui aderant, & mȩſtitia completis, nequam ſpiritus interrogatus, cur repetere auſus fuiſſet creaturam Dei quam reliquerat, reſpondit: Signum Crucifixi exterritus fugi. Sed cùm neſcirem quò irem, vas meũ uacuum & non ſignatum repetii. Cumque præfatis literis & coniurationibus ſanctæ virginis, vt exiret, cogeretur, frendens clamabat, quod non niſi in præſentia eiuſdem vetulę egrederetur. Tunc qui ſanioris erant conſilii, amicis & tutoribus fęminæ perſuaſerũt, vt ad beatam virginem eam perducerent. Accepta itaque Abbatis & fratrum benedictione cum commẽdatitiis literis, cȩperunt illò ire. Literę autem in hũc modum erant: H. venerabili dominæ, omni gratiarum actione dignę, G. Brunvuilarenſium Abbas indignus, cum ſuis fratribus viuere, proficere, mundum pede ſubter habere, & quicquid famulę Chriſti excellentius optari poteſt. Quòd Dominus vos reſpexit, gratiamque ſuam infudit, iam totus mundus nouit. Sed nos qui hactenùs per nuncios noſtros & literas pro neceſſitate mulieris, maligno ſpiritu obſeſſę, ſanctitati veſtræ locuti ſumus, nunc ſaltem per perſonam ipſius cum magna ſpe ad vos directam, verbum neceſſitatis repetimus, & preces precibus deuotè ſuperaddimus, vt quo magis eſt vobis vicina corporaliter, eo ampliùs ſitis ei propicia ſpiritualiter. Nam dæmon literis veſtris, quas Spiritusſancto dictante miſiſtis, coniuratus, vas poſſeſſum per breuem horam reliquerat: ſed heu, neſcimus quo iudicio Dei, rediit, vaſque derelictum denuò inuadens, illud nũc acriùs quàm priùs fatigat. Nobis autem eum iterùm coniurantibus, & fortiter ei inſiſtentibus, tandèm reſpõdit, quòd uas poſſeſſum non niſi in prȩſentia ueſtra relinquet. Ea propter ipſam ad ſanctitatem ueſtram mittimus, ut quod nos, peccatis exigentibus, non meruimus, per uos compleat Dominus, & antiquo hoſte eiecto, ille qui potens ſuper omnes eſt, in uobis glorificetur. Valeat materna dilectio neſtra.

Notà genera malignorũ ſpirituũ diuerſa.

Matth. 17

** Deeſſe uidetur, nõ.*

Mirabile conſilium.

Gen. 1. & 2.

Curatur dæmoniaca, ſed poſteà iterũ poſſidetur

Eccè timet denuò ſignum Crucis.

Secũda litera Abbatis Brunuilarẽſis.

His Epiſtolis prælibatis, congruum uidetur, ut ad hoc undè paululum deflexit, oratio reuocetur, & uideamus quomodò Deus ad virginis ſuę glorificationem iam diù huius fœminæ diſtulit liberationem. Poterat enim omnipotens & per alios ſanctos, ad quos circunducta tot annis fuerat pro obſeſſa, facilè quod petebatur, præſtare. Sed gloriam huius miraculi in ſanctam virginem transferens, meritorum eius qualitatem euidenter uoluit cunctis ſuo tempore manifeſtare. Quod qualiter acciderit, ex verbis ipſius melius cognoſci poterit. De aduentu, inquit, prȩfatȩ mulieris multùm exterritȩ fuimus, quomodò eã videre vel audire poſſemus, de qua plurimus populus per tot tempora erat commotus. Sed Deus rorem ſuauitatis ſuæ ſuper nos pluit, & abſque horrore & tremore in habitacula ſororum abſque adiutorio virorum eam locauimus: & deincèps nec pro horrore, nec pro confuſione, qua dæmon ſuperue-

Cap. 25.

Cur Deus dæmoniacã hãc S. Hildegardi ſeruarit curandam.

peruenientes pro peccatis confudit, nec pro irrisoriis vel turpibus verbis quibus nos superare voluit, nec pro pessimo flatu suo, ei vllatenus cessimus. Et vidi quòd in ipsa muliere tres cruciatus passus est.

Cruciatus diaboli in loca sanctorum.

Primùm, cùm illa de loco ad locum sanctorum ducta est. Secundum, cum communis populus eleemosynas pro ea dabat. Tertium, cùm per orationes spiritualium ex gratia Dei abire compulsus est. Itaque à Purificatione sanctę Mariæ nos & comprouinciales nostri vtriusque sexus, ieiuniis, orationibus, eleemosynis, & corporum castigationibus vsque in sabbathum Paschæ pro ipsa laborauimus.

Nota de sacramento Eucharistiæ, de perditione Catharorum siue hæreticorum.

Interim per Dei potentiam coactus immundus spiritus, multa de salute baptismi, de Sacramento corporis Christi, de periculo excommunicatorum, de perditione Catharorum, & his similium, ad confusionem sui, ad gloriam Christi, coram populo quamuis inuitus, protulit: vndè multi fortiores ad fidem, multi promptiores esse ecti sunt ad peccatorum emendationem. Sed vbi illum falsa proferre in vera visione vidi, illum statim redargui: vndè mox conticescens, dentibus in me frendebat: loqui verò illum propter populum nõ prohibui, cùm vera proferebat.

Nota de fontis baptismatis consecratione &c.

Gen. 1.

Deniquè sabbatho sancto cum fons baptismatis consecraretur, per flatum sacerdotis, quem in fonte mittit, cum verbis quæ spiritussanctus rationalitati hominis & doctoribus Ecclesiæ infudit, quoniam in prima creatione spiritus Domini aquas mouit, sicut scriptum est: Spiritus Domini ferebatur super aquas: mulier illa præsens ibi erat, atque timore magno correpta, ita contremuit, quòd terram pedibus persodit, & de horribili spiritu, qui eam oppresserat, sufflatum sæpè emisit. Mox in vera visione vidi & audiui, quòd vis altissimi, quæ sanctum baptisma obumbrauerat, & semper obumbrat, ad diabolicam conglobositatem, qua fœmina illa fatigabatur, dixit: Vade satana de tabernaculo corporis mulieris huius, & da in eo locum spiritui sancto.

Iterùm diabolus expellitur, & amplius ad suum mansionem reuertitur.

Iob 2.

Tunc immundus spiritus per verenda loca fœminæ cum egestione horribiliter egressus est, & ipsa liberata est, ac deincèps sana in sensibus animę & corporis permansit, quàm diù in præsente seculo vixit. Quod postquàm in populum diuulgatum est, omnes cum canticis laudum & verbis orationum dicebant: Gloria tibi Domine. Itaque ut Deus permisit, quòd satan totum corpus Iob horrore & fętore vermium perfunderet, & ut ille æstimabat, quód per deceptionem suam, qua honorem Dei abnegauerat, istum etiã superare posset, Deo animam eius custodiente, tangere eum non potuit, quia Iob Deum in fide non dereliquit. vndè & confusus ab eo discessit, quia Deus per ipsum, satan superauit, ut sciret quoniam Deo nullus prçualere posset.

Iob 1.

Sic & hęc mulier cùm maligno spiritui ad vexandum tradebatur, Deus non permisit, quòd anima eius in bona deficeret. vndè & inimicus in ea confusus est, quia à iustitia Dei eam auertere non potuit. His & huiusmodi verbis, virgo Dei diuinæ misericordię opera, propter se & per se celebrata, nihil sibi attribuens, leniter, suauiter, verecundè & humiliter referebat: quia virtutum iactantiam fugere, virtutis loco ducebat.

Cap. 23.

2. Cor. 12.

Vndè & post huius virtutis tam humilem & nihil omninò de se præsumentis recitationem, quasi cum Apostulo diceret, Nè magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ, qui me colaphizet, statim subnectit eam, quę subsecuta eam fuit quasi verè stimulus contra extollẽtiam, totius carnis suę debilitationem.

Sancta Dei iterum in grauẽ incidit infirmitatem.

Post hęc, inquit, nimirùm post mulieris illius liberationẽ, magna ægritudo iterùm inuasit me, ità quòd venę meæ cum sanguine, ossa cum medullis emarcuerunt, & viscera mea infra me distracta sunt, totumque corpus meum ità elanguit, sicut herbæ viriditatem suam in hyeme perdunt. Et vidi, quòd nequam spiritus indè irridebant, cachinnando dicentes: Vah ista morietur, & amici eius flebunt, cum quibus nos confudit. Ego autem exitum animæ meæ adesse non vidi. Infirmitatem autem istam plusquàm quadraginta dies & noctes patiebar. Inter hæc in uera uisione mihi ostensum fuit, quòd quasdam congregationes spiritualium hominum virorum ac mulierum inuiserem, eisque uerba, quæ Deus mihi ostenderet, manifestarẽ. Quod dum tandem facere tentarem, nec vires corporis haberem, infirmitas mea aliquantulùm lenita est: & pręceptum Dei exequens, dissensiones, quas quidam inter se habebant, sedaui. Has uias quas Deus mihi præcepit, cùm negligerem propter populi timorem, dolores mihi corporis sunt augmentati, nec cessabant quousquè obediui: sicut & Ionæ contigit, qui valdè afflictus fuit, quousquè ad obedientiam se reclinauit.

Ion. 2.

Cap. 24.

Superuam post hæc sponsa Christi meruit visitationem, qua tantam percepit consolationem, ut ex eius delectatione diceret se repletam fuisse inæstimabilis gaudii exultatione.

Visio eius iucundissima.

Pulcherrimus, inquit, & amantissimus vir in visione veritatis mihi apparuit, qui tantæ cõsolationis fuit, quòd omnia viscera mea velut odore balsami eius adspectus perfudit. tunc gaudio magno & inæstimabili exultabam, semperque eum prospicere desiderabam. Et ipse his qui me afflixerunt, præcepit, vt à me discederent, dicens: Abscedite, quia nolo vt ampliùs eam sic torqueatis. Qui cum magno vlulatu recedentes, clamabant: Ah quòd huc venimus, quia confusi recedimus. Mox ægritudo, quæ me inquietauerat, velut aquæ, quæ per procellosos ventos inundatione commouentur, ad verba viri me dereliquit, & vires recepi, quemadmodùm peregrinus cùm in patriam reuertitur, possessiones suas recolligit, atque venæ cum sanguine, ossa cum medullis in me reparata sunt, quasi de morte suscitata fuissem.

Subitò mirabiliter reualescit.

At ego tacui in patientia, silui in mansuetudine, & sicut pariens post laborẽ, ità loquebar post dolorem.

Cap. 25.

Hanc vitã offendet lector Tomo 4. Iuly 8.

Post hæc ab Abbate meo & fratribus humilima instantia & deuotione coacta sum, vt vitam sancti Disibodi, cui priùs oblata eram, ut Deus vellet, scriberem, quia nihil certi indè heberent. Et oratione cum inuocatione spiritussancti præmissa, ad veram sapientiam, in vera visione commonita prospexi, ac secundùm quod ipsa me docuit, vitam & merita ipsius sancti conscripsi.

Cap. 26.

Deindè librum diuinorum operum scripsi, in quo vt omnipotens Deus mihi infudit, altitudinem, profunditatem & latitudinem firmamenti vidi, & quomodò sol & luna, stellæ & cætera in illo cõstituta sũt.

Multa & alia scripturarum monumenta & insignia prophetiæ gratięque documenta sancta virgo confecit, sicut superiùs diximus, in quibus eruditę à spiritu sancto eius animæ ac diuinis deditæ indicia colligimus. Plurimùm enim emolumẽti in eis inuenire possunt, qui amorem doctrinę & scientiæ gerunt. utpotè quæ à Deo ordinata, & per ipsam hominibus sunt propalata, in qua Dei sapientia, quasi in solio potentiæ sublimi authoritate sedebat, & per eam mirabilia faciens, rerum iudicia decernebat.

His, prout possibilitas ingenioli suppetebat, à nobis digestis, calamum ad verba sanctarum filiarũ eius vertamus: & quę de ipsa memoratu digna scripserũt, maximè quæ de beato transitu eius sunt, viderunt & audierũt, & manibus suis tractauerunt, adiuuante Domino, fideliter & veraciter huic operi annectamus.

Liberat quãdam

Mulierẽ, inquiunt, quandã acriter à dęmonio multo vexatam, super quam & fratres de Lacu, plurimùm

mulierē a dæmonio obsessam. laborauerant, cùm ad se magno labore virorum in lecto deportata esset, pia mater, audaciæ & præsumptioni dæmonis, verbis a spiritusancto prolatis confidenter resistens, ab orationibus & benedictionibus non cessauit, quousquè per gratiam Dei ab hoste maligno eam liberauit.

Simili modo & alia mulier, quę propter sororem insanię, diris vinculis ligata fuit, cùm ad se adducta fuisset, solui eam monuit, & statim sub admiratione omnium, qui aderant, sanitate mentis & corporis recepta, cum gratiarum actione remeauit ad propria. *Itèm aliā insanam.*

Item de claustro Schefeneburch, sororem quandā diabolus ad sancta opera, orationes, vigilias & ieiunia, ad perceptionem quoquè Sacramentorum, simulans se esse angelum lucis, hortabatur, & criminaliū confessione, quibus nunquam subiacuerat, confundere eam nitebatur. Inter quæ etiam itá eam afflixit, quòd nomina & adspectum quorundam hominum & animalium intantum abhorrebat, quòd ipsis visis vel auditis, horribili voce per longam horam perstrepebat. Hęc á Priore & Conuentu cum literis ad sanctam virginem missa, ab ea & consortata, & á diaboli errore est liberata. *Itèm aliā a dæmonio uexatam.*

Itèm duas alias. Eadem virtute alias duas mulieres à dæmonio obsessas, liberauit, quarum vna cùm esset pauperçula & cæca, in eleemosynam eius recepta, in spirituali habitu vitam feliciter consummauit.

Cap. 27. His itaque præmissis, quia ad finem operis huius festinamus, finem quoquè vitæ sanctæ virginis, quibus signis Deus illustrauerit, sicut præfatæ sorores eum descripserunt, videamus. Cùm beata, inquiunt, mater Domino multis laborum certaminibus deuotè militasset, vitæ pręsentis tædio affecta, dissolui & esse cum Christo quotidiè cupiebat. *Phil. 2.* Cuius desiderium Deus exaudiens, finem suum sicut ipsa præoptauerat, spiritu prophetiæ ei reuelauit, quem & Sororibus prędixit aliquandiu. itaque infirmitate laborans, octogesimosecundo ætatis suæ anno, XV. kalend Octobris, ad sponsum cęlestem felici transitu migrauit. *Excedit è uita virgo sāctissima* Filiæ autem ipsius, quarum omne gaudium & solatium ipsa erat, funeri dilectæ matris amarissimè flentes assistebant. Nam licèt de præmiis & de suffragiis sibi per ipsam conferendis non dubitarent, propter discessionem tamen, per quam semper consolabantur, maximo cordis mœrore afficiebantur. Deus verò, cuius meriti apud se esset, in transitu suo euidēter declarauit. Nam supra habitaculum, in quo sancta virgo primo crepusculo noctis Dominicæ dici, felicem animam Deo reddidit, duo lucidissimi & diuersi coloris arcus in firmamento apparuerunt, qui ad magnitudinem magnæ plateæ se dilatauerunt, in quatuor partes terræ se extendentes, quorum alter ab aquilone ad austrum, alter ab oriente ad occidentem procedebant. *Duo lucidissimi arcus, & Crux apparent in cœlo tēpore obit⁹ sui.* At in summitate, vbi hi duo arcus iungebantur, clara lux ad quantitatem lunaris circuli emergebat, quæ latè se protendens, tenebras noctis ab habitaculo depellere videbatur. In hac luce Crux rutilans uisa est, primùm parua: sed crescendo posteà immensa, circa quam innumerabiles varii coloris circuli, in quibus singulis singulæ rutilantes Cruciculæ oriebantur cum circulis suis, priore tamen minores conspiciebantur. Et cùm hę in firmamento se dilatassent, latitudine sua ad orientem magis pertingebant, & ad terram versùs domum, in qua sancta virgo transierat, declinare uisæ, totum montem clarificabant. Et credendum quòd hoc signo Deus ostendit, quanta claritate dilectam suam in cęlestibus illustrauerit. Nec defuerūt, antequàm sepeliretur, miracula meritum sanctitatis eius attestantia. Nam duo homines, qui sanctum corpus eius spe bona tangere pręsumpserunt, à graui infirmitate conualuerunt. *Duo morbidi contactu corporis eius sanantur.* Exequiis igitur venerabiliter à reuerendis uiris celebratis, in venerando loco est sepulta, vbi meritis eius, omnibus pio corde quærentibus præstantur multa beneficia. Odor quoquè mirę suauitatis de sepulcro eius redolens, dulcedinis suæ fragrantia aliquorum hominum nares perfundit & pectora. Speramus itaque & indubitanter credimus, apud Deum eius esse memoriam immortalem, qui in hac uita donorum suorum prærogatiuam ei contulerat specialem, cui laus sit & honor in secula seculorum, Amen.

MARTYRIVM SANCTI FERreoli Tribuni, ex peruetustis MS. codicibus: quibus adstipulantur antiquissima Martyrologia.



CVM per vniuersas prouincias genus Christianorum, Deo charū, inuisum diabolo, á ministris satanæ sacrilegis ritibus seruire cogeretur, *Septēbris 18.* Crispinus quidam, temporis illius Præses, in Viennensi ciuitate iuxta Imperatorum pręceptum cępit ad sacrificandum Christianos compellere. *Crispinus præses cōpellit ad sacrificandū Christianos.* Sedens ergò pro tribunali, cúm detestabili consilio honoraret obtemperantes, contradicentes autem puniret, atque in cunctos Dei seruos per ministrum furoris sui officium acerbissimè grassaretur: inter alios etiam beatissimum martyrem Ferreolum, habitu solo, non officio, militantem, quòd esset proditus Christianus, sacrificare compulit, dicens: Parére te ante omnes necesse est, Ferreole inuictissimorum principum legibus, quibus & pro militiæ stipendiis fidem debes, & pro maiestate reuerētiam, & pro honoris augmento parendi irreprænhensibilem deuotionem. *Ferreolū hortatur præses, ut sacrificet.* Oportet igitur obtemperare te consilio, nè dissimulantem pœna castiget. Sacrifica ergò diis. Quid moraris? Sāct⁹ Ferreolus respondit: Christianus sum: diis sacrificare non debeo. *Ille verò cōtemnit.* Imperatoribus, quandiù salua religione licuit, militaui. Opera mea, cum tibi parui iussus, legibus diaboli sacrilegis nunquàm seruiui. Aduersùs noxios, non aduersùs Christianos, militare constitui. Stipendia, quæ cōmemoras, non requiro. Pascat sacrilegum militem sacrilegus Imperator. Temporalis vitæ lucra non ambio: mihi sufficit, si, salua religione, liceat viuere Christianum. Quòd si id non liceat, paratus sum mori.

Præses dixit: Vndè tibi Ferreole isthæc tanta moriendi fiducia? Forta sis post iniuriam legum, post cōtumeliam principum, vitæ desperatio te inuasit. *Adhuc blanditur diabolus ī præside.* Sed patitur hoc planè abolitum esse humanitas nostra, quod in deos & principes contumaciter protulisti, modò dictorum tuorum te pœniteat, & legibus satisfacias repudiando sectam Christianorum, & numinibus sacrificando. Ferreolus respondit: Humanitatem tuam & indulgentiam, quam promittis, tibi uel Imperatoribus tuis deincèps militaturus expectet: *Rursùs cōtemnitur* quorum legibus iniuriam non facit, qui legem Dei eis anteponit. Ille potiùs reus est, qui diuinitati detrahit, qui insensibilia & caduca veneratur. Ego creatorem, non creaturam, adoro. Deum non in manufactis quærendum, ipse loquitur, qui cuncta formauit, *Act. 7.* cuius testes sunt cęlum, terra, & quęcunque uel deorsùm iacent, vel desupèr fulgent: quæ etiam omnia propter nos creauit, nobis vtiquè profu-

profutura, non dominatura nobis. Vos potiùs rectè ordinata perturbatis, præponendo temporalia æternis, mortua viuentibus, scientibus bruta, mendacium ueritati, & propterea in superbiam lapsi, atque in perpetuum damnati estis cum spiritibus malignis. Deus verò, qui vniuersorum Dominus est & æternus Imperator, dedit seruis suis per Iesum Christum filium suum fiduciam moriendi. Per quem etiã donat nobis resurgendi spem, ut ad amplioris vitæ incrementa, præsentis uitæ detrimenta nobis profutura credamus.

Preclara martyris vox.

Præses ait: Vt video, iacturam vitæ iam fecisti. At dignum est tamen, ut etiam tormenta contemnat, qui consilii humanitate non flectitur: quę tu, nisi sacrificaueris, quàm sint acerba, cognosces. Sed cùm minis cerneret haudquaquàm permoueri beatissimum Ferreolum, sisti eum præcepit; & acriùs verberari. Cumque nec sic, succedentibus sibi ex more tortoribus, eum flecti posse uideret, iussit eum, oneratum ferro includi in carcere, dicens: Rebellem hunc squalidus & omnem pœnam excedens carcer includat: reum se sentiat maiestatis: careat luce contemptor deorum. Compedito stare non liceat: sedentem quoquè ferri deprimant pondera: iacentem etiam ipsa, quæ stringit, vastior catenarum colligatio consumat, donèc seueriori quęstioni præparatus, omnia, quę in criminosos constituta sunt, supplicia percurrat. Quibus dictis, statim ministri præsidis beatissimum Ferreolum oneratum ferro, in carcerem coniecerunt, adhibitisque custodibus, eum seruare cœperunt denuò præsentandum.

Venitur ad minas. *Ad verbera.* *Ad carcerem.*

Illic verò biduo exacto, tertia die manè, vt fit, arctiori somno oppressis custodibus, spontè solutis vinculis, liberum se sentit Dei seruus, & lento gradu accedens ad ostium, illud patère sibi cernit. Itaque secundùm Euangelium persecutionem fugiens, ad citaraneam properat regionem. Egressus autem extra portam Lugdunensem, ancipiti defixus consilio, subsistit, quęrens secum, cui potissimùm viæ insisteret, & ut posset nulla relinquere indicia ipsum insecuturis. Sed quænam seruis Dei elementa non seruiant? aut Rhodanum transmittere instituit. Sed quænam seruis Dei elementa non seruiant? aut quandò martyris precibus non quęlibet aduersa mitescant? Armatus igitur fide, & Domini promissione securus, amnem fidus ingreditur: quem sibi incumbentem, deductis blandè vorticibus, leni tergo solidior unda suspendit: atque ità eum beatus martyr natandi conatu paucis traiicit impulsibus, & in vlteriorem ripam securus exit. Dehinc concito gradu ingressus aggerem publicum, usque ad Iarem fluuium percurrit. Vbi cùm à persecutoribus compręhenderetur, & reuinctis post tergum manibus duceretur in eum locum, in quo sepulcrum sancti corporis eius veneramur, subito instinctu crudeliatis percussus, occubuit. Quem fidelis religiosorum ciuium deuotio, ad præsidium ciuitatis non longè à Rhodano cum summa veneratione tumulauit. Cuius beneficia per ciuitates sicut expetuntur votis, ità beneficiis frequentibus approbantur: Præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est virtus in secula seculorum, Amen.

Spõtè vincula eius soluuntur ĩ carcere. *Mat. 10.* *Fugit.* *Iterũ cõprehẽdit.* *Caditur sãct⁹ martyr & abit ad Christũ.*

DE SANCTO SATYRO FRAtre beatissimi Ambrosii, oratio funebris eiusdem Ambrosii Episcopi Mediolanensis. Habetur Tomo 3. Operum eius. Nos capitula margini adiecimus.

18. Septẽbris. Cap. 1.

DEDVXIMVS, fratres dilectissimi, hostiam meam, hostiam incontaminatam, hostiam Deo placentem, dominum & fratrẽ meum Satyrum. Meminerã quippè eum esse mortalem, nec fefellit opinio, sed superabundauit gratia. Itaque nihil habeo quod querar: sed habeo, in quo Deo gratias agam: quia semper optaui, ut si quæ perturbationes vel Ecclesiam, uel me manerent, in me potiùs ac meam reciderent domum. Deo igitur gratias, quia in hoc omnium metu, cùm omnia motibus sint suspecta barbaricis, communem mœrorem priuato dolore transegi, & in me conuersum est, quicquid omnibus timebam. Atque vtinàm hic consummatum sit, ut dolor meus publici doloris redemptio sit. Nihil quidem habui, fratres charissimi, in rebus humanis tanto fratre preciosius, nihil amabilius, nihil charius. Sed præstant priuatis publica. Ipsius quoquè si quis sententiam sciscitaretur, mallet occidi pro aliis, quam sibi uiuere. Propterea enim pro omnibus secundùm carnem Christus est mortuus, vt non nobis solis viuere disceremus.

Christus cur pro omnibus mortuus.

Accedit illud, quod ingratus diuinitati esse non possum. Lætandum est enim magis, quòd talem fratrem habuerim, quàm dolendum, quod fratrem amiserim. Illud enim munus, hoc debitum est. Itaque perfunctus sum, quandiù licuit, concesso mihi fęnore: qui deposuit pignus, recepit. Nihil interest, verùm abiures depositum, an doleas restitutum. In vtroque enim fidei ambiguum, vitæ periculum est. An si pecuniam neges, culpa est: si hostiam neges, impietas non est: cùm pecunię fęnerator illudi possit, naturæ author, & necessitudinis creditor fraudari nõ queat? Itaque quanto vberior fęnoris summa, tanto gratior sortis usura. Vndè ingrati de fratris morte esse non possumus, quia quod naturæ communis fuit, reddidit: quod gratiæ singularis est, meruit. Quis enim cõmunem conditionem recuset? Quis doleat proprium sibi pignus ereptum, cùm ad solatium nostri filium suum unicum pro nobis pater tradiderit ad mortẽ? Quis exceptum se putet esse debere à conditione moriendi, qui non sit exceptus a conditione nascendi? Magnum pietatis mysterium, vt mors corporis nec in Christo esset excepta: ac licèt naturæ Dominus, carnis tamen, quam susceperat, legem non recusaret. Et mihi necessè est mori: illi necessè non fuit. An qui de seruo dicit, Si eum volo sic manere donec uenio, quid ad te? non potuit ipse sic manere, si uellet? Sed perpetuitate vitæ huius sibi precium, mihi sacrificium perdidisset. Quod igitur maius est solatium nostri, quàm quòd secundum carnem & Christus est mortuus? Aut cur ego uehementiùs fleam fratrem, cùm sciam illam mori non potuisse pietatem? Cur solùm præ cęteris fleam, quem fletis omnes? Priuatum dolorem communi dolore digessi: præsertim cum meæ lachrymæ nihil prosint: uestræ autem lachrymę fidem adstruãt, consolationẽ afferant. Fletis diuites, & flẽdo probatis nihil opitulari repositas diuitias ad salutẽ: cùm pecunię precio mors differri nõ queat, & pari vsu diuitẽ, inopẽque dies in-

Non recusat Dominus legẽ carnis propter nos.

Liberi ut a parētib⁹ instituēdi.

Premus eripiat. Fletis senes, quòd in hoc liberorum sortem pauetis. Et ideò quia vitam corporis producere non potestis, instituite liberos non ad vsum corporis, sed ad virtutis officium. Fletis & iuuenes, quòd naturæ finis non sit maturitas senectutis. Fleuerunt & pauperes, & quod multo est preciosius, multoq; vberius, lachrymis suis eius delicta lauerunt. Istæ sunt lachrymæ redemptrices, isti gemitus, qui dolorem mortis abscondunt. Ille dolor, qui perpetuæ vbertate lætitiæ, veteris sensum doloris obducat. Itaque licèt priuatum funus, tamen fletus est publicus: Et ideò nō potest fletus esse diuturnus, qui vniuersorum est affectibus consecratus,

Cap. 2.

Nam quid te, mi frater amantissime, fleam, qui mihi sic ereptus es, vt esses omnium? Non enim perdidi vsum tui, sed commutaui. Antè corpore inseparabilis, nunc indiuiduus affectu. Manes enim mecum, ac semper manebis. Et quidem cùm viueres nobiscum, nūquàm te patria eripuit mihi, nec ipse mihi vnquàm patriam prætulisti, & nunc alteram præstitisti. Cœpi enim hic iam non esse peregrinus, vbi melior mei portio est. Nunquàm enim totus in me fui, sed in altero nostri pars maior amborum: uterque autem eramus in Christo, in quo & summa vniuersitatis & portio singulorum est. Hic mihi tumulus genitali solo gratior, in quo non naturæ, sed gratiæ meæ fructus est. In isto corpore enim, quod nunc exanimum iacet, præstantior vitæ meæ functio: quia in hoc quoquè, quod gero, corpore, vberior tui portio. Atq; vtinam vt memoriæ, vt gratiæ, ità etiam vitæ tuę hoc quicquid est, quod spiramus, spirare possemus, dimidiumque meorum decideret temporum, quod ad tuorum proficeret vsum. Par enim erat, vt quibus indiuisum semper fuit patrimonium facultatum, non esset vitę tempus diuisum. Vel certè qui indistincta semper habuimus viuendi consortia, non haberemus distincta moriendi. Nunc verò, frater, quò progrediar, quòue conuertar? Bos bouem requirit, seque non totum putat, & frequenti mugitu pium testatur affectum, si fortè defecerit, cum quo ducere collo aratra consueuit: & ego te frater non requiram? Aut possim unquàm obliuisci tui, cum quo vitæ huius semper aratra sustinui? Labore inferior, sed amore coniunctior, non tam mea uirtute habilis, quàm tua patientia tolerabilis: qui pio semper solicitus affectu, latus meum tuo latere sepiebas, charitate vt frater, cura ut pater, solicitudine ut senior, reuerentia vt iunior. Ita in unius necessitudinis gradu, complurium mihi necessitudinum officia impendebas, vt in te non vnum, sed plures amissos requiram: in quo uno ignorata adulatio, expressa est pietas. Neque enim habebas, quod simulatione adderes, qui totum pietate comprehenderas, ut nec incrementa reciperes, nec vicem expectares.

Omnia bona temporaria erāt his fratribus cōmunia.

Mira charitas talium fratrum.

Cap. 3.

Sed quò immemor officii, memor gratiæ, immodico dolore progredior? Reuocat Apostolus, & tanquàm frenos mœroris inducit dicens, sicut nuper audistis: Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, ut non tristes sitis, sicut & cæteri, qui spem non habent. Date ueniam, fratres charissimi. Neque enim omnes possumus dicere: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Sed ad imitandum, si authorē quæritis, habetis quem possitis imitari. Non omnes ad docēdum idonei: vtinam omnes ad discendum habiles. Non grauem lachrymis contraximus copulam. Non omnis infidelitatis, aut infirmitatis est fletus. Alius est naturæ dolor, alia est tristitia diffidētiæ: & plurimùm refert desiderare, quod habueris, & lugere quod amiseris. Non solus dolor lachrymas habet, habet & lætitia lachrymas suas. Et pietas fletum excitat, & oratio stratum rigat, & precatio iuxta propheticum dictum, lectulum lauat. Fecerūt & fletū magnum sui, cùm patriarchæ sepelirent. Lachrymę ergò pietatis indices, non illices sunt doloris. Lachrymauit ergò, fateor, etiam ego: sed lachrymauit & Dominus. Ille alienum, ego fratrem. Ille in vno lachrymauit omnes: ego in omnibus lachrymabo te frater. Ille nostro, non suo, lachrymauit affectu. Neque enim diuinitas lachrymas habet: sed lachrymauit in eo, qui tristis fuit: lachrymauit in eo, qui crucifixus est, qui mortuus, qui sepultus. Lachrymauit in eo, de quo hodiè nobis insinuauit Propheta, dicens: Mater Sion, dicet homo, & homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus: in eo lachrymauit, quòd matrem Sion dixit, genitus in Iudæa, susceptus a Virgine. Matrem autem secundùm diuinitatem habere non potuit, qui author est matris. Ille factus est non diuina generatione, sed humana: quia homo factus est, Deus natus est. Sicut & alibi habes: Puer natus est nobis, filius datus est nobis. In puero enim nomen ætatis, in filio plenitudo diuinitatis est: factus ex matre, natus ex patre: idem tamen & natus & datus, non diuersum, sed vnum putes. Vnus.n. Dei fili⁹, & natus ex patre, & ortus ex Virgine, distincti ordine, sed in vnum concurrente nomine, sicut & præsens lectio docet, quia & homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus: homo vtiquè corpore, altissimus potestate. Etsi Deus & homo diuersitate naturæ, idem tamen, non alter, in vtroque. Aliud ergò speciale naturę suę, aliud commune nobiscum, sed in vtroque vnus, & in vtroque perfectus. Non igitur mirandum est, quia & Dominum eum, & Christum fecit Deus. Fecit ergò Iesum eum, vtiquè qui ex corpore nomen accepit. Fecit eum, de quo etiam patriarcha scribit Dauid: Quia mater Sion, dicet homo, & homo factus est in ea. Dissimilis, utiqué nō diuinitate, sed corpore: nec discretus à patre, sed exceptus in munere: manens in consortio potestatis, segregatus in mysterio passionis.

1. Thes. 4.

1. Cor. 4. & 11.

Psal. 6.

Iohan. 11.

Psal. 86.

Esa. 9.

Act. 2.

Psal. 86.

Cap. 4.

Plura loci huius tractatus exposcit, quibus possimus ostendere authoritatem Patris, proprietatem filii, Trinitatis totius vnitatem: sed consolandi hodiè, non tractandi partes recepi: quāquàm abducere à mœrore animum intentione tractandi, consolationis vsus sit. Sed temperandus mihi mœror, quàm alienandus affectus est: vt mulceātur magis desideria, quàm sopiantur. Non libet enim abire à fratre longius, & occupatione subduci: cùm velut comitandi eius gratia hic sermo susceptus sit, vt diutiùs sensu prosequar proficiscentem, & quem oculis teneo, mente complectar. In illo enim totam oculorum aciem figere libet: cum illo totis animorum officiis immorari, illum toto blanditiarum ambire obsequio, dum stupet animus: nec amissum credo, quem adhuc cerno præsentem: nec mortuum puto, cuius adhuc officia non requiro: quibus ego vitę meę usum, & spirandi omne munus addixeram. quid enim referam tantæ gratiæ, tanto labori? Ego te, frater, hæredem feceram: tu me hæredem reliquisti. Ego te superstitem optabam: tu me superstitem dimisisti. Ego pro muneribus tuis, vt compensarem beneficia, vota referebam; nunc & vota perdidi, sed tamen tua beneficia non amisi. Quid agam mei successor hæredis? Quid agam meæ vitæ superstes? Quid agam expers huius, quod capio, luminis? Quas grates, quæ munera referam tibi? Nihil à me, præter lachrymas, habes. Aut fortassè securus meriti tui, quas solas superstites habeo, lachrymas non requiris. Nam etiam cùm adhuc uiueres, flere prohibebas: mœroremque magis nostrum, quàm tuam mortem, tibi esse testabaris dolori. Prohibent vlteriús prodire lachrymæ, fletusque reuocant. Prohibet etiam

tui

tui gratiam, dum nostra deflemus, de tuis meritis desperare videamur. At certè, vt nobis etiam mœroris illius minuisti acerbitatem, non habeo quod timeam, qui timebam tibi: Non habeo, quod mihi iam mundus eripiat. Etsi sancta superſit ſoror Marcellina, integritate venerabilis, æqualis moribus, non impar officiis: ubi tamen ambo plus timebamus, in te vitæ huius iucunditatem repoſitam putabamus. Propter te viuere delectabat, propter te non pigebat mori. Te enim ambo ſuperſtitem precabamur, tibi nos ſuperuiuere non iuuabat. Quandò non cohorruit animus, cùm metus huiuſmodi titillaret? Quomodò consternata mens erat ægritudinis tuæ nuncio? Væ miseræ opinioni: putabamus redditum, quem videmus dilatum. Tuis enim votis apud ſanctum martyrem Laurẽtium impetratum eſſe nunc cognoſcimus commeatum, atque vtinàm non ſolum commeatum, ſed etiã prolixum vitę tempus rogaſſe. Potuiſti annos plurimos impetrare viuendi, qui potuiſti commeatum impetrare veniendi.

Marcellina ſoror S. Ambroſij virgo ſanctiſſima.

Cap. 5.

Et quidem tibi, omnipotens æterne Deus, gratias ago, quòd vel hæc nobis ſuprema ſolatia non negaſti, quòd amantiſſimi fratris ex Siculis Africanisvè regionibus exoptatum nobis reditum contuliſti. Ità enim maturè, poſtquàm venit, ereptus eſt, quasi propter hoc ſolum videretur eſſe dilatus, vt ad fratres rediret. Habeo planè pignus meum, quod nulla mihi peregrinatio iam poſſit auellere. Habeo quas complectar reliquias. Habeo tumulum, quem corpore tegã. Habeo ſepulcrum, ſuper quod iaceam: & commendabiliorem Deo futurum eſſe me credam, quòd ſupra ſancti corporis oſſa requieſcam. Vtinàm ſic potuiſsẽ aduersùs mortem quoquè tuam meum corpus obiicere. Si gladiis petitus eſſes, me pro te potiùs ſuffigendum dediſſem. Si exeuntem potuiſſem reuocare animam, meam potiùs obtuliſſem. Nihil mihi profuit vltimos habuiſſe anhelitus: nihil flatus in os inſpiraſſe morienti. Putabam enim, quòd aut tuam mortem ipſe ſuſciperẽ, aut meam vitam in te ipſe transfunderẽ. O infelicia illa, ſed tamen dulcia, ſuprema oſculorũ pignora. O amplexus miſeri, inter quos exanimũ corpus obriguit, halitus ſupremus euanuit. Stringebam quidem brachia, ſed iam perdideram, quem tenebã: & extremum ſpiritum ore relegabam, ut conſortium mortis haurirem. Sed neſcio quomodò vitalis ille mihi halitus factus eſt, & maiorem gratiam in ipſa morte redolebat. Atque vtinàm ſi tuam nequiui meo ſpiritu vitam producere, vel vltimi anhelitus tui vigor transfundi potuiſſet in meam mentem, & illam tui animi puritatem atque innocentiam noſter ſpiraſſet affectus. Hanc mihi hæreditatem, frater chariſſime, reliquiſſes, quæ non lachrymabili dolore percuteret affectum, ſed memorabili gratia cõmendaret hæredẽ.

Vide quod sanctus attribuat ſacris reliquiis.

Puritas et innocẽtia S. Satyri

Cap. 6.

Quid igitur nunc agam, cum omnes vitæ illius ſuauitates, cuncta ſolatia, cuncta denique ornamenta amiſerim? Tu enim mihi vnus eras domi ſolatio, foris decori. Tu (inquam) in cõſiliis arbiter, curæ particeps, deprecator ſolicitudinis, depulſor mœroris. Tu meorum aſſertor actuum, cogitationumque deſenſor: tu poſtremò unus, in quo domeſtica ſolicitudo reſideret, publica cura requieſceret. Teſtor ſanctam animã tuam, me in publicis Eccleſię id ſæpè veritum eſſe, nè diſplicerem tibi. Denique vbi rediſti, obiurgaſti modeſtiam: ita domi foriſque eruditor quidam & arbiter ſacerdotis, vt domeſtica cogitare non ſineres, publica curare cenſeres. Vt vereor, nè videar arroganter dicere. Hæc enim laudis tuæ portio eſt, quia ſine offenſione vlla & gubernaſti fratris domum, & commendaſti ſacerdotium. Sentio equidem, quòd repetendis officiis tuis, recenſendisque virtutibus afficiatur animus, ſed tamen in ipſa mei affectione requieſco: atque hę mihi recordationes etsi dolorem renouant, tamẽ afferunt voluptatem. An ego poſſum aut non cogitare de te, aut vnquàm ſine lachrymis cogitare. Et potero vnquàm, aut tanti non meminiſſe fratris, aut ſine lachrymabili quadam meminiſſe gratia? Quid enim mihi vnquàm iucundum, quod non eſſet ex te pfectum? Quid vnquàm mihi ſine te, aut tibi vnquàm ſine me voluptati fuit? Quis non vſus nobis, & propè vitus ipſe ſomnusque communis? Quæ diſcreta vnquàm uoluntas? quod non commune veſtigium, ferè vt cùm gradum tollerem, uel tu meum, uel ego tuũ corpus videremur attollere? Quod ſi quandò ſine altero prodeundum fuit, intectum latus putares, affectũ vultum cerneres, mœſtum animum indicares; non aſſueta gratia, non vigor ſolitus prænitebat: ſuſpecta omnibus ſolitudo metum alicuius ægritudinis afferebat. Ità nouum videbatur omnibus nos diuidi. Ego certè fraternæ oblitus abſentiæ, quasi præſentẽ, reflexa ſæpiùs ceruice, quærebam, & coram alloqui atque adſpicere videbar mihi. Sed tanquàm ſuſpenſum collo iugum, vbi ſperatis excideram, trahere me putabam: difficilis progredi, verecundus videri, & redire depropetans, quòd ſine te procedere non liberet. At verò vbi ambobus prodeundum fuit, non plura in itinere veſtigia, quam verba, nec inceſſus, quàm ſermo crebrior, nec ambulandi cura, ſed colloquendi gratia. Vterque enim noſtrum ex alterius ore pendebat. Non intento adſpectu legere iter, ſed mutuò ſolicitos excipere ſermones, haurire oculorum gratiam, ſpirare fraternę imaginis voluptatem. Quam virtutes tuas tacitus mecũ ipſe mirabar? Quàm plaudebam mihi, quòd tali me Dominus fratre donauerat, tam pudico, tam efficaci, tam innocenti, tam ſimplici: vt cùm tuam innocentiam cogitarem, efficaciã deſperarem: cùm efficaciam cernerem, innocentiam non putarem: ſed vtrunque mira quadam virtute iungebas. Denique ea, quæ ambo nequiueramus concludere, ſolus impleſti. Plaudebat ſibi, vt audio, Proſper, quòd ſacerdotii mei occaſione redditurum ſe, quæ abſtulerat, non putabat: ſed vehementiorem tuam vnius efficaciam expertus eſt, quàm duorum. Itaque ſoluit omnia, nec moderationi ingratus tuæ, nec illudens pudori, ſed & modeſtię gratus, nec inſolens efficacię. Sed cui, frater, illa quæſiſti? Nos enim idem volebamus laborum tuorum eſſe præmium, quod documentum erat. Peregiſti omnia, & vbi perfunct⁹ omnibus reuertiſti, tu ſolus nobis, qui omnibus es præferendus, eriperis: quasi ideò mortem diſtuleris, vt conſummares pietatis officium, palmam efficaciæ reportares. Quàm nec ipſi nos, frater chariſſime, ſeculi huius delectabant honores, quòd nos a nobis inuicem diuidebant: quos ideò adepti ſumus, non quia fuit eorum expetenda perceptio, ſed nè vilis diſſimulatio videretur. Aut fortaſſe ideò ſunt tributi, vt quia immaturo tui obitu, noſtrę futurus erat voluptatis occaſus, ſine nobis iam viuere diſceremus. Equidem præſagæ mentis agnoſco formidinem, dum reperio ſæpè, quæ ſcripſerim. Reuocabam te, frater, nè ipſe Africam peteres, ac potiùs aliquem deſtinares: timebam te committere viæ, fluctibus credere, & ſolito metus maior inceſſerat animum. Sed & peregrinationem explicuiſti, & rem ordinaſti, & veteri & ſentinoſo (vt audio) nauigio iterùm te fluctibus crediſti. Nanque dum celeritatem aucuparis, cautelam prætermiſiſti, auidus noſtræ gratiæ, diſſimulans periculi tui. O fallax lætitia, ò incerta humanarum rerum curricula. Ex Africa redditum, ex mari reſtitutum, ex naufragio ſeruatum, putabamus iam nobis non poſſe eripi: ſed grauiora naufragia in terris

Satyr⁹ gubernauit domũ S. Ambroſii

Mira animorũ fratrum conſenſio.

Nota uirtutes S. Satyri.

posti sustinemus. Nam quem non potuerunt naufragia maris mortem deducere, strenuus natatibus euitata, eius mors cœpit nobis esse naufragio. Quid enim superest suauitatis, quibus tam prædulce decus, tam charum in his mundi tenebris lumen extinctum est, in quo non nostræ solum familiæ, sed totius patriæ decus occidit?

Cap. 7. Dolor pu blic' mors S. Satyri. Habeo sanè vobis, fratres dilectissimi, plebs sancta, maximam gratiam, quòd non alium dolorem meum, quàm vestrum putatis, quòd vobis accidisse hanc nostri creditis solitudinem, quòd fletum totius ciuitatis, ætatum omnium, ordinum omnium, vota noua quadam pietate defertis. Non enim misericordiæ priuatæ dolor, sed quoddam publicæ officium & munus est gratiæ. Aut si qua vos mei tangit misericordia, quòd talem fratrem amiserim, habeo fructũ uberem, habeo vestri pignus affectus. Mallem fratrem viuere: sed tamen publicum officium in secundis rebus iucundius est, in aduersis gratius. Atque verò mihi mediocre meritum tanti videtur officij. Neque ociosè vel in Actibus Apostolorum Thabitam mortuam *Act. 9. Luc. 7.* flentes viduæ describuntur: vel in Euangelio mota lachrymis viduę prosequens turba funus adolescentis inducitur, cui resurrectio debebatur: illam tamen Thabitam viduæ, hunc tota ciuitas flenit. Non ergò dubium est, vestris lachrymis Apostolorum patrocinium comparari, non (inquam) dubium est, Christum misericordia motum, cùm vos flentes videret, etsi nunc non tetigit loculum, suscepit tamen commendatum spiritum: Etsi non appellauit corporis uoce defunctum, diuinæ tamẽ potestatis authoritate à cruciatibus mortis, & nequitiæ spiritalis incursionibus eius animam liberauit. Etsi non resedit in loculo, qui erat mortuus, tamen requieuit in Christo. Etsi non locutus est nobis, tamen ea, quæ supra nos sunt, cernit, & quę potiora sunt nobis, iam se videre lætatur. *Per lectio nẽ S. Euã gely que sunt futu ra intelli gimus.* Per ea enim, quæ in Euangelio legimus, quæ futura sunt intelligimus: & præsentium species, indiciũ est futurorum. Non opus fuit ei resurrectione temporali, cui æterna debetur. Quid enim in hanc miserã & ærumnosam recideret labem, atque in hanc flebilem vitam rediret, quem raptum magis esse ex tam imminentibus malis, vrgentibusque periculis gaudere debemus? Nam si pacato seculo, bellisque cessantibus, raptum Enoch nemo defleuit, sed magis prophe*Gen. 5. Sap. 4.*ta laudauit, sicut de illo scriptura dixit: Raptus est, nè malitia mutaret cor eius: quanto magis nunc iurè dicendum est, cùm ad seculi lubricum vitæ accedat ambiguum? Raptus est, nè manus incideret barbarorum? Raptus est, nè totius orbis excidia, mundi finem, propinquorum funera, ciuium mortes: nè postremò sanctarum virginum atque viduarum, quod omni morte acerbius est, colluuionem videret? Ego verò te, frater, tùm vitæ tuæ flore, tum mortis com moditate beatum arbitror. Non enim nobis ereptus es, sed periculis: non vitam amisisti, sed ingruentium acerbitatum formidine caruisti. Nam qua eras sanctę mentis misericordia in tuos, si nunc vrgeri Italiam tam propinquo hoste cognosceres, quantùm ingemisceres, quàm doleres in lapidum vallo summam nostræ salutis consistere, lignorumque concędibus construi murum pudoris? Qua afflictione mœreres, tam tenui discrimine tuos dissineri ab hoste impuro atque crudeli, qui nec pudicitiæ parceret, nec saluti? Quonam, inquam, hæc modo ferres, quæ nos perpeti, & fortassè, quod grauius est, spectare cogemur: rapi virgines, & auulsos à complexu parẽtum paruos liberos supra tale iactari, incestari sacrata Deo corpora, & senilè viduæ maturioris vterum, in usus deluetos onerum redire, non pignorum? Quonam, inquam, modo ista tolerares, qui etiam vltimo spiritu, tui iam fortassis oblitus, & adhuc nostri non immemor, de cauenda incursione barbarorum nos sępiùs admonebas, cõmemorans non frustrà te dixisse fugiendum: fortassè ideò, quòd nos destitui tua morte cernebas: quod nõ infirmitate animi, sed pietate faciebas. Erat infirmus *Symmachus pater S. Satyri.* nobis, tamẽ firmus tibi. Qui cùm à viro nobili reuocareris Symmacho tuo parente, quòd ardere bello Italia diceretur, quòd in periculum tenderes, quòd in hostem incurreres: respondisti hanc ipsam tibi causam esse veniendi, nè nostro deesses periculo, vt consortem te fraterni discriminis exhiberes. Felix igitur tam opportuno obitu, quia non es in hunc seruatus dolorẽ. Certè felicior, quàm sancta soror, quę tuo solatio destituta, de suo pudore solicita, duobus nupèr beata germanis: nunc ex duobus fratribus ærumnosa, neque alterum sequi potest, neque alterum derelinquere: cui tumulus hospitium tuus, & corporis tui sepulcrũ est domus. Atque vtinam uel hoc tutum diuersoriũ. Cibus in fletibus, potus in lachrymis. Cibum etenim dedisti nobis panem lachrymarum, & potum dedisti nobis in lachrymis in mẽsuram, aut fortassè vltra mẽsuram. Nam qnid de me loquar, cui neque mori licet, *Psal. 77.* nè sororem relinquam: neque viuere libet, nè à te reuellar? Quid enim mihi sine te potest esse iucundum, in quo omnis semper fuit nostra iucunditas? Aut quid diutiùs in hac uita degere iuuat, atque in terris morari, in quibus tandẽ iucundè viximus, quãdiù simul viximus? Etsi esset, quod hic delectare nos posset, sine te delectare non posset. Etsi quandò voluissemus impensè vitam producere, iam tamen sine te esse nollemus. Hec intolerabilia. Quid enim tolerabile sine te tanto vitę comite, tanto laborum meorum officiorũque consorte? Cuius ego casum, quò esset tolerabilior, nec pręmeditari potui: ità pauebat aius de illo ta le aliquid cogitare, nõ quò conditionẽ ignorarẽ: sed quidã votorũ vsus sensum cõmunis fragilitatis obdu xerat, vt de illo, nisi secũda omnia cogitare nescirem.

Denique proximè cùm graui quodã, vtinam *Cap. 8.* supremo, vrgerer occasu, hoc solù dolebam, qnòd nõ ipse assideres lectulo, ac votiuum mihi cum sancta sorore partitus officium, morientis oculos digitis tuis clauderes. Quid optaueram? Quid rependo? Quæ nota deficiunt? Quæ ministeria succedunt? Aliud pręparabam: aliud exhibere compellor, non iam ipse ministerium funeris, sed minister. O dura oculorum lumina, quæ potuistis fratrem videre morientem. O immites & asperæ manus, quę clausistis oculos, in quibus plùs videbam. O durior ceruix, quæ tam lugubre on' consolabili licèt obsequio, gestare potuisti. Hęc tu, frater, mihi iustiùs exhiberes. Hæc ego à te expectabam. Hæc ego officia desiderabã. Nunc verò ipse meæ vitæ superstes, quod sine te solatium capiam, qui sol' mœrentem solari solebas, excitare lętitiam, mœstitudinem propulsare? Qualem te nũc ego, frater, adspicio, iam nulla mihi verba referentem, iam nulla offerentem oscula? Quãqnàm ità mutuus semper vtrique nostrum insederit amor, vt interiore potiùs foueretur affectu, quàm forensi blanditia diuulgaretur. Neque enim alinrum quęrebamus testimonium, qui tantam nostri gratiam tenebamus. Ità virilis se vtrique nostrum germanitatis succus infuderat, nt non blanditiis probare amorem, sed conscia mente pietatis interno amore contenti, fucum blanditiarum non requirere videremur, quos & ipsa in amorem mutuum imago formaret. Nescio enim qua expressione mentis, qua corporis similitudine alter in altero videba*Mira similitudo in sanctis fratribus.* mur. Quis te adspexit, qui nõ me visum putaret? Quoties aliquos salutaui, qui quoniam te priùs consalu tauerant, se à me iam dicerent salutatos? Quanti tibi

tibi dixerunt aliquid, qui se mihi dixisse memorarẽt? Quæ mihi hinc gaudia, quanta frequenter oborta lætitia, quòd eos errare in nobis cernerem? Quam gratus error, quàm iucũda prolapsio, quàm religiosa fallacia, quàm suauis calumnia? Neque enim de tuis erat aliquid aut factis, aut sermonibus, quod timerem, qui mihi tua lætabar ascribi. Tamen si vehementiùs contenderent, quòd se mihi aliquid intimasse memorarent, respondebam ridens & gaudens, Videte ne fratri dixeritis. Nam cùm omnia nobis essent nostra cõmunia, indiuiduus spiritus, indiuiduus affectus: solùm tamen commune non erat secretum amicorum: non quò conferendi periculum vereremur, sed tenẽdi seruaremus fidẽ. Sanè si consilio pendenda res esset, erat semper commune cõsilium, non semper commune secretum. Nam etsi amici ità alteri nostrum dicerent, ut dicta sua ad alterutrum peruenirent: tamen scio plerunquè ità fidem secreti esse seruatam, ut nec fratri committeretur. Erat enim fidele indicium, & extraneo non esse proditum, quod non esset cum fratre collatum. His igitur tantis ac talibus bonis in excessũ quendam, fateor, mentis elatus, superstitem me timere desieram, quòd illum vita crederem digniorem. Et ideò excepi plagã, quam ferre non possum. Tolerabiliora enim tanti doloris pręmeditata, quàm inexplorata, vulnera.

Fratrib⁹ istis idiuiduus spiritus, un⁹ affectus, oia cõia.

Cap. 9. Quis iam męstum solabitur? Quis afflictũ leuabit? Cum quo participabo curas? Quis me abistius mundi vindicabit vsu? Tu enim actor negociorum, censor seruulorum, arbiter fratrum: non litis, sed pietatis arbiter. Nam si quando aliquid cum sancta sorore mihi conferendum fuit, vtra melior videretur sententia, te iudicem sumebamus: qui nullius lęderes os, atque utrique satisfacere gestiens, & amandi affectum tenebas, & censendi modum: ut utrunque gratum dimitteres, & vtriusque tibi gratiam vindicares. Aut si ipse aliquid disceptandum deferres, quam grata contentio tua? quàm sine felle ipsa ĩdignatio? quàm seruulis ipsis coercitio non amara? cùm te fratribus magis deferre, quàm ex affectu diceres uindicare. Nobis enim professio repressit studia coercendi. Immò tu frater, ab omni nos abducebas coercionis affectu, uindicare pollicens, & lenire desiderans. Non mediocris igitur prudentię testimonium, quæ ità a sapientibus definitur: Bonorum primum esse, Deum scire, & verum illud atque diuinum pia mente venerari: illam amabilem & concupiscendam æternæ pulchritudinem veritatis, tota mentis charitate diligere. Secundum autem, in proximo a diuino illo fonte atque cælesti naturæ deriuare pietatem. Quod etiam mundi sapientes nostris hausere de legibus. Neque enim deriuare ista in hominum disciplinas, nisi de cælesti illo diuinæ legis fonte potuissent.

Prudẽtia definitur.

Cap. 10. Quid igitur obseruantiam eius erga Dei cultũ prędicem? qui priusquàm perfectioribus esset initiatus mysteriis, in naufragio constitutus: cùm ea, qua veheretur, nauis scopuloso illisa vado, & vrgentibus hinc atque indè fluctibus solueretur, nõ mortem metuẽs, sed nè vacuus mysterii exiret è vita, quos initiatos esse cognouerat, ab his diuinum illud fidelium sacramentum poposcit: non ut curiosos oculos insereret arcanis, sed ut fidei suæ consequeretur auxilium. Etenim ligari fecit in oratio, & orarium inuoluit collo, atq; ita se deiecit in mare, non requirens de nauis cõpage resolutam tabulam, cui supernatans iuuaretur, quoniam fidei solius arma quæsierat. Itaq; his se tectum atque munitum satis credens, alia auxilia nõ desiderauit. Simul fortitudinem eius spectare licet, qui satiscente remigio non quasi naufragus tabulã sumpsit, sed quasi fortis, ex seipso adminiculũ suę virtutis assumpserit. Nec deseruit spes, nec fefellit opinio. Deniquè primus seruatus ex vndis, & in portum terrenę stationis euectus, præsulẽ suũ, cui se crediderat, recognouit: statimque vbi etiã cæteros seruulos suos, vel ipse liberauit, vel libertos comperit, negligẽs facultatem, nec amissa desiderãs, Dei ecclesiam requisiuit, ut ageret gratias liberatus, & mysteria æterna cognosceret, pronuncians nullum referendæ gratiæ maius esse officium. Quòd si homini non referre, simile homicidio iudicatum est: quantum crimen est, nõ referre Deo? Est ergò prudentis, agnoscere seipsum, & quemadmodùm a sapientibus definitum est, secundùm naturam viuere. Quid enim est tam secundùm naturam, quàm referre authori gratiam? Adspice cælũ hoc, nónne authori refert gratiam, cúm videtur? Cæli enim enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Mare ipsum cúm sedatum atque tranquillum est, diuinæ serenitatis testatur indiciũ: cúm mouetur, indignatio superna terrori est. Nónne omnes Dei gratiam iurè miramur, cùm aduertimus quòd insensibilis natura quadam sensibili ratione suos fluctus coerceat, & fines suos vnda cognoscat? Nã de terris quid loquar, quæ diuino obedientes pręcepto, omnibus sponte animantibus pabulum subministrant: atque id quod acceperint agri, velut crescentibus usuris, multiplicatum, cumulatumque restituunt? Ergò ille, qui natura duce diuini rationẽ operis igneo mentis vigore perceperat, sciuit primò omnium seruatori suo gratiam esse referendam. Sed quia referre non poterat, habere poterat. Est enim huiuscemodi gratiæ vis, vt & cùm refertur, habeatur: & habendo referatur. Referebat igitur gratiam, deferebat fidem. Nam qui tantum mysterij cęlestis inuoluti in orario præsidium fuisset expertus, quantum arbitrabatur si ore sumeret, & toto pectoris hauriret arcano? Quàm maius putabat fusum in viscera, quod tantùm sibi tectum in orario profuisset? Sed non ità auidus fuit, ut esset incautus. Scimus enim plerosq; auiditate studii prætermittere cautionem. Aduocauit ad se Episcopum, nec vllam veram putauit, nisi verę fidei gratiam: percontatusque ex eo est, vtrumnam cũ Episcopis catholicis, hoc est, cum Romana ecclesia conueniret. Et fortè & ad id locorum in schismate regionis illius Ecclesia erat. Lucifer enim se a nostra tũc temporis communione diuiserat: & quanquàm pro fide exulasset, & fidei suæ reliquisset hæredes, nõ putauit tamen fidem esse in schismate. Nam etsi fidem erga Deum tenerent, tamen erga Dei Ecclesiam nõ tenerent: cuius patiebantur velut quosdam artus diuidi, & membra lacerari. Etenim cùm propter Ecclesiã Christus passus sit, & Christi corpus Ecclesię sit, non videtur ab his exhiberi Christo fides, a quibus euacuatur eius passio, corpusque distrahitur. Itaque quanuis gratiæ fęnus teneret, & metueret tanti nominis debitor nauigare: tamen eò transire maluit, ubi tutò posset exoluere. Indicabat enim diuinę solutionem gratię in effectu ac fide esse: quam quidem statim, vbi primùm copia liberior Ecclesiæ fuit, implere non distulit. Dei gratiam & accepit desideratam, & seruauit acceptam. Nihil igitur ea prudentia sapientius, quæ diuina & humana secernit. Nam quid spectatam stipendiis forensibus eius facundiam loquar? Quàm incredibili admiratione in auditorio præfecturę sublimis emicuit? Sed màlo illa laudare, quæ perceptis mysteriis Dei, duxit humanis esse potiora. Fortitudinẽ quoquè eius si quis pleniùs spectare volet, cõsideret quotiès post naufragium inuicto quodam contemptu vitæ huius maria transfretauerit, diffusasque regiones obeundo peragrarit. Postremò, quòd hoc ipso tempore periculum non refugerit, sed ad periculum uenerit,

Nota de Euchari stia vna specie.

Ingratitudinis ĩmane vitiũ.

Psal. 18.

Gratia Deo creatori referenda pro oĩb. creatis, & beneficijs suis.

Nota de Romana Ecclesia.

Christus pp suam Ecclesiã passus.

rit, patiens iniuriæ, negligens frigoris, atque vtinàm solicitus cautionis: sed hoc ipso beatus, quòd dum licuit vigore vti corporis, inoffenso ad exequenda quæ vellet functus iuuentutis officio, vitam viuit, debilitatē ignorauit. Qua verò prosecutione simplicitatem eius edisseram? Ea est enim quędam morum temperantia, mentisque sobrietas.

Simplicitas quid sit.

Cap. 11.

Date, quæso, veniā, & permittite dolori meo, vt de eo mihi paulò vberiùs liceat loqui, cum quo iam non conceditur colloqui. Certè & vobis proficit, vt aduertatis non fragilitate quadam vos hoc officium, sed iudicio detulisse: nec misericordia mortis impulsos, sed virtutū honorificentia prouocatos. Anima enim benedicta omnis simplex. Tantę autem simplicitatis erat, vt conuersus in puerum, simplicitate illius ętatis innoxię, perfectę virtutis effigie, & quodam innocentium morum speculo reluceret. Intrauit igitur in regnum cælorum, quoniā credidit Dei verbo: quoniam si vt puer artem repulit adulandi, iniuriæ dolorem clementer absorbuit, quā clementiùs vindicauit, querelæ, quàm dolo, promptior: satisfactioni facilis, difficilis ambitioni, sanctus pudori: vt frequenter in eo superfluam magis verecundiam prędicares, quàm necessariā quęreres. Sed nūquàm superflua fundamēta virtutis. Pudor enim non reuocat, sed commendat, officium. Itaque velut quadam virginali verecundia suffusus ora, cum vultu affectum proderet, si fortè aliquam subitò veniens offendisset parentem, velut depressus & quasi deuersus in terram, licèt in ipso nequaquam dissimilis cœtu virorum, tarus attolere os, eleuare oculos, referre sermonē: quod pudico quodam mentis pudore faciebat, cū quo castimonia quoquè corporis congruebat. Etenim intemerata sacri baptismatis dona seruauit, mundus corpore, purior corde, non minùs adulterini sermonis opprobriū, quàm corporis abhorrescens: non minorem ratus pudicitię reuerentiam deferendam integritate verborū, quàm corporis castitate. Deniquè intantùm castimoniam dilexit, vt nec vxorem expeteret: licèt in eo nō solùm castitatis appetentia fuerit, sed etiam pietatis gratia. Miro autem modo & coniugium dissimulabat, & iactantiam declinabat: tantaque erat dissimulatio, vt nobis quoquè vrgentibus, differre magis consortiū, quàm refugere videretur. Hoc vnum itaque fuit, quod nec fratribus crederet, non aliqua cunctationis hęsitantia, sed virtutis verecundia.

Praclara B. Satyri simplicitas.

Magna verecundia.

Seruauit baptismi innocētiā.

Cap. 12.

Quis igitur non miretur virum inter fratres duos, alteram virginem, alterum sacerdotē, ætate mediū, magnanimitate non imparem, itā inter duo maxima munera pręstitisse, ut alterius minoris castitatem, alterius sanctitatem referret, non professionis vinculo, sed virtutis officio? Ergò si libido atque iracundia, reliquorum vitiorum educatrices sunt, iure castitatē atque clementiam dixerim quasdam virtutum parentes: Quanquàm pietas quoquè, ut omnium principatus bonorum, ita etiam seminarium uirtutum est cęterarum. Nam de parsimonia quid loquar, & quadā habendi castitate? Is enim non quærit aliena, qui sua seruat: nec inflatur immodicè, qui contentus est proprio. Nihil ergò aliud, nisi proprium recuperare voluit, magis nè fraudaretur, quàm vt ditaretur. Nā eos, qui aliena quærunt, rectè accipitres pecuniæ nominabat. Quòd si radix malorum omniū auaritia est, vtique vitia cauit, qui pecuniam non requirit. Non unquam accuratioribus epulis, aut congestis ferculis delectatus est, nisi cùm amicos ad epulas rogaret: quantum naturæ satis esset, nō quantum uoluptati superesset, requirens. Et certè erat non pauper opibus, sed tamen pauper spiritu: quoniam ipsorum est regnū cęlorum. De istius beatitudine nequaquàm vtique dubitare debemus: qui neque vt opulens exultauit in diuitiis, neque vt pauper exiguum, quod habuit, iudicauit.

Libido et ira, vitiorū nutrimenta.

Pecunia accipitres qui sint.

1. Tim. 6

Mat. 5.

Cap. 10.

Superest vt ad conclusionem cardinalium virtutū, etiam iustitiæ partes in eo debeamus adnectere. Nam etsi cognatę sint inter se, concretæque uirtutes, tamē singularum quædam forma & expressio desideratur, maximeque iustitię. Ea enim sibi parcior foris tota est: & quicquid habet, quadam inclementia sui, dum rapitur amore communi, transfundit in proximos. Sed huius multiplex species. Alia erga propinquos, alia erga vniuersos, alia erga Dei cultum, vel adiumētum inopum. Itaque qualis in vniuersos fuerit, prouincialium, quibus pręfuit, studia docent: qui parentem magis fuisse proprium, quàm iudicem loquebantur, gratum piæ necessitudinis arbitrum, constantem æqui iuris disceptatorem. Inter fratres autem qualis fuerit, licèt omne hominum genus beneuolentia cōplecteretur, indiuisum patrimoniū docet, nec distributa, aut delibata, sed reseruata hęreditas. Etenim pietatem sibi causam esse negauit testandi. Nā hoc quoquè vltimo sermone signauit, cùm quos dilexerat cōmendaret, sibi nec vxoris arbitrium fuisse ducendæ, nè a fratribus diuelleretur: nec testamenti faciēdi voluntatem, nè nostrum in aliquo arbitrium læderetur. Deniquè & oratus, & obsecratus à nobis, nihil tamen condendum putauit, non oblitus pauperum, sed tantum obsecrans esse tribuendum, quantum nobis iustū videretur. Quo vno satis & diuini timoris expressit indicium, & humanæ edidit religionis exemplum. Nā quod pauperibus contulit, Deo detulit. Quoniā qui largitur pauperi, Deo fœnerat: & postulando quod iustum est, non exiguum, sed totum, reliquit. Hæc.n. est summa iustitiæ, vendere quæ habeas, & conferre pauperibus. Qui enim dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in ęternum. Ergò dispensatores nos, non hæredes reliquit. Nam hæreditas successori quęritur, dispensatio pauperibus obligatur. Vndè nō immeritò quantus fuerit, hodiè quoquè per vocē lectoris paruuli spiritussanctus expressit: Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vanum animam suam, nec fecit proximo suo dolum. Hæc est generatio requirentium Deum. Hic ergò & in montem Domini ascendet, & in tabernaculo habitabit Dei: quia ingressus sine macula, operatus est iustitiam, locutus est ueritatem, non decepit proximum: nec pecuniam fęneratus est suam, qui semper voluit recuperare hæreditariam. Agnosco oraculum: quod enim nulla ordinauit dispositio, spiritus reuelauit.

Iustitia S. Satyri.

Noluit testamentū facere.

Prou. 19.

Psal. 111.

Psal. 23.

Cap. 14.

Quid uerò illud recenseam, quòd supra ipsam iustitiam pietate progressus, cùm quædam incubatori communium fructuum, mei contemplatione muneris putaret esse tribuēda, largitatis me iactabat authorem, portionis suæ lucrum ad commune consortium conferebat? Hæc & alia, quæ mihi tunc erant voluptati maximę, nunc recordatione doloris exasperant. Manent tamen, eruntque semper, nec tanquàm vmbra prætereunt, neque uirtutis gratia cum corpore occidit, nec idem naturæ meritorumque finis: licèt ipsius naturæ vsus non in æternum occidat, sed temporali quadam vacatione requiescat. Talibus igitur perfunctum uirtutibus, ereptum periculis, desiderio magis quàm amissione flebo. Suadet enim ipsa opportunitas mortis, ut prosequendum magis gratia, quam dolendum putemus. Scriptum est enim, in cōmuni dolore proprium vacare debere. Neque enim prophetico sermone vni illi mulieri, quæ figuratur, sed singulis dicitur, cùm Ecclesiæ dictum uidetur. Dicit ergò & ad me, & dicit scriptura cælestis: Hoccine doces, sic instituis Dei plebem? An nescis, quia exemplum tuum, periculum

Non idē naturæ atque meritorum finis.

culum

culum cęterorum est? Nisi fortè exauditum non esse te quereris. Primum istud arrogantis est impudentię: mereri solum velle, quod multis etiam sanctis negatum nôueris, cùm scias quia non est personarum acce- *Act. 10.* ptor Deus. Nam etsi misericors Deus, tamen si semper exaudiret omnes, nô iam ex voluntate libera, sed ex quadam velut necessitate facere videretur. Deindè cùm omnes rogent, si exaudiret omnes, nemo ergò moreretur. Pro quantis quotidiè rogas? Nunquid constitutio Dei, contemplatione soluēda est tui? Cur ergò non impetratum aliquandò doles, quod nô semper impetrabile esse cognoscis? Stulta, inquit, sup om- *4. Esdr. 10.* nes mulieres, nônne vides luctum nostrum, & quæ nobis contigerunt? Quoniam Sion mater nostra omniū, in tristitia cōtristatur, & humilitate humiliata est. Lugete validissimè & nunc, quoniam omnes lugemus: & tristes estote, quoniam omnes contristati sumus. Tu enim contristaris in fratre. Interroga terram, & dicet tibi, quoniam hæc est, quæ debeat lugere tantorum superstes germinum: Et ex ipsa, inquit, initiò omnes nati: & alii venient, & ecce penè omnes in perditionem ambulant: & in exterminium fit multitudo eorum. Et quis ergò debet lugere magis, nisi quæ iam *Nō sunt deflendi quos cernimus ab hoc seculo nequā liberatos.* magnam multitudinem perdidit, quàm tu, qui pro uno doles? Absorbeat igitur nostrum dolorem cōmunis dolor, & acerbitatem proprii mœroris excludat. Non enim dolere debemus eos, quos cernimus liberatos. Neque enim ociosè tam sanctas hoc tempore animas corporis uinculis reminiscimur absolutas. Nāque velut diuino iudicio tam graues viduas ita vno tempore defunctas videmus, vt profectionis quidam uideatur excessus, non mortis occasus: nè veterana emeritis stipendiis pudicitia dubium diù seruari pudoris incideret. Quos gemitus mihi, quos dolores tā acerba excitat recordatio? Et si mœroribus non uacabant, tamen in ipso dolore priuato, in ipso tantorum amisso flore meritorum, communis quędam naturæ me conditio solabatur: desinausque in vno dolor, acerbitatem publicæ funeris domesticę specie pietatis obduxerat.

Reperio ergò, sacra scriptura, solatia tua. Iuuat enī *Cap. 15.* tuis præceptis, tuis sententiis immorari. Quia facilius *Luc. 6.* est cælum & terram præterire, quàm de lege vnū api- *4. Esd. 10* cem cadere. Sed iam audiamus, quæ scripta sunt: Nūc, inquit, retine apud temetipsum dolorem tuū, & fortiter fer qui ubi contigerunt casus. Si enim iustificaueris terminum Dei, & filium tuum recipies in tempore, & in mulieribus collaudaberis. Si hoc ad mulierē, quanto magis ad sacerdotem? Si de filio, non utiquè absurdum etiam de fratrum amissione talia memorari: quanquàm si mihi fuisset filius, nunquàm eum amplius dilexissem. Nam sicut in obitu liberorum effusi labores, suscepti frustrà dolores, mœrorem videntur augere: ità etiam in fratribus consuetudinis vsus atq; collegii, acerbitatem doloris accendunt. Sed eccè dicentem scripturam audio: Noli facere hūc sermonē, *Ibidem.* sed consenti persuaderi. Qui enim fles casus Sion, & consolare propter dolorem Hierusalem. Vides enim, quia sancta nostra contaminata sunt, & nomen, quod nominatum est super nos, penè prophanatum est: & iuuenes nostri contumeliam passi sunt, & sacerdotes nostri succensi sunt, & Leuitę nostri in captiuitate fuerunt, & mulieres nostræ cōtaminatæ sunt, & virgines nostræ uim passæ: & iusti nostri rapti, & paruuli nostri proditi sunt, & iuuenes nostri seruierūt, & fortes nostri inualidi facti sunt. Et quod omnium maius signaculum Sion, quoniam resignata est de gloria sua nunc, & tradita est manibus eorum, qui nos oderunt. Tu ergò excute multam tuam tristitiam, & depone abs te multitudinem dolorum, ut tibi propitietur fortis, & requiem faciat tibi altissimus requietionem dolorum.

Cessabunt igitur lachrymæ. Parendum est enim re- *Cap. 16.* mediis salutaribus, quia debet aliquid inter fidos & perfidos interesse. Fleant ergò, qui spem resurrectio- *1. Thes. 4.* nis habere non possunt: quam non sententia Dei eripit, sed fidei inclementia. Intersit inter Christi seruulos, idolorumque cultores: vt illi fleant suos, quos in perpetuum existimant interisse. Illi nullas habeant lachrimarum ferias, nullam tristitiæ requiem cōsequā- *Mors piis nō naturæ sed vitæ huius finis est.* tur, qui nullam putant requiem mortuorum. Nobis verò, quibus mors non naturę, sed vitæ istius finis est, quoniam in melius ipsa natura reparatur, fletus omnes casus mortis abstergat. Certè si illi sibi aliqua solatia repererunt, qui finem sensûs defectumq; naturę, mortem arbitrati sunt: quanto magis nos, quibus meliora post mortem præmia bonorum factorum conscientia pollicetur? Habent gētiles solatia sua, quia requiem malorum omnium, mortem existimant. Et vt vitæ fructu carent, ità etiam caruisse se putant omni sensu & dolore pœnarum quas in hac vita graues & assiduas sustinemus. Nos uerò vt erectiores prę̨mio, ità etiam patientiores solatio esse debemus. Non enim amissi, sed præmissi videntur, quos non absumptura mors, sed æternitas receptura est.

Cessabunt ergò lachrymæ, aut si cessare non pote- *Cap. 17.* runt, in communibus lamentis flebo te, frater: & sub dolore publico, domesticos gemitus tegam. Nam cessare qui poterūt, cùm ad omnem sonum nominis tui lachrymę surrepant, vel cum vsus ipse recordationē excitat, vel cùm affectus imaginem repræsentat, vel cum recordatio dolorem renouat? Quādò enim dees, qui tantis officijs repræsentaris? Ades, inquam, & semper offerris: & toto te animo ac mente complector, adspicio, alloquor, osculor, comprahendo, vel in ipsa quiete nocturna, vel in luce clara, cùm reuisere & so- *Etiā clara luce sæpè S. Satyrus apparet fratri suo.* lari dignaris mœrentē. Deniquè ipsæ iam noctes, quæ quasi molestiores viuente te, videbantur, quòd mutui cōspectus copiam denegarent: ipse iam somnus, colloquiorum nostrorum dudùm interruptor inamabilis, dulcis esse iam cœpit, quia te mihi reddidit.

Non igitur miseri, sed beati, quorum nec pręsentia *Cap. 18.* deficit, nec cura minuitur, & augetur gratia. Etenim somni similis imago mortis. Quòd si in quiete nocturna vinculis adhuc corporeis inhęrentes, & quasi inter carceraria religatæ claustra membrorum, possunt tamen animæ altiora & discreta perspicere: quanto magis spectāt hęc, cùm iam puro æthereoque sensu, nulla corporeæ labis impedimenta patiuntur? Metitoque mihi conquerenti, vrgente quodam iam in occasum die, quod non reuiseres quiescentem: totus omni tempore indiuiduus, affuisti, ità vt illo persusus sopore membrorum, cùm ego vigilarem tibi, tu viueres mihi, dicerem: Quid est mors, frater? Nam certè nullis à me separare momentis. Ità enim ubiquè præstò eras, vt quam in istius vitæ vsu habere copiam nequibamus, nunc nobis semper & ubiquè præsto sit. Nam tunc utiquè omnia præstò esse nô poterant: nec enim complexiones nostræ, conspectusque & osculorum corporalium suauitates, locis omnibus & omnibus temporibus suppetebant. Animorum imagines semper nobiscum erant, etiam quandò non eramus vna: quę ne nunc quidem occiderunt, assidueque aduolant, quo maiore desiderio, eo maiore copia. Teneo igitur te, frater, nec mihi te aut mors, aut tempus auellet. Ipsæ dulces lachrymę sunt: ipsi fletus iucundi, quibus restinguitur ardor animi, & quasi relaxatus euaporat affectus. Neque enim sine te esse possum, aut tui non meminisse unquàm: aut meminisse sine lachrymis. O amari dies, qui interruptam copu-

lam

Nō potuit meminisse fratris sui sine lachrymis S. Ambrosius.

Iam pródiitis. O flebiles noctes, quæ tam bonum consortium quietis, & indiuiduum mihi comitem perdidistis. Quas ederetis cruces, nisi se offenderet imago præsentis, nisi visiones animi repræsentarent, quę species corporis denegaret? Iamiam frater animo meo charissime, quàquam immaturo decesseris obitu, beatus tamen qui ista non sustines, nec amissum fratrem mœrere compelleris, quem absentem diu ferre nó poteras, sed recursu celeri reuisebas. Quod si tunc solitudinis meæ tędia repellere, mœstitiam fraternæ mentis ableuare properabas: quanto nunc crebriùs afflictum animum debes reuisere, & ex te conceptum, per te lenire, mœrorem? At mihi tamen dat aliquas officii vsus inducias, & obsequii sacerdotalis intentio abducit animum.

Cap. 19

De sancta verò sorore quid fiet? Quę licèt diuino metu pietatem temperet, rursus tamen ipsum pietatis dolorem studio religionis accendit. Strata humi, & totum gremio sui complexa tumulū, laborioso fessa incessu, tristis affectu, dies noctesque mœrorē integrat. Nam licèt fletum plerunquè sermone suspendat, in oratione renouat. Et quanuis scripturarum memoria consolationes serentibus præcurrat, flendi tamen desiderium precandi assiduitate compensat, lachrymarum vbertatem tunc pręcipuè, quandò nemo interrumpere possit, instaurans. Itá quod miserearis, habes: quod reprehendas, non habes. Flere enim in oratione, virtutis est. Et quanquàm illud familiare virginibus, quibus mollior sexus, tenerior affectus contuitu communis fragilitatis, in lachrymas etiam sine domestici sensu doloris exuberat: tamē cùm maior causa mœrendi est, finis mœroris excluditur. Deest igitur consolandi via, quia suppetit excusandi gratia. Neque enim possis prohibere, quod doceas, præsertim cùm religionis adstruat lachrymas, non doloris: & cōmunis seriem deplorationis, metu pudoris obtexat. Cōsolare ergò, qui potes adire animum, penetrare mentem. Cernat te esse præsentem, sentiat non esse defunctum: ut cuius secura de merito, eius functa solatio, discat pro eo non grauiter dolere, qui se admonuerit non esse dolendum.

Marcellina valdè dolet obitu fratris Satyri.

Flere in oratione, magna virtutis est.

Cap. 20.

Sed quid ego te morer, frater? quid expectē, ut nostra tecum commoriatur & quasi consepeliatur oratio? Licèt ipsa species & exanimis corporis forma soletur, oculosque manens gratia & permanens figura demulceat: nihil, inquam, moror. Procedamus ad tumulum. Sed priùs vltimum coram populo vale dico, pacem prædico, osculum soluo. Præcede ad illam cō munem omnibus & debitam, sed iam mihi præ cæteris desiderabilem, domum. Para hospiti cōsortium: & quemadmodùm hic omnia nobis fuere cōmunia, ita illic quoquè ius dimiduum nesciamus. Nè, quęso, cupientem tui diù deferas: properantem exspecta, festinantem adiuua: & si diutiùs morari tibi videbor, accerse. Neque enim vnquàm prolixiùs absuimus a nobis: tu tamen solebas reuisere. Nunc quoniam tu redire iam non potes, nos ad te ibimus, æquum est ut officium rependamus, subeamus vicem. Nūquam nobis fuit vitæ conditio discretior. Semper aut sanitas aut ęgritudo communes, ut cùm alter ęgresceret, alter in morbum incurreret: cùm alter reualesceret, uterque consurgeret. Quomodò ius nostrū amisimus? Et nunc consortiū ægritudinis fuit, quomodò mortis consortium non fuit? Tibi nunc, omnipotēs Deus, innoxiam commendo animam: Tibi hostiam meā offero. Cape propitius & serenus fraternum munus, sacrificium sacerdotis. Hæc mei iam liba præmitto. In hoc ad te pignore venio: non pecuniæ, sed vitæ pignore: nè me diutiùs residere facias tanti fœnoris debitorem. Non mediocris est fraterni amoris vsura, nec vilis naturæ sors, quam cumulauit incrementum virtutis. Possum ferre, si citò cogar exoluere.

Cupit dissolui et suo fratri adiungi S. Ambrosius.

Pa∫sio S. Iannarij Episcopi Beneuentani, Festi & Proculi Diaconorum & sociorum, describitur in Vita S. Sosij Leuitæ & martyris, infra 23. Septembris. Itaque Lectorem eò remittimus.

MARTYRIVM SANCTORVM MARtyrum Trophimi, Sabbatij, & Dorymedontis: authore Simeone Metaphraste.

19. Septēbris.

Cap. 1.



MPIO Probo tenente sceptra Imperii Romanorū, Vicarii magistratu Antiochiæ fungebatur Atticus, quem etiam vocabant Heliodorum. Cùm peragereture autem eatrialis natalis Daphnæi Apollinis, Antiochia quidem, vt est consentaneum, in tripudiis, ebrietatibus & sacrificiis totum diem transigebat. Illo autem die ex ęterna regione aduenientes Trophimus & Sabbatius viri pii & adoratores veritatis, sed quorū nondùm erat manifesta pietas, cùm animarum tantam adspexissent captiuitatem, grauiter & ex imo pectore suspirans Trophimus: Deus, exclamauit, (voci quoq; commixtis lachrymis) qui verbo quidē ex ijs, quę non erant, vniuersum constituisti, hominem autē ad imaginem tuā propria manu es fabricatus, tu benignè nunc adspice, & eripe istos á manu aduersarij.

Natalem Apollinis colūt Antiochem.

Hęc Deo dixit Trophimus. Repentè autē eum cū Sabbatio comprehendunt quidā ea gentilibus, & ducunt ad Vicariū. Qui cùm eū coràm curàsset sistendū, loco quidem statim separat á se inuicem, quos nó poterat spiritu seiungere. Rogat autē priùs Trophimū, quodnam esset ei nomen, quę vitæ cōditio, & quæ religio. Vir autem diuinus: Nomen quidem meū, dixit, ab ipso ortu est Trophimus. Cùm verò ab initio ingenuus essem & liber natus, non sine probro & dedecore seruij peccato: sed rursùs mei Christi baptismate recepi primam illam ingenuitatem & libertatem.

Trophimus & Sabbatius cōprehenduntur.

Cap. 2.

Libera S. Trophimi confessio.

Vicarius verò, Quamnam autem, inquit, sequeris religionem? Iam quidem dixi, inquit Trophimus. Sed audi adhuc apertiùs: Sum Christianus, Christi seruus: & vtinàm Christi essem victima. Ille autem: Hospésne es, inquit, an indigena? Hospes, qui erat verè mūdi hospes, respondit. Legisti, inquit Præses, quæ Imperatoria decreuit potentia? Legi, inquit Trophimus: Sed hæc nihil ad nos: nam inter dęmonum deceptionē & pietatem multum interest: & tantum, quantum, vt arbitror, inter diem & noctē. Hæc ira replēt Heliodorum: & statim iubet eū nudatum, à quatuor extendi & verberari vehementiùs. Atque ei quidem, fera quauis crudeliùs, corpus flagellis caedebant: illinc autē fluētes riui sanguinis, subiectum solum altè reddebāt purpureum: & interim. Sacrifica infelix, dicebat Heliodorus, neque maledictis incesse deos & Imperatorem. An ne carnes quidem tuas vides paulatim dissolui, & diffluere? Ille autem: Te, inquit, intuens, magis misereor tuæ calamitatis, quòd cùm sis homo, habes animam feris agrestiorem, nullam in tuam cognationē ostendens humanitatem. Ego autem quomodò potui Christi mei virtute, ferre plagas citra molestiā, & cū gaudio: ita etiam horum spectaculū castissimo esse oculorum delicias, eorum, quæ sperantur, expectatione, sensum dolorum auferente. Et alioqui animam scit expurgare ab omni macula hic sanguis, qui ꝑpter Christum effunditur, qui est ei veluti quoddam lauacrum. Hæc eum in. ipso tempore tormenti vidit Vicarius.

Verberatur durissimè.

Oīa tormēta delicias reputat.

philo-

philosophãtem martyrem, eum quidem in præsentia punire statuit intermittere: suasione autem potiùs eũ aggredi & adhortationibus.

Cap. 3.

Cùm itaque eum curásset coram ipso sistendum: Diis sacrifica, dicebat, Trophime: alioqui te ad Dionysium Perennium, Phrygiæ Salutaris præsidem, trãsmittam. Erat enim is crudelitate insignis. Nõ mea refert, inquit Trophimus, à tène, an ab alio interimar. Nã seu Heliodorus, seu Dionysius me puniat, eadẽ mors me manet. Idem enim est utrisq; scopus & institutum, punire & de medio tollere eos, qui constituerunt colere pietatem. His vehemẽter commotus Heliodorus, in ligno suspendit Trophimum: & eum circunsistẽtes protinùs carnifices, illius latera immaniter discerpebant: & subibant ad ipsa vsque interna viscera. Ille aũt magis conseruabat accuratum characterem philosophiæ: Domine, fer opem famulo tuo, leniter dicẽs & placidè. Præses itaque Heliodorus videns insignem athletæ fortitudinem, cùm nõ posset lucem illius verborum intueri, vt qui animæ cæcutiret oculis: Vbi est, dicebat, ò Trophime, Christus tuus? Ille autem: Meus, dicèbat, Christus neque à me discedit, & semper adest omnibus, qui eum inuocant in veritate. Est autem hoc quoquè ex eo euidens, quòd nos facile feramus dolores. Qui enim fieret, vt humana natura ferret tam graues cruciatus, si non ei diuinum adesset auxilium? Hæc cùm dixisset, athletam carcer suscipit: in quo tum alia cruciatur afflictione, tum etiam extenditur in quatuor foraminibus ligni ad torquendum cõparati, vt ne minimùm quidem posset respirare.

Atrocissimè eius latera dilacerãtur.

In carcere immaniter cruciatur.

Cap 4.

Ad tribunal autem post ipsum introducitur egregius Sabbatius. Ei autem statim dicit Præses: Non rogo, an sis Christianus, (Hoc enim verbum adeò auersabatur, vt ne id vellet quidem audire, quoniam nec æger oculus sustinuerit videre lucem gratam omnibus) sed dic primùm, quænam sit tua dignitas. Sabbatius autem: Mihi, inquit, ò Iudex & dignitas, & patria & gloria, & facultates Christus est Dei filius semper videns, cuius prouidentia hoc vniuersum regitur & gubernatur. Iudex autem libero martyris responso arbitratus se esse extrema affectum contumelia, ei impingit alapam, acclamans: Responde ad propositum: & priusquàm tormentorum facias periculum, procede, & diis sacrifica. Posteà enim sacrificare erit ingratum, & non adeò acceptum, & alioqui præcedens tormentum detrahit de gaudio, quod posteà cõsequitur. Sabbatius uerò: Caducæ, inquit, & fluxæ uoluptatis, ò Iudex, vel sola perceptio est lubrica & periculosa. Quòd si etiam consequentem habet impietatem, quã tum malum? Quamobrèm sunt mihi meliora, quæ suscipiuntur propter Christum supplicia Ea enim reseruant, & habent perpetuas, & quæ semper manent, remunerationes. Res autem vestræ quo maiori afficiũt voluptate, tanto maiori dolore afficient. Atq; vtinam pari tempore: sed breui quidem tempore, atq; adeò momento temporis delectãt, immortali autem & sempiterna afficient molestia.

Iudex impingit alapam Sabbatio.

Cap. 5.

Sabbatij latera discerpunt.

His efferatur & acri ira mouetur Præses: & in ligno quidem sublimem tollit athletam, atque vngulis ferreis discerpit latera: Ossa autem emouet & elocat, & ipsa tangit intestina. Propter hæc ergò tristem & dolore affectum contemplans martyrem: Si est tibi, inquit, ò Sabbati iucundum pati propter Christum, vndenàm sunt gemitus, & hæ calidæ lachrymæ? Vt scias, inquit martyr, quantùm ego rem sitio, & quanti facio pati propter illum. Nam etsi accipiam sensum grauissimi doloris, adeò vt & apertè mihi erumpant lachrymæ, & feram grauiter, adhuc tamen vehementiori eius amore teneor, & ne sic quidem volo desistere a suscipiendis pro ipso laboribus Hæc dicebat, & corpus dilaniabant vngulæ, acriorque & vehementior dolor cor penetrabat. Cùm autem iam ad terram carnes defluxissent, & nuda ossa essent relicta, & uentrem tormentum confecisset, & intestina, nec haberent carnifices, quid tangerent, cùm non esset subiectum, è ligno quidem deducitur athleta. Cùm autem parùm abductus esset extra stadium, Deo tradit animam.

O crudelẽ tyrannum.

Sabatius reddit animam.

Cap. 6.

Cùm ergò tam præclarè decertasset Sabbatius, & longo interuallo euasisset superior, ideò de Trophimo spem abiiciens Præses ad Perennium Dionysiũ, Phrygiæ Salutaris Præsidem, cuius etiam priùs meminimus, eum statuit mittere. Et cùm quot tormentis ab eo subiectus esset scripsisset, & quemadmodùm lictoribus longè euasisset fortior, & quòd solum Christũ colens, illorum deos rideret & nihilifaceret: cumq; calceos ferreos clauis acutis & subtùs, & ex obliquo cõfixos, martyricis illis Trophimi pedibus priùs subijci iussisset, & clauos per pedes transegisset, iubet deindè agi in Phrygiã. Hic enim dicebatur versari Dionysius. Ille autem lubenter, & cum gaudio clauos sibi subiiciens, longè præcedebat consequentes pedites, & simul currentes equites. Non enim dolor pedum potuit generosum illius animum vincere: sed leues potiùs ei addebat alas, firmioremque reddebat & constantiorem.

Nota insignẽ crudelitatẽ.

Itèm S. Trophimi fortitudinẽ.

Cap. 7.

Confecto itaque trium dierum itinere, veniunt Synadem Phrygiæ ciuitatem. Hic cùm Heliodori literas legisset Dionysius, & intellexisset quemadmodùm se haberent singula, iussisset autem martyrem sisti ad suũ tribunal: Tu es, inquit, Trophimus? Martyr uerò, Ego, inquit, Trophimus vocor, sumque seruus Christi veri Dei, in quem qui crediderunt, nequaquàm afficientur pudore. Quid tu, inquit ille, in his adhuc persistis: inanemque & vanum hunc inuocas Christũ, qui multis fuit causa mortis? Sed & si non priùs, at nunc saltẽ, dimissa in ipsum fiducia, diis sacrifica, mortem effugiens: & lucrare vitam pręsentem. Generosus autem excipiens Trophimus: Mortem quidem, inquit, nec si velim effugerim. Nam etsi non tu eam, at natura omninò afferet, & ei, quę debentur, exoluam, cùm sim homo. Licet autem ea uitam comparare perpetuam, quę longo interuallo superat hanc fluxam & caducam, qđ ad voluptatem attinet & beatitudinem: adeò vt quæ sunt illius vitæ, nec possint cerni oculis, nec audiri auribus, nec in cor hominis ascendere. Huius ego vitæ sum nunc magno amore captus: & magnas tibi habeo gratias, quód me illuc transire properantem, vrgeas per eam, quam minitaris, mortem.

Oẽs subijciũtur legi mortis.

1. Cor. 2.

Cap. 8.

S. Trophimus neruis cædit.

Tunc totus in eum iram spirans Dionysius, iubet à quatuor extensum crudis boum neruis uerberari: & continuò dum verberaretur (Nescit enim virium differre & cunctari) Dic solùm, aiebat, Trophime, diis sacrificabo, & ilicò à malo liberaberis. Ille autem verba illius existimabat, tanquàm vocem spinarum sub lebete. Sciebat enim, quòd quanto grauiora essent sua certamina, tanto se victorem futurum clariorem, & eo splendidiorem habiturum coronam. Quid ergò facit ille? In eum excogitat nouum modum insidiarum, vt inusitato supplicio perturbaret athletam. Cum acetũ sinapi contemperasset, infundit naribus martyris. Ille autem apertè ostendit se nullam omninò accepisse mutationem ex acerbissima illa temperatione. Dedecus ergò non ferens scelestus, ligno alligauit athletã per eos, qui inseruiebant eius iniquitati, & latera dilaniauit, & cùm in eis profundos sulcos dissecuisset, sanguinis deduxit fluuios. Ille autem quo altiùs sublatus erat è terra, eo magis videbatur Deo esse propinquus, & multę, dicebat, afflictiones iustorum, & ea eis omnibus liberabit eos Dominus. Dionysius autem cum hęc audiuisset, Vana te spes, inquit, Trophime, & leuis

Inusitatũ supplicij genus.

Latera martyris sulcãtur.

Psal. 33.

cogi-

cogitatio malè perdunt. Quis enim ad te veniet è cælis, a plenitibus malis liberaturus? Sed multa, tibi suadeo, verba dimittens, & vanam, quam dicis, felicitaté, accedens diis sacrifica. Sic enim tibi proderis, & non aliter. Nam hæc sunt solùm strepitus, qui effundútur in aures. His ille auditis, irridebat Præsidis improbitatem, &, Nunquàm, aiebat, ò Dionysi, dû ero apud me, meum Deû, qui est verus & viuus, negauerim. Si est ergò tibi facile tráslormare homines, & alios facere ex aliis, expecta fore, vt ex me aliquid fortè audias contrarium. Nam ego quidem dum sum idem, qui nunc, Trophimus, obliuiscar citiùs esse homo, quàm meum ignorauerim Dominum & creatorem.

Mira cõstantia eius

Cap. 9.

Præses autem: Perindè nobis respondes, ò Trophime, atque si tibi suaderemus, non desistere à confessione: sed in eisdem perseuerare, & amplecti Christianismum. Et conuersus ad lictores: Vehementiùs, inquit, si quo modo tandèm ab his desistat nugis. Ille auté patiebatur quidem, & corpus ei consumebatur: vigebat verò ac florebat alacri promptoque animi studio, & pro pietate decertabat vehementer. Eum autem ludificans Præses: Nódum, inquit, sensisti, o Trophime, tormenta? Martyr autem: Tam, inquit, scio te magis sentire perpessionem; apertè enim ostendis, iram in te magnam exercere tyrannidem. Mihi verò quo magis corpus consumitur, eo magis soluitur à vinculis, liberaturque omninò, & fit anima diuinior. Non enim manens in corpore vnà cum eo moritur: sed transit ad ea quæ desiderat, & propriam recipit hæreditatem. Ille quidem hæc dicebat: lictores autem se inuicèm alter alterum excipientes, ei grauiores dolores afferebant. Ille aût: Adspice de cælo, & me libera, dicebat, Deus, de laqueo venantium. Quoniam tu es patientia mea Domine. Et hoc solo verbo valdè percussit caput Præsidis, & in beatum suum caput vniuersam vim illius mouit & insaniam. Itaque cùm salem iniecisset in acetû, & huius acrimoniam illius temperasset salsedine, iussit ea infundere in vulnera martyris, sic arbitrás se expugnaturum athletam pietatis. Quòd si non expugnauero, aiebat, at imbecilliorem eum reddam ad futura. Sed qui comprehendit sapientes in astutia eorum, id, quod excogitauerat, côuertit aduersus illius malitiá. Et martyr: Sic, dixit, ò Præses, corpus meum non diffluet, nec peribit: immò contrà, sal quidem ipsum conseruabit sanum, & cófirmabit, & corroborabit aduersùs tuos insultus, adeò vt ipsos superet, & calliditatem vincat aduersarii. Tunc cùm seipso Iudex euasisset sæuior, iubet lampades admoueri lateribus egregii martyris: Vt quæ restant, aiebat, carnes ignis consumat. Atque igne quidem minuebatur & consumebatur caro: martyri autem magis vigebat, crescebatque animi institutum. Et videbatur quidem sentire externam flammam: flagrabat autem cor eius maiore Christi desiderio.

Noui cruciatus.

Aïa hoïs immortalis.

Psal. 90.

Sal aceto immixtû, in martyris vulnera inijcit.

Lãpades vrût eius latera.

Cap. 10.

Hęc postquàm omnia simul fortiter tulisset Trophimus, admirationeque ac stupore totum affecisset Dionysium, è ligno quidem deponitur: traditur auté carceri, ne eum quidem benignum affecutus, sed in ligno inclusus, & nec tybias quidem valens extendere. Quidam autem Dorymedon, vir qui & colebat pietatem, & exercebat virtutem, & inter senatores primû tenebat locum, ingrediens in carcerem, & coram gerebat martyris, & abstergebat vulnera, & saniem emundabat: deindè linteis inuoluebat & alligabat, atq; ei omnem aliam adhibebat curationem. Et aliquo quidem tempore latebat hæc faciens: posteà autem cùm venissent Dioscoria, id est, festum Castoris & Pollucis, & Synade dies festus præclarè celebraretur, festo quidé intererat vniuersus Senatus, solus autem aberat Dorymedon. Deindè cùm Præses eum accersisset, ne sic quidem accessit, significans quód, cùm esset Christianus, minimè eum oporteret sacrificare simulacris & dæmonibus. Cúm ergò iuissent hæc renúciata Dionysio, vel inuitum eû adducit per satellites, & rogat causam propter quam non venisset ad festum, idque ab eo accersitus. Ille autem: Ad alia quidem, inquit, ò Preses, in quibus nihil detrimenti acceptura est anima, nunquàm non veni, si tu me vocasti: neque vllam attuli excusationem: Vbi autem res spectat ad detrimentum animæ, & à Deo alienationem, non ego, qui non accessi, sum causa quòd non accesserim, sed is, qui ad ea vocat.

Dorymedon Senator piissimus.

Dioscoria, festa falsorû deorû.

Cap. 11.

Cùm hęc autem audiisset Præses, quæ de Dorymedonte ne sperasset quidem vnquàm, ne si Deus quidé prædixisset, valdè quidem fuit obstupefactus. Et cùm propter rem inopinatam, ne plures quidem potuisset cum eo conferre sermones: Interim, inquit, eû teneat custodia. Crás verò considerabimus, quomodò res eius se habeant. Atque ille quidem venit in carcerem, tanquàm in quandam palæstram: Dionysius aût, quibusdam ex suis ad eum missis, conabatur adducere eum ad pęnitentiá. Quos toruè & truculenter martyr intuens: Discedite à me, dixit, omnes qui operamini iniquitatem: & continuò tacuit, & erat táquàm homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Die autem sequenti cúm sedem iudicialem ascédisset Dionysius, accersit Dorymedôtem: &, Indigne, inquit, Senator, quidnam heri tibi accidit, aut quid tibi venit in mentem, vt & deos abiurares, & edicta respueres Imperatoria? Turpene tibi esse videtur in eúdem, in quem nos, referri ordinem, & deos honorare communiter, & huius Senatus videri primus, cuius si vel minimá partem fuerit assecutus aliquis valdè ambitiosus, præclarè secum actum esse duxerit? Sed non sunt hæc, inquit ille, magna ei, qui Deum solum diligit, & visione appręhendit eam, quæ est apud ipsum, pulchritudinem & splendorem, qui manet sanctos. Quid enim mea refert Tyranni appellatio, & chlamys florens alienis coloribus, & in Senatu elatè loqui, & cum authoritate, & deus inanimus, & dea cum eo cohabitans, lapis fortasè, vel æs, artificio manuum fabricata, sedens fortasè, vel stans: quòd si velit etiam artifex, iacens, & pariens, aut in alio etiam manens habitu? Sunt hæc turpia, si vel solum veniant in mentem, & quę nec satis quidé vituperari possint pro meritis: vt sileam mala, quæ hinc proficiscuntur: animarum, quæ ea colunt, interitum: quæ eas manet, ignis gehennam: tenebras, quæ verbis explicari nequeunt: vermé, qui durat in æternum: dolorem illum inconsolabilé: & alias, quæ intentantur, minas iis, qui verum Deum non agnoscunt & colunt. Quid hæc enim ad regnum cælorum, quod idem promisit iis, qui ipsum diligút?

Dorymedon in carceré.

Psal. 6.

Psal. 37.

Sistitur coram iudice.

Preclarû eius respõsum.

Esa. vltimo.

Cap. 12.

His magis obstupefactus Dionysius: Vndenám, inquit, tantam nactus fiduciam, & loquendi libertatem, tam audaci ore in nos inueheris? Quòd verax sit, ò Pręses, is, qui dixit: Quandò autem vos tradiderint regibus & præsidibus, nè soliciti sitis, quid loquamini: dabitur enim vobis in illo die os & sapientia, cui non poterunt côtradicere omnes, qui vobis aduersantur. Propter hæc furiosè spirans Dionysius, & valdè efferatus: At ego, inquit, igne exsiccabo linguæ tuæ fluentum. & protinùs iubet candentibus obeliscis vri latera martyris. Eo autem ne minimùm quidem cedente, sed Christi auxilium inuocante, ignis ille Dionysij nô repressit insaniam. Itaque cúm ligno supédisset athletam, latera obeliscis assata ferreis discerpit vnguibus: &, Videam, inquit, an Christus veniet opem tibi laturus. Atque ille quidem intensiùs Deum alloquebatur, & adhuc magis inuocabat nomen eius, quem desiderabat. Sed nec deos quidem Dionysii negligebat. ipsos

Luc. 21.

Candentibus obeliscis vrûtur latera S. Dorymedontis.

ſos enim contumeliis afficiebat & maledictis, hiſque denſis & crebris vulneribus viciſsim ſauciabat Præſidem. Dionyſius autem erat animo valdè perplexus, & multùm ſuos inſectabatur milites, quòd non poſſent vnam linguam vincere. Hinc procedebant vngues ad genas martyris: & ſcrutabantur maxillas & dentes effodiebant, ſed non poterant etiam labefactare turrim eius animi. Deindè ignis quidem ſubſternitur, deducitur autem miles pietatis: & pedibus quidem in igne ingreditur, caput verò & barbam manu tenebāt lictores, & pilos vellebant acerbiſsimè. Tunc martyr videbatur quidem ſtare ſupra roſas: caput verò tam placidè præbebat, quàm qui coronatur, & barbam, quàm cui ſupplicatur: & experientia quidem ſuſtinebat præſentia, animo autem erat paratus aduerſùs omnia ſupplicia. Sed ille quidē rurſùs conijcitur in carcerem.

Sæuiſſimi carnifices.

Miranda virt⁹ martyris.

Cap. 13. Non multo autem interiecto tempore, cùm de eo quoquè ſpem abieciſſet Dionyſius, tranſit rurſùs ad Trophimum. Eum enim ſpes fallebat, fortaſsè illū eſſe lucrifacturum, quē priùs magis mulctauerat. Cùm eum ergò è carcere curaſſet producendum: Si nec tantum, inquit, tempus relaxationis, vt muteris & conuertaris, perſuaſit, te omninò caſtigabunt beſtiæ, quæ es prǣditus ratione, & te multis exemplū facient, vt ea eo ꝙ ſis extrema paſſurus, aliis magnum lucrū cōcilies. Martyr autē: Idem ego tibi nunc ſum Trophimus, inquit, immò verò eo, quod interceſsit, tempore effectus ſum longè in pietate feruentior, vt qui ſeorsùm apud me fuerim, & quęnam ſim percepturus bona reputauerim. Perge ergò facere quicquid places: nā ego quidem lubenter velim eſſe exemplo ijs, qui me ſunt conſecuturi, vt ſi me adſpexerint, ſimile martyriū nō deſerant. Quid deincèps? Martyr rurſùs in ligno ſuſpēditur, & ab vltimis corporis partibus totus diſcerpitur vnguibus: & candentibus obeliſcis ei eruuntur oculi: & omni ex parte continuæ ei admouentur machinæ, vt uideretur, an multiplici ſupplicio ſuperaretur, & aliquid de ſua remitteret conſtantia. Sed ille s Ago tibi gratias, Chriſte Saluator, dicebat, ꝙ tibi placuerit, vt ego ſacrificarem prima membra mei corporis, & offerrem tibi primitias totius ſacrificii, qui me totum eram ſacrificaturus pro te, & tuo glorioſo nomine. Hæc dixit, dum ei eruerentur oculi. Et rurſùs traditus fuit in cuſtodiam.

Rurſùs Trophimus mirè cruciatur.

Eruūtur ei⁹ oculi.

Cap. 14. Breui interiecto tempore, Præſes dato ſigno, & frequentiſsimo congregato theatro, in excelſa ſede præſidet ipſe princeps ſpectator, & cùm Trophymum & Dorymedontem in medium produxiſſet, primùm quidem in eos emittit vrſam fame priùs validè deinduſtria armatam. Illa autem, donèc quidē appropinquaſſet martyribus, & curſu, & ira, & aliis fera erat & vrſa immaniſsima. Poſtquàm autem propè veniſſet, oblita eſt naturæ, & famis, & os eis præbuit placidum & māſuetum, & ex diametro repugnans feritati Præſidis: & eius autem tangente Dorymedonte, & ſic eam ad ſe mouente, illa quidem eum venerebatur. Præſes autem feris omnibus agreſtior, dicens vrſam nimis eſſe manſuetam & humanam, in eos emiſit pardum. Ipſe autē illius quoq; arguit crudelitatem, & vrſa viſus eſt magiſtra. Non enim impudenter inſilijt, non toruis adſpexit oculis, ſed lingebat eorum tibias, & abſtergebat ſaniem, & præ ſe ferebat ſe eos honorare, & in omni habere reuerentia. Hęc circunſtans quidem populus admirabatur, & inflammabatur ad pietatem. Qui autē theatrū coegerat Dionyſius, non animaduerterat ſe eos, qui aderant, contra ſe congregaſſe: & ſui potiùs dedecoris ſpectatores, quàm certaminis martyrū conuocaſſe. Propter quæ ipſe magis efferabatur, & ei, qui curam gerebat beſtiarum, mortem minabatur grauiſſimam. Ille autem timore affectus, leonem quoque immiſit i martyres. Sed nec is fuit minùs placidus, ꝗ priores beſtię. Contrà autem rem fecit præclaram in eum, qui illius curę præerat. Nam ille quidem ſenſim, & caput deorsùm inclinans, accedit ad ſanctos: Is autē ipſum irritabat acriter exclamans, & exhortabatur aduerſùs ſanctos. Leo autem in eum repentè inſiliens, lacerat & diſcerpit protinùs.

Vrſa māſueſcit, immiſſa ī martyres.

Itèm pardus.

Itèm leo.

Leo diſcerpit ſuum dominum.

Omni itaque ſpe abiecta, Dionyſius eos condēnat, vt gladio eis mors afferatur: & ira percitus iubet carnificibus, vt irrumpentes in ſtadiū, prǣclarorū martyrum capita amputarent. Tunc autem erat nonuſdecimus Septembris. Et Chriſti martyres propter ipſum hunc finem aſſecuti, in illius manus ſuas tradiderunt animas. Martyrica autem eorū corpora cùm magno ſtudio, occultè tamen propter metum Præſidis, quidā pii ſuſtuliſſent, & ea honorificè compoſuiſſent, depoſuerunt, glorificantes patrem, filium, & ſpiritum ſanctum, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Sancti martyres capite trūcantur.

VITA SANCTI GOERICI EPISCOPI Metenſis & Confeſſoris, vt habetur in vetuſtiſſimo MS. codice Eccleſiæ Traiectēſis, cui ea ferè ad verbum correſpondet quæ eſt in Vincētij Speculi lib. 24. cap. 74.



SANCTVS Goericus primo quidem miles egregius de Aquitania, corpore nō voto ſeculi actibus ſeruiēs, cùm apud Deum & homines in magna honeſtate floreret: licèt quæ pacis ſunt ſectaretur, quandoq; tamen paganorum infeſtatio perurgebat, primus aciei militari ſe opponens, barbaricam rabiē Dei fretus auxilio potentiſsimè deuincebat, & ſpolia ampliſsima reportabat. Denique ſubitò oculorum & viſus amiſsione percellitur, virtute tamen patientię vndiquè munitus, Deo gratias agens dicebat: Sicut domino placuit, ità factum eſt &c. Eo tempore regnabat in Gallia Theodobertus: in Metenſi vrbe præſidebat pōtifex beatus Arnulphus. Tunc ſancto viro Goerico in ſilentio noctis quieſcenti Angelus Domini affuit, dicens: Serue Dei excelſi, venit tempus quo mœror tuus in gaudium transferatur, quo etiam lux amiſſa tibi reſtituatur. Ergò Metenſem ciuitatem aggredere, & limina beati Stephani deuotè ingredere, Deoq; preces ibi funde, & recipies ilicò viſum & totius corporis ſoſpitatem. Arnulphus autē tibi charus amicus & ꝓpinquus ibi pontifex reſidet: cui ſpiritusſanctus te ilicò aſfuturum præmonſtrabit, & quicquid Deus tibi impēſurus eſt manifeſtabit. Expergefactus ergò vir ſanctus, milites conuocauit, & de Aquitania ad præfatam vrbem iter arripuit. Cui appropinquanti ſanctus Arnulphus adfuit: & facta oratione, dataq; benedictione, eū in domū induxit. Qui obtentu ſancti Stephani viſum & totius corporis ſanitatem recepit pleniſsimā. Poſt hęc ſanctus Arnulphus ſpiritali mentis intuitu videns Goericum ſucceſſorem ſibi fore digniſsimum, cōſentiente clero & populo, eum conſtituit: & diù deſideratam eremum petiit. Igitur Goericus, qui alio nomine dicitur Albo, paſtorali cura adſtrictus, vocibus & moribus cæteros informabat. Et quoniam ante Epiſcopatum corpus diſtrictiſsimis ieiuniis attriuerat: enarrare fas non eſt quàm dura ieiunia cumulabat, quot etiā dies incibatus, vſque in diem alterū pertranſibat: quātùm biduanas & triduanas alacri vultu & mente abſtinentias celebrabat. Defuncto aūt ſancto Arnulpho in eremo, cùm beatus Goericus aſſumptis Tullenſi & Virdunēſi Epiſcopis ſanctū corpus ad ſedē cui præfuerat transſ-

Septembris 19.

S. Goerici patria.

Fit cæc⁹.

Iob 1.

Apparet ei Angel⁹ monēs vt inuiſat S. Stephanū Metis.

Recipit viſū & corporis ſoſpitatem.

Fit Eps Metenſis.

Abſtinentia eius.

Translatio corporis S. Arnulphi. transferret, sole ad occasum vergente, fortè villā ini qua & inceſti hominis offenderant: quam intrare volentes sacrarum reliquiarum portitores, divinitùs repente subſiſtunt. Sanctus autem Arnulphus dum viveret, præfatum iniquum ſæpè vt reſipiſceret commonuit, nec quid eſſicere potuit, idcircò nunc eius hoſpitium ſubire contempſit. Quia verò non imminebat: & nulla alia villa tātæ multitudini apta *De hoc et ſubſequē te miraculo, lege Vitam S. Arnulphi 16. Auguſti circa finem* prætio tractorante ſancto Goerico, affuit quidam diues, qui dixit: Eſt mihi præſidium in hac patria, vobis quidem non ſatis contiguū: ſed novi ad cūcta neceſſaria præſtorem Deum noſtrum Hoc autē ſanctus audiens, corpus ſancti illuc verti omnesq; ſequi imperat. Cernentes tantam in eundo eſſe velocitatē, vt quod vnius diei integri ſpatio via peragi credere poſſes, duabus vel tribus horis impletum mirareris. Cumq; ad villā perueniſſent, ceruiſiæ parùm ſe habere homo, miniſtris cōferentibus, comperit. Et iterùm fide repletus, ſancti Goerici meritis & precibus hoc committit. Qui nota præſidia petens, Deum ſuorum neceſſitatibus ſubuenire poſtulat. Tantaque populi multitudo ex paruo liquore (quod via credibile eſt) abundantiſſimè eſt ſatiata. Quieuit autē in pace vir Domini xiij. *Felix obitus eius.* Calendas Octobris, quo die eius feſtum celebratur: ac tumulatus eſt in eccleſia Metenſi.

VITA THEODORI ARCHIEPISCOPI Cantuarienſis, Authore venerabili Beda presbytero, lib. 3. & 4. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Anglorum.

Septēbris 19.

Lib. 3. ca. 29.



REGES Anglorum nobiliſſimi, Oſuui prouinciæ Nordan Humbrorum, & Egbert Cantuariorum, habito inter ſe conſilio, qd de ſtatu Eccleſiæ Anglorum eſſet agendum, (intellexerat enim veraciter Oſuui, quanuis educatus à Scotis, quia Romana, eſſet *Romana, Catholica & Apoſtolica Eccleſia,* catholica & Apoſtolica Eccleſia) aſſumpſerunt cū electione & conſenſu ſanctæ eccleſiæ gentis Anglorū, virum bonum & aptum Epiſcopatu presbyterum, noie Vuigardum de Clero Deuſdedit Epiſcopi: & hunc Antiſtitem ordinandum, Romam miſerunt: quatenùs accepto ipſe gradu Archiepiſcopatus, catholicis p omnem Britanniam Eccleſiis Anglorum ordinare poſſet Antiſtites. Verùm Vuigardus Romam perueniens, priuſquàm conſecrari in Epiſcopū poſſet, morte præreptus eſt, & huiuſmodi literæ Regi Oſuui Britanniam remiſſæ ſunt.

Litera Vitaliani Papa ad Oſuui regem. Domino excellentiſſimo filio Oſuuio Regi Saxonum, Vitalianus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Deſiderabiles literas excellentiæ veſtræ ſuſcepimus, quas relegentes, cognouimus eius piiſſimam deuotionem feruentiſſimumque amorem, quē habet propter beatam uitam: & quia dextera Domini protegente, ad verum & Apoſtolicam fidē ſit conuerſus, ſperans vt ſicut in ſua gente regnat, ità & cum Chriſto in futuro congregaturus ſit. Benedicta igitur gens, quæ talē ſapientiſſimum & Dei cultorem promeruit habere Regē: quia non ſolùm ipſe Dei cultor exiſtit, ſed etiam oēs ſubiectos ſuos meditatur die ac nocte ad fidem catholicam atque Apoſtolicam pro ſuganimę redemptione conuertere. Quis enim audiens hæc ſuauia, non lętetur? Quis non exultet & gaudeat in his piis operib⁹? quia & gens veſtra Chriſto omnipotenti Deo, credidit ſecundùm diuinorum prophetarum uoces, ſicut *Eſa. 11.* ſcriptum eſt in Eſaia: In die illa radix Ieſſe, qui ſtatio ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur. Et iterùm: Audite inſulæ, & attendite populi delongè. Et *Eſa. 49.* poſt paulolùm: Parùm, inquit, eſt ut mihi ſis ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & fęces Iſrael conuertēdas: Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſq; ad extremum terræ. Et rurſum: Reges uidebunt, & conſorgent principes, & adorabont. Et poſt puſillum: Dedi te in fœdus populi, vt ſuſcitares terram, & poſſideres hæreditates diſſipatas, & diceres his, qui vincti ſunt, *Eſa. 42.* Exite: & his qui in tenebris, Reuelamini. Et rurſùm: Ego Dominus vocaui te in iuſtitia, & apprehendi manum tuam, & ſeruaui, & dedi te in lucem gentium, & in fędus populi, vt aperires oculos cęcorum, & educeres de concluſione vinctum, de domo carceris ſedentem in tenebris.

Eccè, excellentiſſime fili, quàm luce clarius eſt, nō ſolùm de uobis, ſed etiam de omnibus prophetatum gentibus, quòd ſint crediturę in Chriſto omnium cōditore. Quamobrèm oportet veſtram celſitudinem, vtpotè membrū exiſtens Chriſti, in omnibus piā regulam ſequi perenniter principis Apoſtolorum, ſiue in paſcha celebrando, ſiue in omnibus, quæ tradiderunt ſancti Apoſtoli Petrus & Paulus, qui vt duo luminaria cęli, illuminant mundum, ſic doctrina eorum, corda hominum quotidiè illuſtrat credentium.

Et poſt nonnulla, quibus de celebrando per orbem *Propheta omnes gē tes paſce recreditur as.* totum vno vero paſcha loquitur: Hominem denique, inquit, docibilem, & in omnibus ornatum antiſtitem ſecundùm ueſtrorum ſcriptorum tenorem, minime valuimus nunc reperire pro longinquitate itineris. Profectò enim dum huiuſmodi apta reperta que perſona fuerit, eum inſtructum ad veſtram dirigemus patriam: vt ipſe & viua voce, & per diuina oracula oēm *Traditio nes Apoſtolorū.* inimici zizaniam ea omni veſtra inſula cum diuino nutu eradicet. Munuſcula, à ueſtra celſitudine beato principi Apoſtolorum directa, pro ęterna eius memoria ſuſcepimus, gratiaſque ei agimus, ac pro eius incolumitate iugiter Deum deprecamur cum Chriſti *Vuigardi electi Epiſcopi mors.* clero. Itaque qui hęc obtulit munera, de hac ſubtractus eſt luce, ſitusque ad limina Apoſtolorū: pro quo valdè ſumus contriſtati, cùm hic eſſet defunctus. Veruntamen gerulis harum noſtrarum literarum veſtris miſsis, & beneficia ſanctorum martyrum, hoc eſt, reliquias beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & ſanctorum martyrum Laurentii, Ioannis, & Pauli, & *Magni certe ſe cit antiquitas Sācto rum reliquias, quas ipſi tolerāt.* Gregorii, atque Pancratii fecimus dari, veſtræ excellentiæ profectò omnia contradenda. Nam & coniugi veſtræ, noſtræ dilectæ filiæ, direximus per præfatos gerulos Crucem & clauem aureā, habentem de ſacratiſsimis uinculis beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum. De cuius pio ſtudio cognoſcentes, tantum cūcta ſedes Apoſtolica vna nobiſcū lętatur, quantùm eius pia opera corā Deo flagrant & vernant. Feſtinet igitur, quæſumus, veſtra celſitudo, vt optamus, totā inſulam ſuā Deo Chriſto dicare. Profectò enim habet protectorem humani generis redemptorē Dominū noſtrū Ieſum Chriſtum, qui ei cuncta proſpera impartiet, vtì nouū Chriſti populū coaceruet, catholicā ibi & Apoſtolicā conſtituens fidem. Scriptū eſt enim Quę *Mat. 6.* rite primùm regnum Dei & iuſtitiam eius, & hęc omnia adiicientur vobis. Nimirùm enim quærit & impetrabit, & ei omnes ſuæ inſulæ, vt optamus, ſubdētur. Paterno itaque affectu ſalutantes veſtrā excellentiā, diuinam iugiter precamur clementiam, quæ nos veſtroſque omnes in omnibus bonis operibus auxiliari dignetur, vt cū Chriſto in futuro regnetis ſeculo. Incolumē excellentiam veſtrā gratia ſuperna cuſtodiat.

Eodem tempore prouinciæ Orientalium Saxonum *Ex cap. 30.* poſt Suuidhelmū, præfuere Reges Sighere & Sebbi, quanuis ipſi, Regi Merciorum Vulfhere ſubiecti: qui videlicet prouincia cum præfatæ mortalitatis clade præ-

premeretur, Sighere cum sua parte populi, relictis Christianę fidei sacramētis, ad apostasiā cōuersus est. Nam & ipse Rex, & plurimi de plebe, siue optimatibus, diligentes hanc uitā, & futuram non quærentes, siue etiam non esse credentes, cœperunt fana, quę derelicta erant, restaurare, & adorare simulacra, quasi per hæc possent à mortalitate defendi. Porrò socius eius & cohęres Regni eiusdem Sebbi, magna fidē perceptam cum suis omnibus deuotione seruauit, & magna vitam fidelem felicitate compleuit.

Multi in Anglia relabūtur in Ethnicismum.

Quod vbi Rex Vulfhere comperit, fidem videlicet prouinciæ ex parte prophanatā, misit ad corrigendū errorē, reuocandamq; ad fidem veritatis prouinciam Iarumannum Episcopum, qui successor erat Trumhere. Qui multa agens solertia, iuxta quod mihi presbyter, qui comes itineris illi, & cooperator verbi exstiterat, referebat, (erat enim religiosus & bonus, vir longè lateque omnia peruagatus) & populum & Regem prętatum ad uiam iustitiæ reduxit, adeò ut relictis siue destructis fanis arisque, quas fecerant, aperirent ecclesias, ac nomen Christi, cui contradixerant, confiteri gauderent, magis cum fide resurrectionis in illo mori, quàm in perfidiæ sordibus inter idola viuere cupientes. Quibus ità gestis, & ipsi sacerdotes doctoresque eorum, domum rediére lætantes.

Redeūt ad fidem.

Lib. 4 c. 1.

Anno memorato eclipsis solis, & mox sequentis pestilentiæ, quo & Colman Episcopus vnanimi catholicorū intentione superatus, ad suos reuersus est, Deusdedit sextus Ecclesiæ Dorouernēsis Episcopus, obiit pridiè Iduum Iuliarum. Sed & Erconbert Rex Cātuariorum, eodem mense ac die defunctus, Ecgberto filio sedem regni reliquit, quam ille susceptam per nouem annos tenuit. Tunc cessante non pauco tempore Episcopatu, missus est Romam ab ipso simul & a Rege Nordan Humbrorum Osuuī, vt iam diximus, Vuighart presbyter, vir in Ecclesiasticis disciplinis doctissimus, de genere Anglorum, petentibus pro Ecclesia Anglorum Episcopum ordinari, missis pariter Apostolico Papæ donariis, & aureis atque argenteis vasis non paucis. Qui vbi Romam peruenit, cui sedi Apostolicę tempore illo Vitalianus præerat, postquàm itineris sui causam præfato Papæ Apostolico patefecit, non multò pòst & ipse, & omnes penè, qui cum eo aduenerant socii, pestilentia superueniente, deleti sunt.

At Apostolicus Papa, habito de his consilio, quæsiuit sedulus, quem Ecclesiis Anglorum Archiepiscopum mitteret. Erat autem in monasterio Niridiano, quod est non longè à Neapoli Cāpaniæ, Abbas Adrianus, vir natione Apher, sacris literis diligenter imbutus, monasterialibus simul & Ecclesiasticis disciplinis institutus, Græcæ pariter & Latinę linguę peritissim⁹. Hūc ad se accitū Papa iussit, Episcopatu accepto in Britāniā venire. Qui indignū se tāto gradu respondens, ostēdere posse se dixit aliū, cuius magis ad suscipiēdū Epatū & eruditio cōueniret, & ætas. Cūq; monachū quēdā de vicino virginū monasterio, noīe Andreā, Pontifici offerret, hic ab oibus, qui eū nouère, dignus Epatu iudicat⁹ est. Verū pōdus corporeę infirmitatis, nè Eps fieri posset, obstitit. Et rursum Adrianus ad suscipiendū Epatū actus est. Qui petiit inducias, si fortè alium, qui ordinaretē Episcopus, ex tēpore posset inuenire.

Adrian⁹ insignis Abbas recusat Archiepiscopatum.

Itēm Andreas quidā monachus.

Erat ipso tpe Romę monach⁹ Adriano notus, noīe Theodorus, natus ī Tharso Cilicię, vir & seculari & diuina literatura Gręcè & Latinè instructus, pbus moribus, & ętate venerā dus, id est, annos habēs ętatis sexagintasex. Hunc offerēs Adrianus Pōtifici, vt Eps ordinaretur, obtinuit, his tñ cōditionibus interpositis, vt ipse eū pduceret in Britāniā, eo ꝙ iā bis partes Galliarū diuersis ex causis adiisset, & ob id maiorē huius itineris peragēdi notitiā haberet, sufficiensq; esset in possessione hominū propriorū: & ut ei doctrinæ cooperator existens, diligenter attenderet, nè quid ille cōtrariū ueritati fidei, Gręcorum more, in ecclesiā, cui pesset, introduceret. Qui subdiaconus ordinatus, quatuor expectauit menses, donèc illi coma cresceret, quò in coronam tonderi posset. Habuerat enim tonsuram more Orientalium sancti Pauli Apostoli. Qui ordinatus est à Vitaliano Papa anno Dominicæ incarnationis sexcentesimo sexagesimooctauo, sub die septimo Calendarum Aprilium Dñica. Et ità vnà cum Adriano sexto Calēdas Iunias in Britanniā missus est.

Theodorus monachus ordinatur Romæ Archiepiscopus Cātuariensis.

Qui cùm pariter per mare ad Massiliam, ac deindè per terram Arelatē peruenissent, & tradidissent Iohāni Archiepiscopo ciuitatis illius scripta cōmendatitia Vitaliani Pōtificis, retenti sunt ab eo, quousquè Ebroinus Maior domus regiæ copiam pergēdi quo quò vellent, tribuit eis. Qua accepta, Theodorus profectus est ad Agilbertum Parisiorum Episcopum, & ab eo benignè susceptus, & multo tēpore habitus est; Adrianus verò perrexit primùm ad Emme Senonum, & postea ad Pharaonem Meldorum Episcopos; & benè cū eis diutiùs fuit. Coegerat enim eos imminens hyems, vt vbicumquè potuissent, quieti manerēt. Quod cùm nuncij certi narrassent Regi Ecgberto, scilicet Episcopum, quem petierant a Romano Antistite, in Regno Francorum esse, misit illò continuò Redfridum præfectum suum ad adducendum eum. Quò cùm venisset, assumpsit Theodorum cum Ebroini licentia, & perduxit eum ad portum, cui nomen est Quentauuic; vbi fatigatus infirmitate, aliquantispèr moratus est. Et cùm conualescere cœpisset, nauigauit in Britanniā. Adrianum autem Ebroinus retinuit, quoniam suspicabatur eum habere aliquam legationem Imperatoris ad Britanniæ Reges aduersùm Galliæ regnum, cuius tunc ipse maximam curam gerebat. Sed cùm tale nihil illū habere vel habuisse veraciter cōperisset, absoluit eū, & post Theodorū ire pmisit. Qui statim vt ad illū venit, dedit ei monasteriū B. Petri Apostoli, vbi Archiepi Cātię sepeliri solēt. Præceperat. n. Theodoro abeūti dñs Papa Apostolicus, vt in diœcesi sua prouideret & daret ei locū, in quo cum suis aptè degere potuisset.

Agilbert⁹ Parisiēsis Episcopus.

Peruenit autem Theodorus ad ecclesiam suam secundo, postquàm consecratus est, anno, die sexto Calendarum Iuniarum Dominica: & fecit in ea annos viginti & vnum, menses tres, dies vigintisex. Moxque peragrata Insula tota, quaquauersùm Anglorum gentes morabantur, (nam & libentissimè ab omnibus suspiciebatur, atque audiebatur) rectum viuendi ordinem, ritum celebrandi paschę canonicū, per omnia comitante & cooperante Adriano, disseminabat. Isq; primus erat in Archiepiscopis, cui omnis Anglorum Ecclesia manus dare cōsentiret. Et quia literis sacris, simul & singularibus, vt diximus, abūdāter ambo erāt instructi, congregata discipulorum caterua, scientię salutaris quotidiè flumina, irrigādis eorum cordibus emanabant: ità vt etiam Metricæ artis, Astronomicæ disciplinā, inter sacrorū apicum volumina suis auditoribus contraderent. Indicio est, quòd usq; hodiè supersunt de eorum discipulis, qui Latinam Gręcamq; linguam æque vt propriā, in qua nati sunt, norūt. Neque vnquàm prorsùs, ex quo Britanniā petierunt Angli, feliciora fuere tēpora, dum fortissimos Christianosq; habentes Reges, cunctis Barbaris nationibus essent terrori, & omnium vota ad nupèr audita cælestis regni gaudia penderent; & quicunque lectionibus sacris cuperent erudiri, haberent in promptu magistros qui docerent. Sed & sonos cantandi in ecclesia, quos catenùs in Cantia tantùm nouerant, ab hoc tempore per omnes Anglorum Ecclesias discere cœperunt; Primusque, excepto Iacobo, de quo supra dixi-

Ex ca. 2. Theodorus venit ad sedem suā Cātuariensem.

Felicissima Britā. tēpora

mos, cantandi magister Nordan Humbrorũ Ecclesiis Eddi cognomento Stephanus fuit, inuitatus de Cãtia à reuerendissimo viro Vuilfrido, qui primus inter Episcopos, qui de Anglorum gente essent, catholicũ viuendi morem Ecclesiis Anglorum tradere didicit.

Theodorus reprehẽdit Episcopum nõ ritè cõsecratũ.

Itaque Theodorus perlustrans vniuersa, ordinabat locis opportunis Episcopos, & ea, quæ minùs perfecta reperit, his quoquè iuuantibus corrigebat. In quibus & Ceadda Episcopum cùm argueret, nõ fuisse ritè consecratũ, respondens ipse voce humilima, dixit: Si me, inquit, nosti Episcopatum non ritè suscepisse, libenter ab officio discedo: quippe qui neque me vnquam hoc esse dignum arbitrabar, sed obedientiæ causa iussus subire, quanuis indignus, cõsensi. At ille audiens responsionis eius humilitatem, dixit non eũ Episcopatum dimittere debere: sed ipse ordinationẽ eius denuò catholica ratione consummauit. Eo autẽ tempore, quo defuncto Deusdedit, Dorouernẽsis ecclesię Episcopus quęrebatur, ordinandusq; mittebatur, Vuilfridus quoq; de Britannia in Galliam ordinandus est missus. Et q̃m ante Theodorũ rediit, ipse etiam in Cantia presbyteros & diaconos, vsq; dũ Archiepiscopus ad sedem suam perueniret, ordinabat. At ipse veniens, mox in ciuitate Rhofi, vbi defuncto Damiano, Episcopatus iamdiù cessauerat, ordinauit uirum magis Ecclesiasticis disciplinis institutum, & uitæ simplicitate cõtentum, quàm in seculi rebus strenuum, cui nomen erat Putta, maximè autem modulãdi in ecclesia more Romanorum, quem à discipulis Papę Gregorii didicerat, peritum.

Putta Episcopus Roffensis.

Cap 4.

Interea Colmanus, qui de Scotia erat Episcopus, relinquens Britanniam, tulit secum oẽs, quos in Lindisfarorũ insula congregauerat Scotos: sed & de gente Anglorum viros circiter triginta, qui utriq; monachicæ cõuersationis erant studiis imbuti: Et relictis in ecclesia sua aliquot fratrib*, primò venit ad insulã Hu, vnde erat ad prædicandum verbum Dei Anglorũ genti destinatus. Deindè secessit ad insulam quandã paruam, quæ ad Occidentalem plagam ab Hibernia procùl secreta, sermone Scotico Inhisbouinde, id est, insula uitulæ albæ, nuncupatur. In hãc ergò perueniens, construxit monasteriũ, & monachos inibi, quos de vtraq; natione collectos adduxerat, collocauit. Qui cùm inuicèm concordare non possent, eo quòd Scoti tẽpore æstatis, quo fruges erant colligendę, relicto monasterio, per loca sibi nota uagarentur; at uerò hieme succedente, redirent, & his, quæ Angli præparauerant, communiter vti desiderabant: quęsiuit Colmanus huic dissensioni remedium, & circũiens omnia propè uel longè, inuenit locum in Hibernia insula aptum monasterio construendo, qui lingua Scotorum Magio nominatur: emitq; partẽ ei* non grandem ad construendum ibi monasterium à Comite, ad cuius possessionem pertinebat, ea conditione addita, ut pro ipso etiam, qui eis locum commodaret, consistentes ibi monachi Domino preces offerrent. Et constructo statim monasterio, iuuante etiam Comite, & uicinis omnibus, Anglos ibidèm collocauit, relictis in præfata insula Scotis. Quod uidelicet monasterium usq; hodiè ab Anglis tenetur incolis. Ipsum namq; est, quod nunc grande de modico effectum, Iniugeo consuetè vocatur: & conuersis iam dudum ad meliora institutis omnibus, egregium examen continet monachorum, qui prouincia Anglorũ ibidèm collecti, ad exemplum uenerabilium patrum sub regula & Abbate canonico in magna continentia & sinceritate proprio labore manuum uiuunt.

Cõstruit monasterium ĩ insula alba.

Itèm aliud ĩ Hibernia Magio nomine seu Iniugeo.

Cap. 5.

Anno Dominicę incarnationis sexcentesimo septuagesimo, qui est annus secundus, ex quo in Britaniã uenit Theodorus, Osuui Rex Nordã Humbrorũ pressus est infirmitate, qua & mortuus est anno ætatis suę quinquagesimo octauo: q intãtùm eo tẽpore tenebat amore Romanæ & Apostolicæ institutionis, vt si ab infirmitate saluaretur, & Romã venire, ibiq; ad loca sancta uitam finire disponeret: Vuilfridumq; Episcopum ducem sibi itineris fieri, promissa non parua pecuniarum donatione, rogaret. Qui defunctus die decimoquinto Calendarum Martiarum, Ecgfridum filium regni hęredem reliquit. Cuius anno regni tertio Theodorus cogit Concilium Episcoporum unã cũ eis, qui canonica patrũ statuta diligerent, & nossent, magistris ecclesiæ pluribus. Quibus pariter cõgregatis, diligenter ea quæ vnitati pacis Ecclesiasticæ congruerent, eo, quo pontificem decebat, animo cœpit obseruanda docere. Cuius synodicæ actionis talis textus est:

Osuui Regis mors.

Synodus Britãnica, vel Anglica.

In nomine Dñi Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, regnante in perpetuum ac gubernante suam Ecclesiam eodem Domino nostro Iesu Christo, placuit conuenire nos iuxta morem canonum venerabiliũ, tractaturos de necessariis Ecclesiæ negociis. Conuènimus autem die quartadecima mensis Septẽbris, indictione prima, i loco, qui dicitur Herudford. Ego q dẽ Theodorus, quanuis indignus, ab Apostolica Sede destinatus Dorouernensis ecclesiæ Episcopus, & consacerdos ac frater noster reuerendissimus Bisi Orientalium Anglorum Episcopus, affuimus: cum quibus ẽt frater & consacerdos noster Vuilfridus Nordã Humbrorũ gentis Episcopus, per proprios legatarios affuit. Affuerunt & fratres & cõsacerdotes nostri Putta Episcopus Castelli Cantuariorũ Rhofescestir, Leutherius Episcopus Occidentaliũ Saxonũ, Vuĩfridus Episcopus prouincię Merciorũ. Cumq; in unũ conuenientes, iuxta ordinem quiq; suum resedissemus: Rogo, inquã, dilectissimi fratres, per timorem & amorem redemptoris nostri, ut in communi oẽs pro nostra fide tractemus, ut quęq; decreta ac diffinita sunt à sanctis ac probabilibus patribus, incorruptè ab omnibus nobis seruentur.

Decreta sãctorũ patrũ seruanda.

Hæc & alia complura, quæ ad charitatem pertinebant, vnitatemque Ecclesiæ conseruandam, prosequutus sum. Cumque explessem prolocutionem, interrogaui vnumquemque eorum per ordinem, si consentirent ea, quæ à patribus canonicè sunt antiquitùs decreta, custodire. Ad quod omnes consacerdotes nostri respondentes dixerunt: Optimè omnibus placet, quæ diffinierunt sanctorũ canones patrum, nos quoquè omnes alacri animo libentissimè seruare. Quib* statìm protulit eundem librum canonum, & ex eodẽ libro decem capitula, quæ per loca notaueram, quæ maximè nobis necessaria sciebam, illis coràm ostendi, & ut hæc diligentiùs ab omnibus susciperentur, rogaui.

X. Canones sanctorum Patrum.

Primum capitulum, ut sanctum diem paschæ in cõmune oẽs seruemus Dominica post quartã decimã lunã primi mẽsis. Scd̃m, ut null* Episcoporũ parochiam alterius inuadat, sed cõtẽtus sit gubernatione creditę sibi plebis. Tertiũ, vt quæq; monasteria Deo consecrata, nulli Episcoporũ liceat ea in aliquo inquietare, nec quicq̃ de eorũ rebus uiolenter abstrahere. Quartũ, ut ipsi monachi non migrent de loco ad locum, hoc est, de monasterio ad monasterium, nisi per missionẽ proprii Abbatis: sed in ea permaneant obedientia, quam tempore suæ conuersionis promiserunt. Quintum, ut nullus clericorum relinquens proprium Episcopum, passim quolibèt discurrat, neque alicubi veniens absque commendatitiis literis sui præsulis suscipiatur. Quòd si semèl susceptus est, & noluerit inuitat* redire, & susceptor,

& is qui susceptus est, excommunicationi subiacebit. Sextum, ut Episcopi atque clerici peregrini contenti sint hospitalitatis munere oblato: nullique eorũ liceat vllum officium sacerdotale absq; permissu Episcopi, in cuius parochia esse cognoscitur, agere. Septimum, ut bis in anno synodus congregetur. Sed quia diuersæ causæ impediunt, placuit omnibus in cõmune, vt Calendis Augusti in loco, qui appellatur Closeshonh, semel in anno congregetur. Octauum, ut nullus Episcoporum se præferat alteri per ambitionem, sed omnes agnoscant tempus & ordinem cõsecrationis suæ. Nonum capitulum in commune tractatum est, vt plures Episcopi, crescente numero fidelium, augerentur. Sed de hac re ad pręsens silemus. Decimum pro coniugiis, ut nulli liceat nisi legitimum habere connubium: nullus incestum faciat, nullus coniugem propriam, nisi ut sanctum Euangeliũ docet, fornicationis causa relinquat. Quòd si quisquã propriam expulerit coniugem, legitimo sibi matrimonio coniũctam, si Christianus esse rectè uoluerit, ut nulli alteri copuletur, sed ita permaneat, aut propriç reconcilietur coniugi.

Math. 5. Repulsa cõiux propter. adulteriũ, non est alteri copulanda.

His itaque capitulis in commune tractatis ac diffinitis, ut nullum deincèps ab aliquo nostrum oriatur contentionis scandalum, aut alia pro aliis diuulgentur, placuit vt quæq; diffinita sunt, vnusquisq; nostrũ manus propriæ subscriptione confirmet. Quisquis igitur contra hanc sententiam iuxta decreta canonũ, nostra etiam confessione ac subscriptione manus nostræ cõfirmatã, quoquo modo minuere, eamq; infringere tentauerit, nouerit se ab omni officio sacerdotali & nostra societate separatũ. Diuina nos gratia in unitate sanctæ Ecclesiæ suæ viuẽtes, custodiat incolumes.

Nota pœnam eorũ qui sacros canones violant.

Facta autem est hæc synodus anno ab incarnatione Domini seacentesimo septuagesimotertio: quo anno Rex Cantuariorũ Ecgbert mense Iulio obierat, succedente in regnum fratre Lothere, quod ipse annos vndecim & menses septẽ tenuit. Bisi autem Episcopus Orientalium Anglorum, qui in præfata synodo fuisse perhibetur, ipse erat successor Bonifacii, vir multę sanctitatis & religionis. Nã Bonifacio post decem & septẽ annos Episcopatus sui defuncto, Episcopus pro eo, Theodoro ordinãte, factus est. Quo adhuc superstite, sed grauissima infirmitate ab administrando Episcopatu prohibito, duo sunt pro illo Aeci & Baduuine electi & consecrati Episcopi. Ex quo vsq; hodiè prouincia illa duos habere solet Episcopos.

Cap. 6. Non multo post hæc elapso tempore, offensus à Vuinfrido Merciorum Episcopo per meritum cuiusdã inobediẽtię Theodorus Archiepiscopus, deposuit eũ de Episcopatu, post annos accepti Episcopatus non multos, & in loco eius ordinauit Episcopũ Sexuulfum, qui erat constructor & Abbas monasterii, qđ dicitur Medeshamstedi, in regione Giruiorum. Depositus verò Vuinfridus, rediit ad monasterium suum, quod dicitur Acbearne, ibiq; in optima conuersatione uitam finiuit.

Vuinfridus Episcopus ꝓpter inobedientiam deponitur.

Cap. 7. Quartus Occidẽtaliũ Saxonũ Antistes Eleutherius fuit, siquidẽ primus Brinus, secũdus Agilbertus, tertius extitit Vini. Cumq; mortuus esset Conuualch, quo regnãte idẽ Eleutherius Episcopus factus est, acceperũt subreguli regnũ gẽtis, & diuisũ inter se tenuerũt annis circiter decẽ. Ipsisq; regnantibus, defunctus est ille, & Episcopatu functus Hęddi, q pro eo cõsecratus est à Theodoro in ciuitate Lõdonia: cuius Episcopatus tẽpore deuictis atq; amotis subregulis, Ceadualla suscepit imperiũ. Et cùm duobus annis hoc tenuisset, tãdem supni regni amore cõpũctus, reliqt, eodẽ adhuc ꝑsule ecclesiã gubernãte, ac Romã abiẽs, ibi uitã finiuit.

Ceadualla Rex abit Romã.

Anno Dñicæ incarnationis sexcẽtesimo septuagesimoseptimo, cùm Edilred Rex Merciorũ, adducto maligno exercitu Cãtiã vastaret, & ecclesias ac monasteria sine respectu pietatis, vel diuini timoris, fœdaret, ciuitatẽ quoq; Rhofi, in qua erat Putta Episcopus, quamuis eo tẽpore absens, cõi clade absũpsit. Qđ ille vbi cõperit, ecclesiã uidelicet suã rebus ablatis oib. depopulatã, diuertit ad Sexuulfum Merciorũ Antistitem, & accepta ab eo possessione ecclesiæ cuiusdã, & agelli nõ grandis, ibidèm in pace vitã finiuit, nil omninò de restaurãdo Episcopatu suo agẽs, quia magis in Ecclesiasticis, q̃ in mundanis rebus erat industrius: sed in illa solùm ecclesia Deo seruiens, & vbicũquè rogabatur, ad docenda Ecclesiastica carmina diuertens. Pro quo Theodorus in ciuitate Rhofi Vuilhelmũ cõsecrauit Episcopũ. Sed illo post nõ multũ tẽporis præ inopia rerum ab Episcopatu decedente, atque ad alia loca secedente, Gebmundum pro eo substituit Antistitem.

Edilredus rex vastat ecclesias & monasteria.

Anno Dominicæ incarnationis seacentesimo septuagesimo octano, q est annus imperii Regis Ecgfridi octauus, apparuit mense Augusto stella, q̃ dr cometa, & tribus mẽsibus ꝑmanens, matutinis horis oriebat, excelsã radiãtis flãmæ quasi colũnã ꝑferens. Quo ẽt anno orta inter ipsũ Regẽ Ecgfridũ, & reuerẽdissimũ Antistitẽ Vuilfridũ dissẽsione, pulsus est idẽ Antistes à sede sui Episcopatus, & duo in locũ eius substituti Epi, q Nordã Hũbrorũ gẽti ꝑesẽt: Bosa videlicet, qui Deirorũ: & Eata, q Berniciorũ prouinciã gubernaret: hic in ciuitate Eborẽci, ille in Hagustaldẽsi siue in Lindsfarnẽsi ecclesia cathedrã habens Episcopalẽ, ambo de monachorũ collegio in Episcopatus gradũ adsciti. Cũ qbus & Eadhedus in prouinciã Lindisfarorũ, quã nuperrime Rex Ecfridus, superato in bello & fugato Vulfhere, obtinuerat, ordinat Episcopus: Et hũc primũ eadẽ prouincia propriũ accepit præsulem, secundum Edeluinũ, tertiũ Eadgatium, quartum Cimberthum, quem in præsenti habet: habebat enim ante Eadhedum Antistitem Sexuulfum, qui etiam Merciorum, & mediterraneorum Anglorum simul Episcopus fuit. Vndè & expulsus de Lindisfi, in illarum ꝓuinciarum regimine permansit. Ordinati sunt autem Eadhed, Bosa & Eata Eboraci ab Archiepiscopo Theodoro: qui etiam post tres abscessionis Vuulfridi annos, horũ in numero duos addidit Antistites, Tumbertum ad ecclesiam Hagustaldensem, remanente Eata ad Lindisfarnensem, & Trumuini ad prouinciam Pictorum, quæ tunc temporis Anglorum erat imperio subiecta. Eadhedum de Lindissi reuersum, eò q Ediltedus prouinciã recepisset, Rhipensi ecclesiæ præfecit.

Vuilfridus Episcopus pellit è sede sua.

Cap. 17. His temporibus audiens Theodorus fidẽ Ecclesiæ Constantinopoli per hæresim Eutychetis multùm esse turbatã, & Ecclesias Anglorũ, quibus pręerat, ab huiusmodi labe immunes ꝑdurare desiderãs, collecto venerabiliũ sacerdotũ, doctorũq; plurimorũ cœtu, cuius essent fidei singuli, sedulus inquirebat, omniumq; vnanimem in fide catholica reperit cõsensum. Et hũc synodalibus literis ad instructionem memoriamque sequentium commendare curauit. Quarum videlicet literarum istud exordium est:

Synodus Anglia Episcoporum.

In nomine Domini nostri Iesu Christi Saluatoris, imperantibus dominis piissimis nostris, Ecgfrido Rege Humbronensium, anno decimo regni eius, sub die decimoquinto Calendarum Octobris, Indictione octaua: & Edilredo Rege Mercinensiũ, anno sexto regni eius: & Alduulfo Rege Esthanglorũ, anno decimoseptimo regni eius: & Lodhario Rege Cãtuariorũ, regni eius anno septimo: ꝑsidẽte ipso Theodoro, gratia Dei Archiepiscopo Britanniæ insulæ, & ciuitatis Doroueruis, vnã cum eo sedentibus cæteris Episcopis Brita-

Litera Synodica.

tanniæ insulæ, viris venerabilibus, propositis sacrosan ctis Euangeliis, in loco, qui Saxonico vocabulo Hedtfeld nominatur, pariter tractantes, fidem rectã & orthodoxam exposuimus, sicut Dominus noster Iesus incarnatus tradidit discipulis, qui præsentialiter viderunt & audierunt sermones eius: atque sanctorum patrum tradidit symbolũ: & uenerabiliter omnes san cti docuerunt & vniuersales synodi, & omnis probabilium catholicæ Ecclesiæ Doctorum chorus. Hos itaque sequentes nos piè atque orthodoxè, iuxta diuinitùs inspiratã doctrinã eorum professi, credimus consonanter & confitemur secundùm sanctos patres, propriè & veraciter, patrem & filium & spiritumsanctũ Trinitatem in unitate consubstãtialem, & vnitatem in Trinitate: hoc est, unum Deum in tribus substantiis vel personis consubstantialibus, æqualis gloriæ & honoris. Et post multa huiusmodi, quę ad rectæ fidei confessionem pertinebant, hæc quoquè sancta synodus suis literis addidit:

V. Synodi generales. Suscipimus sanctas & vniuersales quinque synodos beatorum & Deo acceptabilium patrum, id est, qui in Nicea congregati fuerunt, trecentorum decẽ & octo, contra Arrium impiissimum & eiusdem dogmata: Et in Constantinopoli centum quinquaginta contra vesaniam Macedonii & Eudoxii, & eorum dogmata: Et in Epheso primò ducentorum contra nequissimum Nestorium, & eiusdem dogmata: Et in Calcedone ducentorum & triginta contra Eutychẽ & Nestorium, & eorum dogmata: Et iterùm in Constantinopoli quinto congregati sunt concilio, in tẽpore Iustiniani minoris contra Theodorum, & Theodoretum & Ibę epistolas & eorum dogmata, contra Cyrillum. Et paulo pòst: Et synodum, quæ facta est in Vrbe Roma in tempore Martini Papę beatissimi, in indictione octaua, Imperante Constantino piissimo anno nono. Suscipimus & glorificamus Dominũ nostrum Iesũ Christum, sicut isti glorificauerunt, nihil addentes uel subtrahentes, & anathematizamus corde & ore, quos anathematizauerunt: & quos susceperunt, suscipimus, glorificantes Deum patrem sine initio, & filium eius vnigenitum, ex patre generatum ante secula, & spiritum sanctum procedentẽ ex patre & filio inenarrabiliter, sicut prædicauerũt hi, quos memorauimus suprà, sãcti Apostoli, & prophetæ & doctores. Et nos oẽs subscribimus, q cum Theodoro Archiepiscopo fidem catholicam exposuimus. *Processio Spiritussancti, ex patre & filio.*

Cap. 18. Intererat huic synodo, pariterque catholicæ fidei decreta firmabat, vir venerabilis Iohannes Archicantor ecclesiæ sancti Apostoli Petri, & Abbas monasterii beati Martini, qui nupèr venerat à Roma per iussionẽ Papæ Agathonis, duce reuerendissimo Abbate Biscopo, cognomine Benedicto. Cùm autem idem Benedictus construxisset monasterium Britanniæ in honorem beatissimi Apostolorum Principis, iuxta ostium fluminis Vuyri, venit Romam cum cooperatore ac socio eiusdem operis Ceolfrido, qui post ipsum eiusdem monasterii Abbas fuit, (quod & antè sæpiùs facere consueuerat) atque honorificè à beatę memoriæ Papa Agathone susceptus est: petiitque & accepit ab eo munimentum libertatis monasterii, quod fecerat, epistola priuilegii ex authoritate Apostolica firmatum, iuxta quod Ecgfridũ Regem voluisse, ac licẽtiam dedisse nouerat: quo concedente, & possessionem terræ largiente, ipsum monasterium fecerat. Accepit & præfatum Iohannẽ Abbatem in Britãnia perducendũ, quatenùs in monasterio suo cursum canendi annuũ, sicut ad sanctum Petrum Romæ agebatur, edoceret. Egitque Abbas Iohannes, vt iussionẽ acceperat Pontificis, & ordinem videlicet, & ritum canẽdi uiua voce præfati monasterii Cantores edocẽdo, & ea, quę totius anni circulus in celebratione dierũ festorum poscebat, etiam literis mandando: quæ hactenùs in eodem monasterio seruata, & à multis iam sunt circunquaquè transscripta. *Monasterium S. Petri cõstructum.* *Nota de anno canendi cursu.*

Non solùm autem idem Iohannes ipsius monasterii fratres docebat, verùm de omnibus penè einsdẽ prouinciæ monasteriis ad audiendum eum, qui cantandi erant periti, confluebant. Sed & ipsum per loca, in quibus doceret, multi inuitare curabant. Ipse autem, excepto cantandi vel legendi munere, & aliud in mandatis ab Apostolico Papa acceperat, ut, cuius esset fidei Anglorum Ecclesia, diligenter edisceret, Romamq; rediens referret: Nam & synodum beati Papæ Martini, cẽtum quinque Episcoporum consensu, non multò antè Romæ celebratam, contra eos maximè, qui unam in Christo operationem & uoluntatem prædicabant, secum ueniens attulit, atque in præfato religiosissimi Abbatis Benedicti monasterio trãscribendam commendauit. Tales nanque eo tempore Constantinopolitanæ Ecclesię fidem multùm turbauerant. Sed Domino donante, proditi iam tunc & uicti sunt. Vndè volẽs Agatho Papa, sicut in aliis prouinciis, ità & in Britannia, qualis esset stat᷒ Ecclesiæ, quomodò ab hæreticorũ cõtagiis cast᷒ edisceret, hoc negocium reuerendissimo Abbati Iohanni, in Britanniam destinato, iniunxit. Quamobrèm collecta pro hoc in Britannia synodo, quam diximus, inuenta est in omnibus fides catholica inuiolata, datumque illi exemplar eius Romam perferendum. Verùm ille patriam reuertens, non multò pòst, quàm Oceanũ transiit, arreptus infirmitate, ac defunctus est, corpus que eius ab amicis propter amorẽ sancti Martini, cui᷒ monasterio præerat, Turonis delatum, atq; honorificè sepultũ est. Nam & benigno Ecclesię illius hospitio, cùm in Britanniam iret, exceptus est, rogatusque multùm à fratribus, vt Romam reuertens, illo itinere reuerteretur, atque ad eã diuerteret ecclesiã. Deniquè ibidèm adiutores itineris & iniuncti operis accepit, à quibus, etsi in itinere defunctus est, nihilominùs exẽplũ catholicæ fidei Angloiũ, Romam perlatum est, atque ab Apostolico Papa, omnibusq; qui audiêre vel legêre, gratantissimè susceptum. *Synodus Martini Papæ.* *Cura Agathonis Papæ de ecclesia Dei.*

Cap. 21. Anno Ecgfridi nono, conserto graui prælio inter ipsum & Edilredũ regem Merciorum iuxta fluuium Treanta, occisus est Elbuini frater Regis Ecgfridi, iuuenis circiter decem & octo annorũ, vtrique prouinciæ multum amabilis. Nam sororem eius, quæ dicebatur Osthridi, & Rex Edilred habebat vxorem. Cumq; materies belli acrioris, & inimicitię longioris inter Reges populosque feroces videretur exorta, Theodorus Deo dilectus Antistes, diuino fretus auxilio, salutifera exhortatione cœptũ tanti periculi funditùs extendit incendiũ, adeò ut pacatis alterutrum Regibus ac populis, nullius anima hominis pro interfecto Regis fratre, sed debita solummodò mulcta pecunię Regi vltori daretur. Cuius fœdera pacis multo exindè tẽpore inter eosdem Reges eorumque regna durarũt. *Pacis reconciliator S. Theodor᷒*

Ex lib. 5. Cap. 8. Anno autem post hunc, quo Ceduałla Romæ defunctus est, proximo, id est, sexcentesimo nonagesimo incarnationis Dominicæ, Theodorus beatæ memoriæ Archiepiscopus senex & plenus dierũ, idest, annorũ octoginta & octo, defunctus est. Quem se numerũ annorum fuisse habiturum, ipse iamdudùm somnii reuelatione edoctus, suis prædicere solebat. Mansit autem in Episcopatu annis vigintiduobus, sepultusque est in ecclesia S. Petri, in qua omniũ Episcoporũ Doroueruensium sunt corpora deposita. De quo vnà cum consortibus eiusdẽ sui gradus, rectè & veraciter dici potest, quia corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum viuet in generatione & generationem. *Obitus Theodori Episcop.* *Eccl. 44.*

Vt

Vt enim breuiter dicam, tantum profectus spiritalis, tempore præsulatus illius Anglorum Ecclesiæ, quantum nunquam anteà potuere, ceperunt. Cuius personam, vitam, ætatem & obitum, Epitaphium monumenti ipsius, versibus heroicis triginta & quatuor palam ac lucidè cunctis illò venientibus pandit. Quorum primi sunt hi

Epitaphium eius. *Hic sacer in tumba pausat cum corpore præsul,*
Quem Theodorum nunc lingua Pelasga vocat.
Princeps Pontificum, felix, summusque sacerdos,
Limpida discipulis dogmata disseruit. Vltimi aũt hi:
Namque diem nonam decimam Septembris habebat,
Cùm carnis claustra spiritus egreditur.
Alma nouæ scandens fœlix consortia uitæ,
Ciuibus Angelicis iunctus in arce poli.

MARTYRIVM S. Eustachii, vxoris & filiorum eius, quorum natalis in uigesimum diem Septembris incidit, quære lector in sexto Tomo secundo Nouembris. Martyrium verò Fausti & Euilasii in primo Tomo sexto Februarii.

COMMEMORATIO SANCTI Apostoli & Euangelistæ Matthæi, Authore Simeone Metaphraste.

21. Septembris.



SI præceptum illud, quod ab eo, qui nos formauit, iniunctum nobis fuit, seruare voluissemus, beata illa paradisi habitatione & vita frui nobis licuisset, omniaque corporea commoda negligẽtes, solis diuinis rebus mẽtẽ occupatam haberemus, ac eas assiduis cogitationibus semper meditaremur. *Inuidia diaboli.* Cùm verò ille, qui à diuina familiaritate, simul atque à gloria excidit, in qua priùs erat, generi humano inuideret, ob idque ad suam ruinam secum vnà omnibus machinis illud præcipitare studeret, author fuit homini, ut primi illius præcepti obliuisceretur. Itaque homo ipse, q omniũ primus à Deo formatus est, miserabili quodam modo, prôh dolor, paradiso priuatus fuit. Non tamen ipsius, qui nos formauit, benignitas patiebatur, ut ad tantam ruinam prolapsi despiceremur, neque ut, prima illa dignitate amissa, tam ignobili statu condemnati relinqueremur.

Christi in mensa erga nos charitas. Ille igitur ipse, qui ab initio cũ patre semper fuit, qui coæternus est, ex paterno sinu descendens, seipsũ exinaniuit, & propter humani generis salutem, matrẽ Virginem subiit, carnem gestauit, & humana omnia sustinuit, præter peccatum: humana enim omnia suscepit, vt peccatum mundi tolleret, & his, qui sunt in terra, nouum quendam ad cælos aditum præpararet. Quoniam verò eius rei ministros habere oportuit, per quos diuinæ dispensationis & mysteriorum disciplinam Deus patefaceret, atq; homines ipsos ad salutis viam perduceret, ob eam causam uocati sunt Andreas, Petrus, Iacobus, Iohannes, & Matthæus, de quo nobis hoc loco dicendum est.

Matthæus publicanorũ princeps. Hic, inquam, Christi discipulus, olim fuerat publicanus, pecuniarum exactor & ratiocinator, quippè qui oẽs quæstus faciendi uias & artes nouerat, mẽtis acrimonia, multoq; rerũ vsu ità pstãs, ut inter publicanos principẽ locũ teneret. Posteà verò q̃ pro salute mũdi Christus Dñs in terra versari cœpit (Videte, quæso, repentinã, celerẽ, admirabilem & planè diuinã hominis conuersionẽ) cùm prætiret aliquandò, & intimas cordis partes inspiceret hominis in telonio sedentis, cũq; virtutis studiũ, atq; ardorẽ in eius animo latentẽ, ut rerũ occultarũ cognitor, & cordis pscrutator benè cognosceret, & qualisnã ex eo, q tũc erat, postea futurus esset, optimè pspiceret, illũ vocauit, ac sequi se iussit. Sic.n. de illo scriptũ legimus: Cùm transiret Iesus, vidit publicanũ, nomine Leui, in telonio sedentẽ, eique dixit: Sequere me. *Matt. 9.* Ille verò nõ pecuniarũ copia, nõ eorũ, qui circunstabant, multitudine, non terrena & fragili huius mundi gloria detentus est: nihil deniq; illorum oĩum curauit, quæ in terris humanã mẽtem seruituti subiicere, & ad se attrahere solent: sed ità vt erat, statim surrexit, & secutus est Dominum. Non lõga oratione illi opùs fuit, neq; multo tẽpore: nõ miraculorum spectatione, nõ denique diligentiore, aut diuturniore cõsuetudine, sed cùm primùm optabilẽ illã & iucundã vocẽ audiuit, Sequere me, statim teloniũ dereliquit, & exigẽdæ pecuniæ socios; oẽmq; honoris pristini cupiditatẽ abiecit, ac toto illo argẽto & auro, qđ anteà possidebat, pciosã margaritã mercat⁹ est. *Prompta S. Matthæi obedientia.* Ità q Leui anteà dicebatur, cùm mores pristinos admirabiliter mutauisset, apellatione quoq; superiore mutata, Matthæus dictus est, qui deinceps cũ ipso Iesu versabatur, ità ut cùm posteà Christus ipse in eius domo recumberet, vnà cũ illo & Matthæus discubuerit. *Matt. 9.* Qua de re cùm Pharisæi dubitarent, & ab eius discipulis quærerent, curnam eorũ magister cũ publicanis cibũ sumeret: ille, his auditis, respondit: Nõ opùs habent medico, qui benè ualent, sed qui malè se habent. item illud: Euntes discite, quid sit, Misericordiã uolo, & non sacrificiũ. *Osee 9.* Quare declarauit, se venisse, non ut iustos omninò, sed ut peccatores, ad pœnitentiam inuitaret.

Mira eius conuersio. Ex illo tẽpore Matthæus ità mundũ dereliquit, ut & ipsi mũdo, & oĩbus mundi cupiditatibus, cruce suscepta, renunciauerit, soli Deo uiuens, & eius vestigia sequens, omniumq; signorũ ac miraculorum ipsius spectator & particeps factus: quippè qui per totũ dispensationis diuinæ tẽpus vnà cũ Iesu uersatus fuit, cũ summis eius discipulis cõnumeratus, & cũ tẽporis progressu faciens uirtutis progressiunẽ. Cùm verò tempus illud salutare aduenisset, quo Iesus crucem passus est, Domini corpus post Crucẽ ipsam sepulturæ traditum fuit, & ille post resurrectionẽ aliquandò Discipulis suis apparuisset, sæpiùs verò illorum oculos latuisset, postremo in cælũ assumptus est, & Spiritũ paracletum illinc sub ignea linguarũ specie ad Apostolos suos misit, ut per eius ipsius Spirit⁹ afflatũ gentibus gratiam nunciaret. *Act. 2.* Tunc Discipuli, aliò alii, profecti sunt ad totius orbis terrarum gentes, prout vnusquisque ab illo ipso Spiritu ducebatur. *Mat. ult. Psal. 18.*

Cùm igitur hæc ità se haberent, & Discipuli regiones alias alii aggressi fuissent, tũc admirabilis & magnus Apostolus Matthæus, tantarũ bonarũ rerũ sol⁹ particeps esse noluit, sed aliis ẽt beneficiũ impartiuit. *Scribit Euangeliũ.* Itaq; cùm se totũ collegisset, Euãgeliũ suũ & religionis ac pietatis doctrinã, literarũ monumẽtis cõsignauit, ut videlicet q̃ aliis ore ac lingua docuissent, ea ipse scriptis mãdaret. Altius igitur indè vsq; ab ipso Abrahã Christi originẽ exorsus, atq; ità deincèps progressus, primùm Christi originẽ secũdùm carnẽ nobis nũciauit, deindè quemadmodùm baptizat⁹ fuit, discipulos elegit, tẽtationes superauit, & ipse à Iesu vocat⁹ est, quemadmodùm ẽt sacra diuinarũ rerũ mysteria edocuit, partim parabolis, partim apertè discipulis & turbis ea pnũciãs. Scripsit idẽ miracula supra humanæ naturæ captũ ab eodẽ Iesu facta, itèm ægrotãtium curationes, eorũ qui à dæmonibus uexabantur liberationes, panes illos quibus ipse benedixit, & multos pauit, quemadmodùm per mare pedibus ambularit, & in monte Thabor in aliam quandam formam se transtulerit. Deindè alterum eius aduen-

tum diligenti oratione conscripsit: quæq; de mystica eius cœna, & de ipsius proditione facta erãt, perstrinxit. Adhęc falsum illud Pilati iudicium, & eius, qui venit ut iustè alios iudicaret, iniquam condemnationẽ, sepulturam, resurrectionemq;, & quæmadmodùm apud Galilæam apparuit Apostolis, quo tempore datã sibi dixit omnem potestatem in cælo & in terra. *Matt. 28.*

Partho adit S. Matthæus Apostolus. Cùm igitur, ut summatim dicam, totam Christi dispensationẽ explicauisset, Parthos adiit, qui ōdùm Persarum imperio adiuncti erant, ipsisq; salute nunciata, Palæstinæ regionis fines peragrauit, vbi cum in genti multitudine variis linguis prędita congressus est, cum fame, siti & crebris ærumnis ac periculis luctatus, quorum alia superstitiosæ impietatis Præsides, alia acerbissimi populorum Tribuni crudelissimè afferebant. At ille nihilominùs tamen Saluatorem Christum & mente & voce libera prædicabat, & eos qui errore decepti fuerant, ad diuinam cognitionẽ perducebat, ab erroris fallacia remotos & ad veritatis cognitionem translatos. Impia igitur gentium superstitione de medio sublata, omnes homines vero & soli Deo adiunxit, neque suæ prędicationis doctrinam illius tantùm finibus contineri voluit, sed ad Aethiopiam, quam sortitus fuerat, peruènit: cuius regionis homines cùm ad ueritatis notitiam perduxisset, Christianæq; fidei gymnasium illic constituisset, & quoscunque potuit prædicationis suæ retibus inclusisset, multaq; miracula Christi ope adiutus, effecisset: & eos, qui ad Dei fidem conuersi erant, per aquam & spiritum Christo adiunxisset, ecclesiam sanctam ipsi ædificandam curauit, presbyterosq; ac diaconos constituit, singulis diebus concionẽ habens, partìm ad veritatem retinendam illos adhortans, partim mysteria tradens: eos uerò, qui languoribus & morbis uel dæmonum malitia oppressi, de uita periclitabantur, verbo & manùs attactu ab oib. molestiis statim liberabat. *Apud Aethiopes pdicat Christũ.*

Posteà verò quàm opus exegit sua vocatione dignum, & debitum opus compleuit, ad quod vocatus fuerat, per martyriũ in Domino quieuit, & nobis, q versamur in terris, corpus reliquit gloria & hymnis ornatum, eosque, qui memoriam eius celebrant, uicissim multo splendore ornans, ac sanctos efficiens: id quod multi ex eorum numero qui per Apostolũ ipsum salute digni facti sunt, sacris orationibus consuetam & sanctam eius celebritatem honorificè admodùm prosecuti, memoriæ prodiderunt. Ipse verò sine interuallo aliquo puro aspectu Domini Iesu Christi faciẽ contemplatur, & in eius immensę gloriæ corona decoratur, atque cum eo simul versans, exultat perpetuò: Cui cõuenit omnis gloria, honor, adoratio & magnificentia, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. *Obit martyrum.*

BEATI PETRI DAMIANI SERmo De sancto Matthæo Apostolo & Euãgelista, ut habetur in Tomis Aloysij.

21. Septẽbris.

OLENNITATIS hodiernæ lætitia, dilectissimi, omnem desperationis aculeum de nostris mentibus amputat, ad præsumendũ de diuina misericordia, titubantia corda confirmat, atque vt adeamus cum fiducia thronum gratiæ, (sicut & Apostolus hortatur) inuitat. Quis enim audiens publicanum a Domino non modò in clientelam discipulatus electum, sed in senatus insupèr Apostolici conscendisse fastigium, non protinùs animetur ad consequendam suorum veniam peccatorum? De telonio quippè cumulandæ pecuniæ in cathedrã transfertur Ecclesiæ: & qui priùs exigendi vectigalis fungebatur officio, constitutus est fidei diuinarumq; cælestium ministrare thesauros: quique tunc turpis lucri quæstu satagebat implere marsupium, nunc per mundi latitudinẽ spargit cælestis eloquii sacramẽtũ. *Marc. 2. Luc. 5.*

Inter omnes planè sanctos, qui cælesti gloriæ de triumphato mundo victoriæ titulos intulerunt, beatus Matthæus mihi uidetur insignis atque conspicuus, & quendam inter eos dignitatis obtinere primatum: atque, vt clariùs dicam, nemo post Christũ est, cui magis debeat sancta vniuersalis Ecclesia. Nam q mundus uiuit, hęc est causa, quia lux nobis Euangelica coruscauit. Constat autem, quia primus omnium Matthæus Hebraico stylo Euangelium scripsit, sicque his, qui erant ex circuncisione, fidelibus neotericę fidei quoddam quasi speculum procurauit. Quia igit ad sanctum Euangelium describendum primus iste prorupit, scribendi cęteris Euangelistis viam præcessor aperuit, & tanquàm dux vexillum sequentibus pтulit, suoqne eos exemplo ut scriberent, incitauit. Illi ergò debemus Euangelium, quem Euangelicæ narrationis constat intulisse principium: & quem aliorũ nouimus primum, non ambigimus inter eos cuiusdã priuilegii tenere primatum. Vnusquisque nimirùm trium Euangelistarum, beati Matthæi librum, antequàm suum inciperet, nouit, & (sicut sibi diuinitùs inspiratum est) non superfluam cooperationem sui laboris adiunxit. Eorum quippè fuerat, præparare fideliter animos ad scribendum: Dei autem erat, in id, quod vellet, dirigere stylum. *S. Mattheus Euangeliũ suũ Hebracè scripsit.*

Porrò sicut Moyses & Prophetis non absurdè præponitur, & omnibus, qui aliquid scripserunt in ueteri testamento: ità beatus Euangelista Matthæus oẽs iurè pręcellit, qui scripsisse reperiuntur in nouo. Sicut enim ille nascentis mundi texit originem: sic iste, tanquàm spiritalis cuiusdam mundi, orientem describit Ecclesiæ nouitatem. Vndè spiritusancto calamum temperante prouisum est, ut vterque non diuersum, sed vnum idemque suis libris præmitteret initium, dicẽs: Liber generationis. Sed illa generatio filios protulit iræ, ista filios parturit gratiæ. Illa generatio sortita est paradisum terræ, fertilium quidem arborum & herbarum decore vernantem: sed ista cælestem meruit paradisum, incomparabilium deliciarũ copiis affluentem. Ex illo tamen paradiso, primus homo per lignum posteritatem sui generis expulit: secundus homo per Crucem cælestibus nos pascuis introduxit. Ille, dum narrat Deum dixisse, Fiat lux, ostẽdit conditam lucem: iste Christum de virgine natum perhibens, exortum lucis insinuat conditorem. Moyses itaque veterem Adam atque terrenum, veterem mundum, vetus digerit testamentum: Matthæus aũt pro veteribus noua, pro terrenis siue carnalibus spiritualia, pro temporalibus introducit æterna. Pro Adã siquidẽ Christũ, pro lege veteri Euangeliũ pro mũdo vel terra, herbis arboribusq; florente, sanctã describit Ecclesiã, diuersa spiritualiũ fructuũ uictualia germinãtẽ. Primus .n. homo, sicut Apostolus ait, de terra terrenus, secundus de cælo cælestis. Factus est primus Adã in animã viuentem, nouissimus Adã in spiritũ viuificãtem. Nõ .n. priùs qđ spirituale est, sed qđ animale: deindè quod spirituale. Moyses ergò describit, quomodò visibilia qq; sunt originaliter condita: Matthæus autem docet non modò terrena, sed & cælestia per mediatoris Dei & hominũ gratiã nouiter instaurata. sicut idem dicit Apostolus: ut notũ faceret nobis sacramẽtũ volũtatis suæ secũdùm beneplacitũ eius, quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cęlis, & quæ in terris sunt in ipso. *Moyses scriptorũ veteris testamenti primus.* *Gen. 1.* *1. Cor. 15.* *Ephes. 1.*

Hanc

Hanc mundi renouationem Dauid præuidebat, cùm aliquandò coram Domino constitutus oraret. *2. Reg. 7.* Nam cùm illi per Nathan Prophetam clementia diuina promitteret, ex eius semine nasciturum, qui sibi sacrosanctum construeret templum, & Christum manifestè denuncians, adiecisset: Ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in Filium: moxque Ecclesiam, quæ corpus est Christi, qualiter esset futura, depromeret, dicens: Et fidelis erit domus tua, & regnum tuum vsq; in æternum ante faciem meam, & thronus tuus erit firmus iugiter: ille gratias agens, inter cætera orationis suæ uerba sic ait: Sed & parum visum est in conspectu tuo, Domine Deus meus, quia dilexisti me, nisi loquereris etiam de domo serui tui in longinquũ. moxque subiunxit: Ista est enim lex Adam, Domine Deus. Ac si perspicuè dicat: Sicut in terreni mundi huius exordio Adam cõstituisti posteritatis secuturæ parentem, atque ex hac radice totius humani generis decreuisti pullulare propaginem: ita nũc mundũ renouare disponens, me quasi nouum Adam facis, dum Christum ex meo semine nasciturum, qui est author & caput Ecclesię, polliceris. Ità est, inquit, lex Adam: quia sicut ille erat in filiis suis hunc mundum visibilem possessurus, ità & ego populi spiritualis in Christo pater efficior, cum illo, qui in cęlis est, perpetuó regnaturus. *Gen. 2.* Sicut enim de costa illius formata est viuentium mater Eua, ità de latere Christi, qui ea me nasciturua est, victura perenniter egredietur. Ecclesia. *1. Reg. 3.* De hoc nouo & spirituali mundo scriptum est: Domini sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem. Orbis enim super terrę cardines ponitur, tùm sancta Ecclesia tanquàm super bases doctrinis Euangelicis solidatur. *Psal. 86.* De qua & alibì dicitur: Fundamenta eius in montibus sanctis. Qui enim illic cardines, hic appellati sunt montes.

Euangelistarum planè numero congruit & mundi situs, & temporum cursus: quia & quatuor mundi partes, & totidem sunt temporum diuersitates. Non igitur mirum, si spiritualis mundus inuisibili huic cõferatur, dum nonnullas inuicém habere similitudines vterque dignoscitur. Et notandum, quia summus architectus, videlicet omnipotens Deus, dum huius spiritualis mundi, hoc est, sanctæ vniuersalis Ecclesiæ fabricam super quatuor Euangelistas, quasi super columnas totidem costruit, duas potiores & egregias altrinsecùs ordinat, quibus scilicet omni surgentis machinæ pondus in cumbat: duas autem minores in medio statuit, sicque cęlestis fabricæ pulchritudinem alterna varietate distinguit, vt pluralitas ad fundamẽtum, diuersitas pertineat ad ornatum: & diuinum opus sic robore permaneat inconcussum, ut sit etiam varietatem conspicuum. Hæ denique quatuor sunt columnę, de quibus ad Moysem dicitur, cùm in typo Ecclesiæ tabernaculum figeretur: *Exod. 27.* Facies columnas quatuor, & bases earum vestitas argento. In argento enim quid aliud, quàm claritas diuini sermonis accipitur? *Psal. 11.* sicut scriptum est: Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terrę. Bases ergò argento vestitę quatuor columnas tabernaculi sustinent: quia prædicatores Ecclesiæ diuino eloquio decorati, ut in cunctis se exemplum prębeant, quatuor Euãgelistarũ dicta & ore & operibus portãt.

Matthæus itaque primum obtinet locum, Iohannes vltimũ. Qui nimirùm in Apostolico sunt culmine constituti, & in iis, quæ scripserunt, non auditu dũtaxat, sed uisu potiùs atq; cõtactu sunt præsentialiter informati. *1. Iohan 1.* Sicut unus eorum dicit: Quod audiuimus, quod vidimus, qđ oculis nostris perspeximus, quod manus nostræ tractauerunt de verbo uitæ. Marcus autẽ & Lucas, qui Euangelici catalogi meditullium ipsi tiuntur, non quidem sunt Apostoli, veruntamen pcipuorum Apostolorum, alter Petri, alter Pauli, relationibus sunt edocti. Omnes nihilominùs sancti Euãgelistæ, vnius sunt authoritatis, vnius sunt fidei, nec in aliquo dispares in texenda syncerissimæ linea ueritatis, ac per omnẽ suæ descriptionis articulum, inexpugnabile simul erigũt propugnaculũ, aduersùs oĩa quarumlibet hęreseon iacula præmunitũ. Hæc est.n. quadriga illa, in qua Rex glorię exultans ut gigas, & potẽs in plio, principi mũdi hui⁹, q gen⁹ humanũ captiuũ tenebat, occurrit, & lorica carnis armatus, illũ superueniens vicit, eiusq; vasa distribuit. *Psal. 18. & 23.* Hanc porrò quadrigã, verumq; Cherubin Ezechiel Propheta se conspexisse cõmemorat, cùm ait: Similitudo aũt uult⁹ eorũ, facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorũ quatuor: facies aũt bouis à sinistris ipsorũ quatuor, & facies aquilæ desupèr ipsorũ quatuor. *Luc. 11. Ezech. 1.* Quos profectò nõnulli catholicorũ patrũ hoc ordine discreuere, ut quia ab humana generatione cœpit, iure per hominẽ Matthęus: quia verò à clamore in deserto, rectè p leonẽ Marcus: qa à sacrificio exorsus est, benè per uitulũ Lucas: quia à diuinitate verbi cœpit, dignè p aquilã Iohannes videatur designari. *Gregori⁹ in Ezechielis hũc locũ.* Qui nimirùm, dicens: In principio erat Verbũ, & Verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbum: dum in ipsã substãtiam diuinitatis itẽdit, quasi more aquilæ oculos ĩ solẽ fixit.

Sed ii, qui sanctos Euãgelistas p animaliũ figuras sub hac varietate distinguunt, magis considerare videtur Euãgelii cuiusq; principiũ, quàm continuũ sequẽtis historiæ textũ. Nã qui seriatim cunctas Euãgelicę narrationis curiosius, atq; minutiùs indagauere sententias, beato Matthæo nõ hominis, sed figurã decreuerunt adscribendã esse leonis. Leo.n. (ut ait scriptura) potẽtissim⁹ bestiarũ ad nulli⁹ pauebit occursũ. *Prou. 30.* Et quia rex animalium dicitur, nõ incongruè beato Matthæo, qui regiã Christi cernitur texuisse personã, leonis species deputatur. *Quidam Matthæo figurã leonis adscribunt.* Vndè & in Apocalypsi Dñs cũ ipsa tribu regia leo cõmemoratus est, vbi dictũ est: Vicit leo de tribu Iuda. *Apoc. 5.* Matthæus igitur in declaranda regia stirpe Dñi familiariùs vacat, & sicut ab hac narrationis exordiũ sũpsit, sic in eadẽ intẽtione totã styli sui seriẽ ad finẽ vsq; perducit. Generationis quippè lineã texens, ad Dauid peruenit: deindè p Salomonẽ trãsiẽs, cęteros Reges in enumerãda generis successione percurrit. Et paulò pòst refert, q ab Oriẽte Magi veništ, & Iudæorũ Regem natũ solerter requirũt: simul ẽt q Rex Herodes turbatus est, dũ audit, q Rex pter se in Iudęorũ populo natus est. *Matt. 2.* Deindè subiũgit parabolã, vbi Dñs ait: Simile est regnũ cælorũ homini regi, q fecit nuptias filio suo. *Matt. 22.* Sed & instãte salutiferæ passionis articulo, narrat eũ dixisse: Quia cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, cõgregabũtur ante eũ oẽs gẽtes: & quia tũc dicet Rex his, qui a dextris eius erũt: Venite benedicti patris mei, percipite regnũ. *Matt. 25.* Postremò destructo per mortẽ suã mortis imperio, & beatæ resurrectionis coruscante triũpho, narrat eum dixisse discipulis: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. *Matt 28.*

His & huiusmodi clarescẽtib⁹ in Euãgelica descriptione sentẽtiis, liquet beatũ Matthęũ in psequẽda regia stirpe Dñi tenaciùs, q̃ cęteri, fuisse versatũ. Vnusquisq; siquidẽ sãctorũ Euãgelistarũ ppriũ, ac specialẽ ordinẽ seruat, & in ei⁹, qua cœpit, intẽtionis custodia pseuèrat. *Quilibet Euãgelistarũ propriũ ordinẽ in scribẽdo obseruat.* Nã Iohãnes propẽtiùs occupat ad declarãdã in Christo diuinitatis essentiã Matthæus aũt, ut dictũ est, ostẽdit regiã dignitatẽ. Marcus verò tãq̃ assecla siue breuiator eius esse vr̃, dũ p ei⁹ vestigia subsequẽs gradit, & sic illi siue eisdẽ verbis, siue eodẽ sensu in oibus penè cõcordat, ut tanq̃ à pcedẽtis se tramite nõ recedat. Lucas ẽt ppriũ modũ & ordinẽ tenet,

dum sacerdotalem Domini stirpem describit atque
personam,& sic per totam styli sui seriem in hac intẽ
tione perdurat, vt diuersari circa templum & sacer-
dotes vsque ad finem Euangelii non omittat. Nam ip
sum quoq; suæ narrationis exordium quid aliud coa
ceruat, quàm diuersorum nomina sacerdotum? Fuit,
Luc.1. inquit, in diebus Herodis regis Iudææ, sacerdos qui-
dam nomine Zacharias, de vice Abia, & uxor illius
de filiabus Aaron. Eundem postmodùm Zachariam
in templo ante altare constituit. Mariam quoquè Vir
Luc.2. ginem domui sacerdotis inducit. Quadragesimo aũt
natiuitatis die puerum eum muneribus ad templum
portat. Duodennem quoquè in templo audientem &
interrogantem, cum doctoribus inthronizat. Deindè
parentes Domini narrat per omnes annos ascendis-
se Hierusalem ad templũ in die solennitatis Paschæ.
Luc.2. Demùm Euangelium suum hoc fine conclusit, vt dice
ret: Ipsi adorantes regressi sunt Hierusalem, & erant
quotidiè in templo, laudantes Deum, & benedicen-
tes Dominum. Mediator quippè Dei & hominum, se
cundùm humanam naturam vnus idemque Rex esse
Christus voluit & sacerdos, vt per uires nos regalis apicis re-
Rex et Sa geret, & per sacerdotis officium expiaret. Hæ siquidẽ
cerdos. personæ in figura Christi specialiter sunt à patribus
commendatæ, cui principaliter ac singulari prærroga
tiua dedit Deus sedem Dauid patris eius, vt regni ei-
Psal.109. nos esset finis, & ut sacerdos esset secundùm ordinẽ
Melchysedech.

Vtriusque ergò ministerii dignitatem Matthæus &
Lucas ita inter se inuicèm diuidunt, vt alter Christi re
gnum, alter describat sacerdotium. Spiritus enim san
ctus per organa sua sic propriæ potestatis iura dispen
sat, ut dum per duos unus eloquitur, idem sentien-
tium quædam in verbis diuersitas exprimatur. Vndè
cùm Matthæus, qui regalem Domini personam su-
sceperat describendam, in genealogiæ contextu Re-
ges enumeret, Lucas ad ipsum Dauid, nõ regium sche
ma prosecutus, sed per eos qui Reges non fuerant, as
scendit ad Nathan filium Dauid, qui nec ipse Rex fu-
it. Vndè diuinitùs actum est, ut non habeat sociũ sub-
sequentem, qui styli sui teneat seriem: quoniam sacer
Heb.9. dos in sancta sanctorum solus intrabat: atque idcircò
hic sine comite est, quia se circa Domini sacerdotiũ
specialiter occupat. Matthæus autem, ut prædictum
est, breuiatorem Marcum atque pedissequum habuit:
quia Christi regiam dignitatem, Reges enumeran-
do, descripsit. Regiæ quippè sublimitatis est, ut non si
ne comitum gradiatur obsequio.

Hunc ducem & nos sequamur, dilectissimi fratres
mei, non Euangelium breuiando, sed Euangelica præ
cepta seruando. Hunc ad vitam sequamur itineri præ
uium. Huius salutiferum imitemur exemplum, qui
Matth.9. mox, ut uocantis se Saluatoris audiuit imperium, nõ
cunctatus est, non sua disponendi quæsiuit inducias,
non amicorum petenda consilia: sed ilicò diuitias
spreuit, necessarios abdicauit, carnalium affectuum
nexus abrupit: sicque solutus, post Christi vestigia læ
tus & impiger properauit, & tanquàm post naufragi-
um delatus in portum, diuinum illud celeuma can
Psal.115. tauit: Dirupisti, Domine, vincula mea: tibi sacri
ficabo hostiam laudis. Vel illud, quod sponsa modulatur in Canticis canticorum:
Cant.3. Paululùm cùm pertransissem e-
os, inuèni quem dili
git anima
mea:
tenui, nec dimittam
eum, Amen.

MARTYRIVM FORTISSIMORUM Martyrum, Mauricii & sociorum eius, ab Eucherio Lugdunensi Episcopo conscriptum.

EPISTOLA EVCHERII LVGDVnensis Episcopi ad Syluium Episcopum.



DOmino sancto & beatissimo in Christo
Syluio Episcopo, Eucherius Episco-
pus. Misi ad beatitudinem tuam, scrip
tam nostrorum martyrum passionẽ.
Verebar nanque, nè per incuriam iam
gloriosi gesta martyrii ab hominum
memoria tempus aboleret. Porrò ab idoneis autho-
ribus rei ipsius veritatem quæsiui, ab his utiquè, qui
affirmabant se ab Episcopo Geneuensi sancto Isaac,
hunc, quem protulit, passionis ordinem cognouisse:
qui, credo, rursùm hæc à viro temporis anterioris ac
ceperit. Itaque cùm alii ex diuersis locis atque pro- *Nota anti*
uinciis in honorem officiumque sanctorum, auri at- *quã deuo*
que argenti, diuersarumque rerum munera offerãt, *tionẽ, &*
nos scripta, si uobis suffragantibus dignantur, offeri- *caue hære*
mus: vtiquè exposcentes pro eis intercessionem omni *ticorum ĩ*
um delictorum, atque in posterum iuge præsidium *sanctos*
patronorum semper meorum. Mementote vos quo- *blasphemi*
què nostri in conspectu Domini, sanctorum semper *as.*
officiis inhærentes, domine sancte & meritò beatissi
me frater.

EIVSDEM PROLOGVS IN MARtyrium S. Mauricij & sociorum eius.



SAnctorum passionem martyrum, qui *Agaunũ*
Agaunum locum gloriosum sanguine *locus Sa-*
illustrant, pro honore gestorum stylo *baudiæ est*
explicauimus: ea vtiquè fide, qua ad
nos martyrii ordo peruènit. Nam per
succedentium relationem, rei gestæ
memoriam nondùm intercepit obliuio. Et si pro mar
tyribus singulis loca singula, quæ eos possident, vel
singulæ vrbes insignes habentur: nec immeritò, quia
pro Deo summo preciosas animas refundunt: quan-
ta excolendus est reuerentia sacer ille Agaunensium
locus, in quo tot pro Christo martyrum millia ferro
cæsa referuntur? Nũc ipsã passionis causã loquamur.

HISTORIA.



DIOCLETIANVS Romanæ *22. Septẽ-*
reipublicæ princeps, cùm ad Im *bris.*
perium totius orbis fuisset ele-
ctus, omnesque prouincias tur-
bari quorundam præsumptione
pspiceret: ad consortiũ Imperii
uel laboris, olim sibi commilito
nem Herculeum Maximianum,
Cæsarem fecit: eumque contra Amandũ & Aelianũ,
qui in Bagaudarum nomen præsumptione seruili ar- *Bagauda*
ma commouerant, ad Gallias destinauit. Cui ad sup- *rũ tumul*
plementum exercitus, legionem Thebæam ex orien- *tus.*
talibus ire præcepit. Quæ legio sex millia, sexcentos
sexagintasex uiros validis animis, & instructos armis,
antiquorũ Romanorũ habebat exemplo. Hi igitur mi
lites Christianæ religionis ritum orientali traditio-
ne à Hierosolymitanæ urbis Episcopo susceperant fi-
demque sacram uirtuti & armis omnibus præpone- *Virtuti,*
bant. Ad vrbem quippè Romam itinere attingentes, *& armibus*

can.

S. Martyres Romæ suam confirmāt fidem.

eandē Christianitatis fidē, quā acceperāt, apud beatū Marcelinū pdictæ Romanæ urbis Pontificē cōfirmauerūt: vt antè gladio interirēt, q̄ sacrā fidē Christi, quā acceperant, violarent. Recepti igitur à Diocletiano Cæsare, iubentur vt post Maximianum collegam iter, quod ceperant, ad Gallias tenderent.

Cap. 2.

Maximianus Cæsar vsu quidē militiæ bellis aptus: sed idolorū specialis cultor, ferus animo, auaritia crudelis, libidini deditus, cæterisque vitijs obsceſſus, ferenitatem Imperatoriam nimia crudelitate polluerat. In Galliam properans, ad Alpium Pœninarum aditum venit. Transmeantibus iter Alpium, post arduam & horridam viam, subitò æqualis loci campestris occurit & grata planities. Quo in loco oppidum factū est, quod Octodorus nomen accepit: circa quod irrigua fluminibus prata, & agrorum fertilis cultura porrigitur: præcipuè deindè Rhodani fluminis validus cursus offertur. Transcensis igitur Alpibus, Maximianus Cęsar Octodorum venit: ibiq; sacrificaturus idolis suis, conuenire exercitum iussit, atroci proposita iussione, ut per aras dęmonibus consecratas iurarēt, ęqualibus sibi animis contra Bagaudarum turbas esse pugnandum: Christianos verò, velut inimicos dijs suis, ab omnibus persequēdos. Quod vbi primùm peruenit ad notitiam Thebææ legionis, prætereiens Octodorense oppidum, ad locum, cui Agauno nomen est, celeriter properauit, vt octo millium spatio ab Octodoro separata, necessitatem committendi sacrilegij præteriret. Quo in loco ità vastis rupibus Rhodani fluminis cursus arctatur, vt commeandi facultate subtracta, constratis pontibus viam fieri itineris necessitas imperaret. Vndiquè tamen imminentibus saxis, paruus quidem, sed amœnus irriguis fontibus campus includitur: vbi fessi milites legionis Thebææ post laborem tanti itineris resederant. O quanta reuerentia excolendus est sacer locus iste, in quo tot pro Christo martyrum millia ferro Cæsaris puniuntur.

Octodor⁹ est in Sabaudia.

Prætereūnt Octodorū Thebæi milites, nè sacrificent dijs.

Cap. 3.

Maximianus Cæsar, dum ad sacramēta superiùs memorata, cunctos in exercitu suo cogeret, agnouit, vt diximus, prætergressam legionem. Subitò iracundiæ furore completus, satellites mittit, vt legionem ad sacramentorum suorum sacrilegia reuocarent. Erat in eadem legione primicerius Mauricius, & signifer Exuperius, & Candidus senator: qui ità commilitonibus suis præerant, vt amore potiùs diuinitatis, quàm terrore militari, obedienda pręciperent: Viri in rebus bellicis, & strenuitate nobiles, sed fide in Deū nobiliores: erga Imperatorem fortitudine, erga Christū deuotione certabant. Euangelici præcepti sub armis custodes, reddebant quę Dei erant, Deo: & quæ Cæsaris, Cæsari restituebant. Requirunt itaque, quid Maximianus Cęsar, ira dictante, mandasset. Dictum est ab ijs, quos Cęsar miserat, milites omnes immolasse hostias, libasse sacrificia, & sacramenta phanatici ordinis præbuisse: iubere Cæsarem, vt legio festinanter reuertens, commilitonum pareret exemplo. Tunc hi, qui præerant legioni, miti affatu dedere responsum, ob hoc pręterergressos se Octodorum, quia iam fama ad eos sacrificiorum ordinem detulisset: fas sibi visum esse, nè dęmonum aris Christiani contaminari viderentur, Deum viuum colere, traditam Orientali more religionem vsque ad diem vitæ vltimum perenniter custodire. Ad bellorum vsum paratam legionis esse virtutem: ad committenda verò sacrilegia, sicut Cæsar præcepit, Odoctorum non redire.

S. Mauricius primicerius legionis Thebææ.

Virtute & virib. & fortitudine.

Matth. 22.

Thebæi martyres nolunt dæmonib. sacrificare.

Cap. 4.

Reuersus itaque satelles, nunciat obstinatos esse animus legionis, nec velle pręceptis Imperatoris obedire. Tunc Maximianus Cæsar iracundiæ nimietate succensus, ad hanc uocem subito furore prosilijt, dicens: Ergóne milites mei Imperatoria præcepta & sacrorū meorum ordinem spernunt? Sanciendum erat vindicta publica, etiamsi tantùm maiestatem regiam contemnere voluissent. Iungitur despectui meo cęlestis iniuria, & mecum pariter religio Romana contemnitur. Sentiat contumax miles, me non solùm mihi, sed etiam dijs meis, dare posse vindictam. Iam fidissimorum meorum turba festinet: decimum quenque morti funesta sors præbeat. Discant æquali nece, quos ordo præmiserit moriendi, qualiter Maximianus vel sibi, vel dijs suis hac seueritate dederit vltionē. Post hâc vocem ad apparitores iussio infausta porrigitur, ad legionem velociter properatur, crudelia præcepta reseeantur: traduntur neci, quos ordo reperit numerandi. Lęti percussoribus ceruices prębent, solaque inter eos est de gloriosę mortis occupatione contētio. Perfecto itaque scelere, vt Octodorum legio redeat, iubetur. Tunc Mauricius primicerius, paululùm a satellitibus regijs segregatus, conuocat legionem, & hac oratione sanctiores alloquitur.

Decimus quisq; ex illis trucidatur.

Cap. 5.

Oratio p̄clara sancti Mauricij ad suos.

Gratulor virtuti vestrę, commilitones optimi, quòd amore religionis, nullam vobis Cæsaris præceptum attulit formidinem. Gaudentibus quodammodò animis tradi ad necem gloriosam commilitones vestros vidistis. Quàm timui, nè quisquam, quod armatis facile est, specie defensionis beatissimis funeribus manus obuiam afferre tentaret. Iam mihi ad huius rei interdictum Christi nostri parabatur exemplū, qui exemptum vagina Apostoli gladium, propriæ vocis iussione recondidit; docens, maiorem armis omnibus Christianæ confidentiæ esse virtutem. Hic Deus Christus planè mentes vestras manusq; prohibuit, nè quisquā diuino operi mortalibus dextris obsisteret, quinimmò cœpti operis fidem perenni religione compleret. Hactenùs exempla sacra inserta codicibus legebamus: iam nunc per nosmetipsos, quos sequi debeamus, adspeximus. Ecce vallatus sum commilitonum meorum corporibus, quos de latere meo funestus satelles abstraxit. Adspersus sum cruore sanctorum, & sacri sanguinis reliquias vestibus meis porto, & dubito eorum sequi necem, quorum gratulans admiror exemplum? & vacat cogitare, quid Imperator iubeat, qui fortè mihi mortalitate æqualis est? Si habere aliquid viriū Imperatoria pręcepta potuissent, circa beatissimorū trium puerorum corpora Regis Chaldæorum valuisset incendium: nec ora leonum lacu clausus euadere propheta potuisset. Sacramenta olim dedisse nos memini, quod contemptu lucis istius & desperatione vitæ defensare rempublicam deberemus. Iam tunc promisi mei corporis vilitatem, & spopondi hanc Imperatoribus fidem: nec tamen vllus mihi tunc regna cælestia promittebat. Quid, Christo spondente, faciendū est, si hoc potuimus militię deuotione promittere? Quinimmò fortissimi commilitones, olim deuotas animas subdamus preciosissimę passioni. Sit nobis virilis animus, fides inuiolata permaneat. Iam cerno ante tribunal Christi stantes eos, quos neci paulò antè satelles regius deputauit. Illa vera gloria est, quę ęternitatē beatam vitę huius breuitate mercatur. Aequali omnes animo, vna voce responsum satellitibus demus, & id nunciemus: Milites quidem, Cęsar, tui sumus, & ad defensionem reipublicę Romanę arma suscepimus; nec vnquàm aut desertores bellorum, aut proditores militię fuimus, aut ignauę formidinis meruimus subire flagitium. Tuis etiam obtemperaremus pręceptis, nisi instituti legibus Christianis, dæmonū cultus & aras semper pollutas sanguine vitaremus. Comperimus pręcepisse te, vt aut sacrilegijs pollueres Christianos, aut de denis interfectis nos velis terrere. Non inquiras lōgiùs latitantes: nos omnes Christianos esse cognosce. Habebis potestati tuę subdita

Matt. 26.

Sacri sanguinis reliquiæ.

Dan. 3.

Dan. 7.

Vera gloria.

omnium

omnium corpora: authorem verò suum respicientes Christum animas non tenebis.

Cap. 6.

Rursus decimus quisq; caeditur.

Hęc vir sanctus dixerat: legionis probatur assensio, & Caesari per satellites nunciatur. Inclementi praecepti iussione, vt iterùm decimum renouatę crudelitatis ordo contumeret. Post hanc uocem ad legionem velociter properatur, crudelia pręcepta peraguntur: reliqui vero, vt Octodorum redeant, iubentur. Tunc Exuperius, quem ante principem vel campi ductorem superiùs memoraui, correptis legionis suae signis, hac circunstantes oratione confirmat: Tenere me, commilitones optimi, secularium quidem bellorum signa perspicitis: sed non ad haec arma prouoco, non ad haec bella animos vestros virtutemque compello. Aliud nobis genus eligendum est pręliorum. Non per hos gladios potestis ad regna caelestia properare. Robur nobis opùs est animorum, inuictaque defensio: fidem, quam Deo promisimus, in vltimis custodire. Iam de commilitonum nostrorum gloria, quę diuinum cernit obitum, gloriosus vir Mauricius est locutus: ego nobis victoriam plenam, si Christo creditis, repromitto. Proijciant dexterae nostrae arma ista cum signis militaribus; pręstabit hoc Christus, vt mox in ipso caelesti, sicut promittitur, regno alia uobis Exuperium uestrum uideatis signa monstrare. Vadat quin imò funestus satelles, & haec truculento regi nunciet: Milites sumus, Imperator, tui: sed tamen serui, quod liberè fatemur, Dei. Tibi militiam debemus, illi innocentiam. A te stipendium laboris accepimus: ab illo vitę exordium sumpsimus. Sequi Imperatorem in hoc nequaquam possumus, ut authorem nostrum negemus Deum: authorem, velis nolis, tuum. Non nos aduersùm te, Imperator, armauit ipsa, quae fortissima est in periculis, desperatio. Tenemus eccè arma, & nō resistimus, quia mori magis, quam vincere, volumus: & innocentes interire, quam noxij viuere, pręoptamus. Si quid in nos vltrà statueris, ignem, tormenta, ferrum: subijci parati sumus. Christiani sumus, persequi Christianos non possumus. Inexpugnabiles legionis istius animos, Caesar, agnosce. Tela proijcimus: exarmatas quidem dexteras satelles tuus, sed armatum fide catholica pectus inueniet. Occide, prosterne: secandas gladijs percussoribus ceruices prębemus intrepidi. Haec nobis iucundiora sunt, dummodò te cum sacrilegis tuis contemnamus, ad regna iam nunc caelestia properantes. Flagrabat enim iam tunc in beatissimis viris martyrij gloriosus ardor.

Egregia S. Exuperij oratio.

Sancti diuinũ cernunt obitum.

Sanctorũ cõstantia martyrũ.

Cap. 7.

Haec mandata legionis remeans ad Maximianum Caesarem satelles nunciat. At ille cùm talia audisset, obstinatosque in fide Christi cerneret animos virorum, desperans gloriosam eorum constantiam posse reuocari, quasi nihil iterato suisset scelere perpetratum, ire properè exercitum iubet, & circunfundi imperat legionem, nullumque de tanto sanctorum exercitu praecipit relinqui. Ventum itaque est: circunsistit beatam legionem turba carnificum. Omnis ętas sine discretione perimitur, laniantúrque beata corpora, & deuotas Deo animas fideli mortis professione cōmendant. Operta est terra illic procumbentibus in morte corporibus iustorum, fluxeruntq; preciosi sanguinis riui. Quae vnquàm rabies absque bello tantam humanorum corporum stragem dedit? Quae feritas ex sententia sua tot simul perire vel reos iussit? Nè iusti punirentur, multitudo non obtinuit, cùm inultum esse soleat, quod multitudo delinquit. Hac igitur crudelitate immanissimi tyranni confectus est sanctorum populus, qui contempsit rem pręsentium ob spem futurorum. Sic interfecta est illa planè Angelica legio: quae, vt credimus, cum Angelorum legionibus iā collaudat Deum in cęlis. Peracta tandem cęde, inter omnes sanctorum percussores praeda diuiditur. Nanque Maximianus facultatem dederat, vt quisquis legionis illius militem iugulasset, interempti spolijs vteretur. Diuisa igitur omni praeda, ad vescendum epulādumque victrix turba consedit.

Caduntur ad vnum omnes reliqui martyres.

Diuiditur praeda spoliorum.

Cap. 8.

Intereà veteranus quidam, vltimae ętatis senio fatigatus, nomine Victor, ad contaminatum cędibus locum itineris necessitate deductus est. Dum ad epulas pro aetatis veneratione ab omnibus rogaretur, requirere coepit, quaenam esset causa lętitiae, quòd inter tot corpora interemptorum, gaudentes exultantesq; possent milites epulari: dictum à quodam est, quòd legio Christianę studio legis, cęremonias Romanas cultumque deorum pariter cum Imperatorijs iussionibus cōtemnere uoluisset, datamque neci esse, vt disciplinae militaris traditus ordo, seueriùs teneretur. Tunc Victor altè gemitum trahens, grauiterque suspirans, detestatus conuiuas, detestatusque conuiuiū, exclamat: Heu me, qui per tot annorum militiam ad hanc ętatē veni, & in hac legione militare non merui. Quàm benè inter tales, gloriosę mortis honore donatos, finem vitae inuenire potuissem? Saltem si commilitare indignus eram, vel me ante has duas horas viandi necessitas detulisset, vt senilis pectoris cruor, tantorum virorum uictimis misceretur. Obtuleram corpus hoc neci, dummodò tantae laudis consortio non carerem. Talia dicētem prophanorum statim turba uallauit, quę, vtrùm Christianus esset, respondere minaciter iubet. At ille paululùm oculos ad cęlum erigens, tali percōtantibus sermone respondit: Longus me viuendi vsus ad hanc, quam videtis, perduxit ętatem. Quęcunque in hoc mundo aguntur, aut studium reperit, aut rerū uolubilitas agit, aut uarius semper casus infestat. Quodcunq; uolumus, optamus, scimus aut cupimus, totus mundus caligine submersus, tenebris circūfluentibus latet, nisi nobis aut viam Christus ostenderit, aut lumen Christi affulserit. Quod ego fideli mente perpendens, utinàm ultimo contester affectu, quòd si me ad tempus paulò antè trucidatę legionis itineris necessitas detulisset, conuiuijs & epulis uestris horum funerum consortiū praetulissem. Sed iam nunc praestabit Christus, ut Christianum me, uel ob professionem meam, transire ulteriùs per beata funera non sinatis. Hęc eum loquentem subita percussoris obtruncat insania. Ita uir sanctus consortium sanctorum celeri cōfessione promeruit, cęterisq; martyribus in eo loco, sicut morte, ità est honore coniunctus.

Victoris veterani militis virilis vox.

Capite S. Victor truncatur.

Cap. 9.

Hęc nobis tantùm de numerosa istorum multitudine martyrum comperta sunt nomina beatissimorū Mauricij, Exuperij, Candidi atque Victoris. Cętera uerò nomina nobis quidem incognita, sed in libro uitę sunt scripta. Nam ex eadem legione fuisse dicuntur Vrsus & Victor, quos Solodoro passos fama confirmat. Solodorus uerò castrum est super Arulam flumē, non longè à Rheno positum. Neque illud silendum, quem deindè Maximianus progressus exitum consecutus est. Cum dispositis insidijs genero suo Constantio, tunc regnum tenenti, mortem moliretur, depręhēso dolo illius, apud Massiliam captus, nec post multum strangulatus, impiam uitam digna morte finiuit.

Constans Chlorus pater Cōstantini Magni.

Maximiani interitus.

Cap. 10.

Neque hoc omittendum est, quòd post lōgum temporis tractum beati innocentij martyris mēbra Rhodanus reuelauit. Ingi quippè alluuione vicinum in se cęspitem uergens, religiosa quadam soli pernicie ad sepulturam martyris famulatrix unda peruenit. Prolatas nanque reliquias leniter lambens, non ideò à sinu terrę protulit, ut in gurgitis sui procellam demergeret: sed ob gloriosam deuotionem, quasi intra ambitum basilicę cęteris martyribus sepultura pręciperet sociari.

Rhodanus S. Innocentij mēbra eijcit sepulturę cōmendanda.

sociari. Cuius translationem à sanctę recordationis Domitiano Gencuensi, & Grato Augustanæ vrbis, vel Protasio, tunc temporis illius loci Episcopo, celebratam recolentes, quotidiana deuotione & laudibus frequentamus.

Cap. 12. Thebæorũ martyrũ corpora reuelantur.

At verò beatissimorum Agaunensium martyrum corpora, post multos passionis suæ annos, sácto Theodoro illius loci Episcopo reuelata traduntur. In quorum honorem cùm extrueretur basilica, quæ vastę túc adiuncta rupi, uno tantùm latere accliuis iacebat, sed nunc, iubente præclaro meritis Ambrosio, loci illius Abbate, denuò ędificata, bicliuis esse dignoscitur: quid miraculi tunc apparuerit, nequaquàm tacendum putaui. Accidit, ut inter reliquos artifices, qui inuitati cōuenisse ad hoc opus videbantur, quidam esset aurifex, quem adhuc gentilem esse constaret. Hic cùm Dominico die, quo cęteri ad expectanda diei eius festa abscesserant, in eadem domo, in qua artem agebat, solus substitisset, in illo secreto se subitò manifestantibus sanctis, hic idem aurifex rapitur, atque ad pœnam vel ad supplicia distenditur. Et uisibiliter turbam martyrum cernens, verberatus etiam increpatur, quòd vel die Dominico solus ecclesiæ deesset, uel illum ornatum operis sanctis suscipere gentilis auderet. Quod ideò misericorditer à sanctis factum constitit, vt artifex ille consternatus & territus, salutare sibi nomen posceret, statimq; Christianus effectus est.

Pœna laborantis Dominico die.

Cap. 52.

Neque illud in sanctorum miraculis prætermittendum, quod per eadem loca omnib. notum est. Materfamilias Quinti, egregij atque honorati viri, cùm ità paralysi fuisset abstracta, vt etiam pedum vsus negaretur, à viro suo, ut illuc per multum itineris spatium deferretur, poposcit. Quò cùm peruenisset, sanctorum martyrum basilicę famulantium manibus illata, pedibus ad diuersorium rediit, ac sanitatis de præmortuis membris miraculum suum ipsa circumtulit. Hęc duo mira passioni sanctorum inserenda credidi. Cæterùm satis multa sunt, quæ uel in expugnatione dæmonũ, vel in restauratione claudorum, aut sanitate febrium, cæterisq; infirmantibus quotidiò per seruos suos virtus Domini operatur: quę multa narranda sunt, si per singula scribantur. Tamen fidelium cordibus absq; lectione cognita esse noscuntur, quæ & quanta & qualia miracula per seruos suos ad honorem & gloriam nominis sui, Dominus operari non desinit. Pro eo ipso, die noctuque psalmorum hymnorumque decantatio non desistit: quod iubente sancto & pręclaro Christi martyre beato Sigismundo Rege institutum, hinc vsque hodiè, Deo protegente, est conseruatum. Propterea laudes serui Dei canentes, ore persoluunt illi, cui est honor & gloria, imperium & potestas, per omnia secula seculorum, Amen.

Paralytica sanatur.

Multa fiunt quotidie miracula.

Ex Gregorij Turonen. de gloria martyrum Lib. 1. Cap. 76.

Guntrannus Rex multũ largitur ecclesijs & pauperibus.



V M Guntrânus Rex ità se spiritualibus actionibus mancipasset, vt relictis seculi pompis, thesauros suos ecclesijs & pauperibus erogaret: accidit, vt misso presbytero, munera fratribus, qui sanctis Agaunensibus deseruiunt, ex voto transmitteret, præcipiens presbytero, vt ad eum rediens, sanctorum sibi reliquias exhiberet. Igitur dum expleta Regis præceptione, regrederetur cum pignoribus, Lemanni laci, per quem Rhodanus influit, nauigium petijt. Extenditur autem lacus ille in longitudine quasi stadijs quadringentis: in latitudine verò stadijs centum quinquaginta. Deniquè reuertens presbyter, vt diximus, cùm nauigium hoc fuisset aggressus, subitó tempestas exorta, fluctus tollit ad sidera, surgunt undarum montes, & nunc puppis nauiculę, prora dehiscente, fertur in altum: nunc iterúm demersa puppi, prora tollitur in sublime. Turbantur nautæ, & nihil aliud, nisi sola mors in hoc periculo præstolatur. Túc presbyter, cùm videret se his fluctibus obrui, & spumis undarum ipsarum grauiter operiri, extractam à collo capsulam, quæ sanctorum pignora continebat, undis tumendibus fidus obiecit, ac sanctorum pręsidium clara inuocat uoce, dicens: Nè peream in his fluctibus, virtutem vestram deprecor, martyres gloriosi: sed potiùs qui iugiter pereuntibus præbetis auxilium, mihi (quęso) dexteram salutis porrigere dignemini, ne fluctus opprimite, eosq; ad litus optatum vestri adiutorij ope deducite. Et hæc dicens, cessante vẽto, decedentibus undis, ad litus euecti sunt. Hæc ab ipso cognoui presbytero. In hoc stagno ferunt tructarum piscium magnitudinem vsq; ad centum librarũ pondera trutinari.

Lemannus lacus.

Nota sacrarũ reliquiarum vim.

Fragmentum Epistolæ Decani & Canonicorum Castri noui in Gallijs, ad reuerendissimum Archiepiscopum Coloniensem Philippum.



V M beatus Martinus cum paucis admodùm comitibus sub habitu peregrini, Roma egrediens, in mente haberet orare in loco tanta excolendo reuerẽtia, in quo tot pro Christo martyrum millia preciosum sanguinẽ effudissent, Agaunum uenit. Et completa oratione, à monachis (Nam monachi tunc temporis locum possidebant) de reliquijs eorundem martyrum aliquid sibi deuotè donari petijt. Qui personam adumbratam schemate non cognoscentes & repellentes, dare protsùs renuerunt; non fortè charitatis fonte in eis exhausto, sed verentes, nè homini incognito & aduenæ aliquid de tanto credentes thesauro, offensam incurrerent: maximè autem Deo in hac repulsa id prouidente, ut Solem, paupertatis amictum cilicio, occultationis abstersa nube reuelaret, & claritatis eius radios per regionis illius spatia diffunderet: quisque uel quantus esset Martinus, coruscatione mirabili illius partis orbi terræ illucesceret. Abiectus igitur ab hominibus sacerdos, vt semper, & hic patientiam amplectens, nihil motus, ad diuinum more suo se contulit præsidium, & ab incolis saltem locum, roseo quondàm cruore purpuratum, sibi ostendi obtinuit: vbi flexis genibus, corde, vultu & manibus in cælum directis, cum summa deuotione dominatorem terræ & mortis orauit, cui nec capillus de capite nostro perit, vt qui in die nouissimo totam hominis substantiam in ictu oculi reparaturus est, aliquid ex sanguine militum suorum, pro gloria sui nominis illic effuso & absorpto, de abyssis terrę, ad laudem suæ maiestatis & martyrum honorem, dignaretur refundere.

S. Martinus munsit Agaunẽses martyres.

Petit sibi dari reliquias sed pariter repulsam.

Deindè exempto vagina cultello, altera manu virẽtis coma graminis compræhensa, mox ut altera in gyro, id est, in modum coronę cęspitem incisum sustulit: mirum dictu, & inauditum hactenùs miraculum: densus ab ipso cæspite copiosi sanguinis imber distillare cœpit. De quo Martinus, quantum diuina largitas cõtulit, cum summa veneratione & gratiarum actione lętus suscipiens, per vascula, ad hoc de industria facta, dispertiuit, & reditum cum exultatione maturans, cũ suis iter arripuit. Sed vt Martinus abiectus, Martinus electus Dei pontifex appareret, iter quidem inchoare, sed occulta vi quadam prohibitus, promouere nõ

Insigne et stupendum miraculum.

potuit:

potuit: donec inspiratione secreta uoluntatē largito ris intelligens, Agaunū reuersus, qđ gestum fuerat, re feraret, & auaros illos monachos, quos inopes copia faciebat, redarguens, & quis esset, aperiens, data parte sanguinis cęlitùs adepti, & cultello illis, quo cęlpitem pręciderat, dimisso, participes tantę benedictionis ef ficeret. Quibus ad hęc tremefactis, & culpam dnri-tiei suę fatentibus, ueniam clementer indulsit, omnia ei sua seque exponentibus. Ipse, quę Deus sibi prębue rat, arbitratus sufficere, vale facto illis, & accepta à Deo facultate progrediendi, Turones rediit. Vbi cum maximo Clericorum & ciuium uniuersorū tripudio & applausu, vt pastor & dominus, luxque patriæ, solē ni processione susceptus, ipsum, quem deferebat, sanguinem omoi rosa & obrizo venustiorem, per quotquot uoluit vascula diuisum, locis, quibus iudicabat oportere, decenter composuit: eiusdem metropolis principalem ecclesiam, sed & Andegauensem illi subiectam, tantorum pignorum parte aliqua nobilitās, in honorem eorūdem martyrum Mauricij sociorumque eius consecrauit. Cuius susceptionis memoria so lenniter in urbe nostra quotannis agitur quarto Iduū Maiarum &c. Deindè paucis interiectis:

Dat Agaunensibus partē sanguinis diuinitùs sibi administrati.

Intantùm autem prædictorum Thebęorum martyrum sanguinem ueneratus est Martinus, vt ampullam ex eo completam, secum perenniter habendam retine ret, & in locum requietionis suę, cùm hominem exulſ ſet, reponi præciperet.

Nota qd tātus vir tribuerit sāctorū reliquijs.

FORTVNATI CARMEN DE eisdem beatissimis Martyribus.

Turbine sub mundi cùm persequerentur iniqui,
Christicolasq́; daret saeua procella neci:
Frigore depulso, succendens corda, peregit
Rupibus in gelidis feruida bella fides.
Quò pie Mauriti, ductor legionis opimæ,
Traxisti fortes subdere colla uiros,
Quos, positis gladijs, armasti dogmate Pauli,
Nomine pro Christi dulcius esse mori.
Pectora belligero poterant quæ vincere ferro,
Inuitant iugulis vulnera chara suis.
Hortantes se clade sua sic ire sub astra,
Alter in alterius cæde natauit heros.
Audiuit rapidas Rhodani fons sanguinis vndas,
Tinxit & Alpinas ira cruenta niues.
Tali fine polos felix exercitus intrans,
Iunctus Apostolicis plaudit honore choris.
Cingitur Angelico virtus trabeata senatu:
Mors fuit vndè priùs, lux fouet indè viros.
Ecce triumphantum ductor fortissime Regum,
Quatuor hic procerum pignora sacra iacent.
Sub luteo tumulo latita: cæleste talentum,
Diuitiasque Dei vilis arena tegit.
Qui faciunt sacrum paradisi crescere censum,
Hæredes Domini luce perenne dati.
Sidereo chorus iste throno cum carne locandus,
Cùm veniet iudex, arbiter orbis erit.
Sic pia turba simul festinans cernere Christum,
Vt cælos peteret, de nece fecit iter.
Fortunatus enim per fulgida dona tonantis,
Nē tenebris crucier, quæso, feratis opem.

S. Mauricius Dux legionis Thebeæ.

Cæleste talētū & diuitiæ Dei, martyrū reliquiæ.

ASTERII EPISCOPI AMAseæ, in sanctum Christi Martyrem Phocam, narratio. Habetur in Simeone Metaphraste.



SACER quidem est & diuinus vniuersus generosorum ac fortium martyrū catalogus, passione, quam pro passione debent, referens gratiam: ac sangui ne, quę pro sanguine debetur, Saluatori omnium persoluens remunerationem. Sed in hisipsis non est vna omnium gloria: neq; vna mensura cunctis ęqualia attributa sunt pręmia, sed primum & secundum nè sanctorum quidem esfu git catalogus. Huius autem rei, vt arbitror, causa est, quòd sit iudex accuratus, & qui inflecti nequeat. Intuetur enim & suppliciorum magnitudinem, & tolerantiæ constantiam, & examināns certamen, pro meri tis athletis tribuit remunerationes. Neque verò est mirādum, si sic apud Deum honoratur iustitia, cùm nec apud nos quidem Imperatores & agonothetę æqualiter tractent eos, qui fortiter pugnant, aut qui decertant: sed unicuique pro rei rectè gestæ modo, dona de cernunt conuenientia. Hęc autem retuli, ut ostendā, quòd qui hodiè nobis pręibuit huius conuentus causam, alijs, qui in certamine fuerūt socij, est illustrior. Nam alij quidem neque omnes cognoscuntur apud omnes, neque sermone hominum celebratam habent virtutem: Phocam autem nemo est qui ignoret: sed quomodò Solis radius patet omnibus oculis: itá etiā huius martyris fama aures omnium circumsonuit. Cùm primùm enim accessi in uenerandam eius ędē, & tāgo sacram capsam corporis, ex ipso loco impleor memoria omnium narrationum, quæ de ipso dicuntur. Adspicio olitorem, eius studium, simplicem & minimè fictum animum, hospitalitatem, maritimę regionis eximium splendorem, mediterraneę regionis benefactorem, & fio testis martyris, ad ultima usque pericula descens seruare pietatem. Verumenimuerò relictis, si videtur, ijs, quæ sunt communia, & multis cognita, eximias martyris narrationes uobis recensebo, qui estis amantes & studiosi martyrum.

Septemb. 22.

Præmia dat Christus martyrib' pro meritis.

S. Phocæ venerāda ædes et sacra capsa.

Hunc sanctum uirum tulit, quę magnum est Christianorum commodum, vicina Sinope, ciuitas antiqua & nota, præclarorum virorum ferax & philosophorum. Vitæ autem studium ei erat horticultura, quem ibi ante portam ciuitatis in ostio Isthmi possidens, diligenter colebat, ut sibi & indigentibus esset vitæ solatium. Hospitibus autem prōpto & alacri animo aperiebat paruam & pauperem domum. Cùm habitaret autē in via publica, ea, quę habebat, ijs, qui ad ueotabant, proponebat cōmunia: & cùm esset nouus Lot, non Sodomitarum, sed Sinopensium, procedēte tempore, inuenit mādatum minimè carens mercede. Nam ea hospitalitate lucrifecit viuificæ mortis occasionem. Vndè verò, & quonam modo, audite paulò al tiùs repetentem. Cùm verbum nostræ pietatis fuisset annunciatum, & admirabilis prędicatio exijsset ad om nes aures, & notum reddidisset Christum & illius mysteria, fremuerunt gentes, ut ait Psalmista, & reges & principes conuenerunt in unum, & populi erroris ita ti fuerunt, Christo regnante. Quærebatur autem quili bet Christianus, tāquam maleficus: & qui propè erat, puniebatur, & qui procùl erat, inuestigabatur. Quamobrem Phocæ quoque neque vile studiū, nec hortus celauit: sed is quoque, vt germanus Christi mysta, fuit delatus. Atqi ad ipsum quidē veoerūt, qui ab hac mise ra & fluxa vita iussi erant eū abducere citra iudiciū, & non dicta causa. Crimen enim erat pietas, quòd cla ra voce

S. Phocæ patria.

Vitæ studium.

Hospitalitas.

Psal. 2.

ra voce confitebatur eum, qui omnia fecerat: & nullo quidem rogante, & verbis & factis ostendebat, rogante autem clamabat alacriter.

Cùm ergò venissent lictores, illius supplicij & lesti nostri authores, diuersati sunt apud eum ipsum, quẽ quærebant, neq; eum cognoscentes, neq; cogniti. Interim verò celãtes causam sui aduentus, vt cùm priùs accepissent ex ijs, qui habitabant extra ciuitatem, quisnam esset Phocas, & vbi degeret, repentè inuadentes eum comprehenderent, ut Iudæi aliquandò cum Iuda in horto Dominum. *Mat. 29. Esa. 65.* Ignorabant autem se prędam habere intrà retia, canes agnum, lupi ouem, & simul cũ pardis requiescebat hœdus, & pascebatur agnus simul cum lupis, & leones simul cum uitulo commune inibant conuiuium. Postquàm autem, vt solet fieri, mẽsa & consuetudo effecerant, vt sibi inuicèm confiderent, martyr ea eis rogauit, quinam essent, & quanam de causa ad suam venissent ciuitatem. *S. Phocas excipit suos occisores hospitio, & humaniter eos tractat.* Illi verò reueriti eius promptam & alacrem largitatem & hospitalitatem, cùm præcepissent, nè, quod dicendum erat, alicui enunciaret, ei arcanum aperiunt, & quæ comparabantur, insidias enunciant, & quòd Phocam quærunt ad supplicium. Quarè etiam præter hospitatem, hoc quoquè uolebãt ab eo affici beneficio, vt eos sua adiuuaret opera ad venandum eum, qui quærebatur. Audiuit Dei seruus, & cùm immoto & constanti animo accepisset, quod dixerant, nihil abiectum, & quod pusillum indicaret animum, passus est aut locutus, neq; periculo exterritus spectauit fugam, idq; cùm eius magna ei daretur potestas: quoniam nondùm sciebãt eũ esse, qui quærebatur: sed contrà fecit omninò, vt qui se fortiter gerere, non fugere, statuerit. Eorũ itaque precibus annuit, &, Ego quoquè, inquit, vobiscum aggrediar id, quod est propositum. Virum enim noui, & facilè eum quæram & inueniam. Non diù autem ab hinc, sed crastino die eum uobis ostendam. Solùm vos requiescite in hoc meo paupere habitaculo.

Parat sibi sepulcrũ. Cùm sic eis suum confirmasset promissum, rebus se duabus dispertit, nempe & accipiendis suis occisoribus, & parando sepulcro. Cùm autẽ parasset fossam, & ea, quæ ad sepulturam erant necessaria, ad eos accedens postridiè, Diligenter, inquit, uobis quęsiui Phocam, & iam parata est pręda, &, si vobis videtur, comprehendatur. Cùm illi autem prægandio dixissent, Et vbi is est? Non procùl est, inquit, sed vobiscum: ego verò sum ille ipse. Eam rem itaque exequimini, viæque & laboris scopum implete. Obstupuerunt animis illi homines, & eo audito diriguerunt, salem & mensam reueriti, munificumque & liberalem in paupertate dominum conuiuij. Ille autem pręterea eos adhortabatur, vt audacter ipsum interficerẽt, & iubebat, nè quicquam dubitarent, dicens, illorum manu minimè fieri cædem, sed eam esse susceptam ab illis, qui iusserant. *Interficitũ.* Dixit, persuasit, passus est, & capite truncatus: Deoque grata fuit oblatus hostia, columna & sustentaculum diuinarum orbis terrę ecclesiarum.

Ab illo tempore in hodiernum vsq; diem, hũc habemus virum, & est is martyrum clarissimus, habens ipse primas partes inter optimos. Is omnes publicè ad se attrahit ad suum habitaculum, & plenę sunt viæ publicę ijs, qui ex vnaquaq; regione contendunt ad locum orationis. *Eius templum magnificum, præclara miracula.* Atq; est quidem magnificum illud tẽplum, cui obtigit, vt sacrosanctũ haberet corpus martyris, eorum, qui affligũtur, relaxatio: eorum, qui morbis laborant, medicamentum, & mensa esurientium. Abundantiùs enim nutrit Phocas nũc mortuus, quàm priùs in Aegypto uiuens Ioseph. Nam ille quidem frumentum permutabat pecunia, hic autem gratis largitur egentibus. Sic mendicorum & errãtium genus accurrit ad Isthmum Sinopes, tãquàm ad commune aliquod pecuniarium. Sed illic quidem sic. Si autẽ etiam alibì per paucas sui reliquias, veluti coloniam aliquã ex metropoli deductam, martyr sibi habitaculum constituit, est is quoquè locus admirabilis, & magno habetur studio apud omnes Christianos: quomodò is, qui est apud nos, sacer locus, est habitaculum eorum, qui festum celebrant. Preciosa enim coram Domino est mors sanctorum eius. *Psal. 115* Itaque multis in locis diuisę reliquiæ, integram beato sancto vbique seruant laudationem.

S. Phocas apud Romanos celebris. Sic ergò etiam in regia ciuitate Italiæ, principe & totius mundi regina, celebratur & honoratur martyr, & extructa est ei ædes insigni pulchritudine. Non minùs autem colunt Romani Phocam, quàm Petrũ & Paulum. Quamobrèm, sicut docet oratio, caput martyris diligenter comparauerunt, sceleratæ Herodiadi contraria suscepta sententia. Nam illa quidem sanguinem iustum sitiens, caput venerandum poposcit ad contumeliam: *Mat. 14.* illi autem honoris causa & suæ vtilitatis, caput martyris dignè sibi vendicarunt. Qui vbiquè autem sunt nautæ, non solùm qui pontum nauigant Euxinum, sed qui etiã mare proscindunt Adriaticum, & feruntur super Aegeum, & qui Occidentalẽ nauigant Oceanum, & sulcant sinus maris Orientalis, consueta celeusmata, quibus finiunt laborem nauigationis, transtulerunt in nouam laudem martyris: & est eis omninò in lingua Phocas, qui decantatur: præbet enim auxilii signa euidentia. Nam sępè visus est nunc quidem noctù, cùm expectaretur tempestas, excitans gubernatorem ad clauum dormitantem: aliquandò autẽ rursùs extendens rudentes, & veli curam gerens, & è prora breuia prospiciens. *Lex apud nautas de S. Phoca.* Vndè etiam lex facta est apud nautas, vt Phocam haberent conuiuam. Et quoniam fieri nõ potest, ut qui nunc est incorporeus, sit cõuiua & mensæ particeps, discite quemadmodùm pia consideratio excogitauit rationem, qua id fieret, quod non potest fieri. Quotidiè enim partem obsoniorum ex æquis partibus eorum, qui comedunt, martyri attribuunt. Eam autem emens vnus ex conuiuis, deponit pecuniam, & die sequenti alius, & aliàs alius. Et hęc sors emptionis omnes obiens, dat quotidiè emptorem partis. Postquàm autem portus eos exceperit, diuiditur pecunia esurientibus. Et hoc est pars Phocæ, pauperum beneficentia.

Eum Reges quoquè admirantur, qui fuit fortissimus & pius, præclarisque & magnificis exornant muneribus ędem suscipiendi pauperis. Contendunt autem, qui accedunt, superare veteres. *Nota q̃ celebris fuerit hic martyr.* Nec est mirandũ, si Imperii Romanorum viri pii, quorum vita regitur moribus & legibus, vsque adeò reuerentur martyrẽ, cùm etiam vsque ad barbaros peruenerit admiratio, & omnes vel maximè feri Scythæ, qui habitant continentem ex aduerso Ponti Euxini, accolæ lacus Mæotidis, & fluuii Tanaidis: & quicunque habitant Bosphorum, & ad Phasidem vsque fluuium extenduntur, omnes, inquam, munera offerunt olitori. Cùm omnibus autem moribus & studiis à nobis differant, in hoc solùm nobiscum consentiunt, vt eorum feritas morum, mansuefiat à veritate. *Nota hæc de rege barbaro.* Vnus certè illinc princeps & Rex, coronam capitis deponens, quę auro resplendebat & gemmarum floribus, & loricam cauens bellicã diuitiis materiæ, (est enim superba & luxuriosa Barbarorum armatura) ea Deo misit per martyrem offerenda donaria, consecrans occasionem potestatis & dignitatis. Clarum est enim, quòd corona quidem missa sit ad agendas pro regno gratias: lorica autem, pro uirtute bellica.

Quæ autem propter hæc continenter eueniunt beneficia, per visiones in somnis, & per curationes, quas consequuntur ii, qui ægrotant, quomodò narrauerit

quispi-

Multi ægri curantur sanctis Phocæ meritis.

quispiam, cùm ad singulas narrandas operationes accedere non possit oratio? Nos ergò hic desinêtes, Deo Saluatori gloriam offeremus, cuius serui fideles tantam sunt gloriam consecuti, vt in omni indigentia & omni casu, conuenienter dono, quod est eis donatū, cõseruis suis benefaciant, idque postquàm hinc excesserint, & a corpore fuerint separati. Quorum memoria cum opere quotidiè peruadit ciuitates & vicos, vbiquè prędicans benefactorem Dominum: quē decet omnis gloria, honor & potētia, sanctitas & magnificentia, nunc & in secula seculorum, Amen.

VITA S. IOHANNIS REOMAENSIS Abbatis, vt habetur in peruetusto MS. Codice: Verùm stylum opportunis locis mutauimus.

22. Septēbris.
Patria & parentes.



VIR per omnia prędicandus Iohānes, nulliquè suo tempore secundus, ortus in territorio vrbis Lingonicæ, nobili genere, patre Hilario, matre verò Quieta: puer literis imbuēdus traditur. Cum autem fuisset annorum viginti, inuitis parētibus seculo valedixit, ac in remotò loco villę, propriis manibus cellam & oratorium construxit: vbi adiunctis secū duobus pueris, soli Deo vacabat. Indè verò ad perfectiora tendēs, in deserto quod sub ase Lingonico iacet, cum dictis pueris se contulit, & primò ibi in paruo tugurio habitauit. Crescente autem numero discipulorum ad eum confluentium, timuit, nè plebi dominādo, periculum potiùs elationis incurreret, quàm vitæ meritū acquireret. Quocircà cum duobus pręnominatis sociis nocte fugiens, perlustrauit Galliæ monasteria: tādemq; perueniens in insulam marinā, monasterium Lirinū petiit, ibique receptus, districtissimè vixit, ac sanctissimè inter cœnobitas illos conuersatus est.

Valedicit mundo vitam solitariam eligens.

Clàm fugit, nè præficiat multitudini.

Hic igitur postquàm anno & mensibus sex delituisset, per vniuersam patriam quæsitus, à quodam, qui de Gallię partibus aduenerat, vix agnitus propter habitus sui vilitatem, inuētus est. Cognito autem eo, monachi Lirinēses, quem priùs fama celebrem reddebat, veniam suæ ignorantiæ humiliter petierunt, quòd ei inter iuniores locū dedissent. Interim reuersus agnitor ille, ineffabile gaudium de inuentione beati Iohannis reportauit. Quod cùm Gregorius pię memoriæ Lingoniensis Episcopus intellexisset, duas cõscripsit epistolas, vnam per duos fratres, domino Abbati Lirinensi transmittens, qua virum Dei rogabat sibi restitui: alteram verò Abbati Iohanni, qua eum reuocauit ad suos: terrendo eūdem quòd esset ante tribunal iusti Iudicis Christi redditurus rationem, ob sui loci desolationem, ac fratrū dispersionem. Regressus igitur vir Dei, non tam illi patriæ, quàm suis filiis multū attulit gaudii, ac breui spatio reformauit monasterii disciplinam.

Eius humilitas.

Reuocatur ad suos filios p D. Gregorium Lingonen. Episcopum.

Cùm ergò in dicto deserto Tornodorensi pręesset, fratres nimiam patiebantur aquæ penuriam: cui incommodo quęrentibus remedium, nunciatur, eodem loco antiquitùs fuisse puteum multæ profunditatis, quem vulgaris incuria, & temporum vetustas nimia lapidum obstruxerat congeries: Serpens verò basiliscus in eodem putei loco habitabat. Sanctus verò Dei plenus fide, prior ad locum accedens, rastro fodere cœpit, ac aliis iuuantibus putei ostium aperuit, & serpentem oratione interemit. Ex quo puteo copia aquę in præsens vsque hauritur.

Oratione occidit basiliscum.

Per idem tempus mater sua, magno eum videndi tenebatur desiderio, quod cùm per fratres ei esset significatum, primò renuit, sed posteà nè fidem matris videretur velle contemnere, eam admisit, ac transiēs ante eam cum reuerentia, parumpèr obtutibus eius seipsum exhibuit, moxque discessit, rogans per ministros, nè in hac re ampliùs molestaretur, quia deincèps se eum nullatenùs visuram in præsenti vita, prædixit.

Matrem suam eum visitat.

Alio quodam tempore cùm fratres ligna cæderēt in sylua, casu ad monasterium reuersi, relinquerunt secures suas in cœpti operis loco, quas quidam superueniens inuentas furatus est. Postea fratribus id suo patri referentibus, ille iussit eos lectioni vacare. Et exiens ad predictum locum, ibidèm intentissimè orauit. Fur igitur reuersus, ad pedes sancti viri corruit, secures restituit, & veniam commissi criminis humiliter expostulauit, asserens se ante restitutionem de nemore exire non potuisse.

Fur quidam diuinitùs cogitur restituere ablatas secures.

Eidem sancto Dei mirabilis effugandorum dęmonum collata est potestas, quousquè in viuis manebat: vndè & filium clarissimi Nicasii obsessum, cùm propè transiret, & ille proclamaret non posse diutiùs tolerare Iohannis Abbatis præsentiam, ad eum accessit, & oratione sanauit. Alium quoquè mutum obsessum curauit, qui vsque ad obitum in monasterio postea laudabiliter vixit & perseuerauit.

Dæmoniacus curat.

Itèm alt.

Quodam tempore literas suas ad Secundinum patricium misit, quibus cuiusdam pauperculi causam egit. At ille, spreta eius commendatione, literas in terram proiecit & pedibus conculcauit. Sed non defuit Dei vindicta. nam toto corpore tanto tremore ac pauore subitò concutitur, vt intelligeret, ob tanti viri contemptum se ista mala perpeti. Mox igitur per internuncios humiliter veniam deprecatur, & tandèm imperata sibi per sanctum complens, sanatur.

Secūdin⁹ patricius diuinitùs castigatur.

Curatur.

Plurimos quoquè infirmos, missis eulogijs, mortis faucibus eripuit. Quodam enim famis tempore, dum egentium caterua ad sanctum confluerет, & ipse omnibus misericorditer subueniret, minister eius superueniens, ei indicauit, tantum non superesse frumenti, quantum omnibus sufficeret. Mox pius pater vas iussit pro pauperibus impleri, capiens plus minus modios quinquies quinos, cætera quæ restabant, in vsus fratrum reseruari. Cùm ergò turba egenorum per aliquod tempus ex eo aleretur, euenit vt quidam iuxta morem mendicaret. Sanctus autem consuetam mensuram dari iubet egenti. Minister verò respondit, nihil in vase existere; sed totum pauperibus erogatum. Quo audito, sanctus oculos in cælum attollit, & genu flexo orauit Dominum. Qui surgens ab oratione, iubet ministro, vt fideliter alimenta deferat indigenti. Pergens ergò minister, vas quod priùs vacuum reliquerat, repletum reperit, & pauperi consuetam mensuram dedit.

Mira eius benignitas in paupere.

Pro pauperibus sibi alimenta cælitus administrantur.

Vir quidam religiosus Sequanus nomine, audita fama sancti Iohannis Abbatis, more patrum, quadam nocte à partibus Magnimontenensis aduenit, & basilicam sancti Iohannis oraturus latenter introiit. Quod vbi vir Dei diuina reuelatione intellexit, iubet ministro, vt dato signo sodales exciret, quia frater communis Sequanus, absconditè fores ecclesiæ penetrans orat. Abeuntes ergò fratres ad ecclesię fores, famulum Dei orantem inuenerunt, cui hospitalitatis officium deuotè persoluerunt. Obiit autem sanctus Iohannes Abbas anno ætatis suæ centesimo vicesimo. Cuius oculi non caligauerunt, nec dentes damna pertulerunt, nec eius memoria lapsa est. Sepultus, quotidiè nihilominùs viuit miraculis.

Felix obitus eius.

DE EODEM S. IOHANNE Abbate, ex Gregorio Turonensi de gloria Confessorum, Cap. 87.

22. Septēbris.

Vixit in Tornodorensi pago in parochia Lingonicensi vir sanctitate præcipuus Iohannes Abbas, iuxta sui nominis etymologiam, diuina gratia præuentus. Denique fertur, quia cum monasterium ædificare vellet, quod Reomaus nuncupatur, & fratres nimiam aquæ penuriam paterentur, reperit puteum immani profunditate altum, vbi pessimus serpens basiliscus habitabat. Hic itaque diuina inuocatione perempto serpente, ac mundato puteo, puteum potabilem fratribus reddidit: de qua aqua & nos, cùm Lugdunum pergeremus, à fratribus illius monasterii benignè suscepti, causa miraculi hausimus: cuius etiam haustu plurimi frigoretici curantur. *Basiliscū precibus necat.*

Fertur & de præfato viro tale miraculum: Quidā fratricida pro enormitate criminis, ferreis circulis alligatus, præceptum habuit, ut septem annis loca sanctorum peragrando circuiret. Hic cùm Romam venisset, reuelatione diuina comperit, non aliter se posse absolui, nisi ad sancti corporis reliquias Iohannis Reomaensis Abbatis perueniret. Hic ergò passim lustrando loca, tandem peruenit ad basilicam, vbi haud longè à monasterio sacratissimum corpus eius locatum est. Ibique orationibus ac vigiliis incubans, vinculis omnibus absolutus est. Vixit vir hic iustus & vir religiosus, sicut legislator Moyses, centum viginti annis, cuius nec oculus caligauit, nec dens motus est. Fuit autem institutor viri memorabilis, de quo in suo loco narrabimus. *Nota pœnam fratricidæ.* *Grandis ætas beati viri.*

VITA SANCTI HEIMERAMMI vel Emmerammi, Ratisponensis Episcopi & martyris, ab Cyrino æquè Ratisponensi Episcopo ante multa secula conscripta. Stylum F. Laurentius Surius passim nonnihil mutauit, paucis omissis, quæ deprauatè scripta, intelligi non potuere.

22. Septēbris. Cap. 1.

Regnante in perpetuum Domino nostro Iesu Christo, qui sanguine suo seruos suos liberare dignatus est, & eius passione longè lateque per mundum fama diuulgata, etiam Europæ non modica pars Christianismi religione insignita floruit, & tot Occidentis populi, Angli, Britanni, Hyberni, Galli, Alemani, Germaniæ pars, paulatim miris modis in Dei confessione & laude constanter excreuere. Gotthia etiam, & Hispania, & Aquitania cum habitatoribus suis, reiecta idololatria, vnicum Dei filium colere cœperunt. In cuius quidem Aquitaniæ partibus Pictauiom vrbs antiqua sita est, ex qua ortus est puer Heimerammus: qui in ipsa puerili ætate cœpit mundum despicere, & gloriam eius ceu quisquilias calcare, atque ad sacrum liberalium literarū studiū sese applicare, ità vt, superno iudice agente, ad summum Episcopatus honorem peruenerit. *S. Heimerāmi patria.* *Pietas ad huc pueri.* *Fit Episcopus.* *Cap. 2.*

Erat autem statura procerus, forma decorus, vultu syncerus, eleemosynis præstandis præcipuus, ieiuniis valdè addictus, castitate & continentia præclarus, sermone facundus, ad eradicanda nitia sagax, ad irriganda & conserenda subditorum pectora solers. Eius ea ore, perindè vt aquæ fluminis in imas conualles profluentes, psalmodia perpetuò erumpebat, donec pro more psalterium omne deprompsisset. Atque etiam subditorum, vt diximus, animos cælesti imbre irrigare non cessabat, ità vt nullum penè ociū daret ori suo. Pes erat claudo, ocul⁹ cæco: recreator pauperum, pater pupillorum, defensor viduarum, gementium consolator. Porrò Dominicas pascendi oues tanta eius pectori cura inerat, ut per vrbes Gallorum & pagos, vicos quoquè & fidelium domos, huc illucque discurrens prædicando, sapientibus eructaret arcana, imbecillis lac offerret. Quod autem ore docebat, exemplis suis confirmabat, ità vt à cunctis diligeretur. Confluebant ad eum regni Gallorum nobiles, ignobiles, locupletes & inopes: quibus ferè omnibus pro illorum necessitate abundanter largiri non recusabat, aliis indumenta, aliis alimenta, plerisque ornamenta, quibus indigere videbantur, vultu iucundissimo impertiens: magis tamen in eam curam intentus, vt intrinsecùs animos omnium ornaret & ædificaret. *Virtutes & dotes eius.* *Optimū docēdi genus.*

Cumque vir prudentissimus tot bonis floreret, peruenit ad eum fama, in quibusdam Europæ partibus, Pannoniæ populum prorsùs excæcatum, & à luce veritatis, quæ Christus est, auersum, idolis inseruire. Ea re seruus Dei valdè contristatus, secum cogitare cœpit, vt ad eam gentem proficiscens, Christum illic prædicaret. Relicta igitur domo & immensis facultatibus, nobilibusque parentibus & cognatis, in sede iam dictæ ciuitatis alium constituit Episcopū, & instar Abrahami patriarchæ, exiit è terra & cognatione sua. Adiunctisque sibi aliquot pro suo arbitratu comitibus, transmisso amne Ligeri, per Gallias spargendo fidei semina carpebat iter, donèc ad Germaniæ fines & Rheni fluenta perueniens, in Germaniam ingressus est. Cùm autem eius gentis linguam nesciret, per interpretem religiosum presbyterum Vitalem, cum Auditorum profectu multa præclara illic verbi semina iactauit. Erat enim sermo eius in audientium pectoribus quasi imber temporaneus, verno rore arida infundens arua: ex cuius infusione reuiuiscunt segetum radices, & genus omne herbarum virescit, ità vt tellus tanquàm à mortis quodam excitata somno, ad pristinam sui decoris reuocetur amœnitatem. *Cap. 3.* *Proficiscitur in Pānoniam.* *Gen. 12.* *Prædicat in Germania per īterpretē.*

Hac autem solicitudine iter agens, ad Austrum se vertit, & ad Danubium Baioariosque peruenit, ubi&que Ratisponensem ingressus est, sectis eaructam lapidibus, & eius gentis metropolim, quam per id tempus dux gentis Baioariorum, vir alacer, Theodo regebat. In eam ergò ciuitatem ingressus beatus vir, & Theodoni principi oblatus, animi sui arcanum cō filium ei aperuit, dicens se constituisse, diuina subnixum ope, ad robustam Auarorum gentem in Pannoniam proficisci, vbique vel pro Christo mortem oppetere, vel illo protegente in pace vitam finire. Sed cùm ea tempestate inter Auros siue Hunnos & Bauaros orta esset discordia, ità vt apud Anisum fluuium vastantium manibus depopulatæ & penè desertæ vrbes viserentur, bestiarumque illic domicilia aucta essent, quòd humana fragilitas vltrò citroque commeare formidaret; nam etsi iureiurando obstricti quis esset, insidiæ tamen potiùs struct&æ timerentur, quàm exhibita humanitas: dux Theodo ait non sibi conuenire cum Auaris, atque ea causa ferre se non posse, ut eò proficiscatur: rogabat verò, vt tantus & talis Deo notus antistes apud ipsum & ipsius gentem remaneret. Nam posteaquàm salubeirimas *Cap. 4.* *Theodo Bauariæ Dux.* *Theodo Dux nō sinit, vt eat ī Pannoniam.*

tius

eius institutiones percepisset, aiebat se consentire non debere, vt indè recederet. Offerebat etiam illi sereno vultu possessiones, orabatque vt ipsorum esset pontifex: aut saltem pro humilitatis studio, eius prouinciæ monasteriis Abbas præesset.

Cap. 5.

Respondit autem Christi seruus, se ea causa à Gallorum finibus egressum esse, vt gentes Hunnorum, quæ ignorant Deum cæli, hoc est, Christum crucifixum, conuertere studeret. At quandò nunc, inquit, experior cœptum iter mihi prosequi non licere, supplicanti tibi assentior. Erat sanè regio illa egregia, nemoribus locuples, vini ferax, fero abundans, argento & purpura affluens, viros habens statura proceros & robustos, humanitate & beneuolentia conspicuos. Erat eius humus fertilis, iumentis & pecoribus abundans, ità vt ipsa terræ superficies, mellis & apium copia cooperta videretur. Piscosi illic amnes & stagna, perspicui fontes & riui, nec salis inopia. Ipsa vrbs inexpugnabilis videbatur, quadris estructa lapidibus, sublimes habens turres, abundans puteis: ad cuius partem septentrionalem Danubius suo impetu contra Orientem contendit: Montes illic pascuis opportuni, herbis copiosi. Syluæ abundant feris, ceruis, bubalis, capreis, ibicibus, & omne genus bestiis. Sed eius habitatores neophyti, per id tempus idololatriam necdùm radicitùs extirpauerant, & patres filiis suis calicem Christi & dæmonum promiscuè offerebant. Quę res permouit sanctum antistitem, vt idololatriam funditùs eradicare constitueret: & cùm iam terræ eius populis fidei semina commendasset, frumentum doctrinę multiplicatum in horreis conderet, atque ad extremum ijs locis gloriosa posset morte occumbere, vt regio, in qua morabatur, ad certaminis sufficeret campum.

Amœnitas Ratisponæ.

Bauari adhuc neophyti.

Cap. 6.

Hæc secum versans, trienniò per eius principis vrbes, pagos, vicos & fidelium domos cursitans, instantissima cura, in aliorum pectoribus spargebat fidei semina, ex aliis prudenti sermone vitia radicitùs excindebat. Aduersùm mites humilis erat: contra potentes superbia tumidos erectus, leonem prę se ferebat. Quicquid autem, exceptis corporis indumentis, à fidelibus ipsi esset oblatum, id cum gratiarum actione pauperibus distribuebat. Cumque in his diù versaretur, & in omnes penè eius regionis latebras doctrinæ suę lucem inuexisset, vir sanctissimus per spiritum sanctum præuidens finem vitę suæ iam appropinquare, & prępotentem Deum, ab omni labore absolutum ipsum sempiterna beatitudine remunerare velle, ceu intrepidus & robustus athleta, in certaminis campo clypeo inuisibili munitus, suæ vocationis sacręque remunerationis expectabat diem: & nihilominùs certis temporibus die noctuque in antiquum hostem orationis tela contento brachio vibrare non cessabat. Porrò autem à cunctis habitatoribus copiam petere cœpit, orationis studio Romam vt sibi petere liceret. Erat enim ei erga viros & fœminas imitatione digna consuetudo, vt eorum ex intimis animi recessibus accuratè curam ageret: ità, vt pro viribus singulatim eorum doctrina salutari irrigaret pectora, & vbi communis non sufficeret diligentia, priuatim & secretò eos admoneret: ità vt penè nullus exceptus videretur, in cuius pectore vel scintillam diuinam non accendisset.

Trienniò studiosissimè exequitur pastoris munus apud Bauaros.

Vult ire Romam orationis ergò.

Cap. 7.

Per id tempus filia illustris Theodonis Ducis filia Ota vel Vta, libidine & diaboli incitamentis victa, è Sigibaldo cuiusdam iudicis filio prolem concepit. Ambo verò magno animi dolore ob facinus perpetratum affecti, cùm iam res diutiùs celari non posset, communicato inter se consilio, sanctissimi Heimerammi Episcopi pedibus aduoluuntur: fatentur se in stupro depræhensos, nec ulla ratione posse deuitare supplicia, nisi per ipsum supernus iudex lapsis manũ porrigeret. Plùs enim, vt solent peccatis implicati, prę sentes extimescebant pęnas, quàm æternos gehennæ cruciatus. Audiens vir sanctus, miseratur eorum vicem: at tamen acriter repræhendit eos, quòd tantum in se flagitium admiserint: ait animæ damnationem potiùs eos debere pertimescere, quàm supplicia temporaria: indictaque eis satisfactione, nolens eis humanitatis & pietatis negare subsidia, secretò eis mãdat, vt in ipsum illud crimen conferant, quò sic faciliùs possint euadere pœnas. Nouerat enim venerandus pontifex, si crimen illud publicatum esset, nullo pacto à patre puellę se illis veniam impetraturum. Itaque crimen alienum sibi imputari voluit, vt pœnam, quam reformidabant, ab illis auerteret.

Ota principis Theodonis filia a quodam violatur.

Vir sanctus vult sibi illud facinus imputari.

Cap. 8.

Porrò à principe impetrata ad Vrbem proficiscendi facultate, salutatis omnibus, mox iter ingressus est. Eo verò discedente, magnus apud omnes eius ciuitatis luctus ortus est, tam diuites, quàm pauperes, quòd tanto pontifice orbarentur. Habuit autem in comitatu suo nonnullos è clero. Vt verò lectori fides fiat, etiam prophetię spiritu virum sanctissimũ haudquaquàm caruisse, quid ille de se prædixerit, huc adscribam, multis eius aliis propheticis prædictionibus omissis. Cùm ab vrbe Ratisponensi exiret, Vuolfletum religiosum presbyterum ad se accersiuit, eique secretò dixit: Attende, dilectissime frater, quæ dicturus sum, nec me viuente ea cuiquam reueles. Vbi diuersis cruciamentis ob scelus cuiusdam vitam me finiuisse audieris, omnibus in sacris cõstitutis Ordinibus, denunciare studeas, nè quisnam eorum à rectè viuendi proposito discedat, nec me huius criminis reum existimet, atque ità tanquàm meo prouocatus exemplo, è suo statu dècidat. Doctoris enim repræhensionem libenter sublatam volumus, & quamuis ille nulli crimini affinis sit, tamen exemplis sectantiũ atque obtrectantium, animas in peccato fouet, cùm se à prauorum exemplis minimè abscondit. Liquet ex his, prophetiæ spiritum eum habuisse, quemadmodùm etiam is, quem diximus, religiosus presbyter post gloriam remunerationis beati pontificis, ad cunctos, quos inuenire potuit sacris ordinibus initiatos, hoc se secretum pertulisse testatus est, eum ab hoc crimine, cuius causa cęsus est, prorsùs immunem fuisse. Deindè venerabilis Episcopus, vt erat pollicitus, simulat se ad beatorum Apostolorum limina proficisci: sed minimè ignorans, quid sibi esset euenturũ, cùm iam trium dierum iter confecisset, & ad optatum martyrii locum peruenisset, ab eo se mouere noluit. Erat illic fons, perspicuas emanans aquas, vbi cõcupiti certaminis campũ sibi delegit. Interim præ se fert quippiam à se expectari, discipulis eius admirantibus, cuius rei cura in pontificis pectore inesset.

Prædicit cædẽ suã.

Manet in certo loco vir Dei expectãs martyrij coronam.

Cap. 9.

Postquàm autem Ducis Theodonis filia in stupro iam apertè depręhensa fuit, & patris pręsentaretur obtutibus, atque coram adstantibus inquisitum ab ea est, quis rem tam nefariam perpetrare, & tanti viri filiam violare ausus esset, illa exterrita & nimio pauore perculsa, Episcopi commiatione id factum ait. Tum pater eius, temporali gloria indomitus, vehementissima accensus ira, vix à suis teneri potuit, nè proprias in eam manus mitteret, suamque sobolem suo ense iugularet. Sed cùm id cerneret sibi non permitti, filiam rebus & facultatibus omnibus priuatam, in Italiam esulatum ire iussit, in qua damnatione illa vsque ad obitum permansit. Erat autem ei germanus, Lantbertus nomine, qui sororis suæ cernens ignominiam, nimio furore percitus, in suam perniciem comites sibi adiungens, vt animi sui nequissimam expleret volun-

Theodo princeps vult sua manu filiam interficere. Eã exhæredat & proscribit.

tatem,

tatem, uelocissimo cursu post uenerabilem Dei seruũ iter explicare conatus est, donec ad pagum Helffendorffum peruenit, in quo beatus Episcopus animam suam Deo per martyrium offerre decreuerat. Stans verò miles Christi in certaminis cãpo corde intrepidus, diei illius (ut Author loquitur) hymnificabat Tertiã. In ea domo clypeus parieti infixus erat, ad quẽ suspẽsis patrociniis, accensa lucerna, studiosissimã cum suis ad Dominum fundebat orationẽ. Audientes uerò socij Deo deuotissimi Episcopi currentium impetũ, & magnos equorum strepitus, clypeorumq; commotionem, cùm nescirent, quid ea sibi uellent, unus ex eis ad aditum domus accurrit, cernensq; eam multitudinem proteruis animis intra domus septa ingredi, magna uoce corã socijs id beato magistro & Epõ indicauit. At uir sanctus illorum uolens confirmare animos, ità ait: Isti, qui huc uenerũt, non in nostri cõdemnationẽ huc uenere, sed per illos mihi remuneratio pparatur.

Nota Tertia preces.

Cap. 10. Vt autem comperit Lantbertus Ducis filius, adesse illic uenerabilem Episcopum, desiliit ab equo. Erat enim in medio uestibulo petra posita, in quam, ut solent equum ascendentes, & ab eo descendentes, sese transferrens, uirgæ innixus, Episcopum ad se iubet adduci, adductumque, seculari fastu elatus, ex oblatæ rei occasione ità cõpellat: Salue Episcope, affinis noster. At sanctus Episcopus Deum testem adhibens, ait se ex carnali commercio nullum nosse affinem. Sed princeps eius uerba cõtemnens, multis eũ affecit iniuriis, multaque conuicia in conspectu adstantium illi in faciem dixit, creberrimeq; illi exprobrauit, quod tam honorificè tã longo tempore in Ducis ditione habitus, tanta contumelia eũ affecisset, & tanti uiri summiq; principis filiam pessimo ad alios exẽplo constuprasset. Cõtrà aũt sanctissimus uir Dei, hilari uultu, modestis & sedatis sermonibus excusabat sese, dicebatque: Romã me iturũ promisi, ut supplex inuisam Petri Apostolorũ principis limina, cuius Ecclesia Euangelica authoritate fundata esse dignoscitur, cuius sub mũdi thalamo censorẽ adesse dubiũ non est, qui Deo authore, Petri successit in honorẽ: Apostolicus uir & sanctissim^9 tenet primatũ in sacris constitutus Ordinibus. Mitte ergò quẽ uis, prudentem aliquẽ uirum, ut mecũ præsentes in cõspectu tanti põtificis hac de re accusatur^9, ut illic Canonicã excipiã sentẽtiã, nè huius criminis reus existimer. Quod equidẽ charitate permotus tibi consulo, tametsi non ignoro te mihi non obtemperaturum: non quòd timeam cruciatus tuos, sed quòd doleat mihi tui condemnatio, cùm certum sit, te animæ tuæ magnam perniciem & detrimentum afferre.

Lantbertus princeps insultat S. Epo.

S. Epũs prouocat ad summum Pontificẽ.

Cap. 11. At contumax tyrannus, ueritatis uerbis colla supponere detrectãs, mentis lumine orbatus, clausis oculis cordis, arreptũ baculum, cui incumbebat, nihil reformidans, in tanti pontificis pectus adegit, moxq; ne suis præcepit, ut in eum manus iniicerent: Id eius Clerici conspicati, immẽso correpti timore, in ædiũ latebras sese abdiderunt, ut in eos etiã quadraret illud, quod de Christo iã olim propheta prædixerat: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Milites uerò non pauci acriter in S. Epm manus iniicientes, ut furentiùs dñi animum mitigarent, eius iussu spoliatũ chlamyde & stola, in hospitis horreum, ubi condebantur frumenta, abduxerunt, ibiq; ad scalam funibus alligarunt. Tum ille attentissimè Dñm orans, Domine Iesu Christe, inquit, qui manus ad Crucem extendisti, & tuo me sanguine redemisti: tibi ingentes gratias ago, quòd me ex tot regionibus ad hunc locũ deducere dignatus es, & ab hoc crimine alienũ, pro tui amore meuis sanguinem profundere. Eo sic orante, quinque electi sunt, qui eius membra amputarent. E quibus duo tremefacti, pallida facie, ab imo pectore ista verba proferebant: Domine Iesu Christe, de nostris manibus huius sanguinem non requiras. Tu enim scis non spontè, sed imperio coactos nos facere id, quod facturi sumus. Audiens hoc vir sanctissimus, ait ad Dominum: Domine, da tu illis secundùm corda illorum. At reliqui tres carnifices pectoris sui impietatem apertis indiciis declarabant, ità dicentes: Quidni crudeliter eum attrectemus, qui impudenter libidinem suam in tanti principis filia expleuit, ità ut ille omnibus exemplum statuatur, ex eoque discant oẽs, si quis præter fas in fœminam manus iniiciat, illi manus amputari debere? His dictis, digitos eius articulatim præciderunt. Deindè furentis principis vrgente imperio, oculos radicitùs euulserunt, nares amputarunt & aures. In iis verò cruciamẽtis, sanctus Dei martyr instàr fontis perspicui manans, non intermisit cursum suum, hymnos & psalmos offerens Deo. Factus est enim in tam immani agone ea superna virtute robustus, vt ne gemitus quidem vllus ab eo ad adstantium aures perferretur: sed hilari vultu synceraq; mẽte Deo, vt diximus, indefinenter preces funderet.

Zacha. 13. Mat. 26.

Oratio eius.

Immanissimo supplicij genere sanctus Episcopus afficitur.

Cap. 12. Necdùm verò tot pœnis exatiati carnifices, pedes vtrosque cum palmis, quarum iam digitos absciderãt, detruncarunt, atque ipsa etiam verenda impudenter abstraxerunt. Interim pergebat sanctus martyr, licèt exili iam uoce, in laudibus Dei & psalmis Dauidicis. Cernentes verò carnifices eum pœnis afflictum, membris iam destitutum, ipsius linguæ ministerio inuidẽtes, eam ferro in os iniecto præciderunt: atq; ità corporis trunco relicto abierunt. Remansit autem in certaminis campo, sanguine suo inuolutus, victor triumphalis exultans. Postquàm autem hostes abiere, è suis latibulis ad venerabilẽ Christi martyrẽ Clerici cũ vicinis mulieribus aduolarũt, à quibus vir sanctus pro sui refrigerio aquã petebat. Dixit aũt ad eũ Vitalis presbyter & interpres eius, vir pius & religiosus, cuius anteà meminimus: dixit verò nõ sine lachrymis, quas ab ei^9 oculis exprimebãt tãti sui magistri cruciat^9: Quid vis refocillari, cùm sis mẽbris corporis destitutus? Meo quidẽ iudicio rectiùs tibi mortẽ optaris, quàm tot affect^9 iniuriis, vitã producere velis. Cernẽs aũt Dei martyr presbyteri sui animũ secùs affectũ quàm expediret, collecto spiritu, abscissa lingua uerba, ut potuit, explicãs, ità ait ad eũ: Non tibi in mentẽ venit, sæpè me dixisse, neminẽ ad mortẽ festinare debere, sed potiùs optare vt differatur, vt possit piis intercessionibus faciẽ Dñi præoccupare, vt detur spatiũ infirmis ad agendã pœnitentiã propter ea, quæ humana infirmitas perpetrauit? An verò pigritiæ tuæ molestum videtur, cruentum refrigerare pectus? Eccè nunc temporariæ vitæ hanc ego propono pœnam, vt quotiès potum ori tuo applicuerìs, mentis inops fias, nec tamen cuiquam noceas, sed inobedientiæ exemplum de te præbeas. Dixit hoc uir sanctissimus, & ut dixit, ità factum est.

Magna eius patientia.

Loquitur sine lingua.

Prædicit presbytero pœnam inobedientia.

Cap. 13. Is enim presbyter Vitalis in ea ciuitate, ad quã corpus martyris platũ est, diù post magistri obitũ vixit, & quàmdiù ieiunabat, magna de se præclaræ virtutis exẽpla præbebat, ità ut penè nullus abiret dies, in quo Missarum solennia cũ psalmodiis & hymnis nõ cõpleret, sequẽs uestigia magistri sui beati Heimerãmi, & ardua uirtutis itinera calcãs, vt eũ iã in cælis degere dubitari nõ possit: quippè qui ẽt eleemosynarũ esset studiosus, & quod factis præstare nõ poterat, voluntate præstiterit, orationib. quoquè & vigiliis nõ mediocriter intentus, charitate & hospitalitate insignis fuerit. At nihilominùs cõpletũ in eo fuit, quod uir sanctus prædixerat. Cùm.n. peracto ieiunio, certis tẽporibus alimentum sumeret, cuiuscunque potionis genus ore percepisset, mox destitutus mente, a spiritu immundo arripiebatur: commutataque facie, cum immensis stridoribus huc illucque

Nota ad mirandũ

Dei iudicium. discurrens per plateas ciuitatis, per terræ voragines, per dirupta petrarum loca, per sepulcra mortuorum, per diuersa locorum spatia, nefanda & turpia proferebat verba: nec tamen cuiquam nocebat. Aliquotiès etiam per sublimes cursitabat turres: nec tamē vllum sensit præcipitium.

Cap. 14. Porrò beati antistitis truncatos artus eius loci incolæ collegerunt, & in arbore, quam spinam albam vocant, condiderunt. Erat nanque à medicis non paucis diuulgatum, si cuiusquam membra abscissa & humo operta essent, eius reliquum corpus nullius medici arte curari posse. Sed hoc fideles in exemplum & imitationem trahere non debent: potiùs verò propheticum illud sequi, vt iactent curam suam in Deum, & *Psal. 54.* ipse eos enutriet. Eodem nanque die, non longo interiecto spatio, duo ignoti iidemque pulcherrimi viri, publica via equitantes, à quibusdam aratoribus sciscitabantur, vbinàm sacra martyris membra condita essent. Quibus aratores post longas ambages tandem indicarunt, in quadam arbore esse reposita. Tum illi, *Truncata et membra tollūt ab ignotis mox disparentib.* cunctis cernentibus, ad eum locum se contulere, nec deinceps ab illis visi sunt. Tot verò huius rei testes sūt, quot eius loci habitatores. Itaque admiratione affecti illi propter incognitos viros, & quòd ità ab eorum oculis euanuissent, ad arborem contenderunt, sed ea, quæ illic abdiderant, sancti martyris membra nequaquàm inuenerunt. Res profectò mira, & nostris temporibus valdè stupenda: maximè quòd etiamnùm humanæ infirmitati incompertum est, à quibus ea sublata, quòve translata sint. Equidem quid de ijs sentiēdum sit, ignorare me fateor, nisi quòd per diuinam dispensationem id datur intelligi, quibus sanctus martyr dignus esset laudibus, quandò præsecta & cruenta membra, adhuc illo viuente, per diuinam cognitionem ab eo loco assumpta, gloriosè & honorificè alicubi proculdubiò condita sunt: tametsi, vt diximus, ad hominum notitiam needùm peruenerunt. Fortasis autem idcircò latent, quòd cùm per suos actus capiti cuisibi sit, quod est Christus, ministrassent, propriisque calcatis voluptatibus, pauperibus inseruiissent, atque intrepidè pro Christo contumeliis affecta essent, cùm illorum Ipse & caput esset Christus ad ædificationē viuentium nec sperantia in illum membra eo, quo par erat, honore afficerentur: atque idcircò ab incognitis ablata viris, in cognitione capitis, id est, diuinitatis, non mediocri cum gloria condita sunt.

Cap. 15. Postquàm ea res habitantibus illic innotuit, magno timore correpti sunt: & quamuis parùm apertis oculis, at tamen beati viri cognoscebant sanctitatem. Porrò viri, qui erant cum eo, gloria martyrii triumphantem ex certaminis campo, id est, ex area, qua tum frumento preciosiore margaritis purgati tritici, id est, cruore conspersa iacebat, sublatum plaustro imposuerunt, deducentes eum certatim ad pagum publicum, *Vehitur sancti viri truncus in pagum Ascham* quem *Ascham* vocāt, duodecim ferè milliario indè distantem, vbi ecclesia beati Petri Apostoli constructa erat, in quam tantum virum & Dei martyrem inferre cupiebant, nè in eorum vilibus ædificiis vitalē efflaret spiritum. Etsi enim paulò antè in eorum oculis non solùm despectus, sed etiam nece affectus erat, at tunc, vt par fuit, magna illius apud eos exercuerat veneratio. Sed & mulieres ex vicinis locis cum ducentis viris pietate commotæ, plaustrum stipantes vndiquè, ob venerationem martyris Christi, eum comitatę sunt. Cùm autem in campum venissent, distantem ab eo loco, ad quem proficiscebantur, tribus milliaribus, venerandus Episcopus voce, vt potuit, eiulare cœpit, inquiens horam remunerationis suæ in cælestibus iam adesse, nec illum locum excedere debere. Itaque vnus ex iis, qui erant eum eo, ea diuina inspiratione cęteris tanquàm subiectis imperauit, vt eum à plaustro deponerent. Illi confestim depositum in amœno gramine, campestri planitie collocarunt. Tum sancta illa anima è corpore egressa est, & cunctis, qui aderāt, *Sancti martyris anima Christū ingrediens* quasi lux immensa ex ore eius procedere visa est & ex ore los penetrare, instàr fulminis adspicientiū facies perstringens. Vndè non immeritò adeò timore perculsi *Nota vehemē hāc.* fuere omnes, vt vix sancti viri corpus in plaustrum sustollere auderent.

Cap. 16. Huius verò loci, in quo spiritum reddidit, vt mihi videtur, non est silentio premendum miraculum. Fuerat enim multo tempore incultus, & quasi obliuioni traditum erat, quòd talem ex se Domino obtulisset animam. Sed cunctis illi vndique adiacentibus locis signo quodam antelatus est.

Insigne miraculū loci vndè cessit. Cùm enim in Germania id vitatum sit, vt humum eius immensa nix operiat tota hyeme, eaque in cubiti altitudinem plerunquè exerescat: eo tamē in loco minimè permansit, sed instàr alicuius viatoris citò prætereuntis abolita fuit, totoque anno verni temporis decorem & amœnitatem locus ille repræsentauit. Atque ità factum est, vt idem locus immunis esset ab imbribus & procellis, nec elementorum ditioni vellet esse subiectus, qui Angelicorum spirituū præsentia in tāti martyris animæ à corpore migratione consecratus esset. Erat autem illic quadriuium: vndè id euēnit, vt miraculum illud longè lateque diuulgaretur: & cùm nonnulli ex illis, qui circumcirca habitabant, accuratiùs de eo inquirerent, mox per illud quadriuium ijs, qui tunc aderant, in memoriam rediit, quòd illic sancti martyris Christi Heimerammi anima, huius exilii nexibus expedita, in cęlos subuolasset. Quamobrēm *Ecclesia S. Heimerammo datur, ubi innumera fiunt miracula.* ecclesiam ibi construere in eius martyris honorem, in qua innumera eius meritis miracula eduntur.

Cap. 17. Sed dum in huius rei mentionem incidimus, mira mirandis succedūt. Venit. n. in mentem, iam longè superiùs dixisse nos de duobus carnificibus, Dñm illos esse deprecatos, vt pro sua benignitate ipsis non imputaret, qꝫ non sua uoluntate, sed iussu dñi sui, tanto Epo cruciatus inferrent: neque ea causa in die iudicij eius sanguinē ab ipsis requireret: ipsumq; virum Dei, *Nota de carnificibus, à quibus interēpt' est.* cùm illorum animos vidisset, Dñm pro illis rogasse, vt secundùm fidem illorū redderet eis. Isti ergò duo in pacis trāquillitate suæ vocationis expectarunt diē. At reliqui tres, qui crudeliter in sanctū virum suasmanus iniecerūt, diabolica æmulatione incensi, & improperia atq; contumeliosa verba in faciē ei dicere non erubuerunt, rang miseris ad damnationem non sufficeret nequissima cædes, nisi in suæ nequitiæ augmentum, cordis malitiā ore quoque testarentur, Christo *Mat. 12.* dicente, Ex abundantia cordis os loquitur: ij tres, inquam, intrà septē dies immundis arrepti spiritibus, ad id vsq; longa vexatione perducti sunt, vt intempestæ noctis silentio è domibus suis aufugiētes, ad deserta loca cōfugerent, & per cacumina montiū & concaua valliū, per loca inhabitata & hominibus incognita discurrerēt, ità vt miserorū cadauera nulli postea reperta fint. De quib. quid aliud sentiendū est, nisi iusto Dei iudicio, qui impus & ferocibus animis, tā dictis, q̃ factis, in tantū sacerdotē sui cordis nequitiā exercere veriti nō fuere, eorū animos, in dānationē illorū, feris cōparari debuisse: vt mēte destituti, suis ipsi corporib' perniciē afferrēt? Quid verò de sanctis uiris dicendū est, nisi id, qđ Apostolus ait: An nescitis, quiā tēplum *1. Cor. 3.* Dei estis, & spiritus sāctus habitat in uobis? ubi subiūgit, qꝫ huius templi uiolatores disperdet Deus.

Cap. 18. Quod quidem etiā in Lātberto eorū domino probatum est, quādò in exilio uitam finiuit, atque in eius *Lanbertū et posteros adeò tanti uiri sanguis uindicatus est, ut nul lus ex eis relinqueretur: & ędes amplissimæ, in qui- *Traditio* bus*

bus

cedit, & eius oste- rutas omnibus peris.

bus de suo facinore gloriabatur, ita iam euersę sint, vt illic vrticæ & platani longè diffusis ramis propagentur: & qui virulentum pectoris sui furorem in templū Dei euomere non est veritus, suas ædes venenatis serpentibus relinquere coactus sit etiam inuitus: ita vt in sibilum & exemplum sint intuentibus: atque etiamsi verbis prætereuntibus non dicant, tamen re ipsa prędicent, & quędam sui contemplatione ab illis suspiria exprimant, vt possint etiam ipsi cauere, nè in sanctos Dei sacerdotes aliquid temere admittant: nè & illorum hæreditas euacuata posteritate, sicut ea loca conspecta testificantur, vt Alpium obscuram redigatur habitationem, & coaceruata humus in testimonium viuentibus permaneat. Cauenda namque est hominibus ira iustorum, nè & illius in se iram concitēt, qui illorum corporum habitator est, & de quibus per seipsum Veritas dicit: Qui vos spernit, me spernit. Etsi enim gladium visibilem non ostendunt sancti, non tamen inulti permanent: cùm vnusquisque iustus gladio inuisibili pręcinctus sit acutissimi sermonis Dei, qui vltionem infert iis, qui sibi non proponunt ipsum veritatis spiritum in Deum: sed eius templum ictibus destruunt: & vbi manus noxias non immittunt, obtrectationis virus clàm seminare non reformidant: atque ità spiritumsanctum, templi sui habitatorem, ad iracundiam prouocant, non attendentes quod scriptum est: Qui illum non habet placatum, nunquàm euadit iratum. Quid ergò mirum etiam istos periisse, qui tam sanctum interemère virum, quandò etiam in illo loco commorantes, vbi venerabilis Dei Episcopus triumphans victor extitit, qui in eius necem consenserunt, adeò ex eodem loco dissipati sunt, vt nemo corū illic remanserit: destructaque sunt ędificia, & campus certaminis multis annis desertus permansit. Vbi tamen res mira & ad multorum ædificationem pręclara contigit. Cœpit enim humus excrescere, vbi beatus Episcopus membrorum sectionem passus fuerat, vt in cubiti altitudinem sese coaceruaret, & neque niues, neque hyemis asperitatem admitteret, satis hoc ipso declarans, quanti apud Dominum meriti sit martyr inuictus, dum elementa suam in eum locum vim exercere non possunt, sed vsque ad tempus suam retineret amœnitatem. Quod cùm nonnullis innotuisset, & iam longè lateque commorantes ad vidēdum locum amœnissimum sese conferrent, atque illic sancta Christianitatis religione in honorem beati martyris preces Deo funderent, res tandèm cunctis innotuit, quicquid illic fidenter peteretur, id etiam impetrari. Atque ea causa inito consilio, Christiani in eodem loco ecclesiam in honorem ipsius martyris Christi extruxerunt, vbi perenniter innumera coruscant miracula.

Luc. 10.

Sāctis iniuria affectis, nō manēt inulti.

Vltio in eos qui cōsensere in necem sācti Episcopi.

Nota rē miram.

** Alia S. Heimerāmi ecclesia, & miracula innumera.*

Cap. 19.

Est autem in eodem loco fons perspicuus, distans ab hac ecclesia ad lapidis iactum, cuius aqua iuxta ecclesiam labitur. Humus autem hinc indè exaltatis deprimitur ripis, vt se aqua longiùs effundere non possit: sed infra, deprimente ripa, laxato sinu lacum efficit pulcherrimum. Ad cuius plagam septentrionalem elegantibus muris in martyris laudem constructa ecclesia est, vbi innumeri cęci recipiunt visum, & claudi gressum: multorum quoquè linguæ, suis nexibus expeditæ, loquendi recipiunt facultatem. Sed si de his locis & illorum miraculis ordine dicere velimus, & quanta iam illic per Dei dispensationē in beati martyris Christi Heimerammi gloriam edi propriis conspexerim oculis, siue etiam fidelium narratione didicerim, dies me citiùs deficiet, quàm sermo. Nè quod autem lectori fastidium afferam, quid de sancti martyris corpore gestum sit, priùs breuiter exponam.

Item alia eius ecclesia, & miracula.

Cap. 20.

Cùm enim, vt iam diximus, sancti viri anima, quasi huius orbis luce splendidior, cunctis qui aderant cernentibus, corporis absoluta vinculis, cælum petiisset, æternis fruitura gaudiis pro meritis suis: ii, qui aderant, cum magno timore & reuerentia sanctum viri corpus feretro imponentes, iter cęptum persecuti sunt, & tandèm ad ecclesiam beati Petri Apostoli in pagum publicum *Ascham* peruenerunt, atque intrà eius ecclesię septa, adiunctis sibi vicinis loci illius habitatoribus, honorificè eum tumularunt, atque indè recesserunt. Sed ille minimè volebat illic resurrectionis expectare diem. Vt enim superiùs diximus, ciuitatis Ratisponensis ei placuit amœnus situs: nec dubium est id ei quoquè placuisse, vt corpus eius eò deportaretur, post ruinam suam illic remunerationis suæ diē expectaturum. Et ecce rem miram: nam aer etiam illius obtemperauit voluntati. Commotus enim est à plaga Occidentali Fauonius, isque impetu suo nubes cogens, cæli faciem obscurauit, pluuiaque copiosa in terram effusa est, & fulgura discurrentia extitere, ità vt per dies quadraginta sine cessatione plueret, atque ex pluuiæ assiduitate torrentes in amnes excrescerēt, iique terrę superficiem planè operirent: & nisi tanti viri & martyris corpus in vrbem Ratisponensem esset allatum, aquarum inundationes regioni illi excidiū minarentur. Est autem quibusdam fidelibus tum diuinitùs per nocturnas visiones reuelatum, vt corpus sancti pro ipsorum adiutorio in urbem eam importarent. Princeps igitur & sacerdotes, communicato inter se consilio, per quosdam fideles viros martyris corpus ab eo loco, vbi humatum erat, auferri iusserunt, illudque ad fluuium Isaram deducentes, naui impositum, cereis accensis vsque ad Danubium prosecuti sunt. Qui fluuius cum contra Orientem tendat, tantam illis præbuit per tot spatia contra eius tractū nauigandi celeritatem, ac si passis uelis & flantibus uentis id iter conficerent.

Sepultura eius.

Dies 40. cōtinuēter pluit.

Translatio eius ad ciuitatem Ratisponēsem.

Accidit autem illic res mira, & fidelium cōtemplationi cumprimis honorificè tradenda. Nam inter tot uentorum flatus, & procellarum fluctus, aquarumque promiscuam inundationem, & imbrium infusionem, fluminisque tumescentes undas, lampades minimè sunt extinctæ: sed tanta securitate quietissimas luminis sui flammas sursùm extulere, acsi intrà clausum cubiculum sine ulla aeris commotione consisterent. Itaque qui circa illud flumen morabantur, cùm tantum in lampadibus non extinctis sui martyris meritū cernerent, percutientes pectora sua, & in facies suas ruentes, Deum cæli adorauerunt. Cùm autem uenissent uiri cum corpore martyris ad ciuitatem, quò tendebāt, & ibi, ut erant docti, salubrem eligerent stationem, obuiàm illis factus est princeps terræ cum satrapis & sacerdotibus, uexilla & thoribula portantibus. Aderat uerò etiam innumerabile uulgus uirorum ac mulierum, Deo hymnos concinentium uoce sublimi, ità ut ab iis uocibus tam præ gaudio, quam timore, tellus tremere uideretur. Porrò sacerdotes sacrum corpus in ædem sancti Georgii intulère, atque illic summo cum honore, ut dignum erat, sepulturæ mandarunt. Eodem autem momento tanta rediit cæli serenitas, ut nullę usquàm nubes apparèrent.

Cap. 21.

Lāpades nulla vi extinguūtur, quib. sacrū corpus prosequuntur.

Nota antiquā erga Sāctos deuotionē

Multo pòst tempore uisum fuit sacerdotibus, ut corpus sancti martyris ab eo loco mutaretur. Itaque acciti sunt cęmentarii, qui sua arte ex marmore & gypso ei monumentum construerent. Quo opere absoluto, exclusa è templo plebe, fores obserarunt sacerdotes. Et rerum pręerat intrà ecclesiam uenerabilis Dei cultor * Gaubaldus, ciuitatis Radasbonę (sic enim etiam antiquissimus manuscriptus codex habet) Episcopus, cū presbyteris & diaconis, quorum multi adhuc supersunt. Cùm ab his humū remouissent a monumento (erat enim immensę magnitudinis

Cap. 22.

** Gariubaldus.*

 lapis

lapis superpositus, quem eum timore clanculùm amouere cupiebant, omni ex parte sepulcrum ambientes) & saxum quoquè abstulissent ad mensuram palmi & semis, omnes magnus inuasit timor, ità vt ex eorum manibus lampades laberentur, atque eo terrore consternati, dissolutis viribus, supini corruerent. Vnus tamen ex eis, qui aderant, à dextris saxo pectore incumbens, permansit. Ecce autem rem miram, & in Dei laudem eximiè venerandam. Saxum tam immensi pōderis, aere suffultum, tandiù ab uno sustentatum est, donèc illi sic exterriti & prostrati vires reciperent, & manus adiutrices porrigerent. Quod quidem saxum si martyris merita non sustinuissent, nihil erat expectandum aliud, nisi ut ossa eius in sepulcro iacentia comminuerentur. Neq; dubitandum est, non alia causa tanto timore correptos illos fuisse, qui tum huic rei intererant, nisi vt his indiciis præsens beati viri corpus declaratum, cunctis testatum efficeret, quo honore eius anima in cælis frueretur. Tum verò tanta celeritate & securitate saxum remouerunt, acsi nullum ei pondus inesset. Deindè sublatum corpus, Domino hymnos depromentes, in locum, quem extruxerant, deposuerunt: iussuque principum acciti permulti artifices, ex auro & argento sancti martyris monumentum confecerunt, gemmis & margaritis interlucentibus, & sculpturæ adhibita varietate, vti hodieque cernere licet.

Insigne miraculū.

Aliud miraculū.

S. Episcopi monumentum principes ex auro, argento, gēmis & margaritis confi[ciunt].

Cap. 23.

Nostra ætate cuiusdam rustici coniunx ex morbo quodam lumen oculorum amisit. Eam ergò vir eius ob cæcitatem despiciens, contra summi Dei mandatum, aliam sibi matrimonio sociauit. Quod vbi nos cōperimus, cúm essent ambo nostræ parœciæ & diœcesis, obiurgaui eos ob admissum adulterium, & pœnitentiam suscipiendam indicaui: at tamen fœminam ex ædibus viri eijcere non potui: quandoquidē ambæ simul apud illum morabātur, nec palam eum adultera facinus perpetrabat, licèt clanculùm ab ea pedē, instigante diabolo, non retraheret. Cùm autem adultera quodam die ad beati martyris Heimerammi solennitatem vellet accedere, aliis eò pergentibus comitem se adiunxit. Postquàm autem peruenit ad locum, qui Iuuarus dicitur, à beati martyris ecclesia ducentis passibus distantem, mox vt forinsecùs templū intuita est, in suo scelere deprehensa, cœpit tremere, membrorum compages dissolui, ipsa humè se prosternere & si rursús esset erecta, pedem ad carpēdum iter minimè posse proferre. Si autem vellet redire domum, confestim membrorum iuncturæ instaurabantur. In his ergò angustiis ea sic desudante, contigit quendam superuenire sacerdotē: qui cúm in eius vitam & mores accuratè inquireret, illa coram adstantibus fatebatur, adulterii causa se isthuc perpeti. Admonuit ergò eam ille vir Dei, vt ad nos reuerteretur. Ad nos igitur reuersa, cum lachrymis sese abiecit ad pedes nostros, & suam miseriam coram omnibus alta voce confessa est, moxque adiecit in hoc se veniam à Domino impetraturam, quòd cum illo viro deincèps sub vno tecto minimè permanere statueret, cui adulterina commixtione fuisset sociata. Cùm autem nostræ admonitionis & increpationis verba accepisset, & ob perpetrata pro nostro iudicio pœnitentiam egisset, tanta securitate ad beati martyris ecclesiam accessit, acsi nullum vnquàm membrorum dolorem sensisset. Puto equidem supernam pietatem id voluisse exempli statuere, vt palàm liceret intelligi, quantùm à regno Dei adulteri separentur, quandò in electorum eius ecclesias ingredi non sinuntur. Sed dum huius fœminæ facinus commemoro, in mentem reducitur mihi ille sermo veritatis, à propheta Esaia prolatus: Quærite Dominum, dum inueniri potest: inuocate eum, dum propè est. vbi rectè subiungitur: Derelinquat impius viam suam. Quomodò enim possit quis inuenire Dominum, nisi ab iniquitatis via discedat? Hic enim non videbit, sed tamen propè est: ille autem videbit, & propè non est. sicut & hæc mulier, cùm in sua immunditia martyris ecclesiam cerneret, propè non erat, quandoquidem propiùs accedere non potuit. Vbi autem longiùs retrocessit confessionem factura, iam propè erat. siquidem ob admissum facinus agebat pœnitentiam.

Adultera diuinitùs castigat[ur].

Iterum Deo recō[n]ciliatur.

Adulteri q̄ inuisi Deo.

Esa. 55.

Cap. 24.

Mirabilibus miranda succedunt. Audiui ego, quæ dicturus sum, à quodam religioso & cordato viro. Is enim cùm die quodam ad sancti Heimerammi ecclesiam pro suis peccatis deprecaturus vellet accedere, solus iter suscepit. Vbì autem in solitudinem venit, quam Feronitaidum mutato vulgari idiomate vocāt, incidit in latrones: qui eum expoliatum, & vinctis manibus, atque ore catenis obstructo, nè posset verba edere, ex illis finibus exportatum, genti Francorum vendiderunt. Porrò quidam ex eius emptoribus, in partibus Aquilonaribus Thuringorum, genti cuidam vendidit eum, quæ est cōfinis * Porathtanis, qui ignorant Deum. Cernens ergò senex ille se gentilibus, idolorum cultoribus, propinquum, domino suo & præsenti & absenti pro viribus fideliter inseruiuit. Erat.n. egregius artifex, & dn̄o suo insignem molam cōfecit, miròque opere eius ædes communiuit, sine munitionibus instruxit. Quibus rebus illius sibi gratiam conciliauit. Iam triennio eiusmodi operam illo nauante, nec interim à cultu Dei recedente, sed ieiuniis & orationibus incumbente, quidam ex conseruis eius vita functus est, relicta coniuge iuuencula, & secūdùm carnis huius putredinem pulcherrima, nullaque ex ea prole suscepta. Iussit ergò dominus seni huic, vt eam acciperet vxorem, & omnes eius facultates sibi vendicaret. At religiosus senex respondit: Ego in mea gente habeo vxorem, quā coactus sum relinquere, propter innumera peccata mea in captiuitatem abductus, & in hunc locum adductus. Ea igitur viuente, quo pacto possum aliam ducere vxorē? Audiens hoc herus eius, asperrimis in eum verbis inuectus: Nisi eā acceperis, inquit, hæc addat mihi Dominus, & hæc faciat, si non tradidero te genti Saxonum, qui tot idola colunt. Certus enim sum, si apud me nolis vxorem accipere, te haudquaquàm hic permansurum, sed potiùs de fuga cogitaturum. Atqui ità fiet, vt ego frauder precio, quo te mihi comparaui.

Superstite vxore sua vir pius in captiuitate non vult alteram ducere.

Hinc pōt colligi, hi[s]toriam hanc scriptā ante Carolum Magnū.

Cap. 25.

Cùm ergò diù inter se colluctarentur, & senex facilè animaduerteret, se domini sui imperium contemnere non posse, modò nè captiuus tradi vellet genti Deum ignoranti, cuius vitam, quæ ex vicinitate ei innotuerat, ceu mortuis præcipitia pertimescebat: necessitate compulsus, ait se iuxta domini sui voluntatem eam sibi velle desponsare. Tum herus, apprehensa mulieris dextera, manu pallio obuoluta, vt habet mos nuptiarum, coram adstantibus conseruis, coniuge & prole, hilari vultu collocauit eam illi in matrimoniū: propter enim artis eius peritiam impensè eum amabat. Deindè religiosus senex cum socia illa sua ingressus in domicilium eius, sumpto pro nuptiarum cōsuetudine cibo, ad lectū, quem ipsa instruxerat, cū illa se contulit, cœpitq;, prout potuit, salutaribus eā admonitionibus instituere, ità dicens: Vide charissima soror, nè ista cōmixtione summū illum amatorē & rerū omniū præpotentē conditorē offendamus. Temporalis enim vitæ voluptuosa gaudia intrà paucos dies finē accipiunt, & æterna aīarum detrimēta parturiūt. Fruere igitur in iucūditate artificii mei lucris: tātùm hoc mihi largire, vti nè me huius copulæ iugo, viuēte adhuc cōiuge mea, p̄cipitet ī interitū aīę meæ. At illa carnalibus

Nota hūc morē celebrandi nuptias.

Monet suam spōsam vir pius ad eō seruandā castitatē.

assueta

asfueta uolupiatibus, socii sui monitionibus non consentit, sed quæ ab illo prudenter dicta erant, se suo domino indicaturum minatur. Cernens ergò uenerandus senex se nihil profecisse, sociæ suæ lasciua & uoluptuosa desideria blandis sermonibus delinire studet: Prouidendum nobis est, inquiens, soror charissima, nè gentilium more Christianas nuptias inchoemus: abstinendum potiùs triduo est, & Dominus cũ lachrymis deprecandus, ut iustas nobis det proles. mulier enim non propter libidinem accipienda est, sed propter sobolis procreationem.

Cap. 26. Hæc omnia ille surdæ cantabat, adeò ut illo contẽpto, faciem ad parietem uerteret mulier, & sub lecti operimento tristis se ab illo auerteret, somnoque oppressa obdormiret. Ille autem cum lachrymis ex intimo corde indesinenter Domino fundebat preces, ut ipsius angustiæ subueniret, & nè sineret obliuisci sui tantum uirum & martyrem Heimerãmum, cuius causa, cùm ad eius ecclesiam uellet proficisci, in tantas angustias incidisset: sed ipse misericors Deus, misero misericordiam impenderet. *Visio pij senis.* Hanc eius orationem tanta celeritate misericordia Domini subsecuta est, ut statim obdormienti illi quidã uir pulcherrimus & proceræ staturæ, ad lectum adstaret, & uirga, quam manibus tenebat, latus dormientis tangens, diceret: Surge, & abi ad beati martyris Heimerammi ecclesiam, quò ire constitueras. Respondit senex: Et quinam sine alimento tantum iter conficiam? Ait illi vir: Surge, nè hęsites: sed tolle panem, qui est in superiori cęnaculo: is tibi ad cibum satis erit, donèc iter peragas. Tum ille tãta uisione expergefactus, ubi ad se rediit, dubitare cępit, num uigilanti uel dormienti facta esset ea admonitio. At tamen, ut erat iussus, surrexit, & in superiori cęnaculo elegantissimum inuenit panem, quem nunquàm illic poni cónspexerat, nec tam elegantem panem ea nocte cum illa muliere in nuptiarum conuiuio comederat. *Clàm aufugit omnibus relictis.* Eum itaque in sinu condens, relictis omnibus, quæ illic habere videbatur, & nè de proprio suo lucro quippiam auferendo, domino suo dãnum irrogaret, nulla re secum ablata, dempta veste & penna, quam manu ferebat, celeriter abiit ad solitudinem, sine intermissione cum lachrymis orans Dominum, ut per merita beati martyris sui, ipsi in se sperãti prosperum iter largiretur.

Cap. 27. Nota miraculum. Ità ergò in ea profectione quindecim continuis exactis diebus, tanta prosperitate & securitate summus opifex eum deduxit, & unius panis alimonia quotidiano labore eius delassata membra refecit, vt sequẽtis diei hora tertia in monte steterit in uineis, quæ sunt inter confluentes Danubii & * Imbria. *for.* * *Amberi.* Atque indè contemplabatur sancti martyris Heimerammi ecclesiam & vrbem desideratam, mœnibus & turribus munitam. Quas vt agnouit, magnas Deo gratias agẽs, è monte descendebat ad portum fluminis. Erat tum dies Dominicus, ob cuius solennitatem Missarumq; celebrationem, qui illic degebant, cum multa deuotione contendebant ad sancti martyris ædem: quibus religiosus senex clàm se comitem adiunxit: cumq; ad portum peruenisset, conscensa naui, traiecit flumen, atque indè, vt erat per uisum iussus, ad martyris ecclesiam progressus est: ubi se humi prosternens, cum lachrymis ingentes Deo laudes dixit, qui sperantem in se ex tot angustiis ob sui martyris merita eruisset. *Certè præclarũ hoc est miraculum.* Expleta autem Missarum solennitate, religiosus senex ab ecclesia egressus, panem quem secum absportauerat, cuius esu tam longa itineris spatia emensus erat, è sinu protulit, & cùm abundè illi per uiam suffecisset, tertiam tantùm eius partem se vidit absumpsisse. Itaque quod supererat, coram omnibus in pauperes distribuit, meritaque sancti martyris per Dei prouidentiã quid ipsi contulissent, palàm indicauit.

Cap. 28. Sed dum his referendis in martyris gloriam intentus sum, repentè animo succurrit aliud, quod iam cõmemoro. Puella quædam diœcesis sancti martyris, primo diluculo egressa ad pascenda pecora patris sui, à quodam mihi incomperto spiritu arrepta, nihil neq; cibi, neque potus accipere uoluit. *Puella toto anno nihil comedit.* Cumque sic ad multos perdurasset dies, complures ex propinquis eius ad eam uenere, & tum precibus, tum obiurgationibus ad id eam adducere uoluere, ut cibum sumeret. Sed illa modis omnibus id recusabat, asserens se nullo cibi desiderio affici. Illi ergò vt parùm aliquid cibi ei in os ingesserunt, purã lac aqua permixtum. Quod cùm illa inuita accepisset, statim erecto capite, illud sanguine permixtum euomuit. Cernentes igitur parentes eius, se nihil proficere, missam eam fecerunt, interim id inter se consilii capientes, ut eam Episcopo offerrent, sub cuius pastorali cura degebat. Ità ergò decessori nostro beatæ memoriæ Ioseppo Episcopo, cui Deo authore ego in honore successi, præsentata est. *Hic habes, huius historiæ authorẽ Cyrinũ fuisse Ratisponensem Episcopum.* Is uerò eam reprehendens, illis præsentibus iussit, ut parùm alimenti acciperet. At illa dicebat se edendi necessitate quasi quisquilias sensisse in membris suis, nec tamen ullam famem pertulisse. Et est sanè admiratione dignum, quòd totum annũ absque ullo alimento exegit, nihil interim de manuũ opere omittens, in sola faciε pallorem præ se ferens, quem inedia illi conciliabat. Porrò cuidam tunc secreta adspiratione Deus reuelauit, ut eam ad beati Heimerammi ecclesiam adducendam curarent. Sed cùm id alii recusarent propter laboris & itineris difficultatem, assensi tamen sunt, ut eam ad venerandum illum locum perducerent, in quo beatus pontifex gloriosum consummauit martyrium. Vbi illa in templum ingressa, prostrato corpore orauit, & ilicò sensit in stomacho edendi appetentiam: moxq; ut potuit, præ auiditate surgens, panẽ sibi adferri petiit, eumque oblatum cum gratiarum actione accepit, & tanta promptitudine comedit coram adstantibus, acsi nullam unquàm edendi difficultatem pertulisset. *Meritis S. Heimerãmi eadẽ puella liberatur.* Ex qua re quid aliud colligendum est, nisi Dominum martyris sui merita palàm omnibus declarare uoluisse? quemadmodùm etiam in Euãgelio eum dixisse legimus de cæco nato, nec parentũ, nec illius culpa factũ, ut cæcus nasceretur: sed ut opera Dei in illo manifestarentur ad gloriam Dei. *Iohan. 9.* Quod idem de hac puella sentiendum existimo. Atq; etiam, vt hic liquidò posset intelligi, sanctum martyrem tot miraculis, quibus præualet de supernæ pietatis prouidentia, se poscentibus intercedendo dimittere peccata, & per visibilia exempla in ecclesiis ipsius quæ coruscant miracula, remitti, ipso intercedente, peccata. Sed si ea, quæ per memetipsum didici, huius uiri miracula, aut quæ fidelium narratione cognoui, quibus adhuc quotidiè apud corpus eius tot insignes declarantur virtutes, explicare uelim, stylus scribentis non sufficiet. Quæ autem deprompsimus pro reuerentia sancti martyris, ea ueneramur, ipsique præpotenti Deo deuoti supplicamus, vt misero subueniat Cyrino. *Hic author prodit nomen suum.*

VITA S. LVTRVDIS VIRGINIS Sanctimonialis, excepta, vt opinor, ex ea quã scripsit Theodoricus Episcopus Treuirensis circa Annum Christi 950. Non enim puto fuisse ab eo tam breuiter conscriptam.

22. Septẽ. Patria & parentes S. Lutrudis.



BEATA Lutrudis in Gallia pago Partensi Catalaunensis diœcesis claris orta parentibus, patre videlicet Sigmaro, matre æquè Lutrude, bonis & Deo deuotis: vnà cũ tea suis sororibus in lege Domini per Eugenium sacerdotem sanctum edocta, & demùm p Alpinum Catalaunẽsem Episcopum sumpto velamine, virgo Domino consecrata est. Cui pater moriẽs, quia eam præ cæteris dilexerat, locum solitarium, quem ei in quodam monte prçparauerat, assignauit. In quo q̃ austerè & quàm sanctè uixerit, vix posset lingua referre. Habebat autem in omnibus præfatum Eugenium presbyterum confortatorem & exercitatorem ad bona opera & laudes Domini spiritalem. Cum quo etiã Romam orandi gratia, & vt sanctorum reliquias indè afferret, deuota perrexit. Quò cúm peruenisset, cuidã Iustinæ, famosę sanctę fęminæ, se coniunxit: cum qua continuis insistens psalmodiis, suæ sanctæ conuersationis odorem & opinionem latè dispersit, omnibus piæ vitę se præbens exemplum.

Vita eius austeritas.

It Romã.

Tribus verò mensibus sic Romæ peractis, appàrens ei Angelus domini, dixit eam reliquias, quas petebat, ibì non assecuturam: sed vt ad propria rediens, & trãsgressis Alpibus, ad martyriũ beati Mauricii diuertẽs, eius reliquias obtineret, atq; eas in locũ paternum deferens, basilicam in honorem beati Mauricii cõstrueret. Narrata igitur visione S. Eugenio, manè iter arripuerunt: & cum ad vrbem Rauẽnatum peruenissent, & in domo cuiusdam ciuis, filiã unicam habentis, per id tempus infirmam, & ferè iam mortuã ac voce triduò destitutam, hospitio recepti essent, beata Lutrudis precibus matris mota, accessit ad lectulum puellç, & eam, oratione prçmissa, manu apprçhendens, sanam erexit. Quç tantum miraculũ in se experta, rogauit S. Lutrudem, vt sacrum velamen sibi imponeret, secumq; cunctis diebus manere permitteret. Sancta autem primum concessit: alterum uerò, propter multã iuuenculæ pulchritudinem, nè periclitaretur, non admisit. Deduxerunt tamen parentes cum filia sanctam Lutrudem vsque ad proximam ciuitatem.

Puellam moribundam sanat.

Quibus dimissis, peruènit ad optatum monasteriũ S. Mauricii: vbi à custode Georgio castitatis opinione admirabili, cum omnibus suis omni humanitatis studio suscepta est, cui etiam virgo angelicam retulit visionem, pignora sibi S. Mauricii promittentẽ. Custos itaque visionem à Deo fuisse percipiens, virginis beatę conscius sanctitatis, ei petitas obtulit deuotè reliquias. Quas illa cum magno gaudio suscipiẽs, in locũ paternũ absportauit, atque super eas decentem construens ecclesiam, eam per proprium Episcopũ in honorem beati Mauricii curauit dedicari. Cui basilicæ hçrentem sibi condidit cellulam, in qua die noctuq; domino seruiens, hostiam viuam se ei ingiter exhibebat. Proprios enim redditus pauperibus tribuens, cilicio vestita, panem hordeaceũ tantùm, cũ aqua sumebat, semèl duntaxàt, aut bis in hebdomada reficiens.

Semp antiquitas magno in precio habuit sacras reliquias.

Nota vitæ durit[iem].

Per idem tempus Pusinna, soror virginis, quç in vico Basinnensi floruerat, ad mortem ęgrotabat. Quod cúm beatę Lutrudi nunciatum fuisset, putã sororem eius in extremis agere, tota nocte orans obtinuit à domino, ut non migraret à corpore, donèc eam videre mereretur. Manè igitur assumpto beato Eugenio, perrexit ad sororem, & inuènit eam iam per quinq; dies sine uoce iacentem. Ilicò autem reddita est ei loquela, & cùm Domino gratias retulisset, post sancta colloquia, inter mutuos amplexus sororum & oscula, Pusinna feliciter expirauit. Beata verò Lutrudis, expletis de more sororis exequiis, rediens ad propriam cellã, & de bono in melius semper proficiẽs, cùm tempus suæ uocationis adesset, plena dierum & sanctitate sublimis, migrauit ad Dominum ipsa die, qua passus est beatus Mauricius, & sepulta est in basilica, quam ipsa, vt prçdictum est, in honorem eius construxerat.

S. Pusinna

Felix obitus S. Lutrudis.

CERTAMEN GLORIOSI MARtyris Christi, Sosij Diaconi, ac Ianuarij Episcopi Beneuentani, & sociorum eorũ, authore Iohãne Diacono S. Ianuarij, qui eiusdẽ S. Sosij translationi interfuit.

PRAEFATIO AVTHORIS IN passionem & translationem.



POST nonnulla tyrocinij mei opuscula, quibus aliquantispèr iuuenilem animũ charitatis exercuisse videbar imperio, nullius fore disponebam intentionis, nisi vt magis hebetarer desidia, quàm fomenta liuidę stomachationis alicui pro talibus subministrares experimentis. didiceras quippè, & satis didiceras, qualiter bilis ignita, linguę faculã torrens, contiguos vreret dentes. Huic ergò decreto cúm inclinatus animo adhęsissem, inter plurimorũ sodaliũ cœpi etiã & domini Iohannis uenerabilis sancti Seuerini abbatis, quẽ vnquam refellere nefas æstimanerã, detrectare implorationes, adeò scilicet, ut ad id quod de sancto Sosio fieri postulabat, multifaria euadens obliquitate diuersus, modulum excusationis nullatenùs inhiberé. Quòd vbi vir strenuissimus animaduertit, non est passus vltrà dissimulationis prolongari suniculũ, sed per idoneos peruentores domino Stephano suggessit Episcopo, quatenùs eius amplitudinis interuentu obtineret, quod adipisci sua impetratione nequibat. Extemplò me pontificalis accersitũ sublimitas, taliter increpando accepit: Excidit ne tibi diacone, qualis sit fructus obedientię? excidit ne Samuelis iusta indignatio, dicentis, Melius est obedire quàm sacrificare? Cur ergò surda p̃teris aure, quod à Iohãne Abbate totiès posceris? An ignoras quãtas vtilitates taliũ narrationũ scripta cõuectent? Si n. in eis totius Christianitatis emolimẽta pcipiũtur, quarè tu tua q̃rens, ostẽdis te colaphis non esse disciplinatum Apostolicis? Sic præsul. & præsuli sic submissa voce respõdi: Si uestræ priùs discretionis lãce pẽsatur, quò potissimùm nostra vergat accusatio, iustissimè castigamur: sin aliàs, quarè tantis fatigamur redargutionibus? habet, inquã, habet affatim nostri cõpertus acumẽ ingenij, quomodò plurimæ martyrum passiones ea historiis & annalibus sunt decerpię, in quibus seriatim cõmendabatur qcquid gentilis illa perpetrabat examinatio. At nos, qb. nulla taliũ facultas suppeditat, quo exeq pacto cogimur, vñ rectissimè fauorali denotemur mẽdacio, & ineuitabile pseudoepigraphi discrimẽ incurramus? Hãc p̃sul ipse apologiã tali protinùs authoritate cõclusit: Procùl hinc, pcùl, si placet, totius obiectionis ambago recedat. Est. n. exindè q̃dã scriptura lepida vtreor digestione cõtexta, quã me olim

Ille Seuerinus Noricorum fuit Apostolus cuius corp' trãslatum est Neapolim.

1. Reg. 15.

vi-

vidiſſe recordor,& qoidē quoniā longi tēporis meta relabitur, idcircò cunctando aſſero virum necne ſancti Ianuarii geſtis,cum quo fortiſsimus Chriſti athleta immortalem percurris agonem, aliqua ſis ex parte diuerſa. Tamen hæc qualicunq; ſtylo prolata conſtet, ſumenda eſt à te,& ſicut certum eſt tuos feciſſe maiores,quæq; ſiunt ſuperflua reſeca, neceſſaria ſubroga, inepta abiice, & vnà cum his quæ de inuentione corporis eius ſunt,fide tua qui interfuiſti, in ciuilē redige compoſitionem, quatenùs pro tanti laboris recōpenſatione, municipatu tandèm martyriali Chriſto largiente perfrui merearis. Ad hęc ego nihil vltrà reſpondere præſumens,coactus inchoaui quod ſpontaneus recuſabam. Sed quia in memoratis ſcriptis infatuato quanuis ſale pertinctis,nulla parentum ipſius, nec pontificis ſaltem, qui eum Leuitali redimitione dicarat, mentio inerat,& conquerentes ea hoc uiros etiam non ſpernendæ grauitatis perſpeximus: ideò ſummatim commemorare libuis, ut nec ego ſim in anteà obnoxius, nec illius temporis pertinaciter incuſentur ſcriptores, quoniam multus accedere potuit euentus, aut latibuli ſcilicet,aut mortis, necnon & ignorātiæ,vel aliud quid veriſimile, vndè iuſta poſſit oriri excuſatio,quòd ſilenter prætermiſerunt. Tamen quomodocunque acciderit, quia nulla valet modò coniectura cenſeri,conſtat me credulitate media, nihil irritum, nihil ambiguum in iſtis poſuiſſe narrationibus. Decæterò nunc agēdum eſt honorabilis abba,vt nupèr promiſsis orationibus ſic ſic meam iuues inertiam, quatenùs ſit Deo acceptum & hominibus ratum huius noſtri laboris conamen.

Author ab Episcopo rogatus præsentem cōscripsit historiā.

PASSIONIS HISTORIA.

CAPVT I.

23. Septēbris.

Numerianus a socero suo occisus.

V MERIANVS igitur Auguſtus cùm ex Parthicæ regionis demolitione reuerteretur, & propter oculorū quam incurrerat ægritudinem lectica in itinere veheretur,ità eſt ab Apro ſocero ſuo clandeſtinis perēptus inſidiis, vt via fętore cadaueris necem eius poſt aliquot dies milites comperiſſent. Qui ſtatim Aprum interficiētes, Diocletianum cuiuſdam ex Dalmatia ſcribæ filium, tumultuoſa vociferatione Cæſarem acclamarunt. Hic autem verſipellis vt erat, Maximianum continuò Herculeum,moribus & feritate haud ſibi diſsimilem, conſortem ſibi aſſciſcens, iniquo prælatu reipublicę ſummam inuaſerunt. Sed quia Carinum præfati Numeriani germanum, qui ſuperſtes adhuc cum omni exercitu Galliarum commanebat in partibus, metuendum ducebant: idcircò in ſuis primordiis lentam commouerunt perſecutioné in Chriſtianos, ſcientes illi proculdubiò plurimos hærere amicos, quos huius tituli ſacratiſsima decorabat profeſsio. Vbi autem Cęſar iſte penès Murgum pręlio deuictus occubuit, confeſtim illi tempus nanciſcētes quo tyrannidem ſuam ſęuire permitterent, proh dolor,per vniuerſum orbem complices ſuos direxerūt, quatenùs quicquid Chriſtianitatis culturę reperirēt, aut ſuis poſſent obſcœnis mancipare cœremoniis, aut exquiſitiſsimis addicerent pęnis. Succurre Domine Ieſu, ſuccurre agoniſanti Eccleſiæ tuæ,ut perſpicuus fidei candor,quò quia magis denſitate caligino ſę gentilitatis obrui ſatagitur,eò amplius te illuſtrante martyrialibus reniteſcat luceruis.

Diocletianus, Apro īterfecto, Cæsar acclamat.

Carini Cæsarica des.

Diocletiani et Maximiani crudelitas.

CAP. II.

CRuentiſsimis itaq; ſatellitibus omni ſolicitudine ſuorū iuſſa dominorum adimplere ſtudentibus,licèt omnis Campania, immò totus affligeretur mundus, tamen in oppido Miſenatium potiſsima incubuerat perſecutio: quia illic celebris paganorū frequentabatur occurſus, propter Vatis Sibyllę ſepulcrum,haud indè longè diſcretum. Hac ergò tempeſtate beatiſsimus Soſius eiuſdem eccleſiæ Diaconus, uir in quo cælitùs omnium chariſmatum dona confluxerant, ſecundùm congruam ſui nominis vocationem, quia Soſius,ſi à σώζω Græco ſermone deriuatur, Latinè Salutaris exprimitur: cùm noctè dieq; quanuis palàm, ob inſidias perſecutorum non auderet conuerſari, tamen ad nil aliud erat intentus, niſi ut incredulos inuitaret ad fidem,& fideles ad imminentes corroboraret agones. Cuius induſtria dum longè lateque flagraret,& opinio bonitatis in dies accreſceret, intantùm cœpit ab hominibus fore dilectus, ot Ianuarius Beneuentanæ ſedis egregius Antiſtes, licèt maioris eſſet dignitatis, magni tamen Dei vſque ad mortem ſe humiliantis imitator effectus,ſedulus ad illum viſitandi gratia properaret, & doctrinæ pabulum mutua ſibi ſubminiſtrantes affluentia,non ſolùm animos ſuos ad cęleſtia ſubleuarent, ſed & Dominicum gregē per ſacra colloquia informarent. Mira ſanctorum dilectio,mira & ſtupenda conſtantia. Nam cùm nulla fatigatione itineris,nulla terroris intentione retraherētur,quin uicariam ſibi exhiberent affectionem: accidit autem nutu diuino, vt idem Domini Antiſtes ex more veniens,reperiret illum ſortè in cętu fidelium, ſacroſancta Euangelia ſonoro iubilo perſonantem: mox pater optimus pietatis amore contractus ſubſtitit, & feruorem tantæ alacritatis diù multumq; admirans,ſubitò clericatum uerticem eius uidit perſpicuā effundere flammam,cuius oblectatione perculſus,intellexit protinùs documēto ſcripturæ imbutus, quid coruſcationis radiaret in illa,quidve portenderet inflammatio ipſa,& lætus in cęlum cum gaudio palmas ſuſtollens, ineffabilem Chriſti gratiam ſeriamque diſpenſationem ex intimis cordis organis collaudauit. Dehinc perpendens id nulli pręſentium niſi ſibi ſoli apparuiſſe, properanter acceſsit, & conſtricto ſuper eum incumbens amplexo, flammigerum illud caput ſpiritualibus deliniebat oſculis,& coram adſtantibus martyrii tandèm diademate coronandum iterùm iterumque profitebatur.

Sosius Misenatæ ciuitatis Diacon⁹.

Ianuari⁹ Beneuentanus Episcopus Sosio familiaris.

Visio S. Ianuarij.

Vaticiniū eius.

CAP. III.

O Religio ſanctitatis, ò deuotio charitatis, ò vaticinatio veritatis. Dum enim talia tantaque pręſulis pariter & Leuitæ dona conſideramus, omnis penitùs admiratio nobis adimitur, ſenſus hebeſcit, lingua torpeſcit. Quis vnquàm tā eloquens tāq; facūdus dignè poteſt exprimere, qualiter iſti de religione ad ſanctitatē, de deuotione ad charitatē, de vaticinatione cōſequenter ad veritatē pertingere meruerūt? Illā inquā veritatem,quæ multò antè ſpōdere dignata eſt: Ignē veni mittere in terrā,& quid volo niſi vt ardeat? Si enim per ignem charitas quę Deus eſt,& per terrā corda humana intelliguntur: rectè ignis iſte in vtrorunq; ardebat pręcordijs,& tam vehementer ardebat, vt uni, qui ſecūdum Apoſtolū Chriſtum habebat caput, in uertice redundaret: alteri quoquè, qui ſecundùm Euangelium beatos habebat oculos, reſplendeſceret in obtutu. Ambo ergò beati, ambo felices, qui ambo nimirum illis ſunt donati munerib⁹, quæ olim filiis naſcentis Eccleſię loqui & prophetare vnanimiter inſtigabant. Quid enim? nunquid iſte non fuit ille ignis, qui repentè ſuper Apoſtolos intonans,ora illorum per varias diſcreuit loquelas? Non

Luc. 12.

1. Iohā. 4.

S. Ianuarius & Sosius, charitate & Spiritu sācto pleni.

Act. 2.

Act. 10. Act. 19. quid non huius illapsu Petro loquenti fides & eleemosynę Cornelii centurionis sunt approbatæ? nunquid ad impositam Pauli manum super viros decem istius non est illustratus aduentu? Et quid per singula ducor, si ipse illos, proculdubiò clarificauit & istos. Videamus qua conuentione ad martyrii gloriam sanctissimus pertigerit Diaconus, de quo veracissimus prophetauerat Antistes.

CAP. IIII.

Cum igitur Sosius Leuita benignissimus, sicut prælatum est, famosis pollêret moribus, & vitę virtutisq; proposito insistens, bonus odor altis ad vitã, aliis secundùm Apostolicam institutionem esset ad mortem: factum est, vt ab his, qui bono perierũt odore, sæpissimè ad Dracontium, tunc Campanię Iudicẽ accusaretur. 2. Cor. 2. Quorum frequenti suggestione, vtpote paganitatis minister, in furias actus, lictoribus suis transmissis arctari eum & ad se vsq; perferri præcepit. Ducitur ad tribunal Iudicis S. Sosius. Mox autem, quia lux in tenebris latêre non poterat, neque ciuitas absconsdi supra montem posita, vbi conuentus est à militibus fortis athleta Dei, & coram solio Iudicis præsentatus stetit interritus. Matt. 5. At scelaratus arbiter diù multumq; admirans elegantem eius speciositatem, Aptè, inquit ad illum, forma corporis cum fama nominis tui congruit. Sed quia quadam superstitione pollutus asseueraris, necesse est vt accedens libamen offeras, & frustreris accusationem, quæ totiès de te nostras perculit aures. Iubetur sacrificare idolis. Ad hæc sanctus responsum reddidit paucis: Absit hoc, Iudex, absit à me, vt debeam aliquo modo illam cõmaculare religionem, cui ab ipsis, vt ità dicam, cunabulis oblatus, toto corde, totaq; intentione seruiui. Recusat vir sanctus. Tunc censor intumuit, & felleam, vultus * prætentans amaritudinẽ, Ne confidas, ait, in hoc uernantis corpore iuuẽtutis: quia si scitis Imperialibus & meo protinùs consulto non parueris, illo te priùs vehementer affectum tormẽtis iubeo mancipari ergastulo, vndè saltem nec ipse te Deus tuus possit eripere, sed squalore intolerabili & famis sic adigaris penuria, vt sponte perspicias, quod modò paruipendendo recusas. * prætendens. Mox propugnator veritatis omni refertus constantia, ait: Nó tibi vnquàm benè sit arbiter iniquitatis, ut quibusq; aliquãdo pœnis deuincar, & detestabile tuæ peruersitatis adimpleam uotum. Ego autem firmiter in Deo meo sperans, cum eius Apostolo semper decanto: Nullus me separabit à charitate Christi, non tribulatio, non persecutio, non gladius, non carcer, non fames, non nuditas: quoniam propter eum tota die mortificor, vt tãdèm cum illo coniungar: sed tibi ò miserrime, ò scelestissime, potiùs est ingemiscendum & dolendum, qui instè quodam præsagio Dracontius es appellatus. Rom. 8. Re uerà enim nunc ille temerarius draco per oris tui organum loquens, inualidam Dei mei præsumit asserere potestatẽ, qui olim protoplastis ob appetitę Deitatis rapinam mortem infligens, contra conditoris interdictum vesci eis de ligno uetito persuasit. Iudex, cur Dracontius sit appellatus. Tamẽ licèt illis hominibus occulto Dei iudicio pręualuisse lętatus sit, mihi verò, cui iam per lignum Crucis uita est restituta, nunquàm per te Dracontium, qui ad instar eius, nomen & venenatam possides linguam *. Gen. 3. Ephe. 2. * for. decst, prualebit. vel, praualuisse læta bitur.

CAP. V.

His Iudex auditis, secum infremuit, & furibũdus ad lictores conuersus ait: Vestras expromite vires, & loquacitatem huius audacis validis comprimite flagris, quatenùs resipiscens animaduertat ante cuius sublimitatis tribunal assistit. Dixit, & dictum cominùs ministri exequentes, totum corpus sancti fœdissime laniarunt. Grauissimè caeditur Sosius Leuita. Cernens itaque dęmonum arbiter, robustissimum Christi militem palęstra illa patienter flagella tolerasse, stomachando intulit: Hic quia se vultum longanimitatis induisse simulat, claustris est teterrimis deputandus, vt ibi frigore fameq; deficiat, & florida ipsius, qua gloriatur, iuuenta tabescat. Maceratur carceribus. Erat nempe tunc beatissimus Sosius annorum circiter triginta, sicut ipse cuidam benigno reuelarat Episcopo nomine Theodosio, quem propter vitę meritum valdè dilexerat. Theodosius Episcopus vir sanctissimus. Aduenerat autem iste de Gręcia, & propter religionem multa cum eo sodalitate fuerat coniunctus, quiq; etiam & de eodem fatebatur Diacono, quòd verè Domini nostri Iesu Christi discipulus & imitator esse studebat. nam & opportunè & importunè prædicationi instabat, & ob insidiantium procacitatem vulgares plerunquè declinabat adspectus. Reclusõ itaque fortissimo martyre Sosio secundùm decreta Iudicis in ardua arctaq; custodia, Proculus diaconus, & Eutices atq; Acutius illustrissimi ciues Puteolani, feruore deuotionis accensi, ethnicos clamorosis obiurgationibus increpabant, dicentes: Ecce S. Proculus, Eutices & Accutius pro fide Christiana zelũ. Miseri, dementes, insani, quarè benignum & innocentem hominem uerberibus afflixistis & tenebris addixistis? Nunquid quia uestrarum principis tenebrarum noluit esse famulus, ideò lucernam ardentem, quæ non potest sub modio contegi, carceris obscuritate voluistis extingui? Matt. 5. Luc. 8. Heu detestabile iudicium, heu execrabile factum, quod omnis lex abrogat, omniaq; iura condemnãt. Quis unquàm legislator, vel iuris peritus indixit, vt iustus condemnaretur, aut innoxius puniretur? Hęc & his similia vociferantes, ad ergastula properarunt, & sanctum Leuitam omni solamine omnique alleuiabant affatu.

CAP. VI.

Dic, rogo, dic insanissime censor, nunquid & isti alienationem mentis patiuntur, qui & innocenti uiro, ex intimo compatiuntur affectu, & penitùs improbant tuæ iniquitatis examen? Cæce, si sensus tuus non esset peruersus, uideres vtiquè quia isti sunt, de quibus prophetica clamat admiratio: Qui sunt isti, qui vt nubes uolant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Esa. 60. Verè ut nubes & ut columbę uolabant, quia nullis implicati contagiis, tam perspicuo tamque claro obtutu ea quæ sunt æquitatis intuebantur & ueraciter profitebantur. Sed quia nullius utilitatis respectũ tua capit obstinatio, ideò præceps velut in reorum noceris accusationes. Lictores nàque uerbis illorum auditis, statim ad iniquum Iudicem properantes, Domine, iquiũt, ecce homines Christianæ sectæ, quos vbiquè persecutari uestra dignatio iussit, sponte sua venientes ad carcerem, cum Sosio damnaticio in confabulatione iunguntur.

CAP. VII.

Dracõtius ilicò citatis eos ad se vocãs officiis, pcepit vt cũ sancto Sosio sibi præsentarẽtur. Præsentãtur Dracontio præsides. Qui læto corã eodẽ vultu dũ adstarẽt, talẽ Iudex prorupit in uocem: Miseri, quæ uos fatalis coegit impulsio, vt huic insano fauẽtes homini, nostra nostrorũq; principũ decreta paruipẽdatis? An nescitis, quãta sup huius Sosii cõplices Imperatorũ deferueat indignatio? Relinquite ergò has uanas, quas somniatis, spes, nè vos appetisse pęniteat istius sodalitatẽ uecordis. Ad hæc sancti constanter tale edidere responsum: O vtinàm, Iudex, celtiùs insaniam stolidi huius fuissemus incurrere digni, qui vos vestrosque tyrannos fide contemnit, humilitate despicit, patientia vincit: Egregium eorum responsum. viceramus, inquiunt, & nos iram indignationis non vestræ sed Dei, qui uenturus est ponere orbem terrę desertum, cuius illecebras tãta vos auiditate sectamini, vt meritò filii ei' adstruamini. Filii ergò mũdi proculdubiò, quia cũ mũdo perituri sunt, ideò eligẽdũ est nobis, vt temporalẽ Augustorũ & vestrã pro nihilo ducamus sæuitiam, & desideremus in huius collegio inueniri,

quem vos insanisse putatis, quatenùs cum eo vitam adipisci mereamur ęternam. Talibus extemplò dictis censor exarsit in iras, & sine mora furens, vapulare sāctos penè ad internitionem pręcepit, ipso etiam desu pèr intonante: Hæc est suauitas collegii, hęc est iocūditas contubernii, hæc inquam sunt oblectamēta Sosii, in quibus vos toto epulari optastis affectu: in his porrò delectabiliter conuenit gratulari, donèc cōsultiùs excogitemus, quid aliud nostræ humanitatis vobis dignanter impartiri possimus. Crudelissime arbitrum, quarè in famulos Dei furia tanta baccharis? quarè vltra modum sæuire disponis? necesse est enim, vt aula fidei eorum procacioribus impetatur turbinibus. Sed quia iam tu ex parte compertum habes, quo fundamento locata consistat, subrogandus est tibi alter sæuissimus, qui ex toto cognoscat, qualiter illam architectus Christus supra petram suam inconcusè fundauit.

Atrocissimè vapulant.

Irridētur a Iudice.

Mat. 7.

CAP. VIII.

CAEsis ergò martyribus, & cum sancto Sosio in vno conclaui reclusis, Diocletianus execrabilis Imperator Timotheum quendam paganissimū Campaniæ præsidem substituit, itá duntaxát, ut insatiabili feritate fideles persequeretur. Qui adueniens, dum ex more vrbes accepti præsidatus inuiseret, Nolā adiit, ibique diebus aliquot remoratus, officium de gestis & iudiciis præcedentium subtiliter inquirere cępit. Mox autem vbì reperit, quòd Sosius Dei confessor & martyr cum Proculo diacono, Euticete simul & Accutio laicis, apud Puteolanam vrbem ergastulis macerati pro Christi nomine tenerentur, statim & beati Ianuarii mentio facta est, eo quòd Sosium pro quodam inflammationis pręstigio officiosissimè visitaret, & propensiùs omnes ad passionis tolerantiam confortaret. Hac protinùs suggestione consul inflatus, Eiá, inquit apparitoribus, perniciter iste accersatur, qui tātæ præsumit authoritatis esse, ut ipse ocyùs perpendat quantæ sit uigoris altitudo nostra, & itá, si est illi commodius, cæteris consulere discat. Citò ergò & citiùs pulcherrimus præsul ante tyrannum allatus, multis sponsionibus hortatus est, ut sacrificia libaturus accederet: Sed cùm nullis posset blanditiis ab orthodoxæ intentionis culmine deiici, proiectus est in fornacem, quam per triduum dua ipse nimis accendi pręceperat: de qua itá Deo custode incolumis est egressus, ut nec crinibus esset nec uestimentis saltem adustus.

Timotheꝰ Præses a Diocletiano creat.

Ianuariꝰ Episcopus, apud Iudicem accusatur.

Proiectus in fornacē ardētē nō læditur.

CAP. IX.

ECcè Timothee, antiquum illud trium puerorum miraculum nouiter Dominus per martyrē suū operari dignatus est: sed quia tu peruersissime dæmonum id magis ludificationibus, quàm diuinæ potentiæ adscribis, cui debito iure omnis creatura famulatur, rectò de te dici potest examine: Rex Babylonię surget in iudicio cum Timotheo isto, & ampliùs condemnabit eum. Quia ille, uiso tanto miraculo, statim Chaldææ dignitatis fastus deposuit, & ad prædicandum Dei virtutem, voce, literis, hortamentisque omnibus est accinctus, & ut nè quid minùs exhiberet, famulos eius tanta sublimauit honorificentia, ut in omni regno suo primates eos fore decerneret: Tu autem è contrario phantasma putans tantum miraculum, nec Christo magnitudinem, nec martyri eius aliquam exhibuisti reuerentiam. Et ideò nunc te, tuūque complicem Dracontium vna manet remuneratio, quia vna fuit mentis excæcatio. Ille nanque Sosium Diaconum tenebris obtulit, ut tenebrarum principi manciparet: Tu Ianuarium præsulem in ignem proiicis, vt vnà vobiscum perpetuo combureretur incendio. Sed quia perspicua sanctorum deuotio & ignem spreuit & tenebras: superest, ut atrocius supplicium Ianuario inferas, quatenùs tandèm cum Sosio copulatus, pariter ad desiderii sui pertingant effectum.

Dan. 3.

Attēde lector hanc sententiā.

Ibidèm. Dan. 3.

S. Ianuariꝰ Sosiō passione sociatus.

CAP. X.

NEquissimꝰ itaque consul denuò sanctum Ianuarium suis pręsentari fecit adspectibus: quem cùm robustiorem in fidei reperisset arce consistere, iussit ut nerui á corpore ipsius abstraherentur, & itá decretis ad custodiendum militibus traderetur. Heu ducem cruentum, heu crudelem tyrannum, cuius atrocitas etiam elementa transcendit. Ignis quidem potuit suę uoracissimæ repugnare naturæ, & martyrem incolumem custodire: Ille verò communis naturę oblitus, vnde compungi ad veniam debuit, indè carnificis feritatem exuperauit. Miser ille aut non fuit humano figmento compactus, aut crudelitas eius sæuior fuit sæuissimis cunctis.

Iterū grauiter torquetur S. Ianuariꝰ.

CAP. XI.

AVdientes interea duo ex agmine clericorū eius, Festus scilicet Diaconus & Desiderius Lector, quód eorum pastor pro Christi nomine in vinculis teneretur, continuò inflammati a spiritu sancto, Nolam properarunt, & eiulantes clamabant: Quarè talis pontifex coarctatur? Quarè tantus pater affligitur? qui vt omnes lucrifaceret, omnium compati necessitatibus procurauit? Mox eos impiissimus dux sibi cum suo pręsentari iubēs Antistite, sciscitatus est beatum Ianuarium si suę ditionis essent. Cumque ille respondisset, quòd unus Diaconus eius esset, & alter Lector, pręses intulit: Tène, inquam, & isti sequentes, Christianos se autumant esse? Erectis itaque piissimus pastor in cælum oculis, Spero, inquit, in Deo meo, quòd non solùm verbo, sed & opere veracissimi sint Christiani. Tunc consul eis de huiuscemodi religione interrogatis, vbi audiuit quòd ouanter pro tanto nomine mori essent parati, nimio succensus furore, præcępit illos ante currum suum catenis innexos, usque Puteolanam protrahi vrbem, vt vnà cum Sosio & Proculo diaconibus, nec non Euticete & Accutio laicis, ad discerpendum bestiis traderentur: quatenùs artubus sanctorum horribiliter laniatis, ille viuendo suam rabiem satiaret. Dic, rogo, insanissime consul, dic irarum minister, quó te furor tuus impellit? Hactenùs Ianuarius solus, fide non ferro munitus, facillimam de tua vecordia sumebat insultationē, & nunc cum Sosio cæterisque coniunctus, minoris virtutis efficitur an potioris? Si enim pręcipiti furiarum tua voragine non fuissent absorpta pręcordia, nequaquàm sanctos Dei, sicut erant mente, itá corporibus sociares. Ergò quia nunc de teipso facis ludibria, videbis qua facilitate martyres nostri de te bestiisque tuis triumphent.

1. Cor. 9.

Festus & Desiderꝰ eius discipuli Christū profitētur.

Ducūtur captiui.

CAP. XII.

CVm autem beatus Ianuarius carcerem esset ingressus, quo fortis Leuita Sosius tenebatur, cępit omnium deosculari capita, maximè sancti Sosii caput amplexans aiebat: Eccè sanctum & venerabile caput, quod olim spiritus sanctus martyrizandum portendit: eccè caput, quod olim cælestis flamma depascēs, & rosea serta paradisi coronandum præfigurauit. Eiá nunc fratres viriliter contra antiquum hostem & eius famulum Timotheum pugnemus, viriliter dimicemus: quia idcircò me huc Dominus direxit, ut nec pastor à grege, nec rex á pastore uideatur diuelli. Nullius, inquam, blandimentis, nullis comminationibus á Christi societate sequestremur: quia fortissimus Iesus cęlitùs prosternet omnes aduersariorum nostrorum acies. His itá peractis, altera die præcepto tyranni in eadem ciuitate arena parata est, & consul ad

S. Ianuarius oēs cōmilitones suos in carcere consolatur, & cōfortat.

amphi-

potuit: douèc in spiratione secreta uoluntatē largitoris intelligens, Agaunū reuersus, qđ gestum fuerat, referaret, & auaros illos monachos, quos inopes copia faciebat, redarguens, & quis esset, aperiens, data parte sanguinis cęlitùs adepti, & cultello illis, quo cęlpitem pręcidesat, dimisso, participes tantę benedictionis efficeret. Quibus ad hæc tremefactis, & culpam duritiei suę fatentibus, ueniam clementer indulsit, omnia ei sua seque exponentibus. Ipse, quę Deus sibi prębuerat, arbitratus sufficere, vale facto illis, & accepta à Deo facultate progrediendi, Turones rediit. Vbi cum maximo Clericorum & ciuium uniuersorū tripudio & applausu, vt pastor & dominus, luxque patriæ, solēni procesione susceptus, ipsum, quem deferebat, sanguinem omni rosa & obrizo preciosiorem, per quotquot uoluit vascula diuisum, locis, quibus iudicabat oportere, decenter composuit: eiusdem metropolis principalem ecclesiam, sed & Andegauensem illis subiectam, tantorum pignorum parte aliqua nobilitās, in honorem eorūdem martyrum Mauricij sociorumque eius consecrauit. Cuius susceptionis memoria solenniter in urbe nostra quotannis agitur quarto Iduū Maiarum &c. Deinde paucis interiectis:

Dat Agaunensibus partē sanguinis diuinitùs sibi administrati.

Intantùm autem prædictorum Thebęorum martyrum sanguinem ueneratus est Martinus, vt ampullam ex eo completam, secum perenniter habendam retineret, & in locum requietionis suę, cùm hominem exuisset, reponi præciperet.

Nota qđ tātum vir tribuerit sanctorū reliquijs.

FORTVNATI CARMEN DE eisdem beatissimis Martyribus.

Turbine sub mundi cùm persequerentur iniqui,
Christicolasq; daret sæua procella neci:
Frigore depulso, succendens corda, peregit
Rupibus in gelidis feruida bella fides.
Quò pie Mauriti, ductor legionis opimæ,
Traxisti fortes subdere colla viros,
Quos, positis gladijs, armasti dogmate Pauli,
Nomine pro Christi dulcius esse mori.
Pectora belligero poterant quæ vincere ferro,
Inuitant iugulis vulnera chara suis.
Hortantes se clade sua sic ire sub astra,
Alter in alterius cæde natauit heros.
Audiuit rapidas Rhodani fons sanguinis vndas,
Tinxit & Alpinas ira cruenta niues.
Tali fine polos felix exercitus intrans,
Iunctus Apostolicis plaudit honore choris.
Cingitur Angelico virtus trabeata senatu:
Mors fuit vndè priùs, lux fouet indè viros.
Ecce triumphantum ductor fortissime Regum,
Quatuor hic procerum pignora sacra tacent.
Sub luteo tumulo latitat celeste talentum,
Diuitiasque Dei vilis arena tegit.
Qui faciunt sacrum paradisi crescere censum,
Heredes Domini luce perenne dati.
Sidereo chorus iste throno cum carne locandus,
Cùm veniet iudex, arbiter orbis erit.
Sic pia turba simul festinans cernere Christum,
Vt cælos peteret, de nece fecit iter.
Fortunatus enim per fulgida dona tonantis,
Nè tenebris crucier, quæso, feratis opem.

S. Mauritiꝰ Dux legionis Thebeæ.

Celeste talētū & diuitia Dei, martyrū reliquiæ.

ASTERII EPISCOPI AMAseæ, in sanctum Christi Martyrem Phocam, narratio. Habetur in Simeone Metaphraste.

Septemb. 22.



SACER quidem est & diuinus vniuersus generosorum ac fortium martyrū catalogus, passione, quam pro passione debent, referens gratiam: ac sanguine, quę pro sanguine debetur, Saluatori omnium persoluens remunerationem. Sed in his ipsis non est vna omnium gloria: neq; vna mensura cunctis æqualia attributa sunt pręmia, sed primum & secundum nè sanctorum quidem effugit catalogus. Huius autem rei, vt arbitror, causa est, quòd sit iudex accuratus, & qui inflecti nequeat. Intuetur enim & suppliciorum magnitudinem, & tolerantiæ constantiam, & examinans certamen, pro meritis athletis tribuit remunerationes. Neque verò est mirādum, si sic apud Deum honoratur iustitia, cùm nec apud nos quidem Imperatores & agonothetę æqualiter tractent eos, qui fortiter pugnant, aut qui decertant: sed unicuique pro rei rectè gestæ modo, dona decernunt conuenientia. Hęc autem retuli, ut ostendā, quòd qui hodiè nobis prębuit huius conuentus causam, alijs, qui in certamine fuerūt socij, est illustrior. Nām alij quidem neque omnes cognoscuntur apud omnes, neque sermone hominum celebratam habent virtutem: Phocam autem nemo est qui ignoret: sed quomodò Solis radius patet omnibus oculis: itá etiá huius martyris fama aures omnium circumsonuit. Cùm primùm enim accessi in venerandam eius ędē, & tāgo sacram capsam corporis, ex ipso loco impleor memoria omnium narrationum, quæ de ipso dicuntur. Adspicio olitorem, eius studium, simplicem & minimè fictum animum, hospitalitatem, maritimę regionis eximium splendorem, mediterraneę regionis benefactorem, & fio testis martyris, ad ultima usque pericula discens seruare pietatem. Verumenimuerò relictis, si videtur, ijs, quæ sunt communia, & multis cognita, eximias martyris narrationes uobis recensebo, qui estis amantes & studiosi martyrum.

Præmia dat Christus martyribꝰ pro meritis.

S. Phocæ venerāda ædes et sacra capsa.

Hunc sanctum uirum tulit, quę magnum est Christianorum commodum, vicina Sinope, ciuitas antiqua & nota, præclarorum virorum ferax & philosophorum. Vitæ autem studium ei erat horticultura, quem ibi ante portam ciuitatis in ostio Isthmi possidens, diligenter colebat, ut sibi & indigentibus esset vitæ solatium. Hospitibus autem prō pto & alacri animo aperiebat paruam & pauperem domum. Cùm habitaret autē in via publica, ea, quę habebat, ijs, qui aduentabant, proponebat cōmunia: & cúm esset nouus Lot, non Sodomitarum, sed Sinopensium, procedēte tempore, inuenit mādatum minimè carens mercede. Nam ex hospitalitate lucrifecit viuificæ mortis occasionem. Vndè verò, & quonam modo, audite paulò altiùs repetentem. Cùm verbum nostræ pietatis fuisset annunciatum, & admirabilis prędicatio exijsset ad omnes aures, & notum reddidisset Christum & illius mysteria, fremuerunt gentes, ut ait Psalmista, & reges & principes conuenerunt in unum, & populi erroris irati fuerunt, Christo regnante. Quærebatur autem quilibet Christianus, tāquam maleficus: & qui propè erat, puniebatur, & qui procùl erat, inuestigabatur. Quamobrèm Phoca quoquè neque vile studiū, nec hortus celauit: sed is quoquè, ve germanus Christi mysta, fuit delatus. Atqi ad ipsum quidē venerūt, qui ab hac misera & fluxa vita iussi erant eū abducere citra iudiciū, & non dicta causa. Crimen enim erat pietas, quòd clara voce

S. Phocæ patria.

Vita studium.

Hospitalitas.

Psal. 2.

ra voce confitebatur eum, qui omnia fecerat: & nullo quidem rogante, & verbis & factis ostendebat, rogante autem clamabat alacriter.

Cùm ergò venissent lictores, illius supplicij & lesti nostri authores, diuersati sunt apud eum ipsum, quē quærebant, neq; eum cognoscentes, neq; cogniti. Interim verò celātes causam sui aduentus, vt cùm priùs accepissent ex ijs, qui habitabant extra ciuitatem, quis nam esset Phocas, & vbi degeret, repentè inuadentes eum comprehenderent, ut Iudæi aliquandò cum Iuda in horto Dominum. Ignorabant autem se prędam habere intrà retia, canes agnum, lupi ouem, & simul cū pardis requiescebat hœdus, & pascebatur agnus simul cum lupis, & leones simul cum uitulo commune inibant conuiuium. Postquàm autem, vt solet fieri, mēsa & consuetudo effecerant, vt sibi inuicèm confiderent, martyr ex eis roganit, quinam essent, & quanam de causa ad suam venissent ciuitatem. Illi verò reueriti eius promptam & alacrem largitatem & hospitalitatem, cùm præcepissent, nè, quod dicendum erat, alicui enunciaret, ei arcanum aperiunt, & quæ comparabantur, insidias enunciant, & quòd Phocam quærunt ad supplicium. Quarè etiam præter hospitatem, hoc quoquè uolebātab eo affici beneficio, vt eos sua adiuaret opera ad venandum eum, qui quærebatur. Audiuit Dei seruus, & cùm immoto & constanti animo accepisset, quod dixerant, nihil abiectum, & quod pusillum indicaret animum, passus est aut locutus, neq; periculo exterritus spectauit fugam, idq; cùm eiui magna ei daretur potestas: quoniam nondùm sciebāt cū esse, qui quærebatur: sed contrà fecit omninò, vt qui se fortiter gerere, non fugere, statuerat. Eorū itaque precibus annuit, &, Ego quoquè, inquit, vobiscum aggrediar id, quod est propositum. Virum enim noui, & facilè eum quæram & inueniam. Non diù autem ab hinc, sed crastino die eum uobis ostendam. Solùm vos requiescite in hoc meo paupere habitaculo.

Cùm sic eis suum confirmasset promissum, rebus se duabus dispertit, nempe & accipiendis suis occisoribus, & parando sepulcro. Cùm antè parasset fossam, & ea, quæ ad sepulturam erant necessaria, ad eos accedens postridiè, Diligenter, inquit, uobis quęsiui Phocam, & iam parata est pręda, &, si vobis videtur, comprehendatur. Cùm illi autem prægaudio dixissent, Et vbi is est? Non procùl est, inquit, sed vobiscum: ego verò sum ille ipse. Eam rem itaque exequimini, viæque & laboris scopum implete. Obstupuerunt animis illi homines, & eo audito diriguerunt, salem & mensam reueriti, munificumque & liberalem in paupertate dominum conuiuij. Ille autem prętereà eos adhortabatur, vt audacter ipsum interficerēt, & iubebat, nè quicquam dubitarent, dicens, illorum manu minimè fieri cædem, sed eam esse susceptam ab illis, qui inferant. Dixit, persuasit, passus est, & capite truncatus: Deoque grata fuit oblatus hostia, columna & sustentaculum diuinarum orbis terrę ecclesiarum.

Ab illo tempore in hodiernum vsq; diem, hūc habemus virum, & est is martyrum clarissimus, habens ipse primas partes inter optimos. Is omnes publicè ad se attrahit ad suum habitaculum, & plenę sunt viæ publicę ijs, qui ex vnaquaq; regione contendunt ad locum orationis. Atq; est quidem magnificum illud templum, cui obtigit, vt sacrosanctū haberet corpus martyris, eorum, qui affligūtur, relaxatio: eorum, qui morbis laborant, medicamentum, & mensa esurientium. Abundantiùs enim nutrit Phocas nūc mortuus, quàm priùs in Aegypto uiuens Ioseph. Nam ille quidem frumentum permutabat pecunia, hic autem gratis largitur egentibus. Sic mendicorum & errātium genus accurrit ad Isthmum Sinopes, tāquàm ad commune aliquod pecuniarium. Sed illic quidem sic. Si autē etiam alibì per paucas sui reliquias, veluti coloniam aliquā ex metropoli deductam, martyr sibi habitaculum constituit, est is quoquè locus admirabilis, & magno habetur studio apud omnes Christianos: quomodò is, qui est apud nos, sacer locus, est habitaculum eorum, qui festum celebrant. Preciosa enim coram Domino est mors sanctorum eius. Itaque multis in locis diuisę reliquiæ, integram beato sancto vbique seruant laudationem.

Sic ergò etiam in regia ciuitate Italiæ, principe & totius mundi regina, celebratur & honoratur martyr, & extructa est ei ædes insigni pulchritudine. Non minùs autem colunt Romani Phocam, quàm Petrū & Paulum. Quamobrèm, sicut docet oratio, caput martyris diligenter comparauerunt, sceleratæ Herodiadi contraria suscepta sententia. Nam illa quidem sanguinem iustum sitiens, caput venerandum poposcit ad contumeliam: illi autem honoris causa & suæ vtilitatis, caput martyris dignè sibi vendicarunt. Qui vbiquè autem sunt nautæ, non solùm qui pontum nauigant Euxinum, sed qui etiā mare proscindunt Adriaticum, & feruntur super Aegeum, & qui Occidentalē nauigant Oceanum, & sulcant sinus maris Orientalis, consueta celeusmata, quibus finiunt laborem nauigationis, transtulerunt in nouam laudem martyris: & est eis omninò in lingua Phocas, qui decantatur: præbet enim auxilii signa euidentia. Nam sępè visus est nunc quidem noctū, cùm expectaretur tempestas, excitans gubernatorem ad clauum dormitantem: aliquandò antè rursùs extendens rudentes, & veli curam gerens, & è prora breuia prospiciens. Vndè etiam lex facta est apud nautas, vt Phocam haberent conuiuam. Et quoniam fieri nō potest, ut qui nunc est incorporeus, fit cōuiua & mensæ particeps, discite quemadmodùm pia consideratio excogitauit rationem, qua id fieret, quod non potest fieri. Quotidiè enim partem obsonio rum ex æquis partibus eorum, qui comedunt, martyri attribuunt. Eam autem emens vnus ex conuiuis, deponit pecuniam, & die sequenti alius, & aliàs alius. Et hęc sors emptionis omnes obiens, dat quotidiè emptorem partis. Postquàm autem portus eos exceperit, diuiditur pecunia esurientibus. Et hoc est pars Phocæ, pauperum beneficentia.

Eum Reges quoquè admirantur, qui fuit fortissimus & pius, præclarisque & magnificis exornant muneribus ędem suscipiendi pauperis. Contendunt autem, qui accedunt, superare veteres. Nec est mirandū, si Imperii Romanorum viris pii, quorum vita regitur moribus & legibus, vsque adeò reuerentur martyrē, cùm etiam vsque ad barbaros peruenerit admiratio, & omnes vel maximè feri Scythæ, qui habitant continentem ex aduerso Ponti Euxini, accolæ lacus Mæotidis, & fluuii Tanaidis: & quicunque habitant Bosphorum, & ad Phasidem vsque fluuium extenduntur, omnes, inquam, munera offerunt olitori. Cùm omnibus autem moribus & studiis à nobis differant, in hoc solùm nobiscum consentiunt, vt eorum feritas morum, mansuefiat à veritate. Vnus certè illinc princeps & Rex, coronam capitis deponens, quę auro resplendebat & gemmarum floribus, & loricam exuens bellicā diuitiis materiæ, (est enim superba & luxuriosa Barbarorum armatura) ea Deo misit per martyrem offerenda donaria, consecrans occasionem potestatis & dignitatis. Clarum est enim, quòd corona quidem missa sit ad agendas pro regno gratias: lorica autem, pro uirtute bellica.

Quæ autem propter hæc continenter eueniunt beneficia, per visiones in somnis, & per curationes, quas consequuntur ii, qui ægrotant, quomodò narrauerit quispi-

Marginalia: Mat. 19. / Esa. 65. / S. Phocas excipit suos occisores hospitio, & humaniter eos tractat. / Parat sibi sepulcrū. / Interficit. / Eius templum magnificum, præclara miracula / Psal. 115 / S. Phocas apud Romanos celebris. / Mat. 14. / Lex apud nautas de S. Phoca. / Nota q̄ celebris fuerit hic martyr. / Nota hæc de rege barbaro.

Multi ægri curantur sancti Phocæ meritis.

quispiam, cùm ad singulas narrandas operationes accedere non possit oratio? Nos ergò hìc desinentes, Deo Saluatori gloriam offeremus, cuius serui fideles tantam sunt gloriam consecuti, vt in omni indigentia & omni casu, conuenienter dono, quod est eis donatū, cœleruis suis benefaciant, idque postquàm hinc excesserint, & a corpore fuerint separati. Quorum memoria cum opere quotidiè peruadit ciuitates & vicos, vbiquè prędicans benefactorem Dominum: què decet omnis gloria, honor & potētia, sanctitas & magnificentia, nunc & in secula seculorum, Amen.

VITA S. IOHANNIS REOMAENsis Abbatis, vt habetur in peruetusto MS. Codice: Verùm stylum opportunis locis mutauimus.

22. Septēbris.

Patria & parentes.



VIR per omnia prędicandus Iohānes, nulliquè suo tempore secundus, ortus in territorio vrbis Lingonicæ, nobili genere, patre Hilario, matre verò Quieta: puer literis imbuēdus traditur. Cùm autem fuisset annorum viginti, inuitis parētibus seculo valedixit, ac in remoto loco villę, propriis manibus cellam & oratorium construxit: vbi adiunctis secū duobus pueris, soli Deo vacabat. Indè verò ad perfectiora tendēs, in deserto quod sub axe Lingonico iacet, cum dictis pueris se contulit, & primò ibi in paruo tugurio habitauit. Crescente autem numero discipulorum ad eum confluentium, timuit, nè plebi dominādo, periculum potiús elationis incurreret, quàm vitæ meritū acquireret. Quocircà cum duobus pręnominatis sociis nocte fugiens, perlustrauit Galliæ monasteria: tādemqꝫ perueniens in insulam marinā, monasterium Lirinū petiit, ibique receptus, districtissimè vixit, ac sanctissimé inter cœnobitas illos conuersatus est.

Valedicit mundo vitam solitariam eligens.

Clàm fugit, nè præficiat multitudini.

Hic igitur postquàm anno & mensibus sea delituisset, per vniuersam patriam quæsitus, à quodam, qui de Gallię partibus aduenerat, via agnitus propter habitus sui vilitatem, inuētus est. Cognito autem eo, monachi Lirinēses, quem priùs fama celebrem reddebat, veniam suæ ignorantiæ humiliter petierunt, quòd ei inter iuniores locū dedissent. Interim reuersus agnitor ille, ineffabile gaudium de inuentione beati Iohannis reportauit. Quod cùm Gregorius pię memoriæ Lingoniensis Episcopus intellexisset, duas cōscripsit epistolas, vnam per duos fràtres, domno Abbati Lirinensi transmittens, qua virum Dei rogabat sibi restitui: alteram verò Abbati Iohanni, qua eum reuocauit ad suos: terrendo eūdem ꝙ esset ante tribunal iusti Iudicis Christi redditurus rationem, ob sui loci desolationem, ac fratrū dispersionem. Regressus igitur vir Dei, non tam illi patriæ, quàm suis filiis multū attulit gaudii, ac breui spatio reformauit monasterii disciplinam.

Eius humilitas.

Reuocatur ad suos filios p D. Gregorium Lingonen. Episcopum.

Cùm ergò in dicto deserto Tornodorensi prçesset, fratres nimiam patiebantur aquæ penuriam: cui incommodo quęrentibus remedium, nunciatur, eodem loco antiquitùs fuisse puteum multæ profunditatis, quem vulgatis incuria, & temporum vetustas nimia lapidum obstruxerat congeries: Serpens verò basiliscus in eodem putei loco habitabat. Sanctus verò Dei plenus fide, prior ad locum accedens, rastro fodere cœpit, ac aliis iuuantibus putei ostium aperuit, & serpentem oratione interemit: Ex quo puteo copia aquę in pręsens vsque hauritur.

Oratione occidit basiliscum.

Per idem tempus mater sua, magno eum videndi tenebatur desiderio, quod cùm per fratres ei esset significatum, primò renuit, sed posteà nè fidem matris videretur velle contemnere, eam admisit, ac transiēs ante eam cum reuerentia, parumpèr obtutibus eius seipsum exhibuit, moxque discessit, rogans per ministros, nè in hac re ampliùs molestaretur, quia deincèps se eum nullatenùs visuram in præsenti vita, prædixit.

Mater sua eum visitat.

Alio quodam tempore cùm fratres ligna cæderēt in sylua, cœsu ad monasterium reuersi, relinquerunt secures suas in cœpti operis loco, quas quidam superueniens inuentas furatus est. Posteà fratribus id suo patri referentibus, ille iussit eos lectioni vacare. Et exiens ad predictum locum, ibidèm intentissimè orauit. Fur igitur reuersus, ad pedes sancti viri corruit, secures restituit, & veniam commissi criminis humiliter expostulauit, asserens se ante restitutionem de nemore exire non potuisse.

Fur quidam diuinitùs cogitur restituere ablatas secures.

Eidem sancto Dei mirabilis effugandorum dęmonum collata est potestas, quousquè in viuis manebat: vndè & filium clarissimi Nicasii obsessum, cùm propè transiret, & ille proclamaret non posse diutiùs tolerare Iohannis Abbatis præsentiam, ad eum accessit, & oratione sanauit. Alium quoquè mutum obsessum curauit, qui vsque ad obitum in monasterio posteà laudabiliter vixit & perseuerauit.

Dæmoniacus curat.

Itèm alius.

Quodam tempore literas suas ad Secundinum patricium misit, quibus cuiusdam pauperculi causam egit. At ille, spreta eius commendatione, literas in terram proiecit & pedibus conculcauit. Sed non defuit Dei vindicta. nam toto corpore tanto tremore ac pauore subitò concutitur, vt intelligeret, ob tanti viri contemptum se ista mala perpeti. Mox igitur per internuncios humiliter veniam deprecatur, & tandèm imperata sibi per sanctum complens, sanatur.

Secūdinus patricius diuinitùs castigatur.

Curatur.

Plurimos quoquè infirmos, missis eulogijs, moestis faucibus eripuit. Quodam enim famis tempore, dum egentium caterua ad sanctum conflueret, & ipse omnibus misericorditer subueniret, minister eius superueniens, ei indicauit, tantum non superesse frumenti, quantum omnibus sufficeret. Mox pius pater vas iussit pro pauperibus impleri, capiens plus minus modios quinquies quinos, cætera quæ restabant, in vsus fratrum reseruari. Cùm ergò turba egenorum per aliquod tempus ex eo aleretur, euenit vt quidam iuxta morem mendicaret. Sanctus autem consuetam mensuram dari iubet egenti. Minister verò respondit, nihil in vase existere; sed totum pauperibus erogatum. Quo audito, sanctus oculos in cælum attollit, & genu flexo orauit Dominum. Qui surgens ab oratione, iubet ministro, vt fideliter alimenta deferat indigenti. Pergens ergò minister, vas quod priùs vacuum reliquerat, repletum reperit, & pauperi consuetam mensuram dedit.

Mira eius benignitas in pauperes.

Pro pauperibus sibi alimenta cælitus administrantur.

Vir quidam religiosus Sequanus nomine, audita fama sancti Iohannis Abbatis, more patrum, quadam nocte à partibus Magnimontenensis aduenit, & basilicam sancti Iohannis oraturus latenter intrauit. Quod vbi vir Dei diuina reuelatione intellexit, iubet ministro, vt dato signo sodales excitet, quia frater communis Sequanus, abscondité fores ecclesiæ penetrans orat. Abeuntes ergò fratres ad ecclesię fores, famulum Dei orantem inuenerunt, cui hospitalitatis officium deuotè persoluerunt. Obiit autem sanctus Iohannes Abbas anno ætatis suæ centesimo vicesimo: Cuius oculi non caligauerunt, nec dentes damna pertulerunt, nec eius memoria lapsa est. Sepultus, quotidiè nihilominùs viuit miraculis.

Felix obitus eius.

DE EODEM S. IOHANNE ABbare, ex Gregorio Turonensi de gloria Confessorum, Cap. 87.

12. Septembris.



FVIT in Tornodorensi pago in parochia Lingonicensi vir sanctitate præcipuus Iohannes Abbas, iuxta sui nominis etymologiam, diuina gratia præuentus. Denique fertur, quia cum monasterium ædificare vellet, quod Reomaus nuncupatur, & fratres nimiam aquæ penuriam paterentur, reperit puteum immani profunditate altum, vbi pessimus serpens basiliscus habitabat. Hic itaque diuina inuocatione perempto serpente, ac mundato puteo, puteum potabilem fratribus reddidit: de qua aqua & nos, cùm Lugdunum pergeremus, à fratribus illius monasterii benignè suscepti, causa miraculi hausimus: cuius etiam haustu plurimi frigoretici curantur.

Basiliscū precibus necat.

Fertur & de præfato viro tale miraculum: Quidā fratricida pro enormitate criminis, ferreis circulis alligatus, præceptum habuit, ut septem annis loca sanctorum peragrando circuiret. Hic cùm Romam venisset, reuelatione diuina comperit, non aliter se posse absolui, nisi ad sancti corporis reliquias Iohannis Reomaensis Abbatis perueniret. Hic ergò passim lustrando loca, tandèm peruenit ad basilicam, vbi haud longè à monasterio sacratissimum corpus eius locatum est. Ibique orationibus ac vigiliis incubans, vinculis omnibus absolutus est. Vixit vir hic iustus & vir religiosus, sicut legislator Moyses, centum viginti annis, cuius nec oculus caligauit, nec dens motus est. Fuit autem institutor viri memorabilis, de quo in suo loco narrabimus.

Nota pœnam fratricidæ.

Grandis ætas beati viri.

VITA SANCTI HEIMERAMMI vel Emmerammi, Ratisponensis Episcopi & martyris, ab Cyrino æquè Ratisponensi Episcopo ante multa secula conscripta. Stylum F. Laurentius Surius passim nonnihil mutauit, paucis omissis, quæ deprauatè scripta, intelligi non potuere.

12. Septembris. Cap. 1.



REGNANTE in perpetuum Domino nostro Iesu Christo, qui sanguine suo seruos suos liberare dignatus est, & eius passione longè lateque per mundum fama diuulgata, etiam Europæ non modica pars Christianismi religione insignita floruit, & tot Occidentis populi, Angli, Britanni, Hyberni, Galli, Alemani, Germaniæ pars, paulatim miris modis in Dei confessione & laude constanter excreuere: Gotthia etiam, & Hispania, & Aquitania cum habitatoribus suis, reiecta idololatria, vnicum Dei filium colere cœperunt. In cuius quidem Aquitaniæ partibus Pictauium vrbs antiqua sita est, ex qua ortus est puer Heimerammus: qui in ipsa puerili ætate cœpit mundum despicere, & gloriam eius ceu quisquilias calcare, atque ad sacrum liberalium literarū studiū sese applicare, ità vt, superno iudice agente, ad summum Episcopatus honorem peruenerit.

S. Heimerāmi patria.

Pietas ad huc pueri & iā Episcopus.

Cap. 2.

Erat autem statura procerus, forma decorus, vultu syncerus, eleemosynis præstandis præcipuus, ieiuniis valdè addictus, castitate & continentia præclarus, sermone facundus, ad eradicanda uitia sagax, ad irriganda & conserenda subditorum pectora solers. Eius ex ore, perindè vt aquæ fluminis in imas conualles profluentes, psalmodia perpetuò erumpebat, donèc pro more psalterium omne deprompsisset. Atque etiam subditorum, vt diximus, animos cælesti imbre irrigare non cessabat, ità ut nullum penè ociū daret ori suo. Pes erat claudo, ocul[us] cæco: recreator pauperum, pater pupillorum, defensor viduarum, gementium consolator. Porrò Dominicas pascendi oues tanta eius pectori cura inerat, ut per vrbes Gallorum & pagos, vicos quoquè & fidelium domos, huc illucque discurrens prædicando, sapientibus eructaret arcana, imbecillis lac offerret. Quod autem ore docebat, exemplis suis confirmabat, ità vt à cunctis diligeretur. Confluebant ad eum regni Gallorum nobiles, ignobiles, locupletes & inopes: quibus ferè omnibus pro illorum necessitate abundanter largiri non recusabat, aliis indumenta, aliis alimenta, plerisqoe ornamenta, quibus indigere videbantur, vultu iucundissimo impertiens: magis tamen in eam curam intentus, vt intrinsecùs animos omnium ornaret & ædificaret.

Virtutes & dotes eius.

Optimū docēdi genus.

Cap. 3.

Cumque vir prudentissimus tot bonis floreret, peruenit ad eum fama, in quibusdam Europæ partibus, Pannoniæ populum prorsùs excæcatum, & à luce veritatis, quæ Christus est, auersum, idolis inseruire. Ea re seruus Dei valdè contristatus, secum cogitare cœpit, vt ad eam gentem proficiscens, Christum illic prædicaret. Relicta igitur domo & immensis facultatibus, nobilibusque parentibus & cognatis, in sede iam dictæ ciuitatis alium constituit Episcopū, & instàr Abrahami patriarchæ, exiit è terra & cognatione sua. Adiunctisque sibi aliquot pro suo arbitratu comitibus, transmisso amne Ligeri, per Gallias spargendo fidei semina carpebat iter, donèc ad Germaniæ fines & Rheni fluenta perueniens, in Germaniam ingressus est. Cùm autem eius gentis linguam nesciret, per interpretem religiosum presbyterum Vitalem, cum Auditorum profectu multa præclara illic verbi semina iactauit. Erat enim sermo eius in audientium pectoribus quasi imber temporaneus, verno rore arida infundens arua: ex cuius infusione reuiuiscunt segetum radices, & genus omne herbarum virescit, ità vt tellus tanquàm à mortis quodam excitata somno, ad pristinam sui decoris renouetur amœnitatem.

Proficiscitur in Pānoniam. Gen. 12.

Prædicat in Germania per īterpretē.

Cap. 4.

Hac autem solicitudine iter agens, ad Austrum se vertit, & ad Danubium Baioariosque peruenit, ubique Ratisponensem ingressus est, sectis extructam lapidibus, & eius gentis metropolim, quam per id tempus dux gentis Baioariorum, vir alacer, Theodo regebat. In eam ergò ciuitatem ingressus beatus vir, & Theodoni principi oblatus, animi sui arcanum cōsilium ei aperuit, dicens se constituisse, diuina subsidiorum ope, ad robustam Auarorum gentem in Pannoniam proficisci, vbique vel pro Christo mortem oppetere, vel illo protegente in pace vitam finire. Sed cùm ea tempestate inter Auros siue Hunnos & Bauaros orta esset discordia, ità vt apud Anisum fluuium vastantium manibus depopulatæ & penè desertæ vrbes viserentur, bestiarumque illic domicilia facta essent, quòd humana fragilitas vltrò citroque commeare formidaret: nam etsi iureiurando obstrictus quis esset, insidiæ tamen potiùs structæ timerentur, quam exhibita humanitas: dux Theodo ait non sibi conuenire cum Auaris, atque ea causa ferre se non posse, ut eò proficiscatur: rogabat verò, vt tantus & talis Deo notus antistes apud ipsum & ipsius gentem remaneret. Nam posteaquàm saluberrimas

Theodo Bauariæ Dux.

Theodo Dux nō sinit, vt eat ī Pannoniam.

eius institutiones percepisset, aiebat se consentire non debere, vt indè recederet. Offerebat etiam illi sereno vultu possessiones, orabatque vt ipsorum esset pontifex: aut saltem pro humilitatis studio, eius prouinciæ monasteriis Abbas præesset.

Cap. 5.

Respondit autem Christi seruus, se ea causa à Gallorum finibus egressum esse, vt gentes Huunorum, quæ ignorant Deum cæli, hoc est, Christum crucifixum, conuertere studeret. At quandò nunc, inquit, experior cœptum iter mihi prosequi non licere, supplicanti tibi assentior. Erat sanè regio illa egregia, nemoribus locuples, vini ferax, fero abundans, argento & purpura affluens, viros habens statura proceros & robustos, humanitate & beneuolentia conspicuos. Erat eius humus fertilis, iumentis & pecoribus abundans, ità vt ipsa terræ superficies, mellis & apium copia cooperta videretur. Piscosi illic amnes & stagna, perspicui fontes & riui, nec salis inopia. Ipsa vrbs inexpugnabilis videbatur, quadris extructa lapidibus, sublimes habens turres, abundans puteis: ad cuius partem septentrionalem Danubius suo impetu contra Orientem contendit: Montes illic pascuis opportuni, herbis copiosi. Syluæ abundant feris, ceruis, bubalis, capreis, ibicibus, & omne genus bestiis. Sed eius habitatores neophyti, per id tempus idololatriam necdùm radicitùs extirpauerant, & patres filiis suis calicem Christi & dæmonum promiscuè offerebant. Quę res permouit sanctum antistitem, vt idololatriam funditùs eradicare constitueret: & cùm iam terræ eius populis fidei semina commendasset, frumentum doctrinę multiplicatum in horreis conderet, atque ad extremum ijs locis gloriosa posset morte occumbere, vt regio, in qua morabatur, ad certaminis sufficeret campum.

Amœnissimus Ratisponæ.

Bauari adhuc neophyti.

Cap. 6.

Hæc secum versans, trienniò per eius principis vrbes, pagos, vicos & fidelium domos cursitans, instantissima cura, in aliorum pectoribus spargebat fidei semina, ex aliis prudenti sermone vitia radicitùs excindebat. Aduersùm mites humilis erat: contra potentes superbia tumidos erectus, leonem prę se ferebat. Quicquid autem, exceptis corporis indumentis, à fidelibus ipsi esset oblatum, id cum gratiarum actione pauperibus distribuebat. Cumque in his diù versaretur, & in omnes penè eius regionis latebras doctrinæ suę lucem inuexisset, vir sanctissimus per spiritum sanctum præuidens finem vitę suæ iam appropinquàre, & prępotentem Deum, ab omni labore absolutum ipsum sempiterna beatitudine remunerare velle, ceu intrepidus & robustus athleta, in certaminis campo clypeo inuisibili munitus, suæ vocationis facięque remunerationis expectabat diem: & nihilominus certis temporibus die noctuque in antiquum hostem orationis tela contento brachio vibrare non cessabat. Porrò autem à cunctis habitatoribus copiam petere cœpit, orationis studio Romam vt sibi petere liceret. Erat enim ei erga viros & fœminas imitatione digna consuetudo, vt eorum extimis animi recessibus accuratè curam ageret: ità, ut pro viribus singulatim eorum doctrina salutari irrigaret pectora, & vbi communis non sufficeret diligentia, priuatim & secretò eos admoneret: ità vt penè nullus exceptus videretur, in cuius pectore vel scintillam diuinam non accendisset.

Triennio studiosissimè exequitur pastoris munus apud Bauaros.

Vult ire Romam orationis ergò.

Cap. 7.

Per id tempus filia illustris Theodonis Ducis filia Ota vel Vta, libidine & diaboli incitamentis victa, è Sigibaldo cuiusdam iudicis filio prolem concepit. Ambo verò magno animi dolore ob facinus perpetratum affecti, cùm iam res diutiùs celari non posset, communicato inter se consilio, sanctissimi Heimerammi Episcopi pedibus aduoluuntur: fatentur se in stupro depræhensos, nec ulla ratione posse deuitare supplicia, nisi per ipsum supernus iudex lapsis manū porrigeret. Plùs enim, vt solent peccatis implicati, pręsentes extimescebant pęnas, quàm æternos gehennæ cruciatus. Audiens vir sanctus, miseratur eorum vicem: at tamen acriter repræhendit eos, quòd tantum in se flagitium admiserint: ait animæ damnationem potiùs eos debere pertimescere, quàm supplicia temporaria: indictaque eis satisfactione, nolens eis humanitatis & pietatis negare subsidia, secretò eis mādat, vt in ipsum illud crimen conferant, quò sic faciliùs possint euadere pœnas. Nouerat enim venerandus pontifex, si crimen illud publicatum esset, nullo pacto à patre puellę se illis veniam impetraturum. Itaque crimen alienum sibi imputari voluit, vt pœnam, quam reformidabant, ab illis auerteret.

Ota princeps Theodonis filia a quodam violatur.

Vir sanctus vult sibi illud facinus imputari.

Cap. 8.

Porrò à principe impetrata ad Vrbem proficiscendi facultate, salutatis omnibus, mox iter ingressus est. Eo verò discedente, magnus apud omnes eius ciuitatis luctus ortus est, tam diuites, quàm pauperes, quòd tanto pontifice orbarentur. Habuit autem in comitatu suo nonnullos è clero. Vt verò lectori fides fiat, etiam prophetię spiritu virum sanctissimū haudquaquàm caruisse, quid ille de se prædixerit, huc adscribam, multis eius aliis propheticis prædictionibus omissis. Cùm ab vrbe Ratisponensi exiret, Vuolfletum religiosum presbyterum ad se accersiuit, eique secretò dixit: Attende, dilectissime frater, quæ dicturus sum, nec me viuente ea cuiquam reueles. Vbi diuersis cruciamentis ob scelus cuiusdam vitam me finiuisse audieris, omnibus in sacris cōstitutis Ordinibus, denunciare studeas, nè quisnam eorum à rectè viuendi proposito discedat, nec me huius criminis reum existimet, atque ità tanquàm meo prouocatus exemplo, è suo statu dècidat. Doctoris enim repræhensionem libenter sublatam volumus, & quamuis ille nulli crimini affinis sit, tamen exemplis sectantiū atque obtrectantium, animas in peccato fouet, cùm se à prauorum exemplis minimè abscondit. Liquet ex his, prophetiæ spiritum eum habuisse, quemadmodùm etiam is, quem diximus, religiosus presbyter post gloriam remunerationis beati pontificis, ad cunctos, quos inuenire potuit sacris ordinibus initiatos, hoc se secretum pertulisse testatus est, eum ab hoc crimine, cuius causa cęsus est, prorsùs immunem fuisse. Deindè venerabilis Episcopus, vt erat pollicitus, simulat se ad beatorum Apostolorum limina proficisci: sed minimè ignorans, quid sibi esset euenturū, cùm iam trium dierum iter confecisset, & ad optatum martyrii locum peruenisset, ab eo se mouere noluit. Erat illic fons, perspicuas emanans aquas, vbi cōcupiti certaminis campū sibi delegit. Interim præ se fert quippiam à se expectari, discipulis eius admirantibus, cuius rei cura in pontificis pectore inesset.

Prædicit cædē suā.

Manet in certo loco vir Dei expectās martyrij coronam.

Cap. 9.

Postquàm autem Ducis Theodonis filia in stupro iam apertè depręhensa fuit, & patris pręsentaretur obtutibus, atque coram adstantibus inquisitum ab ea est, quis rem tam nefariam perpetrare, & tanti viri filiam violare ausus esset, illa exterrita & nimio pauore perculsa, Episcopi commixtione id factum ait. Tum pater eius, temporali gloria indomitus, vehementissima accensus ira, vix à suis teneri potuit, nè proprias in eam manus mitteret, suamque sobolem suo ense iugularet. Sed cùm id cerneret sibi non permitti, filiam rebus & facultatibus omnibus priuatam, in Italiam exulatum ire iussit, in qua damnatione illa vsque ad obitum permansit. Erat autem ei germanus, Lantbertus nomine, qui sororis suæ cernens ignominiam, nimio furore percitus, in suam perniciem comites sibi adiungens, vt animi sui nequissimam expleret voluntatem,

Theodo princeps vult suā manu filiam interficere. Eā exheredat & proscribit.

tatem, uelocissimo cursu post uenerabilem Dei seruũ iter explicare conatus est, donec ad pagum Helffendorffum peruenit, in quo beatus Episcopus animam suam Deo per martyrium offerre decreuerat. Stans verò miles Christi in certaminis cãpo corde ĩtrepidus, *Nota Tertiã p̃ces.* diei illius (ut Author loquitur) hymnificabat Tertiã. In ea domo clypeus parieti infixus erat, ad quẽ suspẽsis patrociniis, accensa lucerna, studiosissimã cum suis ad Dominum fundebat orationẽ. Audientes uerò socij Deo deuotissimi Episcopi currentium impetũ, & magnos equorum strepitus, clypeorumq; commotionem, cùm nescirent, quid ea sibi uellent, unus ex eis ad aditum domus accurrit, cernensq; eam multitudinem proteruis animis intra domus septa ingredi, magna uoce curã sociis id beato magistro & Ep̃o indicauit. At uir sanctus illorum uolens confirmare animos, ità ait: Isti, qui huc uenerũt, non in nostri cõdemnationẽ huc uenere, sed per illos mihi remuneratio p̃paratur.

Cap. 10. Vt autem comperit Lantbertus Ducis filius, adesse illic uenerabilem Episcopum, desiliit ab equo. Erat enim in medio uestibulo petra posita, in quam, ut solent equum ascendentes, & ab eo descendentes, sese transferrens, uirgæ innixus, Episcopum ad se iubet adduci, adductumque, seculari fastu elatus, ex oblatæ rei *Lantbertus princeps insultat S. Ep̃o.* occasione ità cõpellat: Salue Episcope, affinis noster. At sanctus Episcopus Deum testem adhibens, ait se ex carnali commercio nullum nosse affinem. Sed princeps eius uerba cõtemnens, multis eũ affecit iniuriis, multaque conuicia in conspectu adstantium illi in faciem dixit, creberrimeq; illi exprobrauit, ꝙ tam honorificè tã longo tempore in Ducis ditione habitus, tanta contumelia eũ affecisset, & tanti uiri summiq; principis filiam pessimo ad alios exẽplo constuprasset. Cõtrà aũt sanctissimus uir Dei, hilari uultu, modestis & sedatis sermonibus excusabat sese, dicebatque: Romã me iturũ promisi, ut supplex inuisam Petri Apostolorũ principis limina, cuius Ecclesia Euangelica authoritate fundata esse dignoscitur, cuius sub mũdi thalamo censorẽ adesse dubiũ non est, qui Deo authore, Petri successit in honorẽ: Apostolicus uir & sanctissim⁹ *S. Ep̃s prouocat ad summum Pontificẽ.* tenet primatũ in sacris constitutus Ordinibus. Mitte ergò quẽ uis, prudentem aliquẽ uirum, ut mecũ præsentes in cũ spectu tanti põtificis hac de re accusatur⁹, ut illic Canonicã excipiã sentẽtiã, nè huius criminis reus existimer. Quod equidẽ charitate permotus tibi consulo, tametsi non ignoro te mihi non obtemperaturum: non quòd timeam cruciatus tuos, sed quòd doleat mihi tui condemnatio, cùm certum sit, te animæ tuæ magnam perniciem & detrimentum afferre.

Cap. 11. At contumax tyrannus, ueritatis uerbis colla supponere detrectãs, mentis lumine orbatus, clausis oculis cordis, arreptũ baculum, cui incumbebat, nihil reformidans, in tanti pontificis pectus adegit, moxque suis præcepit, ut in eum manus iniicerent: Id eius Clerici conspicati, immẽso correpti timore, in ædiũ latebras sese abdiderunt, ut in eos etiã quadraret illud, *Zacha. 13* quod de Christo iã olim propheta prædixerat: Percu- *Mat. 26.* tiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Milites uerò non pauci acriter in S. Ep̃m manus iniicientes, ut furentiũ dñi animum mitigarent, eius iussu spoliatũ chlamyde & stola, in hospitis horreum, ubi condebantur frumenta, abduxerunt, ibiq; ad scalam funibus alligarunt. Tum ille attentissimè Dñm orans, *Oratio eĩ⁹* Domine Iesu Christe, inquit, qui manus ad Crucem extendisti, & tuo me sanguine redemisti: tibi ingentes gratias ago, quòd me ex tot regionibus ad hunc locũ deducere dignatus es, & ab hoc crimine alienũ, pro tui amore me uis sanguinem profundere. En sic orante, quinque electi sunt, qui eius membra amputarent. E quibus duo tremefacti, pallida facie, ab imo pectore ista hæc verba proferebant: Domine Iesu Christe, de nostris manibus huius sanguinem non requiras Tu enim scis non spontè, sed imperio coactos nos facere id, quod facturi sumus. Audiens hoc vir sanctissimus, ait ad Dominum: Domine, da tu illis secundùm corda illorum. At reliqui tres carnifices pectoris sui impietatem apertis indiciis declarabant, ità dicentes: Quidni crudeliter eum attrectemus, qui impudenter libidinem suam in tanti principis filia expleuit, ità vt ille omnibus exemplum statuatur, ex eoque discant oẽs, si quis præter fas in fœminam manus iniiciat, illi manus amputari debere? His dictis, digitos eius articulatim præciderunt. Deindè furentis principis vrgente *Immanissimo supplicii genere sanctus Episcopus afficitur.* imperio, oculos radicitùs euulserunt, nares amputarunt & aures. In iis verò cruciamẽtis, sanctus Dei martyr instàr fontis perspicui manans, non intermisit cursum suum, hymnos & psalmos offerens Deo. Factus est enim in tam immani agone ex superna virtute robustus, vt ne gemitus quidem vllus ab eo ad adstantium aures perferretur: sed hilari vultu synceraq; mẽte Deo, vt diximus, indefinenter preces funderet.

Cap. 12. Necdùm verò tot pœnis exatiati carnifices, pedes vtrosque eum palmis, quarum iam digitus absciderãt, detruncarunt, atque ipsa etiam verenda impudenter abstraxerunt. Interim pergebat sanctus martyr, licèt exili iam uoce, in laudibus Dei & psalmis Dauidicis. *Magna eius patiẽtia.* Cernentes verò carnifices eum pœnis afflictum, membris iam destitutum, ipsius linguæ ministerio inuidẽtes, eam ferro in os iniecto præciderunt: atq; ità corporis trunco relicto abierunt. Remansit autem in certaminis campo, sanguine suo inuolutus, victor triumphalis exultans. Postquàm autem hostes abiere, è suis latibulis ad venerabilẽ Christi martyrẽ Clerici cũ vicinis mulieribus aduolarũt, à qbus vir sanctus pro sui refrigerio aquã petebat. Dixit aũt ad eũ Vitalis presbyter & interpres eius, vir pius & religiosus, cuius anteà meminimus: dissi verò nõ sine lachrymis, quas ab ei⁹ oculis exprimebãt tãti sui magistri cruciat⁹: Quid vis refocillari, cùm sis mẽbris corporis destitutus? Meo quidẽ iudicio rectiùs tibi mortẽ optaris, q̃ tot affect⁹ iniuriis, vitã producere velis. Cernẽs aũt Dei martyr p̃sbyteri sui animũ secùs affectũ q̃ expediret, collecto *Loquitur sine lingua.* spiritu, abscissa lingua uerba, ut potuit, explicãs, ità ait ad eũ: Non tibi in mentẽ venit, sæpè me dixisse, neminẽ ad mortẽ festinare debere, sed potiùs optare vt differatur, vt possit piis intercessionibus faciẽ Dñi præoccupare, vt detur spatiũ infirmis ad agendã pœnitentiã propter ea, q̃ humana infirmitas perpetrauit? An verò pigritię tuæ molestum videtur, cruentum refrigerare pectus? Eccè nunc temporarię vitæ hanc ego *Perdicit presbytero pœnam inobedientia.* propono pœnam, vt quotiès potum oti tuo applicueris, mentis inops fias, nec tamen cuiquam noceas, sed inobedientiæ exemplum de te præbeas. Dixit hoc uir sanctissimus, & ut dixit, ità factum est.

Cap. 13. Is enim p̃sbyter Vitalis in ea ciuitate, ad quã corpus martyris platũ est, diù post magistri obitũ vixit, & q̃diù ieiunabat, magna dese p̃claræ virtutis exẽpla p̃bebat, ità ut penè nullus abiret dies, in quo Missarum solennia cũ psalmodiis & hymnis nõ cõpleret, sequẽs uestigia magistri sui beati Heimerãmi, & ardua uirtutis itinera calcãs, vt eũ iã in cœlis degere dubitari nõ possit: quippè qui ẽt eleemosynarũ esset studiosus, & qđ factis p̃stare nõ poterat, voluntate p̃stiterit, orationib. quoquè & vigiliis nõ mediocriter intentus, charitate & hospitalitate insignis fuerit. At nihilominùs cõpletũ in eo fuit, quod uir sanctus p̃dixerat. Cùm.n. peracto ieiunio, certis tẽporibus alimentum sumeret, cuiuscunque potionis genus ore percepisset, mox destitutus mente, a spiritu immundo arripiebatur: commu- *Nota admirandũ* tataque facie, cum immensis stridoribus huc illucque

Dei iudicium.

discurrens per plateas ciuitatis, per terræ voragines, per dirupta petrarum loca, per sepulcra mortuorum, per diuersa locorum spatia, nefanda & turpia proferebat verba: nec tamen cuiquam nocebat. Aliquotiès etiam per sublimes cursitabat turres: nec tamē vllum sensit præcipitium.

Cap. 14.

Porrò beati antistitis truncatos artus eius loci incolæ collegerunt, & in arbore, quam spinam albam vocant, condiderunt. Erat nanque à medicis non paucis diuulgatum, si cuiusquam membra abscissa & humo operta essent, eius reliquum corpus nullius medici arte curari posse. Sed hoc fideles in exemplum & imitationem trahere non debent: potiùs verò propheticum illud sequi, vt iactent curam suam in Deum, & ipse eos enutriet. Eodem nanque die, non longo interiecto spatio, duo ignoti iidemque pulcherrimi viri, publica via equitantes, à quibusdam aratoribus sciscitabantur, vbinàm sacra martyris membra condita essent. Quibus aratores post longas ambages tandèm indicarunt, in quadam arbore esse reposita. Tum illi, cunctis cernentibus, ad eum locum se contulere, nec deincèps ab illis visi sunt. Tot verò huius rei testes sūt, quot eius loci habitatores. Itaque admiratione affecti illi propter incognitos viros, & quòd ità ab eorum oculis euanuissent, ad arborem contenderunt, sed ea, quæ illic abdiderant, sancti martyris membra neutiquàm inuenerunt. Res profectò mira, & nostris temporibus valdè stupenda: maximè quòd etiamnùm humanæ infirmitati incompertum est, à quibus ea sublata, quòve translata sint. Equidem quid de ijs sentiēdum sit, ignorare me fateor, nisi quòd per diuinam dispensationem id datur intelligi, quibus sanctus martyr dignus esset laudibus, quandò præfecta & cruenta membra, adhuc illo viuente, per diuinam cognitionem ab eo loco assumpta, gloriosè & honorificè alicubi proculdubiò condita sunt. tametsi, vt diximus, ad hominum notitiam necdùm peruenerunt. Fortassis autem idcircò latent, quòd cùm per suos actus capiti inuisibili, quod est Christus, ministrassent, propriisque calcatis voluptatibus, pauperibus inseruiissent, atque intrepidè pro Christo contumeliis affecta essent, cùm illorum spes & caput esset Christus ad ædificationē viuentium nec sperantia in illum membra eo, quo par erat, honore afficerentur: atque idcircò ab incognitis ablata viris, in cognitione capitis, id est, diuinitatis, non mediocri cum gloria condita sunt.

Psal. 54.

Truncata eī mēbra tollūt ab ignotis mox disparentib.

Cap. 15.

Postquàm ea res habitantibus illic innotuit, magno timore correpti sunt: & quamuis parùm apertis oculis, at tamen beati viri cognoscebant sanctitatem. Porrò viri, qui erant cum eo, gloria martyrii triumphantem ex certaminis campo, id est, ex area, quæ tum frumento preciosiore margaritis purgati tritici, id est, cruore conspersa iacebat, sublatum plaustro imposuerunt, reducentes eum certatim ad pagum publicum, quem *Aschaim* vocāt, duodecim ferè milliario indè distantem, vbi ecclesia beati Petri Apostoli constructa erat, in quam tantum virum & Dei martyrem inferre cupiebant, nè in eorum vilibus ædificiis vitalē exhalaret spiritum. Etsi enim paulò antè in eorum oculis non solùm despectus, sed etiam nece affectus erat, at tunc, vt par fuit, magna illius apud eos excreuerat veneratio. Sed & mulieres ex vicinis locis cum ducentis viris pietate commotæ, plaustrum stipantes vndiquè, ob venerationem martyris Christi, eum comitatę sunt. Cùm autem in campum venissent, distantem ab eo luco, ad quem proficiscebantur, tribus milliaribus, venerandus Episcopus voce, vt potuit, eiulare cępit, innuens horam remunerationis suæ in cælestibus iam adesse, nec illum locum excedere debere. Itaque vnus ex iis, qui erant cum eo, ex diuina inspiratione cęteris tanquàm subiectis imperauit, vt eum à plaustro deponerent. Illi confestim depositum in amœno gramine, campestri planitie collocarunt. Tum sancta illa anima è corpore egressa est, & cunctis, qui aderāt, quasi lux immensa ex ore eius procedere visa est & cælos penetrare, instàr fulminis adspicientiū facies perstringens. Vndè non immeritò adeò timore perculsi fuere omnes, vt vix sancti viri corpus in plaustrum sustollere auderent.

Vehitur sancti viri truncus in pagum Aschaim

Sancti martyris anima Christū cōmigrat

Nota versum hūc.

Cap. 16.

Huius verò loci, in quo spiritum reddidit, vt mihi videtur, non est silentio premendum miraculum. Fuerat enim multo tempore incultus, & quasi obliuioni traditum erat, quòd talem ex se Domino obtulisset animam. Sed cunctis illi vndique adiacentibus locis signo quodam antelatus est.

Insigne miraculū loci vbi de cessit.

Cùm enim in Germania id vitatum sit, vt humum eius immensa nix operiat tota hyeme, eaque in cubiti altitudinem plerunquè excrescat: eo tamē in loco minimè permansit, sed instàr alicuius viatoris citò prætereuntis abolita fuit, totoque anno verni temporis decorem & amœnitatem locus ille repręsentauit. Atq; ità factum est, vt idem locus immunis esset ab imbribus & procellis, nec elementorum ditioni vellet esse subiectus, qui Angelicorum spirituū præsentiæ in tāti martyris animæ a corpore migratione consecratus esset. Erat autem illic quadriuium: vndè id euēnit, vt miraculum illud longè lateque diuulgaretur: & cùm nonnulli ex illis, qui circuncircà habitabant, accuratiùs de eo inquirerent, mox per illud quadriuium ijs, qui tunc aderant, in memoriam rediit, quòd illic sancti martyris Christi Heimerammi anima, huius exilii nexibus expedita, in cęlos subuolasset. Quamobrèm ecclesiam ibi construxere in eius martyris honorem, in qua innumera eius meritis miracula eduntur.

Ecclesia S. Heimerammi cōditur, vbi īnumera fiunt miracula.

Cap. 17.

Sed dum in huius rei mentionem incidimus, mira mirandis succedūt. Venit. n. in mentem, iam longè superiùs dixisse nos de duobus carnificibus, Dñm illos esse deprecatos, vt pro sua benignitate ipsis non imputaret, quod non sua uoluntate, sed iussu dñi sui, tanto Epō cruciatus inferrent: neque ea causa in die iudicij eius sanguinē ab ipsis requireret: ipsumq; virum Dei, cùm illorum animos vidisset, Dñm pro illis rogasse, vt secundùm fidem illorū redderet eis. Isti ergò duo in pacis trāquillitate suæ vocationis expectarunt diē. At reliqui tres, qui crudeliter in sanctū virum suas manus iniecerūt, diabolica ęmulatione incensi, & improperia atq; contumeliosa verba in faciē ei dicere non erubuerunt, tanq̄ miseris ad damnationem non sufficeret nequissima cædes, nisi in suæ nequitiæ augmentum, cordis malitiā ore quoquè testarentur, Christo dicente, Ex abundantia cordis os loquitur: ij tres, inquam, intrà septē dies immundis arreptis spiritibus, ad id vsq; longa vexatione perducti sunt, vt intempestæ noctis silentio è domibus suis aufugiētes, ad deserta loca cōfugerent, & per cacumina montiū & concaua valliū, per loca inhabitata & hominibus incognita discurrerēt, ità ut miserorū cadauera nulli posteà reperta sint. De quib. quid aliud sentiendū est, nisi iusto Dei iudicio, qui impiis & ferocibus animis, tā dictis, q̄ factis, in tantū sacerdotē sui cordis nequitiā exercere veriti nō fuere, eorū animos, in dānationē illorū, feris cōparari debuisse: vt mēte destituti, suis ipsi corporib⁹ perniciē afferrēt? Quid verò de sanctis uiris dicendū est, nisi id, qđ Apostolus ait: An nescitis, quia tēplum Dei estis, & spiritus sāctus habitat in nobis? ubi subiūgit, quod huius templi uiolatores disperdet Deus.

Nota de carnificibus, a quibus interemptus est.

Mat. 12

1. Cor. 3.

Cap. 18.

Quod quidem etiā in Lātberto eorū domino probatum est, quādò in exilio uitam finiuit, atque in eius posteros adeò tanti uiri sanguis uindicatus est, ut nullus ex eis relinqueretur: & ędes amplissimæ, in qui-

Lambertus princeps exulat.

bus

cedit, ejus osteruas omnis periit.

bus de suo facinore gloriabatur, ità iam euersę sint, vt illic vrticæ & platani longè diffusis ramis propagentur: & qui virulentum pectoris sui furorem in templũ Dei euomere non est veritus, suas ædes venenatis serpentibus relinquere coactus sit etiam inuitus: ità vt in sibilum & exemplum sint intuẽtibus: atque etiamsi verbis prætereuntibus non dicant, tamen re ipsa prædicent, & quędam sui contemplatione ab illis inspiria exprimant, vt possint etiam ipsi cauere, nè in sanctus Dei sacerdotes aliquid temerè admittant: nè & illorum hæreditas euacuata posteritate, sicut ea loca conspecta testificantur, vt Alpium obscuram redigatur habitationem, & coaceruata humus in testimonium viuentibus permaneat. Cauenda namque est hominibus ira iustorum, nè & illius in se iram concitẽt, qui illorum corporum habitator est, & de quibus per seipsum Veritas dicit: Qui vos spernit, me spernit. Et si enim gladium visibilem non ostendunt sancti, non tamen inulti permanent: cùm vnusquisque iustus gladio inuisibili pręcinctus sit acutissimi sermonis Dei, qui vltionem infert iis, qui sibi non proponunt ipsum veritatis spiritum in Deum: sed eius templum ictibus destruunt: & vbi manus noxias non immittunt, obtrectationis virus clàm seminare non reformidant: atq; ità spiritumsanctum, templi sui habitatorem, ad iracundiam prouocant, non attendentes quod scriptum est: Qui illum non habet placatum, nunquàm euadit iratum. Quid ergò mirum etiam istos periisse, qui tam sanctum interemère virum, quandò etiam in illo loco commorantes, vbi venerabilis Dei Episcopus triumphans victor extitit, qui in eius necem consenserunt, adeò ex eodem loco dissipati sunt, vt nemo eorũ illic remanserit: destructaque sunt ędificia, & campus certaminis multis annis desertus permansit. Vbi tamen res mira & ad multorum ædificationem pręclara contigit. Cœpit enim humus excrescere, vbi beatus Episcopus membrorum sectionem passus fuerat, vt in cubiti altitudinem sese coaceruaret, & neque niues, neque hyemis asperitatem admitteret, satis hoc ipso declarans, quanti apud Dominum meriti sit martyr inuictus, dum elementa suam in eum locum vim exercere non possunt, sed vsque ad tempus suam retineret amœnitatem. Quod cùm nonnullis innotuisset, & iam longè lateque commorantes ad vidẽdum locum amœnissimum sese conferrent, atque illic sancta Christianitatis religione in honorem beati martyris preces Deo funderent, res tandèm cunctis innotuit, quicquid illic fidenter peteretur, id etiam impetrari. Atq; ea causa inito consilio, Christiani in eodem loco ecclesiam in honorem ipsius martyris Christi extruxerunt, vbi perenniter innumera coruscant miracula.

Luc. 10.

Sãcti iniuria affecti, nõ manẽt inulti.

Vltio in eos qui cõsensere in necem sãcti Episcopi.

Nota rẽ miram.

Alia S. Heimerãmi ecclesia, & miracula innumera.

Cap. 19.

Est autem in eodem loco fons perspicuus, distans ab hac ecclesia ad lapidis iactum, cuius aqua iuxta ecclesiam labitur. Humus autem hinc indè exaltatis deprimitur ripis, vt se aqua longiùs effundere non possit: sed infrà, deprimente ripa, laxato sinu lacum efficit pulcherrimum. Ad cuius plagam septentrionalem elegantibus muris in martyris laudem constructa ecclesia est, vbi innumeri cęci recipiunt visum, & claudi gressum: multorum quoquè linguæ, suis nexibus expeditæ, loquendi recipiunt facultatem. Sed si de his locis & illorum miraculis ordine dicere velimus, & quanta iam illic per Dei dispensationẽ in beati martyris Christi Heimerammi gloriam edi propriis conspexerim oculis, siue etiam fidelium narratione didicerim, dies me citiùs deficiet, quàm sermo. Nè quod autem lectori fastidium afferam, quid de sancti martyris corpore gestum sit, priùs breuiter exponam.

Item alia eius ecclesia, & miracula.

Cap. 20.

Cùm enim, vt iam diximus, sancti viri anima, quasi huius orbis luce splendidior, cunctis qui aderant cernentibus, corporis absoluta vinculis, cælum petiisset, æternis fruitura gaudiis pro meritis suis: ii, qui aderant, cum magno timore & reuerentia sanctum viri corpus feretro imponentes, iter cęptum persecuti sunt, & tandèm ad ecclesiam beati Petri Apostoli in pagum publicum *Aschaim* peruenerunt, atque intrà eius ecclesię septa, adiunctis sibi vicinis loci illius habitatoribus, honorificè eum tumularunt, atque indè recesserunt. Sed ille minimè nolebat illic resurrectionis expectare diem. Vt enim superiùs diximus, ciuitatis Ratisponensis ei placuit amœnus situs: nec dubium est id ei quoquè placuisse, vt corpus eius eò deportaretur, post ruinam suam illic remunerationis suæ diẽ expectaturum. Et ecce rem miram: nam aer etiam illius obtemperauit voluntati. Commotus enim est à plaga Occidentali Fauonius, isque impetu suo nubes cogens, cæli faciem obscurauit, pluuiaque copiosa in terram effusa est, & fulgura discurrentia extitere, ità vt per dies quadraginta sine cessatione plueret, atq; ea pluuiæ assiduitate torrentes in amnes excrescerẽt, iique terrę superficiem planè operirent: & nisi tanti viri & martyris corpus in vrbem Ratisponensem esset allatum, aquarum inundationes regioni illi excidiũ minarentur. Est autem quibusdam fidelibus tum diuinitùs per nocturnas uisiones reuelatum, ut corpus sancti pro ipsorum adiutorio in urbem eam importarent. Princeps igitur & sacerdotes, communicato inter se consilio, per quosdam fideles uiros martyris corpus ab eo loco, ubi humatum erat, auferri iusserunt, illudque ad fluuium Isaram deducentes, naui impositum, cereis accensis usque ad Danubium profecti sunt. Qui fluuius cum contra Orientem tendat, tantam illis præbuit per tot spatia contra eius tractũ nauigandi celeritatem, àc si passis uelis & flantibus uentis id iter conficerent.

Sepultura eius.

Dies 40. cõtinuẽter pluit.

Translatio eius ad ciuitatem Ratisponẽsem.

Cap. 21.

Accidit autem illic res mira, & fidelium cõtemplationi cumprimis honorificè tradenda. Nam inter tot uentorum flatus, & procellarum fluctus, aquarumq; promiscuam inundationem, & imbrium infusionem, fluminisque tumescentes undas, lampades minimè sunt extinctæ: sed tanta securitate quietissimas luminis sui flammas sursùm extulere, acsi intrà clausum cubiculum sine ulla aeris commotione consisterent. Itaque qui circa illud flumen morabantur, cùm tantum in lampadibus non extinctis sui martyris meritũ cernerent, percutientes pectora sua, & in facies suas ruentes, Deum cæli adorauerunt. Cùm autem uenissent ut rí cum corpore martyris ad ciuitatem, quò tendebãt, & ibi, ut erant ducti, salubrem eligerent stationem, obuiàm illis factus est princeps terræ cum satrapis & sacerdotibus, uexilla & thuribula portantibus. Aderat uerò etiam innumerabile uulgus uirorum ac mulierum, Deo hymnos concinentium uoce sublimi, ità ut ab iis uocibus tam præ gaudio, quàm timore, tellus tremere uideretur. Porrò sacerdotes sacrum corpus in ædem sancti Georgii intulère, atque illic summo cum honore, ut dignum erat, sepulturæ mandarunt. Eodem autem momento tanta rediit cæli serenitas, ut nullę usquàm nubes apparèrent.

Lãpades nulla vi extinguũtur, quib. sacrũ corpus prosequuntur.

Nota antiquã ergà Sãctos deuotionẽ

Cap. 22.

Multo pòst tempore uisum fuit sacerdotibus, ut corpus sancti martyris ab eo loco mutaretur. Itaque acciti sunt cęmentarii, qui sua arte ex marmore & gypso ei monumentum construerent. Quo opere absoluto, exclusa è templo plebe, fores obserarunt sacerdotes. Et rei cum pręerat intrà ecclesiam uenerabilis Dei cultor * Gaubaldus, ciuitatis Radasbonę (sic enim etiam antiquissimus manuscriptus codex habet) Episcopus, cũ presbyteris & diaconis, quorum multi adhuc supersunt. Cùm aũt humũ remouissent a monumento (erat enim immensę magnitudinis

** Garinbaldus.*

lapis superpositus, quem cum timore clanculùm amouere cupiebant, omni ex parte sepulcrum ambientes) & saxum quoquè abstulissent ad mensuram palmi & semis, omnes magnus inuasit timor, ità vt ex eorum manibus lampades laberentur, atque eo terrore consternati, dissolutis viribus, supini corruerent. Vous tamen ex eis, qui aderant, à dextris saxo pectore incumbens, permansit. Eccè autem rem miram, & in Dei laudem eximiè venerandam. Saxum tam immensi pòderis, aere fusultum, tandiù ab uno sustentatum est, donèc illi sic exterriti & prostrati vires reciperent, & manus adiutrices porrigerent. Quod quidem saxum si martyris merita non sustinuissent, nihil erat expectandum aliud, nisi ut ossa eius in sepulcro iacentia commiouerentur. Neq; dubitandom est, non alia causa tanto timore correptos illos fuisse, qui tum huic rei interetant, nisi vt his indiciis præsens beati viri corpus declaratum, cunctis testatum efficeret, quo honore eius anima in cælis frueretur. Tom verò tanta celeritate & securitate saxum remouerunt, acsi nullum ei pondus inesset. Deindè sublatum corpus, Domino hymnos depromentes, in locum, quem extruxerant, deposuerunt: iussuque principum acciti permulti artifices, ex auro & argento sancti martyris monumentum confecerunt, gemmis & margaritis interlucentibus, & sculpturæ adhibita varietate, vtì hodie que cernere licet.

Insigne miraculũ

Aliud miraculũ

S. Episcopi monumentum principes ex auro, argento, gēmis & margaritis conficiunt.

Nostra ætate cuiusdam rustici coniunx ex morbo quodam lumen oculorum amisit. Eam ergò vir eius ob cęcitatem despiciens, contra summi Dei mandatum, aliam sibi matrimonio sociauit. Quod vbi nos cōperimus, cùm esset ambo nostrę parœcię & diœcesis, obiurgaui eos ob admissum adulterium, & pœnitentiam suscipiendam indicaui: at tamen fœminam ex ædibus viri eijcere non potui: quandoquidē ambæ simul apud illum morabātur, nec palam cum adultera facinus perpetrabat, licèt clanculùm ab ea pedē, instigante diabolo, non retraheret. Cùm autem adultera quodam die ad beati martyris Heimerammi solennitatem vellet accedere, aliis eò pergentibus comitem se adiunxit. Postquàm autem peruenit ad locum, qui Iuuarus dicitur, à beati martyris ecclesia ducentis passibus distantem, mox vt forinsecùs templũ intuita est, in suo scelere deprehensa, cœpit tremere, membrorum compages dissolui, ipsa humi se prosternere & si rursùs esset erecta, pedem ad carpēdum iter minimè posse proferre. Si autem vellet redire domum, confestim membrorum incturæ instaurabantur. In his ergò angustiis ea sic desudante, contigit quendam superuenite sacerdotē: qui cùm in eius vitam & mores accuratè inquireret, illa coram adstantibus fatebatur, adulterii causa se isthuc perpeti. Admonuit ergò eam ille vir Dei, vt ad nos reuerteretur. Ad nos igitur reuersa, cum lachrymis sese abiecit ad pedes nostros, & suam miseriam coram omnibus alta voce confessa est, moxque adiecit in hoc se veniam à Domino impetraturam, quòd cum illo viro deincèps sub vno tecto minimè permanere statueret, cui adulterina commiatione fuisset sociata. Cùm autem nostræ admonitionis & increpationis verba accepisset, & ob perpetrata pro nostro iudicio pœnitentiam egisset, tanta securitate ad beati martyris ecclesiam accessit, acsi nullum vnquàm membrorum dolorem sensisset. Puto equidem supernam pietatem id voluisse exempli statuere, vt palam liceret intelligi, quantùm à regno Dei adulteri separentur, quaudò in electorum eius ecclesias ingredi non sinuntur. Sed dum huius fœminæ facinus commemoro, in mentem redoeit mihi ille sermo veritatis, à propheta Esaia prolatus: Quærite Dominum, dum inueniri potest: inuocate eum, dum propè est. vbi rectè subiungitur: Derelinquat impius viam suam. Quomodò enim posset quis inuenire Dominum, nisi ab iniquitatis via discedat? Hic enim non videbit, sed tamen propè est: ille autem videbit, & propè non est. sicut & hæc mulier, cùm in sua immunditia martyris ecclesiam cerneret, propè non erat, quandoquidem propiùs accedere non potuit. Vbi autem longiùs retrocessit confessionem factura, iam propè erat. siquidem ob admissum facinus agebat pœnitentiam.

Cap. 23.

Adultera diuinitùs castigat.

Iterum Deo reconciliatur.

Adulteri q̃ inuisi Deo.

Esa. 55.

Mirabilibus miranda succedunt. Audiui ego, quæ dicturus sum, à quodam religioso & cordato viro. Is eumm cùm die quodam ad sancti Heimerammi ecclesiam pro suis peccatis deprecaturus vellet accedere, solus iter suscepit. Vbi autem in solitudinem venit, quam Feronisaidum mutato vulgari idiomate vocāt, incidit in latrones: qui eum expoliarum, & vinctis manibus, atque ore catenis obstructo, nè posset verba edere, ex illis finibus exportatum, genti Francorum vendiderunt. Porrò quidam ex eius emptoribus, in partibus Aquilonaribus Thuringorum, genti cuidam vendidit eum, quę est cōfinis * Porathanis, qui ignorant Deum. Cernens ergò senex ille se gentilibus, idolorum cultoribus, propinquum, domino suo & præsenti & absenti ꝓ viribus fideliter inseruiuit. Erat.n.e egregius artifex, & dño suo insignem molam cōfecit, miroque opere eius ædes communiuit, sine munitionibus instruxit. Quibus rebus illius sibi gratiam conciliauit. Iam triennio einsmodi operam illo nauante, nec interim à cultu Dei recedente, sed ieiuniis & orationibus incumbente, quidam ex conseruis eius vita functus est, relicta coniuge iuuencula, & secūdùm carnis huius putredinem pulcherrima, nullaque ex ea prole suscepta. Iussit ergò dominus seni huic, vt eam acciperet vxorem, & omnes eius facultates sibi vendicaret. At religiosus senex respondit: Ego in mea gente habeo vxorem, quā coactus sum relinquere, propter innumera peccata mea in captiuitatem abductus, & in hunc locum adductus. Ea igitur viuente, quo pacto possum aliam ducere vxorē? Audiens hoc herus eius, asperrimis in eum verbis inuectus: Nisi eā acceperis, inquit, hęc addat mihi Dominus, & hæc faciat, si non tradidero te genti Saxonum, qui tot idola colunt. Certus enim sum, si apud me nolis vxorem accipere, te haudquaquàm hic permansurum, sed pondus de fuga cogitaturum. Atq; ità fiet, vt ego frauder precio, quo te mihi comparaui.

Cap. 24.

Superstite vxore sua vir pius in ea pmanere non vult alteram ducere. Hinc pōt colligi, hi storiam hanc scriptā ante Carolum Magnū.

Cap. 25.

Cùm ergò diù inter se colluctarentur, & senex facilè animaduerteret, se domini sui imperium contemnere non posse, modò nè captiuus tradi vellet genti Deum ignoranti, cuius vitam, quę ex vicinitate ei innotuerat, ceu mortis præcipitia pertimescebat: necessitate compulsus, ait se iuxta domini sui voluntatem eam sibi velle despondare. Tum herus, apprehensa mulieris dextera, manu pallio obuoluta, vt habet mos nuptiarum, coram adstantibus conseruis, coniuge & prole, hilari vultu collocauit eam illi in matrimoniũ: propter enim artis eius peritiam impensè eum amabat. Deindè religiosus senex cum socia illa sua ingressus in domicilium eius, sumpto pro nuptiarum cōsuetudine cibo, ad lectũ, quem ipsa instruxerat, cū illa se contulit, cępitq; prout potuit, salutaribus eā admonitionibus instituere, ità dicens: Vide charissima soror, nè ista cōmixtione summũ illum amatorē & rerũ omniũ præpotentē conditorē offendamus. Temporalis enim vitæ voluptuosa gaudia intrà paucos dies finē accipiunt, & æterna aiarum detrimēta parturiūt. Fruere igiť in iucūditate artifici mei lucris: tātùm hoc mihi largire, vti nè me huius copulę iugo, viuēte adhuc cō iuge mea, pcipites i ītetitũ aię meæ. At illa carnalib' assueta

Nota hūc morē celebrandi nuptias.

Monet suam spōsam vir pius ad eā seruandā castitatē.

asfueta uoluptatibus, socii sui monitionibus non consentit, sed quæ ab illo prudenter dicta erant, se suo domino indicaturum minatur. Cernens ergò uenerandus senex se nihil profecisse, sociæ suæ lasciua & uolupsuosa desideria blandis sermonibus delinire studet: Prouidendum nobis est, inquiens, soror charißima, nè gentilium more Christianas nuptias inchoemus: abstinendum potiùs triduo est, & Dominus cũ lachrymis deprecandus, ut iustas nobis det proles. mulier enim non propter libidinem accipienda est, sed propter sobolis procreationem.

Cap. 26. Hæc omnia ille surdæ cantabat, adeò ut illo contẽpto, faciem ad parietem uerteret mulier, & sublecti operimento tristis se ab illo auerteret, somnoque oppressa obdormiret. Ille autem cum lachrymis ea intimo corde indesinenter Domino fundebat preces, ut ipsius angustiæ subueniret, & nè sineret obliuisci sui tantum uirum & martyrem Heimerãmum, cuius causa, cùm ad eius ecclesiam uellet proficisci, in tantas angustias incidisset: sed ipse misericors Deus, misero misericordiam impenderet. *Visio piis senis.* Hanc eius orationem tanta celeritate misericordia Domini subsecuta est, ut statim obdormienti illi quidã uir pulcherrimus & proceræ staturæ, ad lectum adstaret, & uirga, quam manibus tenebat, latus dormientis tangens, diceret: Surge, & abi ad beati martyris Heimerammi ecclesiam, quò ire constitueras. Respondit senex: Et quinam sine alimento tantum iter conficiam? Ait illi vir: Surge, nè hæsites: sed tolle panem, qui est in superiori cœnaculo: is tibi ad cibum satis erit, donèc iter peragas. Tum ille tãta uisione expergefactus, ubi ad se rediit, dubitare cœpit, num uigilanti uel dormienti facta esset ea admonitio. At tamen, ut erat iussus, surrexit, & in superiori cœnaculo elegantissimum inuenit panem, quem nunquàm illic poni cónspexerat, nec tam elegantem panem ea nocte cum illa muliere in nuptiarum conuiuio comederat. *Clàm aufugit omnibus relictis.* Eum itaque in sinu condens, relictis omnibus, quæ illic habere uidebatur, & nè de proprio suo lucro quippiam auferendo, domino suo dãnum irrogaret, nulla re secum ablata, dempta veste & penna, quam manu ferebat, celeriter abiit ad solitudinem, sine intermissione cum lachrymis orans Dominum, ut per merita beati martyris sui, ipsi in se sperãti prosperum iter largiretur.

Cap. 27. *Nota miraculum.* Ità ergò in ea profectione quindecim continuis exactis diebus, tanta prosperitate & securitate summus opifex eum deduxit, & unius panis alimonia quotidiano labore eius delassata membra refecit, vt sequẽtis diei hora tertia in monte steterit in uineis, quæ sunt inter confluentes Danubii & * Imbris. *for.* Amberi.* Atque indè contemplabatur sancti martyris Heimerammi ecclesiam & vrbem desideratam, mœnibus & turribus munitam. Quas vt agnouit, magnas Deo gratias agẽs, è monte descendebat ad portum fluminis. Erat tum dies Dominicus, ob cuius solennitatem Missarumq; celebrationem, qui illic degebant, cum multa deuotione contendebant ad sancti martyris ædem: quibus religiosus senex clàm se comitem adiunxit: cumq; ad portum peruenisset, conscensa naui, traiecit flumen, atque indè, vt erat per uisum iussus, ad martyris ecclesiam progressus est: ubi se humi prosternens, cum lachrymis ingentes Deo laudes dixit, qui sperantem in se ex tot angustiis ob sui martyris merita eruisset. *Certè præclarũ hoc est miraculum.* Expleta autem Missarum solennitate, religiosus senex ab ecclesia egressus, panem quem secum absportauerat, cuius esu tam longa itineris spatia emensus erat, è sinu protulit, & cùm abundè illi per uiam suffecisset, tertiam tantùm eius partem se vidit absumpsisse. Itaque quod supererat, coram omnibus in pauperes distribuit, meritaque sancti martyris per Dei prouidentiã quid ipsi contulissent, palàm indicauit.

Sed dum his referendis in martyris gloriam intentus sum, repentè animo succurrit aliud, quod iam cõmemoro. *Cap. 28.* Puella quædam diœcesis sancti martyris, primo diluculo egressa ad pascenda pecora patris sui, à quodam mihi incomperto spiritu arrepta, nihil neq; cibi, neque potus accipere uoluit. Cumque sic ad multos perdurasset dies, complures ex propinquis eius ad eam uenere, & tum precibus, tum obiurgationibus ad id eam adducere uoluere, ut cibum sumeret. *Puella toto anno nihil comedit.* Sed illa modis omnibus id recusabat, asserens se nullo cibi desiderio affici. Illi ergò vi parùm aliquid cibi ei in os ingesserunt, putà lac aqua permixtum. Quod cùm illa inuita accepisset, statim erecto capite, illud sanguine permixtum euomuit. Cernentes igitur parentes eius, se nihil proficere, missam eam fecerunt, interìm id inter se consilii capientes, ut eam Episcopo offerrent, sub cuius pastorali cura degebat. Ità ergò decessori nostro beatæ memoriæ Ioseppo Episcopo, cui Deo authore ego in honore successi, præsentata est. *Hic habes, huius historiæ authorẽ Cyrinũ fuisse Ratisponensem Episcopum.* Is uerò eam reprehendens, illis præsentibus iussit, ut parùm alimenti acciperet. At illa dicebat se edendi necessitate quasi quisquilias sensisse in membris suis, nec tamen ullam saniem pertulisse. Et est sanè admiratione dignum, quòd totum annũ absque ullo alimento egit, nihil interim de manuũ opere omittens, in sola faciẽ pallorem præ se ferens, quem inedia illi conciliabat. Porrò cuidam tunc secreta adspiratione Deus reuelauit, ut eam ad beati Heimerammi ecclesiam adducendam curarent. Sed cùm id alii recusarent propter laboris & itineris difficultatem, assensi tamen sunt, ut eam ad venerandum illum locum perducerent, in quo beatus pontifex gloriosum consummauit martyrium. Vbi illa in templum ingressa, prostrato corpore orauit, & ilicò sensit in stomacho edendi appetentiam: moxque ut potuit, præ auiditate surgens, panẽ sibi adferri petiit, eumque oblatum cum gratiarum actione accepit, & tanta promptitudine comedit coram adstantibus, acsi nullam unquàm edendi difficultatem pertulisset. *Meritis S. Heimerãmi eadẽ puella liberatur.* Ex qua re quid aliud colligendum est, nisi Dominum martyris sui merita palàm omnibus declarare uoluisse? quemadmodùm etiam in Euãgelio eum dixisse legimus de cæco nato, nec parentũ, nec illius culpa factũ, ut cæcus nasceretur: sed ut opera Dei in illo manifestarentur ad gloriam Dei. *Iohan. 9.* Quod idem de hac puella sentiendum existimo. Atq; etiam, vt hic liquidò posset intelligi, sanctum martyrem in miraculis, quibus præualet de supernæ pietatis prouidentia, se poscentibus intercedendo dimittere peccata, & per visibilia exempla in ecclesiis ipsius quæ coruscant miracula, remitti, ipso intercedente, peccata. Sed si ea, quæ per memetipsum didici, huius uiri miracula, aut quæ fidelium narratione cognoui, quibus adhuc quotidiè apud corpus eius tot insignes declarantur virtutes, explicare uelim, stylus scribenti non sufficiet. Quæ autem deprompsimus pro reuerentia sancti martyris, ea ueneramur, ipsique præpotenti Deo deuoti supplicamus, vt misero subueniat Cyrino. *Hic author prodit nomen suum.*

VITA S. LVTRVDIS VIRGINIS Sanctimonialis, excepta, vt opinor, ex ea quã scripsit Theodoricus Episcopus Treuirensis circa Annum Christi 950. Non enim puto fuisse ab eo tam breuiter conscriptam.

22. Septẽ. Patria & parentes S. Lutrudis.



BEATA Lutrudis in Gallia pago Partensi Catalaunensis diœcesis claris orta parentibus, patre videlicet Sigmaro, matre æquè Lutrude, bonis & Deo deuotis: vnà cũ sex suis sororibus in lege Domini per Eugenium sacerdotem sanctum edocta, & demùm p Alpinum Catalaunẽsem Episcopum sumpto velamine, virgo Domino consecrata est. Cui pater moriẽs, quia eam præ cæteris dilexerat, locum solitarium, quem ei in quodam monte pręparauerat, assignauit. In quo q̃ austerè & quàm sanctè uixerit, vix posset lingua referre. Habebat autem in omnibus præfatum Eugenium presbyterum conforratorem & exercitatorem ad bona opera & laudes Domini spiritalem. Cum quo etiã Romam orandi gratia, & vt sanctorum reliquias indè afferret, deuota perrexit. Quò cùm peruenisset, cuidã Iustinæ, famosę sanctę fęminæ, se coniunxit: cum qua continuis insistens psalmodiis, suæ sanctæ conuersationis odorem & opinionem latè dispersit, omnibus piæ vitę se præbens exemplum.

Vita eius austeritas.

It Romã.

Tribus verò mensibus sic Romæ peractis, apparens ei Angelus domini, dixit eam reliquias, quas petebat, ibi non assecuturam: sed vt ad propria rediens, & trãsgressis Alpibus, ad martyriũ beati Mauricii diuertẽs, eius reliquias obtineret, atq; eas in locũ paternum deferens, basilicam in honorem beati Mauricii cõstrueret. Narrata igitur visione S. Eugenio, manè iter arripuerunt: & cum ad vrbem Rauẽnatum peruenissent, & in domo cuiusdam ciuis, filiã unicam habentis, per id tempus infirmam, & ferè iam mortuã ac voce triduò destitutam, hospitio recepti essent, beata Lutrudis precibus matris mota, accessit ad lectulum puellę, & eam, oratione pręmissa, manu appręhendens, sanam erexit. Quę tantum miraculũ in se experta, rogauit S. Lutrudem, vt sacrum velamen sibi imponeret, secumq; cunctis diebus manere permitteret. Sancta autem primum concessit: alterum uerò, propter multã iuuenculæ pulchritudinem, nè periclitaretur, non admisit. Deduxerunt tamen parentes cum filia sanctam Lutrudem vsque ad proximam ciuitatem.

Puellam moribundam sanat.

Quibus dimissis, peruènit ad optatum monasteriũ S. Mauricii: vbi à custode Georgio castitatis opinione admirabili, cum omnibus suis omni humanitatis studio suscepta est, cui etiam virgo angelicam retulit visionem, pignora sibi S. Mauricii promittentẽ. Custos itaque visionem à Deo fuisse percipiens, virginis beatę conscius sanctitatis, ei petitas obtulit deuotè reliquias. Quas illa cum magno gaudio suscipiẽs, in locũ paternũ absportauit, atque super eas decentem construens ecclesiam, eam per proprium Episcopũ in honorem beati Mauricii curauit dedicari. Cui basilicæ hęrentem sibi condidit cellulam, in qua die noctuq; domino seruiens, hostiam viuam se ei iugiter exhibebat. Proprios enim redditus pauperibus tribuens, cilicio vestita, panem hordeaceũ tantùm, cũ aqua sumebat, semèl duntaxàt, aut bis in hebdomada reficiens.

Semp antiquitas magno in precio habuit sacras reliquias.

Nota vitæ duritiem.

Per idem tempus Pusinna, soror virginis, quę in vico Basionensi floruerat, ad mortem ęgrotabat. Quod cùm beatę Lutrudi nunciatum fuisset, putã sororem eius in extremis agere, tota noctę orans obtinuit à domino, ut non migraret à corpore, donèc eam videre mereretur. Manè igitur assumpto beato Eugenio, perrexit ad sororem, & inuènit eam iam per quinq; dies sine uoce iacentem. Ilicò autem reddita est ei loquela, & cùm Domino gratias retulisset, post sancta colloquia, inter mutuos amplexus sororum & oscula, Pusinna feliciter expirauit. Beata verò Lutrudis, expletis de more sororia exequiis, rediens ad propriam cellã, & de bono in melius semper proficiẽs, cùm tempus suæ uocationis adesset, plena dierum & sanctitate sublimis, migrauit ad Dominum ipsa die, qua passus est beatus Mauricius, & sepulta est in basilica, quam ipsa, vt pręlictum est, in honorem eius construxerat.

S. Pusinna

Felix obitus S. Lutrudis.

CERTAMEN GLORIOSI MARtyris Christi, Sosij Diaconi, ac Ianuarij Episcopi Beneuentani, & sociorum eorũ, authore Iohãne Diacono S. Ianuarij, qui eiusdẽ S. Sosij translationi interfuit.

PRAEFATIO AVTHORIS IN passionem & translationem.



POST nonnulla tyrocinij mei opuscula, quibus aliquantispèr iuuenilem animũ charitatis exercuisse videbar imperio, nullius fore disponebam intentionis, nisi vt magis hebetarer desidia, quàm somenta liuidę stomachationis alicui pro talibus subministrares experimentis. didiceras quippè, & satis didiceras, qualiter bilis ignita, linguę faculã torrens, contiguos vreret dentes. Huic ergò decreto cùm inclinatus animo adhęsissem, inter plurimorũ sodaliũ cœpi etiã & domini Iohannis uenerabilis sancti Seuerini abbatis, quẽ vnquàm refellere uefas æstimaueram, detrectare implorationes, adeò scilicet, ut ad id quod de sancto Sosio fieri postulabat, multifaria euadens obliquitate diuersus, modulum excusationis nullatenùs inhiberẽ. Quòd vbi vir strenuissimus animaduertit, non est passus vltrà dissimulationis prolongari funiculũ, sed per idoneos peruentores domino Stephano suggessit Episcopo, quatenùs eius amplitudinis interuentu obtineret, quod adipisci sua impetratione nequibat. Extemplò me pontificalis accersitũ sublimitas, taliter increpando accepit: Excidit ne tibi diacone, qualis sit fructus obedientię? excidit ne Samuelis iusta indignatio, dicentis, Melius est obedire quàm sacrificare? Cur ergò surda p̃teris aure, quod à Iohãne Abbate totiès posceris? An ignoras quãtas vtilitates taliũ narrationũ scripta cõuectent? Si n. in eis totius Christianitatis emolumẽta pcipiũtur, quarè tu tua q̃rens, ostẽdis te colaphis non esse disciplinatum Apostolicis? Sic præsul. & præsuli sic submissa voce respõdi: Si uestræ priùs discretionis lãce pẽsatur, quò potissimùm nostra vergat accusatio, iustissimè castigamur: sin aliàs, quarè tantis fatigamur redargutionibus? habet, inquã, habet affatim nostri cõpertus acumẽ ingenij, quomodò plurimæ martyrum passiones ea historiis & annalibus sunt decerptę, in quibus seriatim cõmendabatur qcquid gentilis illa perpetrabat examinatio. At nos, qb. nulla taliũ facultas suppeditat, quo exeq pacto cogimur, vt rectissimè fauorali denotemur mẽdacio, & ineuitabile pseudoepigraphi discrimẽ incurramus? Hãc p̃sul ipse apologiã tali protinùs authoritate cõclusit: Procùl hinc, pcùl, si placet, tota obiectionis ambago recedat. Est. n. exindè q̃dã scriptura lepida vt reor digestione cõtexta, quã me olim vi-

Iste Seuerinus Noricorum fuit Apostolus cuius corp' trãslatum est Neapolim.

1. Reg. 15.

vidisse recordor,& quidē quoniā longi tēporis meta relabitur, idcircò cunctando assero virum necne sancti Ianuarii gestis,cum quo fortissimus Christi athleta immortalem percurrit agonem , aliqua sit ex parte diuersa. Tamen hæc qualicunq; stylo prolata constet, sumenda est à te,& sicut certum est tuos fecisse maiores,quæq; sunt superflua reseca, necessaria subroga , inepta abiice, & vnà cum his quæ de inuentione corporis eius sunt ,fide tua qui interfuisti, in ciuilē redige compositionem, quatenùs pro tanti laboris recōpensatione , municipatu tandèm martyriali Christo largiente perfrui merearis. Ad hęc ego nihil vltrà respondere pręsumens,coactus inchoaui quod spontaneus recusabam. Sed quia in memoratis scriptis infatuato quamuis sale persinctis,nulla parentum ipsius, nec pontificis saltem , qui eum Leuitali redimitione dicarat, mentio inerat,& conquerentes ex hoc uiros etiam non spernendæ grauitatis perspeximus : ideò summatim commemorare libuit, ut nec ego sim in antea obnoxius, nec illius temporis pertinaciter inueusentur scriptores , quoniam multus accedere potuit euentus, aut latibuli scilicet,aut mortis , necnon & ignorātiæ,vel aliud quid verisimile, vndè iusta possit oriri excusatio,quòd silenter prætermiserunt. Tamen quomodocunquè acciderit, quia nulla valet modò coniectura censeri,constat me credulitate media , nihil irritum, nihil ambignum in istis posuisse narrationibus . Decæterò nunc agēdum est honorabilis abba,vt nupèr promissis orationibus sic sic meam iunes inertiam , quatenùs sit Deo acceptum & hominibus ratum huius nostri laboris conamen.

Author ab Episcopo rogatus præsentem cōscripsit historiā.

PASSIONIS HISTORIA.

CAPVT I.

23. Septēbris. Numerianus a socero suo occisus.

NVMERIANVS igitur Augustus cùm ex Parthicæ regionis demolitione reuerteretur , & propter oculorū quam incurrerat ægritudinem lectica in itinere vteretur,itá est ab Apro socero suo clandestinis perēptus insidiis, vt via fętore cadaueris necem eius post aliquot dies milites comperissent. Qui statim Aprum interficiētes , Diocletianum cuiusdam ex Dalmatia scribæ filium, tumultuosa vociferatione Cæsarem acclamarunt. Hic autem versipellis vt erat, Maximianum continuò Herculeum,moribus & feritate haud sibi dissimilem , consortem sibi asciscens , iniquo prælatu reipublicę summam inuaserunt. Sed quia Carinum præfati Numeriani germanum, qui superstes adhuc cum omni exercitu Galliarum commanebat in partibus , metuendum ducebant : idcircò in suis primordiis lentam commouerunt persecutionē in Christianos, scientes illi proculdubiò plurimos habere amicos, quos huius tituli sacratissima decorabat professio. Vbi autem Cęsar iste penès Murgum prælio deuictus occubuit, confestim illi tempus nanciscētes quo tyrannidem suam sęuire permitterent, proh dolor,per vniuersum orbem complices suos direxerūt, quatenùs quicquid Christianitatis culturę reperirēt , aut suis possent obscœnis mancipare cœremoniis , aut exquisitissimis addicerent pęnis. Succurre Domine Iesu , succurre agonizanti Ecclesiæ tuæ,ut perspicuus fidei candor,quò quia magis densitate caliginosę gentilitatis obrui satagitur,eò amplius te illustrante martyrialibus renitescat lucernis.

Diocletianus, Apro interfecto , Cæsar acclamat.

Carini Cæsaris cædes. Diocletiani et Maximiani crudelitas.

CAP. II.

CRuentissimis itaq; satellitibus omni sollicitudine suorū iussa dominorum adimplere studentibus,licèt omnis Campania, immò totus affligeretur mundus, tamen in oppido Misenatium potissima incubuerat persecutio: quia illic celebris paganorū frequentabatur occursus ,propter Vatis Sibyllę sepulcrum,haud indè longè discretum. Hac ergò tempestate beatissimus Sosius eiusdem ecclesiæ Diaconus, uir in quo cælitùs omnium charismatum dona confluxerant, secundùm congruam sui nominis vocationem, quia Sosius,si à σώζω Græco sermone deriuatur,Latinè Salutaris exprimitur: cúm nocte dieq; quamuis palàm, ob insidias persecutorum non auderet conuersari,tamen ad nil aliud erat intentus,nisi ut incredulos inuisaret ad fidem,& fideles ad imminentes corroboraret agones. Cuius industria dum longè lateque flagraret,& opinio bonitatis in dies accresceret,intantùm cœpit ab hominibus fore dilectus , ut Ianuarius Beneuentanæ sedis egregius Antistes, licèt maioris esset dignitatis , magni tamen Dei vsque ad mortem se humiliantis imitator effectus,sedulus ad illum visitādi gratia properaret, & doctrinæ pabulum mutua sibi subministrantes affluentia,non solùm animos suos ad cęlestia subleuarent, sed & Dominicum gregē per sacra colloquia informarent. Mira sanctorum dilectio,mira & stupenda constantia. Nam cùm nulla fatigatione itineris,nulla terroris intentione retraherētur,quin uicariam sibi exhiberent affectionem: accidit autem nutu diuino , vt idem Domini Antistes ex more veniens,reperiret illum fortè in cętu fidelium, sacrosancta Euangelia sonoro iubilo personantem : moa pater optimus pietatis amore contractus substitit, & feruorem tantæ alacritatis diù multumq; admirans,subitò clericatum uerticem eius uidit perspicuā effundere flammam,cuius oblectatione perculsus,intellexit protinùs documēto scripturæ imbutus, quid coruscationis radiaret in illa,quidve portenderet inflammatio ipsa,& lætus in cęlum cum gaudio palmas sustollens, ineffabilem Christi gratiam seriamque dispensationem ex intimis cordis organis collaudauit . Dehinc perpendens id nulli pręsentium nisi sibi soli apparuisse , properanter accessit , & constricto super eum incumbens amplexu, flammigerum illud caput spiritualibus delinicbat osculis,& coram adstantibus martyrii tandèm diademate coronandum iterùm iterumque profitebatur .

Sosius Misenatæ ciuitatis Diacon⁹.

Ianuari⁹ Beneuentanus Episcopus Sosio familiaris.

Visio S. Ianuarij.

Vaticiniū eius.

CAP. III.

O Religio sanctitatis, ò deuotio charitatis, ò vaticinatio veritatis. Dum enim talia tantaque pręsulis pariter & Leuitæ dona consideramus, omnis penitùs admiratio nobis adimitur,sensus hebescit, lingua torpescit. Quis vnquàm iā eloquens tāq; facūdus dignè potest exprimere , qualiter isti de religione ad sanctitatē , de deuotione ad charitatē,de vaticinatione cōsequenter ad veritatē pertingere meruerūt? Illā inquā veritatem,quæ multò antè spōdere dignata est: Ignē veni mittere in terrā,& quid volo nisi vt ardeat? Si enim per ignem charitas quę Deus est,& per terrā corda humana intelliguntur : rectè ignis iste in vtrorumq; ardebat pręcordijs, & tam vehementer ardebat, vt uni, qui secūdum Apostolū Christum habebat caput , in uertice redundaret : alteri quoquè, qui secundúm Euangelium beatos habebat oculos,resplendesceret in obtutu. Ambo ergò beati, ambo felices, qs ambo nimirum illis sunt donati muneribꝰ,quæ olim filiis nascentis Ecclesię loqui & prophetare vnanimiter instigabant. Quid enim ? nunquid iste non fuit ille ignis , qui repentè super Apostolos intonans,ora illorum per varias discreuit loquelas? Nun

Luc. 12.

1. Iohā. 4. S. Iannarius & Sosius,charitate & Spiritu sāncto pleni.

Act. 2.

Atrocissimé vapulant.

quem vos insanisse putatis, quatenùs cum eo vitam adipisci mereamur ęternam. Talibus extemplò dictis censor exarsit in iras, & sine mora furens, vapulare sanctos penè ad internitionem præcepit, ipso etiam desupèr intonante: Hæc est suauitas collegii, hęc est iocúnditas contubernii, hæc inquam sunt oblectaméta Sosii, in quibus vos toto epulari optastis affectu: in his porrò delectabiliter conuenit gratulari, donèc cósultiús excogitemus, quid aliud nostræ humanitatis vobis dignanter impartiri possimus. Crudelissime arbitrum, quarè in famulos Dei furia tanta baccharis? quarè vltra modum sæuire disponis? necesse est enim, vt aula fidei eorum procacioribus impetatur turbinibus. Sed quia iam tu ea parte compertum habes, quo fundamento locata consistat, subrogandus est tibi alter sæuissimus, qui ex toto cognoscat, qualiter illam architectus Christus supra petram suam inconcussè fundauit.

Irridentur a Iudice.

Mat. 7.

CAP. VIII.

Timotheus Præses a Diocletiano creat.

CAEsis ergò martyribus, & cum sancto Sosio in vno conclaui reclusis, Diocletianus execrabilia Imperator Timotheum quendam paganissimú Campaniæ præsidem substituit, ità duntaxàt, ut insatiabili feritate fideles persequeretur. Qui adueniens, dum ex more vrbes accepti præsidatus inuiseret, Nolá adiit, ibique diebus aliquot remoratus, officium de gestis & iudiciis præcedentium subtiliter inquirere cępit. Mox autem vbì reperit, quòd Sosius Dei confessor & martyr cum Proculo diacono, Euticete simul & Accutio laicis, apud Puteolanam vrbem ergastulis macerati pro Christi nomine tenerentur, statim & beati Ianuarii mentio facta est, eo quòd Sosium pro quodam inflammationis pręstigio officiosissimè visitaret, & propensiús omnes ad passionis tolerantiam confortaret. Hac protinús suggestione consul inflatus, Eià, inquit apparitoribus, perniciter iste accersatur, qui tâtæ præsumit authoritatis esse, ut ipse ocyús perpendat quantæ sit uigoris altitudo nostra, & ità, si est illi commodius, cæteris consulere discat. Citò ergò & citiùs pulcherrimus præsul ante tyrannum allatus, multis sponsionibus hortatus est, ut sacrificia libaturus accederet: Sed cùm nullis posset blanditiis ab orthodoxæ intentionis culmine deiici, proiectus est in fornacem, quam per triduum dux ipse nimis accendi pręceperat: de qua ità Deo custode incolumis est egressus, ut nec crinibus esset nec uestimentis saltem adustus.

Ianuarius Episcopus, apud Iudicem accusatur.

Proiectus in fornacē ardētē nō læditur.

CAP. IX.

Dan. 3.

ECcè Timothee, antiquum illud trium puerorum miraculum nouiter Dominus per martyré suú operari dignatus est: sed quia tu peruersissime dæmonum id magis ludificationibus, quàm diuinæ potentiæ adscribis, cui debito iure omnis creatura famulatur, rectò de te dici potest examine: Rex Babyloniæ surget in iudicio cum Timotheo isto, & ampliùs condemnabit eum. Quia ille, uiso tanto miraculo, statim Chaldææ dignitatis fastus deposuit, & ad prædicandum Dei virtutem, voce, literis, hortamentisque omnibus est accinctus, & ut né quid minús exhiberet, famulos eius tanta sublimauit honorificentia, ut in omni regno suo primates eos fore decerneret: Tu autem è contrario phantasma putans tantum miraculum, nec Christo magnitudinem, nec martyri eius aliquam exhibuisti reuerentiam. Et ideò nunc te, tuúque complicem Draconium vna manet remuneratio, quia vna fuit mentis excæcatio. Ille nanque Sosium Diaconum tenebris obtulit, ut tenebrarum principi mancipáret: Tu Ianuarium præsulem in ignem proiicis, vt vnà vobiscum perpetuo combureretur incendio. Sed quia perspicua sanctorum deuotio & ignem spreuit & tenebras t superest, ut atrocius supplicium Ianuario inferas, quatenús tandém cum Sosio copulatus, pariter ad desiderii sui pertingant effectum.

Attēde lector hanc sententiā.

Ibidem. Dan. 3.

S. Ianuarii Sosii passione socius.

CAP. X.

NEquissim⁹ itaque consul denuò sanctum Ianuarium suis pręsentari fecit adspectibus: quem cùm robustiorem in fidei reperisset arce consistere, iussit ut nerui à corpore ipsius abstraherentur, & ità decretis ad custodiendum militibus traderetur. Heu ducem cruentum, heu crudelem tyrannum, cuius atrocitas etiam elementa transcendit. Ignis quidem potuit suę uoracissimæ repugnare naturæ, & martyrem incolumem custodire: Iste verò communis naturę oblitus, vnde compungi ad veniam debuit, indè carnificis feritatem exuperauit. Miser ille aut non fuit humano figmento compactus, aut crudelitas eius sæuior fuit sæuissimis cunctis.

Iterū grauiter torquetur S. Ianuari⁹.

CAP. XI.

AVdientes interea duo ex agmine clericorú eius, Festus scilicet Diaconus & Desiderius Lector, quód eorum pastor pro Christi nomine in vinculis teneretur, continuò inflammati a spiritu sancto, Nolam properarunt, & eiulantes clamabant: Quarè talis pontifex coarctatur? Quarè tantus pater affligitur? qui vt omnes lucrifaceret, omnium compati necessitatibus procurauit? Mox eos impiissimus dux sibi cum suo pręsentari iubés Antistite, sciscitatus est eos cum Ianuarium si suę ditionis essent. Cumque ille respondisset, quòd unus Diaconus eius esset, & alter Lector, pręses intulit: Tène, inquam, & isti sequentes, Christianos se autumant esse? Erectis itaque piissimus pastor in cælum oculis, Spero, inquit, in Deo meo, quòd non solùm verbo, sed & opere veracissimi sint Christiani. Tunc consul eis de huiuscemodi religione interrogatis, vbì audiuit quòd ouanter pro tanto nomine mori essent parati, nimio succensus furore, præcepit illos ante currum suum catenis innexos, usque Puteolanam protrahi vrbem, vt vnà cum Sosio & Proculo diaconibus, nec non Euticete & Accutio laicis, ad discerpendum bestiis traderentur: quatenùs artubus sanctorum horribiliter laniatis, ille viuendo suam rabiem satiaret. Dic, rogo, insanissime consul, dic irarum minister, quó te furor tuus impellit? Hactenus Ianuarius solus, fide non ferro munitus, facillimam de tua vecordia inuehebat insultationé, & nunc cum Sosio cæterisque coniunctus, minoris virtutis efficitur an potioris? Si enim pręcipiti furiarum tua voragine non fuissent absorpta pręcordia, nequaquàm sanctos Dei, sicut erant mente, ità corporibus sociares. Ergò quia nunc de teipso facis ludibria, videbis qua facilitate martyres nostri de te bestiisque tuis triumphent.

1. Cor. 9.

Festus & Desideri⁹ eius discipuli Christū profitētur.

Ducūtur captiui.

CAP. XII.

CVm autem beatus Ianuarius carcerem esset ingressus, quo fortis Leuita Sosius tenebatur, cępit omnium deosculari capita, maximè sancti Sosii caput amplexans aiebat: Eccè sanctum & venerabile caput, quod olim spiritus sanctus martyrizandum portendit: eccè caput, quod olim cælestis flamma depascés, & rosea serta paradisi coronandum præfigurauit. Eià nunc fratres viriliter contra antiquum hostem & eius famulum Timotheum pugnemus, viriliter dimicemus: quia idcircò me huc Dominus direxit, ut nec pastor à grege, nec rex à pastore uideatur diuelli. Nullius, inquam, blandimentis, nullis comminationibus à Christi societate sequestremur: quia fortissimus Iesus cęlitùs prosternet omnes aduersariorum nostrorum acies. His ità peractis, altera die præcepto tyranni in eadem ciuitate arena parata est, & consul ad

S. Ianuarius oēs cōmilitones suos in carcere consolatur, & cōfortat.

amphi-

amphitheatrum cum innumerabili multitudine promiscui sexus & ętatis perueniens, palęstras Christi pariter ad bestias exponendos fecit adduci. Tunc martyres Crucis se munientes presidio, uelut ferrei montes stabant immobiles, & oculos palmasque leuantes ad sidera, intimis ex organis propulsabant tonantem. Mox mirum in modum, vbi bestiæ catenis solutæ, & in sanctos furibundo impetu irę coactæ sunt, sic affuit misericordia Domini, vt velociter omnem feritatem in mansuetudinem conuertentes, velut oues mitissimæ ad pedes sanctorum procumberent. Cerne vecordissime consul, cerne tropęa martyrum, quos facilius sub uno collegio, quàm singulari congressione vincendos existimasti. Torquere nunc magis magisque liuore sęuissimo, & lymphatica intrinsecus rotare vertigine: quia illo sunt omnes in bestiali summissione circumuallati tutamine, quo Ianuarius in voracissimis flammis, & Sosius in carceralibus tenebris. Disce ergo miser, disce dona hæc fuisse cælestia, & non magicæ artis phantasmata: quoniã nihil vnquàm potest ab immundo mundari, & à mendace nihil veri aliquandò dici.

Sancti martyres leonibus obiiciuntur, à quibus lædi nequeunt.

CAP. XIII.

POpulus autem, qui ad tale confluxerat spectaculum, in stuporem & submurmurationem conuersus, tantum pauorem stultissimo præsidi incussit, ut sanctos continuò ea amphitheatri squamate ad forum duci præciperet, & furentem dictaret sententiam, dicens: Ianuarium Episcopum, Sosium, Proculum & Festum diacones, vnà cum Desiderio lectore, Euticete atque Acutio laicis, quos à Christi cultura nullis potuimus reuocare tormentis & imperialibus subiice re cæremoniis, capite plecti iubemus. Beatus verò Ianuarius fide promptissimus, pietate prouidus, extemplò Dominum deprecatus est, vt oculos iniquissimi præsidis, qui multos à lucis tramite pro defensione dęmonum deuiarat, tenebris prosterneret, quatenùs hoc alii videntes, ad lucis fidem & salutis resipiscerent pœnitentiam. Mirabilis Deus in sanctis suis. necdùm martyr verba finierat, & nimius horror ducis oculos ita obtexit, ut præ dolore ingenti festinaret officium ad martyrem reducendum. ducebatur autem iam à carnificibus cum aliis ad sulphuratorium, ut ibi decollaretur. Ecce nunc Timothee, si iuste pro tuis dimicasti diis, ernant te de hac intolerabili cæcitate quam incurristi: si autem nequeunt tibi restituere sanitatẽ, implora martyris suffragia, vt luminis tibi ministerio restituto cognoscat gentilitas omnis, quia plus martyres nostri possunt quàm dii vestri.

Iubentur capite plecti. S. Ianuarii oratio pro cõuersione populi. Psal. 67. Cõsul ac ui lumi cęcitati incurrit.

CAP. XIIII.

CVm autem velociter beatum Ianuarium reduxissent, consul cępit clamare & dicere: Ianuari serue Dei excelsi, deprecare Deum tuum pro me, ut lumen valeam recipere quod amisi. Mox sanctus Ianuarius pro circunstantibus populorum cateruis vociferanti duci compatiens, celerem illi sospitatem à Domino impetrauit. Sed quia reprobi semper de beneficio peiores fiunt, consul vtpotè derelictus à Deo, cerneos tantam multitudinem hominum ferè quinque millium conuersam ad Dominum, ualdè turbatus est, & nè decreta principum prateriret, iussit properè sanctum protrahi, & cum cęteris martyribus decollari. Sancti verò dum psallendo ad locum desti natum peruenissent, flexis in oratione poplitibus Deo se commendarunt, & spiculatorem ut feriret hortãtes, brauium sunt perpetuæ felicitatis adepti. Christiani autem diuersarum vrbium cùm sollicitè lucubrarent, vt patronos sibi rapere diuina collatione valerent, Neapolitani beatum, Ianuarium reuelatione cõmoti sustulerunt: Puteolani quoque S. Proculum, &

Orat S. Ianuarius pro illuminatione eius. Quinque hominum millia eius illuminatione conuertuntur. Plectuntur capite pro nomine martyres. Diuersis locis eorũ corpora sepeliuntur.

sanctos Euticetem & Acutium: Sanctus verò Festus & Desiderius, promerente Ciphii cuiusdam deuotione, Beneuentum perlati sunt: Beatissimum denique Sosium Leuitam ciues sui Misenates tollentes, in mirifica collocauerunt ecclesia die nono kalendarum Octobriũ, de qua Deo prouidente post multorum annorum curricula qualiter Neapolim translatus sit, sub testimonio fidei veraci & simplici stylo prosequemur.

Inuentio & translatio corporis sancti Sosii.

CAP. XV.

POst euersionem igitur Luculani oppidi, sicut in alio constat libello expressum, cùm memoratus Abbas corpus sancti Seuerini meruisset adipisci, cœpit sese omnibus præparare impensis, vt ad honorem eius opitulante Deo basilicam camerato posset ædificare labore: ac pro hoc dum ubiquè solicitus inuestigaret, sicubi tanto operi competentem valeret inuenire materiem, ad Misenate direxit castellum. nam sexaginta euolutos iã penè per annos, ab Hismahelitis erat demolitum oppidum illud, & ad solum usque prostratum. Monachi verò qui ad hoc transmissi fuerant, dum humana curiositate, quæ more solito semu lat semper ignota scrutari, diuersa per loca subissent, ad contemplandam ipsius Episcopii fabricam procesferunt. Indè cùm ecclesiam sancti Sosii fuissent ingressi, & sub illo ingenti lustrassent singula templo, tres literas propè obliteratas ex eiusdem sancti vocabulo conspexerunt. Quarum schemate protinùs exhilarati, Eamus, inquiunt, eamus, & domino Abbati ta lia nunciare non remoremur. Qui euestigiò regrediẽtes, & cuncta quæ fecerant secundùm regularem institutionem recensentes, adiecerunt: Si tua, pater honorande, voluntas est, possumus sanctum reperire Sosium. vidimus enim in ipso pariete, cui altare subiacet ipsum, tres apices quasi latitantes, qui nostris pro certo mentibus indiderunt, quòd si quilibet lector idoneus affuisset, incunctanter ad rei veritatem pertigeramus. Horum itaque assertiones tacito Abbas ipse corde reuoluens, compescere priùs eos honesta studuit grauitate. Dein, quia illi quodam instinctu magis ac magis talia repetebant, insupèr & promptis affirma bant attestationibus, consentit tandem. Sed quia non fore canonicum æstimauit, absque pontificali licentia, cuius & iuris erat, illuc transmittere, per auxilium Domini sacerdotem meæ indolis præceptorem, supplicando direxit domino Stephano Episcopo, quatenùs si diuina largitate donatus munere tanto tamq; præclaro fuisset, permissu eius in suo monasterio collocaretur.

De S. Seuerini translatione, lege Vitam eius 8. Ianuarij cum fuerit. Misenate oppid diu olim ab Hismaelitis funditus euersum.

Monachi S. Seueri ni inueniũt S. Sosii sepulcrum.

CAP. XVI.

TVnc Præsul pio suspirans affectu, Annuat, inquit, Dominus precibus seruorum suorum, & aperiat illis thesaurum misericordiæ suę: quia multi fuerunt, prorsùs multi, qui se ad illum inueniendum omni studio accinxerunt, sed occulto Dei iudicio nunquàm exindè ad effectum pertingere potuerunt. Nam Sicardus princeps Longobardorum, post innumera mala, quibus vrbes nostratium afflixit, etiam ad hoc prorupit, ut sepulcra suffoderet, & sanctorum ex eis corpora subleuaret: sed martyrem hunc, licèt alium pro alio reperisset, & nomini eius ecclesiam consecrasset, nequaquàm inuenire potuit. Postmodùm quoquè dominus Athanasius Episcopus sanctę memoriæ ger manus meus summa probitate, huius margaritæ inuestigator extitit, sed nec ipsi collatum fuit. Nunc autẽ, si diuinæ voluntatis est ut illis pandatur, quis est tam demens, qui contraria supernæ dispensationi nitatur? Talibus confestim eulogiis animatus Abbas ipse, accersiuit me Iohannem sancti Ianuarii diaconum, & Aligernum

Obtinet à Stephano Episcopo licentiam trãsferendi S. Sosii exuuias.

Hic habes hui' histo r'a autho rē Iohannem Diaconum.

Aligernum primicerium, & Petrum subdiaconem: & facta nobis præceptione, iniūxit, vt cum Iohanne co gnomento Maiorino præposito suo, & Athanasio illustri monacho Misenum proficiscētes, nostro discerneretur arbitrio, si quid acceptabile tanta monachorum insinuasset assertio.

CAP. XVII.

NOs quidem tanto viro haud segniter obsecundantes, altera die iam inclinata ad vesperū Sagenam ascendimus & Puteolos annauimus, ibique parua quiete corpora procurantes, simili nos somnio de inuentione martyris lætificarunt Athanasius monachus & Petrus subdiaconus. Sed quia multos errare somnia fecerunt, idcircò nec penitùs detraximus, nec accommodauimus fidem. Tamen euestigiò surreximus, & ante lucem ad illud sancti Sosii properauimus templum: vbi dum ex more matutinales decantassemus hymnos, & velut homines diù ad tantarum enormitatem camerarum obstupesceremus, inuētores literarum tandem vocauimus, & nobis apices ipsos monstrari præcipimus. Quibus examussim perpēsis, & fratrum simplicitate considerata, non subsannādo sed compatiendo diximus: Hæc, inquam, fratres tria grammata vestram potiùs declarant intelligentiam, quàm aliquid emolimenti conferant. Si enim euidenter cognoscere vultis quid hæc innuisset exaratio, versus fuit olìm huius abolitæ imaginis desupèr stantis. Mox omnium deriguit animus, & quanta priùs lætitia gestierat, tanta subitò mœstitia retrahebatur: Ità duntaxàt ut memoratus Præpositus cōmotus aduersùs ipsos monachos diceret: O vtinàm nunquàm vestra loquacitas audita fuisset, eccè homines isti tantam fatigationem pro charitate fraternitatis arripientes, vacuos sese hinc discedere ument. nam cœperant fodere circum altare quod illis ostenderā, sed nihil inueniebant, nisi sepulturas inanes.

Desperāt ꝑnominati monachi de S. Sosii corpore inueniendo.

CAP. XVIII.

AT egò interím vnam contemplabar fenestrām, & tacitus admirabar non solùm situm eius qui in tanta mole tam tenuis videbatur expressus, sed antiquorum maximè industriam, quę in condendis corporibus, immò in omni artificio tanta calluit astutia, vt difficiliùs posterorum animaduersio pateret. Dum hæc autem mecum ipse reuoluerem, subitò quadam inspiratione perculsus, Aligerno primicerio & Athanasio monacho, qui mihi dextrorsùm assistebant, dixi: Si quid veri mens mea conicere potest, plus hæc fenestra deceptionis quàm lucis habere videtur. Et illi: Quo, inquiunt, modo? quibus ego: Si ad integrum lustrari quiuissem, qualiter locata cōsistat, statim propalatum fuerat, quomodò cunctos quæsitores martyris huius valdè fefellit. Sic fatus vnà cum ipsis, ex templo forás egredientes, certatim per dumos & vepres aditum tentabamus. succreuerat enim illic horribilis saltus, quem densi complerant vndiquè sentes. Horū ergò lacerationibus cùm fœdissimè vulnerati debilitaremur, Athanasius plenæ deuotionis monachus quamuis laniatus, tandèm prorupit, & me pręgaudio terque quaterque nominatim exclamans, se cominùs applicuisse vociferauit. Tunc nos alacriter in eādem regredientes ecclesiam, innixumque illum super eandem fenestram conspiciētes, sciscitati sumus quo curtis uergeret illa, quali themate piscina surgeret ipsa: cumque ille consultiùs ad singula respondisset, latomis confestìm accitis: Eià agite, inquam, præcipitate moras, & altare hoc ad demoliendum totis surgite uiribus. Nulla cunctemini reuerentia: quoniam melius est, vt nostris honorificè nunc euellatur manibus, quàm posteà Saracenorum vel sacrilegorum perfidia contemptibiliter diripiatur, si fuerit integrum in tot ruinis relictum. Et spero equidem in Deo meo, quòd hodiè totius fatigationis & altitudinis immemores pariter de bonis Domini gestiamus.

Athanasi' sedul' explorator ꝑdit locū sepultura S. Sosii.

CAP. XIX.

MOx illi velut si cælesti oraculo exhortati fuissent, properè corripiunt trullas, & ouanter nostra iussa facessunt. Cito ergò citiùs altari destructo, apparuit musiua quæ sub eo latebat effigies, sancti Sosii titulata literulis, & Angelicis coronata manibus, cuius habilis nitor ità omnes illiciebat, ut Iohannes præpositus illam ex ipso pariete, non nisi immutilatam euellere, & secum exindè integram perferre desideraret. Sed quia omnis ista intentio sub uno cęmentarii est ictu frustrata, conuersus ad transfodiendum ipsum parietem vnà nobiscum fremere cępit auiditate tota. Nam visa illa prærogatiuæ inuentionis effigie, sic sic omnium incaluerat animus, vt esset uidere, quasì alter alterum niteretur excludere, dum unusquisque singulariter suum ostentare seruoris studebat affectum. Sub hac nempe laudabili altercatione largiùs exciso pariete reperimus inextricabilem ad instàr specuum machinā, quæ cunctum nobis auferebat prospectum. erant nanque quatuor sepulcra inania, super inuicèm posita, & duo hincindè subiecta, sed sibimet uno mechanicæ artis glutino copulata, ad quorum mirabilem concatenationem exprimendam facundissimus, ut reor, etiam torpuerat, si ab inferis emersisset Homerus. Sed quid potest contra benignam Dei largitatem humana ualere sagacitas? cùm scriptura proclamet, Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum? Celeriter ergò contritis & istis, tantæ iocunditatis odor, ac si cupressi videlicet efflauerit ab intimis, ut non solùm ipsa die nos inexplebiliter, sed etiam penè ad medium mensem satiaret omnes illuc accedentes: & mirum in modum quanto plùs naribus odor ille ambrosius attrahebatur, tāto delectabiliùs hauriebatur. Huius itaque suauitatis manante fragrantia, quid nisi quod suprà in Domino confisus spoponderam? protinus abolita est omnis grauitudo laboris, fugit omne fastidium ambiguitatis, & succedente lætitia, curiosissimis oculis latebrarum penetralia considerabamus. Sed quia sub illis cauernis variè retundebantur acies intuentium: allatum est lumen, & euidenter introspicientes, cùm vidissemus arcuatam tumbam adinstàr basilicæ breuioris expressam: perculsus sum ilicò relatione euentus domini Athanasii maioris Episcopi, qui quendam presbyterum ætate prouectum, & Misenatis excidii superstitem, eidem præsuli suggerentem audierunt, quòd sanctus Sosius, sicut prædecessorum suorum continuata traditione didicerat, in ecclesiola super se reconditus esset. Ad hanc ergò cominùs accedentes, corpusque sanctissimum intuentes, non mihi si linguæ centum fuissent, oraque centum, & ferrea vox, exprimere potuissem quanto gaudio gestissem. Reuerà enim pro ingēti lætitia vberum etiam labrymas fudimus, & debitas omnipotenti Deo gratias cōsona uoce persoluentes, misimus ex consulto circunquaquè, ut omnes occurrerent, & essent non solùm ineffabilis nostrę epulationis participes, verùm etiam & tantorum Christi magnalium testes. Intereà nos coram ipso mausoleo diuisis chorulis, hymnos Dauidicos concinentes, mirabamur tam celerem tamque frequentem populi concursum. Affluebant enim plurimi, non tantùm ex adiacentibus castellis, sed etiam ex illis qui pro fouendis corporibus ad ipsas venerant thermas: quoniam fama, mirabile dictu, præuenerat iam nuncios nostros, & omniū penetrarat ad aures.

Eccè antiquorū patrū curā in recōdēdis sanctorū reliquijs ne aliquādo ab Ecclesia hostibus prophanētur.

Prou. 21.

Suauissimus odor ex sepulcro S. Sosii emanat.

Multi ad eleuationē sancti corporis eius cōfluūt populi.

CAP.

CAP. XX.

Visio Iohãnis Diaconi, authoris huius historiæ.

HOrum siquidem cùm tota die sustinuissemus ad uentum, & eadem nocte illic excubassemus, delectabile somnium, immò, sicut pòst docuit exitus ueritatis, indicium vidi. Nam cùm vigiliis curisque confectus, eminùs procubuissem, & vt matutinalibus horis assolet plerunquè fieri, ancipiti fuissem sopore correptus: duos ex eiusdem tumuli adytis conspexi prodire iuuenculos, crine nigerrimos, oculis sidereos, vultu prospicuos, habitu niueos, & vt breuiter dicã, tota iocunditate Angelicos, quorum pulchritudo sic me attonitum reddidit, vt nequirem interrogare q essent. Tamen cùm ipsi ad me studerent quasi pedetẽtim accedere, nè videlicet gressus allideret in lapidibus ibidèm congestis: & ego quodam pręstolarer affectu, cum eis impartiri sermonem, Iohannes præpositus insolenter exclamans, me è grauissimo somno excussit. Contra quem grauiter commotus dixi: Non tibi vnquàm feruide frater relinquatur inultum, qui tua me improbitate tanto bono repente priuasti. Et exposita illis uisione mihi pertæsum & cæteris, ipsi quoquè pręposito miseranda confusio ingeminabatur, adeò quippè, vt ora vicissim replicantes, vario conijcere studeremus assensu quid tanta uisio inuenisset. Aestimantibus autem aliis sic, & aliis aliter, eccè Iohannes Cumanus Episcopus cum omnibus suis, & ipse accitus affuit, qui diligenter martyrialia membra perlustrans, & ea omni adhuc compage solida obstupescens, Verè, ait, olim Dauid sanctorum incorruptionem attendens cecinit: Dominus custodit omnia ossa eorum, vnum ex eis non conteretur. Et conuersus ad populum exclamauit: Nulla fratres interfit dubitatio, nulla cũctationis vestigia cuiuslibet in corde remaneant, quia hic est profectò Sosius Leuita & martyr, cuius caput quondàm pro Christo abscisum ceruicetenùs illi modò locatum & dexterum paulisper ad humerum inclinatum, luce clariùs contemplamur. Dixit, & Missarum solenniis ibidèm celebratis, vnà nobiscum alternatim coram locello psallentibus, vsque ad mare descendit.

Iohannes Cumanꝰ Episcopus uenit ad S. Sosii eleuationẽ.

Psal. 33.

Corpus S. Sosii apparet integrum.

CAP. XXI.

Exponit naufragium.

REuertente autẽ eo, & vniuerso populo, nos ratẽ ascẽdimus, & cũ ingenti tripudio cępimus tranquillissimum remigare per æquor, vbi nobis accidit haud silendum miraculum. Nam cùm litus auerni tuto cursu præterissemus, & oris iam Puteolanis successissemus: subitò nimbosus turbo assurgens, toto in nos stridore, totaque intensione fremere videbatur. Mox conturbatis monachis & valdè fluctuantibus animo, Nolite fratres, aiebam, nolite frustrà merere: si enim iste sanctus ad ea vult loca subire gloriosus, ea quibus aliquandò fortis propugnator euasit, non fortuitò, sed quadam superno nutu, credamus hanc nobis ingruisse procellam, & ideò nec obniti contrà, nec rẽdere fas est: sin aliàs, & magis ac magis crebrescit, nihil est aliud nisi sedet huic, vt post sexcentos & quindecim annos ex quo ad superos migrasse creditur, marinis abluatur lymphis: quòd si præuidero ego, ante omnes cui cominus assidet, tam diù caput locelli huius istis imprimo vndis, quousque aut benè lotus ex eis emergat, aut istos tumentes velit nolit præstet cõponere fluctus. Mirandis plùs miranda succedunt: vix hæc edideram, & tanta consequuta est tranquillitas, ut iam pacatum per fretum litori scapham appulissemus, obstupescentes nimirùm uirtutem martyris, etiam in verborum facetiis efficacem.

Sedantur marini fluctꝰ S. Sosii meritis.

CAP. XXII.

REfectis itaque celeriter in ipsa puppi, quæ necessaria erant, ire perreximus. Sed quia propter innumerabilem diuersæ conditionis & ætatis occursum, eodem die Neapolim attingere nequiuimus, Luculanum sumus ingressi castellum quanquàm euersũ: & posito locello in ecclesia vbi prius sanctus requieuerat Seuerinus, copiosas asciariarum & insignium fęminarum cateruas obuiàm habuimus. Tunc nihilominùs & Iohannes Abbas nuncio nostro excitus, cum omnibus monachis quos inuitauerat, aduenit, & gratiarum actione in Deum celebrata, per totam noctem vnanimes Græcam Latinamque psalmodiam sonoris uocibus concreparunt. Manè igitur facto, Stephanus Episcopus & Gregorius consul cum omni populo sanctis occurrerunt exequiis, & pro inexplebili gaudio, præceperunt nobis cuncta sibi suggerere quę de inuentione ipsius fuerunt. Quibus cùm omnia seriatim sicut præscripta sunt insinuassemus, quinetiã & congruè subiunxissemus, qualiter amplitudo corporis eius secundùm staturam æquiorem ad quã metiri & comparari potuit uenia digna, quinque pedũ & sex digitorum prolixa fuisset: protinùs idem Antistes miro succensu amore, inquit: Felix ille, quem, & in hoc seculo ad expugnandam ethnicorum perfidiã robustissimum Christus formauit, & nunc in illo triũphantium grege inter primos primum coronat athletam. Hæc & his similia cùm longi sermonis affatu protraxissemus, & insatiabilis audientum deuotio, eadẽ iterùm iterumque repeti concupisceret: deductũ est sanctissimum corpus cum omni gloria in monasterium diffamati Abbatis, & nec multò pòst per manꝰ prælibati Antistitis reconditum est in altario ecclesiæ sancti priùs Seuerini uocabulo dedicatę, ubi omnibus se petentibus innumera pręstare beneficia non desinit, ex quibus tria tantummodò istis commẽdamus literulis, cætera quia multa sunt, & incompręhensibilia, feruore potiùs celebrentur.

Vbi est Seuerini uefus.

Eccè antiquam populi deuotionẽ in excipiendis Sanctorũ reliquiis.

Reconditur sacrũ corpus eius ĩ ecclesia S. Seuerini Episcopi.

CAP. XXIII.

QVædam deniquè puella nobilium famula, miserabilibus articulorum coarctata doloribus, cùm ad huius sancti ecclesiam perlata fuisset, & lita membratim ex oleo lucernæ coram ipso altari indeficienter ardentis: reuecta est domum, ibique post aliquantulos dies tantam est consecuta sanitatem, ut illam martyris interuentu fuisse saluatam nemo fidelium ambigat.

Puella quędã paralysi vexata, curatur.

CAP. XXIIII.

FIlius deniquè puer, cùm propter horribilem capitis dolorem sæpiùs crassum vomeret ore cruorẽ, & nullam medicinali artificio posset adipisci medelam: ductus est iam semineci à parentibus, & coram ipso altari proiectus. Quorum fidem & eiulatum custos ecclesię, uir celerrimæ compassionis, ut uidit, cõfestim pueruli frontem & tempora ex membratæ lampadis oleo perunxit, atque ità vt allatus fuerat moribundum iacere permisit. Mox mirum in modum cęperunt ex auribus eius vermiculi prodire quàm plurimi, & velut si quodam stimulo agerentur pręcipites in terram defluere: quibus ad vnum explosis, laudabile dictu, redintegratus est sensim puer vigori pristino, & quem genitores ante paululùm moriturum lugebant, repentè gaudebant incolumem magnificantes Deum, qui per martyrem suum tanta beneficia pręstat indignis.

Quidã puer æger sanatur.

CAP. XXV.

QVidam prętereà nomine Stephanus quotidiano languore correptus, ad hoc ipsa diuturnitate peruenerat, vt iam desperari ab omnibus cępisset. Hic ergò cùm quadam nocte humanæ legis angore contritus, simul & inualitudine grauatus, nimiùm tristis recumberet: uidit quasi per somnium quendam iuuenem omni decore nitentem, seque placidissimè sciscitãtem qualiter esset. Cui cùm ille mortis terrore per-

culsus

eulsus respondisset, malè prorsùs, & intantùm malè, vt ex hac infirmitate nullo modo credam euadere: protinùs audiuit, Constans esto, & veni ad me. Tunc ille solicitus inquisiuit, dicens: Tu qui es Domine, q iubes me venire ad te? Cumque ex ore leniter respõdentis, Sosium intellexisset, expergefactus, diù multùm de visione hæsitauit: tandèm aduocatæ vxori suę cum omnia recensuisset, cępit illa viriliter eum exhortari: Proficiscere, quia ipse est proculdubiò sanctus Sosius, quem pro salute omnium in hac terra cælestis Dominus condonauit. His monitis animatus homo venit, & spe credulus tam diù perseuerauit, quousquè sanitatem reciperet secundùm veridicam quam in somno sponsionem acceperat: cuius beneficii memor uoti compos, semper occurrit, & in virtute martyris Christum collaudat totius salutis authorem.

Quidam Stephan° letali morbo correptus, curatur.

HISTORIA SANCTAE TECLAE Virginis, ex Adonis Treuirẽsis Episcopi Martyrologio, cui etiam longè antiquiora Martyrologia consentiunt.

23. Septẽbris.



N Iconio natale S. Teclæ virginis, apud Seleuciam quiescentis: quæ de eadem ciuitate Iconio, à B. Paulo Apostolo instructa est. Quam mater eius cernens Christianam, & nuptum repudiare, malentem Christo sponso adhęrere, quàm corruptioni carnis subiacere: pergens ad iudicem, accusauit virginem, filiam suam Christianam esse, dicens, viuam eam, ut cæteræ mulieres terrerentur, ardere debere. Quam sibi eùm iussisset iudex adduci, & propositum castitatis eius didicisset, rogum fecit parari, vt illam incenderet. Rapta igitur ab apparitoribus, ut in focum iactaretur spontè pyram ascendit, & signo Crucis facto, virili animo inter medias flammas stetit. Subitoque facta inundatione pluuiarum, ignis extinctus est, & beata virgo illęsa, virtute superna erigit.

Mater accusat filiã Telcam.

S. Tecla nihil ab igne læditur.

Iterùm cùm ieiuniis, vigiliis, & orationibus vacaret, à quodam uiro potente compræhensa, perducta est ad Præsidem, quòd se Christianam diceret. Quam idem proconsul interrogans, si verum esset quod accusabatur, respondit omninò Christianam se esse. quam continuò præses ad bestias damnauit. Interim tamen, quò subrigeretur, commendatur cuidam nobili fęminæ, quæ propinqua Cęsaris erat, nomine Tryphæna. Sequenti die productę sunt bestiæ de caueis: sistitur beata Tecla in arenis mediis, stupente populo, quòd eam bestię minimè tangerent.

Nec à bestiis.

Reducitur beata Tecla ad domum Tryphęnæ, ut in crastinum iterùm ieris obiiceretur. Quam ministri cùm de domo repeterẽt, Tryphæna doloris plena sequitur eam vsque ad spectaculum, vbi clamor vulgi & tumultus erat immensus beatam Teclã spectantium. Nudata verò beata virgine, dimittuntur ei leones pariter & vrsi: sed nulla ferarum eam lædere præsumpsit. Deindè in fossam aqua plenam, vbi serpentes adunati & collecti fuerant, à furentibus populis cùm vrgeretur, signo Crucis munita, insiliuit: sed nec ab eis vllo pacto læsa. Iterùm atrociores bestiæ parantur: sed vllo modo tangere eam non sunt permissæ. Verùm nec adhuc sibi crudelitas modum ponit. Alligatur duobus tauris ferocissimis, ferro candente stimulatis, ut eam discerperent. Qui funibus diruptis, vagabundi huc illucq; discurrunt, ac martyrem nullũ malum passam relinquunt.

Neque à serpentib°

Accersitam deniquè proconsul eam requirit, quæ aut vndè esset, quia nulla bestiarum eam lędere potuisset. Beata Tecla respondit: Dei viui tantùm sum ancilla. Territus autem proconsul, quòd tantę virtutis esset, induta ea vestibus, edixit sententiam: Teclam, inquit, pietatis ac Dei cultricem relaxo. Dimissa verò, reuersa est in domum Tryphænæ: vbi requieuit paucis diebus, docens Tryphænã & domum eius in fide Domini nostri Iesu Christi. Indè egressa, uenit Seleuciam, ibique exemplo & conuersatione uitę, atque etiam doctrina plurimos erudiens, post multa certamina duplicis coronæ, virginitatis & martyrii, requieuit in pace.

Iudicis sẽtentia absoluitur.

Obdormiuit in Domino.

DE EADEM SANCTA VIRGINE, ex D. Ambrosij Episcopi Lib. 2. de Virginibus.



Ecla copulam fugiens nuptialem, & sponsi furore damnata, naturam etiã bestiarum, virginitatis veneratione mutauit. Nãque parata ad feras, cùm adspectus quoquè declinaret uirorũ, ac vitalia ipsa sæuo offerret leoni, fecit ut qui impudicos detulerant oculos, pudicos referrent. Cernere erat lingentem pedes bestiam, cubitare humi, muto testificantem sono, quòd sacrum virginis corpus violare non posset. Ergò adorabat prædam suam bestia, & proprię oblita naturæ, naturam induerat, quam homines amiserant. Videres quadam naturę transfusione homines feritatẽ indutos, sæuitiam imperare bestiæ: bestiam exosculari pedes uirginis: docere, quid homines facere deberent. Tantum habet virginitas admirationis, ut eam etiam leones mirentur. Non impastos cibus flexit, nõ citatos impetus rapuit, non stimulatos ira exasperauit, non vsus decepit assuetos, non feros natura possedit. Docuerunt religionem, dum adorant martyrem: docuerunt etiam castitatem, dum virgini nihil aliud, nisi plantas exosculantur, demersis in terram oculis, tanquàm verecundantibus, nè mas aliquis vel bestia virginem nudam videret.

Leo pedes S. Teclæ lingit.

Virginitatis præstantia.

VITA CONSTANTII MANSIONArij Ecclesiæ S. Stephani, authore S. Gregorio Papa, Lib. 1. Dialog. cap. 5.

23. Septẽbris.



Regorius. Cuiusdam Episcopi mei didici relatione, quod narro. Qui in Anconitana vrbe p annos multos in monachico habitu deguit, ibique vitam non mediocriter religiosam duxit. Cui etiam quidam nostri iam prouectioris ętatis, qui ex eisdem sunt partibus, attestantur. Iuxta eam nanque ciuitatem ecclesia beati martyris Stephani sita est: in qua vir vitę venerabilis, Constantius nomine, qui Mansionarii functus officio deseruiebat, cuius sanctitatis opinio sese ad notitiam hominum lõgè lateque detẽderat. Qui isdem vir funditùs terrena despiciens, toto annisu mentis ad sola cælestia flagrabat. Quadam verò die dum in eadem ecclesia oleũ deesset, & prędictus Dei famulus vndè lampades accenderet, omninò non haberet, omnes lampades ecclesiæ impleuit aqua, atque ex more in medio papyrũ posuit, quas allato igne succendit: sicque aqua arsit in lampadibus, acsi oleum fuisset. Perpende igitur Petre, cuius meritis vir ille fuerit, qui necessitate com-

Nota antiquũ usũ lampadũ in templis ardentiũ.

te compulsus, elementi naturam mutauit.

Petrus. Mirum est valdè, quod audio: sed vellē nosse, cuius humilitatis apud se esse intus potuit iste, qui tantæ excellentiæ foris fuit.

Gregorius. Inter virtutes animum cognoscere congruè quæris: qua multum valdè est, quòd tentatione sua intus mentem lacessunt mira, quæ foris fiunt. Sed si huius Constantii venerabilis vnum, quod fecit, audis: cuius humilitatis fuerit, citiùs agnoscis.

Humilitas S. Constantii quāta fuerit.

Petrus. Postquàm mihi facti illius tale miraculum dixisti, superest etiam, ut me de humilitate mentis eius ædifices.

Gregorius. Quia valdè opinio sanctitatis eius excreuerat, multi hunc ex diuersis prouinciis anxiè videre sitiebant. Quadam verò die ex longinquo loco ad videndum eum quidam rusticus venit. Eadem verò hora casu contigerat, vt sanctus vir stās in ligneis gradibus, reficiendis deseruiret lampadibus. Erat autem pusillus valde, exili forma atque adspectu. Cùque is, qui ad videndum eum venerat, quisnam esset inquireret atq; obnixè peteret, vt sibi debuisset ostēdi, hi qui illum nouerant, monstrarunt quis esset. Sed sicut stultæ mentes hominum merita ex qualitate corporis metiuntur, eum paruulū atque despectū uidens, ipsum hunc esse non cœpit omninò credere. In mente etenim rustica inter hoc quod audierat & videbat, quasi facta fuerat quędā rixa, & æstimabat tā breuem per visionem esse non posse, quem tam ingētem habuerat per opinionem. Cumque ipsum eū esse à pluribus fuisset assertum, despexit, & cœpit irridere, dicens: Ego grandem hominē credidi: iste aotē de homine nihil habet. Quod vt vir Dei Constantius audiuit, lampades quas reficiebat, protinus relinquens, lætus, concitus descendit, atque in eiusdē rustici amplexum ruit, eumque ex amore nimio coōstringere cœpit brachiis, & osculari, magnasque gratias agere, q̄ is de se talia iudicasset, dicens: Tu solus es, qui in me apertos oculos habuisti. Qua ex re pensandum est, cuius apud se humilitatis fuerit, qui despicientem se rusticum amplius amauit. Qualis enim quisque apud se lateat, contumelia illata probat. Nā sicut superbi honoribus, sic plerunquè humiles sua despectione gratulantur. Cumque se & in alienis oculis viles adspiciunt, idcircò gaudent, quia hoc in dicio confirmari intelligunt, quod de se & ipsi apud semetipsos habuerunt.

Rusticus despicit eū ob mirā staturā et formam.

Vir sāctus gaudet cō sceptu sui.

Humilis quisq; sua despectione gaudet

Petrus. Vt agnosco, vir iste magnus foris fuit in miraculis: sed maior intus in humilitate cordis.

HISTORIA SANCTI GERARDI Episcopi Canadiensis in Pannonia, & martyris, ex MS. codice per F. Laur. Surium, mutato hincindè stylo, descripta. Est autem fide digna.

24. Septēbris. Cap. 1. Patria S. Gerardi.



AVDIA, quæ Christi participibus dies hodierna contulit, ex beati patris nostri, Christiq; martyris Gerardi meritis fluxere. Is enim huius lucis lumen per Venetos parentes sortitus, Dei gratia illū præueniente, ab ipsa pueritia cœpit Dño nostro Iesu Christo esse deuotus, & doctrinæ Euangelicę per omnia parēre. Itaque & ipsum monastieæ religionis habitū puer accepit, sinistramq; patrem parentis viam declinans, noui hominis secundùm Deum creati vestigus insistens, regionis per inobedientiā amissæ, nēpe paradisi, gaudia adolescēs studuit appetere & amare.

Puer complectitur monachismum.

Cùm sic igitur syncero animo sanctam vitam duceret, cupido ei incessit Dominicū sepulcrum inuisendi, vt Christū, qui cùm diues esset, propter nos egens factus est, inops ipse & pauper sequeretur. Egressus itaque de terra & de cognatione sua, tendebat ad Orientem, vbi Abraham & diuitiis auctus est, & pater multarum gentium effectus: vti etiam ipse in Abrahæ semine, idest, in Christo datam benedictionem, suscepto peregrinationis labore, instar fidelis Abrahæ adipisceretur.

Proficisci uult Hierosolymā.

Peruenit interim iu Paononię partes, cuius habenas tunc Christianissimus Rex Stephanus moderabatur: ad quem Regem vir Dei humilis & simplex accessit, causamq; sui itineris ei aperiens, maiori studio & amore ab eo exceptus est. Vbi autem animaduertit Rex, eum moribus & doctrina bonū Christi odorem spirare, clàm dimissis itineris eius sociis, illū solū apud se retinuit inuitum, eique seruando custodes adhibuit. Cernens verò serōq; Christi se solū illic detentum, vt populi strepitus euitaret, eius regionis eremum, quam Becl vocant, petiit, atque illic septēnio ieiuniis & precibus vacans, excepto Mauro monacho, solus habitauit. Intereà memoratus Rex Stephanus ut robustissimus Iosue, impietatem gētis pro fligauit, crudeles q; ac barbaros ethnicorum mores edomuit, ac plurimorum pectora ad suscipiendæ sanctæ fidei semina præparauit. Videns autem pius Rex regnum suum pacis tranquillitatem adeptum, seruū Dei Gerardum ab eremo reuocauit, pontificaliq; infula decoratum, ad prædicandum populo suo destinauit. Tantam autem superna pietas ei contulit gratiam, ut eum omnes loci illius incolę vnicè amarēt, & ut patrem colerent, ità vt iam pater multorum in star Abrahę patriarchæ haberetur.

Cap. 2.

S. Stephanus Rex eum apud se retinuit inuitum.

Viuit in eremo.

Creatur Episcop.

Cresceote verò fidelium numero, ecclesias Deo per singulas vrbes ædificauit: principalem autem ecclesiam in honorem sancti Georgii, preciosissimi Christi martyris, ad litus Morisiſt fluminis extruxit, atque indè Morissenam sedentem appellauit, quam beatus Rex Stephanus dotalitiis muneribus nobiliter ditauit. In qua ecclesia ad honorem beatissimæ matris Domini Saluatoris venerabilem erexit aram, antequam thoribulum argenteum collocauit, eiusq; ministerio duos prouectę ætatis homines adhibuit, qui iugiter illic vigilarent atque operam darēt, nè vlla vnquàm hora thymiama ibi deesset. Singulis quoque sabbatis cùm nouem lectionibus, ut in die Assumptionis eiusdem sanctissimæ matris, magnisq; laudū pręconijs deuotionis suę officium illic explebat. Cæteris autem diebus, matutinis & vespertinis precibus absolutis, bis cum processione eò venire solebat. quæ consuetudo hodieque perseuèrat. Porrò laudibus & venerationi eiusdem sacratissimæ Virginis, tantæ humilitatis obsequio se subdere nouerat, vt si quis reus, clam à sancti viri familiaribus edoctus, veniam ab ipso peteret per nomē matris Christi, mox audito nomine matris misericordiæ, pater sanctus lachrymis perfunderetur, & perindè acsi ipse reus esset, a reo veniam peteret: filium quoque suū illū fore affirmaret, si eam syncerè Dei crederet genitricē. Ipso authore, ab Hungarica gente non pronunciatur nomen ipsum matris Dei, sed Dominam eam vocant. Si sit autem proōciatū illius nomen, statim flexis genibus & demissis in terrā capitibus, sese inclinant. Atque adeò Pannonia, à sancto Rege suo Stephano, familia S. Mariæ appellata est. O prædicandā virorum prudentiam, qui in hanc maris stellam intendendo, vitæ suę cursum dirigebant: vt contēplatione exemplorum eius, possent inter huius seculi fluctus nauigantes, volupta- tum illecebras & incita meo-

Cap. 3.

Nota de perpetuo thymiamate.

Hungari quā reuerēter matrem Dei coluerint.

menta, tanquàm Scyllæam voraginem declinare, portumque æternæ salutis attingere.

Cap. 4.
Fecit hic, nè vinum acesceret.

Erga ministeria Ecclesiastica, magna beato viro cura & solicitudo inerat. Itaque æstiuo tempore in domo Dei vascula glacie plena ponebantur, in quibus lagunculæ & uinum, quod posset optimum inueniri, ad Dominici sanguinis consecrationem asseruarentur. Dicebat enim, quod per fidem intùs accipitur, id extrinsecùs suaue inueniri. Nocturno tempore leprosum in suo reponebat lectulo, & arrepta securi, ad syluam solus pergebat, fasciculosq; lignorum pro corporis sui castigatione propriis humeris indè reportans, seruorum suorum labores sæpè anteuertebat ac subleuabat.

Nota humilitatē.

Cùm illi proficiscendū esset à loco in locum, non iumentu vtebatur, sed vehiculo: in quo sedens, libros, quos sancti spiritus gratia cō posuerat, relegebat. Vestibus cilicinis & ex arietū pilis confectis sæpè induebatur. Vt autem sanctis hominibus vsuuenire solet, aliquandò negligentia aurigæ sui, aut qualibet iniuria læsus, leui ira commot⁹, iussit protinùs hominem reum flagellis cæsum, duris vinculis alligari. Parebant verò illi ministri, sed non ignorantes animi eius clementiam & suauitatem, iuxta uiam, qua sanctus pater transiturus erat, hominem culpæ obnoxium ad stipitem alligabant, & plagarum vestigia in eius nudo dorso gallinæ aut alterius animantis sanguine exprimebant. Cumque eò peruenisset homo Dei, oblitus seueritatis suæ, illicò è vehiculo exiliens, ad vinctum illū properabat, & modò stipitem, brachia, manus ac vincula, modò pedes osculabatur, munera pollicebatur, si veniam & misericordiam ab homine consequi mereretur. Si cui tum id videre contingeret, illum uirum Dei pro tanta humilitate & simplicitate dicere non dubitaret conuersum in puerū illū, quē Saluator imitandum statuit in medio discipulorum suorum.

Eius leuē commotionem mira arte ministri facilè sedant.

Matt. 18.

Cap. 5.

Etsi autem Episcopalem functionem & dignitatē summa prudentia administraret, at tamen eremum non reliquit: sed apud vrbes, ad quas concionatur⁹ veniebat, cellulas sibi in syluarum secretioribus locis construxit, in quibus ligatus pernoctasse, multasque afflictiones, soli Deo cognitas, pertulisse memoratur. Cùm aliquandò pro cuiusdam defensione ad beatum Stephanum Regem properaret, in eius regionis parte quadam, pecoribus pascendis opportuna & apta, vir Dei hospitio vsus fuit. In ea autem domo sub noctis medium ancilla quædam manib. versans molam, qua triticum terebatur, laboris molestiā cantilena temperabat. Ea autem cantilena expergefactus vir sanctus, accersito ministro, quid ea sibi velit, inquirit: Respōdet ei famulus id, qđ res erat. Mox pius pastor in fusus lachrymis: Felicē, inquit, fœminā, quæ cùm sit sub alterius potestate constituta, debitū seruitutis officiū tā suauiter absq; vllo murmure persoluit. iussitq; ei nō minimū pecuniæ pōdus deferri.

Debitum seruitutis officiū suauiter persoluendū.

Cap. 6.
Nota S. Stephani regis eximiū erga Dei matrē amorem.

Postquàm autem beatus Rex Stephanus totā Pannoniam ad veram Christi lucem adduxit, eam sub patrocinio sanctissimæ matris Dei semperque virginis Mariæ voluit contineri; atque in ipso die Assumptionis eius migrans à corpore, ipse quoque ad æternam requiē assumptus est. Successit autem ei Petrus Rex: cui cùm omnes Pannoniæ principes fidem & amorē se cōseruaturos iurassent, vnus ex eis, illo exturbato, regiam sibi authoritatem per vim vsurpauit. Eo autē regnante, sicut propheta ait, sanguis sanguinem tetigit, & peccata peccatis cumulata sunt. Nanque ipsis sanctis Quadragesimæ diebus, honestissimos sui cōsilii viros, sudibus ac palis perindè vt immunda pecora interficere non dubitauit. Deindè ad Morissenā sedem, nēpe ad Gerardi pontificis locū, Paschalia sacramenta celebraturus aduenit: atque in ipso die Dominicæ resurrectionis, vt pater eiusdem loci regio capiti diadema impositurus adueniret, ab Episcopis & principibus per honestissimos viros inuitatur. At illo renuente, reliqui pontifices Regi coronam imponunt, magnoq; Cleri & populi comitatu Rex ornatus, ecclesiā ingreditur. At verò plenus spiritu sancto beatus Episcopus, stola cādida indutus, pulpitum ascendit, Regemque his verbis per interpretem intrepidus alloquitur.

Osee 4.
Quidā primū cāsilia regnū usurpat.

Cap. 7.

Obseruatio sanctæ Quadragesimæ peccatoribus pro venia, iustis pro præmio constituta est. Quam tu Rex cùm cædibus pollueris, mihiq; nomen patris eripueris, per te dulcissimis filiis orbato, nullam hodie veniam mereris. Et quia pro Christo meo hodiè mori paratus sum, quæ tibi sint euentura, pronūciabo: Anno tertio regni tui gladius vltionis excitabitur in te, qui tibi regnum improba fraude per vim acquisitum auferet, & cum illo pariter & uitam. Hæc cùm Regis amici, liberalibus insitienti literis, attoniti mirarentur, innuebant interpreti, vt taceret, Episcopum ab ira & indignatione Regis seruare volentes. Itaque interpres timens assensit. At verò pastor immorigerum interpretem perurget & cōpellit, vt pergat, ità dicens: Deum time, Regem honora, patris tui verba edicito. Tādèm coactus interpres, pastoris declarauit sententiam, non mediocriter Regis iram reformidās. Postquàm autem euenere, quæ dixerat beatus Episcopus, totius regni incolæ re ipsa didicerunt, eum prophetiæ spiritum habuisse. Prædixerat nanque etiam in illa gente immanem seditionem excitatum iri, atque in ea se mortem oppetiturum. Nolim igitur, quisquis es Christiana religione initiatus, ex me humana prudentia nosse uelis, num hic sanctus vir in vita sua miracula, quæ sūt cum reprobis communia, ediderit: num cæcis uisū, surdis auditum reformarit, tametsi eiusmodi spiritaliter ei nō defuerint. Nihil horū à te requirit De⁹. Da operā, ut sancti spiritus gratia adiutus, hui⁹ beati viri humilitatē & pietatē obtineas: nec dubites te habiturū partem in regno Dei patris, & Christi eius.

Prædicit S. Gerardus impio regi damnum ultionem.

Prædicit regni seditionem.

Cap. 8.

Vno indè lustro euoluto, & altero inchoato, prædicta seditio extitit: in qua cùm ad Albam regalem vir Dei proficisceretur, apud ecclesiam S. Sabinæ virginis & martyris hospitio vsus est, illicq; cœnantibus fratribus ait: Fratres & amici, cràs ad cœnam agni Dei vocamur. Itaque absque detrectatione properemus, pro Christo moriamur. Altera verò illucescente die, pater sanctus Missam celebrauit, mensæq; Christi multitudinem sibi adhærentem fecit participem, lætusque ad martyrium perrexit. Vbi autem ad Danubium intendit iter, eccè turba populi eum circumsistit, lapidesq; in eum curru sedentem iactat⁹, à quibus tamen, Deo eum protegente, tactus non est. Ille verò ex aduerso benedictionem & Crucis signū opponit. At impii homines tandèm equorum retortis collis subuertunt currum, patremque humi abiiciunt, & magno impetu lapidare conantur. Tū instar protomartyris Stephani primus Pannoniæ martyr, positis in terra genibus, clamauit voce magna: Domine Iesu Christe, nè statuas illis hoc peccatū: quia nesciunt quid faciunt. Et cùm hoc dixisset, in pectore lancea percussus, obdormiuit in Domino. Eodem autem die maxima Christianorū strages facta est. Duo enim Episcopi multiq; viri religiosi interēpti sunt: quorum numerū & nomina sola Dei scientia collegit. Corpus quidem beati viri, cùm in loco martyrii sui iacèret, nulla sorde commaculatum est: porrò sequenti die à catholicis viris in ecclesia Dei sanctæ genitricis conditum est. Multis indè lapsis diebus, si

Prædicit etiā obitū suum.

Iactantur in eum lapides.

Act. 7.

Lācea percussus, migrat in cælos.

Multi Christiani caeduntur.

dissi-

dissimus sancti viri procurator Regē Andreā adiit, orans, vt peregrini atque hospitis patris corpus celeriter restitueret: quod etiā impetrauit, ac deindè ad sanctum corpus perueniens, tam illud nitidum ac luculentum inuenit, ac si eo die martyrium obiisset. Itaque ad Morissenam sedem illud cum hymnis & canticis translatum, cum multa reuerentia sepelierunt. vbi multæ gratiæ catholicis viris collatæ sunt, non tamen adhuc euidenter, usque ad tempora Ladislai Regis, & Laurentii antistitis, qui a beato uiro quintus, eius cathedram accepit. Tum enim à S. Romanę ecclesiæ synodo toiunctum est, vt corpora eorum, qui Pannoniam fidei prædicatione irrigassent, summo honore afficerentur. Veniente etiam sedis Apostolicę legato, & nobilium Pannonię coacto conuentu, sacrum huius beati martyris corpus eleuatum est, atque Regis & principum humeris translatum, honorificeque depositum eo loco, vbi pro meritis tanti patris superna gratia efficiendis & declarandis miraculis, largiùs coruscat: Præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Deo patre & spiritusancto viuit & regnat in secula seculorū, Amen.

Is S. Ladisla⁹ fuit 7. Hungariæ rex.

VITA ET MARTYRIVM SS. CYpriani & Iustinæ, authore Simeone Metaphraste: qui tamen in eo lapsus videtur, quòd hunc Cyprianum dicit Carthaginis Episcopum, cùm potiùs Antiochenus dicendus sit.

26. Septēbris iuxta Latinos cū eū Metaphrastes habeat 2. Octobris.

Cap. 1.

Act. 11.

Antiochia encomium.

MVLTA quidem, eaque magna, me adhortantur, ut admirer Antiochiam, nempe quòd & ante orbem terræ læta acceepit semē deiectum à sanctis Christi discipulis: & Christiani primùm in ea sunt vocati, vt scribit magn⁹ Lucas: & quòd in vitam produxerit ad centum & sexaginta viros, qui aluerunt spicam virtutis Euangelicæ: nō solùm autem viros, sed etiam non paucas fœminas. Mittens ergò admirari templorum eius pulchritudinem, & murorum magnitudinem, & plantarum multitudinem, & terram bonis vberem, quam rigat Orontes præterfluens, de Iustina mihi proponam narrationem. Quæ cùm post longa tempora sanctorum Apostolorum, renouasset cor illorum doctrina, athleticam produxit spicam, valdè quidem speciosam, fructu autem admodùm refertam. Ei erat patria, quam diximus, Antiochia: Aedesius autem & Cledonia, parentes. Sed hæc pulchra planta multas quidem prius ferebat spinas. Nam ipsa quoquè sequens errorem parentum, (erāt verò ij cultores idolorum, & Dei aduersarii) honorabat & colebat illorum simulacra. Cùm autem ætate procedens, ad solidiorem peruénit intelligentiam, eam lux subiit diuinę cognitionis, ut quæ esset receptaculum dignum illuminatione eiusmodi & gratia: & cępit quidem damnare idolorum imbecillitaté, agnoscere autem verum & solum Deum. Talibus ergò rationum ascensionibus virgo animum priùs expurgās, parabatur ad deiectionem salutaris semētis. Interim autem, dum hæc apud se versaret, & intēta à Deo perfectam quæreret cognitionem, quidā Praylius diaconus Antiochenus, audiente virgine, cùm ità contigisset, de Saluatoris nostri & Dei dispensatione, & carnis susceptione narrauit: Quemadmodùm seculorum quidem opifex sui figmenti motus est misericordia: quemadmodùm verò Gabriel princeps supernorum ordinum, ei, quæ seruata fuerat virgo ante generationes, fuit faustus nuncius mysterii: & quòd concepit in vtero: & cùm vterū tulisset, peperit: & quòd ortum infantis stella aliarum omnium clarissima Magis significauit. Post hæc persecutus est eius manifestam in proprio mundo apparitionem, in eo cōuersationem, salutarem doctrinā, miracula, propter hęc ortam inuidiam, Crucem sepulturam, & postremò diuinam ipsam resurrectionem. Et hæc quidem Praylius.

Iustina patria & parentes.

Agnoscit uerum Deum.

Instruitur à Praylio diacono.

Iusta autem (ità enim priùs appellabatur) has animæ suæ mandabat auditiones tanquàm bonæ terrę semina, & sic veritatem indiès accuratiùs penetrās, profusè quidem ridebat simulacra, rectam autem fidem cordis inscribebat tabulis. Quamobrèm noluit quidem venire in conspectum Praylii: solùm enim audierat ea, quæ ab ipso dicta fuerant, & desiderabat perfectiùs imbui eorum cognitione. Vultum autem virginalem non volens adhuc adspici, statuit quidē non videre Diaconum: clanculùm verò ventitans ad ecclesiam, sic desiderabat videre Dominū, qui appropinquat iis, qui quærunt. Non multo interiecto tempore, statuit impertire matrem iis, quę cognouerat: &, Cur, ò mater, dixit, deos colimus, quos manus nostræ constituunt? Cur artificis opera adoramus? Cur aūt ignē quidē in ara, animę aūt lucernā non accendim⁹, neq; mercamur margaritā? Nō nosti Galilæos? (Sic enim Christi asseclas solēt uocare ij, qui illic habitāt) ij sunt multo terribiliores diis, qui apud nos existimantur. Ex his enim si quis aliquandò vbi sunt idola, apparuerit, ilicò ji, qui à nobis adorantur, perindè atquè fures aut fugitiui timent & horrēt. Et meritò. Suffurantur.n. illi Dei honorem, prætereà nostras quoquè perdentes animas. Hæc dixit quidē Iusta. Mater autem iis, quæ dicebat, non assentiebatur: valdè.n. à stulta tenebatur impietate. Quocircà: Vide, inquit, nè pater cognoscat tuū in deos contēptū. Iusta autem: Esset, inquit, mihi magis gratum, si hæc cognita essent à patre, & à quolibet. Neque.n. ego ampliùs sustinebo decętero ambulare in tenebris, quādoquidem solum Dominū, qui per Prayliū fuit mihi significatus, Deum fontē esse cognoui, & viuentē, & eos excipientem, qui conuertuntur ab errore.

Cap. 2.

Irridet simulacra.

Conatur matrē suam cōuertere.

Sed id frustrà.

Sensim itaq; mater conueniens, nihil quidem cōtendebat aduersus ea, quæ dicebantur, silentio autē tacitè potiùs significabat assensionē. Posteà uerò una nocte, marito quoquè aperuit ea quæ audiuerat à filia. Ille aūt id, quod audierat, neq; perfectè repulit, neq; rursús erat facilis ad id accipiendum. In somno autem decertans, luctabatur cum solicitudinibus, donèc à somnio correptus, dum ei Angelica castra apparuissent, qui habebant in medio Christū, ab eis stipatū, uisione quidē fuit obstupefactus, ipso autē uocante, audiuit eū dicentē: Venite ad me, & dabo vobis regnū cęlorū. Deindè surgēs, nō quęsiuit aliud testimoniū, sed cū uxore accepta quoquè filia, rogauit quēdā diaconū Ecclesiæ, ut eos deduceret ad Optatū, qui tunc erat ciuitatis Episcopus. Atq; illi quidē supplices petebāt, ut signarētur signo Christi. Ille aūt differebat, donèc Aedesius pater ei narrauit spōtaneam filię suæ conuersionem, & visionem ei diligenter exposuit. Quæ cùm ille audiisset, non ampliùs distulit, neque ampliùs opùs habuit multis consiliis, sed simul quidem figura Crucis ueluti quodam præsidio eos munit, & dignatur illuminatione.

Cap. 3.

Visio patris eius Aedesii.

Parentes eï baptizātur cū ipsa.

Decætero aūt Aedesius ppetuò irridebat & ceptæ hendebat statuas deceptionis. Fuerat aūt priùs sacerdos simulacrorum. Cùm uerò eodē gradu fuisset dignatus in ecclesia, & in cathedra Presbyterorū, vt cū diuino Dauid dicā, Christū laudasset, uitāq; elegisset Deo gratā & purissimā, cùm annū onū superstes fuis

Cap. 4.

Psal. 106

let

fex & fex menſes, migrauit ad Dominum, cuius tenebatur deſiderio. Virgo autem nequaquam erat affecta illiberaliter, neque ſecus quam animam decuit generoſam, ſed fidei fundamento, quæ auro & lapidibus precioſis longè ſunt precioſiores, ſuperædificans virtutes, proficiebat. Cùm autem ſic viueret, fieri omninò non poterat, ut maligni effugeret offenſiones, ſed eam illectat, & valde hoſtiliter aggredit. Cæterùm oportet attendere, quoniam non eſt iniucunda narratio, & quod ſcire oporteat, quonam modo ei adhibuerit tentationem.

1. Cor. 3.

Cap. 5.

Aglaidas quidam ſcholaſticus, qui fortè hoc nomē fuerat nactus ex pulchritudine, cùm eſſet honeſto loco natus, ut qui genus duceret ex patriciis, & abundaret opibus, iis, tanquam inſtrumentis, uſus eſt ad voluptates, & impudicis deditus erat appetitionibus. Quamobrèm cùm ſæpè virginē vidiſſet tranſeuntem, & in domū Dei venientem, eius pulchritudine, tanquam telo, grauiter ſauciatur: etſi vt ea ſacceleceret & aboleretur, tanquam lubrica & inſidioſa, illa ieiunijs ſimul & orationib. perpetuò machinaretur. Sed is cùm admodùm laſciuos haberet oculos, priùs quidē vias obſeruabat, & occurrens, eā bonis verbis proſequebatur: laudabat pulchritudinem, beatā uocabat, quod ea illi obtigiſſet: deindè etiā deſideriū per quædā ſigna ſignificabat, & multis, ut quiſpiā dixerit, retibus prædā præoccupabat. Sed virgini hæc omnia reputabantur meræ nugæ ac probra: dignaque potiùs videbantur quæ riderentur, quam quæ attenderēt pudici oculi & aures. Cùm hunc ergò ſcopū non potuiſſet attingere Aglaidas, alia via ingredi ſtatuit, & eam petiit, vt duceret in ſocietatem matrimonii. Iuſta autē, quæ ſe ſoli Chriſto profeſſa fuerat fore ſponſam, alios conſtāter dedignabatur, dicens: Sufficit ſpōſus, qui mihi ſeruat virginitatē, & cuſtodit puram ab omni inquinamento. His verbis Aglaidas magis, quam telis, fauciatus fuit. amor enim, qui, quod vult, non aſſequitur, fit grauior & violentior. Poſtquam autē omni motu, ut dicitur, lapide, virginē inuenit immobilē, firmāque ac ſtabilē, & quod uerbis fallacibus minimè poſſet capi: cùm non paruā manū collegiſſet, & eoſ in ſuam alexiſſet ſodalitatē, ipſam in via eſt aggreſſus, & per vim conatus eſt eā abducere, quò uolebat. Sed ſtatim cùm hoc audax & nefarium facinus auditū fuiſſet in ciuitate, & in ædibus matris, exierunt ſimul cū armis plurimi, iique fortiſſimi. Qui cùm ſolùm fuiſſent cōſpecti, effecerunt, vt ſcelerati illi & execrandi aſſeclæ euaneſcerent, non iā cedentes manui, quam expulſi fortiter rei dedecore.

Aglaidas S. Iuſtinā ī puram amore proſequitur.

Augetur amor per repulſam.

Vim ei afferre tentat, ſed fruſtrà.

Cap. 6.

Aglaidas autē (erat .n. ei affectio quouis pudore violentior) neque enſiū, neque multitudinis, neque vllius rei alterius curā gerens, ſed virginē amplectens, paratus erat oia pati potiùs, quam ab ea diſcedere. Virgo autem erat planè ad ipſum, quod Ioſeph, qui erat moderatiſſimus & generoſiſſimus: & Crucis figurā tanquam arma opponens, non tam aduersùs illū, quam eū, qui per illū ipſam tacitè conabatur oppugnare, repentè ſceleratum illū, & execrandum repulit ac reiecit, eumque plurimis affecit contumelijs, & uultū (erat enim dignus) pugnis impleuit & ſputis. Sed illi, qui proceſſerat ad extremā amoris amentiam, hæc quidē parùm erant curæ. Vnū autē erat vel ipſa morte grauius, luſum non aſſequi. Propterea eū breui tēpore tenuit triſtitia, & cōpreſſit dolor. Poſtquam verò rursùs, vt ſiā dicā, exarſit cupiditas, ille autē ad ei reſiſtēdū minimè eſſet exercitatus, ſed valdè ineruditus, nec poſſet forti ac generoſa cogitatione repellere deſideriū, fecit omninò quæ dolor ei iubebat, & ſe ad alia, quæ non erant aperta, parauit certamina. Cùm autē ad hunc locū peruenerim oratio, uolo rursùs ſimpliciter & apertē quādam facere narrationem, illa dicens, quæ habent certam & apertam veritatem.

Crucis figuram ei virgo opponit.

Cap. 7.

Cyprianus quidā verſabatur Antiochiæ, quo tēpore Imperii ſceptra tenebat Decius, cui patria quidē erat Carthago in Lybia, parentes autē genere clari & diuites: dabat verò operā philoſophiæ, & arti magicæ. Cùm in eas ab ineūte ætate ſtudiū poſuiſſet ad ſummū peruenit utriuſque, cùm ſimul & diligentiā, & acutiſſimū attuliſſet ingeniū. Magnū autē nomē aſſecutus, non ſolùm Carthaginē uoluit ſuā gloriā peruenire, ſed inſignē quoque Antiochiā uoluit habere teſtē ſuæ ſapientiæ, & in magicis rebus eruditionis, forſan fore quoquè expectās, vt ibi aliquid diſceret, quod nō ad hoc vſque tēpus didicerat. Ad eū ergò cùm ueniſſet Aglaidas, & narraſſet, quomodò eſſet affectus, & quod cùm omnē artē & manū mouiſſet, nullū mali inueniſſet remediū, ſed omnibus ſuperiorē adſpexiſſet virginē, poſtremò adiicit: Tu ſolus reſtas, qui meā cōſoleris calamitatē, & in te ſolo collocās fiduciā, me repreſſi, nè mortē vitæ præferrē. Omninò autē cogitare nō poſſes, quātas opes & quātū auri ſis à nobis habiturus, cùm me liberaris à tali calamitate. Nā ego quidē ea tibi abundè & plura, quam ſperes, præbebo. Dixit, & eū exaudit Cyprianus, & pollicitus eſt ſe mox eſſe eum moleſtia ſoluturum. Ille ergò abiit lætus, & ſe mox in manu habiturum eſſe virginem, viſione apprehendens.

Alyre-ctius ſentiunt patria fuiſſe Antiochenum.

Cyprianus ille primò magus fuit.

Cap. 8.

Cyprianus autē mox adſpexit ad libros, qui ea poſſunt operari: cùm vnū ex malignis uocaſſet ſpiritib. quos prōpto & alacri animo nouerat opē ferre ad hæc flagitia, & quibus ille utebatur miniſtris, cùm uellet efficere magnū quid & prodigioſum: Si mihi, inquit, vacaueris, & hoc miniſteriū citò effectū reddideris, deinceps maxima tibi largiar, & efficiā, ut omnes alios antecellas. Ille autē arroganter & ſuperbè loquēs, vt ſolebat: Et quid eſt, inquit, quod à me, ſi veli, nō facilè fiat? Sæpe quidē totas labefeci ciuitates: ſæpè effeci, ut eſſet manus prōpta & velox ad patris fundēdū ſanguinē: fratribus & coniugibus odiū immiſi implacabile: multos, qui uolebāt eſſe virgines, prohibui: Monachis, qui degebāt in mōtibus, & cuiuis ieiunio aſſueuerāt, & propemodùm ne carnis quidē omninò meminerāt, immiſi carnis cupiditatē, & perfeci vt lubēter adſpicerēt ad voluptates: alios, qui volebāt renūciare omnib. carnalibus, & iis, quibus nos delectamur, & ſectari virtutē, aliunde adoriens, effeci, ut curam abiicerent taliū cogitationum, & rursùs diligenter adhærerēt iis, quibus conſueuerant. Attamen quid, vt multa dicerem, ſum adductus? Res ipſa nunc indicabit, quàm ſim ad miniſtrandum longè vtiliſſimus. Accipe hoc medicamentum, (erat autem uas quoddam plenū, quod dabatur) & eo aſſperge domum virginis, & niſi tibi omnia ſucceſſerint ex ſententia, ſum ego decætero deſpiciendus, & habendus inutilis: tuque nos extremæ argue imbecillitatis. Hęc ſic quidem facta ſunt.

Dæmoni impotēter iactat facinora ſua.

Cap. 9.

Virgo autem cum tertia hora noctis ſurrexiſſet ad reddendas Deo preces, iam quidem incaleſcebat, & inſultum ſentiebat tentatoris. Quo autem hæc magis creſcebant, illa magis augebat preces. Cùm autem valdè accenderetur ignis aduerſariū, illa vim patiens: Memini noctu, dicebat, nominis tui, Domine, & lætata ſum. Laqueum parauerunt pedibus meis, & inflexerunt animam meam. Ego autem, dum ipſi me moleſtia afficiunt, induebar cilicio. Et humiliaui in ieiunio animam meam, & deprecatio in ſinum meum conuertetur. In hoc cognoui, quòd uoluiſti me, quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me. Gladius eorum intret in corda ipſorum, & arcus eorū confringantur. Sibi enim Deo viuenti tota anima & corde meipſam dedicaui.

Sācta virgo acriter tentatur.

Pſal. 118.

36. 34.

40. 36.

Crucis signum dæmonibus ĩtolerãdũ,

ni. His armis utens generosa virgo aduersùs tentatorem, & deindè ẽt inimicis intolerandũ Crucis signũ in eum immittens, pudore affectũ cum magno metu expulit dæmonium. Ille aũt reuersus ad Cyprianum, erubescebat quidem fateri se esse uictum: & multis se circumagens anfractibus, huc & illuc uertebat. Diligenter tñ & subtiliter rogatus, etsi sit amicus mẽdacij, & inuitus uera dicat, manifestè aperit quod uolebat celare: Vidi, dicens, quoddam signum, qđ ualdè horrui, & uires illius nõ sustinui. Illo ergò sic cõdemnato, alius dæmon mox accersitur, ad agendum longè priore acrior. Qui cùm abiisset, & statim fecisset similia, similibus armis fuit reiectus & propulsatus, & cum dedecore accessit ad eum, qui miserat. Post hæc aderat ille, qui dicebatur pater & princeps dæmonum, qui iis quidem, qui priùs emissi fuerant, minatus est supplicium, ut qui non artificiosè nec aptè hac in re uersati fuerant, ut putabat. Dæmonibus enim, præter alia mala, arrogantia redundat & iactãtia. Cyprianum autem iussit esse bono animo, & nihil ei esse curæ id, quod erat propositum.

Vincũtur dæmones à Iustina.

Cap. 10. *Impurus dæmon simulat se fœminã.*

Quid ergò post hæc est consecutum? Ipse nouũ & diuersum excitat bellum, quod multùm hẽt fraudis, & calliditatis: nã abiens, in habitu muliebri assidebat puellæ: & cùm sit impudentissimus, & longè audacissimus, non ueritus est dicere, se ad ipsam a Deo esse missum: ut unà tecum, inquit, verser, & diù tecum sustineam tuam uiuendi rationem: nam ipsa quoquè teneor eodem desiderio virginitatis. Cæterùm quamnam pp eam, mercedem accipiam, nolo ex te scire. Videtur .n. mihi res magna, & periculosa, & q̃ multis opus hẽt certaminibus. Illa aũt dixit rem quidem reuerà opus habere sudoribus; sed quãdò adspexeris ad remunerationes & coronas, magnæ condemnaris negligentiæ eos, qui tale bonum negligunt. Hinc improbitas accepta occasione, suas implebat partes: &, Quænam, dicebat, Euæ fuit utilitas ante gustũ ligni? Vndenam aũt genitus esset mundus? Vndenam qui nunc sunt, habuissent essentiam, si matrimoniũ ablatum fuisset & coniunctio? Si non dulcis gustus Eua lignum gustasset, si non uirum cognouisset, qui ẽi pp hoc erat genitus: si oẽs esse uirgines constituissent, undenam nati essent filii, iucundum hominibus omnibus solatium, & mundi, qui paulatim deficit, in uitam reuocatio? Cùm hæc uerba audiisset Iustina, nõ id ei usu uenit, quod primæ parenti Euæ: sed statim surrexit, & malum declinauit consiliarium. Vndè ẽt in eum quoq; consueta emisit arma, nempe signum Crucis. Et ille quidẽ, q plùs q̃ alii se iactauerat, maiori pudore affectus, statim fuit eiectus. Ipsa aũt rursùs rediit ad suas ad Deum preces & orationes.

Nititur eam seducere, sed frustra.

Nota ĩ priscis Christianis tã frequentẽ usum signi S. Crucis.

Cap. 11.

Post hæc is, cuius erant priùs insolentes & gloriosi spiritus, humilis & abiectus apparuit Cypriano, & q̃ uictus esset, aperta signa uultu præ se ferens. Ille aũt: Et tu, inquit, qui es tantus, à tali puella fuisti superatus? Quo aũt freta illa, aduersùs nos, qui estis tã magni, tam magna potest facere? Tunc dæmon (etsi aũt omninò diuina uictus, q̃ aduersarium ueritatis mouebat, ut hæc proferret) Signum, inquit, Crucis, ne dum figuratur quidẽ, uidere omninò sustinemus, sed totis uiribus nos priùs in fugam coniicimus, q̃ id perfectè figuretur. Quantæ erat necessitatis, mendacii patrem hæc aperire, uitiiq; opificem & conciliatorem? Non fuit itaq; minus miraculũ, arrogantẽ illum & superbum significare se esse superatũ, q̃ illũ sic prostratum fuisse a puella. Dicebantur autem hæc omninò intelligenti: & accepta occasione, sapiens erat sapientior. Protinus .n. intellexit, si hæc potest Crucifixus, quanta sit amentia, eo relicto, illius sequi inimicos, qui sunt tam imbecilli, & tam facilè terrẽtur. Hæc cùm mẽte agitasset Cyprianus, statim perrexit ad libros: & tanq̃ malorum fontes, & orgiorũ dæmoniacorum thesauros, eorumq; nequitiæ delicias & donaria, eos igni mandare statuit. Cùm ergò dixisset famulis, ut eos afferrent, uenit ad Ecclesiam: & cum Episcopo congressus, (ei nomen erat Anthimus) rogabat, ut describeretur in numerum ouium Christi. Ille aũt (Cyprianum .n. cognoscebat, & eum planè esse lupũ sciebat) eam rem esse artem arbitratus: Tibi, inquit, sufficiant, qui sunt extra Ecclesiam: neq; eos coneris aggredi, qui sunt intrà eam, nè fortè malus tibi contingat exitus. Audiuit Cyprianus, & omnia adduxit, quibus ei fidem faceret, cum summa moderatione, & testabatur esse fidẽ Christi inuictã. Dicebat .n. Iustam illi eam nupèr notam reddidisse, per quam illa in fugam multos uerterat dæmones. Accipe aũt, dicebat, hos quoq; libros, qui mihi fuerunt malorum principium, & da eos igni consumẽdos, ut dæmones quoq; sciant nihil posthàc fore mihi cum illis cõe. Ii .n. fuerunt intercessores ad amorem in eos mihi conciliandum. His persuasus Episcopus, uirum esse mutatum, illos quidẽ, ut digni erant, statim igni mandauit: illum autẽ, cùm ei benedixisset, dimisit, multùm admonens, & ei cauens, ut staret iis, quæ decreuerat.

Cyprian⁹ conuertitur, intellecta Christi aduersùs dæmones potentia.

Anthimus Episcopus Antiochenus.

Magici libri Cypriani comburuntur.

Statim ergò Cyprianũ priorum magna subit pœnitentia: & deincèps ab improba & flagitiosa uita tãtum destitit, & tantus fuit hostis turpium uitiorum, quanta priùs ei intercesserat cũ ipsis amicitia. Quin etiam in ea, quæ sunt honesta & Deo grata, tantũ adhibuit studium, quãtum nec priùs in ea, quæ sunt mala. Indicium pulchræ huius mutationis, post librorũ conflagrationem, fuit ẽt simulacrorum dissolutio: q̃ fuit tam absoluta, ut ne eorum quidem omninò esset reliquum uestigium, si quid tale præcedens tempus apud eum uidisset. Deindè quid? Cùm ille ad suã contumeliam caput cinere adspersisset, graues edẽs gemitus ac suspiria, & seipsum lauans lachrymis, solus cum eo solo, qui est ubiquè præsens, colloquebatur: tantoq; in Deum amore cor ei inflammabatur, & sic ignis eius omnem deprimebat mentis altitudinem, ut ipse recusaret ore Deo offerre supplicationẽ, propter insignem humilitatem. Itaq; magnus quidẽ erat Cyprianus, quandò suum studium cõferebat in dæmones, præcipuam honoris partem apud eos obtinens: maior autem rursùs apud Deum & Christianos, quandò fuit mutatus pulchra mutatione, & ingressus est uiam, quæ ducit ad uirtutem.

Cap. 12. *Magna Cypriani mutatio.*

Cineris adspersio, symbolũ pœnitẽtiæ.

Cap. 13.

Cùm ergò totam sic transegisset noctem in confessione, gemitibus & lachrymis, manè diei magni Sabbathi uenit in Dominicum, multos habens, q inter se inuicèm contendebant, & eum studebant præuenire, & illic uidere. Ingrediens ergò, existimabat faustum esse signum ingressus in templum, si scopo suo uerba quoquè auditionis habuisset conuenientia. Atq; habebat quidem pedes intrà ecclesiam: habebat autem admirabiliter quoquè & præter opinionẽ Diaconum, hæc Apostoli uerba pronunciãtem: Christus nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Similiter autẽ ea quoquè dicta Prophetæ: Vidisti, Domine, nè silueris: Domine, nè discesseris à me. Esaiam quoq; legebat alius: Eccè intelliget, dicẽs, puer meus dilectus, quem elegi. Quæ oĩa cùm iudicasset suo conuenire instituto, perfectiùs ad fidẽ in Deum, suum confirmauit aĩmũ, ut qui esset intelligens, & de ea, q̃ oportet, uidẽda perspicacissimus. Cum autem uocaret tempus, & * foràs egrederẽtur Ecclesiæ catechumeni, ille uerò maneret intus, quidã diaconus, cui nomẽ Asterius, iussit eum exire. Ille autem illic quoquè, quam esset acri magnoq; & excel-

Galat. 3.

Psal. 34.

Esa. 42.

** fores.*

so animo, volens ostendere, neq; esset facilis ad parendũ cuilibet, ei minimè cedens: Quanã de causa, inquit, ô Diacone, me, qui factus sum seruus Christi, extra ecclesiam contẽdis eijcere? Cur dissoluis mei propositi constantiã? Post hęc diaconus quidẽ persistebat in ijs, quæ statuerat, & vim afferebat, vt eũ expelleret ea ecclesia, ei sic dicẽs pręterea: Nõdum factus es perfectus. Ille aũt verbo valdè perculsus, dixit: Viuit meus Christus, q dæmones aboleuit, qui virginẽ seruauit, qui mei indigni est misertus, non me arcebis ab ingressu ecclesię: ab ea non recedam, nisi factus fuero perfectus.

Amore Christi nõ uult exire ecclesiã cum caeteris catechumenis

Cap. 14.

His quæ dicta fuerant, valdè obstupefactus diaconus, hæc significat Epõ, nempe q ipse quidem ea ecclesia eiiceret Cyprianum: ille verò vellet intus manere, non aũt exire cum cathecumenis, nec hoc solùm, sed etiã quæ perfectos reddunt, vellet consequi sacramenta. Qui igitur ad seruandas animas erat artificiosus Anthimus, cùm rem esse diuinam accuratè considerasset, accersit quamprimùm Cyprianum: & cùm catechismo instituisset, diuino quoquè eũ expiat baptismo. Et octauo quidem die sacrum facit eum præconem & expositorem Christi mysteriorum: vicesimo aũt subdiaconum, tricesimo verò refert in numerũ diaconorum. Sic quidem Cyprianus pulchrè versabatur in rebus honestis: & sic in primo accessu fuit inspiratus diuinitùs: & sic perseuerauit, ad naturam, eum retrahentem nõ humiliter nec abiectè respicere, neq; pmittere se ab ea flecti, adeò vt & delupèr dignus diuina cẽseretur illuminatione, & aduersùs vitia & dæmones maiore ditaretur gratia, quàm quæ auribus ferè percipi, aut credi possit.

Cyprian⁹ baptizatur.

Sacris initiatur.

Cap. 15.

Cùm autem totus annus esset transactus, dignus iudicatur cathedra presbyterorum, non hoc assecutum solummodò iudicans, sed ẽt ad virtutis incrementũ, tam prompto & alacri aĩo per uiam arctã & asperã ingrediens, q̃ vllus alius per planam & latã, & ad ingrediendum facilem. Paruo itaq; tpe summum virtutis appræhendit, & creatus est pastor Carthaginensium. Nõ solùm aũt Carthaginem, sed ẽt vniuersum Occidentem, atq; adeò ẽt totum Orientem, cõpræhendit sui admiratione. Is generosam quoq; virginẽ Iustam, cùm mutato noĩe Iustinam appellasset, & in diaconissarum numerum retulisset, ei tradit præfecturam earum, quæ erant in monasterio, & eis illam præfecit, tanq̃ matrẽ. Eos aũt, q orthodoxæ fidei aduersabantur, luce vitæ & linguæ suauitate inducens quotidiè innumerabiles addebat Ecclesiæ, &, vt semèl dicam, quoscunq; aut præsens lingua, aut absens scriptis alloqueretur, ad rectam partẽ traducebat. Quamobrèm res gentilium florentes tunc sunt extinctæ, & tanq̃ herba quædam paulatim emarcuerunt. Cùm ità se haberet, in eum à doloso hoste bellum est excitatum, non vt eum vnquam superaret, (Sciebat enim fieri non posse, vt ipse Cypriano euaderet superior) sed vt cùm Christi oues a pastore desertas effecisset, tunc tanquàm lupus inuadens, eas mactaret & perderet.

Ordinatur presbyter.

Alij rectius sentiunt Antiochenorum creatum pastorem.

Multos cõuertit sua prædicatione.

Cap. 16.

Cùm ergo totũ subiisset Decium, (ipse enim tunc imperabat Romanis) acerbissimo eũ ciet furore aduersùs Christianos. Magis autem studebat ipse vnũ venari Cyprianum, q̃ oẽs capere Christianos. Sciebat enim, quàm esset illius lingua vtilis Christianis, & q cùm illum cepisset, facilè eos subiugaret, qui ab ipso pascebantur. Cùm in eo ergò omnes adhibuisset machinas, & nec bonorum promissis allici, neq; malorum minis vidisset persuaderi, eum tandem dãnat exilio. Ille autem tantum abfuit, vt æxistimaret magnum quid esse supplicium, & si extremum esset malum, vt seipsum non curans, aliorum curam gereret, nec cessaret scribere, admonere, confirmare, adhortari, vt ad sola intuerentur præmia, quæ sunt virtuti proposita, & à sola, quæ est illic, penderent gloria; enses autem, ignem & bestias, tanquam bonorum causas amplecterẽtur, vt quæ pro breui, & q est ad tempus, dolore reddãt regnum cælorũ. Hæc Cyprianus non solùm dicebat, sed ẽt quæ licebat, faciebat, ut qui sciret, facta magis posse persuadere, q̃ verba: & suo exemplo prouocabat ad similẽ æmulationem. Quomodò autem? dicetur: Videns n. tandèm malignus Cyprianum contendentem sic extinguere errorem cultus simulacrorum, grauiter ferebat, & erat ei intolerandum omninò, quod fiebat. Subiẽs itaq; quosdã ex iis, qui erant in impietate acriores, persuadet, ut eum accusent apud Comitem Oriẽtis: (illi nomen erat Eurolmius) q omnes quidem persuadet, miris quibusdam eos inducens præstigiis: aduersùs nostros aũt deos ingentes eis facit spiritus: &, quod est grauius, nõ solùm id facit cũ eis, in quorum uenerit conspectum, & cum quibus fuerit latèter congressus, sed cum illis etiam, quos literis conuenerit: & quòd liberè quidem amplectitur sectam Christianorum, eorum aũt irridet religionẽ, & deos patrios afficit contumeliis. His Comes ad iram uehementissimè accensus, & maximè, q rescivisset virginem quoq; Iustinam eadem sentire, quæ Cyprianus, cùm eos in uincula coniecisset, & aliam tradidisset custodiam, reseruat tribunali Damasci.

Virtuti ppositapræmia in cælis.

Cyprian⁹ cum Iustina conjicitur in uincula.

Cùm ergò ducti essent sancti in hanc ciuitatẽ: Tu es magister Christianorũ, (dicit Comes Cypriano, uerba faciens ex alto tribunali) qui eis, qui deos colunt, persuades contrarium, & eos conturbas, qui ppter mentis imbecillitatem facilè in omnem laberis opinionem? Non tu priùs multos ad deos adduxisti, aptis, ut accepi, de eis narrationibus? Quomodò ergò nupèr es mutatus? & quænã est causa mutationis? Cur autem Crucifixũ prædicans, statuisti homines decipere alienis doctrinis? Post hæc sanctus quietem agens, seipsum colligebat, & confirmabat. Deindè propiùs procedens, Comiti dixit ornatè & honorificè: Ego cùm, ut tu testaris, in res Gentilium multũ studii ponerem, & in dicendi facultatem, & magicorũ librorũ meditationem essem uehementissimè affectus, nullum hinc magnum, aut quod ad animã pertineret, lucrum percepi. Mihi aũt sic affecto & in uanis occupato laboribus, inaniũ meorũ sudorum, & cultus deorũ insipientiũ Deus misertus, bonam & certam ducem uiæ, quæ ad ipsum tendit, hãc mittit virginem. Quòd si modum consequenter audire uolueris, quo id fuit administratum ac gestum, fat scio, ualdè miraberis. Sic aũt habet. Aglaidas quidam ex iis, qui nati fuerant ex Claudio, ab hac uirgine uictus fuerat amore magico. Et ille quidem eam petebat in matrimonium: illa autẽ recusabat, coniuge contenta virginitate. Ille persistebat, partim quidem supplicans, partim autẽ uim afferens. Illa ecõtrà à prima uoluntate non desistit. Postq̃ uerò uidit eã immobilẽ, & ei orõne resistentem, nullo mõ potuit quiescere. Itaq; ad me ueniens Aglaidas, exposuit quidẽ arcanũ, narrauit aũt se fuisse despectum à virgine, & postremò rogauit, ut pro uiribus opẽ ferrẽ infortunio, & amatoriũ medicamẽtũ, qđ ei uincẽdæ par esset, ad eã immitterẽ, & ad amatoris mouerẽ cupiditatẽ eã, q̃ tã superbè despiciebat. Ego uerò & libris magicis habẽs fiduciã, & in dæmonibus, iussi ne curaret, ei citissimũ pmittẽs auxiliũ. Cùm igitur vnũ uocassẽ ex dæmonibus, ei rẽ aperto, & si qđ posset rogaui, ut opẽ ferret. Ille aũt, anteq̃ experiretur quidẽ, erat elato supercilio, & uehemẽs i pmittẽdo, & q uidebatur posse omnia facere. Cùm autem abiisset, &

Psal. 17.

Exhibetur tribunali.

Cypriani ad Comitẽ oratio

Imbecillitas dæmonum superbissimorum. cum puella esset congressus, apparuit mus leonē aggressus, aut scarabeus luctatus cum aquila. Fugiens ergò ad me est reuersus & valdè territus, quàm priùs erat magnus, & cuius intolerandus erat impetus. Me uerò tnuasit stupor, quomodò uirgo adeò mollis, & quæ qualibet solet facilè terreri, non solùm nō cessit ui & inductioni dæmonis, sed ei ēt euasit terribilis. Quibusnam aūt armis nitens, nō solùm eum repulit, sed ēt ad nos transmisit fugitiuum? Propterea eram plenus suspicione, & grauibus agitabar cogitationibus. Me aūt interrogante & sitiente scire causam, uolebat quidem celare dæmonium, & omni ratione tegere. Cùm autē ego eum non dimitterem, nix tandèm, uel inuitus confitetur, & arcanū aperit, dicens diuinam esse in ea uirtutem, & sibi quoddam horrēdum apparuisse signum, cuius ne solum quidem sustinuit adspectum, sed rediit fugiens. Sic illo condēnato, ipse non fuit negligens: sed aliū quoquē misit, qui, ut exsistimabat quidem, erat prtori lōgè fortior: uiribus aūt nihil erat dissimilis. Nā ille quoque cùm eadem uidisset, & passus fuisset, reuersus est. Ego aūt rem adhuc uolens magis examinare, emitto ipsum principē dæmoniorum, ignaros & inexpertos uocātem eos, qui priùs missi fuerāt, & qui nullis insidiis, nec ulla arte uti scirent ad mentem decipiendā: me aūt bona spe implebat, quòd & uirginem expugnaret, & eam, cui uellem, quolibet faciliùs redderet morigeram. Postquā autē ipse quoque eam est aggressus, quid quidem non dixit, quid autē non fecit ex iis, quæ possunt inducere? Quānam autem omisit speciē deceptionis? Quæ quidem omnia illa arguit esse inania & imbecilla: & tandem illum ipsum, cuius erant tā ingentes spiritus, adeò humilem reddidit & fugitiuum, ut apertè fateretur Crucifixi uires esse inexpugnabiles, & ab ipsa illos fortiter espelli.

Crucifixi uires inexpugnabiles, & dæmonibus horrori.

Cap. 18. Ad hæc quid me oportebat facere, dic per ipsam ueritatem, o Iudex. Rem ne mente agitare & iudicare dignam, quæ consideretur, quænam sit ipsa Christi uirtus, quæ uulgò iactatur, qua ipsi quoquè terrentur dæmones, & sola fuga feruantur: an sic citra rōnem sequi ea, quæ sunt tradita, perindè ac si traheret naribus? Ego itaqi cùm quæsiissē ioneni, & pulsanti mihi fuit apertū. Et cùm lux cognitionis meo cordi illuxisset, purè cognoui, quòd hæc quidē simulacra, quæ à uobis colūtur, sunt solùm deceptio & mendacium, quæ sub Dei nomine adorantur. Vnus autem uerus Deus est Christus, qui potest seruare eos, qui in ipsum credunt. His Comes ad iram motus, cum nō haberet quid talibus dicendi uiribus responderet, facit id, quod erat in prōptu, & quod est consequēs iis, qui fuerint irati. Sanctum quidē iussit suspensum discerpi: Iustinæ aūt os uerberari, & oculos, etsi illa non tam uideretur cædi à tortoribus, quàm quodammodò meminisse Dei glorificationis. Nā cùm sic uerberaretur, alta uoce clamabat: Gloria tibi Deus, qui me, cùm essem Indigna, tuā fecisti familiarem, & dignam cēsuisti, ut pro tuo paterer nomine. Et sic patiens, adeò se fortiter gessit, ut nihil ostēderet ignauum, aut muliebris & imbecillæ naturæ conueniens: qui autē uerberabant, deficientibus eis uiribus, à tormentis cessauerūt. Diuinus autem Cyprianus, cùm os eius cæderetur, planè erat magno & excelso animo, nec frangi, aut deiici poterat, uiriles qi & beatas tales edebat noces, ut audientes eos, qui circunsistebant, ad se attraheret & ab incredulitatis profundo eriperet. Dicebat. n. Comiti, magno & generoso animo, ingentiq; spiritu eum intuens: Cur es adeò emotæ mentis, indignæ scilicet regno cælorum, pro quo ego omnia pati statoi, ut tui quoque sunt testes, qui non uident, oculi? Non respicies, non cognosces, quænam sit uera lux: & relictis tenebris, ad ipsam transibis? Propter hæc Comes ad unumquodque eorum, quæ dicebantur, grauinrem ei imponens dolorem: Si, inquit, tibi uideor immortale regnum cōciliare, tibi supplicium adhuc multiplicabo, & omninò mihi habebis gratiam propter beneficium & commoda, quorum ego sum tibi conciliator. Hæc cùm dixisset, & adhuc paululùm eum cædi concessisset, deindè cessauit cruciare, non ex humanitate, sed quòd inops esset consilii, ut qui desperasset fieri posse, ut sancti mutarentur. Propter hæc in carcerem quidem Cyprianum, Iustinam autem iubet abduci in Terentinæ, quod dicitur, monasterium.

Sācti martyres acerbissimè puniuntur.

Cap. 19. Rursùs autem post tempus non multorum dierū, cùm sanctos ad secundam produxisset examinationem, simulans mansuetudinem: Nolite, inquit, sequi hominem mortuum, neq; morte affecto nestram fidem credere. Non est. n. omninò uitæ dator, qui ne sibi quidem potuit opem ferre, & suam seruare animam. Hanc admonitionem reputantes sancti superuacaneam & stultam, immò uerò improbam & noxiam, sic dixerunt Comiti: Quid uerò tu, qui es tam acuto & subtilis ingenio? Non didicisti, quòd absq; morte non accedit immortalitas? Nec intellexisti quodnam sit mysterium eius, qui uicit mortē morte tribus dierum? Sed tu es reuera hebeti & obtuso ingenio circa res magnas & utiles: & ideo uidens non uidebis, & cùm sis insipiens, non intelliges. Propter hæc Comes ne expectato quidem fine orationis, ira statim fuit percitus, & ficta mãsuetudo facilè est dissoluta. Vndè ēt martyribus grauem parauit pœnā, sartaginem ualdè accensam iubens eos excipere. Cùm diuinus ergò Cyprianus priùs forti & generoso animo insiluisset, eum statim secuta est Iustina. Quam cùm martyr uidisset timore correptam, quantum licebat coniicere ex tarditate ingressus, uerbis et animū addebat, & memoria rectè factorū, quibus illa & fugauit dæmones, & eum reuocauit ab incredulitate. Cùm his uerbis confirmasset Iustinā, deindè rursùs figura uenerandæ Crucis, tanquàm armis muniti, ueluti super rorē sensim descendentē, super ferri flammam recubuerunt. Quo quidem Iudex etsi ualde obstupefactus, præstigias tamē, non ueritatē, esse putabat id, quod fiebat. Vndè etiā eius fouens amentiam quidā Athanasius, unus ex iis, qui cōsiderabāt, & quòd erat ei familiaris: Ego, iquit, Christi uestri mox arguā imbecillitatē. Dixit, & simul ēt ausus est igredi ardentē flāmam ignis, inuocato Ione & Aesculapio, illo quidē, ut quòd sit princeps ignis ætherei & terreni: hoc aūt, ut quòd existimaretur suppeditator salutis. Nō priùs aūt ignē attigit, quàm è uita ēt stultus excessit, protinùs, quos uocauit, dignū consecutus auxiliū. Sācti aūt diù in sartagine pmanserunt illesi, illuminati potiùs, quàm ardētes. Ignis. n. eis cedebat, & coercebat eā, quā habebat, operationē, nelut reuerēs cōem Dñm & opificē, pro quo hæc pati statuerunt.

Egregiè respondēt Comiti.

Mittuntur in accensam sartaginē.

S. Cruce se muniūt.

Nota amētiā impij hominis.

Cap. 20. Videns ergò Iudex res nouas & stupendas, & ignē, tanquā unū ex iis, quæ sunt rōne prædita, discernentē amicū ab inimico, & sanctos quidē illęsos pseruātē & cōseruantē, Athanasiū aūt pro meritis ad mortē transmisisse, ipse quoq; pemodū suffocabat, &, Cur, qui mihi amic⁹, dicebat, & mihi curæ, & ppeū maximū sētio dolorē. Cū uerò uocasset quēdā ex cognatis, cui nomē erat Terēti⁹, eū seorsùm ab aliis adhibuitq; cōsiliū, quonā mō se gereret i iis, q ad sāctos ptinebāt. Terētius aūt dixit: Nihil sit tibi rei cū sanctis, nec uelis tā incōsideratè resistere ueritati. Christi virt⁹ē planè inexpugnabilis. Tibi aūt optimè cōsules, si eos trāsmittas ad Imperatorē, & ei accuratè significaueris, quæ cunq; in eos feceris: quàm magno aūt & excelso aio n se gesserunt

Virtus Christi quanta.

gesserunt in omnibus:& qđ à te nullũ fuit prætermissum suppliciũ, sed puniẽdo ẽt ipsas superasti bestias: illorũ uerò tormentorũ nullũ eos attigit, sed hucusque permanserunt illæsi. Hæc cùm audiisset Comes, Nicomediã ad eũ, qui tunc rerũ potiebatur, (is aũt erat Claudius) talẽ statim mittit epistolã: Comes Eutolmius Claudio Cæsari magno, terræ & maris dño, Salutẽ. Eos, qui tuæ sunt ditionis, uidẽs magna frui trãquillitate, Imperator maxime, magnorũ deorũ, quã in te cõseruant, beneuolẽtiæ, & eius, quæ tibi adest, religionis noui hãc esse dignã remuncrationẽ. Quoniã autẽ quidam ex iis, qui dicũtur Galilęi, in ipsos fremẽtes, Christũ, quẽ Iudæi, tanq̃ maleficũ, Cruci affixerunt, magis colunt & adorãt, ea de causa nos quoquè eos omnibus modis, tanq̃ seditiosos ac perniciosos, postq̃ ad tribunal producti sunt, non mutatos, è ciuitatibus pellere magnifacimus: & quos quidẽ uia tandem eorũ, quæ malè senserant, aliqua subit pęnitẽtia, magnorũ deorũ freti beneuolẽtia, eos admittere, &, quã par est, gratiã reddere non recusauimus. Quos aũt perscrutans inueni esse immedicabiles, eos flagris cædere, in crucẽ agere, unguli, discerpere, omnibus modis punire, cõuenienter iis, q̃ latæ sunt, legibus, nõ negleximus. Non possunt.n. aliter superari emotæ mentis animi, & q difficilè habẽt affectionẽ in eis habitantẽ. Nè aũt me putes ea, quæ dicuntur, fingere, hunc quoquè Cyprianũ, qui nõ aliqua adductus necessitate, sed sua spõte defecit à diis seruatoribus, & Crucifixo totũ seipsũ dedicauit, postquàm ualdè puniui, ad tuã nunc misi potentiã, bominẽ, qui est uerbis aptus ad persuadẽdũ, moribus autẽ improbus, & ad se delendeodũ prõptissimus. Eum si blandè ac leniter conueniebã, ne animũ quidẽ mihi omninò adhibentẽ inueniebã: si asperè tractabã, & tormenta inferebã, non tã uiro, q̃ statuę, aut alicui alteri inanimato ea me inferre censebã: si carcere includi imperabã, existimabat imperatũ esse inopię cõsilii, nõ aũt humanitatis: & ne sic quidẽ stolidus, q ad deos quidẽ attinet, & eos, qui illis pârent, uolebat qe tẽ agere: Sed cùm esset sub claustris & custodibus, insultabat eorũ tolerantiæ: & nec desistebat quidẽ multos suo morbo implere. Cùm ergò uisus esset & vltrice manu, & carnificibus, q ad nos quidẽ spectat, superior: sciamus aũt oẽs, q quãcunq; terrã Sol adspicit, ea tibi paret, & à te regitur, Cyprianũ ad te misi simul cũ Iustina virgine: quos aut efficies, vt declinẽt ab odiosa & execranda religione: aut circa illos ea facies, quæ magno Ioui placẽt, & diis aliis. Illorũ aũt inobedientiã singulatim declarabunt acta, quæ sunt de eis facta.

Epistola Comitis ad Imperatorem.

Cap. 21.

Literas itaq; legentẽ Imperatorẽ subit admiratio: anteq̃ eorũ faceret periculũ, uictus fuit à forti & magno eorũ animo. Cùm ergò uisum esset sufficere tormẽta, quæ pręcesserant, & plura inferre iudicaret nõ solùm esse crudele, sedẽt superfluũ, (acceperat.n. eos quicquid inferebatur, insigniter despicere) cõicato cũ amicis consilio, ubi illos inuenit laudantes, impo suit finẽ iis, quæ præcesserant: Cyprianus, dicens, & Iustina, qui aduersis deos fremuerunt, & ne suppliciis quidẽ, ut sententiã mutarent, inducti sunt, neq; bonorũ promissis, gladio mortẽ subeant. Hæc cùm sancti audiissent, nõ tristẽ uultum, non uerbũ indecorũ & illiberale, neq; aliquid aliud, quod esset pusilli & abiecti animi, ostenderunt: sed potiùs alacres, & magnã animi lætitiã uultu significantes, proptèr flumũ Galiũ ad mortẽ ducebãtur, cùm accessissent plurimi ad spectaculũ, utpotè q fama curreret, & oẽs statim uocaret pp personarũ claritatẽ. Cùm ergo aliquod breue tẽpus ad orandũ petiissent, & impetrassent, & Ecclesiæ tranquillitatẽ, omnibusq; pacem à Christo postulassent, magnus Cyprianus ne tum quidem moriturus, sapiẽtiæ oblitus est, & animi magnitudinis: sed habens suspectam fœminæ imbecillitatẽ, eos, quibus mãdata fuerat cędes, rogauit, ut priùs interficerent Iustinã. Quod cùm factũ esset, & beatũ finẽ ea accepisset, ille magnas Deo agens gratias pp hanc pulchrã & optandã uocationẽ, ipse quoq; mox lætus gladio consummatur, & ad cęlum euehitur.

Iubentur sancti martyres gladio feriri.

Cyprianus rogat Iustinã priùs interfici, ob muliebrẽ imbecillitatem.

Cap. 22.

Iacentibus ergò sic corporibus, nemo audebat ea tollere pp magnam gentiliũ feritatẽ, & ad supplicia sumenda procliuitatẽ. Nam cùm in sanctos martyres iam lata fuisset sentẽtia, transiens quidã, cui nomẽ Theoctistus, & uidẽs abduci sanctos, solùm dixit: Quàm iniustè morti traditi fuerunt sancti: & martyr fuit repente absq; ullo negocio. Simulatquè.n. hoc dixisset, eũ ex equo deiiciẽs assessor Felicius, cui Imperator principaliter mandarat in sanctos animaduersionẽ, parẽ Christi martyribus ei quoq; mortẽ attulit. Cùm ergò non parùm tẽporis intercessisset, & sic preciosæ iacerent reliquiæ, quidã ex Christianis, qui Roma in transmarinas ueniebant regiones, ubi sanctũ uidissent & eũ statim agnouissent, non possent aũt fallere custodũ oculos, qui ad hoc ipsum manebant, q esset eis imperatũ, ut custodirẽt reliquias, nè ex ab aliquo surriperentur, donèc essent deuoratę à uolucribus & bestiis: neq; ipsi tẽpus obseruare neglexerunt, cùm custodes quidẽ a somno uicti fuere. Tunc n. ipsi, acceptis preciosis thesauris, Romam denuò nauigarunt, afferentes ẽt monimenta eorum decertationis. Quę quidem simul cum sacris corporibus credunt fidei cuiusdam mulieris clarissimę, cui nomẽ quidem erat Matrona, cognomen autem Ruffinaq; dicebat se genus ducere a Claudio. Ea autẽ in maximè insigni tumulo ciuitatis illa honorificè deponit in una theca, affatim curationes non iis solis, qui Romam habitant, sed ẽt iis, qui illuc ueniũt ex omni parte, prębentia quotidiè: Ad gloriã Dei patris, & Domini nostri Iesu Christi: Quẽ decet omnis honor, maiestas & magnificentia, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Theoctistus propter verba paucissima trucidatur.

Sacra eorũ reliquiæ Romã trãsferuntur.

VITA ET MARTYRIVM SANctissimorum Cosmæ & Damiani, ac fratrum eorundem Antimi, Leontii, & Euprepii, ut habetur in antiquissimis MS. codicibus, quibus uetustissima suffragãtur Martyrologia.

Septẽb. 27
Cap. 1.



DECET ut omnium sanctorum ueneranda merita reuerenter à piis animis legantur, atq; noscientur, nè quisquam possit, seu legendo siue audiendo gesta sanctorum, piger ac fide tepidus remanere, & non discussa mentis infirmitate, alacer ad eorũdẽ sanctorum uenerabiles palmas festinare. Denique tẽporibus Diocletiani & Maximiani fuit quędam mulier in ciuitate Aegęa, uenerabilis ac Deũ timens, nomine Theodota. Hęc omnibus diebus uitę suę seruiens Domino, & piis operibus insistens ac faciens mandata Dei, sanctos geminos fratres Cosmã & Damianũ enixa est. Quos cum nutrisset, & literis instruxisset, Medicinę artẽ à spiritusancto edocti sunt, curare scientes secundum Euangelium oẽm ęgritudinem & omnem infirmitatẽ, nõ solùm in hominibus, sed ẽt in iumẽtis, ut impleretur sermo propheticus: Hoies & iumenta saluabis Dñe. Passiones uerò quas curabãt, hę sunt: Cęcis uisum in noie Iesu Christi re

Patria & mater sanctorũ Cosmæ & Damiani.

Psal. 35.

ſtituebant, clandis greſſum, ſurdis auditum, mancis reſtaurationem: ſpiritus immundos ex obſeſsis corporibus repellebant, & omnem amaritudinē à corporibus humanis per gratiam cœleſtem detrahebāt. Et hoc facientes, à nullo aliquid, tam à diuite quàm à paupere accipiebant, mandatum Saluatoris cuſtodientes: Gratis accepiſtis, gratis date.

Gratis curationes ægris adhibent.
Matt. 10.
Cap. 2.

Eo tempore fuit matrona quædam, nomine Palladia, clinica: Hæc oēm cenſum proprium cùm erga Medicos expēdiſſet, & nihil profeciſſet, cognita opinione ſanctorum Coſmæ & Damiani, feſtina cucurrit, complexaq; pedes eorum poſtulabat, ut eorū uiſitationem mereretur. Qui fide eius explorata, própro aio eam, Dño iuuante, curauerunt. Quę agnoſcēs qm̄ per eos Dominus curare eam dignatus eſt, laudē dedit Deo, qui illis hanc coronam uirtutis, & curationum contulit gratiā. Sciēs aūt, quia à nullo quicquā accipiebant, occultè obtulit ſancto Damiano quoddam munus: & cùm nollet accipere, uoluebat ſe pedibus eius, & ſacramentis terribilibus conſtrictus ſuſcepit munuſculū eius, nè ſpernere uideretur nomen Dñi per quod adiuratus eſt. Hoc cùm S. Coſmas comperiſſet, ualdè contriſtatus eſt, & præcepit nè corpus eius unà cū ipſo ſepeliretur. In eadem nocte apparuit ſeruo ſuo Coſmæ Dñs, dicens: Quarè ſic locutus es propter illud munus, quod non mercedis gratia, ſed per nomen meum adiuratus ſuſcepit?

Palladia matrona, clinica ab infirmitate curatur.
S. Damianus coactus ſuſcipit paruū munuſculum.

Cap. 3.

Multis igitur mirabilibus factis, quadam die inuenerunt camelū debilitatum arte diabolica, quem ſanum reſtituentes, illæſum abire iuſſerunt. Sed ut eorū uita ampliùs per paſsionem clareſceret, facta eſt perſecutio Chriſtianorum in ciuitate Aegæa à præſide Lyſia. Sedens itaq; pro tribunali, audiuit ab officio ſuo beatiſsimorū martyrum Coſmæ & Damiani geſta, quæ & quanta per eos Dñs circa ægrotantes ageret, & ꝙ eſſent Chriſtiani, & Medicinæ artis induſtria imbuti, circumeuntes ciuitates & prouincias, infirmos ſanantes, & oēs oppreſſos à ſpiritibus immundis, in noie eius, qui dicitur Chriſtus, curantes: ſed & alia ſigna in eius noie facientes. Hæc uidentes, inquiunt, deorū noſtrorum cultores, recedunt à ſacratiſsimis immolationibus, his magis cōſentiētes. Audiens igitur pręſes hæc uerba, dirigit quoſdam de officio, qui eos tenerent. Et ſtatim ab apparitoribus præſentati, ſtabant hilari uultu. Adſpiciensq; eos impiiſsimus præſes, dixit: Quarè uos circumeuntes ciuitates & prouincias, quamplurimos cogitis recedere à deorū noſtrorū cultura? Niſi acquieueritis mihi, diuerſis tormentis conſumam corpora ueſtra. Primùm autē dicite mihi cuius ſitis prouinciæ, & quæ ſint noīa ueſtra, uel cuius ſitis fortunæ. Martyres dixerunt: Hoc ſi uis ſcire, Arabiæ prouinciæ ciues ſumus, nomina autē noſtra hæc ſunt: Ego quidem Coſmas dicor, frater meus Damianus. Fortuna aūt quid ſit, ignoramus. Chriſtiani.n. ſumus ex magno genere. Habemus aūt & alios fratres, & ſi uis, noīa eorū dicimus tibi. Præſes dixit: Dicite ergo, nihil metuentes. Sanctus Coſmas reſpondit: Nomina eorum hæc ſunt: Antimus, Leontius, & Euprepius. Præſes dixit: Facite eos ad me uenire.

Accuſantur apud Lyſiā præſidem ſancti martyres.
Ducūtur ad tribunal iudicis.
Antimus, Leontius, & Euprepius eorū fratres uocantur ad præſidem.

Cap. 4.

Euntes uerò beati martyres cum officio, adduxerunt eos ad præſidem. Videns eos præſes, dixit: Tractantes quod expedit uobis, accedite & ſacrificate diis noſtris. Si uerò nolueritis, crucians uos tormentis, negare faciam Chriſtū. Sancti martyres quaſi ex uno ore dixerunt: Tormenta tua contemnentes, non timemus: fac ergò quod uis. Nam idola ſurda & muta, quæ ſunt lapides & æramenta, deos dicere nō poſſumus. Audiens hæc præſes, præcepit uinctos manibus & pedibus fortiter torqueri. Sancti aūt martyres dum torquerentur, dicebant: Domine refugiū factus es nobis à generatione & progenie: Priuſq̃ montes fierent, aut formaretur terra & orbis, à ſeculo uſque in ſeculū tu es. Nè auertas hoiem in humilitatē, & dicas, Conuertimini filii hominū. Conuertere Domine, aliquantulùm, & deprecare ſuper ſeruos tuos, & libera nos à laqueo diaboli, & filii eius Lyſiæ præſidis: quia in te ſperauimus Domine, & tu es glorioſus in ſecula. Hæc autē orantes, manebant illæſi. Et dicebant ad præſidē: Si habes crudeliora tormenta, infer nobis, ut cognoſcas, quia nihil nobis tormenta tua nocere poſſunt, adiuuante nos Chriſto. Præſes dixit: Ego quidem putabā, per parua tormēta ſuadere uobis, ut applicarē nos ad propitios deos: ſed ut uideo perſeueratis adhuc in impietatib ueſtris, nolentes cōuerti à ſtultitia ueſtra, ut impleatis Imperatorū pcepta. Propter hoc præcipio uos catenis uinctos in mare præcipitari. Sancti martyres dixerūt: Expecta paululùm, & uidebis Dei uirtutē fieri ī nobis. Vincti igitur catenis, ſecundum præſidis præceptū, pergebant gaudentes & pſallentes: In uiis teſtimoniorū tuorū Dñe delectati ſumus, ſicut in omnibus diuitiis. Propter nomē tuū Dñe, ſi ambulemus in medio umbræ mortis, non timebimus mala, qm̄ tu nobiſcū es. Virga tua & baculus tuus, ipſa nos cōſolata ſunt. Paraſti in conſpectu noſtro menſam ſpiritualē, aduersùs eos qui tribulāt nos. Impinguaſti in oleo capita noſtra, & poculo tui noui teſtamēti inebriaſti nos. Et miſericordia tua ſubſequetur nos omnib. diebus noſtris, perducens nos in portum uoluntatis tuæ.

Cap. 4. Fortiter torquentur.
Pſal. 89. Pſalmiſt. Dominū tormentis.
Pſal. 118.
Pſal. 22.

Cap. 5.

Hæc illis pſallentibus, uenerūt ad locū: & accipiētes eos miniſtri, ſecūdùm ꝙ eis fuerat præceptū, miſerunt eos ī mare. Statim Angelus Dñi affuit, & dirupit uincula eorū, & expoſuit eos ad litus illæſos. Eūtes uerò milites nunciauerunt præſidi quæ uiderūt. Audiens uerò præſes, iuſsit eos ad ſe perduci, & adſtantibus eis dixit: Per deos magnos, maleficiis uincitis, quia & tormēta contēmnitis, & mare ſopitis. Docete ergò & me maleficia ueſtra, ut & ego ſequar vos cōicans operibus ueſtris. Sancti uerò Coſmas, & Damianus dixerunt: Nos maleficia neſcimus: Chriſtiani eñi ſumus, & in nomine Chriſti maleficiorū uirtutē ad nihilū deducimus. Si uis, eſto Chriſtianus, & uidebis Dñi noſtri Ieſu Chriſti uirtutē. Præſes dixit: In nomine Dei Apollinis ſequar uos. At ubi hunc ſermonem dixit, ſtatim aduenerunt duo nequiſsimi ſpiritus, & cædebant eū in faciem. Præſes uerò dū diù torqueretur, dixit ad sāctos martyres: Deprecor vos milites Chriſti, orate pro me ad Deū ueſtrū, quò poſſim a dæmonibus iſtis liberari. Sācti uerò Coſmas & Damian' orauerūt ad Dñm Ieſū Chriſtū, ut ceſſarēt, dęmones, nè eū torquerēt: & ſtatim dæmones nuſq̃ cōparuerūt. Cùm aūt receſsiſſēt dæmōes, dixit: Videtis qualiter dii indignati ſunt aduersùm me, q̄a eos derelinquere cogitabā? Sācti martyres dixerūt: Non intelligis inſenſate canis, Dñi noſtri miam in te fieri, ſed adhuc pmanes in incredulitate? Deos noians idola ſurda & muta, & ſine Deo? Percipe intellectū, & cognoſce Deū uerū q̄ tibi uitā tribuit, & noli cōfidere in operibus manuū hoīum. Hæc audiēs præſes, furore repletus dixit: Iā nō patiar uos blaſphemare deos, ſed me iniuriātes, iplebo in uobis Imperatorū iuſſa, ſi nolueritis acquieſcere eorū diuinis sāctionib. Et hæc dicēs, iuſsit eos ī carcerē recipi, donèc cogitaret quō eos pderet. Cū aūt ducerētur sācti martyres, pſallebāt dicētes: Cātemus Dño cāticū nouū, q̄a mirabilia nobiſcū fecit. Saluauit nos dextera ſua & brachio ſancto ſuo. Notū feciſti ſalutare tuū Dñe, & corā gētib' reuelaſti iuſtitiā tuā. Memor fuiſti miſericordię tuę Iacob, & ueritatis tuę domui Iſrael. Viderunt

Præcipitantur in mare, ſed ſtatim ab Angelo liberantur.
Caditur præſes à dæmonib.
Reducuntur ſancti in carcerem.
Pſal. 97.

sunt omnes fines terræ, salutare Dei nostri. Et hæc psallentes, in carcere Deum laudare non cessabant.

Cap. 6.

Sequenti uerò die præses sedens pro tribunali, iussit in conspectu suo adduci sanctos. Cum autem adducerētur, dicebant: Da nobis Domine auxilium de tribulatione, & uana salus hominis. In Deo faciemus uirtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulātes nos. *(Psal. 59.)* Et hæc dicentes, uenerunt ad præsidem. *(Iterùm exhibentur ante iudicis tribunal.)* Vidēs autem eos præses, dixit: Cogitastis uobiscum, aut adhuc permanetis in insania uestra? Sancti martyres dixerūt: Audi inimice ueritatis. Nos Christiani sumus, & usque in finem pro ueritate dimicamus: & nō negamus omnium Deum, qui nos fecit cum non essemus, nec uanas imagines deos nominare possumus. Nunc autem si quid cogitasti aduersùm nos exerce. Audiens hæc præses, & cogitans quia nihil aduersùs eos præualeret, & nec eos posset separare a fide Christi, furore commotus, iussit afferre sarmenta, & ignē copiosum accendi, & sanctos Dei in eum mitti. *(Mittuntur in ardēte ignē, sed nō læduntur.)* Missi autem in ignem sancti martyres, deambulabant in medio fornacis, sicut in paradiso amœnissimo, & exultantes psallebant Domino, dicentes: Ad te leuauimus oculos nostros, qui habitas in cęlis. *(Psal. 122.)* Ecce, sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, & sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ità oculi nostri ad Dominū Deum nostrum, donec misereatur nostri. Miserere nobis Domine, miserere nobis, quia multùm repleti sumus contemptione. *(Psal. 78.)* Respice in nos Domine Iesu Christe, ut non dicant qui non nouerunt nomen tuum, Vbi est Deus eorum in quē sperauerunt? Orantibus autem sanctis, statim nutu Dei egressa est flamma, & cōbussit plurimos impiorum, & mortui sunt. *(Egressa flamma, ut olim ex camino Caldæorum, multos exussit.)* Sancti uerò martyres apparuerūt illæsi, ità ut nec capilli eorū exusti fuerint ab igne.

Cap. 7.

Videns hæc præses, obstupuit in mirabilibus quæ fiebant, & in semetipsum conuersus, dixit ad sanctos: Per deos magnos, miror super hanc uisionem nouā. Dicite mihi, usquequò caliginē nobis immittitis magicis artibus uestris, & non sacrificatis diis saluantibus orbem terrarum? Sancti martyres dixerunt: Nequissime inimice Dei, usquequò æstimas artem magicam, Dei nostri uirtutem, ut præcipias nobis sacrificare lapidibus surdis, à quibus dicis posse saluari orbem terrarum? Nos autem non recedimus à Deo omnium creatore, gubernante nos. Audiēs hæc præses nequissimus, iussit suspendi sanctos in eculeo & torqueri. *(Grauissimè torquētur in eculeo martyres.)* Statim autem Angelus Domini adfuit, qui eos custodiebat illæsos: fatigati autem sunt ministri, & facti sunt quasi mortui. Videns hæc præses, iussit deponi sanctos. Stabantq; hilari uultu ante præsidē, tanquam si nihil fuissent perpessi. Præses dixit: Per deos, uictoriam obtinent malefìcia uestra. Nunc autem affligam uos tormentis, quousquè acquiescatis Imperatorum uoluntati, & diis sacrificia reddatis. Sancti uerò Cosmas & Damianus dixerunt: Nos Imperatores tuos contemnimus: habemus enim Regē in cęlis Christum filium Dei. Tormenta autem tua nos non timeamus, tu melius nosti. Audiēs hæc præses, ualdè iratus est, & iussit sanctos Cosmam & Damianum crucifixos lapidari: Anthimū autem & Leōtium & Euprepium uinctos duci in carcerem. *(Cosmas et Damian' ī cruce suspensi lapidantur, sed nō læduntur.)* Carnifices uerò fecerūt quod eis fuerat præceptum, & crucifigentes lapidabant eos. Lapides autem conuersi retorquebantur in eos, qui illos mittebant.

Cap. 8.

Videns autem iniquus iudex ministros suos uulneratos, furore succensus, iussit uenire quatuor ordines militum qui eos sagittarent, reliquos uerò sanctos iussit eiici de carcere, & stare ante cruces. *(Iudex sagittarios uocat, qui sanctos sagittis confodiāt, sed reuertentes populū uulnerāt.)* Quod cùm factum esset iuxta iussum præsidis: accedentes milites, expenderunt omnes sagittas suas in sanctos, & nihil nocuerunt eis. Sagittæ uerò retroactæ interfecerunt plurimam multitudinē uirorū ac mulierū concurrentium ad eundē locum. Videns autem præses omnē malitiam suam uictā, perturbatus usq; ad mortē, iussit gladio amputari capita eorū. Suscipientesq; eos carnifices, ducebant ad locū ubi decollandi erant. Cumq; ducerentur, tanq̄ ex uno ore sic psallebant: Bonū est confiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime. *(Psal. 91.)* Ad annunciandū manè misericordiā tuā, & ueritatē tuam per noctē. Quia magnificasti super nos misericordiā tuā. Sed uir insipiens non cognouit, & stultus non intellexit eā. Et hæc dicentes, uenerūt ad locū, & extensis manibus ad orientē, oculos intendebāt in cęlū, & orātes i cordib. suis quasi ex uno ore dicebāt oēs, Amē. Et statim accedētes carnifices, gladio amputauerunt capita eorum, & sic in pace animas sanctas Deo reddiderunt, suscipientes uictoriæ palmam. *(Plectuntur capitali supplicio.)*

Cap. 9.

Tunc pię mentis hoīes rapuerūt corpora eorū, & memores uerbi qđ dixerat S. Cosmas, nē corpora eorū in uno sepelirent loco, repleti magno mœrore, cogitabāt ubi uel quo loco sepelirent eos. Et eccè, subito cursu mirabili camelus aduenit, humana uoce pclamās & dicēs: Hoīes Dei, q̄ multa signa & mirabilia p sāctos martyres Christi pcepistis, nō solūm uos, sed & nos iumēta, quę uobis ad ministeria deputata sumus, idcircò cū oībus & ego grās agēs aduenī nunciare uobis, ut non separentur corpora sanctorū, sed in uno loco recōdātur. *(Camelus iubente Deo (ut olim asinus Balaam) loquitur.)* Hæc cùm audisset oīs multitudo, quæ ex equis eorū famulabatur, laudē Deo dedit reuelāti mysteria p animal mutū & irrationale. Omnibus itaq; ritè gestis, sepelierūt eos. *(Eodem loco sancti martyres sepeliuntur.)* Hi fratres germani fuerunt spiritu & fide, & usq; in præsentē diē innumera beneficia largiūtur in eodē loco. Martyrizati sunt autē S. martyres Cosmas, & Damianus, Anthimus, Leōtios & Euprepius, die 27 mēsis Septembris.

Cap. 10.

Nō post multū tēporis passionis sanctorū rusticus quidam egressus est ad metendū, & dū post laborē sūpto cibo, sōno se dedisset, & aperto ore dormiret, serpens ingressus est p os eius in uentrē. Qui expergefactus, nō intellexit qđ passus esset, sed insistēs operi, cāpū quē reliquerat, pmessuit. Serò aūt cùm domū redisset, cōsueta hora comedit & bibit: & cùm se cubitū collocasset, cępit uiolenter serpētis infestatione torqueri, & gemitus cū clamore emittere. Qui uerò in hospitio eius erāt, cōtristabantur, ignorantes passionē eius. Ille aūt uoce magna dixit: Deus sanctorū Cosmę & Damiani adiuua me. Igitur cùm a serpēte magis ac magis torqueretur, cucurrit ad locū, ubi erant sanctorū corpora, & clamās iterū dicebat: Deus SS Cosmæ & Damiani adiuua me. Exaudita itaq; uoce eius, famuli Christi eū dormire fecerūt, ut eo ordine quo ingressus est malignus serpēs, egrederetur foràs cōpulsus. Itaq; cùm exiret p os ei', caput erexit, & cū totus egressus fuisset, expergefactus hō dixit: Nemo manū suā sup serpentē istum iniiciat, quia præceptum est illi in gehennam ignis ire. His dictis, serpens nusquàm comparuit. *(Sancti curant hominē in quē serpēs intrauerat.)*

Cap. 11.

Erat ēt quidam Malchus noīe, q seruiebat in templo sanctorū, qm̄ uidebat mirabilia quæ per eos Dñs operabatur. Hic allocutus est coniugē suā, dicēs: Eamus ad basilicā sanctorum Cosmę & Damiani. Quę prōpto aīo maritū secuta est. Cumq; illuc uenissent, ait uxori suę: Eccè pfecturus sum in regionē longinquā, sed comendo te Deo & sanctis Cosmæ atq; Damiano: domui tuę p fide, & erit tibi signū hoc. Cùm uoluerit Deus, mittā & accersā te. Post hæc profectus est iter suū, & uxor eius domi resedit. Interiectis aūt paucis dieb', sciens diabol' signū qđ marit' dederat, trāsfiguravit se i hoiem, & dixit uxori: Eccè marit- *(Versutia diaboli ad decipiendum hominem, quanta.)*

tus tuus ab illa ciuitate direxit me, vt adducam te ad illum: Cui illa, nolens ire, respondit: signum quidem agnosco, sed non possum hoc facere, quoniam sanctis Cosmæ & Damiano commeodauit me. Sed si vis vt veniam tecum, accede & cornu altaris tene, & iura te nihil malè facturum mihi, vt credam tibi. Túc iurauit diabolus, dicens: Per virtutem sanctorũ Cosmæ & Damiani, nihil mali faciam tibi, sed incolumẽ te marito tuo repræsentabo. His dictis, secuta est eũ. Et cùm venissent in quendam locum secretũ, voluit eam de iumento præcipitare, vt interficeret. Illa uerò eleuatis ad cælum oculis, voce magna clamauit: Deus sanctorum Cosmæ & Damiani adiuua me, vobis enim credidi & secuta sum eũ: Festinate in adiutorium meum, vt liberetis me de manu nequissimi diaboli. Statim apparuerunt ei sancti in habitu equitum, cum multitudine albatorum. Princeps autẽ iniquitatis, hoc viso, præcipitem se dedit, & nusquàm comparuit. Et impleta est scriptura dicens: Lacũ aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam præparauit. Conuersus est dolus eius in caput eius, & in uerticem ipsius iniquitas eius descendit. Sancti autẽ apprehendentes mulierem, perduxerũt in domum suã, & dixerunt ei: Nos sumus Cosmas & Damianus, quorum sacramento credidisti, ideoq; festinauimus venire ad auxilium tuum. Sed & alia multa mirabilia, quæ enumerare longum est, præstat Dominus in eodẽ loco vsque in hodiernum diem, ad laudem nominis sui: cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Mulier liberatur à laqueis diaboli. Psal. 7.

DE IISDEM SANCTIS MARtyribus, ex Gregorij Turonensis De gloria Martyrum libri primi cap. 98.

DVO verò gemini, Cosmas scilicet & Damianus, arte medici, postq̃ Christiani effecti sunt, solo virtutũ merito & orationum interuentu, infirmitates languentium depellebant. Qui diuersis cruciatibus cõsummati, cælestibus sunt coniuncti, multa miracula incolis ostendentes. Nam si quis ad eorum sepulcrum fide plenus orauerit, statim adipiscitur medicinam. Referũt etiam plerique, apparere eos per visum languentibus, & quid faciant, indicare. Quod cùm fecerint, sani discedũt. Ex quibus multa audiui, qu insequi ę longum putaui, hoc existimans posse sufficere, quod dixi: Cuncti fideliter deprecantes, sani discesseruut.

Apparẽt languentibus.

MARTYRIVM SANCTI ET magni Martyris Callistrati & Sociorum: Authore Simeone Metaphraste.

27. Septẽb. Cap. 1.

CVM Christi gregem indiès multiplicari videret inimicus, in eũ magno irruit furore, totum perdere cogitans. Improbis enim & agrestibus quibusdam lupis in eum immissis, Diocletiano, inquã, & Maximiano tyrãnis, & bestijs potiùs, quàm Imperatoribus, acerbissimè & crudelissimè eum per illos lacerauit. Tantũ enim eis immisit impetum in Christianos, ut alia quidẽ parua & leui cura digna ducerent: hoc autem solum magnifacerent, Christianos omnes, si fieri posset, perdere funditùs: & hoc opus fore eis maiori gloriæ putarẽt, quàm alia omnia. Præsides itaque ab illis acerbiores mittebantur per omnes partes terræ, & edicta in omnẽ regionẽ, quæ parebat illorum imperio, peruadebant, quæ erant digna & mẽte Imperatorum, & animo ministrorũ. Sed non Christi ouibus erant perpetuò futuri superiores mali persecutores. qui enim eas emiserat in mediũ luporum, fecit, ut nouo quodã modo superarẽt persecutores.

Crudelitas Diocletiani & Maximiani

Atque multi quidem alii & minis, & tormentis effecti superiores, ornati fuere corona martyrij: inter cæteros autem generosus quoquè Christi miles, & qui viam pulcherrimam transegit martyrij, Callistratus, qui ortus quidem erat Carthagine, & posteà relatus in numerum cohortis, quæ dicebatur Calendarum. Cùm fuisset antẽ Romæ cũ tota cohorte, essetque recens electus, solus veluti quædam stella in nocte, in qua luna non lucet, gratum emittebat splẽdorẽ, Christi fide illuminatus, cùm tenebris erroris detinerentur commilitones. Eius enim patris pater, nomine Neocorus, Pontio Pilato administrãte Iudæã, cùm illuc venisset, & Christi viderat perpessiones, & audiuerat diuinam eius resurrectionẽ. Et cùm putasset ea, quæ tunc facta sunt, admirabilia, accedit ad Apostolos, & se eis efficit familiarem, Christi fidem, veluti quippiam preciosum, mercatus. Deindè domũ reuersus, omnes qui erant ei genere coniuncti, his bonis impertitur mercibus. Sic huius hęreditatis fit successor Callistratus, & quæ est in Christũ fidẽ vbiq; induxit, tanquàm diuitias, quæ non possunt surripi. Quamobrèm cùm euasisset suspectus militibus, diligenter obseruabatur ab eis quidnam ageret.

Cap. 2. Patria Callistrati. Auus eius vidit Christũ patientem.

Cùm ergò vna nocte eũ è cubili surrexisse, & cõsuetas preces Deo fudisse adspexissent, ea duci exercitus Persentino significant. Ille autẽ, eo statim accersito: Num, inquit, o Callistrate, vera sunt, quæ dicuntur à tuis cõmilitonibus? Is autẽ, Nescio, inquit, quidnã de me dicant: ego enim sum nullius mihi mali cõscius. Ille verò iubet milites dicere. Ij autẽ: Iube, aiũt, eum dijs sacrificare: & sic scies, quidnã sentiat, & quęnam sit eius religio. Statim autẽ iussus sic facere Callistratus: Ego, inquit, nõ didici dijs sacrificare: sed potiùs Deo vero & viuo, q omnia produxit ex nihilo, & hominẽ formauit è terra: deos verò, qui coluntur à uobis, quos fabricatæ sunt manus artificũ, sculptura & fusione elegãtiã ac decorẽ eis largitæ, eos ego, cùm non deos, sed esse dęmonia potiùs à diuina didicerim scriptura, ita nomino. Omnes enim, inquit, dij gentiũ dæmonia. &, Simulacra gentium, argentũ & aurum, opera manuũ hominum. Deo autẽ sacrificare sacrificium laudis, & reddere altissimo vota, ab eadẽ rursùs didici scriptura. Atq; si differentia quidem dogmatis esset mihi impedimento ad munus militare, consentaneũ esset & eos me iustè criminari, & tuã magnificentiam diligẽter audire insidias, & propterea quòd non plenè officio functus essem, me accusare. Sed cùm nulla in re delinquam, quãnam de causa ex eo solo, quòd cum vestro dogmate non conueniã, & eis facilè aures prębes, & me ducis in iudiciũ?

Cap. 3. Defertur ad ducem exercitus S. Callistratus. Nõ vult dæmonib' sacrificare. Psal. 95. & 113. & 149.

His ira repletus Dux exercitus: Nõ est, inquit, rhetoricarũ nunc tẽpus orationũ, sed tormentorũ lõgè acerbissimorũ, & suppliciorũ terribiliũ, quæ breui experieris, nisi mihi parens, dijs sacrificaueris, quos & ipse adorat Imperator. Neq; enim ignoras, q̃ sim ego terribilis, vt q solo adspectu & voce possim perterrere vel ante supplicia. Callistratus autẽ: Tuus, inquit, stridor, cuiusmodicũq; fuerit, terrorẽ affert ad breue tẽpus: est verò æternus stridor ille dentium, in quẽ valdè horreo incidere, & vel sola terreor memoria. Dux autẽ exercitus, cùm iram non posset cohibere, iubet eũ à militibus extensum validè verberari. Ille verò etiã cùm verberaretur, nõ emisit vocẽ dolẽtis: nõ ad mouendũ misericordiã aliquẽ edidit ge-

Cap. 4. Matt. 8. 13. 22. 24 25. Verberatur.

mitum;

mi:ũ: sed pindè acsi ali⁹ tormētũ sustineret, ipse psalle bat, dicēs: Iuraui, & statui seruare iudicia iustitiæ tuæ, Domine. Et rursùs: Humiliatus sum valde: Domine, viuifica me secundùm verbum tuum: & nè permittas, vt sim ludibrio huic viro pestifero: sed me confirma, o Domine, vt feram hæc tormenta, dans vires huic humili & imbecillo corpori, & animũ efficiēs fortiorem. Cùm autem, dum multis horis verberaretur martyr, eius sanguinem instàr fluuij defluentem adspexisset iniquus Iudex, iussit relaxari à tormentis, & dixit ei: Hæc sunt principia præmiorum inobedientiæ, Callistrate. Sapienter ergò tibi consulens, morem gere iis, quæ dico, vt ab iis, quæ adhuc te manent, libereris tormentis. Deos enim tibi iuro, nisi Imperatorio cedens decreto, eis sacrificaueris, tormenta corpus tuum perdent, & canes quidem sanguinem tuum lingēt, leones autem tuas carnes edent. Generosus autem Callistratus: Spero, inquit, in Deum fortem, Deum uiuentem, quòd ipse me extrahet ex ore leonis, & ea manu canum unigenitam meam animam. Sola enim reuerà nunc in toto, qui tibi paret exercitu, hunc Deum agnoscit. Verùm in eo confido, quòd non solam, sed cum pluribus aliis eam accipiet, eis quoquè indita cognitione huius sancti & adorandi nominis.

Psal 118. *Oratio 6ᵃ.* *Inuictus animus martyris.*

Cap. 5. *Trahitur per testas.*

His verbis magis irritatus illa bestia, iubet multas minutas testas substerni, & martyrem supinum super ipsas trahi, vt corporis plagis sic discerptis, dolorum esset sensus acrior. Hoc autem dicto citiùs effecto, iubet rursùs infundibulum ori eius immitti, & peluim aquæ ei infundi, vt instàr vtris impleretur Sanctus. Postquàm autem hoc supplicium fortiter sustinuit: Nisi mihi parueris, inquit Iudex, maris habebit te profundum. Clarum est enim, quòd nisi te breui de medio sustulero, alios quoquè mihi perdes milites. Callistratus autem: Tibi quidem, inquit, o sceleratissime, magnæ est curæ, vt qui est sub patre tuo diabolo, custodias gregem non diminutum: mihi autem in Deo spes est & fiducia, quòd hunc acquiram Christo meo, & vera fide confirmabo, & in media hac ciuitate figam eius ecclesiam. Dux verò exercitus magis animo conturbatus: Impie tu, dixit, & infelix, mortis sententia tuo iam impendet capiti, & cogitas figere ecclesiam, & multos ex nostris ad Deũ tuum adducere? Hoc cùm dixisset, iubet sibi afferri saccum, & in eum iniici Sanctum, & statim demitti in profundum maris. Ipse autem stabat in litore, nulli alii rem credens, nisi propriis oculis. Saccus uerò, diuina quadam prouidentia, impetu aquarum petræ, quæ in mari latebat, allisus, fuit disruptus, iusto tanquàm in uentre ceti, in eo orante. Erat autem omninò Deus admirabilium, sicut priùs Ionam, ità ipsum quoque seruaturus. Duo itaque delphini, tanquàm iussi, adnatantes, cùm Sanctum tergo excepissent, sublimè tollunt: Deindè ad litus accedētes, sensim & cautè eum deponunt in terra. Quo in loco sanctus martyr opportunè canens ea, quæ Dauid: Veni, dicebat, in profundum maris: sed neque procella me obruit: neque laboraui clamans, dum orarem ad te, Domine. Quoniam celeriter meas audisti preces, & ex uinculis ineuitabilibus, & ex profundo infimo me abripuisti admirabiliter, ac præter opinionem: & sacco meo disrupto, circundedisti me lætitia.

Inclusus sacco, mittitur ĩ mare. *Duo delphini eũ litori restituunt.* *Psal. 66.* *Psal. 29.*

Cap. 6.

Sed hæc quidem sic canebat athleta in uoce exultationis. Multitudo autem militum obstupefacta eo, quod factum erat præter opinionem, protinùs procidentes, Sancti pedes prębensabant, (Erant autem numero quadraginta & nouem) petentes liberari ab errore simulacrorum, & ad Christum adduci. Eccè enim, aiunt, cognouimus Deum tuum esse reuerà magnum, qui te uel ea profundo maris liberauit admirabiliter. Beatus autem martyr: Meus, inquit, Dominus Christus non repellit eos, qui ad ipsum accedunt. Ille enim dicit: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Gaudete ergò & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cęlis. Hęc cùm dixisset, & manus ad coelum sustulisset: Domine, dixit, qui in cęlis habitas, & humilia respicis, & permanes in secula: adspice ad hunc paruum tuum gregem, & conserua ab omni damno, tam bestiarum, quæ uidentur, quàm quæ sub adspectum non cadunt. Quoniam solus es glorificatus in secula seculorum, Amen.

49 milites credunt. *Matt. 11* *Matt. 5.*

Cap. 7.

Postquàm hæc fuerunt cognita Duci exercitus: Per lucidissimum, inquit, Solem, hic est magni repletus præstigiis. Nam & aquæ repressit impetum, emergens illæsus à malis: & hos, ut prædixit, attraxit, eorum præstringens oculos. Deindè conuersus ad martyrem: Ego tuas, inquit, resellam præstigias, o Callistrate. Breui autem scies, quisnam sit quidē Persentinus, magnorum deorum cultor: quis autem Crucifixus, quem & ipse colis, & in quo execrandus inaniter confidis. Cùm ergò sedisset pro tribunali, iubet clauis uerberari omnes qui crediderant, milites: qui etiam dum grauiter uerberarentur, & membra eorum cōfringerentur, ueluti uno ore dicebāt: Domine Iesu Christe, adsis adiutor tuis famulis, & da nobis ad finem usque patientiam. Propter te enim, & quæ est in te fidem, sic pati nostra sponte statuimus. A te autem seruetur noster quoquè præceptor & pastor Callistratus, ut per eum perfectiùs instituti in uerbo pietatis, accipiamus firmiorem tuam agnitionem. Nunc enim tanquàm oues perditæ sumus in conspectu tuo, Domine. Cùm uià tandèm autem furoris eum cępisset satietas, qui erat plenus omni furore & ira, eos quidem iubet relaxari à flagellis, abduci autem in custodiam, illic tandiù custodiendos, donèc considerauerit, quidnam de eorum statuat interitu. Neque enim eum angebat mediocriter, quòd quinquaginta militibus protinùs esset minuendus exercitus, idque ob mutatam religionem.

Clauis cæduntur milites. *Iterùm ducuntur in custodiam.*

Cap. 8.

Simul ergò cum sacrosancto Callistrato damnati ad carcerem, didicerunt ab illo ueram Dei agnitionem. Vnus enim ex iis, Dalmatus nomine, stans in medio eorum: Rogo te pręceptor, dicit sancto, ut nos diuina dogmata doceamur apertiùs, quo mens nostra fide Christi stabiliatur, & cognoscamus spem uitæ, quæ expectatur, ut non amplius instabiles cogitatione, facilè decipi possimus ab iis, qui nos uolũt conuertere. Nota quoquè nobis euadant dispensationis carnis susceptæ mysteria, resurrectionisque & remunerationis. Neque enim à nostris parentibus, neque ab ullo alio de his anteà aliquid didicimus. Beatus autem Callistratus: Vnusquisque uestrum, inquit, de quo uelit, interroget: Deus autem, qui docet hominem scientiam, uobis quoquè præbebit sermonem causa uestræ utilitatis: & vobis inspirabit intelligentiam, ut pulchrè agnoscatis mysteria pietatis. Cùm sic dixisset, alius rursùs, nomine Bibrachmus: Opùs est, inquit, nobis priùs scire, quomodò Christus, cùm esset Deus, homo quoquè uoluit fieri similiter: ludibriaque & probra quomodò sustinuerit, colaphosque, & contumelias, & flagra, & postremò mortem Crucis.

Psal. 93.

Cap. 9. *S. Callistratus docet milites, quæ sũt fidei.*

Sanctus autem ab alto incipiens, fusiùs eis narrauit mysterium Dei cognitionis: Deus, dicens, cùm ex nihilo uniuersum constituisset, manu propria fingit hominem ad suam similitudinem, & paradisum, quem ille fecerat, illi donat ad delicias, dans ei libe

tum

Gen. 3. rum arborium, & faciens dominum omnis rei creatæ, quæ uidetur. Diabolus ergò ei inuidens hoc uitæ genus, & hunc honorem, fraude eum aggreditur, & efficit, vt offendat creatorem. In primum ergò hominem decernitur mors supplicium, & communis ab illo paradiso & deliciis (hei mihi) expulsio. Quod cum factum esset, ualdè elatum fuit supercilium diabolo, qui eum supplantauerat, ut qui per hanc fraudem hominem sibi subiunxerat. Et quid nô mali quidem faciebat? Cuinam autem errori, & execrandorum simulacrorum adorationi, serpentiumq; & belluarum, non subiiciebat, hominumque cædibus uti docebat ad offerendum dæmonibus sacrificium: & præterea eum miserè trahebat ad passiones ignominiæ? *Rom. 1.* Sic ergò uidens Dominus suum figmentum dominio teneri à diabolo; non sustinuit ad relinquere omninò espers auxilii sed legem quoquè dedit, quæ malorum reprimebat impetus: *Exod. 20* & misit Prophetas, qui docebant, quemnam oporteat adorare; & uiam indicabant salutis. Postquàm autem uidit non sufficere auxilium aduersus tantas mali uires, uictus à propriis uisceribus, propter sui figmenti interitum, dat illum ipsum suum filium unigenitum: & efficit ut fiat homo. sicut nos, cùm nec ipsum quidem, quod Deus esset, perdidisset. *Cur Deus factus sit homo.* Vt prætextu carnis, & humana forma inescaret eum, qui nos deceperat; ut dum putaret se hominem aggredi, in Deū incideret. *Math. 4.* Quod etiam euenit. Nam cùm inuadentem inimicum ui uicisset, nobis hanc dedit uictoriā per carnem ex nobis assumptam. Sed ne sic quidem abstinuit aduersarius ab amica sibi malignitate. Sed cum uideret multos attrahi ad agnitionem ueritatis, tam iis quæ docebat, quàm iis, quæ faciebat, miraculis, cæcos illuminans, & mortuos suscitans, paralyticos confirmans ac corroborans, & curans dæmoniacos, & mouet in eum genus Iudæorum, inuidia mouens improbas illas animas. *Matt. 27 Mar. 15.* Et crucifigunt quidem, cùm uolentem comprehendissent, sublimiori permittente prouidentia: & morte afficiunt. *Luc. 23. Io. 19. & capit. sequentibus.* Hoc enim factum est potiùs ad extremum aduersarii exitium, & ad perfectam nostram erectionem. Nam cùm ad inferos descendisset, deindè tertio die resurrexisset, sic morte quidem afficit diabolum, qui morte affecerat: non autem sua resurrectione simul facit resurgere, & extollit ad cęlos, ut qui simul ascenderet cum nostri assumptione. Atque ante eius quidem cum carne aduentum, fortè erant digni aliqua uenia, & aliqua relinquebatur excusatio iis, qui propter ignorantiam ueritatis adhærebant fraudi simulacrorum: ex quo autem ille uenit in terram, & patris uolūtatem reddidit omnibus manifestam, nulla est danda uenia iis, qui falsum præferunt ueritati post agnitionē ueritatis, & tenebras luci, postquam lux illuxit. Ergò uos quoquè benè fecistis, qui tenebras reliquistis, qui est cultus simulacrorum, & ad Christum ueram lucem accessistis, ut uitam æternā per mortem ab ipso susceptam consequamini.

Cap. 10. Cùm sic docuisset Sanctus, surgens rursùs alius, cui nomen Heliodorus: Dic mihi, inquit, domine mi Callistrate, Quò uadit uniuscuiusque anima à corpore separata, & quænam sors eam excipit? *Hæc dicit de duobus locis æternis.* Cui beatus: Duo, inquit, loca sunt parata animabus, quę separantur à corpore: quorum unus quidem est ualde pulcher, & plenus gratiis, & magnam afferens uoluptatem iis, quæ ipsum sortitæ sunt, animabus: alter uerò plenus est caligine, & teter uisu, & qui potest magnam afferre tristitiam. Quæcunque ergò sunt bonæ animæ, & quæ contrà secus sunt affectæ, utræque sortiuntur locum sibi conuenientem. Neque uerò fit perfecta remuneratio, neque bonis, neque iis, qui contrà se habent, donèc è sepulcris surgentia corpora, his animabus rursùs coniuncta fuerint. Tunc enim ueniet quidem rursùs Christus in terram: coram eo autem sistentur omnes homines, & recipiet unusquisque dignam uita, quam egerit, remunerationem. *Matt. 25. Iohan. 6. 2. Cor 3.*

Cap. 11. Domitianus autē post hos surgens: Qui ergò, inquit, multùm in uita præsenti peccant, non hic dant pœnas: sed iis illic est reseruatum, quod luant pro factis sceleratis. Respondit autem beatus Callistratus: Illic quidem est perfectum iudicium: & perfecta suorum operum merces iis, qui operantur, illic reddenda reseruatur: Sed tamen hic quoquè multos malos Dei persequitur iustitia. Nam cùm sit Deus lenis & patiens, & uniuscuiusque peccatoris sitiat correctionem, gladium quidem suum uibrat, *Psal. 7.* & arcum tendit, terrens apparatu armorum, & euocans ad pęnitentiam. Postquam autem uiderit eos nihil hinc effici meliores, sed aliis potiùs præbere occasionem ignauiæ, statim infert sectionem, & sumit supplicium: aliis quidem conuenienter peccatorum magnitudini, aliis autem minùs, & ut potè q eos rursùs illic maneat supplicium: quomodo Pharaoni factum est, & Sodomis. *Exod. 14 Gen. 19.* Nam etsi eos euestigiò supplicium est insecutum, & nondùm totam impleront pęnam. Est autem hinc euidens: Tolerabilius enim erit Sodomis in die iudicii, quàm ciuitati, inquit, illi, quæ non accipit fidei Christi prædicationem. *Matt. 10.* Sic enim ostenditur, non sufficere Sodomitis, quod est hic supplicium, si eorum, quæ peccauerunt, habeatur ratio: sed adhuc illic reseruatur fæx calicis iudicii Dei. Quòd si nonnullis quoque iustis inferuntur acerba quadam & aspera in præsenti uita, minimè est mirandum: ea enim sunt probatio uirtutis, quam collegerunt: aut etiam delictorum quorundam punitio, per quæ penitùs emundati, mundi omninò transmittuntur ad uitam, quæ illic est. *Cur iusti in hac uita castigentur.* Est ergò uobis quoquè studendum, nè stetis à partibus eorum qui puniuntur propter peccata: sed ex partibus eorum, qui Deo placent: & æterna consequamini præmia. Effecti enim estis uasa electionis, cùm Deo credideritis: efficiemini autem perfecti, diuino baptismo illuminati. Efficiemini denique perfectiores, si martyrii cursum forti & alacri animo peragatis. Stemus ergò magno & excelso animo, fideque muniti, resistamus diabolo & legitimè decertemus, fundamusque & uertamus aduersarios: Sic .n. maxima pręmia cōsequemur a Christo agonotheta.

Cap. 12. Hæc & his plura monita diu noctuque eis dans diuinus Callistratus, docensque tanquam præceptor puerorum, parabat & animum addebat ad certamē propositum. Die autem sequenti Dux exercitus, cùm in insigni quodam loco ciuitatis presedisset, eius quoque assistente exercitu, accersit gloriosum uictorem Callistratum, & eos, qui cum illo erant, martyres. Qui cum producti essent, Dic mihi, inquit, Callistrate, te ne & hos admonuisti, ut diis sacrificetis, & ab intolerandis tormentis liberemini: an adhuc in priori persistitis inobedientia? *Præsentātur ad tribunal SS. martyres* Magnus autem Callistratus: De meipso quidem, dixit, do responsum, q neque sum honestam inficiaturus confessionem, neque mihi persuasi omninò deficere à partibus Christianorum, nec mihi unquam poterit persuaderi, ut non stem pactis conuentis cum eo initis. De his autem ipse interroga: ipsi de se tibi enunciabunt: satis enim sapiunt. Ad eos itaque intuitus Dux exercitus: Vos autem, dixit, quid dicitis, qui seducti estis artibus maleficis? *Magna cōstantia militum.* Illi autem: Quid, dixerunt, frustrà teipsum decipis, putans fore ut nos decipias? Nam si de exercitu quidem uis nos examinare, in quo ubi subiicimur,

biicimur, in omnibus tibi cedimus, & nullo modo tibi resistimus. Si autem de fide & religione, à nobis nihil aliud audies, nisi quòd Christiani sumus, & Deum unú agnoscimus, effectorem cęli & terræ, in quem etiam credimus, & filium eius vnigenitú Dominum nostrum Iesum Christum, & Spiritum sanctum, quomodò nos docuit hic sapiens noster præceptor.

Cap. 13. Verberãt. Hæc cùm quadraginta & nouem martyres tanquam uno ore respōdissent, eos uerberari iubet Dux exercitus: deindè vinctos pedibus & manibus, proijci in propinquam piscinam, quæ vocabatur Oceanus. Cùm ergò eos vinxissent, & essent in aquã immissuri, precatus est Callistratus, dicens: Domine, qui in altis habitas, & humilia respicis, ad hunc minimum tuum gregem oculos dirige, & dignare ipsum in his aquis lauari lauacro regenerationis & adoptionis per aduentum sancti tui spiritus, vt per ipsum emundati ab omni veteris hominis vanitate, fiant socij hæreditatis eorum, qui tibi placuerunt à seculo. Simul autem atquè ipsi fuere in aquas proiecti, euenit res digna auditu & admiratione. Eis enim soluuntur vincula, & læto vultu & alacri habitu statim emergunt ex aqua. *Iactãtur ĩ aquas, sed statim emergũt.* Diuinus autem Callistratus visus est in capite ferens coronam longè speciosissimam, & vox ad eum exiit è cælis, dicens: Esto bono animo, Callistrate, cum tuo grege, & iam venite, in æternis requieturi tabernaculis. Simul autem cũ voce magnum quoquè Deus excitauit terræ motũ, adeò vt, quæ propinqua erat, statua ceciderit, & in puluerem sit resoluta. *Aliĳ. 135. milites credunt.* Quæ cùm vidissent & audijssent alii milites, qui erant numero centum & trigintaquinque, ipsi quoquè credunt. Non comprehenduntur autem cum iamdictis: sed illi soli quadragintanouem, cùm sic iussisset Dux exercitus, traduntur in custodiam. Dicit eis itaque Callistratus. Eccè, fratres, Christi gratia, dignati estis lauacro regenerationis. Oportet ergò, quas par est, ei agere gratias. Itaque surgamus, & oremus. Tunc expansis in cælũ manibus; Domine Deus, inquit, qui vis omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem venire veritatis t qui etiam tuum gregem eripuisti ex ore leonis, & vocasti ad salutem æternã, dignare in tua fide nos omnes consummari, & ad te Dominum venire immaculatos & mundos: Quoniam es benedictus in secula.

Cap. 14. Sed hæc quidem fiebant à sanctis in custodia. Timens autem Dux exercitus, nè per ea, quæ ab eis fiebant, miracula, multi ab eo deficerent, & alia pars Christo accederet, re communicata cum suo assessore Vero Ducenario, cùm communiter cum eo consultasset, noctũ mittit milites, quibus hoc imperatũ fuerat, vt membratim sanctos conscinderent in custodia. *Membratim. 50. milites cõscindũtur.* Quod quidem etiam factum est vigesimoseptimo Septembris. Qui autem crediderant centum & trigintaquinque milites, cum accessissent, sustulerunt sanctorum corpora, & honorificè sepelierunt: & eis templum posteà excitauerunt, cui pulchritudine sunt pauca similia: quod stat in media Roma ciuitatum omnium maximè regia. *Extruitũ eis basilica.*

Porrò autem chartam quoquè inuenerunt in custodia, in qua erat quædam doctrina & descriptio gloriosi & victoria insignis martyris Callistrati. Post illorum autem consummationem, martyrium quoquè suscipit Marinus, vir & gloria clarissimus, & doctrina eruditissimus, qui ad finem usque, fortitudinem ostendit & constantiam: Ad gloriam Domini nostri Iesu Christi. Quem decet omnis honor & adoratio in secula seculorum, Amen. *Marinus martyrio coronatur.*

VITA S. ELZEARII COMITIS Ariani, qui cum sancta coniuge uixit continentissime, uirgoque permansit, professus illud beatissimi Francisci institutũ, quod uocant de tertia Regula. Author Vitæ huius, suum nomen in codice MS. non habuit, sed est fide dignissima. Stylum F. Laur. Surius passim correxit.

CAP. I. *27. Septẽ*



NOVISSIMIS hisce temporibus, quibus tenebræ viciorũ occuparunt terram, mortaliũ vitam multis modis deformãtes, missus est à Deo vir admirãdæ virtutis & gratię, Elzearius Comes Ariani, è Narbonensi Gallia, siue Prouincia oriundus, illustris & nobilis genere, sed illustrior & nobilior sanctitate. *Patria &* Cuius vita silentio tegi non debet, quemadmodùm à diuina benignitate & clemẽtia tam largiter præuentus sit, vt etiam intrà ipsa matris viscera sancti spiritus gratia imbutus videretur. Patrem habuit Hermongaũ à Sabrano, virum insignem & potentem, qui longa nobilis stirpis serie, multarumquè terrarum dominio famosus, ab omnibus colebatur. *S. Elzearij pater.* Mater ei fuit Lauduna Albana vel Albæ, quæ tum ob sanguinis claritatem, tum ob vitę integritatem accepta ab Elzeario & Cęcilia parentibus mariti sui, Bona Comitissa vocabatur, eratque benè catholica & Deodeuota. *Itẽm mater.* Cumquè ex uiro suo sanctum Elzearium cõcepisset, magnam præter morem sensit animi mutationem, ita vt sanctis arderet desiderijs, & ad pietatis opera inflammaretur.

CAP. II.

CVM enim aliquandò pro aliqua animi recreatione extra castrum Ausoisium cum alijs iret deambulatum, cæteris è familia mũdanis solatijs & sermonibus sese oblectantibus, illa cum Garsenda Alphanti, nobili ac raræ cuiusdam pietatis & deuotionis, diuinisque reuelationibus celebri domina, seorsùm sua habebat colloquia, deuitansque sermones friuolos & ociosos, ab illa sanctæ institutionis verba hauriebat. *Matri eius mũdus fastidio est.* Interim verò suum illi animũ pandens, dicebat mundum hunc, & ea, quæ mundi sunt, adeò sibi insipida esse, vt si viri lege soluta esset, totũ mundum relinquere, diuinoque seruitio se mancipare statueret, maximè spiritu interiori sæpissimè & quasi perpetuò ad id ipsam extimulante. Quod quidem Garsenda non parùm admirabatur, & lętabatur plurimum, quòd eam cerneret repẽtè in melius mutatam, dicens id non sine sancti spiritus vnctione ei euenisse. Eius quoquè confessarius, frater Iohãnes Iuliani Frãciscanus, vir magnæ puritatis & perfectionis, diuina illustratus sapientia, de ea quandoquè referebat, se recèns in ea comperisse præter morem superioris eius vitæ, sanctum atque constãs animi propositum ad quęuis virtutum studia, bona opera, mundi contemptum, Deique timorem consectãdum, nec sine ingenti admiratione, tãquàm prophetica voce dicebat: Si uixerit diù hęc fœmina, magna per eam efficiet altissimus, aut certè insignis erit proles eius. *Fratris Io prophetia de futura prole.*

CAP. III. *Nascitur S. Elzearius.*

POstquàm autem partus tẽpus aduènit, felix mater feliciorem edidit filium, cumquè primogenitum, atque eadem hora cum feruenti deuotione & gratia-

gratiarum actione obtulit eum Deo, ità dicens: Domine Deus, ad cuius imperium existunt creaturæ omnes, gratias tibi ago pro hoc filio, tua benignitate mihi donato, teque humiliter oro, vt eum tibi seruum accipias, & tuæ benedictionis gratiam ei largiaris. Quòd si tu illum nosti fore diuinæ voluntati tuæ rebellem, vbi sacro baptismate erit candidatus, illum sine mora tollas è medio. Satiùs enim est, eum innocentem & nullis proprijs auctum meritis tecum viuere, & mundo emori, quàm in hac mortali vita tuā offendere maiestatem. Vt autem Deus ostenderet se hoc sacrificium accepisse in odorē suauitatis, tantā pietatem infantis illius animo in ipsis incunabulis instillauit, vt cùm necdùm triennij ætatem compleuisset, erga Christi pauperes mirabili commiseratione afficeretur. Nam cùm baiularum brachijs portaretur, in castri Ausoisij porta sæpè pauperes humanissimè intuens, nullo pacto progredi volebat, imò uerò etiam sine intermissione acerbè plorabat, nisi illis præstita esset eleemosyna. Atq; ea causa nutrices eius vel ob afferendum panem redibant in castrum, vel sec um ferebant, vt illi infanti satisfacerent. Cumque pauperes accepissent eleemosynam, lætus & alacer transibat.

Precatio matris eī.

Mira benignitas infantis erga pauperes.

CAP. IIII.

POstquàm autem ætatis quintum excessit annum, quicquid ex ludis puerilibus, vel aliūdè acquirere potuit, in pauperes erogabat: infantesq; & pueros, cum quibus interdùm capiabat sua solatia, præcipuè uerò inopes, ad prandiū suum curabat inuitari. Sic ille adhuc infans & puer, pius & benignus erat erga pauperes, humilis & comis erga omnes, placidus, religiosus & obediens erga suum præceptorē, verbis parcus, sed tamen affabilis, maturus moribus & sedatus, vultu iucundus & hilaris, insigniter honestus, formosus corpore, habitudine siue constitutione corporis sanguinea, liberalis & mansuetus, & quantùm illa sinebat ætas, pronidus & moderatus. Denique ità cælestibus præuentus charismatis atque donis, vt certis posset indicijs animaduerti, quàm eximiæ esset & excellentis quandoquē sanctitatis futurus Interim nutriebatur sub cura & moderatione domini Vuilhelmi de Sabrano patrui sui, Abbatis Massiliensis: & vt crescebat ætate, ità & sapientia diuina & gratia apud Deum & homines proficiebat. Adeò uerò in illa tenera ætate zelo fidei incēsus erat, vt diceret cuidam monacho religioso Abbatis iam dicti magno se teneri desiderio proficiscendi ad regiones infidelium, atque illic in confessione Christi per martyrium excedendi è vita. Quæ uerba & admirationem monachum illum affecerunt, & singularē quandam in intimis animi eius penetralibus deuotionem excitarunt.

Catalog' virtutū eī adhuc pueri.

Educatur ab Abbate Massiliēsi patruo suo

Zelus fidei.

CAP. V.

ACtum est autem diuina prouidentia, vt puer iste Angelicæ puritatis & columbinæ simplicitatis atque innocentiæ, cùm decennis esset, mandato serenissimi principis Caroli secundi, Hierusalem & Siciliæ Regis, eoipso præsente virginem Dalphinam non sine magno mysterio in vrbe Massiliensi sibi sponsam acciperet, puellam annorum duodecim, moribus ipsi non imparem, nec mediocriter in Christi timore firmatam, diuino amore egregiè accensam: utque post tres annos in castro Poderij Michaelis, ferijs sanctæ Agathæ coniugium illud more solenni coram ecclesia publicè celebraretur. Ea solenni cæremonia peracta, quarto die virgo Dalphina adducta est cum multa celebritate ad spōsum suū in castrum Ausoisii, ibidēm habitatura cū illo. In ipsa autem nocte in cubiculum eius admissa, aperuit illi arcana pectoris sui consilia, inter alia sic dicens: Ego ad matrimonium accedo inuita, à parētibus eò pertracta. Virginitatis enim thesaurum incomparabilem conseruare & proposui, & propono, diuino me, ut id faciam, instinctu adhortante. Audiens id iuuenis Elzearius, cùm ille, diuini adhuc consilii ignarus, necdùm constituisset virgo permanere, vt erat totus comis & placidus, libenter sustinuit virginem sponsam ista dicentem: diuinoq; timore correptus, tota illa nocte eam non attigit, nec ullum verbū inhonestum locutus est. Illa verò totā eam noctem duxit insomnem, cum lachrymis & suspirus orans Deū flexis genibus, eique suam virginitatem commendans. Noctibus indè consecutis, simul atque in cubiculum pariter conuenissent, prudens puella castis, honestis & religiosis sermonibus sponsum anteuertebat, effecitque vt uterque corporis integritatē seruaret.

Despōdetur quadā nobilis puella.

Pudicitia spōsæ eius.

Rogat suā cōiugem virginitatem.

CAP. VI.

CVm autem felix ille puer etiamnùm apud Abbatem supradictum moraretur, & à petulante familia ad fœdas carnis libidines incitaretur, fortissimo animi proposito apud se deliberauit, potiùs in mortis discrimen conijci, quàm Deū mortifero peccato offendere: atque interim suam sponsæque suæ continentiam celans, ità respōdit: Est mihi, vt nostis, coniuna eleganti forma, & ea sufficit mihi. Eodem anno tota Quadragesima Ecclesiæ ieiunia seruauit, & nodosa chordula fortiter stringebat nudum corpus, adeò vt è saucia carne sanguinem exprimeret, & totam faciem pallor obtineret.

S. Elzearij pudicitia.

Affligit corpus suū

CAP. VII.

ANno ætatis decimoquinto sanctus hic iuuenis in ferijs Assumptionis beatissimæ matris Dei, cum eodem Abbate erat in loco, quem de Saltu uocant (Ibi enim primitias seu primum sacrificiū quidam faciebat, & nobilia quidam equestri ordine & dignitate donabatur:) Eius sacratissimę solennitatis nocte erat in precibus, quæ matutinæ dicuntur, & manè facta confessione, piè sumpsit sacrosanctā Eucharistiam, ut cum matre gratiæ nocte ac die animo in cælos ascenderet, & uisitationi diuinæ propediēm affuturę suam animam præpararet. Sub prandij horam sanus & incolumis, cum suo patruo ad mensam seruire deberet, vt erat bonis moribus ciuiliter admodùm instructus, nihil, quantùis admonitus, cibi sumere voluit. A prandio verò sedens ad mensam, cùm cibum degustasset, subitò venit in eum spiritus gratiæ, cor eius vehementer inflammans, idq; cum multa suauitate diuini amoris. Eius autem flammæ & ardoris interioris tanta uis fuit, vt abscondi non posset. Totus enim extrinsecùs mutatus fuit, & toto corpore calefactus, atque in uultu rubore perfusus Quod ut eius sodales aduerterunt, de eius salute soliciti, quòd eum putarent febri correptum, à mensa in cubiculū eum abduxerunt, vt illic quieti se daret: At illis abeuntibus, humi prostratus, in preces incubuit, quales spiritus suggerebat. Atque illic tantas diuini amoris persensit flammas, vt totus eius colliquesceret animus, atque in Deum transformaretur. Tum uerò ostendit ei Deus vitæ huius breuitatem, & ut totus hic mundus, bonorum cælestium contemplatione & comparatione, meritò sit contēnendus: tantusque iodè natus in illo est rerum omnium mundi huius, bonorumque labentium contēptus, vt, si totus orbis terrarū quicquid in illo est rerum preciosarum, ei oblatus esset, planè fuerit recusaturus, nec alio quàm uilis luti loco habiturus, quippè qui tum solum Deum ardentissimè sitiret. Videbat tunc apertissimè quanta Dei misericordia in illum vsque diem seruatus esset, nè in multa facinora prola-

Insolita cælestis gratia visitatione afficitur.

Mundus omnis ei planè uilescit.

proluberetur, & vt peculiariter corporis eius integritatem siue virginitatem Dominus conseruasset. Ea causa planè tum apud se statuit nunquam de hæreditate curam cogitationemq; suscipere, sed perpetuò ab omni abstinere concubitu, sicuti eum multùm hortata erat sponsa illius.

Statuit perpetuò ab omni abstinere cõcubitu.

CAP. VIII.

MVltùm etiam cogitare cœpit, quemadmodùm soli posset placere Deo: atque in eiusmodi meditatione & amoris incendio toto animi affectu Deum rogauit, ut rationem indicare ipsi dignaretur, qua uellet eum uitam instituere suam. Omnia enim temporaria relinquere, & in deserta secedere loca, vbi omnibus ignotus, sub sola diuinæ protectionis spe & fiducia totum se diuino cultui mãciparet, summoperè tum apparebat. Sed post illas preces audiuit tanquàm alicuius in ipso loquentis vocem, nè statum suum desereret, neque res facultatesque suas abiiceret. Illo autem respondente, se propter fragilitatem suam non posse hac ratione in illo diuini amoris feruore viuere ac perseuerare, rursùs dictum est ei: Scio equidem, quantum possis: quodque tu non poteris, ego faciam & supplebo. Simulque fortiter admonitus est, vt uirgo permaneret.

Valdè ad spirat ad solitudinẽ.

Cœlitùs instruitur.

CAP. IX.

POst hunc raptum admirabilem diuinamque visitationem, adeò fuit in animo diuino munere consecratus, vt ab eo tempore nullam sentiret appetentiam rerum temporalium, nec alicuius caduci honoris, nec quicquam de hærede cogitaret: sed voluntate prorsus ijs omnibus mortuus esset ac sepultus, nec quicquam mortem reformidaret, immò quandocunquè & ubicunquè Deo uisum esset, libenter eam excepturus esset. Valdè etiam confirmatum se sensit ad tuendam mentis & corporis integritatẽ, absque tamen vlla voti nuncupatione: & quod mirãdum in illo potiùs est & uenerandum, quam imitandum, quandocunquè cum sua sponsa cubabat, quanto ei propinquior erat, tanto virginitati & puritati suæ minùs metuebat. Atque itá illi simul habitãtes, nec domum, nec cubiculum, neque lectum separatim habebant: nec Dalphinam existimabat suam esse coniugem, quantùm ad ullum carnale commercium attinet, idque etiam Dalphina de se testabatur. Atque ea causa uocabat eum nutritorem eorũ bonorum, quæ ipsi Deus contulisset, patremque animæ suæ & uirginitatis custodem. Et sunt hæc sanè magna, & aliàs penè inaudita. Sed fuit ille post eum, quem diximus, mentis excessum, tantùm aduersùs carnis tentationes diutina gratia munitus, vt iis quasi mortuus uideretur, nec quisquã vnquàm vllum carnalis tentationis indicium in eo animaduerteret: Quodque his maius est, si dormienti aliqua illusio eiusmodi tentationum occurreret, fortiter etiam in somnis resistebat, & nobilis spiritus eius semper in acie stabat peruigil, virginitatis thesaurum gnauiter defendens, accurateq; custodiens. Hæc uerò ille de seipso posteà reuelauit quibusdam confessariis suis.

Hæc ẽffectio mutatio & vis dexteræ excelsi.

Carnis tẽtationes in eo prorsus extinctæ.

Virginitatis custos vigilãtissimus S. Elzear.

CAP. X.

POst eundem mentis excessum, sanctus & felix iuuenis, semper noctibus, antequàm dormitum iret, prolixiè orare solebat, atque interdùm in sanctis meditationibus & cõtemplationibus magna noctis parte versabatur, plerunq; etiam, donéc dilucesceret. Atque id tũ liberiùs faciebat, quandò erat cũ sua sponsa, à qua non perindè sibi cauebat, sicut à cæteris. Interdùm mediis surgebat noctibus precandi causa. Annos natus septẽdecim, nonnũquã morabatur apud filios Caroli Regis: cumq; esset in urbe Aquẽsi in eius Regis palatio, quadã nocte, cæteris dormientibus, solus surrexit, & ingressus in aulam, vbi nullus erat, ad fenestrã flexis genibus orauit. Subitò autẽ diuinitùs inflãmatus, totus lachrymis perfundebatur, venitq; tũ in quandã mirabilẽ cognitionẽ miseriarũ atq; culparũ suarũ, vt quædã abyssus earũ sibi proposita uideretur, planèq; persuasum haberet, totius vitæ suæ spatia non sufficere agnoscendæ illi ineffabili misericordiæ & bonitati diuinę, qua & hactenùs esset præseruatus, & deinceps præseruãdus. Itaq; ex tãti beneficii agnitione se profundissimè corã Deo humiliabat, sentiebatq; se Dei misericordia indignum, sed dignũ potiùs millièss damnari in tartarũ: & quidẽ pronũ se esse ad omnia mundi crimina perpetratu, nisi diuina benignitate esset præseruatus. Sub huiusmodi meditatione Dei misericordiã corde contrito & humiliato deprecans, vocẽ audiuit intùs ità dicẽtẽ: Noli considerãdis peccatis tuis vsq; adeò te affligere, maior est enim misericordia mea, quàm errata & delicta tua: sed bona spe fretus, planè tibi persuadeas, non me permissurũ unquã, vt perdas gratiam meã. Tũ verò ille amore languebat, optabatq; vt omnes sentirent, quod ipse tunc sentiebat, Deũq; toto corde diligerent, nec eũ offenderẽt vnquã. Deindè spiritu translatus est in quandã planitiẽ latam & amœnã, in qua erat ecclesia, atq; in ea multitudo magna Missæ sacrificium auscultare uolentiũ, quod quidam sacerdotalibus indutus vestimentis facturus erat. Inchoarunt autẽ cantores sacrificiũ admodùm suauiter & piè ab his verbis: Nos autem gloriari oportet in Cruce &c. Cũq; sacrificiũ de sancta Cruce fieret, & omnis populus singulari quadam pietate auscultaret, videre sibi uisus est Christi passionem in totius populi mentibus renouari, suum quoq; animũ erga eam passionem feruentissimè inflammari. Atquità totum illud audiuit sacrificiũ, adeòq; cũ Crucifixo Domino suo fuit confixus, ut non solùm eius passionem & mortem perpetuò in suo pectore circũferret, sed etiam pro Christo mortem oppetere ardentissimè desideraret. Atq; deinceps iniurias, afflictiones, pericula & damna nõ modò ferebat patienter, sed etiã rebus aduersis lætabatur, suosq; persecutores & aduersarios plùs solito diligebat, & pro illis Dominum specialiter deprecabatur. In hoc mentis mirando excessu usq; ad solis ortum immotus atq; insẽsilis perdurauit. Tum verò medicus liberorum Regis, in illã aulam ingressus, & eum ad fenestrã stantem, nihilqs se mouentem cernens, accessit propiùs, & bis nomen eius appellans, nihil ab eo tulit responsi. Tandem tertiò appellatus, ad se rediit, & oculos, quos perpetuò interim apertos tenuerat, difficulter & cum dolore clausit. Videbatur enim illi plenos eos esse minuta arena. Vestẽ autem suam ante pectus totam cõperit lachrymis madefactam.

Ante cubitũ prolixè orat.

Mira ei cognitio præstatur orãti.

Profundissimè se corã Deo humiliat.

Pariter mentis excessum.

Ex effectu admirabili visionis huius veritas probatur.

CAP. XI.

ALio tẽpore cùm esset Ausonii, & virgo Dalphina sponsa eius caput illius lauaret, ait ad eam: Ocyus me expedito. Sentiebat enim se à Domino visitari. Surgens autem, in cubiculo se orationi dedit, mansitq; illic tota nocte in precibus & contemplatione diuina. Sub aurora vocauit sponsum, eaq; mox cũ lumine accedens, inuenit eũ totũ inflãmatum, cernebatq; ab eius vultu quandam proficisci claritatẽ, candelæ luce splendidiorẽ atq; pulchriorẽ. Ea claritas & faciem eius & locũ illum speciosum & luculẽtum reddebat. Opportuno indè tempore capo fuit ille sponsæ suæ, se tota illa nocte uidisse & persensisse ineffabi-

Spõsa eius et nõ uxor vocatur ratione virginitatis.

Magnã eius uultu lux cernatur.

ineffabilem illã Dei benignitatẽ & præmia vitæ æternæ, quæ Deus præparauit diligentibus se, atq; idcircò ab omni alio amore se prorsùs abhorrere. Perspicuè tum videbat, & continuè sentiebat Deum semper paratum esse ad impertiendũ nobis dona & charismata sua, si inuenerit homines, qui tam vellent ea accipere q̃ ipse cuperet largiri. Crebrò autem eiusmodi visiones & diuini influxus offerebantur ei, qui bus totus spiritualiter nutriebatur.

Deus semper cupit nobis impertire gratiam suam.

CAP. XII.

ANno ætatis suæ decimooctauo aut circiter, in eodẽ Ausoisij castro ad vesperã sabbati in cubiculum intrans, inuenit sponsã suã Dalphinã illic orãtem. Igitur more suo precibus vacans, tota nocte illa vsq; ad orientẽ Dominico die solẽ, in oratione & contẽplatione permansit, multaq; præclara & admiranda sibi tũ diuinitùs ostensa fuisse, posteà indicauit sponsæ & confessario suo fratri Io. Iuliani. Erant autẽ eiusmodi, qualia ille nunquàm ausus fuisset petere à Deo. Vidit enim cum inæstimabili gaudio, quemadmodùm pater gignit filium, & vt spiritussanctus ab vtroq; procedat, qui est amor in diuinis personis, & vt tres personæ non nisi unus sint Deus. Nec tamen potuit huius generationis & spirationis modum ullis explicare verbis, sed quotiès aliquid pro viribus dicere tentabat, O q̃ malè, inquit, & imperfectè loquor: nõ possum explicare quod vidi, nec efferre lingua, quod experimento didici. fatebaturq; non sine magno cruciatu se indè dicere, cùm sint inexplicabilia, seq; in toto mundo nihil quicquam vel auditu vel cogitatione percepisse, quo secundùm aliquã vel similitudinẽ, uel proprietatẽ, aut congruentiã declarare posset ea, quæ tũ viderat. Ostẽsum quoquè illi est in ea visione, quemadmodùm illi infinitæ bonitati, quæ Deus est, placuit cõdere creaturas, quibus sese communicaret, eaq; causa Angelos & homines esse creatos. Vidit etia Deũ tanto cũ amore creasse hominẽ, vt propter eum cæteras condiderit creaturas: & si innocentiã conseruaret, nec ad iniquitatẽ deflecteret, nunquàm eū aliquid extra Deũ amaturũ, neq; appetiturũ. Ostensa quoquè illi fuit ruina primi patẽtis, quæ nobis sempiternã peperisset mortẽ, nisi diuina charitas nobis subuenisset: & quo pacto Deus sua gratia præueniat peccatores: atq; adeò, vt etiã impiorũ damnatione, quantùm ad Deũ attinet, occasio præbeatur hominibus pertingẽdi ad salutẽ, & vt sola malitia nostrã ad mortẽ nos adducat sempiternã, q̃ gratiam Dei recipere nolimus. Tũc prætereà, quomodò iudicia Dei sint iustificata in semetipsa. Vidit quoquè, vt charitate ineffabili filius Dei nostræ salutis reparandæ causa sese humiliauerit, & carnem humanã assumpserit: quã quidẽ charitatẽ felix iuuenis exprimere oratione nequiuit. Prætereà de sanctissima Christi matre mysteria & opera vidit incomprehensibilia, quibus Deus eam sibi matrẽ efficere uoluit, nec ea quoquè ullis potuit indicare verbis. Itẽq; cur adeò pauper & humilis Christus nasci voluerit, totumq; vitæ suæ cursum in angustijs exigere, ea amore incredibili exemplum se nobis præbendo: Cur prædicationis suæ ministerium nõ per aliũ aliquem, sed per seipsum uoluerit exequi. Tum quoquè, vt ex amore, modum omnem excedente, se nobis dederit in venerabili sacramento altaris, nolens sine intermissione suam bonitatem & seipsum totũ nobis communicare, atq; vsq; ad finẽ mundi nobiscũ tam familiariter pro nostra vtilitate & salute permanere. Sentiebat etiam diuinum illum amorem, quo impellente, accedere non dubitauit ad tã dirã & acerbã passiunẽ & mortem, omnia faciens & perferens

Visio eius admiranda.

Deus propter hominem cæteras condidit creaturas.

Psal. 18.

Christi erga nos ineffabilis charitas.

Christus nobiscum est familiariter in Eucharistia.

ex immensa erga nos charitate. Huius verò contemplatione Angelicus ille iuuenis flebat amarè, dolens Christianos omnes isthuc toto animo minimè sentire, nec parùm admirans Christianos suis peccatis & sceleribus impedire, quo minùs tantam sentiant charitatem & misericordiã. Simul etiã intellexit, vt per Christi passionis & mortis meritum, sanctis vita sit æterna restituta, vtq; ab inferis redempti sint illi, & nobis vitæ ianua patefacta. Ostendit quoquè illi Dominus gloriam resurrectionis suæ, triũphum cũ quo in cælos ascendit, charitatemq; ex qua misit spiritũ sanctũ: simulq; sentiebat charitatẽ Dei diffusã in cordibus Apostolorum, cuius impulsu loquebantur & prædicabant, ut totũ orbem ad Christũ conuerterẽt. Sentiebat etiã, cũ quanta amoris firmitate fides recepta fuerit, & quemadmodùm propter eam sancti martyres hilariter ad mortẽ properarint: summeq; desiderabat se in illud posse tempus incidere, vt eum illis omnibus pro fide ipsi occumbere liceret. Sentiebat enim, quæ præmia illos maneant, qui pro Dei reuerentia persecutiones & molestias perpetiuntur: aiebatq; ex hoc animaduertere sese curã, qua Deus tueretur Ecclesiam suam, immensam quoq; charitatem, qua sacramenta instituerit nostræ salutis causa, in quibus inexplicabilem eius dilectionẽ & misericordiã percipiebat. Hæc autem omnia referens, dicebat se nullo sermone posse ea itã exprimere, vti viderat, & in suo animo sentiebat. Ex ea verò visione felix iuuenis intàtùm fuit mutatus in melius, & velut alius homo effectus, vt proximo die Dominico ad mensam sedens, edere non posset, nec sine magno cruciatu inter homines versaretur. Cernens id auus eius Domin⁹ Elearius à Sabrano, eius misertus, ait: Quid habes fili, & cur non comedis? Fortasis malè vales. At ille ea mira, quæ diuinitùs ostensa ei erant illa nocte, tacitus secum reuoluebat: & quia gustato spiritu desipit omnis caro, quotiès externis rebus vacare & cum hominibus secularibus versari cogebatur, nõ absque magno labore & dolore id faciebat. Sed tamen ex uoluntate Dei, ut suprà dictum est, nõnunquàm oportebat eum occupari rebus externis, & agere inter homines. Facilè autem aduerti potest, non parùm illi accreuisse meriti ex eiusmodi dolore & patientia.

Sitit martyriũ vir Dei.

Effectus declarat verã fuisse visionem.

Crux est illi uersari hominibus.

CAP. XIII.

PEr id tempus quædam eius cognata, viro primario Prouinciæ desponsata fuit. Eius nuptijs, quæ ad quinque durarunt dies, ipse interfuit, sed sinè intuitu. Aderant enim, vt moris est, nobiles & alii, diebus ac noctibus cantionibus, choreis & id genus humanis solatijs dediti. Inter eas pudicissimus iuuenis tanta sermonis honestate & castitate utebatur, ut nè vnum quidem verbum lasciuum ex eius ore proficisceretur, cùm interim alij multa iactarent obscœna & turpia uerba, quibus eius castum & pudicum pectus non mediocri molestia afficiebant, ucporè cui ea summè displicerent, ita vt quasi telis quibusdam animum eius confoderent, maximè quòd non posset more suo orationi & contemplationi vacare. In quibus cùm soleret diuina gustare, iam spiritus eius languebat præ desiderio æternorum. At tamen clemens & benignus Dominus illi quinque diebus eiusmodi consolatione eum affecit, vt singulis noctibus expergefactus, sentiret oculos, faciem & pannos faciei propinquos, lachrymis infusos. Quod enim vigilanti non licuit, inflammatum pectus eius & animus in somnis efficiebat. Quamobrem ille gratias agens Deo, magnam spiritus consolationem indè hauriebat.

Mirè cruciatur alienorum impuris sermonibus.

CAP.

CAP. XIIII.

Garsenda Alphāti, nobilis & sancta matrona.

NObilis uerò domina Garsenda Alphanti, ex Ausoisii castro orta, quæ uiuente eius marito, nobili milite, cum illo uotum castitatis fecerat, & obvitæ sanctitatem adeò diuino erat illustrata lumine, ut non rarò ea, quæ procul aberant, quæq; adhuc futura erant, tanquàm præsentia cognosceret, diuinisque reuelationibus & consolationibus crebrò fruebatur: Ea, inquam, Garsenda duas habuit de sancto Elzeario uisiones admirabiles, silentio minimè premendas. Cùm.n. illa eum partim nutriuisset, sæpè & feruenter pro illo Dominum deprecabatur. Quadā autem nocte in ecclesia pro eo orans, audiuit corporeis auribus Christum sibi dicentem: Iuueni huic, pro quo tam multùm oras, noueris me matrem meā dedisse magistram: nihil igitur de illo dubites. Ad quas uoces illa nimiùm obstupefacta, ubi ad se rediit, rogauit Dominum, ut si illusio esset, abscederet: sin autem res uera, se certiorem indè redderet. Altera die cùm Missæ sacrificio piè ac deuotè interesset, post consecrationem corporeis auribus uocem eiusmodi ad se dirigi sensit: Quæ superiori nocte de iuuene Elzeario tibi dixi, ea non ambigas uera & certa esse. Illa uerò confessario suo, uiro ualdè religioso, fratri Iohanni Iuliani, cuius iam antè meminimus, ea indicauit. Is porrò secretò ex Elzeario percontatus est, quem in precibus suis modum formamq; sibi præfigeret, & quem è sanctis sibi præcipuè patronum delegisset. Respondit ille: Equidem Virginem sanctissimam mihi patronam & aduocatam elegi: cùmque ad orandum me præparare uolo, indignitatem & uilitatem meam priùs considero: atq; ita matri gratiæ me commendans, eam precor humiliter, ut ea, quæ ipsi & eius benedicto filio grata sint, ponat in corde & ore meo: simulq; quanta possum animi pietate semèl ei offero Angelicam salutationem. Ea dicta, nunquam mihi deest noua rerum diuinarū materia. His dictis, abundè comperit confessarius ille uerissima esse, quæ à Garsenda acceperat. Huc facit etiam illud, quod sanctus iuuenis ut plurimùm sabbato & nocte sequenti diuinitùs uisitabatur: & in ipsa Assumptionis sanctissimæ Virginis solennitate, prima ei obtigit diuina uisitatio.

Audit Christum sibi loquentem.

S. Elzearius Deiparam uirginē in singularem delegit patronam.

CAP. XV.

Visio Garsendæ.

ALio quoquè tempore Garsenda noctù in sacello sanctæ Catherinæ apud Ausoisium orans, manum uidit lapidem preciosum tenentem, ex quo tantus radiabat splendor, ut totum illud sacellum illustraret. Admirans autem lapidis splendorem atq; elegantiam, secum cogitabat, quidnam rei esset. Audiuit itaq; corporeis auribus uocem dicentem: Lapis hic splēdidus, est uirginitas Elzearii, pro quo tu rogas, quæ sic in mundo fulgebit. Sed respice accuratiùs, & uide quantus eius coram Deo splendor sit. Verso igitur lapide, tanta indè claritas, tamq; feruēs processit lux, ut oculi eius ferre non possent. Cumque clauderet oculos, uisio ablata est, & multam reliquit in eius animo consolationem.

Virginitas præclara Elzearij.

CAP. XVI.

Mablina à Simana.

DOmina Mablina à Simana, illustris & ualdè potēs ac opulenta, nec minùs Deo deuota & chasta matrona, anno ætatis suæ decimosexto orbata uiro suo est, cum quo non nisi trimestri spatio uixerat. Noluit autē ad secundas accedere nuptias, tametsì parentes & propinqui urgerent, multisq; eam uexarent modis: sed castè, honestè & sanctè permansit in uiduitate usque in senectutem. Post multos autē labores & opera pietatis ad tantā peruenit mentis serenitatem, ut rebus diuinis crebrò adeò intenta esset, ut quę circa eam fierent, minimè sentiret. Vnū è multis referā: Quandoquè à Cęna Dñi cùm sacrificium fieret, usq; in sabbatū sanctum, in eodē loco permansit immota, nihilq; sentiens. Hæc ergò matrona de B. Elzeario adhuc iuuene talē habuit uisionē, cùm penitùs nihil de eius uirginea puritate cōperti haberet. Vidit in spiritū sanctum iuuenem habitu splēdido indutum, per amplā & magnam planitiem manib. ferentem uexillum candidum & illustre, cuius elegātia & splendor totum aerem & planitiē illam illuminaret. Sequebatur aūt eum multitudo innumera hominū utriusq; sexus, diuersarum ætatum, cōditionum & ordinū: cuius conspectu plurimùm ipsa lætabatur, rogauitq; Deum, ut uisionis significationē ipsi aperiret. Dictū est ergò illi: Hæc est uirginitas & sāctitas Elzearii, quem totus orbis uenerabitur, & multi imitabuntur.

Visio Mablinæ.

Interpretatio uisionis.

CAP. XVII.

FRater Philippus à Regio, Franciscanus, nobilis genere, & cognatus Dalphinæ uirginis, vir erat miræ sanctitatis & columbinæ simplicitatis, adeò ut ad primam innocentiā reductus uideretur, cui etiā propter excellentem puritatem crebrò apparuit sanctissima virgo Maria. Is aliquandò precibus & diuinæ cōtemplationi feruenter insistens, uidit in spiritu S. Elzearium & eius sponsam Dalphinā in præclaro quodā & amplo toro pariter quiescentes, atq; ad lecti caput in medio eorum stantem Christum, uultuq; placido illos inspicientem. Vndè animaduertit illorum continētiam Christo gratissimā esse. Bertranda Carmara Carpentoractensis, mulier sanctæ uitæ & diuinarū rerum ualdè perita fuit. Ea cùm in quadā solēnitate ad perceptionē Dominici corporis se deuotè præparasset, & sacerdos per incuriā uel obliuionem hostiā pro illa cōsecrare neglexisset, diuina benignitas eam miro quodā modo consolata est. Cùm enim Missæ illius sacrificio admodùm piè interesset, & Christi corpus spiritualiter ederet, Angelus Dñs partē hostiæ consecratæ accipiens ab altari, ei sumendam prębuit. Presbyter uerò Christi corpus percipere uolēs, cùm illā hostiæ partē non reperiret, licèt multo studio hincindè eā perquireret, magno animi dolore affectus est, donèc à Bertrāda didicit, quid ipsi dñs pręstitisset. Hæc ipsa Bertrāda planè cōsimilē uidit uisionē, qualē diximus fratri Philippo oblatā fuisse, nisi quod ipsa Dñm ad lecti caput inter illos sedētē conspexit.

Visio F. Philippi Franciscani.

Visio Bertrandæ, sanctæ fœminæ.

CAP. XVIII.

QVantùm aūt S. iuuenis Elzearius crescebat ætate, tantùm ēt in eo augebatur gratia & uitæ perfectio, desideriumq; semper rectiùs agendi. Itaq; cùm iam uicesimū ætatis annum ageret, nec animus eius in castro Ausoisii optata posset tranquillitate potiri propter immodicam & superuacaneam curā ausus eius ac totius familiæ, qua illum cupiebant educare in iis, quæ sunt mundi huius: post multam precum instantiam, copiam obtinuit migrandi in castrum Podii Michaelis, quod erat uirginis Dalphinæ propriū, ex paterna hęreditate & uoluntate ad ipsam deuolutum. In eo castro triennium permansère, & cū loci mutatione etiam morum illis accessit in melius præclara mutatio. Ibi.n. nouus paterfamilias nouo quodam modo cępit suę familię præsidere, nouasq; morum plantulas inserere, & transgressoribus pœnas proponere. Primò constituit, ut omnes è sua domo, tam mares, quàm fœminæ, quotidiè ut minimùm Missā unam integrè audiant. Secundò, ut uiuāt castè & purè: qui secùs facerent, eos sua domo expellebat. Nolebat enim, ut quisquam pane suo uesceretur, quem sciret peccato mortifero implicatum, nè alios inficeret, & nè illius peccatū ipse fouere uideretur. Tertiò, ut nobiles & milites, itemq; virgines & matronę

qualibet

S. Elzearius migrat ad castrum aliud.

Optimè instituit familiam suam.

qualibet hebdomada semel cōfiteantur peccata sua, *Ecce quā ti fecerit cōfessionis & eucharistiæ sacramētū.* & singulis mēsibus deuotè percipiant Eucharistiæ sacramentū. Quartò, ut eædem uirgines & matronæ manè usq; ad prandiū precibus & piis exercitiis uacent: & à prādio manuariis operibus sese occupent. Quintò, ut nemo ausus sit blasphemare Deū, sacrosāctam Virginē, uel aliquem Sanctorū: nec quisquam falsò iuret, aut uitiosè & leuiter absq; causa; nec impudica uel inhonesta uerba proferat. Sciebat.n. ex Sapiente, mortem & uitā esse in manibus linguæ: *Prou. 18* & ex Apostolo, corrumpere bonos mores colloquia *1. Cor. 15* praua. Huius constitutionis uiolatores hac ratione puniri uoluit, ut uel toto prandio coram aliis sederent in terra, solo pane & aqua cōtenti: uel toto die in cubiculo manerent inclusi, communi cibo uescētes. Sextò, ut nulli fas sit ludere tesseris, aut alio uti *Alea lusum suis interdicit.* lusu illicito, turpi ac inhonesto. Si quis contrà fecisset, grauis illū pœna manebat. Septimò, ut oēs è sua familia pace, amicitia, & concordia inter se fruantur, alius aliū non offendat, neq; uerbo, neq; facto. Si quid à quoquam aliter sit attentatū, mox cū offenso redeat in gratiā. Atq; ut id fieret, non mediocriter ipse dabat operam: reos aūt pro rōne culpæ puniebat. Octauò, ut quotidiè à prandio, uel alia hora *Pascit suā familiam pane uerbi Dei.* uespertina, nisi legitimum impedimentū inciderit, fiat aliqua collatio inter illos, ipso præsente, de uerbis Dñi pro animarū informatione. In eo autē colloquio, dum unus aliquis loquitur, cæteri orent pro illo in cordibus suis, ut Deus illi subministret sermonem, ex quo oēs proficiant: nec quisquam audeat sic loquentis uerba interrumpere, aut aliter impediret. Id si quis non obseruasset, à tam pio colloquio excludebatur, donèc emendatus, ab aliis reuocaretur.

CAP. XIX.

In eiusmodi uerò colloquiis, & in sermonibus suis *Igneos profert sermones.* ipse Elzearius aīo & facie iucundus ac hilaris, nec mediocriter diuina gratia cumulatus, ignea edebat uerba, à fonte diuinæ sapientiæ prodeuntia, ità ut audientes eum, magnā intra se sentirent animi mutationem, bonisq; ac sanctis arderent desideriis, & humiles ac religiosi efficerentur. Docebat.n. familiam suam, ut alter Tobias, timere Deū, & abstinere à pec- *Commēdat suæ familiæ uirtutes charitatis et cōtinentiæ.* catis, atq; diuina seruare præcepta. Hortabatur eos, ut diuino studerent amori, sese inuicèm diligerent, & corpora sua munda ac pura conseruarent. Aiebat, à uitiorum suorū consideratione debere Christianū exordiri preces suas, atque inde sese humiliare. Oratio.n. humiliantis se nubes penetrat. Hæc aliaq; his si- *Eccli. 35.* milia dicebat, q̄ omnia scripto comprehendi difficulter queāt. Etsi aūt quotquot apud eum degebāt, in bona uoluntate studioq; bonorū operum proficere se sentirent, singulariter tñ ex eius propinquitate & familiaritate, & carnis incendia & libidinis flammas consopiri experiebatur. Atq; ea causa milites & nobiles, aliiq; permulti non solùm promiserunt, sed et seruauerūt perpetuò castitatem, pleriq; et uirgineā puritatem & integritatē. Erat q; in eius domo tanta omnium charitas, tanta morum maturitas & honestas, tanta pax, pietas, benignitas, puritas, ut, dē- *Sed cum hæ exēpla rarissima sint, uirtus lōge uiuitur in monasterio, q̄ in hominum turbis.* pto habitu, potiùs ibi benè institutum monasteriū, q̄ aula Comitis uideretur. Quamobrēm et Alasia, uirgo Deo sacrata, soror Dalphinæ, quæ assiduè cū his sanctis coniugibus morabatur, sæpiùs affirmabat, se multo religiosiùs & honestiùs degere apud illos, q̄ in suo monasterio, immò ex eorū conuictu magnos in se uirtutis progressus sentiebat. Accidit quodoquè, ut per aliquot dies graues carnis tētationes pateretur. Itaq; in eorū cubiculum clàm ingressa, atq; illic se includens, torū immaculatum, in quo dormire illi solebant, flexis genibus circuiuit, & toto pectore Dñm orans: Domine Iesu Christe, inquit, Rex uirginum & castitatis amator, rogo te, ut per eā sanctam puritatem & uirgineam integritatem, q̄ in hoc lecto seruatur, liberes me ab hac tentatione. Confe- *Nota rē mirā.* stim omnis illa tentatio adeò extincta est, ut posteà, etiamsi uoluisset, uix posset impuram cogitationem aut delectationem admittere. Asserebat illa, se manēdo apud eos multūm profecisse in spiritu, & à magnis tentationibus fuisse liberatam. Et reuera quotquot apud eum morabantur, uitam in melius commutarunt, atque ex his complures ad magnam uitæ sanctimoniam eius meritis peruenerunt.

CAP. XX.

Cvmq; fama sanctitatis eius, & qua ratione suā regeret familiam, longè lateq; se diffunderet, pleriq; ad ei' imitationē sese cōposuere, & eodē mō gubernarunt domos suas. Per idem tempus quidam uenerabilis Episcopus eius leges, quas familiæ suæ præfixerat, habere uoluit, easdemq; suis quoque domesticis seruandas tradidit. Sciens autem S. Elzearius duplicis esse meriti, per uiam uēritatis constāter ingredi, eāque aliis indicare: eas ipsas leges, quo ad uiatt, semp obseruauit, & à suis obseruari uoluit. Quotidiè uerò etiam preces Canonicas pro Romanæ Ecclesiæ ritu & consuetudine persoluit, idq; tam *Dicit quotidie preces Canonicas.* piè & attentè, ut audientes non mediocriter ad pietatem incitarentur. Nec contentus erat ieiuniis ab Ecclesia institutis: sed sua sponte sextis feriis, totoq; Dominici Aduentus tēpore & multis aliis diebus, q̄ festos dies proximè antecedunt, ieiunauit. Cilicium *Crebrò ieiunat.* ad nudum corpus habuit sub uestibus preciosis, & *Vtitur cilicio.* in eo etiam sæpè dormiuit. Ab ea diuina uisitatione, quæ ei obtigit in loco, qui de Saltu dicitur, nunquàm, cum sanus esset, nudus cubare uoluit. Sæpè *Catenulis ferreis se cædit.* catenulis ferreis se flagellauit, dicensque psalmum quīquagesimum, memor uulnerum Christi, ad quēlibet eius psalmi uersum tèr dorsūm fortiter uerberauit. Omnibus diebus Dominicis Quadragesimæ & Aduentus, itemque magnis feriis totius anni, per multorumque aliorum sanctorum, præsertim uirginum, psissimè sumebat Eucharistiæ sacramentum. *Frequēter percipit dominici corporis sacramētū.* Retulit ipse quandoque uirgineæ coniugi suæ, cùm Christi corpus acciperet, uideri sibi optimum saporum se in ore habere ac deglutire. Illa autem interrogante, quid id sibi uellet, respondit existimate sese, uelle Deum, ut crebrò sacrosanctam Eucharistiam percipiat. Tantam habuit diuinitùs orandi, meditandi, contemplandi gratiam, ut ab ea uisitatione, quam diximus in loco de Saltu contigisse, semper & ubique promptè & expeditè citra laborem aut molestiam uel orationi, uel meditationi, uel contemplationi dare se posset. Illius enim nobilis animus, Deo unitus & coniunctus, ei etiam singulari quadam familiaritate iugiter adhærebat. Ad mēsam sedens & comedens, cœlestia interno gustu percipiebat, nec rarò cum animo illius noux quædam, & admodūm præ res abinsperatò occurrebant, uti ipse suæ spōsæ in cōclaui aliquando indicauit. Cum hominibus diuersis illo colloquente, spiritus eius haudquaquam à Deo distrahebatur: atque, quod plus est, cum choreis adesset, cantiones & instrumē- *Ecce uerò ex his rebus quibus multi abuntur, eius animus in Deū rapitur.* ta musica nihil ei impedimento erant: immò uerò ex eiusmodi melodiis miro quodam & excellenti excessu eius animus in Deum rapiebatur: ità ut eius præclara sponsa, cùm præsens interesset, non mediocriter formidaret, nè, si musicè concentus adhibiti essent, ille collaberetur, spiritu in Deum absorpto. Vbi autem ab huiusmodi rebus domum reuersus erat, in cubiculum se recipiens, diuinaque

suauitate

suauitate confestim affici se sentiens, orationi & contemplationi sese applicabat, perfectamque indè consolationem hauriebat. Pernoctabat interdùm in precibus, largißimos ab oculis lachrymarum imbres fundens. Id genus piis studiis & exercitiis maiori libertate uacabat, quandò erat cum sponsa uirgine, cui non ità, ut aliis, sicut iam antè diximus, sese abscondebat. Immò cùm soli essent in secreto cubiculo, inter se de rebus diuinis colloquebantur, & ad studia pietatis mutuò se cohortabantur, simul dicebant attentè ac piè preces, quas matutinas vocant: iisque absolutis, in eodem cubiculo separatim orationi aut sanctæ meditationi vacabant: ità ut cubiculum eis uersum esset in oratorium, & utriusque anima verum esset Dei templum. Deniquè conatus & studium omne beati uiri, tam publicum, quàm priuatum, in tria præcipuè intentum erat: Primò, vt peccatum omne & quicquid Deum offenderet, haud secùs atquè ipsas gehennæ flammas vitaret. Secundò, ut animum suum ardenti amore ac pietate Deo offerret: quo fiebat, ut non sine magno animi dolore mundi negociis, quæ eum hinc auocabant, occuparetur: nec tamen ausus erat ea à se reijcere, quòd, vt suprà dictum est, à Domino iussus esset in suo statu permanere. Tertiò, ut bona, quæ ageret in occulto, diuinasque visitationes & illuminationes, quas crebrò percipiebat, celaret, præsertim homines mundo & carni addictos.

Nota præcipua eius studia.

CAP. XXI.

VT verò ab ipsa natura fuit liberalis, ità etiam ex dono gratiæ humanus & misericors erat erga Christi pauperes & leprosos. Quotidiè enim habuit duodecim pauperes & leprosos, quorum ipse lauabat pedes, & ora osculabatur: iisque cibo ac potu refectis largas præstabat eleemosynas, atque ità à se illos dimittebat. Abiit quandoquè in comitatu suo venatum cum multis è familia sua, quos omnes iussit antecedere: ipse uerò vno apud se milite cum tonsore retento, ad quoddam leprosorum diuertit domicilium, vbi sex horrida percussos lepra reperit, è quibus plerique vsque adeò deformes erant, ut sine horrore adspici non possent. Videbantur exesa & absumpta labia, ità vt dentes paterent, atque etiam exciderent. Eos ut uidit sanctus & pius iuuenis, humanißimè salutauit, & salutares eis adhortationes proposuit: indè omnes singulatim peramanter osculatus est. Et eccè repentè curantur omnes, & tota illa domus odore suauißimo completur: ille verò, præstita eis eleemosyna, recedit: sed abeunte eo, igneus quidam & luculentus radius ab eius capite, cunctis cernentibus, emersit, qui semper cum recedente longiùs tendebatur: attingensque leprosorum domum, spatium omne, quod inter illum progredientem & eam domum intererat, mira luce perfundebat: nec priùs radius ille disparuit, quàm ille ad suam, quæ procùl satis aberat, familiam peruenisset. At sanctus iuuenis, qui in omnibus illis, quæ admirabiliter per eum DEVS operabatur, laudes uitabat humanas, omnibus suis seueriter interdicit, nè hoc miraculum, donèc ipse in uiuis esset, cuiquam reuelarent. Porrò leprosi illi ab eo curati, relicta leprosorum domo hospitali, deincèps nullo prohibente inter sanos habitarunt. Sæpè autem beatus Elzearius clàm alia leprosorum habitacula inuisebat, vno tantùm socio contentus: ibique flexis genibus, eorum abluebat pedes, osculabatur vulnera, eaque purgabat & obligabat, ità vt socius eius staret planè obstupefactus, atque ex pio, magis etiam pius efficeretur. Præ nimia erga miseros commiseratione, sanctus iuuenis nunquàm faciem suam ab vllo auertit paupere, sed animum atque manum omnibus pro CHRISTI amore ipsum rogantibus liberaliter porrexit. Hæc enim actuosa virtus ei quasi à natura inesse videbatur. Iubebat pauperes & egenos secretò inquiri, iisque nonnunquàm etiam non petentibus magnas præbebat eleemosynas. Accidit quandoquè, ut ipso in castro Podii Michaelis degente, ob magnam sterilitatem incolis eius regionis annona deesset. Illi itaque ad sanctum iuuenem confugiunt, orant vt velit illis esse subsidio, quo possint annum illum exigere. Tum ille rebus suæ domui necessariis separatim repositis, quicquid supererat, illis mutuò dedit. Sed cùm aliquandiù ante messem non cessarent pauperes petere, iussit etiam de illis rebus, quas in suos necessarios usus seruauerat, eis erogari. Tandem verò, cùm frumentum omne absumptum esset, & pauper quidam frumentum peteret, præcepit ille cuidam fœminæ quæ granarii claues habebat, ut illi frumentum daret. Illa dicente, nihil prorsùs superesse, fidenter ait: Ito, & diligenter inquiras: fortaßis quippiam reperies. Abit illa, tametsi non nesciret nihil illic remansisse, ut satisfaciat hero suo: & eccè tantundem in horreo frumenti reperit, quantum seruari iusserat Elzearius in usus necessarios familiæ suæ. Stupet igitur ad rei insperatæ conspectum, dat pauperi quod petebat, citoque indicat rem omnem domino suo. Ille uerò mox ad iusiurandum eam adigit, nunquàm eam cuiquam eam rem ante ipsius obitum indicaturam. Sed ea tamen diù celari non potuit, quòd plures è familia iam scirent frumentum omne exhaustum fuisse. Porrò sanctus iuuenis frumentum, quod illis mutuò dederat, etiam dono dedit, CHRISTI amore nihil prorsùs ab eis repetens. Eius simile quiddam accidit alio tempore habitatoribus Ansoisij & totius Baroniatus, propter famem & annonæ caritatem. Ducentos enim frumenti sextarios DEI amore partim dono, partim mutuò dedit, solum necessarium suæ domui frumentum sibi retinens. Sed tùm sub messem pauperes hincindè ad eum venirent, & frumentum peterent, iussit dari è suo, quod sibi seruarat. Dicente familia, nihil in horreo remansisse, nihilo minùs præcepit, ut irent & accuratè inquirerent, darentque pauperi cuidam importunè petenti. Abeunt illi, & tantam frumenti copiam inueniunt, quæ vsque ad importatas segetes nouas abundè, non solum familiæ, sed etiam egenis sufficeret. Quod autem quibusdam mutuò dederat, id eis donatum esse voluit. Solebat interdùm visitare ægrotos, è quibus multos curauit. Apud Arelaten cùm esset, Constantia puella septennis, filia Iohannis Albæ, quatuordecim dies perpetuis erat vexata febribus, atque vno die videndi loquendique facultate caruerat. Quæ res matrem eius incredibili dolo-

Vide in tã nobili iuuene tam eximiam erga miseros humanitatem.

Sex horridos leprosos osculatur, & mox sani fiũt.

Nota Lector.

Tob 4. Nunquã rogãti, denegauit eleemosynam.

Diuinitus frumentum præbetur.

Gratis pauperibus administrat frumentum.

Rursùs ei à Domino frumẽtum suppeditat.

re affecit. Sentiens id beatus Elzearius, & eius vicem valdè dolens, ad puellam accedit, cuius iam, accensis cereis, exitus expectabatur, imponensque manum suam capiti eius, DOMINI voluntas, inquit, fiat de te, filia. Egressusque foras, consolatur matrem lachrymabundam, dicens filiam eius vivere. Mox puella cibum petit, asserens hominem quendam curasse ipsam, tangendo faciem & caput eius. Eodem die plenè restituta, altera luce suis pedibus domi forisque ambulauit.

Sanat puellam moribundam.

CAP. XXII.

ANno ætatis suæ tertio & vicesimo, patre ipsius defuncto, factus est Comes Ariani & Baro Ausoisij ex patris institutione. Atque tum primùm Italiam petiit, eius Comitatus occupandi causa. At verò Ariani oppidum, triennio ei rebellauit, multasque iniurias, nec parua damna & contumelias ibi perpessus est. Interdùm etiam insidias ei compararunt, & crimina quędam affinxerunt. Sed ille multis licèt modis ab eis lacessitus & diuexatus, neque unquàm ultus est. Volebat quidem princeps Tarentinus, qui eum inprimis charum habebat, eiusque iniurias vadè dolebat, complures eius vrbis homines suspendio necare, plerosque mutilare, vt cæteri territi suum officium facerent: sed ille non permisit, immò veró constanter, nè id fieret, impediuit, dicens præpotentem DEVM & iustitiam eos quandoque ad sanitatem reducturos, quod etiam ità euênit. Eius enim patientia id obtinuit apud DOMINVM, vt posteà ab omnibus illis honoraretur ut dominus, amaretur ut pater. Ibi tum quasdam literas inuenit, quas quidam nobiles scripserant patri eius adhuc viuenti, in quibus grauiter quidem, sed falsò eum accusabant, multumque vrgebant patrem, nè eum scriberet hęredem, permultis fallaciosè & proditorié ad id efficiendum adhibitis rationibus & argumentis. Quas literas eùm sanctæ coniugi suæ in conclaui legisset, illa sciscitabatur, vellet nè eas calumniatoribus illis ostendere, ut submissiùs & humiliùs sese gererent, & tanti sceleris docerentur pœnitentia. Respondit autem mitissimus iuuenis: Ego verò totum hoc facinus eis ex animo condono, nec volo has eis literas ostendere: immó eos sibi persuadere volo, mihi de iis prorsùs nihil constare. Si enim perciperent, in manus meas illas incidisse, iam magna ex parte pœnas darent. Semper enim timerêt sibi à me, & perpetuó suspectum me haberent. Sic diait, & literas adeò aboleuit, vt nunquàm quisquam illorum resciuerit eas in illius peruenisse manus. Immò paulopòst, cùm miles quidam, earum literarum primarius architectus, cum aliis præsens adesset quodam solenni die, sanctus & pius Comes illum præ cæteris honorifice accepit, magisque se illi familiarem prębuit, & in suum cubiculum introducto quædam magni precii corporis sui ornamenta dono dedit, atque quoad vixit specialia amoris & beneuolentiæ signa ei exhibuit.

Insignis eius patientia.

Non quarit ultionē de inimicis uir sanctus.

Generosi eius animi prudenti consilio proditoribus ignoscit.

CAP. XXIII.

TAnta enim in illo virtus & gratia inerat, tanta animi fortitudo & patientia in rebus duris & aduersis, ut toto uitæ eius spatio nemo, quantumuis familiaris uel domesticus, ob quamcunque molestiam & afflictionem, quicquam eum vel dixisse uel fecisse impatienter & iracundè potuerit animaduertere. Atque ea causa Dalphina sancta uirgo, quæ ipsius uirtutes & actiones assiduè contemplabatur, cùm cerneret eum nihil commoueri aduersùs eos, qui iniuriam ei irrogarent, eique molesti essent, sed ferre omnia sedatè, vultuque placido & iucundo, admirans tam insignem tamque inuictam in illo patientiam, vtque eius certius periculum faceret, intrà conclaue ità ait ad eum: Quid hominis es tu, Elzeari, qui nunquàm erga illos, qui te iniuria afficiunt, commoueris? Videris esse trunci instàr aut statuæ, nihil sentientis. Et tamen patibilis es, & homo mundanus. Aut fortassis vel nescis, uel non potes irasci. Et quid, obsecro, officeret malis, qui interdùm iniustè te lędunt, si te quandoque iratum illis ostenderes? Ad hæc homo lenissimus respondit: Ecquid verò, Dalphina, prodest irasci? Nihil profectò: attamen explicabo ego tibi arcanum pectoris mei. Nôueris me interdùm sentire aliquam in animo aduersùs infestantes me indignationem, sed ilicò me conuerto ad cogitandas iniurias Christo illatas, eumque imitari cupiens, dico mihi ipsi: Etiamsi famuli tui barbam tuam conuellerent, & colaphos tibi infringerent, nihil esset ad Dominum tuum, qui maiora perpessus est: certumque habeas, Dalphina, me nunquàm cessare à commemorandis iniuriis Saluatoris mei, donèc animus meus planè fit tranquillatus. Atque hanc fateor me à Domino habere peculiarem gratiam, ut eos, qui mihi iniuriosi sunt, vel æquè, vt antè, vel plùs etiam amem, & pro eis specialiter orem, agnoscamque & confitear, me maioribus & atrocioribus iniurijs dignum esse. Ex his verbis virgo Dalphina fuit mirum in modum confirmata, & cælesti suauitate referta, sentiens generosum eius animum rerum cælestium desiderio adeò incensum, adeoque Deo coniunctum, vt nulla perturbatio vel commotio ei posset dominari.

Egregia laus eius.

Nūquam irasci sentitur ob iniurias sibi illatas.

Christi iniurias & pœnas cogitando, fert aequanimiter aduersa.

Rara uirtus.

CAP. XXIIII.

ERat tum Comitatus ille & Baroniatus magno ære alieno obstrictus & pressus. Itaque constituit certos homines, qui certos quosdam prouentus & res ad se reciperent, atque indè paulatim omne æs alienum dissoluerent. Audiens autem ille iam molesta & dura onera, ità intrà se dicere solebat: Gratias tibi ago, DOMINE DEVS meus, quòd vti à me in prima tua visitatione omnem huius mundi & rerum labentium amorem abstulisti: ità nunc, te iubente & disponente, eas terras & ditiones obtineo, quę in tantùm sunt ære alieno afflictæ, ut etiam mundi amatores vix vllam possent ex eis delectationem capere. Quandò verò clementia fine iustitia, præsertim in principe, inanis & inepta esse videbitur, beatus Elzearius, ut per uniuersas DOMINI uias, quę sunt, misericordia & veritas, rectó pede incederet, sicut erat misericors, ità etiam iustitiæ zelator, quam misericordia temperatam suis subditis ministrabat. Iis, qui publicis fungebantur officiis, præcipiebat, vt in

Industria eius in ære alieno dissoluendo.

In principe debet clementia cū iustitia esse coniuncta.

Psal. 24

ut in iudiciis & sententiis ferendis à iustitiæ norma minimè deflecterent. Si qui ea in parte remissi & incuriosi essent, eos acriter obiurgabat, plerunque etiam ab huiusmodi functionibus remouebat, magis idoneos eis substituens. Maledicos & alios sceleratos homines seueriter persequebatur, & captos atque in uincula coniectos, pro ratione culpę plectebat. Morti adiudicatos salutaribus monitis instituebat, comiterque hortabatur, ut sua peccata confiterentur, maximeque ut ad Christi passionem confugerent. Cùm sceleftus quidam, homo maledicus, sententia curiæ eius suspendio addictus esset, accessit ad carcerem, & diu multùmque illum exhortans, atque ad ueram pęnitentiam prouocans, tam accuratè eius maleficia illi declarauit, ut ex animo se peccasse doleret, flensque & gemens, fateretur ea se morte dignum, immò ignominia maiori affici se debere: gratiasque agens DEO, toleranter & hilariter mortem exciperet. Damnatis pecuniæ, interdum tertiam partem solebat remittere, quibusdam dimidiam: pauperibus totam condonabat, sed secretò & per alios, nè impunitas licentiam pareret, sed semper in metu essent, atque a peccatis & maleficiis sibi cauerent. Eorum, qui morte plectendi erant, facultates pro more in fiscum principis importabantur. Verùm si illi uxores haberent ac liberos, clàm aliena manu eas illis restituebat.

Seueritas eius in maledicos &c.

Benignitas eius in dãnatos, captiuos & paupe res.

CAP. XXV.

Cum à Roberto Rege, cui inprimis charus erat, fratre sancti Ludouici Episcopi Neapoli equestri dignitate ornatus esset, ea nocte more suo in ecclesia, ubi id fiebat, peruigil in preces incubuit, ingentique equitum auratorum aliorumque nobilium multitudine cum luminibus in templum ingrediente, atque cum tubis aliisque diuersis instrumentis musicis coram illo hilariter & iucunde transeunte, ille mundana gaudia cælestibus commutauit. Nihil enim, quæ circà ipsum gerebantur, sentiens, totus fuit ad cælestia sublatus, & inter Angelorum beatorumque spirituum agmina animo uersans, cum illis diuina contemplabatur. Atque ità tota illa nocte terrena excedens, cum magna animi suauitate gustauit cælestia & æterna, uti posteà suæ Dalphinæ secretò reuelauit. Cœpit autem multo tum acriùs, quam anteà consueuisset, intùs urgeri, ut eum felici sponsa sua Dalphina sacrum uirginitatis uotum DOMINO nuncuparet, quod quidem eisdem sæpè etiam aliàs spiritussanctus inspirarat. Misit igitur per specialem nuncium literas ad illam in Galliam Narbonensem siue Prouinciam, ubi tunc morabatur, iubens, ut quamprimùm ueniret ad ipsum cum domina Garsenda Alphanti. Acceptis literis, illa, utuerè humilis & obediens, relicta Garsenda propter malam eius ualetudinem, nauim ingreditur: eumque ad eum peruenisset, comiter ab illo excipitur, auditque clàm eum sibi dicentem: Ego te acciui, ut, quod sæpè tentauimus, DOMINO uirginitatem nostram uoto consecremus. Sed quia illi sic uisum est, ut domina Garsenda huic uoto intersit, quòd illa sæpè nos ad id nuncupandum hortata est, & à teneris annis salutaribus monitis nos piè admodùm & diligenter instruxit, optauitque coram adesse, uosque & uidere & audire perpetuam continentiam pollicentes, nos proficiscamur ad eam. Atque ità discedendi copia à Roberto Rege difficilimè impetrata, iubente eo, ut intrà biennium ad ipsum redirent, Italia relicta, ubi quinque annis manserat, in Galliam Narbonensem siue Prouinciam sunt reuersi. Multi autem eis uenientibus obuiàm progressi sunt nobiles & affines, hilariter eos accipientes: in quibus Rostagnus à Sabrano equestris ordinis, cùm eum amplexatus esset, repentè eius animus est magna ui immutatus. Nam cùm iam grandæuus esset, & bienniò sua peccata confessus non esset, tanta sensit peccatorum sarcina se premi, ut nec quiescere, nec cibum capere, nec quicquam omninò facere posset, donèc peccata sua cum multa contritione, & lachrymis multis esset sacerdoti confessus. Atque ex eo tempore ad meliorem frugem se recepit. Felices autem coniuges illi ad castrum Ansoisij peruenientes, Inueniunt dominam Garsendam etiamnùm decumbentem: cumque eam inuiserent, & aduentus sui causam indicarent, pia matrona impensè exultans: Gratias tibi ago, inquit, DOMINE IESV CHRISTE, quòd duplici me gaudio recreare uoluisti. Sicut enim multùm optaui interesse huic uoto, ità toto animo cupiebam dissolui, & tecum esse. Quod cùm feruenter peterem, responsum est mihi à DOMINO, tantisper in corpore me mansuram, donèc uideam hos sacros coniuges uirginitatis uotum ipsi offerre. Porrò in eodem castro simul Pascha celebrarunt, & cum sanctissima CHRISTI matre, & Maria Magdalena, Maria Iacobi & Salome sanctisque Apostolis Dominicæ resurrectionis gaudia contemplantes, festum illud admodùm religiosè & piè coluerunt, atque indè usque ad beatæ Mariæ Magdalenæ ferias in eodem castro diuinis laudibus & meditationibus uacarunt.

Eques auratus fit.

In mediis huius secu li gaudiis, cælestia contem platur.

Vocat uxo rẽ suã ad emittẽdũ castitatis uotum.

Ex Italia redit in Gallias.

Mira conuersio equitis tã grã dæui.

CAP. XXVI.

In ipsis autem S. Magdalenæ feriis, in sacello beatę Catharinæ, Missæ sacrum singulari pietate auscultarunt, & sacrosanctam Eucharistiam perceperunt: ubi cùm Garsenda adesse non posset ob aduersam ualetudinem, peracto sacrificio, eam accedunt, & ea præsente, atque etiam Alasia sorore Dalphinę, & Iuordo equite Garsendæ filio, aliis omnibus exclusis, hunc in modum uota fecerunt: Primò Comes Elzearius, flexis genibus & innctis manibus super Missali, ità dixit: DOMINE IESV CHRISTE, à quo bonum omne & donum proficiscitur, ego peccator fragilis & infirmus, sine tuo speciali dono non possum castè & continenter uiuere: sed de tuo singulari adiutorio confidens, uoueo & promitto tibi & sanctissimæ matri tuæ, atque omnibus sanctis, toto tempore uitæ meę me castè uicturum, & uirginitatem seruaturum, quam hucusque tua benignitate in me custodiuisti. Atque huius promissionis exequendę causa paratus sum quascunque afflictiones & pœnas, atque etiam mortem ipsam perpeti. Deindè sancta uirgo Dalphina consimili modo uirginitatis

S. Elzearius mouet cõtinẽtiã perpetuã.

Idẽ facit Dalphina uirgo.

Atqi etiā simul cum nobilis & ynes.

tatis uotum, quod iam ante secretò fecerat, publicè repetiuit. Ad extremum etiam suo ordus idem uotum nuncupauit. Ijs peractis, Garsenda multum spiritu exhilarata, Laus, inquit, & honor & gloria sit omnipotenti Deo, qui mihi videre præstitit, quod tantopere optaui. Iam læta moriar, nec quicquam præterea cupio in hoc mundo; sed suscipe DOMINE IESV ancillam tuam, & sancta uoluntas tua in me & de me fiat. DOMINE IESV CHRISTE, seminator casti consilij, suscipe seminum fructus, quos in Dalphina uirgine seminasti. Iussit autem S. Comes Elzearius, nè ipsius & sacræ sponsæ suę uotum cuiquam hominum aperirent. Non diu post S. Garsenda, plena operibus bonis, migrauit ad DOMINVM, sicut optarat. Ad cuius obitum & sepulturam beatus Elzearius cum Dalphina uirgine præsens fuit. Apparuit autem illis post mortem in habitu splendido atque elegantissimo, multa gloria illustris, alteri dormienti, alteri vigilanti, eosque de sua beatitudine certiores reddidit, atque spiritali consolatione affecit, quemadmodum expressiùs habet historia beatę Dalphinæ. Corpus eius humatum est apud Aptam, in ecclesia fratrum Franciscanorum iuxta tumulum beatorum Comitum Elzearii & Dalphinę, in S. Francisci habitu, cuius tertium Ordinem siue regulam amplexa fuerat, sicut etiam Elzearius & Dalphina.

Garsēda felix obit.

CAP. XXVII.

Elzeario traditi isti tuēdus Carolus, regis primogenitus.

Biennio in Prouincia exacto, Elzearius Neapolim rediit, uti iusserat Robertus Rex, atque illic institutus est præceptor Caroli, qui fuit eius Regis primogenitus, & Calabriæ Dux. Cernens autem eum moribus leuem atque lasciuum, promptumque ad audiendos leues impudicosque sermones, ei seorsùm abducto ait: Non decet insignem personam & Regem lasciuos & dissolutos vel audire, uel proferre sermones. Corrumpunt enim bonos mores colloquia praua: sed potiùs sanguis illustris verbis honestis & bonis atque incorruptis moribus ornandus est. Hæc uerò atque id genus alia, ea efficacia dixit, eiusque animo impressit, ut confestim spiritu mansuetudinis & pietatis eius pectus sibi vendicarit, non sine multa admiratione Comitum & aliorum nobilium, qui ei semper aderant, breui totus mutatus fit in melius, quibusdam dicentibus, Dominus Dux in alium uirum mutatus est: aliis verò asserentibus: Comes Ariani cum Duce locutus est. Atque ea eo tempore non modò à uerbis inhonestis & malis moribus abstinuit, sed neque ut quisquam impuros effutiret sermones, ferre sustinuit. Vt autem viderunt nobiles & proceres regni, aliique inferiores beatum Elzearium in tantam Ducis familiaritatem admissum, cum maiori veneratione prosecuti sunt. Nam per id tempus totius regni administratio erat penès illum Ducem, patre eius Roberto Rege in Prouincia agente. Quibus autem cum Duce uel in eius aula negocium erat, ex iis plerique ueniebant primò ad Elzearium, & cum eo conferebant. Quidam offerebant ei pannum coccineum, plerique multas auri vncias, alii alia non parui pretii munera. Sed uir sanctus diuinitùs illustratus, sciens munera excæcare oculos accipientium, ab omni munere & animum, & manus excussit. Dicentibus uerò quibusdam è familia, pro laborum compensatione, nullo intercedente pacto, sine ulla culpa aut uitio licere illi dona quædam accipere, uir purus & candidus respondit: Et tamen illa munerum acceptio possit aliis esse offendiculo, atque etiam occasio præter ius fasque ea recipiendi. Malim igitur in uniuersum ab omnibus abstinere. Veniens quandoque à Duce & eius aula, in suum cubiculum more suo se recepit, ut sancta meditatione animum suum in DEVM colligeret. Ibi tum huiusmodi uerbis utebatur: Tu mihi, Domine DEVS, in paradiso debes centum auri uncias, & duos pannos coccineos. Interim casu quodam domina Alasia monialis in illud cubiculum ingrediens, & eum audiens ista dicentem, admirans ait ad eum: Ecquid sibi uolunt, mi domine, hæc uerba tua? Ille respondit: Hæc munera ego hodiè habere potui, sed pro Christi amore ea contempsi. Secretò etiam dicebat sanctæ sponsæ suæ, complures non rarò in id incubuisse, ut donis & muneribus ipsum corrumperent.

S. Elzearii integritas.

Esa. 33.

Non uult aliqua pro suo labore accipere munera.

CAP. XXVIII.

Cvm autem ad eius aures multorum pauperum querimoniæ peruenirent, sentiens ille eorum causas & negocia in aula principis negligi, magna commiseratione affectus, accessit fidenter ad Ducem, petiitque ab eo, ut causas pauperum ipsi liceret exequendas suscipere, & eis se in aula aduocatum præbere. Duce libenter assentiente, uir pius magnam sibi curauit crumenam confici, atque in ea non nisi pauperum supplices libellos & querimonias reposuit: cumque iret per plateas urbis, ad eum pauperes certatim confluebant, ità ut ęgrè posset cum sua familia in ostium domus suæ præ eorum multitudine ingredi. Audiebat eos suas querelas proponentes, idque accuratè inprimis & sedatè: & cùm plerique multa admiscerent superuacanea, ipse, ut erat acutus & prudens, in certa capita rem totam conferebat, & pro eis Duci & eius officialibus loquens, causas eorum expediebat. Venerunt tum Neapolim quędam matronæ nobiles cum liberis suis & aliqua familię parte è Siciliæ regno, propter bella exilium ferentes. Quarum uicem beatus ille Comes admodùm dolens, earum suscepit curam & patrocinium, effecitque apud Ducem, ut ex eius palatio quotidiè eis uictus necessarius pręberetur. Curauit etiam, ut haberent pannos, & multas alias res necessarias: neque enim uel illarum, uel aliorum pauperum inopiam sine multa commiseratione uidere potuit. Quandoque lotis manibus ad mensam accedenti quidam pauper domum intrans, importunè se ingessit, sciscitans quid de ipsius supplici libello fecisset. Ille uerò perbenignè respondit: Sustine parùpèr, & ego priusquàm cibū capiā, rem tuā expediā. Surgensque à mensa, iuit ad curiā: reuertensq; pauperi satisfecit, atq; ità ad mēsam pransurus accessit. Quibusdā etiam ob longam moram sese sustētare non

Suscipit in aula Ducis pauperū patrocinium.

Humanitas mira in exules matronas.

Vide exēplū summæ humanitatis.

ualen

valentibus, ipse necessaria præbebat, atque ita manu, lingua, animo eis seruiẽs, triplex in singulis Deo gratum sacrificium offerebat, memor Christi Saluatoris, in summa paupertate nasci, uiuere & mori uolentis, qui etiam ait: Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Fama interim per totam vrbem nolitante, Comitem Ariani factum esse aduocatum pauperum, ille ea causa non destitit, in cælo sibi thesauros condens, vbi toto pectore versabatur, atque vbi totum cor eius erat.

Matt. 25.

CAP. XXIX.

Magno ferui zelo fidei.

IDem ipse fidelis, verax & catholicus Comes, magno fidei zelo prorsus incensus erat, eius causa non solum quęuis aduersa perpeti, sed etiam mortem ipsam excipere peroptans. Adeò enim, præsertim in prima & quarta visitatione diuina, radiis fidei illustratus fuit, vt quomodò tunc creatorem & creaturas, redemptionisque humanę mysterium in spiritu videret, ita deinceps continenter in animo sentiret. Conferebat aliquandò cum sponsa sua in cubiculo de extremis mundi temporibus & malitia Antichristi, & dicente sacra virgine Dalphina, Horrenda erit illa persecutio fidelium. Si enim uirtutes cælorum mouebuntur, quo pacto homines stabunt? ille respondit: Ecce, Dalphina, si magister Frãciscus Maronis, qui in præcipuis Christiani orbis theologis numeratur, estque in fide benè instructus & firmus: itemque frater Iohannes Iuliani cõfessarius noster, illuminata fide & vitæ sanctitate clarus, atque etiam domina Garsenda, cuius sancta uita iam multis per virtutum opera & miracula innotuit: quæ, ut nosti, à tenera ætate nos semper in sanctis operibus & virtutum studio educauit: si, inquam, hi tres, de quibus ego sic sentio, venirent ad me, dicerentque uno ore, fidem nostram falsam esse, nosque hactenus in magno errore uixisse & deceptos esse, Pontificemque & Cardinales velle fidem mutare, idque etiam pariter totus clamare orbis, equidem non deficerẽ vlla in parte ab illa fide, quam mihi Deus ostendit, etiamsi ea causa mille mihi mortes oppetendę forent: neque Antichristus ipse, neque eius sectatores me ab ullo eius fidei, quam nunc sancta profitetur Ecclesia, articulo abducere poterunt. Quibus verbis Dalphina virgo non minùs in fide confirmata, quàm spirituali consolatione affecta fuit. Multa reuerentia illi inerat erga prælatos siue præfectos, & sanctę Ecclesiæ sacerdotes, quòd per illos uia salutis ad alios deriuetur. Homines spirituales, religiosos, & pios amabat, & cum illis sanctæ charitatis potum hauriebat.

Luc. 21.

Nota q̃ firmus in fide fuerit B. Comes iste, q̃ sua nunq̃ Romana Ecclesia fides

CAP. XXX.

ACcidit, ut quandoque in monte Pessulano hæreret. Itaque Dalphina virgo ex castro Podii Michaelis, misit ad eum literas per famulum, cupiẽs nosse, cur moram illic faceret. Cui ille sic respondit: Sanus corpore sum & sospes. Quòd si uerò uidere me cupis, quęre me in vulnere lateris Christi. Illic enim habito, & ibi me poteris inuenire, frustrà alibi quæsitura. Alio tempore cum Roberto Rege Auinione manens, quodam festo die post sacramentalem confessionem, manè dixit cuidam Missam celebraturo, ut hostiam pro ipso poneret. Intereà inchoante sacrificium presbytero, vocatur a rege. Dicit ergò presbytero, ut differat sacrificium, donec ipse reuertatur: atque ità à sacello exiens, cum Rege usque ad Pontificis palatium equitat, quod procul indè aberat. Indè reuersus, descendit ab equo, intrat in sacellum, dicit sacerdoti vt Missam celebret: atque sub ea admodùm piè sacram percipit communionẽ. Vndè potest animaduerti, quanto perè fides eius &

Nota sancti viri exercitia.

animi cum Deo coniunctio illum perlustrarit, quandò toto illo itinere nulla neque visa, neque audita, eius animum distraxerunt. Bonus enim ille spiritus, qui eum incitabat ad diuina, omnes circa illum vias & aditus adeò occupabat, vt nihil sordidum uel impurum, aut ipsi dissimile & contrarium, uel inuisum & ingratum, in eius animum ingredi pateretur. Reuertebatur quandoque Neapoli in Prouinciam cum sponsa Dalphina & tota familia. Inter nauigandum autem tanta in mari extitit tempestas, ut fracto velo unà cum malo, inter vndas magno in periculo versarentur. Fit igitur magnum omnium planctus & dolor, quòd nemo iam se euasurum speraret. At sanctus vir Domino benè confidens, animo illũ piè deprecabatur, & cæteris lacbrymantibus, solus nihil extrinsecùs mutatus fuit. Cumque nauis non sine magno miraculo portum attigisset, illis Deo gratias agentibus, quosdam è sua familia repręhendit, quòd tam multis fusis lachrymis editisque clamoribus, satis indicassent se nimiùm formidare mortẽ, parumque diuinę bonitati confidere. Tum verò sancta virgo Dalphina seorsùm interrogauit illum, an non timuisset ipse in discrimine mortem, qui alios sic obiurgaret? Respondit ille: Nòueris, Dalphina, iam indè ab eo tempore, quo me Dominus visitauit in loco de saltu, vbicunquè sim, siue in mari, siue in terra, quocunque genere mortis illi uisum sit me hinc auferre, me prompto animo paratum esse: & neque nunc, neque alias vnquàm, quantumuis magnis verser in periculis, mortem me formidasse: sed cùm cerno adesse pericula, ror mecum hũc in modum Deo me offerre solere: Domine Deus meus, cui cordium arcana patent, qui omnia nosti, antequàm fiant, si decreuisti nos, vel quosdam ex nobis punire: verratur, obsecro, ira tua in me peccatorem ingratum, & ignoscas aliis. maior enim honor a.l te redit ex quocunque alio ex iis, qui hic adsunt, quàm ex me. Hęc postquàm ego dixi, semper in animo meo maiorem consolationem persentio.

Puritas animi ei.

Magna eī constātia in pſentissimo mortis periculo.

Mortē nihil reformidat.

CAP. XXXI.

ERat enim tam submissa eius humilitas, vt sua existimatione coram Deo se vilipendens, ex animo crederet se omnium maximum peccatorem, diuinisque beneficiis nimis ingratum, cùm reuerà vas esset purissimum, atque omnium virtutum odoribus refertum: ità vt de illo tam sponsa eius Dalphina, quæ eius actus & mores sagaciter explorabat, quam etiam alii, qui præ cæteris ab ineunte ætate usque ad obitum eius, magis familiares ei fuerant, atque ex iis quidam iureiurando affirmarent, nunquam se aduertere potuisse in omni sua uita mortiferum peccatum eum perpetrasse. Illius quoque confessarii, prę ferrim quibus crebriùs confitebatur, & quibus totius vitæ suę generalem fecerat confessionem, qui erant sanè viri magnæ sanctitatis & perfectionis, idem asserebant, illud addẽtes, eum cum magna cordis contritione etiam minima peccata confiteri solere. Tanta enim erat puritas conscientię eius, tamque ingens gratiæ lumen, ut non pateretur etiam leuibus culpis eum inquinari: cùm ille interim, ut diximus, se peccatorem maximum existimaret, altissima humilitate ad id eum impellente. Huic verò tam profundæ humilitatis fundamento cæteræ virtutes securiùs superstruebat. Honores mundani, licèt extrinsecùs eos præ se ferret, displicebant ei & molesti ei erant: cumque pro ratione status sui non ità, ut par erat, honor ei haberetur, singulari quadam lętitia afficiebatur. Hæc eius eximia humilitas in omnibus actibus illius magnam ei pręstabat securitatem, ità ut quocunq; iret, siue ad mortẽ, siue

Eximia eius humilitas.

Rara innocentia.

Honores molestia ei afferũt.

ad uitam, securo & constanti animo sub diuinę protectionis fiducia habitaret. Iussus quandoque fuit à Roberto Rege domino suo, cuius erat beneficiarius & subditus, proficisci Romam cum Iohanne fratre eiusdem Regis, & armato milite contra Imperatorē, qui Ecclesiasticam libertatem in multis violauerat. Cumque esset Romæ in armis, Germanum quendā partis aduersæ fortem virum, è manibus illum occidere volentium, liberauit. Bello confecto, in quo Imperatoris exercitus succubuit, mox beatus vir intrà Vrbem tam acri febre correptus est, ut sibi videretur inter duos lectos igneos totus inflammari. Reminiscens verò belli iam confecti, admodùm dolere cepit se illi interfuisse. Cumque in ea cogitatione perseueraret, audiuit corporeis auribus Christū sibi dicentem: Scias Elzeari, in hoc bello, cui armatus adfuisti, expositum te fuisse periculo amittendi gratiam meam. Sed quia eius te pœnitet, uolo te flagellare. Tum ille inclinauit se, cępitque dicere psalmum quinquagesimum. Ad singulos autem versus Christus eum ter, vt ipse solitus erat, in dorso fortiter cecidit. Deindè somno correptus, febre recedente, perfectè curatus est, & ineffabili animi consolatione perfusus.

Roma laborat febrib⁹, dolétque se bello interfuisse.

Emēdatⁱ a Domino Christo.

CAP. XXXII.

Biennio antè, quàm è vita excederet, æs alienum ferè omne, quo ditiones eius obstrictę fuerant, dissolutum est: dicebatque in conclaui Dalphinæ virgini: Vbi Comitatus & Baroniatus omnibus oneribus absoluti erunt, ego non diù superstes ero. quod quidem etiam reuerà ità accidit. Nam postquám debita omnia fuere persoluta, uno tantúm anno superuixit. Iis verò sermonibus Dalphina non mediocriter affligebatur. Accidit deindè, ut Rex Robertus & eius proceres sanctum Comitem in Gallias ablegarent, adiuncto ei honesto & splendido comitatu, ut illinc vxorem acciperet vnico Regis filio Carolo Calabriæ principi, regio sanguine procreatam, formaque & moribus conspicuam. Ante discessum autem suum, ut virginem Dalphinam consolatione afficeret, dixit ei: Si, Domino permittente, reuersus fuero è Francia, quantùm licebit, missa faciam id genus negocia animum distrahentia: degemusque pariter Ausoisi, ut à terrenis mundique huius strepitu ac tumultu semoti, uberiùs spiritalia gustare queamus Erat enim planè uir desideriorum, existimabatque se nihil hactenùs Dei causa fecisse, atque eam ob rem feruenti spiritu ingentia Christi amore facere statuebat. Cùm autem negocium ipsi demandatū, in Francia præclarè & fideliter expediuisse, Parisiis graui affectus morbo decubuit: sentiensque mortē impendère, magistro Francisco Maroenfi Minoritæ, conterraneo suo, qui tum erat Parisiis, generalē fecit confessionem eum multis lachrymis. Quotidiè etiam manè apud lectum suum Missæ sacrificium piè audiuit, & crebrò sub illa aduersa valetudine cōfessus est. Et quanuis tota vita sua & suam & Dalphinæ virginitatem celasset accuratè, attamen sub uitę finem, compellente eum spiritu Dei, ità ad astantes loquebatur: Saluatus est homo malus per mulierem bonam, quā sicut virginem accepi, ità & in hac morrtali uita virginem relinquo.

Mittitur a Rege le gatus in Franciā.

Parisiis decumbit.

Cogitur a Domino reuelare suā et spō sa virginitatem.

CAP. XXXIII.

In ea ægrotatione, quę grauissimos eosque perpetuos ei dolores afferebat, quos ille patientissimè spe futurorum tolerabat: spiritus eius iugiter cō iunctus cum Deo fuit, volebatque nihilominus etiā bona audire, iubebatque sibi Christi passionem legi: nec lingua etiam à diuinis cessabat laudibus, crebrò repetens illum versum: Domine opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Sumpto autem Dominico sacramento, cùm sacro oleo vngeretur, & versū illum dicerent, Per sanctam Crucem & passionem tuam libera eum Domine: ipse eundem tertiò repetiuit, & addidit: Hæc est spes mea, in hac volo mori. Ad extremùm iam in agone positus, vultum præ se tulit valde terribilem, vndè colligi liceret eum in magno versari labore ob quædam illi obiecta: atq; sub eiusmodi conflictu exclamauit: Magna est dęmonū vis, sed eam penitùs enervarunt virtus & merita sacrosanctæ incarnationis & passionis Iesu Christi. & post paululùm rursùs exclamans, Placè, inquit, vici. Post aliquantulum temporis spatium, cum ingenti clamore dixit: Totum me diuino iudicio committo. Atque his dictis, reparatus est vultus eius, & quodā rubore atque splendore, multaque elegantia perfusus: atque ità reddidit spiritum. Nec tunc uel tenuiter mutatus vultus eius, sed permansit serenus & pulcher. Hæc autem omnia vidit quidam nobilis mundum petulans & lubricus, adeoque ob sua peccata corde compunctus est, ut nullo pacto ferre sustinēs, mox accito ad se fratre Franciscano, qui illic aderat, in quodam cubiculo cum ingenti pietate & largissimo lachrymarum imbre sua peccata confiteretur. Obiit sanctus Comes, plenus virtutibus & operibus bonis, anno vicesimo octauo: estque sepultus in habitu Franciscano, apud Minoritas Parisienses. Eodem autem anno sacrum corpus eius translatum est Aptam, atque illic in Franciscanorum ęde, vti ipse viuens iusserat, honorificè tumulatum. Vbi magnis & quidem crebris coruscat miraculis, ut sublimitas sanctitatis eius, quæ illo in carne mortali degente, non planè innotuerat mundo, per diuinę potentiæ miracula è cælo declaretur. Per eius enim inuocationem & merita, virtute diuina excitati sunt mortui, cęci illuminati, contracti soluti, & permulti morbidi homines, præter naturæ ordinem, sanitati pristinæ miris modis restituti. Denique illo visibiliter apparente & reuelante, regnum Maioricarum, importuno bello perturbatum, absque sanguinis effusione, vt ipse promiserat, mirabiliter est tranquillatum: Præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Psal. 40.

Accipit Eucharistiā et extremam Vnctionē

Feliciſſimè migrat ad Dominū.

Transfert sacrū corpus eius Aptam.

Coruscat miraculis

VITA SANCTI PARTRIS NOSTRI & confessoris Charitonis, Authore Simeone Metaphraste.



MVLTA sunt exempla doctrinæ eorum, qui vitam benè, & ut Deo placet, egerunt: ex quibus licet ei, qui uelit, seruare quidem Christi præcepta totis uiribus, effugere autem offensiones, quas inimicus ponit in uia. Oportet enim reuoluere libros sanctarum scripturarum, & tanquàm ex perennibus quibusdam fontibus, virtutum salutare fluentum illinc haurire. Vtriusque enim testamentum, doctorumque diuinitùs inspiratorum & exercitatorum scripta, oratione, ueluti quadam tabula, ostendit iis, qui uolunt audire, res rectè & ex virtute gestas uniuscuiusque sancti. Sed licèt his plena sint ea, quæ dicta sunt, quoniam tamen sunt plures imbecilli & hebetes, & opùs habemus, vtpotè tardi auribus, magnis & continuis, sonis sermonis, ut sic uia tandèm auris accipiat quod resonat, opor-

Septembris 28. Cap. 1.

oportere existimaui non omninò mandare silentio ea, quæ sunt digna prædicari super domos, de diuino, inquam, & pleno gratiis Charitone. Nã etsi nos sumus graues corde propter ad terrena cordis inclinationem, diligentes vanitatem, & quærentes mẽdacium, vt dicit diuinus Dauid: veruntamen, sicut quędam petra, densam & assiduam suscipiens verbi guttam, anima hominis tangitur omninò quodam desiderio, & excitatur ad excelso & forti animo ferendum ea, quę sancti sustinuerunt ab hostibus, tam qui sub adspectum cadunt, quàm qui non cadunt. Hinc ergò incipiam.

Psal. 4.

Cap. 2. Persecutiones Ecclesiarũ Dei.

Fuit, quandò veluti quædam vertigo & caligo impietas effudit tenebras omnibus sanctis Dei ecclesijs, & instar grauissimę procellę tumultus persecutorum, mentes conturbauit fidelium, & non secùs ac vnda quædam, eorum insurrectio, non paucos Christianos obruit profundo impietatis. Cùm enim Aurelianus, satanę valdè germanus minister, suscepisset sceptra Imperij Romanorum, primùm quidem, etsi ardentissimus esset cultor simulacrorum, Christianos tamen nihil prohibebat verum Deum adorare. Deindè cùm id ei suggessissent, qui ab eo colebantur, dæmones, omnes, qui Christum Deum confitebantur, postquam plurimis & acerbissimis affecerat supplicijs, grauiter etiam vita priuabat, aut ense interimens, aut tradens bestijs, aut igni, aut etiã grauissimos eis appendens lapides, & in maris sic profundum transmittens. Deindè in unaquaque ciuitate & regione, quę eius parebat imperio, in foro impium proponens edictum, hortabatur diligenter exequi ea, quę iussa fuerant. Licebat ergò uidere, perindè acsi agmen luporum in magnum gregem irruisset, veri pastoris oues huc & illuc dispergi. Quicunque enim illud impium publicè propositum edictum priùs legerant, alii quidem fuga sibi consulebant: alii autem priùs inclusi penetralibus, deindè sub noctem effugiebant: alii verò repentè in ipsa domo compręhensi, ducebantur in carcerem: alii autem, cùm nec primas quidem sustinuissent interrogationes, (ò, qui animam perdit, interitum) errori seipsos mancipabant, quod nunc est, sicut Demas, seculum diligentes, & Christum sine periculis abiurantes: alii cùm zelo pietatis animas confirmassent, ad lucem sua sponte accedebant, dicentes se esse paratos ad omnia ferenda tormenta, & sic per vim uita excedere potiùs, quàm à fide in Christũ excidere.

Aureliani crudelitas.

Impiũ eius edictum.

2. Tim. 4

Cap. 3. S. Chariton ducitur ad tribunal.

Tunc, tunc etiam in ciuitate Iconiensi prouinciæ Lycaoniæ hoc annunciato edicto, quæ quidem erat patria Charitonis, quoniam mandatis Saluatoris hic vir magnus illuminatus, clarus erat apud omnes, arreptus statim ducitur ad tribunal impij Præsidis. Sed audiamus, cum quanta interrogatus Sanctus loquebatur fiducia. Quid ergò Præses? Priùs interrogauit, quod esset ei nomen, & quæ religio. Postquàm autẽ esse Christianum intellexit, & primas obtinere partes in ciuitate: Quarè, inquit, ò tu, sententiæ ac decreto repugnans Imperatoris, minimè vis sacrificare diis immortalibus? Quoniam non sunt dii, ò Consularis, vestri dii, respondit generosus Christi martyr, sed mala dæmonia, sicut dicunt diuina eloquia: Omnes dii gentium dæmonia, Dominus autem cælos fecit. Et alibì: Dii, qui cælum & terram non fecerunt, pereant. Ipsi ergò vobis, qui non probatis Deum, ut ait Apostolus, habere in agnitione, persuadent eos deos existimare duabus de causis, nempe ut ipsi quidem glorificentur hac appellatione, (Gaudẽt enim, utqui sint pleni arrogantia, se tanquam deos honorari) vos autem, quos deceperunt, attrahant in sibi paratum ignẽ, qui non extinguitur. Pręses dixit: Oporteret quidem indignari, & protinùs tibi vltimũ inferre supplicium, qui diis omnipotentibus ità insultaueris: sed quoniam ij sunt placidi, & ad iram non propensi, eos ego quoquè in præsentia imitans, suggero, ut facias id, quod tibi conducit. Illud autem est, vt longis relictis orationibus, diis offeras sacrificium. Sic enim tibi licebit laudem parare ex Imperatore.

Psal. 95.

Ierem. 10

Rom. 1.

Duab⁹ de causis diaboli sibi Dei nomẽ adscribit.

Cap. 4.

Si dij quidem sunt hęc surda & inanima, respondit Christi seruus, non rectè facis, ò Consularis, leuiter ferens eas, quibus afficimus ipsos, contumelias. Sin autem non sunt dii, sicut reuerà non sunt, temerè minaris, & te in cassum iniquè geris. Me enim nõ vincet vllum periculum, neque quicquam persuadebit ex omnibus, Deum quidem relinquere uiuẽtem, scelestos autem & inuidos venerari dæmones. Nam ipse quoquè sum discipulus Teclę, quę instàr luminaris in hac ciuitate Iconiensium resplendet splendoribus martyrii: & Pauli magni præconis ueritatis, qui ipsam quoquè instruxit, & adornauit ad certamina propter Christum suscipienda. Et ideò ego quoquè cum ipso hodiè dico: Quis me separabit à charitate Dei? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an periculum, an gladius, an aliquid aliud ex omnibus? Dixit Præses: Si non sunt dii, ut dicis, quos pii adorãt Imperatores, quomodò nos, qui in ipsos credimus, illinc vitæ habemus occasionem? Erratis, ò Præses, dicit magnus Chariton, deos esse dicentes ea, quæ fabricatæ fuerunt manus hominum, & quę carẽt omni ratione, sensu & sapientia. De quibus dicit etiam diuina nostra scriptura: Os habent, & non loquentur: Oculos habẽt, & non videbunt. Aures habent, & non audient: neque enim est spiritus in ore ipsorũ. Similes eis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. An non vera dicit hæc proferens scriptura? Admoue, si velis, ignem eorum lateribus, aut iube securi frangi eorum tibias, & scies omninò, nisi ipse quoque sis similiter affectus, ea esse nullo sensu prædita, & neque omninò posse moueri, aut loqui.

S. Tecla Charitonis magistra.

Rom. 8.

Psal. 135.

Cap. 5. Neruis crudeliter cæditur.

His ad iram motus iniquus Consularis, iubet sanctum veste nudari, & in quatuor partes extensum, neruis crudeliter verberari. Deindè cùm hoc processisset ad effectum, dicit ei Iudex: Sacrificabis ne, ò Chariton, diis immortalibus, an vis tuo corpori plures inferri plagas? Non, inquit martyr, eis sacrificabo. Si enim fieri posset, ut milliès morerer pro meo Saluatore, lubenter id susciperem prompto & alacri animo, potiùs quàm eius negarem diuinitatem, & exitialibus dęmonibus offerrem sacrificium. Tandiu ergò iussit eum rursùs verberari boum neruis, ut qui eum torquebant, viscera propemodùm tangerent. Cùm ergo multas horas mutus mansisset Sanctus, lictoribus in infligendis plagis minimè cedentibus, eos cessare iubet scelestus Præses, nõ quòd ei censeret parcendum, (Quomodò enim?) sed ne citiùs per mortem longiora effugeret supplicia. Atque eum quidem cùm, qui ministrabant, sustulissent humeris, (neque enim fieri poterat, ut suis ingrederetur pedibus) & in carcere deposuissent, eum secundæ reseruant examinationi: & ut paucis dicã, (oportet enim rem in pauca conferre) rursùs deducitur ad deos colendos more gentium. Et priùs blanditiis, deindè etiam honorum promissis, ut sacrificaret simulacris, conabatur callidissimus Pręses eius constantiam dissoluere. Postquàm autem & tormentis & blanditiis Christi martyr visus est superior, & ea, quæ is dicebat, subsannare, cùm maioribus quam priùs affectus fuisset supplicijs, & fuissent eius pectora lampadibus vstulata, ferro vinctus iterùm traditur in custodiam.

Egregia vox sancti viri.

Hæ sunt artes satanæ.

Cap. 6.

Non multum intercessit temporis, & meritas luēs pœnas eorū, quæ ausus fuerat in Christianos, Imperator malus è vita excessit humana. Quid deindè consequitur? Qui impii Aureliani sceptra suscepit, eius, qui imperauerat, exemplo castigatur: & timēs nè fortè eadem faciens aduersùs Christianos, fieret etiā obnoxius eisdem suppliciis, iussit persecutionem aduersùs Christianos cessare per omnes prouincias. Nè autem sine martyrii diuino hoc viro consummato, multi maximum damnum acciperent priuati vtilitate, quam erant consecuturi, vita ab eo formati, & verbis incitati ad virtutem, à prouidentia, quę omnia rectè dispensant, prouidetur aliquid vtilius. Et à vinculis quidem & custodia martyr relaxatur, Imperatoris hoc iussu concedente: tanquàm autem iam morte affectus esset, & Christo tantùm uolens uiuere, etiamsi à morte subeunda pro Christo sit relaxatus, illiusq; stigmata in suo corpore circunferēs, incipit iter ingredi ad sanctam ciuitatem. Et arctam quidem viam protinùs aggreditur: in tentationes autem, quæ scopum impediebant, incidit. Cùm enim non procùl ab ea abesset, in alios incidit persecutores, qui prioribus nihil omninò cedebant improbitate. Viri enim mali & sæui, & qui vel in itinere spoliabant eos, qui accedebant: vel pro ludo ducebant homines interficere, cùm vidissent sanctum solum per viam euntem, si quid quidem afferebat viatici, id citò abstulerunt: penè autem vinctum ambabus manibus, & ferreo collari collo eius iniecto, ueluti quandam prædam ferę immanes in suam speluncam abduxerūt. Atque olim quidem fuit accusatus populus Iudæorum, quòd sacrum illud templum fecisset speluncam latronum: in præsentia autem res contrà se habet. Nam hanc latronum speluncam, videbis ab eo fuisse factam Dei ecclesiam. Quemadmodùm autē, deincèps ostendemus.

S. Chariton dimittit è custodia.

Capitur a latronib⁹.

Mat. 21.

Cap. 7.

Illi autem scelerati, cùm sanctum reliquissent uinctum in dicta spelunca, huc & illuc, vt eis mos erat, uias obibant publicas, si fortè viatoribus solitum afferre possent exitium. Ille autem primùm quidē fudit preces, & Deo egit gratias, molestias lubenter suscipiens propter eam, quæ illinc speratur, remunerationem: deindè etiam malignum dæmonem, qui hęc aduersùs eum erat machinatus, sic fortissimè alloquitur: Tanquàm qui mortis periculum formidarem, his nè me tradidisti parricidis, ò scelestè: an prohibiturus, nè ad effectum meum ueniat propositum? Si primum quidem, ut qui Dei gratiam bonam habeā custodem, mortem omninò despicio: Sin autem, ut me prohibeas à meo ex Christo viuendi desiderio, nihil omninò efficies, si ipse velit: vult verò omninò, quoniam gaudet vitæ & animæ uidens purgationē, utque habeat occasionem, cùm sit bonus, bona præbendi iis, qui sunt studiosi uirtutis. Sed cùm hæc quidem sic ab eo dicerentur, vipera in vas quoddā proserpens, quod erat vino plenum, impleta est usq; ad satietatem: deindè non secùs, atquè mali homines, pro beneficio malum reddens, & potum veneno remunerans, recessit. Latrones autem cùm domum rediissent, ut qui siti laborarent, merum quidem statim hauriunt, & simul moriuntur: & sic mali à malo puniuntur, & pro multis iniuria affectis, diuina iustitia de iis meritas sumit pœnas. Dehinc execrandorum illorum latronum habitaculum, sicut sum pollicitus dicere, fit sanctum Dei templum, quod nunc uocatur Antiqua ecclesia, & sita est propter sanctissimam Lauram, quę Pharus dicitur, condita ab hoc magno Charitone. Vide autem, hæc quoqué quàm pulchrā & admirabilem inuenerunt dispensationem. Quid enim fit, & quò res eius procedunt?

Omnia aduersa lubēter sustinet propter Deum.

Vide iudiciū Dei in latrones.

Cap. 8.

Captus improborum manibus, vt iam antè ostendimus, à uia, quæ tendebat Hierosolyma, uiriliter arcetur: instàr captiui ducitur in speluncam, aduersùs parricidas struit aciem, non ensem, non clypeum, nō aliqua alia arma inferens, quibus se posset ulcisci: sed sanctis precibus, sicut olim aduersùs Amalecitas Moses, etiamsi non extensis manibus (erat enim uinctus) sed quæ easdem haberent uires, & ex ęquo audiri possent, veluti quibusdam telis sceleratos ferit ueneno viperę. Deindè quid? Sua sponte soluitur ab iis, quibus tenebatur, uinculis: fit autem successor pecuniæ, quæ malè collecta fuerat. Ea uerò rectè distribuitur, fitque ipse diuini pręcepti administer, ut qui partem quidem pauperibus, & iis, qui in solitudine agebant, patribus distribuerit. Erant autem tunc rari & non valdè magno numero: qui ipsi quoquè tempore persecutionis, patrię præferebant solitudinē, & sparsim uersabantur in speluncis arundineti, quod situm est prope mare mortuum. Reliquis autem pecuniis ędificat sacram Lauram, cuius priùs meminimus. Prætereà autem sanctissimam quoquè eius ecclesiam, quam diuinus dedicat Macarius, clauum tenens Dei Ecclesiæ, quæ tunc erat Hierosolymis, qui etiam fuit unus ex pio catalogo, qui conuènit Nicez.

Exod. 17.

Sponte soluitur a suis uinculis.

Extruit Chariton sacram Lauram.

Cap. 9.

Cùm in hac ergò spelunca silentium & quietem agere statuisset Chariton, & omnibus per miracula euasisset manifestus, efficit, ut innumerabilis multitudo gentilium & Iudæorum sanctum baptismum accipiat: & non illic consistat, sed etiam vitam eligat monasticam. Non solùm autem miraculis, sed etiam uita multos attrahebat. Erat enim mirandum uidere, illum tantum ponere studium ad uitam ex Christo agendam, & delicias quidem existimare, continentiam: diuitias autem, nihil possidere: humì uerò cubationem & in Psalmodiis pernoctationem adeò diligere, ut nihilo meliùs agi existimaret cum iis, qui uitę sunt cupidi, si tota nocte dormiant in mollibus stragulis super lectos eburneos: cilicioque sacros ei⁹ premente vibices, magis delectari, quàm ii, qui sunt mollibus induti vestibus. Spes enim æternæ beatitudinis ei facilè persuadebat omnem ferre laborem. Erat clemens, misericors, hospitalis, mansuetus, quietus, ad quem omnibus facilis patebat aditus, habens sermonem, qui magis lætificabat corda auditorum, quàm uinum. Quamobrèm instàr fluuii uniuerso ad eum confluente populo, & turbę multitudine quodammodò ciuitatem efficiente solitudinem, cùm uidisset beatus se ex eo, qui hinc oriebatur, tumultu, à sibi grata abduci solitudine, & maximè cùm studeret fugere gloriam hominum, (sciebat enim eam magnam vim habere ad confundendum animæ ornatum) de omnibus quidem, suis mandat discipulis, ea quæ statui monastico conueniunt, tempus cibi sumēdi statuens, quod quidem est die desinente: & nō uesci ad satietatem, sed uentre adhuc postulante cessare: esse autem alimentum panem solum & salem, qui impleat locum condimenti: Potum autem aquam, quæ ipsa quoquè modicè & parcè sumatur. Deindé cùm de Psalmodia mandasset & oratione, tam diurna, quàm quę noctù fieret, iubet eos odio habere ocium, ut causam multorum malorum: opus autem tradere manibus, quod sacris Psalmis irrigetur. Si qua verò mala cogitatio, ueluti quædam zizania, à communi hoste omnium sata fuerit in terra cordis, ieiunio & assiduæ orationis ense eam excindere, nè locum occupet ad producēdum acerbum fructum uoluptatis. Sic enim impletū iri illud Christi: Hoc genus dæmoniorum nihil aliud expellet, quàm ieiunium & oratio. Prętereà autē docebat

Nota uitæ seueritatem.

Multi ad eū cōfluūt cōuersatio nis ergò.

Vita mo nachorū ab eo præ scribuntur.

Mat. 17. Quietis et silentij cōmēdatio.

... oportere assiduè procedere: silentio uerò & quiete gaudere vt plurimum, quæ est mater virtutũ: & aptè expurgare lemam oculorum animæ. Neque verò prætermisit benignitatis facere mẽtionem: sed de illa eis quoquè studio fuit dicere quę conueniebant. Dicebat enim, neminem, si fieri posset, oportere vacuis manibus dimittere ex iis, qui accedunt ad ostium, nè fortè Christum inscientes despiciant, qui suscipit personam pauperum.

Cap. 10.

Cùm sic dixisset, & elegisset vnũ ex discipulis, qui & vita præstabat aliis, & aptus erat, vt eius fidei fratrũ crederetur præfectura, et ex sententia aliorũ etiã discipulorum committit rectionem. Ipse autem egreditur è Laura, multas quidem lachrymas ex oculis emittentibus monachis, & vt ipse maneret rogantibus, ipso autem nulli cedente, vt qui adspiceret ad id solum, quod est vtile. Si enim, inquit, ò filii, hinc migrauero, nemine huc ventitante, & quietem conturbante, benè erit vtrisque. Faciliùs enim & egò vester pater spiritu, & vos, quos in Christo genui per Euangelium, veluti in quibusdam aluearium cellis tranquillè habitantes, instar apum mel virtutis producemus. Cùm omnes ergò sancto impertiisset osculo, benedixissetq; & Christo commendasset, iter est ingressus. Et cùm peregisset iter vnius diei, accedit ad aliam speluncam, quæ sita quidem erat ad partes Hierichuntinas: erat autem deserta, & erat aptissima ad silentium præbendum & quietem. Cùm longũ autem tempus illic esset versatus, & quæ se offerebant, herbis vteretur ad alimentum, Deo soli, ut erat ei gratum, viuebat perpetuò. Sic autem eũ rursùs Deus aperit, & denuò manifestũ reddit eum, qui erat absconsus. Manifestum autem reddit per ea, quæ faciebat, miracula. Morbi enim per ipsum expellebantur, corporumque simul uitia & animarum. Harum autem magis, quoniam ea sæpè corporis uitia conciliant. Cùm multi ergò ab ipso consecuti essent curationẽ, & statuissent uitam illi⁹ imitari, hic quoquè ędificat alterum virtutum habitaculum, quod Elpidius quidem posteà amplificauit, vir præclarus rectè factis in exercitatione. Ducem autem eum appellabant, quòd tanquàm Dux quidam sacrę illi Lauræ præesset, & arceret impetus, qui in eam fiebant, quos quidem Hebræi inferebant, qui habitabant Noeron prædium, quod sic vocabatur, magnum inuidiæ fœtum parturientes.

Cãmigrat aliò.

1. Cor. 4.

Herbis vtitur sanctus senex

Animarũ uitia plerũquè corporales morbos generant.

Cap. 11.

Monasticæ constitutiones, ab eo conscribũtur.

Quoniam ergò hic quoquè, multis accedentibus, interrumpebatur ei quies ac silẽtium, cùm istis quoquè monachis dedisset constitutiones, & præcepisset quomodò oporteat viuere eos, qui curam gerũt animæ, & eum designasset, qui esset præfuturus, hinc rursùs recedit, & accedit ad aliam partẽ solitudinis, quæ quatuordecim stadiis paulò plus aut minùs distat à regione Thecoorum. Sic enim Saluator mundi eum mutare facit habitationes. Quid sibi uolens, & quo vtens consilio? Illum quidem reddens cognitũ & clarum omnibus: eos autem, qui ad ipsum uentitabant, (erant verò ex iis complures gentiles) partim quidem inducens ad expurgandas baptismo animas, partim autem ad monachismum per illuos deducẽs. Cùm autem rursùs multi fratres cógregarentur, qui mundi quidem, ut ità dixerim, immunditiæ renunciabant, (Audiuerant enim diuinum hoc & sacrum verbum: Bonum homini, quandò tulerit iugum à iuuentute sua, & sederit seorsum) processit ad opus, quod erat ex eorum sententia. Propterea aliam quoquè illic ędificat Lauram admirabilis hic Chariton: quam nonnulli quidem lingua Syra Sucã nominant, alii autem voce Gręca veterem Lauram appellant.

Rurs⁹ aliò cõmigrat.

Thren. 3.

Aliã Laurã cõdit.

Cap. 12.

Sed nobis paulatim procedens venit oratio ad id, quod est vltimum quidem ordine, primum autẽ uirtute, & miraculi magnitudine. Nam cum curam gereret quietis & silentii, ut nullius alterius rei magis, non ignorans quantùm posset conferre ad virtutem, cùm resciuisset esse quandam speluncam in præcipiti quidem & prærupto monte sitam, sed non lõgè distantem ab hac sacra Laura, quæ vsque in hodiernum diem appellatur Cremastos, id est, pensilis, (non enim potest quis ad ipsam accedere, nisi scalis) eam habitat vir ille egregius. Cùm autem multũ temporis pręteriisset, & partim quidem senio, partim autem longis laboribus exercitationis, ei remissum esset corpus: & neque sibi posset ministrare & aquam afferre, ipse nolens aliis rursùs hoc mandare ministerium, quid facit? Deum rogat, qui, quę fieri non possunt, facere potest vt fiant: & petra rursùs, non virga percussa, sed precatione, aquam emittit, non inobedienti contumacique populo & iniquo, sed valdè obedienti, & cedenti Dei legibus. Ex uno enim antri latere protinùs scaturit aqua frigidissima & limpidissima, quæ manet usque in hodiernum diem, non solam sitim sedans, sed quę est etiam perfectum testimonium necessitudinis, quam cum Deo habebat Chariton.

Nota eius domiciliũ

Ex petra ei manat aqua.

Cap. 13.

Quid ampliùs? Cùm suum à corpore excessum, vel potiùs ad Deum accessum, (sic enim magis conuenit dicere) ex diuina reuelatione in foribus adesse cognouisset, omnes quidem dictorum trium monasteriorum pastores simul & greges ad se accersit, & simul cum his omnibus uenit ad sacram Lauram, Pharum dictam, ubi primum distillauit sudores certaminũ exercitationis. Tanquàm autẽ quandam hæreditatem, sacrosancta eis relinquens præcepta, quæ non pecunias & momentaneas opes conciliabant, sed ea, quæ ipse amabat, bona iis, qui similia diligũt, nunquàm interitura, sic loqui incipit: Ego quidem, ò filii, iam ad Deũ contendo, & uenit tempus meę resolutionis. Oportet ergò nos vestrarum animarũ curam gerere, dum est tempus, sciens post mortem nullas esse vires pœnitentię, sed illic quidem esse tempus remunerationum, hic autem laborum & certaminum: & præsentium quidem, seu sit aliquid iucundum, & quod delectat oculos, aut guttur, id citò fluere & redigi ad nihilum: seu molestum & laboriosum, id quoquè habere, qui resoluitur, & est ad tempus, dolorem: futurorum autem, & quod delectat, esse æternum: & quod molestia afficit, semper permanere. Atque primum quidem sit uobis recta & firma fides, nullo labascẽs periculo: deindè uita quoquè sit pura, aut expurgetur. Et ante omnia uobis sit curæ corporis sanctificatio, ut in templa impolluta ad uos accedat & inhabitet, qui est purus, & sanctificatione sua & bono odore animam impleat. Res enim mala est ira, & si quid aliud lædere potest fratrum amorem. A vobis autem omninò retineatur ac foueatur pax & mansuetudo. Quòd si inter vos aliquandò contigerit offensio, nè Sol occidat uobis, à luce adeò remotis ex odio. Sed reuocandũ est, quàm diligẽtissimè fieri poterit, bonũ charitatis, utpote quòd sine eo non liceat videre Solẽ, qui percipitur intelligentia. Si mala autẽ cogitatio in uestris latet animis, curę uobis sit eã citò expellere. Sic enim faciliùs eã eiicietis. Quo enim magis ea siuerit permanere, eo plus exhibebit negocii, & erit expugnatu difficilior ei, qui aduersùs illam uoluerit decertare. Sint autẽ uobis arma ad bellum, ieiunium, oratio, lachrymæ, memoria mortis & gehennæ, & quod est omnium validissimum, & inimicis maximè terribile, beata humilitas: cautioque, nè unquam uos prauæ occu-

Sub mortẽ eius ad fratres oratio egregia

Ephes. 4.

Arma adversùs inimica.

Ierem. 9. pét cogitationes:ac obseruatio sensuum,& præ cæteris,oculorum & aurium. Hinc enim est illis aduersùs nos ingressus, & mors, quę ad nos ingreditur per fenestras.

Cap. 14. Vera diuitia. 1. Tim. 6 Possessionem omnium preciosissimam nòuí nil possidere,& hæ sunt veręe diuitiæ ei,qui est est verè generosus & planè liber,nulla eorum, quę adimunt vinctos esse cupiditate. Dimetitur autem diuinus Apostolus vsum corpori necessarium Habentes,dicens,alimenta & quibus tegamur,his contenti sim⁹. Res est grauis,elatè de se sentire:neque est aliud,qđ magis possit euertere.Id autem solet vt primùm consequi opes rectè factorum:& tunc timendum est earum naufragium.Sed stat dexteram porrigens nobis rursùs diuinus Apostolus,& verbo iis,qui habét aures,magnam præbens securitatem. Qui enim videtur stare,inquit,videat nè cadat. Fratrem iudicare, cauẽdum est pro viribus.Hic est enim fœtus animę, more Pharisæo alios despicientis, & eius, qui per aliorum condemnationem se vult iustificare. Sed tu,eo dimisso,si iudicandi tenearis desiderio, cùm te proximè habeas,nè cesses te quotidiè iudicare & examinare,& quam optimè corrigere.Ad petulantiã ac contumeliam propensa res est venter,qui curatur,qui curantem miserè remuneratur. Laboribus autem flectitur,& ieiunio domatur, &, vt audax equus.ab immodestis arcetur saltationibus. Non est à vobis obliuioni mandanda hospitalitas. Hospitio autem excipientes,pedes quoque humiliter lauate: hoc est enim Christi præceptum: & quod ipse primus fecit,nos iussit facere similiter. Per id enim nõ solùm geritur cura proximi, sed potest etiam curari grauis animæ morbus, nempe nimia de se persuasio.Atque multas quidam etiam alias peccati sordiũ expiationes inuenit creator & Saluator nostrarum animarum,vtpotè lachrymas,gemitus,cordis contritionem,ieiunium, precationem, humi cubationem, & si quod est aliud medicamentum benignę pœnitẽtiæ.Sed difficilia sunt hæc & laboriosa,etiamsi vtilitatem præbeant vtilitatem. Vnum autem nòui, quod est admodùm quidem expers laboris, ad purgandas autem animæ sordes est validissimum. Quid hoc est? Iis qui delinquunt, peccata dimittere. Quod quidem non est solùm Deo gratum, & nostrorum malorum ab eo exorat solutionem, sed etiam supplicio sæpè vehementiùs attingit eum,qui peccauit,& pro libero facit seruum ei,qui ignouit: quomodò etiam videtur,externis dicentibus: Est venia supplicio potentior.

1. Cor. 10. Fratres non sunt temerè iudicandi.

Iohan. 13

Delinquẽtib⁹ peccata dimittere, quãta sit virtutis.

Cap. 15. Suauiter expirat animam. Cùm hęc & multa alia eiusmodi dixisset discipulis,& precatus esset salutem animæ, & eis benedixisset, nullum autem accepisset morbi sensum, neque partium corporis vllum sensisset dolorem, in quodam lecto accumbens,remisit quidem pedes, emisit autem beatam quoquè animam,lętantibus lętam eã tradens Angelis: manibusque sanctis,ut par erat,mãdatus sepulturæ,transit ad vitam,quæ nunquam definit. Quo in loco aufugit dolor,molestia & gemit⁹. Quo in loco facie ad faciem iis,qui sunt mundo corde,cernitur diuinia Trinitas. Quo in loco est lętitia & exultatio ineffabilis. Quo in loco est consolatio & requies iis,qui in pulchra sudauerunt uinea, & ingressi sunt laboriosum & asperum iter virtutis. Sed talem quidem habuit vitæ exitum Chariton, nõ qui ante mortem nihil præsciuisset, ut prædixisset,sicut prius diximus:sed de ea, & de tempestate, quæ erat vexatura Ecclesias, accuratissimè significasset.

Prædixit tẽpestates Ecclesiæ S. Chariton.

Quęcunque ergò,ò dilecti,ex illius factis & miraculis,tempus & obliuionem potuerunt effugere, ea studiosis vestris auribus tradidimus.Neque enim intervallum modicum inter Aureliani Imperium, & hoc tempus intercedit. Nos enim à nullo scriptis quicquam mandatum accepimus ex hoc, quód eo tempore essent pauci non solùm monachi, sed etiã omninò Christiani,& qui essent signati luce cognitionis: ij autem, qui erant, agitabantur quotidianis persecutionibus. Illa autem sunt,quorum hic fecimus mentionem, quæ viri pii & veritatis amatores,filius à patre accipiens,corporali, inquam,& spiritali,conseruarunt ad nostra vsque tempora: Ad gloriam patris,& filii,& spiritus sancti,unius & eiusdem essentię Diuinitatis:Quam decet omnis gloria, honor,& adoratio nunc,& in secula seculorũ, Amẽ.

VITA S. LIOBAE VIRGINIS ET abbatissæ,iussu Rabani Abbatis à Rudolpho eius discipulo doctè & grauiter conscripta.

PROLOGVS AVTHORIS.



SCRIPTVRVS vitam beatæ & venerabilis Liobæ virginis,sponsum illius Christum Dominum, Deum & Saluatorem nostrum,inuoco:vt qui ei cõtra aduersarias potestates virtutẽ & victoriam tribuit, mihi quoque ad narrãda meritorũ eius pręconia sermonem largiatur.Ego enim gesta illius omnia non didici: sed pauca quædam à viris venerabilibus ad meam notitiam peruenerunt, qui quatuor discipularum eius, Agathæ videlicet & Tecle, Nanę & Eolibæ, fideli narratione comperta, singuli pro captu ingenii sui,sicut sibi tradita sunt,literis mandare, & ad exemplũ posteris relinquere studuerunt. Ex quibus vir religiosus Mago presbyter & monachus, qui ante quinquenniũ defunctus est,prædictis fęminis admodùm familiaris extitit,& crebró ad eas ueniens,sermonẽ de vtilitate animę cum illis habere consueuerat. Hic itaque nonnulla gestorum illius memorabilium ab eis agnoscens, breuiter annotare curauit,sed nimis obscura reliquit: quia dum succinctæ breuitati studuit,in nonnullis locis itá dubia reddidit, vt quãuis cognoscendi præferrent imaginem,non referrent tamen intelligendi vigorem.Quod nimirùm ideò cõtigisse opinor,quia rerum cognoscendarum auidus, ne audita memoriã fugerent, primùm ea strictim literis mandauit,ut postmodùm ordinata per ociũ libelli serie, pleniorẽ in eis legẽtibus viã intelligẽtiæ efficeret:& indè factũ esse,ut confusa omnia & sparsim in schedulis annotata reliquerit, quia insperata morte pręuentus,ad ordinanda illa,prolatioris uitæ spatium nõ habuerat. Quapropter ego non mea præsumptione,sed imperio venerãdi patris ac præceptoris mei Rabani Abbatis prouocatus, cuncta, quę ab illis breuiter scripta & in schedulis sparsim memorauerã,in vnum colligere studui: & tã ex eis,quæ ibi annotata reperi,quàm quæ ea aliorũ relatione didici,ordinato breuiter libelli textu, rerũ gestarũ serẽ scire volentibus pandere curaui. Sunt.n. pleriq; adhuc in corpore manẽtes uiri religiosi,qui oó solùm eadem ipsa, quæ ab aliis scripta cõmemoraueram, vno sermone,sicut à maioribus audierant,referunt: verumetiam nonnulla alia memoratu digna adiicere solent, quę supradictis annotationibus copulare, & huic opusculo inserere congruum iudicaui:ut nõ tam incepta aliorum ordinanda atque complẽda suscepisse,quàm propria quodammodò scripta condidisse videar. Porrò de fide dictorũ nemini fidelium arbitror esse ambigendum, quandò ea & probitas gese-

Mago presbyter & monachus qua scripserit de S. Lioba

Rabanus Abbas.

Fides hotus historia.

referentiũm commendat personarum, & virtutes miraculorum, quę diuinitùs ad ossa eius mortua frequēter fieri solent, nera esse liquidò manifestaut. Sed priusquam ad narranda uitæ morumq; eius insignia veniam, non absurdum uidetur, si de magistra illius & spiritali matre, quæ eam in Christo genuerat, & cęlestis uitę studiis imbuerat, ea mulris referam pauca, quæ didici; quatenùs lector, agnitis tantę fęminæ uirtutibus, eo faciliùs discipulæ gestis fidem accommodet, quo eam à tam nobili magisterio disciplinæ spiritalis primordia sumpsisse cognouerit.

Tetta Abbatissa S. Liobæ magistra

VITAE HISTORIA..

28. Septēbris: Cap. 1.



N Britannia insula, quam natio Anglorum inhabitat, locus quidam antiquo gentis illius uocabulo Vuinbrunno vocatur: qđ Latinè interpretatum, Vinifons dici potest. Qui propter nimiā claritatem & saporem eximiũ, quo cæteris terræ illius aquis pstare videbatur, hoc nomen accepit. In quo duo monasteria antiquitùs à Regibus gentis illius constructa sunt, muris altis & firmis circundata, & omni sufficientia sumptuum rationabili dispositione procurata: unum scilicet clericorum, & alterum fœminarum. Quorum ab initio fundationis suę utrunque ea lege disciplinę ordinatum est, ut neutrum eorum dispar sexus ingrederetur. Nunquàm enim uirorum congregationem fœmina, aut uirginum contubernia qſquam uicorũ intrare permittebatur: exceptis solùmodò presbyteris, qui in ecclesias earum ad agenda Missarum officia tantùm ingredi solebant, & cōsummata solenniter oratione, statim ad sua redire. Fęminarum uerò quęcunque seculo renoncians, earum collegio sociari noluerat, nũquàm exitura intrabat, nisi causa rationabilis uel magnę cuiuslibet utilitatis existens, eam cum consilio emitteret. Porrò ipsa congregationis mater, quandò aliquid exteriorum pro utilitate monasterii ordinare uel mandare necessè erat, per fenestram loquebatur, & * indè cernebat, quęcunque ordinanda aut mandanda utilitatis ratio exigebat.

*for. * decernebat,*

Cap. 2.

Huic ergò loco post nōnollas Abbatissas & spiritales matres, prælata est uirgo religiosa, nomine Tetta, genere quidem secundùm seculi dignitatem nobilis, (soror quippè Regis erat) morum autem probitate & sanctarum spectamine uirtutum, multo nobilior: quæ utrunque monasterium magna discretionis arte regebat. Omnia enim bona & sancta exemplis magis, quàm uerbis ostendebat, & quæcunque saluti animarum docuerat esse contraria, in suis actibus nō agenda monstrauit. Rigorem etiam disciplinæ, qua locus ille præ cæteris semper uiguit, tanta solicitudine tenuit, ut nunquàm fœminarum ad Clericos pateretur accessum. Virgines uerò, cum quibus ipsa indesinēter manebat, adeò immunes à virorum uoluit esse consortio, vt non tantùm laicis aut Clericis, uerum etiam ipsis quoquè Episcopis, in congregationē earum negaret ingressum. Huius plurima feruntur uirtutum insignia, quæ ueneranda uirgo Lioba discipula eius, memoriter & iucundè referre solebat: de quibus duo tantùm, ut ex iis cętera conlici ualeant, commemorare curaui.

Tetta, soror Regis, insignis Abbatissa.

Nota q̄ noluerit quenquā virorum īgredi cœnobium,

Cap. 3.

Erat in illo uirginũ monasterio sanctimonialis q̄dam, propter disciplinæ studium & arctioris uitæ obseruantiam, qua cæteras præire uidebatur, sæpè Præposita ordinata, frequenter autem Decana ex more constituta. Hæc dum nimis incautè atque indiscretè disciplinam exerceret in subditis, omniũ ferè, & maximè iuuenum, in se odia concitauit. Quarum illa tristitiam & cōcinnata aduersùm se maledicta, quæ sua mansuetudine interdùm lenire potuit, contumaci corde despexit, & usqueadeò contra eas rigida perseuerauit, ut nec in ultimo uitę suę tempore commotionem cordis earum ulla satisfactione amouere curaret. Defuncta est ergò in hac pertinacia, & sepulturæ tradita, tumulusque super sepulcrum eius, congesto terræ aggere, compositus est. Nec tamen conquieuit animus iuuenum, odientium eam, quin statim ut adspicerent locum, in quo sepulta est, maledicerent crudelitati eius: immò ascendentes tumulum, & quasi funestum cadauer conculcantes, in solatium doloris sui, amarissimis insultationibus mortuæ exprobarent.

Iuxta uir[illegible] immodica seueras

cuiusdā sanctimo malis.

Cap. 4.

Quod cùm mater congregationis uenerabilis Tetta comperisset, temerariam iuuencularum præsumptionem correptionis rigore compescens, perrexit ad tumulum, & mirum in modum conspexit terram, quæ desupèr congesta erat, subsedisse, & usque ad semipedis spatium infra summitatem sepulcri descendisse. Quo uiso, uehementer expauit. Intellexit enim ex defectu terræ, pęnam sepultæ: & seueritatem iusti iudicii Dei perpendit ex detrimento sepulcri. Conuocatis ergò omnibus in unum sororibus, cœpit eas increpare propter crudelitatem illarum & duritiam cordis: quòd ob factam sibi iniuriam essent implacabiles, & propter momentaneam disciplinæ amaritudinem, perpetes haberent discordias: & cùm sit Christianę perfectionis, pacificum esse etiam cum pacis inimicis, illæ econtrarió non solùm inimicos non diligerent, sed etiam sororem, quam uiuentem contra præceptum Domini odissent, studio impietatis mortuam execrarentur. Admonuit autem eas decæterò ab inimicitijs abstinere, iniurias amplecti, faciles esse ad indulgentiam, & sicut sibi uellent debita à Domino dimitti, ità inuicèm offensiones ex corde relaxarent. Post hæc uerba pro defuncta sorore eas obsecrauit, ut quicquid ante mortem in quaslibet earum peccasse uidebatur, ex animo remittētes, secum pariter orationi incumberent, & pro absolutione illius diuinam clementiam inuocarent. Cumque omnes unanimiter exhortationibus eius annuissent, indixit eis triduanum ieiunium, monens vnamquanque psalmodiis & uigiliis ac precibus sanctis p ea studiosius insistere. Die autem tertia, expleto ieiunio, cum omni congregatione uirginum basilicam intrauit, & illis litanias facientibus, & nomen Saluatoris inuocantibus, ipsa cum lachrymis ante altare, pro anima defunctæ sororis rogatura, prosternitur. Cumque in oratione persisteret, fossa sepulcri, quæ priùs penè uacua uidebatur, humo excrescente, paulatim cępit repleri: ità ut uno eodemque momento & ipsa ab oratione resurgeret, & terra sepulcrum cō planaret. Qua de re manifestè ostenditur, quòd cùm monumentum uisibiliter ad priorem statum rediit, per orationes sanctæ uirginis, defunctæ animam uirtus diuina inuisibiliter absoluit.

Nota de sepulcro eius, & pœna Purgatorij.

Discant hoc exemplo prælati, cū mansuetate suū gregem regere.

Notatū memorabilem, & q̄ prosint defunctis preces uiuorum.

Cap. 5.

Alio quoquè tempore contigit, ut soror, cui oratorii cura commissa erat, cùm post Completorium cubitum itura, fores ecclesiæ obseraret, claues uniuersas ipsa nocte nesciens perderet. Erant enim pro diuersitate rerum, in thesauris ecclesię repositarum perplures: & aliæ quidem argenteæ, aliæ autem æreę uel ferreæ, ligatura fabrefacta sibimet connexę. Cùm autem ad nocturnas uigilias signum pulsatura surrexisset, & claues ad pandendas ecclesię ianuas non reperisset, accenso lumine, loca omnia, quæ spem inueniendi pollicebantur, diligenti inuestigatione lustrauit:

Nocturna uigilia monachorum.

uit: & quasi semel quæsisse non sufficeret, rursus eadē geminata inquisitione repetiuit: Cumq; hoc sæpius faceret, & nihil inquirendo proficeret, ad Abbatissā, quæ sororibus adhuc quiescentibus, more solito vigiliis insistens, nocturnæ orationis tempora præueniebat, perrexit, & tremens ac pauore perculsa, ad pedes eius prouoluta est, eique culpam negligētiæ suæ humili satisfactione patefecit. Quod cùm illa audisset, statim intellexit diaboli insidiantis hanc esse machinationem: & conuocatis sororibus, nocturnas vigilias ac matutinorum solennia in alia æde compleuit. Quibus peractis, protinus se unà cum eis in orationem dedit; & antiqui hostis malitiam virtute sanctarum precum fine mora detexit. Orantibus enim illis ante fores oratorii, vulpecula ex improuisò mortua apparuit, in cuius ore claues, quas perditas dolebant, vniuersæ repertæ sunt. Tunc venerabilis mater, sumptis clauibus, iussit aperire ianuas, & cum vniuersis sanctimonialibus, quę cum ferè quingentæ aderant, ecclesiam intrans, omnipotenti Deo in hymnis & laudibus gratias reddidit, qui famulas suas in se confidentes, misericorditer exaudisset, & malignū hostem digna confusione deiecisset. Ille enim, qui dixit: Ponam sedem meam ad Aquilonem, & ero similis altissimo: per tumorem superbiæ suæ bestiis assimilatus est: & qui subiici Deo per humilitatem noluit, per humiles ancillarum Dei orationes, in vulpecula detectus & confusus apparuit.

500 monales in uno monasterio. *Esa. 14.*

Cap. 6. Hæc de venerabili matre Tetta, eiusque virtutibus dicta sufficiant: nunc ad explicanda eius spiritalis filiæ Liobæ gesta, secundùm propositum stylus vertat.

S. Lioba parentes. Igitur parentes eius natione Angli, genere quidem nobiles erant, & studiosi ambo in religione & obseruantia mandatorum Dei. Pater eius, Dimo: mater verò, Ebba vocabatur. Sed cùm essent steriles & infœcundi, absque liberis diù manserunt. Cùm autem pertransissent dies plurimi, & eis iam senibus atq; ętate prouectis spes generandæ prolis abesset, mater eius per somnium vidit, se quasi signum ecclesiæ, quod vulgò klockum vocant, in sinu suo habere, idque immissa manu tinniens extrahere. Experrecta itaque, nutricem suam iam vetulam vocauit, & ei somniū, quod viderat, reuelauit. Cui illa prophetico spiritu: Adhuc, inquit, ex vtero videbimus filiam, quam ut Domino iam nunc voueas oportet: & sicut Anna Samuel omnibus diebus suis in templo Dei seruiturum obtulit, ità hanc ab infantia sacris literis eruditam, in sancta virginitate, quandiù vixerit, illi seruire concedas. Quod cum vouisset mulier, post non multos dies cōcepit & genuit filiam, quam vocauit Truthgebā, cognomento Liebam vel Liobam, eò quòd esset dilecta. Hoc enim Latinè, cognominis huius interpretatio sonat. Adultam itaque Deo consecrauit, & supradictę matri Tettæ diuinis studiis imbuendam tradidit. Nutricem verò suam pro eo quòd tanta sibi gaudia futura prædixerat, libertatis præmio remunerauit.

Klockū, id est, cāpana. *1. Reg. 1.* *Lieb Germanicè, dilecta Latinè.*

Cap. 7. *Eius sanctissima monasterio educatio.* Creuit ergò puella, & tanta Abbatissę cunctarumque sororum cura erudiebatur, vt nihil aliud præter monasterium & cælestis disciplinæ studia cognosceret. Non enim iocis delectabatur ineptis, nec iungi passa est inanibus iuuencularum fabulis: sed Christi desiderio flagrans, ad legendum vel audiendum uerbum Dei animum semper habebat intentum: & audita vel lecta memoriæ commendans, vtilitatem pręceptorum vita & institutione seruabat. Cibi autem & potus ità temperauit vsum, vt contemptis deliciis & escę lautioris illecebris, his tantùm, quæ dabantur, contenta, nihil amplius requireret. Orabat assiduè, sciens scriptum in Apostolo, sine intermissione fidelibus orandum esse. Quandò non legebat, operabatur manibus ea, quæ sibi iniuncta erāt. Didicit enim scriptum, quòd qui non operatur, nec manducet. Lectioni tamen atque auditioni sanctarum scripturarum magis, quàm labori manuum operam impendit: summopere studens, ne lecta uel audita ex eius animo laberentur: sed præcepta Domini custodiens, memoriam eorum in executione operum semper habere consueuit. Sicque vitam suam instituens, ab omnibus * prioribus puro diligebatur affectu, & ab omnibus discens, omnibusque obediens, proprias singularum gratias imitando captabat. Huius continentiam, illius iucūditatem sectabatur: Istius lenitatem, illius patientiam, alterius autem mansuetudinem mirabatur. Hanc vigilantem, illam uerò legentem studuit æmulari. Charitati præcipuè operam dabat, sine qua reliquas virtutes nihil esse sciebat.

1. Thes. 5. *2. Thes. 3.* *for. * sororibus.*

Cap. 8. *Visio eius.* Cùm his & aliis huiusmodi virtutum studiis per singulos dies animum ad cęlestia roboraret, quadā nocte per somnium vidit quasi purpureū filum de ore suo descendere. Quod apprehensum manu cùm extrahere conaretur, prolixius cœpit extendi: & velut ex interioribus viscerū procederet, paulatim crescebat in maius, & augmenta sui capiebat. Cùm autē eam herente materia, colligendo manum impleret, & filum nihilominus ex ore dependeret, * globum ex eo rotundo schemate voluendo formauit. In cuius confectione cùm nimis laboriosè desudaret, præ angustia somno soluta est: cœpitque intrà se tacitè cogitare, cupiens somnii cognoscere discretionem. Intellexit enim sibi non sine causa visionem apparuisse, sed aliquid ei latentis inesse mysterii. Erat ergò in eodem monasterio soror quædam maturæ ętatis, quæ ex euentu rerum, quas sæpè prædixerat, prophetię spiritum habere noscebatur. Cui illa quidē somnium de sua persona referre noluit, sed vni ex discipulabus suis, totum per ordinem, sicut viderat, reuelauit, præcipiens, vt iret ad eam, & exposito, quasi sibi apparuisset, somnio, precaretur: vt quicquid in eo intelligeret, suo manifestaret eloquio. Perrexit itaque puella, & fecit sicut à magistra fuerat instructa. Cumque omnem somnii tenorem quasi ex propria persona exposuisset, soror illa futurorum prescia, cum indignatione respondit: Vera quidem visio est, & bona futura portendens: tu autem cur tibi talia apparuisse mentiris? Hęc enim non tibi conueniūt, sed electę Dei & dilectæ, Liobam scilicet virginem, cognominis suauitate significans. Illi, inquit, hæc ostensa sunt, cui merito sāctitatis & sapiētię talia congruūt: quoniam multis profutura est tam uerbo prędicationis, quàm bonę operationis exemplo. Filum enim, quod per os eius ex visceribus prodiit, doctrina sapientię est, uocis ministerio ex illius corde procedēs. Quòd autem manum impleuit, hoc significat, quia omnia, quæ ore docuerit, operibus exequabit. Porrò * globus, qui uoluendo conficitur, & rotunditate sui volubilis est, mysterium exprimit uerbi diuini, quod per os actusque prædicantium voluitur, & nunc per actiuam in imis versatur, nunc per contemplatiuam in sublimia erigitur: nunc se per compassionē proximi humiliat, nunc per dilectionem Dei exaltat. His quidem indiciis Deus magistram tuam uerbo & exemplo multis profuturam ostendit: effectus autem procùl ab hoc loco in aliis nationibus erit, quò eā proficisci oportet. Hanc igitur interpretationem somnii veram fuisse, rerum probauit euentus.

** glomū simile legendum.* *Quædam monialis spiritu prophetię clarens.* *Visionis eius interpretatio.* ** glomus*

Cap. 9. *S. Bonifacius Christum Germanis p.* Igitur eo tempore, quo cælestis uitæ studiis beata virgo Lioba in monasterio floruerat, sanctus martyr Bonifacius à Gregorio, Romanę sedis antistite, qui Constantino in pontificatu successit, Episcopus ordinatur, & ad prædicandum uerbum Dei Germanię populis

dicat. Eius uita habetur 5. Iunij.

pulis mittitur. Vbi cùm messem quidem multam,& prouos ad fidem populos reperisset,operarios autẽ, qui sibi collaborarent in agro Dominico, paucos haberet:in terram Anglorum, vndè ipse ex parentibus ortus erat,legatos & epistolas misit, atque ex diuerso Clericorum ordine nonnullos accersiuit doctos lege diuina,& ad prędicationẽ uerbi, uitę merito morumque probitate idoneos:quorum adminiculo iniunctam sibi legationem nõ segniter administrauit. Magnam enim Germaniæ partem doctrina salutari virtutumque miraculis Christo acquisiuit. Nã cùm quotidiè populorum frequentia fidei sacramẽtis imbueretur,diuinus sermo non solùm in ecclesiis , uerumetiam per pagos & castella diffundebatur intantùm,ut & fideles catholici assiduis exhortationibus firmarentur,& deprauati uiam correctionis agnoscerent,& pagani fide instructi, certatim ad gratiam baptismatis conuolarent.

Multos cõuertit.

Cap. 10.

Videns itaque uir beatissimus Ecclesiam Dei crescere,& certantibus studiis ad uota perfectionis accẽdi, duplicem uiam ad profectũ religionis instituẽs, monasteria construere cœpit, ut ad fidem catholicã populi non tam Ecclesiastica gratia,quàm monachorum ac virginũ congregationibus,raperentur. Volẽs ergò utriusque professionis ordinem regulariter obseruari,idoneum utrique magisterium studuit adipisci:misitque in Casinum montem Sturmi discipulũ suum,uirum genere & moribus nobilem, ut in monasterio, quod beatus pater Benedictus instituit, disciplinam regularem , & uitam moresque monasticos agnosceret: pastorque futurus,discipulus fieret: atq; in sua subiectione disceret,quomodò aliis præesse debuisset. Similiter & in patriã cum epistolis legatos direxit ad Tettam Abbatissam, cuius in pręcedentibus mentio facta est:deprecans, ut ad solatium suę peregrinationis, atque ad auxilium legationis sibi iniunctę, transmitteret ei Liobam virginem , quam fama sanctitatis & doctrina uirtutum,tunc per longinqua terrarum spatia diuulgarat, & laude celebri multorum ora repleuerat. Eius itaque abscessum mater cõgregationis molestissimè quidem ferebat, sed tamen quia diuinę dispensationi resistere non potuit,beato eam uiro,sicut rogauerat,cum honore direxit,ut somnii,quod olim uiderat , interpretatio uera fuisse pcobaretur. Quam,cùm uenisset,vir Deo plenus cum summa ueneratione suscepit,diligens eã non tantùm propter affinitatem , qua sibi ex materno sanguine iungebatur, quantùm propter sanctitatem uitę & sapientiæ doctrinam,qua plurimis & uerbo profuturam nouerat,& exemplo .

Vide lector quod conferãt monasteria, quæ hodiè euertunt fidei euersores.

S. Lioba uenit in Germaniam.

Cap. 11.

Igitur,sicut desiderauerat,monasteriis custodiam & regularis disciplinę normã instituit : & monachis quidem Sturmi Abbatem prætulit: Liobam ueró uirginem, spiritalem uirginum matrem esse decreuit : statuitque ei monasterium in loco , qui uocatur Bischoffsheim, ubi non paruus ancillarum Dei numerus collectus est:quæ ad exemplum beatę magistrę , cęlestis disciplinę studiis instituebantur,& intãtùm doctrina eius proficiebant,ut plures ex illis,postmodùm magistrę fierent aliarum:itã ut nulla, aut etiam rara, in illis regionibus essent monasteria fœminarum,quę non discipularum eius magisteria desiderarent. Erat enim magnarum virtutum fœmina , & ità in arrepti propositi uigore roborata, ut nec patrię , nec suorum meminisset affinium: sed omne studium erga id,quod cœperat,exercebat,ut uidelicet semetipsam Deo irrepręhensibilem exhiberet,& omnibus sibi obtemperantibus,in uerbo & conuersatione forma salutis existeret. Cauebat semper, nè alias doceret, quod ipsa non fecisset. Nihil quippè arrogantia, nihil superbia de eius sibi moribus usurpauit: sed sine personarum acceptione omnibus se affabilem ac beneuolam exhibuit. Erat adspectu angelica, sermone iucunda,ingenio clara, consilio magna,fide catholica,spe patientissima,charitate diffusa. Et cùm lętam semper faciem pręferret,nunquàm hilaritate nimia resoluta est in risum. Maledictionem ex eius ore nullus vnquàm audiuit : iracundiæ illius sol testis nunquã occubuit. Cibi autem & potus vsum,cùm aliis summa humanitate exhiberet,ipsa * sumpsit. Vndè & caliculus eius,vndè bibere solebat,pro quãtitate sui,Dilectæ paruus,à sororibus vocabatur.

Præficitur monialib. in Bischoffsheim.

Virtutes eius et dotes.

*deest, * parcè , aut aliquid tale.*

Cap. 12.

Lectionis studio tanta diligentia incubuit , ut nisi orationi uacaret, aut alimento uel somno corpusculum reficeret, nunquàm diuina pagina de manibus eius abscederet. Nam cùm ab ipsis infantiæ rudimentis Grammatica & reliquis liberalium * studiis esset instituta, tanta meditationis instantia spiritalis scientiæ perfectionem conabatur assequi, ut consentiente cum ingenio lectione , duplicato naturæ & industriæ bono,eruditissima redderetur. Veteris enim ac noui Testamenti codices sagaci mente perlustrans , diuina præcepta memoriæ commendabat. Sed & dicta sanctorum patrum,& decreta Canonum ,totiusque Ecclesiastici ordinis iura,plenitudini perfectionis adiecit. Discretionem in omni actu ac dispositione sua magnoperè seruauit, & rerum faciendarum finem semper attendit:nè fortè incõsultè cœpta, postmodum imperfectione sua pœnitentiam sibi generarent. Et quia ad orationis studium & lectionis industriam, mentis intẽtionem sciebat esse necessariã , in vigilando,sicut & in cęteris uirtutũ studiis, modũ tenere consueuit . Nam licèt semper modicùm, tota tamen æstate post prandium tam ipsa , quàm cunctæ sibi subiectæ sorores pausabant,nec ulli earum indiscretè vigilare nolenti consensit. Dicit enim, adempto somno sensum adimi,maximè legendi. Sed & illi,siue in nocte,seu meridie dormienti, sanctam scripturam iuxta lectum eius legi,semper mos erat. Qđ officium puellæ iuniores sine molestia per uices implebant:& mirum dictu, nullum sermonem aut etiã syllabam in legendo transire poterãt, quin statim ab illa, quamuis dormiente,corriperentur. Nam sicut eędem ipsę,quibus id officii deputatum erat,posteà fatebantur,sæpè cùm eam grauiter soporari conspicerent,ex industria tentando, in lectione fallebant,sed nunquàm irrepræhensæ euadere poterant. Nec tamẽ mirum,quia dormiens falli non valuit,cuius cor possidebat,qui non dormiet, Israel custodiens : & quæ cum sponsa in Canticis canticorum dicere potuit : Ego dormio,& cor meum uigilat.

*deest, * artium , ut uidetur.*

Eius eruditio.

Prudẽtia

Moderatio.

Nota sanè rẽ miram ĩ uirgine.

Psal. 110

Cant. 5.

Virtutem uerò humilitatis tanto studio custodiuit,ut cùm merito sanctitatis & ordine magisteriĩ cęteris esset prælata , omnium se ultimam fore corde crederet, uoce proferret,& habitu demonstraret. Hospitalitatem autem peculiari obseruatione tenuit. Omnibus enim sine ulla exceptione personæ domũ præbuit,& conuiuium ieiuna mater exhibuit. Pedes omnibus, manibus suis lauit,Dominicę institutionis custos & magistra. Dum hæc gereret uirgo Christi , quibus omnium in se prouocabat affectum,inimicus omnium Christianorum diabolus, impatienter ferẽs tantas in ea uirtutum glorias, & tam præclara discipularum eius augmenta profectuum,sordidis eas cogitationibus & carnalis cõcupiscentiæ illecebris incessabiliter impugnabat,tentans si quamlibet earum ab arrepti uigore propositi potuisset auertere . Sed cùm conatus suos orationibus atque ieiunijs castè uiuentium frangi cõspiceret,ad alia se callidus Insidiator argumenta conuertit , ut saltem uel bonam earũ

Cap. 13.

Insignis humilitas.

Hospitalitas.

Iohan. 13

Impugnatur a cogitationib. carnis.

famam

famam viciando corrumperent, qui integritatem, perversa suggerendo, violare non poterat.

Cap. 14. Erat ergò ibi quædam paupercula, debilitate contracta, quę ad portam monasterii iacebat, eleemosynam accipiens: cui quotidiè a mensa Abbatissæ statutus dabatur victus, & a singulis sanctimonialium vestes & alia quęlibet necessaria pro diuini amoris intuitu præbebantur. Cótigit autem post dies aliquot, vt decepta suggestionibus diabolicis, turpitudinem fornicationis incurreret. Cumque intumescente vtero, conceptum fœtum celare non posset, crimen admissi sceleris simulata infirmitate contexit. Instante autem partus tempore, progenitum infantulum panniculis inuoluit, & in stagnum fluminis, quod p medium loci eius influebat, nocturno tempore exposuit, malis videlicet mala adiiciens. Nam stupro homicidium, & aquę contaminationem coniunxit homicidio. Die autem facto, cùm ad hauriendam aquã mulier quædam venisset, conspecto infantili cadauere, factum exhorruit: fœmineoque accensa furore, villam omnem inordinato clamore compleuit, & sanctis virginibus cũ indignatione improperans ait: O quam casta congregatio, quàm gloriosa conuersatio virginum, quæ sub velo positæ, filios pariunt, matrum pariter ac presbyterorum fungentes officium, eosdem, quos generauerint, ipsæ baptizant. Non.n. o ciues, molendi vsibus tantum hanc stagnastis aquã, sed nouo huic & inaudito baptismatis nesciẽtis pręparastis. Nunc ergò rogate eas, quas virginum appellatione sublimare soletis, ut tollentes cadauer de flumine, nobis aquam reddant vsibilem. Videte, videte, quæ ex monasterio desit, & eam scelus hoc perpetrasse cognoscite. Ad hanc vocem plebs tota cómota est: omnis ætas, omnisque sexus quasi ad spectaculum uno agmine cucurrit, vidensque nefas, facinus ea horret, ac virgines sacras detestatur.

Diabolus nititur sãctarũ virginum famam contaminare

Hoc nempe voluit diabolus.

Cap. 15. Cum autem Abbatissa, audito tumultu, rem gestã comperisset, conuocatis sororibus causam exposuit, nullamque ex eis præter Agatham deesse cognouit: quæ ante paucos dies a parentibus suis vocata, pro quadam necessitate ad domum eorum cum licentia perrexerat. Hanc itaque misso nuncio sine moræ reuocauit, tantę infamiæ notam diutiùs ferre non valens. Quæ cùm venisset, causamque sceleris sibi imputari cognosceret, respiciens in cælum, ingemuit, & ait: Deus omnipotens, qui omnia nosti, antequàm fiant, & quem nullum latet secretum, quique Susannã in te confidentem, de falso crimine liberasti: ostende misericordiam tuam super hanc congregationem, in tuo nomine collectam, & nè patiaris eam propter peccata mea fœdo rumore maculari: sed illam, quęcunque hoc nefas commisit, ad laudem & gloriam magni nominis tui, dignare & detegere, & publicare. Quo audito, mater venerabilis de eius puritate iã secura, præcepit omnibus oratorium ingredi, & extẽsis in Crucis modum brachiis stare, quoadusque singulæ Psalterium totum ex ordine psallendo complerent: & deinde per tres uices in die, hoc est, tertia hora, & sexta, & nona, vexillo Crucis elato, cum litaniis monasterium circuire, & pro purgatione sua diuinã misericordiam inuocare. Quod cùm fecissent, & in hoc ordine iam bis expleto, hora nona omnes ecclesiam intrarent, cunctusque populus pariter congregatus adesset, beata virgo Lioba perrexit ad altare, & stans ante Crucem, quæ iam tunc tertiò portanda parabatur, extendit manus in cęlum, & cum gemitu ac lachrymis precabatur, dicens: Domine Iesu Christe, Rex virginum, integritatis amator, inuictissime Deus ostẽde virtutem tuam, & libera nos ab hac infamia: quia improperia improperantium tibi ceciderũt super nos. Hoc cùm dixisset, mox miserrima paupercula illa, antiqui hostis & captiua pariter & ministra, dæmonio repletur, & quasi flammis circundata, nomen inuocat Abbatissæ, crimenque quod commiserat, confitetur. Tum uerò in cælum clamore sublato, plebs omnis obstupuit miraculo: ancillę Dei flecere pre gaudio, & in commune ab omnibus vno ore meritum Liobæ virginis, & Christi Saluatoris potentia prędicatur. Factum itaque est, ut nomen uirginale, quod diabolus finistra fama obruere conatus est, magis clarescerct, & celebriùs vbiq; laudaretur. Misera tamen illa purgari non meruit, sed usque ad finem vitæ suæ, ius in ea potestatis suę inimicus obtinuit. Plura quidem signa per famulam suam Deus antè iam fecerat, sed eorum notitiam secreti obumbratio suppressit. Hoc autem in Germania primùm factum est: & ideò celebre, quia publicum fuit.

Dan. 13.

Totũ Psalterium sacræ virgines legũt extensis brachiis.

Prodit se scelestissimus dæmoni ĩuẽtum.

Castigat fornicaria.

Cap. 16. Alio autem tempore, cùm ad tradendam discipulabus suis lectionem diuinam more solito consedisset, ex una parte villæ fortuitum exarsit incendium: quod consumptis domibus, quę uel paleis, uel palustri tegebãtur arũdine, ad monasterium, in quo virgo sancta cum famulabus Dei manebat, flabris flammantibus ferebatur: & grassante igne, non ædificiis solùm, verumetiam iumentis atq; hominibus ipsis interitum minabatur. Tum uerò trepidantis populi confusus clamor attollitur, concursus omnium ad Abbatissam conuolat: rogant ut periculo, quod instabat, precibus sanctis occurreret. Illa autem, ut erat mentis patientissimę, turbatis omnibus, fidei pręsumptione nihil mouebatur: sed iussit, ut ex superiori parte fluminis, quod per medium monasterium currebat, haustam sibi aquam in concha celeriter afferrent. Quam sine mora allatam, sale, quod à sancto Bonifacio benedictum, indefinenter secum habebat, adspersit, dicens: Ite, & hanc aquã in flumen refundite, omnisque populus ab eo loco deorsùm hauriat, & contra impetum sęuientis incendii certatim mittat. Qđ cùm fecissent, omnis illa ignium violentia, quasi cęlitùs immisso imbre, ità restincta est, ut nihil ędificiorum posteà prorsus attingeret. Quo miraculo plebs omnis attonita, ad laudem Dei conuertitur, qui per fidem & orationes famulæ suæ tam sublimiter eos à tanto discrimine liberauit.

Nota de sale benedicto, stupendũ miraculum.

Cap. 17. Illud etiam uirtutibus eius annumerandum esse non dubito, quòd cùm die quadam tempestas sæua, atque aeris nimia perturbatio fuisset exorta, fulgura facta, ventique uehementes vndique ferebantur, & tenebrarum caligo cælum diemque nubium nocte subduxit, coruscationes quoque valde terribiles, & fulgura crebrò demissa, terrorem nimium mortalibus inferrent: populus omnis pauore concutitur, ac primùm pecora, nè pereant, intrà tuta domorum cogunt. Deindè ingrauescente discrimine, mortisque sæuitiam minitante, cuncti desperatione uiuendi in ecclesiam confugiunt, & obseratis vndique foribus, terribile iudicium Dei, quod imminere putabant, pauidi præstolabantur. Quibus turbatis, & voce confusa concrepantibus, sancta virgo occurrens, iedicit patientiam, pollicetur securitatem, secumq; eos orationi incumbere adhortatur, & sine mora toto corpore ante altare ipsa prosternitur. Interea sæuit tempestas, & uentorum furorem domorum tecta non sustinent, crebrisque fulminum ictibus terra tremiscit, tenebrarum quoquè densitas, & cõtinua coruscationum per fenestras irruptio, maximum timidis horrorem ingeminat. Tum populus omnis tanti terroris immanitatem non ferens, ad altare cucurrit, & beatam virginem ab oratione excitat periculis opponẽdam, primaque eam Tecla consanguinea eius, his uel

Horrida tempestas, præsentẽ omnibus mortem minatur.

bis

bis adorsa est: O dilecta, dilecta, in te spes populi huius, in te votorum summa consistit. Surge ergò, & pro oobis Domioam tuam sanctam Dei genitricem inuoca, ut eius intercessione, ab huius tempestatis discrimine liberemur. Ad hanc uocem illa ab oratione surresit, & quasi ad colluctationem vocaretur, cappam, qua erat induta, abiiciens, fores ecclesiæ confidenter aperuit, atque in limine consistens, signo sanctæ Crucis edito, furenti tempestati nomen summæ maiestatis opposuit: extensisque manibus in cælum, teroo clamore Christi clementiam inuocauit, & per iotercessionem ac merita sanctæ Mariæ uirginis, propitium eũ populo suo uelociter adesse precabatur. Confestim igitur adest diuinitas, tonitrua conquiescunt, uenti contrarii ad dissipandam nubium densitatem ministeria conuerrunt, omnisque illa aerum tenebrositas mna in duas partes diuisa, & in semetipsam relapsa, tranquillitatem & serenitatem, apparente sole, reduxit. Ità uirtus dinina, & ancillę suæ sibi fideliter seruientis merita declarauit, & populis inopinatam securitatem, depulso timore, concessit.

Mariã virginem contra tẽpestatem S. Lioba inuocat.

Vide quid possit intercessio matris Dei.

Cap. 18.

Hoc etiam, quod inter gesta eios clarum fuisse ac memorabile constat, pręterire silentio impium puto. Quædam nanque ex sororibus monasterii eius, nomine Vuillesuuind, vitæ merito & morum probitate laudabilis, magna corporis infirmitate uexabatur. Morbo enim laborabat, quem medici hæmorrhoidem uocant, & proflnente sanguine per secreta naturæ, grauissimo intestioorum dolore cruciabatur. Crescente igitur languore, & per dies augmeota capiente, uires corporis deficiuot, adeò ut nec se in latus aliud vertere, nec de lectulo surgere, nec pedibus incedere sine alterius sustentatione potuisset. Cumq; iam pręe fœtoris magnitudioe in communi cella monasterii manere oon posset, parentes eius, qui iu vicino habitabaot, petita & accepta licentia, feretro eã imposuerunt, & trans flumen, quod uocatur Tubera, in domum suam portauerunt. Nec multò pòst, inualescẽte morbo, uenit ad extrema: & cùm iam ultima corporis parte p̃mortua, solꝰ uitalis flatus palpitaret in corpore, inuitatur à parẽtibus Abbatissa, nõ ut uisitasset iofirmã, sed ut pręcibus suis Deo trãsitũ eius cõmendaret. Quę cùm uenisset, accedẽs ad lectũ, quẽ multititudo vicinorũ plãgẽs vallauerat, iussit auferri velamen: (Erat enim ex more cadauerum iã linteo cooperta.) Quo ablato, pectus eius manu contrectãs: Nolite, ait, flere: quia anima illius adhuc in ipsa est: mittensque ad monasterium, iussit cochlear paruum quo ipsa ad mensam uti solebat, cum festinatione afferri: & allatum sibi lac benedixit, atque in os iacentis guttam cum cochleare stillauit, cuius tactu intrinsecùs guttur & uitalia ità conualuerunt, ut statim & linguam ad loquendum, & oculos ad uidendum moueret: tantaque celeritate remedium cæleste succurrit, vt sequenti die cibo confortata, uires reciperet, atque ante diem septimum pedibus propriis ad monasterium ambularet, de quo prius in lectica portabatur. Pluresque posteà oixit annos, atque in regione Thuringorum post obitum venerandæ uirginis, vsque ad tempora Ludouici regis Francorum sana & incolumis in Dei seruitio mansit.

Monialis quædam grauiter infirmat.

Tubera, die Caro ber.

Reuiuiscit iã penè mortua.

Cap 19.

Talibus ergò uirtutum signis fides in populis foecensa feruebat, & crescente religione, creuit simul & muodi contemptus. Multi enim nobiles & potentes uiri filias suas Deo in monasterio sub perpetua virginitate seruituras tradiderunt: multæque matronæ, relicta seculari conuersatione, castitatem profitebant, & suscepto uelamine sacro, monasticã uitam elegerunt. Quibus uirgo sancta ad summa uirtutum ueniendi & uerbo uiam præbuit, & exemplo.

Crescit monastica religio, et cum ipsa mundi cõtemptus.

Cap. 20.

Intereà beatus Bonifacius Archiepiscopus in Frisiam ire parans, gentemque paganicis ritibus dicatam, atque infidelitatis morbo decubantem, cælesti medicioa visitare decernens, vocauit Lul discipulũ suum, qui postmodùm in Episcopatu successit, & ei singula, prout voluit, commendauit: & generaliter quidem illi curam credentium populorum, ac prædicationis instantiam, structuramque ecclesiarum, à se per diuersa loca inchoatarum, iniunxit: specialiter autem de monasterio Fuldensi, quod cum authoritate Zachariæ Papæ, & cum fauore Carlomanoi regis * Austriæ, in vastissima solitudine saltus Boconiæ ipse construxerat, præcepit, ut quia monachi locum illum inhabitantes pauperes erant, & necdùm alia habebant seruitia, sed solo manuum suarum labore victitabaot, ędificium fundatæ iam ibi ecclesię ad perfectionis terminum deduceret, atque post mortem suam corpus eius illic sepeliendũ transferret. Cumque hæc & alia huiusmodi ei mandata dedisset, accersitam ad se Liobam uirginem exhortatus est, terram peregrinationis suę non deserere, nec in assumpti propositi vigore lassescere: sed quotidiè bonum, quod cœperat, omni studio ampliare: dicens ei, corporis fragilitatem non esse considerãdam, nec prolixa ętatis spatia computaoda, nec arduum virtutis finem, nec grauem existimandum p̃ueniendi laborem: præsertìm cùm huius temporis spatia ad æternitatem comparata, breuia sint, & nõ sint condignę passiones pręsentis temporis ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis. Commeodauit autem illam Lul Episcopo & senioribus mooachorum supradicti monasterii, qui aderant, monens eos, vt cum bonore & reuerentia curam eius agerent: suæque uoluntatis esse affirmans, ut post obitũ eius, corpus illius ad ossa sua in eodem sepulchro poneretur, quatenùs pariter diem resurrectionis expectarent, quia pari uoto ac studio in uita sua Christo seruieraot. Quibus dictis, dedit ei cucullam suam, rursùs eam admonens atque contestans de noo relinquendo peregrinationis suę loco. Et sic pręparatia omnibus, quæ in itinere erant necessaria, in Frisiam perrexit. Vbi cùm non paruam gentis illius portionem Christo aequisisset, labores suos glorioso cõsummauit martyrio: corpusque eius translatum est Fuldam, & ibì, sicut antè præceperat, digno honore sepultum.

S. Lulli uita habetur inf. 16 Octobr.

*for. * Austrasia.*

Rom. 8.

S. Bonifacius caditur ĩ Frisia, uide eius uitã Iunij 5.

Cap. 21.

Beata autem uirgo Lioba immobilia in opere Dei permansit, non terram hæreditare cupiens, sed cælum. vndè ad finem propositi cum omni labore teodebat. Seminabator uerò de ea fama laudabilis, & ordo sanctitatis ac sapientiæ, cunctorum in se traxit amorem. Erat enim omnibus, qui eam nouerant, & ipsis quoquè regibus honorabilis. Nam Pipinus Rex Francorum, & filii eius Carolus & Carlomannus, omni eam veneratione coluerunt: & pręe cæteris maximè Carolus, qui post mortem patris, defuncto fratre, cum qoo & ipse paucis anois regnauerat, imperii gubernacula solus obtinuit: vir sanè Christianissimus, & uerè imperio digoissimus, atque omnibus retrò gentis illius regibus fortitudine & sapientia meritò præfereodus, qui ità fidem Catholicam diligebat, ut cùm omnibus imperaret, Dei famulos & ancillas sublimi humilitate veneraretur. Hic itaque religiosam Dei virginem, ad se frequenter inuitatam, cum magna reuerentia suscepit, & dignis muneribus honorauit. Sed & Regioa Hildegardis puro eam uenerabatur affectu, atque ità vt animam suam diligebat: uoluitque, ut assiduè secum maneret, quateoùs ad uiam uitæ uerbis eius proficeret & exemplis. Sed illa ut ueneni poculum, ità

Laus Caroli Magni.

S. Lioba crebrò accersitur à Carolo Magno

sta palatinum detestabatur tumultum. Amabant eam principes, suscipiebant proceres, Episcopi cum exultatione amplectebantur. Et quia erat in scripturis eruditissima, atque in consilio prouida, verbum vitæ com ea conferebant, & instituta Ecclesiastica sæpè tractabant. Illa nerò omnem solicitudinem erga id, qđ cœperat, exercebat, & monasteria puellarum, quasi ductrix spiritualium tyronum visitans, certantibus studiis æmulantes, ad perfectionis gloriam prouocabat.

Cap. 22.
Illi soli patet aditus in monasteriũ Fuldense.

Interdùm etiam & ad monasterium Fuldensium monachorum causa orationis uenire solebat, quod nec priùs, nec posteà ulli unquam fœminarum concedi potuit: quia loco illi, ex quo à monachis habitari cœptus est, fœmineus negabatur ingressus. Tantùm autem huic soli concessus est propter hoc, quòd sanctus martyr Bonifacius eam senioribus eorum cómendauit, corpusque illius ibi sepeliendum decreuit: cuius tamen aduẽtus hoc ordine moderabatur. Relictis enim in vicina cella discipulabus ac pedisequis suis, ipsa cum una, cæteris maturiore monasterium diurno tantùm tempore intrauit, & post orationem, completa cùm fratribus collatione, noctibus semper ad discipulas suas, quas in cella dimiserat, reuertebatur. Cum autem senuisset, & prouectioris iam esset ætatis, ordinatis omnibus, quæ sub cura sua habuit, monasteriis, cum consilio Lul Episcopi uenit in locum, qui uocatur Schonersheim,

Venit in monasteriũ Schonersheim

quatuor millibus à ciuitate Moguntia ad Africũ distans: ibique cum famulabus Dei secum commorátibus mansitauit, ieiuniis & orationibus Deo seruiẽs nocte & die. Intereà morante Rege Carolo in Aquensi palatio, misit ad eam Regina Hildegardis, deprecans vt ad se uenire non grauaretur. Desiderauit enim uidere eam, antequam de corpore migrasset. Quod illa quanuis molestè ferret, propter antiquam tamen familiaritatem consensit. Perrexit ergò, & cùm ea, qua solita est, à Regina gratulatione esset suscepta, mox ut audiuit causas, pro quibus inuitata est, redeundi licentiam postulauit. Cumque propensiùs rogaretur, ut aliquot dies ibi maneret, abnuit, ac solito affectuosiùs in amicam irruit, os, frontem, oculos deosculans, inhærens amplexibus huiusmodi uerbis salutatam reliquit: Vale in æternum domina & soror dilectissima: vale animę meæ portio preciosa. Christus creator & redemptor noster tribuat, ut nos in die iudicii sine confusione videamus: cæterùm in hac luce mutuo nunquam ab hac die conspectu fruemur.

Regina eam uocat Aqsgranum.

Cap. 23.
Infirmat.

Reuersa est igitur ad monasterium, & post paucos dies corporis incommodo correpta, dècidit in lectum. Cumque ingrauescente languore instare cerneret tempus dormitionis suę, uocauit Torabertum venerabilem presbyterum, natione Anglum, qui ei indesinenter adhærens, cum reuerentia semper & amore seruiebat: & accepto corporis & sãguinis Christi uiatico, hominem exuit, ac creatori suo animam, quam dederat, mundam & imaculatam cum gaudio restituit. Obiit autem mense Septembri, quarto Calendas Octobris: corpusque eius Fuldenses monachi susceptum, cum prosecutione nobilium personarum, uenerabiliter ad monasterium suum transtulerunt. Recordati sunt itaque seniores eorum, dixisse sanctum Bonifacium, quòd suæ esset uoluntatis, vt corpus illius ad ossa sua poneretur: sed quia metuebant sanctum sepulcrum beati martyris aperire, consilio inito, sepelierunt illud ad plagam Septentrionalem altaris, quod ipse sanctus martyr Bonifacius ędificatum, in honorem Domini Saluatoris nostri, & sanctorum duodecim Apostolorum eius, dedicauerat. Post annos autem non paucos, à rectoribus loci illius ecclesia augustiùs ædificata, cùm futuræ consecrationi pręparatur, Eigil Abbas cum licẽtia Aistulphi Archiepiscopi, ossa eius transtulit, & in Australi porticu iuxta memoriam sancti Ignatii martyris posuit: ubi sepulcro condita, miraculis uiuit & gloria. Multi enim fide pleni, ad tumulum eius diuina beneficia sæpè experti sunt: ex quibus quædam, quæ ad pręsens animo occurrunt, sobriè & fideliter legentibus pandere curaui.

Christo animam reddit immaculatam.

Miracula ad sepulcrum eius.

Cap. 24.

Quidam nanque uir ferreis circulis per lacertos ad nudum corpus tam angustè constrictus erat, ut ex utraque parte caro supercrescens, ferrum propè obtegeret. Ex quibus unus de altero brachio antè iã deciderat, cuius uestigium cicatrix obducta manifesto retulit indicio. Hic ergò in ecclesiam ueniens, memorias sanctorum per singula altaria orando circuiuit. Cumque uenisset ad sepulcrum sanctæ uirginis, & ibi orationi incumberet, occulta quędam uis circulum ferreum, expulsis clauis, extendit, ac de brachio cum non modico sanguine eiecit. Ille autẽ gaudens & exultans, gratias referebat Deo, quòd eũ per merita beatæ uirginis absoluere dignatus sit, quem propter peccata usque in illum diem nexus ferri ligauerunt.

Ferreum ligamen rumpitur.

Cap. 25.

Alter verò de Hispania erat: qui peccatis existentibus, pœnæ tali addictus est, ut horribiliter quateretur tremore omnium membrorum. Cuius passionis incommodum, sicut ipse retulit, in Ibero flumine contraxit. In qua deformitate oculos ciuium suorum non sustinens, vbicunque ei ire visum est, per diuersa sanctorum loca vagabatur. Peragrata itaque omni Gallia atque Italia, Germaniam ingressus est. Vbi cùm nonnulla monasteria causa orationis adisset, Fuldam uenit, mansitque ibi tribus diebus, in hospitali peregrinorum susceptus, ecclesiam frequentans & orans, ut iam sibi placaretur Deus, ac pristinam restitueret salutem. Cumque die tertia oratorium intrasset, altaria cuncta orando circuiẽs, ad memoriam sanctæ uirginis ex more peruenit: & oratione ibi completa, cryptam occidentalem, super quam corpus sancti Bonifacii martyris quiescit, ingressus est, ac prostratus in oratione, dormienti similimus iacuit, non tamen tremens, sicut etiã per somnum solebat. Quod cernens uir venerandus Firmadus presbyter & monachus, qui propter infirmitatẽ suam ibi sedebat, & stare non poterat, obstupuit, & quibusdam eum erigere uolentibus prohibuit, potiusque euentum rei expectandum esse iudicauit. Interea subitò surrexit homo, & non tremebat, quia sanatus erat. Interrogatus ergò a presbytero (quoniã linguę eius, eo quòd esset Italus, notitiam habebat) retulit se per excessum mentis vidisse uirum venerãda canitie, stola pontificali indutum, quem comitabatur puella quædam in habitu Nonnaico: quæ se ap præheolum erigeret, & pontifici ad benedicendũ offerret. Cuius pectori cùm pontifex signum Crucis Christi imprimeret, nigerrima auis instar merulæ de sinu illius per capitium tunicę egressa, mox ut terrã contingeret, in gallinam conuersa fit: ac deincèps in speciem deformis ac teterrimi homunculi transformata, per gradus Aquilonaris introitus cryptam egressa sit. Hanc autem sanitatem quin sanctæ virginis orationes & merita beati martyris à Domino obtinuerint, nulli Christiano dubitare fas est. Qui licèt non in uno sepulcro, uno tamen loco quiescentes, eadem pietate, qua, dum pariter in carne vixerunt, miseris subuenire solebant, nunc in cælesti claritate cum Christo manentes, eorum intercessionem quærentibus patrocinari non cessant. Multa quidem & alia

Curatur homo mẽbrorũ omnium tremore uexatus.

Visio est.

& alia signa Deus per sanctæ virginis orationes sępè operatus est, & quæ, nè fastidiũ prolixitate narrationis lectori faciam, prosequi omitto. Hęc autem duo quia plerique fratrum adhuc viuentes se uidisse celebri sermone testantur, & ego ipse eo tempore, quo fiebant, illis aderam: propter certitudinem conscripsi, ad laudem & gloriam nominis Domini nostri Iesu Christi, qui glorificantes se glorificat, & seruientibus sibi non tantùm regna cælorum, sed etiã in hoc seculo honoris tribuit nobilitatem: Cui est gloria cum patre & cum spiritusancto per infinita secula seculorum, Amen.

1. Reg. 2.

MARTYRIVM SANCTI VENCESLAI Ducis Boiemiæ & martyris, ex D. Iohannis Dubrauij Olomucensis Episcopi historiæ Boiemicæ libro quarto & quinto conscriptum. Consentiunt MS. codices & antiquissima Martyrologia.

28. Septẽbris. Cap. 1. S. Venceslai parentes. 3. Reg. 18



ANCTVS Venceslaus Boiemiæ Dux, patre Christianissimo simul ac religiosissimo Vratislao, matre uerò Drahomira Lucensi, à Christiana religione alienissima, progenitus fuit. Siquidem longè seueriorem immanioremque in Christianos, quàm Iezabel in prophetas, ea se exhibuit. Qua de causa Ludmilla Vratislai Ducis mater, per speciem visitandi salutandique Drahomiram matrem suam Pragam adiit. Reuerà ut alterum filiorum (duos.n. habebat, Venceslaum & Boleslaum) sibi dari nutriendum impetraret. Cui cùm oblata esset tam à patre quàm à matre legendi, utrum accipere uellet, potestas, Venceslaum, in quò melior indoles meliorque spes elucebat, sibi adoptauit, aluitque deincèps pro suo: præceptorem ei adiungens Paulum sacrificulũ suum, virum opinione sanctitatis celebrem. Hic domi aliquandiù puerum docuit, pòst author fuit, ut Budecum, ad Nycenum presbyterum ludi illic magistrũ mitteretur, inquiens, maiores ibi eum in literis & disciplinis Christianis profectus facturum, inter multos condiscipulos Christianos: Nam hæc pręcipua cura erat auiæ, ut nepos Christianam religionem ante omnia disceret coleretque.

Educatẽ S. Venceslaꝰ à Ludmilla aua sua.

Cap. 2. Drahomira ĩ Christianos pſecutio.

Interim marito funerato, filiisque adhuc ętate imbecillioribus, Drahomira regionem inuadit, ac statim odium in Christianos malè diu dissimulatum detegit, edicto proposito, ut templa Christiani occluderent, cultu ceremoniisque abstinerent. Sacerdotes populum nè docerent, nec ludimagistri discipulos. Secùs facientibus carcer, exilium, mors denunciata. Pragæ magistratus immutati, & pro Christianis idololatræ crudelissimi substituti, quorum instinctu clàm, palamque, ac semper impunè fidei cultores indignè tractabantur occidebanturque. At si quis ex Christianis, uel se defendendo, unum illorum aliquem interfecisset, ꝓ uno in decẽ capita animaduertebatur. Tũ uerò, secundm tam impia, tamque immania matris facinora, Venceslaus qui hactenùs, ne in principatũ succederet, ætatis studiorumque excusatione utebatur, auię maximè hortatu, pollicentis se quoquè curarum nepotis fore participem, magno omnium assensu, regimen in Boiemos suscepit.

S. Vẽceslaus creatur Dux Boiemiæ.

Cap. 3.

Boleslao.

Ad tollendam igitur fraternam discordiam, quam plerunquè inter fratres bona indiuidua suscitare solent, in ipso statim principatus introitu decernitur, ut Boleslao fratri iuniori pars aliqua hæreditatis assignetur, finesque utriusque ditionis constituantur, Boleslauia ei assignata est cũ territorio suo ultra Albim, ità ut Albis fluuius citra vltraque terras finiret. Mater iuniorem filium moribus suis congruentem secuta est: Venceslaus principis thronum solus Pragæ obtinuit. Alius fortasse mutato honore, id quod subindè usuuenire uidemus, mores quoque aucta dignitate & potentia immutaret: at Venceslaus ab omni ambitione inuictus, demissius penè princeps, quàm priuatus agebat, aliquantoque diligentiùs obseruabat, nè quid de instituto prioris uitæ apud auiam trãsactę intermitteret. Nam & noctibus intentiùs quàm priùs ad psallendos psalmos, laudesque Deo dicendas vtebatur, & dies per plura pietatis officia transigebat, crebriùs in funus prodeundo, languentes inuisendo, laceros nudosque conuestiendo, pauperes alimentis sustentando. Instituerat præterea sibi inediæ ac uigiliç quoddam, quasi cum auia certamen, experiri satagens, ipse, an illa sæpius ieiunaret, peruigilaretque.

fratri hæreditatis portio datur.

S. Vẽceslai pietas.

Cap. 4. Drahomiræ ĩ. Ludmillã inuidia.

Interim Drahomira dirumpi prę inuidia, secumque nefaria aduersùs socrum meditari, quòd illa maiore gratia apud Venceslaum, quàm ipsa mater polleret, religionemque Christianam nimis prolixè proueheret. Nec longiùs nefariè meditata perficere distulit, quàm inuenit cędis perficiendæ audaces sicarios. Instãte exitii die, quem Ludmilla futurum diuinitùs præuiderat, uocat ad se clientulos omnes, mercedemque cuique suam dissoluit. Et præterea quicquid in penu, in cella, in horreis, loculis redũdaret, id sua manu in sinus vsusque pauperum transfudit. Post hęc remotis arbitris, ac solo adhibito Paulo sacerdote, ante aram prouoluitur, factaque exomologesi, de manu eiusdem sacerdotis sacrosanctum uitæ accipit uiaticum, mox indè fini suo propitium Deum exorat, cúm eccè tibi eadem hora submissi à nuru, Thomas & Gumo, non tam genere quàm scelere nobiles, in sacrarium irrumpunt, ac uelo, quo sancta uidua caput uelatum habuit, elisis faucibus prostratam suffocant.

S. Ludmilla se præparat per bona opa ad martyrium.

In templo necatur.

Non defuere qui Venceslaum ex cæde auiæ uehementer perturbatũ, ad vlciscendum inflammarent. Alij, si ipse vlcisci nollet, sibi hanc dari prouinciam deposcebãt. Vtrosq; ille, q̃ potuit, grauissimis uerbis corripuit, ꝙ aliena à pietate erga qualemcunq; matrem, aliena deindè à modestia & tolerantia Christiana suadere auderent, ignari, aut parùm memores, qd ore suo dicat Dñs: Mea ultio est, & ego retribuam illis in tpe. Quemadmodúm euenit, anno nondum reuoluto, ut ambo sceleris ministri, non solum miserè, sed ẽt notabiliter extinguerẽtur: notã videlicet uterque suam ad posteros transmittẽtes. Nam cùm alter eorum barba rutila insignis, alter malè pedatus esset, non alitèr nati natorum, & qui hodiè nascuntur ab illis, uel ruffescunt, uel à pedibus laborãt: nam utraq; familia apud Boiemos etiam nunc extat. Cæterùm impiæ matri ideò impunitas diuturnior concessa videbatur, ut filii pietas, quò diutiùs illam mater insectaretur, hoc clarior euaderet. Tametsi alios quoquè præter ipsam matrem, molestos sibi infestosque habuit, quasi parùm idoneus ad exequenda Principis munia, quæ exequi, non per sacra & cæremonias, sed magis per arma & acies oporteret.

Cap. 5. Nulla in Venceslao ulciscẽdi libido.

Deut. 32.

Sicariis dominicis afflicta pœna & eorum posteris.

Ante alios autem Radislaus Gurimẽsis princeps, Mistibogii filius, hac uana spe inflabatur, quasi solo armorũ terrore Venceslaus expugnari posset, agros eius incursare, armatosq; illi viros ostẽdere incipit, nec ullos legatos de pace agentes audire vult, immò quò magis Venceslaus paci studuit, eò maiorem etiã suspicionem pauoris aduersario faciebat, adeò ut superbis-

Cap. 6. Radislaꝰ quodã ad uer. ns sãctũ uiru insurgit.

perbis-

perbisſimè taodèm Vencenslao reſponderer: Se, niſi tradito ſibi totius Boiemiæ principatu, ab armis nō diſceſſurum. Coactus igitur á ſuis Venceslaus, militē atque aciem contra Radislaum iostruit: vidensq; omninò iam ſibi dimicandum eſſe, claſsicum cani vetat, priuſquàm ipſe Radislaum alloquatur. Data alloquēdi poteſtate, Si aliter, inquit, niſi prælio res pacificari nequit, cur non potiùs ſine magna aliorum clade, ſine multo inſontium ſanguine, ipſi inter nos ſingulari certamine decernimus? victoriæ permiſſuri, vter vtri iuſtiùs imperare debeat. Perindè quaſi iam manibus victoriam Radislaus teneret, conditione propoſita lętari, inſtareq́; , & ad pugnam ineundam feſtiuare. Loriculam ſuper ciliciam ueſtem indutus, paruoque enſiculo ſuccinctus erat Venceslaus, cùm in arenam prodiret. At Radislaus cataphractus haſtatuſque, cum longa inſuper machera contrà ſeſe inferebat, erecta vtrinque acie uelut ad nouæ rei ſpectaculum.

Aſſumit arma S. Crucis cōtra hoſtē ſuum S. Vēceſla⁹. Diuinitùs liberatur.

Nouum enim eſſe videbatur, ut ipſe Venceſlaus pro imbelli habitus, componere ſe cum bellatore auderet. Vbi ſub ictum ventum eſt, alter ſigno crucis frontem pingit, alter haſtam uibrare feſtinat, idēque ſubitò Angelos uidet, atque hanc uocem uelut ab homine promptam, ponè ſe exaudit: Ne feri. Ac uemine conſpecto, qui illam promiſerit, vim omninis, fauore propitio Venceslaum proſequentis nerit⁹ humi procūbit, ueniam audaciæ expoſcit, ſeque poteſtati uictoris permittit. Alleuat proſtratum Venceſlaus, dataque uenia, & dignitate ei reſtituta, monet ut contumaciam in obſequium debitum uertat, nè pòſt grauius ab irato numine plectatur.

Cap. 7.

Hęc in Germaniam celeriter nunciata, aulam Cæſaris, apud alios admiratione, apud quoſdam irriſione affecerunt. Otho tunc regnabat, qui Germanorum primus coronam Cęſaream legitimè ſibi traditam in Germaniam intulit, uir illo honore, ob celebrem pietatem & rarā in bellis felicitatem non indignus, nec alienus á Venceslao, propter eximias ipſius virtutes: & qui unà cū aliis Germanię Principibus, maieſtatem Cæſaream officioſè comiterq; conſeruabat. Is Otho deliberandi cauſa diem ad conueniendum Principibus Vormaciam, edixerat, quò ubi Venceslaus quoq; euocatus ſine ulla dilatione veniſſet, dicitur, poſtridie dum ſolenne ſacrificium cunctantiùs ſacerdos facit, ipſe ſimiliter cunctantiùs curiam introiiſſe, eamque moram, quaſi ex ambitione nata fuiſſet, Principes adeò ęgre tuliſſe, ut conſpicarent, nè quis ipſorum veniētu aſſurgere, neu ſupra ſe locū conſidendi dare uellet. Perſuaſum denique Cæſari fuiſſe, ut ſine ullo honore Boiemum uelut arrogantē tranſmitteret. At Cæſar ex conſpectu duorum Angelorum, qui Venceslaum in curiam deducebant, ſubitoque ibidem diſparuerant, obſtupefactus, throno exilit, aduerſùm uadit, ipſumque Venceslaum tātùm nō adorat, ac manu mox ſua ad ſubſellia perductum, aſsidere ſibi proximū iubet. Cæteris uehementer factū admirantibus, Cæſar facti cauſam aperit, viciſsimque miratur, ꝙ nemo præter ſe quiſquā Angelos, tā clarum manifeſtumq́; ſui ſpectaculū exhibentes, oculis ſuis adſpexerit. Hic Moguntinus Pontifex, ſe quidem nihil plane uidiſſe inquit, cęterū horrore quodam ſe perfuſum fuiſſe confitetur, ac tunc demùm famæ quoque nuper inuulgatę, quemadmodùm videlicet interuētu numinis ab hoſtis impetu ſeruatus fuerit Venceslaus, fidem ſe habere, quandò in præſens paria numina, eundē á calumnia vindicauerint: quare indè ſimul uniuerſi errati ueniā deprecantur.

Iſte Otho Imperator Germanorū primus, regnauit anno 936

Vēcesla⁹ vocat ad īperialia comitia.

Prodigiū à Cæſare uiſum.

Cap. 8.

Cæſar præterea hunc tā liberalem hoſpiti habuit honorē, ut poteſtatem ei petendi concederet, quicquid petendū ſibi à Cæſare putaret. Exiſtimabat autē Cæſar, glorioſa eū & ambitioſa petiturum. At is brachium diui Viti ex Gallia, ſub Ludouico Pio Corbeiam in Saxoniam tranſlati, magnaq; religione in Boiemia culti: dein Sigiſmundi quoquè Burgundię Regis, propterea ꝙ Vandalicæ nationis fuerit, reliquias ſibi dari poſtulauit. Ad quæ poſtulata Cæſar ſubridens, Feres tu, inquit, primo quoque à reditu noſtro in Saxoniam tempore, quas habere cupis reliquias: interim dona Cæſare digna à nobis accipe, Regium in primis decus quo te ex dignitate tua merito decoramus, deindè tributo abſoluimus, quod Carolus quondàm ſoluendum Cęſaribus inſtituerat. Iuſſit poſtremò & inſignia ſua Venceſlaum ferre, fuſcam aquilam in clypeo candido. Facilè hoc, & illud alterum de tributo amplexus eſt Vēceſlaus, ſed idē caput ſuū diademate cingi, ſeq; Regē inūgi, aut Rex à ſuis appellari nullo pacto ſuſtinuit: quanq̃ à Cæſare, atq; ab aliis Regibus, & Principib⁹ Rex in Epiſtolis ſalutaretur.

Sacras reliquias à Cæſare ſibi dari petit.

Rex ſalutatur, tributo abſoluitur, inſignijs donatur.

Abnuit regiam dignitatē.

Cap. 9.

Allatis ex Saxonia ſanctorum corporum Pragam reliquiis, Venceſlaus omnia ædificia miſſa faciens, applicare architectum manus ad ædē diuo Vito deſignandam, conſtruendamque imperat. Subiiciens dignisſimū eſſe, ut profanis ędificiis ſacra anteuertant. Cæterùm antequàm illa inchoata erat, iam in templo diui Georgij à patre ſuo extructi Veneeſlaus locum ſepulcro, in quod auia Ludmilla trāsferretur, delegerat, ſimulque abſoluerat, ità ut nihil iam reliqui ſupeſſet, niſi ut tranſlatio funeris ex arce Thein, in arcē Pragēſem à ſacerdotibus perageretur. Auertere nonnulli aliquis ab inſtituto Venceslaum cupiebat, inquiens, iam pridèm corpus auię computruiſſe: quandoquidē plus triennium eſſet, cùm illud terra obrutum iacèret, proin nimìs ſeram fore eius corporis trāslationem. Excipit Vēceslaus, Et ſi quidem iam in puluerem ſit redactum, uel ipſum puluiſculum perferri ad me cupio: ſed contrà fortaſsé eueniet, ác tu mi pater autumas: fac modò ut deſiderio meo unà cum cæteris morem geras. Paret ille, ſeque ſuis collegis addit comitē, vſque ad locum vbi ſepulta erat Ludmilla: ſepulcro recluſo, nares ſtatim omnium odor perfudit ſuauiſſimus, adhucq; ſuauior arcula recluſa, in qua corpus tabe incorruptū, integrumq; iacebat, niſi quòd parum quiddam ei de naſo decerpſerat arculæ tabella confracta, quam incurioſè quidā tractauerat. Igitur læti re pręſenti ſacerdotes, feretrum ſubeūt, corpuſque miraculis clarum, quò iubet Venceslaus deportant, conduntque. Sedens in Architecti quoquè in templo diui Viti proximo operas vrgent, ut opus celeriùs excreſcat, feſtinante Venceslao ad noui tēpli dedicationē, ſanctarumq; reliquiarū cōſecrationē.

Delubra ab ipſo cōſtruūtur.

Corpus S. Ludmillæ, poſt triennium, apparet incorruptum.

Tranſlatio eius.

At tunc primùm creandi Pontificis mentio orta: ſiquidē nullus ad eam uſque diem Pontifex in Boiemia creatus erat, ſed à principio Morauię Antiſtes, poſteà ex Bauaria Ratiſponenſis, officio pontificali apud Boiemos fungebatur. Idem Ratiſponēſis in Morauia quoq; aliquandiú faciebat, quandiú uidelicet vacua ſedes ibidem ſuo Præſule fuerat, nempe annis quinq; & triginta. Quanq̃ igitur Venceslaus Ratiſponam pro Pontifice (diuus Volfgangus tunc Pōtifex ibi erat) qui templū diuo Vito deſtinatū in arce Pragenſi dedicaret, ſuos quoſdā miſerit, non ideò tamē curam remiſit quærendi uiam, qua facilimè ad inducendum Pragam Pręſulem, ut inſtituerat, peruenire poſſet, ſed has eius pias curas, ſicut pleraſq; alias ad religionem pertinentes, mater omnis impia interturbare nō deſtitit. Pari modo, ut mater, Boleslaus filius moratus, armatusq; ad turbandam & oppugnandam fratris pietatem fuit. Nam ſi alias vnquam educatio oſtendit, quantū momenti afferat ad ingenerandos hominibus mores, tū certè in illis duobus alumnis,

Cap. 10.

Iſti⁹ Volfgāgi Vita habetur ultimo Octobris.

Educatio fratr.

ex ijſdem

ex iisdem parentibus prognatis, mirificè demóstrauit. Nã Venceslaus, qui a Ludmilla muliere religiosa educatus à puero fuerat, omnibus pietatis, & cuiusuis prætereà uirtutis numeris uir absolutissimus euasit, sicut è diuerso Boleslaus tum impius, tũ sæuus, tum indomitus & uiolentus: quia Drahomira, quæ Boleslaum aluit, compatibus uitijs infectissima erat, paratissimaque per quamlibet occasionem, incrementa bonæ religionis impedire, ac potissimùm in sacerdotes deseuire, quasi penès illos culpa resideret, ꝙ disciplinæ (ut ipsa dicebat) ignauissimæ deditus Venceslaus, maiorem diei noctisque partem, circum sacella & aras aliasq; cæremonias, q̃ in negocijs tereret, & ad Principem pertinentibus contereret: quodq; illorum ipsorum sacerdotũ instinctu, neq; reuerentiam erga matrem, neque charitatem erga fratrem continuaret.

Boleslaus matrisat.

Cap. 11. Itaque custodes plagosi per uias appositi erant, qui ictu plagarũ sacerdotes prohiberent, quo minus Venceslaum per quotidiana officia adire possent. Qua de re factus certior diuus Vuolffgãgus, uenire in Boiemiam ad dedicandum templum supersedit, hac excusatione usus tanq̃ breui futurũ esset, ut Antistes Pragæ inauguraretur. Cæterùm nec Venceslaus fauorem erga sacerdotes, cultumque, nec uicissim illi officium solitum, qualicunque iniuria accepta, interrumpi sibi permiserunt. Furente indiès magis ac magis Drahomira, cùm quotidiè fermè audiret, tanti esse Venceslaum in sacerdotes obsequij, ut ipse suis manibus uinum inter sacra, libaq; & thura illis subministraret, ut identidèm illos domi quoque suæ inuiseret, necessariisque rebus ante tempus succurreret, utq; à seruitute profana multos redimeret, & ad seruitia Dei illos conuerteret: ut deinquè noctu plerunque, uel in ipsa hyeme nudis incederet pedibus ad templa in quibus peruigilia celebrabant sacerdotes. Ferunt Podiuinum, qui intimus Venceslao, & assiduus comes fuerat, malè aliquandò à frigore & niuibus acceptum fuisse, quanq̃ ipse calceatus, Ducem suũ discalceatũ subsequeretur, rursùs tamen subitò incaluisse, cùm primum uidelicet pedes suos queãdmodũ iussus erat, uestigijs Ducis impresserit.

Implacabile Boleslaui in sacerdotes odiũ

S. Venceslai benignitas.

Podiuinus Venceslao intimus.

Cap. 12. Paulispèr inter hæc suam rabiem Drahomira remisisse uidebatur, postq̃ certior facta erat, Vẽceslaũ tædio uitæ aulicæ & curarum publicarum, circunspicere locum sepositum, in quem cum sodalib. diui Benedicti cucullatis, ipse quoque sodalis futurus diuerteret. Nam & Romam ad Pontificem suos iam misisse inaudierat, qui peterent, ut illius authoritate liceret, in Boiemia eiusmodi sodalitium institui. Sed dum Romanus Põtifex legatos diutiùs propter domesticas seditiones retinet, dumq; interim Venceslaus de consuetudine sua, deq; sacris & cæremoniis nihil quidquam intermittit, non sustinens ulteriorem dilationem impatientissima mulier, conceptum iampridèm de tollẽdo Venceslao parricidiũ exequi properat. Natalis tunc dies infantuli, recèns ex Boleslao editi se obtulerat. Ad hunc simul concelebrandum mater iuata atquè Boleslaus frater uerbis suauissimis Venceslaum inuitant, gaudio ipsorũ cõi oblatum esse tempus dicentes, quo tota domus Prĩcipalis meritò gaudere debeat, nato ea Boleslao Principe, qui spem successionis in principatu Boiemiæ continuaret. Siquidem Venceslaus præter aliã rebus in aliis abstinentiam & continentia, constantiaq; seruatæ quoquè in omne æuũ suũ uirginitatis suæ clarus fuit: Et Boleslaus tunc primùm pater esse incepit, producto ad spem successionis filiolo.

Excè religiosum S. Venceslai animũ

Boleslao fratri infans natus

S. Venceslaus perpetua uirginitate celebris.

Cap. 13. Inuitatur ad natalitia.

Hoc igitur modo inuitatus Venceslaus, tametsì multo satis tẽpore, a quouis matris fratrisq; contubernio se remouisset, attamen, ut antiquũ seruaret morẽ suũ, nemini cuiquã, non solùm natura coniunctissimis, officiũ suum denegandi, ad natalitia se Boleslauiam uenturũ ad diẽ recepit. Interimq; in cubiculũ secedens, quos fidelissimos habuit, secum ad fenestrã seducit, iubetq; eos in atriũ Pauli presbyteri, frequentia sacerdotũ refertũ despicere: ac mox altè suspiria ducens, Quàm cuperẽ, inquit, uanus uideri augur; utinamq; fiat, ut irritum uenti secum auferãt meum auguriũ, uidere eñ mihi iam uideor, eũ locũ, qui mea cura, tanto sacerdotũ cœtu, quantũ cernitis celebratur, paulò pòst discessu hinc meo, repẽtè desertum iri, cædẽ uidelicet sacerdotũ futurã pec ista diuinana, q̃ illis ab interitu suo immineret. Cæterùm qui tunc præsentes aderant, non intelligebant, quorsùm dicta hæc tenderent. Podiuinus tñ, scopũ coniectura attingebat, cùm Ducẽ suum reuocare à proposito Boleslauiam eundi tentaret, sed in cassũ. Olim nanq; pro religione & pietate Venceslaus, nullũ periculũ, nullũ casum, nullũ uitæ discrimẽ sibi uitandum putauit, ideoq; die lustrali appetente, nihil ampliùs moratus, q̃ dum se apud sacerdotẽ expiat, dũ aræ adstat, dum sacrosanctũ delibat libum, extremũ salutis uiaticum, indè continuò Boleslauiã petit. Sed neq; Boleslaus procrastinat fratri ire obuiam, eum cõplecti, gratulari aduentui composita adulatione. Conuiuio dein mater adhibita, quanto magis ad nẽ facinus exercita erat, tãto blãdiùs hospitẽ filiũ habuit, traxitq; in serã noctem conuiuiũ.

Præsagia de cæde sacerdotũ.

Vadit Boleslauiã.

Cap. 14. At Venceslaus quanq̃ intelligeret quò tenderẽt blanditiæ, & quam ob rem produceretur conuiuiũ, non tamen omisit, quin de media nocte surgens, iret in templum, ut orationes solitas Deo optimo commemoraret. In ea re occupatum inuadit Boleslaus frater, à matre ad scelus uigilantiore excitatus, ac primo ab ictu suo frustratur, ense sibi de manibus ob insperatum stuporem elapso, mox redeunte animo & furore, quem sceleris participes clientuli extingui non patiebantur, ictum repetit, ac facilè inermem fratrem, patienterque plagam excipiẽtem, interficit: dissimulataque nece manè statim filium lustrat, nomenque ei inter lustrãdum, Strachyquas, à terrore conuiuij mutato uocabulo, quod ipse terribile parricidio effecerat, indit. Adeò gloriari in malitia etiam sua gestiebat, qui potens erat in iniquitate, nescius adesse Deum bonis omni tẽpore, tum in uita tum in morte, quemadmodùm illustrissimo tunc patuit exemplo. Eadem quippè nocte Rex Daniæ (uide quanto interuallo a Boiemia semotus) per quietem se admonitum oraculo testatus est, ut martyris Vẽceslai in Boiemia à fratre obtruncati, memoriam sibi colendam susciperet: id quomodò ab ipso factum, cæremoniæ, sacerdotes, templum in Dania diuo Venceslao dedicatum declarant: Vt interim alia penè infinita miracula data opera transeamus, partim quia nota & illustria, partim quia decantata à nostratibus, diebus penè omnibus habentur.

S. Venceslaus à fratre in templo trucidatur.

Strachyquas filius Boleslai.

Psal. 51.

Rex Daniæ in somnis monetur, tẽplũ S. Venceslao cõstruere.

Cap 15. Boleslaus, parto audacia & scelere principatu, audacter etiam illum, & non sine scelere ab initio gessit, idq; non obscurè. Siquidẽ clara uoce, omnibus q aliqua cũ diuo Venceslao familiaritate coniũcti erant, ac præcipuè sacerdotibus, quicũq; sua spõte Boiemia non decederent, carcerẽ, exiliũ, cædem denunciauit. Adiecit mater, ne eorũ terra mundaretur, sed abiecti, ut in campis iacerent, esca dilaniãda canibus, alitibusq;. Intra breue igitur tempus uaticinium diui Venceslai completum fuit, uaticinãtis fore ut a discessu suo, atrium Pauli presbyteri, sacerdotibus uacuum redderetur. Correptus inter pr[illegible]

Boleslaus sæuit in sacerdotes & Christianos.

Vaticiniũ sancti uiri impletur.

Podiuinus laqueo plectitur.

puos ad supplicium Podiuinus quoquè, totum biennium in furca sub dio pendens, nulla tabe uiolari, nedùm corrumpi conficique potuit, donèc post haustam terræ hiatu Drahomiram, sepeliretur. Nã quo manifestior grauiorq; pœna appareret, quæ meritò de crudelissima atq; impiissima muliere exigenda fuerat, eo loci, quo adhuc insepulta iacebãt ossa occisorum sacerdotum, terra sua sponte dehiscens, uiuam Drahomiram, unà cum curru, & qui simul uehebãtur absorbuit, auriga solo incolumi, qui ad arã iuxtà sitam (nunc haud extat) equo desiliens accurrit, cùm fortè tintinnabulum tinnire audisset, ut corpus Domini adoraret, execrante illum Drahomira omnibus maledictis. Quarè locum eum etiamnùm, ut execratum, funestumque declinant uiatores, qui arcem Pragensem ab occidentali plaga petũt. Quanquàm terra eodem loci in statum pristinum cohæserit. Puniti & illi diuinitùs, qui Boleslaum affectati, gladios etiam suos aduersùs diuum Venceslaũ strinxerunt: pars enim eorum mente alienata, in rabiéque uersa præcipites ex alto deorsùm se dabant: quidam in eos gladios, quos nudauerant, incumbere. Ad hæc, templi paries, quem prope occisus fuit diuus Venceslaus, uelut cædis ipse quoquè cõscius, aut potiùs, ut testis foret sceleris sempiterni, nulla ullius opera abstergi eluique potuit à cruore, quo respersus ex corpore diui Venceslai fuerat.

Drahomira terra hiatu absorpta.

Necis conscij omnes diuinitùs puniti.

Cap. 16. *Prodigijs territus, à de sæuitia remittit Boleslaus*

Hæc tandèm tot prodigia, tamq; uaria supplicia, Boleslaum exterruerũt, ut mitiùs deincèps cũ Christianis agere sæuitiamq; suam aduersùs illos remittere inciperet. Accessit prætereà nouus ex Cæsare Otthone terror, minitante fratricidii ultioné, cùm primùm Hunnicum bellum cõfecisset. Quippè Hũni ex Pannonia usque in Sueuiam progressi, urbem Augustam obsidione premebant, tanta suorum multitudine, ut dubitauerit Ottho, prodire ne in aciem contra tantas copias, an castris se tenere securius fuerit: sed dubitantem Vldricus, Augustæ Præsul, in diuorum numerum posteà relatus, in dicto unius diei ieiunio, ad ineundam pugnam impulit: certam ei uictoriam (si pugnauerit) promittens. Nec fefellit: tantam enim inter Hunnos stragem Ottho edidit, ut Lycus Augustanus fluuius, mutatis in cruoré aquis, alueum suum fœdauerit. Capti in eadem pugna duo Hunnorum Duces, supplicia crucibus luerunt. Ex Cæsarianis maximè insignis Conradus, Otthunis gener cecidit. Atque hoc interim spatio, quod per moras huiusce prælij interiectum fuit, Boleslaus, uicum quem inhabitabat, fossis, uallis, mœnibus cingendum, muniendumque suscipit, & quò celeriùs susceptum opus perficiat, uicinæ nobilitati iniungit, ut certum quisque paterfamilias colonorum suorum numerum operi continuando attribuat. Cœpit abnuere operam eiusmodi senex quidam nobilis, inquiens: Exemplum se à maioribus nõ accepisse, ut ædificandis muris operam aliquam locaret, sed ut potiùs pro salute principis in campo, & in ipsa acie siue eques, seu pedes dimicaret. Hic sæuus Boleslaus (sic iã is passim cognominabatur) solita sæuitie incensus: At ego, inquit, nunc statim exemplum in te statuam, quo cæteri admoniti discant parere Principibus, nõ aũt imperia illorũ cõtẽnere. strictoq; gladio miserandum senẽ cõfodit, ac denuò uicinis iniungit, ut iussa obedienter faciant.

Fiunt Vldrici Vita est 4. Iulij.

Otthonis Cæsaris uictoria contra Hunnos.

Sicarij Boleslai crudelitas.

Cap. 17.

Operi absoluto, cinctoq; oppido, nomẽ Boleslania manet. Huic oppido cùm Ottho appropinquaret, missis obuiàm legatis Boleslaus pacem magnis precibus cũ ipsis oppidanis cœpit petere. Valdè præcisè Otthu eis respondit, aliter pacem coire nõ posse, nisi dedito sibi fratricida Boleslao. Porrò Boleslaus omnibus rebus ad sustinendam obsidionẽ necessariis, frumento, pecore, telis, armis, uiris instructus in oppido erat. Non ità Cæsar fotis commeatu abundabat, uacuis ubiquè ex uicino horreis, & pecoribus in syluas longiùs abactis. Vndè paulò pòst factum, ut Cæsar ob rerum penuriarum mutata duriore sententia, animum ad molliora inflecteret. Cùm igitur denuo Boleslaus, quanquàm satis ut dixi instructus, conscientia tamen scelerum timidus, gratiam Cæsaris ambiret, pacemque oraret, eã his tandèm legibus impetrauit. Prima erat, ut commissa piacula omnibus modis expiaret. Altera, ut exules Christianos reuocaret ab exilio. Tertia, ad tributũ nupèr remissum, denuò exoluendum reciperet. Vltima, ut eadem conditione atquè cæteri Germaniæ principes, in nomen Cæsaris iuraret.

Otho obsidet Boleslauiam.

Conditiones pacis Boleslao propositæ.

Cap. 18.

Obsidione soluta, Boleslaus suis præcepit, ut è cõspectu suo sepulcrum & corpus S. Venceslai remoueant, idque noctù, per multas tenebras Pragã transferant, occulteque sine arbitris condant in æde diui Viti ab eodem Venceslao ædificata. Grauiter nimirùm ferebat signa & prodigia, identidèm ad corpus sanctum nunc in cæcos, nunc in claudos, nunc in surdos edi: putabatque fore, ut illo ad diui Viti ædem, sepulto, Vito etiam potiùs, quàm Venceslao miracula edita attribuerentur. Sed uide, ut se innocentia & sanctitas, ut denique ipsa ueritas contra astum & improbam calliditatem perfacilè defendant. Plaustro corpus impositum fuit, iussusque auriga quantùm posset accelerare, ut ante lucem è Boleslauia Pragã perueniret. At aurigã magis equi, quàm ipse equos regebant. Itaque cùm primò ad amnem cui Rocheznicze uocabulum, aquis tunc redundantem, deindè ad Vultauiam adhuc redundãtiorem uentum esset, non ponte, ut ille uolebat, sed plena alueo, utrunque amnem equi transeunt, pedibus tantùm non siccis, mox ultra Vultauiam ad carcerem arci Pragensi subiectum, immobiliter subsistunt, nec indè ulla ui se amoueri patiuntur nisi die clarissimo, cùm iam multorum aliorum spectatorũ oculis res esset testatissima, corpus diui Venceslai uectores uehere, id quod obstinatè priùs illi negabant, quàm uincti ad unum omnes è carcere illo dimissi fuissent. Corpus præterquàm quòd à corruptione post triennium incolume repertum est, insuper etiam ab omnibus uulneribus erat percuratum, una tantùm auricula capiti desuerat, eam Premyslaua Venceslai soror ad limen templi, in quo occisus frater erat, inuentam, arcula clausam habuit. Cæterùm re, ut gesta fuit, cognita, ne quid de corpore sancto desideraretur, eandem statim Pragam misit, statimq; illa capiti suo adhæsit.

Fratris et ĩ cadauer inuidia.

Translatio S. Venceslai.

Manet eius corpus immobile, donèc uincti è carcere dimittantur.

Corpus eius post triennium incorruptum.

Auricula eius abscissa, capiti adhæret.

EIVSDEM S. VVENCESLAI Boemorum Ducis & martyris, breuis historia, ex Aeneæ Syluii tum quidem Cardinalis, posteà Pontificis Maximi, Historiæ Boemicæ. Cap. 14. & 15.

Septẽb. 28 Ex cap. 14.

BORSIVOIVS coniuxq; Ludmilla, Christianam ueritatem amplexi, fidem catholicam inter Boemos maximè ampliarunt. Ludmilla filia fuit Comitis Slamburii castelli Bizeniæ, quod posteà Melinca dictũ est. Ex qua tulit Borsiuoius duos filios, Spitigneum & Vradislaum. Primus patri successit: sed moriens sine filiis, fratri principatum reliquit. Coniũx Vradislai *Drabonucia, mulier audax & ad scelus prona, duos pariter filios uiro peperit, Vuences-

** al. Drahomira, siue Drahomitia.*

Vuẽcesla um & Boleslaum genitum.

Vuenceslaum & Boleslaum. Priorem Ludmillæ tradidit educandum: alterum ipsa enutriuit. Alumni ea nutricibus imitati mores. Vuenceslaus pietatẽ colere, mansuetudinem præ se ferre, Christiana sacra uenerari, elargiri multa pauperibus, nulli noxius esse: Boleslaus idolorum sectari culturam, honores ambitiosè quærere, adulterari, rapere, occidere, in scelera cuncta prolabi.

Cap. 15.

Pater suprema ordinans, Ludmillæ, cuius integritatem prudentiamq; optimè nosset, quoad usq; nè liberi adoleuissent, gubernationem prouinciæ dimiserat. Id ægrè Drabonunciæ fuit: Tymam & Simonem nefarios homines submittens, socrũ in castello Therim strangulari iussit. Ipsa deindè imperium accepit, in omnes crudelis, in Christianos sæuissima & intolerabilis: ac propterea etiam Vuenceslao filio infesta, cui præferre fratrem non dubitauit. De Vuenceslao hæc referuntur: Potus cibiq; parcissimum fuisse tradunt, corporis maiestate decorũ, uirginitatem ad ultimum uitæ seruasse: diuina in tẽplis officia diurna nocturnaq; nunquàm neglexisse. Et noctis quidem tempore nudis pedibus super glaciem ac niuem iter agentem, uim frigoris minimè sensisse: Podium uerò eius comitem, cùm caligatus obriguisset, iussum uestigia Vuenceslai pedibus premere, concaluisse. Postera die cruenta sancti uiri uestigia inuenta. Iniisse eum, populo perurgente, adhuc uiuente matre, principatum. Duci uerò * Curmensi, nulla iniuria lacessito, cum exercitu in Boemiam ingresso, atque agros uastare conanti, armatum cum copiis occurrisse, uocatoque in colloquium, singulare certamẽ obtulisse. Accepta ab aduersario cõditione, ubi manus conseri debuit, Angelos uisos, qui Vuenceslaũ protegẽtes, arma ministrarent: territũ ea nouitate * Curmẽsem, ex equo plapsum ueniã petiuisse: Boemũ libenter humiliato pepercisse, monuisseq; nè deincèps aliena cuperet.

Virtutes S. Vuẽceslai.

* *alias Curimensi.*

* *Curimẽsem.*

Similem Angelorum comitatũ uidisse aiunt Imperatorem, cùm Vuenceslaus adolescens in eius curia obseruaretur, eamq; ob causam brachium S. Viti dono ei dedisse, in cuius honore cathedralis ædes in Praga constructa est. Ferunt tunc Boemiã sub Episcopo Ratisponensi fuisse: ac propterea cùm Vuenceslaus Vuolfangum * præsidẽ, qui posteà inter sanctos relatus est, ad cõsecrationem eius basilicæ summis precibus inuitasset, respondisse pontificem, coram Deo iamiam templum suum dedicatum esse, quod futuram metropoliticam cerneret: missurũ se tamen, qui sua uice Vuenceslao satisfaceret. Creuerat iam Vuenceslai nomen, miraq; populi charitate atq; admiratione celebrabatur. Sed quanto cæteris acceptior erat, tanto acrius in se odium fratris matrisq; concitabat: ac propterea licèt dimittere seculum, & in monachum tonderi destinasset, non potuerunt infelices animæ sancti uiri propositũ expectare: sed impatientes moræ, piam principis intẽtionem scelere præueniunt. Fit conuiuiũ apud Boleslaum, matre iubente: uocatur Vuenceslaus. Qui etsi mortem instare prædixerat, facta tamen cum sacerdote de peccatis suis ea more Christiano confessione, fraternam domũ ingreditur: ibiq; statim Boleslai manu percussus interiit. Dicat aliquis, homicidam sui ipsius Vuenceslaum fuisse: negetq; cælo dignum, qui certæ se morti obtulerit. Nos, Gothorum instante procella, plurimas Romæ puellas fuisse legimus, pudicitię suæ uim inferri timentes: & nè in manus hostiles inciderent, in Tyberim sese pręcipitauerunt. Quæ posteà miraculis coruscantes, sanctorum honores meruere. Vuenceslai sanctitati, qua dic cælum est, Christum Deum testimonium pręstitisse, memoriæ prodiderunt: qui Regi Daciæ per uisum apparens, suo martyri ædem construi mandauit. Ipsum autem Vuenceslaum multis miraculis claruisse, atq; inter sanctos martyres ab Ecclesia receptum tradunt: Drabonuciam paucis pòst diebus, fatis suis trahentibus, ultionemque parricidij exigentibus, hiatu terræ apud arcem Pragensem absorptam: Boleslaum multis sceleribus nobilitatũ, morbo absumptum duos filios reliquisse, Boleslaum, paternum nomen referentem, & Stratiquatem.

* *præsulẽ, legẽdum.*

Proprij fratris manu interimitur.

Rex Daciæ p uisũ iubetur S. Vuẽceslao tẽplũ extruere.

PANTOLEONIS DIACONI & Cartophylacis magnæ Ecclesiæ, encomium in maximum & gloriosissimum Michaelem militiæ principem. Ex Simeone Metaphraste die 8. Nouẽb.

Septẽbris 29. iuxta Latinos.

Cap. 1.



MATERIAE expertium spirituum Dominus, & qui in omnem carnem obtinet potestatem & administrationem, qui etiam nostram formauit essentiam: quinetiam uniuersum mundum, qui cadit sub adspectum, constituit, eumq; continet & conseruat propter homines: immò uerò qui propter solam bonitatem ea iis, quæ non sunt, ad hoc ut essent, produxit uniuersa, is est solus, qui natura & propriè & primò dux est omnium, eorumq; curam gerit & eis prouidet: & qui cuiuslibet, quod dicitur & intelligitur bonum, est efficiens, impertiens, suppeditans & prima causa. Secundò autẽ nobis constituit diuinos Angelos & Archangelos, qui curam gererent & præessent generi hominum, propter bonitatem naturalem, ut suppeditarent hominibus diuinos nuncios & dona, & componerent & dirigerent eorum uitam ad ea, quę sunt meliora. Et ex diuinis quidem & infinitis Angelis, alios quidem unumquenq; unicuique pręesse fidelium, & eum regere iussit Dominus, ut dicit in diuinis Euangelijs: Videte, nè despiciatis unum ex his paruulis: quoniam Angeli eorum perpetuò adspiciunt faciem patris mei, qui est in cęlis. Similiter autem hanc quoquè confirmat sententiam diuinus propheta Dauid, dicens: Nè des in commotionem pedem tuum, & non dormitabit, qui te custodit Angelus.

Angeli hominũ curã gerũt.

Matt. 18.

Psal. 120.

Alios autem, ut alienas & ignotas gentes regerẽt, ut qui oĩa administret, cõstituit pro numero gentiũ, ut unus Angelus totam gentem gubernaret, quo et scriptũ est in cantico Mosaico: Quãdò diuidebat altissimus gẽtes, ut dispersit filios Adami: Statuit terminos gentiũ secũdùm numerũ Angelorũ Dei. Sũmè aũt benedictũ, & undiq; exaudiendũ, & oĩ ex parte uenerandũ militię Principẽ Michaelẽ, meliorũ & diuinitùs inspiratorũ & fidelissimorũ hoĩum esse p fidem, & eorũ salutis curã gerere uoluit: quomodò ipse uniuersorũ Deus dicit Mosi sacrorũ interpreti: Vade ad Pharaonẽ regẽ Aegypti, & educes populũ meum filios Israel ex Aegypto: & mittam Angelum meum ante faciem tuam, & parabit uiam tuam, ut deducat populum in terram tibi promissam, quam iurauit patribus uestris. Quinetiam propheta Daniel in uisione Angeli audiuit eum dicentem: Princeps seu præses Angelus regni Persarũ restitit mihi, nè reuocaretur populus Israel ex captiuitate Babylonis: nec est ullus, qui eos mecum tueatur, nisi Michael princeps uester. Hoc ipsum autẽ sic quoquè Dauid apertè significat: Castrametabitur Angelus Domini in circuitu timẽtiũ eum, &

Cap. 2.

Deut. 32.

S. Michael summè uenerandus.

Exod. 3. & 23.

Dan. 10.

Psal. 33.

liberabit eos. Quis enim tam ſtrenuus fidelium pro-
pugnator inſigniter apparuit, veteris & noui inter-
ceſſor illuminationum, ſemper caſtra locans in cir-
cuitu fidelium, & nos redimens à telis Belial, & om
nium inimicorum noſtrorum, qui ſub adſpectū ca-
dunt & non cadunt, ut Michael, dulcis reuerà & ve
neranda res & nomen?

Cap. 3. Michael, qui planè eſt plenus pietate Archangeli-
ca: qui propter eam, quæ conuenit in Dominum, re-
uerentiam, pietatem & grati animi uirtutem ineffa
bilem, & quæ mutari non poteſt ſtabilitatem, prope
thronum aſsiſtit Dominicum horrendum & terribi
Eſa. 6. lem, cum Cherubim, qui multos habent oculos, &
S. Michael primū inter Angelos locū obtinet. cum Seraphim, qui habent ſex alas, & primum locū
obtinet inter mille millia, & decies mille myriades
Angelicorum ordinum: & proximè citra ullum ſtu-
porem canit ter ſanctum & ad mirabilem hym-
num, inuehens in rebellem & ſceleratiſsimum ſata
nam, qui tanq̄ fulgur è cælo in terram fuit deiectus
Luc. 10. cum immundis & malis eius ſpiritibus. Michael, qui
eſt maxima & clariſsima ſtella Angelici decoris &
pulchritudinis, & qui claras reddit ac manifeſtas om
nes diaboli inſidias. Qui Adam è paradiſo eiectum
fraude dæmonis inimici bonorum, texit, traduxit &
direxit, & eum terram ligone docuit fodere, ſemi-
nareque & metere, & ad reliqua, quæ utilitatem af-
Gen. 3. ferebant, inſtituit: & ut cum benedictione & conue
nienti gratiarum actione, cum ſudore ſemper pane
veſceretur, effecit: ut qui ex iniuria ei contigerat la
pſus, per laborioſam & Deo gratam uiuendi ratio-
nem, rurſus corrigeretur.

Cap. 4. Michael, qui eſt uerus & ſyncerus Dei aſſeſſor,
& ducit ordines uirtutum cæleſtium: & eſt ſapiens
gubernator eorum, qui in Deum crediderunt. Qui
Gen. 22. pii patriarchæ Abrahæ, etsi nō uideretur, prohibuit
gladium, nè tangeret Deo gratum eius filium Iſaac,
poſtquàm apparuiſſet omni ex parte abſolutum &
Deo gratum patriarchæ propoſitum: & in eo bene-
dixit omnes gentes, vtpotè q̄ ex eo ſecundùm car-
nem eſſet germinaturus Chriſtus uerus Deus & ſer-
uator noſter. Michael, fax clariſsima immaterialis
& inacceſſæ lucis, & diuinus ductor Angelicorum
ordinum. Qui legiſlatori Moſi oues paſcenti in mō
Exod. 3. te Chorib apparens totus igneus in medio rubi, cū
urebat ſine ulla læſione, & non comburebat omni-
nò, ſigna ſanctiſsimæ Dominæ noſtræ Dei parentis
ſignificans. Michael, qui diuino nutu primas partes
obtinet inter ignis miniſtros, & terram obit, implēs
uoluntatem Dei omnipotentem. Qui à ratione alie
Num. 22 num uatis Balaam prohibuit impetum terribili ſuo
aduentu. Quem etiam cùm uidiſſet aſina & timuiſ-
ſet, rationis participe uoce ſenem amentem corre-
xit. Michael Angelorum ductor longè maximus, &
excellētiſsimus miniſter diuinæ legis, quæ data fuit
Exod. 20 in monte Sina. Qui cùm famuli Dei Moſis animam
accepiſſet, obſcurū & exitioſum diabolum de eius
Iuda 1. c corpore, cum ipſo auſum uerba conferre, ceſſare fe
cit & citò euaneſcere.

Cap. 5. Michael, qui, ſi id interpreteris, dicitur Dei dux
exercitus, & fortiſsimus pugnator, & propugnator
eorum, qui ſpem collocant in Domino, & flammea
rhomphea, quæ ſcindit machinationes aduerſario-
rum, tam eorum qui ſub intelligentiam, quàm corū
Ioſu. 5. qui cadunt ſub ſenſum. Qui Ieſu Naue aciem dirigē
S. Michael ſuprema lampas diuinitatis. ti contra aduerſarios uiſus fuit ſtricto gladio, & eū
terruit hoc alieno & terribili ſpectaculo: & horta-
tus eſt, ut manum confereret, & cōcideret inimicos
Dei hoſtes. Michael, omnium ſupremas, ignemq́ fe
rens lampas diuinitatis, quæ eſt principium lucis,
Iudic. 6. unicaq; & trina, & ſubtilis naturæ conſtitutio: qui
terræ fines obit celeriter, & piè iis, quibus vult Deus,
mutata figura apparet. Qui ad Gedeonē ſolaris in-
ſtār radii uenit, & ab ipſo tanq̄ diuinus & cęleſtis
Angelus fuit adoratus: & ignea uirga tanq̄ holocau
ſtum conſumpſit cibum quem obtulerat: & eum cum
trecentis ſolis impotentibus corroborauit aduerſùs
maximè impiam & infinitam Madianitarum multi- *Iudic. 7.*
tudinem. Michael, maximè perſpicuum, puriſsimū-
que & ab omni macula alienum ſpeculum ineſtabi-
lis & immenſæ pulchritudinis diuini & fontani ra-
dii & ſplendoris, & acutum telum potētis & magni
Regis Dei. Qui prophetæ Nathan apparuit, reſplen- *2. Reg. 12*
dentem tenens lanceam, & ei animum addidit ad ar
guendum Dei parentem Dauid, propter lapſum qui
acciderat, & citò ut bonorum amicus receſsit, quā-
dò, Peccaui Domino, ex profundo cordis à Dauid
Rege audiit.

Michael, purum & capax receptaculum beatiſsi- *Cap. 6.*
mæ lucis effuſionis & diuinæ illuminationis, & acu
tiſsimus ac perniciſsimus gladius in eos, qui blaſphe
mant Dominum. Qui centum & * quinquaginta- ** octoginta quinque.*
quinq; millia execrandi & impii Sennacherib Regis
Aſſyriorum in uno momento noctū morte affecit, *4. Reg. 19*
& ab eius tyrannide liberauit pium Regem Ezechiā
cum ciuitate Hieruſalem. Michael, qui eſt lucidus &
candens ſpiritus, multosq; habens oculos, & poten-
tiſsimus, & ab omni materiali apparitione remotus,
& nullam omninò admittens corruptionē. Qui unà *Dan. 3.*
cum Azaria & reliquis ſymbolicè aſcendit in forna
cem, & ueluti ſpiritum roris mediam effecit forna-
cem, & tres maximè pios pueros illæſos conſerua-
uit. & diuina ſpecie conſpectus à Rege Nabuchodo
noſor, eum magna affecit admiratione. Michael, qui
uerſatur in cælis, & ætherē obit tanq̄ pernix fulgur,
& uniuerſam, quæ eſt ſub cælo, terram uno momen
to peruadit: pioſque, qui affliguntur, adit, recreat
& conſolatur. Qui prophetam Danielem in lacum *Dan. 6.*
per iniuriam coniectum, celerrimè conſeruauit, *& 14.*
& ſæuorum leonum ora refrenauit, & Abacum ra-
puit, & ad eum cum cibo parato à Palęſtina addu-
xit Babylonē, & eū rurſùs repētè i ſuū locū reſtituit.

Michael, qui eſt magnus princeps Angelicorum *Cap. 7.*
exercituum & ordinum Archangelicorum, beatiſsi
mæq; & immenſæ legionis incorporeorum, & qui
fuit ueteris Iſrael rector illo tempore: recèns autē
electi à Chriſto cognominati Iſraelis dux ualidiſsi-
mus, & cuſtos tutiſsimus, & doctor Dei præcepto-
rum. Qui Perſarum præſidem Angelum reſiſtentem, *Dan. 10.*
nè à Babylone liberarentur captiui Iſraelitæ, repu-
lit tanq̄ aduerſarium, & captiuos, qui ſeptuaginta
annos miſerè habiti fuerant, in regionem patriam
reſtituit, propter aſsiduam cum uehementi ieiunio
& multis lachrymis diuini Danielis prophetæ pro *Oratione Danielis prophetia ſunt Iſraelitis reſtituta patria.*
eis ad Deum precationem. Michael, qui eſt à Deo
conſtitutus aſſeſſor myſticæ trinitatis, myſtaq; illu-
minator & initiator ſupernæ hierarchiæ, & ueteris
quod prӕteriit teſtamēti, & nouę noſtrę electę Chri
ſti hęreditatis. Qui probaticę piſcinę in unoquoq;
tempore aquas ſanctificabat in figurā diuini baptiſ-
matis, & primo, qui in eam deſcendebat, ſtatim prę- *Iohan. 5.*
bebat curationem, quocunq; morbo teneretur. Mi-
chael, qui eſt ſpecioſum & maximè decorum, & qđ
non occidit lumināre totius orbis terrę, qui eſt ſub
cęlo. Ignea & manu non cōſtructa colūna ſanctę &
Apoſtolicę Eccleſię: auri ſpeciem prę ſe ferentes, & *Iacob. 1.*
ad cęlū uſq; magnitudine pertinētes ſcalę, per quas
deſcendit omnis datio bona, & omne donum perfe
ctum, quod mittitur à benefica & bonorum largitri
ce natura, ad uiros bonos & honeſti amatores in ter
ra. Qui in columna ignis apparuit ſanctiſsimo Ar-
chippo,

chippo,& fidelissimo ministro huius Archangelicę & uenerandæ domus, quādò sceleratus populus conabatur ipsum sanctum cum templo obruere aquis fluuiatilibus,& diuina & Archāgelica uirtute aquas, quæ insolenter mouebantur, per uirgam citò in petra effudit & transmisit.

Cap. 8. *Matt. 18* *Luc. 15.* *1. Cor. 15* *1. Thess. 4* *2. Cor. 5.*

Michael, qui perpetuò adspicit faciem patris nostri, qui est in cęlis, & lætatur, immò uerò collætatur cum Domino uniuersorum propter inuentionem eorum, qui perierant, & propter unum peccatorē, qui ducitur pęnitentia, diem festum agit cum omnibus cęlestibus potestatibus. Qui tuba illa terribili & ingenti uoce canenti est cantaturus, & fundamenta terræ, & quæ sunt sub terra, est moturus, quandò ueniet finis consummationis: & surgere faciet & congregabit mortuos omnes, qui sunt à seculo, in ictu oculi ad iudicium generale, & ad accipiendam uitæ remunerationem: ut ferat unusquisque ea, quæ fecit per corpus, siue bonum, siue malum.

Cap. 9. *S. Michael maximus patronus noster.* *Nota, festū & tēplum S. Michaelis*

Cùm hunc ergò suscipiendum & maximum patronum, potentemq; defensorem, & liberè & confidenter loquentem intercessorem apud omnium Regem Deum, diuinum militiæ principem habeamus Michaelem, ò chari patres, fratres, & à Deo collecte cœtus, piè ipsum semper omnes ut reuerà purissimum, in mundis cordibus semper magnificè extollamus, uerbisq́ue lætitiæ & spiritalis exultationis, ut decet Archangelum, honorificis uerbis & laudibus hodiè prosequamur, amoreq; & desiderio ei offeramus & ueneremur, qui ardenter concurrimus ad sacrum eius festum in uenerandum eius templum, quod est pii nominis, ut affatim colligamus perennes eius & salutares gratias & defensiones intercessionis. Est enim liberalis ac munificus Dei magnus ille Dux exercitus, cum diuinissimo & coarchangelo suo Gabriele, benedicens, corroborans, gratia implens, lætificans & orans ac decorans corda fideliū, ut qui sit sanctis omnibus potentior. Vniuersam.n. quæ est sub sole, creatam naturam ad lucem deducit. Omnes autem eius laudatores eximiè à uariis eripit necessitatibus: & eos, qui in omni loco piè eum inuocauerunt, à periculis tam quæ uidentur, quàm q̄ cadunt sub intelligentiam, liberat.

Quæ beneficia S. Michael præstet hominibus. *Cap. 10.*

Fidelium & orthodoxorum populorum Ecclesias exhilarat, Romanorum custodit rempublicam, Christi amantem Imperatorem armat aduersùs Barbaros, Christianos reddit uictores, hostes inimicos persequitur, ab hominum calumniis suos seruos conseruat: ab eorum qui persequuntur, molestiis pios liberat: ab ingentibus maris fluctibus eos, qui ipsum inuocant, eripit: fertilitates fructuum terræ suppeditat: eos qui in tenebris uersantur, ducit: eos defendit, quibus fit iniuria: consolatur eos, qui sunt pusillanimi: ægrotos uisitat, fideiubet pro peccatoribus, dæmonum impetus propulsat, uitiorum flammā restinguit: ut sanctitatem faciamus, nos inducit: & omnes, qui sanctum & uenerandum eius festum fide & desiderio alacriter celebrant, ex omni difficultate & noxio occursu liberat, & dat salutarem gratiā princeps Dei militiæ, ad petitionem semper utilem deducit & ad uiam pœnitentiæ, & eis peccatorum procurat remissionem, & in iustorum stationem connumerat in regno cælorum gratia Christi Dei clementissimi: Cui gloria & potentia cum patre omnipotente, & sanctissimo & bono uiuifico spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Quæ eius festum celebrantibus conferat dona.

EIVSDEM PANTOLEONIS Diaconi & Chartophylacis magnæ Ecclesiæ, narratio miraculorum maximi Archangeli Michaelis. Habetur itidèm in Metaphraste eodem loco.

29. Septembr.

MAGNAE & multæ & uariæ sunt tuæ incorporeæ & magnificæ Archangelicę uirtutis & dignitatis notiones, donaq́ue & gratiæ, o gloriosissime Michael princeps militiæ, amplusq; & reuerà sublimis & multiplex decoræ tuæ materiæ, expertis formæ, & uitæ status. Est autem parua & nihili faciēda humanæ linguæ carnea potestas, angustusq́ue & humilis & artificio carens, qui per instrumenta corporea à nostro corde sermo proficiscitur. Quomodò ergò te, o omnipotentis Dei princeps militiæ, pro dignitate, licèt conemur, laudibus affecerimus? Quam uocem incorpoream, incorporeo tuo & intelligenti ordini respondentem, per materialia & corporea labra offeremus? Quibus utemur sonis, q̄ significent ineffabilem & inexplicabilem tuam gloriam? Dubitat reuerà uniuersa natura terrigenarū te laudare & celebrare, qui es princeps ordinis supercęlestis. Enarrari enim & uerbis explicari nō potest locus diuinæ tuæ pulchritudinis & splendoris. Quomodò enim mirabilis facta est scientia Dei ex nobis: inualuit, non poterimus nos homines ad eam: ità etiam Archangelicæ essentialis tuæ bonitatis & potestatis infinita multitudo, a qua arcana & diuina emanant fidelibus, appræhendi & inuestigari non potest humanis cogitationibus.

S. Michael prīceps supercælestis ordinis. *Psal. 138*

1. Iohā. 1.

Sed quoniam alicubi dicit diuinum eloquium: Quod didicimus, prædicamus: & quod scimus, annunciamus: ea de causa mittentes infinita magnalia tuorum miraculorum, pauca quędam, appositè & conuenienter collecta ex diuinis spiritus eloquiis, conamur exprimere nostrorū uerborum coloribus, & graphicè narrare magnificentiam gloriæ sanctitatis tuę, & terribilium tuorum miraculorum eructare potentiam, & prodigia tua annunciare iis, qui hodiè fide sunt congregati in diuino tuo festo: ut salutis iam propositum argumentum omnibus, qui ardēter ad id accurrūt, o maxime & in primis admirabilis Michael princeps Dei militię. Hodiè.n. tanq̄ magnificentissimus quidam conuiuator, conuocabo nos oēs spiritales conuiuas ad epulum tui festi, qd̄ exortum est sole luminosius: qd̄ positum est ad principia orbis terrę, qui est à finibus usque ad fines: in quo miraculorū & aię utilitatis deliciis se explent oīa corda fidelium. Sed nunc quoquè, ut semper, miserere nostrę humilitatis, qui es excelsus assessor regni cęlorum, & exorere nobis splēdoribus benignę tuę prouidentię, qui à benigno Deo accepisti benignitatem, benigne Michael princeps militię. Qui es lęta & luminosa, significansq; & splendida stella solis glorię. Qui es fortissimus pugnator & propugnator ac defensor eorum, q̄ Dn̄m diligunt. Qui prouides & prospicis, eosq; firmo tuo patrocinio adiuuas & defendis, qui te inuocant, & magno desiderio ad te accedunt in diuinam tuam ędem & maximè uenerandam. Tu illumina nostros intelligentes cordis oculos, ut intelligamus, menteq; appręhendamus & enunciemus, quoàd eius fieri poterit, miracula tuę maiestatis. Nam per te uniuersa copiosa omniū bonorum suppeditatio datur ab omnipotenti Dei prouidentia iis, qui in te sperant citra ullam dubitationem, & se conferunt ad omnem tui laudationē.

Festū S. Michaelis sole illustrius. *S. Michaelis patrocinium.*

Quid autem cogitantes, aut quibus verbis vtentes impimtes, poterimus sufficienter ostendere diuinæ prouidentiæ & benignitatis infinitum pelagus? Ad primum enim bonum & quod præcipue primò operatur, quoad eius fieri potest, oportet apertè omnes extolli. Principaliter ergò & apertè & ex debito debemus mente cogitare, qui figuram ferimus & imaginem eius, quę ex se habet potestatem & dominiū diuinæ essentiæ, quòd unus est & solus Deus, qui propter infinitam bonitatem est omnia fabricatus, quæ sunt in cælis & in terra, vt dicit diuinus Apostolus: siue visibilia, siue inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue potestates, siue virtutes siue, principatus, siue Archangeli, siue Angeli, siue Seraphim, siue Cherubim: & ipse est ante omnia, & omnia in ipso constant. Qui hanc etiam variam condidit creatam naturam, in unam vnius mundi harmoniam & complementum. Qui solus est ingenitus & æternus. Qui solus est expers principij, & in quem non cadit interitus & finis. Qui solus est eiusmodi, vt compræhendi & inuestigari & videri nequeat: Qui omni circunscriptione & compræhensione essentiam habet superiorem. Qui nullam potest suscipere mutationē & alterationem: estque omnipotens, & ab exitio & interitu aliena natura, fons perennis, & qui nūquàm exinanitur, miserationum & bonitatis: omnium diuinorum donorum & gratiarum, qui exhauriri minimè potest, abyssus: misericordiæ, quod non potest exprimi, pelagus: beatissima & summa pulchritudo, & sola reuerà digna, quæ ametur. Vniuersi, quod dicitur & intelligitur, boni efficiens & impertiens & largiens causa, & prima causa. Hic est, qui propter solā bonitatem essentialem & naturalem, ea quæ nō erant aliquandò, uocauit ad hoc ut essent, & omnia ad essentiam deduxit & constituit, eaque compræhendit & continet, dirigit & ducit, ferens solo nutu suæ maiestatis & potentiæ.

Coloss. 1.

Diuinæ maiestatis proprietates.

Rom. 4.

Atque primùm quidem, conuenienter ei quod dicit Theologus Gregorius, mente agitauit Angelicas & cælestes potestates: & quod mente agitauit, fuit opus uerbo completum, & spiritu perfectum. Sicque constiterunt secundi splendores, ministri primi splendoris: siue intelligentes spiritus, siue ignem, vt potè materiæ expertem & incorporeum, siue aliquā aliam naturam, quòd quam proximè ad ea, quæ dicta sunt, accedat, eos existimare oporteat. Volo quidem, inquit, dicere eos primùm ad malum immobiles, & qui solùm habent bonū motum, vt qui sint circa Deum, & primò à Deo illuminantur. nam quæ hic sunt, sunt secundæ illuminationis. Mihi autem persuadet, ut non immobiles, sed ad mouendum difficiles eos existimem, qui propter splendorem Lucifer, & factus est & dicitur tenebræ propter elationem: & quæ sub eo consistunt potestates, architectatrices uitij, boni fuga, & nobis cōciliatrices. Atque sic quidem qui appræhenduntur intelligentia, & propter hęc mundus fuit constitutus.

Oratione in Christi Natiuitate, & Oratione 2. in Pascha.

Lucifer ob superbiā factus ē tenebræ.

Cùm autem prima ei rectè se haberent, secundū mente agitat mundum materia præditum, & qui cernitur. Et is quidem est id, quod ex cælo & terra, & iis quæ intercedunt, est constitutum & coagmentatum. Luciferum autem, eum qui à Deo defecit & cum eo pugnauit & est insolens & iactabūdus, diabolum vocat Theologus, ex uoce Esaiæ prophetæ, qui eius casum deplorat, & dicit: Quomodò cecidit è cælo Lucifer, qui manè oriebatur, & contritus est super terram? De eo enim diuinus quoque Dauid, & eos, qui similiter à diuina charitate defluxerant, atquè scelera tus ille & malitiosus, qui defecerat, dicit: Et tāquàm unus ex principibus cadetis. Princeps enim erat unius angelici ordinis in cęlis diabolus, non diabolus ab initio productus & factus, sed bonus ex bono, & pulcher ex pulchro & qui solus bona facit, opifice vniuersorum. Postremò autem præter legē naturæ, decretumque & rationem diuinæ iustitię, imperij cupiditatis œstro percitus, rebellauit aduersùs creatorem, regnum eius & gloriam sibi conans usurpare. Secum autem attraxit etiam infinitam rebellium multitudinem, quæ suæ stultitiæ & malitiæ eum accepit adiutorem. Nam propter hanc causam impiæ cogitationis, ex cęli conuexis vehementi impetu cecidit execrandus. Nam simul atque ei uenit in mentem sceleratissima & maximè impia cogitatio, fuit confestim contritus ab omnipotenti Domino, qui dixit: Videbam satanam tanquàm fulgur è cęlo cadentem. Similiter autem de eo quoque dixit per Ezechielem prophetam: Simulatquè elatum fuit cor tuum propter pulchritudinem tuam, & dixisti in cogitatione tua, Deus ego sum: statim à sancto monte meo in terrā te deieci per Cherubim, & interitū feci tia tua cum pulchritudine tua: & dabo te in cinerem super terram coram omnibus te uidentibus, fidelibus scilicet. Quomodò etiam dixit Dominus in diuinis Euangelijs: Eccè do uobis potestatem calcandi super serpentes & scorpios, & super omnem potestatem inimici.

Esa. 14.

Psal. 81.

Diabolus aliquando unius Angelici ordinis princeps.

Casus Luciferi.

Luc. 10.

Ezec. 28.

Luc. 10.

Nonnulli autem discendi cupidi inquirunt, num propterea sit eiectus, quòd Adam eum non adorauerit. Est autem stultorum & insipientium hoc dicere. Cecidit enim diabolus priusquàm factus esset Adam, quomodò patres apertè pronunciant omnes, Angelos fuisse factos ante cælum & terram. Diabolū verò, est probabile, quarto die cecidisse, quādo Deus fecit luminaria, sicut scriptum est in Iob. Quando facta sunt astra, laudauerunt me magna uoce omnes angeli mei, & hymnis celebrarunt. Semper enim etiam non tacitè Angelis Dominum glorificantibus tunc cum maiori uoce eum laudibus celebrarūt, ut significauit scriptura, propter iustum scilicet casum maligni illius, qui defecerat. Oportet autem scire ex nostris scriptis, & dilectè, quòd omnis chorea & ordo habet ducem ordinis, qui incipit melodiam. Sic etiā de sanctis Angelis dicit Dionysius, Angelicorum ordinum diuinissimus interpres: Non absurdè diuina, & cælestia, materiali nostræ hierarchiæ, pro uiribus sensiliter, quoad eius fieri potest, sunt assimilata. Ducem verò ordinis Angelicæ choreæ lucidissimum & maximum militiæ principē Michaelem intelligere, à superis accipimus.

Iob. 38.

S. Michael ordinis Angelici Dux.

Miraculum primum de rebelli & superbo satana & immundis eius spiritibus.

HIC ergò fidelissimus & sāctissimus, magnus exercitùs Dux Michael, diuini cōsilij pius minister, qui propter Dominicū & omnipotētē diuinum iussum, in terram iecit ex cælesticus absidibus rebellem & superbum satanam cum eius immūdis & malignis spiritibus: tunc in eos inuectus, & triumphum agens de eorum malitia, congregatis cunctis Angelorū populis, magna uoce laudauit Deum omniŭm, & omnipotentem Dominum, Angelicos greges eò uelocti ducens, vt statum memiuissent immobilis, & quę bona facit stabilitatis, & dicit: Attendamus: perindè acsi diceret: Qui creati fuerant, & quibus obtigerat, ut Deus increatus & inadspectabilis eos produceret propter naturalem suam bonitatem, quid eis accidit, qui nobiscum hucusque diuinis illustrabantur splendoribus? Animaduertamus quàm repentè mutati sunt in tenebras propter arrogantiam & con-

Apoc. 12.

S. Michael eiecit desertores spiritus è cælo.

Abusus liberi arbitrij. contemptionẽ eius, qui eos fecerat. Cognoscamus quos fructus conciliet liberi arbitrij voluntas incõsiderata, & stemus immobiliter in timore, quotidiè diuinum ministerium opifici offerentes. Porrò autẽ quandam quæ eos contineret hymnodiam, ut qui in primo loco staret, cum Seraphin & omnibus simul diuinis & cælestibus potestatibus, magna uoce cecinit, diuinam illam & quæ nunquam potest desinere omnipotentis diuinitatis, quæ est principum luminis, vnicaq; est & trina, tèr sanctã glorificationẽ: *Esa. 6.* Sãctus, sãctus sãctus, Dominus Saboth: plena est uniuersa terra gloria eius. A Dei uerò administratoria diuina gloria alienatus maleficus diabolus, cùm uidisset terrestrem hominem esse quauis re creata honoratiorem, vt qui Dominicis manibus factus esset ad suam imaginem & similitudinem, statuit eum totis uiribus separare & eripere ab eius, qui ipsum fecerat & honorauerat, salutari præcepto. Vidẽs enim malignus & sceleratus se in extrema esse ignominia, *Inuidia et malignitas dæmonis in homines.* valde cruciabatur: & cum non posset ad Deum conuerti, in Dei imaginem suam effudit improbitatem, & effecit ut homo esset obnoxius interitui & morti, eo eiecto è diuinis & viuificis paradisi delicijs. Et *Gen. 3.* statuit Deus Cherubim & flammeã rhompheam versatilem, vt custodiret paradisum. Sed etsi sic quidem cecidisset homo, qui liberum habebat arbitrium, & à bono statu defluxisset, non eum despexit Deus: sed *E cõtrario Dei benignitas in eos.* ut qui sit natura benignus & ingens mare habeat bonitatis, veluti quædam arma ad conseruandum ualidissima ei præbuit magnum Michaelem militiæ principem aduersùs diaboli potentiam: ut custodiret & defenderet hominem, qui lapsus fuerat, vt quomodò ceciderat per imperitiam, per laboriosiorem rursùs viuendi rationem & diuinam virtutem instaurato prælio, victor effectus coronetur.

De Adamo merac. 2. Porrò autem Archangeli Michaelis suasionibus & monitis instructus Adam, & ligone terram fodiens, & sudore & labore frugaliter nutritus, non fuit amplius seductus ab hominis inimico & Dei hoste, nec passus est aliam ab ipso commotionem. Nam ab eo tempore omninò eum ualdè habebat odio, mente agitans per propheticum rorem, qui adhuc in eo in- *Psal. 120.* erat, illud: Nè des in commotionem pedem tuum, & non dormitabit, qui te custodit Angelus. Ab eo enim *Matt. 18.* tempore credimus nos habere Angelum unicuique animæ ducem, ut dicit Dominus in Euangelijs: Videte nè despiciatis unum ex his paruis, qui sunt minimi. Angeli enim eorum assiduè uident faciem patris *Gen. 48.* vestri, qui est in cælis. Similiter etiam dicit Iacob patriarcha: Angelus, qui me liberat à malis omnibus. *Act. 12.* Non dixit, Qui me liberauit: sed, qui semper liberat. *Quilibet fidelis proprium hẽt Angelũ custodem.* Quinetiam beatum Apostolum Petrum à manu Herodis Angelus Domini liberauit. Simulatque enim constitutum fuit humanum genus, iussi sunt Angeli eius vitæ curam gerere, & unumquemque hominẽ fidelem sortitus est bonus Angelus, vt eius vitam componeret, & eius animam perficeret. Multi autẽ cũ eo luctantur dæmones, à uia recta eum facientes aberrare. Immundis enim dæmonibus nõ sunt curæ infideles, sed ij qui piè viuunt. eis enim inuident, & cum eis bellum gerunt. Quandò autem ambulat quidem in sanctitate & iustitia homo fidelis, lætatur Angelus, qui & fuit datus ad ipsum custodiendũ. Quandò uerò à uia recta declinauerit, tristis quidẽ est bonus Angelus: dæmones autẽ exiliunt. Iam verò magnus quo- *Oratione 2. de ieiunio.* què dicit Basilius: Sunt Angeli, qui in unaquaque ecclesia describunt eos, qui orant & ieiunant. Vide o homo, nè propter paruã voluptatem & breuẽ somnum, hoc damnum accipias, quòd te nõ descripserit Angelus.

Et in fidelibus quidem, ut priùs diximus, unus Angelus à Deo datus est unicuique. In infidelibus autẽ vnamquamque integram gentem sortitus est unus Angelus, ut dicit scriptura: Statuit terminos gentium *Deut. 32.* secundùm numerum Angelorum Dei. Et ut Iudæorum quidem gentem custodiret, constitutus est Michael, magnus Dei militiæ princeps, ut potè quòd *Dan. 10.* in Deum credidissent. Alius verò præfectus fuit Persis, alius verò Græcis, & deincèps similiter. Cæterùm diuinus quidem & magnus Dei exercitus Mi- *S. Michael princeps omnium Angelorũ & Ecclesiæ.* chael, est princeps omnium cælestium potestatum, præestque & curam gerit totius gentis fidelis: rursùs fideles, qui laborant, præuenit & conseruat, ut qui à Deo iussus sit celerem habere naturam, & tanquàm fulgoris adeptus velocitatem, vniuersam terram & ætherem uno momento percurrere. Exiliit *Exod. 14.* enim, inquit, Angelus, qui ambulabat ante castra filiorum Israel. Hunc autem Angelum, militiæ princi- *Iosu. 5.* pem Michaelem esse dixit scriptura in Iesu Naue. Nã *Dan. 12.* nomen eius apertè declarauit in propheta Daniele.

Hic ergò magnus & gloriosus Dei militiæ princeps Michael, & veteri, vt conuenit, fuit administer: & nouo magis administrat, quæ sunt salutaria. Postquàm enim valdè irritarunt & penitùs dereliquerũt Dominum Deum increduli Israelitæ, & ea de causa fuerunt penitùs exterminati, & aduocati sumus qui *Christiani noui Israelitæ.* credidimus ex gentibus, & factus est nouus Israel, à Christo denominatus, & Christum intelligens, (nam si interpreteris Israel, is est mens uidens Deum) tùc diuinum quoquè militiæ principem Michaelem remouit à Iudæorum consuetudine bonus Deus, & ab eo tempore eum nobis electis Christianis constituit maximum defensorem & seruatorem, aliarum gentium curam suscipientibus apertè alijs minoribus Angelis. Nam quo est gens quidẽ sancta Christiano- *S. Michael Christianorũ custos.* rum reliquis omnibus præstantior, eo necesse est esse maiorem dignitatem Archangeli Michaelis, qui curam gerit generis Christianorum. Non enim essentiæ Angelorum habet differentiam, sed dignitatis excellentia. Vult enim omnes homines esse saluos, qui uniuersorum curam gerit, & est natura benignus.

De Abraham merac. 3. Sed cùm miseri homines sua stultitia in errore perseuerarent & cultu simulacrorum, & nequaquàm vellent id quod oportebat intelligere, & effectorẽ agnoscere ex magnitudine & pulchritudine rerum ab eo creatarum, pius ille Abraham, cùm ex rebus creatis mente comprehendisset creatorem, & infinitæ potentiæ admiratus esset artificium, valdeque ægresceret & indignaretur insultos & incredulos, qui rem creatam colebant ultra creatorem, Deus è cælo eum est allocutus, dicens: Egredere è terra tua & ex co- *Gen. 12.* gnatione tua & ex domo patris tui, & ueni in terrã, quam indicabo tibi. Deindè sic ei apparuit in speciè *Gen. 18.* trium Angelorum. Ab eo autem hospitio acceptus apud quercũ Mambre, præclarę eius hospitalitatis mercedem prębuit ei iam seni, & cùm sterilis esset *Gen. 21.* uxor Sara, pium filium Isaac & in moribus & uirtute ei similem. Postquam autem præter spem natus esset filius, omnibus probatiorem reddens eius animi magnitudinem, fideique & animi pietatem, ei *Gen. 22.* rursùs dixit: Abraham Abraham, accipe filium tuum dilectum, quẽ genuisti Isaac, & eum mihi offer in sacrificio. Ille autem simul atquè fuerat ei imperatum, rem exequebatur: & cùm ligasset Isaac, & extendisset manum quæ tenebat gladium, iam guttur illius tacturum, eum repressit Angelus Domini, Michael scilicet, dicens: Nè immittas manum tuam in filium. Nunc enim nòui, quòd tu timeas Dominum: sed adspice tuis oculis, & vide ad te missum arietẽ ligatũ, & eum offer pro Isaac filio tuo. Hunc autem Ange-

lum, qui hæc dixit Patriarchæ, militiæ principem Michaelẽ apertè esse credimus. Etenim Iacob quoquè, quem frater persequebatur Esau, militiæ princeps liberauit & seruauit. Qui etiam ei animum addens, nè timeret eum qui persequebatur, cum eo luctatur in nocte, & tangit eius femur, propemodùm dicens: Si cum Angelis valuisti luctari, quid times hominem, in quem cadit interitus? *Gen. 32.*

Cùm autem multiplicati essent, qui ex pii Abrahæ genere descenderãt, vt pollicitus ei fuerat Angelus, in Aegypto uerò malè haberentur, eorum misertus est Deus qui est natura benignus, & elegit Mosen famulum suum, & per ipsum Archangelum Michaelẽ, eum constituit ducem totius generis Abrahæ, vt educeret eos è terra Aegypti, & per mare rubrum tanquàm per siccam terram eos transmitteret, properante populo ad terram eis promissam, quæ fluebat lacte & melle, Michaele Archangelo parante viam eius ante ipsum. *De Moyse mirac. 4.* *Exod. 14.*

Cùm autem peruenisset in regionem Moabitarum, ut transiret per eorũ fines, ei restitit Balac Rex Moab, prohibens eum transire. Accersijt quoquè ipse Rex Balac vatem quendam fenem insignem, nomine Balaam, ad execrandum populum Mosis, ut vinceretur. Proficiscenti autem Balaç in uia occurrit Angelus Domini, Michael scilicet defensor Israelitarũ. Quem cùm uidisset asina Balaæ, declinauit, & allisit pedem Balaæ ad parietem, & eũ arguit asina humana uoce, ostendens terribilem Archangeli visionem. Balaam autem cùm adspexisset splendorem, qui ex eo emicabat, valdè territus, dixit: Parce mihi, parce mihi Domine. Nam ignorans peccaui. Sed hanc licèt visionem adspexisset Balaam, non statim est reuersus: sed uenit ad Regem Balac, qui eum accersiuerat, vt desiderio eius satisfaceret. Sed ambo à scopo exciderũt. Nam cùm in altissimo loco stetisset Balaam, & conspexisset castra Israel tanquàm cedros propter aquas, propheticam benedictionem loco execrationis vel inuitus vates effatus est populo Israelitico, dicens: Orietur stella ex Iacob, & surget homo ex Israel: & confringet duces Moab, & quæ sequuntur. Propter malum autem omninò & execrandum suum consilium, quod merebat, Balaam accepit exitium. *De Balaã mirac. 5.* *Nu. 22.* *Asina loquitur.* *Nu. 24.* *Nu. 31.*

Quòd autem esset Michael princeps Domini militiæ, qui occurrit Balaæ, & ei denunciauit, ut qui esset dux populi Iudæorum, eumque præcederet & deduceret, apertè ostendit scriptura in corpore Mosis, ut diuinissimus Iudas Apostolus frater Domini, dixit in sua catholica Epistola: Michael autem Archangelus, quandò contendens cum diabolo, disserebat de corpore Mosis, nõ ausus est efferre iudicium blasphemiæ, sed dixit ei Angelus: Increpet te Dominus. Quid autem cum diabolo differeret militiæ princeps Michael, sciemus. Conabatur hostis & inimicus & profanus diabolus cum summa impudentia, & contendebat in decessu Mosis, qui Deum maximè est contemplatus, efficere, ut eius corpus redigeretur sub potestatem interitus, vt nullus videret bonum signum in futurum ad humanam essentiam. Et ideò dicebat tenebricosus satan lumini nobilissimo Dei militiæ principi Michaeli, Mosem fecisse cędem Aegyptij, & alias in eum confingebat calumnias & criminationes. Superbo ergò & iactabundo maligni animo resistens Michael Archangelus & contradicens, & nunc hoc, nunc illud respondens ad ea confutanda, quæ ab illo dicebantur improbè: postremò videns eius insignẽ impudentiam, eum increpauit, dicens: Increpet te Dominus: hoc est: Te, o diabole, perdat Deus. Statim quę euanuit sceleratus aduersarius. Talis est enim potentia diuini & Deum contemplantis Michaelis, & *Iudas Thadeus frater Domini.* *S. Michaelis cũ diabolo al tercatio.*

hæc est, quæ fuit disputatio & contentio in decessu magni Mosis, quãdò eius corpus abscondit Michael princeps militiæ, nè si id inuenissent Iudæi, tanquàm Deum adorarent, qui nè bellois quidẽ pepercerunt. Hæc Michael, q̃ Angelicarũ potestatũ p̃stãtissimus. *Corpus Mo-sis conditum.*

Sed is quoque etiam post decessum diuini Mosis, cùm Iesus Naue diuinitùs in populum Israeliticum obtinuisset imperium, & eum duceret in terram promissionis, & struxisset aciem contra aduersarios, & de committendo prælio differeret, visus ei tanquàm fortissimus miles militiæ princeps Michael, stãs omnino erectus, læto uultu & veste insignis, eratque stri ctus gladius in manu eius. Accedens uerò Iesus, qui erat armatus, ei acerbè dixit, vt est verisimile: Noster oe es, an aduersariorum? Præclatus enim tuus & varius adspectus tocitat me, vt te interrogem. Dicergò mihi ocyùs, priusquàm te cæsim aggrediar. Non enim conuenit, ut acie relicta in discrimine, ego te pergam alloqui. Arbitror enim te uenire nos speculatum. Sin autem uenisti transfuga, abiecto hoc tuo micante gladio, sis citò nobiscum, & liberare ab exitio, quod impiæ vrbi Hiericho imminet. Sin autem es noster, cur solus stas extra aciem, quę uersatur in certamine? Dic mihi autem ocyssimè. ego enim ex lingua Hebraica te agnoscam. Hæc cùm interrogaret Iesua Naue, respondit ei Michael magnus ductor Dei ordinum: Ego præcipuus Dux copiarum Domini nunc accessi. Protinùs autem, abiectis armis suis, Iesus Naue humi cecidit ĩ terram, & eum adorauit, dicens: Domine, domine, quid imperas tuo famulo? Nam ego quoquè sum tuus famulus, sicut etiam dominus meus Moses. Tu mecum quoquè duc exercitũ, me perpetuò, sicut illum, coroborans. Eccè enim aduersùs hostes fortiter direxi aciem, fretus inuictis tuis viribus, per quas sæuus & immanis Pharao cum toto exercitu, colligatis simul curruum axibus, vt mari funditùs obrueretur, effecisti: & qui dominũ meũ Mosen in uia obsistendo impedierunt, impios Moabitas ad internecionẽ deleuisti. Quid imperas famulo tuo Domine? Sanctissimus autem princeps Dei militiæ dicit ei: Solue calceos ex pedibus tuis. Locus enim in quo stas, est sanctus. Quod cùm statim factũ esset, iussit vt audacter inuaderet vrbem illam, septẽ muris circumdatam & inexpugnabilẽ: & simul atquè inuasisset cum septem sacerdotibus tuba canentibus, eã ad solum vsq; diruit admirabiliter, & eam totam cum omnibus ædibus & diuitijs exussit, ut qui eã Domino, tanquàm consecratam donarium & prędæ primitias, obtulerit. Deindè sic posteà uiginti & nouem Reges, præter Hiericho, cũ eorum exercitibus & urbibus Iesus Naue filius comsumpsit, non habens cũ taiem, non ullam belli sedem, non milites, qui vllam haberent belli peritiam: sed diuino nutu, & auxilio maximi Ducis omnium cælestium potestatum. *De Iesu Naue mirac. 6.* *S. Michael apparet Iesu Naue.* *Iosu. 5.* *S. Michael magnus ductor & dux Dei.* *Exod. 14.* *Num. 31.* *Iosu. 12.*

Erat enim hic militiæ princeps, qui etiam in Goliath ponè est iaculatus, & eum pronum prostrauit, quandò diuina funda fuit percussus Dei parentis Dauid. Nisi enim Angelus Domini eum ponè percussisset, supinus cecidisset in fronto accepto vulnere. *De Goliath. 7. mirac.* *1. Reg. 17.*

Eundem autem maximum militiæ principem videt etiam Dei summus contemplator propheta Daniel, arguens sceleratos, qui aduersùs castam Susannam insanierant, & dicit alteri eorum: Expectat Angelus Dei iam tenens gladium, vt te secet medium. Quinetiam postquàm uenit in mentem Dei parenti & Regi Dauid, facti ab eo peccati, & egregiam illam compunctionem & pœnitentiam citò ostendit, cum qua flens ex profundo cordis clamauit, Peccaui Domine: postquàm vidit prophetã Nathan Angelum, qui erat paratus, recessisse, *De Dauide mirac. 8* *Dan. 13.* *2. Reg. 12.*

dixit

dixit diuino Dauidi: Dominus quoquè abstulit peccatum tuum: non morieris: magnam & ineffabilem benigni Dei bonitatem ei annuncians, & eum consolans.

De Sennacherib mirac. 9.

Iam uerò cùm execrandus Sennacherib Rex Assyriorum, plurimas gentes redegisset in seruitutem, & multas Iudææ munitas cepisset ciuitates, uenit & circundedit Hierusalem cum maximis copiis, & statuit Rapsacen sæuissimum suum ducem ad piscinam uiç superioris, & clamauit Hebraicè ad Ezechiam & Iudæos, qui erant in ciuitate, blasphema uerba dicens

4. Reg. 18

& satanica: Hæc autem dicit uobis Rex magnus Assyriorum: Quæ est hæc fiducia, qua confiditis, quod dicitis: In Dominum Deum confidimus? Egredimini ad dominum meum potentem Regem Sennacherib, & uiuetis, & non moriemini: & comedet uir ficum suam, & bibet uitem suam: & accipiā ex nobis in terram meam, & glorificabo ualdè & magnificabo: & nè audiatis Ezechiam, quoniam uos decipit, dicens: Dominus nos liberabit. Num liberantes liberarunt dii gentium unusquisque suam regionem à manu Regis Assyriorum? Hæc cùm audiisset Ezechias, induit

4. Reg. 19

saccum, & ingressus est in domum suam, & fleuit uehementer, dicens: Domine Deus Israel, qui sedes super Cherubim, & in orbem circundaris & glorificaris non tacitè à Seraphim, & ab omnibus sanctis Angelis. Tu Deus solus in omnibus regnis terræ. Tu fecisti cælum & terram, & omnia quæ sunt in eis. Inclina Domine aurem tuam, & audi: Aperi Domine oculos tuos, & uide, & attende sermones Sennacherib, quos misit, exprobrans Deum uiuentem. Quoniam in ueritate Domine desertas reddiderunt gentes Reges Assyriorum Et nūc Domine Deus noster, serua nos à manu eius, & cognoscēt omnia regna terræ, quòd tu es Dominus Deus solus. Et egressus est Angelus Domini nocte illa, & interfecit ex castris Assyriorum centum octogintaquinque millia. Et cùm manè surrexissent, inuenerunt corpora mortua. Et dum reuerteretur & fugeret Dei hostis Assyrius Sennacherib, eum interemerunt duo filii eius grauiter in gladio, cùm permansisset nulla ductus pœnitētia. Cuius autem fuit hoc stupendum, præclarumque & admirabile facinus & potentia? non omnium Regis Domini Sabaoth pricipis copiarum Michael, qui nō uisua duxit exercitum, & aduersarios temporis momento sine gladio apertè concidit, in auxilium & custodiam suorum, qui spem suam collocarunt in Deū uiuum ultionum, & qui solus potest seruare?

Eccè quā ti ponderis sit apud Deū oratio iusti Regis.

Insensati Iudæi ascribunt sibi diuinitus allatā uictoriā.

Sed ingrati Iudæi, & stulti, & increduli, & ignari, qui plurimorum diuinorum beneficiorum fuerunt immemores, post manu Angeli hostium illorum infestißimorum factam cladem, & turpem illorum fugam, ne sic quidem potuerunt intelligere & agnoscere, sed dicebant: Manus nostra excelsa fecit hæc omnia prodigia. Propterea tradidit eos Deus omninò in manus Nabuchodonosor Regis Chaldæorum,

4. Reg. 25

qui etiam diruit omnes muros Hierusalem, & incendit ciuitatem totam, & domum Domini, & bello capta accepit uasa sacra, & multitudinem diuitiarum eorum, & duxit omnia Babylonem. Et fuerunt Iudæi seruientes in captiuitate cum magno metu Chaldæis, colentes omnes eorum simulacra, præter sanctos tres pueros & prophetam Danielem.

De sāctis trib. pueris mirac. 10.

Hi enim soli uiri pii, etiamsi planè infantes abducti essent in captiuitatem, Dei timorem semper habentes, non cum sui generis pontificibus, scribis & pharisæis eò deducti sunt, ut colerent deos, qui non sunt, neque regium illum iussum timuerunt: sed in

Dan. 3.

Deum uiuum, qui dat salutem, confidentes, cùm ducti essent ad tyrannum, audacter dixerunt: Notum tibi sit, Rex, quòd deos tuos non colimus, & Imaginem auream quam posuisti non adoramus. Tūc Nabuchodonosor Rex in ira & furore iniecit Ananiā, Azariam & Misael in fornacem ignis ardentem: Dei autem Angelus, Michael scilicet, simul cum eis descendit in fornacem: & nec omninò quidem eos tetigit ignis: sed excussit Angelus flammam fornacis, & transiit ignis circuncirca, & combussit uiros omnes, qui ipsos iniecerant, hoc est, administros Regis. Tunc tres tanquàm uno ore lætantes, laudabant & benedicebant & solum Deum glorificabant. Rex autem audiuit ipsos Deum laudantes in medio fornacis: & citò surgens, dixit magnatibus suis: Non tres uiros uinctos iniecimus in medium ignis, & adspectus quarti est similis filio Dei? Tunc cùm Rex eos accersisset, egreßi sunt illæsi. Cùm autem diuini pueri egreßi essent absque ulla læsione, coram eis adorauit Rex, & dixit: Benedictus Dominus Deus Sidrach, Misach, & Abdenago, qui misit Angelū suū, & eripuit pueros suos ex igne fornacis ardentis. Tūc Rex constituit eos principes, & maximo eos honore affecit cum propheta Daniele. Pulchrè uerò diuinus cantor Dauid psallit: Castrametabitur Angelus Domini in circuitu timētium eum, & liberabit eos.

Nabuchodonosor adorat Deum, uiso miraculo.

Psal. 33.

De Daniele propheta miracu. 11.

Simile autem rursùs miraculum ostendit Deus admirabilium, per gloriosum Archangelum suum Michaelem, in famulo quoquè suo Daniele, Iniecto in lacum leonum. Nam postquàm regnarunt Reges alii à Nabuchodonosor, diligebatur ab omnibus sapientißimus Daniel, ut qui ex Deo somnia coniiceret.

Dan. 14.

Dan. 6.

Babylonii autem inuidia moti, insurrexerunt eo tēpore aduersùs Cyrum, qui tunc apud eos regnabat, sicut priùs aduersùs Darium, & dicunt ei: Rex, da nobis, ut morte afficiamus Hebræum Danielē: quoniam Bel deum nostrum contriuit, & uenerandum draconem interfecit, & sacerdotes & incantatores nostros occidit. Sin minùs, te interimemus & domum tuam, ut Iudaizantem. Cum uerò uidisset Rex, quòd eum ualdè urgerent, coactus tradidit eis Danielem. Illi autem iniecerunt eum in lacum leonū, & fuit illic sex dies. Erant autem in lacu septem leones. Occlusit uerò Archangelus Michael ora leonū, & non molestia affecerunt Danielem, neque attigerunt omninò corpus eius. Cùm uerò uenisset Rex septimo die, ut lugeret Danielem in lacu, inuenit salua quæ fixerat signacula. Et lacu aperto, uidet Danielem stantem rectum, & manus habentem extensas, & Deum laudantē, & dicentē: Benedictus es Deus, qui misisti Angelum tuum, & obstruxit ora leonum, & mihi non nocuerunt. Tunc Rex citò cum gaudio Deum glorificans, sustulit Danielem è lacu illæsum, & adorauit eum. Viros autem, qui Danielem accusauerant, iniecit in lacum leonum. Non priùs autem fuerunt in solo lacus, quàm eos inuadentes leones deuorarunt, & omnia ossa eorum tanquàm in puluerem comminuerunt. Hic ergò uir desideriorum Daniel, sanctißimum Archangeli nomen nobis ostēdit, quòd uocaretur Michael, id est, Dux Dei exercitus, ut qui hoc mysterium acceperit ab alio Angelo.

Daniel S. Michaelis obsequio à leonibus non læditur.

Dan. 15.

De Habacuc propheta mirac. 12.

Dan. 14.

Porrò uerò Habacuch quoquè propheta erat in Iudæa. Ipse autem coxerat pulmentum, & panes intinxerat ad nutrimentum, & ibat ut id ferret suis messoribus. Angelus autem Domini appręhendit uerticem Habacuc, & impetu sui spiritus eum portauit à Iudæa Babylonem cum leui alimento, & intulit ipsum Archangelus in lacum leonum, non solutis illic signaculis. Comeditq; Daniel seruus Domini, & lætatus est. Et rursùs idē Angelus Michael restituit confestim Habacuc in locum suum, nihil ei impedimēti afferens, quo minùs eadē hora ueniret, & eodē cibo

messores

successores suos copiosè aleret. Papê, quanta est diuini Archangeli pernicitas?

De Ezechiele propheta miraculum. 13. *Ezech.* 8

Validissimo quoquè suo impetu, diuino nutu, similiter rursus aliàs assumpsit diuinum quoquè prophetam Ezechielem, ut dicit ipse Ezechiel in sua prophetia: Et adspexi, & ecce similitudo uiri à lumbis suis, & inferiùs ignis: & à lumbis eius & superiùs tanquam uisio electri: & accepit me à uertice in spiritu suo in medio cœli & terræ, & deduxit me Hierusalē.

De Philippo mir. 14. *Act.* 8.

Quinetiam apostolum quoquè Philippum similiter rapuit Angelus Domini mei, & trāstulit in Azotum, & non uidit ampliùs ipsum Eunuchus Reginæ Aethiopum, postquam ab eo accepit baptismum salutarem.

De Marciano certifero 15. *mirac.*

Mentem autem impellit, & mihi animum excitat eximia gratia & uirtus diuini ordinum Ductoris superuatum potestatum, & ducit ad narrandum unum solum eius miraculum. Vincitur enim & caligat omnis uis dicendi, intuens ad altitudinem & multitudinem & excellentiam infinitorum & uariorum omnis generis eius miraculorum, & recusat omninò de

Heb. 11.

eis scribere. Deficiet enim planè tempus nos, ut diuinus ait Apostolus, narrantes. Est enim pelagus metiri, facilius, & stellas numerare, quam maxima, quæ à maximo incorporeo quotidiè in nos fiunt, miracula. Ex magnis ergò & insignibus eius miraculis, anidebo pauca quedā uobis narrare admirabilia opera.

Tempore Michaelis Imperatoris, & Theodoræ eius matris, erat uir quidam, nomine Marcianus, qui à teneris unguiculis fuerat Cerifer uenerandi huius templi. In ipso enim diuino & uenerando & pulcherrimo templo Archāgelico, omnes qui malè agitantur omne genus morborum, & accedunt in fide, & ex intemerata illa eius imagine bibunt unguentū emanās, statim assequuntur, quæ speratur, curationē.

Nota de unguento ex S. Michaelis imagine manante.

In hoc ergò diuino & religioso templo assiduè perseuerabat prædictus Marcianus Archāgeli Cerifer, usque ad senectutem cum magno amore & fide, ne que unquàm omninò opus habuerat medico: sed simul atquè aliquandò incidisset in ullum morbum, protinùs procidebat in dicto templo Doctoris ordinum Michaelis, breuique sanus redibat in domum suam propter totam suam in eum affectionem.

Infirmatur Marcianus.

Cùm eum ergò aliquandò grauis morbus & planè desperatus inuasisset, iacuit in inferiore parte templi Archangeli aliquot dies cum stabili & firma in eum fiducia. Cùm plurimi autem amici & medici ad eum congregarentur, & dicerent alii alia, quæ ad eius pertinebant curationem, ipso uerò ne eos quidem omninò de his audire sustinente, ausus est unus ex medicis facere ea, quę dicuntur fomenta, & iussit iis, qui ipsi ministrabant, ut ei mederentur ante matutinum, uellet an non. Cùm autem fomenta composuisset medicus, domum redijt. Illa autem nocte

Visio Marciani ceriferi.

Marcianus cùm à se ueluti discessisset, & esset in ecstasi, quomodò & uir hic pius narrauit, & subiectū argumentum ostendit ueritatem, omnes templi portas uidit repentè apertas, & ad lauacrum, quod extabat, uirum terribilem cum impetu è cœlo equitem descendisse. Cùm is autem ex equo descendisset in purpureo, quod illic erat, marmore, ingressus est in templum, à plurimis stipatus, tanquam Præpositi ueste indutus, & impletum est uniuersum templū odore ineffabili. Paulopòst uerò cùm accessisset ad lectū Marciani, finxit se ea attrectare, quæ erant in scamno, & rapere quę in eo erant posita ad alimentum & usum: & cùm inuenisset in catino posita, quæ dicta sunt, fomenta, ea accepta tulit ad Marcianum, rogans quid hæc sibi uellent, & quisnam esset, qui ea temere fecisset in domo sua. Cùm is autem respondisset cū tremore, dixit ille terribilis & gloriosus duobus suis satellitibus: Tollite ea, & euntes, quamprimùm perforate caput eius, qui me contempsit, & ipsa in id iniicite. Cumquè intinxisset summum digitum

Nota hāc confirmationem, quam curatur Marcianus.

suū in candela, quæ impendebat eius admirabilium rerū effectrici imagini, signauit caput Marciani sancto oleo in figuram Crucis: & ex ecclesia egressus, equo rursùs conscenso, sublatus in cælum: statimquè clausæ sunt omnes portæ ecclesiæ, ità ut, quomodò, uideri nō potuerit. Marcianus autem magno timore affectus, & animo anxius usque ad matutinū, propter terribilem uisionem, accersit presbyterum ecclesiæ, & narrauit ei omnia. Tunc presbyter cùm quæsiisset, quæ à medico parata fuerant, fomenta, nec inuenisset, Marciani quoquè caput animaduertisset, & uidisset sanctam Crucem in eo per sanctum oleum expressam: obstupefactus, abiit quàmprimùm ad medicum, ut ei narraret omnia, & consuleret, ut ipse quoquè peteret ueniam ab ordinum ductore Michaele de iis, quæ ipse admiserat.

Diuinitus punitur medicus temerarius.

Cùm autem uenisset presbyter in domum medici, inuenit illic multitudinem innumerabilem, & luctum qui non poterat comprimi, cognatorū & amicorum eius sociorum: qui omnes deflebant repentinum, & non priùs animaduersum, lethalē eius morbum: ipsum autem iacentem in medio omnium, totamq; eius faciem ustulatam, clamantemque grauiter, & magna uoce eiulantem: Miseremini mei, qui Deum timetis. Scindite Christiani caput meum, non fero enim dolores. Postquàm uerò audiuit à presbytero uerba terribilia, quæ audierat à pio Marciano, tunc intellexit medicus esse plagam dignam sua audacia, & statim acerbè exclamauit: Ego sum causa grauis huius meæ mortis: sed me tollite & abducite, & iacite in sanctā ædem eius, & si quid iubet eius misericordia, faciet in me indignum suum seruum. Portantes autem eum, tulerunt unà cum lecto. Marcianus autem cùm sensisset tumultum, assedit: & cum causam rescuisset, seipsum confideraiut, & inuentus est omninò sanus. Tunc citò descendens de

Vide insigne miraculum.

lecto suo Deum glorificauit, suumque defensorem & Dominum & magnum medicum & militiæ principem Michaelem: cursimque egressus, processit obuiam, & sustulit medicum è lecto, & portauit eum suis manibus simul cum presbytero, & posuit eū ante sanctam aram, miserabiliter deflentem & confitentem, ut ei esset propitius sanctus Princeps militiæ.

Ecce quàm unguentum sacræ imaginis.

Marcianus autem cùm per se manare fecisset unguētum è sacra illa imagine, unxit caput patientis medici, statimque fugatum est acerbum illud tormentum, & ardentes faciei pustulæ sunt extinctæ, & factus est sanus omninò sicut priùs, glorificans Deum, & sanctissimum eius militiæ Principem Michaelem. Mansit uerò decætero medicus ille perseuerans & munificè offerens in eodem glorioso templo Archangelico, toto tempore uitę suę Dominum laudibus extollens, & eum, qui fuit uelox ad ferendum auxilium & eum defendendum, militiæ Principem Michaelem.

De decē drachmis *Luc.* 15.

Atque nonnulli quidem dicunt esse nouem eorū ordines, conuenienter parabolæ Seruatoris, quæ dicit: Si mulier aliqua habens decem drachmas, unā ex eis perdiderit, non accensa lucerna eam quærit: & quandò eam inuenerit, conuocat amicas, dicens: Gratulamini mihi, quoniam inueni drachmam quā perdideram? Sunt autem nouem ordines incorporeorum, nempe Angeli, Archangeli, Principatus, Potestates, Virtutes, Dominationes, Throni, Cherubim, Seraphim: & decimus ordo est hominum. Nōnulli uerò dicunt nonaginta nouem esse eorum partes: centesimam autem esse hominum, conuenienter

Nouē Angelorum ordines.

ter

ter parabolæ centum ouium, de quibus dicit Chri-
Ibidem. stus: Si fuerint alicui homini centum oues, & aber-
rauerit una ex ipsis, non relictis nonagintanouem
in montes profectus, quærit eam quæ errat?& si cō-
tigerit eam inuenire, de ea magis lætatur, quàm de
nonagintanouem, quæ non aberrauerunt? Reuerà
enim nos sumus, fratres, q maleè aufugimus,& aber
ramus super montes & colles nefariæ actionis & in-
credulitatis: quos non despexit pastor bonus & be-
nignus, sed quæsiuit,& supra suum humerum porta-
uit, & retulit in numerū gregis boni & non errātis.

DE S. ARCHANGELO GABRIELE.

Laudemus ergò omnes Dominum, fratres,& no-
men eius simul extollamus, qui facit magna & quæ
inuestigari nequeunt, gloriosaq; & admirabilia quo
rum non est numerus, per sanctissimum Michaelem
quotidiè, & olim & nunc,& hic & alibì, & multis &
singulis. Nam etsi per alios sanctos Angelos innume
rabiles, fecit Deus admirabilium innumerabilia mi
racula per uniuersum orbem terræ, trium tamen so-
lùm ostendit diuina scriptura preciosa & ueneran-
for. colēdi* da nomina, Michaelis,& Gabrielis,& apertè * colen
Appari- dis Raphaelis. Et quòd sanctissimus quidē Michael
tiones S. fecerit hæc omnia, quæ sunt simul posita terribilia
Gabrielis miracula, hinc patet ex diuinis scripturis. Diuinissi
I. mus autem Gabriel missus fuit ab omnipotente Deo
Luc. 1. & patre, tempore diuini & benigni in terram descē-
sùs, ueluti quidam pronubus Dei Verbi, ad sanctam
Virginem,& dixit: Aue gratia plena, Dominus tecū.
& hac uoce depulit antiquissimam & diuturnissi-
mam molestiam primæ parentis Euæ,& impleuit læ-
II. titia uniuersum orbem terræ. Priùs uerò sterili
quoquè clarissimæ Annæ, quæ in horto suo obsecra-
III. bat Dominum, prædixit fore, ut ex ea nasceretur
Luc. 1. Dei parens. Quinetiam Prophetæ Zachariæ in tem
plo suffienti ipse dixit fore, ut in senectute gigne-
ret Præcursorem: quo tempore eum etiam fecit ob
mutescere in pęnam incredulitatis. Eundem ergò
IIII. diuinissimum Gabrielem uidit rursùs idem Zacha-
rias in sanctis sanctorum, cibum è cęlis afferen-
V. tem ad Dei matrem. Eundem autem Gabrielem ui
derunt etiam pastores in ortu Christi, annunciantē
Luc. 2. eis magnum gaudium & uniuerso mundo. Alii quo
VI. què similiter plurimi boni, insignes & diuini patres
sunt ab eo in diuinis initiati misteriis. Nam per hos
duos, Michaelem, inquam, & Gabrielem, descendit
omnis datio bona & omne bonum perfectum, quod
S. Micha desupèr mittitur in terram à Deo omnipotēte. Hæc
el & Ga- enim sunt duæ maximæ & paris momenti lucernæ
briel Di- diuinitatis, quę est principium luminis, & est unica
uinitatis, & trina: & quę non òccidunt luminaria totius or-
duæ lucer bis terrę, qui est sub cęlo, mystęque arcanorum, &
næ. ad futurorum introducentes mysteria.

DE ARCHANGELO RAPHAELE.

Tob. 11. Inducitur autem pręclarus Raphael, quandò To-
Tob. 1. bię excęcatos oculos artifisiosè illuminauit. Hic
enim Tobias fuerat abductus captiuus in prima He-
bręorum captiuitate Niniue. Cùm autem esset pius
& iustus, conuenienter legi, eorum qui erant sui ge-
neris, morientium in captiuitate, corpora clàm se-
peliebat, quę contemptui habebantur,& non sepelie
Tobiæ in se bantur. Quodam autem die cùm reuersus esset ex
peliendis hoc pio opere, deposuissetque ligonem & bipaliū,
mortuis i- dormiit extra domum suam, propterea quòd ipse es
ndustria. set pollutus, conuenienter legi, quę dixit: Quicun-
Leuit. 11. que tetigerit mortuum, immundus erit usque ad ma
tutinum. Illa autem nocte calidum excrementum in
eius oculos demisit passer, & statim fuit excęcatus.
Tob. 2. Nequaquàm uerò blasphemiis incessens, perpetuò
agebat gratias Deo, qui id permiserat. Post hęc au-
tem cùm accersiuisset Tobias filium suum, dixit ei: *Tob. 4.*
Ecce ego, vt vides, fili,& cæcus & senex factus sum ꝑ
pter multitudinem meorum peccatorum. Agè ergò,
mittam te ad Gabelum cognatum meum. Deposui
enim apud eum ante captiuitatem aliquot auri talē
ta: & affer ea ad sustentandas meas calamitatès. Sed
uiam, o fili, nescis: quoniam est magna. Inueniamus
autem hominem, qui sciat uiam, timentem Deum,
& cùm eo conueniamus de iusta mercede. Qui ti-
bi sit uiæ comes post Deum, & te rursùs reducat ad *Tob. 5.*
meos obscuratos oculos illæsum,& lætum. Cùm au *Raphael*
tem talis homo ab eis quæreretur, accessit ad eos di *apparet*
uinus Archangelus Raphael humana specie, præ se *Tobiæ spe*
ferens se uelle conduci mercedula,& dicit eis: Paci- *cie huma*
scimini mecum, ut par est,& ego ipsum conseruabo *na.*
post Deum. Rectè enim scio & locum,& cognatum
tuum Gabelum, & eius uxorem,& filiam eius.

Cùm ii ergò sic conuenissent, & accepisset puerū
Angelus, qui uidebatur mercede cōductus, cum plu-
rimis uotis ex senis manibus, ambulauerunt sine la-
bore multos dies. Eos uerò consecutus est canis quo
que è domo. Cùm ipsi autem uenissent ad Tigrim *Tob. 6.*
fluuium, sedit puer Tobias ad lauandos pedes:& ad-
spexit piscem exilientem, ut eum deuoraret:& excla
mauit puer. Dicit ergò ei uiæ comes Angelus: Nè ti
meas, sed eum teneas audacter. Id autem cùm factū
esset, rursùs dixit ei: Disseca eum, & cor quidem &
iecur diligenter serua in uase, fel uerò in altero ua-
se. Habet enim senex quidam, ad quē proficiscimur,
formosam filiam habentem spiritum immundum,
qui uocatur Asmodæus. Qui propter eius amorem *Tob. 3. & 6.*
suffocauit septem uiros, qui eam desponderant. Lo-
quar autem ego cum sene de contactu, & persuade
bo ei, ut accipias filiam eius in uxorem. Suffumiga
autem eam ex iecore & corde,& fugiet ab ea Asmo
dæus, homines occidens dæmonium, in supremas
partes Aegypti per me ligatum uinculis insolubili-
bus, & non repentè morieris. Et reuertetur ipsa quo
que nobiscum cum multis facultatibus in domum
tuam. Quod etiam factum est, ut summatim dicā. *Tob. 11.*
Tunc puer seruauit cor & iecur & fel: piscem au-
tem comederunt.

Cùm autem uenissent, & alacriter accepti essent *Tob. 7.*
à sene Raguele, & uerba mouissent de contractu, no
lebat senex, timens maximè propterea, quòd esset ei
propinquus genere,& ostendebat eis sepulcra septē
virorum. Tandèm autem persuasus cùm celebrasset *Tob. 8.*
nuptias, & eum adspexisset uiuum, quomodò ei sug *Raguel*
gesserat eius uiæ comes, Deo magnas egit gratias,& *dat To-*
eam dedit senex uxorem Tobiæ, & dimidium suo- *biæ Sarā*
rum bonorum,& misit eos cum magno gaudio. Ip- *filiam suā*
sis uerò reuersis, & simul cum ea ancillis & famulis *uxorem.*
& infinita pecunia, accepto etiam à Gabelo deposi- *Tob. 11.*
to, cùm uenissent prope domum Tobiæ, canis loco
agnito procurrens, ingressus est domum,& comple
xus pedes Tobię, ei blandiebatur. Ille autem cùm ex
eo cognouisset aduentum filii, surrexit properè, &
iuit ei obuiàm, & hic & illic offendebatur ad parie-
tem non uidens. Viæ uerò comes dicit Tobiæ: Acci-
pe fel piscis, & cùm in foribus occurreris patri tuo,
priusquàm ipse te amplectatur, unge oculos eius,&
statim adspiciet. Quod cùm factum esset, & proti-
nùs uisum recepisset, steterunt obstupefacti, Deū lau
dantes propter omnia bona, quæ eis fecerat. Volen- *Tob. 12.*
tibus autem ipsis magnas referre gratias uiæ comi- *S. Rapha*
ti, qui existimabatur mercenarius, & prompto ala- *elis medi-*
cri animo ei dare dimidium pecuniæ quam attule- *cina repa*
runt, se eis aperuit Archangelus Domini, & dixit: *rati sunt*
Ego sum Raphael, unus ex septem Archangelis, qui *Tobiæ ocu*
Deo offeruut preces iustorum: & neque comedi, *li.*
neque

ueqne bibi, etiamsì uos hoc putaretis. Domino uerò perpetuò agite gratias, & semper ei confitemini, quòd magnificauit misericordiam suam super uos. Quæ cùm disisset, statìm fuit sublatus ab eorum oculis. Hocergò solùm dixit scriptura fecisse Raphaelem, quod fuit optimum & masimum miraculum. Dicit autem se nnum ex septem Archangelis, quuniam * omnes ordines superecælestium, & quæ intelligentia appræhenduntur, elassium & cœtuum Ducces & principes, sicut dictum est superiùs.

** legendū uidetur, omnium ordinum.*

Celebremus autem nos hic quoquè syncerè, ut debemus, o sacrosancte & à Deo collecte cętus, lætum & illustrem & admirabilem diem festum ordinum ductoris Michaelis, qui animas & corpora beneficio afficit: & ei offeramus dona accepta & digna, & pios ei hymnos perpetuò non cessemus psallere, ut ipse quoquè moueat uehementiores intercessiones ad communem Dominum & creatorem, u nobis det ueniam, qui multiplicium peccatorum humana imbecillitate circundati sumus & miseria. Ad eum ergò clamemus & dicamus: Benigne minister benigni Domini, qui in mysteriis initias Michael princeps militiæ, aßiduis tuis apud Regem gloriæ intercessionibus, omnes tuos laudatores & fideles tuos famulos, cùm per pœnitentiam, ut meliores euadant, deduxeris, & ut sanctos decet uiuant, erudieris, illic colloca in statione iustorum. Te enim omnis cœtus Christianorum, post Deum & intemeratam eius matrem, patronum habemus maximum & salutis defensorem. Te nostri auxilii arma ualidißima & mœnia aduersùs omnes hostes, tam qui in intelligentiam cadunt, quàm qui sub sensum, opponimus. Te nostræ defensionis diuinam & euidentißimam circumferimus gloriationem. Per te fideles Reges assequuntur trophæa uictoriæ. Per te duces exercitus Christiani populi, uincunt & dedecore afficiunt phalanges gentium infidelium. Per te omnis gratia illuminans, & prædictio, & sapientia, & uirtus data est fidelibus hominibus. Decæterò, ut qui habeas etiam quòd potes, da etiam uicißim euentum petitionum. Protege semper & conserua uitam nostram pennis tuis Archangelicis, & nos libera ab omni nocumento. Cura affectiones eorum, qui ægrotant. Fac ut in auram euanescant & dissoluantur spiritus eorum, qui probris insultant & iniuriis. Adhuc magis deprime & deiice elatum & gloriosum supercilium & magniloquentiam peruersi, & Dei hostis, & hominibus infesti satanæ, & fac ut cessent & ociosę reddantur improbę eius machinationes. Depelle dęmonum insidias, quę aduersùs nos structę sunt. Euelle, quę ab inimico sata sunt zizania in agro Ecclesię. Purga ueri patrisfamilias & Domini sementem. Oppugna & ignominia affice & dissolue cœtus eorum, qui malè sentiunt, & sunt impii. Nos perpetuò confirma & corrobora intercessionum tuarum defensionibus ad hoc, ut citra impedimentum faciamus Dominicam & diuinam uoluntatem: ut per tuam prouidentiam & defensionem digni habiti, qui uitam agamus in ueritate & iustitia, assequamur ęterna Christi bona in regno cęlorum: gratia & misericordia Domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

S. Michael ut sit à nobis inuocād⁹.

Matt. 13.

BEATI PETRI DAMIANI Sermo in festo beatissimi Michaelis Archangeli.



IRCA rerum cardinem uersamur, & magnificentiam operū Domini stylo prosequimur impolito: nec est præsumptio, sed deuotio, quia nō temerarij scrutatores, sed pii pulsatores accedimus. Honorauerunt siquidē stylum maiestatis Virginis, & dignitas Crucis, & utrunque præsumpsimus utroque saluati. Nunc ad Angelos sermonem conuertimus, & illius potioris naturæ contemplamur originem, & hoc quidem conuenienter. In primis nanque locis illa duo prima posuimus, quæ sibi primatum uēdicant in rerum creaturis. Tertium locum sortiūtur Angeli, sicut in cęlo, ita in scripto, sensitque anima, quod continet pagina, & authoritas ratione munitur. Beata illa regio supernarum uirtutum, in qua felices spiritus circumuolant Dominum Sabaoth, & sublimi pennarum applausu in plateis supernæ Hierusalem, Sanctus, Sanctus, Sanctus, clara uoce decantant. Vidi (inquit Propheta) Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatū, & plena erat omnis terra maiestate eius, & ea, quæ sub ipso erant, replebant templum. Seraphim stabant super illud, sex alæ uni, & sex alæ alteri. Singula ista uerba suo pondere librata sunt, & diligentißimam quærūt expositionem, cuius nos immunes insipientia & ineloquentia fecit. Aliquid nihilominùs exculpere tentabimus, si non ità solenniter, ueraciter tamen.

29. Septēbr.

Esa. 6. Visio Esa. prophetæ.

Visio hæc corporalis non est, uel fantasticis inuoluta præstigiis, sed spiritalis & pura, purioris intelligentiæ desiderans sanctitatem. Hanc non uident nisi ardentes, & qui mundi caliginem supergreßi, splendorem diuinitatis lucidißima mente suscipiūt. Et, ut breuiter eam diffiniamus, Spiritus Dei nostro spiritui dulciter applicatus hanc efficit uisionem, cùm nos de præscientia cumulata futurorum. Hoc igitur modo ille totius prophetalis eloquentiæ gloria uidit Dominum, & sedentem. Filius Dei triginta & tribus annis seruus fuit, non dominus, minister non magister, uilis non gloriosus, & licèt dixerit Discipulis: Vos uocatis me magister, & Domine & benè dicitis. Sum etenim: &, Ego sum lux mundi: pauci tamen uerborum altitudinem notauerunt, Pharisæis inuidentibus, Iudæis non credentibus, & illum arguentibus præsumptionis. Sed postquàm resurrexit à mortuis, & in triumphali sede receptus est, imperatoria decreta propalata sunt orbi, fixitque Crucifixus in totam mundi latitudinem suæ dominationis insigne. Iam maiestatiuis nominibus circunfunditur ille pauper, & unicus, & seruilium nominum uilitate dimota, Rex regum, & Dominus dominantium multa luce præfulgurat. Vidit ergò eum filius Amos, non humilem, sed sublimem, non iudicatū, sed iudicem, non opprobrium hominum, sed gloriam Angelorum.

Expositio eius.

Dei Fil⁹ 33. annis seruus. Iohan. 13.

Iban. 8.

Nūc uerò Dominus et Rex regū dicit.

Sedentem, inquit. Triplicem legimus Creatoris sessionem: unam post mundi creationem, quandò requieuit ab omni opere, quod patrarat: aliā post Ascensionem, quandò assumptus est in cęlum, & sedet à dextris Dei: tertiam post resurrectionem, cùm sederit in sede maiestatis suæ, & nos cum eo sedebimus. Solet quietem labor præcedere, statio sessionem. Sed quandò laborauit illa Maiestas, quæ nec afficitur paßione, nec labore distringitur? Audi quomodò plurimus ei labor incubuit, cùm illum peßimum

Triplex ei⁹ sessio. Gen. 2. Mar. ult. Mat. 19.

mum præsumptorem de cælis ad inferna detrusit, & hominem peccato penè simili comprehensum, de paradiso uoluptatis in ærumnosum immisit exiliū. Quantum putas tumultum in cęlestibus efferbuisse palatiis, cùm mortifer ille uastator irreparabile dissidium in illa cęlesti curia fabricauit, conuentū proscidit Angelicum, & agmina stellantia secum traxit in mortem? Desæuit tunc Omnipotentis indignatio, totaque diuinitatis dextera percussus est inimicus, & in perditionis deuolutus est abyssum. Huic tam graui damno, tam grauiter uindicato, successit & aliud. *Homore sarcienda Angelica ruina subrogatus.* Peccauit namque ille, qui huic resarciendæ ruinę fuerat subrogatus, propter quem omnia subcęlestia fuerant constituta. Peccante autem illo, multum splendoris sidereis detractum est luminaribus, totamque elementorum materiam infectio deploranda confudit. *Esa. 5.* Nondùm auersus erat furor Domini, sed adhuc manus eius extenta, & dexteram eius singulari uulnere fatigatam prouocauit in se fragilis & lutuosa substantia, sensitque reliquias fulminei furoris miser homunculus, & personale delictū proscripsit uniuersos. Deturbatus igitur tumultib. frequentibus rationabilium creaturarum, Dominus maiestatis, & soper suis hostibus uindicatus, candentes Angelos cum desperatione damnauit, & hominē castigauit in spe, prçuidens quāta bona de illius peccato esset facturus. Et ob hoc forsitan angelicum peccatum in scripturis non inuenitur expressum, nè scripturę mandaretur, quod emendari non poterat. Requieuit ergò Deus, rationabili fine tantis malis imposito. Sed rursus tactus dolore cordis intrinsecùs, & peccantium hominum enormitate grauatus, deleuit quem creauerat hominem, & diluuium *Gen. 7.* inhabitare fecit: nec hoc contentus, super Sodomā *Gen. 19.* & Gomorrham ignem pluit & sulphur, Aegyptios *Exo. 14.* submersit in fluctibus, Israelitarum cadauera prostrauit in eremo, ubique turbulentioris Domini ex præsentans imaginem. Ad extremum uenit ipse uobe *Luc. 2.* nostrę carnis obtectus, & dolorum particeps & laborum, didicit obediētiam ex his, quę passus est.

Consummata autem carnis susceptione, eleuatus *Mar. 16.* est in cęlum, & sedet à dextris Dei: nec tamen sedet ad plenum, quia assistit adhuc ultor Dei pro no*Mat. 25.* bis. Erit autem ei tertia sessio gloriosa, cùm bonos & malos diuerso fine, diuersisque clausuris incluserit. Sedebit in sede maiestatis suę, cùm nos traxerit ad se, & erit Deus omnia in omnibus. Prima sessio est gratię, qua gratis omnia fecit. Secunda misericordię, qua nos misericorditer redemit. Tertia glorię, *Cur Deus sedeat.* cùm nos glorificabit. Attende autem sedentis gloriam, & excellentiam sessionis, ubi nulla creatura consedere præsumit. Seraphim, inquit, stabant, non sedebant. Vidi dominum & uniuersam militiam cęli assistentem ei, (ait Propheta) assisten*Dan. 7.* tem dicit, non sedentem. Millia millium ministrabant ei, & deciès milliès centena millia assistebant ei, Daniele testante. Omnes Angeli stabant in circui*Apoc. 7.* tu throni, ait Euangelista. Et alibi: Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnib' populis, & linguis, stantes ante thronum. Sed & Vir*Angeli et sancti cur stent.* go singularis adstat à dextris in uestitu deaurato. *Psal. 44.* Moyses, ut uideat transeuntem Dominum, stat in *Exo. 33. & 34.* petra, & Elias stat in conspectu Domini, & omnis creatura imperatorię maiestati assistit. Solus ille trāsfuga spiritus, dissensionis principium, princeps malitię, malorum summa, uoluit consedere. Sedebo *Esa. 14.* inquit, in monte testamenti. Omnes stant, omnes ministrant, & tu, pacis inimice, sedere præsumis? Ipse filius idem, quod Pater, sedere nescit, donèc dicat ei *Esa. 109.* Pater: sede à dextris meis. Talem uidit cum Esaias,

& Dominatorem uniuersæ terræ, & in aureo throno suæ diuinitatis sedentem, in illa secunda sessione, qua carnem nostram cęlis inuexit.

Sequitur, Super solium excelsum. Excelsum soliū, Angelicam naturam intellige, primam Omnipotētis creationem, & primaria dignitate præditam potestatem. Super hanc sedet, & superuehitur Filius Virginis, susceptum hominem ordinibus prouehit Angelorum: quia etsi melior est natura, fortior est gratia: si magna dignitas, maior Dei uoluntas, quam omni nexu naturę summus ille Philosophorum adstruit altiorem. Eleuata est ergo magnificentia Dei *Psal. 8.* non solùm super cælos, sed & super Angelos: quia *Hebr. 1.* tantò melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit. Et plena erat maiesta*Psal. 10.* te eius omnis terra. Ipse Dominus Deus noster, in uniuersa terra iudicia eius, ait Psalmista. Et quomodò nunc post hanc eius eleuationem asserit Prophetam omnem terram maiestate eius esse repletam? Sed tùm dicit, Plenam maiestate, intelligit dicere maiestatis cognitione, quam ante eius incarnationē aut nulli meruerunt, aut pauci. Sed nunc ab ortu So*Psal. 112.* lis usque ad occasum nomen Dei magnum prædica*Iohan. 6.* tur in gētibus, suntque omnes docibiles Dei, quos eius unctio docet de omnibus. Nam etsi in Israel magnum nomen eius, non tantùm iam uni angulo, sed toti mundo notitia se diuinitatis infundit.

Sequitur, Et ea, quæ sub ipso erant, replebant tēplum. Templum accipe ciuitatem Dei uiuentis, *Ephe. 5.* sponsam eius, quæ non habet maculam, neque rugam. Sub ipso sunt incarnatio, passio, mors, & omnis illa horariæ dispensationis molestia, quia resurgens ex mortuis iam non moritur. Hæc sunt, quæ *Rom. 6.* replent Ecclesiam, quorum recordatio nobis annuas parit solennitates. Replebimur in bonis do*Psal. 64.* mus tuæ, sanctum est templum tuum: quod tunc profectò mirabile est in æquitate, cùm Ecclesia personas non accipit, respuit munera, ueritatem elegit, diligit rationē. Sequitur, Seraphin stabāt super illud, sex alæ uni, & sex alæ alteri. Duo Seraphin, Angelū & hominem accipe. Qui incendentes uel ardentes dicūtur, cùm ille ardeat præsentia, hic memoria.

Primùm de alis Angelorum uideamus, & quali uolitatione ferantur. Et quia nota est sententia illa, quomodò caput & pedes uelent, & tantùm media uideantur, id est, quod fuit ante mundum, & quod *Animalis Ezechielis expositio.* post eum erit, his, quæ in præsentia sunt, aliquantulùm apparentibus, Ezechielem adducamus in medium, qui animalium alas hoc modo distinguit dicens: Duabus alis uolabant, & duæ pennæ singulo*Ezech. 1.* rum iungebantur, & duæ tegebant eorum corpora. *Prima ala quid.* Prima eorum ala est, dignitas suæ productionis. Transi parumpèr in arcanum huius intelligentiæ, & *Iob. 40.* dignitatem huius considera creaturæ. Ipsa est principium uiarum Dei, ait scriptura. Quantum priuilegium, quòd illa cogitatio Altissimi in hoc primum opus prorupit: Decebat profectò, ut singulari gloria præfulgeret, quod de manibus Dominantis pri*Eze. 28.* mitiua creatione processit. Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decore, in deliciis paradisi Dei fuisti: dicit Propheta. Non solùm similitudo, sed & signaculum similitudinis, ut tantò subtilius imago Dei insinuetur expressa, quantò differentiùs signaculum similitudinem præcedit. Vbi autem plenitudo sapientiæ, decoris perfectio, paradisi deliciæ nominantur, tota simul tangitur beatitudo. Subdit autem scriptura, quod superexcellit, & quod totius eloquentiæ superat facultatem: Quem preciosiorem fecit Deus. Hic dictum est quicquid dici potuit,

Secunda ala quid designet. Secunda ala, gratia est confirmationis. Hęc ala felicìori volatu lassitudinem nescit, per omnia similis præcedenti, nec inferior. Cadentibus quippè pręsumptuosis, & istis in humilitate durantibus, incircumscriptus ille Spiritus remanentes summa pro securus est largitate, dans eis in munere, nè possent amplius aliqua labefactione corrumpi. Confirmati igitur, & de sui status stabilitate securi, lucidioris gratię subiere fastigium. Seruiunt ergò illi, cui seruire, regnare est, & felici securitate, & secura felicitate. His duabus alis uolant Angeli, uolatione vtique indefessa, & creati digniter, & fortiter confirmati.

Tertia ala sacramentum. Tertia ala est, singularis amor sui Creatoris: & hęc quidem felicissima, subtilibusque pennulis intertexta. Amant enim & ardent, & desiderant in eū prospicere, cuius amore feliciter incenduntur. Quātò enim propiores, tantò feruentiores, & in Immeo maiestatis absorpti indicibili modo & semper ardent, & semper satiantur.

Quarta ala expositio. Quarta est, assidua visio diuinitatis. Sed & hęc pennis floridioribus interpicta. Quantę dignitatis est, assiduè uidere Deum? Et illi quidem spiritus, etiam cum mittuntur, non fraudantur gloria visionis, quia ubique ocurrit diuinitatis essentia, quæ intus est omnia continendo, gubernando exterius.
Ezech. 1. De his duabus scriptum est: Duę pennę singulorū iungebantur, cúm singularis amor ex assidua visione nascatur, & assiduam uisionem singularis amor efficiat.

Quinta ala quid. Quinta est, gaudium nostrę redemptionis: & ipsa multiplici picturata varietate. Quis uerborum copia compręhendat, quantum gaudium Deus homo uirtutibus Angelicis ingenerauit, cúm & eorū collegam, qui ab eis exierat, sed non erat ex eis, vexillo Crucis triumphante confregit, & hominem perditum
Psal. 121. ad regna reuocauit cęlestia? Nec mirum, quia vide bant materiam repurgatam, de qua superna illa ciuitas ręędificatur, cuius participatio eius in idipsū.

Sexta ala quid designet. Sexta est, restitutio supernę ciuitatis. Sed & hęc picturis pulchrioribus colorata. Quid enim erit, cum illo terribili iudicio peracto, Dominus virtutum homines Angelis sociabit, resarciens damnū, redintegrans numerum, & unumquenque ordinē ea meritis hominibus ad summam reuehet numera
Psal. 86. lem? Tunc sicut lętantium omnium habitatio erit in ciuitate Dei: quia varietate partium ordinata, nil erit ampliùsquod repugnet, vel quòd à statutis locis valeat elocari. De his duabus dicitur: Duę tegebant corpora eorum: quia gaudium nostrę redemptionis, & restitutio supernę ciuitatis, beatorū spirituum corpora cōtegunt, & resarciunt, nè tam ruinosa diminutio in illa superiori gloria cognoscatur.
Angeli pugnāt pro nobis, &c. Et attendendum, quanta benignitas gratiæ genus humanum in istis administratorijs spiritibus ac cumulet, quia pugnant pro nobis, ut illud: Factum
Apoc 12. est prælium magnum in cælo: vincunt pro nobis, sicut ibidem subiungitur: Nunc facta est victoria: gau
Luc. 15. dent pro nobis: Quia est gaudium Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente: flent pro
Esa. 33. nobis, sicut scriptum est: Angeli pacis amarè flebūt. Hę sunt felices pennæ, quibus ille numerosus ordo superuolat, stans inirritabiliter, alacriter volans, & in æternitatem.

Sed iam redeundum est ad nos, & stylus ad nostram retorquendus humanitatem, quos ab Angeli
Homo imaginē Dei portat i se. co consortio corporeæ voluptates, & iniquę uolūtates diuidunt, & abiungunt. Et licet in hanc degenerauimus vanitatē, portamus tamen imaginē Creatoris, quæ etsi obscurari potest, nequit tamen deleri. Vniuersa vanitas omnis homo uiuens (ait iustus)
sed & in imagine pertransit homo. Assignemus er- *Psal. 38.*
gò sex alas homini, etsi non tales, qualescunque tamen. Prima hominis ala reuertentis ad Deum, amaritudo cordis est. In multis offendimus omnes, & *Hominis ala sex.*
non est numerus offensionum nostrarum. Sed cúm *1. amaritudo.*
accedente & accedente gratia Di cor nostrum, recogitamus omnes annos nostros in amaritudine *Esa. 38.*
animæ nostræ, obscuratam reclaramus imaginem, & in nostrum principium reformamur. Sed quia *Rom. 10.*
corde creditur ad iustitiam, ore autem cōfessio fit ad salutem, sequitur secunda penna, confessio vide *2. cōfessio.*
licet oris. Aote omnia confessio (dicit scriptura) ni- *1. Iohann.*
hilque Deo gratius est, quàm confiteri, & accusare quod fecisti. Plena est omnis scriptura sacra tantæ virtutis testimonio, cui tam veteris testamēti, quàm noui tota seruit authoritas. Istæ siquidē duæ uirtutes sunt, quæ multiplicem cumulum scelerum nostrorum ante Dei oculos abscōdunt De his dicitur: *Psal. 3.*
Duæ tegebant eorum corpora. Beati enim, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus uir, cui non imputauit Dominus peccatum. Imputauit, dixit, no o fecit. Qui enim peccatū non fecerit non est, nisi unus, & hic Filius Dei. Omne autem, quòd ipse nobis nō imputare decreuerit, sic est quasi non fuerit. Tertia ala est spes. Hæc est, *3 ala spes.*
quæ fragiles animos erigit ad superna, quæ tædium expectationis leuigat, quæ præsumit de misericordia Iudicis, & in diuinæ pietatis obseruatur palatio. Quarta est timor. Iste est, qui subcutit carneam *4. ala timor.*
vestem nostram, ossa penetrans, & ipsis se infundēs medullis. Offert paululùm oculis cordis imaginem Domini, & illius Domini, qui fecit cælū & terram, *Matt. 10.*
qui potestatem habet corpus & animam mittere in *Rom. 2.*
gehennam, cuius patiēttam prouocasti, thesaurizās tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei. *Psal. 54.*
Cùm hæc intentiu diligētiori prospexeris, timor & tremor uenient sup te, & formido mortis interiorē minem validiùs interueniet. Quia igitur spes multùm præsumit, & timor diffidit nimis, vtrunque iungere non mereris, vt in commune faciant, quod diuisa non possunt. Disce sic sperare, vt timeas: sic timere, vt speres. De his scriptum est: Duæ pennæ singulorum iungebantur. Quinta est humilitas. Pro- *5. ala humilitas.*
pè est Dominus his, qui obtriuerunt cor, ait scriptura Humilitas est mater uirtutum, superbia vitio- *Psal 33.*
rum regina. Hæc sola virtus virtutum nutria, quam solam in Virgine Matre respexit Altissimus: cuius, quandiū conuersatus est in terris Filius Dei, & executor extitit, & magister. Discite à me, inquit, quia *Matt. 11.*
mitis sum, & humilis corde. Sexta est charitas. Hæc *6. ala charitas.*
est principium, & finis, bonorum clausula, singularis filia summi Regis. Superfluum est eam uerbis prolixioribus commendare, cui alludit tam secularium, quàm diuinarum literarum tota facundia. De his dicitur: Duabus alis uolabant. His geminis alis illi pennati euolant ad superna, de quibus dicitur: Frustrà iacitur rete ante oculos *Prou 1.*
pennatorum. Quòd si istis uolauerimus, nec defecerimus, quandoquè etiam pennis Angelorum volabimus, & uidebimus illum in decore suo, qui est Deus benedictus in secula seculorum, Amen.

NARRA-

NARRATIO MIRACVLI, quod factum est in regione Chonensi a Michaele Archangelo, principe militiæ cælestis. Habetur in Simeone Metaphraste 5. Septembris, nos ad 29. Septembris transtulimus propter S. Michaelis solennitatem.

29. Septembris.



Esanctis quidem viris narrare, & res illorum meminisse, non solùm est pium, sed etiam nobis utile & conducibile. Memoria enim est omninò signum desiderij. Martyrum autem & sanctorum desideriũ, transit ad ipsum communem Dominum, quem illi laudare, & ei gloriam tribuere elegerunt, & à quo rursùs maiorem sunt gloriã consecuti. De incorporeis autem scribere virtutibus, earumque diuina signa enunciare & prodigia, est longè utilius. Nam quo est eis maior apud Deũ coniunctio & fiducia, eo etiam maiorẽ percipimus utilitatem ex eorum narrationibus. Incipiendum est autem paulò altiùs. Nam id quoquè coniunctũ est cum argumenti consequentia.

Cùm Christi iam discipuli, eiusque Euangelij ministri & nostræ salutis, ciuitates obirent, & disseminarent prædicationem, & multos adducerent ad agnitionem, Euangelista quidem & Theologus Iohannes, cui de maiori, quàm in alios discipulos, Magistri in eum beneuolentia testimonium fert Euangelium, versatur apud Ephesios: Philippus autẽ uenit Hierapolin. Iohannes cùm inuenisset Ephesios errantes in profunda nocte infidelitatis, sacrificiaque & festa peragentes, & quæcunque Deo conueniunt, Dianæ facientes, doctrinæ luce eos deducit ad ueritatem: & cùm puro veritatis radio eorum animas illustrasset, transit ipse quoque Hierapolin, & uersatur simul cum Philippo. Quoniam autẽ usque adeò decepta erat ciuitas, & Gentium erroribus erat adeò implicata, ut uel viperam Deum existimaret, neque vllo modo uellet admittere diuinũ semen, & pietatis prædicationem, Apostoli Christi, qui non poterant aliter ijs persuadere falsa hæc esse, & illorum animos traducere ad pietatem, proficiscuntur ad bestiam, quæ quidem fuerat eis causa tanti erroris & interitus. Et ambo cõuersi ad orationem, & in Deo facientes virtutem, ipsam statim deiiciunt, & morte afficiunt.

S. Iohannes conuertit Ephesios.

Hierapolita viperã pro Deo colunt.

Hoc stultos vehementer irritat, & magno ciet furore contra Philippum, ut qui eum reputarent esse suæ gloriæ euersorem & patriorum rituum. Et omnes simul in ipsum irruentes, tanquàm uno animo tracti & una rabie, & alius alia parte beatum illud caput apprehendentes, cruci affigunt, & ei scelestissimè uitam præsentem eripiunt. Sed Magister curam non abiecit discipuli: & qui misit, non est oblitus Apostoli: sed quoniam vidit ipsum conformem eius perpessionibus, eum etiam fecit socium gloriæ illius & miraculorum: & repentè quidem fuit vrbs terræmotu concussa, sicut priùs, quo tempore Christus meus pro nobis mortem subijt, & Crucis supplicio volens est condemnatus: metus autẽ & pœnitentia inuadit Iudæos, eorum valdè percellens animos, & suadens, ut sæuitiæ suæ & immanitatis petãt ueniam. Et ille quidem sic præclarè è uita excedit, cùm certamen & cursum Apostolicum exornasset corona martyrij.

S. Philippus crucifigitur.

Magistro autem dilectus Iohãnes, trãsit ad quendam locum, qui uocatur Cheretopa. Quo quidem in loco cùm rursùs solita peregisset, eis acclamat fore, ut mox Michaelis Angelorũ principis diuinior illic fiat visitatio, & diuinũ quoddã signũ & admirabile. Sed ille quidẽ iuit etiã ad alias ciuitates, talẽtũ doctrinæ sibi creditũ uolẽs multiplicare: re vera autẽ impleta sunt, quæ priùs ab eo prædicta fuerant: & aqua ex illa terra emanauit paulò pòst, quæ, si quis seu morbo laboraret, seu aliqua alia premeretur affectione, simul atquè eã sumpsisset, pbebat curationẽ: & miraculorũ copia & magnitudine, clariùs & apertiùs, quàm lingua, ad se cõuocabat infideles, & conuertebat ad pietatẽ. Erat enim cuidã Laodiceno filia unigenita, muta ex quo primùm fuerat in lucẽ edita. Quod quidẽ mediũ cor eius penetrabat: & ut suæ filiæ linguæ soluerẽtur vincula, vel propria emisset anima. Is ergò occupatus à graui morbo infidelitatis, videt diuinã quandã visionẽ, meliora annũciãtẽ, & pulchrè ei promittentẽ id, quod erat futurũ. Videt autẽ, non ut q dignus esset habitus videre talia, (Quomodò enim, cùm & esset impius, & caliginẽ tantæ infidelitatis haberet offusam oculis?) sed ut & ille cũ filia conuerteretur ab infidelitate, & multos alios attraherent ad pietatem.

Nota de miraaqua vi.

Visio Laodiceni cuiusdam.

Visio autẽ erat quædã intelligibilis natura, quæ ei adstabat in somnis, & iubebat, ut ueniret cũ filia ad sanctã aquã, quæ apparuerat, pollicens fore, ut non reuerteretur dolore affectus: sed si uellet exerceret pulchrã negociationẽ, & soluta solùm fide, quæ est in eius potestate, emeret filiæ curationẽ. Ille itaq; è somno excitatus, plenus horrore & metu, statim cũ filia accedit ad fõtẽ aquæ, sicut iubebat visio. Et cùm eos quidẽ, qui illic erãt cõgregati, eã frequẽtes inuenisset haurientes, & eã in sua corpora infundẽtes, deincèps autẽ etiã cõsequentẽ operationẽ, & unicuiq; præbentẽ à morbo liberationẽ: rogauit eos, qui aderant, quænã esset eis in aqua inuocatio: & quidnam hoc sit, quod sensim ad aquã cantantes, tã celerẽ & copiosam assequerentur curationẽ. Illi autẽ responderunt: Nomen patris, filij, & spiritus sancti, & militiæ pricipis Michaelis. Ille autẽ nihil differẽs, nec accipiens tẽpus ad deliberãdũ, sed oculos simul & manus ad cælũ attollens, uehementer usus est inuocatione, & aduersus affectionẽ Deũ uocauit, qui tribus psonis cognoscitur: & eius ministrũ Michaelẽ mouit ad intercessionẽ. Neq; uerò frustratus fuit petitione: sed affatim collegit curationẽ. Non solùm enim filia desiit esse muta: sed ipse quoquè & filia liberati sunt à uinculis infidelitatis: quod quidem erat impedimento linguæ longè grauius. Nam simulatquè pater dedit aquã filiæ, & facilè mouebatur lingua ad gratiarũ actionẽ, & Deũ habebat in ore, & famulũ eius Michaelẽ inuocabat admirabiliter, & pter opinionẽ. Quid deindè sequitur? Baptisma ipsius Laodiceni & filiæ, & totius familiæ ad Christũ adductio, & templi militiæ principi extructio: magnificiq; & sumptuosi tecti sãctificatio, & reuerà domus, ut scriptũ est, decor. Et ille qdẽ cùm sic credidisset, & pro beneficio tales reddidisset gratias, domũ reuersus est cũ filia, saluus factus (ut diuinus ait Apostolus) per filiorum procreationem, uel potiùs saluã uidẽs filiam, & ambo ditati pietate.

Insigne miraculum.

Tẽplũ S. Michaelis

Psal. 25.

1. Tim. 2.

Nonagiuta autẽ annis posteà, puer Hierapolitanus, nomine Archippus, cùm pii seminis & uerè bonæ radicis esset bonum germen, tanquam quoddã lilium in medio hæresum spirans pietatis suauitatẽ, decimo anno ætatis venit ad hoc tẽplũ, ut qui duceretur à quadam prouidentia: & fit eius æditus, qui quidẽ diuina gratia dignus fuit habitus. Carnis enim uoluntatẽ tã pulchrè superauit, & tã pulchra fuerũt eius

Mira præterabstinentia.

sius vitæ procœmia, ut neq; pane uesceretur, neque aliquo alio eaijt, quibus homines uesicuntur necessario: non uteretur balneis, neq; sui corporis ullã curam gereret: sed semper spirituali uiuendi rationi ua caret: idq; cùm esset puer, & nondùm perfectiorẽ attigisset ætatẽ. Quod quidẽ penè esset incredibile, ni si magnitudo uirtutis, & spectaculorum, quibus dignus fuit habitus, hæc redderet credibilia, & cõtra quæ nihil dici potest. Nam herbas quidẽ coquens, comedebat, easq; agrestes, & quæ ne tantillo quidẽ salis aspersæ erant: quod quidẽ omnibus necessariũ est cibi condimentũ. Id autẽ sumebat semel in hebdomada: & aquam bibebat dimensam. Indumentũ autẽ erant duo sacci. unus quidẽ pro tegumento corporis: alter uerò pro stragulo, lõgo tempore uterq; eorũ usum implens. Anno enim toto alter ex saccis tegebat nuditatẽ, altero stratum operiente. Deindè uiuum permutantes, alter quidẽ uestimentũ, alter uerò rursùs fiebat stragulum. Atq; ea quidẽ, quæ erant sub sacco, erant acuti lapides: parte autẽ, quæ erat ad caput, saccus sub se sentes habebat. Sic verò quiescebat uir ille egregius, si quandò eũ corpus defessum cogebat, ut se mudicè remitteret.

Vestis saccus.

Asperimũ stratum.

Quænam autem fuerunt eius verba ad Deum, per quæ suscepit hanc vitam laboriosam & asperam? Nẽ bona huius vitæ videat meus oculus, neq; mihi mẽs vnquàm pendeat à præsenti vanitate: imple, Domine, oculos meos lachrymis spiritalibus. Contere cor meũ, & dirige gressus meos. Quid enim mihi prodest hoc corpus è luto factum, quod nunc quidem est, paulopost autem non erit: quod quidem sicut herba manè effloreseit, vespere autẽ flaccescit? Liceat mihi, uni bono animę adhærere, quod mihi omninò conciliabit eam, quæ illic est, beatitudinẽ. Hæc quidẽ semper apud se versabat in animo, & Deũ alloquebatur. Turba autem infidelium hæc nequaquàm poterat ferre æquo animo: sed partim quidẽ magna illa abundantia miraculorum aquæ sanctificatæ, partim autẽ Archippi quoquè zelus ad uirtutẽ, & quæ sunt ex Deo certamina, & tanta propter illum tolerantia, illos mouebant & incitabant, & ad apertam ducebant insaniam.

Oratio tᵃ in tali abstinẽtia.

Psal. 89.

Certè cùm simul coijssent, & dentem instàr apri in utrumq; acuissent, alij quidem crinibus Archippũ apprahendunt, & virgis (o manus sceleratas) eũ cædunt crudeliter. Alij autem confluunt aduersùs sanctam illam aquam, hanc quoquè malè conantes afficere. Sed illis quidem manus obtorpuerunt, his autẽ flamma illinc ex aduerso occurens, fecit, ut redirent inanes. Vndè etiam ad aliam conuertuntur machinationem, uolentes Archippũ tollere de medio, & superare ipsam aquæ operationẽ. Quænam est ergò ea machinatio? Templi aream ad sinistram præterfluebat fluuius, nomine Chrysus. Eius statuerunt deriuare fluentum, & in aquam sanctam immittere, ut in hac congressione cum aqua fluuij aqua illa diuina admixta, non amplius haberet eandẽ operationem, sed perderet uirtutem curationũ. Atq; hæc quidem illi: & ab eis deinde conuertitur aqua fluuij, ut immittatur in aquam sanctificatam. Illa autẽ (o Dei uirtutem, & inanem impiorum laborẽ) non, ut contendebant, fluxit ad sinistram: sed conuersa est in cõtrariam partem, quomodò etiam in hodiernum usque diem certatur fluere.

Nõ feriũ impunè uiri sanctitatẽ & aquæ miracula

Aquæ cõtra naturalẽ cursum fluũt ad partẽ dexterã.

Postquàm autem res eis aliter cessit, & iniquitas, ut cum diuino dicam Dauide, seipsam fefellit, eis secundum quid suggerit maius priore seminator zizaniorum & hostis humani generis. Ego autẽ id narrabo, ea alto repetens: Duo quidam alij fluuij originem habentes in Oriente, quorum alter quidẽ Lycocaper, alter verò Cuphus uocabantur, ostijs quidẽ à se inuicèm distantes, factum illum locum transmittebant: confluentes autem ad montis radices, & ambo unus effecti, fluebant per Lyciam. Suggerit ergò malignus ijs, qui armabantur aduersùs pietatem, & persuadet, vt immittant fluuios aduersus sanctũ locum: ut non solùm diuinam illam aquam, sed ipsum etiam locum cum templo fluuij attraherent. Erat enim locus usque adeò decliuis & concauus, ut non solùm facilè, sed etiam celerrimè uideretur futurus deorsùm aquæ lapsus. Magna ergò manu cõgregata, Laodiceę (est autẽ hæc in siguis vrbs Lycię) conueniunt. deindè accedunt ad rupẽ, quæ est prope templum. Erat autem rupes adeò alta, & tanta magnitudine, ut eam perfectè pertingere ne posset quidem oculus. Illi uerò primùm illinc incipientes, maximam fossam fodiebant inter fluuios & petrã. Postquàm autem satis iam eis effossa esset fossa, cauàt locum usque ad profundum terrę sinum, in quem conabantur deriuare fluuios, & eum sepi circundant, quod erat laboriosissimum, ut repẽtè quidem aqua illic cogeretur: deindè, sepi repente rupta, celerior esset aquæ descensus.

Psal. 26.

Interim autem, dum isti multiplices ac uarias cõstruebant machinas aduersùs locum sanctum, Dei famulus Archippus, in nudo solo iacẽs, eum acriter rogabat, & pro otribus supplicabat, ut faceret ille locus appareret potentior insidijs inimicorum: & in Deo, dicebat, confido, qui me saluum facit à pusillanimitate & tempestate, quòd non sinet sanctam domum suam videre interitum. Cùm decem itaq; dies intercessissent, illi quidem sepem aquæ diruunt circa initium noctis, ut in Archippum nequaquàm prorsus irrueret & cauturum aqua irruẽs, ipsum quoquè simul cum aqua obrueret. Et stantes ad sinistram, expectabant sancti loci, quæ mox videbantur futura, submersionem. Dei autem seruus Archippus, postquàm sensit fluuios iam descendentes, cœpit flere vehementius, & precari intentiùs: Extulerũt fluuij, Domine, dicens, extulerunt fluuij uoces suas, Extollent fluuij fluctus suos à uocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus. Domum tuam decet sanctitudo, Domine, in longitudinem dierum. Cum sic ergò affectus esset Archippus, & sic præclarè uacaret orationi, diuina visio delapsa aduolans modo quodam arcano, eum uocauit nominatim. Et ille quidem è templo egressus, conti nuò cecidit pronus, ut cuius oculi non ferrent securè se ad tale applicare spectaculum. Ea autem illi dixit: Surge, & ueni huc ad me. & Dei uirtutem videbis inexpugnabilem in his aquis, quæ vehementer confluunt.

Vide stultã impiorũ machinationem.

Psal. 92.

Cum itaque beatus eniecisset Archippus, hunc esse magnum illum cælestis militiæ principem, stetit quidem, ut ei iussit, ad eius sinistram: statim autẽ vidit columbam ignis, quæ à terra pertingebat vsque ad ipsum cęlum: & uocẽ illinc audiuit, quæ ei iubebat esse bono animo, & non timere. Deindè ad ipsos quidem aqua processit. Cùm ille autem manũ sustulisset, & crucis signum formasset, & loco stare iussisset fluuios, (Quænam est, o Christe, multitudo tuæ uirtutis?) uiderunt eum aquæ, ut Psalmicè dicã, & timuerunt, & tanquam murus repentè concreuerunt ac consistentes. Cùm ille autem rursùs sustulisset dexteram, & in rupe, quæ erat proptèr templũ, figurasset signum Crucis, repente erupit tonitru, & terra ualdè contremuit, & terremotu quidem fissa fuit petra: ille uerò cùm ualida rursùs in eam arma torsisset, nempe terribile signum Crucis: Conteratur quidẽ hic, dixit, omnis virtus aduersatij: sca-

En etiã S. Michael Crucis signo mira facit.

teat

reat autem ab omnibus malis liberatio ijs, qui accedunt fideliter. Cumq; sic dixisset, iubet Archippum transire ad dexteram. Cùm is autem ad dexteram stetisset, & iussui statim paruisset, maximæ princeps maxima & clarissima voce iussit fluuijs, dicens: In hoc infundibulum decætero infundimini. Re autem sic admirabiliter & contra opinionem facta, vt iusserat, diuinus Archangelorum quidem princeps Michael cōtinuò ab Archippo auolans, reuersus est vndè descenderat, & ad primā lucem accedit, qui ipse quoquè est lux perfecta, & illo admirabili, & qui naturam superat, splendore fruitur. Dei autem seruus Archippus, ab illo tempore in templo permanet, intentius & ardentius ei preces fundens.

Beati Archippi felix exitus Sed ille quidem cùm annos vixisset septuaginta, hac vita relicta, ad suum redit Dominum, tanquam bonus quidam agricola, pulchrorum horum virtutis seminum mercedem accepturus. Miracula autem in hodiernum vsque diem fidelibus scatent vberiùs intercessionibus ipsius Michaelis principis incorporeorum: Gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi: Cum quo patri gloria simul cum sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

RELATIO DE DEDICATIONE Basilicæ Sancti Michaelis, & Miraculis ostensis. Habetur in Homiliario Doctorum, & consentiunt antiquissima Martyrologia, atque etiam peruetusti codices manuscripti, in quibus tota extat ad verbū.

29. Septembr.

Ecclesia S. Michaelis ab ipso condita.



EMORIAM beati Michaelis Archangeli toto orbe venerandam, ipsius & opere condita, & consecrata nomine demonstrat ecclesia, quæ non metallorum fulgore, sed priuilegio est commendata signorum; vili, facta schemate, sed cælesti prædita virtute, ut potè quam fragilitatis humanæ memor Archangelus, è cælo veniens, ad promerendam ibi mortalibus supernorum ciuium societatem, propria manu cōdere dignatus est. Vertice siquidem montis excelsi posita, de corpore eiusdem saxi speluncæ instar præcauata ostenditur. Est autem locus in Apuliæ finibus, vbi inter sinum Adriaticum & montem Garganum ciuitas Sipontina sita est. Qui à mœnibus ciuitatis ad duodecim millia passuum erectus, in cacumine supremo beati Archangeli, quam prætatus sum, gestat ecclesiam. Hanc mortalibus hoc modo cognitam libellus in eadem ecclesia positus, indicat.

Garganus mōs à quo & undè dicatur. Erat in ea ciuitate vir prædiues quidam Garganus nomine, qui ex euentu suo monti vocabulū indidit. Huius dum pecora, quorum infinita multitudine pollebat, passim per deuexa montis latera pascerentur, contigit, taurū armenti gregis consortia spernentē, singularem incedere solitum, & ad extremum redeuntē pecore, domum non esse regressum. Quem dominus, collecta seruorum multitudine, per deuia quæque requirens, inuenit tandèm in vertice eiusdē montis foribus cuiusdam assidere speluncæ. Itaq; ita permotus, cur soliuagus incederet, arrepto arcu, appetit illū sagitta toxicata, q̄ veluti vēti flamine retorta, eū *Sagitta redit in eum, qui iecerat.* à quo iacta est, mox reuersa percussit. Turbati ciues & stupefacti, qualiter res fuerit eiecta, (non enim propius accedere audebant) consulunt Episcopū, quid facto opus sit. Qui indicto ieiunio triduano, à Deo monuit esse quærendū. Quo peracto, sanctus Domini Archangelus Episcopum per visionem alloquutur, dicēs: Iam benè fecisti, quod hominibus latebat, à Deo quærendo mysterium, causam videlicet hominis suo telo percussi. Sciatis autem hoc mea gestum voluntate. Ego enim sum Michael Archangelus, qui in cōspectu Domini sēper assisto, locumque hunc in terris incolere, tutumque seruare instituens, hoc volui indicio probare, omniū, quæ ibi geruntur, ipsius quoquè loci me esse inspectorem atque custodem.

Hac reuelatione comperta, cōsuetudinem fecerūt ciues hic Dominum precibus, sanctumque deposcere Michaelem, duas quidem ianuas ibi cernentes, quarū vna Australis, quæ & maior erat, aliquot gradibus in occasum vergentibus adiri poterat: sed nec vltra cryptā intrare ausi, pro forib° quotidiè orationi vacabāt. *Nota antiquam consuetudinē*

Inter hæc Neapolitani, paganis adhuc ritibus oberrantes, Sipontinos & Beneuentanos, qui cētum quinquaginta millibus à Siponto distant, bello lacessere tētant. Qui antistitis sui monitis edocti, tridui petunt inducias, vt triduano ieiunio liceret eis quasi fidele patrocinium S. Michaelis implorare præsidium. Quo tempore pagani ludis scenicis falsorum inuitant auxilia deorum. Eccè autem nocte ipsa, quæ belli præcessit diem, adest in visione S. Michael antistiti, preces dicit exauditas, victoriam spopondit affuturam, & quarta diei hora præmonet hostibus occurrendum. Læti ergò manè, & de Angelica certi victoria, Domini cordati spiritu, obuiant Christiani paganis. Atque in primo belli apparatu Garganus mons immenso tremore concutitur, fulgura crebra volant, & caligo tenebrosa totum montis cacumen obducit, impleta prophetia, quæ Dominum laudans, ait: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Fugiunt itaque pagani, partim ferro hostium, partim igniferis impulsi sagittis, ad Neapolim vsque, sequentibus atque extrema quæque cædentibus aduersarijs, mœnia tandèm suæ urbis moribundi subintrant. Qui autem euasere periculum, comperto quòd Angelus Dei in adiutorium uenerit Christianis, (Nam & sexcentos fermè suorum fulmine uidebant interruptos) Regi regum Christo continuò colla submittentes, armis induuntur fidei. *Psal. 109* *Diuina virtute in fugā compelluntur Neapolitani.*

Cumque domum reuersi uictores, vota Domino gratiarum ad templum referrent Archangeli, uident manè iuxta ianuam septentrionalem, quam prædixi, instar posterulæ pusillæ quasi hominis uestigia marmori arctius impressa: agnoscunt beatum Michaelem hoc præsentiæ suæ signum voluisse monstrare. Vbi postea culmen appositum, & altare impositum, ipsaque ecclesia ob signa uestigiorum * Podonia est vocata. Multa dubitatio fuit inter Sipontinos, quid de loco agerent, vtrùm intrare, & dedicare ubi debeant ecclesiam. Vndè collatione facta, ad meridiem loci illius, beati Petri Apostolorum principis nomine condunt ecclesiam & dedicant; in qua etiam beatæ semper virginis Mariæ, sanctique Iohannis Baptistæ altaria statuunt. Tandem antistes, salubri reperto consilio, Romanum Episcopum, quid de his agendum sit, per nuncium sciscitatur, qui tunc forte in monte Soracti, quinquagesimo ferè milliario à Romana vrbe distante, fuerat, quem incolæ S. Syluestri cognomine uocant, eo quòd ipse ibi quondam exul, pro fidei persecutione delituerat cum suis. Taliaque mandata remittit: Si hominis est illam dedicare basilicam, hoc maximè die, quo uictoria data est, fieri oportet. Sin autem aliud sancto prouisori loco placuerit, eodem præcipuè die illius in hoc uoluntas est inquirenda. Hoc ergò tempore imminente agamus ambo triduanum cum ciuibus nostris ieiunium, sanctam Trinitatem rogantes, vt munera, quæ per ** Apodonia.* *Rom. Pontifex cōsulitur in re dubia.*

T summum

*volumina tis. S. Michael apparet Episcopo Sipōtino, iubēs ut Missas celebret in sua ecclesia.

summum suæ *sedis ministrum cōferre dignatus est, ad certum usque finem perducat.

Factum est, ut suggesserat antistes. Nocte verò con stituti ieiunij suprema, Angelus Domini Michael Episcopo Sipontino p visionem apparens: Nō est, inquit, vobis opus hanc, quam ego ædificaui, dedicare ecclesiam. Ipse enim, qui cōdidi, etiam dedicaui. Vos tantum intrate, & me assistente patrono, precibus locum frequentate. Et te quidem ibi cras Missas celebrante, populus iuxta morem communicet. Meū autem erit ostendere, quomodò per metipsum locū sacrauerim illum. Illi aduenīūt manè cū oblationibus, & magna precū instantia intrant regiam Australē, & ecce longa porticus in Aquilonem porrecta, atque illam attingens postetulā, extra quā vestigia marmori diximus impressa. Sed priusquàm huc peruenias, apparet ad Oriētem basilica, qua p gradus ascenditur. Hęc cum ipsa porticu quingētos ferè homines capere videbatur, altare venerandum, rubroque contectū pallio, prope mediū parietis ad meridiē ostēdēs. Erat autem ipsa domus angulosa, non in more operis humani parietibus erectis, sed instar spelūcæ, præruptis & sæpiùs eminētibus asperata scopulis, culmine quoque diuersæ altitudinis, quod hic vertice tangi, alibi manu vix possit attingi. Credo, docēte Archangelo, Deum non ornatum lapidum, sed cordis quærere & diligere puritatem. Vertex verò montis, extrinsecus partim cornea sylua tegitur, partim virenti planitie dilatatur. Missarum itaque celebratione cōpleta, magno attoniti gaudio, quique redierunt in sua. Episcopus autem delegato ministrorum, cantorum sacerdotumq; officio, & mansione constructa, omnem ibidē quotidiè psalmorū, hymnorum, Missarumq; cursum congruo præcepit ordine celebrari. Nullus autē huc nocturno tempore ausus est ingredi, sed aurora transacta, matutinos ibidèm cantant hymnos. Ex ipso autē saxo, quo sacra tegitur ædes, ad aquilonē altaris, dulcis & nimiùm lucida guttatim aqua dilabitur, quā incolę stillam vocant. Ob hoc & vitreum vas, eiusdē receptui præparatum, argentea pendet catena suspēsum, morisq; est, populo communicato, singulos ad hoc vasculum ascendere per gradus, donumq; cælestis degustare liquoris. nam & gustu suauis est, & tactu salubris. Denique nonnulli post longas flammas, hac hausta stilla, celeri cōfestim refrigerio potiuntur salutis. Innumeris quoque & alijs modis ibi & crebrò sanantur ægroti, & multa, quæ Angelicæ tantùm congruunt potestati, fieri illic miracula comprobantur, maximè tamē eiusdem diei natali, cùm & de prouincijs circunquaque positis plùs solito confluat turba recurrat, & Angelicæ virtutis maior quodammodò credatur adesse frequentia: vt quod spiritualiter dixit Apostolus, etiā corporaliter agi videatur: Quia Angeli sunt administratorij spiritus, in ministerium propter eos, qui hęreditatem capiunt salutis: in Christo Iesu Domino nostro qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Diuina officia quotidie in ea basilica aguntur.

Aqua calitus manans, curat morbos.

Heb. 1.

VITA S. PATRIS NOSRI QVIRIACI Anachoretæ, Authore Simeone Metaphraste.



10. Septembr. Cap. 1. Gen. 12.

IS, qui te benedicunt, inquit Deus Abrahæ, benedicam: & ijs, qui tibi maledicunt, maledicam, non eos solùm, qui virtutem exercent, hinc remunerans, sed etiam ad eos, qui ipsos laudant, traijciens benedictionem. Hinc fit, ut oporteat beati huius Quiriaci pro virtute certamina & sudores, non solùm feruentissimè audire, admirari & excipere, sed etiam ad eum pro uiribus imitandum excitari, & parari ad similem zelum suscipiendum, ut non solum consequamur benedictionem propterea quòd eum exceperimus, sed etiam simus cum eo coronarum participes, & pręmiorum socij. Quem tulit quidē, quæ est in Græcia, Corinthus: parentibus autem fuit nomen, patri quidem Iohannes, qui etiam fuit ordinatus Presbyter ecclesiæ, quæ est Corinthi: matri autem, Eudoxia. Tempus autē eius ortus, fuit finis Imperij Theodosij, iunioris scilicet. Sancto uerò fuit auunculus Petrus Episcopus Corinthiorum. Qui Petrus beatum Quiriacum cooptat in gradum lectoris eiusdem ecclesiæ adhuc in tenera ætate.

Patria et parētes S. Quiriaci.

Ille autem diuinis deditus scripturis, & eas assiduè percurrens, & noctes totas & dies in eis uersans, apud se mirabatur, quòd Deus utique propter salutem humanam omnia administrauit: & quòd eos, qui ei placuerunt in unaquaque generatione, eximio sit honore dignatus, & eos admodùm claros fecerit & gloriosos, ut qui Abeli quidem per sacrificium gloriam tribuerit: Enoch autem, propterea quòd ei placuerit, honorarit translatione: Propter iustitiam seruarit Noe scintillam generis: Abraham propter fidem effecerit patrem multarum gentium: Melchisedec habuerit acceptum pium sacerdotium: patientiæ & temperantiæ imaginem, Ioseph & Iob mundo prębuerit: Mosem fecerit legislatorem: Lunæ & Soli aurigam constituerit Iesum Naue: Prophetam & regem & stupendi mysterij parentem Dauid reddiderit: Babylonicæ fornacis flammam pueris in rorem transmutarit. Præterea adhuc in maiori uersabatur dubitatione, illa cogitans, partum sine semine, uirginem eandem & matrem: & quomodò Verbum, cùm Deus esset, factus sit homo sine mutatione, & quomodò per Crucem inferos spoliauerit, & fallacem serpentem aboleuerit, & Adamum rursùs reduxerit in Paradisum. Hæc & similia mente agitans Quiriacus, diuino zelo in corde inflammabatur, & ei ueniebat in mentem ualedicere mundo & ijs, quę sunt in eo, & ad sanctam uenire ciuitatem, & sanctè uiuere in sancto loco, quieti uacando & silentio.

Cap. 2. Gen. 4. Gen. 5. Gen. 6. Gen. 17. Gen. 14. Iosu. 10. Dan. 3.

Quodam itaque die Dominico, cùm diuinam audiisset uocem in Euangelio: Si quis uult post me uenire, tollat crucem suam, & sequatur me: rē minimè distulit, neque paruo tempore substitit, aut considerauit, sed suam sententiā statim deduxit ad effectū. Itaque tacitè egressus ex Ecclesia, uenit Cenchreas, & ascendens nauem, quæ uehebat in Palęstinam, summo studio accedit Hierosolyma, iam decē & octo annos natus, nouo quidē anno Imperij magni Leonis, octauo aūt Anastasij Hierosolymorum Pontificatus. Cùm illinc ergò uenisset in sanctam ciuitatem, diuersatur apud magnum Eustorgiū, uirum, qui, & alioqui erat amator uirtutis, & splendebat donis spiritus. Ille autem vt reuerà amans pater, eum, vt par erat, magna accipit affectione. Quiriacū uerò, cùm hyemasset apud insigne monasteriū iā ab illo constructū prope sanctā ciuitatē Sion, maioris quietis & silētij cepit desideriū, & ut ad ipsam ueniret solitudinē, & illic habitaret, oē ponebat studiū. Cùm de diuino itaq; Euthymio ferè doceretur ab oībus, (eū enim uirtus ubiq; indicabat) captus erat magno amore eius conueniendi: & magnū rogat Eustorgium, ut eius dignatus precibus, cū pace dimitteretur. Hoc autem facto, cùm accessisset ad Lauram mirabilis Euthymij, hospitio excipitur à quodam Anatolio presbytero, & Olympio monacho, fratribus quidem genere, patria autem Corinthijs: & cùm multos dies apud eos degissent, deindè etiam magnum adspexit Euthymium: & beatæ illæ manus sacrum eius, caput

Cap. 3. Luc. 9.

18. annos natus, it Hierosolymam.

Illius S. Euthymij vita habetur 20. Ianuarij.

Fit monachus ad huc imberbis.

caput terigerunt, simul quidem eum monastico induentes habitu, & in eum vocantes vberiorem spiritus operationem. Eum tamen hoc in loco manere non siuit Euthymius propter ætatem. Valdè enim cauebat imberbium & adolescentum in sua Laura conuersationes, nè aliquam offensionem afferrét reliquis fratribus ad turpes cogitationes. Sed cùm magnus iá Theoctistus excessisset ad Iesum, quem desiderabat, ipse emittit Quiriacũ ad sanctũ Gerasimũ ad Iordanẽ.

Cap. 4.

Vilia exercet officia.

Cùm ergò reuerà præclarũ munus accepisset Quiriacum, & eum vidisset ea ætate, statuit, vt ipse ministraret in cœnobio. Sic autem in eo degebat ille admirabilis, ligna sciodens, aquam & alimentum parās fratribus, & coci fungens officio. Sed quamuis ità se haberet, & io tantis laboribus totum diem transigeret, in colloquendo cum Deo tamen & precatione totas noctes cósumebat, & feruentiùs rursùs & acriùs post opus manuum sacros hymnos incipiebat: & vt paucis dicam, vitam anachoreticam in cœnobio, & tam multis negocijs per omnia ostendebat, vt qui pane & aqua solùm, idque secũdo quoquo die aleretur.

Nota abstinentiā.

His inductus est Gerasimus, vt eum valdè diligeret: & sic vita delectabatur iunioris, & de illius moribus & amore in res spirituales adeò factus erat certior, vt eum assumeret in diebus ieiuniorum ad solitudinem Ruba, & eum haberet socium eorum, qui illuc suscipiebantur, laborum & spiritualis ascensus. Hic dicebatur etiam magnus versari Euthymius, & eos diuinis impertire sacramentis singulis Dominicis, donèc venisset dies Palmarum.

Cap. 5.

S. Euthymij felix obitus.

Cùm breue autem tempus effluxisset, abit quidem pulchro illo ad Deum itinere magnus Euthymius: videt autem sacram illius animam Gerasimus deduci ab Angelis, & præclarè ad cælos ascendere, vndè fuerat vocatus. Cùm ergò statim assũpsisset Quiriacũ ascendit in eius Lauram, & sanctum eius corpus gratis manibus sepelit cum ea, qua parest, reuerentia, & cùm omnia fecisset, quę de more fiebant, reuersus est.

Itèm Gerasimi Abbatis.

Nono autem anno postquàm Quiriacus venit in Palæstinam, admirabilis etiam moritur Gerasimus, & migrauit ipse quoquè ad communem Dominũ, quinto mensis Martij. Vigesimum autem septimum annũ iam attingebat Quiriacus. Et cùm illinc recessisset, accessit in Lauram Euthymij, susceptus quidem ab Elia: is enim tunc ei præerat, à quo etiam accepit cellam: & abundè optato fruebatur silentio. Posteà verò vehementissimum studium adhibebatur, vt mutaretur Laura in cœnobium. Erat autem in ea quidam Thomas, qui pro virtute labores lubentissimé suscipiebat, & ostendebat magnam animi philosophiam. Ei erat Quiriacus coniunctus vinculo spiritus, eiusque mores sequens, ad perfectiorem exercebatur uirtutem, & illius uitam æmulabatur, & ad similem parabatur imitationem. Hic ergò Thomas missus fuerat Alexandriam à Phido Diacono, vt emeret impensas ad extruendum cœnobium. Patrum autem Euthymij & Theoctisti monasteria solùm in diuisione nominum agnoscebantur: commune nanque habebant institutum, & communem viuendi rationem, rectaque & administrata erant ab uno & eodem pastore. Sed iam quidem habebat diuinum quoquè Thomam æternum habitaculum: & erat ipse quoquè relatus in numerum iustorum.

Monasteria Euthymij & Theoctisti unũ institutis.

Cap. 6.

Duodecim autem annis post eius decessum, Longinus præfectus ipse quoquè uita excedit. Et cùm Paulus in eius præfecturam successisset, Terebon Agarenus, qui sacris olim Euthymij manibus fuerat baptizatus, cùm esset ipse quoque iam moriturus, utrisque monasterijs magnas reliquit facultates. Cùm autem Paulus in tractãdis pecunijs iniustus esset uersatus, & in exequendis mandatis se gessisset iniquiùs, & ipsum corpus Terebonis abstulisset cum pecunijs, excitatur seditio inter monasteria, & seditionem consequitur etiam diuisio, adeò ut & munierit Paulus loca, quæ Euthymij Lauræ adiecta fuerant, & septem eis iniecerit, & turrim ædificarit: quinetiam diuersoriũ publicum à Laura Suca emerit prope turrem Dauidicam, & id etiam Euthymij Lauræ attribuerit. Beatus ergo Quiriacus cùm offendisset fratrum diuisionem, & ægrè tulisset, quòd quos Sol simul semper videt, non amor uirtutis, nec silentij, sed pecuniæ diiunxisset: recedit illinc, & uenit in Lauram Sucam. Cùm longo ergò tempore in ea esset uersatus, & his quatuor ministerijs, nempe panis, & reliqui uictus fratrum cura, ægrotorum curatione, hospitum exceptione, Lauræ administratione diuersis annis esset perfunctus, & fratrum omnium conscientiam inuenisset suæ patientiæ testem, & humilitatis, & reliquæ perfectionis, quam diuini canones exigunt a sacerdotibus, quadragesimo anno ętatis prouehitur ad honorem Presbyteratus. Sacrorum autem uasorum & sacri thesauri custodia, & ecclesiæ cura octodecim annos fidei eius fuit credita. Dicuntur autem hæc quoquè de Quiriaco, quòd spatio tot annorum non modò Sol non occiderit super eius iracundiam, sed neque fuerit omninò unquàm iratus, neq; eum unquàm uiderit dies comedentem, & quòd tempore diuinorum hymnorum non priùs fratribus significauerit sonum & modũ, quàm pura & nulli reprehensioni alieni lingua totum perfecisset: sine reprehensione.

Migrat aliò vir Dei ob fratrum dissensionẽ & præfecti dissolutionem.

40. ætatis anno S. Quiriac. initiatur sacerdotio.

Cap. 7.

Abit in eremum.

Septuagesimo autem septimo anno suæ ætatis, traditis thesauris, quorum custodia ei fuerat tradita, ille quidem secedit ad solitudinem Natupha, eum autem sequebatur discipulus. Cùm autem ei deesset alimentum, & non haberent, undè recrearent usus necessitatem (neque enim in solitudine nascebantur melagria, ea nanque eis suffecissent ad conuiuium) Deum rogat diuinus Quiriacus, ut det eis alimẽtum ex scillis, quæ illic erant: erat enim magna earum copia in solitudine. Et conuersus ad discipulum: Collige, inquit, fili, ex his scillis, & sale eis iniecto, coque in olla, & efficiet benedictus Deus, ut his quoquè nobis uesci liceat. Hæc mandat quidem discipulo. Deus autem audiuit ex alto preces, qui etiam fecit aquam ex petra scaturire, & illam maximam Marræ amaritudinem, in conuenientem mutauit dulcedinem. Nam ipsæ quoquè scillæ innatam mutarunt amaritudinem, & quatuor annos ea illo tempore fuerunt cibus beatis. Sed non derelinquet Dominus sãctos suos: à sacrosancto Dauide dictum opportunè hic quoquè dicetur.

Scilla oratione eius induit dulcedinè & fit comestibilis.

Exod. 15

Psal. 36.

Cap. 8.

Vir quidam ex uico Thecoorum, cùm ex ijs, qui illic pascebant pecora, audijsset de Quiriaco, panibus calidis asino impositis accedit, & onere apud eũ deposito, recessit. His q; deincèps Quiriacus uixit cũ discipulo. Sed tũc qdẽ discipulus, cùm, ut cõsueuerat, coxisset scillas, non iussisset autem beatus Quiriacus, eas in cœna apposuit. Deindè ei, cùm non tulisset earum amaritudinem, uires cum uoce sunt extinctæ, & iacebat tanquàm mortuus. Cùm ergò diuinus cognouisset Quiriacus causam eius, quod acciderat, & sustulisset manus ad precandum pro discipulo, eum facit surgere, & cùm eum diuinis impertijsset sacramentis, sanum protinùs reddit, & eum placidè recreat a timore. Paulò pòst autem cùm panes eis defecissent, rursùs fame premebantur grauissima. Et rursùs hic beatus iubet discipulũ scillas ei parare i cęna ille aũt cùm cibum parasset, & eũ apposuisset, uerebatur tamen uti. Venerat enim ei in mentè pcedẽs amaritudo, & quẽadmodum cùm comedisset, nõ solũ

Rursùs assumit amaritudinem cõsuetam.

sermo, sed etiam motus eum defecisset. Cùm eum autem benedixisset Quiriacus, & figuram Crucis ei iniecisset, deindè etiam attigisset ea, quæ erant apposita, & primus comedisset, iucundè comederunt, & se satis refecerunt. *Nota vim signi S. Crucis,*

Cap. 9. Quintus iam agebatur annus ex quo versabatur in Natupba, & filius quidem vnius eorum, qui erant in regione Thecoorũ, vexabatur à maligno spiritu. Cùm de diuino autem Quiriaco singula resciuisset pater, ad eum adducit filium, & vehementer rogat, vt opẽ ferat filio, qui malè laborabat. Ille autem amborum misertus, alterius quidem morbi, alterius verò doloris, & inconsolabilis ægritudinis, quam de filio acceperat, preces fundit pro adolescente: & cùm vnxisset oleo Crucis, eum liberat ab illa acerba insania. *Oleo crucis sanat dæmoniacum.* Cùm ergò miraculum iam persuasisset ad multos, innumerabilis ad eum cõfluebat multitudo, interrumpentes eius quietẽ & orationem. Hæc vitans præclarus Quiriacus, transijt in solitudinem, quę est magis intrà Rubi. Et quinque annos in ea transigens, sumebat radices Melagriorum, & ramos arũdinum, & ea erant eis obsonium, & quod ad voluptatem attinet, nihil cedebant mensæ diuitum. Sed diuinorum Quiriaci charismatum operatio, hanc quoquè solitudinem efficiebat ciuitatem multitudine eorum, qui illuc adueniebant. Omnes enim, quos vel malus vexabat spiritus, aut alius premebat morbus, prompto & alacri animo ad eum accurrebant, tanquàm ad certam curationẽ: Et nemo illinc reuertebatur vacuus. Aegrè autem ferens multitudinem eorum, qui accedebant, diuinus rursùs Quiriacus venit in eam partem solitudinis, in qua nullus Anachoreta nec manserat, nec vnquàm trãsierat. *Mutat iterum locum.* Nominabatur autem locus ab accolis Susacim: & in eo & nouę Laurę & Sucę fluuij ambo cõueniũt, eorum, quos scimus, maximi & profundissimi. Ferũtur autem ij esse, de quibus Christo dictum à Dauide: *Psal. 73.* Tu siccasti fluuios Ethan. Sed hanc planè inuiam solitudinem, omninò hominibus facilem & patentem reddebat in eum fides, vel potiùs diuinarũ illius gratiarum copia, quę etiam fidem mouebat feruentiùs, & ad desiderium pias inducebat animas. Cùm verò Quiriacus septem annos illic transegisset, quoniam, quæ ingruerat, fames omnia circuncircà affligebat, & multos de medio tollere non intermittebat, timentes qui erant Lauræ Sucę, ascendunt etiam ad hanc inuiam solitudinem, rogantque & obsecrant Quiriacum, vt rursùs reuertatur ad Lauram, quo saltem vtilissimum aduersùs famem medicamentum illius habeant aduentum.

Cap. 10. Mota itaque misericordia bona illa & clemẽs anima, rursùs descendit ad Lauram: & cùm ad beati Charitonis cellam quinque transegisset annos, vehementissimè decertauit aduersùs eos, qui eadem sentiebãt, quæ Origenes. *Pugnat aduersùs Origenistas.* Atque tunc quidem admirabilis quoquè Cyrillus, qui à magni Euthymij Laura ad beati Sabæ Lauram accesserat, vt videret silentiarium Iohãnem Episcopum, fit ei minister litterarum ad hunc beatum Quiriacum. Literæ autem significabant bellũ tunc fuisse suscitatum aduersùs sanctam ciuitatem: & eum obsecrabant, vt Deum oraret intentiùs, vt qui erant in noua Laura cum Nonno & Leontio, qui Origenis dogmata defendebant, & aduersùs rectam fidẽ militauerant, vincerentur, & summam illam amitterent arrogantiam. Cyrillus itaque cùm venisset in Sucam, & incidisset in Zosimum & Iohannem, primos illius discipulos, cum eis venit ad magnum Quiriacũ & ei tradit epistolam, & narrat omnia, quęcunque illi coràm dicta fuerant. Ille autem, cùm ardenter & ex corde ingemuisset, & lachrymasset, Dic, inquit ei, qui te misit: Nè animo angamur, o pater, citò enim videbimus Nonnum quidem & Leontium è vita excessisse miserrimè: lupos autem, qui versati sunt in Laura, turpissimè illinc expelli, & oues ratione præditas, sine molestia eam rursùs habere, & sine metu in ea ali & pasci. *Vaticinium de Nonno & Leontio interitu,* Ad hæc idem Quiriacus, Quænam sunt autẽ ex, o pater, inquit, quæ illi suaserunt sententiæ? Affirmant, respondit Cyrillus, dogmata de præexistentia & restitutione in eũdem statum, esse media, & ab omni periculo aliena, dicentes illa eis ad hoc ferre testimonium, quę alicubi in suis Apologeticis magnus Gregorius ita reliquit scripta: Mihi videtur res non vilis, nec contemnenda, dare in tempore vnicuique dimensum orationis, & dispensare in iudicio veritatem nostrorum dogmatum, quæ de mundo, aut de mundis philosophamur, de materia, de anima, de intelligentia, & naturis intelligentibus, tam præstantioribus, quam deterioribus, de prouidentia, quę omnia colligat, quæ videntur euenire ratione, & quęcunque præter rationem inferiorem & humanam. Et quę prætereà de prima nostra constitutione, figurisque & veritate, & testamentis, & Christi primo aduentu, & secundo. In his enim & assequi est non inutile, & non assequi vacat periculo.

Hic locus est partim in Apologetico, partim in disceptatione Gregorij Nazianzeni contra Eunomianos, quẽ locum perperàm isti interpretabantur, cùm Gregorius, vt Eunomianos dehortaretur à disputatione Trinitatis, eosdem adhortatur ad disputandum (si se continere non possunt) de ijs rebus, quas & si minùs pro dignitate tractauerint, non ità tamen de salute animæ periclitaturi sint. Non enim intelligit eos, qui hæc non crediderint, sine periculo futuros: sed qui oratione rerum dignitatem nõ consequuntur. Hæc Aloysius.

Cùm admirabilis hæc dixisset Cyrillus, beatus Quiriacus: Nequaquàm, inquit, sunt media, & vacant periculo dogmata de præexistentia: immò sunt lubrica potiùs & periculosa. *Cap. 11.* Quomodò autem, multiplicem eorum impietatem aperiendo, tibi paucis exponam: Dicunt, Christum non esse vnum ex Trinitate. Dicunt corpora nostra, quę habuerimus ex resurrectione, esse penitùs ventura ad interitum, & Christi primi. Dicunt Trinitatem non fuisse mundi opificem: & quòd in pristinum statum restitutione, poterunt quæcunque sunt ratione pręditæ, ad dæmones vsque, fabricari æones, id est secula: & quòd æthærea & sphærica excitantur nostra corpora in resurrectione. Sic enim dicunt Domini quoquè corpus fuisse excitatum, & nos futuros ei pares in restitutione. Cùm autem rogasset Cyrillus: Cur non sustinuerunt tot labores pro virtute, sed eos consumpserunt in hac, quæ euacuatur & aboletur, sapientia? Respondens beatus Quiriacus: Euanuerunt, inquit, in suis cogitationibus, & obscuratum est insipiens cor eorum, *Rom. 1.* & dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Nonnus autem fuit horum malorum primitiæ, qui cùm non ignauum ad hęc administrum inuenisset Leontium Byzantinum, post decessum beati patris nostri Sabæ, continuò hunc malum mòrbum seminauit vbiquè in Ecclesia. *Nonnus Origenistis multis euertit.* Et primum quidem eos, qui in noua Laura erant, doctiores, vel, vt veriùs dicam, indoctiores, in suam induait hæresim. Deindè non hactenùs constitit, sed vt alia quoquè monasteria solitudinis hac impertiret peste, magnum sibi censebat studium adhibendum: Demùm vt me quoquè humilem & abiectum suis compræhenderet laqueis, qua non vsus est contentione? Sed seipsam fefellit iniquitas, vt dicam sicut diuinus Dauid, & *Psal. 26.* mihi diuina visio apparuit, illius hæresis cœnũ accuratè ostẽdẽs. Neque ego solus vici eius improbitatẽ, sed ij ẽi, q erãt cõuẽius Sucæ. p nostrũ cõsiliũ illius maliuę fortiter

fortiter restiterunt, & fraudulentos mores & artificium ad malum superarunt.

Cap. 12.

Quoniam autem tam apertè congressus fuit superatus, alia ratione conuentum suæ potestati subiicere est machinatus, & quendam Petrum Alexandrinum, qui in eum & hanc improbam hæresim erat iã olim propensus, preficit cõuentui, si quo modo hac quidem certè ratione eos paulatim attraheret ad communionem. Solent enim principi magna ea parte esse conformes ii, qui sunt in eius potestate. Sed nesciebat stultus, se depræhensu facilem & apertam escam proponere. Nam cùm consuetum illius vitium conuentui paulùlùm se ostendisset, protinùs ille totus commotus, Petrum pellit prefectura. Deindè rursùs Nonni cetus, alium Petrum è Græcia ortũ, qui à priore nihil differebat, eis preficit. Conuentus autem uidens expressos eius, qui præcesserat, malitiæ in eo characteres, protinùs eum quoquè expellit: & veniens in beati Sabæ Lauram, prefectum accipit Cassianum, genere Scythopolitanum, religione fidelissimum, ac in virtute & doctrina educatum. Et sic uix tandèm potuimus eorum, qui morbo laborabãt Origenis, ardentem reprimere & arcere impetum. Hæc cùm suauis illa retulisset lingua, ubi intellexit Cyrillum esse monasterii magni Euthymii, cum magno protinùs gaudio: Eccè, inquit, ò frater, tu es eiusdẽ, cuius ego, cenobii. Et cœpit oratione persequi res gestas sanctorum Euthymii & Sabæ. Ille autem cùm eas apertè didicisset ab hoc beato Quiriaco, conscripsit singula in iis, quos de ipsis scripsit, libris, ut illinc quilibet discere potest, si non leuiter & aliud agens, sed accuratè ea legat. Atque sic quidem diuinus Quiriacus. Cùm hoc autem sermone & his narrationibus suum impleuisset animum, Cyrillus discessit in pace.

Monachi hereticos prafectos à se expellunt.

Cyrillus scripsit uitas Euthymii & Sabae ex relatione Quiriaci.

Cap. 13.

Quoniam autem, quandò legum Origenis diligẽs custos Nonnus turpissimo exitu expulit animam & fractæ fuerunt omnes eorum uires, & cessauit bellũ aduersùs Orthodoxos, & illi inter se inuicèm prelia cierunt & pericula: multi uenientes in antrum Charitonis, diuino Quiriaco non paruam exhibebãt molestiam, eius silentium & quietem interturbantes, redit rursùs ad Susacim, iam agens nonagesimum nonũ annum ætatis. Cùm ille autem octo annos in ea mansisset, incessit aliquandò Cyrillum quoddam desiderium conueniendi Quiriacũ. Et cùm uenisset in Lauram Succam, & eius discipulum assumpsisset Iohannem, ueniunt ambo Susacim, qui locus non minùs, q̃ nonaginta stadia aberat à Laura. Cùm autem iã propè essent, eis leo occurrẽs & magnitudine maximus, & visu terribilissimus, Cyrillum conturbauit, ut est consentaneum, & metum ei attulit. Cùm discipulus ergò Iohannes eum sic vidisset affectum: Nè timeas, inquit. Leo autem cùm uidisset eos euntes ad sanctum, uia eis cessit protinùs: & transierunt ipsi, nullo malo affecti. Eos cùm sacrum illud caput adspexisset, ualdè protinùs est lætatus, eosq; suauiter & familiariter intuens, similiter admodùm & scitè: Ecce, inquit, meus quoque in cœnobio sodalis Cyrillus. Deindè nonnihil quoque ludens discipulus Iohannes: Sed eum, inquit, leo, o Pater, grauiter terruit, & timidũ aperte reddidit. Hilaris aũt illa anima: At tu noli timere, inquit, fili. Hic n. leo iste manet diligens custos olerũ, qui nulli bestiæ in ea permittit ingredi. Quapropter nec agrestis capreæ, nec alterius animalis impetũ, ut puto, timuerint olera, hoc vigilante custode. Deinde cùm multa narrasset de patribus, qui erant in solitudine, & sic eos excitasset, & eis ad uirtutẽ acriorẽ iniecisset amorem, mensam ipsis apponit. Tũc accedit leo. Ille aũt bestiæ quidẽ manu præbet panem, & dimittit eum ad custodienda olera. Eis aũt, qui simul cum eo accumbebant: Habeo, inquit, o filii, bonum agri custodem. Neq; enim hic ursus, neque vlla alia bestia, neq; latro, neq; barbarus inuadit eos, qui ad me accedunt. Eos nanque castigat leo, & graue eis affert exitiũ. Atq; illis quidem, cùm totum diẽ apud eum transegissent, & illius doctrinam, & effusam in eius labris gratiam percepissent, & benedictionem impertit deinceps, & eos dimittit in pace. Leo autẽ eis rursùs cessit, & blanditus est. Et sic læti inierunt uiam, quæ ducebat ad eorum regionem.

Cyrillo ad s. Quiriacũ proficiscenti leo obuius factus nõ nocet.

Leo seruat à bestiis olera sancti uiri.

Nota res miras.

Cap. 14.

Hic autem diuinus Quiriacus adhuc permanẽs in Susacim, cùm aqua ei nõ adesset ex fontibus, ut simul quidem ipse uteretur, & rigaret olera, eã, quæ in petrarum concauitatibus colligebatur exhauriens, & estate ea irrigabat meridie, & nõ ampliùs cõcedebat ea sitire. Tempore n. autumni ipsum tps ea satis irrigabat. Cùm magna aũt siccitas fuisset aliquandò æstate, & eæ, quæ sunt in petris, concauitates ne uestigiũ quidem haberent aquæ, ille oculis in celũ sublatis, à Deo petit aquã. Ecce aũt repentina quedã nubes sup caput cõdensata, erupit in pluuiã, & repleuit eius hydrias, & omnia petrarum cõcaua: eaq; & sancti usui, & olerũ irrigationi diu suffecit. Hoc in loco illud mihi uenit in mentẽ, quod, etsi nõ cohæret de sãcto narrationi, si tñ dicatur, nõ mediocrẽ afferet vtilitatẽ.

Pluuiam à Deo impetrat.

Cap. 15.

In solitudinem aliquãdò ueniẽti huius sancti discipulo cum condiscipulo suo Paramono, apparet, circa myricas agrestes stans quoddam spectrũ hominis. Illi aũt existimantes id, quod videbatur, esse vnũ ex Anachoretis, (eo. n. tempore multi hanc habitabant solitudinẽ) ad eum statìm sunt conuersi. Cùm aũt iã propè fuissent, & nusquàm esset, quod apparuerat, illi existimantes esse malignũ spiritũ, precati sunt: & cùm precationi, Amen, subiunxissent, spectant huc & illuc, & q̃dam subterranea eis apparet spelunca. Qd̃ quidẽ cùm rursùs existimassent signũ esse dexterũ, & esse aliquẽ Dei seruũ, qui apparuerat, rogabãt, ut eos impertiret bñdictione & pace. Vix tandèm ergò vox intrinsecùs resonuit ex spelũca, dicẽs: Quid ex me vultis? Sum n. fœmina. Sed quo proficiscimini? rogauit. Illi aũt, Ad anachoretã, dixerunt, Quiriacũ. Sed dic nobis, quomodò noceris, & quonã modo sis hic: & quanam de causa huc accesseris. Illa aũt: Nunc quidẽ abite, inquit, dicã aũt redeuntibus. Cùm illi aũt instarẽt, & ne tantillũ quidẽ dicerent se esse abscessuros, nisi de beata illa priùs audiissent: Nomẽ quidẽ mihi est Maria. Cùm aũt essem psaltria, inquit, scio me multis præbuisse causãm offensionis. Deum itaque rogaui, & suppliciter obsecraui, ut ipsa liberarer a laqueis diaboli. Aliquandò autem corde contrita, & in anima diuino igne accensa, descendi ad sanctum Siloe: & cum hoc uas aqua implessem, quod me adhuc manet, lupinis in sporta acceptis, huc accessi. Nihil autem horum est diminutum usque in hodiernum diem. Sed nec ab illo tempore uidi hominem, neque ullum sum allocuta. Vos igitur nũc abite, & reuertentes me uisitate.

Maria è psaltria fit admirabilis eremi cultrix.

Cap. 16.

Illi his auditis, recedunt: & cùm ad beatum venissent Quiriacum, ei omnia renunciant. Ille, ut par erat, fuit admiratus: & ut eam visitarent, ipse quoquè reuertentibus mandauit discipulis. Cum itaque in reditu venissent in speluncã, & aditũ de more pulsassent, nemo aũt eis responderet interius, ingressi inueniunt eã iam consummatam, & corpus iacens in spelunca. Cùm itaq; ascendissent in Laurã Sucã, & ea accepissent, que erãt eis vsui ad eã sepeliendã, redeunt in speluncã: & cùm ea, quæ de more fiunt, beatæ peregissent, domum ei faciunt sepulcrũ, in ipsa spelunca depositis reliquiis. Sed huc quidem nos de-

Tadem defuncta in propria ...

duxit ſuauiſsima & utiliſsima narratio: rurſus autem redeundum eſt, undè digreſſi ſumus.

Cap. 17.

Cùm octo iam annos, ut diximus, in Suſacim tranſegiſſet beatus Quiriacus, qui erant Lauræ Sucæ, poſt perfectam liberationem ab ijs, qui tenebant ſententiam Origenis, cùm illuc rurſus ueniſſent, in magni Charitonis antrum eum reduxerunt: quò etiam continenter beatus accedebat Cyrillus, & magnum ab hoc facto percipiebat emolumentum & utilitatem.

Nota grādē S. Quiriaci ætatem.

Iam autem uixerat Quiriacus pluſquàm centum & ſeptem annos, ut teſtatæ ſunt illius ipſius in diuerſis locis manſiones, & obita itinera. Venit enim in ſanctā ciuitatem decem utiquè & octo annos natus: manſit autem nouem apud ſanctum Geraſimum. Tranſegit decem annos in monaſterio magni Euthymij. Miniſtrauit autem triginta & nouem annos in Laura Suca. Quinque anni præterierunt, dum veſceretur ſcillis in ſolitudine Natupha: & totidèm alii rurſùs in Ruba. Et quòd ipſe ſeptem quidem annos manſerit in Suſacim, iam relatum eſt. In ſancti autem Charitonis ſpelúca quinq; annos degit, & rurſùs octo in Suſacim. Duobus uerò annis ante tēpus mòrtis aſſcēdit rurſùs ad antrum Charitonis. Quamuis autem ad tantam peruenisſet ętatem, & eſſet tam profunda ſenectute, ne tantillum quidem remittebat de ſua ſtatione ad diuinos hymnos, & miniſterio eorum, qui ad ipſum acredebant: ſed quo erat ætatis prouectioris, eo magis flagrabat animi alacritate, acriusque & fortiùs diuina aggrediebatur certamina.

Magnus in tātā ætate feruor ſpiritus.

Cap. 18.

Erat autem uir mitis & hilaris: & facilis ad eum patebat aditus: ſtatura erat procerus & erectus: collo que adhuc recto, & iuuentutem quodam modo præ ſe ferente, & nec omninò victo à ſenectute: moribus ad docendum erat accommodatus, religioneq; maximè orthodoxus. Cùm tandèm itaque incidiſſet in corporis infirmitatem, & debitum naturę exoluiſſet, apud Ieſum, quem deſiderabat, ſuum depoſuit ſpiritum. Et nunc eſt in quiete iuſtorum, in ſplendore Angelorum, ea uidens, quæ ſemper deſiderabat, & accipiens totam Trinitatis illuminationem, in ipſo Chriſto Domino noſtro: Cum quo patri principii expertí, & ſanctiſsimo uiuificoque ſpiritui potētia, honor & adoratio, & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Feliciſsimè deceſsit è uita.

VITA ET MARTYRIVM SANcti martyris Gregorij Magnæ Armeniæ: Authore Simeone Metaphraſte.

30. Septēbris.
Cap. 1.
Parthorū ampliſsimum imperium.



CVM Perſarum imperium rediiſſet ad Parthos, & Parthorū dominatio ad tantam ueniſſet potentiam, ut non ſolùm imperarent Perſis, ſed etiam Armeniis, & Indis, qui in Oriēte ſunt Perſis finitimi: prætereà autem Maſſagetas quoquè in ſuam redegiſſent poteſtatem, cumque tantarum curarum pōdus unus non poſſet ſuſtinere, quatuor fratres, Parthi quidem genere, Arſacidæ autem cognomine, dominatum quatuor gentium ad ſe tranſferūt. Et primus quidem ex fratribus, communem appellationem in proprium nomen ſibi uendicans, appellabatur Arſacides, & Parthorum tenebat imperium, ſicut tempore, ità etiam dotibus & commodis aliis antecellens. Qui autem illum eſt conſecutus, fuit Rex Perſarum. Tertius autem prædictorum Indorum ſortitus eſt imperium. Quarti autem poteſtati parebant Maſſagetæ. Non fuit autem breui tempore dimenſa felicitas Arſacidis. Poſteà uerò cùm Artabanes filius Valarſi, qui erat & ipſe ea Arſacidis, & in Perſas obtinebat imperium, vacaret Chaldæorum ſapientiæ, quæ uerſabatur in contemplandis aſtris, & ex illis aliquid animaduertiſſet, cum uxore dormiens in tabernaculo, ei dixit: Ex iis, quæ me docent curſus aſtrorum, ſi quis in præſenti tempore meditetur inſurrectionē aduerſùs ſuum dominum, ille quidem, ut arbitror, non fruſtrabitur ſuo ſcopo & deſiderio.

Chaldæi, aſtrologi.

Cap. 2.

Hæc cùm dixiſſet, conuerſus eſt ad ſomnum. Vna autem ex iis, quę ſeruiebant reginę, ex iis nata, qui erant illuſtri genere, corpoream habebat conſuetudinem cum quodam ex iis qui primos gerebant magiſtratus, qui originem quidem ducebat ex Aſſyriis, vocabatur autem Artaſiras. Hic ſæpè quidem apud ſe animo meditabatur tyrannidem, & cum iis, qui ex amicis erant fideliſsimi, illud arcanum communicabat: id autem ad effectum ducere differebat, quòd timeret nè res ſuccederet. Ea ergò clàm egreſſa è tabernaculo, totam rem indicat Artaſiræ, & ad opus excitat, promiſſum ab eo exigens, ut ſi Parthorum potiatur imperio, eam & uitę habeat ſociam, & cum ea regnum & nomine, & re dimidiat. Ille autem prōpto & alacri animo iurauit deos patrios: & quæ iurauit, pollicitus eſt ſinem acceptura, cùm primùm Rex fuerit renunciatus. Cùm hęc petiiſſet, & fidem ab eo accepiſſet, properè recurrit in regium tabernaculū, ut lateret, diligenter prouidens. Mulieri autem nomen erat Artaducta. Artaſiras ergò mulieris nunciū animo agitans, captus erat vehementi regnandi deſiderio: & cúm collegiſſet ex Perſis & Aſſyriis eos, q gerebant magiſtratus, quibus, ut poté fideliſsimis, cōfidebat maximè, & in ſua ad eos oratione, In mediū adduxiſſet Parthorum arrogantiā, inuenit eos quoquè ſimilia conſulentes. Etenim illi quoqué optabāt à Parthica quidem liberari tyrannide: à ſuo autē ſanguine videre regi Perſarum imperium. Decernunt itaque, ut quomodò conſilii, ità etiam rerum ipſarū gerendarum eſſet Dux & princeps Artaſiras: & mittunt nuncios ad Artabanem, rogantes ut è regno excederet ſine periculo, & aliis malis, quæ è bello eueniunt. Ille autem cùm ad ſuam diuinationem & tempus caput inclinaſſet, eos quidem, qui miſſi fuerant, dimittit re infecta: prętereà autem minatur, quòd ſi tale quid venerint ei rurſùs nunciaturi, ſumet primùm pœnas de eorum contumelia. Zecas & Carenas erant eis nomina.

Artaducta mulier animat Artaſirā ad debellādos Parthos.

Cap. 3.
Artaſiras Perſas confligit cum Parthis.

Reuerſi autem renunciant Artaſiræ & reliquis ea, quæ Rex dixerat, & minatus fuerat. Deindè bellum ab illis comparatur. Priuſquàm verò id erumperet, miſit Artaſiras, qui ad ſe duceret Artaductam: & eam in ualidiſsimo collocat præſidio cum omnibus ſuis facultatibus. Cùm autem Perſarum & Parthorū copiæ manus conſeruiſſent, utrinquè quidem cadunt plurimi: ad Artaſiram autem adſpexit victoria. Secūdo aūt commiſſo prælio, Parthi quidem per uim ab hoſtili enſe fuere conſumpti, in fugam autem verſus fuit ipſe Artabanes. Cùm aūt rurſùs collegiſſet, & ad bellū gerendū rurſùs coegiſſet copias, animo confidit. Cęterùm totum annū aliquandò quidem Perſis cōtra Parthos, aliquādò aūt Parthis aduerſùs Perſas oſtendentibus multa audaciæ, facinora, & belli experiētiæ, cùm poſtremò vtriuſq; partis acies propè eſſent, aiunt Artaſirā dixiſſe Artabani Regi, nè temerè faceret, & perderet genera Perſarum & Parthorum: regnum enim nolle deincèps manere apud Artabanē, ſed tranſire ad Artaſiram. Tu autem, inquit, ſi me audias, uiues citra ullam moleſtiam. Dabo enim tibi regionem, quæ affatim ſuppeditabit omnia, quæ ad uſum pertinent. Oportet autem non alio,

quàm

quàm teipso vti magistro eius, quod est utile, & meminisse responsi, quod aliquandò Reginæ dixisti in tabernaculo. Sed hæc quidem Artafiras.

Cap. 4.

Artabanes Rex iubet occidi Reginam vxorē suam.

Artabanes autem priùs adspiciens ad quosdam suos familiares: Quàm grauis res est, inquit, fœmina. Amor coniugii potiùs læserit, quàm iuuerit. Hęc cùm dixisset, iubet transire quendam ea satellitibus, & interficere reginam. Existimabat enim eam prodidisse secretum. Conuersus autem ad Artafirā, respondit esse sibi longè optabilius mori, quam Artafiræ, qui erat seruus, regno cedere. Quæ simul atque dixisset, insanè & bacchantis more irruit in Persas: & ex eis quidem multos sauciat, plures autem occidit: dirigit verò etiam hastam aduersùs Artafiram. Ille autem (habebat enim manus sagittandi peritas, & quæ hac in re semper magna cum laude uersabātur) fugam quidem simulat. Dum eum autem persequitur Artabanes, immittit telum in pectus propter mā millam eius, qui persequebatur. Quod cùm ob uires eius, qui fuerat iaculatus, sustineri non potuisset, cũpit Artabani thoracem: & traiecto pectore, excidit è dorso, & morte statim afficit Artabanem. Vna autem

Artabanes Rex ab Artafirā deloperimitur.

conuenientes inter se Parthi & Persæ, & Regem renunciant Artafiram, qui ostendebat se magnam eorum gerere curam, & non paruam esse suam in eos humanitatē. Et ille quidem cùm sic se haberet, Artaductam duci uxorem, quam datum iusiurandum ei priùs desponderat: & eam elegit reginam.

Cap. 5.

Cusaro autem Artabanis frater, qui regnum magnæ obtinebat Armeniæ, cùm intellexisset ea, quę euenerant, & quòd ad Persas fuit translatum Parthorum imperium, magno dolore est affectus: & ualido coacto exercitu ea Albanis & Iberis, & præterea ex Hunnis, toto anno comparauit ea, quæ ad bellum pertinebant. Magnam autem magnum secum ducēs, expeditionem suscipit contra Persas, & ipsum Artafiram. Qui autem Persarum imperium nupèr sibi usurparat Artafiras, uel inuitus struit & educit aciem aduersùs Regem Armeniæ. Fit autem in prælio magna cędes Persarum. Fugit autē Artafiras, & hostes insequentes irruunt: & Persidem tegunt corporibus eorum, qui interficiebantur: & cùm multos cepissent captiuos, cum Rege suo redeunt in Armeniam, ceteris onustis opibus. Anno autem sequenti rursùs Armeniorum Regi in Syriam facienti incursiones, gēs Saracenorum uenit in auxilium: prædisque actis de Perside & Assyria, & cunctis, quæ erant in eis, spoliatis, Rex ipse cum pari victoria ad suum regnum reuertitur. His autem rebus fortiter & pręclarè gestis, admirationi quidem sociis, terrori autem hostibus fuit decem annos perpetuos. Quamobrèm Rex quoquè Persarum cùm inconsolabili dolore angeretur, cresceret autem dolor, quòd nesciret quid ageret, iis congregatis, qui erant in eius potestate, rogauit ut consulerent, quonam quidem modo possent susceptam delere ignominiam, cessarent autem communes & multiplices calamitates. Ei autem, qui talem dixisset sententiam, secundum post Regem honorē, ei proponit in pręmium. Anac autem quidam, qui genere attinebat ad Cursaro Regē Armeniæ, è cœtu surgens, pollicitus est se præclarum quippiam facturum, per quod & res Persis feliciùs succederent, & pœnas sumerent de hostibus.

Persæ cæduntur à Parthis.

Decem annis Parthi vexāt Persas.

Cap. 6.

Excipiens autem Artafiras: Reuerà, inquit, si hæc feceris, protinùs imponam tuo capiti diadema, & te efficiam quidem secundum regni Persarum, tradam autem tibi regnum Parthicum. Ille autem, quòd ad se quidem attinet, dicit incertum esse finem: Si quid uerò interim ei euenerit præter opinionem, rogauit Artafiram, nè esset ingratus iis, qui remanserint ea genere: sed memor quidem esset eius pro ipso prompti & alacris animi: pro eo autem, eis referret gratias. Hęc cùm dixisset, fratrem assumit sibi autorem: & specie transfugæ, cum mulieribus simul & infantibus, & tota domo, omnibusque domesticis, accedit ad Regem Armeniæ. Ille autem & alio eos honore accipit, & benignè admodùm eos salutat. Illi autem se blanditiis ipsi insinuantes, eum reddunt omninò sibi familiarem: & efficiunt, ut eos nihil haberet suspectos, & maximè quòd simul cum uxoribus, & iis, quę sunt charissima, ad illum transfugissent. Itaque Anac secundum honorē post Regem accipit. Atque hyeme quidem Armenii in summo quieuerūnt ocio: nec quoquè eis multas voluptates in sua patria largiebatur: æstate autem auster calido flatu spirans, coegit Regem migrare in Ararat simul cum magistratibus, ubi degebant tanquàm in uerna temperie. Rex hic uersans, mouebabatur rursùs aduersùs Persidem. Anac autem recordatur iurisiurandi, quod dederat Artafiræ, & donorum accensus cupiditate, se Regē Armeniæ seorsùm uelle alloqui simul cum fratre prætexens de rebus necessariis, cùm soli ad solum essent ingressi, ipsum tollunt de medio: & fama exercitui cædem annuncian te, isti conscendentes equos, totis uiribus fugiunt.

Anac Parthis trāsfugā se simulās regē Armeniæ occidit.

Cap. 7.

Satrapę autem Armeniæ cùm manipulis & militū ductoribus plurimos occupassent transitus, in animo habebant omnibus modis fugam eorum præuenire. Quocircà nec eis frustrà cessit studium. Cùm eos enim fugientes in medio quodam ponte intercepissent, in fluuio submerserunt. Et cùm reuersi essent persecutores, ipsius Anac & fratris interficitur omnis generatio, cùm agens spiritum Rex Armeniorum hoc extremum mandasset, ut genus eorum qui ipsum interemerant, funditùs interiret. Et sic quidem perierunt omnes, pręter duos filios Anac, eosq; valde infantes, & qui erant adhuc inuoluti fasciis, & lactebant. Quos cùm seduxisset quidam ex iis, qui ad eum attinebant, unum quidem deposuit in partibus Persidis, alterum autem in Romana ditione. Is fuit Gregorius, cuius præclara pro pietate certamina aggressa est ab initio dicere oratio. Rege autem Armeniorum eo modo, quo diximus, interfecto, felici rei successu motus Persa, mouet exercitum aduersùs cōturbatus Armenos: & magnā acta præda, & multis abductis captiuis, præclarè rursùs in suam reuertitur regionem. Cùm autem inuenisset inter captiuos unum ex filiis Cursaro, nomine Teridatem, eum quidem non interficit propter teneram adhuc ætatem: mittit autem in exilium in Romanorum regionem. Hic est Teridates, qui regnum Armeniorum posteriori tempore Romano auxilio acquisiuit & accepit, & magnum Gregorium tormentis subiecit innumerabilibus: & qui non solùm eum non abduxit à pietate, sed ipse potius eius admirabili constantia & plaga desupèr immissa à diuina prouidentia, ad illius fidem fuit conuersus. Sed hæc quidem singulatim procedens declarabit oratio.

Anac cū suis perit.

Artafiras vexat Parthos.

Teridates filius Cursaro Regis Armeniæ

Cap. 8.

Subdit sibi Armeniam Artafiras.

Artafiras igitur, qui tunc erat Rex Persarum, partē sui imperii ipsam quoque fecit Armeniā. Gregorius autē filius Anac, ut diximus, qui Cursaro interfecerat, degens in ciuitate Cæsareę Cappadocię, & aliam discit doctrinā, & in rebus Christianis diligenter fuit exercitatus. Teridates præterea, qui erat ex sanguine regio, referebatur in numerū Romanorū magistratuū. Non ignorans autē Gregorius & quę fecit eius pater Anac, & quę ab ipso passus est pater Teridatis, ea tū secreta apud se tenens, accedit ad Teridatem, se aduolūtarium eius tradens ministeriū, & citra vllam excusationem Teridati in omnibus fidelem suam præbe-

Teridates ægre fert

Gregoriū Christianam tenere fidem. Gotthi vaſtant Romanorū agros.

bat operam. Cùm autem accepiſſet Gregorium Chriſtianam tenere religionem, ęgrè ferebat Teridates, qui etſi nihil proficeret, non ceſſabat tamen eum increpare. Gotthi uerò illo tempore populabantur & vaſtabant agros Romanæ regionis. Vndè qui tunc Romanum obtinebat Imperiū, ſurrexit ipſe quoquè totis viribus: & quę ad bellum pertinebant, parabat, eosque aduocat, qui eius parebant ditioni, ac ſe omninò inſtruebat ad vlciſcendos Gotthos. Cùm itaq; alter ea aduerſo alterius caſtrametati eſſent, & aciō utrique inſtruxiſſent, & manus mox eſſent conſerinri, Dux Gotthorum prouocauit Regem Romanorū ad ſingulare certamen. Ille autem (neque enim poterat ſuis manibus proſternere aduerſarium) quærebat, quiſnam ex ſuis, ſe illum eſſe ſimulans, cum Gotho congrederetur.

Cap. 9.

Licinius aūt uir quidam ex ijs, q in ducendis exercitibus tunc erant pulchrè verſati, iubet Imperatorē bono eſſe animo: eſſe. n. unum ex ijs, qui apud ipſum militant, Teridatem ſcilicet illum, qui refert genus ad regium ſanguinem Armeniæ, virum, qui uiribus & armis eſt inexpugnabilis, & qui in multis ſuæ virtutis dedit experientiam. Is nunc quoquè, inquit, verſatur in exercitu. In medium itaque ducitur Teridates: & eum Imperatoria induit Imperator purpura, & omnibus inſignibus Imperij, ut uideretur ipſe eſſe Imperator, qui aduerſùs barbarum ſuſcipiebat ſingulare certamen. Cùm ad pugnā ergò proceſſiſſent, & qui Romanorum agebat Imperatorē Teridates, & ipſe Dux Gotthorum, vſqueadeò ſuperauit Teridates barbarum, ut nec enſem quidem in ipſum ſtrinxerit, neque haſtam vibrarit: ſed eum manu facilè rapuerit, & uiuum duxerit ad ipſum Imperatorē. Quo facto, non indigna ab eo conſequitur pręmia. Nam & benigne ei multum largitur pecuniæ, & induit eū purpura, & caput eius regio ornat diademate, & nō multó pòſt in paternum imperium reſtituit Teridatem. Gotthi autem cùm ſic pręter rationē aduerſam ſenſiſſent fortunam, & Ducem ſuum repentè uidiſſent compræhēſum, diſperſi ſunt omnes, & pauci redierunt in domum ſuam nuncij calamitatis. Imperator autem Romanorum cum pręclaris trophæis rediit feliciſſimè.

Teridatis egregium facinus.

Cap. 10. Teridates fit Armenia Rex.

Teridates autem deincèps regnum in Armenia obtinens, patriæ erat deditus falſæ religioni, cùm aliis ſacrificans ſimulacris, cum maximè Dianę quam & ſummo honore afficiebat, & amicam deam exiſtimabat. Atq; ſacroſanctum quidā nolebat Gregoriū eſſe ſocium ſacrificij. Nam ipſe quoquè Teridatē eò erat ſecutus. Ille autem id minimè patiebatur. Teridates ergò, qui & pro alio miniſterio, & pro uniuerſorum communicatione ſe ei multum debere fatebatur, iubebat nè in religione ab eo diſcreparet. Diuinus autem Gregorius: Corporalia quidem, inquit, miniſteria, quæ non corrumpunt animum, beneuolè & amicè dominis à nobis exhiberi docet nos cōmunis Dominus, ne quò minùs ea exequeremur, tibi vnquàm ullum pręteruimus negocium, neque negligēter inſeruiimus. Quæcunque autem ipſam animā adducunt in periculum, & procùl abducunt ab opifice, eorum qui eſt eruditus, nequaquàm ſuſtinuerit inire cum alio communionem, etiamsi Imperator, etiamsi qui uitam habet in poteſtate, iubet. Cùm hæc fusè ſacroſanctus dixiſſet Gregorius, ira ſupra modum repletus eſt Teridates, & acerrimè in eum fuit commotus: & vinctus quidem fuit ſtatim uir præclarus. Deinde cùm lignum ori eius immiſiſſent, quàm maximo poſſent ſpatio, ſuperiorē partem diſiungunt ab inferiori, & eius humeros onerāt glebis ſalis, qui eſt apud Armenios foſſilis. Deindè funibus ſacroſancto corpori alligatis, cùm eū ſublime ſuſtuliſſent, totos ſeptem dies ei hoc acerbū producunt ſuppliciū. Poſt ſeptimum autem cùm Rex illū hinc deduxiſſet, interrogauit, an didiciſſet id, quod eſt melius, & priorem mutaſſet opinionē, & diis ſtatuiſſet offerre ſacrificiū.

S. Gregorius horrēdum ī modū à Teridate cruciatur.

Item ſecundo.

Cùm aūt vidit eum magis zelū ſpirantem pro pietate, dat eum ſecundis tormētis, prioribus minimè clementioribus. Suſpendit eum pręcipitem ex altero pede appendens: & nec eo fuit quidem contentus, ſed èt decem lictores, virgas habentes in manibus, circa eum ſtatuit: & fimo infernè ſubſtrato, ignem in eum immittit, adeò ut martyr ſimul & virgis uerberaretur, & fœtidum fumū naribus exciperet: ut denſum & continuum anhelitū, quem effundere cogebatur à plagis, fumus impediret & obſtrueret, nec cōcedēs quidem vt ſpiraret, ſed fuliginoſum illum fimi vaporem in eius viſcera immittens. Scio uel ad ſolum auditum eos, qui adſunt, caligaſſe. Ille autē non ſolùm fortiter ferebat, ſed etiam Dño magnas agebat gratias, & cum iis, qui aderant, multa de Deo loquebat, & eis oſtendebat pietatem, etiamsi nō perfectè intelligebant, q ſcilicet Deus in principio creauit cęlum & terrā, formauitq; hominem, & poſuit eum in paradiſo, ex quo poſteà expulſus fuit propter mandati transgreſſionē. Deindè meminit moleſtiarum, q poſtquàm ab illis paradiſi bonis excidiſſemus, nos miſeræ (hei mihi) inuaſerūt. Poſt hæc ſubiunxit Dei in nos benignitatem, quēadmodùm uidelicet curam gerens noſtrę ſalutis ad nos miſit Doctores & Prophetas, q prædicabant unigeniti carnis ſuſceptionem, & cunctas, quæ pro nobis ingratis ab eo ſuſceptę fuerunt, perpeſſiones, colaphos, Crucē, lanceā, uoluntariam mortem, eius reſurrectionem, noſtram correctionē, reuocationem, ad primum bonum reditū. Poſtremó docebat quòd dignos excipit regnum cęlorum, & q malis tormentum eſt paratum: ignis, qui non extinguitur: tenebræ, quæ non deſinūt: uermis immortalis, & quodcunque aliud ſupplicium ſibi recondiderunt, qui ſunt ſerui peccati.

Magna martyris fortitudo.

Gen. 1.

Docet ſibi adſtantes fidem Ieſu Chriſti. Mat. 25.

Cap. 11.

Hæc cùm diſſeruiſſet, firmamque & immobilem ſibi precatus eſſet confeſſionem, ille quidem finem impoſuit precationi. Quidam autem ex circunſtantibus cùm quæ ille dixerat, ſcriptis mandaſſent, ad Regem ea ſtatim referunt. Atque Gregorio quidem pede ſuſpenſo, rursùm peractus erat ſeptem dierum curſus. Ille autem cùm eum rursus deduxiſſet, exiſtimabat eum eſſe perſuaſum, uictum à ſupplicio. Cùm autem uidiſſet eum promptiùs & alacriùs è uita diſceſſurum, quàm à fide in Chriſtum, ſe grauiorē martyri parat aduerſarium, & ſe confert ad alia excogitāda tormenta, quibus non poſſit eſſe aliquid crudelius: & cùm tabulis anteriores tibiæ partes cōpræhendiſſet, & deindè eas fune conſtrinxiſſet, ſic exprimit, ut ea ipſis etiam ſummis pedū digitis guttæ ſanguinis diſtillarent. Cùm ergò uix tandem pedes eduxiſſet ex illa afflictione, in plantis pedis ferreos infigit clauos, & cogit athletam currere, multo ſanguine ſolum ſubiectum adſpergentem. Quamobrèm magnū corde dolorem ſentiens martyr, (Quomodò enim, niſi dolorem ſentiret, oſtenderetur eius in Chriſtum deſiderium?) Euntes ibant, dicebat, & flebant, mittentes ſemina ſua: Venientes autem uenient in exultatione, tollentes manipulos ſuos. Hæc ſanctus quidem pſallebat ſuauiter. Teridates autem iubebat circunſtantibus ferire crudeliùs: Vt, inquit, in maiori dolore & fletu ad eum perueniat, quę ab eo expectatur, uoluptas. Sed licèt tot & tanta pateretur, ut ſuis perpeſſionibus eorum etiam, qui ipſum odio habebant, animos ſatiaret, fortiſſimè tamen ea ferebat propter Chriſtum.

Vide ſupplicij immanitatē.

Pſal. 126.

Poſt

Cap. 12. *Alij cruciatus satè horrendi.*

Post hęc eum humi supinum extendunt, cùm hoc iussisset Tyrannus: & cùm caput quidem fabrili quodam intercepissent instrumento, exprimunt validissimè. Cùm nasu autem fistulam applicassent, nitrum & salem mixtum aceto, in eam infundunt, & acorē ad profunda capitis, & ad ipsum transmittunt cerebrum. Deindè eius vexandi alium quinquè modū excogitant, qui & illorum crudelitatem, & martyris animi fortitudinem ex ęquo ostendebat. Nam cùm calathum attulissent, camini eum implent fuligine, & in eum martyricum illud caput immittunt, & illi collo calathum alligant, & sex dies eum relinquunt premi hoc graui tormento. Septimo autem die cùm eum accersiuisset Teridates, cum consueta subsannatione, & ei grata irrisione: Vndenam, inquit, nunc ad nos redis? An à regno & à bonis illis, quæ priùs prolixè persequebaris, & quę expectabas te esse percepturum? Generosus autem ille liberè & magna cum fiducia: Nondùm, inquit, ò rex, ad illam ineffabilem migraui felicitatem. *Inuicta martyris cōstantia.* Sum enim adhuc implicatus graui hoc onere corporis. Sed quoniam his sum pro Domino meo dignatus, veniam paulopòst cum illius gloria, quandò nuda quidem & aperta sistentur omnia ante illius tribunal. Sedebit autem ipsum Dei verbum iudex non tantùm factorū, sed & animi conceptionum, & cogitationum cordis penetrans vsq; ad diuisionem animæ, & ossium, & medullarum, & vnicuique tribuens pro meritis. *Noua tormenta.* Quo tempore, hei mihi, quale te circumsistet periculum, quali, ò infelix, supplicio damnaberis? Hæc Regem cient maiori furore: & statim pedibus vinctus martyr, pręceps suspenditur, & per posteriores partes multam aquæ immittunt in ventrem, hoc simul pro supplicio & ludibrio habentes scelerati. Nullus enim pudor talibus oculis, quorum animæ erant plenæ libidine & nequitia.

Cap. 13. Cùm autem illinc fuisset demissus, Rex conabatur rursùs persuadere: &, Pare, mihi, dicebat ei, & diis maximis sacrifica. Nā alioquì malè peribis, mihi charam iuro eorum potentiam. Sacrificabo, sed Saluatori meo omninò sacrificium laudis, magnus dixit Gregorius. Quę autem sensu & mente carent, & sūt omninò inanima & surda, absit, Christe Rex meus, ut honore vllo aut uerbo digner, etiamsi plura mihi & grauiora inferantur supplicia. His disrumpebatur Teridates, & ira suffocabatur. Itaque cùm sanctū rursùs suspendisset, vngulis quidem ferreis laniabat eius latera, qui erat ferro quouis durior, adeò ut ipsa quoq; terra inquinaretur fontib⁹ sanguinis. *Lacerat̄ vngulis.* Cùm autem dissecasset, & profundos sulcos in eis incidisset, murices ferreos humi sternit. Deindè nudus is, qui totum Christum induerat, super ipsos trahebatur. *O pœnas inauditas.* Interim autem dum lictorum manus eum pilis trahebant acerbissimè, ille quidem proprio irrigatus sanguine, magis florebat, & germinabat non secùs, atquè generosæ plantę, & fructu fidei abundabat. Ille autem, Vbi est, inquit, Deus tuus, Gregori, in quem sperasti? Veniat nunc, & à meis te eripiat manibus. Atque ille quidem cùm sic omnia peruasisset supplicia & afflictiones, & eas tulisset faciliùs, quàm alii voluptates, & omnibus euasisset superior, rursùs in carcerem coniicitur.

Cap. 14. *In Ignem iaculum.* Sequenti autem die cùm eum rursùs accersiisset Teridates, & vidisset eum adstare cum prompto & alacri animo, & cum sano corpore, idque cum caro fuisset anteà consumpta tormentis, apud se quidem mirabatur, & dubitabat, quòd non simul cum carnibus eum defecisset respiratio. Vipera autem nō expellebat venenum, neq; pardus cauebat varietates: sed adhuc idem manebat Teridates, & in martyrem eandem conseruabat sæuitiam & inhumanitatem. Cum ergò eum sic uidisset affectum, ne sic quidèm desperabat eius mutationem: sed contendebat stultus vincere animam insuperabilem. *Nota genꝰ supplicij.* Vndè etiam cùm ferreis tibialibus beata eius induisset genua, & cuneis, qui ipsi quoque erant ferrei, ea transadegisset, ac fibulasset, & martyrem suspèdisset, tres totos dies eum tenuit sublimem. Ille autem tantum aberat, vt hoc cruciatu secùs, quàm generosum hominem decet, afficeretur, aut obloqueretur, ut & ipsa uideretur ridere tormenta, & eos, qui ipsa afferebant, si sperarent fore, vt illius firmitatem in contrariam mutarent sententiam. Pendenti itaque iussu: Nondùm sensisti, Gregori, inquit Teridates, te frustrà in Deo tuo confidisse? aut alioqui nobis ostende, si quid boni ex spe in illum es consecutus. Ille autem: At tu ipse, inquit, es insipiens, & te planè stolidè & amenter geris, qui aduersùs te infers tam graue iudicium, & ignem gehennæ in tuum caput congeris. Ego autem confido in Domino meo, qui est meus defensor, & refugium meum: & in ipsum speraui. Quæ autē mihi à te laniantur carnes, parùm sunt mihi curę. Quātùm enim externus noster corrumpitur homo, tantùm internum renouari & docemur, & credimus. *2. Cor. 4.*

Cap. 15. Ex his ira incessit Regem, & acerbè martyrem intuens: Quoniam, inquit, tu quidem dixisti te renouari, nos autem minatus es esse tradendos igni, qui nō potest extingui, ego interim hoc, qui extinguitur, te docebo, nè sis tam apertè insolens in nostram potentiam. Et protinùs iubet plumbum in lebetem iniectum, valdè incendi ac liquefieri, & totum in martyrem iniici. Atque hoc quidem sic factum est, ut iussit. *Plumbū liquefactū īfūditur ī martyrē.* Ille autem non minùs fuit forti & generoso animo, quàm si aqua in eum effunderetur. Hoc autem fuit ex eo euidens, quòd ipse apertissimè quidem illius arguebat errorem in ipso tempore tormenti: liberè autem & confidenter iis, qui aderant, suggerebat verbum pietatis. Quibus quidem mirandum in modum obstupefactus Armenius, studebat eum omninò lucrifacere. nā si hoc nō posset assequi, putabat gentiū religionē magnū esse dānū accepturā. Volēs ergò eum supplantare, & abducere ab illa infirmitate & constātia, promptoq; & alacri animi studio, cogitauit eū pellicere blanditiis & assentationibus, deuitiarumque, voluptatū, honoris & aliorum bonorū promissis inescare. Sed interim quidam ex Satrapis: Non licet ei viuere, neque hunc Solem adspicere, ò Rex, clara & alta uoce loquitur, cùm sit filius Parthi Anac, qui dolo patrem tuum Cursaro interfecit, & Persarum tyranno totam captiuam reddidit Armeniam. *Indicatur Regi S. Gregoriū filium esse Anac.*

Cap. 16. Hæc cùm audiisset Teridates, eum pro patre subiit vehemens zelus: & statim omnium, quę apud se cogitabat, eum cepit obliuio propter paternum sanguinem. Iubet autem sanctum ligatum collo, simul & manibus & pedibus, deiici in lacum, qui est in ciuitate Artaxat. *In terribilē iniicitur lacum.* Erat autem hic lacus res uel solo auditu terribilis: putrefactum cœnum habebat intrinsecùs, & uenenatos serpentes & vermes, & erat habitaculum omnium, quę serpunt in terris, iam olim ab Armeniis effossus ad excogitandum terribile supplicium. Quapropter ex iis, qui in eum anteà iniecti fuerant, non modo non illinc ullus emersit, sed nec toto quidem die durare potuit. In hunc ergò lacū post multos illos & insuperabiles, quod attinet ad usurpationem, insultus sacrosanctus iniectus Gregorius, quatuordecim totos annos nimia, quæ illinc oriebatur, obsidebatur afflictione. *Notarē planè stupendam.* Quadam autem mulier uiduata coniuge, quæ habitabat in prędidio Artaxat, cùm ei diuina apparuisset uisio, aliquod frustum pa

nis

ctis quotidiè in eum immittebat. Quod quidē cùm esset beato alimentum, recreabat ei corpus, quod laborauerat, & non sinebat eum omninò deficere. Sed narranda multa reliquit oratio, cùm ne tantillùm quidē vellet discedere a viri memoria. Nobis igitur reuertendū est ad ea, quæ deinceps sequunt in historia.

Cap. 17.

Teridates ergò arbitratus se ineuitabili morti dedisse iustum, cùm esset utiquè hyems & frigus, ipse accedit ad regiam Armenicam. Illinc autem expeditionem suscipit aduersùs Persas, & eorum populabatur regionem. & traiecit in Assyriam, & vicit pugnans singulari certamine, & celebris erat propter res ab eo gestas rectè & feliciter. Verumenimuerò Ioui, Dianę, & Herculi attribuebat victoriam. Neque verò in illis colendis suum tantum ponebat studium, sed etiam aduersùs Christianos ipsos, & impietatem uehementer & insane spirabat. Eo autem tempore, quod intercessit, qui Romanam purpurā non feliciter induerat, Diocletianus vxorem ducere uolebat, & procurabat sibi matrimonium. Cùm autem apud ipsum essent omnes patres, qui alebant virgines, & vt ei suam desponderet, unusquisq; ualdè moliretur, ille his omnibus prętteritis, postquam in quadam ex iis, quæ eius parebant imperio, ciuitatibus intellexit sanctarum virginum chorum exerceri in monasterio, quibus præerat quidem Gaiana: inter illas autem vnam esse, Ripsimem vocatam, & ab ipsa Gaiana, cúm ambæ essent Christiani generis & sanguinis, in pietate educatam atque eruditam, quæ sicut specie virtutis, ità etiam pulchritudine corporis erat admodùm insignis: vel ipsa eius imagine Imperator accensus, quam ad eum depictam quidam pictor attulerat, ipsam amabat vehementissimè, & affectionis œstro concitabatur: eratque ille amor mera insania, & planè rabies. Et ille quidem diù antè parabat nuptias, & festum prædicabat: & eos congregabat, qui erant in nuptiis ei inseruituri: & ad Ripsimem misit adulatores, qui de nuptiis ei significarent, & nunciarent eas iam esse paratas, quòd ad ipsum quidem attinebat.

Teridates debellat Persas et Assyrios.

Diocletianus vult habere cōiugē virginem Deo sacratā, nomine Ripsimē.

Cap. 18.

Illa autem, (Quid enim per ipsam virginitatem ad hæc cogitârit, aut dixerit uirgo, quæ iam olìm cohabitantem elegit continentiam, & solis uiuit leguminibus, & totas noctes uersatur in oratione, & nec interdiù desistit ab hymnis in Deum?) Non tē fallam, sponse Christe, dixit: non te probro ac dedecore afficiam, ò chara virginitas: non te prodam, mater continentia. Itaque Deo, qui solus poterat ei dare salutem, adiutore inuocato, non necessariis, non amicis, non parentibus, neque ollis aliis erat omninò munita. De aliò itaque migrando statim consultat: & comites bonas alias inuenit virgines, quę erāt ei & uitę & uirtutis socię, inprimis autem præfectam Gaianam. Et nō dubitarunt, etiāsi prę multa inedia iam defecissent, peregrinationem suscipere, sed sicut passeres, cum ea transmigrant in barbaram Armeniorum regionem. Eas enim incitabat etiam ad migrandum pręceptum Dominicum, dicens: Si persecuti uos fuerint in hac ciuitate, fugite in aliam. Prompto itaque & alacri animo illuc proficiscuntur, & ueniunt in ciuitatem Ararat. Torcularia autem erant eis habitaculum. Cùm autem eis oīa deficerent necessaria, quædā ex eis, spe parādi sibi uictus posita in manib⁹, versabant & laborabāt in arte lanificii, & quod hinc sibi parabāt, consumebāt ad cęteras alendas uirgines. Diocletianus autē cùm & amore iam improbè captus esset, & non posset ampliùs quiescere. postquam, omni moto lapide, accepit migrasse Ripsimen in regionem Armeniorū, scribit statim ad Regem Armenię Teridatem, & alia non pauca aduersùs Christianos. & quòd à se dilectam Ripsimen vafro & venefico sermone pellicientes, ei persuaserunt, ut mallet in externa uiuere regione, & eam cum probro & ignominia errantem obire, quàm cum eo habitare. Est enim fęmina, aiebat, res deceptu facilis. Rogabat autem, vt cùm omnibus modis ipsam inuenisset in Armenia, ad eum remitteret. Quòd si eam quoque sibi cōiungere mallet, id eum non minori gaudio affecturum.

Illa fugit cū aliis.

Matt. 10.

Cap. 19.

Postquàm hæ literæ venerunt ad Teridatem, ille statim virgines inuestigabat & scrutabatur. Cum antem accepisset eas latere in torcularibus, timens nè si præsensissent se quæri, illinc aufugerent, & in locū incertum recederent, eum locum occupat præsidio. Et cùm accepisset ex iis, qui viderant Ripsimem, eā esse insigni pulchritudine, leporisque & gratiæ copia magnas habere illecebras, iam in eius amorem exarserat: & regias protinus ad eam vestes, & alium mundum emittit: & iubet Ripsimem his indutam, ad se venire in regiam, reliquas autem teneri custodia. Illa autem Christi incensa desiderio, & eius amore ardens, quem etiam solum nouerat sponsum, suasionibusque & monitis Gaianæ, quæ & ipsam aluerat ab infantia, & ad eam perduxerat ætatem, magis feruens, æque & verba eius, qui erat ei odio, amatoria, & quæ missa fuerant, abhorrebat & respuebat, & cū iis, quæ secum erant, vacabat orationi. Interim antē dum peragebatur oratio, tonitru repentè erupit, & vox desupèr è tonitru resonuit, dicens: Estote forti animo, & confidite. Sum enim vobiscum: & conseruabimini mihi intactæ ab insultibus inimici, & ingrediemini mecum in meum thalamum, & accipietis regnum vobis paratum. Hæc & vox dicebat, & tonitru resonabat horribiliter, & vnà cum ea diù affuit: & multos quidem, cùm repentè erupisset ad aures, humi deiecit, & sermonem eis abstulit: Quinetiam multos equites eiecit ex ipsis equis, quos eq. insultantes & conculcantes, occiderunt: & ad summum conturbauit penitùs eos, qui aderant, eosque reddidit animi dubios & perplexos. Qui autem missi fuerant a Rege Teridate, ut accerseret Ripsimem, animo conterriti, reuertuntur ad Regem, deorsùm intuentes, & ei renunciant ea, quę facta fuerant, & quòd nec acciperet Ripsime ea, quæ missa fuerant, nec omninò ad eum venire in animum induceret. Ille autem ualdè efferatus, & nihil cogitans eorum, quę renunciabant illis euenisse, (Quomodò enim id faceret anima amore ebria?) neque reueritus probro afficere uirginem: Sed uos, inquit, eam uel inuitam adducite. Illi ergò cum quàmcitissimè concurrissent ad Ripsimem, & eam alius aliundè præhendissent, & magna ui simul attraxissent, ad Regem adducunt. Illa autem, etiamsi sic capta, & ad hoc malum esset redacta, magno & forti animo illud canebat: Eripe à rhomphea, deus, animam meam, & à manu canis unigenitam meam: & inuocabat nomen sponsi desiderabilis.

Teridates Rex eam cupit habere vxorem.

Virgo sancta cælesti voce cōfirmatur.

Trahitur inuita ad Regem.

Psal. 21.

Cap. 20.

Postquam autem fuit in ipso cubiculo regio, oculos ad Christum cum mente attollens, reuocabat in memoriam mirabilia quæ facta fuerant in rubro mari, & in solitudine: & Ionam adducebat in medium cum naufragio admirabili, &, quæ fuit præter opinionem, eius in uitam reuocationē: Danielis & triū meminerat puerorum, & quēadmodùm illi tanquam in herba roscida in flamma incedebant: Deindè etiā Susannæ referebat factas insidias, & redemptionem: & sibi similem adesse adiutorem petebat in casu simili. Interim autem in cubiculum ingressum Teridatē inuadit grauiter dæmon intemperantiæ, amenterq; & insanè prę amore exclamabat, & ardebat, & eliquabatur;

Sācta virgo egregiè se cōfirmat ad tuendam virginitatem suā.

Dan. 3.

Dan. 13.

batur: illiciebatque Ripsimem, & ei blandiebatur, & vaserrimè omnibus modis eam aggrediebatur. Illa autem & accedentem auersabatur, & dum eam tangeret, ęgrè ferebat, & collum extendentem, ut impudicis oscularetur labris, non sustinebat, ut decebat rectè institutam virginem: eiusque vultus implebatur pudore, & acerbis verbis insectabatur hominē impudicum, & sponsum vocabat Christum, & illius feruentiori amore incendebatur: & ut paucis absoluam, superauit eum, qui tanta erat magnitudine, & tantis viribus, & puram sponso Christo corporis pulchritudinem & animæ conseruauit nobilitatē. Sic nihil est æquè inexpugnabile, atquè in Christum beneuolentia & spes: quibus si te solùm armaueris, nō accedent ad te mala, neque flagellum appropinquabit tabernaculo tuo.

Psal. 90.

Cap. 21.

A virgine ergò turpissimè victus Teridates, egreditur è cubiculo, & eluere volens ignominiam, aut potiùs non ualens continere intemperantiam, neq; viuere sustinens, si non impudenter probrum afferret uirgini, iubet collari vinctam adduci Gaianam, & foris stantem ad ianuam cogi à ministris suadere Ripsimæ, quæ erat intùs, ut Regi parèret, & nulli rei, quam illa uelit, repugnaret. Sciebat enim Gaianam esse illius pædagogam & magistram in iis, quæ pertinent ad uirtutem: & si illa solum uoluerit, Ripsimem nihil esse contradicturam. Infelix, qui non satis habuit à sola uictum esse Ripsime, sed etiā Gaianam suo capiti secundum inuexit malum. Quæ quidem postquàm adstitit, verberabatur quidem & lacerabatur ab illius satellitibus propter Ripsimem: Illa autem etiamsi hæc pateretur, totum tamen faciebat illorum imperatis contrarium. Virgini enim reuocabat in memoriam pacta conuenta, quæ cum Deo fecerat. Describebat sermone iustorum, qui illic est, splendorem: contrà opponebat gehennam, cuius minæ malis sunt intentatæ. Interim autem satellites, cùm sensissent ea, quæ dicta fuerant, lapidibus eius dentes excutiunt, & mandant ea loqui, quę Regi futura erant ea sententia. Illa autem, tanquàm verberibus potiùs confirmata, quàm vllum omninò dolorem accepisset, alia quoque primis suasionibus adijciebat. Sed illam quidem cum satellites protinùs arripuissent, procùl remouerunt, eam rursùs iubentes abire vndè uenerat.

Gaiana licet ualdè afflicta, hortat Ripsimē, ut sit memor se uouisse Deo castitatem.

Cap. 22.

Ripsime Deo iuuā te uictrix egredit.

Teridates autem hic quoquè apertiùs superatus, cùm amore Ripsimes omninò esset frustratus, seipsum deijciens, humi volutabatur. Victrix autem Ripsime, per vim uictis aduersariis, egreditur, tanquàm quidam uictor in certamine Olympico, (Nox enim iam ei magnam dabat securitatem) & per mediam ueniens ciuitatem, sic aliis uirginibus noncia suæ uictorię, & trophęorum aduersùs inimicum: vel potiùs ipsa venit trophæum, sic truci prostrato aduersario, & sibi conseruata integra uirginitate. Illam ergò noctem suffuratę, cum ea illo torculari, dum potuerunt latère, excessissent, appropinquarūt cuidam loco arenoso, & sponso Christi egerunt gratias, & mente cum eo fuuit versatæ, & sic amorē suū consolabantur: deindè etiam petebant suam ad ipsū resolutionem. Eis autem orationi diligenter intētis, cùm quidam nunciassent, ubi illæ essent, accedit procedente iam nocte, Regis coquorum princeps ab ipso missus cum satellitibus habentibus in manu lampades. Qui cùm beatam Ripsimem accepissent, manibus ponè circumactis eam uinciunt, & eam iubent linguam proferre. Cùm illa autem verbo citius fecisset, quod iussa fuerat, eam escindunt. Posteà fracta tunica, & extensis vtrisque illius manibus & pedib⁹, cùm eam rectis lignis alligassent scelerati, urebant lampadibus. Deincèps autem cùm acuto lapide ventrem execuissent, in terram effundunt intestina, & eius adhuc parùm palpitantis oculos effodiunt: & totam minutatim discerpserunt. Sed illa quidem, ut quę adeò pulchra & venusta è virginalibus egressa erat thalamis, sponso Christo adstitit, digna illius oculis & thalamis, lapidibusque preciosis, torquibus & monilibus, & sponsalibus omnibus indumentis, nempe pro eo susceptis stigmatibus, omni ex parte exornata.

Ripsime virgo sanctissima inhumanissimè interimitur.

Chori autem virginum, quæ eius fugę sociæ fuerant, trigintaseptem numero, trigintatres, quę venerant ad venandas martyris reliquias, cùm fuissent deindè depræhensæ à satellitibus, ipsæ quoquè ense mortem subiere, præda longè quæstuosiore inuento periculo, vt quæ, cuius studebant solùm venari reliquias, totam ipsam vitam & finem acceperint, & ingressę sint in eundem, in quem ipsa thalamum, eodem sponso dignæ habitę. Earum autem corpora bestiis diuiserunt parricidæ, quarum cùm maximam partem illi tormentis exedissent, ea, quæ restabant, edenda apposuere bestiis, ne pauca quidē terra ea impertire studiosos illarum Christianos permittentes.

33. eius sociæ virgines iugulant, post diros cruciatus.

Cap. 23.

Reuerso autem principe coquorum, & rogante, quonam modo interimeret Gaianam: Iam enim, inquit, ut fuit nobis mandatum, de medio sublata est Ripsime: Teridates, ut qui nihil meminisset eorum, quę iusserat, (miserum enim perdebat amor, & nec sinebat quidem respirare liberum) Ripsime, dicebat, vbi est? Sed vbi videbo Ripsimem? Postquam autem, tanquàm è somno vel ebrietate ad se rediens omnia planè intellexit, quæ & ipse iusserat, & quæ fecerant, quibus iussum fuerat, ægrè ferebat, eiulabat, vociferabatur, & postremò dicebat, se non esse victurum, nisi esset vnà cum Ripsime. Et protinùs iussit linguam Gaianę ponè tractam per tendinem auelli è gutture: deindè eam crudeliter simul & inhumanè tolli de medio. nam ne sic quidem, dicebat eam meritas pœnas esse daturam. Hæc enim mala, inquit, lingua mihi meam abstulit Ripsimem, ipsa perdidit meam animæ voluptatem. Cùm hæc, quæ interim dicebantur, audiuisset princeps coquorum, educit Gaianam cum duabus, quę erant cum ea, virginibus ad pontem fluuii, super quem solebant maleficos afficere supplicio. Ipse autem ea se quoquè plura adiicit tormenta. Existimabat enim se Regi maximè gratificaturum, si vehementer & insanè spiraret in virgines. Et primùm quidem perrumpit earum vestes: deindè earum etiam extensis manibus & pedibus, & talis perforatis, illinc per fistulas vento implet inspirato. Vbi autem disiuncta est pellis à sua cum carne coalita coniunctione, virgines miseri excoriant: quod nec adspicere quidem humanus sustinuisset oculus. Illæ autem, etsi ità exuerentur pellibus, tamen diuina non nudabantur gratia: à qua etiam adiutæ, requirebant Christum, cuius tenebantur desiderio, dicentes: Memēto nostri benigne & clemens Dñe: quoniā propter te morte afficimur tota die, & tanquam oues occisiones propter te sumus reputatæ.

Gaiana cū duab⁹ virginib⁹ dire cruciatur.

Psal. 43.

Cap. 24.

Princeps autem coquorū cum vidit eas ità exuisse pellem absque vlla molestia, perindè acsi quis vestem exuisset, & simul eas interim audiuisset Dominum alloquentes, ut iusserat Teridates, eis fecit linguas eximi. Cùm itaque virginibus collum fuisset ponè perforatum, eis linguæ excinduntur radicitùs. Deindè cùm lapidibus instar gladiorū acutis & secātibus, exsecti fuissent uentres, & uniuersum internum figmentū uidissent fusum pro pedib⁹, eis capita amputantur. Atq; vicesimo quidē sexto mēsis Septēbris gloriosa Ripsime coronā suscepit martyricā. Eas verò, quæ

Capite plectuntur.

rū, quę uenerant ad uenerandas illius reliquias, idē dies vidit martyres. Die autem sequenti beata quoquè Gaiana cum socius virginibus, percurrerunt stadium consummationis. Ab illo ergò tempore trāsiit sextus dies, & iam flamma amorū Teridatę sensim marcescente, ille egressus est ad venationem. Nō tardanit autem iustitia: sed eum quædā inuadit insania, qua furebat planè demoniacè, & præ morbo erat emotæ mentis, & dentibus suas arrodebat carnes: & mutata fuit forma eius in porcū. Quòd si quis sit, qui non ignoret suisse Nabuchodonosorem mutatū in hanc formam, eodem modo sciat etiam Teridatem eandem, quam ille, subiisse mutationem. Sicque de libidine & flagitio sumptæ sunt tam acerbæ pœnæ. Et erat Teridates extrinsecus porcus, internè crudelitatis & cęni voluptatum, & alterius porcinę animæ ac vitæ simul imago & pęna. Non sic autem solus erat affectus execrandus Teridates: sed & omnes, qui erant cum eo milites, & qnicunque ex magistratibus & aliis ciuibus simul lętabantur iis, quæ perpetrata fuerant, cum eodem luctabantur dæmone: non quòd essent ipsi quoque porcorum induti specie, sed in furorem redacti erant, & à se planè discesserant. Erat igitur iis, quos hæc tenebat affectio, quādò resipiscebant, liberationis magnum desiderium: eorumq; necessarijs non minor huius rei cura, partim quidem, ne inciderent in similia: partim autem, ut morbo leuarentur, qui ad eos attinebant.

Vide caleste vindictam in Teridatem.

Dan. 4.

Itemq, in eos, qui ei assi ferūt.

Cap. 25. Visio Cusarroductæ sororis Regis.

Interim autem dum in his malis conflictabatur Armenia, appàret somnium Regis sorori Cusaroductę. Somnium autem erat, sua homini figura similis. Videbatur autem dicere, quòd si Gregorium illum, quem in ciuitate Artaxat in barathrum demiserūt, illinc hauserint, euestigiò mali sequetur solutio. Sin minùs autem hęc non sic fiant, nequaquàm sunt inuenturi aliam curationem. Hęc cùm dixisset somniū, ad populum accedens Cusaroducta, (vincebat enim pudore is, quem de fratre accipiebat, dolor) communicat uisionem. Illi autem eā arbitrati insanire, (Quomodò enim speraretur apud eos omninò reliquum esse uel os vllum Gregorii?) verba Cusaroductæ subsannabant & irridebant. Cùm autem malum intenderetur, nec intermitteret aduentare somnium, & mulier instaret vehementiùs, cogēs populum, ut uisionem ad effectum deduceret, mittitur quidam vir clarus ad oppidū Artaxat, nomine Autaias. Cùm ergò; qui in eo erāt, rogassent, cur veniret Autaias, & quęnam esset causa eius aduentus, simulq; & riderēt & mirarentur, quomodò quidem inter viuos adhuc quæratur, quē nec mortuū quidem arbitrabātur conseruari ob tēpus, quod intercesserat, sed in puluerem iam esse dissolutum, somnium eis satrapa (hunc.n. fuerat honorem consecutus) & responsum recensuit: & accedens ad barathrū, nominatim uocauit Gregoriū. Ille aūt statim respondet. Cùm is autem illius solū audisset responsum, demissis funibus, eum statim rogauit, ut iis captis, sursùm traheretur, dixit enim illius Deum iussisse, ut asscēderet. Funibus itaque illinc extractus sacrosanctus Gregorius, toto quidem corpore à diuturna in cęno & limo afflictione fuerat deni gratus: sed eum cum aqua, quoad eius fieri potuit, abluissent, & purè induissent, ducunt ad vrbem, in qua Rex erat.

Extrahit S. Gregorius de lacu.

Cap. 26. Rex et satrapæ eius procidunt ad pedes S. Gregorij.

Hic Rex Teridates in forma porcina, & à furore vexatus & rabie, satrapęq; & omnis alia multitudo ei occurrunt. Procidentes ergò omnes ad beatos illos pedes, ut Deum eis placaret, & à maligni illius dęmonis insania & malo liberaret, uehemētissimè obsecrabant. Ille aūt cùm ante alia sanctarū martyrum quæsisset reliquias, & postquàm eas illi ostendissent, collegisset, (iacuerant enim disiectę nouem dies & totidem noctes, neque malè olentes, & omninò intactæ à canibus, volucribus & bestiis) earumque vestibus decorè composuisset, licèt ipse Rex, & qui cum eo erant magistratus, offerrēt vestes preciosissimas, cum ipsis vestibus deponit in torculari, quod etiam uiuas prius habuit martyres, & calcatum fuit ab illarum pedibus virgineis. Cum autem tota nocte orasset, & Deum esset precatus, die sequenti ad Regem & suos catecheticam fusè & prolixè habet orationem. Erāt enim hæ eius ad Deum preces, vt priusquàm formam porcinā exueret Teridates, sermonis acciperet intelligentiam, & conciperet singula eorum, quæ dicebantur. Sed tunc quidem cùm Dei potentiam, & quā nostri gerit curam, sacrosanctus adduxisset Gregorius, & quemadmodùm eum conseruasset admirabiliter, & præter opinionem, (Quæ enim ei euenerunt, superant humanam naturam: & nisi diuinā gratiam ad eum desupèr aduolasse dixeris, haud quidē facile est credere) deindè cùm eorum in sanctas virgines audaciam & crudelitatem repræhendisset: & docuisset oportere eos priùs desistere ab errore simulacrorum, deindè ad verum Deum accedere: & quòd si conuersi fuerint ab impietate, euestigiò eorum calamitatis consequetur solutio: & cùm pauca de ortu mundi, & futuro seculo, & nonl festinanti mysterio, & magna erga homines Dei benignitate & clementia disseruisset, & adiecisset etiam, quòd desupèr ad eum aduolās Angelus aderat in lacu, eique uires addebat, & conseruabat eum illæsum à malis, qui ne tum quidem volebat abscedere, sed adhuc apparebat eius oculis valdè suauiter resplendēs & euidenter: Postremò autem & templa inssisset extrui martyribus, & multa alia effet oratione persecutus, & eos qui aderant, mysteriis initiasset, cùm iam aduesperasceret, cętum dimisit.

*fer. * uestes.*

Catecheticā habet ad Regē orationē.

Tēpla cō struuntur martyribus S. Gregorius.

Sequenti autem die ieiunium quidem ad sexaginta usque dies totos uniuerso populo denunciat: & ipse ea, quæ in mysteriorum initiis priùs dicta fuerant, in his repetens, & quę deerant adiiciens, & virum eorum, qui in virtute excelluerunt, in medium adducens, ad imitationem & ęmulationē illorū animos accendebat, & abundè eis præbebat tales fruendas conciones. Hoc in loco uisionē quoquè, quam solus ille fuerat assecutus, publicè apud aures omnium deposuit. Illa autem est eiusmodi, ut nihil possit esse admirabilius: & quæ visu quidem fuit terribilis: si auribus autem accepta fuerit, salutaris. Videbatur enim mihi, inquit, cælum esse apertum, & quæ initiò incorruptibilis intercepta erant aquæ, hinc & hinc diuisæ, firmæ ac stabiles manere in utraque parte. Forma autem quædam humana, lucidum quoddam iubar emittens, & multa luce omni ex parte refulgens, aureum manu tenens metallum, terram pulsabat. Et lux desupèr è cęlis radiis frequenter emicās, implebat fines terræ. Quinetiam quidam alati exercitus, qui erant etiam unusquisque sua, mouebantur in cælis. Et columna ænea basi aureę imposita, ad illos pertingebat. Sed pars quidem ipsius lucis uidebatur ferre figuram Crucis, pars aūt erat magnæ colūnę similis. Et tres aliæ minores columnæ locatæ erant super bases similes Sed vna quidem stabat sup martyricū stadiū beatæ Ripsimes, & trigintatriū virginū. Altera aūt, vbi pręclara Gaiana cum duabus sociis uirginibus, consummationis coronā accepere Alia autem erat super torcular, quod priùs quidem omnes simul fugientes excepit uirgines: unius autē postea uel quouis mero aut nectare dulciorem excepit sanguinē: Quę cùm in eo in morbū incidisset, nec posset alias sequi uirgines, ibidēm apud torcular, tā quàm

Cap. 27. Sunt temporæ nulla op' ardua inchoant sancti.

Visio ei'.

Horū in mūnere' t rimem habet ust:

quàm vua ſpecioſa, oculis hilaritatem afferens & ſuauitatem, non iuſtorum pedibus exprimitur, ſed manibus impiorum de medio tollitur. Poſt hæc magnã quidem igneorum altarium multitudinem dedit ad ſpiciendam uiſio, & ſuper unumquodque Crucẽ formatam ex eadem materia. fons autem quidam ea his emanabat, perſpicuum quoddam edens fluentum, & adeò copioſum, ut mundaret uniuerſam ſubiecti cãpi faciem. Quinetiam mihi cernebatur grex caprarũ, reſplendens in nigrore pilorum. Poſtquàm autẽ aquam tranſmiſerant, ſpecies quidem eis mutabatur in oues: nigror autem pilorum, mutabatur in albotẽ niuis. Dixiſſes momento temporis effluxiſſe nigras, & alias exortas eſſe, nempe albas. Atque oues quidẽ uiſę ſunt parere: & cani pili erant etiã recèns natis fœtibus. Multitudo autem ſuperabat & numerum, & locum, quantumcunque definiebat oculus. Ex his autem, quę nupèr natæ erant, uidebantur rursùs quoquè naſci alię. Et quidam agni mutati in lupos, male faciebant ouibus, & eas aggrediebantur comedere ac diſcerpere: Sed ex his quidem alię interim prodocebant alas, & uolabant ad exercitus lucis: aliæ autẽ capiebãtur à lupis. Cùm hoc fieret, repentè riui ignis effuſi contra lupos, in eos incidebant & exurebant, & non licebat eis ampliùs effugere. Poſt hæc omnia aliæ rursùs columnæ cernebantur fixæ in nubibus: & caput lucidum ſupra columnas prębebat quoddam ſpectaculum admirabile.

Cap. 28. His, inquit, & talibus eram ego animo obſtupefactus, & maximè quòd quaſdam res tacitè uidebatur ſignificare uiſio admirabilis. Sed qui unà mecũ aderat, & quæ uidebãtur, oſtendebat (erat autem is Angelus Domini omnipotentis) ipſe & ſtuporem conuertebat in dulcem admirationem, & explicabat, q̃d ſignificarent ſingula eorum, quæ cernebantur. Nam latitudinem quidem cæli apertam in duabus partibus, docebat ſignificare uiſcera diuinæ clementiæ priùs quidem ſuo figmẽto fuiſſe clauſa, deindè fuiſſe aperta. *Explanat et S. Angelus viſionem.* Aquæ autem, quæ firmatę ac ſtabilitæ fuerunt ſuper aquas, nullum ampliùs eſſe innuunt impedimentum iis, qui è terra uolunt ad cælum tranſire. Glorioſæ enim, inquit, martyres uia tam lata ingreſſæ ſunt cęlos abſque moleſtia, cùm eam dedicaſſent, & priùs ea iter iniiſſent. Qui autem manu aureum tenet malleum, & terram ferit, is diuinam ſignificat uiſitationem, per quam error quidem idolorum ab ea fuit expulſus, fuit autem eius loco introducta ueritas. Lux uerò, quæ fuit diffuſa in uniuerſam terram, dilatationem prædicationis Euangelii, & ex eo procedentem fulgorem qui omnia compræhendit. Angelorum autem congreſſus cum martyribus concurſusque, & cum aliis hominibus ipſorũ conſuetudinis & conuerſationis huius luminoſi & alati exercitus deſcenſus eſt ſignum euidens. Columna & baſis aurea, ea fidei Chriſtianorum diuinitatem ſignificat & puritatem. Dom autem ſacerdotii ſignũ eſt Crux lucis. Nam primi quoquè Pontificis imaginem fert ſacerdos qui propter nos ſuſcepit mortem Crucis. Colũna lucis, eſt imago catholicæ Eccleſiæ, per quã extollimur ad pietatis ſimul & ſalutis lucem, & ad quam non patet aditus. Tres autem breuiores colũnę, quæ locatæ ſunt ſuper baſes, deſcribunt infinitũ numerum templorũ, quorũ in vnoquoque loco conſummationis eorũ, qui propter Chriſtum mori elegerint, fundamenta iacientur & excitabũtur. Rursùs autem oratoriarũ ædiũ ędificationis, quæ fit per eã, quæ eſt circũquaquè, regionẽ, hęc altaria dicebat eſſe ſinguũ Crux autẽ ignea ſuper ea, ſignificat, q̃ igne ſanctiſsimi ſpiritus, incruentum, quod in holocauſtũ offertur, ſacrificium adoletur in memoriam & glo- *Incruẽtũ ſacrificiũ, id eſt, Miſſa.*

riam eius, qui pro nobis eſt crucifixus. Grex autem caprarum, & aquæ tranſitus, & nigræ lanæ in albam mutatio & multiplicatio, eam, quæ fit per baptiſmum, expiationem peccatorum & ſcelerum. quæ admiſſa fuerint, remiſsionem, translationem ad pietatem, virtutumque fertilitatem & fœcunditatem, priorumque multitudinis incrementum & augmentum prænunciat. Quicquid autem in lupos quoquè eſt mutatum, eam, quæ poſteriùs fiet, pſeudochriſtianorum impietatem, & eos qui illam amplectuntur inſurrectionem, pręſignificat: Eos autem, qui huic inſultui excelſo & forti animo reſiſtent, dicit ad cælũ ipſum euolaſſe pernici & leui ala fidei. *Pſeudochriſtiani hæretici.* Ignis autem riui ſignificat gehennam, excepturam eos, qui inſurrexerint aduersùs pietatem. Oues verò captæ à feris, uolunt eos ſignificare, qui à maligni venatione miſerè capti fuerint. Columnæ autem, quæ erant in nubibus, è terra aſſcenſum poſt reſurrectionẽ à mortuis: nuſquàm enim declinans & leuis eſt aſſcenſus. Habitus uerò iuſtorum, in quo in occurſum Domini in eius ſecundo rapientur aduentu, caput illud, quod eſt ſupra columnas, eſt ſufficiens indicium, nec non ſplendoris, qui eos expectat.

Cap. 29. Cùm ſanctus ergò Gregorius illud admirabile recenſuiſſet ſpectaculum, & dixiſſet ſe ad hæc fuiſſe deductum ab angelo, qui aſsiſtebat: & ſic ſimul obſtupefeciſſet & deliniſſet eos, qui aderant, iubet ut transferantur, & condantur martyrum reliquiæ. Ipſi autem primùm quidem in ſepulcris, oratoriarum ædium inſtãr, ædificandis ſtudioſè & diligenter laborabant, alii quidem portantes lapides, alii autem ligna cedri odorifera ferentes, & alii lateres: atque ità affecti erant, ut omnium manus ceſſare viderentur, niſi vnaquæque propriã pulcherrimæ materiæ partem ferret ad ædificium: omneſque exiſtimabant ſe ità demùm futuros eſſe beatos, ſi quid gratificarentur martyribus ad ſepulcrorum ædificationem: & quas priùs (hei mihi) crudeliſsimè interemerant, eas ſe quammaximè fieri poterat, honorare apertè oſtendebant. *Vide ingens ſtudiũ erga ſanctarũ reliquiarum uenerationem.* Tantùm ſuaue illud os Gregorii, & eius labris inſidens gratia, eos incitauit ad honorem martyrum. Sed hic quoquè erat Deus, qui virginum in ipſum beneuolentiam magìs remunerabatur, quiq; nec in mediis malis, nec in ipſo lacu à ſuo diſceſſit Gregorio. Itaque diuinus quidem Gregorius, ut redeamus ad ea, quæ conſequuntur, deſcripſit formam ędificiorum: ædificandi autem artifices protinùs inſtabant operi, & fabri rursùs faciebant capſas ex cedro ligno pulcherrimo. Cùm autem citò compacta fuiſſet vnaquæque capſa, tunc omnes diuinus Gregorius arcet à miniſterio: Non licet uobis, dicens, ne manus quidem admouere martyrum reliquiis, neque appropinquare, manentibus in eadem affectione, nec adhuc diuinum baptiſmum conſecutis. Sed ego, inquit, meis manibus inſeruiam depoſitioni. Et ille quidem laborabat in ſepultura, & ei ſummo uacabat ſtudio: Teridates autem & coniunx & genus eorum, quinetiam magiſtratus & uniuerſa multitudo, precioſas veſtes & indumenta auro uariata, aurũ quoquè & vnguenta ferentes, poſuerunt ante portas torcularis. *Non permittit S. Gregori' martyrũ reliquias tractari, à nondum in Chriſto renatis.* Omnium ergò illarum martyrum corpora cùm totidem capſis condidiſſet ſacroſanctus Gregorius in torculari, & ea, quæ par erat propter feſtum peregiſſet, poſtquàm fuit in ianuis, & uidit quæ oblata fuerant, illorum quidem promptitudine animi valdè fuit lætatus: ſed ea non admiſit, dicens, oportere ea conſeruari debere apud eos, qui obtulerunt, donèc ſacra fuerint perfectè ędificata ſepulcra, & ipſi per baptiſmũ abluerint inquinamentum impietatis. Atque Teridates quidem porcina adhuc

forma

forma indutus, sanctum rogabat ea animo, ut aliqua saltem ex parte homo aperiretur. Etsi dicens, nō sum dignus exuere totam personam dedecoris, & totum Teridatem in priore nunc quoque uidere forma: sed manibus, sed pedibus saltem consolare aliqua ex parte calamitatem, ut ipse quoquè per me laborem in opere ędificij.

Cap. 30.

Nota, Ei mittit ad eum martyres quæ intercedant.

Misericordia ergò motus magnus Gregorius, & ipse fit Deo supplex, & mittit ad eum martyres, quæ intercedant. Fuitque protinùs Teridates homo manibus & pedibus, & meminerat accepti beneficii, & reddebat gratias, ipse quoquè laborans in fodiendis fossis, in quibus capsas erant deposituri. Atque ille quidem fodiens terram sursùm iaciebat, regina autem Asichene (erat enim hoc nomen coniugi) & soror Cusaroducta, cùm hoc à diuino Gregorio petiisset Teridates, suis tunicis efferebant puluerem. Ut autem fossæ conuenirent capsarum magnitudini, Rex lapides ea magnitudine, ut nullus alius eos tollere posset, deferebat ad ędificandum. Deindè etiam sepulcrorum postes ostiorum, & superliminaria, non aliorum credens manibus, sed ipse humeris imposita ferebat. Iam autem omnia perfectum acceperant ornatū ædificationis. Itaque accensis lampadibus & cereis, transferunt capsas martyrum: & earum unanquanque proprius accipit locus: & diuinus Gregorius signum Dominicæ passionis, uenerandam Christi Crucē, statuit in unaquaque earum. Non hęc autē solùm sepulcra fuere ędificata: sed etiam templū ea magnitudine quòd Catholicam Ecclesiam vel solus nominabat adspectus, & circa id altum ædificarunt parietem, ut passim ad ipsum non pateret aditus. Martyr igitur Crucē hic quoq; statuit, & iubet multitudinē, quę illic assiduè uersabatur, & eò ueniitabat, prōpto & alacri animi studio Deo cultum offerre per adorationem Crucis. Hęc autem omnes faciebant non iussui solùm parentes, sed iam etiam è domo fidem, & ieiunia, & preces, tanquā ea bonis seminibus Gregorii sermonum, ipsi quoquè producētes. Ille autem cùm accessisset in medios eos, qui tūc erāt congregati, dat se intentiori cum populo precationi: &, omnibus Teridati regi Armeniæ petentibus in antiquam formam restitutionem, qui eorum, qui ipsum timent, tāquàm pater filiorū, miseretur, Deus hic quoquè confirmat & corroborat misericordiā: & aufert ipsam porci speciem, quæ erat Teridati imposita extrinsecùs, & expellit malignum, qui intùs cohabitabat.

Nota de accēsis lāpadib⁹ & cereis, & de signo Crucis.

Ecce Crux adoratur.

Psal. 102.

Regi restituit forma humana.

Cap. 31.

Neque verò hactenùs restrinxit misericordiā, sed ea quoquè trāsit ad magistratus, & ad milites & profundam tranquillitatem sunt eorum quoquè animæ consecutę ab insultu scelerati & execrandi dęmonis liberatę. Tunc quoquè salutem inuenit innumerabilis alia multitudo: & leprosi, & paralytici, & hydropici, & qui membris erant manci & mutili, & quoscūque premebat aliquod aliud malum, illic deponunt omnia, & nihilominùs exuunt etiam iniustas animæ notas & maculas: & cum magno lucro, & cum magna redeunt lætitia, ut qui non solùm corporum, sed etiam animarum perceperint curationem. Hinc factum est, ut ad sanctum omni ex parte confluerent populus, quęrens ab eo initiari mysteriis pietatis, & eorum, qui uariis morbis laborabāt, stabilem & immobilem colligere curationem. Rex autem Teridates & omnes magistratus, militesq; & quicunq; alii habitabant in Armenia, cùm radios pietatis prōpto animi studio in corde accepissent, & sano mundoq; animæ oculo adspexissent, non sustinuerunt, quo minùs fraudis & erroris habitacula ab ipsis euellerent fundamentis, ac uiderent eautis oculis, quibus uidebant pietatem. Itaque cum Gregorio gentium templa & altaria circumsistētes obsidebant, demoliebantur, solum effodiebant, fundamenta aperiebant, ingrediebantur in ipsa pecuniæ æraria, opes auferebant, thesauros efferebant, & omnia faciebant, nè eos laterent vel minimæ impietatis relictæ reliquiæ. Deindè Deo sacra, & eius martyribus templa contrà ædificabant: & ea extrinsecùs cingebant parietibus: & eis illorum opes & preciosas vestes, possessionesq; & thesauros dedicabant: materiamque, quæ prius in nullo erat honore, & planè erat superflua, ut usui esset, effecerunt, & conuerterunt ad utilitatem. Sic ergò qui in illis altaribus & templis versabantur dæmones execrandi, grauissima expellebantur persecutione, & inexpugnabilem Dei nostri potentiam formidolosi & valdè trementes exclamabant.

Omnes debiles curātur.

Armenii cōuertūt ad Christum.

Extruuntur tēpla Deo & martyribus.

Cap. 32.

Non sola autem Armenia certatim mouebatur & incitabatur ad pietatem, sed multæ etiam gentes finitimæ ad similem deducebantur æmulationē. Ad pietatem verò plurimùm contulit ipse quoque Rex, qui omnibus uidentibus & audientibus, suam priorem referebat impietatem, & accusabat suam in magnum Gregorium crudelitatem, & gloriosas virgines immanitatem & cædem, & agrestis illius amoris faciens mentionem, & dicens quales pro eo pęnas luerit, Deo ei irascente, & qualem rursùs benignitatem, & quantum acceperit beneficium admirabilis Gregorii intercessionibus. Hęc Rex singulatim persequens, erat bonū multis exemplum, multosque accēdebat & inflammabat ad eandem sententiam. Res enim eiusmodi est potestas, ut sibi conformes semper reddat eos, qui parent eius imperio: eademque ij solent amare, & illa exercere, quibus senserint ipsum lætari principem. Hinc mirandū in modum eis crescebat pietas. Undè etiam statuerūt magnum Gregorium creare Pręsulem suę ecclesiæ, ut quem priùs inuenerunt dispensatorem salutis, eundem etiam decętero haberēt gubernatorem, & eos ipse deduceret ad Dei portum. Ille autem & præfecturæ altitudinem, & solicitudinem cogitans grauitatē, & quòd cum sit tenera planta fidei, magna opus habeat diligentia, & copiosa irrigatione, dubitabat & differebat suscipere pręfecturam ecclesiæ, donèc uisio Angeli Domini, quæ & ipsi Regi Teridati, & magno Gregorio apparuit, illi quidem persequi instituerit, huic autem iussit suscipere Pontificatum. Rex autem, quoniam habebat annuentem eum, qui priùs non parebat, cum ex iis, qui gerebant magistratum, sexdecim viros elegisset pręstantissimos, eos in Cęsaream Cappadociæ mittit unà cū Gregorio, ut à Leontio (is enim tunc in ea erat pontifex) acciperet donum pontificatus, scripta quoque ad eum epistola, quę sic habet.

Mutu Regis Teridatis exēplo suscipiunt fidē.

Leontius Episcop⁹ Cæsareæ Cappadociæ.

Cap. 33.

Regis epistola, ad Leontiū Episcopum.

Profundæ tenebræ, cùm aliorum peccatorum, tū impietatis maximè nos diù operuerūt. Hinc factum est, ut nec ad ueritatem adspicere, nec communē omnium opificem potuerimus olim intelligere. Cùm enim & alium nobis Solem in terra magnum misisset Gregorium, & sanctas ostendisset uirgines, ut per ipsas nos quoquè agnosceremus illius bonitatem & humanitatem, eas immanissimè præ furore puniuimus: & ipsę quidem miserabiliter (proh dolor) à nobis interfectæ fuerunt: hic autem Dei inuicta confirmatus virtute, sæuitię nostrę & insidiis semper superfuit. Verùm ne sic quidem abyssus illius miserationum, & infinitum pelagus clementiæ nos despexit penitus: sed huius diuini Gregorii doctrina & precibus, & gloriosarum illarum virginum & martyrum intercessionibus, crassam illam caliginem abstulit à nostris animæ oculis, & ad lucem veritatis deduxit,

Intercessio sanctorum.

deduxit, Illiusqne agnitionem & fidem. Eum ergò, qui fuit nobis anthor tot bonorum, nostræque falutis dux certus & dispensator, doctorem & pastorem reliquæ vitæ & virtutis non nos solùm elegimus, sed diuina qnoqué visio talem sententiam è superis obsignauit. Per quam ipsum quoque annuentem ad vestram misimus sanctitatem, vt ab eius manu & lingua ipse consecretur in Pôtificatu, & citó nobis, qui grex eius sumus, reddatur.

Cap. 34. S. Gregorius consecrat. Episcopus.

Hac accepta epistola, Leontius magnum Gregorium & legatos accepit honorificè, & cùm eũ, simul adhibitis alus, qui aderant, Episcopis, consecrasset, cum pari humanitate dimittit & hoaore. Illinc ergò reuersus diuinus Gregorius, quos in prope viam sitis ciuitatibus vidisset dignos, qui fierent sacerdotes, & aptos, quorum fidei crederetur verbum doctrinę, eis ea suafit, qnibus erat opùs: & illos assumens, addnxit in pietate sibi opem laturos, futurosque sacerdotes ipsius Armeniæ & propinquarũ gentium. Cùm antem iam ingressus esset fines Armenię, ounciatur ei relictum esse quoddam templum Herculis, situm super flumen Euphratem, & in eo esse aram, in qua dæmonibus & Herculi fiunt sacrificia.

Oratione euertit arã & tẽplũ Herculis.

Cùm ergò ad hoc templũ venisset, sola oratione (neque enim ei humanas quispiam admouit manus: qui in eo erãt dæmonibus, machinis omnibus & spectris depugnantibus aduersùs euersionem) ab ipsis euertit fundamentis, & alterum excitat Domino, quod ei ex aduerso responderet, & in eo deponit reliquias

Missa incruentũ sacrificiũ

prçcursoris & Baptistæ, & martyris Athenogenis: eę enim inferebantur. Postmodùm etiam aram consecrat, & in ea Deo incruenta offert sacrificia. Tum eos quidem, qui secum erant, primos baptizat satrapas.

11. myriades populorum baptizatur.

Deinde autem cùm viginti dies illic esset moratus, plures quàm vndecim myriades diuino impertit baptismate. Cùm igitur septimo Octobris eis iussisset festum agere, (in eo enim die aram illam Deo consecrauerat) sacerdotes constituit & Leuitas: & vniuersam, quę est circuncircà, regionem ornat munitque ecclesiis, presbyteris, & diaconis.

Cap. 35.

Armeniorum autem Rex Teridates, cùm iam accepisset appropinquare Pontificem, cum iis, quæ aderant, copiis, & coniuge, & sorore, procedit ei obuiàm proptèr ripam flunii Euphratis: & se iucundè inuicèm intuentur, & cum gaudio complectuntur: & erant pleni lętitia. Sed ille quidem Apostolorum ostendebat doctrinam: ipsi autem diligenter audiebant, & in auscultando erant attentissimi. Cùm totos ergò triginta dies eis ieiunium imperasset &

Armeniĩ cũ suo rege &c. baptizantur.

orationem, ab Ipso Rege incipiens, & a Regina, & sorore, & per eos posteà, qui magistratus gerebant, & per cęteros demùm persuadens, baptizat omnes in Euphrate, redditque filios lucis & diei. Deindè aliud templum excitat proptèr Euphratem, & in eo diuina celebrat mysteria, atque ut par est, sacrificat. Christus verò ne hic quidem in eos suorum obliuiscitur miraculorum. Sed illi quidem baptizabãtur in Euphrate, eius autem retinebatur fluentum: & uidebatur columna lucis, tanquam super basim, posita super aquas, ipsos Solis radios, quòd ad splendoris

Crux apparet baptizatis.

attinet rationem, longo interuallo superans. Simul autem cum ea Crux quoquè oriebatur in capite. Et erat id quidem uisu mirabile. Toto autẽ illo die cernebatur oculis eorum, qui fuerant baptizati. Ipsius autem multitudinis plenus & perfectus numerus, erat qnindecim myriades. Cùm septem verò dies

Quadringentæ myriades baptizata.

Pontifex esset simul cum eis uersatus, & aliam multitudinem baptizasset innumerabilem, (Si autẽ credendum est famę, quæ in vulgus manauit, quadringẽtas myriades) octauo die illinc recedens, & ecclesias ædificauit per vniuersam Armeniam, & sacerdotes in eis constituit.

Cap. 36. Latissima ecclesiarũ Armeniæ possessiones.

Communibus autem vsibus ecclesiarum Rex etiã inseruiit Teridates, non parcè nec socorditer, sed & sufficientes eis prouidit redditus, & latissimas possessiones larga & liberali manu eis prębuit. Non hactenùs autem sistit Pontifex suum studium & diligentiam, sed etiam ludos literarios construxit per omnes ciuitates, eisque doctores & magistros constituit, Rege ità iubente, & ad hęc adiuuante, & Pontificis animo magnam opem ferente. Publicè quidẽ

Multas gẽtes S. Gregorius cõuertit.

per ciuitates prędicatum fuit à Pontifice, ut filii Armeniorum vndiquè ad eos ventitarent, & sacras docerentur literas. Dehinc non solam Armeniam complexus est prædicatione Euangelij: sed etiam Persarum, & Assyriorum, & Hunnorum, & Medorum non paucos benigno & facili Christi iugo subiũxit. Sed enim vt ad agnitionem quidem veritatis homines deduceret, erat adeò uelox, ut à nulla eorũ, quæ accidebant, difficultate prohiberetur: ut autem iis, qui malè patiebantur, opem ferret, minimè socors erat & ociosus, & minorem adhibebat curam & diligentiam, immò omnibus qui laborabant corporibus, promptum suppeditabat auxilium: & medebatur iis quoquè, qui laborabant animis, eorumque intestinas sedabat seditiones, & ad priùs dandam curationem erat celerior, quam ad petendam infirmi ut acciperent, & illo ipso erat pastor ille bonus, qui nec ipsi quidem, si opùs esset, animæ suæ parceret pro ouibus. Exinaniebantur certè carceres, debitorum uerò rumpebantur schedulę, & profunda pace fruebatur Armenia. Sic ergò citra offensionem & ęquabiliter procedente pietate, & uniuersa uirtute,

Extruuntur multa monasteria.

& gratia circa eos choros ducente, multi quidem uitam eligebant monasticam, & in diuersis locis extruebant monasteria, & amplectebantur quietem.

Cap. 37.

Porrò autem cùm nonnullos quoquè filios illorum, qui priùs erant infideles, sacrosanctus assumpsisset Gregorius, meliusque educandos curasset & erudiendos, vitaque spiritali & gratia eos impertiisset, eò perfectionis deduxit & uirtutis, ut etiam in

Multi ab eo creati Episcopi.

ipsas magnas Episcoporum sedes eos prouexerit: & uni quidem eam tradiderit regionem, quæ est ad Euphratem: ei autem nomen erat Alcinus: alteri verò (vocabatur is Euthalius) Masemorum, quæ est circũcircà, regionem. Porrò autem tertius qnoquè fuit Bassus: & ad decimum vsque processit numerus. Iã verò multis quoquè aliis alterius generis, Ecclesiarum mandauit Episcopatus. Dicunturque breui tempore fuisse omnes quadringenti. Alcinum autẽ, qui perueneratad summam virtutis exercitationem, & erat alioqui mitis & moderatus, quandò magnus hic Gregorius erat ad altissimos montes Armeniæ profecturus, ut in chara degeret solitudine, ipsum, inquam, Alcinum præficit regię, iubens ut illa faceret, quę ipse, si adesset. Quanquàm verò dum esset re-

S. Gregorius abit in deserta loca.

cessurus, Rex cum grege à Gregorio uehementer cõtendit, ut ab eis nequaquàm discederet: uicit tamen eorum preces amor quietis & silentii: & mox eò uoluit abire, ubi cum paucis discipulis in petris subter-

Mira abstinentia eius.

raneis uteretur habitatione, & cum eo, quem desiderabat, seorsùm haberet consuetudinem, ne mi nimum quidem uacans curando corpori. Panem enim aut alia esculenta, quadragesimo quoque die semèl gustabat.

Cap. 38.

Rex autem Teridates paulopòst, qui Gregorij ægrè ferebat separationem, illiusque disiunctionem & absentiã lugebat grauissimè, cùm resciuisset duos filios ex ipso & legitima coniuge in flore illius iuuentutis esse natos, quorum uni quidem nomẽ erat

O hart-

Orthanes presbyter fili' S. Gregorij.

Arostanes alter fili' S. Gregorij uiuit sanctissimè.

Orthanes, secundo autem Arostanes, ambos amicos & custodes pietatis: sed ex his quidem duobus filus alterum fuisse relatum in numerum gradus presbyteratus (Erat autem is Orthanes maior natu) Arostanem autem vitam solitariam, & cui eum nullo intercedit congressio, ab ipso lacte & adhoc planè infantem elegisse. nam & vnica indutum tunica, dicebatur versari in solitudine, cum algore & calore decertās, & solis vesci oleribus, nocturnas autem stationes & vigilias, & diurnas precationes, & cum diuinis scripturis familiaritatem ab ineunte ętate ei coaluisse. Cùm hæc, inquam, Rex resciuisset, quoniam is iam & virtutem habebat in honore, & priorum malorū ducebatur pœnitentia, & apertè ostendebat se contendere, ut prima vltimis factis elueret, tres uiros maximè insignes mittit Cæsaream ad quęrendos filios Gregorii. Cùm ij ergò profecti essent, & alterum quidem inuenissent concionantem, alterum autem philosophantem in solitudine, cùm vix & non sine magno labore persuasissent Arostani, eos ducūt ad Regem. Ille autem eùm eos gratissimè & cum voluptate accepisset, sacrosanctum per nuncios obsecrat Gregorium simul cum populo, ut sui veluti quādam imaginem & exemplar archetypum, Arostanem eis relinquere:, & eum in sedem proueheret, & ei Pōtificalem traderet rectionem. Ille autem non leuiter & temere hoc facit: sed quoniam sciebat omnem virtutem plantatam in anima illius, ei iò sacras illi manus imponit. Cumque eum consecrasset, & vniuersam circuncircà regionem cum eo obiuisset, & verbo fidei eos amplius confirmasset, in eam, quam iam olim parturierat, reuertitur solitudinem.

Is loco patris creat Episcop'.

Cap. 39. Constātinus Magnus solus imperat.

Eius autem tempore Constantinus quoquè Constantii filius, renunciatur Imperator Romanorum; qui cùm virtute Crucis, & in Christum pietate Tyrānos deiecisset, ipse solus obtinet Imperium Romanorum. Eum inter Imperatores dixerim etiā Christi discipulum, & ipsius præconem pietatis, ut qui execranda dæmonum templa & altaria diruerit: & sacras ædes Deo extruxerit, & puram in Christum cōfessionem, & rectum dogma literis regiis & edictis, vniuersæ, quæ eius ditioni parebat, regioni exposuerit: & pro pietate tantum studium posuerit, ut trecētos decem & octo patres conuocauerit, & sacrum illud concilium congregauerit, ut & quæ exorta erāt zizania excinderet, & a frumento rectæ fidei segregaret. Erant autem hi, Constantinus, inquam, & Teridates, tanquam lucidę stellę, alter quidem Occidētem, Constantinus scilicet, alter autem Orientem lustrātes, honesteque & suauiter resplendentes. Eualeratque Teridates iam in pietate feruentissimus, & nullis ieiuniis cedens & oratione, ne monachis quidem, qui se in his exercent in monasteriis. In hac ergò sacra Synodo, & alter alterum iuuerunt reges, & cùm alio honore se inuicem affecerunt, tum etiam per literas collætati sunt sententiæ communione in uera pietate. Porrò autem accessit etiam Armeniæ Episcopus Arostanes, cùm Imperator Constantinus eū accersisset, qui ipse quoque fuit pars sacri cœtus. Et eùm quæ communi sententia fuerant scripta, dogmata accepisset, reuersus est in suam ciuitatem, iucūdissimè & lubentissimè uisus à suis post peregrinationem: religiosissimumque Regem Teridatem, & omnem Armeniorum regionem gaudio impleuit propter dogmatum consensionem. Quæ etiam longo tēpore sic manserunt, semper pietate in populo crescente, & per omnia Deo pacis glorificato, in Christo Iesu Domino nostro: Cum quo patri simul cum sancto spiritu gloria, potentia, & honor nunc, & in secula seculorum, Amen.

Concilium Nicenum primum.

Rex Teridates nullis erat cedens ieiunijs et oratione.

VITA S. HIERONYMI STRIDONENSIS præstantissimi Ecclesiæ Doctoris, per Marianum Victorium Reatinum ex eius scriptis verè edita.

30. Septembr. Ex eius lege. Stridonis ciuitatis natiuitas. (margin, partly illegible)

HIERONYMVS, quod nomē sacrum significat, Stridonis oppido natus est, quod à Gothis euersum, Dalmatiæ quondam Pannoniæque confinium fuit. Stridonam id vulgus nunc vocat, intrà Petram pilosam, Portulam & Primnotem positum. Natus est autem non, ut alii ante nos falso scripserunt, xxv. aut xxxj. hoc est, vltimo Constantini Magni anno, sed sub Constantio filio, qui patri succedens, annis xxiiij. vt Orosius author est, imperium tenuit. Verum autem hoc esse, ex ipsomet Hieronymo clarè apparet, scribente, se, dum Iuliani Imperatoris exitus renūciatus est, puerum fuisse, adeoque puerum, vt Grammaticæ tunc operā daret. Iulianus autē, qui Constantio successit, anno xxvj. post mortem Constantini Magni occisus est: siquidem duobus non integris is imperauit annis, & ante eum Constantius vigintiquatuor. Ipsius autem Hieronymi uerba sunt hæc. Dum adhuc essem puer, & in Grammaticæ ludo exercerer, omnesque urbes victimarum sanguine polluerentur, ac subitò in ipso persecutionis ardore Iuliani nunciatus esset interitus, eleganter unus de ethnicis: Quomodò, inquit, Christiani dicūt Deum suum esse pietatem & ἀνεξίκακον? nihil iracundius nihil hoc furore præsentius: ne modicum quidem ipsam indignationem suam perferre potuit. Parentes eius ambo, ut ipse scribit, Christiani fuerunt. Patri nomē Eusebius, quod à pietate Græcè trahitur, fuit: matri quodnam esset, non proditur. Matris autem sorore, hoc est, Hieronymi matertera, Castorina dicta est: cum qua dissidii nescio quid intercessit, quam tamen humanissimis literis semèl & iterum ad pacē & concordiam, ut ex eius Epistola xxxvj. constat, inuitauit. Habuit itidèm sororem, quę castitatis proposítum post lapsum, in patria, Iuliano diacono adhortante, suscepit: in quo illam permanere, cùm ipse in eremo esset, per eiusdem Iuliani literas didicit. Timens autem nè ab eo caderet, Chromatium, Iouinum & Eusebium, ut eam, tam suis, quàm Valeriani Episcopi literis ad perseuerantiam hortarentur, precatus est: præsertim cùm in Stridone patria, quæ à Lupicinio pastore malo regeretur, deus uenter esset, in diem uiueretur, & sanctior ille haberetur, qui esset ditior. Frater natu minor, qui post eius accessum in Syriam natus fuit, Paulinianus dictus est, qui adolescens cum eo in secundo ab Vrbe discessu Hierosolymam petiit. Diuites autem fuisse eius parentes & amplo patrimonio honestatos, ex eo constat, quòd seruorum familiam illos habuisse ipsemet scribat his verbis: Memini me puerum cursitasse per cellulas seruulorum, diem feriatum duxisse lusibus, & ad Orbilium sæuientem de auiæ sinu tractum esse captiuum.

Cap. 1. S. Hieronymi parentes.

In Chron. Habetur cap. 3.

Parentes.

Epist. 13. hoc est, in Proœ lib. Ex Castello ge...

Epist. 37. Iuliano Epist. 43.

Lib. 3. cōtra Ruffinum.

Lib. 1. cōtra Ruffinum.

Ab his igitur diligenter ab incunabulis institutus, unà cum lacte Christum imbibit, & inter nutricum sinus Christianæ pietatis rudimenta suscepit: nec defuit illi præceptor, quem Orbilium, ab altero Beneuentano Grammatico acri atque plagoso, cognominat, qui illum fidem pariter literasque doceret. Collactaneus eius, & adolescentiæ tam studii quam itineris comes, Bonosus fuit. Ambo enim pariter à tenera infantia ad florentem usque

Cap. 2.

Epist. 41. Ruffino.

adolesc-

adoleuerunt ætatem: ijdem eos nutricum sinus, iidem amplexus baiulorum fouerunt. Bonis igitur literis, quarũ tenera adhuc ætas illa capax erat, sanctisque imbutus moribus, Romam ueluti ad primam tum religione, tum doctrina urbem, erudiẽdus puer missus est: missum autem esse diximus, quòd eò secum commigrasse parentes, soror, mulier innupta, relicta in patria, & prædia, censusque in ea retenti, credi non permittant: præsertim cùm Gotthorum armis destructa Stridon adhuc non esset. Longè enim posteà Gotthorum impetus Europæ oras agressi & depopulari sunt: hoc est, Valens, Theodosij, Archadij, Honorijque temporibus. In hanc sententiam ipse ad Eustochium scribens, ait: Cùm ante annos plurimos, domo, parentibus, sorore, cognatis &, quod his difficilius est, consuetudine lautioris cibi propter cælorum regna me castrassem, & Hierosolymá militaturus pergerem, Bibliotheca, quam mihi Romæ summo studio ac labore confeceram, carere non poteram.

Romæ dat operam literis.

Cap. 3.

Didicit autem Romæ non solùm Latinas, sed Græcas pariter literas, optimè Quintiliani sententiam recolens, qui iungendas eas inuicèm præcipit, ut quod in Græcis duriusculum, ac ueluti barbarum est, Latinæ linguæ amœnitate ac dulcore temperetur. Præceptorem in Grammatica habuit Donatũ, eum ipsum, qui in Virgilium & Terentium commentarios edidit. de quo re super Ecclesiasten meminit, & libro primo Apologię aduersùs Ruffinum ita scribit: Puto, quod puer legeris Aspri in Virgilium & Salustium commentarios. Volcatij in orationes Ciceronis, Victorini in dialogos eius, & in Terentii comœdias, præceptoris mei Donati, æquè in Virgilium, & aliorum in alios. Victorinus autem quòd præceptor eius in Rhetorica, quod proditur, fuerit, falsum est: quippè cùm id Hieronymus, qui de eo sæpè meminit, nunquàm asserat: & cùm Donatum semper præceptorem suum appellet, Victorinum, quem ei semper adiungit, ne semel quidem aut magistrum, aut amicum suum appellet. docuit enim Romæ sub Constantio principe Rhetoricam Victorinus, ut idem in Catalogo scribit: quo tempore Hieronymus aut natus non erat, aut infans ità admodum erat, ut nec Romam quidem aduenerit Victorino uiuente. Scribens de eo in Appendice Eusebij de temporibus: Victorinus, inquit, rhetor, & præceptor meus Donatus, Romæ insignes habentur: è quibus Victorinus etiam statuam in foro Traiani meruit. Quòd si Victorinus eius præceptor quoquè fuisset, præceptores mei, dixisset: non, præceptor meus: quod ipsũ etiã fecisset in altero, quod modo ex libro contra Ruffinum citauimus, testimonio. In Procemio Epistolæ ad Galatas ità quoquè de Victorino scribit: Non quia ignorem C. Marium Victorinum, qui Romæ pueros Rhetoricam docuit, edidisse commentaria in Apostolum, sed quòd occupatus ille eruditione secularũ literarum, scripturas sanctas ignorauerit, & nemo possit, quanuis eloquens, de eo benè disputare, quod nesciat. Et rursùm in Procemio decimitertij commentariorum libri super Ezechielem: Illud rhetoris Victorini breuiter admoneo, ut obscuritatem uoluminum ex tribus rebus fieri scias, uel rei magnitudine, uel doctoris imperitia, uel audientis duritia. Nec refert, quòd alicubi, Victorinus noster, dicat. hoc enim de Hilario, Lactantio, Tertulliano, & alijs Latinis scriptoribus, ut suos illos appellet, facere solet.

Donatus, eius præceptor.

Victorinus falsò dicitur eum docuisse.

Victorini statua in foro Traiano.

Cap. 4.

In Apologetica ad Pammachium pro libris aduersus Iouinianum.

Manés autẽ Romę, nõ solũ literis operã dabat. sed Christianã pietatẽ una cũ literis imbibebat: & tẽpus quod studijs supererat, religioni: & quod religioni residuum erat, studijs impendebat: quamobrem alicubì de se ità scribit: Dum essem Romæ puer, & liberalibus studijs erudirer, solebam cum cæteris eiusdem ætatis & propositi, diebus Dominicis sepulcra Apostolorum & martyrum circuire, crebroque cryptas ingredi, quæ in terrarum profunda defossę ex vtraque parte ingredientium per parietes haberẽt corpora sepultorum, & ità obscura sunt omnia, vt propemodum illud Propheticum compleatur, Descendant ad infernum viuentes: & raro desuper lumen admissum, horrorem temperet tenebrarum, vt non tam fenestram, quàm foramen admissi luminis putes. rursumque pedetentim acceditur, & cęca nocte circundatis illud Virgilianum proponitur. Horror vbiquè animos, simul ipsa silentia terrent.

Cap. 40. super Ezechielem.

Psal. 54.

Didicit autem Romę non solùm Latinas ac Græcas pariter literas, sed nullum doctrinæ genus intactum reliquit. Porphyrij Isagogas legit, Alexandri commentarios vertit: Platonem, Aristotelem, deniquè philosophos, omnesque poetas percurrit, quod ex eius operibus, omni doctrinarum genere refertis, compertissimum est. In Latino autem ab ipsis incunabulis inter grammaticos, rhetores, & philosophos detritus fuit. Rhetoricam autem ita didicit, vt adhuc adolescentulus controuersias se declamasse ipsemet his verbis affirmet: Aliquoties cùm adolescentulus Romæ controuersias declamarem, & ad vera certamina fictis militibus exercerer, currebam ad tribunalia iudicum, & disertissimos oratorum tanta inter se videbam acerbitate contendere, vt omissis sæpè negocijs, in perpetuas contumelias verterentur, & ioculari se inuicem dente morderent. Libro quoquè primo contra Pelagianos, se in controuersijs puerum lusisse testatur. Studiorum autem sodales, qui scribantur, præcipuè habuit Pammachium Romanum nobilem, ac honesto genere natum, qui postea Paulinæ vir, hoc est, Paulæ gener, fuit: Bonosum, qui cum eo Stridone primùm didicit, mox Gallias cum eodem accessit: & Heliodorum, qui eum in eremum Syriæ comitatus est. Hoc tempore, quo studijs adolescens vacabat, antequàm baptismum scilicet, vt ego ex eius colligo dictis, suscepit, se lapsum esse ipsemet his verbis testatur: Scitis ipsi lubricum adolescentiæ iter, in quo & ego lapsus sum, & vos non sine timore transistis, & ad Heliodorum: Et hoc ego non integris rate vel mercibus, nec quasi ignarus fluctuum præmoneo, sed quasi nuper naufragio eiectus in litus, timida naui gubernatoris voce denuncio: in illo æstu Charybdis luxuriæ salutem vorat: ibi ore virgineo ad pudicitiæ perpetranda naufragia, Scylla renidens, libido blanditur. Quapropter ad Pammachium Apologiam pro suis aduersùs Iouinianum libris scribens, sibi primam, quæ est à prima natiuitate, virginitatem clarè adimens: secundam, quæ à secunda, id est, à baptismo est, tacitè his verbis vendicat: Virginitatem autem in cælum fero, non quia habeam, sed quia magis mirer, quod non habeo. Ingenua & verecunda confessio est, quo ipse careas, id in alijs prædicare. Nunquid quia graui corpore terræ hæreo, auium non miror volatus? nec columbam prædico, quòd radit iter liquidum, celeres neque commouet alas? Nullus se decipiat, nemo blando adulatore se præcipitet. Prima est virginitas à prima natiuitate, secunda virginitas à secunda natiuitate. Et in hunc sensum ad Eustochium scribens, dicit: Virginitatem non tantùm efferimus, sed seruamus. Ex his apparet, illum Christo Romæ iam adolescentem renatum, vt hoc vno nomine sola Roma tam sanctissimum ac præclarissimũ virum sibi asserere iure pos-

Cap 6. Epist. 51. Domnionem.

Epist. 123. in Præfatione in Iob.

C. 2 in cõmẽtarijs ad Galatas.

Ex procemio super Abdiam.

Epist. 43. Chromatio.

Epist. 1.

S. Hieronym' post baptismũ continẽtissimè vixit

Epist. 22.

fit, quippè cùm Christianus ex eo quod renascitur, non ex eo quod nascitur, censeri debeat. Romæ autem baptizatum fuisse, luculenter in duabus ad Damasum epistolis ipsemet testatur, asserens se in Romana urbe Christi vestem suscepisse, indeque cibum animæ postulare, unde Christi uestimenta suscepit.

Epi. 57 & 58.

Cap. 6. Secularibus igitur literis ad plenum eruditus, & Christo in fide renatus, ad theologiam & grauiora studia adiiciens animum, instar eorum philosophorum, Pythagoram dico, Platonē, & Apolloniū Tyaneum, qui discendi gratia uarias regiones lustrarūt, Gallias primùm, comite Bonoso, contendit, ut Romani studii grauitatem Gallico cothurno sustolleret, & ex omnibus doctis viris, quibus tunc Gallia abūdabat, cunctisque bibliothecis thesaurum sibi scientiæ compararet. Meminit de hac re ipse in epistola ad Rufinum, dum Bonosum scilicet laudat, his verbis: Vt ego & ille pariter ab infantia tenera ad florentem usque adoleuerimus ætatem, ut iidem nos nutricum sinus, iidem amplexus fouerint baiulorū, & cùm post Romana studia ad Rheni semibarbaras ripas eodem cibo, pari frueremur hospitio. Adolescentem autem eum tunc fuisse, alibi in hunc modū narrat: Quid loquar de cæteris nationibus, cùm ipse adolescentulus in Gallia viderim Scotos, gentē Britannicam, humanis uesci carnibus? Treuerit autem, ubi magnus ille Athanasius exulauerat, per aliquod tempus mansisse, ex eo appàret, quòd proprium ualdè S. Hilarii librum de Synodis, se propria manu Treueris descripsisse ad Florentinum testatur, & ut ad se in eremum, ubi tunc hoc postulans degebar, remittatur, obsecrat. Vndè in Proœmio secundi libri Commētariorum in Epistolam ad Galatas, ueluti qui à Gallis uenerint, excepto sermone Græco, quo omnis Oriens tunc utebatur, propriam habuisse linguam, eandem ferè, quā tū Gallia Treuirenses haberēt. Lustrasse eum & alias Galliæ oras, ex eo appàret, quòd locorum situs ac oppidorū Galliæ nomina optimè calleat. Quapropter barbarorū in eam prouinciam irruptionem alicubi recensens, ità scribit: Quicquid inter Alpes & Pirenæum est, quod Oceano & Rheno includitur, Quadus, Vandalus, Sarmata, Alani, Gipedes, Heruli, Saxones, Burgūdiones, Alemani, & ò lugenda respublica, hostes Pānonij uastarunt. Etenim Assur uenit cum illis. Maguntiacum nobilis quondàm ciuitas, capta atque subuersa est, & in ecclesia multa hominū millia trucidata. Vangiones longa obsidione deleti. Rhemorum urbs præpotens, Ambiani, Atrebatæ, extremiq; hominum Morini, Tornacus, Nemete, Argentoratus, traslati in Germaniam, Aquitaniæ, nouemque populorum Lugdunensis & Narbonēsis prouinciæ, præter paucas urbes, populata sunt cuncta: quas & ipsas foris gladius, intùs uastat fames. Non possum absque lachrymis Tolosæ facere mentionem, quæ ut hucusquè non rueret, sancti Episcopi Exuperii merita præstiterunt. Hedibiæ, quæ de ultimis Galliarum finibus unà cum Algasia, misso Apodemio, à Hieronymo Bethleem sedente aliquot quæstiones mouerat, ille referibens, rursùs Galliarum, ubi ipse adolescent mansit, faciens mentionem, ità ait: Maiores tui Paterius atque Delphidius, quorum alter antequàm ego nascerer rhetoricam Romæ docuit, alter me iam adolescentulo omnes Gallias prosa uersuque suo illustrauit ingenio, me dormientes & tacitū iure reprehendunt, quòd audeam ad stirpem generis tui quippiam mussitare. Transiuit in hoc ad Gallias itinere per Concordiam Mirandulæ uicinum oppidum, vbi eum Paulo sene, ad quem scribit epistolam uicesimamprimam numero, uitam Pauli Eremitæ intereà illi mittens, amicitiam contraxit: ab eoque quomodò Cyprianus Tertullianum magistrum suum uocaret, didicit: sicut ipse testatur in Catalogo, ubi de Tertulliano historiam texit.

Venit in Gallias.

Epist. 41.

Li. 2 contra Iouinianum.

Epist. 6. S. Hieronymus apud Treuirenses aliquādo degit.

Epist. 11. Ageruchia.

Gallia vastatur à barbaris.

Epist. 150.

Tertullianum vocat Cyprianus magistrū.

Cap. 7. Reuersus autem è Gallia, & non minùs moribus, quàm literis locupletes, utrunque, ut par est credere, reuisit patriam, eā scilicet eam, in qua natus, quam illam, in qua renatus fuerat. Verum cùm miro Christo seruiendi teneretur ardore, & nihil aliud animo secum quotidiè uerlaret, quàm ut omnem vitam suam illi dicaret, monachi ac solitarii professionem arripere placuit, quòd sic magis expeditus ac tutus, ad cælum pergere posset. Restabat dubium de loco, quo id perageret: ueniebat illi in mentem patria, ueniebat Roma, in qua renatus & edoctus fuerat, neutra tamen illi placuit: patria, quòd à cognatis & propinquis periculū semper sibi, si sic ageret, imminere prospiceret, præsertim cùm rusticitatis esset uernacula, & in ea uëter pro deo haberetur, & sanctior ille teneretur, qui ditior esset: &, quod erat deterius, à Lupicino pessimo sacerdote illa tunc regeretur: Roma, quia quamuis sancta esset Ecclesia, & trophæis Apostolorum ac martyrum decorata, & uera Christi in ea confessio reperiretur, alienum tamenà monachi ac solitarii proposito erat, in tanta ciuium ac peregrinorum frequentia uersari, & procul, ut ipsemet ait, à quiete, uideri & uidere, salutari & salutare, laudare & detrahere, & inter linguas rodētiū ministrorum, postes ingredi deauratos. Stetit tandèm sententia, ut longinquæ peterentur regiones, & illæ, tum locorum sanctitate, tum habitantium monachorum vicinitate, ad seruiendum Deo magis commodæ & opportunæ essent.

Romā ingratā hospitæ est.

Epi. 43.

Epist. 17. & 18.

Cap. 8. Domi igitur ordinatis rebus, & locupletissima bibliothecis, quam sibi summo studio ac labore Romę confecerat, unà cum viatico tantæ peregrinationi necessario assumptis, è patria, relictis, ut ipse testatur, ibi utroque parente, sorore & cognatis, Hierosolymam militaturus accessit. Comes itineris ac propositi eius Heliodorus præcipuus fuit, qui etiam cum eo aliquandiù in eremo uixit: verùm mutato proposito, ad patriam tandèm, ueluti sorori viduæ, ac nepoti ex ea paruulo, Nepotiano nomine, dispositis rebus domesticis, prospecturus, redit. Fugatum suis sceleribus Heliodorum alicubi præ humilitate vir sanctus testatur, uerùm rem ipsam in secunda, quam ad eum scribit Epistola, his verbis detegit: Alius forsitan scriberet, quòd ob salutē illius, Nepotiani scilicet, Orientem eremumque dimiseris, & me charissimū sodalem tuum redeundi spe lactaueris, ut primùm, si fieri posset, sororem eum paruulo uiduam, deindè si consilium illa respueret, saltem nepotem dulcissimum conseruares. Reliqui itineris eius comites fuerunt, Ruffinus Aquileiensis, Innocentius, Euagrius, & Hylas sancti Melanii famulus. Verùm Ruffinus relicto Hieronymo, in Aegyptum ad Nitriæ, aliorumque locorum monasteria uisenda accessit, eo scilicet tēpore, quo à Hieronymo latere Heliodorus nondùm discesserat. Innocentius autem & Hylas paulò pòst, quam in Syriæ eremum secessit, mortui sunt. Solus Euagrius, qui eum in vasta solitudine degentem interdùm ea Antiochia inuiseret ac recrearet, ex comitibus illi remansit. Bonosus, cum quo educatus, & à pueritia honestis seculi artibus eruditus, qui ve in Galliarum peregrinatione socius illi fuerat, ipse etiā solitudinem petiit, non tamen ante Hieronymū, ut scribitur, sed eo tēpore, quo Hieronymus in eremo

Epist. 1. Ensebius. S. Hieronymus.

Comites itineris eius.

Bonosus nobilis adolescens fit eremita.

in eremo Syriæ degebat: sicut per Chromatij, Iouini & Eusebij literas Hieronymus, in Syria iam manens, resciuit: quas literas Euagrius ad eum transmisit. Secessit autẽ Bonosus in insulam quandam Dalmatiæ, ut ego existimo, pelago circunsonante naufragam, cui asperæ cautes, & nuda saxa, ac ipsa solitudo terrori essent: & cùm iuuenis esset apprimè diues ac nobilis, contempta matre, sororibus & charissimo sibi germano, cũ uno tantùm Onesimo in ea orationibus ac ieiunijs uacans manebat. Priscis filiũ ea ex causa Chromatius, qui Aquileiensis postea fuit Episcopus illũ uocabat. Niceas subdiaconus Aquileiæ. non itineris Hieronymi comes, sed iam in eremo manentis rerens fuit amicus.

Cap 9.

Non petiit autem statim Syriæ solitudinem Hieronymus, sed postquàm aliquandiù in sanctis Hierosolymæ locis mansit, in Thraciam, Pontũ, Bithyniã, Cappadociam & discendi, & uisendarum regionũ causa accessit, sicut ipse ad Ruffinum scribens, testatur his uerbis: Postquam me a tuo latere subitus turbo conuulsit, postquam, glutino charitatis hærentẽ, impia distraxit auulsio: tunc mihi cęruleus supra caput adstitit imber, tunc maria undiquè & undiquè cęlũ. Tandèm in incerto peregrinationis erranti, cum me Thracia, Pontus atque Bithynia, totumq; Galatiæ & Cappadociæ iter, & feruido Cilicum terra fregisset estu, Syria mihi, uelut fidissimus naufrago portus occurrit. Et in Procœmio a libri Cõmentariorũ ad Galatas: Scit, inquit, mecũ, qui uidit Ancyrã, metropolim Galatiæ ciuitatem, quot nunc usq; schismatibus dilacerata sit, quot dogmatũ uarietatibus constuprata. Mansisse autẽ eũ aliquãdiù in Cilicia, præsertim in Tarso, Pauli Apostoli amore, non solùm ex ijs uerbis ego affirmare audeo, uerumetiam multo magis quòd Cilicum linguæ proprietates, quibus Paulus in Epistolis suis usus sit, optime nouisse, & quænam illæ sint, fideliter in Epistola ad Algasiã, Quæstione decima, retulisse eum uideo. Mansit nonnihil temporis etiam Antiochiæ, antequam uastam illam solitudinem ingrederetur, ut ex Epistola sexta, quam ad Florentium scribit, latè patet: & diù anteà de ea ingredienda deliberauit, & cum Theodosio & cæteris Anachoretis, in ea iam degentibus, uotũ suũ ingrediendi, locũ anteà inuisens, communicauit, ut ex Epistola tricesimaoctaua apparet.

Epist. 41.

Cap. 10.

In procœmio super Abdiam.

Posita est autem hęc solitudo in Chalcide Syriæ, hoc est, ubi Syri ab Agarenis barbaris disterminantur: in qua præter sparsos hincindè monachorũ greges, nemo, exceptis feris, serpentibus & scorpionibus, incolebat, horridũ profectò etiam monachis, & qui solitudinẽ tantùm quærerent, habitaculũ. Attulit secum in eam, insignem illam bibliothecã, quã summo studio impendioq; Romæ sibi parauerat, & quam indè Hierosolymam asportari fecerat: & hoc, nè orationi deesset lectio, quandò lectio orationem iuuat, & oratio lectionem sustentat: Orantes enim, cum Deo loquimur, sicut legentes Deus alloquitur: & quemadmodùm orando, quod nobis opùs est, postulamus: ita legendo, quid à nobis faciendum sit, intelligimus. Fatetur ipse dilucidè in Procœmio super Abdiam, se, dum puer esset, & solitudinem cum Heliodoro ingredi uellet, comentaria quædam in eum prophetam scripsisse: & ex eadem solitudine ad Florentium scribens, ità ait: Et quoniam largiente Domino, multis sacræ bibliothecæ codicibus abundamus, impera uicissim, & quodcumque vis, mittam: nec putes mihi graue esse, si iubeas. Habeo alumnos, qui antiquariæ arti seruiunt. Neque enim beneficium pro eo, quod polliceor, postulo. Heliodorus frater mihi indicauit, se multa de scripturis quærere, nec sic inuenire: aut si omnia habet, incipit sibi plus charitas uindicare, plus petere. Transtulit in ea eremo ex Origene humilias, quas ille loquebatur ad populum, & alia, quæ se adolescentem transtulisse varijs in locis affirmat. Hebraicam quoquè linguam, quam se post Quintiliani & Tullij lectionem, & flures rhetoricos adolescẽtulum discere cœpisse affirmat, ea in eremo discere cœpit. Quod nè alicui falsum ac commentitium videatur, ipsius hac de re testimonium audiamus. Dum essem iuuenis, & solitudinis deserta me uallarent, incentiua uitiorum, ardoremque naturæ ferre non poteram. Quem cùm crebris ieiunijs frangerem, mens tamen cogitationibus æstuabat: ad quam edomandam cuidam fratri, qui ex Hebræis crediderat, me in disciplinam dedi, ut post Quintiliani acumina, Ciceronis fluuios, grauitatemque Frontonis, & lenitatem Plinij, alphabetum discerem, & stridentia anhelantiaque uerba meditarer. Quid ibi laboris insumpserim, quid sustinuerim difficultatis, quotiès desperauerim, quotiesque cessauerim, & contentione discendi rursùs inceperim: testis est conscientia tam mea, qui passus sum, quàm eorum, qui mecum duxerunt uitam, & gratias ago Domino, quòd de amaro semine literarum dulces fructus carpo.

Epist. 6.

Li. 2 contra Ruffi.

In Procœmio super Daniele.

Epi. 120.

Epi. 4 ad Ruffinũ.

Cap. 11.

Ingressum in eremum tam præclaræ spei adolescentem, humani generis hostis, qui eum multis ex causis reformidare iam cœperat, & à quo sibi magnum exitium imminere præsagiebat, varijs ac diuersis tentationibus eum, ut à tam sancto remoueret proposito, aggredi cœpit, nullumque tentationis ac molimenis genus, quo eum non impeteret ac quassaret, omisit. Abstulit enim ei imprimis sodales & amicos omnes, quos secum in eam solitudinem duxerat. Nam Heliodorum, quem unicè ille amabat, & qui tanti itineris socius sibi fuerat, melioris cuiusdam boni prætextu, in patriam reuocarat. Conatus est eum multis precibus ac lachrymis uir sanctus retinere: sed neque preces ei profuere, nec planctus. Absentẽ iam, ut ille se redituru pollicitus erat, per eloquentissimam epistolam, quam plurimis etiam lachrymis interluit, rursùs reuocare tentauit: uerùm in hoc quoquè nihil profecit. Pręripuit etiam ei Innocentium partem animæ illius: hunc enim repentinus febriũ ardor abstraxit. & paulò posteà, nondum uulneris cicatrice obducta, rapuit ei etiam Hylam, sancti Melanij famulum: qui ipse quoquè in ea solitudine obiit. Ipsum uerò tenerum alioqui, ac delicatè ab infantia nutritum adolescentem, paulo minus, quàm olim fecerit in Iob, uariis ac diuersis infirmitatibus & ægritudinibus ità torsit, ut nullum fuerit morborum genus, quo se ille distentum ac quassatum fuisse non affetat. Sed præter cæteros morbos, ardentissima febris, qua se in media Quadragesima arreptum alicubi ipse testatur, eo tempore illum inuasit. Valida autem ac lethalis adeò fuit, & ità infelicia, teiunijsque alioquì exhausta adolescentia membra depasta est, ut parùm abfuerit, quin morti illum tradiderit: nam exequiæ ueluti iam morienti parari cœperunt, & toto frigescente iam corpore, ad tribunal Christi raptus, quòd Ciceronis lectioni vacaret, grauiter vapulauit. At non solùm uariis corporis ac mẽbrorũ morbis, seruis Dei alioquì infensissimus hostis diabolus eũ appetijt, sed, quod in Iob facere prohibitus fuit, dicente Domino, Animam illius serua: ita animam eius, carnis & venerearum rerum cogitationibus, facto impetu, aggredi ac diuexare cœpit, ut in media eremo, ubi te-

Orbatur omnibus suis sodalib. in eremo S. Hieron.

Epist. 1.

Epist. 41. Ruffino.

Laborat ardẽtissimis frebribus.

Epist. 22. Eustochio.

Vapulat, quia Ciceronianus est.

Iob 2.

rę tantùm & scorpiones, prærupte duntaxàt cautes, & pl antarum solummmodò diuersa videbantur genera .sibi inter choros puellarum interesse videretur. Quid in talibus tentationibus fortis & in Christo roboratus adolescens egerit, quàm strenuè pugnauerit: quibus ieiunijs & uerberibus rebellantem carnè afflixerit, quibus lachrymis & orationibus Iesum Saluatorem mundi, vt se à tantis hostis impetitionibus erueret, instanter precatus sit: ab ipsomet, qui talia passus est, audiamus.

Cap. 12. Epist. 22. ad Eustochium. Nota sancti viri in eremo vitam durissimam. O quotiès ego ipse in eremo constitutus, & in illa vasta solitudine, quæ exusta solis ardoribus, horridum monachis præstat habitaculum, putabã me Romanis interesse deliciis. Sedebam solus, quia amaritudine repletus eram. Horrebant sacco membra deformia, & squalida cutis situm Aethiopicæ carnis obduxerat. Quotidie lachrymæ, quotidie gemitus: & si quandò repugnantem somnus imminès oppressisset, nuda humo vix ossa hærentia collidebam. De cibis verò & potu taceo, cùm etiam languentes monachi aqua frigida utantur, & coctum aliquid accepisse, luxuria sit. Ille igitur ego, qui ob gehennæ metum tali me carcere ipse damnaueram, scorpionũ tantùm socius & ferarũ, sæpè choris intereram puellarum. Pallebant ora ieiunijs, & mẽs desiderijs ęstuabat in frigido corpore, & ante hominẽ sua iam carne prę mortuum, sola libidinum incendia bulliebãt. Itaq; omni auailio destitutus, ad Iesu iacebã pedes, rigabam lachrymis, crine tergebam, & repugnantẽ carnem hebdomadarum inedia subiugabam. Nõ erubesco confiteri infelicitatis meę miseriam: quin potiùs plango me non esse, quod fuerim. Memini me clamantem diem crebrò iunasse cũ nocte, nec priùs à pectoris cessasse uerberibus, quam rediret, Domino increpante, tranquillitas. Ipsam quoquè cellulã meam, quasi cogitationum mearum consciam, pertimescebã, & mihimet iratus & rigidus, & solus deserta penetrabam. Sicubi concaua uallium, aspera montium, rupium prerupta cernebam, ibi meę orationis locus, ibi illud miserrimę carnis ergastulum: &, ut mihi testis est Dominus, post multas lachrymas, post cęlo inhęrentes oculos, nonnunquàm uidebar mihi interesse agminibus Angelorum: & lętus gaudensque cantabam: Post te in odorem unguentorum tuorum curremus.

Vide hebdomadarum mediã

Cant. 1.

Cap. 13. Videns autè diabolus se nullo molimine adolescẽtis animum dimouere ab arrepto proposito posse, nihilque se aut morbis, aut carnis tentationibus profecisse, ad secretiores artes, quibus fortiores fidelium animos quatere ac decipere solet, & ad malitię commenta postremò confugit: ut quem aperta fronte urluti manifestus hostis superare non posset, occultè tanquàm amicus, insidians labefactaret ac caperet. Incitauit enim aduersùs eum Campenses & Tarsenses, Arrianos hęreticos, qui fidem eius impeterent, & uel uno, uel altero modo uinctum iuuenẽ ad se pertraherent. Videbant enim eum adolescentem esse maximę spei, & qui doctrina & sanctitate Græcos omnes, q eas & remotiores incolebãt oras, iam uinceret. Instat igitur apud eum, an tres, uel vnã potiùs côfiteatur hypostasim. Cautus ille. & ad insidias dæmonũ exercitatus, se unã, si hypostasis nomine Vsiam: si uerò personam intelligant, tres côfiteri hypostases asseuèrat: ueluti qui optimè norit, tres in vna diuina natura esse personas. Nõ contenti illi iuuenis sensũ audiuisse, ipsum hypostasis nomen efflagitãt, ut simpliciter vnãne, an tres hypostases in diuina credat esse natura, respôdeat. Antiochena quoquè Ecclesia, quæ in tres tunc partes diuisa atque discerpta erat, rapere ad se illũ opidò festinat, unaquæ

Epist 57. et 58. Damaso. Haeretici ei insidiantur.

que scilicet pro se pars: Meletius, inquam. Paulinus, atque Vitalis. Hi. n. tres, suarum scilicet factionum, Episcopi tûc erant. Ille, qui eò accesserat fundatus in ea petra, aduersùs quam portas inferi non præualituras Christus promiserat, ut qui Romæ fidem baptismumque susceperat, se id credere, quod Roma na credit Ecclesia, constanter asseuèrat, & in ea velle se mori, in qua natus sit, fide cunctis respondet: quandò optimè norit, non posse quem extra hanc arcam, diluuio regnante, salutem consequi: & profanum esse, qui agnum in hac domo non comedat. Respondent illo omnes, se cum Romana sentire Ecclesia: idque astutè faciunt, ut eruditissimum iuuenem, hac uoce allectum, ad se pertrahant. Verùm uidens ille, in diuersis dogmatibus ac fidei factionibus esse non posse, ut omnes idipsum, quod Romana crederet Ecclesia, crederent, latentis suspicatus dolos, Romam ad Damasum, qui Valẽtis & Valentiniani Imperatorum tempore, tunc scilicet Romanam regebat Ecclesiam, semèl & iterùm scribit: obsecrans, & multis eũ precibus obtestans, ut, quidnam credere, & cui in Antiochia ex tribus illis Episcopis communicare debeat, sibi nûciare dignetur. Et ut literæ ad eum in eremum peruenire possent, Euagrio presbytero, utrique eorum noto, & Antiochiæ degenti, illæ dirigantur, rogat, admonens interea in hac hypostasis uoce uenenum latère: tamen se, quicquid ille iusserit, crediturum. Tandiù autem illum hęretici diuexarunt, & ea de eo in uulgus mendacia sparserunt, ut uirgines in monte Hermon degentes, ad quas ex eremo scribit epistolam illam, cuius initium est: Chartæ exiguitas indicium solitudinis est: ab eo cœperint abhorrere, & aliqui sub Catholicorum nomine, cùm tamen hæretici essent, illum acriter adeò persecuti sint, & omni inhumanitatis genere ità affecerint, ut ea eremo tandèm eiecerint Explicat hæc omnia ipsemet in Epistola ad Marcum Caledensem, ubi inter cætera ait: Versu cogor clamare uulgato: Quod genus hoc hominum? quæ ue hunc tam barbara morem Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ. Bella cient, primaque uetant consistere terra. Quæ idcircò de gentile poeta sumpsimus, ut qui Christi pacem non seruat, pacem saltem discat ab ethnico. Hæreticus uocor, homousion prædicans Trinitatem. Sabellianæ impietatis arguor, tres subsistentes, ueras, integras, perfectasque personas indefessa uoce pronuncians. Si ab Arrianis, meritò: si ab orthodoxis, qui huiusmodi arguũt fidem, orthodoxi esse desierunt: Aut, si eis placet, hæreticum me cum Occidente, hæreticũ cum Aegypto, id est, cum Damaso Petroque condẽnent. & infrà: Quotidiè expolcor fidem quasi sine fide renatus sim. Côfiteor, ut uolunt: non placet. subscribo, non credunt. Vnum tantùm placet, ut hinc recedam. Iam iam cedo. Abruperunt partem à me animæ meæ, charissimos fratres. Eccè discedere cupiunt: immò discedunt, melius esse dicentes inter feras habitare, quàm cum talibus Christianis. Et ego ipse, nisi me & corporis imbecillitas, & hyemis retineret asperitas, iam modò fugerem. Veruntamen dũ uernũ tempus aduentat, obsecro, ut paucis mihi mensibus eremi côcedatur hospitiũ: aut, si hoc tardũ uidetur, abscedo. Domini est terra & plenitudo eius. Asscendãt soli cælum: propter illos tantùm Christus mortuus sit: habeant, possideant, glorientur.

Matt. 16.

Interrogatus respondet se credere quod Ro. Ecclesia credit.

Epist. 57. & 58. Consulit Ro. Pontificem circa dubijs.

Epist 39. Multa patitur à pseudo christianis.

Ep. 77.

Psal. 23.

Cap. 14. Mansit autem in ea solitudine quadriennio, ut scribitur incredibili abstinentia vitam excrucians, & absque aliqua requie omne tẽpus modò studijs, modò orationibus impendens: nunc ab alijs monachis & anachoretis inuisus, nunc alios ipse inuisens:

nisens: tantasque in eo spiritus dulcedines expertus est, & cælestis patriæ beatitudines prægustauit, ijsque splendoribus Deus, ut ait Propheta, illius animam impleuit, ut indè discessisse sæpè pœnituerit, & uelut cælestis Hierusalem, illius semper animo memoriam retinuerit. Ego quidem Romæ non eram, inquit Pammachio, & tunc me tenebat eremus: atque utinàm pertinuisset, quandò locero mo uiuente Toxotio, seculo Paula & Eustochium seruiebant. Egressus ab eremo, uel ueriùs hæreticorum persecutionibus inde eiectus, Antiochiam Hierosolymámque repetiit, iuuenis iam, & adolescentiæ annos superans. Ierit ne hoc tempore in Græciam, & Athenas petierit, an potiùs, quod uerius reor, tunc cùm in Cilicia esset, id egerit, (commodè enim è Cilicia in Atticam nauigatur) incertum. Nam Athenis eum fuisse, hæc eius uerba, ut credamus, nos cogũt. In arce Atheniensium iuxta simulacrum Mineruæ, vidi sphæram æneam grauissimi ponderis, quam ego pro imbecillitate corpusculi mouere uix potui. Cùm quærerem, quidnam sibi uellet, responsum est ab urbis eius cultoribus, athletarum in massa fortitudinem comprobari: nec priùs ad agonem quenquam descendere, quàm ex leuatione ponderis sciatur, quis cui debeat comparari. Antiochiæ autem degens, Apollinarium Laodicenum, qui postremò ex Ecclesia egressus est, audiuit & coluit, sicut ipse ad Pammachium & Oceanum scribens, testatur his uerbis: Dum essem iuuenis, miro discendi ferebar ardore, nec iuxta quorundam præsumptionem, ipse me docui. Appollinarium Laodicenum audiui Antiochiæ frequenter, & colui: & cùm me in sanctis scripturis erudiret, nunquàm illius contentiosum super sensu dogma suscepi.

Esa. 58.
Epist. 26. Pammachio.
In cõmentarijs Zachariæ c. 12.
Epist. 64.

Cap. 15.
Viuit Antiochiæ ut monachus

Adhæsit autem Antiochiæ ex tribus illis, qui tũc eam diuexabant Episcopis, Paulino, quòd ità à Damaso, ad quem de ea re scripserat, iussus fuerat. Manens tamen Antiochiæ, monachi ac solitarii hominis professionem propterea non omisit. Nam etsì sæpè quidem loca uel discendi causa, uel, ut magis literis & orationi in quiete & silentio uacaret, mutauit, ipsum tamen monachi animum nunquàm mutauit. Verum hoc fuisse, experimento Paulinus, qui eum presbyterum Antiochiæ ordinauit, didicit: & lõgè posteà Epiphanius Salaminæ Cypri Episcopus, qui eum ad animarum curam & publicè sacramenta ministrandi munus uocauit. Nam primus illum ordinare nõ potuit, nisi in monachi professione se eũ relicturum priùs polliceretur. Alter verò nullo modo, ut publicè sacrificaret, & animarum curæ intenderet, obtinere potuit. Se enim non ad huiusmodi munus, sed ut in agris & solitudinibus vitam traduceret, ibique adolescentiæ peccata defleret, uocatũ potiùs esse asserebat. Vtranque autem hanc rem uerã esse, à nemine meliùs quàm ab ipsomet, iuncto Epiphanii testimonio, discere possumus. Ait enim, scribens ad Pammachium aduersùs errores Iohannis Hierosolymitani, de ordinatione sua his uerbis: Fac à te ordinatum, scilicet Paulinum fratrem meum, (alloquitur autem his uerbis ipsum Iohannem) idem ab eo audiens, quod à me misello homine sanctæ memoriæ Episcopus Paulinus audiuit. Num rogaui te, ut ordinares? Si sic presbyterium tribuis, ut monachũ nobis non auferas, tu uideris de iudicio tuo. Sin autẽ sub nomine presbyteri tollis mihi, propter quod seculũ dereliqui, ego habeo quod semper habui: nullum dispendium in ordinatione passus es. & paulò superiùs: Si de me & presbytero Vincentio: satis multo dormisti tẽpore quòd post annos tredecim, nunc excitatus hæc loqueris. Ob id enĩ & ego Antiochiã, & ille Cõstantinopolim urbes celeberrimas deseruimus, nõ ut te in populis prædicantẽ laudaremus, sed ut in agris & in solitudinibus adolescẽtiæ peccata deflẽtes, Christi in nos misericordiã deflectèremus. Epiphanius verò Iohãni Hierosolymitano in eandẽ sententiã ità testatur: Cùm n. uidissem, quia multitudo sanctorũ fratrũ in monasterio cõsisteret, & sancti presbyteri Hieronymus & Vincẽtius propter uerecundiã & humilitatem nollent debita nomini suo exercere sacrificia, & laborare ĩ hac parte ministerii, quæ Christianorũ præcipua salus est: inuenire autẽ & cõpræhẽdere seruũ Dei nõ posses, qui te eo quòd graue onus sacerdotii nollet suscipere, sæpè fugiebat, & cætera.

Ordinatur illic presbyter.
Epiphanius Salaminæ Episcopus.
Epist. 61.
Epist. 60.

Cap. 16.
Commentaria ĩ Abdiam conscribit in adolescentia.

Ordinatus autẽ presbyter à Paulino iã tũc triginta annorũ uir, cõmentarios, quos iã puer egressus à studiis Rhetorũ in Abdiã inceperat, perfecit, & Pammachio studiorũ socio dicauit: Nõ tamẽ semper Antiochiæ mãsit, sed partim etiã Hierosolymæ, in agris tamẽ & solitudinibus, usquequò Romã ad Damasũ accessit, nisi: immò tũc Bethleẽ ab eo electa & habitari cœpta est. Verũ hoc esse, satis ex eo cõstat, quòd mortuo Damaso Hierosolymam rediens, illo scilicet tempore, quo Paula & Melania eò adnauigarũt, tunc uidelicet, cùm Bethleem ab eo ad habitandum electam cæteri aiunt, ità ipsemet de Bethleem scribat: Intraui Hierosolymam, uidi multa miracula, & quæ priùs ad me fama pertulerat, oculorum iudicio comprobaui. Indè cõtendi Aegyptum, lustraui monasteria Nitriæ, & inter sanctorũ choros aspides latẽre perspexi. Protinùs concito gradu Bethleem meam reuersus sum: vbi adoraui præsepe & incunabula Saluatoris. Suam autem Bethleem non appellasset, nec se concito gradu ad eam reuertisse, sed accessisse potiùs dixisset, nisi priùs quoquè, hoc scilicet, de quo nunc tractamus tempore, sedem illam tenuisset.

Lib. 3. cõtra Ruffinum.
Adorat præsepe & incunabula Saluatoris.

Cap. 17.

Hoc tempore, quod inter recessum ab eremo, & ad urbem Romam accessum præterfluit, Cõstãtinopolim quoquè ad audiendum Gregorium Nazanzenum, cuius doctrinæ & sanctitatis celebris tunc erat fama, Hieronymus contendit. Translatus enim in eam Ecclesiam componendæ seditionis causa Gregorius fuerat, vt urbem ab Arrianis infestatam liberaret, sub Theodosio seniore Augusto, antequàm primùm in ea Concilium celebraretur, hoc est, circa primos Damasi Papæ annos. Hoc autem uerũ esse constat ex eo, quòd Hieronymus se Constantinopoli fuisse eo tempore, quo Gregorius ibi Episcopalem sedem tenebat, ipsemet asserit, & ab urbe Roma post Damasi mortem eundem recessisse, ex Epistola, quam in ipso recessu Asellæ scribit, satis liquet dum ait: Beatæ memoriæ Damasus meus sermo erat. Tenuit Constantinopolitanam ecclesiam Nazanzenus annis aliquot, tanta cum sui nominis laude, & Orthodoxæ fidei augmento, ut suo tempore in ciuitate vix unus Arrianus reperiretur: adeò & doctrinæ magnitudine & sanctitatis celebritate pacauerat omnia. Eius tempore celebratum fuit ibi primum Constantinopolitanum, aduersùs Macedonium Concilium, quod factum est anno Domini trecentesimo octogesimoquarto, ipseque in symbolo, rogatus à patribus apposuit ea verba quæ sunt de spiritu sancto. Cùm autem Ecclesiam omnem composuisset ac confirmasset, & suscitari aduersùs se rursùm factionem uideret, capta occasione, quòd absque synodi decreto primam sedem reliquerit, & Constantinopolitanam arripuerit, furori hominum cedere melius ratus, expulso Maximo Cynico, quẽ Arriani elegerant, Nectarium successorem

Hist. tripl. li. 9. ca. 8. 9. 10.
In cõmentarijs Esaiæ cap. 6.
Epist. 99. Asellæ.
Cõcilium Cõstantinopolitanũ tẽpore Gregorij Nazanzeni.

Epist. eius ad Nisserium. rem sanctissimum & eruditissimũ virum, uotis omnium concurrentibus sibi suffecit, & ut quieti & ocio in senectute vacare sibi liceret, in Nazanzena quoquè ecclesia Eulalium Pastorem posuit.

Cap. 18. Quòd autem Hieronymus Constantinopoli fuerit, ipsemet, qui se Gregorium Nazanzenum præceptorem habuisse, semper gloriatur, pluribus in locis disertè testatur. Gregorius ait in Catalogo primùm Sasimorum, deindè Nazanzenus Episcopus, uir eloquentissimus, præceptor meus, à quo scripturas explanante didicit & in Epistola ad Nepotianum: Præceptor quondàm meus Gregorius Nazanzenus, rogatus à me, ut exponeret, quid sibi uellet in Luca sabbatum δευτερόπρωτον eleganter lusit. Docebo re, inquit, super hac re in Ecclesia, in qua mihi omni populo acclamante, cogeris inuitus scire quod nescis: aut certè, si solus tacueris, solus ab omnibus stultitię condemnaberis. itèm in Commentariis Esaię, sextũ eius Prophetę caput exponens: De hac, inquit, uisione ante annos circiter triginta, cùm essem Constantinopoli, & apud uirum eloquentissimum Gregorium Nazanzenum, tunc eiusdem vrbis Episcopum, sanctarum scripturarum studiis erudirer, scio me breuem dictasse subitumque tractatum, ut experimentum caperem ingenioli mei, & amicis iubentibus obedirem. ad illum itaque libellum mitto lectorem. Et exponens illud Apostoli ad Ephesios, Sacramentum hoc magnum est, ità ait: Gregorius Nazanzenus, vir ualdè eloquens, & in scripturis apprimè eruditus, cùm de hoc mecum tractaret loco solebat dicere: Vide quantum istius capituli sacramentũ sit, ut Apostolus in Christo illud & Ecclesia interpretans, non se ità asserat, ut testimonii postulabat dignitas, expressisse, sed quodã modo dixerit. Sibi quoquè & Nazanzeno Nyssenum quędam opera sua legisse, in Catalogo scribit. Alibi quoquè Gregorium pręceptorem appellat suum, & ubiquè se à tali uiro eruditum gloriatur. magna enim non minùs de uitę sanctitate, quàm de doctrinę sublimitate Gregorii erat fama: adeoque in Ecclesiasticis literis excellebat, ut solus ex omnibus tam Gręcis, quàm Latinis scriptoribus, Theologi meruerit nomen.

Epist. 2.

Esaia. 6.

Ephe. 5.

Greg. Nazanzene Episcopus Constantinopolit. eius præceptor.

Cap. 19. Imperii habenas adhuc Theodosius moderabatur, & Apostolicam Sedem Romę Damasus gubernabat. ipseq; Hieronymus iam presbyter annos triginta exegerat: cùm ob dissensiones tum Antiochenę Ecclesiæ, tũ alias, Imperiales literę omnes totius Occidentis, Orientisque Episcopos, Romã pro quęstionũ solutione uocarũt. Accesserunt inter alios eò Paulinus Antiochię, à quo Hieronymus ordinatus fuerat presbyter, & Epiphanius Salaminę, seu Constantię Cypri, Episcopi: ambo uiro sancto amici, & arcto spiritus vinculo copulati. Visum est Græcis Episcopis, Latinum & magni nominis iuuenem secum ducere, præsertim cùm Damaso multis ex causis notus, & de Antiochenis dissidijs apprimè instructus & eruditus esset: & fortè ipsemet Damasus accersiuit, ac literæ Imperiales illum eò coegerunt, quandò inuitum ac renitentem accessisse ipsemet testari uidetur. Verba, quibus hæc omnia ille explicet, hæc sunt: Cumque Orientis & Occidentis Episcopos ob quasdam Ecclesiarum dissensiones Romam Imperiales literę contraxissent, uidit admirabiles viros, Christique pontifices, Paulinum Antiochenæ urbis Episcopum, & Epiphanium Salaminæ Cypri, quæ nunc Constantia dicitur: quorum Epiphanium etiam hospitem habuit: Paulinũ in aliena manentem domo, quasi proprium humanitate possedit: quorum accensa uirtutibus, per momenta patriam deserere cogitabat. & alibi: Deniquè cùm & me Romam cum sanctis Pontificibus, Paulino & Epiphanio, Ecclesiastica traxisset necessitas, quorum alter Antiochenam Syriæ, alter Salaminam Cypri rexit Ecclesiam, & uerecundè nobilium fœminarum oculos declinarem: ità egit secundum Apostolum importunè, opportunè, ut pudorẽ meũ sua superaret industria: & quia alicuius tunc nominis esse existimabar super studio scripturarum, nunquã conuenit, quin de scripturis aliquid interrogaret.

Epist. 97 in Epitaphio Paulæ.

Epist. 16. Epitaph. Marcellæ.

2. Tim. 4.

Cap. 19. Visitat sacra loca Romæ Hieronymus. Romam igitur ingressus D. Hieronymus, cœpit reuisere loca, in quibus à pueritia nutritus, edoctus & baptizatus fuerat: & reuisere templa Apostolorum & martyrum, ad quæ diebus Dominicis accedere, cùm à grammaticæ ludo uacaret, & quontum cryptas ad uenerandas sanctorum reliquias ingredi puer solebat. Inuenit hic Pammachium, suum olim condiscipulum, inuenit alios, tum ueteres ex facie, tum ex sola sanctitatis & doctrinæ fama postea sibi factos amicos. Damaso autè quàm charus, & quàm dilectus fuerit, incredibile est dictu. Nouerat enim iuuenem iam tunc in eremo degentem, ex literis & tractatibus, quos sæpè ad eum miserat: nouerat & egressum ab eremo, Antiochiæ primùm, mox Bethleem manentem, ut qui ei munera sæpè mittere, & qui ab eo epistolas & quæstionum solutiones recipere solebat: nouerat ex ingenti fama, quæ de eius vitæ probitate, & mira abstinentia ferebatur. Concurritur ex Vrbe ad eum undiquè, & uterque sexus in promerendo uiro secum acriter certat. Non matronæ castæ illum dimittere, non ciues, non presbyteri possunt. alijs sanctitas, alijs doctrina, alijs comitas & urbanitas placent. Ille, quòd Romæ iam uidet puerũ tunc optimæ spei, animo repetit: ille quòd austeram in eremo ab eo exactam uitam audierit, attentè uultus contemplatur & ora. Commendat in eo aliquis presbyterij dignitatem, aliquis oratoris prædicat puritatem: hic in eo linguarum sciẽtiã, alter sacrum literarum admiratur cognitionem: pariter suspiciunt, pariter prædicant & extollunt omnes: & breuiter solus Hieronymus inuenitur, in quo omnium oculi, omniũ defigantur obtutus, & in quo uno totius cleri populique uota suspirent.

Epi. 114. & 115.

Cap. 11. Damasus, cui Hieronymi etiam causa Paulinus Epiphaniusque grati fuerunt, uidens sibi ueluti alterum Paulum Petro, adiutorem in Vrbem uenisse, remissis in sedes proprias Episcopis, & Paulino in Episcopatu Antiocheno cõfirmato, Hieronymũ, ut sibi Ecclesiasticis causis inseruiret, & partem Põtificii oneris sustineret, secũ retinet, res fidei & omnes quæstiones religionis, ei, uti undequaquè doctissimo & maximè orthodoxo demandat: hoc est, ut totius orbis cõsolationibus, præsertim synodalibus, quæ ad Romam uelut ad matrem Ecclesiarum omnium, & Apostolicam sedem quotidiè deferũtur, respondeat: & quid credere, uel non credere reuertentes ab hæresi debeant, normam formulamq; præfigat. Testatur hoc ipse ad Ageruchiam, ubi monogamiã laudat, his uerbis: Ante annos plurimos cùm in chartis Ecclesiasticis iuuarem Damasum, Romanæ vrbis Episcopum, & Orientis atque Occidentis synodicis consulationibus responderem, uidi inter se paria uilissimorum è plebe hominum comparata. Testatur etiam Ruffinus, qui confessionem qua reconciliarentur Apollinaristæ, ab eo, cùm Damaso inseruiret, compositam fuisse scribit: cui respondens Hieronymus, ità ait: Et superfluum puto apertas ineptias confutare, cùm mihi mea ingeratur fabella, à synodo videlicet, & sub nomine cuiusdam amici Damasi ego petar, cui ille Ecclesiasticas epistolas dictandas tradidit: & Apollinario-

Damasus eius opera Romæ utitur.

Epist. 11.

Ruffinus? siue Apologia pro Origene.

rum

Li. 2. cõtra Ruffinum.

rum uersutiæ describantur, quòd Athanasij librum, vbi Dominicus homo scriptus est, ad legendum acceptũ itá corruperint, ut in litura id quod raserint, rursùm scriberet, ut scilicet non ab illis falsatum, sed a me additum putaretur.

Cap. 22.

Manẽs Romæ Hieronymus, & Ecclesiasticis undiquè ad Apostolicam sedem concurrentibus inseruiens necessitatibus, non propterea arctam suam viuendi, & precibus quotidiè coram Deo assistendi omisit consuetudinem. Matronarum oculos verecundè declinat, exemplo omnes, uerbo eos, qui ad eum audiendum concurrunt, instruit.

Epist 16.

Et quia presbyteri munere insignitus erat, nè tam diuinum sibi commissum talentum occulat, incruentum Christi sacrificium, quod in Cruce peractum fuit, Deo pro salute omnium offert. Nouit hoc Roma, quæ diù sacrificij seruauit casulam, & adhuc eius calicem seruat, & in memoriam tanti uiri populo reuerenter ostentat.

Casula et calix S. Hierony. Romæ seruãtur

Nouerat hoc ipsum Nepotianus presbyter, Heliodori Episcopi, qui quondàm Hieronymum in eremum comitatus fuerat, nepos, quòd scilicet offerendis Deo sacrificijs ille uacaret, proptereaque dũ moreretur, talem vestem Missarum sacrificiis aptã, Hieronymo in hæc uerba, vt testis est huius rei ipse Hieronymus, reliquit. Hanc tunicam, qua utebar in ministerio Christi, mitte dilectissimo mihi, ætate patri, fratri collegio, & quicquid à te nepoti debetur affectus, in illum transfer, quem mecum pariter diligebas.

Epist. 3 in Epitaphio Nepotiani.

Ibidem.

Et si ipse Nepotianum presbyterũ laudat, quód solicitus esset, si niteret altare, si parietes absque fuligine, si pauimenta tersa, si ianitor creber in porta, & quòd in omnes cæremonias pia solicitudo disposita esset, itèm quòd non minus, non maius negligeret officium, & quòd semper in ecclesia versaretur. & rursùs, quòd basilicas ecclesiæ, & martyrum conciliabula diuersis floribus, & arborum comis, vitiumque pampinis adumbrarit: ut quicquid placeret in ecclesia, tam dispositione, quàm uisu, illius labore ac studio compositum esset.

Ibidem.

& si contra Pelagianos scribens, ait non displicere, immò placere Deo, quód Episcopus, presbyter, diaconus, & reliquus ordo Ecclesiasticus, in administratione sacrificiorum cum candida procedant veste: quid putandũ est presbyterum procurasse Hieronymum, uirũ sanctissimum, & qui in vendicando honore, & Ecclesię pulchritudine asserenda, nemini cederet?

Lib. 1. cõtra Pela.

Cap. 23.

Non tantùm hæc omnia Romæ manens procurauit, & cuncta Ecclesiæ munia ut honestè ac sanctè peragerentur effecit, sed quicquid etiã boni uel Antiochiæ, à qua Petrus Apostolorũ Princeps Romam uenerat: Hiesolymę, vbi Ecclesiam quoquè idẽ fundauit, & Iacobo gubernandam posteà reliquit, esset, ut Romę quoquè, vbi Petri sedes manet, obseruaretur, procurauit. Eo instante, Alleluia, ut testatur D. Gregorius, secundùm Hierosolymitanę ecclesię cõsuetudinem: & secundum Antiochię usum, in fine omnium psalmorum, Gloria patri, Romę cantari cęptum est.

Greg. lo. Syracusano, Epist. 62.

Eo emendante, Romę legendos canendosque in Ecclesia septuaginta interpretum psalmos suscepit. Ipse testamentum nouum, quod Romana posteà semper legit Ecclesia, Damaso rogante, è Gręco tunc primùm correxit. Ipse martyrum fines, qui in Ecclesiijs recitãtur, primus, vt Cassiodorus, Isoardus, Adoque testantur, in unum sub breuitate collegit.

Li. 2. contra Ruffinum.

Omitto alia, quę posteà ad decorem & utilitatem uniuersalis Ecclesię fecit, ut sacrorum librorũ ex Hebræo, qui nunc uulgati & recepti feruntur, versiones & eorum interpretationes, & quę contra hęreticos diuersis elaborauit temporibus. Manentis Romę viri sanctitatem nunc tantum discutimus, & iuuenis solummodò examinamus labores: reliqua suis locis dicentur.

Epi. 123. Damaso. Martyrologiũ edidit

Cap 24.

In tanta negociorum Ecclesiæ, undiquè ad Apostolicam sedem delatorum occupatione, & aduentantium ad se quotidiè passim è populo matronarum uirorumque pariter multitudine, studia nihilominùs, quibus ab incunabulis usque totus semper fuit addictus, nihil propterea omisit. Quod auferebat illi dies, nox restituebat: & vigiliæ damna, somni diminutio resarciebat.

Epist. 116. Paula & Eustochio.

Legit Romæ manens Blesillæ Paulæ filiæ Salomonis Ecclesiasten, ut eam ad contemptum mundi prouocaret, & omne, quod in mũdo cerneret, putaret esse pro nihilo: & Commentaria in eundem scribere inchoauit. Fabiolæ quærenti de tanta, quæ in libro Numerorum est, nominum congerie, & de tam aperta Balaam Prophetia, cũcta interpretatus, & opus de quadraginta duabus mansionibus Israel se scripturum pollicitus est.

c Galatas ca. 1.

Scripsit itidèm Romæ manens contra Heluidium hæreticũ: &, vt testatur Ruffinus, ad Eustochium de conseruãda virginitate libellum, hoc est, Epistolam vicesimã secundam.

Ruffi. lib. 2. Inuectiuarum.

Et librũ Didymi de spiritu sancto, ad preces Damasi, transferre cœpit. Paulam itèm de obitu Blesillæ filiæ consolatus est, ut ipse in Epitaphio Paulæ testatur. Marcellæ exposuit decẽ Dei apud Hebræos nomina: Itèm quid significet Alleluia, Amen, Maranatha, & diapsalma: Psalmum centesimum vicesimum sextum interpretatus est. Paulæ Hebraicum exposuit Alphabetum: Damaso Papæ, quid esset Osanna, quid prodigi filij parabola significaret, & interpretationem Origenis in Cantica Canticorũ, è Græco, ab eo rogatus, uertit. Expositionem autem de sexto Esaiæ capite ac Seraphim, quæ reperitur Episto. 142. Damaso dicata, scripta Constantinopoli fuit, rogantibus amicis, tunc eùm Gregorium Nazanzenum audiret, ut ipse super sexto Esaiæ testatur capite.

Ex Proœmio libri Didymi, & 2. libr. in Ruffin. Epist. 136, 137. 138. 141. Epi. 115. Epi. 145. 146.

Dum Romæ versatur Hieronymus, quod per triennium ferè fuit, Paulinianum adolescentem tunc fratrem, qui post eius in Syriã secessum natus fuerat, in Vrbem aduocat: idque facit, ut eum melioribus literis & sanctioribus pariter moribus imbuat. Conuertit præterea, quæ diximus, Romæ manens Hieronymus multos, qui uitijs & sceleribus uincti tenebãtur, & matronas plurimas ad sanctioris uitæ duxit propositum. inter quas Marcella, Melania, Asella, Albina, Marcellina, Felicitasque celebrantur: sed cæteris præstantior Paula, Eustochij & Blesillæ mater. Nam Paula propositũ implere desiderãs, vestem mutauit, & monasterium ingredi pollicita est: quod adimpleuit, Hierosolymã vnà cum Melania sub Hieronymi ab Vrbe discessum proficiscendo.

Ruffi. in præfatiõe. περὶ ἀρχῶν.

Cap. 25.

Cùm tot hæc ac tanta uir sanctus Romæ perageret, & omnium ore dignus summo Pontificatu acclamaretur, clerici, (o mortalium uita semper incerta) in quorum uitia ille sæpè inuectus fuerat, & laici, quos sæpè repræhenderat, &, qđ durius illis videbatur, exẽplo sanctioris uitæ & offuscabat quotidiè, & uiliores reddebat, Hieronymi famę detrahere cęperũt, capta occasione, q nobiles ac diuites matronas lucri & amoris inhonesti causa, sanctioris uitę prętextu deceperat, & Hierosolymam explendę libidinis gratia ducebat.

Epist. 25 de obitu Blesillæ.

Epist 99. A selia Hierony. fama ab æmulis eius detrahitur.

Subornatus est, quo faciliùs res crederetur, quispiã rumigerulus, q se nescio qđ inhonesti de sancto cũ Paula uel vidisse, uel audisse assereret: eoq; factũ processit, ut uilis ille homuncio captus, quęstionibus super ea re examinãdus subijceretur. Negauit ille, quod prius dixerat, & insontẽ clamauit in tormẽtis, quẽ anteà tanquam scelestũ cusauerat. Moritur intereà Damasus: Hieronym⁹

occasionē regrediendi Hierosolymam, cùm ex Pontificis morte, tum ex impia hominum persecutione commodè nactus, relicta Roma, magna sanctorum comitante caterua, nauem in Romano portu conscendit, & per Siciliæ, & Italiæ fauces, Peloponesi promontoria, & Cyprum nauigans, adolescentem fratrem secum ducens, Antiochiæ appellens, Hierosolymā & suam lætus reuertitur Bethleē. Exprimit hęc omnia ipsemet latè Asellæ, Epistola nonagesima nona, & etiam in Apologia contra Ruffinum: nos ex Epistola illa pauca, ex Apologia, quæ prodat, cuncta ponemus Locum, qui plura desiderat, cōsulat. Ego, inquit, probrosus, ego versipellis & lubricus, ego mendax & satanæ arte decipiēs? Quid est tutius, hæc uel credidisse, uel finxisse de insontibus, an etiā de noxijs credere noluisse? Osculabantur mihi manus quidā, & ore uipereo detrahebant: & dolebāt labijs, corde gaudebant. Videbat Dominus, & subsannabat illos, & miserum me seruum suum, futuro cū eis iudicio reseruabat. Alius incessum meū calūniabatur, & risum: & ille uultui detrahebat: hic in simplicitate aliud suspicabatur. Penè certè triennium cum ijs vixi: multa me virginum crebrò turba circundedit. Diuinos libros, ut potui, nonnullis sępè disserui: lectio assiduitatē, assiduitas familiaritatem, familiaritas fiduciam fecerat. Dicant, quid unquàm in me aliter senserint, q̄ Christianū decebat. Pecuniā cuiusquam accepi? munera vel parua, uel magna non spreui? in manu mea æs alicuius insonuit? obliquus sermo, oculus petulās fuit? Nihil mihi aliud obiicitur, nisi sexus meus: & hoc nunquàm obiicitur, nisi cùm Hierosolymam Paula & Melania proficiscuntur. Isti crediderunt mentienti, cur non credunt neganti? Idem est homo, qui fuerat: fatetur insontem, qui dudùm noxium loquebatur: & certè ueritatem magis exprimunt tormenta, quàm risus: nisi quòd facilius creditur, quod aut fictum libenter auditur, aut non fictum, ut fingatur, impellitur. Antequàm domū sanctæ Paulæ nossem, totius in me Vrbis studia consonabant: omniū penè iudicio, dignus summo sacerdotio decernebar. Beatæ memoriæ Damasus meus sermo erat: dicebar sāctus, dicebar humilis & disertus. Nunquid domū alicuius lasciuioris ingressus sum? nunquid me vestes Sericæ, nitentes gemmæ, picta facies, auri rapuit ambitio? Nulla fuit alia Romæ matronarum, quæ meam posset edomare mentem, nisi lugens atq; ieiunans, squalens sordibus, fletibus penè cæcata: quam continuis noctibus misericordiam Domini deprecantem, sol sæpè deprehendit, cuius canticum psalmi, sermo Euangeliū, delicię continētia, vita ieiuniū? Nulla me potuit alia delectare, nisi illa, quā māducantē nunq̄ vidi: sed postquàm eam pro suo merito castitatis uenerari, colere, suspicere cœpi, omnes me ilicò deseruere uirtutes. O inuidia primùm mordax tui. O satanę calliditas, semper sancta persequens. Nullæ aliæ Romanæ urbi fabulā præbuerunt, nisi Paula & Melania, quę contemptis facultatibus, pignorib. desertis, Crucē Domini, quasi quoddam pietatis leuauere vexillum. Si balneas peterent, unguenta eligerent, diuitias & uiduitatem haberēt materiem luxuriæ & libertatis, Dominæ vocarentur & sanctæ: nunc in sacco & cinere formosæ volunt uideri, & in gehennam ignis cū ieiunijs & pedore descendere: uidelicet non licet eis, applaudēte populo, perire cum turbis. Si gentiles hanc uitam carperent, si Iudæi, haberent solatium, non placendi eis, quibus displicet Christus. Nunc verò pro nefas, homines Christiani, prętermissa domorum suarum cura, & proprij oculi trabe neglecta, in alieno oculo festucam quærunt, lacerant sanctum propositum: & remedium pœnæ suę arbitrantur, si nemo sit sanctus, si omnibus detrahatur, si turba sit pereuntium, si multitudo peccantium. Tibi placet lauare quotidiè: alius has munditias sordes putat. Tu attagenem ructas, & de comeso acipensere gloriaris: ego faba uentrem impleo. Te delectant cachinnantium greges, me Paula Melaniaque plangentes. Tu aliena desideras, illæ contemnunt sua. Te delibuta melle uina delectant: illæ potant aquā frigidam suauiorem. & infra: Hæc, mi domina Asella, cùm iam nauem conscenderem, raptim flens dolensque conscripsi: & gratias ago Deo meo, quòd dignus sim, quem mundus oderit. Ora autem ut de Babylone Hierosolymam regrediar, nè mihi dominetur Nabuchodonosor, sed Iesus filius Iosedec. Veniat Esdras, qui interpretatur adiutor, & reducat me in patriam meam. Stultus ego, qui uolebam cantare canticum Domino in terra aliena: & deserto monte Sina, Aegypti auxilium flagitabam. Non recordabar Euangelij, quia qui de Hierusalem egreditur, statim incidit in latrones, spoliatur, uulneratur, occiditur. Sed licèt sacerdos despiciat atque Leuites Samaritanus ille misericors est.

Nauigauit autem Hierosolymam Paula cum Eustochio filia & multis uirginibus, Romano in portu nauem conscendens, post ipsius Hieronymi discessum, quippè cùm ab Vrbe discedens ipse, & nauem iam ingrediens, Asellæ Romæ degenti mandat, ut Paulam & Eustochium, uelit nolit mundus, suas salutet. Ipse autem flantibus Etesijs, Augusto abiit mense, & media hyeme à Paulino Antiocheno Episcopo, qui anteà unà cum Epiphanio, uiuente iam Damaso, regressus Antiochiam fuerat, comitatus, Hierosolymam & Bethleem rediit. Omnem autem eius nauigationem, quòd discessum eius ab Vrbe cauillaretur Ruffinus, ipsemet ei respondens, qualis fuerit, his uerbis refert: Vis nosse profectionis meæ de Vrbe ordinem? narrabo breuiter. Mense Augusto flātibus Etesijs, cum sancto Vincentio presbytero, & adolescente fratre, & alijs monachis, qui nunc Hierosolymæ commorantur, nauim in Romano portu securus ascendi, maxima me sanctorū frequentia prosequente. Veni Rhegium, in Scyllęo litore paululùm steti: vbi ueteres didici fabulas, & præcipitem fallacis Vlyssis cursum, & Sirenarum cantica, & insatiabilem Charybdis uoraginem. Cūque mihi accolæ illius loci multa narrarent, darēt que consilium, ut non ad Protei columnas, sed ad Ionæ portum nauigarem (illum enim fugientium & turbatorum, hunc securi hominis esse cursum) malui per Maleas & Cycladas Cyprum pergere: vbi susceptus à uenerabili Episcopo Epiphanio, cuius tu testimonio gloriaris, veni Antiochiam, ubi fruitus sum communione Pontificis confessorisque Paulini, & deductus ab eo media hyeme & frigore grauissimo intraui Hierosolymam, uidi multa miracula, & quæ prius ad me fama pertulerat, oculorū iudicio comprobaui. Indè contendi Aegyptum, lustraui monasteria Nitriæ, & inter sanctorū choros aspides latère perspexi. Protinùs concito gradu Bethleē meam regressus sum, vbi adoraui præsepe, & incunabula Saluatoris. Vidi quoquè famosissimum lacum: nec me inerti tradidi ocio, sed multa didici, quæ antè nesciebam. Quid autem de me Romæ iudicatum sit, & quid posteà scriptū, nolo taceas, præsertim cùm habeas testimonia scripturarum: & ego non uerbis tuis, quæ simulare potes, sed scriptis Ecclesiasticis arguendus sim. Vide quantùm te timeā. Si uel paruam schedulam contra me Romani Episcopi, aut alterius Ecclesiæ protuleris, omnia, q̄ in te scripta

Reuertitur Bethleem.

Epist. 95. Asellæ.

Multos patitur sanct. Romæ ob tractatores.

Paula & Melania, contēptis facultatibus, Crucē Domini eligūt Christū sequutæ.

Gratulatur sibi, q mundus eum premat.

Luc. 10.

Cap. 16. Epist. 17. Epist. 99. in fine.

Li. 3. Apologiæ contra Ruffinum.

It in Aegyptū monasteria Nitriæ lustrās.

ſcripta ſunt, mea crimina confitebor. Nũquid & ego non poſſem profectionem tuam diſentere? cuius ætatis fueris, undè, quo tempore nauigaris, vbi uixeris, quibus interfueris? Sed abſit, ut quod in te reprahẽdo, faciam, & in Eccleſiaſtica diſputatione, anilium iurgiorum deliramenta compingam.

Cap. 27. Nauigans igitur D. Hieronymus, non Protei columnas, hoc eſt, Aegyptũ, & altũ petiit mare, ſed ad Ioppen Ionæ portum intra Maleas & Cycladas inſulas contendens, Antiochiæ tandèm appulit. *Theodor. lib. 3. ca. 5* Moratus eſt autem Antiochiæ aliquandiù, & Paulini communionem propterea uſus eſt, *Hiſt. trip. lib. 6. c. 19* quòd Paulinus quanuis ea Euſtachiana factione poſt Meletium Luciferi Caralitani opera aſſumptus fuiſſet, *Hiſt. trip. li. 5. c. 47.* pro uero tamen Epiſcopo à Romana Eccleſia tenebatur, & iam in ſedeà Damaſo confirmatus erat. *Theodor. li. 5. c. 23.* Meletium, quanuis Catholicus ac ſanctus ipſe etiam eſſet, & in magno apud Orientales omnes nomine, propterea Apoſtolica ſedes confirmare noluit, quòd ab Arianis ex Armenia aſſumptus, in eo Epiſcopatu poſitus erat. Durauit hæc diſcordia, Theodoreto teſte, annis decem & ſeptem, non tantùm ipſis uiuentibus, ſed in ſucceſſoribus etiam eorum, Flauiano Meletii, & Euagrio Paulini: fauentibus Meletio & Flauiano Oriẽtalibus omnibus: Paulino uerò & Euagrio Occidentalibus, & quod amplius eſt, Romana Eccleſia. Anaſtaſii tandèm, qui Syricio ſucceſſit, tempore compoſita contẽtio fuit. Imperiale enim in illis ius antea opprimebatur. *Hiſt. trip. lib. 6. c. 23* Omitto Apollinarium, & eius ſucceſſorem Vitalem, hęreticos, ac etiam Enaouium Arrianę factionis hominem, qui Anthiochię Eccleſias omnes ità occupabat, ut Meletius extra urbẽ aliquandiù & Paulinus in una tantùm urbis Eccleſia ſolennia celebraret. *Theodor. lib. 5. c. 3* Theodoretus Sabellianę hęreſis accuſatum à Flauiano Paulinum aſſerit: uerùm falſam fuiſſe accuſationem, cùm ex amicitia, quã tam arctè cum D. Hieronymo, acerrimo omnium hęreticorũ hoſte, Paulinus habebat, tum ex communione Romanę eccleſię, in qua ille mortuus eſt, certiſsimum habeo. Accuſatus eſt etiam ipſe Hieronymus huius erroris, & tamen, ſi quis unquàm alius, falsò. *Epiſt. 77* Quapropter ea de re Marco Celedenſi conquerens, ait: Hæreticus vocor, Homouſion prędicans Trinitatem. Sabellianæ impietatis arguor, tres ſubſiſtentes, ueras, integras, perfectasque perſonas indefeſſa uoce pronuncians. Si ab Arrianis, meritò: ſi ab Orthodoxis, qui huiuſmodi arguunt fidem, orthodoxi eſſe deſierunt: aut ſi ijs placet, hæreticum me cum Occidente, hęreticum eum Aegypto, hoc eſt, cum Damaſo Petroque condemnent.

Cap. 28. Hiſt. trip. li. 5. c. 48 Sed quid ago de Paulino atque Hieronymo? nonne etiam ipſe Meletius, qui omnium Græcorum pręconiis celebratur, & quem Baſilius & Nazanzenus, duo Orientis lumina, tantopere in cęlum fuerunt, uelut Sabellianus, ut idem ſcribit Theodoretus, ab Arrianis & accuſatus, & ex Antiochena ſede hoc nomine deiectus fuit? Arrianorum calumnia hęc erat, qui ut ſe ab hæreſis infamia extricarẽt, uiros ſanctos, qui iis acriter reſiſtebant, hęreſis macula reſpergebant. Adeò enim Arrianis Paulinus inſenſus fuit, ut D. Hieronymus ſcribat, *Epiſt. 61. contra errores Iohan. Hieroſolym.* Arrianorum & Eunomianorum tempore Athanaſium & Paulinum, ſolos in Oriente manſiſſe catholicos. Aduenit autem eò non multò poſtea, ut exiſtimo, Paula cum Euſtochio filia & Melania, Marcellini Conſulis nepte, multis comitata uirginibus: & Hieronymi nauigationem ſecuta, poſt Cyprum Antiochię ipſa etiam appulit: deindè ſancta Palæſtinę terra, quemadmodùm latè eius iter in Epitaphio proſequitur D. Hieronymus, *Epiſt. 27 & 99.* luſtrata, Bethleem, ibi perpetuò Chriſti militię uiuet uitura, contendit. Manſit autem ibi per triennium ſatis anguſto hoſpitiolo, quouſq; latiùs extruxerit monaſterium, vbi ipſa cum uirginibus maneret: & aliud, vbi Hieronymus & uiri degerent, & diuerſoriũ pro hoſpitibus, ad ea loca pietatis & religionis cauſa aduenientibus. *Ruffi. lib. 2. Inuecti uarum.* Diues enim erat Paula, & Nicopolis in Actiaco litore poſita ad eius, ueluti quæ ab Agamẽnone deſcendebat, poſſeſsionem maximè pertinebat. De Melania quid egerit poſteà, uir ſanctus nuſquàm meminit. *Epiſt 27. Ex Proœmio ſuper Epiſt. ad Titum. Epiſt. ad Creſiphõtẽ contra Pelagianos.* Adhæſit enim illa Ruffino & Euagrio Pontico, ac Hieronymi uitæ detrahere cępit. In eius nomen propterea ille interdùm inuehitur, & à tenebris perfidiæ dictam aſſerit: & dum de obtrectatoribus ſuis meminit: Hæc non eſt, inquit, illius culpa, cuius ſub perſona alius agit tragediam: ſed Ruffini & Melaniæ magiſtrorum eius, qui illum magna mercede nihil ſcire docuerunt. Ruffinus libro 2. Inuectiuarum aduersùs Hieronymum, quòd auſterioris illa eſſet ſeuerioriſque diſciplinæ, proptereaque illi Hieronymi uita non placeret, receſsiſſe eam comminiſcitur. Laudatam anteà à uiro ſancto, ac Teclæ nomine appellatam, adiungit, ſed poſt diſceſſum è ſuis eraſam libris, quod falſum eſt. *Epi. 101. ad Pammachiũ.* Regreſſa eſt enim illa Romam, Paula Euſtochioque relictis, & quod amplius eſt, ſanctioris uitę propoſito abiecto, & inſtàr uxoris Lot, cùm aratri Chriſti ſtiuam teneret, retrò reſpexit: *Gen. 19.* conuerſaque eſt in ſtatuam illius ſalis, de quo ſcriptum eſt: *Matt. 5.* Quòd ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? ad nihilum ualet ultrà, niſi ut mittatur foràs, & cõculcetur ab hominibus.

Cap. 29. Bethleem autem primùm D. Hieronymus ſibi ſedem poſuit, & deuotionis intuitu elegit: quòd in ea Saluator noſter Chriſtus natus, à paſtoribus uiſus, & adoratus eſſet à Magis: Deindè, quòd amœnus, & ſolitariæ uitæ ex nemoribus illi adiacentibus commodus eſſet locus. Poſita eſt autem Bethleem in meridiana plaga, & tribui Iudæ annumerata, ſub Epiſcopatu Hieroſolymitano, ſex, ut teſtatur Seuerus Sulpitius, qui oram inuiſit, & ſex menſibus ibi cum ſanctiſsimo uiro degit, milliariis à Hieroſolyma diſtãs, & ſexdecim ab Alexandria manſionibus. Cellula, in qua Hieronymus manſit, poſita erat, ut ipſemet in libro de nominibus Hebraicis teſtatur, in diuerticulo, quo ibatur ad tumulum Archelai Regis. *Epiſt. 61. cõtra errores Io. Hieroſol.* Super ipſum autem ſpecum, undè ſalus mundo emerſit, eccleſia conſtructa erat, & ſuper ipſum præſepe, in quo agnus Dei reclinatus eſt, erectum altare: ut Chriſtus in ſacrificio ad placandam eius iram ibi Deo offerretur, undè ille pro ſalute hominum primùm mũdo illuxit. Conſtruxit ibi poſteà Paula monaſteria quatuor, & diuerſas pro diuerſis peregrinis iuxta uiam poſuit manſiones. Monaſteriũ unum uiri incolebant, *Epiſt. 48.* reliqua tria uirgines, ut quæ in tres turmas diuiſæ eſſent: licèt in opere & cibo ſeiunctæ, pſalmodiis tamen & orationibus iungebantur. *Epiſt. 27. in Epitaphio Paulæ.* Erãt hęc monaſteria ad eccleſię ſuper ſpecum ipſum cõſtructæ latus: ad eamque die tantùm Dominico uirgines, unumquodque agmen propriam matrem ſequens, accedebant: *Epiſt. 48.* à uiris autem adeò ſeparatę uiuebant, ut ne ſpadonibus quidem ad eas liceret accedere, & prę parietum altitudine nullus furtiuus ad eas aditus erat. Quę fuerit earum uita, latè Hieronymus in Epitaphio Paulę proſequitur. Locum, ſi quis plura deſiderat, adeat.

Cap. 30. Epiſt. 112. Auguſtino Seuerus Sulpit. Ipſe autem Hieronymus, qui uſque ab adoleſcentia monachi egerat uitam, die noctuq; ſtudijs, nũc legendo, nunc ſcribendo, uacabat, & cum aliis fratribus in monaſterio labore deſudabat: uiuebat in paupertate, & ut Ruffino ipſe teſtatur, pecunias nec habebat, nec habere uolebat: ſed habens uictum & ueſtitum,

Lib. 1. contra Ruffinum.

situm, his contentus erat: in cellula latebat, & facerdotium non ambibat, nec humilitate damnata Episcopatum auro redimere festinabat. esse tantùm, nō etiam apparere, cupiebat: & interno duntaxat homine, non etiam externo, proficere satagebat. Hæreticos adeò persequebatur, ut coram eo hæreses, ueluti coram Sole nebulæ, euanescerent. Nouerunt hoc Mileuitani Concilii Patres, qui ad Innocentiū Primum scribentes, Hieronymum uti strenuum hæreticorum impugnatorem prædicant. Sanctam igitur rursùs inchoans uitam, & ueluti nouus quidam miles, ad certamina laboresq; cōsurgens, nihil omittit eorum, quæ ad æternam salutem consequendam uel utile, uel necessarium esse retur: corpus ieiuniis macerat, mentem studiis, spiritum pascit oratione. Vbi oratio deficit, lectio: ubi lectio, oratio incipit. Somnus non ad delicias, sed ad naturæ capitur necessitatem: in duro, non in mollibus, cubat: & uili pallio, non precioso ac nitido tegitur indumento. ex ore nihil, nisi sanctum, nisi castū, procedit. quodcunque ex eo audieris, Christi sermo est: & in ipso quoquè silentio Deum loquitur. Humilitatem non minùs re, quàm habitu & professione, præstat: hospites benignè excipit, omniumque præter hæreticos, illisque pedes etiam lauat. Vigilat cor eius dum dormit: & cum ambulante Christus ambulat, cum sedēte sedet. Sed præter omnem tam animi, quàm corporis sanctitatem puritatemque, quibus ueluti præclara lux quædam mundo irradiat: studiis, nunc aliquid uertendo, nunc commentando, incumbit, præcipuè autem aduersùs hæreticos elaborando.

Corpus suum ieiuniis macerat, ac aliis uirtutum exercitiis uacat.

Lib. 2. cōtra Ruffinum.

Cap. 31. Epist. 116. Vadit Alexandriam ut consulat Didymū in scripturis dubiis. Ex Catalogo.

Primo quinquennio, quo ex urbe Roma discedēs, Bethleem repetiit, Ecclesiasten ex Hebræo transtulit, & præclarissima illius ingenii monumenta, libros aduersùs Iouinianum, exarauit. Canis iam caput eius spargebatur, ipseque nihil propterea a studiorum assiduitate remittens, cùm Didymi Alexandrini, qui olim Athanasio charus & magno Antonio amicus fuerat, fama usquequaque celebris ob doctrinæ magnitudinem efferretur, effetq; illa tanto aliorum Doctorum fama celebrior, quanto hominis cæcitas, quæ a parua illum ætate ceperat, singularem eam magis reddebat, rursùs Alexandriam, ut eum uideret, & dubiorum, quæ in scripturis habebat, ab eo solutiones audiret, perrexit, magnā cum eo amicitiam indè contraxit: talemque, ut ille Didymi de Spiritu sancto librum transferret, & Didymus expositionem in Osee prophetam illi dictauerit: eiusdēque rogatu, Commentariorum in Zachariam libros quinque dictauerit. Meminit huius rei ipsemet Hieronymus in epistola ad Pammachium & Oceanū, ità scribens: Iam canis spargebatur caput, & magistrum potiùs, quàm discipulum decebat. Perrexi tamen Alexandriam: audiui Didymum, in multis ei gratias ago: quod nesciui, didici: quod sciebam, illo docente non perdidi. & rursùs in Proœmio ad Ephesios: Non quo ab adolescentia aut legere unquàm, aut doctos uiros ea, quæ nesciebam, interrogare cessauerim, & memetipsum tātùm, ut plerique, habuerim magistrum. Denique nupèr ob hanc uel maximè causam Alexandriam perrexi, ut uiderem Didymum, & ab eo in scripturis omnibus, quæ habebam dubia, sciscitarer. Et in Proœmio super Osee prophetam ad Pammachium: Ante annos circiter uigintiduos, cùm rogatu sanctæ & uenerabilis socrus, immò matris tuæ Paulæ, (illud enim nomen carnis, hoc spiritus est) quæ monasteriorum & scripturarum semper amore flagrauit, essem Alexandriæ, uidi Didymum, & cum frequenter audiui, uirum sui temporis eruditissimum, rogauique eum, ut quod Origenes non fecerat, ipse compleret, & scriberet in Osee commentarios. qui tres libros, me petente, dictauit, quinque quoquè alios in Zachariam. & in tertio contra Ruffinum libro: Extat liber Didymi ad te, quo sciscitanti tibi, respondit, non eos multa peccasse, & ideò corporum carceres tantùm eis tetigisse sufficere Magister meus & tuus, eo tempore, quo tu ab eo ista quærebas, tres explanationum in Osee prophetam libros, ad me, me rogante, dictauit. ex quo apparet, quid me, quid te docuerit. Peritissimus in scripturis Didymus fuit, itaq; ut quemadmodùm librorum multitudinem Origeni, eloquentiam Ciceroni, Aristoteli argumēta, prudentiam Platoni, & Aristarcho eruditionem Hieronymus tribuit, ità scientiam scripturarum Didymo concedat. Non immeritò igitur, se Gregorium Nazanzenum & Didymum in scripturis sanctis catechistas habuisse, cum Domnione gloriatur. Quandiù autem Alexandriæ apud Didymum uixerit D. Hieronymus, ipse non prodit: Ruffinus, si tamen ei credi potest, per mensem tantùm ibi eum mansisse scribit.

Epist. 65.

Valdè laudat Didymum, sed tamē alibi dicit errasse eū, dum Origenem sequitur.

Epist. 51. ad Domnionem.

Cap. 32. Epist. 65. Pammachio & Oceano.

Reuersus ab Alexandria, rursumque Hierosolymā & Bethleem suam repetens, magno labore & impēdio Barrabanum, seu uerius Barhanina, Hebræum præceptorem noctū audit. Timebat enim ille Iudæos, propterea q; instar Nicodemi, qui in tenebris Christum adiit, clàm, nè factum à Iudæis resciretur, hoc est, noctū tantùm Bethleem ueniens, Hieronymum edocebat: magno enim precio eum, ut illuc ad docendum accederet, conducebat. Meminit huius præceptoris multis in locis, sicut de Huillo Origenes, præsertim in Epistola ad Pāmachiū & Oceanum, & ubi Ruffino respondet, qui non minùs ineptè, quàm impiè, uiro sancto obiiciebat, quòd Barrabam, dimisso Christo, sequeretur, & Iudaicis incumberet lectionibus: pulchrè sibi ex Euangelio lusum accepisse existimans, si cum Iudæorum populo clamaret, Non hunc, sed Barrabam: uir ipse, qui ueluti inter olores anser obstreperet, & semet sanctorum doctorumque hominum numero auderet immiscere. Cùm, ut respondens ei Hieronymus ait, ab eo Hebræam linguam discere non poterat: quia adeò tenacis erat ingenii, ut unam sine alterius amisione discere non posset: suam enim, hoc est, Latinā, oblitus erat, dum peregrinam Græcorum sectatus est. Finxit, ut malignitatem hominis ostendas, hæc garriēs cornicula, Hieronymi etiam nomine epistolam, in qua, illum pœnitentiam agere, diceretur, quòd huic uacauerit studio, cùm in eo nil nisi falsum, nunquamque reperiretur: & ubiquè per cereales & anabasios suos passim disseminauit. tantum sibi apud omnes uendicat impudentia, & eousquè hominum liuor procedit. Et undenàm apud nos ex Hieronymi studiis maior, quàm ex Hebraicę linguę cognitione utilitas emanauit? undè emolumentum maius profluxit? Eius enim tantùm interpretatio, ab Ecclesia iamdiù recepta, in usu nunc est: eius uersio legitur & citatur. Septuaginta enim, exceptis Psalmis, qui ipsi etiam sicut a Hieronymo emendati sunt, leguntur, nullum ampliùs apud Latinos locum tenent. An non Abraham in omni Chaldæorum, & Moyses Aegyptiorum sapientia docti fuerunt? & Christiano homini non licet in utilitatem Ecclesię, argutarum apum instar, undiquè, quę bona ac recta sunt, colligere & comportare?

Iohan. 3.

Discit linguam Hebraicam ex Barraba Iudæo.

Multū profuit Ecclesia ex Hebraica lingua cognitione.

Epist. ad Domnionem & Rogatianum.

Cap. 33.

Nihil propterea hoc studium omittens D. Hieronymus, circuit etiam post hęc cum eruditissimis Hebræorum, omnem Palęstinę terram, ut cunctā illius loca, situs ac regiones, de quib. scriptura meminit, propriis

propriis collustraret oculis, & quod absens audierat, præsens uideret. Et cùm Paralipomenon librũ translaturus esset, propter immensam congeriẽ nominum, quæ in eo continetur, ex Tyberiade eruditißimum quendam Hebræum legis Doctorem, qui cæteris Iudæis admirationi erat, cõduxit, & cum eo à principio usque ad finem cuncta, quæ in eo libro scripta sunt, examinauit: sicut ipse ad Domnionem & Rogatianum testatur. Non multò post, quàm reuersus ex Alexandria fuit, ut ipse in Prooemio eorũ testatur, Commentarios in Epistolam ad Ephesios scripsit. Adiunxit deindè eos, qui sunt ad Philemonem, mox qui ad Galatas, postremò qui ad Titum, ut ex eius præfationibus commentariis appositis cõstat. Omnes autem Paulæ & Eustochio, in Bethleem iam degentibus, dicauit. Commentarios uerò, qui sunt super Matthæi Euangelium, ad preces Eusebii presbyteri Cremonensis, intimi sibi amici, tunc Romam proficiscentis, tumultuariè conscripsit, sicut aliquanto posteà, qui sunt in septem prophetas, Micheam, Nahum, Habacuc, Sophoniam, Aggæum, atque Malachiam. in cæteros enim quinque minores, scripsit multò deindè, hoc est, mortua iã Paula, post uigintiduos circiter annos, ea quo ab Alexandria & Didymo reuersus fuerat: sicut in Abdiam trigesimo suæ ætatis anno, & in quatuor maiores multò posteà, hoc est, in postrema ferè senectute. Verùm quia hanc rem plenè ipse differit, eam suis uerbis ad Pammachium scribentem audiamus: Præpostero ordine atque confuso duodecim prophetarum opus & cœpimus, & Christo adiuuante complebimus. Non enim à primo usque ad nouissimum, iuxta ordinem quo leguntur, sed ut potuimus, & ut rogati sumus, ità eos disseruimus, Nahum, Micheam, Sophoniam & Aggæum primò φιλοπονωτάτῃ Paulæ, eiusq; filiæ Eustochio προσεφώνησα. Secundò in Habacuc duos libros Cromatio Aquiliensi Episcopo delegaui. Tertiò post longi temporis silentium, Abdiam & Ionam tibi imperanti disserui. Præsenti anno, qui sexti consulatus Archadii Augusti & Anicii Probi fastis nomen imposuit, Exuperio Tolosanæ ecclesiæ Pontifici, Zachariam, & eiusdem uerbis Minerio & Alexandro monachis, Malachiam prophetam interpretatus sum: statimq́ue recurrens ad principium uoluminis Osee, & Iohel, & Amos, tibi negare non potui.

Edit commẽtarios in Epistolam ad Ephesios &c. *Ex prooemio super Osee.* *Ex Prooemio ĩ Abdiam.* *Ex Prooemijs, maximè in Ezechielem.*

Intereà Ruffinus librũ Origenis περὶ ἀρχῶν multis enormibus refertum erroribus transfert, & ut illum mundo legendum obtrudat, Hieronymum, quod Origenem ipse etiam transtulerit ac laudauerit, ad cælum effert. Intercesserat inter eos anteà nescio quid dißidii, sed reconciliati inuicèm fuerant. Verùm gratia malè farta, non coit. Incipit eam ob causam cicatria uia obducta recrudescere, dum Hieronymus ab amicis Pammachio & Marcellino ex Vrbe monetur, se ex obliquis Ruffini laudibus Origenistam credi, & pro uero ità teneri, nisi suspiciones hominum purget. Verùm nondùm ad pugnas & cõtentiones uerborum uentum erat, ut ab Epistola sexagesimasexta discere quis potest. Crescebat hoc eodem tempore in Bethleem monasteriũ, quod à Paula extædificabatur: uerùm licèt pro uiris & uirginib. ibi degentibus satis capax extructum habitaculum esset, & pro peregrinis mansiones aliquæ circa uiã erectæ, tantus tamen undique ad ea loca pietatis causa hominum concursus, præsertim monachorũ, ut diuersorium magis amplum Hieronymus ædificare cogitauerit. mittit propterea Paulinianum sibi germanum, in patriam, iam à Gotthis uastatam, ut semirutas uillulas, quæ barbarorum effugerant manus, & parentum communium uenderet cẽsus. (obierant enim tunc Hieronymi Pauliniani que parentes) degebat hoc tempore Romæ Ruffinus, eamque tunc Syricius, de cuius testimonio deindè sub Anastasio, qui eum de Origenis uersione damnauit, gloriabatur, gubernabat. Ex ea Aquileiam & patriã reuersus postea est, Pauliniano adhuc in Dalmatia & uicinis oris manente. Meminit huius rei in Epistola ad Pammachium, & in altera, quæ ad ipsum Ruffinum est, his uerbis Hieronymus: Nos, in ista prouincia ædificato monasterio, & diuersorio propter extructo, nè fortè & modò Ioseph cum Maria in Bethleem ueniens, non inueniat hospitium, tantis de toto orbe confluentibus turbis obruimur monachorum, ut nec cœptum opus deserere, nec supra uires ferre ualeamus. Vndè quia penè nobis illud de Euangelio contigit, ut futuræ turris non antè computaremus expensas, compulsi sumus fratrẽ Paulinianum ad patriam mittere, ut semirutas uillulas, quæ barbarorum effugerunt manus, & parentum communium census uenderet, nè cœptum sanctorum ministerium deserentes, risum maledicis & æmulis præbeamus. & ad Ruffinum: Frater meus Paulinianus necdùm de patria reuersus est, & puto quòd eum Aquileię apud sanctum papam Chromatium uideris. Sanctum quoque presbyterum Ruffinum ob quandam causam per Romam Mediolanũ misimus, & orauimus, ut nostro animo & obsequio uos uideret. Gotthi autem aliquot annis ante Romã captam, hoc est, Valentis tempore, ut Orosius testis est, primùm Thraciam, exindè, ut alii, Pannoniam Dalmatiamq; uastarunt, quo tempore Stridõ quoquè destructa fuit.

Cap. 43. Ex præfat. Ruffini in lib. περὶ ἀρχῶν. *Epist. 66 Multitũ sub eo cre scit monachorũ numerus.* *Epist. 66 Ruffino.* *Epist. 56. Pammachio.* *Luc. 14.* *Epist. 66. Ruffino.* *Orosius libro 7. c. 19* *Epist. 61. contra Iohannem* *Epist 60*

Reuersus Palęstinam Paulinianus, & iam triginta annorum uir factus, ab Epiphanio Cypri, inuitus, tẽto scilicet ore, ac reclamaret, primùm diaconus, deindè presbyter in monasterio quodam Eleutheropolitani territorii ordinatus est. Arripuit ex hac causa inimicitiarum ansam Iohannes Hierosolymitanus Episcopus aduersùs Epiphanium, Hieronymũque, & monachos secum degentes, qui se, uti Origenistam, ab eis corripi & profligari uideret. Asserit enim, in sua diœcesi Paulinianum, se inscio, ordinari non debuisse, pręsertim cùm ętatis sacerdotio aptus ille non esset. Replicant illi, ad Eleutheropolitanam, non Hierosolymitanam, diœcesim monasterium illud, ubi ordinatio facta est, pertinere: & Paulinianum, cùm iam triginta annorum sit, presbyteratui aptum esse, nec plures habuisse annos ipsum Iohannem, cùm Episcopus creatus est. contentio eousque procesit, ut Iohannes excommunicauerit omnes, qui Paulinianum pro presbytero haberent, ità ut ipse etiam Hieronymus aliquandiù specum Domini tantùm uidere, non etiam ingredi, propter ecclesiam super eum constructam, cum monachis posset. Posita enim sub Episcopatu Hierosolymitano Bethleem est. De hac autem re ipse his uerbis conqueritur: Ego misellus, dũ in solitudine delitesco, à tanto pontifice repentè truncatus, presbyteri nomen amisi. & infrà: An non tu potiùs scindis Ecclesiam, qui pręcepisti Bethleem presbyteris tuis, nè competentibus nostris in Pascha baptismum traderent, quos nos Diospolim ad Confessorem & Episcopum misimus Dionysium baptizandos? Ecclesiã scindere dicimur, qui extra cellulas nostras, locum Ecclesię non habemus? An non tu scindis Ecclesiam, qui mandas clericis tuis, ut si quis Paulinianum ab Epiphanio Episcopo consecratum, presbyterum dixerit, ecclesiam prohibeatur intrare? ex quo tempore usque in pręsentem diem, uidemus tantùm specũ

Cap. 25. *Iohannis Episcopi Hierosolymitani in Epiphanium & Hieronymum inuidia.* *Epist. 61. contra Iohannem.* *Iohannes Episcopus Ecclesiam scindit.*

Domini,

Domini,& hæreticis intrantibus,procul positi suspiramus. Nósne sumus, qui Ecclesiam scindimus, an ille, qui uiuis habitaculum, mortuis sepulcrum negat, qui fratrum exilia postulat?

Cap. 36. Epist. 61. Non contentus hac excommunicatione Iohannes,ab Imperatore etiam obtinuit, ut Hieronymus unà cum monachis in exilium mitteretur: uerùm re meliùs perpensa, effectum suum rescriptum sortitum non est. Nupèr nobis,inquit,postulauit & impetrauit exilium,atque utinàm implere potuisset: ut si cui illi uoluntas imputatur pro opere, ità nos nō solùm uoluntate, sed & effectu coronam haberemus exilii. Archelaus comes, sequester pacis inter eos priùs fuerat, & Theophilus Alexandriæ Episcopus eandem, nondùm erroribus Iohannis cognitis, per Isidorum presbyterum procurauit. *Sequitur Origenis 8. errores* Verùm cùm D. Hieronymus hominis detexisset errores, quòd scilicet Origenista esset,& octo,quas interim improbando recenset, hæres prædicaret, & Pauliniani prætextu eos persequeretur, ipseque intereà Iohannes, ut se expurgaret,uocatus, accedere noluisset, finis controuersiæ positus est. Origenes enim, quem Iohannes sequebatur,ab Alexandrina tunc primùm Ecclesia sub Theophilo Episcopo, Epiphanio, Hieronymoque instantibus, in oriente damnatus est, quam *Epist. 16. in Marcellæ Epitaphio.* condemnationem posteà Occidens Romaque confirmauit. Romæ Syricius Papa adhuc Apostolicam regebat Ecclesiam, cùm Ruffinus libros περὶ ἀρχῶν. Origenis,à se uersos,in ea disseminat,ac multos eorum decipit lectione. Hæretici, quod amplius est, simplicitati sancti uiri illudentes, communionis literas,discessuri ex Vrbe,impetrāt.negauerunt enim se Origenis sequi errores. Detegit errores eorum Marcella, & examinatis testibus, illos adeò conuincit, ut cùm uocati uenire noluerint, ab Anastasio, q Syricio successit, condemnati sint.

Cap. 37. S. Hieronymus falsò à Ruffino tanq. Origenista diffamatur. Hoc tempore Inimicitiæ,quæ olim erant ex causa fidei cum Ruffino,& sopitę,non extinctæ,fuerāt, in apertas contumelias eruperunt. Dum enim ille Hieronymum secum in hæresis suspicionem, uelut Origenista esset, trahere suis præconiis conatur, & uir sanctus se ab huiusmodi infamia extricare cūctis uiribus quærit, necessè fuit apertè in hostē procedere, & amicitiam ab adolescentia cum Ruffino contractam,religionis causa penitùs scindere. Quis enim æquo animo se hæreticum appellari patiatur, & perpetuò permansura infamia notari? præsertim cùm huiusmodi labes uix unquàm eluatur, & nisi infinitis propemodùm contrà scriptis,testificationibus, ac rebus etiam gestis contrarium posteà manifestè appareat, nunquam tollatur. Insurgit proptereà acriter uir sanctus in Ruffinum, & cunctis uiribus insidiantem sibi proterit hostem, & non tantùm in refellendis falsò uitæ obiectis criminationibus, quàm in abigenda à se hæresis infamia occupatur: tantaque indignatione huius materiam defensionis suscepit,ut stylum, iam ob omissa à multis annis gentilium literarum studia languentem, & propter Hebraicæ linguæ barbariem quandam uitiatum, quasi tunc à rhetorum scola egressus esset,ità ornatè acuteque exacuerit,ut Ruffinus posteà ne inter doctos quidem haberi cœperit.

Cap. 36. Epist. 85 Marcellinæ. Regebat hoc tempore Romanam Ecclesiam Anastasius Papa,eique Ruffinus libellum,cui posteà Hieronymus respondit, dicauit: & in Africa docebat Aurelius Augustinus,& Hipponensem gubernans ecclesiam, suæ doctrinæ ac sanctitatis documenta ubique spargebat. Audiens iam celebrem Hieronymi tum senis, per totum terrarum orbem diffusam famam, (ad eum enim ueluti ad oraculum quoddam undiquè concurrebatur) & se Hieronymi comparatione tanquàm nouū quendam in Ecclesiasticis studiis militem esse cognoscens, contrahendæ amicitię causa ad eum scribere incipit,interrogans ab eo quædam, & expositionem eius de Pauli simulatione modestè uellicans, in scribendo rescribendoque pro talibus rebus multum conteritur tempus,dum literæ seró ad Hieronymum,ad quē mittuntur,perueniunt. *S. Augustinus Episcopus, contrahendæ amicitiæ causa Hieronymo scribit.* Certatum est aliquandiù pro hac re inter eos, præsertim dum expositionem suam,quòd Paulus simulauerit,Hieronymus defendere, & Augustinus, dum mendacium omne à scripturis sacris tollit,alio modo solui posse difficultatem contendit: Videlicet, ut Paulus seruando tunc modo quodam nō necessario legalia, minimè errauerit,proptereàque rectè Petrum, qui ad ea gentiles exemplo suo adigeret,repræhendere potuerit. Putatum est à principio,inter eos magnas exorituras fore discordias, dum Hieronymus, à iuuene tunc primùm exoriente uidens se notari,excanduit. Verùm Christi charitas, qua inter eos certabatur, omnem discordiam ademit, tantumque posteà Augustinus Hieronymo *Epist. 16.* detulit,ut scripta sua discutienda illi miserit, libros dicauerit,& quæstiones aliquot,præsertim quę sunt de origine animæ,ab eo petierit,& quia propter lo- *Epist. 94* corum distantiam & animarum curam proficisci ad discendum in Bethleem non poterat,misit ad eum, qui sua uice quærerent & discerent multa à Hieronymo, Paulum Orosium, Alipium, & Profuturum *Epist. 94 Epist. 86* quendam presbyterum,qui tamen Profuturus morte præuentus, eò peruenire non potuit. Misit per Cyprianum diaconum & alios epistolas multas, uehementerque dolebat, se eò ad discendum proficisci non posse. multum enim, ut parerat, deferebat Hieronymo, & in uiro non minùs omnis generis *Is multū Hieronymo defert* cumulatè positam doctrinam,quàm uitæ sanctitatē, admirabatur: sicut ipse ad eum scribens, his uerbis *Epist. 113.* testatur: Tantæ autem mihi in literis tuis,quæ in manus nostras peruenire potuerunt, apparent res, ut nihil studiorum meorum mallem,si possem, quàm inhærere lateri tuo. Quod ego quia non possum, *S. Hieronymi responsum.* aliquem nostrorum in Domino filiorum erudiendum nobis ad te mittere cogito, si etiam de hac re tua rescripta meruero.nam neque in me tantum sciētiæ scripturarum diuinarum est, aut esse iam poterit, quantum inesse tibi uideo. Quód autem Paulus Orosius in Bethleem cum Hieronymo fuerit, ipsemet in septimo historiæ suæ libro prodit his uerbis: Ego quoque ipse uirum quidem Narbonensem, illustris sub Theodosio militię,etiam religiosum,prudentemque & grauem,apud Bethleem oppidum Palæstinæ,beatissimo Hieronymo presbytero referente, audiui, se familiarissimū Arthaulpho apud Narbonam fuisse.

Cap. 39. At non solùm Augustinus,sed totus terrarum orbis senem uenerabatur. Seuerus Sulpitius proptereà illum inuisit,& sex mensibus cum eo mansit: mā sissetque,ut ipse ait, perpetuò, si potuisset. doctissimum in omni fuisse sententia,& acerrimum prædicat hostem hæreticorum, & quòd omne tempus in studiis consumeret,intereà asserens. Hedibia & Al- *Epi. 150 151.* gasia ex ultimis Galliarum finibus Apodemium pro mirarum quæstionum solutione ad eum misit: misērunt ex Germania Sunia & Fretella, ut uarietatem *Epi. 135.* Psalterii ab eo audirent. Mittebant ex urbe Pammachius,Oceanus,& alii:ut uel contra hęreticos respōderet,uel dubia aliqua à se mota dissolueret. Mittebant & ea reliquis oris reliqui: tantusque undiquè ad eum quæstionum ac literarum concursus erat, ut scribens Paulino,hoc ipsum ipse illis uerbis testetur:

Epi. 153. tur: Et ut sanctæ menti tuæ simpliciter fatear, uno ad Occidentem nauigandi tempore, tantæ à me simul epistolæ flagitantur, ut si cuncta ad singulos velim scribere, occurrere nequeam.

Cap. 40. Ob res Paulæ & Eustochii Firmum presbyterum Rauennam, Africam, Siciliamque his temporibus Hieronymus misit: qui ad eum reuersus, sospitem *S. Paula obitus.* esse Augustinum renunciauit. Moritur interea Paula, antequàm scilicet Roma Gotthis sub Innocētio, Duce Alarico, caperetur, hoc est, Honorio Augusto sexiès & Arestino consulibus, sub finem scilicet Anastasii Pontificatus, anno scilicet Domini qua- *Epist. 91.* dringentesimo septimo. Assidet ægrotanti Hierony- *Orosius libro 7. ca. 28.* mus, & longa eius infirmitate sedulò inseruit. Succedit Anastasio Innocentius primus, cuius octauo anno cùm is Rauennæ, ut author est Orosius, mora- *S. Hieronymus in Esaiam & Hieremiam commentaria &c.* retur, Roma capta fuit. His octo, qui à fine Anastasii ad Romam captam præterfluxerunt, annis in Esaiá & Hieremiam D. Hieronymus scripsit. patet enim ex Præfationibus affinis obiisse iam Paulam. Nam quod capta tunc fuisset Roma, anno scilicet Domini quadringentesimo duodecimo, in Proœmio Ezechielis ipsemet clarè his uerbis ad Eustochium scribens, meminit: Postquàm uerò clarissimum terrarum omnium lumen extinctum est, immò Romani Imperii truncatum caput, &, ut uerius dicam, in una urbe totus orbis interiit: obmutui, & humiliatus sum, & silui de bonis, & dolor meus renouatus est. & ad Mar- *Epist. 82.* cellinum: Ezechielis uolumen olim aggredi uolui, *Psal. 38.* & sponsionem creberrimà studiosis lectoribus reddere: sed in ipso dictandi exordio ità animus meus occidentalium prouinciarum, & maximè urbis Romę, uastatione confusus est, ut iuxta uulgare prouerbium, proprium quoquè ignorarem uocabulum.

Epist. 16. De vrbis Romę uastatione meminit etiam in Epita- *Vrbis Roma deuastatio.* phio Marcellę, cui & Pammachio Danielis commētarios dicauit, qui etiam ipsi ante captam Romam conscripti sunt, post mortem similiter, ut reor, Paulę, sicut Epitaphium Marcellę post illius ruinam. Nobiles multi, & utriusque sexus homines post euersam Romam Hierosolymam pergebant, quos Hieronymus ea, qua poterat, humanitate gratanter accipiebat. Vndè in Proœmio commentariorum tertii libri Ezechielis, sic ipse ad Eustochium scribit: Quis crederet, ut totius orbis extructa uictoriis Roma corrueret? ut ipsa suis populis & mater fieret, & sepulcrum? ut tota Orientis, Aegypti, Africę litora olim dominatricis urbis, seruorum & ancillarū numero complerentur? ut quotidiè sancta Bethleē nobiles quondam utriusque sexus, atque omnibus diuitiis affluentes, susciperet mendicantes, quibus quoniam opes ferre non possumus, condolemus, & lachrymas lachrymis iungimus, occupatique sancti operis sarcina, dum sine gemitu confluentes uidere non patimur, explanationes in Ezechielem, & *Anastasius l. uir pius & sanctus.* penè omne studium omisimus. Laudans in Epitaphio Marcellę Anastasium Papam Hieronymus, ait indignam fuisse Romam, quę cum diù haberet, nè sub tali Pontifice illa uel caperetur, uel eius precibus placatus Deus, faceret nè caperetur.

Cap. 41. Senuerat iam Hieronymus, & in Prophetarum in- *Epist. 30.* terpretationibus occupatus, studium quotidiè po- *Fabiola Epitaph.* nebat, cùm statim ea Vrbe Hierosolymam Fabiola insperata aduenit, ut in sanctis locis Christo seruiret. Affert secum ingentem, quo Hieronymum, Eustochium & virgines recreet, lętitiam fœmina, quę tamen paruo durauit tempore. Dum enim loca sancta inuiseret, statim nuncius affertur, Hūnorum infinita examina cuncta sibi obuia ubiquè uastantium, Hierosolymam petere. Inueteratum sanctorum locorum desiderium Hieronymum, ut in sisis maneret cum virginibus sedibus, tenuit: quamuis paratam ad fugā classem teneret Fabiola, ut quæ ad iter expedita esset, quippè quæ sedes iam nullas posuerat, ac tota esset in sarcinis, Romam rediit. Conscri- *Epi. 127. Epist. 128* psit ei posteà librum de Quadraginta duabus mansionibus, sicuti uiuenti pollicitus fuerat, & memoriæ mortuæ reddit: sicuti uiuenti opus, quod est de sacerdotalibus vestibus, in procinctu, cùm nauigaturus iam esset, præstitit. Quòd autem post Romam captam, barbarorum illuuies Oriētis loca, præsertim Syriæ cum Antiochiæ obsidione percurrerit atque uastauerit, ipsemet Hieronymus, scribens Marcelli- *Epist. 82* no & Anapsychiæ, apertè testatur: in qua Epistola Fabiolæ etiam mentionem facit, afferens quòd duos super Ezechielem commentariorum libros ei misserat, & quod ab ea exemplaria mutuari, si vellet, posset.

Exponebat præter commentariorum tam exactos *Cap 42.* labores, Bethleem manens Hieronymus in conuentu fratrum sacros Bibliorum libros, à Septuaginta uersos: de qua re ipse his uerbis meminit: Egóne *Lib. 3. cōtra Ruffinum.* contra LXX. interpretes aliquid sum locutus, quos ante annos plurimos diligentissimè emendatos, meæ linguæ studiosis dedi, quos quotidiè in conuentu fratrum edissero, quorum psalmos iugi meditatione decanto? Ruffinus grammatici eum usum *Ruffinus lib 2. inuectiuarum.* officio, & ante nō multos annos, nobilium pueros, sibi ad discendum Christi timorem commissos, humanioribus poetarum & historicorum literis docuisse criminatur: quasi crimen, & non potiùs immensa sit laus, unà cum Christianæ religionis rudimētis literas quoquè, quæ illi ætati necessariæ sunt, pueris tradere, & paruulis tanquàm paruulum fieri, ut eos quis lucrifaciat. Vide quò hominis liuor procedat, ut quod laudis loco sit, opprobrio detur. Certè ipse in Proœmio tertii ad Galatas libri, Paulæ & Eustochio testatur, quindecim & ampliùs tunc fuisse annos, ex quo gentilium libros non legerit.

Præter studiorū & orationis occupationē, neces- *Cap 43.* sè illi erat, quotidiè aduenientes ad ea loca Christianos excipere, & ea qua poterat humanitate recreare. Qui quidem concursus tantus erat, vt studijs via esset relictus locus. De qua re ità ipse Eustochio *In proœmio 7. libri super Ezechielem.* testatur. Fateor me explanationes in Ezechiel multo antè tēpore promisisse, & occupatione de toto huc orbe uenientium implere non posse, dum nulla hora, nullumque momentum est, in quo non fratrum occurramus turbis, & monasterij solitudinem ho- *Eius hospitalitas.* spitium frequentia commutemus, intantùm, vt aut claudendum sit nobis ostium, aut scripturarum, per quas aperiendæ sunt fores, studia relinquenda. Itaque lucratiuis, immò furtiuis noctium horis, quæ hyeme propinquante longiores esse cœperunt, ad lucernulam, qualiacunque hæc sunt, dictare conamur. Ad Lucinium quoquè scribens, quòd præ fre- *Epist. 28.* quentia & peregrinorum turbis relegere quæ scripserat, nō potuerit, asserit. Recipiebat enim uenien- *Lauat hospitum pedes.* tes omnes ad ea loca cum tanta charitate, vt pedes etiam se illis solitum esse lauare, his verbis testetur: Nobis in monasterio hospitalitas cordi est, omnes- *Lib. 3 cōtra Ruff.* que ad nos uenientes læta humanitatis fronte suscipimus. veremur enim, nè Maria cum Ioseph locum non inueniat in diuersorio, nè nobis Iesus dicat exclusus, Hospes eram, & non suscepistis me. Solos hæ- *Matt 25.* reticos non recipimus, quos vos solos recipitis. Propositum nobis quippè est, pedes lauare uenientium, non merita discutere.

Ad decrepitā propemodùm & vltimam iā vene- *Cap 44.* rat ætatē, sicut ipse ad Augustinum his verbis testa- *Epist. 46.* tur: Me autem ætatis ultimæ, & penè decrepitum,

ac monasterii & ruris secreta sectantem, paruipendunt. Nec tamen propterea à studiis quicquam operæ remittebat, & non minùs ad orandum alacris, quàm ad legẽdum promptus uigebat. Mirum erat in corpore, ieiuniis & ætate consumpto, tantũ spiritus, tantum uigere fortitudinis. Quod corpori deerat, supplebat animus, & sacrarum rerum meditatione mentem quotidiè recreabat. Videres hominẽ à corporeis uinculis absolutum, ueluti auem quandam a nexibus expeditam, nihil aliud nisi cælũ spectare ac petere: & quanto magis morti appropinquabat, tanto plùs in eo spiritus excitabatur: itá ut mortem, demigrationem quandam à terrenis ad cęlestia, a caducis ad æterna, non naturæ dissolutionẽ, in eo crederes. Sapientia, quæ ætate in omnibus crescit, in eo, quem semper comitata fuerat, absolutissima tunc erat: animi fortitudo, quæ iuuenem mirabiliter possederat, morti uicinum omni ex parte circundabat. Christianæ religionis zelus, in eo alioqui perpetuus, prope mortem maior surgebat. Languebant quidem membra, sed animus uigebat, & in corpore iamiam casuro, mens semper cælestia cogitans excitabatur. nec illi, ut cæteris euenire solet, unà cũ senectute animus frigescebat, sed citò tanquàm corporeum onus depositurus, alacrior ad finem tendebat. Sciebat se cursum suum benè peregisse, fidẽ seruasse, & in omnibus ut strenuum militẽ sub Christo duce fecisse stipendia. Propterea ad coronam illi repositam, lætus gaudensque properabat, & uelu ti imbribus multis ac procellis exagitatus oppressusque uiator, æternum quietis, quò se reciperet, tectum optabat, & post bellorum turbines, & uarias mundi pelagi iactationes, quietum cælorum portũ ingredi, & amęnum hortum incolere desiderabat: & quo magis se illi appropinquare cernebat, eo lætior incedebat. Repetebat animo seruis suis à Domino repromissa, quæ nec oculus uiderit, nec auris audierit, nec in cor hominis ascenderint, & uberrima pascua unà cum amœnissimis riuis, Christi ouibus per Ezechielem præmonstrata, mente tenebat: & cùm longum peregrinationis suæ tempus consideraret, cum propheta Dauid clamabat: Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus Cedar, id est, tenebras: multùm incola fuit anima mea. & rursùm: Quàm dilecta tabernacula tua, Domine uirtutum? concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. &, Quemadmodùm desiderat ceruus ad fontem aquarum, itá desiderat anima mea ad te Deus meus. Sitiuit in te anima mea, ad Deum fontem uiuum: quandò ueniã, & apparebo ante faciem Dei?

Vacat multis orationibus & sacris meditationibus.

Post multos exantlatos pro pietate labores, latus ad patriam cælestem adspirat.

1. Cor. 2.

Ezech. 34

Psal. 119.

Psal. 83.

Psal. 41.

Dum iis cogitationibus uir sanctus exęstuat, & se ad amplexus præparat sponsi, in leuem incidit febriculam, quæ illum iam in carne sua præmortuum dum diuexaret, reputabat animo mundi, quas pertransierat, miserias omnes, quibus tempestatibus iactatus, quibus persecutionib' exagitatus fuerit, quomodo in hac uita nihil certum, nihil beatum inueniretur. Orbis dominam concidisse Romam uidebat, vrbes potentissimas redactas in cinerem considerabat, & barbarorum incursionibus cuncta uastata. Quid non exire ex his miseriis, & in amplexus sponsi uolare ille cuperet? quid nõ corporis abiecto carcere, expeditum in cælum tendere? Appropinquantem cernebat spõsum, & innumeris Angelorum agminibus, & sanctorum choris ad se iamiàm tendere conspiciebat. Eò ille mentem, eò tendebat oculos: & ueluti iam solutus à carnis uinculis, ibi sibi esse uidebatur, ubi uenientem ad se Christum conspicebatur. Mortem propterea ueluti sororem charissimã,

Cap. 45. Incidit in infirmitatem.

ut sibi ea quæ uidebat, concederet, precabatur. Aderant iuxta eum monachi, & Christo dicatę virgines, & ex uariis sanctorum locorum undiquè, qui ad talis viri exitum confluxerant, homines: quos omnes ille læto & alacri uultu conspiciebat, & ut Deo omni inseruirent nisu, exhortabatur. Aderat Eusebius & cæteri presbyteri, qui secum Christo militauerãt, & abeuntem à se communem patrem omnes lamẽtabantur. Solabatur ille cunctos, & ad humilitatẽ, patientiam, charitatem, cæterasq; hortabatur uirtutes, & nè sibi cælestem inuiderent patriam, precabatur: quandò se nihil aliud optasse semper aiebat, q̃ ad eum diem peruenire, undè illi ad cęlestem beatitudinem daretur aditus.

Solatur sibi circumstantes, & hortatur ad patientiam.

His & huiusmodi uerbis sanctos omnes, qui aderant, postquàm est adhortatus, & virgines, ut in proposito castitatis manentes, Christo seruirẽt, animauit: uersus ad sponsum, quem sibi iam adesse uidebat, illi spiritum suum commendans, obdormiuit in Domino die ultimo Septembris mensis, sub Honorio & Theodosio iuniore, multis clarus miraculis: uir, cui nec Græci, nec Latini, quem comparent, habent aliquem. In eum enim doctrinæ omnes & virtutes itá cumulatè se contulerunt, ut post eum, quẽ in aliqua re gentibus inuideat Ecclesia, neminem inueniat. Nam etsi multos in Ecclesia præstantissimos ac doctissimos habuerimus uiros, neminem tñ, qui tot ac tanta in omni doctrinarum genere sciuerit, & qui tot linguarum habuerit cognitionem, inuenimus. Quòd si in aliqua re ipse ab aliquo uincatur, semper tamen & supersunt alia, in quibus tandèm illi præstans Hieronymus uictor abscedat. Augustinus, qui Iohanni Baptistæ eum comparat, fatetur in se nec esse unquam posse tantum scientiæ diuinarum scripturarum, quantum in Hieronymo esse uidebat. Et contra Iulianum scribens: Sanctus, inquit, Hieronymus presbyter Gręco & Latino, insupèr & Hebræo eruditus eloquio, ex Occidentali ad Orientalem transiens Ecclesiam, in locis sanctis, atque in literis sacris usque ad decrepitã uixit ætatem. Hic omnes, uel penè omnes, qui ante illum ex utraque parte orbis de doctrina Ecclesiastica scripserãt, legit. Et libro decimooctauo de ciuitate Dei, Non defuit, ait, temporibus nostris presbyter Hieronymus, homo doctissimus, & trium linguarũ peritus: qui non ex Gręco, sed ex Hebræo in Latinum eloquium scripturas conuertit. Gelasius Papa, ut omittam Damasum, qui tantũ illi tribuit, & D. Gregorium, qui honorificè de eo meminit, itá de B. Hieronymo scribit: Itèm Ruffinus uir religiosus plurimos Ecclesiastici operis edidit libros: nonnullas ẽt scripturas interpretatus est. Sed quoniam B. Hieronymus in aliquibus eum de arbitrii libertate notauit, illa sentimus, quæ B. Hieronymum prædictũ sentire cognoscimus: & non solùm de Ruffino, sed ẽt de uniuersis, quos uir sæpiùs memoratus, zelo Dei & fidei religione reprehendit. Itèm Origenis nõnulla opuscula, quæ uir B. Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus. & paulò superiùs: Vitas patrum, Antonii, Pauli, Hilarionis, & omnium Eremitarum, quas tamen uir b. atissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus.

Cap. 46. Christo animam sanctissimam reddit.

Claret miraculis.

Epist. 113. Lib. 1. contra Iulianum.

Sanctorũ patrũ de Hieronymo testimonium.

Dist. 15. c. Sãcta Romana Ecclesia,

Quot autem uixerit annos, & quibus Consulibus obierit, mihi incertum. Vnum tantùm cõstat, ad decrepitam usque, ut tradit Augustinus, eum uixisse ætatẽ. Prosp, quẽ multi secuti postea sunt, uixisse eũ annis uno & nonaginta testaĩ: obiisseq; anno Domini CCCC. XXII. natum hac ratione sub Constantini Magni Imperio, anno XXII. alii deindè addiderunt. Paulus Diaconus, Sigebertus, Beda, & vulgatum

Cap. 47. Varia sententia de S. Hieronymi æta te.

tum Ecclesię Martyrologium, vixisse eum annis septem amplius aiunt, hoc est, octo & nonaginta. Nec desunt, qui centesimum eum præterijsse scribant annum. Incertę tot Scriptorum sententiæ, incertam etiam nobis Hieronymi ætatem reddunt: præsertim cùm Beda sub Archadio eum obijsse testetur, & Prosper anno Domini quadringentesimo vicesimosecundo, hoc est, sub Honorio & Theodosio iuniore. Quę vtraque sententia in illud recidit, vt Constantini Magni tempore natum Hieronymum dicamus, anno scilicet eius vel XV. vel XXII. Verum cùm eũ non sub Constantino, sed Constantio filio natum, propterea quòd Iuliani tempore puer esset, & grammaticæ operam daret, ipsius Hieronymi testimonio inuictò probauerimus: superest, vt fundamentum, quo innituntur, totum corruat: & aliquid tot annorum ex eius vita detrahendum sit, quandò eum sub Honorio & Theodosio obijsse pro compertissimo habeo, hoc est, aliquot annis ante mortem D. Augustini, qui obijt anno Domini CCCC.XXX. hoc est, sub Theodosio iuniore, & Valentiniano tertio.

Cap. 48. Et vt scias mendacium sibi nunquam constare, natalem Hieronymi diem, quidã in decimumquintum, alij in vicesimumsecundũ, vel vicesimumquintum, plurimi in tricesimumprimum Cõstantini Magni annum, ex vitæ longitudine reijciunt. Sigebertus; qui XCVIII. annos eũ vixisse asserit, corpus laboribus ità confectum Hieronymum habuisse scribit, vt nisi fune manibus appręhenso, qui ad hoc ei de trabe pendebat, surgere de lecto non potuisse testetur. Marcellinus comes, vir fidei & authoritatis magnæ, per D. Augustini, quem & ego sequor, vestigia cautiùs incedens, nec quo anno mortuus, nec quot ille vixerit definit annis: admodum tantùm senem decessisse asseuerat, hoc est, vt ait Augustinus, in decrepita ętate, peracta scilicet senectute. In hũc sensum scribens Hieronymus ad Augustinum, se penè decrepitum asseuerat: ad quam decrepitatẽ peruenisse tantùm illum Augustinus significat, cùm ait, Vsque ad decrepitam vixit ętatem. Alioqui si valdè decrepitum eum intelligere velis, necessè esset, ut uel post Augustinum decessisset, uel anno saltèm XV. Constantini Magni natus esset: quod vtrunque falsum est. Vtcunquè, constat certè ex eius scriptis, post Romam captam ab Alarico, quod fuit anno Domini CCCC.XII. aliquot eum vixisse annos. siquidem non solùm ruinam illam Romanos fugientes, se in Bethleem pluriès excepisse narrat, verum etiam aliqua postea eum scripsisse apparet: vt commentaria in Ezechielem. Epitaphium Fabiolæ, similiter & Marcellę. Augustin⁹ libros suos

Cap. 49. de Anima, illi dicans, post Romã captã misit: sed ta-

Epist. 153. bellarius, vt ipse testatur, mortuum illum inuènit.

Vtebatur vir beatissimus in senectute breui quodam pileo, quo frigescens iam corpus confoueret: de quo et ipse Paulino, qui sibi illũ donauerat, scribens, ita ait: Pileolum textura breuem, charitate latissimum, senili capiti confouendo libẽter accepi, & munere, & muneris authore lætatus. Humatus

Præsepe Domini Romæ seruatur. post mortem in Bethleem fuit, exequijs illi ex Christiana religione, vt Antonium Paulo fecisse ipse refert, ritè anteà celebratis. Translatus inde posteà Romam est vnà cum Christi Saluatoris nostri præsepio

Festũ trãslationis eius. septimo Idus Maij, eo scilicet die, quo pręceptoris sui Gregorij Nazanzeni festum agitur. Reiectus deindè est dies in vigiliam Ascensionis à Pio secundo Pontifice maximo, vt festiuiùs ac frequentiùs ageretur, plenaria sepulcrum eius illo die adeuntibus, criminum indulgentia condonata. Iacet autem beatissimus vir omni præconio maior, & quem cuncta suspirent secula, super Exquilias, proprio sibi iuxta præsepe Domini erecto altari, vbi sacra adhuc eius seruatur tunica, in ecclesia S. Marię Maioris, quam tu amplissime Cardinalis Carole Borromee, non minus pietate & religione, quam charitate conspicuus, & in tanta rerum affluentia ac imperij potestate, rerum apud omnes exemplum, cũ immensa tua laude, & populi tui vtilitate, regis atq; gubernas.

VITA S. HONORII DOROVERNENsis (Siue Cantuariensis) Ecclesiæ Episcopi, authore venerabili Beda presbytero, Ecclesiast. Historiæ Gentis Anglorum, Lib. 2. cap. 18. & 19.



OSTQVAM Iustus Archiepiscopus est ad cęlestia regna sublatus, Honorius est pro illo in præsulatum electus. Qui ordinandus, venit ad Paulinum, & occurrente sibi illo in Lindocolnio, quintus ab Augustino, Dorouernensis ecclesiæ, consecratus est antistes: cui etiam præfatus Papa *30. Sept.*

Honorius iste quintus ab Augustino Anglorum Apostolo Antistes. Honorius misit pallium & literas, in quibus decreuit hoc ipsum, quod in Epistola ad Eduinum Regẽ missa, decreuerat, scilicet, vt, cùm Dorouernensis vel Eboracensis antistes, de hac vita transierit, is, qui superest, consors eiusdem gradus, habeat potestatem alterum ordinandi in loco eius, qui transierat, sacerdotem, nè sit necessè, ad Romanam vsque ciuitatem per tam prolixa terrarum & maris spatia, pro ordinãdo Archiepiscopo semper fatigari. Quarum etiam textum literarum, in nostra hac historia ponere commodum duximus.

Epistola Honorij Papæ ad Honoriũ Archiepiscopum. Dilectissimo fratri Honorio, Honorius. Inter plurima, quæ redemptoris nostri misericordia suis famulis dignatur bonorum munera prærogare, illud etiam clementer collata suæ pietatis munificentia tribuit, quoties per fraternos affatus vnanimam dilectionem quadã contemplatione alternis adspectibus repræsentat, pro quibus maiestati eius gratias indesinenter exoluimus, eumque votis supplicibus exoramus, vt vestram dilectionem, in prædicatione Euangelij elaborantem & fructificantem, sectantemque magistri & capitis sui sancti Gregorij regulam, perpetua stabilitate confirmet, & ad augmẽtum Ecclesiæ suæ potiora per vos suscitet incrementa, vt fide & opere in timore Dei & charitate, vestra acquisitio decessorumque vestrorum, quæ per domini Gregorij exordia pullulat, conualescendo amplius extendatur, vt ipsa vos Dominici eloquij promissa in futuro respiciant, vosq; vox ista ad æternam festiuitatem euocet. Venite ad me omnes, qui *Matth. 11.*

laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. & iterum: Eugè serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Et nos equidem, fratres charissimi, hæc vobis pro æterna charitate exhortationis verba præmittentes, quæ rursùs pro ecclesiarum vestrarum priuilegijs congruere posse conspicimus, non desistimus impertire, & tam iuxta vestram petitionẽ, quàm filiorum nostrorũ Regũ, vobis præsenti nostra præceptione, vice beati Petri Apostolorum principis, authoritatem tribuimus, vt quandò vnũ ex vobis diuina ad se iusserit gratia vocari, is qui superstes fuerit, alterum in loco defuncti debeat Episcopũ ordinare. Pro qua etiam re singula vestræ dilectionis pallia pro eadẽ ordinatione celebrãda direximus, vt per nostræ præceptionis authoritatẽ, possitis Deo placitam ordinationẽ efficere, quia vt hæc *Matt. 25.* *Pallij antiquus vsus*

vobis

vobis concederemus, longa terrarum marisq; interualla inter nos ac uos obsistunt, ad hæc nos condescendere coegerunt: ut nulla possit ecclesiarum uestrarū iactura, per cuiuslibet occasionis obtentum quoquo modo peruenire, sed potiùs commissi uobis populi deuotionem pleniùs propagare. Deus te incolumē custodiat, dilectissime frater. Data die tertio Iduū Ianuariarum, imperantibus dominis nostris piissimis Augustis, Heraclio & filiis, anno Dominicæ incarnationis sexcentesimo uigesimoquarto.

Ex cap. 19.

O si ista hunc obseruassent nostrorum temporū nouatores.

Misit idem Papa Honorius literas etiam genti Scotorum, quos in obseruatione sancti Paschæ errasse compererat, solerter exhortans, nè paucitatē suam, in extremis terræ finibus constitutam, sapientiorem antiquis siue modernis, quæ per orbē erant, Christi Ecclesiis æstimarent: neue contra Paschales computos, & decreta synodalia totius Orbis Pontificumque, aliud Pascha celebrarent. Sed & Iohannes, qui successori eiusdem Honorii Seuerino successit, cùm adhuc esset electus in pontificatum, pro eodem errore corrigendo, literas ei magna authoritate atque eruditione plenas direxit, euidenter adstruens, quia Dominicum Paschæ diem quintadecima luna usque ad uigesimamprimam, quod in Nicena synodo probatum est, ✱ celebrari oporteret: necnon & pro Pelagiana hæresi, quam apud eos reuiuiscere didicerat, cauenda ac repellenda, in eadem illa epistola monere curauit. Cuius epistolæ principium est.

✱ inquirit.

Dilectissimis & sanctissimis Tomiano, Columbano, Chromano, Dimano & Bagitano Episcopis: Chromano, Hernianoque, Laustrano, Sullano & Segiano presbyteris: Sarono, cæterisque doctoribus, seu Abbatibus Scotis, Hilarius Archipresbyter & seruans locum sanctæ sedis Apostolicæ, Iohannes Diaconus, & in Dei nomine electus. Itèm Iohannes primicerius, & seruans locum sanctæ sedis Apostolicæ, & Iohannes seruus Dei, consiliarius eiusdem Apostolicæ sedis.

Ad scripta, quæ perlatores ad sanctæ memoriæ Seuerinum Papam adduxerunt, eo de hac luce migrante, reciproca responsa, quæ postulata fuerant, siluerunt. Quibus reseratis, nè diù tantæ quæstionis caligo indiscussa remaneret, reperimus quosdam prouinciæ uestræ contra orthodoxam fidem, nouā ex ueteri hæresim renouare conātes, Pascha nostrū, in quo immolatus est Christus, nebulosa caligine refutantes, & quartadecima luna cum Hebræis celebrare nitentes. Quo Epistolæ principio manifestè declaratur, & nuperrimè temporibus illis hāc apud eos hæresim exortam, & non totam eorum gentē, sed quosdam in eis hac fuisse implicitos. Exposita autem ratione Paschalis obseruantiæ, ità de Pelagianis in eadem epistola subdunt.

In Scotia nō ritè celebratum Pascha.

Et hoc quoq; cognouimus, quòd uirus Pelagianæ hæreseos apud uos denuò reuiuiscit: quòd omninò hortamur, ut a uestris mentibus huiusmodi uenenatum superstitionis facinus auferatur. Nam qualiter ipsa quoquè execranda hæresis damnata est, latere nos non debet: quia non solùm per istos ducentos annos abolita est, sed & quotidiè à nobis perpetuò anathemate sepulta damnatur: Et hortamur, nè quorū arma combusta sunt, apud uos eorum cineres suscitentur. Nam quis non execretur superbum eorum conamen & impium, dicentium, posse sine peccato hominem existere ex propria uoluntate, & non ex gratia Dei? Et primum quidem blasphemia & stultiloquium est dicere, esse hominem sine peccato: quod omninò non potest, nisi unus mediator Dei & hominū, homo Christus Iesus, qui sine peccato est conceptus & partus. Nam cæteri homines cum peccato originali nascentes, testimonium præuaricationis Adæ, etiam sine peccato actuali existens, portare noscuntur, secundùm prophetam dicentem: Eccè enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. *Psal. 50.*

Hæresis Pelagiana in Scotia.

Interea defuncto Felice Orientalium Anglorum Episcopo, post decem & ✱ quatuor annos accepti Episcopatus, Honorius loco eius ordinauit Thomā Diaconum eius de prouincia Gyruiorum. Et hoc post quinq; annos sui Episcopatus de hac uita subtracto, Berethgislum, cognomine Bonifacium, de prouincia Cantuariorum, loco eius substituit. Et ipse quoquè Honorius postquàm ✱ ætatem sui cursus impleuit, migrauit ex hac luce anno ab incarnatione Domini sexcentesimo quinquagesimoquarto, pridie calendas Octobris. Et cessante Episcopatu per annum & sex menses, electus est Archiepiscopus cathedræ Dorouernensis sextus, Deusdedit de gente occidentalium Saxonum. Quem ordinaturus uenit illuc Ithamar Antistes ecclesiæ Rhofensis.

✱ septem. Ex lib. 3. cap. 20.

✱ metam.

MARTYRIVM SS. VRSI ET VIctoris cum sociis suis, ex gloriosa Thebæorum legione, quorum Historia ad nos perlata est ex Francia per uenerabilem D. Petrum à Leydis Carthusiæ Coloniensis olìm Priorem.



CVM tempore Maximiani Imperatoris (qui cū collega Diocletiano imperium tenuit) grauis persecutio Christianorum esset exorta: erant in legione sancti Mauritii Vrsus & Victor cum sociis suis: uiri in bellicis rebus strenui, quorum hodiè natalitia colimus. Qui beati Mauritii passione & gladii terrore turbati, non absque diuino nutu castrorum tumultus occultè relinquentes apud Solodorum castrum antiquissimum, quod est super Arulam fluuium, peruenerunt, ut per eos ibidem multorum infidelium cæcitas, fidei lumē reciperet. Interea Maximianus Imperator audiens sanctum Vrsum sociosque eius ab Agauno fugam dedisse, nimis furore succensus est. Accito igitur Hyrtaco, prædicti Solodorensis oppidi Præside, præcepit & iniūxit, ut uestigia sanctorum diligenter perscrutādo indagaret, & ubicunquè ipsos inueniret, aut ad sacrificia deorum compelleret, aut uariis tormentis eorum uitam finiret. Igitur B. Vrso sociisque eius Hyrtaco Præsidi præsentatis, talibus uerbis eos alloquitur, dicens: O viri, quis uos furor decretis principum suasit obuiare? Vestram strenuitatem nouimus, & imperiali præcepto præcipimus, ut omni occasione remota, ad sacrificandum diis omnipotentibus Ioui & Mercurio uelitis uos inclinare. Alioquin uos uitam faciam uariis finire tormentis. Illi uerò cęlitùs corroborati dixerunt: Christiani sumus, nec sacrificando surdis & mutis idolis, Christianę religionis ritum uolumus inquinare. Hyrtacus uidēs sanctorum constantiam, nec posse blandiiis flecti, nec terroribus emolliri, præcepit manus & pedes eorum catenis nexibusque constringi, ac uariis tormentis ipsos atrociter cruciari. Quod cùm carnifices studiosè peragerent, diuina clementia (quæ sperantes in se non deserit) tanto super eos splendore claritatis illuxit, ut tortores fulgore perterriti, ad terrā prosternerentur semiuiui, sanctiq; martyres catenis

30. Septembr.

Diocletiani & Maximiani in Christianos persecutio.

Sancti martyres ab Hyrtac. præside cōprehenduntur.

Diris suppliciis excruciantur.

Diuino uisitantur.

ruptis

rupris vinculisq; dissolutis starent imperterriti, glorificantes & laudantes Dñm Deum Israel. Pagani verò, vnà cum Pręside confusione ducti, dolore & angustia torquebantur, videntes q multi ad Christum per miracula prædicta cõuerterẽtur. *Multi credunt.* Alloquitur itaque Pręses sanctos martyres, dicens: Vnũ de duobus eligite, aut diis immortalibus sacrificate, aut uitã uestrã varijs faciam tormentis finire. Respondentes sancti, dixerunt: Christus pro nobis passus est, hos etiam pro Christo, quęcunq; tormenta tua decreuerit malitia inferre, parati sumus sustinere. Imperat igitur Præses furore repletus, magnã componi lignorum congeriem, & præparari maximum ignem, vt sãctorum corpora cremarentur. Cumq; præsentibus multis sancti martyres fuissent adducti, Hyrtacus ait ad illos: Nisi à vestro errore resipiscatis, in his flammis corpora vestra concremabo. Sancti spiritu sancto cõfortati responderunt: Nullę nos minæ, nec tormentorũ timor, à sancto & iusto proposito reuocabunt; & parati sumus ad omnia pro Saluatoris nomine sustinenda. *Dum in ignẽ mittuntur, is extinguitur.* Sanctis igitur ad ignẽ, ut in illũ mitterentur, accedentibus, ecce uentus validissimus de cælo ueniens, lignorum congeriem vndiquè succensam, tanto conamine impulit, ut dissoluta & in uarias partes diuisa, penitùs extingueretur. Quod videntes multi, ad fidem conuersi sunt. Videns autem Impius Præses sanctos martyres duplici miraculorũ splendore clarificatos, plurimos capite truncari pręcepit. Interea sancti martyres, Vrsus cũ sociis suis, utriusq; sexus homines doctrina & exẽplis in fide confortabãt. Hyrtacus verò Præses, uir Belial furore plenus, super ponte prędicti fluminis sibi sanctos martyres iussit præsentari: ut eodem loco capite cæsos mox in alueũ fluminis præcipitaret. *Cæduntur gladio & in flumen præcipitãtur.* Cæduntur ergò beati martyres, & in flumen præcipitantur, nec tamen longè à dicto ponte defluxerũt. Nã diuina misericordia (apud quã omnia possibilia sunt) suę mansuetudinis potentiã in eis demonstrauit. Non longè namq; à dicto põte, capita sua in manibus portantes, flumen egressi sunt, & ad locũ, vbi nunc in honore ipsorũ basilica fabricata est, peruenerunt. *Manibus capita sua deportant ad locũ sepulturæ.* Mirabilia hæc, & mirabilibus mirabiliora succedunt. Sancti .n. martyres genua ad terrã flectentes, quasi ad unius horæ spatium, priusquàm corpora sua de terra deponerẽt, cũctis cernentib. orabãt. *Stupendũ miraculum.* Orationi verò fine dato, corpora sua ad terrã dimiserũt, acsi dicerẽt: Hęc requies nostra in seculũ seculi. *Psal. 131.* Veniẽtesq; surdi, cæci, claudi, imbecilles & paralytici, seu quacũq; infirmitate detẽti, tangebant corpora sanctorũ: & subitã recipiebãt sanitatẽ. *Multi ægri curãtur.* Energumeni quoquè seu dæmonib' obsessi, ad tactũ sanctorũ curabãtur martyrũ. Et vsq; in hodiernũ diẽ, si fides petentiũ nõ titubet, per Dei gratiã curant. Passi sunt autem Vrsus & Victor cum sociis suis apud Solodorũ pridiè Calẽdas Octobris, regnante Dño nostro Iesu Christo, qui est benedict' in secula, Amẽ.

VITA ET AGON SANCTORVM duodecim fratrum martyrum, per D. Alphanum Archiepiscopum Salernitanum versu hexametro edita.

Debuerunt autem poni hęc supra 1. Septembris, sed tardiùs ad nos allata fuere, quàm vt id posset fieri.

EPISTOLA AVTHORIS Ad Roffridum.

VNDE nimis studuit tua nos reuocare voluntas,
Res leuis hæc, Roffride, fuit contenta meoque.
Et paucorũ iudicio, quos nostra iocoso
Sæpè leuare solent multumq; poemata risu:
In quibus esse quidem valet omnis idoneus author,
Et facili poteris quod dicere conuenit arte.
At quod ferre iubes, non est tolerabile pondus,
Viribus & nostris æquum: nam si dabis ausum
Improbitas tua, mox facundia nostra uidebis
Quòd cadat in vitium, tibi nec fortassè placebit,
Quod tanto studio desiderioque requiris.
Præcipis historiam duodenùm scribere fratrum
Versibus herois veterem, sint vndè creati,
Et generis titulos, Fideique celebria facta.
Indè tyrannorum cum quo fortissima bella
Conseruere, quibusq; locis, quo tempore palmam
Martyrij, dignas & suscepere coronas:
Postque quòd Arethis magnus Princeps Beneuentũ
Corpora diuersis sparsimq; iacentia terris
Transtulerit, nunc & quæ sunt, sepeliuerit æde.
Hæc magni repetis, quàm si mihi creditor esses
Aeris, & es certè, tibi nos debere negamus
Nunquàm: sed vellem non bis parere rogatis,
Si possem. Non is tamen es, qui cœpta relinquas,
Tèque sinas vinci. Parebo: iussio tanta
Excusabit opus, vel si non distet ab illis
Vni quæ tantùm Cicero vult esse legenda.
Tu prece continua multò studiosiùs insta,
Vt qui martyribus fuerat dux spiritus, idem
Horum me faciat tandem pro laude disertum.

VITAE HISTORIA.



APHRICA post Latium terrarum maxima quondàm — *Septẽb. 1. Aphrica quondam probatorũ virorũ ferax.*
Egregios habuisse viros virtute probatos,
Viribus & summis præclaros pace vel armis,
Artibus insignes, terrâque marique potentes,
Fertur, quos in Cannensi certamine victi
Romani sensere duces, quod mundus iniquum
Extimuit facinus. Iuxta, propiusque perennem
Tum fuit & miseram caput orbis Roma ruinam.
Hæc regio, postquàm Deus immortalis ab alto
Virginis in gremium descenderat, vndè salutem
Humani generis decreuit sumere carnem,
Sacra Redemptoris seruantem iura cohortem
Occultabat ob immites sine fine tyrannos.
Hic vrbs extitit Drumentium nomine dicta,
In qua magnus & illustris cum coniuge Tecla — *Patria & parentes sanctorũ duodecim fratrum.*
Vir Bonifacius à Fescenninis erat armis
Indutus fidei, simplex & iustus vterque.
Hi tot erant nati numero, quot habent duo lustra
Annos, adiunctis annis super illa duobus.
Dictus Donatus prior est, Felixq; secundus,
Tertius (vt perhibent) Arontius est vocitatus,
*Quartus Honoratus, quintus *Fortunatianus.* — **aliàs Fortunatus.*
Hic, & de reliquis duo sunt, quos posse venire
Lex pedis in carmen prohibet: nam tertia quintum
Primaque postremum, sic hunc, qui septimus extat,
Syllaba de versus pellit statione secunda.
Hac tamen bis pedibus decurrere nomina fas sit,

*al. Sanini anus. *al. Septiminus. *Ianuari* *al. Satyrus.

Et liceat solitum ius soluere carminis huius:
Non erit hoc vitium. Sextus quoque* Sabinianus,
Septiminus septimus, octauus Ianuari,
Et nonus Felix, decimus Vitalis habetur,
Vndecimus* Satorus, Repositus duodenus.

In fide Catholica à sanctis parentib⁹ instruuntur.

Vos simul assiduè sanctam docuere parentes
Obseruare fidem, nec eos nisi quod didicerunt,
Scire volebant te natum de lumine, Christe,
Iustitiæ, vel virtutis quem semper amare
Est: cui sæpè parens hac voce locutus vterque
Accipitur: Iesu bone, qui sine labe vocaris
Agnus, quiq; nouo reparasti lumine mundum
Affectum tenebris, scelerum sub nube iacentem,
Fac sis natorum solita pietate misertus,
Quos monui seruire tibi, propriosq; dicaui:
Effice nè pereant, nec quenquam scire deorum
Fas sit eis præter te, qui super omnia regnas.
Iamq; probis ætas pueriles actibus annos
Sanctorum superare suo pro posse parabat.
Seminibus patrijs erat illis fertile pectus,
Frugibus vt segetum campus solet ingeniosus.

Omnia temporalia spernunt propter Christū.

Instabat suprema dies, fundique larisq;,
Spernere quæque placet, quib⁹ in præcordia Christus
Spem dederat, quàm sit mundus potiora ferendi.
Non socij, non cognati, non ille parentum
Qui solet affectus naturæ lege valere,
Plus reliquis retinere valent, Primumque fideli

Multos reuocãt a simulacrorũ cultura.

Multos Pœnorum cœtus munimine verbi
A simulacnorum defendunt ignibus atris:
Indè velut totidem præclara micantibus horis
Illa dies, quam tunc nitißimus exhibet annus,
Cùm sol octipedis sub tempore solstitiali
Prima tenet cancri vestigia, noctis opacas
Summis auxilijs radiorum summouet vmbras,
Sic statuunt proprijs à ciuibus exitialem
Pellere culturam celeri ratione, vel omni
Signorum virtute: Iouem nam quisque prophanus,
Et simul Alcidem vesana mente colebat,
Pontifices & eis solenni iure litabant,
Thure, quod Euphrates mandarat naue, Sabæo,
Omne domicilium fumabat dæmonis. Huc se
Proripiunt fratres, Cæco quid pectora, dicunt,
Turbine vestra nimis miseri confuditis vsque?

Docēt nō esse sacrificandū dæmonijs.

Num Deus Alcides natus Ioue? surdus vterque
Non habet, orantes qua vos exaudiat, aurem.
Disce creatori, non te factura creatis
Subdere, supremoque Deo persoluere vota,
Quæ tantis studijs das infernalibus vmbris.
Non valet opprobrium tantum sufferre sacerdos
Herculis, in medium veniens Florentius ira
Valdè commotus, magna comitante caterua
Pontificum, dixit: Cuius vos religionis,
Edite, vel quibus estis vos natalibus orti?
Cœtus ad hæc fratrum: Nostrum cultumq; genusque
Vera fides Christi decorat. Florentius inquit:
Ergòne venistis cultus reprobare deorum?
Nota nec Herculei sunt vobis Maximiani
Alcidæ atque Ioui quæ perdunt iussa rebelles?
Hunc, quem constanter fertis vos credere, Christum
Innumerabilibus pœnis perire professi.
Talia dicentem fratrum sic turba refellit:

Nulla fides, & nulla salus est prorsùs in orbe
Præter quam colimus.* Quis nam Tirynthius iste, *quam
Et Iouis hic vobis poterit præstare salutem?
Quos etiam baratri Stygialis pœna tenebit,
Feruida Plutonis comburet flamma perusti
Victima Vulcani fabricantis fulmina. Vester
Hic erit Augustus, quem Minos, vel Radamanthus
Omni iudicio condemnat. Vana quidem hæc est
Fabula vestrorum nugis comperta deorum:
At peiora satis vestros artus, animasque
Debita nequitijs tantis tormenta manebunt,
Quorum nullus erit post omnia secula finis:
Quosque putatis vt insanos vincique, moriq; Iohan. 1.
Tormentis actos, cælestis curia fertis
Vsque coronabit non deficientibus vnquàm:
Hos Deus in mundo, velut in fornacibus aurum Sap. 3.
Artifices docti, probat: horum spectat agones,
Et vincentibus his habitis meliora rependet,
Pro terra cælum, modico pro tempore vitæ
Viuere perpetuum, pro natis cuncta polorum
Agmina, pro rebus paradisi gaudia summa:
Non sitient, non esurient, non percutientur Apoc. 7.
Sole, vel æstu, clamor, luctus, non dolor vllus
Ampliùs ex illis quenquam turbare valebit:
Cumq; dies totum concusserit vltimus orbem,
Censores mundi Christo cum principe fient.

Multi credunt in Christū & baptizantur.

Maxima pars plebis, sanctis dicentibus ista,
Grande sacramentum fidei baptisma recepit.
Dic agè, Florenti, dat donatiua ministris
Alcides proprijs, tantis æquanda triumphis?
Qui sibi, nec tibi defunctus valet auxiliari,
Vtq; suis verbis vtar, qui dura Leonis
Contriuerat facili, dum viueret, ora labore,
Perculit & Cacum proflantem fortiùs Aetna,
Atque renascentem totiès prostrauerat Hydram,
Fregerat Anthæum procùl à tellure retentum,
Quisq; suis omnem subiecit viribus orbem,
Non potuit vestis Centauri sanguine tinctæ,
Pellicis inuectæ, quam Deianira furore
Texuerat, solita virtute leuare dolorem.
Sic ait: O varios, validos & passe labores,
Non te Centauri, non Cerberus atque gigantes,
Non, quæ sudisti, mouerunt monstra, sed arte
Fœmineaq; manu moreris, furialis amictus
Viscera dilacerat, flatum pulmonibus haurit.
Iuppiter, in me nunc fulmen iace quæso coruscum,
Pascere, Iuno, meis, quas condis, cladibus: Hæc sunt
Quæ nimis inuiso decuit donare nouercam:
Eripe me vitæ, corpusq; laboribus aptum
Confice, non tibi iam de me sperare licebit.

S. Cyprianus Carthaginēsis Episcop⁹ ad martyrium eos animat.

Intereà Rhetor præclarus, philosophusq;,
Pòst martyr Cyprianus fungebatur honore
Pontificatus Ecclesiæ Carthaginensis.
Hic vbi tot fratrum sensit mirabile factum,
Orantem direxit eos ad se properare
Quantocyùs, patrio quos sic animauit amore:
Si respondendum vobis certantibus esset
Humana re, non etiam si cuncta darentur
Quæ sunt in mundo, morientes illa iuuarent.
Muneribus quis enim post mortem à talibus vsum
Expetat? Hæc quamuis se plus vtentibus ipsa

Durent.

Durent, intereunt tamen omnia: gloria vestra
Christus erit, Iesus merces, Deus ipse corona,
Quem iam confeßi primordia religiosa
Fecistis: Constanter & hoc, quod restat, inite
Certamen: Corpus, crucis est quod morte redemptũ,
Non timeat fustes: Quòd si mortalia membra
Stringuntur nexu non spiritus ille ligatur,
Qui cælum scandit, carnis statione relicta.
Pœna breuis, gladius si guttur fregerit, omnes
Mœroris curas in gaudia longa remutat.
Vos dignæ proles, dignisque parentibus orta
Estis, sicut in exemplo perpenditur almo,
Mat. 7. *Fructus nanque bonos bona semper germinat arbor.*
Postquàm sic dixit, cunctis ætate priorem
Donatũ presbyterũ, Felicẽ hypodiaconũ creat.
Presbyterum fecit Donatum. Nec mora, Felix
Hyppodiaconus est factus: quos intrepidanter
Vt tribuant ægris animis consulta salutis,
Accumulant fidei cultum cum pace suprema
Dimisit. Fratrum mox concio docta fidelis
Cunctorum morbos expellere cœpit ab vrbe,
Clarent multis miraculis sãcti martyres.
Non medicinali ferro, nec melle, nec herbis,
Vndè sit antidotum: Sed eis medicina probata
Christi nomen erat. Vim verbi non feret huius
Languor: ad hoc teter tenuit quos spiritus artus
Effugit obsessos, sanctisque dicata potestas
Se quoquè pellendi quòd sit sermone, fatetur.
Hoc probat euentus. Quædam matrona senatrix
Nomine Restituta, domo plus, tristia multò
Signa ferens erat in vidua: spes vnica cuius
Filius immanes motusq; ferebat acerbos
Dæmonis. Hic pueri clamabat ab ore furentis:
Huc nisi Donatus, Felix, & cætera fratrum
Concio conueniat, non hoc à vase recedam.
Est ad eos missum: nam supplicium tolerare
Nati non poterat mater. Carthagine nondùm
Exierant missi, subitò cùm stare gregatim
Quædam matrona rogat sanctos fratres ut eijciant dæmonẽ ab obsesso filio.
Inueniunt sanctos: dicunt mandata precanter,
Vt placeat pueri tormenta videre, parentem
Solari propè casuram de limine vitæ.
Dat pietatis amor legatos esse sequendos.
Conuenere domos fiducia maxima fratres,
Ducentes secum pellentes dæmonis curas.
Restituta suis complens clamoribus æthra,
Ante pedes horum lachrymando corruit, orat
Donatum, potius quem nomine prodit iniquus,
Felicemq; sibi misereri, reddere natum,
Hostis quem vesanus habet, quem nocte dieq;
Afficit, & lacerat, suffocat, territat, arctat.
Cui sancti dixere: Deos quid posse putatis
Vestros? Cur non subuenerunt pueroq; tibiq;?
Nònne Iouem decuit succurrere casibus istis?
Cur hoc tale malum nec Apollinis arte leuatur?
Pauca Deodatus respondit ad ista Tribunus
Pacificis dictis: Vtinàm medicamina vestra
Prodessent, vt magnificè donis preciosis
Donatos hodiè vos vrbs Carthago videret.
Sancta cohors risum tunc significando modestum
Talia spondentem sic est affata Tribunum:
Omnia quæ tellus, quæ pontus præstat, vt aer,
Vilia sunt valdè, nobis inhonesta putamus,
Et cunctis mortalibus; est hoc munere maius
Scilicet id, quo vera Dei titulatur imago:
Hic fuit eius natura, quò viuere semper
Deberet felix, ea sed vitiata prioris
Fecerat hunc miserum vitio natura parentis:
Quod fuit, est & idem, solumq; manere beatè
Desiit, & meritò pœnas hinc & cruciatus
Sustinet æternos tandèm mens, carne relicta:
Cui nisi morte sua mundi spes vnica Christus,
Amissam nullus potuit reparare salutem,
Ad quam credentes ducit, reliquosq; perenni
Concremat igne. Parùm nè videtur, ab exitiali
Hos reuocare via? Ne nos certamus in ista,
Hic labor incumbit, plùs omni munere nobis
Ista placent, pluris facimus, quàm corpora, mentes.
Vos hac, quæ cinis est, tantùm de carne timetis,
Est quæ gemma, nihil pueri de mente doletis.
Spondeat hunc mater simulacra nefanda relictum *Spondent se eiecturos, si ea credere velit.*
Ire, creatori seruiturumq;, videbis
Quod dæmon fugiat, puerum nec torqueat vltrà.
Mater sic, potuit quàm festinantiùs, inquit:
Ex vobis quoniam pendet mea vita, salusque,
Spondeo facturam me iam quodcunque iubetis:
Confiteor Christum vestrum, quod protinùs omnis
Nostra domus faciet, tantùm mihi filius esto
Sanus. Nònne satis paucis dixisse videtur?
Itur ad auxilium pueri, precibusq; seorsùm
Atque diutiùs instatur. Promissa manentes
Interiit sunt concines hinc, indè clientes,
Mater & illa sui nati confecta ruinis,
Sat tempestiuam feram putat esse medelam.
Surgit Donatus, fit lecto proximus ægri, *Ecce orationis virtus.*
Et dicit: O Deus æternorum Christe creator,
Qui prolem Chananææ pœnis eripuisti
Talibus, istius miseræ miserere dolores,
A te solamen, quod puro corde requirit,
Annue: progeniem proprium columenq; decusque
Dæmonis à laqueo tetri dissolue maligno.
Finierat. Subitò rugiens ferus exilit hostis, *Expellit dæmõ ab obsesso.*
Indiciumq; sui nullum fugiendo relinquit.
Insonuit læta domus clamoribus: illuc
Vndiquè concursum fuerat: memorabile factum
Sanctorum populi tollunt ad sydera plures,
Tale nihil quenquam dicunt fecisse deorum.
Sanatus terræ prostratus femina vitæ
Postulat æternæ, quæ mox data suscipit ipse. *Mater cũ filio credit.*
Tunc mater Christo (Quid enim dubitaret?) adhæsit,
Et quod promisit, compleuit mente fidelis.
Tum magnam populi diuina potentia partem
Traxit ad immensum patris cælestis amorem.
Hincq; suam fratrum repedat conuentus ad Vrbem,
Robore quassatas mentes firmare virili,
Nève labent, fidei fortes opponere muros.
Auribus hoc iam Roma suis, quibus omnia, sẽtit,
Et scelus approbat, atque nefas contemnere sacra
Tarpeij Iouis & magni ius Cæsaris ipsum:
Hostiles animo motus & iurgia capiat *Valerianus venit Carthaginẽ ad inquirendũ sanctos martyres.*
Non odij veteris, non cædis, non aliquantùm
Abstinet irarum, tanquàm Barchina propago
Pullulet, & porta modò sit cernenda Latina:
Disponit gladios, sanctorum viscera ferro
Præcipitem præceps scrutatum, Valerianum

Dirigit: implent vt Carthaginis omnia plausu
Mœnia, tympana cum citharis, & barbitus, Vrbis
Præfectum venisse docent. Is tristis ad ædes
It Restituta, nam linea sanguinis alti
Regibus ex atauis inerat communis vtrique.
Clauserat illa domum sonitu concussa senatrix,
Officiumque Deo gratum, præconia laudis
Christicolis coniuncta choris, immensa ferebat.
Hanc ità Præfectus verbis affatur ineptis:

Restituta matrona Valeriani cognata.

Ni consanguinitas, qua iungimur, ipsa vetaret,
Sacrilegam noster gladius te iure feriret,
Et fieres canibus, truncato vertice, pastus:
Euacuas leges, quibus est & subditus idem
Terrarum dominus Cæsar: libamina spernis,
Quæ teretem stabili conseruant fœdere mundum.
Quis tua vipereo cordis penetralia virus
Infecit? Quis & illustrem natalibus, atque
Forma, diuitijs, & sensu præcipitauit
Crimen in obscœnum? Veneris plùs luce corusca
Ora quis obduxit tenebris? Vbì vestis & illa,
Quæ solet aurato plumata nitescere cocco?
Quò velaborabas, vbì sunt gestamina cultùs?
Non video digitos solito radiare hyacintho,
Vlla nec in flauos rutilantia serta capillos:
Te tam deiectam, tam vilem, tam tenebrosam
Numina fecerunt, hæc numina spreta rependunt.
Dixerat. Illa refert: Horas Præfecte fuisse
Me patris atque viri cùm diuitijs opulentam
Exoticarum rerum, tum fundis, domibusq;
Omnia penè dedi pro dulci prole tuenda,
Atrox quam dæmon vexabat. Non ego Ianum,
Qui nunc Clusius est, nunc ipse Patultius idem,
Ridendum numen, donaui cum sale farre?
Et caricis Aristeum, bone culta Priapum?
Herbiferique rudi seruantem ruris asello?
Semicaprum capro Faunum? Titanaq; tauro?
Alcidem raptis? causis immanibus orcum?
Mille Iouem vitulis? totidèm te falcifer agnis?
Nònne racemifero feci solennia Baccho?
Multotiès etiam Veneri, Cererìq; litaui:
Sed mihi poscenti non affuit vllus eorum.
Proh pudor à quibus auxilium decepta petebam,
Quorum pars stupris, pars cladibus antè vacabat,

Ea docet, Christũ filiũ suum liberasse a dæmonio per merita sanctorũ fratrũ, deos verò gẽnium nihil posse.

Et furtis: alios Regno terrisq; repulsos,
Exulos alios, omnes & morte retentos
Nouimus. Est sed vera salus medicinaq; Christus,
Qui me seruauit, natum saluauit, auerni
Faucibus abstraxit, meritis precibusq; suorum
Sanctorum, dæmon quos pessimus omnibus horis
Nomine clamabat, quos & virtute ferebat
Præcipuos. His auditis, Præfectus iniquus
Inquit: Dic vbì sunt hi, quàue morentur in vrbe.
Cui sic illa refert: Drumentinis potiuntur
Hospitijs. Victorem mox accire Tribunum
Præfectus iubet, & Drumentum dirigit, ista
Mandans: Perge celer stipatus milite, sæuos
Et fratres blasphemantes decreta deorum

Victor tribunus mittitur ut cõprehẽdat martyres.

Omnimodis inquire, repertos colla catenis
Nexos, fac nostrum præsentes ante tribunal.
Victor ad hoc animo faciendum tendit eodem
Quo directus erat: sed talibus excidit ausis
Aetherea virtute repressus, repperit omnes
Orantes, vultum quibus intulit ipse minacem,
Hæc referens: O turba deis inuisa supremis,
Vos hominum crimen, quo certiùs omne piatur,
Spernere libamen populos suadendo docetis.
Donatus respondit: Auarum spero putares
Plenum diuitijs, si nil conferres egenis:
Rebus abundamus, quas vos & habere deceret:
Hæ sunt cælestes, damus has cupientibus omnes,
Sponte Deo viuo qui colla tumentia flectunt.
Victor ad hæc: Pòst ergo Iouem qui credat et acrẽ
Non erit Alciden, si cuncti credimus istum
Esse Deum solum, quem dicitis. Indè beatus
Donatus dixit: Ratione probabimus apta,
Hos, Victor, non esse Deos. Hominum prior ætas

S. Donat probat Iouẽ et cæteros falsos esse deos.

Antè pererrato quàm cæli filius orbe
Saturnus naui Tuscum uenisset in amnem,
Montibus & syluis vitam ducebat agrestem,
Moribus & tectis, potuque ciboque ferarum.
Hic docuit tam dispersos & legibus uti,
Et ratione frui, Latium meritoque uocari
Italiam, cuius tutus latuisset in oris.
Indè rudis Regem diuino cœpit honore
Laudibus & summis extollere concio, uel quòd
Struxerat huic animos humanis cultibus ipse,
Vel quòd adulanti sibi præmia grata ferebat.
Deniquè sic charus proprijs cùm ciuibus esset,
Mortuus effigie quò donaretur æterna,
Est visum populo, quæ testaretur amorem,
Imperiumque sui: quem posteritas coluisse
Dicitur, ut cupidos faceret de more sequentes
Ad benè regnandum. Sic India maxima Bacchum,
Creta Iouẽ, Venerẽ Cyprus, plebs Delphica Phœbũ,
Nobilis atque Samus Iunonem, Troiaq; Martem,
Alciden Lindus, sacrauit Roma Quirinum.
Vt reliquos taceam, Saturnum pectore sano
Esse Deum censes, qui natis cesserat iræ,
Qui pulsus Regno fugit, latuitque tot annis?
Quòue modo credis non uim mortemque timere,
Qui fugit, ut lateat? qui nullam sperat habere,
Ad pelagi fluctus nisi confugiendo, salutem?
Quis Deus hic erat? Hinc sequitur, quod celsa potestas
Natorum non sit, cùm non fuit vlla parentis.
Ergò nec Alcides Deus est, nec Iuppiter ipse.

Ostendit hunc esse Deũ, qui fecit cælũ & terrã.

At verè Deus est, cui nulla superflua, nulla
Imperfecta ualent, aut extera, prorsùs inesse.
Hic de materia nulla, nec pondere quouis
Mundanam molem tam mira condidit arte,
Casibus addictam nullis, sed creditur eius
Perpetua ratione regi, uirtute tueri.
Hunc homines infelices cognoscere nolunt,
In simulacrorum dum corda superstitione
Deponunt, & sublimem, quem conditor idem
His dederas vultum, quo possent cernere cælum,
In terram flectunt potiùs, quæruntq; deorsùm
Quod debent sursùm. Quantùm sit mente minutus,
Dicere quis poterit, statuas qui poscit, & orat?
Atque die toto suspirat, supplicat, adstat?
Assidet illis, siue stipem iacit, aut litat? Et cùm
Suspiciat tanto studio, qui fecerat illas,
Contemnit fabrum? Quæ res peruersior ista,

Si statuarius eijcitur, statuæ venerantur,
Quique deos fecit, votis non poscitur vllis?
Quamvè potestatem, quam vim retinere valebunt,
Cùm qui fecerit, haud habeat? Sed nec faber illis
Quos habuit sensus, audire, uidere, aliosquè
Ferre quidem potuit. Vivum, qui vivere quæris,
Esse Deum credat: Moriatur nanque necesse est,
Qui se defunctis adiudicat. Est tibi, Victor,
De Ioue, vel reliquis dubitatio qualibet? Vna,

Miratur Victor, deos supplicibus dare responsa.

Victor ait, tantum: cur effigies dare possunt
Supplicibus responsa suis? Nam quòd deitatis
Nil habeant penitus, facili ratione probasti.
Donatus dixit: Res, de qua consulis, hæc est
Humani generis deceptio, perniciesque,
Vnde quod emergat, rationem si cupis, edam.
Has prius in species quàm pontus, terra, polusque
Extarent, opifex rerum Deus arte suprema
Composuit Cherubin, Seraphin, necnon aliorum
Agmina spirituum: quos inter condecorauit
Sic mirabilius, sic & preciosius vnum,
Eius ad ornatum reliqui quasi vestis ut essent,
Quo preciosa nimis tantorum gloria longè
Præcipuum faceret, cui non æquabilis esset.
Qui cùm sic inter sociorum castra niteret
Perspicuè, stella velut inter Luna minores,

Luciferi casus cum suis adhærentibus.

Mox maiestati diuinæ, qua fuerat tunc
Inferior tantùm, similem se posse putauit
Atque parem fieri. Sed quid latet Omnipotentem?
Dum cupit hæc, cecidit, secum deiectus & ordo
Nequitiæ fuit eiusdem: genus vnde creator
Protinùs humanum finxit tellure madenti,

Homo creatur, vt possideat diaboli locum.

Cui patriam, decus, & lucem præberet eorum:
Id quoquè militiæ bonitatis amore ligatæ
Aequandum numero decreuit prole futura.
Principioque uirum cum coniuge protulit orbi,
Et posuit medijs paradisi in fructibus, illi

Gen. 2.

Mandans, Ex omni paradisi vescere ligno,
De ligno verò nè mande boni que, mali que,
In quo consistit nocitura scientia vitæ,
Mortis & intentans pœnam, si fortè fuisset
Hæc transgressus homo. Sed apostata spiritus ille
Vidit, & inuidit, doluitquè, quòd vnde superbus
Decidit, humano generi locus ille daretur.
Tunc oculis Euæ dirum se vertit in anguem,
Arboris & vetitæ ieiunia soluere fructu,

Peccat homo seductione diaboli. Gen. 3.

(Res erat hæc etenim pulcherrima) suasit, & illa
Decepit decepta uirum: mox deliciarum
Cum consorte loco caruit, vitamquè perennem
Qui fruiturus erat felix, nisì culpa fuisset,
Præcepti, pœnæ, vel muneris immemor idem
Perdidit, & mundo regioni mortis adhæsit.
Hoc ità confuso, lamentum, mœror, & angor,
Et dolor, obtrectatio, desperatio, luctus,
Aerumna, angor, solicitudo, molestia, languor,
Et metus, atque pudor, pauor, examinatio, terror,
Ira, libido, odium, discordia, si qua uel huius
Sunt generis, genus omne suum cepere: priusque
Post protoplasti delictum pestifer egit
Angelus immensum facinus liuoris iniqui,
Perderet vt frater fratrem. Scelus indè, nefasquè
Crimen, & omne malum Domino cæli que, solique
Inuisum docuit populos, tantumquè subegit

Dæmon omnè docuit adorare simulacra per quæ responsa ei dedit.

Hos, vt adorarent, spreto factore, creata,
Aera scilicet, & terram, pontumque, polumque,
Ignem, sydera, stellas, fontes, flumina, ventos,
Et nemora, & lapides, immania monstra ferarum,
Vel quicquid solui poterat: statuasque deorum,
Per quas deceptis responsa nociua referret,
Instituit, iussitque coli, sic impulit illos
In barathrum mortis, quo se miser excruciandum
Nouerat æternum. Fuit hoc miserabile cunctis
Ius mortalibus impositum, dum cunctipotentis
Filius, humanæ summa pietate ruinæ

Lapsus homo per Christum reparatur

Compatiens, mirabiliter de Virgine carnem
Sumpsit, & effuso precioso sanguine priscum
Soluit delictum, culmen credentibus atque
Præbuit, undè priùs primi cecidere parentes.
Hinc est, quòd Sathanas doctissimus arte nocendi,
Nam nec momento desistit perditus vno
Exercere nefas: regesque, duces que, tribunos
Christum confessis multos facit esse tyrannos,
Vt pereat secura fides, quam sæpè doloris
Interitusque sui causam videt esse secundi.
Hic tuus, ò Victor, Iouis est: Saturnus, Apollo,
Hic Cytherea quidem secreta retexit, & iste
Anseris horrenda Capitolia voce tuentis
Ignauum numen peiores vtpotè cunctis
Gentibus edocuit dominos seruire Quirites.
Nunc agè, nè cæcus furor hic te perdat & error

Credit Victor cum suis militibus in Christū.

Tantis supplicijs, ex toto corde fatere
Esse Deum Christum, sacroque renascere fonte.
Victor vt à cuncto fratrum pia dicta senatu
Hæc sensit, cum militibus diuina salutis
Perpetuæ lætus suscepit munera. Longo
Cumque moram vetitam fecissent tempore, plures
Qui caperent illos Præfectus misit, & omnes
Compedibus nexos Carthaginis arce retrusit.
Iamque dies alius comitantes ocia somnos
Expulerat, roseis solaris stella quadrigis
Ibat in excelsum, sibi cùm iubet ante tribunal

Sancti martyres ad tribunal Præfecti sistuntur.

Adduci sanctos acer Præfectus, eosque;
Increpat his uerbis: Summosque, hominesque, deosque;
Iure quidem rebar studijs huc vsque colendos
Omnibus, irrita nec digitis incendere thura,
Vana nec orantem me soluere uota putabam.
Vos (vt comperimus) nixu quocunque ualetis,
Exhibitos superis tot religionis honores
Temporibus cunctis, contemnitis, esseque; nusquàm,
Nescio quo pacto tamen, hos impunè probatis.
O quotiès quotiès esset mihi cultus inanis
Victima perniciem, sed non latura salutem.
Talibus ipse fidem forsan nugis adhiberem,
Ni Iouis auxilijs mundus confideret omnis,
Illius & nutu Romana potentia semper
Mitteret indomitas sub fortia fœdera gentes.
Sed uos obtestor per cæli numina, qui nunc
Orbis ad exitium scelus hoc defenditis, vndè
Improba tam dirum primùm mens ista venenum
Hausit, & Herculei fœdum plùs sanguine monstri?
O pietas innata deis, quæ sola furentes
Blasphemosque; reos non mortis damna ferendo
Perdis, sed patria tantùm bonitate mouendo

Suffert: nam meritò vos iam palus illa teneret,
Quæ negat ascensus inferna petentibus umbris,
Si quenquam superis hæc ob maledicta placeret
Perdere. Deniquè nos, quibus est iniuria nulla
Auribus iratis non admittenda deorum,
Dignos supplicijs decernimus omnibus illos,
Qui contra patrias leges pia sacra refutans.
Sacrificate deis, cesset vesania uestra
Vltrà diuinos animis audacibus, auxit
Quos dominus Cæsar terrarum, soluere cultus.
Sin aliter, per Cæsaream tormenta salutem
Præcipites acerrima nos sub tartara mergent.
Maximus hic furor est, insania maxima, crimen
Grande, scelusq; nouum, cælestia numina cuidam
In cruce crudeli postponere morte perempto.
Finierat. Retulit Donatus uerba quieto
Pectore, corde pio, facie uultuque sereno,
Fratribus aduitentibus: O Præfecte, refelli
Egregiũ S. Donati ad iudicẽ respõsum.
Quàm facilè possis, conflictus hic ipse docebit.
Sacra deis uestris nunquàm facimus, neque thura
His incendimus: hunc proprijs infundas amorem
Supplicibus, quibus auxilium Tarpeius opemque
Fert Iouis ille suam, solito qui fulmine rupem
Terret: non odium nobis vales eius obesse.
Non amor ipse quidem, non trux valet ira timorem
Addere: si qua tibi uis est, licet experiaris
Vtrum dæmonibus possit plebs credere Christi.
Sed uolumus te nosse, quod hoc certamine cuncti
Possumus occidi, uinci non possumus, & quòd
Defunctus nostrum fuerit quicunque, superstes
Fortior apparebit, erit uictoria nostra,
Virtus nostra, uigor noster, nostrumque trophæum
Crux Christi, quod polluto scelus ore uocasti.
Infremuit Præfectus ad hæc: Tunc mandat in oẽs
Fustibus cæduntur SS. martyres.
Fustibus hos animaduerti. Constanter ad ictus
Corpora multiplices tenduntur sacra, cutisq;
Scinditur, atteritur caro, sanguis defluit, ossa
Franguntur, nudantur uiscera, spesque, fidesq;
Et dilectio sola manent, quæ tam cruciatus
Immanes superant: tantùm sunt dulcia Christi
Præmia militibus. Post ista pericula tetro
In carcerem detrudũtur.
Carceris & diro sancti religantur in antro,
Vt regi, si res sinat, omnes Maximiano
Repræsententur: media cùm nocte repentè
Cælesti fulsit custodia lumine, quod non
Lumina custodum ualuerunt ferre, sed unus
Ex his dum studiosiùs intendit, profitetur
Angelus Domini dissoluit eorum uincula.
Amisisse suum: factumque stupentibus ipsis,
Angelus in tantis fulgens splendoribus inquit:
Misit me Dominus dissoluere uincula uestra.
Dixerat, & subitò, quibus arctabantur eorum
Colla, manusq;, pedes, ruptæ cecidere catenæ.
His mirabilibus Carthago superba mouetur,
Tota ciuitas hoc mouetur miraculo.
Exultat populus, collaudat & omnipotentis
Christi virtutem, sanctos ueneratur: iniquum,
Immanem, sæuum, uiolentum, carnificemq;
Dicit Præfectum, cuius furor impietatum
Transcendit metas, humanæ rupit & ipsa
Fœdera naturæ, quem mentis non pudor ullus
A scelerum tanto ualuit reuocare reatu.
Senserat attonitus populari uoce tyrannus
Ciuibus execrabile factum displicuisse,
Mœnibus atque uiris illustrem fortibus urbem
Coniurare timet, vel, quod solet ipsa, rebellis
Nè fiat, nè plus noceat, ne deniquè contrà
Arma furor reparet, timido tum pectore curas
Colligit ingentes: & secum mente volutat,
Quid sit opus facto, nec eum suffragia possunt
Vlla, fugam præter, causa quæcunque tueri.
Noctis ad ingressum nauem de littore solui
Fugit Præfectus nocte media a supp[illegible] bus.
Secretò iubet, & trucius dubium variumq;
Carpit iter pelagi, nocturna silentia rixa
Eripuere metus, & cuius luce potiri
Non potuit, tandèm tenebroso tempore sumpsit
Noctis amicus opem: nullum formidinis ultrà
Stare locum reputauit amens, sed perdere sacra
Intrepidus sæuis deuouit corpora pœnis.
Prospera gauisi, sicut rebantur, in altum
Vela dabant nautæ, procul & Carthaginis alta
Mœnibus abducti gratam tribuere quietem
Corporibus fessis: subitò cùm turbidus Auster
Aera concutiens rutilantia luce serena
Sydera condensis & nubibus abdidit atris,
Flatibus horrisonis uasti maris unda procellis
Intumuit. Trepidæ nauis tunc rector in omnes
Clamat, ut euigilent, pelagique proteruia, monstrat,
Periclitatur nauis, agitat' marinis fluctibus.
Quanta pares, totumq; polum Zephirisq; nothisq;,
Et mare confusum, nescit qua parte carinam
Obuertat: ferit hanc contrarius undiquè uentus.
Ensifer Orion sydus trepidabile nautis
Solus habet cælum, dux quæ solet esse viarum
Congrua temonis non luces' stella minoris:
Omnibus efficitur momentis sæuior ira
Ponti: puppe, simul prora dextraque sinistra
Intrat parte fretum, desperat quisque salutis
Auxilium. Iam Præfectum suprema minantem
Pœnitet aufugij, superos, Acherontaq; poscas,
Votaque decernit non perficientia quicquam.
Vertitur ad sanctos, si fortè iuuamina ferre
Poscit sanctorum suffragia.
Possent in tanto casu: tandèm vocat omnes
Nominibus fratres, rogat hos, oratq; superna,
Quam profitebantur, uirtute fugare procellas.
Cui mox arcano sic reddunt pectore voces
Donatus, Felixque sacras: Præfecte, nocentem
Si te numinibus, quæ cunctis excolis horis,
Omne scelus faceret, non plùs irata nocere
Deberent meritò tibi, quàm tot mortibus ultrà:
Nec dici fas est, ut iusti quidlibet in se
Obtineant, operantibus illis si modò credas
Euenisse nefas tantum: sed credere quenquam
Mente quidem sanum nequaquàm posse putamus,
Vt bona, uel mala, quæ non sunt, tua numina præstet.
Ergò superstitiosa nimis cultura recedat
Prorsùs, & à solito læsum libamine pectus
Promittit se crediturum Christo, si per sanctorum orationes possit liberari a periculo.
Fac cures, Christumque colas, simulacra refutes,
Vt quòd te pudeat quæ dæmonis arte maligna
Feceris, hinc certè maris indignatio cesset.
Et Præfectus ad hæc: Mihi res hæc iusta uidetur,
Numen adorari, quod tanta pericula soluit:
Nec tam praua mihi mens est, nec dira voluntas,
Vt cuius fuero liber uirtutibus, illi
Ingratus fiam: tantùm nè corpora nostra

In tumulis tumulare suis mare possit iniquum,
Scilicet horrendo nè belua qualibet ore
Sorbeat, efficito precibus. Sic fatur: at illi
Protinùs incipiunt aures pulsare tonantis
Vocibus his: Elementorum dominator & author
Christe Deus, cui cum pelagi, quàm cætera rerum
Inclinat natura caput, quæ prodere nunquàm
Præter te potuit, proprias nec condere vires,
Has ponti depelle minas, non iusta tyrannum
Vltio, tot miseros non insipientia mergat.
Quamuis hoc meruisse suo pro crimine certum
Sit, tamen his emptis precio maiore cruoris
Vt faueas instare licet, tu fons pietatis,
Spes solaminis, auxilii fiducia, vita
Subsidium, portus requiei, semita pacis,
Irradia miseris, pereuntibus auxiliare,
Erige labentes, mergentes excipe, sicut
Quondàm discipulos his casibus interituros.

Vide mirum orationis effectum, quæ fugãt marinas procellas.

Talibus in dictis condentia nubila cælum
Discedunt, vltrà nec tangere fluctibus audet
Aequoris ira ratem: leui componitur aura
Tunc facies pelagi, tumidi maris unda paludis
Efficitur stagnum. Iam fletus omnis amaros
Nauta compescit, gaudetq; timore fugato,
Se nimis horrẽda mortis fugisse ruinam
Sanctorum meritis, multique repentè secuti
Sunt Christum: solus mendaci clamitat ore
Præfectus, virtute Iouis pacata videri
Aequora, seq; Iouis tantùm munimine tutum,
Atque reseruatum patriæ, concimbus, aris.

Adscribit non fractus Præfectus hoc miraculum Ioui.

Acta ratis velo, iuuenum validisq; lacertis,
Felici cursu Siculis allabitur oris:
Præcipitis memores fluctus, mirabile ducunt
Hesperiæ tetigisse solum, litusq; tenentes
Optata potiuntur homo, spatiantur arena.
Indè venenatis tentat configere telis
Alloquii Præfectus amens penetralia casta
Sanctorum, stabili promittens fœdere, tantùm
Sacrificare Ioui placeat, fore semper amicos
Cæsaris, auctos diuitiis & honoribus illis,
Quos nouit patribus Romanis ferre senatus.
Nil agis, ò Præfecte, putas corrumpere verbis,
Quos noris pœnis nullis potuisse moueri.
Inconcussa fides non excutietur ab illis
Verborum phaleris, quam nec mucro remouebit,
Cùm ceruicibus institerit vibratus eorum.

Nutritur blanditiis eos reuocare ad idolorum cultur ans.

Viribus hinc iterùm nautæ pro tempore sumptis,
Altiùs æquoreas trepidantes ire per vndas
Proponunt, littus remis pulsare sinistrum,
Perq; Syracusios portus, Catinosq; meando,
Messanos tandèm, ventis spirantibus, intrant.
Hincq; renascenti tenebris Phaethonte repulsis,
Regia Lucanis vrbs nobilitata colonis
Hos recipit: nec iam Præfecto, credere ponto
Seq; suosq; placet: via quæritur altera nulli
Cognita nauigio, tunc Imbritiamque Locrosq;
Quaq; Cusentinus suaues ager efflat odores,
Linquunt præcipiti cursu Scyllæa rura,
Et mare Tyrrhenum, Calabrosq; notantia fines
Sanctorum sensere pedes, sensere catenas
Colla recuruantes gemmis meliora vel auro.

Extimuitq; duces Aphrorum nomine prisco
Drumentina phalanx, fortesque potentia vidit
Atque triumphantes distinguens Apula rura
A Calabris & Lucanie. Vbi uerba Tyrannus
In fasto recitanda die, reticenda nefasto
Sede tribunali dicturus, quatuor ex his
Officio citare iubet, qui sic uocitati
Sunt, Arontius, Honoratus, Sabinianus,
Et Fortunatianus, quos conuenit amicis
Dictis: O quotiès monui uos cultibus uti,
Quos, sua post superos qui dat moderamina mundo,
Magnus amat Cæsar: si non insania uestram
Confundit mentem, uel nunc parete supremis
Thura cremando deis. Cui sic Arontius inquit:
Vt diis sacrificet nostrum quem torserit, optat
Pro Christo plecti, quàm uiuere pro simulacris.

Quatuor fratres citantur ad iudicis tribunal.

Vix benè desierat, reliqui cùm torua minanti
Præfecto referunt: Aliud nil dicimus ultrò,
Nec facimus, quàm quod fratris uox sacra probauit.
Indignatus ad hæc uesana mente Tyrannus,
Hos iubet occidi quintæ sub luce diei
Ante kalendas Septembris. Pòst in Venusinam
Vrbem, alia redeunte die, uenit: hic quoquè fratres
Hi, Septimus, Felix, Ianuariusque,
Consolidata sibi fidei documenta tenentes,
Et manifestantes uirtutum præmia Christi,
Caduntur gladio sub eadem luce. Recedens
Indè Tyrannus Velinianum tendit, ibique
Plenus quæsitis epulis, terraque marique,
Et uino, quod gemma capax aurumque ferebat,
Plùs sed adhuc sitiens humani sanguinis haustum,
Ante recumbentes allatos decapitari
Iussit Vitalem, Satorum, Repositumque,
Virgine sub quarto solem referente Kalendas.

Gladio cæduntur p̃nominati quatuor.

Item alii sex, diuersis tamen tẽporibus.

Vltima lux magno finem positura labori,
Magnanimos summosque duces, & robora belli,
Ad quæsita diù poscebat præmia, cæli
Regia signiferi reliquos exceperat omnes.
Congaudete polo celebres, quos celsa triumphis
Curia supremis inter sua sceptra locauit,
Patritios fecit, Dictatoresque creauit,
Non, Capitolina uelut est in rupe statutum,
Semestri spatio, sed tempore perpetuali.
Nam neque diuinis humana potentia rebus,
Nec honor æterno breuis est æquandus honori.

Vides sanctorum animas post mortẽ recipi in cælo?

Consulis ad culmen tendentem cura senatus,
Plebis & assensus magnis maioribus indè
Erigit officiis, intercurrentibus annis,
Et maiestati tantæ sic præbet honorem,
Vt tamen hic solo non ampliùs imperet anno.
Egregius Christi miles semèl omnia sumit,
Omnia semper habet, prætoria iura, curules
Sedes, & summos apices: non temporis illi,
Non ullus casus, non uis, non ulla potestas
Auferet imperium. tanti sunt quippè uigoris
Præmia perpetuis non deficientia gazis.

Euolat intereà Præfectus uersus Ecanam
Vrbem, quam uulgus mutata nomine Troiam
Dicit, & in fundo quodam remoratur eundo.
Huius erat fundi perpaucis auribus usa
Fama priùs, sed martyrio præstante decorem,

Venit Ecanam tyrãnus cũ duob fratribus superstitib.

Terrarum, quà gesta sonant, Sentianus vbiquè
Fertur, & est multis monumentum Religionis.
Hic Donatus & alter Felix sistere iussi,
Hostiles bello confringere vindice vires,
Atque coronari, sed non nisi sanguine fuso,
Exoptant: non terret eos crudele Tyranni
Iudicium, non & Phalaris miserabilis illa
Pœna, nec vngula discerpens penetralia, sed nec
Anceps in iugulum gladius condendus: mane
Ducunt certamen, si sese corpore nudo
Hostibus obiectent: orbem quàm vincere, plus est
His in agone mori: norunt itàque coronas
Germanos meruisse suas. His inclyta fratrum
Portio, quæ superest, Dominum firmata precatur:

Oratio sāctorū Donati et Felicis ad Dominū.

Iustitiæ Deus omnipotens & amator & author,
Conscie votorum, pariles attende, labores
Fraterni placuere tibi, placeant quoquè nostri,
Nec patiare tuo sumpti pro nomine belli
Victores non esse: duces, te remige, fratres
Quòd gratæ portum primi subiere quietis,
Innumeras tibi nos agimus grates & habemus.
Hoc solum pietate tua concede, rogamus,
Vt quos vna fides, affectus, sanguis & vnus
Germanos fecit, meritum non separet vllum.

Accersit eos ipsus tyrannus ac publicè increpat.

Hæc inter Præfectus eos accersit, & ante,
Armatas acies sic increpat ore minaci:
An ne duces scelerum vos estis, sollicitantes
Fraternos animos mortem præferre saluti?
Ergò ne tam dirum putat improba vestra volūtas
Tot populos seruire deis? censetis & esse
Cælicolis libare nefas, quod Regna, quod vrbes
Innumera faciunt? Iam nunc primordia vestra
Quæ fuerint, res ipsa docet: peiora probabit
Infelicior euentus: mutate malignam
Mentem, peruersum simul & reprobabile scite
Præferri polluta sacris: desistite captis,
Pœniteatque negasse deos, dum tempus habetis
Mutandi votum: sacros celebrate penates,
(Si dici fas est) quos Cæsar & orbis adorat,
Esse sacros: aliter sententia uos capitalis,
Vt reliquos, feriet. Sic fato fatur vterque,
Fisus nulla sibi contraria posse nocere:
A nobis moniti fratres felicibus armis
Perfidiam vicère tuam: nos turpe putamus
Credere, qui semper socios instruximus hostem
Vincere: pro nihilo tua ducimus omnia dicta,
Teque tuosq; deos contemnimus, esse retrusos
Quos scimus barathro, non cæli sede locatos.
Cæca tibi rabies obtutus cordis ademit,
Nec verum spectare finit: mendacia tantùm,
Quæ semèl admisit tunc in puerilibus annis,
Seruat adhuc pectus, quem nos fortuna saporem,
Non valet ingenium, non immutare senectus.
Sed tamen hoc animi studio quòd iura tueris
In præfecturæ commisso munere, posses
Vel modicè tecum reputare, scelesta deorum
Gesta quid exhibeant: An non ibi furta leguntur?
Non & adulterij maculata cubilia? scorta,

Deos sāctos, gentium deos sacrilegos fuisse homines.

Iurgia, conflictus, periuria, damna, rapinæ,
Incestus, rixæ? pellex ibi filia matris?
Et pater est natæ coniux, fraterque sororis?
Hi possent habitare polum, quos vilis inopsque
Vrbs excluderet? Adde domicilium quibus ipsum
Dicuntur decorasse modis immanibus, omnis
Atque feris plenus beluis ostenditur æther.
O decus occultum Tarpeium, qua ratione
Monstrorum sedes diuina putabitur ædes?
Quis pecudis uellus, quis taurum parte latentem
Dimidia, quis Tyndaridas, Cancrumque, Leonem,
Virginis & thalamum, Chelas, & Scorpion astrum,
Arcum non vnquàm uacuum stridente sagitta,
Illic imposuit? Capricornus, Aquarius, atque
Pisces sunt ibi: Serpens cùm geminis micat Arctis:
Pegasus, Eridanus, Centaurus, & Hydrus, & Argo
Illustrant cælum. sunt hæc credenda peritis,
Et dominis Terræ? Non uos fides pudet huius?
Cornigeros tua Roma deos fallens, secus undam
Fontis Auentini, quos nunc religauit, adorat:
Semicanemq; uirum colit, & phantasmata cælo
Credit & esse docet, nolentes credere multis
Supplicijs lacerat: quàm perdita, quàm furiosa
Sit, Præfecte, patet. Cur non reminiscitur eius,
Qui mare, qui terras sibi constulit atque subegit,
Arbitrio curanda suo, qui principiorum
Est ortus sine fine manens, qui protegit omnes
Inuicta uirtute suos, qui fortibus aulam
Cælestem confert, nox non ibì lumina condit,
Non Sol iste diem facit: at sua omnia plena
Luce creatoris, cuius recreantur odore,
Affectu gaudent, pascuntur amore fideles.

Grauiter torquent.

Tunc præfectus eos, feruenti concitus ira,
Suspendi manibus iussit post terga ligatis,
Torquerique diù clamantes: Sint tibi grates
O Iesu pie, qui nobis tormenta ferendi
Virtutem præbes. Instanti tempore noctis
Distulit immitis pœnis certare tyrannus,
Semineces nox una leuat. Redeunte diei
Luce, cruenta dies libamina ferre iubentur.
Nolunt, nolentes deflectunt colla, minaci

Capite plectuntur.

Truncantur gladio, corpus mortale repellunt,
Mercedem sumunt æternam. Taliter ambo
Septembris primo, cum sole ruente, ruerunt,
Victuri cum Rege Deo, cum sole perenni.
Tunc Marcus præsul uenerabilis urbis Ecanæ,
Cum clero ueniens, sanctorum corpora noctù
Detulit, & precij fundens opobalsama magni,

Honorificè sepeliuntur.

Atque peregrino peregrinis rebus odori
Permixtis studio, solennibus & celebratis
Exequijs, eadem ueluti res tanta petebat,
Mœnibus in proprijs summo tumulauit honore.

FINIS MENSIS SEPTEMBRIS.

MARTYRIVM SANCTI ET GLORIOSI APOSTOLI ET MARTYRIS ANANIAE,

Authore Simeone Metaphraste.

s. Octobris iuxta Metaphrasten: Latini eū habēt 25. Ianuarij.



VM impius Lucianus in partes Orientis in Bethagabre Eleutheropolis missus fuisset ab ijs, qui non minùs tunc susceperāt idolorum insaniam, quàm sceptra imperij, res Christianorū indagabantur maximè. Hic ergò Lucianus sedens pro tyrannico tribunali, vel ante facta verbis spirabat vehemēter, mala Chistianis, vt ità dicam, fabricās. Literæque & edicta per totam peruadebant ditionem, vt qui nollent quidem sacrificare dæmonibus, confiterentur autem Dominum nostrum Iesum Christum verū Deum, & eum colerent, non solùm acerbissimis subijcerentur supplicijs, & per ingem, bestiam & mare, & uniuersam aliam malorum speciem mortem subirent: sed etiam in alienam regionem proijcerentur sacra eorum corpora, canibus & bestijs proposita ad deuorandum: & nec in sua quidem patria consequerentur sepulturam. Ananias ergò diuinus Domini Apostolus, qui erat ipse quoquè unus ex septuaginta discipulis, diuina quadam uirtute, & quæ sub adspectum non cadebat, visione ex Antiochia, ubi Christiani prima ditatos fuerat appellatione, venit Damascum, ut nec ipsa esset expers seminum veritatis, & fructus produceret pietatis.

Ananias ex 70. discipulis unus.

Act. 55.

Interìm autem Saulus aduersùs chorum Apostolorum magis magisque parturiens, qui & minis in ipsos intolerabilis, & magna pereitus erat inuidia, rogauit Pontificem, ut mitteret epistolas ad eas quæ illic erant, synagogas, vt qui Christianorum opinionē tenere statuerant, vincti & sub custodia uel inuiti ducerentur Hierusalem. Illud autem sapienter administrātem habuit prouidentiam, quæ etiam solet eminùs deijcere semina occasionum, quandò nouit id, quod est euenturum, tendere ad aliquod bonum. Ibat itaq; Saulus Damascum, & cùm iam appropinquasset ciuitati, uidet lucem cælestem, & humi procidens, audit: Saule, Saule, quid me persequeris? &, Surge, inquit, & vade ad ciuitatem, & dicetur tibi, quid te oporteat facere. Et cùm surrexisset quidem, aperti erant eius oculi: neminem autem videre poterat. Sed ille quidem deductus, ingressus est Damascum. Tunc dixit ad Ananiam in visu Dominus: Vade ad uicum rectum, & Saulo Tarsensi manibus impositis, aufer ei nubem ab oculis. Nam is quoquè erit mihi uas electionis, & portabit nomen meum coram gentibus, & principibus, & filijs Israel. Venit ergò diuinus hic Ananias, sicut ei dictum fuerat à Domino, & Saulo rursùs reddit videndi facultatem. Non sunt autem singula persequenda, cùm hæc liceat scire ex Actibus ei, qui voluerit. Ille autem & traducitur ad pietatem, & nomē simul mutat cum moribus, ex Saulo Paulus appellatus, & ascendit in tertium cælum, & obit orbem terræ prædicans Euangelium, effectus tantus amore in Christum, quantus priùs existimabatur rabie aduersùs Christianos, robur corporis & animæ magnitudinem per utrunque ostendens. Sic ergò Ananias, cùm Paulum ad ueram deduxisset uitam, & dupliciter illuminasset, & cum hac, quæ uidetur luce, eam quoquè, quæ intelligentia percipitur, ut Christum videret, præbuisset, ibat per Bethagabre prædicans Euangelium, & ueluti quadam rationis participe sagena, diuina scilicet doctrina, omnes, in quo incidisset, trahebat ad Dei agnitionem.

Act. 9.

S. Ananias Paulo Apostolo manus imponit, & uisum restituit.

Magna mutatio in S. Paulo Apostolo.

Cùm in his autem versaretur, comprehenditur ab ijs, quorum erat munus venari Christianos, & ad filium tenebrarum, nempe Lucianum Præsidem, deducitur. Ille verò statim quidem præsidet in frequentissimo theatro: uirum autem plurimùm admiratur, ut qui uideret pulchritudinem quandam ipso adspectu apparētem, & linguam multis scatentem gratijs. Hęc cùm vidisset, confugit ad personam benignitatis, & simulat mansuetudinem, intùs multam occultans feritatem, & sermonem conuertens ad hylaritatem: Crede mihi, inquit, o Anania, consulenti ea, quæ sunt tibi utilia, & cum nostris dijs fœdus iniens, nega eū, quem prædicas, Crucifixū, nec efficias, ut hæc pulchritudo, quæ est adeò digna ut spectetur, consumatur à tormentis. Ille autem: Deum, inquit, verum adoro, eumque colo, & eum solum specto, neque fuerit aliquid eo mihi iucundius, cuius ego sum minister, qui etiam ad Pauli agnitionem, & ad ei restituendam videndi facultatem inseruiui, qui Saulus quidem priùs nominabatur, Paulus autem à Domino nunc est, mutato nomine, nominatus, ut qui requieuerit à fluctu ignorantiæ, ad firmumque & solum portum, nempe Christi mei fidem, appropinquarit per agnitionem. Præses autem: Videris, inquit, mihi, fretus magnitudine & robore corporis, etiam aduersùs ipsa supplicia tollere supercilium. Vndè etiam sapientia redacta est ad insipientiam, & abundantem prudentiam consecuta est, ut video, lenitas. Hæc cùm audijsset magister ueritatis, oculis & manibus statim in cælum sublatis: Domine Iesu Christe, inquit, Deus uirtutum, nunquàm me suis retibus comprehendat inimicus: sed mihi & propter te pati liceat, & tuis ornari coronis, & coniungi choro tuorum discipulorum. Atque ille quidem sic orabat asiduè: sed preces exceperunt protinùs plagæ in nudo dorso. Prætereà autem præcones quoquè acclamarunt: Pàre præsidi, & dijs sacrifica præpotentibus. Ananiæ autem sensim mouebantur quidem membra: citra locutionem verò preces sursùm mittebantur ad Deum.

S. Ananias comprehenditur.

Nititur impius Lucian⁹, blanditijs Ananiā subuertere.

Verberatur dorsum eius.

Cùm autem & tormentis & minis esset superior, & existimabatur fore, ut priùs deficerent percussores quàm plagis defessus esset is, qui percutiebatur, à tormentis quidem discipulus simul & martyr relaxatur: ad blanditias autem rursùs uulpes, Præses, inquam, conuertitur. Sed nunc saltem, dicebat discipulo, ad te redi, & tuæ parce animæ, & miserere tuæ pulchritudinis, quæ perit miserabiliter. nam te grauiora excipient supplicia, iuro ipsos deos. Ille autem magno Christi amore cor inflammatus, fortiter & acriter respondit, se non solùm dæmonibus non esse sacrificaturum, sed curaturum, ut quoscunque posset, ad fidē Christi conuerteret. Deindè linguę quoque neruos intendit in Præsidem, & eum verbis ferit acrioribus: Non erubescis, dicens, o uerè infelix, & subis fossam pudoris, nūc quidem flagellans, nūc autem blanditijs irrepens,

Egregia eius constantia.

Domini,& hæreticis intrantibus,procul positi suspicamus. Nosne sumus, qui Ecclesiam scindimus, an ille, qui uiuis habitaculum, mortuus sepulcrum negat, qui fratrum exilia postulat?

Cap. 36. Epist. 61.

Non contentus hac ecommunicatione Iohannes, ab Imperatore etiam obtinuit, ut Hieronymus unà cum monachis in exilium mitteretur: uerùm re meliùs perpensa, effectum suum rescriptum sortitum non est. Nupèr nobis, inquit, postulauit & impetrauit exilium, atque utinàm implere potuisset: vt sicut illi uoluntas imputatur pro opere, ità nos nõ solùm uoluntate, sed & effectu coronam haberemus exilii. Archelaus comes, sequester pacis inter eos priùs fuerat, & Theophilus Alexandriæ Episcopus eandem, nondùm erroribus Iohannis cognitis, per Isidorum presbyterum procurauit. Verùm cùm D. Hieronymus hominis detexisset errores, quòd scilicet Origenista esset, & octo, quas interim improbando recenset, hæreses prædicaret, & Pauliniani prætextu eos persequeretur, ipseque intereà Iohannes, ut se expurgaret, uocatus, accedere noluisset, finis controuersiæ positus est.

Sequitur Origenis 8. errores

Origenes enim, quem Iohannes sequebatur, ab Alexandrina tunc primùm Ecclesia sub Theophilo Episcopo, Epiphanio, Hieronymoque instantibus, in oriente damnatus est, quam condemnationem posteà Occidens Romaque confirmauit.

Epist. 16. in Marcella Epitaphio.

Romæ Syricius Papa adhuc Apostolicam regebat Ecclesiam, cùm Ruffinus libros περὶ ἀρχῶν Origenis, à se uersos, in ea disseminat, ac multos eorum decipit lectione. Hæretici, quod amplius est, simplicitati sancti uiri illudentes, communionis literas, discessuri ex Vrbe, impetrãt. negauerunt enim se Origenis sequi errores. Detegit errores eorum Marcella, & examinatis testibus, illos adeò conuincit, ut cùm uocati uenire noluerint, ab Anastasio, qui Syricio succeßit, condemnati sint.

Cap. 37. S. Hieronymus falsò à Ruffino tanq. Origenista diffamatur.

Hoc tempore inimicitiæ, quæ olim erant ex causa fidei cum Ruffino, & sopitę, non extinctæ, fuerãt, in apertas contumelias eruperunt. Dum enim ille Hieronymum secum in hæresis suspicionem, uelut Origenista esset, trahere suis præconiis conatur, & uir sanctus se ab huiusmodi infamia extricare cũctis uiribus quærit, necesse fuit apertè in hostẽ procedere, & amicitiam ab adolescentia cum Ruffino contractam, religionis causa penitùs scindere. Quis enim æquo animo se hæreticum appellari patiatur, & perpetuò permansura infamia notari? præsertim cùm huiusmodi labes uix unquàm eluatur, & nisi infinitis propemodùm contrà scriptis, testificationibus, ac rebus etiam gestis contrarium posteà manifestè appareat, nunquàm tollatur. Insurgit propterea acriter uir sanctus in Ruffinum, & cunctis uiribus insidiantem sibi proterit hostem, & non tantùm in refellendis falsò uitæ obiectis criminationibus, quàm in abigenda à se hæresis infamia occupatur: tantaque indignatione huius materiam defensionis suscepit, ut stylum, iam ob omissa à multis annis gentilium literarum studia languentem, & propter Hebraicæ linguæ barbariem quandam uitiatum, quasi tunc à rhetorum scola egressus esset, ità ornatè acuteque exacuerit, ut Ruffinus posteà ne inter doctos quidem haberi cœperit.

Cap. 36. Epist. 81. Marcellino.

Regebat hoc tempore Romanam Ecclesiam Anastasius Papa, eique Ruffinus libellum, cui posteà Hieronymus respondit, dicauit: & in Africa docebat Aurelius Augustinus, & Hipponensem gubernans ecclesiam, suæ doctrinæ ac sanctitatis documenta ubique spargebat. Audiens iam celebrem Hieronymi tum senis, per totum terrarum orbem diffusam famam, (ad eum enim uelutì ad oraculum quoddam undiquè concurrebatur) & se Hieronymi comparatione tanquàm nouũ quendam in Ecclesiasticis studiis militem esse cognoscens, contrahendæ amicitię causa ad eum scribere incipit, interrogans ab eo quædam, & expositionem eius de Pauli simulatione modestè uellicans, in scribendo rescribendoque pro talibus rebus multum conteritur tempus, dum literæ serò ad Hieronymum, ad quẽ mittuntur, perueniunt.

S. Augustinus Episcopus, contrahendæ amicitia causa Hieronymo scribit.

Certatum est aliquandiù pro hac re inter eos, præsertim dum expositionem suam, quòd Paulus simulauerit, Hieronymus defendere, & Augustinus, dum mendacium omne à scripturis sacris tollit, alio modo solui posse difficultatem contendit: Videlicet, ut Paulus seruando tunc modo quodam nõ necessario legalia, minimè errauerit, proptereaque rectè Petrum, qui ad ea gentiles exemplo suo adigeret, repræhendere potuerit. Putatum est à principio, inter eos magnas exorituras fore discordias, dum Hieronymus, à iuuene tunc primùm exoriente uidens se notari, excanduit. Verùm Christi charitas, qua inter eos certabatur, omnem discordiam ademit, tantumque posteà Augustinus Hieronymo detulit, ut scripta sua discutienda illi miserit, libros dicauerit, & quæstiones aliquot, præsertìm quę sunt de origine animæ, ab eo petierit, & quia propter locorum distantiam & animarum curam proficisci ad discendum in Bethleem non poterat, misit ad eum, qui sua uice quærerent & discerent multa à Hieronymo, Paulum Orosium, Alipium, & Profuturum quendam presbyterum, qui tamen Profuturus morte præuentus, eò peruenire non potuit. Misit per Cyprianum diaconum & alios epistolas multas, uehementerque dolebat, se eò ad discendum proficisci non posse. multum enim, ut parerat, deferebat Hieronymo, & in uiro non minùs omnis generis cumulatè positam doctrinam, quàm uitæ sanctitatẽ, admirabatur: sicut ipse ad eum scribens, his uerbis testatur: Tantæ autem mihi in literis tuis, quæ in manus nostras peruenire potuerunt, apparent res, ut nihil studiorum meorum mallem, si possem, quàm inhærere lateri tuo. Quod ego quia non possum, aliquem nostrorum in Domino filiorum erudiendum nobis ad te mittere cogito, si etiam de hac re tua rescripta meruero. nam neque in me tantum scientiæ scripturarum diuinarum est, aut esse iam poterit, quantum inesse tibi uideo. Quòd autem Paulus Orosius in Bethlcem cum Hieronymo fuerit, ipsemet in septimo historiæ suæ libro prodit his uerbis: Ego quoque ipse uirum quidem Narbonensem, illustris sub Theodosio militię, etiam religiosum, prudentemque & grauem, apud Bethleem oppidum Palæstinæ, beatissimo Hieronymo presbytero referente, audiui, se familiarissimũ Atthaulpho apud Narbonam fuisse.

Epist. 16. Epist. 94 Epist. 94 Epist. 86

Is multũ Hieronymo defert Epist. 113.

S. Hieronymi responsum.

Cap. 39.

At non solùm Augustinus, sed totus terrarum orbis senem uenerabatur. Seuerus Sulpitius propterea illum inuisit, & sex mensibus cum eo mansit: mãsissetque, ut ipse ait, perpetuò, si potuisset. doctissimum in omni fuisse sententia, & acerrimum prædicat hostem hæreticorum, & quòd omne tempus in studiis consumeret, intereà asserens. Hedibia & Algasia ex ultimis Galliarum finibus Apodemium pro mirarum quæstionum solutione ad eum misit: miserunt ex Germania Sunia & Fretella, ut uarietatem Psalterii ab eo audirent. Mittebant ex urbe Pammachius, Oceanus, & alii: ut uel contra hęreticos respõderet, uel dubia aliqua à se mota dissolueret. Mittebant & ea reliquis oris reliqui: tantusque undiquè ad eum quæstionum ac literarum concursus erat, ut scribens Paulino, hoc ipsum ipse illis uerbis testetur:

Epi. 150 151. Epi. 135.

Epi. 153. tur: Et ut sanctæ menti tuæ simpliciter fatear, uno ad Occidentem nauigandi tempore, tantæ à me simul epistolæ flagitantur, ut si cuncta ad singulos velim scribere, occurrere nequeam.

Cap. 40. Ob res Paulæ & Eustochii Firmum presbyterum Rauennam, Africam, Siciliamque his temporibus Hieronymus misit: qui ad eum reuersos, sospitem esse Augustinum renunciauit. *S. Paulæ obitus.* Moritur interea Paula, antequàm scilicet Roma Gotthis sub Innocētio, Duce Alarico, caperetur, hoc est, Honorio Augusto sexiès & Arestino consulibus, sub finem scilicet Anastasii Pontificatus, anno scilicet Domini quadringentesimo septimo. *Epist. 91.* Assidet ægrotanti Hieronymus, & longa eius infirmitate sedulò inseruit. *Orosius libro 7. ca. 28.* Succedit Anastasio Innocentius primus, cuius octauo anno cùm is Rauennæ, ut author est Orosius, moraretur, Roma capta fuit. His octo, qui à fine Anastasii ad Romam captam præterfluxerunt, annis in Esaiā & Hieremiam D. Hieronymus scripsit. *S. Hieronymus in Esaiam, & Hieremiam commentaria &c.* patet enim ex Præfationibus affixis obiisse iam Paulam. Nam quod capta tunc fuisset Roma, anno scilicet Domini quadringentesimo duodecimo, in Proœmio Ezechielis ipsemet clarè his uerbis ad Eustochium scribens, meminit: Postquàm uerò clarissimum terrarum omnium lumen extinctum est, immò Romani Imperii truncatum caput, &, ut uerius dicam, in una urbe totus orbis interiit: obmutui, & humiliatus sum, & silui de bonis, & dolor meus renouatus est. & ad Marcellinum: *Epist. 82.* Ezechielis uolumen olim aggredi uolui, *Psal. 38.* & sponsionem creberrimā studiosis lectoribus reddere: sed in ipso dictandi exordio ità animus meus occidentalium prouinciarum, & maximè urbis Romę, uastatione confusus est, ut iuxta uulgare prouerbium, proprium quoquè ignorarem uocabulum. *Epist. 16.* De vrbis Romę uastatione meminit etiam in Epitaphio Marcellę, cui & Pammachio Danielis commētarios dicauit, qui etiam ipsi ante captam Romam conscripti sunt, post mortem similiter, ut reor, Paulę, sicut Epitaphium Marcellę post illius ruinam. *Vrbis Romæ deuastatio.*

Nobiles multi, & utriusque sexus homines post euersam Romam Hierosolymam pergebant, quos Hieronymus ea, qua poterat, humanitate gratanter accipiebat. Vndè in Proœmio commentariorum tertii libri Ezechielis, sic ipse ad Eustochium scribit: Quis crederet, ut totius orbis extructa uictoriis Roma corrueret? ut ipsa suis populis & mater fieret, & sepulcrum? ut tota Orientis, Aegypti, Africę litora olim dominatricis urbis, seruorum & ancillarū numero complerentur? ut quotidiè sancta Bethleē nobiles quondàm utriusque sexus, atque omnibus diuitiis affluentes, susciperet mendicantes, quibus quoniam opes ferre non possumus, condolemus, & lachrymas lachrymis iungimus, occupatique sancti operis sarcina, dum sine gemitu confluentes uidere non patimur, explanationes in Ezechielem, & penè omne studium omisimus. *Anastasius I. uir pius & sanctus.* Laudans in Epitaphio Marcellę Anastasium Papam Hieronymus, ait indignam fuisse Romam, quę eum diù haberet, nè sub tali Pontifice illa uel caperetur, uel eius precibus placatus Deus, faceret nè caperetur.

Cap. 41. Senuerat iam Hieronymus, & in Prophetarum interpretationibus occupatus, studium quotidiè *Epist. 30.* ponebat, cùm statim ex Vrbe Hierosolymam Fabiola *Fabiola Epitaph.* insperata aduenit, ut in sanctis locis Christo seruiret. Affert secum ingentem, quo Hieronymum, Eustochium & virgines recreet, lętitiam fœmina, quę tamen paruo durauit tempore. Dum enim loca sancta inuiseret, statim nuncius affertur, Hūnorum infinita examina cuncta sibi obuia ubiquè uastantium, Hierosolymam petere. Inueteratum sanctorum locorum desiderium Hieronymum, ut in fixis maneret cum virginibus sedibus, tenuit: quamuis paratam ad fugā classem teneret Fabiola, ut quæ ad iter expedita esset, quippè quæ sedes iam nullas posuerat, ac tota esset in sarcinis, Romam rediit. Conscripsit ei posteà librum de Quadraginta duabus mansionibus, sicuti uiuenti pollicitus fuerat, & memoriæ mortuæ reddit: sicuti uiuenti opus, quod est de sacerdotalibus uestibus, in procinctu, cùm nauigaturus iam esset, præstitit. *Epi. 127. Epist. 128* Quòd autem post Romam captam, barbarorum illuuies Oriētis loca, præsertim Syriæ cum Antiochiæ obsidione percurrerit atque uastauerit, ipsemet Hieronymus, scribens Marcellino & Anapsychiæ, apertè testatur: *Epist. 82* in qua Epistola Fabiolæ etiam mentionem facit, asserens quòd duos super Ezechielem commentariorum libros ei miserat, & quod ab ea exemplaria mutuari, si vellet, posset.

Exponebat præter commentariorum tam exactos labores, *Cap 42.* Bethleem manens Hieronymus in conuentu fratrum sacros Bibliorum libros, à Septuaginta uersos: de qua re ipse his uerbis meminit: *Lib. 2. cōtra Ruffinum.* Egóne contra LXX. interpretes aliquid sum locutus, quos ante annos plurimos diligentissimè emendatos, meæ linguæ studiosis dedi, quos quotidiè in conuentu fratrum edissero, quorum psalmos iugi meditatione decanto? *Ruffinus lib 2. inuectiuarum.* Ruffinus grammatici eum usum officio, & ante nō multos annos, nobilium pueros, sibi ad discendum Christi timorem commissos, humanioribus poetarum & historicorum literis docuisse criminatur: quasi crimen, & non potiùs immensa sit laus, unà cum Christianæ religionis rudimētis literas quoquè, quæ illi ætati necessariæ sunt, pueris tradere, & paruulis tanquàm paruulum fieri, ut eos quis lucrifaciat. Vide quò hominis liuor procedat, ut quod laudis loco sit, opprobrio detur. Certè ipse in Proœmio tertii ad Galatas libri, Paulæ & Eustochio testatur, quindecim & ampliùs tunc fuisse annos, ex quo gentilium libros non legerit.

Cap 43. Præter studiorū & orationis occupationē, necessè illi erat, quotidiè aduenientes ad ea loca Christianos excipere, & ea qua poterat humanitate recreare. Qui quidem concursus tantus erat, ut studijs via esset relictus locus. De qua re ità ipse Eustochio testatur. *In prœmio 7. libri super Ezechielem.* Fateor me explanationes in Ezechiel multo antè tēpore promisisse, & occupatione de toto huc orbe uenientium implere non posse, dum nulla hora, nullumque momentum est, in quo non fratrum occurramus turbis, & monasterij solitudinem hospitium frequentia commutemus, intantùm, ut aut *Eius hospitalitas.* claudendum sit nobis ostium, aut scripturarum, per quas aperiendæ sunt fores, studia relinquenda. Itaque lucratiuis, immò furtiuis noctium horis, quæ hyeme propinquante longiores esse cœperunt, ad lucernulam, qualiacunque hæc sunt, dictare conamur. *Epist. 28.* Ad Lucinium quoquè scribens, quòd præ frequentia & peregrinorum turbis relegere quæ scripserat, nō potuerit, asserit. *Lauat hospitum pedes.* Recipiebat enim uenientes omnes ad ea loca cum tanta charitate, ut pedes etiam se illis solitum esse lauare, his verbis testetur: *Lib. 3 cōtra Ruff.* Nobis in monasterio hospitalitas cordi est, omnesque ad nos uenientes læta humanitatis fronte suscipimus. ueremur enim, nè Maria cum Ioseph locum non inueniat in diuersorio, nè nobis Iesus dicat exclusus, Hospes eram, & non suscepistis me. Solos hæreticos non recipimus, quos vos solos recipitis. *Matt 25.* Propositum nobis quippè est, pedes lauare uenientium, non merita discutere.

Cap 44. Ad decrepitā propemodùm & vltimam iā uenerat ætatē, sicut ipse ad Augustinum his verbis testatur: *Epist. 46.* Me autem ætatis ultimæ, & penè decrepitum,

Vacat multis orationibus & sacris meditationibus.

ac monasterii & ruris secreta sectantem, paruipendunt. Nec tamen propterea à studiis quicquam operæ remittebat, & non minùs ad orandum alacris, quàm ad legēdum promptius surgebat. Mirum erat in corpore, ieiuniis & ætate consumpto, tantū spiritus, tantum uigere fortitudinis. Quod corpori deerat, supplebat animus, & sacrarum rerum meditatione mentem quotidiè recreabat. Videres hominē à corporeis uinculis absolutum, ueluti auem quandam a uexibus expeditam, nihil aliud nisi cælū spectare ac petere: & quanto magis morti appropinquabat, tanto plùs in eo spiritus excitabatur: itá ut mortem, demigrationem quandam à terrenis ad cęlestia, a caducis ad æterna, non naturæ dissolutionē, in eo crederes. Sapientia, quæ ætate in omnibus crescit, in eo, quem semper comitata fuerat, absolutissima tunc erat: animi fortitudo, quæ iuuenem mirabiliter possederat, morti uicinum omni ex parte circundabat. Christianæ religionis zelus, in eo alioquì perpetuus, prope mortem maior surgebat. Languebant quidem membra, sed animus uigebat, & in corpore iamiàm caduco, mens semper cælestia cogitans excitabatur. nec illi, ut cæteris euenire solet, unà cū senectute animus frigescebat, sed citò tanquàm corporeum onus depositurus, alacrior ad finem tendebat. Sciebat se cursum suum benè peregisse, fidē seruasse, & in omnibus ut strenuum militē sub Christo duce fecisse stipendia. Propterea ad coronam illi repositam, lætus gaudensque properabat, & uelut imbribus multis ac procellis exagitatus oppressusque uiator, æternum quietis, quò se reciperet, tectum optabat, & post bellorum turbines, & uarias mundi pelagi iactationes, quietum cælorum portū ingredi, & amęnum hortum incolere desiderabat: & quo magis se illi appropinquare cernebat, eo lætior incedebat. Repetebat animo seruis suis à Domino repromissa, quæ nec oculus uiderit, nec auris audiuerit, nec in cor hominis ascenderint, & uberrima pascua unà cum amœnissimis riuis, Christi ouibus per Ezechielem præmonstrata, mente tenebat: & cùm longum peregrinationis suæ tempus consideraret, cum propheta Dauid clamabat: Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus Cedar, id est, tenebras: multùm incola fuit anima mea. & rursùm: Quàm dilecta tabernacula tua, Domine uirtutum? concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. &, Quemadmodùm desiderat ceruus ad fontem aquarum, itá desiderat anima mea ad te Deus meus. Sitiuit in te anima mea, ad Deum fontem uiuum: quandò ueniā, & apparebo ante faciem Dei?

Post multos exantlatos pro pietate labores, latus ad patriam cælestem adspirat.

1. Cor. 2.

Ezech. 34

Psal. 119.

Psal. 83.

Psal. 41.

Cap. 45. Incidit in infirmitatem.

Dum iis cogitationibus uir sanctus exęstuat, & se ad amplexus præparat sponsi, in leuem incidit febriculam, quæ illum iam in carne sua præmortuum dum diuexaret, reputabat animo mundi, quas pertransierat, miserias omnes, quibus tempestatibus iactatus, quibus persecutionib⁹ exagitatus fuerit, quomodò in hac uita nihil certum, nihil beatum inueniretur. Orbis dominam concidisse Romam uidebat, vrbes potentissimas redactas in cinerem considerabat, & barbarorum incursionibus cuncta uastata. Quid non exire ea his miseriis, & in amplexus sponsi uolare ille cuperet? quid nō corporis abiecto carcere, expeditum in cælum tendere? Appropinquantem cernebat spōsum, & innumeris Angelorum agminibus, & sanctorum choris ad se iamiàm tendere conspiciebat. Eò ille mentem, eò tendebat oculos: & ueluti iam solutus à carnis uinculis, ibì sibi esse videbatur, ubi uenientem ad se Christum conspicabatur. Mortem proptcrea ueluti sororem charissimā, ut sibi ea quæ uidebat, concederet, precabatur. Aderant iuxta eum monachi, & Christo dicatę virgines, & ex uariis sanctorum locorum undiquè, qui ad talis viri exitum confluxerant, homines: quos omnes ille læto & alacri uultu conspiciebat, & ut Deo omni inseruirent nisu, exhortabatur. Aderat Eusebius & cæteri presbyteri, qui secum Christo militauerāt, & abeuntem à se communem patrem omnes lamētabantur. Solabatur ille cunctos, & ad humilitatē, patientiam, charitatem, cæterasq; hortabatur uirtutes, & nè sibi cælestem inuiderent patriam, precabatur: quandò se nihil aliud optasse semper aiebat, quàm ad eum diem peruenire, undè illi ad cęlestem beatitudinem daretur aditus.

Solatur sibi circumdistantes, & hortatur ad pietatem.

Cap. 46. Christo animam sanctissimam reddit.

Claret miraculis.

His & huiusmodi uerbis sanctos omnes, qui aderant, postquàm est adhortatus, & virgines, ut in proposito castitatis manentes, Christo seruirēt, animauit: uersus ad sponsum, quem sibi iam adesse uidebat, illi spiritum suum commendans, obdormiuit in Domino die ultimo Septembris mensis, sub Honorio & Theodosio iuniore, multis clarus miraculis: uir, cui nec Græci, nec Latini, quem compararent, habent aliquem. In eum enim doctrinæ omnes & virtutes itá cumulatè se contulerunt, ut post eum, quē in aliqua re gentibus inuideat Ecclesia, neminem inueniat. Nam etsi multos in Ecclesia præstantissimos ac doctissimos habuerimus uiros, neminem tñ, qui tot ac tanta in omni doctrinarum genere sciuerit, & qui tot linguarum habuerit cognitionem, inuenimus. Quòd si in aliqua re ipse ab aliquo uincatur, semper tamen & supersunt alia, in quibus tandèm illi præstans Hieronymus uictor abscedat. Augustinus, qui Iohanni Baptistæ eum comparat, fatetur in se necesse unquàm posse tantum scientiæ diuinarum scripturarum, quantum in Hieronymo esse uidebat. Et contra Iulianum scribens: Sanctus, inquit, Hieronymus presbyter Gręco & Latino, insupèr & Hebræo eruditus eloquio, ex Occidentali ad Orientalem transiens Ecclesiam, in locis sanctis, atque in literis sacris usque ad decrepitā uixit ætatem. Hic omnes, uel penè omnes, qui ante illum ex utraque parte orbis de doctrina Ecclesiastica scripserāt, legit. Et libro decimooctauo de ciuitate Dei, Non defuit, ait, temporibus nostris presbyter Hieronymus, homo doctissimus, & trium linguarū peritus: qui non ex Gręco, sed ex Hebræo in Latinum eloquium scripturas conuertit. Gelasius Papa, ut omittam Damasum, qui tantū illi tribuit, & D. Gregorium, qui honorificè de eo meminit, itá de B Hieronymo scribit: Itèm Ruffinus uir religiosus plurimos Ecclesiastici operis edidit libros: nonnullas ēt scripturas interpretatus est. Sed quoniam B. Hieronymus in aliquibus eum de arbitrii libertate notauit, illa sentimus, quæ B. Hieronymum prædictū sentire cognoscimus: & non solùm de Ruffino, sed ēt de uniuersis, quos uir sæpiùs memoratus, zelo Dei & fidei religione reprehendit. Itèm Origenis nōnulla opuscula, quæ uir B Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus. & pauló superiùs: Vitas patrum, Antonii, Pauli, Hilarionis, & omnium Eremitarum, quas tamen uir b. atissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus.

Epist. 113.

Lib. 1. contra Iulianum.

Sanctorū patrū de Hieronymo testimonium.

Dist. 15. c. Sancta Romana Ecclesia.

Cap. 47. Varia sententia de S. Hieronymi ætate.

Quot autem uixerit annos, & quibus Consulibus obierit, mihi incertum. Vnum tantùm cōstat, ad decrepitam usque, ut tradit Augustinus, eum uixisse ætatē. Prosp, quē multi secuti postea sunt, uixisse eū annis uno & nonagita. testat: obiisseq; anno Domini CCCC. XXII. natum hac ratione sub Constantini Magni Imperio, anno XXII. alii deindè addiderunt. Paulus Diaconus, Sigebertus, Beda, & vulga

tum

tum Ecclesiæ Martyrologium, vixisse eum annis septem amplius aiunt, hoc est, octo & nonaginta. Nec desunt, qui centesimum eum præteriisse scribant annum. Iocertę tot Scriptorum sententiæ, incertam etiam nobis Hieronymi ætatem redduot: præsertim cùm Beda sub Archadio eum obiisse testetur, & Prosper anno Domini quadringentesimo vicesimosecundo, hoc est, sub Honorio & Theodosio iuniore. Quę vtraque sententia in illud recidit, vt Constantini Magni tempore natum Hieronymum dicamus, anno scilicet eius vel XV. vel XXII. Verum cùm eũ non sub Constantino, sed Constantio filio natum, propterea quòd Iuliani tempore puer esset, & grammaticæ operam daret, ipsius Hieronymi testimonio initiò probauerimus: superest, vt fundamentum, quo innitontur, totum corruat: & aliquid tot annorum ex eius vita detrahendum sit, quandò eum sub Honorio & Theodosio obiisse pro compertissimo habeo, hoc est, aliquot annis ante mortem D. Augustini, qui obiit anno Domini CCCC.XXX. hoc est, sub Theodosio iuniore, & Valentiniano tertio.

Cap. 48. Et vt scias mendacium sibi nunquam constare, natalem Hieronymi diem, quidā in decimumquintum, alij in vicesimumsecundū, vel vicesimumquintum, plurimi in tricesimumprimum Cōstantini Magni annum, ex vitæ longitudine reijciunt. Sigebertus, qui XCVIII. annos eū vixisse asserit, corpus la boribus ità confectum Hieronymum habuisse scribit, vt nisi fune manibus appręhenso, qui ad hoc e de trabe pendebat, surgere de lecto non potuisset fletur. Marcellinus comes, vir fidei & authoritatis magnæ, per D. Augustini, quem & ego sequor, vestigia cautiùs incedens, nec quo anno mortuus, nec quot ille vixerit definit aonis: admodum tantùm senem decessisse asseuerat, hoc est, vt ait Augustinus, in decrepita ętate, peracta scilicet senectute. In hūc sensum scribens Hieronymus ad Augustinum, se penè decrepitum asseuerat: ad quam decrepitatē peruenisse tantùm illum Augustinus significat, cùm ait, Vsque ad decrepitam vixit ętatem. Alioqui si valdè decrepitum eum intelligere velis, necessè esset, ut uel post Augustinum decessisset, uel anno saltèm X V. Constantini Magni natus esset: quod vtrunque falsum est. Vtcunquè, constat certè ex eius scriptis, post Romam captam ab Alarico, quod fuit anno Domini CCCC.XII. aliquot eum vixisse annos. siquidem non solùm ruinam illam Romanos fugientes, se in Bethleem pluriès excepisse narrat, verum etiam aliqua postea eum scripsisse apparet: vt commentaria in Ezechielem. Epitaphium Fabiolæ, similiter & Marcellę. Augustin' libros suos

Cap. 49. Epist. 153. de Anima, illi dicans, post Romā captā misit: sed tabellarius, vt ipse testatur, mortuum illum inuenit. Vtebatur vir beatissimus in senectute breui quodam pileo, quo frigescena iam corpus confoueret: de qua re ipse Paulino, qui sibi illū donauerat, scribens, ita ait: Pileolum textura breuem, charitate latissimum, senili capiti confouendo libèter accepi, & munere, & muneris authore lætatus. Humatus

Præsepe Domini Romæ seruatur. post mortem in Bethleem fuit, exequijs illi ex Christiana religione, vt Antonium Paulo fecisse ipse refert, ritè anteà celebratis. Translatus inde postea Romam est vnà cum Christi Saluatoris nostri præsepio

Festũ trāslationis eius. septimo Idus Maij, eo scilicet die, quo pręceptoris sui Gregorij Nazanzeni festum agitur. Reiectus deindè est dies in vigiliam Ascensionis à Pio secundo Pontifice maximo, vt festiuiùs ac frequentiùs ageretur, plenaria sepulcrum eius illo die adeuntibus, criminum indulgentia condonata. Iacet autem beatissimus vir omni præconio maior, & quem cuncta su spirent secula, super Exquilias, proprio sibi iuxta præsepe Domini erecto altari, vbi sacra adhuc eius seruatur tunica, in ecclesia S. Marię Maioris, quam tu amplissime Cardinalis Carole Borromee, non minus pietate & religione, quàm charitate conspicuus, & in tanta rerum affluentia ac imperij potestate, rerum apud omnes exemplum, cū immensa tua laude, & populi tui vtilitate, regis atqs gubernas.

VITA S. HONORII DOROVERNENsis (Siue Cantuariensis) Ecclesiæ Episcopi, authore venerabili Beda presbytero, Ecclesiast. Historiæ Gentis Anglorum, Lib. 2. cap. 18. & 19.



OSTQVAM Iustus Archiepiscopus est ad cęlestia regna sublatus, Honorius est pro illo in præsulatum electus. Qui ordinandus, venit ad Paulinum, & occurrente sibi illo in Lindocolnio, quintus ab Augustino, Dorouernensis ecclesiæ, consecratus est antistes: cui etiam præfatus Papa Honorius misit pallium & literas, in quibus decreuit hocipsum, quod in Epistola ad Eduinum Regē missa, decreuerat, scilicet, vt, cùm Dorouernensis vel Eboracensis antistes, de hac vita transierit, is, qui superest, consors eiusdem gradus, habeat potestatem alterum ordinandi in loco eius, qui transierat, sacerdotem, nè sit necessè, ad Romanam vsque ciuitatem per tam prolixa terrarum & maris spatia, pro ordinādo Archiepiscopo semper fatigari. Quarum etiam textum literarum, in nostra hac historia ponere commodum duximus. 30. Sept. Honorius isteq; num ab Augustino An glorum Apostolo Antistes.

Dilectissimo fratri Honorio, Honorius. Inter plurima, quæ redemptoris nostri misericordia suis famulis dignatur bonorum munera prærogare, illud etiam clementer collata suæ pietatis munificentia tribuit, quoties per fraternos affatus vnanimam dilectionem quadā contemplatione alternis adspectibus repræsentat, pro quibus maiestati eius gratias indesinenter exoluimus, eumque votis supplicibus exoramus, vt vestram dilectionem, in prædicatione Euangelij elaborantem & fructificantem, sectantemque magistri & capitis sui sancti Gregorij regulam, perpeti stabilitate confirmet, & ad augmētum Ecclesię suæ potiora per vos suscitet incremeta, vt fide & opere in timore Dei & charitate, vestra acquisitio decessorumque vestrorum, quæ per domini Gregorij exordia pullulat, conualescendo amplius extendatur, vt ipsa vos Dominici eloquij promissa in futuro respiciant, vosq; vox ista ad æternam festiuitatem euocet. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. & iterum: Eugè serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Et nos equidem, fratres charissimi, hæc vobis pro æterna charitate exhortationis verba præmittentes, quæ rursus pro ecclesiarum vestrarum priuilegijs congruere posse conspicimus, non desistimus impertire, & tam iuxta vestram petitionē, quàm filiorum nostrorū Regū, vobis præsenti nostra præceptione, vice beati Petri Apostolorum principis, authoritatem tribuimus, vt quandò vnū ex vobis diuina ad se iusserit gratia vocari, is qui superstes fuerit, alterum in loco defuncti debeat Episcopū ordinare. Pro qua etiam re singula vestræ dilectionis pallia pro eadē ordinatione celebrāda direximus, vt per nostræ præceptionis authoritatē, possitis Deo placitam ordinationē efficere, quia vt hæc vobis Epistola Honorij Papæ ad Honoriū Archiepiscopum. Matth. 11. Matt. 25. Pallij vnti quis vsus

vobis concederemus, longa terrarum marisq; inter nos ac uos obsistunt, ad hæc nos condescendere coegerunt: ut nulla possit ecclesiarum uestrarũ iactura, per cuiuslibet occasionis obtentum quoquo modo peruenire, sed potiùs commissi uobis populi deuotionem pleniùs propagare. Deus te incolumẽ custodiat, dilectißime frater. Data die tertio Iduũ Ianuariarum, imperantibus dominis nostris piissimis Augustis, Heraclio & filiis, anno Dominicæ incarnationis sexcentesimo uigesimoquarto.

Ex cap. 19.

O si istud hunc obseruassent nostrorum temporũ nouatores.

Misit idem Papa Honorius literas etiam genti Scotorum, quos in obseruatione sancti Paschæ errasse compererat, solerter exhortans, nè paucitatẽ suam, in extremis terræ finibus constitutam, sapientiorem antiquis siue modernis, quæ per orbẽ erant, Christi Ecclesiis æstimarent: neue contra Paschales computos, & decreta synodalia totius Orbis Pontificumque, aliud Pascha celebrarent. Sed & Iohannes, qui successori eiusdem Honorii Seuerino successit, cùm adhuc esset electus in pontificatum, pro eodem errore corrigendo, literas ei magna auctoritate atque eruditione plenas direxit, euidenter adstruens, quia Dominicum Paschæ diem quintadecima luna usque ad uigesimamprimam, quod in Nicena synodo probatum est, * celebrari oporteret: necnon & pro Pelagiana hæresi, quam apud eos reuiuiscere didicerat, cauenda ac repellenda, in eadem illa epistola monere curauit. Cuius epistolæ principium est.

** inquiri.*

Dilectissimis & sanctißimis Tomiano, Columbano, Chromano, Dimano & Bagitano Episcopis: Chromano, Hernianoque, Laustrano, Sullano & Segiano presbyteris: Sarono, cæterisque doctoribus, seu Abbatibus Scotis, Hilarius Archipresbyter & seruans locum sanctæ sedis Apostolicæ, Iohannes Diaconus, & in Dei nomine electus. Itèm Iohannes primicerius, & seruans locum sanctæ sedis Apostolicæ, & Iohannes seruus Dei, consiliarius eiusdem Apostolicæ sedis.

Ad scripta, quæ perlatores ad sanctæ memoriæ Seuerinum Papam adduxerunt, eo de hac luce migrante, reciproca responsa, quæ postulata fuerant, siluerunt. Quibus reseratis, nè diù tantæ quæstionis caligo indiscussa remaneret, repetimus quosdam prouinciæ uestræ contra orthodoxam fidem, nouã ex ueteri hæresim renouare conãtes, Pascha nostrũ, in quo immolatus est Christus, nebulosa caligine refutantes, & quartadecima luna cum Hebræis celebrare nitentes. Quo Epistolæ principio manifestè declaratur, & nuperrimè temporibus illis hãc apud eos hæresim exortam, & non totam eorum gentẽ, sed quosdam in eis hac fuisse implicitos. Exposita autem ratione Paschalis obseruantiæ, ità de Pelagianis in eadem epistola subdunt.

In Scotia nõ ritè celebratum Pascha.

Et hoc quoq; cognouimus, quòd uirus Pelagianæ hæreseos apud uos denuò reuiuiscit: quòd omninò hortamur, ut a uestris mentibus huiusmodi uenenatum superstitionis facinus auferatur. Nam qualiter ipsa quoquè execranda hæresis damnata est, latere uos non debet: quia non solùm per istos ducentos annos abolita est, sed & quotidiè à nobis perpetuò anathemate sepulta damnatur: Et hortamur, nè quorũ arma combusta sunt, apud uos eorum cineres suscitentur. Nam quis non execretur superbum eorum conamen & impium, dicentium, posse sine peccato hominem existere ex propria uoluntate, & non ex gratia Dei? Et primum quidem blasphemia & stultiloquium est dicere, esse hominem sine peccato: quod omninò non potest, nisi unus mediator Dei & hominũ, homo Christus Iesus, qui sine peccato est conceptus & partus. Nam cæteri homines cum peccato originali nascentes, testimonium præuaricationis Adæ, etiam sine peccato actuali existens, portare noscuntur, secundùm prophetam dicentem: Eccè enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

Hæresis Pelagiana in Scotia.

Psal. 50.

Interea defuncto Felice Orientalium Anglorum Episcopo, post decem & * quatuor annos accepti Episcopatus, Honorius loco eius ordinauit Thomã Diaconum eius de prouincia Giruiorum. Et hoc post quinq; annos sui Episcopatus de hac uita subtracto, Berethgislum, cognomine Bonifacium, de prouincia Cantuariorum, loco eius substituit. Et ipse quoquè Honorius postquàm * ætatem sui cursùs impleuit, migrauit ea hac luce anno ab incarnatione Domini sexcentesimo quinquagesimoquarto, pridi calendas Octobris. Et cessante Episcopatu per annum & sex menses, electus est Archiepiscopus cathedræ Dorouernensis sextus, Deusdedit de gente occidentalium Saxonum. Quem ordinaturus uenit illuc Ithamar Antistes ecclesiæ Rhofensis.

** septem. Ex lib. 3. cap. 20.*

** metas.*

MARTYRIVM SS. VRSI ET VICtoris cum sociis suis, ex gloriosa Thebæorum legione, quorum Historia ad nos perlata est ex Francia per uenerabilem D. Petrum à Leydis Carthusiæ Coloniensis olim Priorem.



CVM tempore Maximiani Imperatoris (qui cũ collega Diocletiano imperium tenuit) grauis persecutio Christianorum esset exorta: erant in legione sancti Mauritii Vrsus & Victor cum sociis lxvj. viri in bellicis rebus strenui, quorum hodiè natalitia colimus. Qui beati Mauritii passione & gladii terrore turbati, non absque diuino nutu castrorum tumultus occultè relinquentes apud Solodorum castrum antiquißimum, quod est super Arulam fluuium, peruenerunt, ut per eos ibidèm multorum infidelium cæcitas, fidei lumẽ reciperet. Interea Maximianus Imperator audiens sanctum Vrsum sociosque eius ab Agauno fugam dedisse, nimis furore succensus est. Accito igitur Hyrtaco, prædicti Solodorensis oppidi Præside, præcepit & iniunxit, ut uestigia sanctorum diligenter perscrutãdo indagaret, & ubicunquè ipsos inueniret, aut ad sacrificia deorum compelleret, aut uariis tormentis eorum uitam finiret. Igitur B. Vrso sociisque eius Hyrtaco Præsidi præsentatis, talibus uerbis eos alloquitur, dicens: O uiri, quis uos furor decretis principum suasit obuiare? Vestram strenuitatem monemus, & imperiali præcepto præcipimus, ut omni occasione remota, ad sacrificandum diis omnipotentibus Ioui & Mercurio uelitis uos inclinare. Alioquin uos uitam faciam uariis finire tormentis. Illi uerò cęlitùs corroborati dixerũt: Christiani sumus, nec sacrificando surdis & mutis idolis, Christianę religionis ritum uolumus inquinare. Hyrtacus uidẽs sanctorum constantiam, nec posse blanditiis flecti, nec terroribus emolliri, præcepit manus & pedes eorum catenis nexibusque constringi, ac uariis tormentis ipsos atrociter cruciari. Quod cùm carnifices studiosè peragerent, diuina clementia (quæ sperantes in se non deserit) tanto super eos splendore claritatis illuxit, ut tortores fulgore perterriti, ad terrã prosternerentur semiuiui, sanctiq; martyres catenis

30. Septembr.

Diocletiani & Maximiani in Christianos persecutio.

Sancti martyres ab Hyrtaco præside cõprahenduntur.

Diris suppliciis excruciantur.

Diuinitus liberãtur.

ruptis

rupis vinculisq; dissolutis starent imperterriti, glorificantes & laudantes Dñm Deum Israel. Pagani verò, vnà cum Præside confusione ducti, dolore & angustia torquebantur, videntes quod multi ad Christum per miracula prædicta cōuerterētur. Alloquutur itaque Præses sanctos martyres, dicens: Vnū de duobus eligite, aut diis immortalibus sacrificare, aut uitā uestrā varijs faciam tormentis finire. Respondentes sancti, dixerunt: Christus pro nobis passus est, hos etiam pro Christo, quęcunq; tormenta tua decreuerit malitia inferre, parati sumus sustinere. Imperat igitur Præses furore repletus, magnā componi lignorum congeriem, & præparari maximum ignem, vt sāctorum corpora cremarentur. Cumq; præsentibus multis sancti martyres fuissent adducti, Hyrtacus ait ad illos: Nisi a vestro errore resipiscatis, in his flammis corpora vestra concremabo. Sancti spiritu sancto cōfortati responderunt: Nullę nos minæ, nel tormentorū timor, à sancto & iusto proposito reuocabunt, & parati sumus ad omnia pro Saluatoris nomine sufferenda. Sanctis igitur ad ignē, ut in illū mitterentur, accedentibus, ecce uentus validissimus de cælo ueniens, lignorum congeriem vndiquè succensam, tanto conamine impulit, ut dissoluta & in uarias partes diuisa, penitùs extingueretur. Quod videntes, multi ad fidem cōnuersi sunt. Videns autem impius Præses sanctos martyres duplici miraculorū splendore clarificatos, plurimos capite truncari pręcepit. Intereà sancti martyres, Vrsus cū sociis suis, utriusq; sexus homines doctrina & exēplis in fide confortabāt. Hyrtacus verò Præses, uir Belial furore plenus, super pontē prędicti fluminis sibi sanctos martyres iussit præsentari: ut eodem loco capite cæsos mox in alueū fluminis præcipitaret. Cæduntur ergò beati martyres, & in flumen præcipitantur, nec tamen longè à dicto ponte defluxerūt. Nā diuina misericordia (apud quā omnia possibilia sunt) suę mansuetudinis potentiā in eis demonstrauit. Non longè nanq; à dicto pōte, capita sua in manibus portantes, flumen egressi sunt, & ad locū, vbi nunc in honore ipsorū basilica fabricata est, peruenerunt. Mirabilia hæc, & mirabilibus mirabiliora succedunt. Sancti. n. martyres genua ad terrā flectentes, quasi ad unius horæ spatium, priusquam corpora sua de terra deponerēt, cūctis cernentib. orabāt. Orationi verò fine dato, corpora sua ad terrā dimiserūt, acsi dicerēt: Hęc requies nostra in seculū seculi. Veniētesq; surdi, cæci, claudi, imbecilles & paralytici, seu quacūq; infirmitate detēti, tāgebant corpora sanctorū: & subitā recipiebāt sanitatē. Energomeni quoquè seu dæmonib[us] obsessi, ad tactū sanctorū curabātur martyrū. Et vsq; in hodiernū diē, si fides petentiū nō titubet, per Dei gratiā curantur. Passi sunt autem Vrsus & Victor cum sociis suis apud Solodorū pridiè Calēdas Octobris, regnante Dño nostro Iesu Christo, qui est benedict[us] in secula, Amē.

Multi credunt. *Dum in ignē mittuntur, is extinguitur.* *Cæduntur gladio & in flumen præcipitātur.* *Manibus capita sua deportant ad locū sepulturæ.* *Stupendū miraculum.* *Psal. 131.* *Multi ægri curātur.*

VITA ET AGON SANCTORVM duodecim fratrum martyrum, per D. Alphanum Archiepiscopum Salernitanum versu hexametro edita.

Debuerunt autem poni hęc supra 1. Septembris, sed tardiùs ad nos allata fuere, quam vt id posset fieri.

EPISTOLA AVTHORIS Ad Roffridum.



VNDE nimis studuit tua nos reuocare voluntas,
Res leuis hæc, Roffride, fuit contenta meoque,
Et paucorū iudicio, quos nostra iocoso
Sæpè leuare solent multumq; poemata risu:
In quibus esse quidem valet omnis idoneus author,
Et facili poterit quod dicere conuenit arte.
At quod ferre iubes, non est tolerabile pondus,
Viribus & nostris æquum: nam si dabit ausum
Improbitas tua, mox facundia nostra uidebis
Quòd cadat in vitium, tibi nec fortassè placebit,
Quod tanto studio desiderioque requiris.
Præcipis historiam duodenùm scribere fratrum
Versibus herois veterem, sint vndè creati,
Et generis titulos, Fideique celebria facta.
Indè tyrannorum cum quo fortissima bella
Conseruere, quibusq; locis, quo tempore palmam
Martyrij, dignas & suscepere coronas:
Postque quòd Arethis magnus Princeps Beneuentū
Corpora diuersis sparsimq; iacentia terris
Transtulerit, nunc & quæ sunt, sepeliuerit æde.
Hæc magni repetis, quàm si mihi creditor esses
Æris, & es certè, tibi nos debere negamus
Nunquàm: sed vellem non his parere rogatis,
Si possem. Non is tamen es, qui cœpta relinquas,
Tèque sinas vinci. Parebo: iussio tanta
Excusabit opus, vel si non distet ab illis
Vni quæ tantùm Cicero vult esse legenda.
Tu prece continua multò studiosiùs insta,
Vt qui martyribus fuerat dux spiritus, idem
Horum me faciat tandem pro laude disertum.

VITAE HISTORIA.



APHRICA post Latium terrarum maxima quondàm
Egregios habuisse viros virtute probatos,
Viribus & summis præclaros pace vel armis,
Artibus insignes, terraque marique potentes,
Fertur, quos in Cannensi certamine victi
Romani sensere duces, quod mundus iniquum
Extimuit facinus. Iuxta, propiusque perennem
Tum fuit & miseram caput orbis Roma ruinam.
Hæc regio, postquàm Deus immortalis ab alto
Virginis in gremium descenderat, vndè salutem
Humani generis decreuit sumere carnem,
Sacra Redemptoris seruantem iura cohortem
Occultabat ob immites sine fine tyrannos.
Hic vrbs extabat Drumentum nomine dicta,
In qua magnus & illustris cum coniuge Tecla
Vir Bonifacius à Fescennինis erat armis
Indutus fidei, simplex & iustus vterque.
His tot erant nati numero, quot habent duo lustra
Annos, adiunctis annis super illa duobus.
Dictus Donatus prior est, Felixq; secundus,
Tertius (vt perhibent) Arontius est vocitatus,
*Quartus Honoratus, quintus *Fortunatianus.*
Hic, & de reliquis duo sunt, quos posse venire
Lex pedis in carmen prohibet: nam tertia quintum
Primaque postremum, sic hunc, qui septimus extat,
Syllaba de versus pellit statione secunda.
Hæc tamen his pedibus decurrere nomina fas sit,

Septēb. 1. Aphrica quondam probatorū virorū ferax.

Patria & parentes sanctorū duodecim fratrum.

*alias [illegible] [illegible]

*al. Saviniana. *al. Septimius. *Ianuari* *al. Satyrus.

Et liceat solitum ius soluere carminis huius:
*Non erit hoc vitium. Sextus quoque *Sabinianus,*
**Septimius septimus, octauus *Ianuari,*
Et nonus Felix, decimus Vitalis habetur,
*Vndecimus *Satorus, Repositus duodenus.*
Vos simul assiduè sanctam docuere parentes
Obseruare fidem, nec eos nisi quod didicerunt,
Scire volebant te natum de lumine, Christe,
Iustitiæ, vel virtutis quem semper amare
Est: cui sæpè parens hac voce locutus vterque
Accipitur: Iesu bone, qui sine labe vocaris
Agnus, quiq; nouo reparasti lumine mundum
Affectum tenebris, scelerum sub nube iacentem,
Fac sis natorum solita pietate misertus,
Quos monui seruire tibi, propriosq; dicaui:
Effice nè pereant, nec quenquam scire deorum
Fas sit eis præter te, qui super omnia regnas.
Iamq; probis ætas puerdes actibus annos
Sanctorum superare suo pro posse parabat.
Seminibus patrijs erat illis fertile pectus,
Frugibus vt segetum campus solet ingeniosus.
Instabat suprema dies, fundique larisq;,
Spernere quæque placet, quib⁹ in præcordia Christus
Spem dederat, quàm sit mundus potiora serendi.
Non socij, non cognati, non ille parentum
Qui solet affectus naturæ lege valere,
Plus reliquis retinere valent, Primumque fideli
Multos Pœnorum cœtus munimine verbi
A simulacrorum defendunt ignibus atris:
Indè velut totidem præclara micantibus horis
Illa dies, quam tunc ntissimus exhibet annus,
Cùm sol oꝺipedis sub tempore solstitiali
Prima tenet cancri vestigia, noctis opacas
Summis auxilijs radiorum summouet vmbras,
Sic statuunt proprijs à ciuibus exitialem
Pellere culturam celeri ratione, vel omni
Signorum virtute: Iouem nam quisque prophanus,
Et simul Alcidem vesana mente colebat,
Pontifices & eis solennè iure litabant,
Thure, quod Euphrates mandarat naue, Sabæo,
Omne domicilium fumabat dæmonis. Huc se
Proripiunt fratres, Cæco quid pectora, dicunt,
Turbine vestra nimis miseri confunditis vsque?
Num Deus Alcides natus Ioue? surdus vterque
Non habet, orantes qua vos exaudiat, aurem.
Disce creatori, non te factura creatis
Subdere, supremoque Deo persoluere vota,
Quæ tantis studijs das infernalibus vmbris.
Non valet opprobrium tantum sufferre sacerdos
Herculis, in medium veniens Florentius ira
Valdè commotus, magna comitante caterua
Pontificum, dixit: Cuius vos religionis,
Edite, vel quibus estis vos natalibus orti?
Cœtus ad hæc fratrum: Nostrum cultumq; genusque
Vera fides Christi decorat. Florentius inquit:
Ergòne venistis cultus reprobare deorum?
Nota nec Herculei sunt vobis Maximiani,
Alcidæ atque Ioui quæ perdunt iussa rebelles?
Hunc, quem constanter fertis vos credere, Christum
Innumerabilibus pœnis perire professi.
Talia dicentem fratrum sic turba refellit:

In fide Catholica à sāctis parentib⁹ instruūtur.

Omnia tēporalia spernunt propter Christū.

Multos, reuocāt à simulacrorū cultura.

Docēt nō esse sacrificandū dæmonijs.

Nulla fides, & nulla salus est prorsùs in orbe
*Præter quam colimus. *Quis nam Tirynthius iste,* * quam.
Et Iouis hic vobis poterit præstare salutem?
Quos etiam baratri Stygialis pœna tenebit,
Feruida Plutonis combures flamma perusti
Victima Vulcani fabricantis fulmina. Vester
Hic erit Augustus, quem Minos, vel Radamanthus
Omni iudicio condemnat. Vana quidem hæc est
Fabula vestrorum nugis comperta deorum:
At peiora satis vestros artus, animasque
Debita nequitijs tantis tormenta manebunt,
Quorum nullus erit post omnia secula finis:
Quosque putatis vt insanos vincique, moriq; Ioan. 5.
Tormentis actos, cælestis curia fertis
Vsque coronabit non deficientibus vnquàm:
Hos Deus in mundo, velut in fornacibus aurum Sap. 3.
Artifices docti, probat: horum spectat agones,
Et vincentibus his babitus meliora rependet,
Pro terra cœlum, modico pro tempore vitæ
Viuere perpetuum, pro natis cuncta polorum
Agmina, pro rebus paradisi gaudia summa:
Non sitient, non esurient, non percutientur Apoc. 7.
Sole, vel æstu, clamor, luctus, nou dolor vllus
Ampliùs ex illis quenquam turbare valebit:
Cumq; dies totum concusserit vltimus orbem,
Censores mundi Christo cum principe fient.
Maxima pars plebis, sanctis dicentibus ista,
Grande sacramentum fidei baptisma recepit.
Dic agè, Florenti, dat donatiua ministris
Alcides propriis, tantis aquanda triumphis?
Qui sibi, nec tibi defunctus valet auxiliari,
Vtq; suis verbis vtar, qui dura Leonis
Contriuerat facili, dum vinceret, ora labore,
Perculit & Cacum proflantem fortiùs Aetna,
Atque renascentem totiès prostrauerat Hydram,
Fregerat Anthæum procul à tellure retentum,
Quisq; suis omnem subiecit viribus orbem,
Non potuit vestis Centauri sanguine tinctæ,
Pellicis iunctæ, quam Deianira furore
Texuerat, solita virtute leuare dolorem.
Sic ait: O varios, validos & passe labores,
Non te Centauri, non Cerberus atque gigantes,
Non, quæ fudisti, mouerunt monstra, sed arte
Fœmineaq; manu moreris, furialis amictus
Viscera dilacerat, flatum pulmonibus haurit.
Iuppiter, in me nunc fulmen iace quæso coruscum,
Pascere, Iuno, meis, quas condis, cladibus: Hæc sunt
Quæ nimis inuiso decuit donare nouercam:
Eripe me vita, corpusq; laboribus aptum
Confice, non tibi iam de me sperare licebit.
Intereà Rhetor præclarus, philosophusq;,
Pòst martyr Cyprianus fungebatur honore
Pontificatus Ecclesiæ Carthaginensis.
Hic vbi tot fratrum sensit mirabile factum,
Orantem direxit eos ad se properare
Quantocyùs, patrio quos sic animauit amore:
Si respondendum vobis certantibus esset
Humana re, non etiam si cuncta darentur
Quæ sunt in mundo, morientes illa iuuarent.
Muneribus quis enim post mortem à talibus vsum
Expectat? Hæc quamuis se plus vtentibus ipsa
Durent,

Multi credunt in Christū & baptizantur.

S. Cyprianus Carthaginēsis Episcop⁹ ad martyrium eos animat.

Durent, intereunt tamen omnia: gloria vestra
Christus erit, Iesus merces, Deus ipse corona,
Quem iam confessi primordia religiosa
Fecistis: Constanter & hoc, quod restat, inite
Certamen: Corpus, crucis est quod morte redemptũ,
Non timeat fustes: Quòd si mortalia membra
Stringuntur nexu non spiritus ille ligatur,
Qui cælum scandit, carnis statione relicta.
Pœna breuis, gladius si guttur fregerit, omnes
Mœroris curas in gaudia longa remutat.
Vos dignæ proles, dignique parentibus orta
Estis, sicut in exemplo perpenditur almo,
Mat. 7. *Fructus nanque bonos bona semper germinat arbor.*
Postquàm sic dixit, cunctis ætate priorem
Donatũ presbyterũ, Felicẽ hypodiaconũ creat. *presbyterum fecit Donatum. Nec mora, Felix*
Hyppodiaconus est factus: quos intrepidanter
Vt tribuant ægris animis consulta salutis,
Accumulans fidei cultum cum pace suprema
Dimisit. Fratrum mox concio docta fidelis
Cunctorum morbos expellere cœpit ab vrbe,
Clarent multis miraculis ĩsti martyres. *Non medicinali ferro, nec melle, nec herbis,*
Vndè fit antidotum: Sed eis medicina probata
Christi nomen erat. Vim verbi non ferret huius
Languor: ad hoc teter tenuit quos spiritus artus
Effugit obsessos, sanctisque dicata potestas
Se quoquè pellendi quòd sit sermone, fatetur.
Hoc probat euentus. Quadam matrona senatrix
Nomine Restituta, domo plus, tristia multò
Signa ferens erat in vidua: spes vnica cuius
Filius immanes motusq; ferebat acerbos
Dæmonis. Hic pueri clamabat ab ore furentis:
Huc nisi Donatus, Felix, & cætera fratrum
Concio conueniat, non hoc à vase recedam.
Est ad eos missum: nam supplicium tolerare
Nati non poterat mater. Carthagine nondùm
Exierant missi, subitò cùm stare gregatim
Quedam matrona rogat sanctos fratres ut ey ciant dæmonẽ ab obsesso filio. *Inueniunt sanctos: dicunt mandata presauter,*
Vt placeat pueri tormenta videre, parentem
Solari propè casuram de limine vitæ.
Dat pietatis amor legatos esse sequendos.
Conuenere domos fiducia maxima fratres,
Ducentes secum pellentes dæmone curas.
Restituta suis complens clamoribus æthra,
Ante pedes horum lachrymando sorruit, orat
Donatum, potiùs quem nomine prodit iniquus,
Felicemq; sibi misereri, reddere natum,
Hostis quem vesanus habet, quem nocte dieq;
Afficit, & lacerat, suffocat, territat, arctat.
Cui sancti dixere: Deos quid posse putatis
Vestros? Cur non subuen iunt pueroq; tibiq;?
Nonne Iouem desuit succurrere casibus istis?
Cur hoc tale malum nec Apollinis arte leuatur?
Pauca Deodatus respondit ad ista Tribunus
Pacificis dictis: Vtinàm medicamina vestra
Prodessent, vt magnificè donis pretiosis
Donatos hodiè vos vrbs Carthago videret.
Sancta cohors visum tunc significando modestum
Talia spondentem sis est affata Tribunum:
Omnia quæ tellus, quæ pontus præstat, vt aer,
Vilia sunt valdè, nobis inhonesta putamus,
Et cunctis mortalibus: est hoc munere maius

Scilicet id, quo vera Dei titulatur imago:
Hic fuit eius naturæ, quò viuere semper
Deberet felix, ea sed vitiata prioris
Fecerat hunc miserum vitio natura parentis:
Quod fuit, est & idem, solumq; manere beatè
Desiit, & meritò pœnas hinc & cruciatus
Sustinet æternos tandèm mens, carne relicta:
Cui nisi morte sua mundi spes vnica Christus,
Amissam nullus potuit reparare salutem,
Ad quam credentes ducit, reliquosq; perenni
Concremat igne. Parùm nè videtur, ab exitiali
Hos reuocare via? Ne nos certamus in ista,
Hic labor incumbit, plùs omni munere nobis
Ista placent, pluris facimus, quàm corpora, mentes.
Vos hac, quæ cinis est, tantùm de carne timetis,
Est quæ gemma, nihil pueri de mente doletis.
Spondeat hinc mater simulacra nefanda relictum
Ire, creatori seruiturumq;, videbis *Spondent se eiecturos, si ea credere uelit.*
Quod dæmon fugiat, puerum nec torqueat vltrà.
Mater sic, potuit quàm festinantiùs, inquit:
Ex vobis quoniam pendet mea vita, salusque,
Spondeo facturam me iam quodcunque iubetis:
Confiteor Christum vestrum, quod protinùs omnis
Nostra domus faciet, tantùm mihi filius esto
Sanus. Nonne satis paucis dixisse videtur?
Itur ad auxilium pueri, precibusq; seorsùm
Atque diutiùs instatur. Promissa manentes
Intenti sunt conciues hinc, indè clientes,
Mater & illa sui nati confecta ruinis,
Sat tempestiuam feram putat esse medelam.
Surgit Donatus, fit lecto proximus ægri,
Et dixit: O Deus æternorum Christe creator, *Ecce orationis verbas.*
Qui prolem Chananææ pœnis eripuisti
Talibus, istius miseræ miserere dolores,
A te solamen, quod puro corde requirit,
Annue: progeniem proprium columenq; decusque
Dæmonis à laqueo tetri dissolue maligno.
Finierat. Subitò rugiens ferus exilit hostis,
Iudiciumq; sui nullum fugiendo relinquit. *Expellit damõ ab obsesso.*
Insonuit lætata domus clamoribus: illuc
Vndiquè consursum fuerat: memorabile factum
Sanctorum populi tollunt ad sydera plures,
Tale nihil quenquam dicunt fecisse deorum.
Sanatus terræ prostratus femina vita
Postulat æterna, quæ mox data suscipit ipse. *Mater cũ filio credit.*
Tunc mater Christo (Quid enim dubitaret?) adhæsit,
Et quod promisit, compleuit mente fideli.
Tum magnam populi diuina potentia partem
Traxit ad immensum patriæ cælestis amorem.
Hincq; suam fratrum repedat conuentus ad Vrbem,
Robore quassatas mentes firmare virili,
Nève labent, fidei fortes opponere muros.
Auribus hoc iam Roma suis, quibus omnia, sẽsit,
Et scelus approbat, atque nefas contemnere sacra
Tarpeij Iouis & magni ius Cæsaris ipsum:
Hostiles animo motus & iurgia captas
Non odij veteris, non cædis, non aliquantùm *Valerianus venit Carthagi nẽ ad inquirendũ sanctos martyres.*
Abstilet irarum, tanquàm Barchina propago
Pullulet, & porta modò sit cernenda Latina:
Disponit gladios, sanctorum viscera ferro
Præcipitem præceps scrutatum, Valerianum

Dirigit: implent vt Carthaginis omnia plausu
Mœnia, tympana cum citharis, & barbitus, Vrbis
Præfectum venisse docent. Is tristis ad ædes
It Restituta, nam linea sanguinis alti
Regibus ex atauis inerat communis vtrique.
Clauserat illa domum sonitu concussa senatrix,
Officiumque Deo gratum, præconia laudis
Christicolis coniuncta choris, immensa ferebat.
Hanc ità Præfectus verbis affatur ineptis:
Ni consanguinitas, qua iungimur, ipsa vetaret,
Sacrilegam noster gladius te iure feriret,
Et fieres canibus, truncato vertice, pastus:
Euacuas leges, quibus est & subditus idem
Terrarum dominus Cæsar: libamina spernis,
Quæ teretem stabili conseruant fœdere mundum.
Quis tua vipereo cordis penetralia virus
Infecit? Quis & illustrem natalibus, atque
Forma, diuitijs, & sensu præcipitauit
Crimen in obscœnum? Veneris plùs luce corusca
Ora quis obduxit tenebris? Vbi vestis & illa,
Quæ solet aurato plumata nitescere cocco?
Quò vela borabas, vbi sunt gestamina cultus?
Non video digitos solito radiare hyacintho,
Vlla nec in flauos rutilantia serta capillos:
Te tam detectam, tam vilem, tam tenebrosam
Numina fecerunt, hæc numina spreta rependunt.
Dixerat. Illa refert: Horas Præfecte fuisse
Me patris atque viri cùm diuitijs opulentam
Exoticarum rerum, tum fundis, domibusq;
Omnia penè dedi pro dulci prole tuenda,
Atrox quam dæmon vexabat. Non ego Ianum,
Qui nunc Clusius est, nunc ipse Patultius idem,
Ridendum numen, donaui cum sale farre?
Et taricis Aristeum, bone culta Priapum?
Herbiferique rudi seruantem ruris asello?
Semicaprum capro Faunum? Titanaq; tauro?
Alcidem raptus? causis immanibus orcum?
Mille Iouem vitulis? totidem te falcifer agnis?
Nonne racemifero feci solennia Baccho?
Multotiès etiam Veneri, Cererique litaui:
Sed mihi poscenti non affuit vllus eorum.
Proh pudor à quibus auxilium decepta petebam,
Quorum pars stupris, pars cladibus antè vacabat,
Et furtis: alios Regno terrisq; repulsos,
Exutos alios, omnes & morte retentos
Nouimus. Est sed vera salus medicinaq; Christus,
Qui me seruauit, natum saluauit, auerni
Faucibus abstraxit, meritis precibusq; suorum
Sanctorum, dæmon quoi pessimus omnibus horis
Nomine clamabat, quos & virtute ferebat
Præcipuos. His auditis, Præfectus iniquus
Inquit: Dic vbi sunt hi, quàue morentur in vrbe.
Cui sic illa refert: Drumentinis potiuntur
Hospitijs. Victorem mox accire Tribunum
Præfectus iubet, & Drumentum dirigit, ista
Mandans: Perge celer stipatus milite, sanos
Et fratres blasphemantes decreta deorum
Omnimodis inquire, repertos colla catenis
Nexos, fac nostrum præsentes ante tribunal.
Victor ad hoc animo faciendum tendit eodem
Quo directus erat: sed talibus excidit ausis

Restituta matrona Valeria ni cognata.

Ea docet, Christū filiū suum liberasse a dæmone per meritasāctorū fratrū, deos verò gētium nil posse.

Victor tribun' mittitur ut cōprahēdat martyres.

Aetherea virtute repressus, repperit omnes
Orantes, vultum quibus intulit ipse minacem,
Hæc referens: O turba deis inuisa supremis,
Vos hominum crimen, quo certiùs omne piatur,
Spernere libamen populos suadendo docetis.
Donatus respondit: Auarum spero putares
Plenum diuitijs, si nil conferret egenis:
Rebus abundamus, quas vos & habere deceret:
Hæ sunt cælestes, damus has cupientibus omnes,
Spontè Deo viuo qui colla tumentia flectunt.
Victor ad hæc: Pòst ergo Iouem qui credat et acre
Non erit Alciden, si cuncti credimus istum
Esse Deum solum, quem dicitis. Indè beatus
Donatus dixit: Ratione probabimus apta,
Hos, Victor, non esse Deos. Hominum prior ætas
Antè pererrato quàm cœli filius orbe
Saturnus naui Tuscum venisset in amnem,
Montibus & syluis vitam ducebat, agrestem,
Moribus & tectis, potuque ciboque ferarum.
Hic docuit tam dispersos & legibus uti,
Et ratione frui, Latium merito que vocari
Italiam, cuius tutus latuisset in oris.
Indè rudis Regem diuino cœpit honore
Laudibus & summis extollere concio, vel quòd
Struxerat huic animos humanis cultibus ipse,
Vel quòd adulanti sibi præmia grata ferebat.
Deniquè sic charus proprijs cùm ciuibus esset,
Mortuus effigie quò donaretur acerna,
Est visum populo, quæ testaretur amorem,
Imperiumque sui: quem posteritas coluisse
Dicitur, ut cupidos faceret de more sequentes
Ad benè regnandum. Sic India maxima Bacchum,
Creta Iouē, Venerē Cyprus, plebs Delphica Phœbū,
Nobilis atque Samus Iunonem, Troiaq; Martem,
Alciden Lindus, sacrauit Roma Quirinum.
Vt reliquos taceam, Saturnum pectore sano
Esse Deum censes, qui nati cesserat iræ,
Qui pulsus Regno fugit, latuitque tot annis?
Quòue modo credis non vim morremque timere,
Qui fugit, ut lateat? qui nullam speraț habere,
Ad pelagi fluctus nisi confugiendo, salutem?
Quis Deus hic erat? Hinc sequitur, quod celsa potestas
Natorum non sit, cùm non fuit vlla parentis.
Ergò nec Alcides Deus est, nec Iuppiter ipse.
At verè Deus est, cui nulla superflua, nulla
Imperfecta valent, aut extera, prorsùs inesse.
Hic de materia nulla, nec pondere quouis
Mundanam molem tam mira condidit arte,
Casibus addictam nullis, sed creditur eius
Perpetua ratione regi, virtute tueri.
Hunc homines infelices cognoscere nolunt,
In simulacrorum dum corda superstitione
Deponunt, & sublimem, quem conditor idem
His dederat vultum, quo possent cernere cælum,
In terram flectunt potiùs, quærunt q; deorsùm
Quod debent sursùm. Quantùm sit mente minutus,
Dicere quis poterit, statuas qui poscit, & orat?
Atque die toto suspirat, supplicat, adstat?
Assidet illis, siue stipem iacit, aut litat? Et cùm
Suspiciat santo studio, qui fecerat illas,
Contemnit fabrum? Quæ res peruersior ista,

S. Donat' probat Iouē et cæteros falsos esse deos.

Ostendit hunc esse Deū, qui fecit cælū & terrā.

Si statuarius eijcitur, statuæ venerantur,
Quique deos fecit, votis non poscitur vllis?
Quamvè potestatem, quam vim retinere valebunt,
Cùm qui fecerit, haud habeat? Sed nec faber illis
Quos habuit sensus, audire, uidere, aliosquè
Ferre quidem potuit. Viuum, qui viuere quærit,
Esse Deum credat: Moriatur nanque necesse est,
Qui se defunctis adiudicat. Est tibi, Victor,

Miratur Victor, deos supplicibus dare responsa.

De Ioue, vel reliquis dubitatio qualibet? Vna,
Victor ait, tantum: cur effigies dare possunt
Supplicibus responsa suis? Nam quòd deitatis
Nil habeant penitus, facili ratione probasti.
Donatus dixit: Res, de qua consulis, hæc est
Humani generis deceptio, perniciesque,
Vnde quod emergat, rationem si cupis, edam.
Has prius in species quàm pontus, terra, polusque
Extarent, opifex rerum Deus arte suprema
Composuit Cherubin, Seraphin, necnon aliorum
Agmina spirituum: quos inter condecorauit
Sic mirabilius, sic & preciosius vnum,
Eius ad ornatum reliqui quasi vestis ut essent,
Quo preciosa nimis tantorum gloria longè
Præcipuum faceret, cui non æquabilis esset.
Qui cùm sic inter sociorum castra niteret
Perspicuè, stella velut inter Luna minores,

Luciferi casus cũ suis adhærentibus.

Mox maiestati diuinæ, qua fuerat tunc
Inferior tantùm, similem se posse putauit
Atque parem fieri. Sed quid latet Omnipotentem?
Dum cupit hæc, cecidit, secum deiectus & ordo
Nequitiæ fuit eiusdem: genus vnde creator
Protinùs humatum finxit tellure madenti,

Homo creatur, vt possideat diaboli locum.

Cui patriam, decus, & lucem præberet eorum:
Id quoquè militiæ bonitatis amore ligatæ
Aequandum numero decreuit prole futura.
Principióque uirum cum coniuge protulit orbi,
Et posuit medijs paradisi in fructibus, illi

Gen. 2.

Mandans, Ex omni paradisi vescere ligno,
De ligno verò nè mande boniqúe, maliqúe,
In quo consistit nocitura scientia vitæ,
Mortis & intentans pœnam, si fortè fuisset
Hæc transgressus homo. Sed apostata spiritus ille
Vidit, & inuidit, doluitquè, quòd vnde superbus
Decidit, humano generi locus ille daretur.
Tunc oculis Eua dirum se vertit in anguem,
Arboris & vetitæ ieiunia soluere fructu,

Peccat homo seductione diaboli.
Gen. 3.

(Res erat hæc etenim pulcherrima) suasit, & illa
Decepit decepta uirum: mox deliciarum
Cum consorte loco caruit, vitamquè perennem
Qui fruiturus erat felix, nisì culpa fuisset,
Præcepti, pœnæ, vel muneris immemor idem
Perdidit, & mundo regioni mortis adhæsit.
Hoc ità confuso, lamentum, mæror, & angor,
Et dolor, obtrectatio, desperatio, luctus,
Aerumna, angor, solicitudo, molestia, languor,
Et metus, atque pudor, pauor, exanimatio, terror,
Ira, libido, odium, discordia, si qua uel huius
Sunt generis, genus omne suum cepere: priusque
Post protoplasti delictum pestifer egit
Angelus immensum facinus liuoris iniqui,
Perderet vt frater fratrem. Scelus indè, nefasquè
Crimen, & omne malum Domino cæliqúe soliqúe
Inuisum docuit populos, tantumquè subegit

Dæmon omnē docuit adorare simulacra per quæ respōsa ei dedit.

Hos, vt adorarent, spreto factore, creata,
Aera scilicet, & terram, pontumqúe, polumqúe,
Ignem, sydera, stellas, fontes, flumina, ventos,
Et nemora, & lapides, immania monstra ferarum,
Vel quicquid solus poterat: statuasq; deorum,
Per quas deceptis responsa nociua referret,
Instituit, iussitque coli, sic impulit illos
In barathrum mortis, quo se miser excruciandum
Nouerat æternum. Fuit hoc miserabile cunctis
Ius mortalibus impositum, dum cunctipotentis
Filius, humanæ summa pietate ruinæ

Lapsus homınis per Christum reparatur

Compatiens, mirabiliter de Virgine carnem
Sumpsit, & effuso precioso sanguine priscum
Soluit delictum, culmen credentibus atque
Præbuit, undè priùs primi cecidere parentes.
Hinc est, quòd Sathanas doctissimus arte nocendi,
Nam nec momento desistit perditus vno
Exercere nefas: regesque, ducesque, tribunos
Christum confessis multos facit esse tyrannos,
Vt pereat secura fides, quam sæpè doloris
Interitusque sui causam videt esse secundi.
Hic tuus, ô Victor, Iouis est, Saturnus, Apollo,
Hic Cyrrhæa quidem secreta retexit, & iste
Anseris horrenda Capitolia voce tuentis
Ignauum numen peiores vtpotè cunctis
Gentibus edocuit dominos seruire Quirites.
Nunc agè, nè cæcus furor hic te perdat & error

Credit Victor cum suis militibus in Christū.

Tantis supplicijs, ex toto corde fatere
Esse Deum Christum, sacroque renascere fonte.
Victor vt à cuncto fratrum pia dicta senatu
Hæc sensit, cum militibus diuina salutis
Perpetuæ lætus suscepit munera. Longo
Cumque moram vetitam fecissent tempore, plures
Qui caperent illos Præfectus misit, & omnes
Compedibus nexos Carthaginis arce retrusit.
Iamq; dies alius comitantes ocia somnos
Expulerat, roseis solaris stella quadrigis
Ibat in excelsum, sibi cùm iubet ante tribunal

Sancti martyres ad tribunal Præfecti sistuntur.

Adduci sanctos acer Præfectus, eosq;
Increpat his uerbis: Summosq;, hominesq;, deosq;
Iure quidem ratebar studijs huc vsque colendos
Omnibus, irrita nec digitis incendere thura,
Vana nec orantem me soluere uota putabam.
Vos (vt comperimus) nixu quocunque ualetis,
Exhibitos superis tot religionis honores
Temporibus cunctis, contemnitis, esseq; nusquàm,
Nescio quo pacto tamen, hos impunè probatis.
O quotiès quotiès esset mihi cultus inanis
Victima perniciem, sed non latura salutem.
Talibus ipse fidem forsan nugis adhiberem,
Ni Iouis auxilijs mundus confideret omnis,
Illius & nutu Romana potentia semper
Mitteret indomitas sub fortia fœdera gentes.
Sed uos obtestor per cæli numina, qui nunc
Orbis ad exitium scelus hoc defenditis, vndè
Improba tam dirum primùm mens ista venenum
Hausit, & Herculei fœdum plùs sanguine monstri?
O pietas innata deis, quæ sola furentes
Blasphemosq; reos non mortis damna ferendo
Perdit, sed patria tantùm bonitate monendo

Suffert:nam meritò vos iam palus illa teneret,
Quæ negat afscensus inferna petentibus umbris,
Si quenquam superis hæc ob maledicta placeret
Perdere. Deniquè nos, quibus est iniuria nulla
Auribus iratis non admittenda deorum,
Dignos supplicijs decernimus omnibus illos,
Qui contra patrias leges pia sacra refutant.
Sacrificate deis, cesset vesania uestra
Vltrà diuinos animis audacibus, auxit
Quos dominus Cæsar terrarum, soluere cultus.
Sin aliter, per Cæsaream tormenta salutem
Præcipites acerrima uos sub tartara mergent.
Maximus hic furor est, insania maxima, crimen
Grande, scelusq́; nouum, cælestia numina cuidam
In cruce crudeli postponere morte perempto.
Finierat. Retulit Donatus uerba quieto
Pectore, corde pio, facie uultuq́ue sereno,
Fratribus adnitentibus: O Præfecte, refelli
Egregiũ S. Donati ad iudicẽ respõsum.
Quàm facilè possis, conflictus hic ipse docebit.
Sacra deis uestris nunquàm facimus, neque thura
His incendimus: hunc proprijs infundat amorem
Supplicibus, quibus auxilium Tarpeius opemq́ue
Fert Iouis ille suam, solito qui fulmine rupem
Terret: non odium nobis valet eius obesse.
Non amor ipse quidem, non trux valet ira timorem
Addere: si qua tibi uis est, licet experiaris
Vtrum dæmonibus possit plebs credere Christi.
Sed uolumus te nosse, quòd hoc certamine cuncti
Possumus occidi, uinci non possumus, & quòd
Defunctus nostrum fuerit quicunque, superstes
Fortior apparebit, erit uictoria nostra,
Virtus nostra, uigor noster, nostrumq́ue trophæum
Crux Christi, quod polluto scelus ore uocasti.
Fustibus cæduntur SS. martyres.
Infremuit Præfectus ad hæc: Tunc mandat in oẽs
Fustibus hos animaduerti. Constanter ad ictus
Corpora multiplices tenduntur sacra, cutisq́;
Scinditur, atteritur caro, sanguis defluit, ossa
Franguntur, nudantur uiscera, spesq́ue, fidesq́;
Et dilectio sola manent, quæ tam cruciatus
Immanes superant: tantùm sunt dulcia Christi
Præmia militibus. Post ista pericula tetro
In carcerem detrudũtur.
Carceris & diro sancti religantur in antro,
Vt regi, si res sinat, omnes Maximiano
Repræsententur: media cùm nocte repentè
Cælesti fulsit custodia lumine, quod non
Lumina custodum ualuerunt ferre, sed unus
Ex his dum studiosiùs intendit, profitetur
Angelus Domini dissoluit eorum uincula.
Amisisse suum: factumq́ue stupentibus ipsis,
Angelus in tantis fulgens splendoribus inquit:
Misit me Dominus dissoluere uincula uestra.
Dixerat, & subitò, quibus arctabantur eorum
Colla, manusq́;, pedes, ruptæ cecidere catenæ.
Tota ciuitas hoc mouetur miraculo.
His mirabilibus Carthago superba mouetur,
Exultat populus, collaudat & omnipotentis
Christi virtutem, sanctos ueneratur: iniquum,
Immanem, sæuum, uiolentum, carnificemq́;
Dicit Præfectum, cuius furor impietatum
Transcendit metas, humana rupit & ipsa
Fœdera naturæ, quem mentis non pudor ullus
A scelerum tanto ualuit reuocare reatu.
Senserat attonitus populari uoce tyrannus
Ciuibus execrabile factum displicuisse,
Mœnibus atque uiris illustrem fortibus urbem
Coniurare timet, vel, quod solet ipsa, rebellis
Nè fiat, nè plus noceat, ne deniquè contrà
Arma furor reparet, timido tum pectore curas
Colligit ingentes: & secum mente volutat,
Quid sit opus facto, nec eum suffragia possunt
Vlla, fugam præter, causa quacunque tueri.
Fugit Præfectus noctẽ media assũptis secũ sanctis fratribus.
Noctis ad ingressum nauem de littore solui
Secretò iubet, & trucius dubium variumq́;
Carpit iter pelagi, nocturna silentia rixæ
Eripuere metus, & cuius luce potiri
Non potuit, tandèm tenebroso tempore sumpsit
Noctis amicus opem: nullum formidinis vltrà
Stare locum reputauit amens, sed perdere sacra
Intrepidus sæuis deuouit corpora pœnis.
Prospera gauisi, sicut rebantur, in altum
Vela dabant nautæ, procul & Carthaginis alta
Mœnibus abducti gratam tribuere quietem
Corporibus fessis: subitò cùm turbidus Auster
Aëra concutiens rutilantia luce serena
Sydera condensis & nubibus abdidit atris,
Flatibus horrisonis uasti maris unda procellis
Intumuit. Trepidæ nauis tunc rector in omnes
Periclitãde uita, angitur maximis fluctibus.
Clamat, ut euigilent, pelagiq́ue proteruia, monstrat,
Quanta paret, totũq́; polum Zephirisq́; notbisq́;,
Et mare confusum, uescit qua parte carinam
Obuertat: ferit hanc contrarius vndiquè uentus.
Ensifer Orion sydus trepidabile nautis
Solus habet cælum, dux quæ solet esse viarum
Congrua temonis non lucet stella minoris:
Omnibus efficitur momentis sæuior ira
Ponti: puppe, simul prora dextraq́ue sinistra
Intrat parte fretum, desperat quisque salutis
Auxilium. Iam Præfectum suprema minantem
Pœnitet aufugij, superos, Acherontaq́; poscit,
Votaq́ue decernit non perficientia quicquam.
Vertitur ad sanctos, si fortè iuuamina ferre
Poscit sanctorũ suffragia.
Possent in tanto casu: tandèm vocat omnes
Nominibus fratres, rogat hos, oratq́; superna,
Quam profitebantur, uirtute fugare procellas.
Cui mox arcano sic reddunt pectore voces
Donatus, Felixque sacras: Præfecte, nocentem
Si te numinibus, quæ cunctis excolis horis,
Omne scelus faceret, non plùs irata nocere
Deberent meritò tibi, quàm tot mortibus ultrà:
Nec dici fas est, ut iusti quidlibet in se
Obtineant, operantibus illis si modò credas
Euenisse nefas tantum: sed credere quenquam
Mente quidem sanum nequaquàm posse putamus,
Vt bona, uel mala, quæ non sunt, tua numina præstẽt.
Ergò superstitiosa nimìs cultura recedat
Prorsùs, & à solito læsum libamine pectus
Promittit se crediturum Christo, si per sanctorũ orationes possit liberari à periculo.
Fac cures, Christumque colas, simulacra refutes,
Vt quòd te pudeat quæ dæmonis arte maligna
Feceris, hinc certè maris indignatio cesset.
Et Præfectus ad hæc: Mihi res hæc iusta uidetur,
Numen adorari, quod tanta pericula soluit:
Nec tam praua mihi mens est, nec dira voluntas,
Vt cuius fuero liber uirtutibus, illi
Ingratus fiam: tantùm nè corpora nostra

In tumidis tumulare suis mare possis iniquum,
Scilicet horrendo nè belua qualibet ore
Sorbeat, efficito precibus, Sic fatur: at illi
Protinùs incipiunt aures pulsare tonantis
Vocibus his: Elementorum dominator & author
Christe Deus, cui tam pelagi, quàm cætera rerum
Inclinat natura caput, quæ prodere nunquàm
Præter te potuit, proprias nec condere vires,
Has ponti depelle minas, non iusta tyrannum
Vltio, tot miseros non insipientia mergat,
Quamuis hoc meruisse suo pro crimine certum
Sit, tamen his emptis precio maiore cruoris
Vt faueas instare licet, tu fons pietatis,
Spes solaminis, auxilii fiducia, vitæ
Subsidium, portus requiei, semita pacis,
Irradia miseris, pereuntibus auxiliare,
Erige labentes, mergentes excipe, sicut
Quondàm discipulos his casibus interituros.

Vide mirum orationis effectum, qua fugat marinas procellas.

Talibus in dictis condentia nubila cælum
Discedunt, vltrà nec tangere fluctibus audet
Aequoris ira ratem; leni componitur aura
Tunc facies pelagi, tumidi maris unda paludis
Efficitur stagnum. Iam fletus omnis amaros
Nauita compescit, gaudetq; timore fugato,
Se nimis horrendæ mortis fugisse ruinam
Sanctorum meritis, multique repentè secuti

Adscribit noufrag° Præfectus hoc miraculum Ioui.

Sunt Christum: solus mendaci clamitat ore
Præfectus, virtute Iouis pacata videri
Aequora, seq; Iouis tantùm munimine tutum,
Atque reseruatum patriæ, conciuibus, aris.
Acta ratis velo, iuuenum validisq; lacertis,
Felici cursu Siculis allabitur oris:
Præcipitis memores fluctus, mirabile dictu,
Hesperiæ tetigisse solum, littusq; tenentes
Optata potiuntur homo, spatiantur arena.
Indè venenatis tentat configere telis
Alloquij Præfectus amens penetralia casta
Sanctorum, stabili promittens fœdere, tantùm
Sacrificare Ioui placeas, fore semper amicos

Nutritur blanditijs eos reuocare ad idolorum cul turam.

Cæsaris, auctos diuitijs & honoribus illis,
Quos nouit patribus Romanis ferre senatus.
Nil agis, ò Præfecte, putas corrumpere verbis,
Quos noris pœnis nullis potuisse moueri.
Inconcussa fides non excutietur ab illis
Verborum phaleris, quam nec mucro remouebit,
Cùm ceruicibus institerit vibratus eorum.
Viribus hinc iterùm nautæ pro tempore sumptis,
Altiùs æquoreas trepidantes ire per vndas
Proponunt, littus remis pulsare sinistrum,
Perq; Syracusios portus, Catinosq; meando,
Messanos tandèm, ventis spirantibus, intrant.
Hincq; renascenti tenebris Phaethonte repulsis,
Regia Lucanis vrbs nobilitata colonis
Hos recipit: nec iam Præfecto, credere ponto
Seq; suosq; placet: via quæritur altera nulli
Cognita nauigio, tunc Imbritiamq; Locrosq;,
Quaq; Cusentinus suaues ager efflat odores,
Linquunt præcipiti cursu Scyllæaque rura,
Et mare Tyrrhenum, Calabrosq; notantia fines
Sanctorum sensere pedes, sensere catenas
Colla recuruantes gemmis meliora vel auro.

Extimuitq; duces Aphrorum nomine prisco
Drumentina phalanx, fortesq; potentia vidit
Atque triumphantes distinguens Apula rura
A Calabris & Lucanis. Vbi uerba Tyrannus
In fasto recisanda die, reticenda nefasto
Sede tribunali dicturus, quatuor ex his

Quatuor fratres citantur ad iudicis tribunal.

Officio citare iubet, qui sic uocitati
Sunt, Arontius, Honoratus, Sabinianus,
Et Fortunatianus, quos conuenis amicis
Dictis: O quotiès monui uos cultibus uti,
Quos, sua post superos qui dat moderamina mundo,
Magnus amat Cæsar: si non insania uestram
Confundit mentem, uel nunc parete supremis
Thura cremando deis. Cui sic Arontius inquit:
Vt dijs sacrifices nostrum quem torseris, optat
Pro Christo plecti, quàm uiuere pro simulacris.
Vix benè desierat, reliqui cùm torua minanti
Præfecto referunt: Aliud nil dicimus ultrà,
Nec fasimus, quàm quod fratris uox sacra probauit.
Indignatus ad hæc uesana mente Tyrannus,

Gladio caduntur prenominati quatuor.

Hos iubet occidi quintæ sub luce diei
Ante kalendas Septembris. Pòst in Venusinam
Vrbem, alia redeunte die, uenit: hic quoquè fratres
Hi, Septimus, Felix, Ianuariusque,
Consolidata sibi fidei documenta tenentes,
Et manifestantes uirtutum præmia Christi,

Item alij sex, diuersis tamen temporibus.

Caduntur gladio sub eadem luce. Recedens
Indè Tyrannus Velinianum tendit, ibique
Plenus quæsitis epulis, terraque marique,
Et uino, quod gemma capax aurumque ferebat,
Plùs sed adhuc sitiens humani sanguinis haustum,
Ante recumbentes allatos decapitari
Iussit Vitalem, Satorum, Repositumque,
Virgine sub quarto solem referente Kalendas.

Vides sanctorum animas post mortẽ recipi in cælo?

Vltima lux magno finem positura labori,
Magnanimos summosque duces, & robora belli,
Ad quæsita diù poscebat præmia, cæli
Regia signiferi reliquos exceperat omnes.
Congaudete polo celebres, quos celsa triumphis
Curia supremis inter sua sceptra locauit,
Patritios fecit, Dictatoresque creauit,
Non, Capitolina uelut est in rupe statutum,
Semestri spatio, sed tempore perpetuali.
Nam neque diuinis humana potentia rebus,
Nec honor æterno breuis est æquandus honori.
Consulis ad culmen tendentem cura senatus,
Plebis & assensus magnis maioribus indè
Erigit officijs, intercurrentibus annis,
Et maiestati tantæ sic præbet honorem,
Vt tamen his solo non ampliùs imperet anno.
Egregius Christi miles semèl omnia sumit,
Omnia semper habet, prætoria iura, curules
Sedes, & summos apices: non temporis illi,
Non alius casus, non ius, non ulla potestas
Auferet imperium. tanti sunt quippè uigoris
Præmia perpetuis non deficientia gazis.

Venit Ecanam tyrãnus cũ duob fratribus superstitib.

Euolat intereà Præfectus uersus Ecanam
Vrbem, quam uulgus mutata nomine Troiam
Dicit, & in fundo quodam remoratur eundo.
Huius erat fundi perpaucis auribus usa
Fama priùs, sed martyrio præstante decorem,

MARTYRIVM SANCTI ET GLORIOSI APOSTOLI ET MARTYRIS ANANIAE,

Authore Simeone Metaphraste.

1. Octobris iuxta Metaphrasten: Latini eũ habẽt 25. Ianuarij.



VM impius Lucianus in partes Orientis in Bethagabre Eleutheropolis missus fuisset ab ijs, qui non minùs tunc susceperãt idolorum insaniam, quàm sceptra imperij, res Christianorũ indagabantur maximè. Hic ergò Lucianus sedens pro tyrannico tribunali, vel ante facta verbis spirabat vehemẽter, mala Chistianis, vt ità dicam, fabricãs. Literæque & edicta per totam peruadebant ditionem, vt qui nollent quidem sacrificare dæmonibus, confiterentur autem Dominum nostrum Iesum Christum verũ Deum, & cum enlerent, non solùm acerbissimis subijcerentur supplicijs, & per ingem, bestiam & mare, & uniuersam aliam malorum speciem mortem sobirent: sed etiam, in alienam regionem proijcerentur sacra eorum corpora, canibus & bestijs proposita ad deuorandum: & nec in sua quidem patria consequerentur sepulturam. Ananias ergò diuinus Domini Apostolus, qui erat ipse quoquè unus ex septuaginta discipulis, diuina quadam uirtute, & quæ sub adspectum non cadebat, visione ex Antiochia, ubì Christiani prima ditatus fuerat appellatione, venit Damascum, ut nec ipsa esset expers seminum veritatis, & fructus produceret pietatis.

Ananias ex 70. discipulis unus. Act. 11.

Interim autem Saulus aduersùs chorum Apostolorum magis magisque parturiens, qui & minis in ipsos intolerabilis, & magna pèrcitus erat inuidia, rogauit Pontificem, ut mitteret epistolas ad eas quæ illic erant, synagogas, vt qui Christianorum opinionẽ tenere statuerant, vincti & sub custodia uel inuiti ducerentur Hierusalem. Illud autem sapienter administrãtem habuit prouidentiam, quæ etiam solet eminùs deijcere semina occasionum, quandò nouit id, quod est euenturum, tendere ad aliquod bonum. Ibat itaq; Saulus Damascum, & cùm iam appropinquasset ciuitati, uidet lucem cælestem, & humi procidens, audit: Saule, Saule, quid me persequeris? &, Surge, inquit, & vade ad ciuitatem, & dicetur tibi, quid te oporteat facere. Et cùm surrexisset quidem, aperti erant eius oculi: neminem autem videre poterat. Sed ille quidem deductus, ingressus est Damascum. Tunc dixit ad Ananiam in visu Dominus: Vade ad uicum rectum, & Saulo Tarsensi manibus impositis, aufer ei nubem ab oculis. Nam is quoquè erit mihi uas electionis, & portabit nomen meum coram gentibus, & principibus, & filijs Israel. Venit ergò diuinus hic Ananias, sicut ei dictum fuerat à Domino, & Saulo rursùs reddit videndi facultatem. Non sunt autem singula persequenda, cùm hæc liceat scire ea Actibus ei, qui voluerit. Ille autem & traducitur ad pietatem, & nomẽ simul mutat cum moribus, ea Saulo Paulus appellatus, & ascendit in tertium cælum, & obit orbem terræ prædicans Euangelium, effectus tantus amore in Christum, quantus priùs existimabatur rabie aduersùs Christianos, robur corporis & animæ magnitudinem per utrunque ostendens. Sic ergò Ananias, cùm Paulum ad ueram deduxisset uitam, & dupliciter illuminasset, & cum hac, quæ uidetur luce, eam quoquè,

Act. 9.

S. Ananias Paulo Apostolo manus imponit, & uisum restituit.

Magna mutatio S. Paulo Apostolo.

quæ intelligentia percipitur, ut Christum videret, præbuisset, ibat per Bethagabre prædicans Euangelium, & ueluti quadam rationis participe sagena, diuina scilicet doctrina, omnes, in quo incidisset, trahebat ad Dei agnitionem.

Cùm in his autem versaretur, comprehenditur ab ijs, quorum erat munus venari Christianos, & ad filium tenebrarum, nempe Lucianum Præsidem, deducitur. Ille verò statim quidem præsidet in frequentissimo theatro: uirum autem plurimùm admiratur, ut qui uideret pulchritudinem quandam ipsi ad spectu apparẽtem, & linguam multis scatentem gratijs. Hęc cùm vidisset, confugit ad personam benignitatis, & simulat mansuetudinem, intùs multam occultans feritatem, & sermonem conuertens ad hylaritatem: Crede mihi, inquit, o Anania, consulenti ea, quæ sunt tibi utilia, & cum nostris dijs fœdus iniens, nega eũ, quem prædicas, Crucifixũ, nec efficias, ut hæc pulchritudo, quæ est adeò digna ut spectetur, consumatur à tormentis. Ille autem: Deum, inquit, verum adoro, eumque colo, & eum solum specto, neque fuerit aliquid eo mihi iucundius, cuius ego sum minister, qui etiam ad Pauli agnitionem, & ad ei restituendam videndi facultatem inseruiui, qui Saulus quidem priùs nominabatur, Paulus autem à Domino nunc est, mutato nomine, nominatus, ut qui requieuerit à fluctu ignorantiæ, ad firmumque & solum portum, nempe Christi mei fidem, appropinquarit per agnitionem. Præses autem: Videris, inquit, mihi, fretus magnitudine & robore corporis, etiam aduersùs ipsa supplicia tollere supercilium. Vndè etiam sapientia redacta est ad insipientiam, & abundantem prudentiam consecuta est, ut video, leuitas. Hæc cùm audijsset magister ueritatis, oculis & manibus statim in cælum sublatis: Domine Iesu Christe, inquit, Deus uirtutum, nunquàm me suis telibus comprehendat inimicus: sed mihi & propter te pati liceat, & tuis ornari coronis, & coniungi choro tuorum discipulorum. Atque ille quidem sic orabat asiduè: sed preces exceperunt protinùs plagæ in nudo dorso. Prætereà autem præcones quoquè acclamarunt: Pàre præsidi, & dijs sacrifica præpotentibus. Ananiæ autem sensìm mouebantur quidem membra: citra locutionem verò preces sursùm mittebantur ad Deum.

S. Ananias comprehenditur.

Nititur impius Lucianus blandiens Ananiã subuertere.

Verberatur dorsum eius.

Cùm autem & tormentis & minis esset superior, & existimabatur fore, ut priùs deficerent percussores quàm plagis defessus esset is, qui percutiebatur, à tormentis quidem discipulus simul & martyr relaxatur: ad blanditias autem rursùs uulpes, Præses, inquam, conuertitur. Sed nunc saltem, dicebat discipulo, ad te redi, & tuæ parce animæ, & misetere tuæ pulchritudinis, quæ perit miserabiliter. nam te grauiora excipient supplicia, iuro ipsos deos. Ille autem magno Christi amore cor inflammatus, fortiter & acriter respondit, se non solùm dæmonibus non esse sacrificaturum, sed curaturum, ut quoscunque posset, ad fidẽ Christi conuerteret. Deindè linguę quoque neruos intendit in Præsidem, & eum verbis ferit acerrimis: Non erubescis, dicens, o uerè infelix, & subis fossam pudoris, nũc quidem flagellans, nũc autem blandirijs irrepens,

Egregia eius constantia.

irrepens, & tanquàm quendam animo tenerum infantem verbis me mollibus demulceas? Propter hæc ira correptus fuit Iudex: & iussit nudatum corpus martyris discerpi ferreis vnguibus: prætereà autem etiam aduri lampadibus, ut dum corpus paulatim eliquaretur, diuturniores ad eos dolores affluerent. Sed ferreos quidem vngues existimabat martyr perindè, acsi aliquis alius pateretur. Ignis autem illi quidem cessabat, & non tanquàm ignis appropinqua bat: in cor autem Tyranni quodammodò procedebat, & magis irritabat ad insaniã. Qui et dicebat: Quo usque nõ cedes iussis Imperatorũ, & quos ipsi colunt deos, ipse quoque honorabis? Ille aũt: Cur me, inqt, eadem & de iisdem sæpenumerò loqui cogis, tãquam eorum, qui in chorea ludunt, sermonis cursum circumagentem? Scias ergò, scias & credas, non solùm fore, ut nulla re vincar, non pœnis, non donis, non blanditiis, non minis, neque ullo alio: sed vt eos etiã, qui iam sunt superati, & in errorem sua sponte inciderunt, acerbè defleam, & te præ cæteris lugeam, qui non solùm es tibi causa interitus, sed etiam multis aliis, nonnullos quidem inducens, multos verò etiam inuitos cogens suscipere impietatem. Nescis, quòd quæ à uobis coluntur, sunt æs, & ligna, & lapides, qui bus vtens, tanquàm materia, homo, qui est Dei figmentum, hæc fabricatur. Quemadmodùm ergò non est absurdum, ut opus adoret opifex? aut quisnam homo sanæ mentis, operi suorum manuum cultum tribuerit, & bona ab eo petierit?

Lacerat vngulis & aduritur.

Dii gentiũ ligna et lapides opera manuum hominum.

His seruus interitus magis ad iram cõmotus, cùm desperasset se uerbis posse decertare aduersùs athletam, ut lapidibus ipsum obruerent extra ciuitatem is, qui erat verè lapis: iussit adstantibus. Ille autem etsi ea erat passurus, pro lapidibus linguã immisit in eos, qui non sunt dii, dicens: Dii, qui cælum & terram nõ fecerunt, pereant. Cùm autem in locum fuisset præstitutum, & lapidibus obrueretur, manus in cælum extendens: Rex regum, inquit, & Dominus dominantium, tanquam acceptum hoc habe sacrificium, nêpe hanc, quæ fit per lapides, consummationem. Has statim preces Dei corona, & ad regnum, quod semper manet, uocatio est consecuta, primo mensis Octobris.

Ierem. 10

Lapidib. opprimit.

Verè autẽ beatum corpus martyris quidam ex iis, qui erant amantes Christianorum, postquàm domũ reuersi essent lictores, cùm pulchrè sustulissent, & splendidissimè cõposuissent, in regione Damascena eum deposuerũt in paterna eius hæreditate: Ad gloriam patris, filii, & spiritus sancti, quæ est una & inseparabilis Trinitas. Ipsi honor, potentia, maiestas & magnificentia nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Sepelitur in paterno solo.

VITA SANCTI NICETII TREuirorum Episcopi: Authore S. Gregorio Episcopo Turonensi, Lib. de Vita Patrum, Cap. 17.

1. Octobr.



SI fides dictis adhibetur, relatoribus sacrorum operum pro fidei merito fideliter arbitror es se credẽdum: quia non omnia, quæ in scripturis leguntur, obtutibus propriis cerni potuerit, sed quædam ipsius scripturæ relatione firmata, quędam aliorũ authorum testimonio comprobata, quædã verò proprii intuitus authoritate creduntur. Verùm quod peius est, qui peruerso sunt sensu, ut scripta non credunt, ità testificata reprehendunt: visa verò, tãquam conficta, fastidiunt, non habentes uel illud in sua credulitate, quod Thomas Apostolus gestabat in corde, dicens: Nisi videro, non credam. Beati quidem, qui non viderũnt, & crediderũt: sed ipsos saltẽ, ut vidit, statim credidit. Nam, ut diximus, multi uidentes non modò non credunt, sed & derident. Vt nunc & ego ali qua de sancti Nicetii Treuerici sacerdotis uirtutib⁹, virilitate, magnanimitate, sanctitate scripturus, reprehendi ab aliquibus cereor, dicentibus mihi: Tu cùm sis iunior, quomodò seniorum gesta poteris scire? Qualiter ad te eorum facta uenerunt? Nempe non aliud, nisi conficta à te hęc, quæ scripta sunt, decernũ tur. Qua de causa relatorem huius operis in medio ponere necesse est, ut hi, qui ueritati derogant, confundantur. Nouerint igitur à beato Aredio Abbate vrbis Lemouicinæ, qui ab ipso Nicetio Antistite enutritus, & clericatus ordinem sortitus est, hæc, quæ subiecta sunt, me audisse: quem in hoc non credo illum fefellisse, cùm per eum Deus eo tempore, quandò mihi ista retulit, & cęcorum illuminauit oculos, & paralyticis gressum præstitit, & energumenos, eiectis dæmonibus, sanæ menti restituit. Nec credendum est, eum mendacii nube obumbrari posse, quem Deus sæpius ab imbrium nube obre ctum ità protexit, ut imbutis sociis, ipse nulla stilla rum cadentium infusione madesceret. Denique si de tali re dubitatur, de beneficiis Dei diffiditur.

Iohan. 20

Aredius Abbas, discipulus S. Nicetii: Eius vita est 25. Aug.

Aiebat ergò memoratus sacerdos de antedicto Antistite: Multa quidem, dulcissime frater, de sancto Nicetio bonorum uirorũ testimonio diuulgata cognoui, sed plura meis oculis propriis inspexi, uel etiã ab eo uix elicita cognoui. Et cùm mihi quæpiam de his, quæ per illum Deus operatus est, explanaret, non cothurno iactantiæ tumescebat, sed compunctus corde, cum lachrymis aiebat: Ideò tibi hęc, fili charissime, pandere uolo, vt & tu, cum summa conuersans innocentia cordis, similia mediteris. Non enim ad excelsa uirtutum Dei contendere quis poterit, nisi fuerit innocens manibus & mũdo corde, sicut tenor Dauidici carminis canit. Hæc ergò de eo præfatus relator exorsus est.

Psal. 23.

Igitur sanctus Nicetius Episcopus ab ipso ortus sui tempore clericus designatus est. Nam cùm partu fuis set effusus, omne caput eius, ut est consuetudo nascẽ tium infantium, à capillis nudum quidem cernebatur, in circuitu verò modicorum pilorum ordo apparuit, ut putares ab eisdem coronã clerici fuisse signa tam. Exinde studiosissimis enutritus parentibus, litterisque institutus, Abbati cuidam in monasterio com mendatur, in quo loco ità se deuotum Deo exhibuit, vt migrante Abbate, ipse succederet. Iam uerò assum pto Abbatis officio, tãtum se talemque ad instructionem atque districtionem fratrum exhibuit, ut nõ mo dò agere, uerum etiam nulli liceret aliquid vel loqui peruersè, dicens: Canẽda est scurrilitas, dilectissimi, omne uerbum ociosum, ut sicut totum corpus purũ exhibere debemus Deo, ità etiam & os non ad aliud aperiamus, nisi ad laudem Dei: quia tria sunt, in qui bus genus dilabitur humanum: aut enim cogitat, aut loquitur, aut agit. Ergò uos, dilectissimi, oportet vitare scurrilitatem, malitiam, & omne opus pessimũ. Multa & alia exhortabatur fratres, ut eos dignos Domino exhiberet ac mundos.

Nota rem miram in nato S. Nicetio.

Fit monachus, & Abbas.

Tria sũt in quibus labitur genus humanum.

Venerabatur autem eum & Rex Theodoricus magno honore, eo quòd sæpiùs uitia eius nudaret & cri mina, castigatusq; emendatior redderetur: & ob hãc gratiam, decedente Treuericæ urbis sacerdote, eum ad Episcopatum iussit accersiri. Dato autem consen su populi, ac decreto Regis, ad ordinandum à uiris summo cum Rege honore prædictis adducebatur. Verum-

Ordinat Epis Treuirorum.

rentamen cùm appropinquantes urbi, cadente sole, fixis tentoriis mansionem pararent, illi confestim laxatos equos per segetes pauperum dimiserũt. Quod cernens beatus Nicetius, misericordia motus ait: Expellite quantocyùs equos vestros à segete pauperũ: alioquin remoueam uos à communione mea. At illi indignantes, dixerunt: Quænam sunt hæc verba, quæ loqueris? Adhuc Episcopalem apicem nõ es adeptus, & iam excommunicationem minaris? Et ille: Verè, inquit, dico vobis, quia deliberauit Rex, vt me auulsum à monasterio, huic oneri consecrari iuberet. Fiet quidem voluntas Dei: sed vllius voluntas in omnibus malis, me obsistente, non adimplebitur. Tunc cursu rapido abiens, eiecit equos è segete: & sic, cum admiratione hominum illorum, ad urbem deductus est. Non enim honorabat personam potentis, sed Deum tantùm & in corde, & in operibus metuebat.

Non respicit personam hois.

Impositus itaque in cathedra, dum lectionum seriem auscultaret, sensit nescio quid graue super ceruicem suam: cumque bis aut tèr manum clàm ad tentandũ iniecisset, nullius rei causam inuenire potuit, quæ hoc pondus inferret. diuertensque caput ad dextetam & læuam, odoratus est odorem suauitatis. Intellexit igitur hoc onus, esse Sacerdotii ipsius dignitatem. Assumpto uerò Episcopatu, tam terribilem se præbuit omnibus, si Dei mandata non seruarent, ut imminere mortem proximam uoce præconia testaretur. Super quibus pauca loqui placet ad roborandam Sacerdotum censuram, uel ad instructionem populi, siue etiam ad ipsorum Regum præsentium emendationem.

Seuerum se exhibet ĩ peccantes coercẽdis.

Nam cùm Theodorico decedente, Theodobertus filius eius regnum ambisset, ac multa iniquè exerceret, & ab eodem plerunque corriperetur, quòd vel ipse perpetraret, uel perpetrantes non argueret, aduenit dies Dominicus, & eccè Rex cum his, qui ab hoc Sacerdote communioni abesse iussi fuerant, ecclesiã est ingressus. Lectis igitur lectionibus, quas canõ sanxit antiquus, oblatis muneribus super altare Dei, ait Sacerdos: Non hìc hodiè Missarum solennia consummabuntur, nisi communione priuati, priùs abscedãt. At Rege renitente, subitò exclamat unus de populo, arreptus à dæmone puer iuuenis: cępitque voce ualida inter supplicia torturæ suæ, & sancti uirtutes, & Regis crimina confiteri: dicebatque Episcopum castum, Regem adulterum: illum timore Christi humilem, hunc gloria regni superbum: illum sacerdotio impollutum, à Deo in posterum præferendum: hũc, ab authore sceleris sui velociter elidendum. Cumq; Rex timore concussus, peteret ut hic energumenus ab ecclesia eiiceretur, dixit Episcopus: Prius illi, qui te secuti sunt, id est, incestuarii, homicidæ, adulteri, ab hac ecclesia extrudantur, & hunc Deus silere iubebit. Et statim Rex iussit omnes hos, qui Sacerdotis sententia dãnati fuerant, egredi ab ecclesia. Quibus expulsis, iussit Sacerdos dæmoniacum foràs extrahi: sed cùm appræhensa columna, auelli à decem uiris non posset, sanctus Dei sub vestimento suo, propter iactantiam, faciens Crucem Christi contra dæmoné, relaxari præcepit. Qui protinùs corruens cum his, qui eum trahere nitebantur, post paululùm sanus erectus est. Deindè post acta solẽnia requisitus, nũquàm reperiri potuit, nec vllus sciuit vnde venerit, uel quò abierit. Conijciebatur igitur à pluribus, eum à Deo missum, qui Regis Sacerdotisque opera non taceret. Vndè factum est, ut Sacerdote orante, Rex mitior fieret, pastorque à Domino remunerandus, digne propheticum illud audiret: Qui reduxerit preciosum à uili, tanquàm os meum erit.

Nota rẽ admirandam.

Signo Crucis sanat dæmoniacum.

Ierem. 15

Quotidiè aũt prædicabat Sacerdos populis, denudans crimina singulorum, & pro remissione deprecans assiduè cõfitentium. Vndè aduersùs eum sæpiùs odii virus exarsit, quód tam ueraciter multorum facinora publicaret. Nam plerunquè se persecutoribus vltrò obtulit, & gladio exerto ceruicem præbuit: sed nocere ei Dominus non permisit. Voluit nanque pro iustitia mori, si persecutor fuisset infestior. Aiebat.n. Libenter moriar pro iustitia. Sed & Clotarium Regẽ pro iniustis operibus sępiùs excommunicauit, exiliũque minitante eo, nunquàm est territus.

Cupit mori pro iustitia.

Excõmunicat regẽ

Quodam verò tempore, cùm iam ad exiliũ ductus, ab Episcopis reliquis, q̃ adulatores Regis effecti fuerant, remotus esset, atq; à suis omnibus derelictus, vni Diacono, qui adhuc perstabat in fide, ait: Quid tu nunc agis? Quarè nõ sequeris fratres tuos, ut eas quò volueris, sicut illi fecerunt? Qui ait: Viuit Dominus Deus meus, quia vsquequò spiritus meus intrà hos artus contentus fuerit, nũquàm derelinquã te. Et ille: Quia, inquit, hęc dixisti, dicam tibi, quæ Domino reuelante cognoui. Cràs enim in hac hora, & honorẽ recipiam, & Ecclesiæ meę restituar. Hi autem, qui me reliquerunt, cum magno pudore ad me confugient. Præstolabatur itaque Diaconus rem promissam attonitus. Quod postea est expertus. Illucescẽte enim die crastina, subitò aduenit legatus Sigeberti Regis cum literis, nuncians Regem Clotarium esse defunctum, seque regnum debitum cum Episcopi charitate debere percipere. Hæc ille audiens, ad Ecclesiam regressus, potestati restituitur: confusisque his, à quibus derelictus fuerat, omnes in charitate recepit.

Prophetia eius.

Iam verò quàm fortis fuerit ad prędicandũ, quàm terribilis ad arguendum, quàm constans ad sustinendũ, quàm prudens ad docendũ, quis euoluere queat? Vnus enim ei semper erat rigor in prosperis & aduersis: nec minitantem timuit, nec à blandiente delusus est. Verè autem (ut aiebat relator ille memorat9) fuit, iuxta Paulum Apostolum, iniuriatus periculis fluminum, periculis latronum, periculis in ciuitate, periculis in falsis fratribus, & reliqua. Nam quadam die dum Mosellam fluuium nauigio transiret, inter pilas pontis fluctuum actus impulsu, palmis tantùm pilæ adhæsit, pede continens nauem: & sic ab intuentibus iam ad demersionem paratus, erutus est: Quod non sine tentatoris insidiis se pertulisse ferebat. Sed & ipse author criminis plerũquè se obtutibus eius nociturus ostendit. Nãque dum quadam die iter ageret, descendens ab equo, inter vepres condensos uentris purgandi gratia est ingressus: & eccè assistit ei umbra teterrima, statu procera, crassitudine valida, colore tetra, quæ oculorum scintillantium immensitatem in modum tauri petulantis habebat, ore patulo, quasi ad deglutiendum uirum Dei parata. At illo faciente signum Crucis econtrà, in modum fumi ascẽdentis euanuit. Quo non ambigitur ipsum ei sceleris principem fuisse monstratum.

2. Cor. 11

Signo Crucis dæmonem fugat.

In ieiuniis aũt ualdè (vt diximus) fortis erat. Nam cæteris reficientibus, sępè ipse contecto capite à cucullo, nè agnosceretur in publico, cum uno tantùm puero sanctorũ basilicas circuibat. Sed & curationũ gratia data est ei à Deo. Dum autem hæc in illo, vt suprà diximus, habitu sanctorum habitacula circuiret, ad templum sancti Maximini Antistitis accessit. In cuius atrio post multas debacchationes tres energumeni pressi sopore quiescebant. Cernens igitur eos somno deditos, fecit signum Crucis econtra: statimq; expergefacti, eleuantes in sublime uoces, dato impetu ad vomitũ, emundati sunt. Cùm autem lues inguinaria Treuericum populum in circuitu ciuitatis valdè uastaret, & Sacerdos Dei pro ouibus cõmissis Domini misericordiã imploraret assiduè, factus

Eodẽ die tres energumenos mũdauit.

est

est sonus de nocte magnus, tanq̃ tonitruum ualidũ super pontem amnis, ità ut putaretur uros ipsa absorberi. Cumque omnis populus exterritus, in lectulis resedisset, lethiferam sibi interitum oppeciens, audita est in medio rumoris uox una cęteris clarior, dicens: Et quid hic, o socii, facienus? Ad unã enim portam Eucharius Sacerdos obseruat, ad aliã Maximinus excubat: in medio versatur Nicetius. nihil hic vltrà prævalere possumus: Itaque sinamus hanc urbem eorum tuitioni. Hac uoce audita, statim morbus quieuit, nullusque ab eo vltrà defunctus est. Vndè non ambigitur, virtute memorati Antistitis ciuitatem fuisse defensam.

Nota q̃d inferam Sancti locus, ubi quiescunt.

Inuitatus autem quodam tempore Sacerdos à Rege, dicit suis: Quærite nobis pisciũ multitudinem in abundantia, ut euntes ad occursum Regis, & nostrũ expleatur debitũ, & amicis ministretur affatim. Dixeruntq; ei: Lapsus noster, in quem pisces decidere soliti sunt, prorsùs desertus habetur: sed & materiæ ipsæ de locis suis amnis impetu euulsæ noscuntur. Nõ est igitur, qualiter iussio uestra adimpleatur, dũ non est in promptu, quomodò capiantur quę præcipis. Ille uerò hęc audiens, ingressus in cellulam suã, uocauit puerum, & ait: Vade, & dic cocorũ præposito, ut exhibeat pisces ab amne. Qui iussa referens, derisus est ab homine. Reuersò aũt ait Sacerdos: Scio quia locutus es ea, quæ præcepi, sed audire noluerunt. Vade rursùs, & dic eis vt eant. Cumq̃ bis aut tertiò hãc ordinationem durè suscipere nt, cõmoti tãdem abierunt ad lapsum: adspicientesq; cum maxima admiratione, inuenerunt eum ità refertũ piscibus, vt decem viri, quæ repererant, via ferre potuissent. Ex quo manifestũ est, quòd sancto huic uirtus diuina sæpiùs ostendebat, quæ ei opportuna erant.

Magno miraculo pisces inueniuntur permulti.

Sed nec hoc silendũ putaui, quod eidem de Regibus Francorum à Domino ostensum fuit. Vidit enim in visu noctis turrem magnam, tanta celsitudine præditam, ut polo propinqua suspiceretur, habentem fenestras multas, Dominumq̃ stantem super cacumen eius, & Angelos Dei per speculas illas positos. Vnus aũt ex eis tenebat librũ magnum in manu, dicens: Tãtum temporis Rex ille victurus est in seculo: nominauitq; omnes virium, uel qui eo tempore erãt, uel deinceps nati sunt: dixitq; & qualitatẽ regni, & quantitatẽ uitæ eorũ: sed & post vniuscuiusq; nomen semper, Amen, ceteri Angeli respõdebant. Sicq; prędicta omnia in posterum sunt impleta, quemadmodũm sanctus per præfatam reuelationem annunciauit.

Visio eius.

Regressus autem à Rege euectu nauali, obdormiuit. Et ecce commotus vento fluuius, cœpit fluctus in excelsa porrigere, ità ut putaretur nauis ipsa demergi. Sacerdos autem, ut præfati sumus, dormiens somno nescio quo, ut plerunquè dormientibus euenit, quasi ab aliquo oppressus est. Excitatus verò à suis, fecit signum Crucis super aquas, & cessauit procella. Deinde suspirans crebriùs, interrogatusque à suis, quid vidisset, ait: Silere quidem decreueram, sed tamen dicam: Vidi enim me quasi per uniuersum orbem retia ad capiendum extẽdere, & nullus erat adiutor meus, nisi tantum hic puer Aredius. Et meritò cum Dominus retifice em ostendere uoluit, qui quotidiè populos ad diuinum officium capiebat.

Signo Crucis eò pescit fluctus.

Visio eius altera.

Venit autem ad eum homo quidam, cęsariem barbamq; prolixam efferens: prostratusq; ad pedes eius, ait: Ego sum, Domine, qui in maris periculo positus, tuo adiutorio sum saluatus. At ille obiurgans hominem, cur de eo laudationis huius proferret gloriã, ait: Dic, qualiter te Deus ab hac necessitate eripuit: nam uirtus mea nullum iouare põt. Qui ait: Nuperrimo tempore, cùm nauem ascendens Italiam peterẽ, multitudo paganorum mecũ ingressa est: inter quos & ego tantum solus eram inter illam rusticorũ multitudinem Christianus. Orta autem tempestate, coepi inuocare nomen Domini, atque ut me intercessio tua eriperet, flagitare. Pagani uerò inuocabant deos suos, & ille Iouem, iste Mercuriũ proclamabat: alius Mineruam, alius Veneris auxilium flagitabat. Cumq̃ iam in discrimine mortis essemus, aio ad eos: O uiri, nolite hos inuocare: nõ sunt enim dii isti, sed dæmones. Nam si vultis de præsenti interitu erui, inuocate sanctum Nicetium, ut ipse obtineat cum Domino mi sericordia uos saluari. Cumque una uoce eleuata in huiusmodi clamore dixissent, Deus Nicetii, eripe nos: protinùs mare mitigatum est, ceciditque uentus, ac sole reducto, eò, quò uoluntas nostra fuit, nauis accessit. Ego autem uoui, nè priùs comam capitis tonderem, quàm tuis obtutibus præsentarer. Tũc iussu Episcopi tonsuratus homo, Aruernum adiit, vndè se esse confessus est.

Nota: S. Nicetius adhuc uiuens inuocatur.

Innumera sunt enim, quæ de hoc viro relata à me morato Abbate cognouimus, sed finiendum libellum puto. Cùm autem propinquum transitus tempus migrationis suæ cognouisset, fratribus retulit, dicens: Vidi Paulum Apostolum cum Iohanne Baptista inuitantem me ad requiem sempiternam, atque exhibentem mihi coronam cælestibus margaritis ornatam, ac dicentibus mihi viris: Talibus enim speciebus perfrueris in regno Dei. Hæc quibusdam fidelibus referens, post paucos dies modica febre pulsatus, spiritũ præmisit ad Dominum: sepultusq; est in basilica sancti Maximini antistitis, cuius nunc tumulus plerunquè diuinis virtutibus illustratur.

Visione inuitatur ad cælestia.

De eodem ex Gregorio Turonensi, Cap. 94. De gloria Confessorum.

Nicetius autem, ut suprà diximus, ipsius (Treuericæ) vrbis Episcopus, eleemosynæ, charitatis, sanctitatisque totius refulsit merito, dũ in corpore commoratus est. Hic à seculo migrans, ad basilicam sancti Maximini prædecessoris sui sepultus est. Ad cuius nunc tumulum uinctorum catenæ franguntur: energiam ineurfionis diabolicæ patientes, extrusis dæmonibus, liberantur: cæcorum oculi plerunquè, remotis tenebris, lumine iosunduntur. Nam de periuris quid dicam? Si quis enim ibi falsum iuramentũ proferre ausus fuerit, ilicò diuina ultione corrigitur: nec quisquàm hęc uel loqui audet, si conscientia torquẽte, reum se esse cognouerit, quòd ibi sacramentum præsumat exoluere.

Miracula ad tumulum eius.

VITA SANCTI BAVONIS EGREGII Confessoris, Authore Theodorico Abbate S. Trudonis.

PRAEFATIO AVTHORIS.



POSTQVAM Dominus & Saluator noster uineam, quam de Ægypto in manu ualida & brachio extento transtulit, secus arborem uiuificæ Crucis transplantauit, virgaq; petra percussa, hoc est, lancea latere Crucifixi Domini perforato, sanguine martyrii & aqua baptismi eam irrigauit: radices plantatæ terram impleuerũt, extensis vsque ad mare palmitibus, & usque ad flumen propagiobus. Quarum foliũ viride nõ defluet, & in tempore siccitatis non arescet: fructus uerò nõ deficiet: quia secus decursus aquarum plantatę, irrigantur *Psal. 79.*

gantur fonte falutari,in uitam æternam faliente.Hac
fummi patrisfamilias vinea lõgè lateq; diffufa, cùm
operuiffet mõtes vmbra eius , & arbufta eius cedros
Dei,nec ullus iã terrarũ angulus effet,qui nõ fub vm
bra Dñi regefcere feftinaret,Perfes cũ Scytha,& pel
litorũ turba populorũ ftridentia & anhelantia verba
in dulce Crucis fregerũt melos. Prætereà quotquot
ꝑdeftinati erant vitæ æternę , ut boni palmites creue
re & fructificauere. Ex hac igitur fua vinea oĩpotens
Deus vnũ electũ fuum palmitẽ ad nos ufq; extendit,
qui fcilicet tãto vernat flore,tãto fructu exuberat,vt
credatur de corpore vitis illius effe,q dicit:Ego fum
Iohan. 15 vitis vera,vos palmites nec dubitetur ad illã verę re
promisfionis terrã ptinere,cuius botrũ à duobus vi
Num. 13 ris vecte portatũ,vetus cõmemorat hiftoria.Cuiusfe
licẽ extenfionẽ & fructũ,perfectis ẽt viris defiderabi
Can. 2. lẽ,de quo fecurè canimus, Vineæ florentes odorem
dederũt: quoddã quafi fpeculũ oculis veftris propo-
nimus,vt cùm in vmbra eius requieueritis, in fpecu
lo quoquè internã veftrã faciẽ adfpiciatis, pulchritu
dinẽ imitemini,& ut vberiùs dicã,perfecti pfecto cõ
formemini : dumq; eius odorẽ hauriris,ipfi quoquè
Chrifti bonus odor futuri, in fupernã cõtẽplationẽ
animũ extendatis.Etenim ad verã beatitudinẽ anhe-
S. Bauo lãti, cui nõ fufficiat in exẽplũ beatus athleta Dei Ba-
fpeculum no,qui lenocinia malè blãdientis mundi tã conftan-
& exem- ti calcauit aio,ut nudus credatur euolaffe de feculo?
plar mul- Habet in eo miles,quod imitetur: monachus,qđ ve-
tarũ vir- neretur:habet certè Chriftianus omnis normã,quam
tutum. fequatur: qui eo minus inter quotidiana certamina
mẽte trepidabũt, fi beati viri triũphum ꝑ oculis fem
per habuerint pofitũ. Nũc quia inter Grãmaticos ru-
dis miles militare ingredior, Grammaticæ inprimìs
excufatũ me volo: argumẽtofam fcilicet loquacitatẽ
& verborũ nodofitatẽ nè requiratis : q̃a & nemus in
Deut. 16. tẽplo Dñi plantari prohibetur,& ego nihil me iudica
ui in uobis fcire,nifi Chriftũ Iefum, & hunc Crucifi-
xũ.Incongruũ verò putaui, ut defcripturus militem
Dei, regulis vincirer Donati,aut Ariftotelicis ne pa-
rẽtẽ argumẽtis : quia & argumentũ feculare petiit ,
vbi uirgo Deũ peperit:& ftultitia eft apud Deum, fa
piẽtia huius mũdi. Vndè in Euãgelio pufillus Zachę*
1.Cor. 3. vifurus Dñm,fycomorũ,quę ficus fatua dicitur,afcẽ
Luc.19. dit:q̃a qui mũdi ftultitiã eligũt humiliter, ipfam Dei
fapientiã contẽplantur fubtiliter:tuncq; prudẽter fy
comorũ afcẽdimus,fi ad eã,quæ diuinitùs ꝑcipitur ,
ftultitiã adfpiramus. Sed quia ftultũ eft ante hiftoriã
effluere,obtrectantiũ, quos nullos futuros non puta
mus,meras nęnias & caninã facũdiã nõ curamus ma
gnoperè : aduersùs quos nos facilè tuebũtur & fra-
trũ,quorũ me,vt hæc auderẽ,coegit ipetiofa autho-
ritas,& femp imperterrita obediẽs charitas. Nã quia
plũbi fiftula fępè vfibus hominũ aquæ miniftrat fluẽ
ta,non ab re vifum eft eis,fi relinquentes aliis argen-
Exod. 18 teum eloquium,ipfi de plumbo noftro biberent,præ-
fertim cùm & Moyfi Iethro aliquid utile locutus fit.

HISTORIA.

Octobr. 1.
Cap. 1.
Genus S. Bauonis.



LORIOSVS Dei athleta Al-
louuinus,cognomẽto Bauo,an
te fecularia tempora præle-
ctus & prædeftinatus à DEO,
Frãcorum principum genus, &
Auftrafiorum Ducum hæres ,
in Gallia Belgica pago Hasba-
niẽfi , loco haud obfcuro natus
Hic videt & altus eft, Pelagio , qui beatum Gregorium præcef-
locus effe fit,uniuerfalem Pontificatum adminiftrante , Iuftino
mẽdofus. minore in fceptris agente, Frãciæ monarchiam Clo
doueo(fortè Clotario)gubernante.Pater eius *Eilol ** Aliĩ*
phus,mater Adelthrudis dicta eft: religionis tam ca- *Aglol-*
fti amatores, ità continenter limen ecclefiæ calcau- *fũ vocãt.*
ces,ut exemplum uetus de Abraham & Sara putares .
Ingenti nobilitate,clara domo,ampla posfesfione di
tati,folas diuitias æftimauere cultum Dei.Tali igitur
ftirpe generatus cùm adoleuiffet vir Dei Allouuio* , *Vxorem*
vxorem ducit nobilisfimis æquè ortam natalibus, fi- *ducit.*
liam videlicet Adilionis, per idem tẽpus famofi Co-
mitis. Decurfu temporis filia eis nafcitur Aglethru- *Aglethru*
dis,& ipfa à Deo pręelecta , & virginitatis centefi- *dis filia*
mo fructu,ut pòft patuit,remuneranda. Deniquè pri *S. Bauo-*
mo ætatis fuæ tyrocinio inter ipfa crepundia , quæ *nis.*
qualis ve futura,quomodo uictura,qua lege virgini
tatem fuam effet conferuatura,Angelus Domini cer
ta ei ꝑfcripfit regula . Nec defuit prudenti adolefcẽ
tulæ omnipotentis dextera , quæ membra animaret
iuuenilia , & eleuaret ad fummæ perfectionis fafti-
gia intantùm , ut principio conuerfationis nouellę
ipfis quoquè parentibus propofitũ fieret mirabile .

Cępit exhinc beatus Bauo animũ ad fuperna in- *Cap. 2.*
flectere,mundi deliciarum tædere , balteum milita- *Vita*
rem rariùs cingere,circi frequentiam declinare,non *S. Bauo-*
fcenæ fpectaculo , non theatri luxuriæ locum dare , *nis in con-*
aduersùs fpiritalia nequitiæ , uerbi Dei gladium fu- *iugio.*
mere,iuftitiam pro thorace indui , æquitatem fem-
per habere in manibus pro fcuto inexpugnabili , le-
uiaque quotidiana peccata amarisfimis lachrymis
diluere,prioris uitæ pœnitere,ecclefiæ frequẽs adef-
fe:femper de Deo ftudebat aliquid aut audire,aut in-
terrogare:de uirtute in uirtutem afcenfiones in cor
de difponere,ieiunia cum fructu eleemofynarum fre
quentare,fic unicuique uirtuti, acsi cæteras non ha
beret,egregiè ftudere.Animo fic florenti mundus &
omnis gloria eius aruerat,domus ingens, ampla pof
fesfio penitùs viluerat.Iam ftiuam aratri teneret, iã-
que libero greffu ad Antoniorum & Macariorũ ere-
mum euaderet, nifi cura coniugis & paruæ * Adel- ** Alias*
thrudis,pedem eius retineret.Viuebat tamen mona- *Aglethru*
chum laicus, & inter officinfam populi multitudinẽ *dis.*
nunquam eum deferebat illa, quam animo concepe
rat,folitaria eremus.

Intereà coniunx, quę & ipfa viriliter in mandatis *Cap. 3.*
Domini militabat, decurfo uitæ pręfentis ftadio , de *Obit eius*
habitatione tenebrofi Cedar ad brauium fupernæ re *coniunx.*
munerationis afcifcitur,& nè malitia mutaret men
tem eius,de præfenti feculo nequam eripitur.Cuius
funus viduus maritus ità ægrè profecutus eft,ut pro-
pè ipfe moreretur: ità fe conuertit ad Dominum , ut
eius mortem optaffe videretur . Tum verò, afflante
fpiritu fancto,nauigium maris huius feculi totis ve-
lis ingresfus,quod diù anima deliberarat, præfentia
liter exercere non ceffat, fecunda recufans matrimo
nia : vt eum intelligeres non diù uoluiffe feruire of-
ficio coniugali:quod nunquàm affumpfiffet,nifi cau
fa procreandæ fobolis. Magno quafi expletus onere,
totum fe ad Dei cultum conuertere, nihil pręter cæ-
lum cogitare,& quafi fe relictum gemens , frequen -
ter in fuo corde clamare. Quandò ueniam,& appare
bo ante faciem Dei ? Illudque Apoftolicum intra fe *Pfal. 41.*
reuoluens: Qui uolunt diuites fieri, incidunt in ten- *1.Tim 6.*
tationes & laqueum diaboli: quicquid donatiui Re
gum largitio contulerat,in ftipem pauperum transfe
rebat,dans exẽplum,quomodò camelus intrare pof-
fit in foramẽ acus: quomodò animal tortuofum, de- *Mat. 19.*
pofita gibbi farcina,affumat fibi pennas columbæ, &
& requiefcat in ramis arboris , quæ de finapis fe-
mente fuccrefcit.

Ea tempeftate beatus Amandus,uir Apoftolicus,& *Cap 4.*
totus ex virtutibus factus , florebat : qui non veritus

pro

Gādā, id est, Gandauum. fur. à Lysam.

pro nomine Iesu contumelias pati, quo ampliùs gentilium audiuit debacchari furorem, Gandam accessit, castrum scilicet super duo flumina, Scaldē & Legiam constitutum, ipsaque sua nota antiquitate id temporis celebre & famosum. Genus hominum eo superstitiosius, quo animo ferocius: eoque inscium suę in Christo redemptionis, quo hactenus ignarũ Christianæ religionis. Tradunt hunc locum Caium Cæsarem, Gallia diuturno bello domita, condidisse, & ex nomine suo, Gandam nomen ei indidisse. Nam cùm in citeriorem Hyberniam, quæ nunc Anglia nuncupatur, arma pararet, illic putauit hyemandũ, vel propter situs opportunitatem, aqua videlicet ac pabulo exercitui satis superque habilem: uel propter maris breuissimum transitum in insulam, sex non ampliùs milliariis distantem. Volunt autem alii nihilominùs & Ermenricum Regem, quem sedecim Arctoię gentes perdomuisse Iordanis Chronographus commemorat, illuc quoquè aduenisse, ibiq; regnasse. Quid horum dicatur veriùs, dicentium arbitrio relinquamus. Nos verò antiquitatem loci ex eo rectè colligimus, quòd pleraque vidimus ibi reperta indicia, utpotè muri & vasculorum cocti lateris. Prætereà, quod mirum forsitan legenti videbitur, ferrea diuersi sexus & ætatis calceamenta, multaque id genus, quæ nos facilè in assensum antiquitatis cogunt.

Ferrea calceamē ta diuersi sexus & ætatis.

Cap. 5.

S. Amandus prædicat Gandam.

Huc respectu oĩa miserantis Dei uir sanctus cùm venisset, & locum, in quo totius penè orbis dæmonia quasi in sentinam confluxerant, uerbo veritatis expugnaret, parùm se uidens proficere, (Nam & publicè contumelia affectus & proturbatus est) cùm iã manus eius essent graues, sanctum Papam Martinũ adiit, multaque de infructuoso in infructuosam gentem suo labore conquestus, iterùm ab eo in opus Euangelii animatur, daus ei suppetias venerabili Archipresbytero Landoaldo & Amantio Diacono. Emensis igitur Alpibus, Galliam ingressi sunt: cumq; videret Amandus messem quidem multam, operarios uerò paucos. Landoaldum Traiecti reliquit, ubi & per nouem annos uices Pontificis (Nam Iohannes Episcopus nuperrimè obierat) administrauit, vsque ad tempus S. Remacli.

Traiectũ ad Mosã, dicit.

Cap. 6.

Ipse verò tota spiritum sanctum mente concipiẽs, Gandam rursùs aggreditur, egressa authoritate à Rege Dagoberto & Aichario Nouiomẽsium Episcopo, vt qui nollet fidei consentire, cogeretur. Nec defuit certanti militi suo omnipotentis Dei dextera, quæ tetigit gentilium corda, & assumpsit in partem hæreditatis suæ plebẽ diù fanatico illusam errore. Tandem baptizato populo, sanctæ Crucis erecto vexillo, ara Mercurii destruitur, luci succiduntur, fana omnia diruũtur, ecclesia erigitur, consummatur, & in honore beati Petri Apostoli solenniter consecratur. Sic plantata vinea Domini Sabaoth, Clericos inprimis, monachos subindè, qui redderẽt fructum in tempore suo, induxit, & expostulata Episcopali authoritate, Papa etiam Martino in ipsum consentiente, locum perpetua donauit libertate. Sed nè digressio, quam non inutiliter assumpsimus, onerosa fiat studiosis lectoribus, nunc ad plenariam beati Bauonis conuersionem stylum uertamus.

Gandauẽ ses à sancto Amã do conuertuntur.

Cap. 7.

Igitur beati Amandi fama quodam quasi odore, odore, inquam sicut agri pleni, cui benedixit Dominus, longè lateque diffusa, sanctus Allouuinus aporia secułari non vltrà se sustinens retardari, certissimum animæ suæ capit consilium. Nihil cunctatus, longa uiarum per dispendia Gandam aduenit, Amandum inuenit, prioris uitæ culpam fatetur, de culpa pœnitentiam pollicetur. Consilium super anima sua requirere, eius magisterii unge scabrosam vitã polire, postremò totum se illi ait uelle dedere. Quem uir sanctus deuotè suscipiens, & uelut inuentæ oui congaudens, Euangelicam statim ingreditur prædicationẽ, de contemptu mundi, de appetitu cęli, de tentatione diaboli, de consolatione Dei, & de omnibus quæ pertinent ad summæ beatitudinis perfectionem, diligenter erudit nouellum adhuc tyrunculum, perfectum posteà Christi militem futurum. Et quia antequàm incipias, consulto: at ubi cõsulueris maturè opus est facto: ille statim velut campus Dñi repletus ubertate, & collis accinctus exultatione, in ualle animi portãs granum frumenti, clamans & hymnum dicẽs, domũ redit ex consulto magistri, & rursùs accingitur in opus Dei. Facta solenniter donatione, omnes possessiones suas ad loca sanctorum contradere: peculiare, quod nullũ vel rarum ex priori erogatione remanserat, in usus pauperum iterùm contradere, nihil sibi ex omnibus reseruare: postremò sibimetipsi abrenunciare, & crucem Christi lætis humeris portare. Laudent alii Pompeios, Metellos & Marios, triumphali largitione auram popularem venantes: mihi videtur pauper pro Christo Bauo plus laudandus, qui omnẽ gloriam suam habens abintùs, in triumphato seculo pręcones habuit sanctorũ ecclesias, & mendicantiũ cateruulas. Quid in hac virtute mirabilius? quid hac constantia robustius? uirũ nobilis familiæ & Senatorum genus, tam obfirmato animo pompam seculi & diuitias, in quibus totus educatus fuerat, calcasse, ut tum demùm se æstimaret uerè diuitem, cùm pro Christo assumpsisset spontaneam paupertatem? Alii pecunias mittant, & de superfluis suis æra in Euãgelicum corbonã proiiciant: teste Veritate, nemo plus misit, quàm qui de omnibus nihil sibi retinuit.

S. Bauo ỹ Gādauũ ad S. Amādum.

S. Bauo pßellè cõuertitur, omnibus suis derelictis.

Luc. 21. Marc. 12

Cap. 8.

Gen. 8

Omnibus ergò dispositis & prudenter ordinatis, columba Christi Bauo, assumpto ramo ueræ innocentiæ, & quasi relicto coruis seculari cadauere, ad suũ spiritualẽ reuertitur Noe: & cuius pedes iã non habebant requiẽ in salo seculi, arcæ ostium petit sibi aperiri. Receptus digna cũ reuerentia, & requisitus iterùm super intẽtione sua, Clericũ ait se velle uiuere, ut semel alligatus sub iugo regulæ, pedem vlteriùs non liceret retrahere, sed spontaneè assumptã necessitatem uerteret in benè uiuendi voluntatẽ. Gauisus S. Amandus, multa priùs machinamenta diaboli prudenter pręcendere, grauem esse ascensum, quem vellet arripere, de casu timere: inceptum quidem facilẽ, finem uerò prædicabat esse difficilem. Vbi videt eum nihil cunctari, sed ad omnia sustinenda paratissimi esse animi, gratias agẽs Deo, (qui quos prædestinauit à principio, hos & elegit in nouissimo) quasi charissimum amplexatus filiũ, inducit in Dominici scholã seruitii, quã primam omnium constat eum resisse in ecclesia Gãdensi. Ibi ante arã beati Petri Apostoli militiam Christi professum, barba & capillo tonsum assumit in Clericatũ, & plantat in domo Dñi cedrum Libani, redolentẽ sanctarum uirtutum odore inæstimabili, & crescentem robore imputribili. Deniquè statim ut ingressus est sanctitatis uiã, firmis gressibus ire in magistri sententiam, & quasi nauim corporis optato iam collocasset in litore, omniũ bonorum, quas olim collegerat, merces exponere, humilitatem ostendere, patientiam exercere, charitatis latum mãdatum ex præcepto Dei extendere usque ad inimicũ: solus ipse omnibus seruire, gloriã uirtute superare, & ab his diligi, quos videbatur præcedere. Creber in oratione, iugis in legis Dei meditatione, paratus omni petẽti de reddenda ratione: ut ex diuersis virtutibus unum hominem compactũ putares. Nec facilè docebat, quod non didicerat: sed quocunquè diuini sator germinis ibat Amandus, illuc studens subsequi,

A S. Amando S. Bauo in Clerũ assciscitur, & tõdet.

Catalog⁹ uirtutum eius.

Mat. 5.

qui,

qui, & indiuisibiliter adhærens magistri lateri, ardebat sanctæ prædicationis adipe repleri *Psal. 64.* Et quia flumẽ Dei repletum est aquis, cùm spiritussancti gratia riuos eius inebriaret, ac multiplicaret genimina, in stillicidiis tanti magistri lætabatur germinans condiscipuli, & pinguescebant speciosa deserti ad germinandum germen Domini. Accendebatur planè in eo ignis ille Euangelicus, quem Iesus veniens in terram fideliũ mittere, voluit vehementer ardere: quo repleti discipuli in uia, dicebant secura conscientia: *Luc. 12. Luc. 24.* Nônne cor nostrum ardens erat in nobis? Quotiès verò lassos artus & confecta ieiuniis membra modico sopore reficeret, nudo recubans in cæspite, Christum æstimabat secum iacère, castigans delicati corporis carnem, & redigens in spiritus seruitutem. Populares auras & peccatoris oleum, velut spiritũ nequam, fugere: clauso etiam ostio labiorum, in cubiculo pectoris Deum patrem sine intermissione orare: nunquàm à bono opere, semper intentum spiritus arcum, relaxare: quotidiè diabolum in pugnam prouocare. Dicant alii, quod æstimant: mihi videtur inter tot cruces positus athleta Dei Bauo, meritò computandus in illo admirabili * catalogo, qui & lilio confessionis, & rosa decoratur martyrii. ** calatho,*

Cap. 9. Etenim de virtute in uirtutem proficiens, & nouum aliquid quotidiè de Deo audire, videre & agere gestiens, ex consensu sui Amandi, loca sanctorum & vicinos cœnobitas iterùm accingitur circuire, si fortè contingeret aliquid antè inexpertum vel intentatum inuestigare, ad quod agendum meritò se animare deberet. Deniquè licèt pro morum & conuersationis honestate iam requiesceret inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ, *Psal. 67.* nihil tamen satis factum æstimare, si quis quid boni posset agere, ad quod agendum ipse non valeret adspicere. Nam quia iuxta Salomonem, qui addit scientiam, addit dolorẽ: *Eccles. 1.* omne quod de scripturis sanctis percipiebat, dolor illi de retrò diebus erat, reputans omne illud tempus in vacuum se cucurrisse, quod sine pœnitentia sibi videbatur quasi perdidisse. Tum verò pellem carnis extendere in ligno tympani, quotidiana Deo hostia fieri, & velut apis magni ingenii virtutum flores vndecunquè colligere, & in alueario melliti cordis cõportare. Nulli eorum, quos aiunt anachoretas, inferior cùm esset, eremum ceu paradisum Dei concupiscere: illos solummodò reputans cum Deo habitare, quibus contigisset hominum frequentiã declinare.

Cap. 10. Capta igitur temporis & loci opportunitate, saltum, quem Beilam nuncupant, ingressus est: ubi repentè in remotiori deuexæ vallis latere annosa fagus oculis eius offertur, cuius concauitatis pedum nõ minus sex spatiosa altitudo, in modum fornicis camerata, & quę hominem erectum posset in alno sustinere. Hoc quasi habitaculum ab Angelis Dei sibi reputans præparatum, ingreditur tanta cum iucunditate, uelut si totius orbis delicias angusto secũ clausisset in pariete. *Intra arborem sese icludit S. Bauo.* Per aliquot dies occultus, latere non potuit, & cùm à populo frequentaretur, infelicem esse se iudicans, nocturno silentio iterùm loco cedit. Est usq; hodiè eàdem miræ magnitudinis fagum videre, quę in æternam huius sancti Dei memoriam adhuc continet in se antiquũ altare, ubi & presbyter parochiæ frequenter ecclesiam euocat, & cõmunicat. Nec desistit arbore contra morẽ, tam annosa, adhuc florere & germinare, in qua latuit flos ille, de quo dicitur: *Eccle. 39.* Florete flores quasi liliũ. Quorũ florũ amœnitate delectata, in Epithalamio suo loquitur sancta Ecclesia: *Cant. 2.* Fulcite me florib. stipate me malis: quia amore lãgueo.

Cap. 11. Igitur indè digressus, lõga rursus per dispẽdia aliã requirit eremũ athleta Dei Allouuinus, Medmedũg nomine, è sua Ganda distantem duorum tantummodò milliariorum itinere. Locus in densissimũ nemus syluescẽs, uasta & penè inaccessibili palude districtus, pomorum quoquè quę gignit saltus, & nucum ferax, prætereà amnis leni murmure prætersiuens, facilè habitationem suadent. *Viuit in loco solitario.* Ingreditur cũ sarculo, humũ sarrit, cellulam permodicam erigit, & in ea se quasi sepelit. Cibos saltus ministrabat, amnis potum. *Cibus & uestes eius.* Vestimenta ipse detulerat secũ, sagum & cilicium, quæ nõ frigus arcerent, sed nuditatem prohiberent: nõ mollitiem suaderent, sed carnẽ domarent. Sic aliquãdiù ignotus cùm mansisset, iterumq; fama vulgante ulteriùs posse latère desperaret, cõperto quòd beatus Amandus monachos in Gandensi ecclesia substituisset, & venerabilem uirum Florebertum in Abbatem ordinasset: (Nam quia ipse incumbebat prędicationi, necessè uisum fuit constituere, qui prouideret nouellæ adhuc plantationi) tum uerò magno se æstimans quasi donatum munere, ad locum professionis suæ statuit redire, ibique qui supererat, reliquum uitæ cursum percurrere.

Cap. 12. Reuersus itaque, quasi Angelus Dei, ut uerè erat, recipitur: receptus, hospitio inducitur: inductus honoratur, nec vllũ antè habuere gaudium capitalius, quàm quod talis uir in contubernio eorũ est receptus. Dehinc Abbatem in colloquium euocat, reditus sui causam explicat: familiarẽ sibi fieri cellulam ad cõmanendum petit & impetrat. Quis enim nõ modò monachorum, sed & Clericorũ, Bauonis nõ desideraret cõtuberniũ? *Redit ad monasterium suũ.* Viua uox, manus liberalis, uultus grauis, humilitas inæstimabilis, iucũditas irrepræhensibilis, & nescio quæ erat in homine homini habitudo, desiderabilẽ eum fecerat omni benè uiuẽti in Domino. Cùm aũt siue ex amicitia familiari, siue ex regulæ præcepto obtemperantes fratres accingerentur in ædificanda cellula uiri Dei, ad declarandũ electi sui meritum, omnipotens virtus tale ostendit miraculũ. Laica persona Artinus, sabulũ & lapides plaustro aduehens, latratu canũ impediebatur. Cumq; grauiùs vrgeretur, & lõgiori mora teneretur, ore procaci murmurare, & nescio cuius susurrii maledicta in sanctũ virum euomere: permissus diabolus, qui dolebat fana dirui, & ecclesias Sanctorum erigi, hominem vehiculo proturbatum, mole desupér ponderis & iumentorum incursu relinquit mortuum. *Dolet diabolus sua fana dirui.* Euocatus populus, cadauer conclamatum n sui imponunt non sine miseratione: & in domum suam perducto, aliud nil erat, quod cogitarent, nisi de sepulcro.

Cap. 13. Vbi id Bauoni nunciatum est, tum verò dolore, tristari, & ingemiscere, & uelut si in sanguine virorum fortium, ad hauriẽdam aquã de cisterna Bethleemitica misisset, *2. Reg. 23.* reatũ suũ accusare, sibi defuncti sanguinem imputare: & totis ad Deũ conuersus visceribus, Eià, ait, Domine, cur recepturus animam eius, celasti me? Iubet dehinc cadauer ad se inferri, & clauso ostio, cęteros amoueri, ipse solus super exanimem extendi: & accenso igne spiritussancti in cordis altari, lacbrymarum ligna ubertim subiicere, seipsum in holocaustum imponere, & adipes pacificorũ Deo adolere: appendens scilicet thymiama orationis in auro preciosæ fidei, qua sciebat omnia possibilia credẽti. *Marc 9.* Vix trium horarũ spatium intercesserat, orationem necdùm terminauerat, cùm mors legẽ pati coacta, restituit quem rapuerat, Artinus surgit, & ambulat. *Excitat mortuum precibus suis.* Fit strepitus populi: omnis ętas, omnis sexus concutitur nouitate miraculi, & in ore omniũ sonat laus Dei. Mirum spectaculum, & ad roborandos nascentis Ecclesiæ filios congruũ: qui in huius resurrectione speciali, cogebantur non hæsitare de sua & omniũ resurrectione generali. Erat etiam in sancto uiro prædicabi

le illud

le illud intueri, quòd cùm in eius laudē omnis uox, omnis lingua consonaret, tanta se abiecit humilitate, vt resuscitati statū, suum reputaret casum, si vel leuis vē tus auræ popularis intraret ad tangendā radicē humilitatis. Cuius.n. mentem, cuius animum ad tam mirificę virtutis insigne non concuteret turbo fauorabilis procellę, nisi qui dominum suā constituisset in fundamēto petræ? Petra aūt erat Christus. In cuius summo cacumine cùm requiesceret vir sanctus, firma nitā radice, nihil de se presumere: totum quod erat, eius gratiæ attribuere: & cùm exaltaretur extra se, in se tū humiliari vsquequaquè. Qui merita sanctorum ponderant ex virtute miraculorū, vel istius æstimatione miraculi concedant nostrum Bauonem sanctis omnibus iure comparari: in prophetis Eliæ parem, Eliseo æqualē: in Apostolis Petro non inferiorē, Iohāne concedant non minorem, quē iure sanctis omnibus in vnius resuscitatione mortui comparandū ęstimamus. Illi plures suscitauerunt, iste unum. Ipsi, quod illius fæcis cogebat necessitas: iste, quod huius tēporis expetebat humilitas. Etenim si ad hominis respicimos meritū, & qui plantat, & qui rigat, nihil sunt absque eo, qui dat Deus incrementū. Rursus, si miracula velimus de numero pensare, poterat vtiquē multorum cadauera orando suscitare, qui innumeras vsque hodiè animas pondere peccatorum mortuas, & quatriduano in fœtore sepultas, amoro desperationis lapide, non cessat viuificare, & authori suo sanctis precibus reconsignare. Nā quid à Deo obtinere non posset, qui verum spiritussancti habitaculum factus fuerat? Quid patrem non exoraret, qui carne superata, deos ipse in adoptionem filiorum Dei transferat, dicente Psalmista, Ego dixi: Dii estis, & filii excelsi oēs?

1.Cor. 10

Humilitas eius quanta.

1.Cor. 3.

Psal. 81.

Cap. 14.

Ad alia vt transeamus: quadā die habitaculo egressum, obuium cōligit habere seruulum, quem aliquādò neglecta re familiari, causa supplicii ad nūdinas venalem iusserat exponi. Quem ut uidit, acsi ipsum Christum in mortem vēdidisset, amarissimas lachrymas fundere, rapto cursu & fiducia, pedibus eius se prosternere, fateri culpam, excusare ignorantiam, & petere veniā: illudque cogitans, sanguine sanguinē lauari, forpicem & flagellum in manibus eius ponere, ut vindicaret in venditorem Christiani sanguinis, sacris verbis obsecrare. Seruus econtrà recusare, peccatum ex corde, quod ipse erat, condonare, libēter ei nunquam seruiturum spondere in contumeliam sui quondam & adhuc dñi, nec id vnquàm aiebat sibi posse persuaderi. Ille (verò ur qui nunquàm cessaret desiderare pasśionibus Christi cōmunicare) non desistere, dum mira eloquentia expugnaret nolentis animum, & cogeret magis, quàm peteret, in suū supplicium. Quid multa? Vincitur manus, ligatur pedes, totum corpus in sublime leuatur, pœna crudelissima afficitur, & quasi in pilam, cùm nil nisi Deo gratias ageret, contunditur: postremò in morem latronum totum caput detondetur. Hæc tua sunt, Iesu bone, opera: hic tuus est ignitus amor, quo ardentes omnes electi tui, ipsam quauis raram peccatorum rubiginem decoquunt fornace tribulationis, aurum mundum futuri in die tremendæ examinationis. Tūc in libro dexteræ tuæ inuenietur Carmen & Væ: Carmen videlicet electorum, qui triumphato seculo, laudabunt viuentem in secula seculorum. Vę miserorū, quorū mors in mortem pessima, quorū quotidianum & omni massa ferrea grauius peccatum ne una quidem abluit lachrymula, nec una extinguit fructuosa eleemosyna, nedūm sponranea pro Christo supplicia. Itaque in huius nostræ infirmitatis consideratione libet cum Apostolo exclamare: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et gra

Eccè miram pœnitentiā ob vēditum olim seruum noxium.

O mmē. sam charitatis uim.

Ezech. 2

Psal. 53.

Rom. 7.

imperfectum nostrum viderunt oculi tui, Domine, dicamus quod sequitur ea consolatione: Gratia Dei per Iesum Christum.

Tādem gloriosus Dei athleta Allouinus de hoc suo eculeo depositus, confracta & excruciata membra iubet recipi in illa sua nobili noua cellula, quæ in fundationis suæ principio honorata est reuiuificati hominis miraculo, & in consummatione venerabili & verè prædicabili supplicio. Dehinc paulùm per ipsitū cùm recepisset, quasi necdùm ad purum argentū sui scoriam excoxisset, nihilque satisfactum speràs adhuc iubet admoueri neruum, quē uulgò appellant cippum, & in eo venerabiles illos pedes arctari: qui in Sion specula constitui, superni regni pacem euangelizare poterant in populo Dei. Quid de huius sancti uiri factis alii ęstiment, ignoro: ego plùs stupeo Bauonem libenter vapulantem, q̄ mortuum uiuificantem: plùs admiror spontè cippo constrictum, q̄ totius populi fauore celebratū. Itaque quatuor ferè mēses in hoc retrusus carcerali agone, cùm quotidiè pedes, nè moreretur, pœnā pro deliciis habebat, fessa licèt, lingula nunquàm laudem Dei tacebat. Nimirum sanctissimi corpusculi luiū, igne desuper spiritussancti in testam indurauerat. Ideoque mirum in modū cùm crociaretur, fortior fiebat, ut putares eum cum Apostolo dicere: Quandò enim infirmor, tūc fortior sum & potens. considerans que quo cursu felicitas euolet, quæ ante humanos oculos quasi permanens polet, complebat eas, quæ deerant, pasśiones Christi in carne sua: vulneratusque mentem materna charitate, æstuabat desiderio contemplationis supernę.

Cap. 15.

Cippo vult con stringi pedes suos.

1.Cor. 12

Accersito dehinc sancto pontifice Amando, & venerabili Abbate Floreberto, non modò pedom, sed & totius macerari corpusculi integram reclusionem obsecrat, & vix aliquandò impetrat. Arctam specie medio domus æquore ad capacitatem erecti hominis effoderat, quæ introgressum nō nisi stantem sustineret, & quasi Crucifixi corporis suspēsum vultum in neutram partem deflecti permitteret. Eam orationis sertu eē sibi præparauerat: in ea inter canonicas horas fundi magis, q̄ stare elegerat. Nec facilè labor, licèt difficilimus, dissuaderi: quia menti totū iam seculum in Christo triumphanti, nil poterat laboriosum uideri. Data die euocato Clero & populo, cū Crucibus & thymiamateriis, uniuersoque ecclesiastico apparatu ad reclusionis cellulam conueniunt, & sancti Pōtificis manibus hostia Christi Bauo, teste Ecclesia, sepelitur magis, quàm recluditur, quinto Idus Nouembris, qui erat annus sexcentesimus vicesimusnonus Dominicæ incarnationis. Sepelitur, inquam, seculo, viuus Deo: cui quia indefinenter adhæserat, vitam certè suam sursùm abscondetat.

Cap. 16.

Mirabili ergastulo includi.

Reclusus ergò non sine lachrymis & multorū admiratione, qui viderent in confecto & penè carioso corpusculo tantum vigoris inesse: tum verò demùm in summæ quietis portū reputans se constituisse suū nauigium, tanto ad authorem suum suspirare acriùs, quanto liberat remoto securiùs. Iuxta magnum Oratorem, vereor nè officium putetur ambitio: & quod illius exemplo facimus, qui ait, Laudate Dominum in sanctis eius: appetitio glorię uideamur facere, nec rerum veritatem, sed officiosam uerbositatem insinuare. Animaduerte, quæso, prudens lector, in milite Regem laudari, & in sanctis Deum honorari: & quia cùm sit bonum, Regis secretum celare: gloriam tamen Dei honorificum est annūciare. Verùm qui nos calumniabitur uerba quasi multiplicare, patet liquidò quàm non erubescat electis Dei derogare: quibus tanto fuit facilius, non modò carnem domare, sed penitùs expugnatam, in virum perfectum mutare, qu

Cap. 17.

Psal. 150

Tob. 12.

eo incorporatiùs unum facti erant cum omnipotente, qui genus mortalitatis Adæ ueniens in filiationem Dei formare. dicebat: Sancti estote, quia ego uici mundum. *Leuit. 11. Iohan. 16.* Quicquid dixero, certè minus est. nam etsi omnia corporis mei membra lingua essent, nil usquè dignum de hoc inuictissimo Dei athleta pronunciarent. Cuius cibus, panis infermentatus, * medietatem uinis: potus, aqua non nisi ad mensuram sumpta. *Eius cibus, Potus, Vigiliæ, Somnus, Lectus. Vestis.* Vigiliæ semper usque ad defectionem: somnus uix pertingebat usque ad refectionem, ut magis eum aliquid meditari, quàm dormire putares. Lectisternia, humus & cinis inspersus. dicebat enim, Christianum non debere in delicijs iacere, cuius gloria fœnum, cuius finis quotidie festinaret in cineris interitum. Defesso capiti lapis orarium: tegumentum erat illud sanctissimum cilicium. Continentia talis, vt pene mensurã excederet: patientia talis, quæ nunquàm tribulationibus cederet, sciens illud Esaiæ: Qui ablactati estis à lacte, qui abstracti ab vbere, tribulationem super tribulationem expectare, spem super spem. *Esa. 28.* Habensque thesaurũ in vase fictili, donéc mortale hoc indueret immortalitatem, & corruptiuum hoc vestiretur incorruptionem: nunquàm de superueniente carnis molestia dolere, sed semper ad sperádum in Deum se animare, dicẽs spiritui: Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi. *Psal. 42. Psal. 6.* Lachrymas tam largo fonte fundere, vt putes in eo completum illud Psalmistæ: Lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. Velut adeps a carne separatus, & charitati incorporatus, optimam hanc hominum sibi iniunxerat prouinciam, discordantes in pacem conciliare: pace Deum videri, pace ad cælestia, prædicans, transiri: sal terræ cùm esset, infatuatorum stultitiam detricare, animorum quotidiè putredines resecare, & pœnitentiæ medicamento non cessabat curare. *Discordes in pacem conciliat.* Confluebat autem ad eum tota penè vicinia, nobilis & ignotus, mixtum genus, integros dies & noctes excubabant pro foribus. Nunquam sine egeno mensula: nunquã sine hospite fuit eius cellula. Præter ea, quæ extrinsecús erant instantia, quotidiana eius solicitudo omnium ecclesiarum: super quas ità inuigilauit, ità se afficiebat, tanquam si solus ipse pro eis debitor esset respondere. Quo autem dolente non doluit? quo frigente non alsit? quo patiente non pertulit? quo egente non eguit? Breui vt concludam sermone: cum omni fortuna prælium conseruit nimis acre: tristis nè opprimeretur, aut iucunda nè corrumperet. Infra non substitit, vltrà non est progressus: medium firmis occupauit viribus. Verè felix, verè dignissimum omnipotentis Dei domicilium, totiq́ tãtisque virtutum odoramentis repletum.

Cap. 18.

Qui cùm supremi operis iam teneret fastigium, & quod perfectis viris posset sufficere, in diuinæ scalæ ascendisset gradum: quasi nihil cœpisset, aliud exquirit tormentum, tantum scilicet prædicabile, quantùm nouum & mirabile. Lapidem iubet deferri, quem manibus libratum cùm non sufficeret ei, quod volebat, ponderi, alterum pro eo, duorum qui esset hominum onus, præcepit importari. *Nota singulare se affligendi genus.* Hunc inter frequentes genuflexiones & perpetuas preces brachijs tenebat, & eo non modò se lassabat, sed penè mortificabat. Nec poterat tamen lapidis onere sancta manus desistere, quam sustinebat lapis angularis, qui facit vtraque vnum. Tum vero si quis obijceret, cur seipsum adeò excruciaret, non bonam esse virtutem, quæ modum excederet: prudenter respondebat, Non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. *Rom. 8.* Audenter dico: qui se ità quotidiano afficiebat martyrio, si Deciana aut Diocletiani habuisset tempora, spontè omnia præuenisset tormenta: non rogos, non eculeum, non certè bestias refugisset, aut gladium. Nec carebit gloria martyris, qui in confessione deitatis aereas potestates fortiter debellauit, & scuto protectus iustitiæ, imperterritum latus opposuit monstris spiritualis nequitiæ. Quis aũt cruces nõ pertulit, quos ignes non pertransijt, cuius tota vita super terrã militia fuit? Quã ità exercuit, vt cùm quotidiè moreretur, fiducialiter tñ ad Deum diceret: Proba me Domine, & tenta me, vre renes meos & cor meũ. *Psal. 25.*

Nec defuit tentatio, quam statim in ipso principio viriliter debellauit & vicit in Domino. *Cap. 19.* Nam tortuosus ille serpens, cuius sunt mille mæandri, videns & ingemiscens de se triumphari, bona Dei permissione, sed mala sua fretus voluntate, animaturiam senem & emeritum Christi militem in pugnam euocare. Cellulam quasi quidam turbo aggreditur, furores iaculatur, stygios minatur ignes. *Infestat eũ teterrimus cacodæmon.* Ille nihil moueri, nihil penitùs terreri, scutum veritatis opponere. Nam diaboli nihil dubitabat hanc esse technam. Pedem in publicum exponere si liceret, aut spiritum homo adhuc tenere si posset, incunctanter exiret, duellum prior ipse moueret, ac manum consereret: tanta mentis constantia, tanta erat eius ad Deum fiducia. Aiebat autem: Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat callidus persecutor. *Psal. 117.* Ad hunc vocem turbo ille cùm cessisset, rursùs exercitus iniquitatis adest: modò canis, modò lupus: iterùm leo vel vrsus, totum postremò diabolus, serpentinos pariter & ferales agebat motus. Bauo intùs filium iniquitatis irridere, & grandi cum fiducia subsannando dicere: Increpet in te Deus, satan, & increpet in te, qui elegit Hierusalem. *Aliæ dæmonũ præstigia. Zach. 3.* Nec mora: legio euanuit, nec vltrà ciuitatem in monte positam impugnare ausa fuit. Tua sunt hæc, Christe, opera, tua virtus & magnalia: cuius viæ iustitia, & veritas omnia eloquia. Hæc tua est fidelis illa promissio, quam in nascentis Ecclesiæ primordio Apostolis, & per Apostolos omnibus militiam tuã professis donatiuum insigne dedisti: lãguores scilicet in nomine tuo vt curarent, & dæmonia imperterrito pede calcarent. Quis autem liberiùs caput diaboli conculcauit? quis impugnantem se filium iniquitatis fortius expugnauit? *Luc. 9. Luc. 10.* Nec tamen in eo gaudere, quòd spiritus nequã sibi subijcerentur: sed potiùs summa niti ope, vt nomẽ suũ in cælis cõscriberetur.

Hactenùs per scopulos tribulationis & syrtes quotidiani martyrij oratio de milite Dei pernauigauerit: nunc secundis velis portus intrandus, & ad terram illam festinandum, de qua scriptum est: Iusti autem hæreditabunt terram. & Credo videre bona Domini in terra viuentium: *Cap. 10. Psal. 36. Psal. 26.* quam sanctissimi agonis sui mercedẽ gloriosus Dei athleta Allouuinus in perpetuam recepit hæreditatem. Ad quam possidendam cùm videret iam imminere vocationem suam, incessanter se affligere, animamque fontem viuum sitientem, & ad visionem conditoris sui insatigabili desiderio anhelantem, his verbis consolari quotidiè: Expecta Dominum: viriliter age: confortare, & sustine Dominum. *Ibidem.* In hac exhortatione cùm afflictum & penè exossatũ corpus modico indulsisset sopori, meruit dulcissima Dei bonitate consolari. Angelus enim in specie columbæ adfuit, & super filiũ notæ simplicitatis tam familiariter requieuit, vt videretur dicere: Super quẽ requiescam, nisi super humilem & trementem sermones Dei? Li- *Esa 66.*

quefactum statim & penè perterritum amici pectns iterùm blandè refnnet, ac totam cellulam taoti mi-si odoris flagrantia replet, nt raptum se æstimans, paradisi deliciis interesse cogitaret, & quasi iam laborum securus, diceret: Ecce hæreditas Domini. *Psal. 126.* Non mihi nunc per scripturarum prata ingenii du-cêdus est riuulus, quid inocentiæ quid simplicitatis colûba videatur habere: cur in ea spiritussanctus su per baptizatum Christum legarur requieuisse: aut cur in ea Angelus electus Dei soleat apparère. *Matth 3.* Di-nes est ad loquendum materia, & sanctarum scriptu-rarum testimonijs abundè trita, de quarum fonte etsi minùs nobis suppeteret, possemus muruare. Sed ad alia festinanti hoc solùm sufficiat dixisse, meritò super eum in columba Angelû uenisse, qui colûbina plenus erat simplicitate: meritò illum odorê diuinû hausisse, qui secura conscientia poterat dicere: Chri-sti bonus odor sumus in omni loco. *2. Cor. 2.* Cùm verò re-cessisset uisio, in se rediens, & uigilanti aolmo cau-sam discutiens, velut si addidisset oleum flammæ, ma-iori adhuc sancti spiritus accendi amore: non dies, non noctes vacare, & deincèps in cælum clamare: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: ha-bitaui cum habitantibus Cedar. *Psal. 119.*

Angelus ei in uisione apparet.

Cap. 21. Subsequitur de thesauris Dei gloriosum miracu-lum, per quod qui desiderabat dissolui & cum Chri-sto esse, clementer consolaretur: & qui hactenùs stu-duerat lucernam sanctitatis abscondere sub modio humilitatis, in tota summi Regis republica mirabi-liter manifestaretur. Medio in cêtro sol æstuabat: po-pulus qui cõnenerat, præsens intuebatur, cùm ecce gloria Domini de loco sancto sno super iusti sui ca-put descêdit, & in figura viuificæ Crucis militê suû illustrauit & coronauit. Cui ille tâta statim occurrit cum iucunditate, uelut si non dubitans hoc suû ue-rè corollariû esse, obuiis manibus illud uideretur excipere & dicere: Mea hæc merces, mea est retribu-tio. Crucifixo militaui: Crucis gloriam recognosco. Rarâ aut nullâ cûctis retrò diebus uisus admisisse læ-titiâ, omni deincèps proturbato mœrore, securus iâ de sua remuneratione, quotidiè gratulari & dicere: Me autem oportet gloriari in Cruce Domini nostri Iesu Christi. Iurè ergò in Crucis desupèr descêsione est mirabiliter glorificatus, qui Crucifixi filii Dei militiam professus, cùm triumphato iam seculo, di-ceret cum Apostolo: Mihi mundus crucifixus est, & ego mûdo: meruit audire à Domino: Gaude & exul-ta Bauo, qnia merces tna copiosa est in cælo. *Galat. 6.*

In Crucis specie Christus ei apparet.

Cap. 22. Festinabat interim tempus, quo palmes Domini-cæ putationis purgaretur, & flos, qui apparuerat, ad componendum summi capitis sertum colligere-tur: cùm ecce gloriosns Dei athleta lectum ægritu-dinis incidit, quâ tamen longè antè præuidit & præ-dixit. Ingrauescebat sensim languor, & purpureâ pa-radisi uiolâ Austro flante gelidus repercutiebat pal-lor: orare tamê, & lasso anhelitu dura inter suspiria non ætati, non parcere infirmitati: Monachos & ple-bem, quę frequens aderat, castigato sermone horta-ri: lętus ipse cęteros super se plorâtes consolari. Int-telligeres eum nô emori, sed migrare, & quasi præ-sentem Christum intueretur, dissolui desiderare. Fa-miliarem habebat Dominum, Thurholtensis eccle-siæ presbyterum. Quem cùm desideraret ad collo-quendum, non facilè potuit haberi. Iter proli-xum, vasta solitudo, nemus densissimum, non fa-cilem pręstabant transitum. Vocatur famulus, & ad requirendum eum festinare iussus, imperium non recusat, & incipit uelle ire, quò nesciebat. Ni-hil cunctanti, sed de magistri fide pręsumenti, adest repentè Angelus Domini, iter ostendit, ipse co-mitatur, Turholt usque deducit. & expnsito nego-cio, presbyterum assumit & recomitatur. Hunc uir Domini inter loquendum secretum habuit, cu-ram funeris sui ut haberet iniunxit, eiusq; postre-mùm officio communicauit. Felix presbyterium, felix homo ille, cuius manus preciosissimam Dei margaritam meruernnt attrectare.

Morbo corripitur.

Turholt prope Brugas in Flandria.

Nota miraculum.

Et jam securis diuinę uocationis admoueri ad radicem sanctissimę arboris, cùm ecce manibus & toto corpore in cęlum extensis, conciues suos re-cognoscit Angelos, eorumque dulci delectatus prę-sentia, Vale, ait, seruorum Dni Ecclesia: Chri-stus adest: egredere in occursum eius anima mea. In hęc uerba, spiritum de huius fęcis luto cùm ef-flasset, monachorum statim turba super eum ir-ruit, & sanctissimum corpus deosculando, publi-cum luctum prior incipit. Aderat in pręsentiarum sanctus Episcopus Amandus, & uenerabilis Abbas Flnrebertus, qui & ipsi cellulam ingressi, cernunt mirabilia Dei in martyrio militis sui. Quid enim uiuens spiritus eius egerit, corpus mortuum lo-quebatur: in quo tota caro ità depasta videbatur, ut pelli adhęrerêt ossa, & circa dentes tantummodò relicta labia. Quis interim non fleret humana compassione, aut quis non gauderet spirituali exul-tatione? Translatum verò funus sacerdotum Chri-sti manibus, multo cum studio ceruicem feretro subiicientibus, media ecclesia beati Petri Aposto-li ad pernoctandum locatur. Tota conuenerat ui-cinia: omne rus, omnes circà ecclesię ministros & sacerdotes miserant, nec paruo reputabat se frustra-tum munere, cui non contigisset huic sanctæ de-positioni interesse. Erat interea illud miserabile, intueri pauperum turbam, tunc uerè patre amisso orphanam, vestes & solatia, quę de manibus eius acceperant, ostendere, & totam ecclesiam incon-solabili luctu replere. Apparuit autem felix eius anima in ipsa exitus sui hora longè manenti sanctæ uirgini Gertrudi, petens ut mitteret linteamina, condendo funeri necessaria. Discite nunc diuites seculi, quorum cadauera putrescunt in serico & gemmis: discite, quod doleatis, & tandem inci-pite benè contemnere, quod malè amatis. Vos te-git byssus & purpura: pauper pro Christo Bauo, nec in funere habet nisi aliundè petita linteamina. Vos in auro sepulti, extructo sub marmore putre-scitis: Bauo in humili loculo uix habet, ubi caput reclinet cum filio hominis. Et ecce uersa uice, uos potentes tormenta premunt potenter: illum hu-milem humilis Deus remunerat clementer. Vos ex prophetica comminatione propter contritio-nem spiritus vlulatis in interitum: ille ex diuina consolatione ridet & dicit: Eccè homo qui non po-suit Deum adiutorem suum. Nobile uestrum pa-ludamentum mutatum est in confusionem & reue-rentiam: pauperis sui tristem saccum scidit Deus, & circundedit lętitiam. Locus uester fumigauit, & non est inuentus: eius memoria apud Deum & homines est in benedictionibus.

Cap. 23. Præsentes cernens Angelos, feliciter expirat omnium.

Apparet anima eius S. Gertrudi.

Luc. 9. *Sap 6.* *Esa 65.* *Psal. 51.*

Cap. 24. Expletis igitur, quę necessaria erant funeri, cum lampadibus & cereis & psallentium choris, in locum agonis sui, hoc est, in reclusionis cellulam reportatur, ibique ex officio sancti Episcopi Aman-di iterùm sepelitur, non iam ad ieiunandum, sed pane Angelorum satiandum: non ad sitiendum, sed fonte uiuo potandum: non ad plorandum, sed Euangelico risu ridendum: ad nullam prorsùs hu-ius corruptionis afflictionem sustinendam, sed ad perpetuę côsolationis stolam percipiendâ. Felix pa-tria, felix pag⁹, felix prę cęteris Gâdêsis procinctus,

Nota q sepelitur cũ lâpadibus & cereis.

non,

non, ut olim, idolorum superstitionibus sordidis,& antiquorum tyrannorum uanis monumentis, sed cultu omnipotentis Regis,& protectione huius inuictissimi cælestis curiæ militis. Gloriosa dicta sunt de te, in cuius sinu requiescit uas electionis & gratiæ, uas, quod omnipotēs figulus de communis terræ massa sibi composuit ad honorē, & omnibus sanctæ Ecclesiæ domum inhabitātibus ad utilitatē. De hoc certè uase filii desolatorum credendo gustauerunt,& adipiscendo fontem salutis biberunt alienigenæ, & Tyrus, & populus Aethiopum uitale hinc hauserunt antidotum:nemo non accepit quod peteret, nisi quem pigra fides ab accipiendo retraheret. Et cùm iam terrarum nullus sit angulus, cui sua hinc non fluxerit salus, in ualle tua, Ganda, fluit specialius, te irrigat uberius, tibique sapit abundantius:quæ sola penès te retines, quod in commune toti orbi prodest. Tu scilicet huius salutiferi uasis conseruatrix, & miraculorum Dei in eo meruisti fieri penè quotidiana contemplatrix. Tibi * possidius medetur corporum uulnera,& resuscitat animarum funera. Tu conseruandum recepisti,& recōsignabis in die Domini. O uallis, in summi montis sita uertice, & repleta pinguissima Dei ubertate. Non deficiet ex te cælestis frumenti granum, in qua est habitatio lætantium: etenim Dominus in te habitabit in finem,& finibus tuis ponet pacem: seras portarum tuarū confortabit,& benedicet filijs tuis. Facta est autem huius preciosissimi uasis, ab omnipotente artifice post multarum tribulationū excoctiones piissima purgatio, & in æternitatis honorē gloriosa assumptio, Calēdarū Octobriū die primo, anno à conuersione sua quadraginta dies minus de tertio, Dominicæ incarnationis sexcentesimo tricesimoprimo, Heraclio Romanum Imperium, *Martino uniuersalem administrante Pontificatum.

Gandauū S. Bauonis corpore nobilitatur.

Psal. 147.

*fer. *Honorio.*

Cap. 25.

Præcessere statim ipsam beatæ sepulturæ clausulam gloriosa miracula, & ex uase misericordiæ propinata sunt pocula, quæ non deficient in secula, non ab oculis præsentium, non à cordibus absentiū, tantùm cum fide inuocātium. Pauca pono de pluribus, duo tantūmodò de innumerabilibus, quæ ad declaranda sancti sui merita, Dei ostendit gratia. Hostilis inuidia, cuius opus semper inimicum, uoluntas nunquam bona: inuidia, inquam, quæ fœminam & hominem de paradiso proiecit eanlem, nunc quoque hominem cum fœmina mulctabat pœna misera. Stridor grauis, furor indomabilis, spuma continua, habitudo lachrymabilis, uita fastidiosa, notis & amicis omnibus nimis odiosa. Quid agerent? quò se uerterent? Nulla spes, nulla consolatio: qui mederetur huic supplicio, inueniebatur nusquàm gētium. Solus enim Dei salus est hominum. Sed cùm fama uulgante nec miseros lateret de tanti patris funere, opportunum rati auxilium sperare Domini, duris ligatos nexibus, uirorum tractos manibus ad hoc diuinum propitiatorium inutiles, ut uictimas tamen dirigunt. Orabat non lingua, sed necessitas: non uox inuocantium, sed pœna perentium: ignari & sensus,& scientiæ, tormentis suis prouocabāt fontē misericordiæ. Subuenit fides populi clamantis, sancte Bauo subueni: qui uiuificasti membra mortua, malè uiuentes istos libera. Tracti ad sacrum funus, ut orarent, uixque coacti feretrum ut contingerent, (mirabile miraculum) statim fugit dæmoniū, & emundata uascula, Dei loquuntur magnalia. Clamor in altum tollitur, nomē Domini benedicitur: de cuius munificentia sanctorum mors est preciosa. Hæc signorum initia, hæc bonorum funus sanctitatis eius præterea indicia: idcircò maximè prædicabilia, quia Saluatori nostro (salua pace legētiū) quodāmodò cōuenientia. In Christi enim morte etsi omnium peccatorum generaliter, Euæ tamen & Adam facta est ereptio specialiter. In huius funere, licèt de Christi munere, facta est liberatio maris & fœminæ. Vtrique per dæmonium naturę, simile pōtificium: Vtrique per salutaris mortis precium, uitę recepere beneficium. Seruum autem Domino, creaturam creatori cum respectu comparo: nam uerba ueritatis uera sunt necessè est, quę ait: Qui in me crediderit, opera quę ego facio, & ipse faciet. Ille quidem potens, non ex accidenti, sed ex proprio: Bauo potens, non ex proprio, sed ex donante Domino: in quo quia credidit, in eo quoquè cuncta potuit. Ac per hoc pedem capiti, membrum compono corpori, & in saluante cuncta Domino, non iniuria seruum prędico. Respectus enim talis est, ut ad substantiuam species, ad uniuersale singularitas: quorum alterum pręcedit ex conuenienti uelut potestate, alterum subest ex consequenti uelut necessitate.

Miracula ad sepulchrum S. Bauonis.

Solius Dei & sa lus hominum.

Dæmonia ci duo ad feretri cō tactum sanantur.

Iohan. 14.

Multa quidem pręter hęc sunt, quę in hoc suo nobili membro omnipotens non cessat quotidiè operari: quę si deberent per nos omnia annotari, dies ante nos deficeret, antè lassa manus importabili sub fasce succumberet. Pauca tamen aggredi cùm uellemus, & modulum nostrum metiremur, illud in causa fuit nè progrederemur, quòd lingua diù tacendo quasi erugināta, & necdùm loquendi usu eliminata, ad quędam alia intendebat dicens, in quibus quodam ueluti prælndio exercitata, tandem per Angelū calculo de altari contingeretur, ac demùm ad tam diuinum opus præsumendum circuncideretur. Quòd si quis calumnisbitur, misteriam uiribus non equam nos assumpsisse, nec diù, ut decebat, uersasse: licèt in prologo satisfecerimus, adhuc tamē id responsum uolumus, eloquentiam nos non iactasse, sed Aegyptiorum abominationes Deo nostro immolasse. Ouem quippe, animal simplex & mundum, quod Aegyptius abominatur edendum, Israelites Deo suo offert, quotiès quis superbam non eructuat loquacitatem, sed humilem profitetur simplicitatem. Id pręter ad silentium nostrum uel maxima causa accedit torcular graue, quo pręter solitum Ecclesia sancta non modò grauiter premitur, sed importabiliter confringitur: ut necessè fuerit, Iesum pro peccatis nostris dormientem, excitare & dicere: Pręceptor, salua nos: perimus. Quis enim siccis oculis pertranseat regna (signum desolationis) inter se diuisa, populorum quasi maris commotiones, lapidum sanctuarij in capite omnium platearum dispersiones? Dispersi sunt heu lapides sanctuarij: quia qui dicebātur Episcopi, cōfractis & uenūdatis ouilibus Christi, cōmissas oues opposuerunt lupis,& in fugam uersi sunt, non pastores, sed mercenarij. In exemplum sunt ecclesiæ, manu eorum combustę, altaria sanguine humano cruentata, monachorum examina, pars captiuata, pars protrobata, ius & leges omnia confusa. Et quia quorundam hominum peccata manifesta sunt, pręcedentia ad iudicium, cùm inebriati fuerint sanguine aliorum, laqueos alterutrum tendunt: inuicèm, quod dictu nefas est, Episcopi supplantāt & supplantātur, captiuant & captiuantur: ut liquidò pateat, quia suorum manibus ira Dei delęuiens in reos ulciscitur. Ipsa Romanę dignitatis uirgo pręuaricata, abiit retrò, & in diebus nostris fractę sūi māmę pubertatis eius. Nō est dux, neq; sacerdos, neq; locus sacrificij: Hierusalē calcatur à gentibus: quia qui faciat bonum, est nullus. Miseri Israeli

Cap. 16.

Esa. 6.

Quid sit Deo spiritalem offerre ouē.

Matt. 8.

Qua sub Henrico 4. tēpora fuerint, testā tur historie.

Multi tū Antipapę & Episcopi schismatici. De his hic agitur.

Iere. 25. 21. et 43.

re, in quorum comparatione Nabuchodonosor seruus Dei scribitur. Quibus autem inter tot mala vix aut nullo modo viuere licet, quomodò dicere aut scribere aliquid libet? Quod solum restat, sanctos Dei patres & patronos nobis parcmus, quorum felici remigio mare huius seculi enauigemus, & q pro reatu iam mergimur, ex beneficio omnipotentis manus releuemur, quæ uerbo uẽtos sedare, & tranquillitatem nutu potest imperare. Ad quod obtinẽdum beatus Bauo medius constituatur. Bauo in corde, Bauo semper sit in ore. Ipse defensor & patronus, ipse apud omnipotentem iudicẽ intercessor sit continuus: qui me hæc cum deuotione scribentem, te Christiane intueatur cum fide legentem.

VITA S. REMIGII EPISCOPI,

authore Fortunato presbytero, cuius meminit Hincmarus in præfatione ad uitam eius, quam xiij. die Ianuarij reperies. Porrò illum encomium subsequi debebat eiusdem Hincmari, quod cùm eo tempore ad manum non fuerit, & sit lectu dignissimum, subijciendum post hanc putauimus.

Octobris 1 propter eius translationem.



EATI Remigij Antistitis depositio sãcta, nobis hodierna die mysticæ festa solennitatis exhibuit, quæ annis singulis cùm in se cursus temporum uoluitur, nostris desideriis innouatur. Hic itaque primis ortus natalibus, parentum nobilitate fulgebat. Quem diuina pietas non solùm priusquam nasceretur, sed antequam conciperetur, elegit: intantùm, ut Montanus quidam monachus, dum leuissimo sopore quiesceret, tertia fuerit admonitione pulsatus, ut matri suæ benedictæ Ciliniæ, quòd masculum conceptura esset, veridica relatione prædiceret, & nomen eius uel meritum designaret. Qui illicò impleuit imperium, & fœcundissimæ genitrici concipiendæ sobolis gaudia nunciauit. Illa uerò sicut fidei & credulitatis non apparuit dubia, ità suscepit in partu, quod præscierat in utero. Haud morosa extitit, haud incerta: felicissimum pignus secura protinùs edidit, quod priùs corde concepit. In quo assiduè uenturæ ætatis merita dulcis infantia designabat, & quod ante conceptum mater agnouerat, ante tempora iam uidebat. Studebat teneros annos morum maturitate uincere, & beneuolentiam cordis, charitatis melle cõdire. Quid plura? Cùm secundis successibus certatim sanctæ cõuersationis studiis adolescens Domino militaret, & uigesimosecũdo anno secũdioris meriti sumpsisset exordiũ, in urbe Rhemensiũ, omnium generaliter uotis ad pontificale culmẽ raptus fuisse dignoscitur potiùs, quàm electus. In quo statim sic apparuit aptus & deuotus officio, tanquam si quò nouiter ascendebat, iugiter præfuisset.

Montanus monachus eius et natiuitatẽ et nomẽ prædicat.

Rapit ad Episcopatũ annos natus uigintiduos.

Fuit itaq; in eleemosynis largus, in vigiliis sedulus, in oratione deuotus, in charitate perfectus, in humilitate profusus, i doctrina præcipuus, in sermone paratus, in cõuersatione sanctissimus. Nunq̃ inuenit in eo humani generis aduersarius, nec quod fraude deciperet, nec qđ simulatione fuscaret. Synceritatem mentis, uultus sui serenitate monstrabat, & pietatẽ clementissimi cordis, ostẽdebat in lenitate sermonis. Quicqđ ad salutẽ pertinere posset æternã, non minùs implebat beatissimi operis studio, q̃ sermonis prædicatione docebat. Longũ est itaq; verbis exequi, nẽ irrogemus audientibus de nimia prolixitate fastidiũ, quanta in eũ ornamẽta bonorũ omniũ, quæ sunt uel preciosa, uel maxima, supernæ remunerationis prærogatiua contulerit. Studeamus ergò pauca differere, plurima præterire. Nã si tãta uirtutum suarum insignia, aut ariditas nostri sermonis posset excolere, aut memoria retinere, priùs habere poterit terminum lux hodierna, quam pagina.

Catalog° uirtutum eius.

Intendebat uir beatus Remigius iactãtiam uirtutis fugere, in quo non poterat gratia cęlica latẽre. Cùm uerò cõtigisset eum habere inter domesticos suos secretius conuiuium, & delectaretur in libertate charorum, descendebant ad eum passeres intrepidi, & in manu eius mensæ reliquias colligebant. Discedebant alii saturi, accedebant alii saturandi. Sic mansuescebat feritas auium in operatione virtutum. Dum uerò insedisset refectioni, nunquàm auris eius sacræ deerat lectioni. Nullus est prætermissus gradus, qui non in eo faceret perfectionis cumulum.

Vitat ostentationẽ iactantiæ.

Accidit autem quodam tẽpore, cùm ex more pastorali solertia parochias circuiret, ut si negligenter aliquid in diuinis cultibus ageretur, fidelis Christi seruus agnosceret, in uicum, cui uocabulum est Calmaciacus, ipsius deuotionis studio accessit. Vbi dum quidam cæcus ab eo opem misericordiæ postularet, cœpit, qua dudùm captus fuerat infestatione dæmonum, corporis vexatione torqueri. Tũc sanctus Remigius in oratione, cui semper animi sancta intentione vacabat, corporea sedulitate se prostrauit, raptumque lumẽ pristinum reddidit oculis, & pestem immundi spiritus effugauit. O ineffabilis gratia pietatis: à quo dum substantia sola petitur, triplex remedium obtinetur: Victu pauit egenum, munerauit uisu cæcatum, reddidit libertati captiuum. Atque ità contigit per hoc insigne mysteriũ, ut dum apparuit unus in paupere, trinitas se ostenderet in salute.

Cæcũ dæmoniacũ sanat.

Et sicut semper humani generis aduersarius suam non desistit ostendere nocendi uirtutis potentiam, ciuitatem Rhemorum eodem tempore, surgentibus subitò flammarum globis, oborta nimium uastatione accenderat, & iam ferè partem tertiam facilis extantibus concrematio peracta consumpserat, & quod residuum erat, uictrix flamma lambebat. Tunc cùm huius rei ad beatissimum Remigium antistitem peruenisset auditus, illicò uelut inuictus athleta ad ruinam urbis celeri uelocitate percurrit, atque se igni obuium, impleta oratione, monstrauit. Statimque uelut quodam rotatu fracta uel conscissa, populo teste, in se vastatio reducitur incendij, & per patentem portam ad modum fugientis discessit, ut omnibus monstraretur, quòd vir Deo plenus, fidei igne plùs caluit, qui sæuitiam tantæ indignationis & euicit, & suis extinxit meritis.

Flammarũ globos suis extinguit meritis.

Quædã uerò puella ab urbe Tolosa, præclaris orta natalibus, ab adolescente infantia, uesani spiritus tenebatur obsidione captiua. Quã cùm tenero amore diligerent pijssimi genitores, ad sancti Petri sepulchrum in Romana urbe cũ plurima multitudine & multa deuotione duxerũt: vbi quidam Dei seruus cum auxilio sacri corporis plurima patrabat, signa virtutum, hanc tamen puellam cùm nulla potuisset intercessione purgare, nec ab ipsa callidi hostis uires ualuisset expellere, hoc responsum antiquus hostis reddidit, diuini nominis obtestatione cõstrictus, q nunquàm alterius de eodẽ habitaculo, nisi huius beatissimi Remigii antistitis emundatione possit

fit expelli. Tunc parentes eius, & ipsius Benedicti ser ui Dei & Alarici Regis Gotthorum affatibus suffra gati, cum ægrota sobole ad sanctum Remigiū antistitem peruenerunt, deprecantes vt virtutem eius agnoscerent in purgatione sobolis, quam præsciērat confessione latronis. Tūc beatus Remigius cum diu turna luctatione se non esse dignum assereret, & cō sueta patientia repugnaret, precibus est populi supplicantis deuictus, ut orationem pro ipsa funderet; & parentum lachrymis condoleret. Tunc sanctus Remigius, meritis sanctitatis armatus, verbi præcepit imperio, vt iniquus prædo per qđ ingressus fuerat, abscederet, & Christi famulam relaxaret. Itaque cum nimio vomitu & obscęno fętore per os, quod fuerat ingressus, abscessit. Sed paulopòst discedente pontifice, sub ipsius horæ spatio, dum nimio labore fessa nutaret, vitali calore caempto, spiritum eahalauit, & spem salutis suis ademit. Iteratis autem preci bus, supplicantium turba recurrit ad medicum. Beatus autem Remigius illud se accusat potius perpetrasse facinus, quam sanitatis præmium Induisse: & extitisse homicidii reum, non contulisse remedium. Ad basilicam igitur sancti Iohannis vbi corpus iacebat exanime, populi obtentus deprecatione, regreditur: ibique sanctus Remigius cum lachrymis ad pauimenta sanctorum in oratione prosternitur, & reliquos, vt idem facerent, adhortatur. Tunc sanctus Remigius effuso lachrymarum imbre, consurgens, suscitauit mortuam, quam priùs sanauit ægrotam. Quæ protinus appræhensa manu pontificis, cum integra incolumitate surrexit, & ad propria feliciter remeauit. Indicare enim possumus, quantus in præsenti miraculo fuit parentū fletus ꝑ gaudio, laus populi præ triumpho. Putasne, cū quo gemitu, quantaq; deuotione, Gloria in excelsis Deo, cecinerunt, qui per sacrum antistitem diuina uidere mysteria meruerunt? Potuit ille plebem suam de ca su cuiuslibet periculi imminentis eripere, qui uitā mortuæ valuit restaurare.

Dæmonia ca puella liberatur.

Eadē ipsa mortua ad vitam reuocat.

Inter huiusmodi igitur virtutum suarū Insignia, elegit beatissimus Remigius athleta Christi, transitū lethiferi soporis excipiens, procellam mundi, senio iam vrgente, deserere, & ad portum cœlestis habitaculi peruenire. Post cuius obitum tanta ad sui corporis patrocinia fidelibus remedia tribuuntur, tantis ut agnoscas viuere meritis, quantis fulget exēplis. Huius verò pœna dinoscitur defuisse martyrio, non deuotio confessioni. In illis ergo diuinis tē plorum oraculis, vbi eius patrocinia venerantur, quid cum fide petitur, Inuenitur: & quod speratur studio, præstatur effectu. Profusis ergò vnanimiter ꝑ cibus exoremus, ut nobis uitæ salutis spatio indulgentiam delictorum obtineat intercessio sancti Remigii pontificis cum auxilio redemptoris. Det et de precatio eius generaliter in hoc mundo trāquilla pacis tēpora, qui promisit iustis ęterna ꝑmia. Amen.

Obdormiuit sanctissimus in Domino.

ENCOMIVM EIVSDEM S. REmigij, per Hincmarum Archiepiscopū Rhemensem.

VIDEAMVS etiā quomodò hic beatus pater & pastor noster benedictionibus sibi ua legislatore Deo datis, ipsius auxilio in seculi huius conualle la chrymarū ascensiones in corde suo disposuit, & de uirtute in virtutē gra tia Dei profectus creuit, vsquequò eū, quē semper desiderauit spiritu, facie ad faciem uidere promeruit. Idē nanque Dominus in Euangelio dicit: In do mo patris mei mansiones multæ sūt. Quod quasi ex ponens Apostolus, dicit: Alia claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarum Stella. n. à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Quia in illa æternæ beatitudinis vita nō dispari, vnusquisque iuxta dispar meritum locū disparem percipit, sed eiusdem dispatilitatis damna non sentit, quia tantum sibi quantum perceperit sufficit. Et catholica doctrina didicimus, quia distinctæ cōuersationes hominum singulorum agminum cœlestium ordinibus congruunt, & in eorum sortem per conuersationis similitudinem deputantur.

Psal. 83.

Iohan 14.

1. Cor. 15

In æterna beatitudine quisq; secundum meritum mercedē accipiet.

Nam sunt plerique, qui parua capiunt, sed tamen hæc eadem parua piè annunciate fratribus non desistunt. Isti itaque in Angelorum numerum currunt. Et beatus Remigius, licèt multiplex scientia Dei donō in eo esset, vt fidelis seruus & prudens, cōseruis suis in tempore mensuram tritici, id est pro captu audientium ministrauit, & secutus Apostolū, priùs barbaris lac potum dedit nō escā. Et teste Malachia, quia sacerdos angelus Domini est. Vndè & sanctus Remigius sacerdos magnus Angelorum consortium meruit.

Hominū ministeria, cum Angelicis comparat officijs.

Luc. 12.

1. Cor. 3.

Malac. 2

Et sunt nonnulli, qui diuinæ largitatis munere referti, sacramentorum cœlestium summa & capere ꝑ ualent, & nunciare. Quò ergò isti, nisi inter Archangelorum numerum deputantur? Et beatus Remigius sapientiam loquens inter perfectos, quandò male sentientem hæreticum de vero Dei filio in Synodo catholicorum Episcoporum conuertit, in Archangelorum numero meruit deputari.

S. Remigius Angelorum cōsortium meruit.

Itcm Archangelorum.

Et sunt quidam, qui mira faciunt: signa valenter operantur. Quò igitur isti, nisi ad supernarum uirtutum & numerum & sortem cōgruunt? Et beatus Remigius, & in corpore positus, & post obitum, ut supra ostēdim^s, mira fecit: signa valenter operatus est: ad supernarū igit virtutū sortē & numerū cōgruit.

Itèm supernarum Virtutū.

Suprà in eius vita 13. Ianuarij.

Et sunt nōnulli, qui & de obsessis corporibus malignos spiritus fugant, eosq; virtute orationis & ui acceptæ potestatis eiiciunt. Quò itaque isti meritum suum, nisi inter potestatum cœlestium numerū, sortiuntur? Et sanctus Remigius virtute orationis & ui acceptæ potestatis, ut suprà ostendimus, de obsessis corporibus malignos spiritus effugauit. Ergò inter potestatum cœlestium numerum sortem accepit.

Itēm cœlestium Potestatum.

Et sunt nonnulli, qui acceptis virtutibus etiam electorum hominum merita transcendunt. Cuncque & bonis meliores sunt, electis quoq; fratribus principantur. Quò ergò isti sortem suam, nisi inter principatuum numeros acceperūt? Et beatus Remigius, huius Rhemorum ciuitatis Archiepiscopus, sanctis fratribus Vedasto scilicet à se ordinato in Atrebato, Medardo in Viromandis, Lupo Suessonis, Genebaldo in Lauduno, & reliquis in subiectis sibi ciuitatibus electis fratribus principatus, sortem suam inter principatuum numeros accepit.

Episcopi à B. Remigio ordinati.

Itēm cœlestium Principatuum.

Et sunt nōnulli, qui sic in semetipsis cūctis vitiis, omnibusque desideriis dominantur, ut ipso iure munditiæ Dei inter homines vocentur. Vnde & ad Mosen dicitur: Eccè cōstitui te Deū Pharaonis. Quò ergò isti, quorum comparatione cæteri homines, vt ita dixerim, serui sunt, nisi inter numeros dñationū currunt? Et beatus Remigius cunctis uitijs omnibusque desideriis in semetipso dominatus, iure munditiæ solus faciem Christi uidere potuit, quando ad eum & ad Regem Ludouicum ac Reginam, cæterosque adstantes in oratorio sancti Petri, ut suprà est demonstratum, aduenit, & ut seruo sibi subiecto baptizando Regi potestatiuè præcepit, di-

Exod. 7.

Hæc oīa suprà in eius Vita 13. Ianuarij.

Dignitatem pœnitentiæ fructus faciendi.

uenienti dicemus, nisi solùm quod nobis est certū refugium, solida spes: quoniam à peccatis quæ post baptismum commisimus, lachrymis abluti, per confessionem & dignos pœnitentiæ fructus expiati, & meritis ac orationibus sanctorum Christo reconciliati, atque per acceptionem corporis & sanguinis eius, in fide recta permanentes, vnum cum illo facti sumus ipsi incorporati, in quo princeps huius mundi & suū aliquid requisiuit & inuenire minimè potuit? Quoniam solus est inter mortuos liber, à quo nos & à peccati iam seruitio veraci libaristæ soluimur, quia ei qui verè liber est, per corporis & sanguinis eius acceptionem vnimur. Sicut enim verè carnem corporis nostri Christus assumpsit, & verè homo ille qui ex Maria Virgine natus est Iesus, Dei filius est, non quemadmodùm alij homines per gratiam, sed natura filius ex substantia patris: ità vera est caro & verus est sanguis eius, quæ ad manducandum & potandum in mysterio sumimus, sicut ipse testatur. Et nos qui verè sub mysterio carnem & sanguinem corporis sui sumimus, per ea naturaliter vnum cum illo efficimur. In quibus manet post consecrationem similitudo panis & vini, nè quidam sit horror cruoris, sed manet in eis gratia redemptionis. De naturali enim in nobis Christi veritate, ipso ait: Caro mea verè est esca, & sanguis meus verè est potus. Qui edit carnem meā, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. De veritate carnis & sanguinis eius non relictus est ambigendi locus. Nunc enim & ipsius Domini professione & fide nostra verè caro est, & verè sanguis est. Et hæc accepta atque hausta, id efficiūt, vt & nos in Christo, & Christus in nobis sit. Est ergò in nobis ipse per carnem, & sumus in eo dum secum hoc quod nos sumus in Deum est. Quoniam autem in eo per sacramentum communicatæ carnis & sanguinis eius simus, ipse testatur, dicens: Et hic mundus me iam non videt: vos autem me videbitis, quoniam ego viuo, & vos viuetis, quoniam ego in patre meo, & vos in me, & ego in vobis, vt cùm ille in patre per naturam diuinitatis est, nos contrà in eo per corporalem eius natiuitatem, & ille rursùm in nobis per sacramentorū inesse mysterium creditur. Quàm autem naturalis in nobis hæc vnitas sit, ipse ità testatus est: Qui edit carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Non enim quis in eo erit, nisi in quo ipse fuerit, eius tantum in se assumptam habēs carnem, qui suam sumpserit. Perfectè autem huius vnitatis sacramētum ipse docet, dicens: Sicut misit me viuens pater, & ego viuo per patrem, & qui mā ducauerit me, id est carnem meam, & ipse viuet per me. Viuit ergò per patrem, & quo modo viuit per patrem, eodem modo nos per carnem eius viuimus. Omnis enim comparatio ad intelligentiæ formam præsumitur, vt id de quo agitur secundùm propositum exemplum assequatur.

Psal. 87.
Vnimur cū Christo, per sacra Eucharistiæ susceptionē.
Nota lector quæ hic dicuntur de S. Eucharistia.
Iohan. 6.
Probat Author nos cum Deo vniri per S. Eucharistiam.
Iohan. 14.
Iohan. 6.
Ibidem.
Christus per Patrē & nos per Christū viuimus.

Hæc ergò vitæ nostræ causa est, quòd in nobis carnalibus manentem per carnem Christum habemus, victuris nobis per eum ea conditione, qui viuit ille per patrem. Si ergò nos naturaliter secundùm carnem per eum viuimus, id est naturam carnis suæ adepti, quomodò non naturaliter secundùm spiritum in se patrem habeat, cùm viuat ipse per patrē? Per patrem autem viuit, dum natiuitas non alienā intulit diuersamque naturam, dum quod est & ab eo per aliquā incidentem naturæ dissimilitudinem separatur, dum in se per natiuitatem habet patrē in virtute naturæ, cui veraciter vnimur per incarnationis suæ mysterium. Quod quotidiè in catholica celebratur Ecclesia, sicut præfiguratum legitur in sacra historia. Venit Elias ad Iordanem, & exutus pallio suo percussit aquas ac diuisit. Venit Dominus ad fluuium mortis, quo genus humanum mergi consueuerat, & exuens se ad tempus habitu carnis quē sumpserat, mortem moriendo percussit, ac vitæ nobis iter resurgendo patefecit. Rectè enim per Iordanē fluxus nostræ mortalitatis ac defectus exprimitur, quia & Iordanis Latinè descensus eorùm dicitur, & ipse fluuius in mare mortuum influens, laudabiles suas ibi perdit aquas. Transit autem Elias diuiso Iordane per siccum, transit & Eliseus: quia resurgens à mortuis Saluator, fidelibus quoque suis spem resurgendi tribuit. Transito Iordane Elias, dedit optionem Eliseo postulandi quæ vellet: Et Dominus impleta resurrectionis gloria, pleniùs discipulorum sensibus infernit, quod & anteā pmisit: quia quodcunque petieritis in nomine meo, hoc faciā. Petijt Eliseus vt fieret spiritus Eliæ duplex in se, & edocti à Domino discipuli promissam spiritus gratiam accipere desiderabant, qua non vni tantùm genti Iudææ, quam ipse præsens in carne docuit, sed & cunctis per orbem nationibus prædicare sufficerent. An non duplicē spiritus sui gratiam pollicebatur, cùm ait: Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet?

Christus propter carnis dissimilitudinem à Patre separatur.
4. Reg. 2.
Pallium Eliæ figura corporis Christi.
Iordanis quid designet.
Quid trāsitum.
Iohan. 13. & 15.
Quid duplex spiritus Elisei.
Iohan. 14.

Sermocinantibus Elia & Eliseo, subitò currus & equi ignei rapuerunt Eliā, quasi vsq; in cælum. Qui profectò currus & equi, Angelicæ sunt intelligendæ Virtutes. De quibus scriptū est: Currus Dei decē millibus multiplex, millia lætantium: Dominus in illis. & iterū: Qui facit Angelos suos spirit*, & ministros suos ignē vrentē. Horum nanq; Elias subsidio, vtpote homo purus, quò à terra tolli posset agebat. Et Dominus cum Apostolis loquens, subitò videntibus illis eleuatus est, & si nō Angelico fultus auxilio, Angelico tamen comitatus obsequio. Vereq; est assumptus in cælum, Angelis quoq; idipsum attestātibus, qui illis dixerūt: Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælū, sic veniet. Subleuatus ad cælum Elias, dimisit Eliseo pallium quo erat indutus. Ascēdens in cælum Dominus, sacramenta humanitatis assumptæ discipulis, immò Ecclesiæ quibus sanctificaretur in virtute dilectionis, ac calefieret, reliquit. Assumens pallium Eliæ, percussit eo aquas Iordanis, & vbi inuocauit Deū Eliæ, diuisæ sunt, & transijt. Assumpserūt Apostoli, assumpsit instituta per eos omnis Ecclesia sacramēta sui redemptoris. Quibus spiritualiter erudita, abluta & consecrata; ipsa quoq; inuocatò nomine Dei patris, impetū mortis superare, eiusq; obstaculo contempto, ad vitā transire didicit sempiternā, iuxta quod Dominus in Euāgelio dicit, inquiēs: Sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto, ità exaltari oportet filiū hominis: vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitā æternā. Qm̄ qui credens in Christū, passionis suæ sacramēta credendo, confitendo, sinceriter imitando, fideliter sumit, saluatur in perpetuū ab omni morte quā peccando in aīa pariter & carne cōtraxit, & non solum perditionē euadet pœnarū, sed & vitā percipiet sempiternā.

Quid currus & equi.
Psal. 67.
Psal. 109.
Mar. vlt.
Act. 1.
Quid pallium Eliseo relictum.
Quid per cussio aquarum Iordanis.
Iohan. 3.
Attende virtutē sacramentorum Ecclesiæ.

Ad quā beatæ & gloriosæ semper Virginis & genitricis suæ Mariæ Dominæ nostræ, ac illius patroni nostri beati Remigij meritis & intercessionibus, in fide recta & bonis operibus nos perseuerātes, & per acceptionē corporis & sanguinis sui vnū secum effectos perducere dignetur, & per eadē humilitatis eius sacramēta vsq; ad cōtēplādā diuinitatis eiusdē gloriā, quā ipse fidelib⁹ seruis suis fideli pietate pollicetur, dicēs: Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligā eū, & manifestabo ei meipsum. Meipsū manifestabo, inquit, id est, nō qualē me oēs conspi-

Sumentes dignè corpus & sanguinem Christi, vnum cū eo fiunt.
Iohan. 14.

cere

eere, qualem etiam inuidi crucifigere, sed qualem in decore suo Regem seculorũ soli uidere possunt oculi mundi sanctorum: talem me ad rependendam uicem dilectionis, his qui me diligunt, ostendam. Pertingere faciat Christus Iesus Deus & Dominus, conditor & redemptor, atque ab omni morte ac corruptione saluator noster, in qua cum Deo Patre, Spiritu sancto coæternus & consubstantialis ac coæqualis, uiuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

VITA S. LEODEGARII EPIscopi Augustodunensis & Martyris, Authore Vrsino, qui eam scripsit, iubẽte Ansoaldo Pictauorum Episcopo. Stylum passim nonnihil elimauit F. Laur. Surius.

PRAEFATIO AVTHORIS.

Domino, sanctoque Pictauorum põtifici Ansoaldo, peccator Vrsinus. Iussioni obtemperans vestræ, beatissime Papa, summopere vrgẽte Audolpho, patre monasterij beati Maxẽtij, vt de uita & passione beati Leodegarii, pauca è multis eius bonis commemorãdo scriberem: equidem opus suscipere atque etiam edere cupiebã, sed imperitia & simplicitas mea atq; inerS facundia non valet explicare tanti viri virtutes. Cuius quidem patientia modernis innotuit temporibus: sed multa iam antè perpessus est, quæ nemo nouit, nisi ille solus, cui ea intrinsecùs exposuit. Nam si nis operis ostendit extrinsecùs, quanta intùs clam & nemine conscio sit operatus. Quæ tamen mihi de eius uita cognita sunt, multorum relatione comperta, quanquam rustico sermone, vobis imperantibus, edere conatus sum: in quibus si interdum prolixioribus verbis vsus videbor, feci id, ut à veritatis linea non discederem. Si quid verò ex eius virtutibus prętermisi, non studio id factum est, sed ignorantia. Puto autem, etiam si quis multa sermonis sublimitate & eloquentia huius viri Dei res gestas apertiùs explicare velit, non posse id citra mendacii notam fieri. Poteram fortassis etiam ego, annuente Deo, occultis & incognitis verbis vti: sed ea causa nolui, ut rustici & illiterati me possint intelligere, & homines pii ac Deo deuoti eius imitari exempla appetãt, cuius miracula cognouerint.

NARRATIO.

2. Octobris. Cap. 1. S. Leodegarius puer, literis admonetur.

IGITVR beatus Leodegarius ex Francorum præcelsa & nobilissima progenie ortus, in primis ætatis initiis à parentibus in Clotarii Regis palatium adductus est: nec diu pòst ab eodẽ Rege Didoni Pictauensis urbis prę̃suli, auunculo scilicet suo, literarum studiis imbuendus traditus est. Is autẽ pręsul cuidam Dei sacerdoti, viro eruditissimo eum erudiendum commendauit, qui etiam permultis annis magna cura eum docuit, ac deindè benè institutum Episcopo reddidit. Receptum autem Episcopus suo cubiculo sub disciplinæ custodia adhibuit, vt quemadmodùm ipse se castum co pore conseruarat, ità illum quoquè sui similem efficeret. Quamobrem etiam creberrimè illum admonendo dicere solebat, vt se uirginem conseruaret, quo posset in ecclesia Dei dignum electionis effici vas. Optabat enim illũ eius ciuitatis post se Episcopum habere.

Cui quidem ret cùm illum cerneret aptum & idoneum, annos ferè viginti natum, Diaconum ordinauit. Deindè non multo elapso tpe Archidiaconus effectus, oibus eius diœcesis ecclesijs ab eodẽ pontifice præfectus atque prælatus est. Erat enim egregiè facundus, corporis statura procerus, inter plerosque pulcherrimos, adspectu decorus, suauis eloquio, ingenio peracutus, prudẽtia prouidus, Dei zelo & amore feruidus, perpetuæque virginitatis cu stos. Scripturæ diuinæ, tum etiam pontificii & ciuilis iuris cognitione penè omnes eius parochiæ, quã administrandam susceperat, habitatores antecedebat. Iuuẽtum verò & seniores, & æquales, & inferiores omnes superabat, ut eloquentia eius grata esset omnibus, qui cum illo loquerentur: mœstosque af ficeret lętitia, & criminibus obnoxios ad disciplinæ studium reuocaret. Et breui quidem temporis spatio, sub illo antistite magnam pacem Pictauensi solo regiminis sui prouidentia conciliauit.

Cap. 2. Fit Diaconus, idẽ Archidiaconus. Multa ei corporis animæ dotes.

Cùm autem pater monasterij, in S. Maxentii honorem conditi, obiisset, iussu eiusdem pontificis illud regendum suscepit. Quod sex ferè annis ille gubernans, & structuris & magnis opibus ditauit. Interea verò & Episcopo suo egregiè probatus, & prę oibus clarus habitus est, tantaq; nois eius fragrantia in partes oẽs dimanauit, ut in ipsum etiam Regis palatiũ penetrarit. Per id tẽpus minor Clotarius Rex cũ* Batilde matre regni Francorũ habenas moderabatur. Qui cùm eius prudẽtiã auditione accepissent, cuperẽtq; eũ apud se in palatio habere, petierunt ab Epõ, vt ei faceret copiam cum ipsis in palatio manẽdi. Episcopus statim iussa complens, magnis rebus instructum, & sapientiæ floribus redimitum, eum misit ad illos: qui eum sanè honorificè acceperunt. Ille verò intrà paucos dies uirtute & integritate sua, sermonisque comitate id consecutus est, ut Rex & Regina & plerique pontifices eum præcipuè charũ haberent, consensuque omnium, maximè Frãcorũ, Episcopi functione dignus proclamaretur. Itaq; ab omnibus electum, Augustuduni, quæ est Heduorum ciuitas, Episcopum curarunt ordinandum. Quo mu nere decẽ annis strenuè functus cùm esset, Clotarius rex, qui eum promouerat, excessit è uiuis.

Cap. 3. Præficit monasterio S. Maxentij.

** Blitildo*

Creatur Augustodun. Episcopus.

Tum verò beatus Leodegarius Episcopus id audiens, celeriter ad palatium profectus est, & cum aliis de rege constituendo tractare cępit: cumque cõ perissent Childericum Austrasiorum regem adolescentem, pro sua ætate regnum optimè administrasse, quędam Francorum pars eum uoluit habere regem. Porrò Ebronius, qui sub Clotario Rege Maior domus fuerat, Theodoricum fratrem Childerici nitebatur Clotario subrogare. Eiùs autem nomen tũ erat odiosum apud Francos, vt qui illo rursùs iugo premendos se vererentur, quod sub Clotario per eũ experti essent. Itaque Ebroini consilio posthabito, Childericum Francorum Regem elegerunt. Cernens ergò Ebroinus se destitutum, consiliumque suum prorsùs negligi, multo timore correptus, petiit à Rege, vt rebus omnibus derelictis, permitteret ipsi uita incolumi degere in monasterio. Illo sic rogante, & Leodegario quoquè pro eo intercedente, Rex assensit, & illicò eum ad Luxouiense monasterium ablegauit, ut illic monasticum institutum compleEteretur. Deindè in regno confirmatus Childericus Rex germanum suum Theodoricum cuidam seruo Dei conseruandum ac nutriendum commisit: porrò Leodegarium Episcopum omni domui suæ præfecit, & in omnibus Maiorem domus esse uoluit.

Cap. 4.

Childericus eligitur Frãcorũ Rex.

Ebroinus efficitur monach⁹.

Is ergò ea accepta potestate, quicquid aduersùs priscoa-

Cap. 5.

Priscorum Regem & magnorum procerum leges competit inepte introductum, cùm esset vita & moribus inculpatis, ad pristinum reduxit statum. Vsque adeò verò totum Francorum regnum vsquequaq; restituit, ut omnes se gratularentur Regem habere Childericum, & palatij præfectum Leodegarium. Cùm hæc annis ferè tribus cum multo decore agerentur, malus dæmon, qui pro insita sibi inuidentia bona destruere solet, administris suis, quos idē antistes sibi socios adhibuerat rerum gerendarum, Inuidiæ faces admouere cœpit, & per illos inter Episcopum & Regem discordiæ zizaniam seminare.

Quidā seminat inter Regē & Leodegarium discordiam.

Imminente igitur tum Paschatis celeberrimo die, Episcopus a Rege petijt, ut Augustoduni Heduorū ciuitate diem sanctissimum celebraret. Non abnuit Rex, sed Episcopi precibus studet obsequi. In ipsis igitur vigilijs Paschæ pro antiquo more illis pariter euntibus ad Missarum solennia celebranda, odii seminario adhuc latitante, is qui malorum incentor erat, accedens ad Episcopum, ait: Caueas tibi sancte pōtifex: Missarū enim celebritate peracta, iussu Regis interficiendus es. Nam semen nequam, ab hostibus tuis in eius satum pectore, hac nocte exeret sese.

Cap. 6.

His auditis, dissimulat interim Episcopus, neque eam rem magnipendens, lętum & serenum uultum exhibet, inchoataque Missarum solennia honestissimè consummat. Postquàm autem ipse & Rex Eucharistiam sumpserant, Rex ad palatium pransurus abscessit: Episcopus verò peracto ministerio, haustoq; cum suis mero, ut sese habet humana fragilitas, Regis animos metuens, cum illis tractare cępit, quid hac in re agendum videretur. Vbì autem ad Dominum preces consultius ei visum est, posthabitis oīnibus Christum sequi, quàm cædi locum dare, nè manus Regis tam festo die sacerdotis sanguine inquinarentur, atque indè in Francorum odium & contemptum incideret, vniusque hominis causa totius populi concertatio & conflictus oriretur. Relicto igitur Rege cunctisque regni proceribus, pro nihilo ducens, quid in mundo haberetur, eàdem nocte cū paucis iter suscepit, eò profecturus, vbì paup Christi effici posset.

S. Leodegarius clā abscedit.

Id vbi Rex cognouit, valdè contristatus ac animo mœrens, quendam è fidelibus suis cū magno exercitu post illum misit, qui eum tota nocte insecutus, diluculò assecutus est. Deprecante autem humiliter pontifice, vt liceret ipsi quoquè relicto seculo, vacare Deo in Luxouiensi cœnobio, mox id ei permissum est. Itaque celeriter ad monasterium perueniens, Ebroinum iam clericum inuènit, eumq; rogauit, ut ipsi quid in ipsum peccasset, veniam inuicèm peterent, & animorum inter se concordia iungerentur. At tamen ab Abbate seiuncti, aliquo tēporis spatio pœnitentiam agentes, inter monachorum contubernia tam strenuè se gesserunt, ut perpetuò illic in monastico instituto mansuri viderent.

Confert se in Luxouiense monasteriū.

Per idem aūt tempus Childerico Rege defuncto, frater eius Theodoricus ad regni sceptra peruenit.

Cap. 7.

Id vbi utriusque amici compererunt, videre illos cupientes, cum ingenti studio & fauore illos ad propria reuocare nituntur. Itaque ad monasterium venientes, cogunt eos indè egredi, & ad suas domos reuerti. At illi multùm anxii, tandèm illorum dilectioni & amicitiæ assentiunt, quippè quos sua causa nouerant prolixi itineris laboribus fatigatos. Cum benedictione ergò Abbatis, inter se pacis cōcordia iuncti Leodegarius & Ebroinus, Augustodunū proficiscūtur. Eorum aduentu tota exhilaratur ciuitas, obuiamq; eis procedentes ciues, cū magno triūpho eos excipiūt, multùm lętantes, quod reciperent patrem suum, quem olim se gubernatorem amisisse planxerant.

Cum Ebroino redit Augustodunum.

Restituunt igitur eum in sedem suam: & cùm ingenti gaudio pariter afficerentur ac tripudiarēt, ipse Episcopus voluit altera luce Ebroinum magnis affectum muneribus, honorificè à se dimittere. At Ebroinus non ferens suos uel pauxillùm quiescere, nocte fugam capessens, ab urbe recessit, & Austrasios, quos olim aduersarios habuerat, sibi amicos assciuit. Non diù pòst multis perpetratis sceleribus, cùm sibi flagitiorum socios adiunxisset, in Francorum fines per uim inuasit, immanissimamq; exercēs tyrannidem, in Theodorici Regis conspectum uenit, atque ab illo in pristinum gradum restitutus est.

Ebroinus multis se sceleribus obstringit, à Theodorico restitutus.

Cap. 8.

Ità ergò præfectus palatii & Maior domus effectus, cogitare cępit de ulciscendis inimicis, qui eū noluissent habere subregulum, ut author loquitur, id est, Maiorem domus uel palatii principem. Itaq; instar leonis rugientis, per Francorum terras rugitus eius insonuit. cunctique, qui olim aduersùs eum egerant, qui tamen cædem effugere potuere, fugæ pręsidia captarunt. Porrò uir Dei Leodegarius instaurandæ plebi suæ intrà urbem suam Heduam siue Augustodunum intentus erat. Reminiscens autem Ebroinus malorū omnium, quæ cum Childerico Rege illum suspicabatur sibi intulisse, adhibitis in consilium hominibus nequissimis, cum eis tractare cępit, qua ratione illum Episcopum perdere posset. Ex iis veró duo, Diddo & Gnaimerus caput malitiæ effecti, aiunt se illum rapere posse ex vrbe eius, in eumq; exercere uindictam, quæ Ebroini malitiā exatiet.

Tractat cum suis, quomodò S. Leodegarium perdat.

Illorum promissis exhilaratus Ebroinus, copiosum valdè exercitū eis tradidit, cum quo illi festini abiere Heduam, & urbem circa mœnia vastare cęperunt. Id cernens vir Dei Leodegarius, zelo magno accensus erga plebem sibi commissam, & Domini exemplo malens animam suam ponere pro ouibus suis, easque lucrifacere potiùs, quàm vni suæ temporariæ saluti consulere, collecto totius ciuitatis clero, cum reliquiis, Crucibus & psallentium choris, Deiq; laudibus obuiàm processit hostibus suis, sponteq; se obtulit ad obeundum martyriū, si uoluntas percussori non defuisset.

At illi, qui eius capiendi causa venerant, nulla erga sacras reliquias moti reuerentia, eum cōprehenderunt. Fertur tunc exclamans dixisse: Gratias ago omnipotenti Deo, redemptori meo, quod me hodiè dignatus est glorificare. Ductus est aūt ab illis extra vrbem, atque illic, vt Ebroinus iusserat, eruti sunt oculi eius. Et humano quidem illum orbarunt lumine extrinsecùs: at intùs mansit illi diuinum lumē. Cumque eum custodibus tradidissent, in quoddam cęnobium perduxerunt, vbi biennium ferè latuit, & magnum reliquit patientię & humilitatis exēplū.

Cap. 9.

S. Leodegarius Ebroini iussu capitur & luminibus orbatur.

Eodem tempore Gairinus frater eius, qui ob metum Ebroini cum aliis ab eo profligatis Francorum proceribus, aliis in locis degebat, iussu Regis Theodorici & principis Ebroini, ad palatium reuerti compulsus est. Simul etiam beatus Leodegarius ex monasterio, in quo tenebatur absconditus, in Regis Theodorici præsentiam adduci iussus est. Cūq; ambo fratres in principum conspectum venissent, multis cōtumeliis & opprobriis affecti ab Ebroino, illi sic respondisse feruntur: Nos quidem dignè hæc patimur, quia peccauimus Domino: sed maior tamē eius clementia est, qui nos dignatus est ad tantam gloriā vocare. Tu uerò miser Ebroine, qui tātā iniuriam irrogas Francorum genti, teipsum potiùs ulcisceris, dum aliis uitā auferre cupis. Multos quidem decepisti, à paterno solo exulare cōpulisti: at tu ipse magis ēt exul eris, quādoq; dē & tēporalē & æternam gloriā citò pdes. Dū.n.tot Frācię homines excellere

Cap. 10.

Gerinus

Arguit nequissimū Ebroinum S. Leodegarius.

re meditaris, tuam, qua indignus præditus es, gloriam amittis.

Hæc ut audiuit Ebroinus, furore magno correptus, iussit ministris, ut Gairinum à Leodegario separent, uti separatim punirentur, nec possent coniunctim eiusmodi sermones proferre. Cùm ergò abduceretur Gairinus, beatus Leodegarius dixit ei: Aequo feras animo, frater charissime, quòd nos ista pati oporteat. non enim sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Peccata quidem nostra multa sunt, sed supereminet magna Dei omnipotentis misericordia, qui ad abluenda se laudantium delicta semper paratus est. Et nos ad breue tempus hæc patimur, quia mortis debitores sumus: sed si patienter tulerimus, illa nos expectat uita, ubi sine fine lætabimur in cælesti gloria. Deindè ministri ad palum alligatum Gairinum lapidibus obruere cœperunt. At ille deprecabatur Dominum, ità dicens: Domine Iesu Christe, qui non uenisti uocare iustos, sed peccatores, suscipe spiritum serui tui: & qui me ex gratia dignatus es, ut instàr martyrum lapidibus uitam istam mortalem amitterem, mihi quoquè clementissimè des ueniam scelerum meorum. Hæc dicens, inter uerba orationis supremum efflauit spiritum.

Rom. 8.

S. Gairinus frater Leodegarij lapidibus opprimitur.

Cap. 12.

Et beatus quidem Leodegarius cupiebat cum fratre sanguinem fundere, ut simul mererentur coronari: sed Ebroinus eius obitum differre uolens, ut per pœnas diù productas ei æternas quoque cóciliaret, & nè corona frueretur martyrii, immò uerò etiam præmijs gloriæ sempiternæ priuaretur, iussit eum nudis pedibus per quandam piscinam traduci, in qua erant petræ instàr clauorum acutæ. Deindè euulsis iam oculis, humi eum prosterni, linguamq; & labia incidi, ut ablatis oculis, pedibus contritis & concisis, lingua & labiis incisis, membrorum usu erepto, corporis uiribus omni ex parte eneruatis, ut nec oculis posset terrã cernere, nec pedibus ingredi, nec linguæ officio laudare creatorem: tandèm in blasphemiam rueret, atque ità salute omni priuaretur, quam, laudando Deum, sibi ingentem cælitùs obtinuisset. At uerò, qui sine uoce corda audit Deus, magisque rogatur corde contrito, quàm elatione superborum, uocem tacentis propensiùs audiuit, q̃ elatè loquentis. Ille enim uir sanctus diuinum implorabat auxilium, non sono uocis, sed cordis humilitate. Nam cùm se omni humano præsidio destitutum cerneret, totis uiribus diuinum sibi adesse poposcit. Itaque quantùm humana impietas eum supernis abstrahere moliebatur, tantùm pietas diuina erigebat ad cælestia.

Eccè tibi immanissimũ tyrannum in Ebroino.

Immanes S. Leodegarij cruciatus.

Deus intuetur hominis cor.

Cap. 13.

Porrò Ebroinus Vuaningum quendam ad se uocans, Tu accipe Leodegarium, inquit, quem aliquãdo uidisti uirum superbũ, & tuta eum custodia asserua. Aderit enim quandoquè tempus, ut ab inimicis suis recipiat, quod meretur. Vuaningus verò eum ad suum perduxit monasterium, quod Fiscanum uocant, in quo erat sanctimonialium cœtus, quibus præerat Childomara Christi ancilla. In eo monasterio beatus Leodegarius multis diebus mansit, adhibitis ei custodibus. At uerò lingua eius præcisa suũ recepit officium, & magnum doctrinæ semen sparsit in populo. Quandò autem ad uirgines accedebat, tanta, ut fertur, ab eius ore sermonis suauitas manabat, ut mirarentur quicunque audirent, tanta per illum efficere clementissimum Deum, & morum suorum prauitate damnata, quamprimùm ad pœnitentiæ fructus & remedia aduolarent. Ille enim vir beatus diù noctuque in Dei laudibus peruigil adstabat, ut uix parumper ab ecclesia ad corporis res necessarias interdum recederet, aut quippiam uel cibi, uel somni perciperet.

In quodã uirginum monasterio asseruatur.

Loquitur præcisa lingua.

Cap. 14.

Ea tempestate Theodoricus Rex & Ebroinus synodum multorum Episcoporum ad quandam uillã conuocarunt. Et eccè inter cęteros euocatum Diddonem, qui sanctum uirum Leodegarium cũ Guaimero ab eius sede abstraxerat, pœnis subdiderunt, & condemnatum atque decaluatum, expulerunt à sancta congregatione. Deindè actus in exilium, & tandèm capite damnatus, pœnas eorum luit, quæ in sanctum Episcopum dolosè perpetrarat. Alii quoq; Episcopi à Rege per Ebroinum simili ferè pœna multacti, perpetuum exilium deportati sunt. Porrò Guaimerus, qui Diddoni socius fuerat ad exequenda in sanctum uirum Ebroini iussa, cùm ab eodem Ebroino, quòd eius tyrannidi assensisset, per fraudẽ esset in Episcopum promotus, in eius indignationem, Dei, ut putatur, iussu incurrit, multis flagellis cæsus, turpissimeq; ne, ut decebat iusti proditorem, condemnatus, laqueo suspensus est, & transmissus in tartarum. Morabatur eo tempore B. Leodegarius in uirginum supradicto monasterio. Iussus est autẽ etiam ipse accersiri ad synodum, nõ tamen, ut aiũt, concilio interfuit, sed seorsùm Rex & Ebroinus cũ eo sermonem contulisse feruntur, multaq; ne ab eo futura illis prædicta fuisse, quæ euenisse manifestum est. Ebroinus uerò in sua malignitate perseuerans, Multùm te, ait ad uirum Dei, grandiloquentia tua ad dicendum extimulat. Martyrem te fore suspicaris: idcircò hac temeritate uteris. Multùm verò te extendis, sed frustrà tale præmium expetis. Vt enim cõmeritus es, ità martyrio potieris. Cupiebat Ebroinus sanctum uirum in anima & corpore perdere, & cui iam omnem seculi gloriam ereptam cernebat, à sanctorum quoquè meritis excludere. Sed quibus rebus ille sibi uidebatur eum à Christo auellere, ijs ipsis id efficiebat, ut Christo, quẽ desiderabat, magis adhæreret. Quantùm enim crescebat eius pœna, tantùm etiam præmia augebantur.

Diddo dat pœnas suæ in S. Leodegariũ crudelitatis.

Itèm Guaimerus.

Cupit Ebroinus S. Leodegariũ in anima & corpore perdere.

Cap. 15.

Tradidit autem illum cuidam Chrodoberto, iubens ut eum multa cura custodiret: Veniet enim quandoquè, ait, tempus, quo tollatur è medio. Ille acceptum eum, duxit ad domum suam. Cernens verò eum ex itinere & morbo defessum, iussit refocillandi eius causa potum ei præberi. Sed priusquàm ad eum pincerna ueniret, ingens lux instàr circuli è cælo descendens, super caput eius resplenduit. Tum illi qui aderant: Quid sibi uult, aiunt, domine, quòd super caput tuum sphærica figura appàret, cælitus lapsum lumen splendidissimũ, cuius nos antehàc nunquàm simile vidimus? Ille uerò in terram prostratus: Gratias ago tibi, inquit, omnipotens Deus, omnium consolator, qui super me seruum tuum tale dignatus es ostendere miraculum. Porrò reliqui omnes, conspecto eo lumine, tanquàm extra sese in ecstasim rapti, tandèm collectis uiribus, simul laudauerunt Deum, & ad se mutuò conuersi, dixerunt: Reuerà hic homo seruus Dei est: simulque promiserũt, se toto corde velle ad Deum conuerti. Atque ità eius sermonibus penè omnes, qui in illa domo erant, pater familias, eius coniunx & familia tota, cõuersi sunt ad Dei cultum. Quotquot autem eius famam percepère in locis adiacentibus, ad eum concurrebãt, verba salutis audituri. Ille uerò non cessabat sua prædicatione docere omnes, quemadmodùm ad regna cælorum possent peruenire.

Magna lux cælitùs descẽdit in S. Leodegarium.

Multos cõuertit, sancta sua prædicatione.

Cap. 16.

Sed non multo euoluto tempore, cùm iam præpotens Deus pro tam insigni patientia decreuisset remunerare fidelem seruum suum, Ebroinus iã obstinatus, uolens suam in eum crudelitatem perficere,

re,

re, uelociſsimos poſt eum equites miſit, qui eum neci darent. Illi ergò acceptum eum è domo viri illius, cui cuſtodiendus datus erat, abduxerunt per loca ignota. Cumque ad certum locum ventum eſſet, illic conſtitit, itá dicens: Non opùs eſt, filij, vt diutiùs vos fatigetis. Cuius cauſa huc veniſtis, id ocyùs perpetrate, vt ſatis fiat voto veſtro. Ad eius autem cædē quatuor miſsi erant: è quibus tres prouoluti ad pedes eius, rogabant, vt ipſis veniam daret, & ſuam benedictionem impertiret. Quartus verò ſuperbè erectus, diſtricto gladio paratus erat ad perpetrandam cædem.

Quatuor equites mittūtur ad trucidandū virum Dei.

Cap. 17.

Poſtquam autem data benedictione, percuſſoribus ſuis benè precatus eſt vir Dei, & verbum Dei eis miniſtrauit, in preces incumbens, ait: Domine Deus omnipotens, pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, te benedico, te glorifico, qui me dignatus es ad hunc certaminis perducere diem. Oro & obſecro te, Domine, vt tuæ pietatis miſericordiam mihi impertias, & ſanctorum tuorum meritis dignum me facias, & eorum participem, vitæque æternæ conſortem. Ignoſce illis, qui affligunt me: quandoquidem ego, clemētiſsime pater, per eos credo me in conſpectu tuo glorificandum. Dùm hæc diceret, percuſſor ſublato gladio amputauit caput eius. Feruntque tum erexiſſe ſeſe corpus eius, & quaſi horæ vnius ſpatio ſtetiſſe. Id cōſpicatus percuſſor eius, pede eum truſit, vt citiùs in terram corrueret. Sed miſer ille non diù pòſt arreptus à dæmonibus & mente captus, diuina in eum vltione animaduertente, in ignē ſe coniecit, & mortuus eſt. Iuſſu autem coniugis viri huius Chrodoberti, in villam Sarcingenſem magno omnium luctu deportatus à miniſtris, & cum veſtibus, in quibus trucidatus fuerat, in exiguo oratorio beatus martyr ſepultus eſt ſexto Nonas Octobris. In quo monumēto annis duobus & dimidio humatum fuiſſe aiunt.

Capite plectitur, & percuſſor, eius malè perit.

Cap. 18.

Ea tempeſtate ſacerdos quidam, eius oratorij curam gerens, lumen ſplendidiſsimum noctibus didicit eo in loco abſque humano miniſterio fulſiſſe. Eius rei fama in vicina loca ſeſe diffudit. Itaque multa languentium turba ad beati martyris venerationem orationis cauſa eò adueniens, à diuerſis morbis liberata eſt. Claudi greſſum, cæci lumen receperunt: purgati ſunt ab impuro ſpiritu dæmoniaci, nec rarò in venerando illo loco lumen emicuit, quemadmodùm illius eccleſiæ ſacerdos teſtatur. Eiuſdem ſacerdotis miniſter, clericus & cuſtos illius eccleſiæ quadam nocte rebus ſuis omnibus per fures ſpoliatus eſt, in quibus fuit etiam caligula beati martyris, quam pro eius reuerentia apud ſe abſconditam habuerat. Is ergo maturè ab oratorio ſurgens, ad domicilium ſuum abijt, & omnia ſua ablata conſpexit. Properè ergò redit ad beati viri ſepulcrum, orans vt furto erepta reſtituat. Et quidem tota illa die & nocte in oratione & pſalmodia ad eius tumulum ieiunus permanſit, atque indè reuerſus domum, res ſuas omnes ſibi redditas inuènit. Serui quidem illius, qui hoc furtum fecerat, dominus iurauerat, nequaquàm id eum perpetraſſe: ſed domum reuerſus, mox abijt è vita. Seruus quoquè ſcelus, quod admiſerat, malè conſummauit.

Multa miracula ad ſepulcrū eius.

Diuinitùs puniūtur ſacrilegi fures

Cap. 19.

Tum verò fama ſanctitatis beati martyris longè latèque manauit, & paulò pòſt ea, quæ geſta fuerāt, ad Ebroini quoquè notitiā peruenere. Ille verò nuncium clàm miſit, qui accurratè inquireret, & rē certam ad ipſum referret. Paret nuncius, venit ad beati viri tumulum, diſcit à cuſtode, vbi ſit humatus ſanctus martyr. Propiùs indè accedens, non ſolùm precari non vult, ſed etiam per contemptum pede humum percutit, & Dei virtutem neſciens, ſtultè & impiè dicere non veretur: En mortuum, nulla virtutum ſigna efficientem. Abit indè, ſed priuſquàm nūciare poſſet ei, à quo miſſus erat, in ſeipſo martyris virtutem experitur, in ipſo itinere ſubitò è vita ſublatus. Id vbi reſciuit Ebroinus, apud ſeſe tacitum habet, nec cuiquam præter coniugem id indicare auſus eſt, nè fortè creſcēte gloria martyris, ipſius apud populum exiſtimatio diminueretur, vt qui tale lumen extinguere conatus ſit. Sed interim tamē, quāto plùs miſer ille virtutes beati viri latère cupiebat, tanto illorū fama vbique augeſcebat magis. Tribus indè ferè elapſis annis, omni lachrymarum fonte plangendus Ebroinus, qui illuſtrem hanc lucernam nitebatur extinguere, iuxta Domini ſentētiam, cùm multos ipſe gladio interemiſſet, gladio percuſſus interijt. Infelix ſanè ac miſer, tātis auctus honoribus, & per cuncta mundi climata eius induſtriæ propagata fama, apud mortales cùm primis celebris, quādoquidem noluit conuenienter præcepto Domini Saluatoris, inimicis ſuis veniam dare, ſeſe miſerè perdidit, permultos ad cæleſtia regna tranſmiſit.

Iuſtas luit mortis pœnas nuncius quidam.

Matt. 26.
Ebroinus miſerè perit.
Matt. 5.

Cap. 20.

Poſtquam autem miſer ille viuendi finem fecit, cum multa laude in palatium earum rerum rumor penetrauit, quas ille diù ſupprimere ſtuduerat. Aderat tum illic magna Epiſcoporum & procerum frequentia. Qui cùm inter ſe de ſancto martyre conferrent, admirarenturque ea, quæ de illo dicebantur, vir ſanctiſsimus Anſoaldus Pictauorum Epiſcopus, Vtinàm, inquit, liceret mihi, in meæ parochia habere corpus eius, quem meum conſtat fuiſſe parentē. At verò Ermencharius, beati viri in Epiſcopatu Auguſtodunenſi ſucceſſor, Iure quidem, inquit, mihi dabitur viri huius corpus: cùm iuſtum ſit illic eum requieſcere, vbi fuit Epiſcopus. Deniquè Vindicianus præſul Atrebatenſis, in cuius diœceſi interemptus erat, ita dixiſſe fertur: Nequaquàm itá fiet, vt vos ſancti pontifices locuti eſtis: ſed mihi fiat poteſtas ſacrum beati viri corpuſculum retinendi: quippè qui illi loco datus videatur, in quo dignatus eſt quieſcere. Tum vna omnium Epiſcoporum, qui illic aderant, ſententia fuit, vt ieiunia & orationes in hoc conflictu fierēt, vti ſic dignaretur Dominus oſtēdere, in cuius diœceſi iure ſacrum illud corpus cōdendum eſſet. Indicto igitur ieiunio & precibus, tres chartulas, eorum ſententiam continentes, altari impoſuerunt, vt expletis precibus Dominus declararet, cui beati martyris corpuſculum eſſet tradendū. Completis ergò precibus, & Miſſarum ſolennijs celebratis, vnus ex miniſtris iuſſu pontificum dubiam manum immiſit ſub altaris pallam: eaque retracta quid agendum eſſet, apparuit. Id conſpicati omnes, qui huic ſpectaculo aderant, acclamarunt Anſoaldi pontificis eſſe iuſtiores preces, chartula extracta id ſatis declarante. Itá ergò ſine vlla ambiguitate confirmato concilio, eidem viro Dei, Abbati ſuo, Andulpho, qui à ſancto martyre nutritus fuerat, Anſoaldus præcepit, vt ocyùs pro ſancto corpore proficiſceretur, & cum debita reuerentia illud vſque ad Pictauiēſe ſolum perduceret: vt vbi ſeſe diuino cultui mancipărat, illic eius lucerna perpetuò emicaret. Fecit vir Dei Andulphus, vt Epiſcopus imperarat, & properè abijt ad locum, in quo ſanctum illud corpuſculum quieſcebat.

En quanti fecerit antiquitas ſanctorum reliquias.

Transfertur ſanctum corpus eius ad Pictauienſe ſolum.

Cap. 21.

Vbi id audierunt, qui in circuitu eius loci habitabant, tum monachi, tum alij vtriuſque ſexus homines, magna deuotione compuncti, confeſtim eò aduolarunt: & cum magna partim lætantium, partim flentium turba, ſancti martyris, vt Rex iuſſerat, loco ſuo motum eſt corpus. Iter autem illis facientibus, res paſsim diuulgata eſt: & eccè vndiquè ſe-

ſponte

Magnum hominum studium & deuotio erga sacrum martyris corp. sponte dextra læuaq; accurunt plurimi ex monasteriis, villis ac viculis: monachi, clerici, laici, cum Crucibus, cereis, suffitu & odoribus suauissimis procedunt obuiam, tanta hominum frequentia, vt uix quisquam ad feretrum posset accedere, sublatumque in humeros portare. Quotquot enim aliquo laborarent morbo, si feretrum manu contingere possent, ilicò sanabantur: nec cuiquam negabatur sanitatis beneficium, si ex fide feretri operimentum, aut eius fimbrias tetigisset.

Cap. 22. Inter hæc uêtum est in villam Gaudiacum Carnotensis parochiæ, vbi erat puella Radinga, quæ in parentum domo septem annis iacuerat cæca, muta & paralytica. Allata uerò à parentibus ad beati martyris feretrum, ea nocte dormiens per uisum vidisse fertur duos viros splendidissimos, cum aliis illic *Puella sanatur, cæca, muta & paralytica.* adstantes. Cumque euigilasset, & visionem admiraretur, oculi visum, pedes gressum, lingua loquendi recepit facultatê. Itaque exclamans, ait: Gratias tibi ago, omnipotens Deus, quòd per sanctum martyrê Leodegarium sanitati restituta sû. Ab hac laude mêbris oib. sana erecta, cum parentibus domum abiit, diù post *Cap. 23.* victura.

Deindè cùm in Turonensis territorii Solcanum *Itèm demoniaca.* vicum peruenere, quædam dæmoniaca à parentibus per brachia tracta, clamare cœpit se nolle ad sancti viri feretrum accedere. Sed eò inuita perducta, cùm paululùm tetigisset feretri operimentum, à dæmonio mundata est. Igitur ad se rediens, nolebat a feretro separari, timens nè rursùs arriperetur ab hoste, à quo se cernebat liberatam.

Cap. 24 *Berthus* Indè ventum est in Turonensem vrbem. Id andiens ciuitatis Episcopus, qui tum aderat, * Ruotbertus, cum choris psallentium & lampadibus iuit obuiàm, acceptumque cum suis feretrum, per mediam duxit vrbem. Ibi tum quædam mulier, quòd diceretur *Liberat innocens mulier.* occidisse maritum suum, collo ac manibus catenis vincta, ità exclamauit: Subueni mihi beate Leodegari: quandoquidem innocens pereo, à falsis accusatoribus alligata. His dictis, mox rupta catena, à collo & manibus decidit. Quam illa coniecit in feretrum, compertaque est absque noxa dedisse pœnas.

Cap. 25. *Claudus ambulat.* Cum sic autem idem pontifex sacrum corpus cû magnis laudibus per suam parochiam deduxisset, & intrâ Pictauiense solum peruenissent, paululùm in vico Egorande quieuit: vbi claudus quidam occurrês, postquàm ad sacrû corpus in pces sese pstrauit, statim reualuit: & i pedes erect⁹, icolumis abscessit.

Cap. 26. Audiês id quædam mulier, cuius manus propriam amiserât formam, digitis adeò incuruis, ut mediæ palmæ infigerentur, & vngues intrà carnem hærerêt abscôditi, inuocato Dei nomine & sancti martyris, sanata est: & gratias agnes Deo, domû repetiit.

Cap. 27. Illud verò nequaquàm silentio premendum est miraculum, quòd cùm vir Dei Ansoaldus Episcopus Pictauorum, sacrum didicisset adueniare corpus, velocemq; misisset nuncium, qui ea uilla ipsius, quam *Vasa dum nunc redundant vino.* Interamnem vocant, abundê vinum promeret, vndè pauperes & reliquum vulgus, quod sanctum corpus prosequebatur, refici posset, idque ità factum esset: non diù post indicatum est, omnia vasa, quę in cella, vndè vinum depromptum fuit, penè vacua remaose rant, adeò redundare, vt vinum in pauimentum manerct, & nihilominùs vasa manetens plena.

Cap. 28. Post hæc cum ad Vigennam fluuium, vicumque Sianonensem venissent, ventus contrarius vndas cômouit. Metuentes itaque nautæ, nolebant admittere, vt in nauim intrarent, nè nauigantes flumen, in discrimen conijcerentur. At uir Dei Audulphus Abbas, cuius curæ sacrum corpus commissum erat, sancti martyris meritis fidens, eos compulit, dicens: Mittite in nanim, & transite securi. potest nanque Dena per sancti sui merita bas; sedare vndas. *Sedat tempestat.* Cùm ergò sacrum corpus esset naui impositum, & nautę iam nauigare cœpissent, confestim vndæ subsederunt, & fluuium prosperè transmiserunt. Illis uerò nocte in ecclesia quiescentibus, quædam peregri *Infans recipit lumen.* na mulier cum cæco infantulo adueniis, tota illa nocte in oratione peruigilans, & eccê manè uidet infantulo redditum lumen, quod amiserat.

Indè recto itinere venerunt ad Gelnagum uillã, *Cap. 29.* ad quam vir Dei Ansoaldus obuiàm progressus est cum turba Clericorum, vulgi & pauperum, cû thuribulis & suffimentis, cum Crucibus & accensis cereis, cum hymnis & canticis: sacrumq; corpus excipiens, perrexit ad urbem. Vbi tum quędam erat fœ *Mulier côtracta erigitur.* mina, multis annis adeò curua, ut caput propemodùm genibus inhæreret. Cumque ea paululùm sublatis oculis ad sancti martyris feretrum precata esset, corpori eius pristinus vigor rediit. Mirabantur pontifex & qui ei adstabant, virtutem Dei & beati martyris eius. Deindè cum caoticis & magnis laudibus in suburbanam peruenere ecclesiam, in qua beata Radegundis quiescit. Ibi verò quidam curatus est paralyticus, idemque aliquantisper fere trum secutus, permansit incolumis. Vbi autem ad beati Hilarii basilicam apportatum est sacrum corpus, alius paralyticus in uia iacens, tacto feretro, sur reait sanus. Paulopòst cæca puella innocans sanctû martyrem, lumê recuperauit: atque ad eius tumulum perueniens, vsq; in præsens deuota ei inseruit.

Posteà verò sacro corpore ex vrbe Pictauiensi ipsius Episcopi Ansoaldi & sacerdotum ac ministroiû *Cap. 30.* eius humeris aliquantispèr exportato, atque usque ad vinculum Zezolliolum honorificêtissimè perducto, magna turba monachorum ex S. Maxentii cœnobio, vbi quandoquè Abbas ibus erat functus ministerio, lætabunda in eius uenit occursum, suumq; pastorê magno studio suscipiens, cum psalmodia in ecclesia pernoctabat. Mane uerò quædam mulier attulit infantem trium ferè annorum, propè exanimem, quî qui priusquàm ad corpus sancti uiri accederet, fertur expirasse animam. At nihilominùs mater eum sub feretro deposuit, & cum lacbrymis inuocans sanctum martyrem: Domine mi, inquit, redde mihi *Infans mortuus resuscit* filium meum. Ità trium ferè horarum spatio illa deprecante, quasi de graui somno euiglans infans, voce, qua potuit, ait ad matrem: Mater mea, vbinàm es? Tum illa gaudens recepit filium rediuiuû, quem planxerat extinctum. Fuit hoc sanè ingens & stupendum miraculum, undè etiam magna in populo fides excreuit de tanti viri sanctitate, cuius gloria manet in cælo sempiterna.

Rursùs ergò sublatum est beatissimi martyris cor *Cap. 31.* pus, & eo, quo par erat, honore deportatum. In itinere autem occurrerunt ei duo paupe res, vir cum coniuge sua, alter vno, altera vtroque carens oculo. Vtroque ad feretrum accedente, mulier non hæsi *Merito fidei caca illuminatur.* tans amborum oculorum recepit lumen: uir dubitans, mansit etiam altero lumine orbatus. Priùs autem, quàm accederent, uir funiculo trahebat cęcã vxorem: posteà vxor uidens, vicem reddidit viro, cæcum eum ducens per uiam. Indè perrexerunt ire ad B. Maxentii monasterium: in quo cùm uir beatus primo cœperit peruersorum hominum animos tis ducere ad colendum Deum, non fine iustissima Dei prouidentia factum uidetur, ut ibidem superioris uitæ tæplis etiam miraculorû gloriã adiûgeret.

Etgdê cùm monachi ei' cęnobii in eius pperatét *Cap. 32.* occursû, puella in atrio eius paralytica iacês, atque con-

Paralyticis sanatur. orum membrorum officio destituta, cùm sancti Leodegarii nomē audiisset, sanam se sensit. Id miraculū conspicati suor, qui illic aderant, mox verò tanta vndiquè confluxit multitudo, vt atrium via sufficeret capiendis hominum turbis.

Cap. 33. Cæca & duo dæmoniaci curantur. Interea mulier quædam cæca, ex longinqua regione veniens, cùm ad sancti martyris adijsset tumulum, lumen recepit. Adolescens quidam, itemque puella à dæmone vexati, tremebundi eò venerunt, & per vomitum dæmone vnà cum sanguine reiecto, curati sunt. Innumera alia per id tempus sancti martyris virtutum signa claruere. Sanabantur cæci, surdi, muti, aridi, claudi, dæmoniaci.

Cap. 34. Insigne templum conditur in honorem S. Leodegarij. Porrò in sancti martyris honorem, iubente Ansoaldo pontifice, opera Audulphi Abbatis monasterij, amplissimum extructum est templum, cuius structura alia est, quàm cæterarum basilicarum. Eo templo ædificato, idem pontifex votum suum executurus, cum omnibus ecclesiæ suæ sacerdotibus, multisque proceribus & magna populi caterua eò venit, & cū magnis laudibus sepulturæ mandauit corpus beatissimi martyris. Quo in loco quotidiè cumulātur virtutum insignia in laudem & gloriam Domini nostri Iesu Christi, cui est honor & virtus in secula seculorum, Amen.

VITA S. THOMAE HEREFORDENsis in Anglia Episcopi, cuius Author fide dignus est, licèt Anonymus. Stylum ferè mutauit F. Laur. Surius.

Octobris 2. S. Thomæ parentes.



SANCTVS Thomas Herefordensis Episcopus, in Britannia maiori, quam nunc Angliam vocant, claris ortus est natalibus, patre Vuilhelmo de Cantilupo, matre Miliceona Comitissa Ebroicensi. In ipsa pueritia puer docilis, ætatem moribus superās, nulli animum voluptati dedit: sed à teneris annis Deum & timere, & colere cœpit. Cùm enim literarū studijs imbuēdus traditus esset, quotidiè preces, quas horas Canonicas vocant, dicere, & Missæ interesse solebat. *Pietas ad huc pueri.* Studiorum autem causa primò ad Academiam Oxoniensem, indè Lutetiam se contulit, vbi Logicæ operam dans, & philosophiç secreta rimatus, magisterij titulo ornatus est. Postea Oxoniam reuersus, iuris Pontificij Doctor, & Academiæ eius Cancellarius creatus est. Quo in munere prudenter studuit causas discutere, ea æquo & bono ferre sententiam, actiones suas ad virtutis prę scriptū componere, morum honestati deditus esse.

Fit Cancellarius regni Angliæ. Porrò cùm eius fama increbresceret, quandiis inuitus, coactus est esse Henrici tertij Angliæ Regis Cancellarius. Erat nanque sermone verax, consilio prouidus, in sua administranda functione fidelis. Et cùm in plerisque honores mutent mores, non in melius quidem, sed in deterius: ille tanto affectus honore, in dies seipso melior fiebat, atque in quibuslibet causis vel negocijs tractandis manus ab omni prorsùs munere excussit. Nec propter diuitum superbia tumentium fastum à veritate deflexit, nec propter pauperum abiectionem ab eis aures suas auertit, & misericordiæ atque humanitatis officia negauit.

Magna eius parsimonia. Postquàm autem Henricus Rex desijt esse in viuis, vir sanctus Oxoniam redijt, & ad Theologiæ studia animum appellēs, Doctor effectus est. Magna siquidem in cibo & potu temperantiæ fuit, ità vt nemo vnquàm vel domesticus, vel extraneus, cum viderit lar gioribus siue epulis, siue poculis indulsisse: immò tanta eius erat abstinentia, vt plerumquè cum maiori appetentia à mensa surrexerit, quàm ad eam accessisset. Tanta animi pietate & deuotione rebus diuinis intererat, vt intuētium fidem & mores informaret: tanta in Missæ sacrificio lachrymarum ab eius oculis copia manabat, acsi coram se Christū Dominum in humana carne patientem videret.

Obtrectationis vitium valdè detestabatur, & neque ipse vlli vnquàm detrahere voluit, neque vt id ab alio fieret, quantùm quidem in ipso erat, permisit. Immò verò si quos audiret obtrectantes, seueriter illos castigauit. Mentis & corporis eius tam fuit rara integritas & munditities, vt Robertus Cantuariēsis Archiepiscopus, deindè Portuensis Episcopus Cardinalis, publicè de eo Oxoniæ dixerit: Ità me Deus adiuuet, quemadmodùm hic homo sic mūdus est hodiè, quòd ad corporis & animi castitatem attinet, vt is eo die, quo natus est. Quòd si quærat aliquis vndè id ego sciam, fateor coram Deo, tam purè & apertè me illud legere in vita & conscientia eius, vt qui à pueritia vsque in præsens, confessiones eius audierim, quàm posset quisquam legere in codice optimè scripto, & coram ipso expāso. Spero autem præpotentem Deum, qui hactenus eum in hac puritate seruauit, etiam deinceps perpetuò seruaturum. *Insignis animi & corporis castitas.*

Corpus castigat. Corpus suum vigilijs & ieiunijs macerauit, aspero cilicio permultis annis secretiùs vsus est. Cùm autem Herefordensis ecclesia suo esset orbata pastore, omnium votis electus, anno Christi millesimo ducentesimo septuagesimoquinto Episcopus consecratus est. *Fit Episcopus.* Tum verò longè etiam magis, quàm antea, factus est vigil ad curam, non segnis ad opus, suauis ad mores. Maior tum illi accessit cura pauperum, gestus & sermo humilior, in persecutionibus perferendis animus fortior, ad exequendam iustitiam censura seuerior, in precibus feruentior spiritus, ad prastādas eleemosynas perfectior benignitas & liberalitas, in proprio castigando corpore maior rigor. *Virtutes eius.* Magna laboris instantia in eam incumbebat curam, vt ecclesiæ iura tueretur, & quæ alij sibi præter ius fasque uēdicarant, ab iniustis possessoribus ablata, ecclesiæ restitueret. Ea causa cum grauis extitisset contentio propter ecclesiæ Herefordēsis iura, Romanum Pontificē adire decreuit, ut ab illo rātis molestijs opportuna remedia impetraret. Eo igitur tā longo & difficili itinere non sine multo labore & corporis sui detrimento suscepto atq; cōfecto, Romā uenit, & à Martino Pōtifice honorificè acceptus est: rebusq; & negocijs, quorū causa eò venerat, pro uoto expeditis, dū in patriā redire contendit, morbo oppressus, apud Florētinos iuxta Flasconis montē decessit à uita sexto Nonas Octobris, anno salutis millesimo ducentesimo octogesimosecundo. *Migrat ad Dominum.* Interea sex diebus corpus eius exanime asseruabatur, odorē spirans suauissimū. Deinde caro ab ossibus separata, in ecclesia S. Seueri honorificè sepulta est: ossa uerò per tam longinqua terrarū ac maris spatia in Angliam ad sedem eius apportata sunt.

Ex ossibus manat multus sanguis. Cumq; obuiam illis uenisset Gilbertus de Clara, Comes Glouerniæ, qui ob iura ecclesiæ beatū uirū fatigauerat, mox ab eis sanguis copiosissimus manauit, ità ut uasa, in quibus ferebantur, sanguine tincta viderentur. Id Comes ille cernens, timore & horrore concussus, iura omnia ecclesiæ restituit, & ob ea, q̄ temerè admiserat, egit pœnitentiā. Porrò beatū Episcopum Iohannes Papa XXII. Sanctorū catalogo adscripsit, & sexto Nonas Octobris festū eius solenniter celebrandum instituit. Miracula uerò, quæ post obitum eius ad laudē & gloriam nominis sui perpetrauit

uit omnipotens Deus, in diuersis codicibus eius loci, vbi sacra eius ossa quiescunt, penè infinita reperi: In quibus fertur sexaginta mortuos excitasse, quadraginta & vnum cæcos illuminasse, quinquaginta duos contractos sanasse, viginti & vnum paralyticos restituisse, cæcis & mutis viginti tribus lumen & vocem reddidisse. In quodam eius loci volumine legi annotata diuersa miracula eius quadringenta, quinq; & viginti in variis curandis morbis diuinitus declarata: præstante Dño nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

DE DVOBVS * EVVALDIS presbyteris & Martyribus: ex Historiæ Anglorum Venerabilis Bedæ Lib. 5. Cap. 11.

*Heuualdis.

Octobris 3.



T autem vidit vir Domini Egbertus, quia nec ipse ad prædicandű gentibus venire permittebatur, retentus ob aliam sanctæ Ecclesiæ vtilitatem, de qua oraculo fuerat pmonitus: nec Vuitbertus, illas deueniens in partes, quicquam proficiebat, tentauit adhuc in opus verbi mittere viros sanctos & industrios, in quibus eximius Vuilbordus presbyterii gradu & merito præfulgebat. Qui cùm illò ad uenissent, (Erãt autem numero duodecim) diuertentes ad Pipinum Ducem Francorum, gratanter ab illo suscepti sunt: & quia nuper citeriorem Frisiam, expulso indè Radbodo Rege, ceperat, illò eos ad prædicandum misit. Ipse quoquè imperiali authoritate iuuans, nè quis prædicantibus quicquam molestiæ inferret, multisque eos, qui fidem suscipere uellent, beneficiis attolens. Vndè factum est, opitulante gratia diuina, vt multos in breui ab idololatria ad fidẽ conuerterent Christi.

S. Vuillebrordus cum sociis mittitur in Frisiam.

Horum secuti exempla duo quidam presbyteri de natione Anglorum, qui in Hybernia multo tempore pro æterna patria exulauerant, venerunt ad prouinciam antiquorum Saxonum, si fortè aliquos ibidèm prædicando Christo acquirere possent. Erant autem vnius ambo sicut deuotionis, sic etiam vocabuli: Nam vterque eorum appellabatur Euualdus: ea tamen distinctione, ut pro diuersa capillorű specie, vnus niger, alter albus Euualdus diceretur. Quorum vterque pietate religionis imbutus, sed niger Euualdus magis sacrarum literarum erat scientia instructus. Qui venientes in prouinciam, intrauerũt hospitium cuiusdam villici, petieruntque ab eo, vt transmitterentur ad satrapam, qui super eos erat, eò quòd haberent aliquid legationis & causę utilitatis, quod deberent ad illum perferre. Non enim habent Regem iidem antiqui Saxones, sed satrapas plurimos suæ genti præpositos: qui ingruente belli articulo mittunt æqualiter sortes, & quẽcunq; sors ostẽderit, hunc tempore belli Ducem omnes sequũtur, & huic obtemperant. Peracto autem bello, rursum æqualis potentiæ omnes fiunt satrapæ.

Duo Euualdi ex Hyberniæ.

Saxones olim parère nõ regi, sed satrapis.

Suscepit ergò eos villicus, & promittens se mittere eos ad satrapam, qui super se erat, ut petebãt, aliquot diebus secum retinuit. Qui cùm cogniti essent à barbaris, quòd essent alterius religionis, (Nã hymnis & psalmis semper & orationibus vacabãt, & quotidiè sacrificium Deo victimæ salutaris offerebant, habentes secum vascula sacra, & tabulam altaris vice dedicatam) suspecti sunt habiti, quia si peruenirent ad satrapam, & loquerentur cum illo, auerterẽt illum à diis suis, & ad nouam Christianæ fidei religionem transferrent: sicque paulatim omnis eorum prouincia veterem cogeretur in nouã mutare culturam. Itaque rapuerunt eos subitò & interemerunt, album quidem Euualdum veloci occisione gladii: nigellum autem longo suppliciorum cruciatu, & horrenda membrorű omnium discerptione, quos interemptos in Rhenum proiecerunt. Quod cùm satrapa ille, quem videre volebant, audisset, iratus est ualdè, quòd ad se venire volentes peregrini, nõ permitterentur: & mittens, occidit vicanos illos oẽs vicumque incendio consumpsit. Passi sunt autem p̃fati sacerdotes & famuli Christi quinto Nonarum Octobrium die, nec martyrio eorum cælesti defuere miracula.

SS. Euualdi quotidie Missas celebrant.

Occiduntur à Saxonibus.

Nam cùm perempta eorum corpora, amni, vt̃ diximus, à paganis essent iniecta, contigit, ut hæc cõtra impetum fluuii decurrentis quadraginta ferè millia passuum ad ea usque loca, vbi eorũ essent socii, trãsferrentur. Sed & radius lucis permaximus, atque ad cælum usq; altus, omni nocte supra locum fulgebat illum, vbicunque ea peruenisse contingeret: & hoc etiam paganis, qui eos occiderant, intuentibus. Sed & unus ex eis in visione nocturna apparuit cuidam de sociis suis, cui nomen Tilmon, viro illustri, & ad seculum quoquè nobili, qui de milite factus fuerat monachus, indicans quòd eo loci corpora eorum possent Innenire, vbi lucem de cælo terris radiasse cõspiceret. quod ità completum est. Inuenta nanque eorum corpora iuxta honorem martyribus condignum recondita sunt: & dies passionis vel inuentionis eorum congrua illis in locis veneratione celebratur. Deniquè gloriosissimus Dux Francorum Pipinus vbi hæc comperit, adducta ad se eorum corpora condidit cum multa gloria in ecclesia Coloniæ ciuitatis iuxta Rhenum. Fertur autem, quia in loco, in quo occisi sunt, fons ebullierit, qui in eodem loco vsque hodiè copiosa fluenti sui dona perfundat.

Preclaris miraculis illustrantur corpora Dei.

Ea ecclesia hodiè S. Cuniberti nuncupatur.

LITERAE S. ANNONIS ARchiepiscopi Coloniensis de Translatione SS. Euualdorum martyrum.



N nomine sanctæ & indiuiduę Trinitatis, ANNO secũdus ecclesiæ Coloniensis Archiepiscopus, omnibus Christi fidelibus tam futuris, quàm præsentibus. Quoniam vitę huius spatium breue probatur esse & inualidum, eo quòd humana ætas & nascendi lex, licèt annorum numerositas prolongari videatur, semper tendat ad occasum: salutare est omnibus, & totis uiribus inquirendum, ille mente & opere aliquid bo ni sibi præmittere, vbi, si læta sint, finem nesciant: & si tristia, dolor interminus, qualécumque tamen miserationem admittat. Hac de causa pro peccatis meis ego solicitus, & futuri districtionem iudicii timescens, decreui sanctos Dei honorando, & seruiẽtes eis subleuãdo, peccatores pro me efficere in iudicio, qui de propriis meritis iustificari nõ valeo.

Sancti pro nobis precantur.

Gloriosos itaque martyres Dei Euualdos, in neglectis propter ignorantiam præcedentium loculis positos, ego peccator & seruus seruorum Dei, Anno secundus Coloniensis Archiepiscopus, licèt indignus, transtuli: ut qui iam recepti sunt in cælesti speculatione, & apud nos aliquo digni haberentur honore: quatenùs omnipotentis Dei, pro quo passi sunt, misericordiam tanto studiosiùs pro nobis

Transferuntur SS. Euualdorum reliquiæ à S. Annone.

nobis expostulent in cælis, quanto magis apud nos pro modulo nostro glorificentur & honorentur in terris. Actum autem est hoc coram testibus subnotatis: Etzelino Præposito, Berengario Decano, Euerhardo Runtberio, Berthulpho, Regeboldo. Coram laicis quoque, Fràcone urbis præfecto, Hermano mite, Gerardo Comite. Et ut veriùs credatur, firmiusque in posterum teneatur, hanc in testimonium chartam conscribi feci, & in eodem monasterio in memoriale futurum reposui. Translatio verò prædicta facta est anno Dominicæ incarnationis millesimo septuagesimoquarto, Indictione undecima, quinto Nonas Octobris.

VITA SANCTI GERARDI ABbatis, ad Gonterum Broniensem Abbatem, à quodam erudito monacho fideliter conscripta, stylo ferè rhythmico, quem propterea F. Laur. Surius in gratiam Lectoris passim mutauit.

PROLOGVS AVTHORIS *Ad Gonterum Abbatem.*

DOMINO patri amantissimo, & pastori vigilantissimo atq; Abbati Broniensis cœnobii Gontero, quidam professione monachus, religione nullus, vnà cum grege sibi commisso, pascua vitæ sempiternæ. Iubet tua paternitas, pater charissime, atq; adeò filiorum tuorum mellitæ nos compellunt preces, ut de domini Gerardi vita, conuersione & virtutibus scribentes, tanquàm nucleos quosdam vobis apponamus: uti hac spiritali refectione interiorem hominem, patris illius amore vulneratum, (uulnerati quippè charitate estis etiam vos) communiter refocillare queatis. Sed hac in re quæ nos remoueantur, paucis accipite. Absterret nos tanti viri excellentia, absterret calami nostri imperitia, tum quoquè æmulorũ socors obtrectãdi libido, atq; eius, qui ante nos vitã beati viri conscripsit, dictio obscurior, quàm vt à minus capacibus possit intelligi. At nihilominùs tamen hęc omnia vestræ iussioni postbabentes, licèt tantæ sarcinæ impares simus, etiam non absque pudore vobis obtemperare statuimus: multùm nostrã confirmante pusillanimitatem sententia illa, qua verissimè dictum est, Vires quas imperitia denegat, eas a charitate ministrari. Qua ego sententia animatus, aliquid attentare ausus sum, mihi certissimè persuadens fore, ut iussionis uestræ authoritas culpam omnem meæ imperitiæ excuset. Simul autem rogat° uos uelim, ut pro vestra erga me beneuolentia, superuacanea resecetis, hiantia suppleatis, commodè dicta hilariter accipiatis, nostrumque munusculum paterna gratia prosequamini. Ità enim & nobis operis nostri ratio constabit, si ea, quæ ex veri Dei gestis excerpsimus, subtili sapientum iudicio comprobentur. Vale uir Dei, memor nostri. Valeant, qui nobis benè volunt: æmuli resipiscant.

Gregori° Papa I.

PRAEFATIO EIVSDEM *Ad lectorem.*

VIrtus Domini tanto prædicatur gloriosiùs, quanto in sanctis mirabiliùs operatur. Operatur enim Deus in sanctis, ut per eos & in eius se declaret admirabilem. Hinc illa admirabunda vox Prophetæ exclamantis: Mirabilis Deus in sanctis *Psal. 67.* suis. Laus ergò cuiuslibet è sanctis, proculdubiò laus Dei augeatur. Quamobrèm etiam eum, de quo agimus, sanctum laudando, & reuera illum efferimus, & efferendo reuera laudamus: ut per eum, & in eo laudetur, magnificetur, mirificetur laudabilis & mirabilis Deus.

VITAE HISTORIA.



IR Domini Abbas Gerardus, exequendis Domini mandatis mira captus & idoneus, immò cælesti beatitudine per omnia dignus, vti veridicorum hominũ relatione comperimus, ex ingenuis atque orthodoxis parẽtibus apud Stallerelbas Lomacensis territorii vicum procreatus est: claris quidẽ natalibus illustris, sed morum integritate illustrior. *O Iobris 3. Cap. 1.* Pater eius Aetantius ex prosapia Haganonis Austrasiorum Ducis ortus, mater Electrudis, Stephani Tungrorum Episcopi soror germana fuisse memoratur. Præstitit autem illi gratia cælestis, ut ab ineunte ætate & annis & sapientia proficeret, & tã apud Deum, quàm apud homines, gratiosus esset. *Patria & parentes S. Gerar-* Etsi aũt annis iuuenculus erat, at iuuenum tamen impudica & obscœna colloquia detestabatur: potiusque ad bonorum sese familiaritatem adiungens, summoperè vitabat prauorum consortia. *Vitat mala consortia.* Ità eum, qui corporis splendida iuuentute ornabatur, etiam mentis sãctitas egregiè commendabat. Crebrò uerò, idq; ardenter, sacrarum ædiũ limina terens, ecclesiasticorum dogmatum fluenta auidè hauriebat: atque illic salutaria pro suo captu monita percipiens, quanuis etiamnũm laico habitu tegeretur, accuratè ea tenaciori memoria complectebatur, secumque ruminabat: & iam teneriori pectore meditabatur, quæ posteà multa animi deuotione peregit.

Horrens amplecti luxus & ludicra seculi,
Emeruit fieri templum spiramnis almi.

Ea tempestate Comes Berengarius Namurcense castrum obtinebat: cuius posteri ibidèm hactenùs perseuerant. *Cap. 2.* Ei verò athleta Dei Gerardus commendatus est, ut militiæ apud illum vacaret. *Militat apud Comitẽ Berengariũ.* Præcipuum autem apud eum amicitiæ & familiaritatis locum obtinuit, ità ut Comes pro eius arbitratu comitatum administraret, ei præ cæteris difficiliora magisque arcana committeret: quandoquidem, quod perrarũ est, & industria & consilio præstabat. Multa ei ad consulendum prudentia & perspicacia fuerat, magnam in rebus ipsi creditis fidem ostendebat. Eximia oris aderat facundia, uultus iucunditas, animi serenitas, in colloquiis mira suauitas, in cõuictu singularis comitas & mansuetudo, in iudiciis seueritas, ad opem ferendam virilis strenuitas. *Dotes corporis & animi eius.* Licebat intueri illum munitum inuicta prorsùs armatura, fidei galea, lorica iustitię, gladio spiritùs, quod est verbum Dei, scuto æquitatis impenetrabili. *Ephes. 6.* Atque hunc in modum præsidiis vallatus inexpugnabilibus, spiritales nequitias indefessus depellabat. Celabat illum quidem paludamentum, quemadmodùm olim S. Sebastianum, sed monachum declarat frugalitas, perindè ut militantem S. Martinum. Multa illi erga commilitones benignitas, mira charitas, rara patientia & humilitas. Itaque secùs ac parentem illum reuerendo venerabantur: & tanquàm dominum uenerando reuerebantur. Ille uerò thesaurizabat in cęlo, ubi neque tinea, neque ærugo demolitur. *Matth. 6* Nudos tegebat, egentes alebat, laborantibus opem ferebat,

pusil-

pusillanimes confirmabat, pupillos tuebatur, viduis adminiculabatur, oppressorum suscipiebat patrocinia, miseris opitulabatur.

1 Cor. 9

Cap. 3. Comes rixans fert absentiam.

Pacis amator erat, litem rixasque fugabat:
Ceu uir Apostolicus, est omnibus omnia factus.

At uerò tanti viri conuictu & contubernio Comes non mediocriter lętabatur, non dubiis argumẽtis crebrò expertus, Domini Iesu manum esse cum illo: quippè cui opitulante Deo, cuncta cederent ex sententia. Itaque cum ęgrè posset eius ferre absentiã, raro eum patiebatur a sua pręsentia abesse. Cũq; aliquandò pro nobilium consuetudine cum suis venatum iret, è re sua arbitratus est fore, si hunc quoq; sanctum uirum secum educeret. Post eum igitur uenandi laborem, sole eousque progresso, ut iam prandendi hora ad cibum capiendum uocaret, Comes cum sua familia domum cogitat. At ille Dei amic⁹, spiritualia corporalibus anteponẽs, propinquã Broniĩ ecclesiam adit, quæ cum quibusdã pręđiis adiacẽtibus à progenitoribus eius ad ipsum successione deuoluta erat. Erat enim illi prædiorum ampla possessio, quippè qui nihil à Maiorum suorum uirtute degeneraret. Hoc uerò oratoriolum iussu Pipini principis fundatum accepimus, & a domino Lamberto Tungrensi Episcopo dedicatum: ut commodiùs illic diuinis posset interesse officiis, utpote quod in nemoris vicinia situm esset, vbi princeps ille sæpenumerò in uenationem incumbere solebat. In quo etiã iucundum sanè quandoquè miraculum contigisse ferunt, ex saxo quodam a beato Lamberto constitute inuncto, aliquandiù largiter oleo promanãte. Cùm hic igitur esset uir Dei Gerardus, sacerdotem iubet accersiri, qui Christi mysteria tractet. Interim ipse, vti decebat seruum Dei, orans, diuinę vacat contemplationi: dumq; longas ad ueniendum moras nectit sacerdos, diuinitus in beatum uirum sopor irruit, didicitque in spiritu, siue per diuinam reuelationem locum & formam oratorij, qđ posteà exędificauit.

Bronij oratorium à Pipino cõditum.

Oleũ ex saxo fluit

O felix somnus, felix per cuncta Gerardus,
Talia cui Dominus dignatur pandere Christus.

Vidit enim in visione Ecclesiæ columnas Petrũ & Paulũ sibi adstare: quorum alter primus in Senatu & agmine Apostolico, manum suam ipsius manui visus est inserere, eumque per ecclesiam & atrium familiariùs circunducere. Porrò sciscitante uiro Dei, quid sibi eiuscemodi in ambulatione velit, cœpit eum admonere de construendo oratorio, dicens eum se locum sibi delegisse, & filiolum suum Eugenium martyrem sibi cooperatorẽ adhibuisse. Loci, inquit, huius patronus ego esse constitui, postque Deum custos procuratorq; benignus. Hac promissione exhilaratus beatus Gerardus, scire cupiebat, quo pacto res ad effectum perduci posset. Quanam, inquit, ratione pastor egregie, tanti martyris ego me sperem corpore potiturum? Respondet ei Apostolus iucundiori facie: Itàne Deo quicquam est impossibile? Tu huius rei curam in Deum & in me iactice. Porrò hanc ædem a fundamento euersam, angustiorẽ atq; elegantiorem nè differas extruere, & quemadmodùm nunc tibi ostenditur, omnem eius structurã absoluere. Interim indicabat ei & oratorii formam, & ut quælibet eius partes construendę essent. Iam uerò sacerdos accitus aduenerat, & pro more composit⁹, Missam celebrare volebat, nec tamen uel strepitu uel contactu eum excitare ausus erat, satiùs existimans, ut eum ultrò ad se redeuntem sustineret. Tandèm visione illa completa, beatus vir expergiscitur, & submurmurãtẽ presbyterum ob diuturnam expectationẽ, planè alloquens, his uerbis compescit:

Cap. 4. Visio sancti uiri.

Hac⁹ Eugenij reliquiarũ particulã quãdã S. Gerardus trãstulit Bronium.

Obsecro, serue Dei, super hoc absiste moueri.
Proficuum valdè mihi somnum sic subiisse,
Condignas nequeo grates persoluere Christo,
Cuius mira breui pausans miracula vidi.

Cap. 5.

Quòd si quis obtrectator eã visionẽ phantasticã & vanã calumniari velit, cõuincetur ille atque pudefiet ex re planè cõsimili, quæ in beatissimi patris Benedicti uita cõmemoratur: putà dormientibus discipulis, oẽs eũ cuiusdã ędificãdi cœnobii officinas designasse: atq; ẽt cùm euigilassent, adhuc hæsitantes, ita eas construere iussisse, quemadmodùm ex reuelatione didicissent. Quinetiã sanctus Ambrosius Mediolanẽsis Episcopus, sacro altari assistens, apud Turones legitur magni Martini solennibus exequiis interfuisse. Sed uir Dei Gerardus, Apostolicæ iussionis promptissimus executor, postquàm structurã illam omnem compleuit, illi basilicæ munus eximium contulit ex copiosis prædiorum suorum redditibus, quod satis esse posset eo in loco Domino seruientib⁹. Instituit. n. illic Clericorũ sodalitatẽ, eosq; pro data sibi sapientia docuit ad Canonem pęscriptum, siue more Canonico, uiuere.

Vide Seuer. Sulpitiũ de Vita S. Martini.

Broniẽsẽ ecclesiam cõdit & dotat S. Gerard⁹ primo & Clericis.

Talis relligio præcessit tempore primo,
Donèc dante Deo, monachorum inducitur ordo,
Rebus & officio longè præclarior illo.

Cap. 9.

Eo autem oratorio sic cõstructo, & Clericorũ ministerio, ut dictum est, illic instituto, multùm cogitare de thesauro cœpit uir beatus, quẽ Apostolus ei in uisione ꝓmiserat: id est, qua ratione posset cõsequi, ut beati Eugenii Episcopi & martyris sacro corpore potiretur. In ea aũt cogitatione crebrò illo uersãte, Comes Berengarius, quadã oblata occasione, diuina id agẽte ꝓuidẽtia, legatos mittere voluit in Gallias ad illustrẽ Comitẽ Robertũ, quẽ posteà cõstat ad regni Francorũ sceptra ꝑuenisse. Accito igitur ad se uiro Dei Gerardo, solus soli explicat arcanũ cõsilium suum, orans eũ peramãter, ut ipse eã legationẽ suscipere velit. Nihil uerò cũctatus uir Dei, cũ suis ad iter se accingit, & intrà dies non multos uenit Lutetiam. Cumque iam ad occasum uergente sole, tardior hora non sineret ulterius progredi, quosdam è suis iubet opportunum hospitium inquirere. Ipse interim cum paucis veneranda beatorum Dionysii & sociorum eius martyrum limina petens, Deo pias offert preces, & optata sanctorũ patrocinia implorat. Eadẽ hora nõ sine nutu Dei Vespertinas preces monachi persoluebant. Eorum suaues cantiones vir ecclesiasticus attentiùs auscultat, & cùm uentũ est ad eũ locum, quo solet fratrum chorus Sanctorum suffragia speciatim expetere, & iam quidã nominatim expressi essent, audit etiam cõmemorari Eugenium optatissimum martyrem. Sed interim tamen apud se nõ mediocriter hęsitat, sit ne ille Eugenius, cuius nomẽ antea in visione didicisset.

Mittitur legat⁹ ĩ Franciã. Visitat S. Dionysiũ & socios martyres

Et cœpit secum tacitus deposcere Christum,
Vt se suspensum celeraret reddere certum.

Cap. 7.

Absolutis indè Vespertinis hymnis, seorsùm ex primis fratribus quosdam abducit, eosq; ità compellat: Obsecro vos, domini & patres charissimi, vt exiguitati meæ indicare velitis, quisnam ille sit martyr Eugenius, cuius nomẽ inter cæteros sanctos a vobis audiui cõmemorari. Illi, animaduersa hominis simplicitate, innocentia & candore, hunc in modum respondent: Ignoras, pàter venerande, hunc Eugeniũ Toletanum fuisse Episcopum? auditorem quoq; patroni nr̃i sanctissimi Dionysii, eiusq; collegã i spargẽdo apud ĩfideles verbi cælestis semine? Qui tãdèm diris pęnarũ cruciamẽtis cõfect⁹, cælo spiritũ reddidit cũ insigni triũpho sui sãguinis imbre ꝑfusus. His auditis, nõ potuit vir venerãdus animi sui celare lætitiã, sed suũ illis desideriũ aperiens, & nè cui id reue-

Intelligit monachis S. Eugenij corpus ibidèm requiescere

lent, obnixè rogans, ità ait illos: O mihi nimiùm dilecti, Deoq; deuoti patres, si nō molestū esset benignissimæ charitati vestræ, mihi tantillo homuncioni huius sancti largiri reliquias: credite mihi, sine mora par pari vobis referrē. Tū illi multùm obstupefacti, Quanā, inquiūt, ratione fieri potest id, quod postulas uir beate? Vix o. ofsquā sufficere possit oib. rependis miraculis, quæ ab illo in Galliis patrata sunt: Vndè haud fecis, atque Angelorum Dei, omnes Eugenium complectuntur. Crede nobis, rem sanè difficilimam postulas. At ille respondet: Nè sic, quæso, loqui velitis patres mei, nec mihi huius beneficii spem tā citò eripere. An verò inualida est Dñi man⁹? Num quicquam illi difficile est? Vbi diuina adest ope, ibi difficultas nis vt facessat oportet. Vbi autem nulla est difficultas, non potest nō præstò esse expedita & prompta facultas. Ex his verbis patres illi magnam beati uiri prudentiam colligentes, animi sui propensam erga ipsum uoluntatem prorsùs aperiunt, aiuntque ad eum:

Immumera S. Eugenii ī Galliis miracula.

Suadēt ei fratres, vt fiat monachus, si uelit rogata t obtine re reliquias

Eià uir Domini, perpaucis, si placet, audi:
Accipe consilium si uis attingere uotum.

Si animum tuum diuinus quandoquè compungeret amor, cuperesque hic in loco monachus fieri, fortassis Deus uotis annueret tuis, ut quod tantoperè expetis, beati martyris corpus obtineres. Hęc quidem nostri consilij summa est: tu quid tibi agendū sit, tecum ipse perpendas.

Post hos sermones abscedunt ad sua fratres:
Sanctus ad hospitium deducitur antè paratum:

Cap. 8.

At verò consolatoria fratrum illorum uerba secū accuratè, idq; crebrò pensitans, sub ipsa nocte manantibus ab oculis lachrymis, & ex imo pectore ductis suspiriis, tandèm aduersùm se in has prorupit voces: Quid agimus, anima? quid ità diligimus uana? Ecquid tandem prodest mundi huius gloria? quid pompa fastusq; omnis emolumenti habet? An non prorsùs friuola sunt hęc, planeq; caduca? An non instar fumi & vmbræ citò euanescunt? Quid ità sub ambiguo fluctuas & dubia iactaris animi sententia? Mundus transit, & concupiscentia eius. Spretis igitur labentibus & caducis, quęramus, oro, permanentia. Nònne sermo Euangelicus apertè testatur, Qui non renūciat oībus, quæ possidet, non posse eum esse Christi discipulum? Renunciemus ergò, renunciemus omnibus, ut Christo possimus liberiùs vacare & adhęrere. Hęc & id genus alia dum secū tractat flens & lachrymans athleta Dei, cælo rubescente, sol terris lucē refundit, cogitq; eū cœpto pergere itinere. Rebus autē ex sententia confectis, nō multò pòst ad Comitē, à quo missus fuerat, regressus est. Cumque ei ordine cūcta exposuit, iā cælestia animo cōtēplās, desiderii sui æstus inter alia explicat, ità dicens: Oro te, uir illustrissime, quē Dominus Iesus uoluit esse principē populi sui, vt benignas precibus meis aures accommodes. Equidē iā nō parùm diū sub te militię operā dedi: at nūc hæc dies aliud postulat, nēpe ut de alia uiuendi ratione cogitē. Itaq; monastico in dnius habitu, deinceps constitui habitare in domo Dei mei, ut ab omni mundi huius cura absolutus, vni Deo uacare queam. Noli, quęso, noli refragari huic meo proposito, ut si qd in monasterio rectè à me gestū erit, tu, auspice Christo, eius particeps efficí merearis. Tū verò Comes, subortis lachrymis, singultiēs respondet: Itàne amicorū amicissime, amicū prorsùs vnanimē deserturus es? Ecqd uerò tibi in me displicuit? In te, eheu, hactenùs recūbebam, in mutua inter nos concordia atq; animorū cōspiratione acquiescebā. Sed ut cooijcio, Euangelica authoritate edoctus, gladius Saluatoris nos uult aliū ab alio separare.

1. Ioh. 2.

Luc. 14.

Petit à Comite missionem ut possit monachus fieri.

Matt. 10.

Alioqui nisi diuinitùs ìsthuc fieri existimarē, quis te uel centimanus gigas à meo posset complexu diuellere? Nūc verò, quandò tibi cælitùs hic animus adspiratur, nè temerè videar aspernari preces tuas, fiat uoluntas Dei, & quod tu petis à me.

Dulcia fraternis tunc imprimit oscula labris,
Edidit & talem mœsto de pectore uocem:
Nostræ pars animæ, nostri memor esto, ualeque.
Atque gemens valdè, permisit abire gementem.

Valedicit ei Comes cū lachrymis.

Porrò vir Dñi indè recedens, ad Tungrensem Episcopū Stephanū rectà proficiscitur: vt quia post summū pastorē, pastor eius erat, ab eo hac in re & consiliū peteret, & facultatem. Plurimùm enim id sibi profuturū credebat, si cum Episcopali benedictione hostia viua Deo offerri mereretur. Ab illo aūt ea, qua par erat, reuerentia acceptus, sine q̄ et cognatus esset, siue q̄ eius sanctitatē optimè nosset, inter mutua de rebus salutaribus colloquia, aperit ei causam aduētus sui. At venerabilis ille antistes, vt erat & i scripturis eruditissimus, & ore facundissimus, multis eum verbis p̄monere cęrit, ità dicens: Equidem, fili mihi charissime, non derogo quicquā deuotioni tuæ: sed tibi summoperè cauendū est, ne ausus sis in humeros tuos sarcinā imponere, quā postea, uelis nolis, cum ignominia deponas. Animi tui propositū non potest non plurimùm commodari, sed et perfectioribus viris formidabile videri potest. An tu ignoras, in mille sese formas transferentis satanæ versutias? Quod ergò uix pōt clericus, diuinæ scripturæ clypeo munitus, quonam pacto laicus sibi promittet, eo præsidio destitutus? Ad quæ Christi tyro sic respondit: Et ego, mi pater, hæc ipsa non semel reputaui mecū: sed non ego meis nitor viribus, sed Domino commendāi corpus & animam, mundi huius glorī lācū suis oblectamentis contemno. Tum rursus Episcopus: Quādò, ait, fili charissime, animo te video esse fixo & obfirmato, nè videar dissuadere, quod potiùs hortari & persuadere debeā, si quid vouisti Domino, id reddas. melius est.n. non vouere, quàm post uotū promissa nō reddere. Deindè ab omnibus eum peccatis absoluēs, summæ Trinitatis signaculo consignat, & cùm eum osculatus esset, hanc adiūxit benedictionē:

Cap. 9. Consulit Episcopū Tungrēsem S. Gerardus.

Stephan⁹ Epi Tūgrensis hortatur eū, vt fiat monachus. Eccle. 5.

Iesu summa salus, hominum qui respicis actus,
Cui nihil occultum, cui pectora nostra loquuntur:
Ad bona, posco, tuum benedicens dirige seruum,
Vt tua iussa colat, & te super omnia quærat,
Vt tandem æternæ comprendat præmia palmæ:

Hoc ergò munitus viatico, uir beatus ab Episcopo cū spirituali gaudio recedit, Parisiosq; ocyùs rediēs, & beati Dionysii optata reuisens limina, in omni obedientia, humilitate & patientia probatus, quē admodum in sua Regula docet sanctus pater Benedictus, raso capite & barba, monasticum indui habitum, eique monasterio donauit, quæ iuris ipsius essent in Lotaringia. Nolens autem torpere ocio, quod sciret animæ esse inimicum ac perniciosum, ob oiā rogauit, ut liceret ipsi literas addiscere. Quod cùm valdè admirarentur fratres, uelle hominem iampridem barbatum, ad puerilia literarum studia applicari, ille rogare & instare non destitit. Itaque uni è fratribus traditus est literis imbuendus. Vt uerò plùs etiam mireris eius humilitatem & solertiā, ipsa prima literarum elementa instàr quinquennis pueri addidicit. Nec quicquā de suo p̄posito remittēs, intrà paucos dies totū Psalteriū memoriç commēdauit. neq; id mirū, cùm nulla sit ad discendum mora, ubi doctrix adest gratia spiritusSancti. Deindè p̄ponūtur ei sacri codices, & ille diuinis dogmatib⁹ præclarè eruditur: & sicut apis sedula per pratorū volitat

Cap. 10. Parisiis apud S. Dionysiū fit monachus S. Gerard⁹.

Discit prima litterarum elementa.

volitat flores, ut mella comportet: ità & ille sanctorum Patrũ scripta lectitãs, diuini fauos eloquii ab illorum melliflua doctrina excipit, suoq; in pectore sacra mandata recondit. Nec interim tamen ullo tempore retrahi se sinit ab exequendis illis, quę Canon monasticus iuberet: immò verò in cũctis actionibus suis illum ceu magistrum sibi proponit. Id Prior & fratres tacitè contemplantes, & qualis quantusue foret, haud obscurè peruidentes, nè lucerna sub modio lateret, idoneum censent, qui sacris initietur. Paulatim igitur promotus, etiam presbyterii gradum attigit, quippè qui omni probitate & integritate conspicuus videretur. Etsi autem planè recusaret, & multis modis indignum se clamitaret, at tamen à Priore & fratribus victus, illorum coactus est cedere voluntati, nè obedientiam negligere videretur, quæ cæterarum uirtutum comes esse solet. Ità ergò altero suæ cõuersionis anno Parisiis à Theodulpho Episcopo minores accepit ordines, & tertio ab eodem antistite hypodiaconus ordinatus est. Ab eius verò successore Fulrado, anno quarto à conuersione sua, diaconus est ordinatus. Porrò nono anno iam uirtutibus sublimiter ornatus, etiam sacerdotio initiatus est à Fulradi successore Adelelino.

Magnũ facit in p-discendis literis fructum.

Sacris ordinib' gradatim initiatur.

Tale charisma tuis bone Christe fidelibus addis,
Qui mentem stolidi, prudentem reddere nôsti.
Eccè rudis laicus diuino dogmate doctus,
Sacris Ordinibus reperitur magnificatus.

Cap. ii. Per id tempus illo in monasterio religiosa monachorum congregatio florebat, quorum pectora nõ nisi cælestia suspirare, permulta uirtutũ documẽta declarabant. In quibus etsi beatus Gerardus ordine postremus erat, magno tamen opere in id incumbebat, ut nulli esset virtutum studio & exercitatione secundus. Seniores honore præueniebat, iuniores amore & beneuolẽtia complectebatur, corpus suum macerabat inedia, crebrò in precibus pernoctabat. Cunctis ea animo se credebat inferiorem, in omnibus se Dei ministrum exhibebat. Canonis monastici cultor erat strenuus, ab eius legibus deflectere planè reformidans. Quod habitu præ se tulit, moribus & vita præstare contendebat. In vestibus eius uilitas, in uictu parcitas cernebatur. Ad obedientiã promptum, ad iniuriam patientem se præbebat. Voluit corpus suum humiliare in terris, ut anima quãdoque in cælis exaltari mereretur. Quanta erga superiores humilitate, erga omnes humanitate & benignitate fuerit, quis vel uerbis eloqui, uel scripto cõprehendere queat? His uerò & consimilibus uirtutũ floribus redimitus, omnibus tam magnis, quàm pusillis, ea animo charus erat, tantique fiebat à fratribus, ut cõmuni omnium sententia decretum sit, nè quid magni momẽti intrà monasterium absque eius consilio fieret. Sentiens autem ille opportunũ petendi tempus adesse, & beati Eugenii martyris sacras reliquias impetrandi, fratres pariter cõgregatos sic allocutus est: O patres & domini mei, ò diuinæ religionis cultores eximii, o cæli senatores, intrà curiam cęlestis paradisi degẽtes: quas ego uobis gratias referre possim, qui me peccatorem, & in procellosi huius seculi fluctibus naufragium facientẽ, in tranquillũ uestri cęnobii portum comiter recepistis? Nõ est certè huius ulla apud me facultas, nec possum vnq̃ tanto beneficio par esse. Sed tñ pôt abũdè sarcire Deus benignitate sua, qđ hominis fragilitas præstare non potest. Quorsùm autem hęc mea tendat oratio, paucis uos accipere uelim. Cùm adhuc secularis me habitus teneret, & aulicæ curæ plurimùm occuparent, sicut mihi testis est Deus, diuina mihi dormienti se uisio obtulit, admonens, ut in principis Apostolorũ & eius filii martyris Eugenii honorẽ, in ditionis meę augustiis oratoriũ extruerẽ. Parui ego, & Dño adiuuãte, breui illud absolui, Clericisque illic Deo seruituris attribui, addens pro mea tenuitate, quę illis ad uictum vestitũque sufficerent. Cùm sit igitur de hoc martyre diuinitùs apud me facta mentio, supplex oro & obsecro uos, præsertim cùm singularis ecclesia uestra tot sit sanctorum instructa luminibus, undè tota possit Francia illustrari, ut ea, quã dixi, inops basilica à me condita, hoc thesauro ditetur, & uobis reddat Deus gratiã in pśenti, gloriã in futura uita. Respondent unanimiter fratres: (Diuino.n. instinctu permoti, non poterant abnuere, quod petebatur) O Eugeni, clarissima martyrum gemma, quis pro dignitate tuas possit laudes depromere?

Virtutes eius.

Orat fratres, ut dẽt sibi reliquias S. Eugenii.

Exponit suam visionem.

Gallia nònne tuis virtutibus enitet omnis?
Nemo tuum petit auxilium, quin impetret illud:
Nam cunctis nostis languoribus ipse mederi.

Deindè ad uirũ Dei: Magna quidẽ, inquiunt, postulas pater dulcissime, & quę cuiuis, te dempto, possẽt iustissimè negari. Sed quandò, ut ais, diuinæ sic placet volũtati, & optimè de nobis merita est tua inter nos imitãda uitę cõuersatio, cũ multa animi propẽsione & alacritate assentimur piissimis precibus tuis. Nostra enim inter nos omnia & sunt & oportet esse cõia, magis uerò cum fraternitate tua, cuius facultates nostra ecclesia possidet. Quamobrèm & eũ, quẽ petis, beatissimũ Eugeniũ spõtè dam', & aliorũ quoque reliqas nõ negamus. Quibus auditis, quo tũc animo fuerit uir Dei, quisq; ex seipso, modò sic affectus sit, facilè potest intelligere & ęstimare. Post hęc salutifera optatissimi martyris theca exponit, quouis auro preciosiores illius artus continens: eaq; ut par erat, honorificè ab aurifice fabrefacta, beato viro traditur ad sua, ut diù desiderarat, asportanda. Nemo uerò hìc à nobis ob fidem faciendam exigat nomina eorum monachorum, qui tũc apud S. Dionysium fungebantur ministeriis, quos officiales vocant, cùm illos nominatim expressos contineat ipsa sancti martyris translati uerissima historia. Neque tamen huius unius duntaxàt corpus, sed multorũ ẽt aliorũ sanctorum pignora illinc eum asportasse constat, quę undecunquè collecta illic fideliter reposuerat. Immò sanè, quòd vix incredulis credibile uideatur, fertur etiam vnũ ex innocẽtibus pueris, cũ coętaneis ab Herode rege cruentissimo occisũ, secũ attulisse, qui in Broniensi ecclesia certissimè habetur. Quòd si cui id dubitationem affert, ex Lieraldo Abbate pcõtetur, qui huic beato uiro in cœnobii Moniẽsis gubernatione successit, qui cũ eo pśẽs ad clãdestinã ist religatũ cõpositionẽ, demirari solebat, Broniẽsis ecclesiæ angustiis tã mirabilẽ cõtineri sãctitatẽ. Deniq; fratres viro Dei valefaciẽtes, eũ cõ sociis à se dimittũt. At ille clãculum pfectus ob indigenarũ metũ, nẽ fortè illi pciperẽt tñ ipsis ereptũ thesaurũ, pspero cursu puẽnit ad pagi Lomacẽsis p̃diũ Cuuinũ, vbi duo ex S. Germani cęnobio monachi degebãt, cuius tũ erat fundus eius loci, vnanimiter illic in sãcti Abbatis Venãtii obsequiis cura puigili excubãtes. Eorũ explorata ętatis fidei S. Eugenii pignora cõmẽdãs, (iãpridẽm.n. illi erãt familiaritate coniũcti) nõ alienũ putauit adire Stephanũ Tungrensẽ Episcopũ, ut q̃ tam insigne in eius dięcesim margaritũ importabat, eius ea de re sniam audiret.

Donãtur sancto viro reliqa S. Eugenii.

Vnus ex pueris ab Herode cęsis, habetur Bronii.

Adit Episcopũ Tũgrensem S. Gerardus.

Sic decorare suos consueuit Christus alumnos.
Hic, spretis opibus, eius mandata secutus,
Vndè meet patria, cum merce repatriat ista.

Cap. 12. Postquàm autem vir Dei indè digressus est, beati martyris corpusculo illic relicto, quid ad laudem non minus sui per eum Dominus operatus sit, absurdum videtur silentio præterire. Alter ex memoratis fratribus, quadam nocte solito largioribus indulgens poculis, ad nocturnas laudes redditur tardiusculus, ob potiùs excessum nimio somno prægrauatus. Ecce autem adest S. Venantius, vultu seueriori corripit eũ, verbis etiam verbera addit. Quid itá nunc stertis, inquit, impudens monache? Cur debitos Deo hymnos cunctantius persoluis? Quarè somno opprimeris ò Vuerëberte? Sic enim ille vocabatur. En frater tuus Ermarus queritur de somnolentia tua, cùm ille iamdudùm ad noctis vigilias expergefactus sit. Quòd si te non admodùm solicitum habet nostri reuerentia, cur saltem non te mouet tibi commissi almi martyris Eugenij præsentia? An tu eius merita ignoras? An non ille inter splendida sanctorum agmina itá lucet, vt inter astra sol? Surge ergò, surge ocyùs, & quod maturius factum oportuit, uel tardiùs sarcire festina. Ea repræhensione adeò ille frater emendatus est, vt deinrèps ne ad breue quidem spatium, nisi quatenùs necessitas cogeret, à sancti martyris obsequijs discesserit, donèc ab eius fide creditor depositum reposceret. Nè quis autem incredulus id fictum existimet, nouerit ab eo, cui accidit, esse relatum. Cùm autem sanctus vir Episcopo indicasset & nomen & aduentum egregii martyris Eugenii, continuò ille, vt erat iucundo animo & ingenio perspicaci, ad sacrum eius nomen alludens, itá ait:

Per visione castigatur monach' negligēs erga sacras reliquias.

Impetret Eugenius nobis, precor, Eugè, beatus,
Quod Dominus digno dignatur dicere seruo,
Quandò reddit ei cœlestis gaudia regni.

Mat. 25.

Deindè pias ad cælum manus oculosque sustollens, gratias Deo agit, in hæc verba prorumpens: (*precor.*

Laus & honor, decus atq; decor tibi Christe redē
Qui famulis bonus īmeritis bona multa repēdis.
Quasnam multiplices tibi possum reddere grates,
Qui partes nostras hoc tanto munere ditas?
Martyr hic eximius nostra ad confinia missus,
Credo equidem, cunctis apportat dona salutis.

Porrò conuersus ad virum Dei, Quid, inqnit, differs fili charissime?

Rūpe moras oēs, & nequaquàm, obsecro, cesses,
Donèc perficias, quod toto corde peroptas.

Eccè à nobis edictum proponetur per loca vicina omnia, ut vtriusque sexus frequens caterua certatim eius in occursum properet, & magnum Eugenium, cum magno eugè, introducant in locum illi iubente Deo, te uerò exequēte, præparatum. Hac Episcopi benigna responsione vir Dei non mediocriter animatus, & eius authoritate confirmatus, celeriter Cunitum reuertitur, optatissimi martyris pignus repetiturus. Quod vbi recepit, iter ingreditur, ac Brontum versùs, directo tramite, tendit.

Redit cū sacris reliquiis ad Bronēse monasteriũ.

Cap. 13. Ecquis verò satis referre queat immensam populi turbam, in martyris occursum, cuius fama iam omnium aures impleuerat, vndiquè properantem? Ea enim fama

Immumera hominū frequētia accurrit ad sancti Eugenij reliquias.

Multos urgebat, multos properare monebat.
Procurrus fossor venit, & defessus arator:
Cernere subulcus desiderat atque bubulcus,
Seruus & ingenuus commixtìm conuolat illuc.

Quis.n. martyris prætereuntis rumorem auditione accepit, & domi deuotus desesque resedit?

Vix capiunt patuli populorum gaudia campi:
Munera comportant, deuota voce salutant,
Oscula perspicuo figunt impressa metallo,
Dulciter hymnidicas plebs omnis contimtodas.

Tollunt ad sidera uoces, & Dei magnalia concelebrant. Videres iter illud nō modò sine labore confici, sed ēt eum magna animorū alacritate, cū iucundo lætantiū iubilo. Crederes cælū ipsum arridere blandissima aeris serenitate. Vbi aūt hæc ad notitiā venere Adelhelmi Archidiaconi, uiri morū nobilitate clarissimi, (sub eius.n. Archidiaconatu hæc gerebātur) accitis Clericorū ordinibus, iisq; Crucis vexilla sanctorumq; reliquias siue patrocinia congruenter psallentibus, nō modico ēt cętu promiscui sexus adunato, è cœnobio sancti Foillani derepentè obuiàm processit. Postq̃ autē propiùs sacrum feretrū beatissimi martyris accessit, tertiò se humi prostrauit: faciunt idē sui oēs, tundunt sua pectora prostrati, tū dentesq; cōfitentur peccata sua, cōfitentes lachrymas edunt & suspiria, opportuna remedia implorāt, & Deo pœnitētiæ sacrificia promittunt. Porrò spiritali gaudio cōpunctus Archidiaconus: Oēs, inqnit, Deo gratias agamus: visitauit.n. nos oriēs ex alto, & obscura vitiorū caligine sordescēres, tanti patroni gratuito lumine illustrauit. Quāta verò illic extiterit exultatio, vtroq; populo pariter congregato, qs scripto explicare queat? Præ nimia sanè lætitia multorū oculi dulcibus madebāt lachrymis. Et quis tandem itá ferreo sit pectore, ut sub hoc spectaculo piæ cōpunctionis expers esse queat? Salutari illi sarcinæ alii post alios succedere, illam vel cōtingere, exosculari, venerari, muneribus psequi, prouehere percipiūt & lætātur: Psallebāt alacres, resonabāt undiq; laudes. Oēs excelsa uoce Kyrieeleison, Gloria i excelsis Deo, Te Deū laudamus, concinebāt. Omnia illic ꝑpotētis Dei laudibus personabāt: Aetheris arx reboat, cōcentu terra resultat. Inga montiū, concaua vallium, dēsitas nemorū reciprocas reddūt voces. Illuxitne, putas, unq̃ lux lætior vsquàm? Tali igitur cū iubilo, tāto cum tripudio Archidiaconi humeris, martyris reliquiæ Bronio illatæ sunt, atq; in beati Petri Apostolorū principis oratorio, loco diuinitùs illis destinato, repositæ. Rursùs aūt offeruntur munera, promittuntq; sese in posterū eius patrocinia libētissimè frequētaturos, si ue crebrò adituros. Ea iā iucūda trāslatio incidit in beati Agapiti martyris ferias, id est, mensis Augusti decimūoctauū diem. Statutū eft aūt una omnium tā Cleri q̃ populi sententia, ut quotannis cultu celeberrimo recolatur. Omnibus festiuo gaudio peractis, ad sua quisq; reuersus est. Quisqs aūt huius sancti suffragia fide nō ficta expetiit, celeriter ea experitur: gratissimè testāte vicinia omni, ab eo die, quo eò aduectus est, multa ipsos inusitata subsidia ꝑsensisse: & uiquōdam ī Galliis ꝑ innumera miraculorū signa bnī cū se exhibuit, queadmodùm testantur in scripta relata miracula: itá ēt nūc ī Lotaringia crebrinribus virtutū impendendis beneficiis, munificum se præbet.

Adelhelmi Archidia conus cū multis.

Ingēs studium erga sacras reliquias.

Patrocinia, pio locoq; quare ligamartyris feruntur.

Miracula multa S. Eugenij.

Cap. 14. At verò lōgè lateq; virtutū seu miraculorum eius fama increbrescēte, cœpit ad eius memoriā vndique multa hominū turba, perindè ut apes ad aluearia, cōfluere, pro viribus quisq; munera offerētes multa cū animi deuotione. Aduētāt plurimi & exꝑpinquis & lōginqs locis, uotiua donaꝑmulta apportāt piissimo martyri, ad afflictis ferendā opē semp paratissimo.

Adueniunt multi, commissa ob crimina mœsti:
Sed precibus sancti, redeunt ad propria læti.

Verùm id molestissimè ferēs humani generis inimicus diabolus, q olim paradisicolā abæternis extrusit sedibus, in quorundā vicinorū Clericorū pectus inuidentiæ virus instillauit, idque adeò, ut illi conati sint tam honorificos sancti martyris cultus modis omni-

Inuidia nō ferre nō pōt fan

Ei marty ris honore omnibus obscurare. Ii ergò adeunt suprà memora tum Episcopum, Fossis tum fortè manentem, queru lisque sermonibus apud eum euomunt haustum ma leuolentiæ putorem. Itáne, inquiunt, pastor vigilantissime, authoritate & voluntate tua sanctus quispiam aduentitius, nondùm comperta rei veritate, in tui Episcopatus ditione colitur? En aduectus nupèr è Gallijs Bronij colitur, incertum quis martyr Eugenius, eique apportandis cereis alijsque oblationibus tanta ab omnibus veneratio adhibetur, acsi sit vnus ex Apostolis. Sed vbinam textus ullus est martyrij eius? vbinam eius gesta scripta habentur? Oportet sanè prudentiam tuam accurate perscrutari & inuestigare, sitne à Deo, uel aliundè potiùs hic Eugenius. Hæc & id genus alia fallaciter Episcopo suggerentes, in martyrem eum summoperè concitare nituntur. At hic nobis aliquantispèr appellandus est Episcopus ille: Audi, inquam, Episcope. Ego huius pagellæ author clàm tibi dico in aurem. Solerter & accuratè cauendum atque prospiciendum tibi est, nè quis inuidus maledicto sermone animum possit inescare tuum. Itáne liuidum placare vis virtute relicta? Putredo ossium inuidia, ait Salomon: *Prou. 14.* & ethnicus author: Inuidus alterius macrescit rebus opimis. Vapulabis, crede mihi, vapulabis durissimè, si fallaciosis æmulorum dictis fidem commodaueris. Noli, quæso, noli illis assentiri, nè postea serò te pœniteat. Sed quorsùm multa? Quemadmodùm Apostolus dicit, Corrumpunt mores bonos colloquia mala: dum plùs iusto antistes maleuolis auscultat, prorsùs oblitus est eius lætitiæ, quam ex beati martyris aduentu perceperat. Huius ergò toxici contagione correptus, Leodium proficiscitur, inclyti martyris cultum prorsùs abrogaturus. Sed eum in villa Malonia, ubi erat pernoctaturus, pede non clando diuina vltio assecuta est. Vbi enim eò peruenit, nihil mali suspicantem repentè perua sit tantus ilium dolor, vt sibi uideretur mox spiritū exhalaturus. Torquebatur sanè cruciatu acerrimo, & omnemodis quidem tequie potiebatur. Cœpit igitur tanquàm mentis inops stridere dentibus, contorquere manus, crura brachiaque huc illucque dijicere. Interim ab eius facie, quam modò rubor, modò pallor, interdùm nigredo occupabat, uis doloris eius perspicuè potuit animaduerti. Tandem verò ad se reuersus, agnoscit culpam suam, atque hunc in modum sese reprehendit:

Horatius.

1. Cor. 15

Eps diuinitus, punitur, dū vult mar tyris cultum impedire.

Agnoscit culpā suā

Ab Stephane infelix, quæ te sententia vertit?
Ab minimæ fidei, de martyre cur dubitasti?

Meritò nunc cæderis, meritò hæc pateris, meritò iam morieris. Cur inuidorum ad tuas aures admisisti mordaces sermones? Quid ita oblitus es magnum eugè Eugenii martyris? Hunc in modum sese increpabat, sese gemebundus agebat. Circumstantes verò presbyteri eius, quos capellanos vocant, lachrymarum imbre perfusi, eum consolantur, singulatimque aiunt illi: Desine & te & nos, pater amantissime, tuis excruciare querelis: potiùs autem his, quæ pateris, malis aliquod remedium inquire. Tum ille ad quendam ipsi fidelem conuersus, Oro te, inquit, frater charissimè, si quidem salus mea tibi curæ est, meque optas sospitem viuere, binos cereos ad corporis mei lōgitudinem & latitudinem effingi ut cures ocyùs, eosque pro mea recuperanda valetudine beati martyri Eugenio perferas: cui ego martyri me peccasse ex animo confiteor. Quòd si eius meritis discrimē mortis euasero, omni qua possum asseueratione cōfirmo polliceorq; me accepti beneficii haudquaquam immemorem fore. Paret ille Episcopi volūtati, & cum quo consensu, Bronium cum cereis aduolat, petit sancti martyris oratorium, infert in illud cereos, eosque ac cereos instar Crucis cācellatim compositos, ad eius monumentum offert. Res sanè admiratione digna. Nam simulatq; cerei absumpti sunt, morbo omni prorsus profligato, incolumitas Episcopo instaurata est. At ille non ingratus tanto clarissimi martyris beneficio, gratū illi munus rependere decreuit, quod eius memoriam repræsentaret sempiternam. Acciti itaq; Broniensis ecclesiæ æditui qui, si rectè mimini, Anselmus dicebatur, cum passione beati martyris Leodium ad se venire iubet, ut in futura synodo authoritate Episcopali ea confirmaretur. Quod cum ille gratò fecisset animo, & in plenaria synodo passionis series recitata fuisset, cunctisq; qui aderāt, admodùm illa probaretur, totius Cleri communi consilio decretum est, ut & martyr digna veneratione colatur, & eius passio rata & accepta, deincèps in ecclesia recitetur. Porrò Episcopus, ceu testis idoneus verba faciens, non erubuit palam omnibus enunciare, quid ipsi accidisset, & quid passus esset, ac deindè subiungens: Audiuit, inquit, dilectio vestra, fratres charissimi, cuius meriti sit martyr iste, & quàm sit horrendū in eius indignationem incidere: quàm salubre eius gratiam promereri. Et quia paterno flagello castigans castigauit me, at tamen pro sua paterna clementia morti non tradidit me, æquissimum sanè & honorificū uidetur, ut nobis assentientibus, aliquo eum munere honoremus, vt apud clementissimum Deū pro nostris erratis intercedere dignetur. Eam sententiam cunctis approbantibus, Episcopus addidit etiā hæc: Decreto, inquit, Pōtificio statuitur, & hæc sancta synodus ei subscribēs assentit, ut per totā, in qua iacetus martyr quiescit, Decaniā solēnitas eius instar Dominicæ diei celebret, & ecclesia Broniēsis, ab omni obsonio, Leodiēsi Episcopo ea debito psoluendo, deincèps immunis fit. Vtq; isthuc perpetuis tēporibus ratū inconuulsumq; permaneat, nec ullus successorum meorū id irritū reuocare vel infringere ausus sit, qd mihi aduersùs sanctū martyrē imprudēter & p ignorantiam calcitranti accidit, perquirat: andiensque primeicēs caueat sibi, & quod à nobis sancitū est, inuiolatū conseruet. Eius aūt decreti perpetim conseruandi prima pcuratio fertur fratri Flodino, id tēporis eius loci Decano, demādata. At uir Dei Gerard, de bono ad meliora cōtendens, & Broniensem ecclesiā in cūctis prouehere uolens, Clericorū institutū, qd initio ipse eò introduxerat, indè remouit, & monasticū illi substituit. Cumq; aliquā diù strenuissimè pfecti munus eo in monasterio eēt executus, nec ferre posset eò cōfluentis populi strepitū, nec in eiā ab Epo, in cuius diœcesi erat, missionē se impetraturum speraret, Prioribus electis, cū quibus ex beatissimi patris Bndicti regulæ pscripto sua onera partiretur, in remotiorē cellul à apud ecclesiā sese recepit, ut illic solus degēs, diuinæ cōtēplationi liberi vacare posset.

Cereos duos pro se eius bet offerri martyri, nisq, absū ptis reua lescit.

S. Eugenius festū à Leodiē si Epo indicitur.

Breuiū amotis Clericis, monachi introducūt.

S. Gerar dus ...

Qualiter hic vixit, quisnam depromere possit?
Hostia fit moriens, necnon & victima uiuens.
Victima uiua Deo, reuerā mortua mundo.

Hac tēpestate Hislebertus Dux erat Lotaringiæ, vir qdē magnæ dignitatis & potētię, si tū meminisse & itelligere noluiss&t illud pphericū: Homo cùm in honore esset, nō intellexit. Erat n. gener Hērici Regis celeberrimi, i matrimonio habēs sororē Othonis, postmodùm pstātissimi Imperatoris. Et qa in tātorū uirorū nēpe patris & filii, mētionē incidim, tamēsi ab instituto deflectere uidemur, at operæpretiū tā nos facturos arbitramur, si summa tim de illis pauca pstringamus, q vel quales fuerint, quādoquidē et alios ...

 gimus

gimus ijsdem nominibus appellatos, prudens lector sine ambiguitatis scrupulo nosse queat. Henricus iste, non minùs prudentia, quàm fortitudine conspicuus, quemadmodùm in Chronicis legimus, Othonis potentissimi Saxonum Ducis filius fuit. Ad regni autem gubernacula admotus, cùm esset omnibus militiæ artibus instructissimus, multis, quas commemorare possemus, nationibus strenuissimè imperauit. Sed ut interim omittamus complura, ab illo prudenter & fortiter gesta, magnū & præclarū quiddā, quo totā, cui p̄erat, Austriā beauit, annotare visū est. Quod nimirùm eiusmodi est, ut decessorū eius nullus tale quippiam fecisse legatur: ne ipse quidem, qui totum penè subegerat orbem, Carolus Magnus. Obtinuit enim lanceam Magni Constantini, Helenę reginæ filii, inuētricis, ut & legitur, & creditur, salutiferi ligni. Ea autem lancea Crucis habuit effigiem, clauis, quod dictu quoquè mirum videri queat, Dominico corpori affixis. Qua verò prudentia & solertia eam indeptus sit, & quanto eam venerationis studio prosecutus sit, cuiusdam Chronographi luculenta prodit oratio, quam ædificationis causa his inserere voluimus. Henricus Rex, inquit, vt erat Deum timens, & amator religionis Ecclesiasticæ, vbi percepit Rudolphum Burgundionum Regem habere tam cæleste & inæstimabile donum, quod idē Rudolphus pro summæ amicitiæ munere à Samsone Comite acceperat, missis ad eum legatis, tentauit num oblatis muneribus id ab illo impetrare, sibique aduersùs tum uisibiles, tum inuisos hostes arma inuictissima triumphumque perpetuum comparare posset. At Rudolpho Rege id se nulla unquàm ratione cuiquam daturum asseuerante, modis omnibus Henricus Rex, quem muneribus emollire non posset, minis intentatis frangere conatus est, affirmans se omne eius regnum ferro & flammis vastaturum. Sed quia illud, quod petebatur, munus eiusmodi erat, quo olim Deus terrena cælestibus, utraque pacificans, coniunxit, Rudolphi Regis animus tādèm diuinitùs est emollitus, itá ut iusto Regi iusta petenti annueret. Quo autem amore donum hoc eximium Rex Henricus complexus sit, hoc ipso vel maximè declarauit, quòd non modò auri argentiq; muneribus Rudolphum Regem honorauit, verumetiam Sueuiæ prouinciæ non minima donauit parte. Deus autem, qui cordium inspector est, & bonas muneratur voluntates, qua mercede huius rei causa pium Regem Henricum in æterna vita affecerit, quibusdā indiciis etiam in hoc seculo prodere uoluit, quandò hostes in ipsum incurrentes, hoc victorioso pręeunte signo, semper terruit atque fugauit. Tali igitur occasione, diuina fauente voluntate, sanctam illam lanceam Rex Henricus adeptus est, quam filio, de quo nobis in præsentiarum sermo est, è uita decedens dereliquit unà cum regno, non minori veneratione ab eo conseruandam, uti non paucę testantur victoriæ, quas per eam orando obtinuit. Qualis verò & quantus etiam hic inuictissimus Otho fuerit, idem chronographus declarat. Iste, iste, inquit, est Otho principum præcellentissimus, cuius sceptris Occidentis & Aquilonis regiones parent, cuius sapientia pacificantur, religione lætantur, iusti iudicii seueritate terrentur. Quid hac laude præclarius? Quid hoc testimonio euidentius? Fuit autem ei frater, nomen paternum, id est, Henrici obtinens, sed longè ab eius moribus degenerans: quippè qui improborum consiliis transuersim actus, aduersùs fratrem rebellarit. Et ut obitèr quoquè mentio fiat quantulacunque alterius fratris eius, Ducis atq; Archiepiscopi Brunonis, cuius memoria in benedictione est: quisnam eius virtutes pro dignitate referre queat? Sub eius enim procuratione & administratione sagacissima, quæ radicitùs vitiorum spuria vitulamina extirpabat, tanquàm fructuosa arbor, Lotaringia pacis & iustitiæ abundantia reflorere uisa est, itá ut palàm illa testari videretur, sub eius tutela, aurea quōdàm secula reuixisse. Eius rei argumēto est Raginerus Comes Hainoensium haud ignotus, quem Lógicollum cognominant: qui cùm tyrannidem exerceret in suos comprouinciales, nec uellet redire ad sanitatem, semel atque iterùm commonitus, vsque in præsens in ignotis regionibus degit exul, id agente industria ambidextri Archiepiscopi Brunonis. Sed nè prolixior oratio fortassis tędium adferat lectori, iam ad narrandi ordinem redimus. Satis enim iam nostratibus compertum videtur, quemadmodum is Otho virorum constantissimus, coram victorifero prostratus labaro orando, trans Rhenum fratris Henrici, supradicti Ducis Gisleberti, & potentissimi Comitis Eberhardi parua manu copiosum æquitatum in fugam compulerit, necdùm militibus eius Rhenū traductis. Nec illud quoq; obscurum est, ut idem Gislebertus & Frācigena Eberhardus, copiis magnis instauratis, Rhenum transmiserint, & circumquaquè Saxonum uastata prouincia, cum multa præda ad idē flumen reuersi, ut in patriam redirent, ibi cum suis ab exercitu non magno, immò exiguo, Othonis cæsi sint, illo in Alsatia rei exitum præstolante, & diuinū implorante auxilium. Vbi sanè chronographus eiusmodi verbis vtitur: Eberhardus gladiis occiditur, Gislebertus Rheni vndis submergitur: quas quia exorbere præ multitudine non potuit, anima recedēte defecit. Sicque completur vaticinium Psalmographi, dicentis: Homo cùm in honore esset, non intellexit: Nam propter regni ambitionem hæc illis euenere. Sed hæc obitèr inserta, nemini superuacanea uideantur. non enim sine ratione in medium prolata sunt. Neque enim omnia norunt omnes. At nunc ad rem.

Henricus rex, Othonis Ducis Saxonum filius.

Quo pacto obtinuerit adorandā lāceā Constantini Magni.

Hostes suos fugat virtute lācea Dominica.

Othonis Magni Imperatoris encomium.

Brunonis Coloniensis Episcopi laus.

Victoria Othonis Magni de fratre.

Altera victoria.

Psal. 48

Ei Duci Gisleberto, cùm adhuc honor illi suus cōstaret, Christi confessor Gislenus, qui in Hainoensi quiescit territorio, nocte intempesta per uisum apparuit, & querelis miscens preces, sic ei locutus est:

Dormis, an uigilas, nimiùm labentia curans?
Gisleberte, meam complens attende loquelam.
Da mihi Dux unum, supplex efflagito, scutum,
Quo communitus oppugnem fortiter ictus,
Quos inferre mihi non desistunt inimici.

Cui heros Gislebertus itá per iocum respōdit: Quorsùm tibi sancte Dei bellicus clypeus? Scuto diuinæ protectionis semper & ubique munitus, non indiges nostris, ut equidem arbitror, armis. At sanctus obscuriùs dicta explicans, Nè forte, inquit, suspensum te habeat sermo ambiguus, noueris me diutius ferre non posse quotidianas contumelias, quibus afficiunt me Vrsidongi Cellenses Clerici: In meo enim cœnobio quod mihi Argolico Christus donauit, nulla omninò religio exercetur. Omnes, quę sua sunt, quærunt: quæ autem Dei sunt, ea nihilipendunt. Corporis quidem mei glebam vehunt & reuehūt per terram, sed eo tantùm, ut fidelium liberalitate se expleant. Interim me nec lacessere desinūt, nec quiescere sinūt. & ut rē totā paucis expediā, nulla apud eos est reuerētia nostri. Sed quia Lotaringia tibi paret, obsecro te per Christi nomē, nè differas idoneū mihi pastorē inquirere, sub cuius tuto moderamine pauxilla possim requie potiri. Quod quidē ut obtinere queas, à me paucis accipe: Est in pago Lomacensi locus, quē Broniū vocāt, in quo quidam Gerardus degit, uerus Christi seruus, in angusto domicilio diuinæ cōtemplationi vacans,

Cap. 56. S. Gislenus apparet Duci Gisleberto.

Argolicū se dicit, quod esset natione Græcus.

Abusus sacrarum reliquiarū hic reprehēdit.

etas, in ipso videlicet monasterij vestibulo. Eum mihi assume, & cœnobii mei curam illi demanda: siquidem ad id muneris nemo in hac regione mihi illo magis idoneus videtur. His dictis, visio disparuit. Vt autem Lector intelligat, quid hæ beati Gisleni querimoniæ velint, nosse debet, habuisse eum hodieque habere oratorium eo in loco, quem alij Cellam, alij Vrsidongum vocant. Erant autem aliquot ibi instituti seu deputati Clerici in ministeriū S. Gisleni, regularis disciplinæ prorsus ignari, nec vt sunt hodiè canonici, sed quales sunt, quos Matricularios vocant. Ij verò partim rei familiaris inopia compulsi, partim auaritiæ morbo incitati, sacra beati confessoris ossa siue artus suis humeris per vicos & plateas solebant cantitando quæstus causa circunferre. A qua temeritate cùm non cessarent, sed magis magisque in ea progrederentur, iustissima indignatione commotus, non passus est sanctus confessor id eos impunè diutiùs ferre. Permisit itaque se à piis (ut ità dicam) furibus auferri, qui quodammodò molestè ferebant eam sancti viri iniuriam: vel, ut dicamus id, quod est vero similius, qui plùs delectabantur commodis suis, quàm alienis. Id vbi compererunt Cellenses illi clerici, serò agnoscentes culpam suam, non mediocri sanè & mœrore & pudore sunt affecti.

Oratoriū S. Gisleni.

Tollūtur sacra reliquia illis abutētib.

Cap. 17. Porrò Gislebertus, non immemor visionis, eam ad effectum perducere volens, accersit Cameracensem Episcopum Tietdonem & Raginerum Hainoensem Comitem, iisque quicquid ea visione acceperat, exactè commemorat. Et cùm ab eis peteret consilium, illi aiunt se nihil audere consulere aliud, quàm quod diuinitus facere iussus esset, præsertim cùm Gerardus pro uitæ sanctimonia toti iam prouinciæ innotuerit. Tum Gislebertus ad eos: Ocyus ergò, inquit, ad virum Dei abite cum virga pastorali, eumque, uelit nolit, curam huius Ecclesiæ suscipere compellite. Illi mox accinguntur ad iter, perueniunt ad locum optatum, perquirunt passim de seruo Dei, reperiunt eum in cellula secretiori delitescentem, salutant officiosè, in mutua charitatis oscula ruunt. Dumque itineris sui causas ei exposuissent, & quòd ea legatio Deo authore suscepta esset, ille, ut erat columbina simplicitate, sic illis respondit: Qua ego ratione id efficiam, quod exigitis patres charissimi? Ego, inquam, mundi huius vanitati nuncium remisi, & diuino amori omnia posthabere decreui. Vosipsi, quæso, ferte sententiam, num mihi isthuc expediat. Nouimus quid Apostolus dicat: Nemo militans Deo, implicat se negociis secularibus. Oro, ut me sinatis tali sarcina liberum, plangendis vacare peccatis meis. Atque sanè indignum me hoc munere confiteor, nec possum in me recipere, quod vultis neque enim idoneus sum qui aliis præsim. Nam suppetunt vires, sanctitatis mihi nulla sunt opera. Innocentis uitæ regulam cùm ipse non sim consectatus, nulla apud me fiducia est rectè fungendi Ecclesiasticæ gubernationis ministerio. Ad eam excusationem legati responderunt: Per Christum te rogamus & obtestamur, dilectissime pater, & sacerdos piissime, uti nè graueris nobiscum proficiscaris, & ad te sustinendis ecclesiæ gubernacula accedas. Non te latet, ab eodem dici Apostolo, ut omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: nec illud te fugit, quod à cæli ianitore dicitur: Siue Regi, quasi præcellenti: siue ducibus, &c. Neque uerò id nos petimus, vt religionis cultum deseras, uel ut lenocinantis mundi luxus repetas: sed ut ex hac cauerna egressus, exemplum præbeas sanctè uiuendi fratribus, tua ope ualdè indigentibus. Et par est, fortem ac strenuum Dei militem non intrà monasterij abscondi latibula, sed potiùs in ipsum certaminis campum ingredi, & cum hoste manus conserere. Nec tibi tua unius debet salus sufficere: sed etiam fraternæ æquum est saluti prouidere, cùm possis prodesse multis, tum uerbo exhortationis, tum religionis & pietatis exemplo. Christus in Euangelio dicit: Luceat lux vestra coram hominibus. &, Nemo lucernam accendit, & ponit sub modio. Sed quid multis opùs est uerbis? Noueris pro certo, huius inobedientiæ rationem te redditurum in die illius tremendi examinis, nisi & nostris precibus, & fratrum saluti morem geras, maximè cùm sic uelit Deus. Tum uir sanctus lachrymans, dixit: Decreueram quidem solitarius degere, & mea peccata lachrymis diluere: sed vt video, velim nolim, cogor illum propositi rigorē remittere. Neque enim ausus sum venire contra voluntatem Dei, nec debeo Ducis iussa & vestras aspernari preces. Itaque prout ferent uires, fratrum necessitati subuenire constituo. Et nunc sine mora ibo vobiscum, tentabo quod iubetis; potest Deus perficere, quod à me fieri non potest. His auditis, mirè gratulātur legati, pedum pastoritium tradunt ei in manus, animi eius mœrorem huiuscemodi sermone leuare conantur: Eià pastor sanctissime, matura proficisci ad ouile tibi cōmissum, & summi pastoris fretus adiutorio, luporum rictus fortiter coercere enitere, nè fortè, quod absit, errantes ouiculæ ab illis deuorentur. Deindè eum secum abducentes, nō absque incredibili Broniensis ecclesiæ luctu, celeriter Vrsidongū repetunt: & cùm ei ex sacrorum Canonum præscripto, Ecclesiastica donatione Abbatiæ illius supellectilem omnem assignassent, Abbatem eum constituūt. At ille clericorum illic degentium non bona vita accuratiùs inuestigata, cùm etiam anteà teter odor malæ illorum famæ ad ipsum perlatus esset, consultum existimauit, ut ab illa ecclesia excluderentur. In eorum autem locum substituit dignam Deo monachorum sodalitatem.

Recusat Abbatis munus S. Gerard⁹.

2. Ti. 2.

Rom. 13.

1. Pet. 2.

Mat. 5.

Ibidem.

Tandem assentitur, ut sit Abbas S. Gisleni ecclesiæ.

Pro clericis substituit monachos.

Non diù pòst animaduertens, non illic haberi sacras beati confessoris Gisleni reliquias, (iam anteà enim diximus sublatas fuisse) immenso animi dolore corripitur, nesciens quid in tam inæstimabilis margaritæ dispendio faceret. Itaque è suis quosdam ad se vocans, iisque sui animi angores exponens, quaquauersùm eos mittit exploratum, possit ne certi quippiam resciri, vbinam thesaurus ille lateat. Illis verò frustrà laborantibus, & perlustratis circunquaq; omnibus, nihil certi renunciantibus, tandem diuinitùs ei uenit in mentem, ut eius rei causa Melbodium proficiscatur. Abit Meldobium, & in ipsius oratorii ingressu ab introeuntibus subauditur cuiusdam tintinnabuli sonus crebrior, cunctis ignorantibus, &, ni fallor, ipso etiam Dei seruo nesciente, quid is sibi velit. Fusa autem prius oratione attentissima, Dominique clementia implorata cum lachrymis, ut sanctum suum indicare dignetur, ex eius ecclesiæ habitatoribus cum summa modestia percontatur, habeant ne uel exiguam earum reliquiarum notionem atq; conscientiā. Illi persanctè iurant, sibi prorsùs nihil de eis constare: quin etiā stomachantur, & indignissime ferunt se in sacrilegii suspicionē uocari. Tū uir Dei cū multa animi tranquilitate: Nè, quæso, inquit, filioli isthuc molestè feratis: potest Christus pro sua benignitate rē oēm nobis reuelare. Vbi enim humanū deficit, diuinū auxiliū adsit oportet. Nocte sequenti uiro Dei in oratorio pernoctanti, & Deū obnixè deprecanti, sanctus Gislenus stola indutus apparet, atq; ad illū: Cur mea causa, amice Dei, tātū tibi laboris & molestiæ sumis? Sed nunc disce ex me certissimè, vbi sit, quod quæris.

Diligēter inquirit ubi lateāt S. Gisleni exuuiæ.

S. Gislen⁹ apparet S. Gerardo.

Cap. 19. Ecce super lacunaris tabulatum, quod imminet capiti tuo, vndè heri tintinnabuli sonus ab admirantibus auditus est, indecorè repositum est corpusculum meum. Nolim autem neque te, neq; posteros latère tuos, non id absque Dei nutu accidisse. His dictis, in cælum abit. At vir Dei ea visione haud vulgariter exhilaratus, gratias agit Deo, nè ingratitudinis argueretur. Vt verò primos cœpit aurora cursus prouehere, cum suis in tabulatum ascendit, quærit sacros artus, inuentos præ gaudio lachrymans indè deponit, sociis itidem flentibus, mundo inuoluit sindone, atque in feretro decorè componens, hymnos Deo lætus depromit, atque iter ingreditur, illos secum absportans. Ecquid verò animi tum Melbodiensibus fuisse putamus? Clerus cum populo pudefactus contricuit, & viri Dei non ferens vultum, in latebras sese abdidit præ rubore. Non fuit ibi quisnam, qui vel mutire auderet. Completum illic fuit, quod Propheta ait: Omnis iniquitas oppilabit os suum. Eius rei fama velox passim volitans, finitimos populos certatim eò properare compulit, clamantes atque dicentes: Salue sancte Dei, cineres feliciter recepti Omnimodas summæ Trinitati & tibi gratias agimus, quòd corporis tui perdidisti celatores, versipelles & subdolos pudore affecisti, tuarum merita uirtutū declarasti. Quod genus est monstri, sanctorum reliquias suffurari? Vbinàm sunt illi, qui tantum in se scelus admisere? Vbinàm gentium degimus? Reuerà cum scorpionibus habitamus. Hæc & his pleraque consimilia dicens, & ob repertas sacras reliquias inter se gratulabundi lætātes, applaudebāt venerabili sarcinę. Ibant clerici cū monachis cantantes, Crucem & vexilla ferentes manibus: sequebantur eos non parua vtriusq; sexus agmina, nihilo minùs Domino festiuè iubilantia: Ità cum ingenti Cleri populiq; tripudio, singulari industria eius viri, de quo nobis sermo est, almus confessor suo est loco honorificè restitutus. Vbi deputatis cœnobitarum excubiis, Domino Iesu Christo, qui est laus Angelorum, continenter laudes promuntur, eiusq; emerito confessori venerabilis laudatio, & laudabilis veneratio exhibetur. Vt autem in sacrilegos inquisierit, & in conuictos animaduerterit Cameracensis antistes, nihil hìc commemorare necesse est, præsertim cùm id in sancti confessoris gestis annotatum sit. Verùm nè Gislebertus Dux sine laude à nobis abscedat, fuit ille erga S. Gisleni locum sue monasterium satis humanus, & valdè munificus, quædam prædia subtrahens militibus suis, quibus non pauca beneficii loco contulerat, eaquè iure perpetuo possidenda tradens ibidèm Christo militaturis. Vbi sanè vnum est, quod moneo, repetens iterumque monebo. Tibi dico Vrsidongi Cellensis monache, qui Ducis Gisleberti largissima stipe victitas, uide nè sis alī quandò immemor animæ eius, sed in comprahensam clementissimi Saluatoris benignitatem precibus importunis pulses, Aurea perpetuæ nr coni ingat prēmia uitæ. Et nè fortè desperabundus obmurmures, quòd aduersùs dominum suum Romanū principem rebellari cogites cum durissima morte luisse pœnas, & Dominum Iesum non bis vindicare in idipsum. Sed nunc, vndè deflexit, eò sese nostra referat oratio.

Inuenit abditas S. Gisleni reliquias.

Psal 106.

Restituit eas suo loco.

Gisleberti Ducis erga S. Gisleni monasterium liberalitas.

Nahum. 1

Cap. 20. Cura hac pastorali suscepta, de qua iam nonnihil egimus, vti sese in omnibus gesserit venerabilis Abbas Gerardus, obtusus stylus noster certè exarare non potest. Nè tamen cœptæ videamur materiæ succumbere, & doctis ludibrio simus, quòd iuxta illud Euangelii, ædificare quidem cœperimus, sed nō possimus consummare: ambiamus multa precum instantia eius, de quo agimus, suffragia, ut sanctispiritus gratiam nobis concilies efficacissima intercessione sua, ut ea nobis dicenda suggerat, doceatque hebetudinem nostram. Ille ergò beatos pater, apprimè monasticam edoctus canonem, fratres suæ curæ commēdatos duplici ratione instituebat. Nam conuenienter saluberrimæ beati Benedicti doctrinæ, capacioribus discipulis Dominica uerbis proponebat mandata, simplicioribus uerò eadem factis suis demonstrabat. At tamen omnia illa, quæ subditis vitanda dicebat, suis quoquè exemplis cauenda admonebat, instar scribæ doctissimi, de thesauro suo noua & uetera proferens: eratque talis eius doctrina, qualis & uita. Et quia animarum curam sibi demandatam nouerat, ad reddendam rationem se solicitè præparabat. Aureā mediocritatem in omnibus consectabatur, malebatque subditos amore ducere, quam timore compellere. Et cùm Christi uices se gerere nō ignoraret, adeò se omnibus conformare & accommodare studebat, ut mira quadam charitate omnium moribus seruire uideretur. Illis uirtutibus, quibus, teste scriptura, nihil in uita hominibus utilius est, præclarè instructus fuit, prudentia, temperantia, fortitudine, & iustitia, vt rectè illud Senecæ ei possit accommodari, Viri sacri corpus virtutes ædificasse. Quotidiè ferè Missarū peragebat solennia, salutaris passionis memoriam celebrans: ut qui mortuus erat terrenis voluptatibus, & diuitiis spiritalibus uiuebat, semper Dominico corpori concorporatus, omnes teterrimi hostis infestationes & incursus profligaret.

Mat 13. Quod ore docuit, opere demonstrauit.

Sap. 8

Quotidie ferè sacrificium facit

Cap. 21. Luc. 8. Cùm autem pro more quandoquè sacrum celebraret mysterium, & Dominus Iesus iam uellet lucernā ardentem super candelabrum ponere, ut luceret omnibus in basilicam ingredientibus: quædam illic fœmina adfuit ex uico Buxuto, qui Cellæ ꝓpinquus est, iampridèm luminis orbata. Eam cùm rogarent alii, quid illic sustineret, aut qua causa eò uenisset, Diuinam, inquit illa, expecto clementiam, & Abbatis huius, uiri Dei humanitatem: simulque modestè quendam ex adstantibus attrectaos, ei uoce lugubri in aurem insusurrat, Quæso te, inquiens, mi domine, per immensam Dei misericordiam, ut miseræ mihi saltem porrigas aquam, qua post sumptam Eucharistiam seruus Christi Gerardus abluet manus suas. Eam nr accepit, præpotentis Dei uirtutē, ac beati uiri fidem fideliter implorans, cum ingenti deuotione pitissando sorbillauit, & faciem illa abluens, cęcasque humectans pupillas, eadem hora lumen recepit, & clarissimè intuēs ipsam inspectantes, ad uiri Dei uestigia cō multa gratiarum actione prouoluta est. At ille comiter eam eleuans, blandeque corripiens: Desiste, inquit, filia ab hac cultus & officii specie, nec meæ exiguitati donum Dei insipienter adscribas. Nam per fidei tuæ meritum, & deuotę spei accessionem, uirtus sacramentorum tibi tuos reparauit obtutus. Abiigitur in pace, & soli Deo gratias age. Tum illa, quæ priùs alterius ductu eò uenerat, nullius egens ministerio, gratulabunda recessit. Eius miraculi fama citò longè lateq; diffusa, in laudem Dei & serui eius uenerationem permultos excitauit.

Caeca mulier visui restituitur.

O lux vera Deus, cunctorum conditor vnus:
Secula per cuncta tua sit promissio uera.
Vos, inquit, Sancti, uos estis lumina mundi,
Nec valet in tenebris abscondi lux probitatis.

Mat. 5.

Cap. 22. Per hoc tēpus Arnulphus Marchio Flandriæ dnmi nabatur, uir ualde opulētus quouis genere diuitiarū, vti hodieq; claret in ditiori eius sobole. Is morbo grauissimo vexat, nullā ex tantis opibus ei potuit adhibere curationē. Rectè in eū quadraret versus ille: Aeger diues habet nummos, se nō hēt ipsum. Perpetuis enim

Arnulphus Flandriæ Comes ex calculo cruciatur

enim cruciamentis conficiebat eum calculus, morbus intolerabilis, vrinæ meatus obstruens. Multi quidem ad eum aduolabant medici, suam peritiam egregie iactitantes, vt scilicet à pecunioso homine nummos & lautas epulas emungerent. Aiebant illi incisione opus esse, & sine ea nullam ei posse fieri medicinam. Sed princeps veritus, nè, dum vitæ remedia captat, vitam prorsùs amittat, non patitur se ulla ratione incidi. Porrò medici animum ei addere uolentes, illo inspectante, octodecim eodem affectos morbo inciderunt, eosque omnes, dempto vno, qui mortuus est, breui curarunt. Sed ille unus è uita ablatus, facilè confirmauit Comitis animum, nè se pateretur incidi. Tandèm Deo suam illi gratiam adspirante, ad se reuersus, spem, quam inconsultè in hominū arte posuerat, in eo collocat, qui omnia curat solo sermone. Hausto autem bono odore famę beati Gerardi, præsertim ex illuminatione cæcę mulieris, solemniter admodùm per celerem nuncium eum rogat, vt ad ipsum venire nè grauetur. Venit ille, & princeps honorificè occurrit venienti, eumque, ut par erat, officiosissimè excipit: indicat cū lachrymis morbi acerbitatem: orat, pro ipso Deum omnipotentem vt deprecetur. At vir Dei, Crede mihi, inquit, mi frater, non ego tantæ mihi virtutis aut meriti cōscius sum, vt tu quicquam eiusmodi à me debeas expectare. Perfectorum isthuc est, eorum maximè, qui iam corpore exuti, Domino semper assistunt. Ego verò quisnam sum, vt à me homine vilissimo rem tam difficilem exigas? Si vis perfectam, Domino committe, medelam. At Comes ediuersò: Sentio, inquit, mi pater, quid uelis: occasionem quęris, nè id mihi præstes officii. Sed quæso te, præpotentis Dei benignitate fretus, nè mihi differas adferre remedium, quod ego certissimè mihi in tanta doloris acerbitate per tuas preces adfuturum polliceor. Noli, obsecro, inhumanum te mihi exhibere, sed miserere mei, hominis moribundi, ut tui quoque Deus misereatur.

Insignis B. Gerardi humilitas.

Cap. 23. Prudenter cōsulit Comiti, sanari cupienti.

Beatus vir sic respondit lachrymans: Nè uidearis frustra à me petiisse remedium, indicabo tibi, quid facias. Iacta semper in Dominum cogitatum tuum, & quia multis auctus es diuitiis, aliquid ex iis erogato in pauperes, & poteris abolere enormitatem scelerum tuorum. Propter peccata enim interdùm eiusmodi mala accidunt. Vbi verò hac ratione Christum tibi propitium reddideris, etiam optatam licebit recuperare salutem. Ad hæc Comes: Gratissimum est, inquit, quod hortaris, serue Dei, modò possim Christi experiri clementiam. Et eccè instàr Zachæi illius Euangelici, dimidium bonorum meorum do pauperibus, si tamē sopiri queat morbus sæuissimus, me miserè depascens. Deindè præcipit domesticis suis, ut fideliter sancti uiri consiliū exequantur. Porrò autem indicit ei vir Dei triduanum ieiunium, ipse pariter cum illo ieiunans, ut ex eius parsimonia purificati, immò spiritali refectione recreati, digni ad Christi percipienda mysteria ambo accederent. Eo ieiunio religiosè, ut res exigebat, expleto, sanctorūque suffragiis lachrymosè imploratis, vir Dei diuinis accingitur armis, Missamque suo more lachrymabundus celebrat. Cumque iam sacram sumpsisset Eucharistiam, & Marchioni quoquè inhianter expectanti eam impertiisset, confestim reddendi lotii appetitu Marchio corripitur. Itaque secedens, nullo negocio cum vrina calculum reiicit, & pristinæ sanitati mirabiliter restitutum se gratulatur. Quæ tum illius animum exultatio obtinuerit, quas Dei laudes, omnes illi fauentes deprompserint, quanta erga uirum Dei extiterit ueneratio, nemo, nisi fallor, requisit, cùm nulla id possit à nobis oratione explicari.

Luc. 19.

Triduanū et indicit ieiunium.

Comes sanatur.

Hoc breuiter dixisse sufficiat, Flandriam omnē, eius casu aduerso penè exanimatam, eius comperta sanitate quodammodò reuixisse. At Abbas reuerendissimus, in humilitate benè fundatus, neququam sibi arrogauit huius beneficii munus admirabile, sed illud tribuit sacrosanctę Eucharistiæ effectibus, cui nihil impossibile est.

Grates Christe tibi, Laus, gloria iure perennis,
Sanctos multiplici benefacto magnificanti.

At verò Comes Arnulphus, tanti in ipsum collati beneficii remunerator liberalissimus, uirum Dei permultis uolens muneribus cumulatum à se dimittere, non pauca auri & argenti pondo ei obtulit, ut quondam Naaman Eliseo, in ipsius & fratrum eius usus cessura. Sed uir sanctus modis omnibus ea recusauit, aitque ad Comitem: Si nos nostra reliquimus, quo pacto aliena accipiemus? Monachus in terris sibi peculium uendicans, omnis est religionis expers. Monachus pecuniosus, planè leprosus est. Quid est enim pecuniæ congeries, præsertim apud monachos, nisi quædam lepra animę? Sed frater Gerardus non vult profectò pecuniosus esse: neque igitur, Domino miserāte leprosus erit. Ita ille vir Dei, totus Christi seruitio deditus, haud secùs timebat paupertatis suæ amittere securitatem, quam diuites auari solent incubare seruandis thesauris suis. Eius uero exemplo nos monachi instituti, philargyriam & auaritiā, immò Giezi lepram caueamus. Tandèm sacramentis terribilibus Comes uirum Dei obstringens coegit, ut facultatum eius saltem decimas acciperet, easque pro sua prudentia dispensaret. Sed hoc quoquè primò humiliter subterfugit, attamen paulò pòst non ambitiosè suscepit, easque decimas prudentissima cōsideratione & fidelissima dispensatione in tres partes distribuit ac erogauit, duas partes monasteriis & egenis tribuens, tertiam verò Broniensi ecclesiæ necessariò reseruans. Ea nanque tempestate Broniensis ecclesia erat instàr arbusculæ recèns plantatæ, necdùm satis radicatæ: quę irrigationem expetēs, si cultoris industria dormiret, marcesceret & inutilis fieret. Nec hoc tamen contentus Comes, beati viri insigni probitate & religione permotus, Abbatiarū omnium, quæ eius ditione continebantur, ei procurationem commisit. Hac ille sanctus pater authoritate auctus, mox sibi creditas oues inuisere statuit, nè quas ex eis lupus deuoraret. Principiò itaque Blandiniense adiit monasterium, à beato Amando Episcopo Candaui fundatum. Quod tum fanè comperit nō solùm omni religione monastica nudatum, & a quibusdam sceleratissimis clericis occupatum, sed etiam impiorum infestatione propè redactum in nihilum: tum quoquè, quod omni lachrymarum fonte plangendum erat, trium sanctorum illic conditorum reliquiis spoliatum. At verò strenuus ille miles Christi, diuino fretus adiutorio, nullis cessit laboribus; sed irreligiosis indè eiectis clericis, licèt suam illi generis iactarent uentosam nobilitatem, & quibusdā instauratis, religiosos monachos illis subrogauit, quē admodùm iam antè duobus locis eum fecisse diximus. Sed id Clerici illi ęgerrimè ferentes, ulcisciq; cupientes, maligno eos incitante dæmone, studiis uiri Dei inuidere, eius uitæ derogare, & quoscunque possent, ab eius uisitatione & colloquio retrahere cœperunt. Cùm autem cernerent nihil se eius posse impedire conatus, sed eius existimationem & famam magis magisque augeri, ad id usque amentię, liuore eos extimulante, adducti sunt, ut in tantum uirum, pròh nefas, cædem machinari non dubitarint. Sed Domino illum protegente, eorumque conatus eludente, quodam die cum factiosis sacrilegæ factionis in

Cap. 24.

4. Reg. 5.

Respuit uir Dei Comitis munera.

Monachi pecuniosi, spirituales leprosi sunt.

Ibidem.

Coact' accipit decimas facultatum eius.

Cura om̄ Abbatiarū Flandriæ ei demandat.

Reformat monasteriū Blandiniense Gādaui.

Patitur æmulos et obtrectatores.

templi

templi valuas irruperunt eo animo, quod dici sine horrore non potest, vt ad ipsam sacram aram, quamuis sacerdotali indutum ueste, eum trucidarent. Quibus ille mira animi constantia obuiam procedens,

Mortē cōtemnit.
Prou. 28.

alacriter sese obtulit hostiam Deo, ut posset de illo quoquè dici, Permanet intrepidus, confidens ut leo, sustus simulque obiurgans eos: O fratres, inquit, quæ tanta exagitat vestras insania mentes, ut aduersùm me imbellem rebelles, etiam arma corripiatis? Etsi autem nullis ego sum terrestribus munitus armis, cęlestia tamen mihi non deerunt. Itaque non me terrent vestra spicula, neque hæc tam insignis audacia & temeritas. Non ego recuso pro Domino Iesu haurire mortis calicem, cùm ille pro me tam multa perpessus sit in corpore suo. Hæc eo dicente, scelesti illi in faciem eius intendentes, diuinum quiddam & admirabile conspicantur, ingentique concussi pauore, coram illo proni in terram corruunt, animoque cōsternati, & vltra modum exanimati, vix uerba, quibus eum deprecentur, edere possunt. Ignosce, inquiunt, pater venerabilis, ignosce sceleribus nostris, nec repures, quòd tam stultè in te commisimus. Miserere lugentium, da veniam dolentibus. Tum ille clementer eos eleuans, ait ad illos: Quandoquidem agnoscitis facinus vestrum, & pœnitentiam declaratis, benignus Saluator ignoscat vobis. Ego quoquè hac conditione libens ignosco, vt quemadmodùm hactenùs huic ecclesiæ fuistis impedimento, itá deincèps non fictis animis ei pdesse curetis. Et nūc cū pace abite.

Terrentur et veniā petūt eius percussores.

Cap. 25.

Post hæc, dici non potest quanta animi exultatione, beatorum Vuandregisili, Ausberti, atque Vulfranni corpora à Bononia siue Bolonia, ad sua loca reduxerit. Eius rei tota Flandria testis est. Quarum sanè reliquiarum ecclesia Bruniensis expers non est. Nam inter cætera Gandauo eò apportatum est eiusdē beati Vuandregisili Abbatis brachium, & quod maius est, inæstimabilia pignora principis Apostolorum.

Præest monasterio S. Bertini.

Vt autem breuitati studeamus, & ex multis pauca dūtaxat commemoremus, quàm strenuè etiam sancti Bertini monasterio beatus Gerardus aliquādiū præfuerit, hoc loco præterimus, vti & fructus egregios disciplinæ regularis, quos indè tulit. Nè tamen prorsùs omittamus, quæ à Maioribus accepimus, octodecim cœnobiorum fertur curam & administrationē peruigilem suscepisse.

Curā gerit 12. cœnobiorū.

Vt eam autem monasteriorū curandorum solicitudinem admitteret, magnus effecit feruor & studium animas Domino colligendi. Itá enim per singulorum habitacula liberiùs discurrebat, ut corda audientium cælestis patriæ amore inflammaret. Quo sanè laudabili exercitationis genere, multorum animos sibi adiunxit familiariter, eorumque sibi beneuolentiam conciliauit adeò, ut ex diuersis locis multi ad eum monachi aduētarent, tāti viri pudicos mores & religiosos actus pro viribus imitari cupientes. Diceres, ex diuersis aluearibus apes ad hanc floridam aduolare arborem, ut indè haustum mel fauis suis arentibus instillarent. Et ille sanè benigno eos & grato animo excipiebat, abundeque monasticæ regulæ instituta eis depromebat, ex discipulis magistros idoneos, ex perfectis perfectissimos doctores efficiens. Itá recedebant alii moribus & religione instituti, accedebant alii itidèm ab illo instituendi. Perpetuò namque ceu nardus quædam miro fragrabat virtutum odore, & Scripturarū fontes aperiens, arentia pectorum prata irrigabat: diuinique aromata verbi, cuius uitali redolebat suauitate, fratrum intrinsecùs languentium animis impertiebat, ut ea ruminātes, & in uiscera traiiciētes, ab omnibus uitiorū morbis reualescerēt, gustarētque quam suauis sit Dñus, in illo spem suam collocantibus.

Multi ab eo proclari instituuntur monachi.

Per idem tempus non mediocris concertatio & bellicus tumultus inter Austrasiæ & Neustriæ principes ortus est: qui, Deo hominum flagitia vlciscente, usque eò progressus est, ut passim non modò in discrimen uenirent reipublicę negocia, sed etiā nulla sanctę Dei Ecclesiæ reuerentia præstaretur. Causam huius si quis nosse uelit, cōsulat chronographos. Fiebant tum strages virorum, orbitates liberorum atque fœminarum, incendia urbium, hominum captiuitates, ecclesiarum uastationes.

Cap. 26.
Tumult⁹ bellici.

Villarum prædas quis comparet atque rapinas?
Quis necr... possit perstringere pugnas?

Ea necessitate compulsus beatus Gerardus, celeriter Catulliacum S. Dionysii profectus est, ut Abbatiam Broniensem à fratribus Christo illic famulantibus redimeret ea pecunia, quam, cogēte Arnulpho Comite, acceperat. Permultum enim uerebatur, nè in tanta rerum tempestate destrueretur, præsertim quòd remota à finibus Merouingiæ, cuius ditionis erat tum, in media Lotaringia sita esset. Mox uerò eā Faraberti, ex Abbate Prumiensis Leodiēsis Episcopi tutelæ commendauit, quandoquidem eius diœcesi continebatur. Quanti autem eam, licèt paruam, ille fecerit, quantumque amarit, euidentißima declarauit liberalitate, donans illi Abbatię uiginti mansos, ut uocant, telluris instauratę, quos hodieque sine ulla controuersia obtinet in eius circuitu sitos.

Cura est in conseruādo monasterio.

At amicus Dei beatus Gerardus in omnibus consulere cupiens Broniensi monasterio, tametsi iam ętas grauior immineret, nō tamē detrectauit Romam proficisci, ut oratorio, qd ipse fundauerat, summi Apostolorum principis Petri imploraret patrocinium, & à Christi uicario Pontifice, de rebus & libertate eius monasterii literas authēticas impetraret. Quas cùm mira alacritate animi Stephanus Pontifex iussisset conscribi, ipso Dei eas dictante, plumbeo sigillo munitum ei contulit priuilegium. facta etiam ei potestate, ut eius confirmandi gratia, Pontificis nomine iuberet subscribere Episcopos omnes, per quos, reuertens in patriam, transiturus esset. Eę literæ summo studio hactenùs in Broniensi monasterio asseruantur.

Romā proficiscitur.

Priuilegiū Abbatiæ Broniens.

Cap. 27.

Cùm autem ab urbe Roma proficiscens, ad montem Iouis prosperrimè peruenisset, & cum socius p angusta eius montis latera iter haberet, unus ex seruis clitellariis, qui porphyrites ferebat, necessariis cum ipsdem decoris causa à sācto uiro asportari iussos, deorsùm ruit in concaua uallis. Quod cum molestissimè ferrent itineris comites, nihil prorsùs mouens vir Dei, Cur, inquit, hæc res uos perturbat, fratres mei? Sit laus Deo pro cunctis beneficiis eius. Accitoque uno ex illis, quos marones uocant, proposita illi mercede, iussit eum clitellarii sarcinam quærere, in qua erant porphyrites. Eos enim præ cæteris nolebat perditos, fortassis ideo, quòd omne rarum, charum dici soleat. Quis enim hominem illum sine ulla ambiguitate extinctum non crederet? Quis uel corpus ad terram integrum peruenisse putaret, per tot prolapsum scopulos, quibus iurè discerptum uideretur? At ille non solùm uiuus, sed etiam incolumis & illęsus repertus est cum lapidibus. Facilè autē omnibus persuasum est, idcircò eum in tam immani præcipitio lędi non potuisse, quòd eum ruentem preces uiri Dei sustentassent. Ex eo autem lapide, ut in pręsentiarùm cernere licet, summa Broniensis ecclesię ara confecta est.

Insigne sanè miraculum.

Hinc redit ad propria sacer & uenerabilis Abba,
Magnificans Dominum, qui dirigit acta suorum.

Cap. 28.

Tandem autē diuini spiritus reuelatione edoctus, sciens imminere diem illum, quo esset redditurus ratio-

Ante mortē oia sibi subdita visitat monasteria. rationem villicationis suę, operæpretium existimauit, reuisere cœnobia fratrum, sub eius cura degentium, ac deinceps tanto se fasce lenare, locoque suo idoneum pastorem singulis cœnobiis præficere. Suscepto ergò itinere, cùm appropinquasset villę Marcianæ, quam Sambræ fluuius alluit, pueri eius horam prandendi adesse cernentes, congruum sibi & equis captant diuerticulum extra uiam, amœnoque & herbido in loco ad cibum sumendum discumbunt. At vir Dei sub quadam arbore residens, amicæ abstinentiæ studebat, & quanuis à suis importunissimè inuitaretur, adduci tamen nō potuit, ut cibo vesceretur: sed uos, inquit, filii cum Dei benedictione comedite: meum uerò non est, hac diei hora escam attingere, pręsertim cùm piscis desit, quo me reficiam. Hoc ille dicebat, vt posset impransus abire. Illis uerò hûc in modum iter se sermones conferentibus, pięq; cōrendentibus, auis quædam, ea in arbore suos fouens pullos, non paruum piscem ad eius pedes deiecit. Id *Piscis nō sine mira culo præbetur ei.* videntes famuli eius, cum quodam ioco, attamen reuerenter aiunt ad eum: En pater reuerende, pauloante præter expectationem non adesse piscem: uel nunc saltem noli respuere escam cælitùs missam. Iam enim nulla relicta tibi est iusta excusatio. Tādem uictus ille ab eis, vescitur cum eis, sed reliquias cibi iubet pullis eius auis apponi, nè fame cruciarentur. Sumpto cibo cū gratiarum actione, singula filiorum cęnobia inuisere pergit, paternam illis solicitudinem reprę sentās, & de monastica conuersatione eos admonens, diuinaque eruditione affatim instruens, multis quoquè modis adhortans, ut seruarent unitatem spiritus in vinculo pacis, aduersùs iacula maligni dæmonis, sēper in acie tanquàm benè armati milites starent. At illi salutares eius sermones cum multa auiditate accipientes, & corporalem præsentiam inexplebili desiderio complectentes, ab imo pectore longa trahūt suspiria, orātque lachrymabundi, nè discedat ab eis. Quibus ille sic fertur respōdisse: Nō itá, fratres mei, ęquum est fieri. Hæreditas mea præclara est mihi, ubi requies mea, ubi habitare constitui, quoniā præ *Omnium monasteriorū cura abdicata, Bronium repetit.* cunctis eam mihi elegi. Itā demùm omnibus ritè cōpositis, & pastoribus unà cum ouibus summo pastori commendatis, beatus uir pauper spiritu, ditioribus monasteriis, quæ gubernauerat, derelictis, ad amicā Broniensis monasterii paupertatem se recepit. Vbi cùm omnia mira solertia dispofuisset, & fratrum pectora geminæ charitatis limpidissimo fonte ubertim irrigasset, iam prouectiori ætate prægrauaturus, in dies uiribus deficere cępit. Itaque data fratribus pace, cupiens dissolui & esse cum Christo, exitum suum è uita, corporis & sanguinis Domini perceptione muniuit; iubensque pulsari campanam, quę ipso uolente fusa, & Episcopi benedictione sacrata erat, vbi eius suauior insonuit tinnitus,

Feliciter abit in calos.

Concentu cæli meruit sine fine beari:
Miles & emeritus, meritorum lumine clarus,
Ad fontem viuum sitiens, plenusq; dierum,
Deposito fragilis tandem uelamine carnis,
Christi luciflua Iesu transmigrat in aulam,
Transitet Octobris quando lux tertia mensis.

SS. SANCTINI ET ANTONINI Vitam reperiet Lector IX. die Octobris post Vitam beati Dionysij Areopagitæ, cum Epistola Hincmari.

VITA S. PETRONII, BONONIENSIS Episcopi, ex probatis authoribus & vetustis monumentis per Carolum Sigonium virum doctissimum excerpta. Habetur impressa Bononiæ in Officio eiusdem sancti viri, ab illustriss. Cardinali Gabriele Paleoto Bononien. Episcopo restituto, & ad me humanissimè ab eodem Cardinali transmisso.



ETRONIVS, Bononiæ Episcopus, pater natus est Petronio, ciue Constantinopolitano, uiro clarissimo, & homine literarū disciplinis egregiè erudito. Nā cùm is pręfecturā prætorij gesisset, quæ dignitas apud Imperatores amplissima fuit, tum librum de Episcopi ordinatione conscripsit, plenum doctrinę & Christianæ pietatis. Hic igitur ut Gręcè & Latinè doctus erat, sic filium Petronium erudiendum, Christianisque moribus inprimis, atque optimarum artium doctrina instituendum curauit. Itaque puer breui in magna rerum cognitione progressus, in sanctè uiuendi institutis itā profecit, ut frequēti ciuium sermone, eius sanctitas celebraretur. Spiritu enim Dei ductus, cùm rei omnis initium ab oratione fieri oportere intelligeret, nihil aggredi solebat, nisi primò ecclesiam ingressus, sanctioribus precibus rei agendæ auxilium à Deo imploraret, ad eū unū referens cogitationes, actiones, & studia sua. *4. Octobr. Cap. 1. S. Petronij pater, præfectus prætorio. S. Petronij eruditio & pietas.*

Confirmata iam ętate, ardore quodam Christianæ religionis uehementiùs inflammatus, monachorum inprimis amore flagrauit, quorum eo tempore disciplina erat in Aegypti solitudinibus quàm florentissima. Quarè, etsi quęcunq; illi piè religioseq; agerent, ab aliis ipse cognorat: tamē cùm ad instituti sui rationem non satis esse putaret ea auribus percepisse, oculis perlustranda existimauit tum loca, tū cętera omnia, quæ studiosè audierat. Itaque in Aegyptum uenit, ubi in intimam eremum penetrans, singulorū colloquio uti non destitit, quoād planè cognouit sancta eorum uitæ instituta. Indè domum reuersus, illam disciplinam tam uehementer amauit, vt literarum monimentis tradiderit monachorum uitas: quas religiosè conscriptas, ualdeq; probatas iidē monachi amplexi sunt quasi certas quasdam regulas, in quibus maximè eluceret omnis optima monastici instituti ratio. *Cap. 2. Inuisit Aegypti monachos. Scribit eorū uitas.*

Omni igitur cura & cogitatione uir religiosus defixus in sanctissimis Christianę fidei institutis, quo magis in dies contēplatione accenderetur, Aegypti solitudine iam peragrata, Hierosolymā peregrinari statuit, uti peractę redēptionis nostrę impressa vestigia Christus reliquit verus Deus & homo. Itaq; cùm ad eam vrbem uenit, totus meditationis studio earum descēs, Dñi sepulcrū inprimis, & reliqua illius sacra rerum gestarū monimenta, ac singula loca, quæ absens intima animi pietate coluerat, præsens ueneratus est sanctè & religiosè. Cumq; omnia tandèm per lustrasset incredibili quodam mentis ardore, quò tamen magis ad contemplationem fixa in animo illa hærerent, singulari etiam diligentia eorū situm ac rationē notauit. Quamobrem meritó quidè Theodosii minoris, qui tū imperabat, religiosissimi principis gratiā & amorē sibi itā cōciliauit, ut is sanctitatis opinione nō minus authoritatis apud illū obtineret, quàm pater obtinuisset rerū gerēdarū industria. *Cap. 3. Hierosolyma sacra loca ueneratur. Est charus Theodosio Imper.*

Nam

Cap. 4. *Nestorij heresis.*

Nam pietate ad Dei religionem attétissimi viri & prudentia cognita, Theodosius eius opera uti uoluit in rei grauissimæ tractatione. Conabatur enim eo tempore Nestorius Constantinopolitanus Episcop᷒, diuinarum literarum studio intemperanter abusus, sanctissimam catholicę fidei doctrinam violare peruerso dogmate. Et rei pius princeps Theodosius maturè occurrendum arbitratus, uniuersę Ecclesiæ pastorem & gubernatorem, Pontificem Romanum sibi consulendum existimauit. Itaque Petronium, virum sibi probatissimũ Romam legatum misit, qui rem cũ Pontifice Cęlestino diligenter ageret. Factũ est autẽ Dei consilio, vt à quo tẽpore is à Theodosio missus Romam venit, legati quoquè adessent, quos, mortuo Felice Bononiæ Episcopo, qui intimus S. Ambrosij Mediolani Episcopi sodalis extiterat, Bononiẽses Pontificem rogatum miserant, vt in illius locum successorem sibi Episcopum substitueret.

Theodosi᷒ eũ Romã legatum mittit.

Felix Bononiæ Episcop᷒ moritur.

Cap. 5. *Somniũ Cælestini Papæ.*

Paulò autem antè, quàm ij legati Romam aduentassent, diuina voluntate a sancto Petro Apostolo in somnis Cælestinus Pontifex admonitus est, ut quandò Felix Bononiæ Episcopus è uita hac migrasset, Petronium qui legatus à Theodosio Imperatore missus, ad Vrbem propediem adfuturus erat, Bononiẽsibus Episcopum præficeret: cùm neminem esse idẽ affirmaret, qui & Episcopatus munere religiosiùs perfungeretur, & Bononiensium desiderium sanè iustum expleret. Qua quidem re cómotus Pótifex, cùm iam Petronius simul & Bononienses adessent, ac sua utrique postulata exposuissent, quæ per quietem acceperit, eis ostendit, atque Petronium idoneum Felicis successorem se dare pronunciauit. De re autem Nestoriana, quam ille Theodosii nomine retulerat, collaudata primùm religiosi illius principis pietate, priuatim ei respódit, se, nè ea pestifera heresis lati᷒ serperet, œcumenicã, ut moris esset, synodũ indicturum: quæ synodus Ephesi prior sequenti anno celebrata est frequenti ducentorum Episcoporum conuentu.

Prima Ephesina Synodus.

Cap 6. *S. Petronius fit Bononiæ Episcopus.*

Diuinæ igitur uoluntatis significatione declaratus à Pontifice Bononiæ Episcopus Petronius, ut is, qui cerneret Episcopale onus graue esse, neque facilè sustineri, nisi singulari quadam diuinarum uirtutum præstantia, id primò recusare contendit: at cognita constanti uoluntate Pontificis, qui diuinitùs delatum ei munus planè repudiari nolebat, illius iussui obtemperauit. Itaque datis, ut Pontifex iusserat, ad Theodosium literis de synodo contra Nestorium Ephesi conuocanda, Bononiam Roma profectus est vnà cum legatis Bononiẽsibus. Vbi verò ad vrbẽ accessit, effusa omnium ætatum atque ordinũ gratulantis ciuitatis multitudine exceptus, basilicam S. Petri, quæ tum extra vrbem sedes Episcopi erat, ingressus, Deo, ut ab ineunte ætate institutus fuit erat, religiosis precib᷒ gratias egit. Indè ad explẽdas optimi pastoris partes, & cómoda ciuitatis procuranda se contulit.

Cap 7. *Ab Arrianis euersa ecclesia.*

Quo autem tempore Bononiam uenit ad pastoralem ecclesiæ suæ sedem, cùm hæresis Arrianæ reliquiæ nondùm prorsùs extinctę erãt, tum nefaria eorũ impietate, ac barbarorum simul, qui proximè in Italiã irruperant, immani feritate ecclesiæ multæ euersæ ac prostratæ iacebant. His malis inprimis cùm is, zelo domus Dei accensus, sibi occurrendum existimaret, primùm doctrina & sanctę uitę officiis ciuitatẽ instruere, propositoque S. Ambrosii Mediolanensis Episcopi exemplo, fidem Catholicam, Arriana perfidia violatam, restituere summoperè contendit. Deinde templa Dei disturbata atque euersa refecit, & alia etiam noua, quo maior ad Dei cultum in dies accessio fieret, summo Bononiensiũ studio ędificauit. Quorum unum Bartholomæo Apostolo, alterum Marco Euangelistæ, tertium Fabiano & Sebastiano martyribus, quartum Martino, quintum Barbatiano confessoribus, sextum Agathæ, septimum Lucię uirginibus & martyribus consecrauit.

Eas S. Petronius instaurat Nouas cõdit.

Cap. 8.

Quinetiam templa duo, non longo inter se interuallo disiuncta, magnis rerum diuinarum significationibus dedicauit, unum Stepheno protomartyri, alterum Iohanni Euangelistę. In hoc, quod in monte, ex tumulo terræ deindustriã aggesto, construxit, religiosè effinxit montẽ Oliueti, ubi Christus Dñs, postquàm resurrexit a mortuis, stans, discipulis uidẽtibus, ascendit in cælum. In illo, quod S. Stephano dicatum, cum ecclesia sanctorum Petri & Pauli, a beato Ambrosio consecrata, coniunxit, diligẽter expressit imaginem & montis, ubi in ara Crucis Dominus sanguinem pro generis humani salute effudit, & sepulcri, in quo idẽ mortuus cõditus est. Quę uerò inter hæc duo templa planities loco submissiore intercedit, eius situ celebrem illam, quæ Iosaphat uocatur, uallem repræsentauit.

Multa in ijs repræsentat loca terræ sanctæ.

Cap. 9.

Vt autem solicitus pastor gregis sui mentes uehementiùs etiam excitaret ad ardentem Dei charitatem, propositis, quas colerent, sacris imaginibus ad similitudinem eorum locorum, quæ ipse iam pręsẽs Hierosolymis ueneratus erat, in ecclesia sancti Stephani hæc sanctè exprimenda atque effingenda curauit: Columnam ad quam Christus Dominus flagellis est verberatus: Crucem, cui est affixus: Tricliniũ, in quo idem cum discipulis discubuit: Locum item, quo Petrus Apostolorũ princeps, postquàm se Christi discipulum esse negauit, peccati sui pœnitens se cessit: & Cubiculum prætereà, in quo Gabriel Angelus, de cælo missus, Deiparam Virginem salutauit. Quæ omnia sanctissimæ religionis monimẽta adhuc magna Bononiensis populi pietate coluntur, augustioremque reddunt ipsam S. Stephani ecclesiã, quã ille Hierosolymę nomine appellauit, eamq; ob causam uicus nunc etiam eidem ecclesiæ coniunctus, Hierusalem nominatur.

Nota de sacrisima ginibus.

Cap. 10.

Dum autem ecclesia ipsa construitur, mirifici operis in Dei nomine edendi occasio est oblata. Nam faber quidam, non tam uiribus corporis, quàm ingenio fretus, obnixè columnam marmoream, operis & instrumentis adiuuantibus, erigebat: sed funibus, quibus columna tollebatur, effractis, ille repentina columnę ruina oppressus, interiit. Ea re audita, beatus Petronius accurrit, orationeque ad Deum habita fabrũ, qui mortuus iacebat, ad uitam diuinitùs reuocauit, oĩbus, qui præsentes aderant, cùm rei admirabilis spectaculo obstupescentibus, tum Petronii Episcopi sanctitatem certatim inter se collaudantib.

Hominẽ extinctũ reuocat ad uitã.

Cap. 11.

Quinetiam rogatu sanctę Iulianę uiduę, ecclesiam sanctis Vitali & Agricolę consecrauit, quam exędificandam eo loco pecunia sua curarat, ubi illi martyres excruciati fuerant. Nè uerò quid officii, quod a se proficisci posset, erga populum Bononiensem prætermitteret, Theodosii Imperatoris, cui charissimus erat, & ciuium Bononiensium, quos unicè in Christo diligebat, auxilio usus, urbis ambitum auxit. His igitur operibus perfectis, beatus Petronius Episcopus Constantinopolim reuersus, pro ea, qua multùm apud Theodosium ualebat, authoritate sacras multas ex ea urbe aliisque locis reliquias transferẽdi facultatem impetrauit. Quibus reliquiis, mox demum indè regressus, cùm alia Dei templa à se cõstructa, tum inprimis ipsam S. Stephani ecclesiam, ac sacella ad Cruces quatuor, quas idem erexerat, collocata, religiose pieque ornauit.

Auget Bononiæ ambitũ.

Multas inde sacras reliquias importat.

Cap. 12.

Cùm ergò, quod ex literarum sanctæque vitæ studiis iam adolescens Petronius prudenter ac piè cõceperat,

ceperat, id Episcopus, tanquàm populi sui parens & magister, exemplo vitæ, pietatisque operibus, atque omni pastoralis solicitudinis officio comprobasset, Ecclesia Bononiensi aliquot annos administrata, mirificè profuit & ciuitatis pietati, & vrbis ornamento. Demùm eum in morbum incidisset, quo in dies ingrauescère, obitus sui tempus instare sentiret, clericos ad se suos vocauit, eisque Ecclesiam ac fidem orthodoxam, quàm grauissima potuit oratione cómendauit. Paulò pòst cùm omnia sacramenta religiosè percepisset, Deum sanctè precatus, Theodosio & Valentiniano Imperatoribus, migrauit ad cælum: qui multis etiam post obitum miraculis clarus, vt præcipua à Bononiensibus coleretur religione, promeruit. Eius corpus in ecclesia S. Stephani sepultum est, quod multis pòst seculis diuino consilio ciuitati ignotum, Innocentio secundo Pontifice inuẽtum est, dum sacras reliquias Henricus Episcopus recenseret, quas in ea Ecclesia eatate, à maioribus traditum erat. Itaque inuento beati Episcopi Petronij corpore, sancitum est, vt quo die illius obitus, eodem coleretur inuentio, biennij indulgentia in octo sequentes dies concessa. Quam ob causam canonicarum horarum officium, iamindè ab eo tempore in eius honorem sanctè institutum, illis octo diebus piè religioseque perpetuó celebrat Ecclesia Bononiensis.

E terris in cælum migrat.

Corpus eius inuenitur, anno 1141.

Indulgentia poitanas festo eius concessa.

VITA BEATISSIMI PATRIS FRANcisci, Authore S. Bonauentura, Cardinali & Episcopo Albanensi doctissimo, de qua nos iudicium Aloysij Episcopi, singulari pietate & eruditione clarissimi, huc adscripsimus.

ALOYSIVS EPISCOPVS Veronensis, Pio Lectori.



AM, quæ sequitur, Diui Francisci vitam beatus ille Bonauentura, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis & Episcopus Albanensi, Franciscani instituti non solùm sectator, verùm & instaurator & rector, vir in diuinis scripturis eruditissimus, & vitæ sanctitate conspicuus, de quo præceptor eius Alexander de Hales, dicere solebat: In Bonauentura Adam peccasse non videtur: puro ac simplici stylo descripsit, tanta autem rerum copia & sententiarũ grauitate refertam, vt totus mundus eius lectione instrui possit, & ad amorem Dei per beati Francisci exemplum instaurari. Ego, vt verum fatear, cùm Francisci vitam lego, non solum accendor, sed in eius meditatione totus exardesco, vtpotè in quo tanta diuini amoris claritas effulserit, vt Angelus potiùs, atque ex supremo ordine, qui ardor & incendium dicitur, magis quàm homo dici posse videatur. Semper enim beatissimus iste cogitatione in cælo versabatur, semper felix eius anima summo authori purissimè & intentissimè inhęrebat, adeò vt prę amoris magnitudine, prę ea, quam intùs gustabat, dulcedine (quod hominibus plerunque ardentissimè amantibus contingere solet) alienatus à sensibus, atque extra se esse videretur. Accede & tu benigne Lector, accede ad sanctum ignem istum: certò scio, calesces plùs satis. Sed iam ipsum Diuum Bonauenturam audi.

Alexandri Halensis de Bonauẽtura dictum.

S. Francisci extra se alienatus.

IN VITAM SANCTI FRANCISCI. Prologus Beati Bonauenturæ.



PPARVIT gratia Dei Saluatoris nostri diebus istis nouissimis in seruo suo Francisco omnibus verè humilibus, & sanctæ paupertatis amicis, qui superabundantè in eo Dei misericordiã venerantes, ipsius erudiũtur exẽplo, impietatẽ & secularia desideria funditùs abnegare, Christo cõformiter viuere, & ad beatam spẽ desiderio indefesso sitire. In ipsum nanq; vt verè pauperculũ & cõtritũ, tanta Deus excelsus benignitatis cõdescensione respexit, q̃ nõ solùm de mũdialis conuersationis puluerẽ suscitauit egenum, verùm etiã Euãgelicæ perfectionis professorẽ, ducem atq; præconẽ effectũ, in lucẽ dedit credentium: vt testimoniũ perhibendo de lumine, viam lucis & pacis ad corda fidelium Domino prępararet. Hic etenim quasi stella matutina in medio nebulæ, claris vitæ micans & doctrinæ fulgoribus, sedentes in tenebris & vmbra mortis irradiatione præfulgida direxit in lucẽ, & tãquam arcus refulgẽs inter nebulas gloriæ signũ in se Dominici fœderis repręsentãs, pacẽ & salutem euangelizauit hoĩbus, existẽs & ipse Angelus veræ pacis, secundum imitatoriã quoquè similitudinẽ præcursoris, destinatus à Deo, vt viã parãs in deserto altissimæ paupertatis, tã exẽplo, quàm verbo pœnitentiã p̃dicaret, primum supernæ gratiæ præuenitus donis, dehinc virtutis inuictæ adauctus meritis, prophetali quoquè repletus spiritu, necnon & Angelico deputatus officio, incẽdioq; Seraphico totus ignitꝰ, & vt vir hierarchicus curru igneo sursùm vectꝰ, sicut ex ipsius vitę decursu luculẽter apparet, rõnabiliter cõprobat̃ venisse in spũ & virtute Elię.

Esa. 66.

Eccl. 50.

Malac. 3.

Ideoque alterius amici sponsi, Apostoli & Euãgelistæ Iohãnis vaticinatione veridica, sub similitudine Angeli ascẽdentis ab ortu solis, signumque Dei viui habentis, adstruitur non immeritò designatus. Sub apertione nanq; sexti sigilli, Vidi (ait Iohannes in Apocalypsi) alterum Angelũ ascendentẽ ab ortu solis, habentẽ signũ Dei viui. Hunc Dei nunciũ amabilẽ Christo, imitabilẽ nobis, & admirabilẽ mũdo, seruũ Dei Franciscũ indubitabili fide colligimus, si culmẽ in eo eximię sanctitatis aduertimus, qui inter hoĩes viuẽs, imitator fuit puritatis Angelicæ, qui & positus est perfectis Christi sectatoribus in exẽplũ. Ad quod quidẽ fideliter sentiendũ & piè, nõ solùm inducit officiũ, qđ habuit, vocãdi ad fletũ & plãctũ, caluitium & cingulum sacci, signandique Thau super frontes virorũ gementiũ & dolentiũ signo præsentiali Crucis, & habitus Cruci conformis: verùm etiam irrefragabili veritatis testificatione cõfirmat signaculũ similitudinis Dei viuẽtis Christi, videlicet Crucifixi, quod in corpore ipsius fuit impressum, non per naturæ virtutẽ, vel ingeniũ artis, sed potiùs per admirandam potentiam spiritùs Dei viui.

Apoc. 7.

Esa. 22.

Ezech. 9.

Ad huius iã venerabilis viri vitã, oĩ imitatione dignissimã describendã, indignũ & insufficiẽtẽ me sentiens, id nullatenùs attentassem, nisi me fratrum feruẽs incitasset affectus, generalis quoq; Capituli cõcors induxisset instãtia, & ea, quã ad sanctũ patrẽ habere teneor, deuotio compulisset, vtpotè qui per ipsius inuocationẽ & merita, in puerili ætate, sicut recenti memoria teneo, à mortis faucibus erutus, si p̃conia laudis eius tacuero, sceleris timeo argui vt ingratus. Est & hæc penès me causa præcipua hunc assumendi laborẽ, vt ego, qui vitã corporis & aĩæ à Deo mihi conseruatã recognosco per ipsum, & virtutẽ eius in meipso expertus agnoui, vitæ illius virtutes,

S. Bonauenturã à morte seruat S. Franciscus.

tutes, actus & verba, quasi fragmenta quædã partim neglecta, partimq; dispersa, quanq̃ plenè non possẽ, vtcunquè colligerẽ, nè morientibus ijs, qui cũ seruo Dei conuixerant, deperirent. Vt igitur vitæ ipsius veritas ad posteros transmittẽda, certiùs mihi cõstaret & clariùs, adiens locũ originis, cõuersationis & transitus viri sancti, cũ familiaribus eius adhuc superuiuentibus collationẽ de ijs habui diligentem, & maximè cũ quibusdã, qui sanctitatis eius & cõscij fuerũt, & sectatores pcipui, quibus pp agnitã veritatẽ, probatamq; virtutem, fides est indubitabiliter adhibẽda.

In descriptione aũt eorum, quæ per seruum suum Deus dignanter effecit, curiosum styli ornatũ negligendũ esse putaui, cùm legentis deuotio plùs simplici sermone, q̃ phalerato, proficiat. Nec semper historiã secundum ordinẽ temporis texui propter confusionem vitandã: sed potiùs ordinẽ seruare studui magis aptæ iuncturæ, secundùm quod eadẽ peracta tpr, diuersis materiis, uel diuersis patrata tẽporibus, eidem materiæ congruere videbantur. Initium autẽ vitæ ipsius, progressus & cõsummatio, quindecim distincta capitulis describuntur, inferiùs adnotatis. *Summa totius opusculi huius.* Agitur. n primo de conuersatione ipsius in habitu seculari. Secundo de perfecta cõuersione eius ad Deũ, & de reparatione triũ ecclesiarũ. Tertio de institutione religionis, & approbatione regulæ. Quarto de pfectu ordinis sub manu ipsius, & cõfirmatione regulæ prius approbatæ. Quinto de austeritate vitæ, & quomodò creaturæ pbebant ei solatiũ. Sexto de humilitate & obedientia & de condescensionibus diuinis sibi factis ad nutũ. Septimo de amore paupertatis, & mira suppletione defectuũ. Octauo de pietatis affectu: & quomodò ratione carentia, affici videbantur ad ipsum. Nono de feruore charitatis & desiderio martyrij. Decimo de studio & virtute orationis. Vndecimo de intelligentia scripturarum & spiritu prophetiæ. Duodecimo de efficacia prædicandi, & gratia sanitatum. Decimotertio de stigmatibus sacris. Decimoquarto de patientia ipsius & transitu mortis. Decimoquinto de canonizatione & translatione ipsius. Postremo de miraculis, post transitum eius felicem ostensis, aliqua subnectuntur.

VITAE HISTORIA.

De conuersatione S. Francisci in habitu seculari. Cap. 1.

4. Octob.

S. Francisci patria.



IR erat in ciuitate Asisij, Franciscus nomine, cuius memoria in benedictione est, pro eo q Deus ipsum ĩ bñdictionib' dulcedinis benignè præueniens, & de præsentis vitæ periculis clementer eripuit, & cælestis gratię donis affluenter impleuit. Etenim cùm inter vanos fuerit hominũ filios iuuenili ætate nutritus in uanis, & post aliqualẽ literarũ notitiã, lucratiuis mercationũ deputatus negociis, superno tñ sibi assistente præsidio, nec inter lasciuos iuuenes, quamuis effusus ad gaudia, post carnis petulantiã abiit, nec inter cupidos mercatores, quanq̃ intentus ad lucrũ, sperauit in pecunia & thesauris. *Iuuenis exercet mercaturam.* Inerat namque iuuenis Francisci præcordiis diuinitùs indita quædã ad pauperes miseratio liberalis, quæ secũ ab infantia crescẽs, tanta cor ipsius benignitate repleuerat, ut iam Euangelij nõ surdus auditor, omni proponeret se petenti tribuere, maximè si diuinum allegaret amorem. *Miseratio eius erga pauperes. Luc. 6.* Cùm autem solis negociationis intentus tumultibus, pauperem quendam pro amore Dei petentem eleemosynam præter morem solitum vacuũ repulisset, statim ad cor reuersus, cucurrit post ipsum, & eleemosyna illi clementer impensa, promisit Domino Deo, q nunquàm ex tunc, dum adesset possibilitas, petentibus pro amore Dñi se negaret. *Promittit Deo, se nemini quam petenti eleemosynam denegaturum.* Quod usq; ad mortẽ indefessa pietate obseruans, copiosa in Deum dilectionis & gratiæ incrementa promeruit. Aiebat. n. post, cùm iam perfectè Christũ induerat, q etiam existens in habitu seculari, vocem diuini expressiuam amoris, audire via unquàm sine cordis immutatione valebat. Porrò mansuetudinis lenitas cum elegantia morum, patientia & tractabilitas supra humanũ modum, magnificentię largitas vltra suppetentiam facultatum: quibus bonæ indolis adolescens certis florere conspiciebatur iudiciis, quædã videbantur esse præludia, quòd copiosior super eũ foret in posterum diuinæ benedictionis abundantia diffundenda. *Virtutes & adolescentia.*

Quidam sanè uir de Asisio, valdè simplex, ut creditur, eruditus à Deo, cùm aliquandò per ciuitatem eunti obuiaret Francisco, deponebat pallium, sternebat ipsius pedibus vestimentum, asserens omni fore Franciscum reuerentia dignum, utpotè qui esset in proximo magna facturus, & ob hoc ab uniuersitate fideliũ magnificè honorandus. *Vaticinium cuiusdam, de eo.* Ignorabat autem adhuc Frãciscus circa se consilium Dei, pro eo q iam iussione patris ad exteriora distractus, q̃ corruptione naturalis originis ad inferiora depressus, nõdum didicerat contẽplari cælestia, nec assueuerat degustare diuina. Et quia spirituali auditui dat intellectũ inflicta vexatio, facta est super eũ manus Dñi, & immutatio dexterę excelsi, diutinis lãguoribus ipsius corp' affligẽs, ut coaptaret aĩam ad sãcti spiritus vnctionẽ. *Esa. 28. Infirmat.*

Cumque resumptis corporeis viribus, sibi vestimẽta decentia more solito præparasset, obuium habuit militem quendam, generosum quidem, sed pauperẽ & malè uestitum: cuius pauperiem pio miseratus affectu, illum protinùs, se exuto, vestiuit, ut scilicet in uno geminũ impleret pietatis officium, quo & nobilis militis uerecundiam tegeret, & pauperis hominis penuriam releuaret. *Insigne eximiæ charitatis exemplum.* Nocte verò sequenti cùm se sopori dedisset, palatium speciosum & magnum cum militaribus armis, Crucis Christi signaculo insignitis, clementia sibi diuina monstrauit, ut misericordiã pro summi Regis amore pauperi exhibitam militi, præostẽderet incomparabili compensandã esse mercede. *Visio eius.* Vndè & cùm quæreret, cuius essent illa omnia, sua fore, militumq; suorum, superna fuit assertione responsum. Euigilans itaque manè, cùm nondùm haberet exercitatum animum ad diuina perscrutanda mysteria, nesciretque per uisibilium species transire ad contuendam inuisibilium veritatem, magnę fore prosperitatis indicium existimabat insolitam uisionẽ. Disposuit itaq;, diuinæ adhuc dispositionis ignarus, in Apuliam ad quendam liberalem Comitem se conferre, in ipsius sperans obsequio decus adipisci militiæ, ut ostensa sibi visio prætendebat. *Vult se dare militiæ, sed diuinitus reuocatur.* Cumque paulò pòst iter aggressus, iuisset usque ad proximam ciuitatem, audiuit in nocte Dominum familiari sibi alloquutione dicentem: Francisce, quis potest melius facere tibi? dominus, aut seruus? diues, aut pauper? Cui cùm Franciscus respondisset, quod tam dominus quàm diues, facere melius potest: intulit statim, Cur ergò relinquis pro seruo Dominum, & pro paupere homine diuitem Deum? Et Frãciscus: Quid me uis, Domine, facere? Et, Dominus ad eum: Reuertere in terram tuã, quia visio, quam uidisti, spiritualem præfigurat effectum, non humana, sed diuina in te dispositione complendum.

Manè itaq; facto, cũ festinatione reuertitur Asisiũ versus,

uersùs, securus & gaudens: & iam exemplar obedientię factus, expectabat Domini voluntatem. Ea tunc à publicæ negotiationis tumultu se subtrahens, supernam deuotè precabatur clementiam, vt quid sibi foret agendum, ostendere dignaretur. Cùm autem ea frequenti orationis usu flamma desiderii cælestis in eo vehementer succresceret, & iam pro amore supernæ patriæ, terrena omnia despiceret quasi nihil, thesaurum sentiebat se reperisse absconditum, ac velut prudens negociator, margaritam inuentam exco gitabat, uenditis omnibus, comparare. Adhuc tamē, qualiter id ageret, ignorabat: nisi quia ipsius suggerebatur spiritui, quòd spiritualis mercatio à mundi contemptu sumat initium, Christique militia sit à suiipsius victoria inchoanda.

Terrena oĩa prorsus ei uile scunt.

Nota.

Quadam itaque die dum equitaret per planitiem, quæ subiacet ciuitati Assisij, leprosum quendam habuit obuium, cuius inopinatus occursus ei non paruum incussit horrorem. Recurrens autem ad perfectionis mente iam conceptæ propositum, & recolēs quòd seipsum oporteret primùm deuincere, si uellet effici Christi miles, ad deosculandum eum, equo lapsus, accurrit. Cui cùm manum, quasi aliquid accepturus, leprosus protenderet, pecuniam cum osculo reportauit. Statim autem equum ascendens, & se circunquaquè conuertens, cùm campus pateret vndiquè liber, leprosum illum minimè vidit. Admiratione itaque repletus & gaudio, laudes cœpit Domino decantare deuotè, proponens ea hoc semper ad maiora conscendere. Solitaria proindè loca quærebat amica mœroribus, in quibus dum gemitibus inenarrabilibus incessanter intenderet, post longam precum instantiam à Domino meruit exaudiri. Dū enim una dierum sic sequestratus oraret, & præ nimietate feruoris totus esset absorptus in Deum, apparuit ei Christus Iesus veluti Cruci confixus. Ad cuius conspectum liquefacta est anima eius, & memoria passionis Christi visceribus cordis ipsius adeò impressa medullitùs, vt ab illa hora, cùm Christi Crucifixio veniret in mentem, via posset à lachrymis & gemitibus exteriùs contineri: sicut ipse postmodùm familiariter retulit, cùm appropinquaret ad finem. Intellexit per hoc nempe vir Dei illud Euangelicum sibi dici: Si vis venire post me, abnega temetipsum, & tolle crucem tuam, & sequere me. Induit extunc spiritum paupertatis, humilitatis sensum, & affectum intimæ pietatis. Nam cùm priùs leprosorum non solùm consortium, verumetiam longinquū contuitum vehementer horreret, iam propter Christum Crucifixum, qui iuxta verbum propheticum, cōtemptibilis ut leprosus apparuit, vt semetipsum planè contemneret, humilitatis & humanitatis obsequia leprosis beneficia pietate pręstabat. Visitabat enim frequenter domos ipsorum, liberaliter eis eleemosynas erogabat, & cum multo compassionis affectu manus eorum osculabatur & ora. Pauperibus etiam mendicātibus non solùm sua, uerumetiā seipsum cupiebat impèndere, aliquandò vestimenta exuens, aliquandò dissuens, aliquandò scindens ad largiendum eis, cùm præ manibus alia nō haberet. Sacerdotibus etiam pauperibus reuerēter subueniebat & piè, præcipuè in ornamētis altaris, quò & cultus diuini particeps fieret, & cultorū inopiæ supplemēta pberet.

Christū ï leproso osculatur.

Christus Crucifix' ei apparet

Luc. 9.

Esa. 53.

Humanitas eı' erga lepro sos.

Mira in mēdicantes libera litas.

Cùm autem religiosa deuotione tunc tēporis limina visitaret Apostoli Petri, conspecta multitudine pauperum ante fores ecclesię, partim pietatis dulcis dulcedine, partim paupertatis allectus amore, vni ex eis magis egenti, proprias largitus est uestes: & semicinctijs contectus illius, diem illum in medio pauperum cum insolita spiritus iucunditate transegit, vt & secularem gloriam sperneret, & ad perfectionem Euangelicam gradatim conscendendo perueniret. Mortificationi carnis inuigilabat attentiús, vt Christi Crucem, quam interiùs ferebat in corde, exteriùs etiam circunferret in corpore. Agebat autem hæc omnia vir Dei Franciscus, nondùm habitu vel conuictu sequestratus à mundo.

Egregius fuit contēptus.

Carnis cō cupiscentias refrenas.

De perfecta conuersione eius ad Deum, & de reparatione trium ecclesiarum. Cap. 2.

QVoniam autem seruus altissimi doctorem nō habebat aliquem in huiusmodi, nisi Christum, addidit adhuc ipsius clementia eum in gratiæ visitare dulcedine. Dum enim die quadam egressus ad meditandum in agro, deambularet iuxta ecclesiam sancti Damiani, quæ minabatur præ nimia vetustate ruinam, & in eam, instigante se spiritu, causa orationis intrasset, prostratus ante imaginem Crucifixi, nō modica fuit in orando spiritus consolatione repletus. Cumque lachrymosis oculis intenderet in Dominicam Crucem, vocem de ipsa Cruce dilapsam ad eū corporeis audiuit auribus tèr dicentem: Francisce, vade, & repara domū meam, quæ, vt cernis, tota destruitur. Tremefactus Franciscus, cùm esset in ecclesia solus, stupet ad tam mirandæ vocis auditum: cordeque percipiens diuini virtutem eloquii, mentis alienatur excessu. In se tandèm reuersus, ad obediendum se parat, & totum se recolligit ad perficiendū mandatū de materiali ecclesia reparanda, licèt principalior intentio verbi ad eam ferretur, quam Christus suo sanguine acquisiuit, sicut eum spiritussanctus edocuit, & ipse postmodùm fratribus reuelauit. Surrexit proindè, signo Crucis se muniens, & assumptis pannis venalibus, ad ciuitatem, quæ Fulgineū dicitur, accessit: ibique venditis, quæ portauerat, equū cui tunc insederat, felix mercator, assumpto precio dereliquit. Rediensque Assisium, ecclesiam, de cuius reparatione mandatum acceperat, reuerenter intrauit. & inuento illic sacerdote pauperculo, ei reuerentiam decentem exhibuit, & ad reparationē ecclesiæ & pauperum vsum, pecuniam obtulit, & ut secum se morari pateretur ad tempus, humiliter requisiuit. Acquieuit sacerdos de mora ipsius, sed timore parentum, pecuniam recusauit. Quam verus pecuniarum contemptor in quandam fenestram proiiciens, abiectam velut puluerem vilipendit.

Vox ad eū editur ab imagine Crucifixi.

Vide pecuniæ contemptum

Moram autem faciente seruo Dei cum sacerdote prædicto, cùm hoc intellexisset pater ipsius, perturbatus animo, cucurrit ad locum. At ipse, quia nouus Christi erat athleta, cùm audiret persequentium minas, & eorum præsentiret aduentum, dare locum iræ volens, in quadam occulta fouea se abscōdit: In qua diebus aliquibus latitādo, rogabat Dominum incessanter, lachrymarum imbre perfusus, vt liberaret de manibus persequentiū animam suam, & pia, quæ inspirauerat, vota benigno fauore compleret. Igitur excessiua quadam completus lætitia, cœpit de pusillanimitatis ignauia semetipsum arguere: relictaque fouea, & abiecto pauore, versùs ciuitatem Assisij iter aggressus est. Quem cùm ciues cernerent facie squalidum, & mente mutatum, ac per hoc alienatum putarēt à sensu, luto platearum & lapidibus impetebāt, & tanquam insano & dementi clamosis uocibus insultabant. Famulus autē Dñi nulla fractus aut mutatus iniuria, ut surdus in omnibus pertransibat. Cūq; clamorem huiusmodi pater audisset, statim accurrēs non ad liberandum eum, sed potiùs ad perdendum, omni miseratione subtracta, domi primò verbis,

Multis iniurijs afficitur a ciuibus.

deindé

Itèm à patre suo. deindè verberibus & vinculis angit. Ipse autem ad exequendum Domino, quod cœperat, promptior & validior reddebatur, recolens illud Euangelicũ verbum: Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cęlorum. *Mat. 5.*

Post modicum vero tempus, patre à patria discedente, mater eius factum mariti non approbans, & inflexibilem filii constantiam emolliri posse non sperans, a vinculis absolutum abire permisit. At ipse gratias omnipotenti Deo referens, ad locum, in quo priùs fuerat, est reuersus. Rediens autem pater, & eũ non inueniens domi, conuitiis illatis uxori, fremens concurrit ad locum, vt si eum reuocare non posset, saltem de prouincia effugaret. Franciscus verò confortatus à Deo, obuium vltrò se obtulit patri furenti, libera voce clamans, se pro nihilo ducere vincula & verbera eius, insupèr & contestans, se pro Christi nomine gaudenter mala omnia subiturum. Videns itaque pater, quòd eum reuocare non posset, ad extorquendam pecuniam se conuertit. Qua tandèm inuẽta in fenestrella quadam, aliquantulùm ipsius mitigatus est furor, auaritiæ siti vtcũquè per haustum pecuniæ temperata. Tentauit deindè pater carnis, filium gratiæ pecunia iam nudatum, ducere coram Episcopo ciuitatis, vt in ipsius manibus facultatibus renunciaret paternis, & omnia redderet quæ habebat. Ad quod faciẽdum se promptum exhibuit verę paupertatis amator. Perueniensque coram Episcopo, nec moras patitur, nec cunctatur de aliquo, nec verba expectat, nec facit: sed continuò depositis omnibus uestimentis, restituit ea patri. Inuentus est autem tunc vir Dei cilicium habere ad carnem sub vestibus delicatis. Insupèr ex admirando feruore, spiritu ebri⁹, reiectis etiam femoralibus, totus corã omnibus denudatur, dicens ad patrem: Vsque nunc uocaui te patrem in terris, amodò autem securè dicere possum: Pater noster, qui es in cælis, apud quem omnẽ thesaurum reposui, & omnem spei fiduciam collocaui. Hoc cernens Episcopus, & admirans tam excedentẽ in viro Dei feruorẽ, protinùs exurrexit, & inter brachia sua illum cum fletu recolligẽs, vti erat vir pius & bonus, pallio, quo erat amictus, operuit, præcipiẽs suis, vt aliquid sibi darent ad membra corporis contegenda. Oblatus est autem ei mantellus pauper uilis cuiusdam agricolæ seruientis Episcopo. Quem ipse gratanter suscipiens, cum cæmento quod sibi occurrit, ad modum crucis manu propria consignauit, operimentũ formans ex eo crucifixi hominis & pauperis seminudi. Sic igitur seruus Regis altissimi, nudus relictus est, vt nudum sequeretur Crucifixũ Dominum, quem amabat: sic vtiquè Cruce munitus, vt animam suam ligno salutis committeret, per quod de mundi naufragio saluus exiret.

Prohibito ducit uincula & carceres ac uerbera.

Planè nudus renunciat facultatib. omnibus.

Denudatus à patre uestẽ accepit ab Episcopo.

Solutus exindè mundi contẽptor à vinculis mũdanarũ cupidinũ, ciuitate relicta, securus & liber secretũ solitudinis petiit, vt solus & silẽs, supernæ audiret allocutionis arcanum. Dumque per syluam quandam iter faciens, laudes Domino lingua Francorũ vir Dei Franciscus decantaret cum iubilo, latrones super eum ex abditis irruerũt. Quibus ferali animo, quis esset, interrogãtibus, vir Dei confidẽtia plenus, prophetica voce respondit: Præco sum magni Regis. At illi percutientes eum, in defossum locum plenum niuibus, proiecerunt, dicentes: Iace rustice præco Dei. Ipse verò, recedẽtibus illis, exiliuit de fouea, magnoque exhilaratus gaudio, altiori cœpit voce per nemora laudes creatori omnium personare. Et veniens ad quoddã vicinum cęnobiũ, eleemosynã petiit vt mendicus, & recepit vt incognitus & despect⁹. Indè verò progrediens, deuenit Eugubiũ, vbi à quodam amico pristino agnitus & susceptus, paupere tunicula, vt Christi pauperculus, est contectus. Exindè totius humilitatis amator, se transtulit ad leprosos, eratq; cũ eis, diligentissimè seruiens omnibus ꝓpter Deum. Lauabat ipsorũ pedes, ligabat vlcera, educebat plagarum putredinem, & saniem abstergebat. Osculabatur etiã ex miranda deuotione vlcerosas plagas ipsorũ, Euangelicus medicus mox futurus. Propter quod tantam est à Dño consequutus virtutem, vt in spiritualibus & corporalibus morbis mirabiliter expurgandis, mirabilem efficaciam obtineret.

Incidit in latrones.

Male ab eis accipitur.

Seruit leprosis diligentissime.

Referam vnum de multis, quod accidit, viri Dei fama postmodùm latiùs clarescente. Cùm enim cuiusdam de comitatu Spoletano, os pariter & maxillam morbus quidam horribilis depascendo corroderet, nec subueniri posset eidem aliquo medicinæ remedio: contigit vt propter ipsorum sanctorum exposcenda merita, Apostolorum visitatis liminibus, de peregrinatione rediens, seruo Dei occurreret. Cumq; prę deuotione vellet ipsius osculari vestigia, vir humilis hoc non ferens, osculari volenti pedes, osculum oris dedit. Dum autem leprosorum seruus Franciscus, mirabili pietate illam plagam horribilẽ ore sacro contingeret, omni fugato morbo, æger ille sanitatem recuperauit optatam. Nescio quod horum magis sit meritò admirandũ, an humilitatis profunditas in osculo tam benigno, an virtutis præclaritas in miraculo tam stupendo.

Franc⁹ leprosorũ seruus, osculo sanat morbidum.

Fundatus iam Christi humilitate Franciscus, ad memoriam reducit obedientiam sibi è Cruce iniunctam de sancti Damiani ecclesia reparanda, & tanquàm verus obediens Assisium redit, vt saltèm mendicando, voci diuinæ parẽret. Depositaque omni verecundia, propter amorem pauperis Crucifixi, mendicabat apud eos, inter quos abundare solebat, debile corpus, attritum ieiuniis, oneribus lapidum supponendo. Prædicta igitur ecclesia, iuuante se Domino, & deuotione ciuium assistente, refecta, né post laborem corpus torperet ignauia, transtulit se ad reparandam ecclesiam quandam beati Petri, longiùs a ciuitate distantem, ob deuotionẽ specialem, quam ad Apostolorum principẽ syncerææ fidei puritate gerebat. Hac tãdèm ecclesia consummata, peruenit ad locum, qui Portiuncula dicitur, in quo ecclesia beatissimæ Virginis genitricis Dei antiquitùs fabricata exciterat, sed deserta tunc à nemine curabatur. Quã cùm vir Dei sic derelictam conspiceret, ob deuotionem feruentẽ, quam habebat ad Dominam mundi, cępit illic assiduè pro ipsius reparatione morari. Sẽtiens autem, iuxta nomen ipsius ecclesiæ, quo ab antiquo, sancta Maria de Angelis, vocabatur, Angelicarũ ibi visitationum frequentiã, pedẽ fixit ibidèm propter reuerentiã Angelorũ, amoréq; præcipuum matris Christi. Hunc locũ vir sanctus amauit prę cęteris mũdi locis. Hic etenim humiliter cępit, hic virtuosè profecit, hic feliciter cõsummauit, hũc in morte fratribus, tãquàm Virgini charissimum, commendauit.

Assisium mendicat.

Tria templa instaurat.

Locũ S. Mariæ de Portiũcula, quantũ amarit.

De hoc frater quidam Deo deuotus ante conuersionem suam, visionem viderat relatione condignã. Innumeros cernebat homines cæcitate percussos, facie in cælum directa, & genibus flexis, in huius ecclesiæ stare circuitu, qui omnes protensis manibus in altum, lachrymabiliter clamabant ad Deum, misericordiam postulantes & lumen. Et eccè ingens de cælo splendor aduenit, se per omnes diffundẽs, qui lumen vnicuique tribuit, & salutem desideratam cõcessit. Hic est locus, in quo fratrum Minorum ordo à sancto Francisco per diuinæ reuelationis instinctum inchoatus est. Diuinæ nanque prouidentiæ nutu, qua Christi seruus dirigebatur in omnibus,

Visio cuiusdã fratris.

bus, tres materiales erexit ecclesias, antequam ordinem inchoans, Euangelium prædicaret: vt non solùm à sensibilibus ad intelligibilia, à minoribus ad maiora, ordinato progressu conscenderet: verumetiam vt quid esset facturus in posterum, sensibili foris opere mysterialiter præsignaret. Nam instar reparatæ triplicis fabricæ ipsius sancti viri ducatu, secundum datam ab eo formam regulam & doctrinam, Christi triformiter renouanda erat Ecclesia, trinaque triumphatura militia saluandorum, sicut & nunc cernimus esse completum.

Vis tres fabricas, tra triformi institutio Dei renouatis Ecclesiæ.

De institutione Religionis, & approbatione Regulæ. Cap. 3.

IN ecclesia igitur Virginis matris Dei moram faciente seruo ipsius Francisco, & apud eam, quæ concepit Verbum plenum gratiæ & veritatis, continuis insistēte gemitibus, vt fieri dignaretur aduocata ipsius, meritis matris misericordiæ concepit ac peperit spiritum Euangelicæ veritatis. Dum enim die quodam Missam de Apostolis deuotus audiret, perlectum est Euangelium illud, in quo Christus discipulis ad prædicandum mittendis, formam tribuit Euangelicam in viuendo, nè videlicet possideant aurum, vel argentum: nec in zonis pecuniam, nec peram in via, nec duas tunicas habeant, nec calceamenta deferant, neque virgam. Quod audiens & intelligens, ac memoriæ commendans Apostolicæ paupertatis amicus, indicibili mox perfusus lætitia: Hoc est, inquit, quod cupio, hoc quod totis præcordijs concupisco. Soluit proinde calceamēta de pedibus, deponit baculum, peram & pecuniā execratur, vnaque contentus tunicula, reiecta corrigia, pro cingulo funem sumit, omnem solicitudinem cordis apponens, qualiter audita perficiat, & Apostolicæ recti tudinis regulæ per omnia se coaptet. Cœpit ex hoc vir Dei diuino instinctu Euangelicæ perfectionis æmulator existere, & ad pœnitentiā cæteros inuitare. Erant autem ipsius eloquia non inania, nec risu digna, sed virtute spiritussancti plena, medullas cordis penetrantia, vt in vehementem stuporem audientes conuerterent. In omni prædicatione sua pacem annuncians, dicendo: Dominus det vobis pacem, populum in sermonis exordio salutabat. Hanc quippè salutationem, Domino reuelante, didicerat, sicut ipse postmodùm testabatur. Vndè factum est, vt iuxta sermonem propheticum, & ipse prophetarum spiritu afflatus, annunciaret pacem, prædicaret salutem, ac salutaribus monitis fœderaret plurimos veræ paci, qui discordes à Christo priùs, extiterant à salute longinqui.

Iohan. 1.

Matth. 10.

Admirabile studium paupertatis.

Esa. 52.

Multos ad Dominum conuertit.

Innotescente itaque apud multos viri Dei, tā doctrinæ simplicis veritate, quàm vitæ, cœperunt ipsius exemplo viri quidam ad pœnitentiam animari, & eidem relectis omnibus, habitu vitaque coniungi. Quorum primus extitit vir venerabilis Bernardus, qui vocationis diuinæ particeps factus, patris beati primogenitus esse promeruit, tam prioritate tēporis, quam priuilegio sanctitatis. Hic enim seruus Christi paupertate comperta, ipsius exemplo disponens perfectè contemnere mūdum, ab eodem qualiter id perficeret, consilium requisiuit. Quo audito, Dei famulus pro propriæ prolis conceptu sancti spiritus cōsolatione repletus: A Deo est, inquit, hoc consilium requirendum. Intrauerunt proindè ecclesiam sancti Nicolai, manè iam facto: & oratione præmissa, cultor Trinitatis Franciscus ter Euangeliorū librum aperuit, trino exposcens a Deo testimonio sanctum Bernardi propositum cōfirmari. In prima libri apertione illud occurrit: Si vis perfectus esse, vade, & vende oīa quæ habes, & da pauperibus. In secunda: Nihil tuleritis in via. In tertia verò: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suā, & sequatur me. Hæc est, ait vir sanctus, vita & regula nostra, omniumque, qui nostræ voluerint societati coniungi. Vade igitur, si vis perfectus esse, & perfice quę audisti. Non multò post vocatis eodem spiritu quinque viris, filiorum Francisci senarius numerus cōpletus est: inter quos tertium sortitus est locum sanctus pater Aegidius, vir vtiquè Deo plenus, & celebri memoria dignus. Hic etenim postmodùm virtutū sublimium exercitatione pręclarus, sicut famulus Domini de seipso prædixit, quanquam esset idiota & simplex, ad excelsæ contemplationis sublimatus est verticem. Nam per multa curricula temporum sursùm actionibus incessanter intentus, adeò crebris in Deū rapiebat excessibus: quemadmodùm & egoipse oculata fide cōspexi: vt magis cēseret inter hoīes vitā Angelicā agere, q̄ humanā.

Bernardus primus eius socius.

Matth. 19.

Luc. 9.

Ibidem.

S. Aegidius, eximius S. Frācisci socius.

Illo quoquè tēpore cuidā sacerdoti ciuitatis Assisij, nomine Syluestro, honestæ conuersationis viro, quædā à Domino fuit ostēsa visio nō tacenda. Cùm enim modum & viam Francisci, fratrumque suorū humanu spiritu abhorreret, nè periclitaretur pro temeritate iudicij, respectu fuit supernæ gratiæ visitatus: Videbat namq; in somnis totā Assisij ciuitatem à dracone magno circundari, præ cuius magnitudine nimia, tota regio videbatur exterminio subiacere. Cōtuebatur post hoc Crucem quandam auream, ex ore procedentem Francisci, cuius summitas cælos tangebat, cuiusque brachia protensa in latū, vsq; ad mundi fines videbantur extendi. Ad cuius etiam adspectum præfulgidum, draco ille teter & horridus penitùs fugabatur. Hoc dum sibi tertiò monstraretur, diuinum æstimās esse oraculū, viro Dei & fratribus suis per ordinē enarrauit, ac non multo pòst tēpore mundū relinquens, vestigijs Christi sic perfectè adhæsit, q̄ vita ipsius in ordine authēticā reddit eā, quā in seculo habuerat, visionē. Ex huius visionis auditu vir Dei non in gloria est elatus humana, sed bonitatē Dei in suis beneficijs recognoscēs, fortiùs animatus est ad hostis antiqui fugandam versutiā, & Crucis Christi gloriam prædicandam.

Visio Syluestri sacerdotis.

Perfecta eius conuersio.

Quadā aūt die dū in quodā solitario loco annos suos in amaritudine recogitans deploraret, sancti spiritus in eum superueniēte lætitia, certificatus est de remissione plenaria oīum delictorū. Raptus deindè supra se, ac in quoddā mirandū lumē totus absorptus, dilatato mentis sinu, q̄ circa se & filios suos futura erāt, luculēter adspexit. Post hoc reuersus ad fratres: Confortamini, ait, charissimi, & gaudete in Domino: nec quia pauci estis, efficiamini tristes, neque uos terreat mea vel vestra simplicitas: quī sicut mihi à Domino in veritate ostensum est, in magnā multitudinē faciet nos Deus crescere, suæ que benedictionis gratia multipliciter dilatabit. Eodē quoq; tēpore, quodam alio bono viro religionem intrante, ad septenariū numerū viri Dei soboles benedicta peruenit. Tūc pius pater oēs ad se filios cōuocauit, & plura eis de regno Dei, de contēptu mūdi, de abnegatione propriæ volūtatis, corporisq; castigatione pronūciās, ꝓpositū suū de mittēdo illos in quatuor partes orbis aperuit. Iā n. sterilis & paupercula simplicitas sancti patris pepererat septē, & desiderabat vniuersitatē fideliū ad pœnitētiæ lamēta vocatā, Christo Domino parturire. Ite, inquit dulcis pater ad filios, annūciātes hominibus pacē: ꝑdicate pœnitētiā in remissionē peccatorū. Estote in tribulationibus patiētes, in orōnibus vigiles, ī laboribus strenui, ī sermonib⁹ modesti, ī morib. graues, & ī bñficijs grati,

Rapitur extra se S. Franciscus.

Mittit fratres suos, vt prædicent.

grati, quia pro his omnibus regnum vobis præparatur æternum. At illi coram seruo Dei humiliter se prosternentes in terram, cum gaudio spiritus suscipiebant obedientiæ sanctæ mandatum. Ipse verò dicebat vnicuique singulatim: Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. Hoc verbum dicere solitus erat, quotiescunquè fratrem aliquem ad obedientiam dirigebat. Tunc & ipse sciens se datũ alijs in exemplum, vt priùs faceret, quàm doceret, cum vno sociorum versùs vnam orbis partem perrexit, reliquis sex ad modum Crucis, tribus alijs mũdi partibus deputatis. Modico autem elapso pòst tẽpore, benignus pater charæ prolis exoptans præsentiam, cùm in vnum eos per se conuocare non posset, per eum orabat hoc fieri, qui dispersiones congregat Israelis. Sicque factum est, vt absque humana vocatione omnes ex insperatò post modicum temporis, iuxta eius desiderium diuina operante clementia, non sine ipsorum admiratione pariter conuenirẽt. Illis quoquè diebus, quatuor sibi adhærentibus viris honestis, ad duodenarium numerum excreuerunt.

Psal. 54.

Psal. 146

Cernens autem famulus Christi paulatim accrescere numerũ fratrum, scripsit sibi & fratribus suis simplicibus verbis formulam vitæ, in qua sancti Euangelij obseruantia pro fundamento indissolubili collocata, pauca quædam alia inseruit, quæ ad vniformem viuendi modum necessaria videbantur. Desiderans autem per summum Pontificem approbari quæ scripserat, disposuit cum illo simplicium cœtu Apostolicæ Sedis adire præsentiam, de sola confisus directione diuina. Cuius desiderium Deus ex alto respiciens, sociorum animos, simplicitatis suæ cõsideratione perterritos, ostensa viro Dei visione huiusmodi, confortauit: Videbatur siquidem ei, quòd per quandam viam incederet, iuxta quam stabat arbor celsitudinis magnæ. Ad quam cùm appropinquasset, & sub ea stans, ipsius altitudinem miraretur, subitò tantùm diuina virtute leuabatur in alto, vt cacumen cõtingeret arboris, eiusque summa facilimè curuaret ad ima. Huius visionis præsagium vir Deo plenus intelligens referri ad cõdescensionem Apostolicæ dignitatis, exhilaratus est spiritu: fratribusq; suis in Domino confortatis, iter cum eis aggressus est. Cùm autem ad Romanam curiam peruenisset, & adduceretur ante conspectum summi Pontificis, essetque Christi Vicarius in palatio Lateranensi in loco, qui dicitur Speculum, deambulans, altis occupatus meditationibus, Christi famulum tanquàm ignotum, repulit indignanter. Quo humiliter foràs egresso, sequenti nocte huiusmodi reuelatio facta est à Deo ipsi summo Pontifici. Videbat nanq; inter pedes suos palmam paulatim succrescere, & in arborem pulcherrimam eleuari. Et eo mirante, quid hęc visio vellet ostendere, diuina lux impressit mẽti ipsius Christi Vicarij, quòd hæc palma illum pauperẽ, quem in pręcedenti die repulerat, designabat. Et manè sequenti mandauit per suos famulos per Vrbem dictum pauperem quæri. Quem inuentum iuxta Lateranum in hospitali sancti Antonij, ante conspectũ suum celeriter iussit adduci. Cumque introductus esset ante conspectum summi Pontificis, exposuit suum propositum, petens humiliter & instanter, sibi prædictam sibi viuendi regulam approbari. Videns autem Christi Vicarius Dominus Innocentius Tertius, vir vtiquè sapientia clarus, admirandam in viro Dei simplicis animi puritatem, propositi constãtiam, ignitumque voluntatis sanctæ feruorem, Christi pauperem mentis amore complectens, inclinatus est animo, vt pium supplicanti præberet assensum. Distulit tñ perficere, qđ Christi postulabat pauperculus, pro eo q̃ aliquibus de Cardinalibus nouũ aliquid, & supra vires humanas arduum videretur.

Cõscribit Regulã.

Visio eius.

It Romã pro confirmatione suæ Regulæ.

Visio Innocentij III. Pontificis.

A summo Pontifice petit cõfirmationem Regulæ.

Differt tã cõfirmare Pontifex

Aderat aũt inter Cardinales vir venerãdus Dominus Iohannes de S. Paulo, Episcopus Sabinẽsis, oĩs sanctitatis amator, & adiutor pauperũ Christi: Qui diuino spiritu inflammatus, summo Pontifici dixit, & fratribus suis: Si petitionẽ pauperis tanquam nimis arduam nouamque refellimus, cùm petat confirmari sibi formam Euangelicæ vitæ, cauendum est nobis, nè in Christi Euangelium offendamus. Nã si quis intrà Euangelicæ perfectionis obseruãtiam & votum ipsius dicat contineri aliquid nouum, aut irrationabile vel impossibile ad obseruãdum, contra Christum Euangelij authorẽ blasphemare conuincitur. Quibus propositis, successor Apostoli Petri conuersus ad pauperem Christi, dixit: Ora fili ad Christum, vt suam nobis per te voluntatem ostendat, qua certiùs cognita, tuis pijs desiderijs securius annuamus. Omnipotentis autem Dei famulus totum se conferens ad orandum, precibus deuotis obtinuit, & quòd exteriùs ipse proferret, & quid interiùs Papa sentiret. Nam cùm parabolam de diuite Rege cũ muliere formosa & paupere cõtrahẽte gratãter, & de prole suscepta proferẽte generãtis Regis imaginẽ, ac per hoc educãda de mẽsa ipsius, sicut à Deo acceperat, retulisset, ex illius interpretatione subiunxit: Non est formidandũ, q̃ fame pereant æterni Regis filij & hæredes, qui ad imaginem Regis Christi per spiritussancti virtutem de paupere matre nati, & ipsi per spiritũ paupertatis sunt in religione paupercula generandi. Si enim Rex cælorum imitatoribus suis regnum promittit æternum, quãto magis illa subministrabit, quæ cõiter largitur bonis & malis? Hãc ergò parabolã, & intellectum ipsius, Christi Vicarius cùm diligẽter audisset, miratus est valdè, & indubitanter Christum loquutum in homine recognouit. Sed & visionẽ, quã tunc tẽporis è cælo perceperat, in hoc viro fore complendã, spiritu diuino suggerente, firmauit. Videbat nanque in somnis, vt retulit, Lateranensem basilicã fore proximã iã ruinæ, quam quidã hõ pauperculus, modicus & despectus, proprio dorso submisso, nè caderet, sustẽtabat. Verè, inquit, hic est ille, qui opere & doctrina Christi sustẽtabit Ecclesiã. Indè præcipua deuotione repletus, petitioni eius se per oĩa inclinauit, ac Christi famulum spiritali semper amore dilexit. Proindè postulata concessit, & adhuc concedere plura promisit. Approbauit regulam, dedit de pœnitentia prædicanda mandatũ, & laicis fratribus omnibus, qui seruum Dei fuerant comitati, fecit coronas paruulas fieri, vt verbum Dei liberè prædicarent.

Comiter ei respondet. Pontifex.

Proponit Pontifici parabolam.

Visio Pontificis.

Pontifex eius Regulam approbat.

De profectu Ordinis sub manu ipsius, & confirmatione Regulæ priùs approbatæ. *Cap. 4.*

FRetus exindè Franciscus superna gratia, & authoritate Papali, cum fiducia multa versùs Vallem Spoletanã iter arripuit, vt Euangeliũ Christi faceret, & doceret. Dũ aũt in via conferret cum socijs, qualiter regulã, quã susceperant, syncerè seruarent: qualiter in oĩ sanctitate & iustitia corã Deo incederent, qualiter in seipsis proficerent, & essent alijs in exẽplũ, diutiùs collatione protracta, hora pertrãsijt. Et cùm iam lassati essent ex diuturnitate laboris, esurientes in quodã loco solitudinis substiterunt. Sanè cùm oĩs via deesset, qua possent sibi de victu necessario prouidere, statim affuit prouidentia Dei. Nã subitò apparuit homo afferens panem in manu, quem pauperculis Christi dedit, subitoque disparuit, incognitus vñ venerit, aut quò iret. Cognoscẽtes aũt per hoc paupes fratres supernũ sibi ĩ comitatu viri Dei

Panis ei & socijs diuinitus præbetur

adesse

adesse præsidium, magis dono liberalitatis diuinæ, quam cibo carnis propriæ, sunt refecti. Insuper diuina consolatione repleti, statuerunt firmiter, & irreuocabiliter confirmauerunt, nullius inediæ aut tribulationis impulsu, à sanctæ paupertatis resilire promisso. Exindè in vallem Spoletanam cũ sancto proposito redeuntes, tractare cœperunt, vtrùm inter homines conuersari deberent, an ad loca solitaria se cõferre. Sed Christi seruus Franciscus non de sua vel suorum confidens industria, per orationis instantiam diuinæ super hoc voluntatis beneplacitum requisiuit. Supernæ igitur reuelationis illustratus oraculo, intellexit se ad hoc missum à Domino, vt Christo lucraretur animas, quas diabolus conabatur auferre. Ideoque magis omnibus, quàm sibi soli, viuere prælegit, illius prouocatus exemplo, qui vnus pro omnibus mori dignatus est. Recollegit itaque se vir Dei cum cæteris socijs in quodam tugurio derelicto iuxta ciuitatem Assisij, in quo secundum sanctæ paupertatis formam in labore multo & inopia victitabant, magis lachrymarum, quàm deliciarum panibus refici satagentes. Vacabant enim ibidèm diuinis precibus incessanter, mentaliter potiùs quàm vocaliter, studio intendentes orationis deuotæ, pro eo quòd nondùm Ecclesiasticos libros habebant, in quibus possent horas Canonicas decantare. Loco tamen illorum, librum Crucis Christi continuatis adspectibus diebus ac noctibus reuoluebant, exemplo patris & eloquio eruditi, qui iugiter faciebat eis de Cruce Christi sermonem. Rogantibus autem fratribus, vt eos doceret orare, dixit: Cùm orabitis, dicite: Pater noster: Et, Adoramus te Christe ad omnes ecclesias tuas, quæ sunt in toto mundo, & benedicimus tibi, quia per Crucem tuam sanctam redemisti mundum. Docuit insupèr eos Dominum laudare in omnibus & ex omnibus creaturis: honorare pręcipua reuerentia sacerdotes: fidei quoque veritatem, secundum quod sancta Romana tenet & docet Ecclesia, & firmiter credere, & simpliciter confiteri. Seruabant illi patris sancti documenta per omnia, & ad omnes ecclesias & Cruces, quas è longinquo videre poterant, iuxta datam sibi formam orantes, se humiliter prosternebant.

Redeũt in vallẽ Spoletanam.

Habitãt in quodã tugurio, & viuunt sanctissimè.

Docet fratres orare

Quæ fides tenenda.

Contrahentibus autem fratribus morá in loco præfato, vir sanctus die quadam sabbati ciuitatem Assisij intrauit, prædicaturus manè diei Dominicæ, vt moris erat, in ecclesia cathedrali. Cumq; in quodam tugurio, sito in horto Canonicorum, vir Deo deuotus in oratione Dei more solito pernoctaret absentatus à filijs, eccè ferè media noctis hora, quibusdam perseuerantibus in orando, currus igneus mirandi splendoris per ostium domùs intrãs, huc atque illuc per domicilium tertiò se conuertit, super quem globus lucidus residebat, qui solis habens adspectum, noctem clarere fecit. Obstupefacti sunt vigilantes, excitati simul & exterriti dormientes: & non minùs senserunt cordis claritatem, quàm corporis, dũ ea virtute mirãdi luminis, alterius alteri conscientia nuda luit. Intellexerũt nanque concorditer oẽs, videntibus inuicem vniuersis in cordibus singulorũ, sanctũ patrẽ absentẽ corpore, præsentem spiritu, tali transfiguratum effigie, superois irradiatum fulgoribus, & ardoribus inflammatũ supernaturali virtute in curru splẽdente, simul & igneo, sibi demonstrari à Domino, vt tanquam veri Israelitæ post illum incederent, qui virorum spiritualium, vt alter Elias, factus fuerat à Deo currus & auriga. Credendum sanè, quòd ille horum simpliciũ apperuit oculos ad preces Francisci, vt viderent magnalia Dei, qui oculos quondam aperuerat pueri, ad videndum montẽ plenũ equorum & igneorum curruũ in circuitu Elisei. Regressus autem vir sanctus ad fratres, cœpit cõscientiarũ ipsorum secreta rimari, confortare ipsos de visione illa mirabili, & de profectu ordinis multa futura prædicere. Cumque patefaceret plurima, quæ sensum transcendebant humanum, verè cognouerunt fratres, super seruum suum Franciscum spiritum Domini in tanta plenitudine quieuisse, quòd post ipsius doctrinam & vitam, erat eis proficisci tutissimum.

Visio fratrum.

4. Reg. 4.

4. Reg. 6.

Multa de profectu ordinis fratribus prædicit.

Post hæc pusilli gregis pastor Franciscus, ad sanctã Mariã de Portiuncula duodenarium illũ fratrũ numerũ, superna gratia præeũte, deduxit, vt vbi meritis matris Domini Minorum sumpserat ordo initiũ, ipsius illic susciperet auxilijs incrementum. Ibi quoquè factus Euangelicus præco, ciuitates circuibat & castra, non in doctis humanæ sapiẽtiæ verbis, sed in virtute spiritùs annuncians regnũ Dei. Videbatur intuentibus homo alterius seculi, quippè qui mente ac facie in cælum semper intentus, oẽs sursùm trahere conaretur. Cœpit ex hoc Christi vinea germinare germẽ odoris Domini, & productis ex se floribus suauitatis, honoris & honestatis vberes fructus afferre. Nam prædicationis ipsius feruore succensi quàm plurimi, secundùm formam à Dei viro acceptã, nouis se pœnitentiæ legibus vinciebãt: quorum viuẽdi modum, idẽ Christi famulos ordinẽ fratrum de pœnitentia nominari decreuit. Nimirùm sicut in cælum tendentibus, pœnitentiæ viã oĩbus constat esse communem: sic & hic status clericos & laicos, virgines & coniugatos in vtroque sexu admittens, quanti sit apud Deum meriti, ex pluribus per aliquos ipsorum patratis miraculis innotescit. Conuertebantur etiam virgines ad perpetuum cęlibatum: inter quas virgo Deo charissima Clara, ipsarum plantula prima, tanquàm flos vernans & cãdidus, odorem dedit, & tanquàm stella præfulgida radiauit. Hæc nũc glorificata in cælis, ab Ecclesia dignè venerat̃ in terris, q̃ filia fuit i Chr̃o sancti patris Francisci pauperculi, & mater pauperũ dominarũ.

Deducit eos ad S. Mariã de Portiũcula.

Multi eius prædicatione conuertũtur.

S. Clara Vita, est T. 4. 12 Augusti.

Multi etiam non solùm deuotione cõpuncti, sed & perfectionis Christi desiderio inflãmati, oĩ mundanorũ vanitate contempta, Francisci vestigia sequebantur. Qui quotidianis succrescentes profectibus, vsque ad fines orbis terræ celeriter peruenerunt. Faciebat nanque sancta paupertas, quam solam delebant pro sumptibus, ipsos ad omnem obedientiã promptos, robustos ad labores, & ad itinera expeditos. Et quia nihil terrenum habebant, nihil amabant, nihilque timebãt amittere: securi erãt vbiquè, nullo pauore suspẽsi, nulla cura distracti, tanquàm qui absq; mẽtis turbatione viuebãt, & sine solicitudine diẽ crastinũ, & serotinũ hospitium expectabãt. Multa quidẽ eis in diuersis partibus orbis inferebantur conuicia, tanquàm personis despicabilibus & ignotis: verùm amor Euãgelij Christi adeò ipsos patiẽtes effecerat, vt quærerẽt potiùs ibi esse, vbi persequutionẽ paterẽtur in corpore, quàm vbi, cognita sanctitate ipsorum, mundano possent gloriari fauore. Ipsa quoquè rerum penuria, superabundans eis videbatur vbertas, dum iuxta consilium sapientis, pro magno ipsis minimum complacebat.

Multa conuicia sãctis fratribus illata patiẽtissimè feruntur ab eis.

Sanè cùm ad infideliũ partes aliqui ex fratribus peruenissent, cõtigit vt quidã Saracenus pietate cõmotus, pecuniã eis offerret pro necessario victu. Illis aũt recusantibus accipere, admiratus est hõ, cernẽs q inopes essent. Intellecto tãdèm, q pauperes effecti amore Dei, pecuniã possidere nolebãt, tãta est eis affectione cõiũctus, vt offerret se ad ministrãdũ oĩa necessaria, quandiù facultatũ sibi aliquid super-

Saracenus cuiusdã erga fratres humanitas.

esset

ressset. O inæstimabilis preciositas paupertatis, cuius miranda uirtute mens feritatis barbaricę in tantam miserationis est immutata dulcedinem. Horrendum est proindè ac nefarium scelus, ut hanc margaritam nobilem vir Christianus conculcet, quam tanta ueneratione extulit Saracenus.

Eo tempore religiosus quidam de ordine Cruciferorum, Moricus nomine, in hospitali quodam prope Assisium lãguore iam graui, iamque prolixo laborans, ut iam morti fuerit adiudicatus a medicis, uiro Dei supplex factus, per nuncium postulabat instanter, ut pro se ad Dominum intercedere dignaretur. Cui beatus pater benignè assentiens, oratione præmissa, panis micas accepit, & cum oleo accepto de lampade, quæ coram Virginis ardebat altari, commiscens quasi quoddam electuarium per manus fratrum infirmanti transmisit, dicens: Medicinam hanc fratri nostro deferte Morico, qua ipsum Christi uirtus non solùm plenæ sanitati restituet, uerùm etiam robustũ bellatorem effectum aciei nostræ perseueranter adiunget. Statim autem vt antidotum illud, sancti spiritus adinuentione confectum, æger homo gustauit, sanus exurgens, tantum mentis & corporis à Deo uigorem obtinuit, ut paulopòst viri sancti religionem ingressus, & unica tantùm operiretur tunicula, sub qua longo tẽpore loricam portabat ad carnem, & crudis duntaxàt cibarijs, herbis, uel leguminibus, fructibusque contentus, per plura temporũ lustra nec panem gustaret, nec vinum, fortis tamen & incolumis perseuerans.

Sanat Moricũ, quẽ medici desperauerant.

Et Morici mira abstinentia.

Crescentibus quoquè virtutum meritis in paruulis Christi, odor opinionis bonę circunquaquè diffusus, ad præsentiam sancti patris uidendam, plurimos è diuersis mũdi partibus attrahebat. Inter quos quidam secularium cantionum curiosus inuentor, qui ab Imperatore fuerat coronatus, & indè rex versuũ dictus, virũ Dei contẽptorem mundialium adire proposuit. Cumque ad castrum S. Seuerini eum prædicantem reperisset in monasterio quodã, facta manu Domini super se, uidit eundem Crucis Christi prædicatorem Franciscum, duobus transuersis ensibus, valdè fulgentibus, in modum Crucis signatum, quorum unus à capite ad pedes, alius à manu in manum per pectus transuersaliter tendebatur. Non nouerat facie seruum Christi: sed tanto monstratũ miraculo, mox agnouit. Subitò stupefactus ad uisum, incipit meliora proponere. Tandemque verborum ipsius compunctus uirtute, tanquàm si esset gladio spiritus ex ore procedente transfixus, secularibus pompis omninò contemptis, beato patri professione cohæsit. Propter quod uidens ipsum uir sanctus ab inquietudine seculi ad Christi pacem perfectè conuersum, fratrem Pacificum appellauit. Hic postmodùm in omni sanctitate proficiens, antequàm fieret minister in Francia, (siquidem primus ibidèm ministerii gessit officium) meruit iteratò magnum Thau in fronte Francisci uidere: quod colorum varietate distinctum, faciẽ ipsius miro uenustabat ornatu. Hoc quippè signum uir sanctus magno venerabatur affectu, frequenti commendabat eloquio, & in eis, quas dirigebat, literulis manu propria subscribebat, tanquàm si omne ipsius studium foret signare Thau, iuxta dictum propheticum, super frontes virorũ gementiũ & dolentiũ, ad Christũ Iesũ veraciter conuersorum.

Visio cuiusdam.

Is ex visione compũctus fit monach⁹.

Signum Crucis uir Dei plurimũ venerat.

Ezec. 9.

Processu quoquè temporis multiplicatis iam fratribus, cœpit eos pastor sollicitus in loco S. Mariæ de Portiuncula, ad generale Capitulum conuocare: ut in funiculo distributionis diuinæ, in terra paupertatis eorum vnicuique tribueret obediẽtię portionem. Vbi licèt omnium necessariorum esset penuria, fratrumque multitudo ultra quinque millia cõueniret aliquandò, diuina tamen opitulante clementia, & uictûs sufficientia suberat, & salus comitabatur corpora, & spiritualis iucunditas affluebat. Capitulis veró Prouincialibus quia corporalem præsentiam exhibere non poterat, per solicitam curam regiminis, instantiam precis & efficaciam benedictionis, spiritu præsens erat, quanuis aliquãdò, mira Dei faciente virtute, visibiliter appareret. Dum enim egregius prædicator, qui & nunc Christi præclarus confessor Antonius, de titulo Crucis, Iesus Nazarenus Rex Iudæorum, in Arelatensi Capitulo fratribus prædicaret, quidam frater probatæ virtutis, Monaldus nomine, ad ostium Capituli diuina commonitione respiciens, vidit corporeis oculis beatũ Franciscum in aere subleuatum, extensis uelut in Cruce manibus benedicentem fratres. Tanta verò & tam insolita fratres omnes consolatione spiritus repletos se fuisse senserunt, ut de vera sancti patris præsentia, certum eis intrà se spiritus testimonium perhiberet: licèt postmodùm id non solùm per euidentia signa, uerum etiam per eiusdem sancti patris verba, exteriori fuerit attestatione compertum. Credendum sanè, quòd omnipotentis Dei virtus, quæ Ambrosium pium & sacrum Antistitem tumulationi gloriosi concessit interesse Martini, ut pium Pontificem pio veneraretur officio, etiam seruum suum Franciscum prædicationi præsentauit veracis sui pręconis Antonii, ut approbaret ueritatis eloquia, præcipuè Crucis Christi, cuius erat baiulus & minister.

5000 fratrum.

Hu⁹ Antonii a Padua vita, est Tom. 3. Iunij 13

S. Bonauẽtura testimoniũ de præsentia Ambrosij Iexequijs S. Martini.

Cùm autem dilatato iam ordine, uiuendi formã per dominum Innocentium approbatam, disponeret per successorem ipsius Honorium, in perpetuum facere roborari, huiusmodi fuit à Deo reuelatione commonitus: Videbatur quidem sibi de terra micas panum subtilissimas collegisse, multisque famelicis fratribus ipsum circunstantibus debere tribuere. Cũque micas tam tenues distribuere formidaret, nè fortè inter manus exciderent, uox ei desupér ait: Francisce, unam de micis omnibus hostiam facito, & manducare uolentibus tribue. Quo id agente, quicunque illud non deuotè recipiebant, aut receptum contemnebant donum, mox lepra infecti, notabiles apparebant. Recitat manè uir sanctus hæc omnia socijs, dolens se non percipere mysterium uisionis. Sequenti verò die, cùm vigil in oratione persisteret, huiusmodi uocem de cælo delapsam audiuit: Francisce, micæ præteritæ noctis, verba Euangelica sunt: hostia, regula: lepra, iniquitas. Volens igitur cõfirmandam regulam, ex verborum Euangelii aggregatione profusiùs traditam, ad compendiosiorem formam, iuxta quod dictabat uisio monstrata, redigere, in montem quendam cum duobus socijs, spiritu sancto ducente, conscendit, vbi pane tantùm cõtentus & aqua, ieiunans conscribi eam fecit, secundùm quod oranti sibi diuinus spiritus suggerebat. Quam cùm de monte descendens seruandam suo Vicario commisisset, & ille, paucis elapsis diebus, assereret per incuriam perditam, iteratò sanctus vir ad locum solitudinis redijt, eamque instar prioris, ac si ex ore Dei verba susciperet, ilicò reparauit, & per supradictum dominum Papam Honorium, octauo Pontificatus illius anno, sicut optauerat, obtinuit cõfirmari. Ad cuius obseruantiam fratres feruenter inducens, dicebat, se nihil ibi posuisse secundùm industriam propriam, sed omnia sic scribi fecisse, sicut sibi fuerant diuinitùs reuelata. Quod ut certiùs constaret testimonio Dei, paucis admodùm euolutis diebus, impressa sunt ei stigmata Dñi Iesu digito Dei viui, tãquàm bulla sũmi Põtificis Christi,

Visio S. Frãcisci.

Visionis expositio.

Miro modo Regulã suã scribi cõprehensus.

S. Frãcisci stigmata, suam regulã cõfirmant.

ad

ad confirmationem omnimodam regulæ, & commendationem authoris: sicut post suatum enarrationem virtutum, suo loco inferius describetur.

De austeritate vitæ: & quomodò creaturæ præbebant ei solatium. Cap. 5.

CVm igitur cerneret vir Dei Franciscus, suo exemplo ad Crucem Christi baiulandam, feruenti spiritu plurimos animari, animabatur & ipse, tanquam bonus dux exercitus Christi, ad palmam victoriæ per culmen inuictæ peruenire virtutis. At tendens enim illud Apostoli verbum: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentiis: vt Crucis armaturam suo ferret in corpore, tanta disciplinæ rigiditate sensuales appetitus arcebat, vt vix necessaria sumeret sustentationi naturæ. Difficile nanque fore dicebat, necessitati corporis satisfacere, & pronitati sensuum nō parere. Propter quod coacta cibaria sanitatis tempore uix admittebat, & raró: admissa verò, aut conficiebat cinere, aut condimenti saporē admixtione aquæ vt plurimùm reddebat insipidum. De potu quid dicam, cùm & de aqua frigida, dum sitis æstuaret ardore, vix ad sufficientiam biberet? Modos adinueniebat abstinentiæ potioris, & quotidie exercitatione crescebat: licetq; iam perfectionis culmen attingeret, tanquàm incipiens semper aliquid innouabat, afflictionibus carnis puniendo libidinem. Egrediens tamen exteriùs propter verbum Euangelij, conformabat se suscipientibus ipsum in qualitate ciborum: cùm tamen ad interiora regressus, districtè seruaret rigidam abstinentiæ parcitatē. Sicque seipsū austerum sibi, humanum proximo subiectum Euangelio Christi per omnia reddens, non solum abstinēdo, verumetiam manducando præbebat ædificationis exemplum. Nuda humus, ut frequentiùs, lectus erat lassato corpusculo: & sæpiùs, sedens, ligno vel lapide ad caput posito, dormiebat: vnica paupere cōtectus tunicula, i nuditate Dño seruiebat & frigore.

Gal. 5.

Durissimè castigat corpus suum.

Austerus sibi est, sed humanus proximo.

Nuda cubat humo.

Interrogatus aliquandò, quomodò vestitu iam tenui se posset ab hyemalis algoris asperitate tueri? in spiritus feruore respondit: Si supernæ patriæ flāma per desiderium contegeremur interiùs, frigus istud exterius facilè portaremus. Vestis horrebat mollitiem, asperitatem amabat, asserēs propter hoc Iohannem Baptistam ore diuino fuisse laudatum. Si quandò uerò in data sibi tunica lenitatem sentiret, chordulis eam contexebat interiùs: quia non in casulis pauperum, sed in palatiis principum, iuxta ueritatis verbum, vestimentorum dicebat requirendā esse mollitiem. Experientia enim certa didicerat, dæmones asperitate terreri, deliciosis autem & mollibus vestibus ad tentandum fortiùs animari. Vndè cùm nocte quadam propter infirmitatem capitis & oculorum, præter solitū morem ceruical de pluma positum habere ad caput, dæmon in illud ingressus, ipsum vsque ad horam matutinalem inquietatum, multimode a sanctæ orationis studio perturbauit, donèc vocato socio puluinar cum dæmonio fecit extra cellulam longiùs exportari. Egressus autem cum puluinari frater de cella, membrorum uires amisit & vsum, quousquè ad vocem sancti patris, hoc cognoscentis in spiritum, uigor pristinus cordis & corporis sibi fuit plenarie restitutus.

Mat. 11. Aspera dilectat ueste.

Rigidus in disciplina, super custodiam suam stabat, curam permaximam gerens de utriusque hominis puritate seruanda. Quapropter circa conuersionis suæ primordia, tēpore hyemali in foueā glacie plenā seipsum plerumq; mergebat, ut & domesticū sibi hostem perfectè subigeret, & cādidum vestimētum pudoris, voluptatis incendio præseruaret. Tolerabilius uiro spirituali fore incomparabiliter asserebat, magnum sustinere frigus in carne, quàm ardorem carnalis libidinis uel modicùm sentire in mente. Cùm autem apud eremum de Sarthiano, nocte quadam orationi vacaret in cellula, vocauit eum hostis antiquus tertiò, dicens: Francisce, Francisce, Francisce. Cui cum quid quæreret, respondisset, fallaciter ille subiungit: Nullus est in mundo peccator, cui, si conuersus fuerit, non indulgeat Deus: sed quicunque semetipsum pœnitentia dura necauerit, misericordiam non inueniet in æternum. Statim uir Dei per reuelationem cognouit hostis fallaciam, quomodò nisus fuerit eum ad tepida reuocare. Nam hoc sequens indicauit euentus. Continuò enim post hoc ad insufflationem illius, cuius halitus prunas ardere facit, grauis ipsum carnis tentatio appræhendit. Quā ut p̃sensit castitatis amator, deposita veste, chorda cœpit se uerberare fortissimè: Eia, inquiēs, frater asine, sic te decet manere, sic subire flagellū. Tunica religioni deseruit, sanctitatis signaculum p̃fert: furari eam libidinoso nō licet. Si quò vis pergere, perge. Insuper & mirando feruore spiritus animatus, aperta cella foras exiuit in hortum, & in magnam demergens niuem corpusculum iam nudatū, septem ex ea plenis manibus cœpit compingere massas: quas sibi proponens, suo sic exteriori homini loquebatur: Ecce, inquit, hæc maior vxor tua est, quatuor istæ, duo filii, & duæ filiæ: reliquæ duæ, seruus & ancilla, quos ad seruiendum habere oportet. Festina igitur omnes induere, quoniam frigore moriūtur. Si uerò eorum multiplex solicitudo molestat, vni Domino solicitè serui. Illicò tentator uictus abscessit, & vir sanctus cum victoria in cellam rediit: quia dū benè pœnaliter alsit foris, ardorem interius sic extinxit libidinis, ut deincèps tale aliqd minimè sentiret. Quidam autē frater, qui tunc orationi vacabat, hæc omnia, luna clariùs incedente, p̃spexit. Cōperto uir Dei, q̃ hæc ille nocte uidisset, referens ei tentationis processum, p̃cepit ut quandiù ipse uiueret, nulli viuēti rē, quā viderat, propalaret.

Mergit se crebro in aquā cōgelatam.

Fallacia dæmonis. Iob 41.

Egregiè in se ardorem libidinis compescit.

Vict.us hostis abscedit.

Nō solùm autem mortificari debere docebat uitia carnis, & eius incentiua frenari, verum ēt exteriores sensus, per quos mors intrat ad animam, sūma uigilātia custodiri. Mulierū familiaritates, colloquia & adspectus, qui multis sunt occasio ruinæ, solicitiùs euitari iubebat, asserens per huiusmodi debilem frangi, & fortem sæpè spiritum infirmari. Harum contagionem euadere conuersantem cum eis, nisi probatissimū uirum, tā facile dixit, quam iuxta scripturam, in igne ambulare, & non cōburere plantas. Siquidē ipse adeò auerterat oculos suos, nè huiusmodi vanitatem viderent, quòd (sicut aliquādò socio dixit) quasi nullam cognoscebat in facie. Nō enim securum esse putabat, earū formarum introrsùs haurire imagines, quæ possunt aut edomitæ carnis resuscitare igniculum, aut pudicæ mentis maculare nitorem. Asserebat etiam friuolum esse mulieris colloquium, excepta sola confessione, uel instructione breuissima, iuxta quod & saluti expedit & cōgruit honestati. Quæ sunt, inquit, religioso cū muliere tractanda negocia, nisi cùm sanctā pœnitētiā, vel melioris vitæ consiliū religiosā petitione deposcit? Ex nimia securitate minùs cauetur hostis: & diabolus si de suo capillum potest habere in homine, citò excrescere facit in trabem.

Sensus custodiendi.

Hier. 9.

Fœmina uitanda.

Prou. 6.

Ociū aūt oium malarū cogitationū sētinā, docebat sūmoperè fugiēdū, exēplo demōstrās, rebellē carnē & pigrā disciplinis cōtinuis & fructuosis laborib͂

Ociū sūmoperè cauendum.

 esse

esse domādā. Vndè corpus suū fratrē asinū appellabat, tanq; laboriosis supponēdū oneribus, crebris cędendum flagellis, & vili pabulo sustentandum. Si quem verò cernebat ociosum & vagum, aliorū velle manducare labores, fratrem muscam nominandum censebat, eo quod talis nihil boni faciens, sed benefacta inficiens, vilem & abominabilem se omnibus reddat. Propter quod dixit aliquandò: Volo fratres meos l.bo re exercitari, nè ocio dedti, per illicita corde aut lingua vagentur. Euangelicum siquidem volebat à fratribus obseruari silentium, vt videlicet ab omni ocioso verbo omni tempore abstinerent solicitè, tanquam reddituri in die iudicij de huiusmodi rationem. Sed & si quem inuenisset fratrem verbis assuetum inanibus, acriter arguebat, tā circumspectam modestiam & puri cordis affirmans custodiam, & nō modicam esse virtutem, pro eo, quòd mors & vita fore dicuntur in manibus linguæ, non iam ratione gustus, quam ratione loquelæ.

Silentium Euangelicum.

Matt. 12.

Prou. 18.

Licèt autem pro viribus ad vitam austeram fratres induceret, non tamen ei placebat districtionis seueritas, quæ pietatis non induit viscera nec est discretionis sale condita. Cùm enim quadam nocte vnus ex fratribus præ nimietate abstinentiæ admodùm fame cruciatus, nullam posset habere quietem, intelligens pius pastor ous suæ imminere periculum vocauit fratrem, appofuit panem, & vt rubore illi toll rer, cœpit ipse prior comedere, eumq; ad manducandum dulciter inuitare. Deposuit frater verecundiam, sumpsit cibum, gauisus quamplurimùm, quòd per circumspectam condescensionem pastoris, & corporis euasisset dispendium, & non modicum accepisset ędificationis exemplum. Manè facto, fratribus conuocatis in vnum, vir Dei refert quod acciderat nocte, prouida commonitione subiungens: Sit vobis fratres, non cibus, sed charitas in exemplum. Docuit insupèr eos discretionem sequi, vt aurigam virtutum, non eam quam caro suadet, sed quam edocuit Christus, cuius sacratissimam vitam expressum constat esse perfectionis exemplar. Et quoniam agnum sine macula Christum Crucifixum non est possibile homini, carnis infirmitate circundato, sic perfectè sectari, quin aliquas contrahat sordes, ideò documento certo firmabat eos, qui perfectioni vitæ vigilanter intendunt, quotidianis debere se lachrymarum emundare fluentis. Licèt enim iam esset adeptus cordis & corporis puritatem mirabilem, non cessabat tamen lachrymarū imbribus iugiter oculos expiare mentales, corporeorum luminum non ponderando iacturam. Cùm enim ex continuo fletu infirmitatem oculorum incurrisset grauissimam, suadente sibi medico, quòd abstineret à lachrymis, si corporei visûs cæcitatem vellet effugere, vir sanctus respondit: Non est, frater medice, ob amorem luminis, quod habemus cōmune cum muscis, visitatio lucis æternæ repellenda vel modicùm: quia non spiritus propter carnem, sed caro propter spiritum beneficium lucis accepit. Malebat siquidem corporalis visûs lumen amittere, quam lachrymas, quibus oculus mundatur interior, vt Deum videre valeat, repressa deuotione spiritûs, impedire.

Non placet ei immoderata vitæ asperitas.

Discretio virtutum auriga.

Perpetuis lachrymis oculos valdè lædit.

Cum autem semel daretur consilium à medicis, & instanter suaderetur à fratribus, vt pateretur sibi per remediū subuenire coctutæ, humiliter vir Dei assensit, quia salutiferum hoc, simul & asperum esse cernebat. Vocatus itaque venit chirurgicus, instrumentum ferreum igni summittens ad faciendam coc̄turam. At Christi seruus corpus iā horrore concussum confortans, sicut amicū, cœpit ignem alloqui, dicens: Mi frater ignis, præ cæteris rebus æmulandi decoris, virtuosum, pulchrum & vtilem te creauit altissimus: esto mihi hac hora propitius, esto curtalis. Precor magnum Dominū, qui te creauit, vt tuū mihi calorem temperet, quò suauiter vrētem valeā sustinere. Oratione finita, contra igne candescens ferreum instrumētum signum Crucis edidit, ac deinceps intrepidus permansit. Profunda tū est crepitans ferrum in tenera carne, & ab aure vsque ad supercilium coctura protracta. Quantū irrogauerit ignis ille dolorē, vir ipse sanctus expressit: Laudate, inquit ad fratres, altissimum: quia verè dico vobis, nec ignis ardorē sensi, nec carnis vllum dolorē. Et conuersus ad medicum: Si nō est, inquit, caro bene decocta, imprime iterùm. Expertus medicus in tam valida carne virtutem spiritus tam potentem, miratus est, & diuinum hoc miraculum extolit, dicēs: Dico vobis, fratres, vidi mirabilia hodiè. Quia enim ad tantam deuenerat puritatem, vt caro spiritui, & spiritus Deo, harmonia mirabili concordarent, diuina ordinatione fiebat, vt creatura creatori suo deseruiens, voluntati & imperio eius mirabiliter subiaceret. Alio etiā tempore apud eremum sancti Vrbani, seruo Dei ægritudine grauissima laborante, cùm ipse naturæ defectum sentiens, vini poculum postulasset, nihilque de vino, quod sibi dari posset, respōderetur adesse, iussit aquam afferri, & allatam signo Crucis edito benedixit. Mox vinum efficitur optimum, quod fuerat aqua pura, & quod deferri loci paupertas non potuit, viri sancti puritas impetrauit. Ad cuius gustum tanta protinùs facilitate cōualuit, vt sapores nouitas, & innouatio sanitatis, gustabile ac gustantem supernaliter innouantes, perfectam in ipso expoliationem veteris hominis, & induitionem noui, duplici attestatione firmarent.

Candens ferri nulla sentit ardorem.

Nota mirum pa ratum.

Edito Crucis signo mutatur aqua in vinum.

Non solùm creatura serui Dei seruiebat ad nutum, sed & creatoris vbique prouidentia condescēdebat ad placitum. Cùm enim tempore quodam ex multarum infirmitatum concursu, aggrauato corpore, ad iucunditatem spiritûs excitandam, alicuius audiendi soni harmoniaci desiderium habuisset, nec id honestatis decentia per ministerium fieri pateretur humanum, affuit Angelorum obsequium ad viri sancti placitum adimplēdum. Nocte etenim quadam vigilante ipso, & meditante de Domino, repentè insonuit cithara quædā harmoniæ mirabilis & suauissimæ melodiæ. Nō videbatur aliquis, sed trāsitū & reditū citharœdi, ipsa hinc inde auditus volubilitas innuebat. Spiritu in Deum directo, tanta fuit in illo dulcisono carmine suauitate perfruitus, vt aliud se putaret seculū cōmutasse. Hoc & fratres sibi familiares nō latuit, qui p certa frequēter cōspiciebāt indicia, eū tā excessiuis & crebris cōsolationib' à Dño visitari, vt nec ipsas oinò occultare valeret.

Cithara ei pulsatur diuinitus.

Alio quoquè tēpore, viro Dei prædicationis causa inter Lombardiā & Marchiā Teruisinā iter agente cū fratre socio iuxta Padū, tenebrosa noctis superuenit obscuritas. Cumque via esset exposita periculis magnis & multis, propter tenebras, fluuium & paludes, dixit socius ad virū sanctū: Ora pater, vt de instantibus periculis liberemur. Cui vir Dei cū fiducia multa respōdit: Potēs est Deus, si placet sūæ dulcedini, tenebrarū effugata caligine, beneficiū nobis impendere lucis. Vix sermonē cōpleuerat, & ecce tāta lux ilicò cœpit circa eos superna radiare virtute, vt nocte alijs existente obscura, ipsi luce clara viderent non solùm viam, verùm etiam plurima circunquaquè. Cuius lucis ducatu corporali iter directi, & spiritualiter confortati, vsque ad locum hospitij per non modicum viæ spatium cum diuinis

Lux in nocte tenebris caeteris praestatur.

diuinis hymnis & laudibus incolumes peruenerunt. Perpende quantæ fuerit uir iste munditiæ, quantæque virtutis, ad cuius nutum, suum ignis ardorem contemperat, aqua saporem commutat, Angelica præbet melodia solatium, & lux diuina ducatum: ut sic sanctificatis viri sancti sensibus, omnis probetur mundi machina deseruisse.

De humilitate & obedientia: & de condescensionibus diuinis sibi factis ad nutum. Cap. 6.

Sancti viri excellens humilitas

OMnium uirtutum custos & decor humilitas, copiose uirum Dei vbertate repleuerat. In propria quidem reputatione nihil erat, nisi peccator, cùm in ueritate speculum esset & splendor omnimodæ sanctitatis. Super hanc studuit ædificare seipsum, ut sapiens architectus, fundamentum præiacens, quod a Christo didicerat. Dicebat propter hoc filium Dei de altitudine sinus paterni ad nostra despicabilia descendisse, ut tam exemplo quàm verbo Dominus & magister humilitatem doceret. Propter quod studebat tanquàm Christi discipulus, in oculis suis & aliorum uilescere, à summo dictum esse magistro commemorans: Quod altum est apud homines, abominatio est apud Deum. Sed & uerbum hoc dicere solitus erat: Quantum homo est in oculis Dei, tãtum est, & nõ plus. Stultum proinde iudicans mundanis extolli fauoribus, gaudebat de opprobriis, & de laudibus tristabatur. Malebat quidem de se uituperium audire, quam laudem, sciens quòd hoc ad emendandum induceret, illa impelleret ad cadendũ. Et ideò sępè cùm populi merita in eo sanctitatis extollerent, præcipiebat alicui fratri, ut in contrarium uerba ipsum vilificãtia, suis auribus inculcando proferret. Cumque frater ille, licèt inuitus, eum rusticum, & mercenarium imperitum & inutilem diceret, exhilaratus tam mente quàm facie, respondebat: Benedicat tibi Dominus, fili charissime, quia tu uerissima loqueris, & talia filium Petri Bernardonis decet audire. Vt autem se cæteris despicabilem redderet, non parcebat rubori, quin in prædicatione coram omni populo proprios manifestaret defectus.

Luc. 16.

Gaudet cõtemptu sui.

Accidit semèl, ut infirmitate grauatus rigorem abstinentiæ pro recuperanda sanitate modicùm relaxaret. Viribus autem corporis utcunquè resumptis, uer⁹ sui contemptor, ad propriæ carnis animatus opprobrium: Non est, inquit, conueniens, ut populus abstinentem me credat, & ego econtrariò carnaliter reficiar in occulto. Surrexit properea sanctæ humilitatis spiritu inflammatus, & in platea ciuitatis Assisii populo conuocato, solenniter cum fratribus multis, quos secum adduxerat, maiorem introiuit ecclesiam: funeque ad collum ligato, nudum cum femoralibus solis in oculis omnium se trahi præcepit usque ad lapidem, in quo malefactores puniendi consueuerant collocari. Super quem conscendens, licèt quartanarius esset & debilis, acerbi frigoris tempore cum multo vigore animi prædicauit. Audientibusque cunctis, asseruit se non tanquàm spiritualem honorandum fore, quinimmò tanquam carnalem & glutonem ab omnibus contemnendum. Igitur qui conuenerant, tam ingenti viso spectaculo admirati sunt, & quia ipsius austeritatem iam nouerant, deuotione compuncti, humilitatem huiusmodi magis admirabilem, quàm imitabilem, proclamabant. Licèt autem id magis uideatur portentum fuisse, instar prophetalis vaticinij, quàm exẽplũ, tamẽ verè documentũ extitit humilitatis perfectæ, quo Christi sectator instruitur tran

Exẽplũ sũmæ humilitatis & synceritatis.

Esa. 20.

sitoriæ laudis præconiũ debere cõtemnere, tumẽtis quoquè iactantiæ comprimere fastum, & fraudulentæ simulationis mendacium confutare. Multa quidẽ in hũc modũ sępi⁹ faciebat, vt exteriùs tãq̃ uas pditũ fieret, & sanctificationis spiritũ interiùs possideret.

Humanas laudes summopere detestatur.

Studebat bona Domini sui arcano pectoris condere, nolens patère gloriæ, quod posset occasio esse ruinæ. Nam sæpè cùm beatificaretur à pluribus, uerbum huiusmodi proferebat: Filios & filias adhuc habere possem: nolite laudare ut securum. Nemo laudandus, cuius incertus est exitus. Ista quidem, laudantibus: Ad se autem sic: Latroni si tanta contulisset altissimus, gratior te foret, Francisce. Dicebat fratribus sæpè: De omni eo, quod peccator potest, nemo sibi debet iniquo applausu blandiri. Peccator, ait, ieiunare potest, orare, plangere, carnemque propriam macerare: hoc solum non potest, Domino scilicet suo esse fidelis. In hoc itaque gloriandum, si suam Domino gloriã reddimus, si fideliter seruientes, ipsi, quicquid donat, adscribimus. Vt autem pluribus modis negociator hic Euangelicus lucraretur, ac totum præsens tempus cõflaret in meritum, non tam præesse uoluit, quàm subesse: nec tam præcipere, quàm parère. Idcircò generali cedens officio, Guardianum petiit, cuius voluntati per omnia subiaceret. Tam enim vberem asserebat sanctæ obedientię fructum, ut eis, qui iugo ipsius colla submitterent, nil temporis sine lucro transiret. Vndè & fratri, cum quo erat solitus ire, semper obedientiam promittere consueuerat, & seruare. Dixit aliquandò sociis: Inter alia, quę dignanter pietas mihi diuina concessit, hanc gratiam cõtulit, quòd ità diligenter nouitio unius horę obedirẽ, si mihi Guardianus daretur, sicut antiquissimo & discretissimo fratri. Subditus, inquit, prę1atũ suũ non hominem considerare debet, sed illũ, pro cuius est amore subiectus. Quanto enim contemptibilior pręsidet, tanto magis humilitas obedientis placet.

Psal. 30.

Ex his retundit superbiæ tumorem.

Submittit se alteri⁹ uoluntati in omnib⁹.

Deus ĩ prælato, nõ homo cõsiderandus.

Cùm uerò uice quadam quæreretur ab eo, quis esset uerus obediens iudicandus, corporis mortui similitudinẽ pro exemplo proposuit. Tolle, inquit, corpus exanime, & ubi placuerit, pone. Videbis non repugnare motum, non murmurare sitũ, non reclamare dimissum. Quòd si statuatur in cathedram, nõ alta, sed ima, respiciet. Si collocetur in purpura, duplò pallescet. Hic, ait, uerus obediẽs est, qui cur moueatur, non diiudicat: ubi locetur, non curat: ut trãsmutetur non instat: euectus ad officium, solitam tenet humilitatẽ: plùs honoratus, plùs reputat se indignũ. Dixit aliquandò socio suo: Nõ mihi uideor frater minor, nisi fuero in statu, quem tibi descripsero. Eccè pręlatus existens fratrum, uado ad capitulũ, pręd̃ico, & commoueo fratres: & in fine dicitur contra me: Non conuenit nobis, quia illiteratus es, elinguis, idiota, & simplex. Tandem eiicior cũ opprobrio, uilipensus ab omnibus. Dico tibi, nisi eodẽ uultu, eàdem mentis lętitia, & eodẽ sanctitatis proposito hęc uerba audiero, frater minor nequaquam sum. Et addebat: In pręlatione casus, in laude pręcipitiũ, in humilitate subditi, animę lucrum est. Cur ergò periculis plùs quàm lucris attendimus, cùm accepimus tempus ad lucrum? Hac igitur de causa humilitatis forma Franciscus fratres suos uoluit uocari Minores, & pręlatos sui ordinis, dici Ministros: ut & verbis uteretur Euãgelii, quod obseruare promiserat, & ex ipso nomine dicerent discipuli eius, quòd ad discendam humilitatem, ad scholas humilis Christi uenissent. Magister siquidem humilitatis Iesus Christus, ut informaret discipulos ad humilitatem perfectam, dixit: Quicunque uoluerit in-

Verè obediens quis sit.

Nota hũc locũ monache.

Nota iterum.

Frãciscani cur Minores dicti

Mat. 20. ter nos maior fieri, sit vester minister: & quicunq; voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Cùm autem requireret ab eo dominus Hostiensis, ordinis Minorum protector & promotor præcipuus, qui postmodùm, iuxta quod idem uir sanctus prædixerat, ad summũ Pontificatus sublimatus honorẽ, Gregorius Nonus est dictus, vtrùm sibi placeret, quòd fratres sui promouerentur ad Ecclesiasticas dignitates, respondit: Domine, minores ideò vocati sunt fratres mei, vt maiores fieri non præsumant. Si uultis, ait, ut faciant fructum in Ecclesia Dei, tenete illos, & conseruate in statu vocationis eorũ, & ad prælationes Ecclesiasticas nullatenùs ascẽdere pmittatis.

Prædicit Episcopũ Hostiensẽ futurum Pontificẽ Romanũ.

Et quoniam humilitatem tam in se, quàm in subditis, cunctis præferebat honoribus, amator hominum Deus altioribus ipsum dignum iudicabat fastigiis, secundùm quod vni fratri, viro virtutis & deuotionis præcipuæ, visio cælitùs ostensa mõstrauit. Cùm enim esset in comitatu uiri Dei, & unà cum ipso in quadam ecclesia deserta feruenti oraret affectu, in ecstasi factus, vidit inter multas in cælo sedes vnam præ cæteris digniorem, preciosis ornatam lapidibus, & omni gloria refulgentem. Miratus intrà se præcelsi refulgentiam throni, anxia cœpit cogitatione perquirere, quis ad illum deberet assumi. Audiuit inter hæc vocem dicentem sibi: Sedes ista vnius de ruentibus fuit, & nunc humili seruatur Francisco. Reuersus demùm frater ad se ab orationis excessu, virum beatũ exteriùs prodeuntem solito fuit more sequutus. Cumq; incedentes per uiam de Deo inuicèm loquerentur, frater ille visionis suæ non immemor, solerter ab eo quæsiuit, quid de seipso sentiret. Ad quem humiliter Christi seruus: Videor, ait, mihi maximus peccatorum. Cui cùm frater diceret exaduersò, quòd hoc non posset sana conscientia dicere, nec sentire, subiunxit: Si quantumcunquè sceleratum hominem tanta fuisset Christus misericordia prosequutus, arbitror sanè, quòd multo quàm ego, Deo gratior esset. Confirmatus fuit frater, ex tam admirabilis humilitatis auditu, de ueritate visionis ostẽsæ, Euangelio sacro testante cognoscens, quòd ad excellentiam gloriæ, de qua superbus eiicitur, verè humilis exaltetur.

Visio cuiusdã sancti fratris

En q̃d tãtus uir de se sẽsit.

Matt. 23.

Alio quoquè tempore, cùm in deserta quadã oraret ecclesia in prouincia Massæ apud montem Casalem, intellexit per spiritum sacras ibidèm remansisse reliquias. Quas cùm longo iam tempore defraudatas honorificentia debita, non sine mœrore conspiceret, præcepit fratribus, ut eas cum reuerentia deferrent ad locum. Sed cùm, polcẽte causa, discessisset ab eis, mandati patris immemores filii, obedientiæ meritum neglexerunt. Die uerò quodam, cùm sacra celebrare vellent mysteria, superiori altaris operimento submoto, ossa pulcherrima & redolentia nimis non sine admiratione reperiunt, intuentes reliquias, quas non hominis manus, sed Dei uirtus attulerat. Reuersus paulò pòst uir Deo deuotus, diligenter cœpit exquirere, si quod de reliquiis mãdauerat, esset impletum. Verum neglectæ obedientiæ culpam fratres confitentes humiliter, cùm pœna ueniam meruerunt. Et ait vir sanctus: Benedictus Deus meus, qui per seipsum impleuit, quod vos facere debuistis. Cõsidera diligenter diuinæ prouidentiæ curam circa puluerem sanctorum, & humilis Frãcisci excellentẽ in oculis Dei ppẽde virtutẽ. Nã cui⁹ iussis nõ paruit homo, uotis obediuit De⁹.

Nota de sacris reliquiis uirtute diuina translatis.

Quodam tẽpore deueniens Imolam, ciuitatis Episcopũ adiit, humiliterq; poposcit, ut cũ ipsius beneplacito possit populum ad prædicationẽ vocare. Cui Episcopus durè respondens, Sufficit, inquit, frater, quòd ego prędicem populo meo. Inclinauit caput verus humilis, & foràs egressus, post modicam horã regreditur intrò. A quo cùm Episcopus quasi turbatus requireret, quid iteratò petere uellet, humilitã corde, quam voce respondit: Domine, si pater filiũ vno repulerit ostio, alio sibi reintrandum est. Humilitate victus Episcopus, alacri uultu eum amplexatus est, dicens: Tu & omnes fratres tui decæterò in Episcopatu meo generali mea licentia prædicetis: quia illud humilitas sancta promeruit.

Episcopũ uicit humilitate.

Cõtigit ipsum aliquandò Aretium deuenire, cùm tota ciuitas intestino bello quassata, propinquum sui minabatur excidium. Hospitatus uerò in suburbio, uidit supra ciuitatẽ exultãtes dæmones, ac perturbatos ciues ad cædem mutuam succendentes. Vt autem seditiosas illas effugaret aereas potestates, fratrem Syluestrum, columbinæ simplicitatis uirum, quasi præconem præmisit, dicens: Vade ante portam ciuitatis, & ex parte Dei omnipotentis dæmonibus in virtute obedientiæ præcipe, ut exeant festinanter. Accelerat uerus obediens patris iussa pficere, & præoccupans in laudibus faciem Domini, ante portam ciuitatis cœpit clamare valenter: Ex parte omnipotentis Dei, & iussu serui eius Frãcisci, procùl hinc discedite dęmones uniuersi. Redit ad pacem cõtinuò ciuitas, & ciuilitatis se iura ciues oẽs cum magna tranquillitate reformant. Expulsa quippè dęmonum furibunda superbia, quæ ciuitatem illam velut obsidione uallauerat, superueniens sapientia pauperis, videlicet, Francisci humilitas, pacẽ reddit, urbemque saluauit. Humilis enim obedientiæ ardua promerente virtute, super spiritus illos rebelles atque proteruos tam potestatiuum fuerat assequutus imperium, ut & ipsorũ feroces proteruias premeret, & importunas violentias propulsaret. Fugiunt quidem superbi dæmones excelsas virtutes humilium, nisi cùm interdùm ad humilitatis custodiã diuina eos clementia colaphizari permittit: sicut & Paulus Apostolus de seipso scribit, & Franciscus experimento probauit. Rogatus enim à domino Leone Cardinali sanctę crucis, ut secum aliquantulùm moraretur in Vrbe, acquicuit humiliter ob ipsius reuerentiam & amorem. Prima igitur nocte cum post orationem vellet quiescere, superuenerunt dęmones, in Christi militem atrociter insurgentes. Quem cùm diù verberassent ac durè, ad ultimum quasi seminecem reliquerunt. Discedentibus illis, socius uocatus aduenit. Cui cùm uir Dei, rei narrasset euẽtum, subiungens ait: Credo frater, quòd dæmones qui nihil possunt, nisi quantùm prouidentia superna disponit, ideò in me nũc tam ferociter irruerũt, quia non bonam spem pręfert mansio mea in curia magnatorum. Fratres mei, qui in locis paupereculis commorantur, audientes me cum Cardinalibus esse, suspicabuntur forsitan implicari mundanis, efferri honoribus, & deliciis abundare. Ideò melius iudico, eum qui ponitur in exemplum, fugere curias, & humiliter inter humiles in locis conuersari humilibus, ut sustinentes penuriam, fortes efficiat similia sustinendo. Veniunt ergò manè, & humili excusatione proposita, valefaciunt Cardinali. Abhorrebat nempe vir sanctus superbiam, omniũ malorum originem, & inobedientiam ipsius pessimam prolem, sed non minus humilitatem pœnitentiæ acceptabat.

Aretiũ redit à se ditione ad pacem, pfugatis dæmonib.

2. Cor. 12.

Flagellat à dæmonibus Frãciscus.

Exẽplo edoc⁹ fugit curias

Accidit semèl, ut eidem præsentaretur quidã frater, qui contra legem obedientiæ aliquid fecerat, disciplina iustitiæ corrigẽdus. Vidẽs aũt vir Dei fratrẽ illum per signa euidentia ueraciter esse cõpunctũ, ad indulgẽdum ei amore fuit humilitatis inductus.

Humani⁹ est erga pœnitẽtes.

Nè

Nè tñ facilitas ueniæ incētiuū effet alijs delinquē di, iussit ablatū fratri caputiū, in medio flammarū proijci, ut oēs aduerterent, quāta qualique uindicta, offensa sit inobedientiæ percellenda. Cumque per moram caputium fuisset in medio ignis, præcepit ipsum flammis detrahi, reddique fratri humiliter pœnitenti. Mirabile dictu. Extrahitur caputium de medio flammarum, nullum habens adustionis uestigium: sicque factum est, ut hoc uno Deus miraculo & sancti uiri uirtutem, & humilitatem pœnitentiæ commendaret. Dignè itaque sectanda est Francisci humilitas, quæ tam miram in terris etiam dignitatem obtinuit, ut Deum inclinaret ad uotum, & hominis immutaret affectum, dæmonum proteruitatem suo iussu propelleret, & flammarum uoracitatem solo nutu refrenaret. Reuerà hæc est, quæ possessores suos exaltans, dum omnibus reuerentiam exhibet, ab omnibus promeretur honorem.

Nota miraculum.

Humilitatis uis.

De amore paupertatis, & mira suppletione defectuum. Cap. 7

Inter cætera charismatum dona, quæ à largo datore Fräciscus obtinuit, prærogatiua quadam speciali promeruit, in diuitias simplicitatis excrescere per altissimæ paupertatis amorem. Hanc filio Dei uir sanctus familiarem attendens, & iam quasi toto orbe repulsam, charitate sic studuit desponsare perpetua, q̃ non solùm pro ea patrē matrẽque reliquit, uerumetiam quæ habere potuit, uniuersa dispersit. Nemo tam auri, quàm ipse cupidus paupertatis: nec thesauri custodiẽdi solicitior ullus, quàm iste huius Euangelicæ margaritæ. In hoc præcipuè suus offendebatur adspectus, si quicquam uideret in fratribus, quod paupertati non per omnia consonaret. Reuerà ipse à principio religionis usque ad mortem, tunica, chordula, & femoralibus diues, ijs contentus fuit. Christi Iesu paupertatem & matris frequenter eum lachrymis reuocabat ad mẽtem, indè hanc uirtutem efferens esse reginam, quia in Rege regum, & in Regina matre ipsius tam præstanter effulsit. Nam & fratribus in conclaui quærentibus, quæ uirtus magis amicum redderet Christo, quasi secretum sui cordis aperiens, respōdebat: Paupertatem noueritis fratres, spiritualem uiam esse salutis, tanquam humilitatis fomentum, perfectionisque radicem, cuius est fructus multiplex, sed occultus. Hæc enim est Euangelici agri thesaurus absconditus, pro quo emendo uẽdenda sunt omnia, & quæ uendi non possunt, illius comparatione spernenda. Ad huius, inquit, culmen qui cupit attingere, non solùm mundanæ prudentiæ, uerumetiam literarum peritiæ renunciare quodammodò debet, ut tali expropriatus possessione, introeat in potentias Domini, & nudum se offerat brachiis Crucifixi. Nequàm enim seculo perfectè renunciat, qui proprii sensus loculos intrà cordis arcana reseruat.

Admirabile studium paupertatis.

Paupertas, uirtutum regina.

Matt. 13.

Sæpè ueiò de paupertate sermonem faciens, ingerebat fratribus Euangelicum illud: Vulpes foueas habent, & uolucres cæli nidos: filius autem hominis non habet, ubi caput suū reclinet. Propter quod docebat fratres, ut pauperum more pauperculas casulas erigerent, quas non habitarent ut proprias, sed sicut peregrini & aduenæ alienas. Leges nanque peregrinorum esse dicebat, sub alieno colligi tecto, sitire ad patriam, pacificè pertransire. Mandabat diruialiquãdò domos erectas, aut fratres eandẽ amouen, si aliquid i eis perciperet, quod ratione appropriationis uel sumptuositatis contrarium esset Euangelicæ paupertati. Hanc sui dicebat ordinis fundamentum, cui substrato primariè sic omnis structura religionis innititur, ut ipsius firmitate firmetur, euersione funditùs euertatur. Docebat proindè, sicut reuelatione didicerat, sacræ religionis ingressum ab illo fore inchoandum Euangelico uerbo: Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus. Ideoque non nisi expropriatos, & nihil penitùs retinentes admittebat ad Ordinem, tum propter uerbum sancti Euangelii, tum etiam, nè forent in scandalum loculi reseruati.

Luc. 9.

Leges peregrinorū

Matt. 19.

Vndè in Marchia Anconitana cuidam petenti ad Ordinem recipi, uerus pauperum Patriarcha respōdit: Si uis Christi pauperibus iungi, pauperibus tua distribue. Quo audito, perrexit homo, & ductus amore carnali, sua suis reliquit, nilque pauperibus. Verùm cùm hoc, illo referente, uir sanctus audisset, durâ eum increpatione feriens, dixit: Vade uiam tuam frater musca, quoniam nondùm exijsti de domo & cognatione tua: consanguineis tuis tua dedisti, & defraudasti pauperes: dignus non es pauperibus sociari. Incepisti à carne, ruinosum fundamẽtum spirituali fabricæ collocasti. Rediit animalis homo ad suos, repetiit sua: quæ pauperibus relinquere nolens, uirtutis propositum citiùs dereliquit.

Quēdā repellit quod sua pauperib' distribuere noluit.

Alio quoque tempore cùm in loco sanctæ Mariæ de Portiuncula, tanta esset inopia, quòd non posset hospitibus fratribus superuenientibus secundum necessitatis exigentiam prouideri, adiit uirum Dei Vicarius suus, allegans penuriam fratrum, & petens ut intrantium nouitiorum res aliquas reseruare liceret, ad quas expendendas recurrere possent fratres tempore opportuno. Ad quem uir sanctus, superni cōsilii non ignarus, Absit, inquit, à nobis, frater charissime, ut pro quouis homine impiè agamus in regulā. Malo te altare uirginis gloriosæ nudare, cùm necessitas id requirit, quàm contra paupertatis uotum, & obseruantiam Euangelii, aliquid uel modicum attentare. Gratius enim habebit beata uirgo, sancti Euangelii perfectè seruato consilio, suum altare detegi, quàm altari suo ornato, filij sui promissum consilium prætermitti.

Nō uult nouitiorū reseruare diuitias.

Transiens autem quodam tempore uir Dei cum suo socio per Apuliam iuxta Barrum, inuenit in uia bursam magnam, quasi plena esset denariis, tumescẽtem, quam usitato uocabulo Fundam appellant. Monetur à socio pauper Christi, & instanter inducitur, ut bursa tollatur è terra, & pecunia pauperibus erogetur. Renuit homo Dei, commentum affirmans fore diaboli in bursa inuenta: & fratrem non laudare rem meriti, sed peccati, aliena scilicet surripere ac donare. Recedunt de loco, festinant iter perficere cœptum. Sed nondum quiescit frater, uacua pietate delusus, uirum Dei molestans, quasi qui de releuanda pauperum penuria non curaret. Acquieuit tandem uir mitis redire ad locum, non ut fratris uoluntatem perficeret, sed ut detegeret diabolicā fraudem. Reuersus est ergò ad fundam cum fratre, & iuuene quodam, & qui erat in uia, Oratione præmissa, iubet socio illā leuare. Tremefactus frater obstupuit, diabolicum iam præsentiens monstrum: propter obedientiæ tamen sanctæ mandatum, dubietatem abigens cordis, manum extendit ad bursam. Et ecce serpens non modicus de bursa exiliens, simulque cum ipsa subitò euanescens, diabolicā deceptionem fratri monstrauit. Hostilis itaque uersutiæ depræhensa fallacia, dixit uir sanctus ad socium: Pecunia seruis Dei, o frater, nihil aliud est, quàm diabolus & coluber uenenosus.

Diabol' ī crumena latitans, frustrari tētat imponere uiro Dei.

Accidit post hæc quoddam mirabile ultro sancto, dum se ad ciuitatem Senensem, causa exigente, transferret. Tres quidem mulieres pauperculæ, statura,

ætate,

ætate, ac facie per omnia similes, in quadam ei magna planitie inter Campilium & sanctum Quiricū occurrerunt, nouum salutationis munusculum ei offerentes: Benè veniat, inquiunt, domina paupertas. Quo audito, verus paupertatis amator inenarrabili repletus est gaudio, vtpote qui nihil in se salutandum ab hominibus tā libenter haberet, quàm quod illæ decreuerant. Subitò disparentibus illis, considerantes fratres socij iam admirabilem in eis similitudinem salutationis, occursūs & disparentiæ nouitatem, mysticum aliquid designari circa virum sanctum, non irrationabiliter perpenderunt. Sanè per illas tres, vt videbatur, mulieres pauperculas, sic vniformi facie occurrētes, sic salutantes insolitè, sic subitò disparentes, Euangelicæ perfectionis formositas, quantùm ad castitatem scilicet, obedientiam & paupertatem, satis conuenienter ostenditur in viro. Dei pari forma perfectè fulsisse: licèt gloriari prælegerit in priuilegio paupertatis, quam modò matrem, modò sponsam, modò dominam nominare solebat. In hac cæteros cupiebat excedere, qui ea ipsa didicerat inferiorem se omnibus reputare. Si quandò pauperiorem se quempiam secundùm exteriorem habitum cerneret, semetipsum protinùs arguens, excitabat ad simile, tanquam si æmula paupertate concertans, vinci se timeret in illo. Accidit enim, vt pauperculum quendam obuium haberet in via. Cuius cùm nuditatem adspiceret, compunctus corde, lamentabili voce dixit ad socium: Magnam verecūdiam intulit nobis huius inopiam: quia nos pro magnis paupertatē elegimus, & ecce magis relucet in isto.

Eximius B. beato viro zelus altissimæ paupertatis.

Propter sanctæ paupertatis amorem, omnipotentis Dei famulus eleemosynis ostiatim quæsitis vtebatur multo libētiùs, quam oblatis. Si quandò enim inuitatus à magnis personis, mensis esset profusioribus honorandus, priùs per propinquas vicinorū domos panum fragmenta petebat, ac deindè sic ditatus inopia, discumbebat. Et cùm aliquandò id fecisset, inuitatus à Domino Hostiensi, qui pauperem Christi præcipuo complexabatur affectu, conquerenti Episcopo, quòd suo derogasset honori, vtpotè qui in eius comesturus domo, pro eleemosynis isset, seruus Dei respondit: Magnum, mi Domine, honorem exhibui, dum maiorem Dominum honoraui: siquidem beneplacitum est Domino in paupertate, & ea maximè, quæ voluntaria pro Christo mendicitas est. Hanc dignitatem regalem, quam pro nobis Dominus Iesus egenus factus assumpsit, vt sua nos ditaret inopia, ac verè pauperes spiritu, regni cælorum Reges institueret & hæredes, nolo relinquere pro feudo diuitiarum falsarum, nobis ad horam concesso.

Ostiatim quæsitis eleemosynis, libentiùs vtitur quam oblatis.

2. Cor. 8.

Nonnunquam fratres ad petendum eleemosynā hortās, verbis vtebatur huiusmodi: Ite, inquit, quoniam hac nouissima hora fratres Minores commodati sunt mundo, vt electi in eis impleant, vndè à iudice commendentur, illud audiētes suauissimum verbum: Quandiù fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Iucundum proindè dicebat sub fratrum Minorum titulo mendicare, quem in retributione iustorum Euangelicæ veritatis magister ore suo tam signanter expressit. In festis quoque præcipuis, vbi opportunitas aderat, mendicare solitus erat, dicens, in sanctis pauperibus prophetiā illum impleri: Panem Angelorum manducauit homo. Illum sanè panem Angelicum esse dicebat, quem pro Dei petitum amore, & beatis suggerentibus Angelis, pro ipsius charitate largitum, sacra paupertas colligit ostiatim. Vndè cùm semel die

Matt. 25.

Docet suos fratres mendicare.

Psal. 77.

sancto Paschæ moram faceret in eremitorio quodam, adeò ab hominum habitatione remoto, quòd commodè mendicare non posset, memor illius, qui discipulis euntibus in Emaus ipso die in specie peregrini apparuit, ab ipsis fratribus eleemosynam petijt, vt peregrinus & pauper. Quam cum accepisset humiliter, sacris eos informauit eloquijs, quòd transeuntes per mundi desertum tanquam peregrini & aduenæ, veriq́ue Hebræi, Pascha Domini, hoc est, transitum ex hoc mundo ad patrem, in paupertate spiritūs continuè celebrarent.

Luc. 24.

Et quoniam in petendis eleemosynis non quæstûs agebatur cupidine, sed spiritûs libertate, pater pauperum Deus specialem de ipso curam gerere videbatur. Accidit enim, vt infirmitate grauatus Domini seruus in loco Noceriæ, reduceretur Assisium per solennes nuncios, ad hoc Assisinatis populi deuotione transmissos. Qui Christi famulum deducentes, ad villam quandam deuenerunt pauperculam, nomine Sathianum, vbi cùm fames & hora cibum expeterent, euntes & nihil inuenientes venale, vacui redierunt. Ad quos uir sanctus: Ideò nihil inuenistis, quia plùs in muscis vestris, quàm in Domino, confiditis. Muscas nempe denarios vocauit. Sed reuertimini, ait, per domos quas circuistis, & amorem Dei offerentes pro precio, humiliter eleemosynam postulate. Nec falsa id æstimatione verecundum putetis aut vile, quoniam vniuersa in eleemosynam post peccatum dignis & indignis eleemosynarius ille magnus largiflua pietate concessit. Deponunt erubescentiam milites, & eleemosynam spontè petentes, plura pro Dei amore, quàm denarijs emunt. Siquidem diuino nutu corde compuncti pauperes incolæ, non solùm sua, sed & seipsos liberaliter obtulerunt. Sicq́ue factum est, vt inopiā, quam pecunia releuare non poterat, Francisci paupertas suppleret.

Nummos vocat muscas.

Mendicādo obtinetur quod petitum nō potuit.

Tēpore quo infirmus iacebat in eremitorio prope Reate, medicus quidam opportuno eum frequētabat officio. Cùm autem Christi pauper impotens esset ad rependendam mercedem labori condignā, liberalissimus Deus, nè ipsum sine præsenti remuneratione dimitteret, pium eius obsequium hoc nouo beneficio vice pauperis compensauit. Huius enim medici domus, quam tunc temporis ex omni lucro suo de nouo construxerat, parietum patula scissione a summo vsque deorsum, adeò de proximo minabatur ruinam, quòd non videbatur per humanæ artis industriam possibile, ipsius casum obuiare. Ipse verò de sancti viri meritis plenè confidens, cum magnæ fidei deuotione petiuit à socijs eius aliquid sibi concedi, quod idem vir Dei manibus contrectasset. Cùm igitur modicum de capillis ipsius multa precum obtentum instantia, posuisset de serò intra muri scissuram, manè consurgens, tanta inuenit aperturam illam soliditate conclusam, vt nèc reliquias ibi positas posset extrahere, nec scissuræ prioris vestigium aliquod inuenire. Factumq́ue est, vt qui ruinoso corpusculo serui Dei sedulè ministrarat, ruituræ domûs propriæ periculo præcaueret.

Pauci capilli eius, rem efficiunt admirādā.

Alio quoquè tempore vir Dei ad quandam eremum transferre se volens, vt ibi liberiùs contemplationi vacaret, quia debilis erat, cuiusdam viri pauperis vectabatur asello. Cumq́ue diebus æstiuis famulum Christi sequendo vir ille montana conscenderet, asperioris & longioris vitæ itinere fatigatus, nimioque sitis ardore deficiens, instanter cœpit clamare post sanctum: En morior, inquit, siti, nisi poculi alicuius beneficio refocillet. Absque mora vir Dei prosiliuit de asino, & fixis in terra genibus, palmas

palmas tetendit in cælum, orare non cessans, donèc se intellexit auditum. Oratione tandèm finita: Festina, inquit uiro, ad petram, & illic aquam uiuam inuenies, quam tibi hac hora misericorditer Christus de lapide bibendam produxit. Stupenda Dei dignatio, quæ seruis suis tam facilè se inclinat. Bibit sitiens homo aquam de petra orantis uirtute, & poculum hausit de saxo durissimo. Aquæ decursus ibidèm antè non fuit, nec, ut est diligenter quæsitum, deincèps potuit inueniri.

Ex petra Iesus preci b⁹ produxit aquā.

Qualiter autem per merita sui pauperis Christus multiplicauerit cibos in mari, cùm suo sit loco inferiùs adnotandum, hoc tantùm commemorasse sufficiat. quòd de eleemosyna modica sibi collata, nautas à famis & mortis periculo per dies plurimos liberauit: ut ex hoc liquidò possit aduerti, quòd omnipotentis Dei famulus, sicut in eductione aquæ de petra, conformis extitit Moysi: sic in multiplicatione victualium, Eliseo. Procùl igitur à pauperibus Christi diffidentia omnis abscedat. Si enim paupertas Francisci adeò copiosæ sufficientiæ fuit, ut subuenientiam cibi defectus tam mira uirtute suppleret, quòd nec potus, nec domus deesset, cùm pecuniæ, & artis, & naturæ facultas defecerat: multo magis illa merebitur, quæ usitato diuinæ prouidentiæ ordine communiter conceduntur. Si, inquam, petræ siccitas ad pauperis uocem abundans poculum sitienti propinauit pauperculo, nil iam inter omnia suum denegabit obsequium his, qui pro authore omnium omnia reliquerunt.

Exod. 17. 4. Reg. 4.

De pietatis affectu, & quomodò ratione carentia, videbantur erga ipsum affici. Cap. 8.

1. Tim. 4.

Pietas uera, quæ secundùm Apostolum ad omnia ualet, adeò cor Francisci repleuerat ac penetrauerat, ut totum videretur seruum Dei in suum dominium uendicasse. Hæc est, quæ ipsum per deuotionem sursùm agebat in Deum, per compassionem transformabat in Christum, per condescensionem inclinabat ad proximum, & per uniuersalem conciliationem ad singula, refigurabat ad innocentiæ statum. Cumq; per hanc piè moueretur ad omnia, specialiter tamen animas, Christi Iesu sanguine precioso redemptas, cùm cerneres inquinari aliqua sorde peccati, tanta miserationis teneritudine deplorabat, ut eas tanquàm mater in Christo quotidiè parturiret. Et hoc penès ipsum causa præcipua uenerandi verbi Dei ministros, quòd semen fratri suo defuncto, Christo uidelicet pro peccatoribus Crucifixo, per ipsorum conuersionem & pia solicitudine suscitent, & solicita pietate gubernent. Istiusmodi miserationis officium patri misericordiarum omni sacrificio firmabat acceptius, maximè si studio fuerit perfectæ charitatis impensum, ut ad id laboretur magis exemplo, quàm uerbo: magis lachrymosa prece, quàm loquaci sermone. Plangendum proindè dicebat prædicatorem, tanquam uera pietate priuatum, siue qui in prædicatione non animarum quærit salutem, sed propriam laudem: siue qui prauitate destruit vitæ, quod ædificat ueritate doctrinæ. Præferendum huic dicebat fratrem simplicem & elinguem, qui bono exemplo alios prouocat ad bonum. Illud quoquè uerbum, Donèc sterilis peperit plurimos, taliter exponebat: Sterilis, inquit, est frater pauperculus, qui generandi in Ecclesia filios non habet officium. Hic pariet in iudicio plurimos: quia quos nunc priuatis orationibus conuertit ad Christum, suæ gloriæ tunc iudex adscribet. Quæ multos habet filios, infirmabitur: quia prædicator uanus & loquax, qui multis nunc quasi sua uirtute genitis gaudet, cognoscet tunc se nil proprii habere in eis.

Valdè cruciatur peccatis hominum.

Concionatores quàm plangēdi.

1. Reg. 2. Sterilis pariet plurimos, q̄ sit.

Cùm igitur animarum salutem uiscerosa pietate appeteret, & feruida æmulatione zelaret, suauissimis se dicebat repleri odoribus, & quasi unguento precioso liniri, cùm sanctorum fratrum per orbem distantium odorifera fama multos audiret ad uiam ueritatis induci. Ex talium auditu exultabat in spiritu, benedictionibus omni acceptione dignissimis fratres illos accumulās, q uerbo uel opere ad Christi amorem inducerent peccatores. Sic etiā, qui religionem sacram iniquis uiolarent operibus, maledictionis eius grauissimam incurrebāt sententiam. At te Domine, inquit, sanctissime, & à tota cœlesti curia, & à me paruulo tuo sint maledicti, qui suo malo exemplo confundunt & destruunt, quod per sanctos fratres Ordinis huius ædificasti, & ædificare nō cessas. Tanta frequenter afficiebatur mœstitia super scandala pusillorum, ut deficere se putaret, nisi diuinæ fuisset clementiæ consolatione sufultus.

Eu uir sā ctus ut execratur fratres scelerate uiuentes.

Cùm autem semèl malis turbatus exēplis, anxio spiritu misericordem patrem precaretur pro filiis, responsum huiusmodi reportauit à Domino: Cur tu pauper homuncio conturbaris? An ego te super religionem meam sic pastorem institui, ut me principalem nescias esse patronum? Hominem simplicē ad hoc te constitui, ut quæ in te fecero, non humanæ industriæ, sed supernæ gratiæ adscribantur. Ego uocaui, seruabo, & pascam, & aliis excidētibus, alios subrogabo, ità ut si nati nō fuerint, faciam illos nasci. Et quantiscunq; fuerit impulsibus paupercula hæc concussa religio, salua semper meo munere permanebit.

Accipit ī oratione diuinū responsum.

Detractionis quoquè uitium, inimicum fonti pietatis & gratiæ, tanquàm serpentinū abhorrebat morsum, & atrocissimam pestem, & piissimo Deo abominabile fore firmabat, pro eo quòd detractor animarū sanguine pascitur, quos gladio linguæ necat. Audiens semèl fratrem quendam denigrare famam alterius, conuersus ad uicarium suum, dixit: Surge, surge, discute diligenter: & si accusatum fratrem, innocētem repereris, accusantem dura correctione cunctis redde notabilem. Nonnunquàm uerò eum, qui fratrem suum famæ gloria spoliaret, iudicabat habitu spoliandum, nec ad Dominum oculos posse leuare, nisi priùs quod abstulerat, reddere pro posse curaret. Tanto maior est, aiebat, detractorum impietas, quàm latronum: quanto lex Christi, quæ in obseruātia pietatis impletur, magis animarū, quàm corporū, nos adstringit optare saluté. Afflictis quoquè qualicunque corporali molestia, mira compassionis teneritudine condescendens, si quid penuriæ, si quid defectus in aliquo cerneret, pii cordis dulcedine referebat in Christum. Sanè clementiam habebat ingenitam, quam superinfusa Christi pietas duplicabat. Itaque liquescebat animus eius ad pauperes, & in quibus nō poterat manū, exhibebat affectū.

Valdè detestat obtrectationes.

Mirè afficitur erga afflictos.

Contigit semel, ut pauperi cuidam eleemosynam importunè petenti, unus è fratribus duriùs responderet. Quod audiens pauperum pius amator, fratri præcepit, ut ad illius pauperis pedes se nudatum prosterneret, proclamaret culpabilem, orationis suffragium postularet, & ueniam. Quod cùm ille fecisset humiliter, dulciter pater adiecit: Dum pauperem uides, o frater, speculum tibi proponitur Domini, & pauperis matris eius. In ifirmis similiter infirmitates, quas assūpsit, cōsidera. Cūq; i pauperib⁹ cūctis & ipse Christianissimus paup effigie Christi prospiceret, si qua etiam necessaria uitæ sibi collata fuissent,

In paupere quid cōteplādū.

fuissent, eis occurrentibus non solùm liberaliter cõferebat, verumetiam ac si illorum propria essent, iudicabat esse reddenda. Accidit semèl, ut eidem redeunti de Senis pauper quidam occurreret, cùm occasione infirmitatis super habitum palliolo quodam esset amictus. Cuius miseria oculo clementi cõspecta, Oportet, inquit ad socium, vt reddamus mantellum pauperculo isti, nam ipsius est: mutuò enim ipsum accepimus, donèc pauperiorem inuenire contingeret. Socius autem pii patris necessitatem considerans, pertinaciter obsistebat, nè prouideret alii, se neglecto. At ille: Pro furto, ait, mihi reputo à magno eleemosynario imputandum, si hoc, quod fero, non dedero magis egenti. Propterea de omnibus, quæ sibi dabantur ad necessitatem corporis releuandam, solitus erat à dantibus licentiã petere, ut licitè posset, si magis egenus occurreret, erogare. Nulli prorsùs rei parcebat, nec mantellis, nec tunicis, nec libris, nec etiam paramentis altaris, quin omnia hæc, dum posset, vt pietatis impleret officium, largiretur.

Mantellũ proprium dat egẽti.

Pluriès cùm oneratis obuiaret in via pauperibus, imbecilles humeros illorum oneribus supponebat. Consideratione quoquè primæ originis omniũ, abũdantiori pietate repletus, creaturas quantumlibèt paruas, fratris vel sororis appellabat nominibus, pro eo quòd sciebat eas vnum secum habere principiũ. Illas tamẽ viscerosiùs amplexabatur & dulciùs, quæ Christi mansuetudinem piam similitudine naturali prætendunt, & scripturæ significatione figurant. Redemit frequenter agnos, qui ducebantur ad mortẽ, illius memor Agni mitissimi, qui ad occisionem duci voluit pro peccatoribus redimendis. Hospitato quadam vice seruo Dei apud monasterium sancti Verecundi de Episcopatu Eugubij, ouicula quædam agniculum peperit illa nocte. Aderat sus ferocissima, quæ vitæ innocenti non parcens, rapaci eum morsu necauit. Hoc audito, pius pater mira compassione commotus, & agni sine macula recordatus, lamentabatur pro morte agniculi coram omnibus, dicens: Heu me, frater agnicule, animal innocẽs, Christum hominibus repræsentans, maledicta sit impia, quæ te interfecit, nullusque de ea comedat homo, vel bestia. Mirabile dictu Statim infirmari cœpit porca malefica, & tribus diebus corpoream pœnã exoluens, vltricem tandèm pertulit necem. Proiecta autem in vallum monasterii, ibique longo tempore iacens, in modum tabulæ desiccata, nulli fuit esca famelico. Aduertat igitur humana impietas, quali pœna sit ferienda finaliter, si tam horrenda morte percussa est ferocitas bestialis. Perpẽdat & fidelis deuotio, quàm in seruo Dei pietas fuerit admirandæ uirtutis & copiosæ dulcedinis, ut ei applauderet suo modo etiam natura brutorum. Iter enim faciens iuxta ciuitatem Senensem, inuenit in pascuis magnum ouium gregẽ. Quas cùm benignè (ut erat solitus) salutasset, relicto pastu, cucurrerunt omnes ad eum: leuantesq; capita sua, erectis in eum luminibus intendebant. Tãtum quidem ei fecerunt applausum, ut & pastores mirarentur, & fratres, cernentes circa ipsum tam ouiũ agnos, quàm ipsos arietes sic mirabiliter exultantes.

Creaturas etiam uiles uocat fratres uel sorores.

Esa. 53.

Maledictis sus, et illa perit.

Alio quoquè tempore apud sanctam Mariam de Portiuncula, quędam uiro Dei fuit ouis oblata, quã propter innocentiæ & simplicitatis amorem, quas ouis natura prætendit, gratanter suscepit. Monebat pius vir ouiculam, & ut laudibus diuinis intenderet, & ab omni fratrum offensa caueret. Ouis autẽ, quasi uiri Dei pietatem aduerteret, informationem ipsius solicitè obseruabat. Nam audiens fratres in choro cantare, & ipsa ecclesiam ingrediens, sine alicuius informatione flectebat genua, uocem balatus emittens ante altare Virginis matris Agni, acsi eam salutare gestiret. Insupèr & cùm eleuaretur sacratissimũ Christi corpus inter Missarum solennia, flexis curuabatur poplitibus, tanquàm si reuerens pecus, de irreuerentia indeuotos argueret: Christoque deuotos, ad sacramenti reuerentiam inuitaret. Tempore quodam agniculum in vrbe secum habuerat ob reuerentiam illius mitissimi agni, quem nobili matronæ, dominæ scilicet Iacobæ de Septem solijs in suo recessu conseruandum commisit. Agnus uerò quasi in spiritualibus eruditus à sancto, dominæ ad ecclesiam eunti, stanti & reuertenti, societate inseparabili cohærebat. Si matutinali hora domina tardaret exurgere, agnus consurgens impellebat eam cornulis, & balatibus excitabat, gestibus adhortans & nutibus, ut ad ecclesiam properaret. Propter quòd agnus Francisci discipulus, deuotionis iam magister effectus, ut mirabilis & amabilis, à domina seruabatur.

O uiscera misericordiae: oues et agni a fideli uicario Christi honorari etiam adorare.

Ecce reueretia uera adamationis purchistianae.

Alio quoquè tempore apud Græcium viuus viro Dei oblatus fuit lepusculus: qui liber in terra positus, cùm posset, quò vellet, effugere, vocante se patre benigno, in sinum illius propero cursu saltauit. Quẽ ipse pio cordis affectu circumfouens, videbatur eidẽ compati quasi mater, dulcique alloquutione cõmonitum, nè se iterùm capi permitteret, liberum abire permisit. Cumque pluriès in terra positus ut abscederet, semper in sinum patris rediret, tanquàm si sensu quodam occulto cordis Ipsius perciperet pietatẽ, tandèm iussu patris à fratribus delatus est ad loca solitudinis tutiora. Modo quoquè consimili in insula lacus Perusini cuniculus quidã captus, & uiro Dei oblatus, cùm cæteros fugeret, manibus eius & sinu se domestica securitate commisit. Per lacum Reatinum eidem ad eremum de Græcio properanti, piscator unam ex deuotione fluuialem, obtulit auẽ. Quã cùm libèter susceptam apertis inuitaret manibus ad recessum, nec illa uellet abire, erectis in cælum oculis, diù in oratione permansit: & quasi aliundè post longam horam ad se reuersus, dulciter iteratò mandauit auiculæ, ut Dominum laudatura recederet. Susceptã itaque cum benedictione licẽtia, gestu corporis quoddam prætendens gaudium, auolauit. In eodem lacu similiter oblatus fuit ei piscis magnus & uiuus, quem more solito fraterno nomine uocans, in aquam reposuit iuxta nauem. Piscis uerò coram uiro Dei ludebat in aqua, & quasi amore illius allectus, nullatenùs recessit à naui, nisi priùs ab eodem cum benedictione licentia sibi data.

Oblata si bi animalia domestica ex libera.

Vir pius et pauper piscẽ reponit in lacum.

Alio quoquè tempore ambulans cum quodam fratre per paludes Venetiarum, inuenit maximam auiũ multitudinem residentium & cantantium in virgultis. Quibus visis, dixit ad socium: Sorores aues laudãt Creatorem suum: nos itaq; in medium ipsarum euntes, laudes & Horas canonicas Domino decãtemus. Cumque in medium ipsarũ intrassent, non sunt aues motæ de loco. Et quia propter garritum ipsarum in dicendis Horis se mutuò audire non poterant, conuersus uir sanctus, dixit ad aues: Sorores aues, à cantu cessate, donèc laudes Deo debitas persoluamus. At illæ continuò tacuerunt, tandiú in silentio persistentes, quandiù dictis Horis spatiosè, & laudibus persolutis, à sancto Dei cantandi licentiam receperunt. Dãte autem eis uiro Dei licentiam, statim more solito cantum suum resumpserunt.

Aues obediunt ei.

Apud sanctam Mariam de Portiuncula, iuxta cellam viri Dei, super ficum cicada residẽs & decantãs, cùm seruum Domini, qui etiam in paruis rebus magnificentiam Creatoris admirari didicerat, ad diuinas laudes cantu suo frequentiùs excitaret, ab eodẽ quadam die uocata, uelut edocta cælitùs, super ma-

num

num uolatus ipsius. Cui cùm dixisset, Canta soror mea cicada, & Dominum Creatorem tuo iubilo lauda: sine mora obediés canere cœpit, nec destitit, donec iussu patris ad locum proprium reuolauit. Mansit autem per octo dies ibidèm, quolibet die ueniendo, cantando & recedendo, eius iussa perficiens. Tandèm uir Dei ait ad socios: Demus iam sorori nostræ cicadæ licentiam. satis enim nos suo cantu lætificans, ad laudes Dei octo dierum spatio excitauit. Et statim ab eo licentiata recessit, nec ultrà ibidèm apparuit, ac si mandatum ipsius non auderet aliquatenùs præterire.

Itē cicada

Eidem Senis infirmo phasianus quidam denouo captus, à nobili quodam transmissus est uiuus. Qui continuò ut uirum sanctum audiuit & uidit, tanta ei amicabilitate cohæsit, ut nullo modo pateretur ab ipso seiungi. Nam pluribus uicibus extra locellum fratrum in uinea positus, ut abiret, si uellet, rapido semper cursu redibat ad patrem, tanquàm si ab eodem omni fuisset tempore educatus. Deindè cuidā collatus uiro, qui ex deuotione seruum Dei uisitare solebat, uelut sibi molestum foret à pii patris absentari conspectu, escam recusauit omninò. Reportatus tandèm ad famulum Dei, statim ut conspexit eundem, quibusdam hilaritatis prætensis gestibus, auidè manducauit.

Nota de phasiano.

Cùm ad eremum peruenisset Aluernæ propter Quadragesimam celebrandam in honorem Archangeli Michaelis, diuersi generis aues circa ipsius cellulam uolitantes, concentu sonoro & lætitiæ gestibus, quasi de eius aduentu gaudentes, patrem pium inuitare ac allicere uidebantur ad moram. Quo uiso, dixit ad socium: Cerno, frater, uoluntatis esse diuinæ, quòd hìc aliquandiù commoremur: tātùm sorores auiculæ de nostra uidentur præsentia consolari. Cùm igitur contraheret ibi moram, falco ibidèm nidificans, magno se illi amicitiæ fœdere copulauit. Nam semper horam nocturno tempore, in qua uir sanctus ad diuina officia surgere solitus erat, cātu suo præueniebat & sono. Quod famulo Dei gratissimum erat, eo quòd tāta solicitudo, quam circa eum gerebat, omnem ab ipso torporem desidiæ excuteret. Cùm uerò seruus Christi infirmitate plùs solito grauaretur, parcebat falco, nec tam tempestiuas indicebat uigilias. Siquidem uelut instructus à Deo, circa diluculum suæ uocis campanam leui tactu pulsabat. Diuinum certè uidetur fuisse præsagium, tā in exultatione multimodi generis auium, quàm in cantu falconis, cùm Dei laudator & cultor pennis contemplationis subuectus, tunc foret illic apparatione Seraphica sublimandus.

Itèm de falcone.

Moram eo faciente tempore quodam in eremitorio Grætii, loci illius indigenæ malis multiplicibus uexabantur. Nam & luporū rapacium multitudo, nō solùm bruta, sed & homines consumebat, & grando annua tempestate blada & uineas deuastabat. Dum igitur sic afflictis præco sacri Euangelii prędicaret, dixit ad eos: Ad honorem & laudem Dei omnipotentis fideiubeo uobis, quòd pestilentia hæc omnis abscedet, & respiciens uos Dominus multiplicabit in temporalibus bonis, si mihi credentes, misereamini uestri, ut uestra confessione præmissa, dignos faciatis pœnitentię fructus. Iterùm hoc annuncio uobis, quòd si beneficiis ingrati, ad uomitum conuersi fueritis, innouabitur plaga, duplicabitur pœna, & maiori in uos ira desæuiet. Ab illa utiquè hora, pœnitentiam ad exhortationem ipsius agentibus illis, cessauerunt clades, periere pericula, nec molestię quicquam lupi intulere, uel grandines. Immò quod maius est, si quandò uicinorum arua grando perua-

Multos cō uertit ad pœnitētiā sua prædicatione.

Nota quæ sit uera pœnitētia nos

deret, istorum terminis appropinquans, terminabatur ibidèm, aut in partem aliam diuertebat. Cessauit grando, seruauerunt & lupi pactionē serui Dei, nec contra pietatis legem in homines ad pietatem conuersos attentauerunt ampliùs desæuire, quādiú iuxta condictum, contra pijssimas Dei leges impiè non egèrunt. Piè igitur sentiendum est de pietate uiri beati, quæ tam miræ dulcedinis & uirtutis fuit, ut domaret ferocia, domesticaret syluestria, mansueta doceret, & brutorum naturam, homini iam lapso rebellem, sub obedientiam inclinaret. Verè hæc est, quæ cunctas sibi creaturas confœderans, ualet ad omnia, promissionem habens uitæ, quæ nūc est, & futuræ. *1. Tim. 4.*

De feruore charitatis, & desiderio martyrij. Cap. 9.

CHaritatem feruentem, qua sponsi amicus Franciscus ardebat, quis enarrare sufficiat? Totus nanque quasi quidam carbo ignitus, diuini amoris flamma uidebatur absorptus. Subitò enim ad auditum amoris Domini excitabatur, afficiebatur, inflammabatur, quasi plectro uocis extrinsecæ chorda cordis interior tangeretur. Talem pro eleemosynis cēsum offerre, nobilem prodigalitatē dicebat, & eos, qui minùs ipsum, quàm denarios reputarent, esse stultissimos, pro eo quòd solius diuini amoris impreciabile precium, ad regnum cælorum sufficiat comparandum, & eius, qui nos multùm amauit, multùm sit amor amandus. Vt autem ex omnibus excitaretur ad amorem diuinum, exultabat in cūctis operibus manuum Domini, & per iucunditatis specula in uiuificam consurgebat rationem & causam. Contuebatur in pulchris pulcherrimum, & per impressa rebus uestigia, prosequebatur ubiquè dilectum, de omnibus sibi scalam faciens, per quam cōscenderet ad appræhendendum eum, qui est desiderabilis totus. Inauditæ nanque deuotionis affectu fontalem illam bonitatem in creaturis singulis, tanquàm in riuulis degustabat, & quasi cælestem concētum perciperet in consonantia uirtutum & actuum eis datorum à Deo, ipsas ad laudem Domini more prophetę Dauid dulciter hortabatur. Christus Iesus Crucifixus intrà suæ mentis ubera, ut myrrhæ fasciculus, iugiter morabatur, in quem optabat per excessiui amoris incendium totaliter transformari.

In creaturis Deum contēplās, exultat.

Cant. 5.

Psal. 148.

Cant. 1.

Prærogatiua quoquè peculiaris deuotionis ad ipsum, ab Epiphaniæ festo usque ad continuos quadraginta dies, eo scilicet tempore, quo Christus latuit in deserto, ad solitudinis loca declinans, cellaque reclusus quanta poterat arctitudine cibi & potus, ieiunijs, & orationibus, & laudibus Dei sine intermissione uacabat: tam feruido quidem in Christum ferebatur affectu. Sed & dilectus illè tam familiarem rependebat affectum, ut uideretur ipsi famulo Dei, quasi iugem pre oculis ipsius Saluatoris sentire præsentiam, sicut aliquandò sociis familiariter reuelauit. Flagrabat erga sacramentum Dominici corporis feruore omnium medullarum, stupore admirans permaximo illam charissimam dignationē, & dignātissimam charitatem. Sępè communicabat, & tam deuotè, ut alios deuotos efficeret, dū ad immaculati agni degustationem suauem, quasi spiritu ebrius, in mētis ut plurimùm rapiebatur excessum. Matrem Domini nostri Iesu Christi indicibili complectebatur amore, eo quòd Dominum maiestatis, fratrem nobis effecerit, & per eam simus misericordiam consequuti. In ipsa post Christum præcipue fidens,

Erga Eucharistiā eius amor ingens.

Itèm erga Christi matrem.

fidens, eam sui ac suorum aduocatam constituit, & ad honorem ipsius à festo Apostolorũ Petri & Pauli, usque ad festum Assumptionis, deuotissimè ieiunabat. Angelicis spiritibus ardentibus igne mirifico ad excedendum in Deum, & electorum, animas inflammandas, inseparabilis erat amoris uinculo copulatus, & ob deuotionem ipsorum, ab assumptione Virginis gloriosæ quadraginta diebus ieiunans, orationi iugiter insistebat. Beato autem Michaeli Archangelo, eo quod animarum repræsentendarum haberet officium, spirituali erat amore deuotior, propter feruidum quem habebat zelum ad salutem omnium saluandorum. Ex recordatione sanctorum omnium taquàm lapidum ignitorum, in Deificum recalescebat incendium, Apostolos omnes, & præcipuè Petrum & Paulum, propter feruidam charitatẽ, quam habuerũt ad Christũ, summa deuotione complectans, ob quorum reuerentiam & amorem, Quadragesimæ specialis ieiunium Domino dedicabat.

Atq; etiā erga Angelos sanctos.

Denique Sanctos omnes.

Non habebat aliud Christi pauper, nisi duo minuta, corpus scilicet & animam, quod posset libera li charitate largiri. Sed hoc per amorem Christi sic offerebat continuè, ut quasi omni tempore per rigorem ieiunij corpus, & per ardorem desiderij spiritum immolaret, exterius in atrio sacrificans holocaustum, & in templo interiùs concremans thymiama. Sic autem eum charitatis excessiua deuotio sursùm in diuina ferebat, ut eiusdem affectuosa benignitas, ad naturę consortes & gratiæ dilataret. Quẽ enim creaturis cęteris germanum pietas cordis esse cerat, mirum non est, si creatoris insignitis imagine, & sanguine redemptis authoris, germaniorem Christi charitas faciebat. Non se Christi reputabat amicum, nisi animas foueret, quas ille redemit. Saluti animarum nihil præferendum esse dicebat, eo maximè probans, quòd unigenitus Dei pro animabus dignatus fuerit in Cruce pendere. Hinc sibi in oratione luctamen, in prædicatione discursus, & in exemplis dandis excessus. Vndè quotiès austeritas nimia reprehenderetur in ipso, respõdebat se datum alijs in exemplum. Licet enim innocens eius caro, quæ iam se spontè subderet spiritui, nullo propter offensas egeret flagello, tamen exempli causa renouabat illi pœnas & onera, custodiens propter alios uias duras. Dicebat enim: Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem in meipso non habeam, & proximis uirtutum exempla non monstrẽ, parùm prosum aliis, mihi nihil.

Nihil salute animarum præferēdum.

1.Cor. 13.

Feruenti quoquè charitatis incendio gloriosum sanctorum martyrum æmulabatur triumphum, in quibus nec amoris flamma extingui, nec fortitudo potuit infirmari. Desiderabat proptereà & ipse, illa perfecta charitate succensus, quæ foràs mittit timorem, per martyrii flammam, hostiam Domino se offerre uiuentẽ, ut & uicem Christo pro nobis morienti rependeret, & ad diuinum amorem cæteros prouocaret. Sexto nanque conuersionis suæ anno, desiderio martyrii flagrans, ad prædicandam fidẽ Christianam & pœnitentiam Saracenis, & alijs infidelibus, ad partes Syriæ transfetare disposuit. Cumque nauem quandam, ut illuc tenderet, conscendisset, uentis contrariis flantibus, compulsus est in Sclauoniæ partibus applicare. Cùm igitur moram aliquan diù contraxisset ibidèm, nec inuenire posset nauem tunc temporis transfretantem, fraudatum à suo desiderio se sentiens, nautas quosdam Anconam tendẽtes, ut amore Dei eum secum ducerent, exorauit. Verùm illis propter expensarum defectum pertinaciter recusantibus, uir Dei plurimùm de Domini bonitate confisus, nauem cum socio latenter conscen-

1.Ioha. 4.

Vult ire ad Saracenos, sed reflant uenti.

dit. Affuit quidam à Deo, ut creditur, pro paupere suo missus, qui secum ferens necessaria uictus, quendam timentem Deum, de naui ad se uocatum, sic alloquutus est: Hæc pro pauperibus fratribus in naui latitantibus conserua fideliter, ac necessitatis tẽpore amicabiliter subministra. Sicque factum est, ut nautis propter uim uentorum per dies plurimos nusquam applicare ualentibus, omnia consumerentur ipsorum cibaria, & sola pauperi Francisco collata desup eleemosyna superesset. Quæ cùm esset modica, tantum diuina uirtute suscepit augmentum, ut diebus pluribus in mari propter tempestatẽ continuam contrahentibus moram, usque ad portum Anconæ omnium necessitatibus plenariè subueniret. Videntes itaque nautæ per seruum Dei multa se mortis euasisse discrimina, tanquàm qui maris horrenda pericula senserant, & miranda opera Domini uiderant in profundo, gratias egẽrunt omnipotenti Deo, qui semper in suis amicis & seruis mirabilem & amabilem se ostendit.

Diuinitus auctus cibus.

Cùm autem relicto mari, terram perambulare cœpisset, iactato in eam salutis semine, reportabat manipulos fructuosos. Verùm quia martyrij fructus adeò cor eius allexerat, ut preciosam pro Christo mortem super omnia uirtutum merita peroptaret, uersus Marrochium iter arripuit, ut Miramolino & genti eius Christi Euangelium prædicaret, si quo modo ad concupitam palmam ualeret attingere. Tanto nanque desiderio ferebatur, ut quanuis esset imbecillis corpore, peregrinationis suæ pcurreret comitẽ, & ad exequendũ propositũ festinus, & tanq̃ spiritu ebrius aduolaret. Sed cùm iam usq; in Hispaniam peruenisset, diuina dispositione, quæ ipsum reseruabat ad alia, grauissima ei superuenit infirmitas, qua præpeditus, quod cupiebat, adimplere nequiuit. Sentiens igitur uir Dei, quòd necessaria erat adhuc proli, quã genuerat, ipsius uita in carne, quãuis mortem sibi lucrum putaret esse, redeit ad pascẽ dum oues, suæ solicitudini commendatas.

Flagrat martyrij desiderio.

Morbo impeditus, nō potest ire ad infideles.

Verùm charitatis ardore spiritum ipsius ad martyrium perurgente, tertia adhuc uice pro fide Trinitatis, effusione sui sanguinis, dilatãda, uersùs infideles proficisci tentauit. Tertiodecimo nanque conuersionis suę anno ad partes Syriæ pergens, multis se periculis constanter exposuit, ut Sultani Babylonię postsetadire præsentiam. Inter Christianos enim ac Saracenos tunc bellum tam implacabile erat, exercituum castris hinc indè campo cominùs exaduersò locatis, ut uia mutui transitus sine mortis discrimine non pateret. Exierat siquidem à Sultano edictum crudele, ut quicunque caput alicuius Christiani afferret, Byzantium aureum pro mercede reciperet. At intrepidus Christi miles Franciscus, sperans in proximo suum adipisci posse propositum, diffiniuit iter arripere, mortis pauore non territus, sed desiderio prouocatus. Oratione nanque præmissa confortatus à Domino, confidenter illud propheticum decantabat: Nã etsi ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecũm es. Assumpto igitur socio fratre, Illuminato nomine, uiro utique luminis & uirtutis, cùm iter cepisset, obuias habuit ouiculas duas, quibus uisis exhilaratus uir sanctus dixit ad socium: Confide frater in Domino, nam in nobis Euangelicum illud impletur: Ecce ego mitto vos in medio luporum. Cùm autem processissent ulteriùs, occurrerunt ei satellites Saraceni, qui tanquàm lupi celeriùs accurrentes ad oues, seruos Dei feraliter comprahẽsos, crudeliter & contemptibiliter pertractarunt, afficientes contumeliis, affligentes uerberibus, & uinculis alligantes,

Iam tertiò uult proficisci ad infideles ut fiat martyr.

Psal. 22.

Matt. 10.

Tandẽm

Capitur cũ socio à Saracenis, & malè tractat.

Tandem afflictos multipliciter & attritos, ad Sulthanum, diuina disponente prouidentia, iuxta viri desiderium, perduxerunt. Cùm igitur princeps ille perquireret à quibus, & ad qd, & qualiter missi essent, intrepido corde respondit Christi seruus Franciscus: Non ab homine, sed à Deo altissimo se fuisse transmissum, ut ei & populo suo viam salutis ostenderet, & annunciaret Euangelium ueritatis.

Luc. 21.

Tanta uerò mentis constantia, tanta uirtute animi, tantoq; feruore spiritus prædicto Sulthano prædicauit Deum trinum & unum, & Saluatorem omnium Iesum Christum, ut Euangelicum illud in ipso clarescet veraciter esse completum: Ego dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij uestri. Nam & Sulthanus admirandum in uiro Dei feruorem spiritus conspiciens & uirtutem, libenter ipsum audiebat, & ad moram contrahendam cum eo, instantius inuitabat.

Libẽter audiitur à Sulthano.

Christi uerò seruus, superno illustratus oraculo: Si uis, inquit, conuerti tu cum populo tuo ad Christum, ob illius amorem libenter vobiscum commorabor. Quòd si hæsitas propter fidem Christi, legem Mahometi dimittere, iube ignem accendi permaximum, & ego cum sacerdotibus tuis ignem ingrediar, ut uel sic cognoscas, quæ fides certior & sanctior nõ immeritò tenenda sit. Ad quem Sulthanus: Non credo, quòd aliquis de sacerdotibus meis, se uellet igni propter fidem suam defensandam exponere, uel genus aliquod subire tormẽti. Viderat enĩ statim quendam de presbyteris suis virum authenticum & longæuum, hoc audito uerbo, de suis conspectibus aufugisse. Ad quem uir sanctus: Si mihi uelis promittere pro te & populo tuo, quòd ad Christi cultum, si ignem illæsus exiero, ueniatis, ignem solus introibo: Et si combustus fuero, imputetur peccatis meis: si autẽ diuina me protexerit uirtus, Christum Dei uirtutem & sapientiam, uerum Deũ, & Dominum, Saluatorem omnium agnoscatis. Sulthanus autem optionem hanc accipere se non audere respõdit, quia seditionem populi formidabat.

Studet omnibus modis eũ cõuertere, sed frustrà.

Obtulit tamen ei multa munera preciosa, quæ uir Dei nõ mundanarum rerum, sed salutis animarum auidus, spreuit omnia, quasi lutum. Sulthanus autem uidens uirum sanctum tam perfectum rerum mundialium contemptorem, admiratione permotus, maiorem erga ipsum deuotionem concepit. Et quamuis ad fidem Christianam transire nollet, uel forsan non auderet, rogauit tamen deuotè famulum Christi, ut prædicta susciperet, pro salute ipsius, Christianis pauperibus uel ecclesijs eroganda. Ipse uerò, quia pondus fugiebat pecuniæ, & in animo Sulthani ueræ pietatis nõ uidebat radicem, nullatenùs acquieuit. Videns etiam se non proficere in conuersione gentis illius, nec suum assequi posse propositum, ad partes fidelium, diuina reuelatione præmonitus, remeauit.

Contẽnit munera Sulthani.

Sic itaque Dei ordinante clementia, & sancti uiri promerente uirtute, misericorditer & mirabiliter factum est, quòd Christi amicus mortem pro ipso viribus totis exquireret, & tamen nullatenùs inueniretur & merito non careret optati martyrij, & insigniendus seruaretur in posterum priuilegio singulari. Sic utiquè factũ est, ut ignis ille diuinus adhuc perfectiùs ipsius æstuaret in corde, ut pòst potentiùs euaporaret in carne. O uerè beatum uirum, cuius caro etsi tyrannico ferro non cæditur, occisi tamen agni similitudine non priuatur. O, inquam, uerè ac plenè beatũ, cuius animã etsi gladius persequutoris non abstulit, palmam tamen martyrij non amisit,

De studio & uirtute Orationis. Cap. 10.

Orat sine intermissione.

SEntiens Christi seruus Frãciscus, corpore se peregrinum à Domino, cùm iam ad terrena foris desideria per Christi charitatem totus esset insensibilis factus, nè foret absque consolatione dilecti, sine intermissione orans, spiritum Deo contendebat exhibere præsentem. Erat quidem oratio contemplanti solatium, dum supernarum circuitu mansionum, Angelorum conciuis iam factus, feruenti desiderio quærebat dilectum, à quo solus eum carnis paries disiungebat. Erat & operanti præsidium, dũ in omnibus quæ agebat, de sua diffidens industria, & de superna pietate confidens, per ipsius instantiam, totum in Domino cogitatum iactabat. Orationis gratiam uiro religioso desiderandam super omnia firmiter asserebat, nullumque credens sine ipsa in Dei prosperari seruitio, modis quibus poterat fratres suos ad eius studium excitabat.

Oratio præcipuè expetẽda religiosis.

Nam ambulans & sedens, intùs & foris, laborans & uacans, orationi adeò erat intentus, ut illi uideretur, non solùm quicquid erat in eo cordis & corporis, uerumetiam operis & temporis, dedicasse. Solitus erat nullam visitationem spiritus cum negligentia præterire. Siquidem cùm offerebatur, sequebatur eam: & quandiù Dominus concedebat, dulcedine perfruebatur oblata. Cùm autem intentus itineri, diuini spiritus aliquos sentiret afflatus, socijs præcedentibus gradũ figebat, nouamque inspirationem ad fruitionẽ conuertens, gratiam non recipiebat in uacuum.

Suspendebatur multotiès tanto contemplationis excessu, ut supra semetipsum raptus, & ultra humanum sensum aliquid sentiens, quid ageretur circa se exteriùs, ignoraret. Transiens nanq; semèl per Burgum sancti Sepulcri, castrum utiquè populorum, pro debilitate corporis subuectus asello, obuias habuit turbas, in eũ præ deuotione cuẽtes. Tractus autẽ & detẽtus ab eis, cõpressus quoquè, ac multipliciter attrectatus, insẽsibilis uidebatur ad oĩa, & uelut exanime corpus de ijs, quæ fiebant circa ipsum, nihil penitùs aduertebat. Vndè cùm iam diù transito castro, turbisque relictis, peruenisset ad quoddam domicilium leprosorum, quasi aliundè rediens cælestium contemplator, solicitè requisiuit, quãdò propinquarent ad Burgum. Mens quidem ipsius cælestibus fixa splendoribus, uarietates non senserat locorum, nec temporum, nec occurrentium personarum. Quod ipsi accidisse frequentiùs, sociorũ eius experientia multiplex comprobauit.

In mediis turbis nihil sentit, extra se raptus.

Et quia in oratione perceperat sancti spiritus desideratam præsentiam tanto familiariùs se offerre precantibus, quanto plùs inuenit elongatos à strepitu mundanorum, ideò loca solitaria quærens, ad solitudines & ecclesias derelictas oraturus nocte pergebat: Vbi dæmonum pugnas horribiles frequenter sustinuit, qui secum sensibiliter confligentes, nitebantur ipsum ab orationis studio perturbare. Ipse uerò armis munitus cælestibus, quanto uehementiùs impetebatur ab hostibus, tanto fortior in uirtute, & feruentior reddebatur in opere, fidenter dicens ad Christum: Sub umbra alarum tuarum protege me à facie impiorum, qui me afflixerunt. Ad dæmones autem: Facite quicquid in me ualetis, maligni spiritus & fallaces. Non enim potestis, nisi quantùm uos manus superna relaxat: & ego ad perferendum omnia, quæ ille infligenda decreuerit, cum omni iucunditate paratus assisto. Quam mentis constantiam superbi dæmones non ferentes, abscedebant confusi.

Multas patitur dæmonũ infestationes.

Psal. 16.

Eos verecundè pudefacit.

Vir autem Dei solitarius remanens & pacatus,

nemora

Exercitia eius in locis desertis.

nemora replebat gemitibus, loca spargebat lachrymis, pectora tundebat, & quasi occultius secretarium nactus, confabulabatur cum Domino suo. Ibi respondebat iudici, ibi supplicabat patri, ibi colloquebatur amico. Ibi quoque fratribus, ipsum piè obseruantibus, aliquoties auditus est, clamosis gemitibus apud diuinam pro peccatoribus interpellare clementiam, deplorare etiam alta uoce, quasi coram se positam Dominicam passionem. Ibi uisus est nocte orans manibus ad modum Crucis protensis, toto corpore subleuatus à terra, & nubecula quadam fulgente circundatus, ut illustrationis mirabilis intra mentem, mira circa corpus perlustratio testis esset. Ibi etiam, sicut certis est comprobatum indicijs, incerta sibi & occulta diuinæ sapientiæ pandebantur, quamuis illa non uulgaret exterius, nisi quantùm Christi urgebat charitas, & proximorum utilitas exigebat. Dicebat enim: Leui mercede rem inappreciabilem contingit amitti, & illum, qui dedit, ad non dandum iterùm facilè prouocari.

Subleuatur frequẽter à terra.

Celat quãtum ualet suã sanctitatem.

Quandò à priuatis redibat orationibus, quibus penè in uirum alterum mutabatur, summoperè studebat conformare se cæteris, nè fortè quod foris ostenderet, aura fauoris intùs à mercede euacuaret. Cùm in publico subitò afficeretur uisitatus à Domino, semper aliquid obijciebat adstantibus, nè sponsi familiares attactus forinsecùs uulgarentur. Excreationes, gemitus, duros anhelitus, extrinsecos nutus, orans inter fratres, deuitabat omninò, siue quia diligebat secretum, siue quia ad interiora reintrans, totus ferebatur in Deũ. Sæpè talia familiaribus dixit: Quandò seruus Dei orans, uisitatur diuinitùs, dicere debet: Istam cõsolationem mihi peccatori & indigno de cælo misisti Domine, & ego illam tuæ committo custodiæ, quia thesauri tui me sentio esse latronem. Cùm autem ab oratione reuertitur, sic debet se pauperculum & peccatorem ostendere, acsi nullam sit nouam gratiam consequutus.

Orante autem uiro Dei in loco de Portiuncula, contigit Asisinatem Episcopum uenire ad eum, ut erat solitus, uisitandum. Qui mox ut locum fuit ingressus, ad cellam, in qua Christi seruus orabat, plus debito fidenter accessit. Pulsoque ostiolo, intraturum se ingerens, dum caput immisit, sanctumq; orãtem conspexit, repentino timore concussus, obrigescentibus membris, etiam loquelam amisit. Subitoq; uoluntate diuina per uim foras propulsus, retrogrado pede procùl abductus est. Stupefactus Episcopus, ad fratres festinauit, ut potuit, Deoque sibi restituente linguam, primo uerbo confessus est culpam.

Vide quid patitur Episcop⁹, dũ ĩtertur bat orãtẽ.

Contigit tempore quodam Abbatem monasterij sancti Iustini de Episcopatu Perusij obuiare famulo Christi. Quo uiso, Abbas deuotus celeriter de equo descendit, ut & uiro Dei reuerentiam faceret, & de salute animæ aliqua cum ipso conferret. Tandem habita collatione suaui, Abbas abscedens orari pro se humiliter petijt. Cui uir Deo charus respondit: Orabo libenter. Parùm itaque discedente Abbate, dixit fidelis Franciscus ad socium: Expecta frater modicùm, quia debitum uolo soluere, quod promisi. Orante autem illo, subitò Abbas insolitum calorem & dulcedinem hactenùs inexpertam sensit in spiritu, quòd in excessu mentis effectus, totus à seipso in Deum defecit. Parua morula substitit, & in se reuersus, uirtutem orationis sancti Francisci cognouit. Maiori proinde circa Ordinem semper amore flagrauit, multisque factum pro miraculo retulit.

Solitus erat uir sanctus horas Canonicas non minùs timoratè Deo persoluere, quàm deuotè. Nam licèt oculorum, stomachi, splenis & hepatis ægritudine laboraret, nolebat tamen muro vel parieti inhærere, dum psalleret, sed horas semper erectus, & sine caputio, non gyrouagis oculis, nec cum aliqua syncopa persoluebat. Si quandò esset in itinere constitutus, figebat tunc temporis gressum, huiusmodi consuetudinẽ reuerentem & sacram, propter pluuiarum inundantiã non amittens. Dicebat enim: Si quietè comedit corpus cibum suum, futurum cũ ipso uermium esca, cum quanta pace & tranquillitate accipere debet anima cibum uitæ? Grauiter etiam se putabat offendere, si quandò orationi deditus, uanis phantasmatibus interiùs uagaretur. Cùm aliquid tale accideret, non parcebat confessioni, quin illud protinùs expiaret. Hoc studium sic in usum conuerterat, ut rarissimè muscas huiusmodi pateretur.

Notanter p soluerit p ces Canonicas.

Fecerat in Quadragesima quadam uasculũ unũ, ut minutias temporis, nè omninò exciderent, occuparet. Quod cùm dicenti Tertiam in memoriam ueniens, paululùm ipsius animum distraxisset, motus feruore spiritus, uasculum igne consumpsit, dicens: Sacrificabo illud Domino, cuius sacrificium impediuit. Psalmos cum tanta mẽtis attentione dicebat, quasi Deum præsentem haberet: & cùm nomen Domini in eis occurreret, præ suauitatis dulcedine labia sua lingere uidebatur. Ipsum quoque Domini nomen non solùm cogitatum, uerumetiam prolatum & scriptum, reuerentia uolens honorare præcipua, fratribus persuasit aliquandò, ut omnes schedulas scriptas ubicunquè repertas colligerent, mundoque loco reponerent, nè fortè sacrum illud nomen contingeret conculcari. Nomen autem I E S V cùm exprimeret uel audiret, iubilo quodam repletus interiùs, totus uidebatur exteriùs alterari, acsi mellifluus sapor gustum, uel harmoniacus sonus ipsius immutasset auditum.

Nomen Domini mirã reuerẽtia afficit.

Nota de nomine IESV.

Contigit autem anno tertio ante obitum suum, ut memoriam natiuitatis pueri Iesu ad deuotionem excitandam, apud castrum Grecij disponeret agere cum quãto maiori solennitate valeret. Nè uerò hoc lenitati posset asscribi, à sũmo Põtifice petita & obtenta licentia, fecit præparari præsepium, apportari fœnum, bouem & asinum ad locum adduci. Aduocantur fratres, adueniunt populi, personat sylua uoces, & uenerabilis illa nox, luminibus copiosis & claris, laudibusque sonoris & consonis, & splendens efficitur, & solennis. Stabat uir Dei coram præsepio pietate repletus, respersus lachrymis, & gaudio superfusus. Celebrantur Missarum solennia super præsepe, Leuita Christi Francisco sacrum Euangelium decantante. Prędicat deindè populo circuostanti de natiuitate Regis pauperis, quem cùm nominare vellet, puerum de Bethleem præ amoris teneritudine nuncupabat. Miles autem quidã uirtuosus & uerax, qui propter Christi amorem seculari relicta militia, viro Dei magna fuit familiaritate cõiunctus, Dominus Iohannes de Græcio, se uidisse asseruit puerulũ quendam ualdè formosum in illo præsepio dormiẽtem, quem beatus pater Franciscus ambobus cõplexans brachijs, excitare uidebatur e somno. Hanc siquidem deuoti militis visionem non solùm uidentis sanctitas credibilẽ facit, sed & designata ueritas cõprobat, & miracula subsequuta confirmata. Nã exẽplum Francisci, consideratum à mũdo, excitatiuum est cordium in fide Christi torpentium: & fœnum præsepij reseruatum à populo, mirabiliter sanatiuũ fuit brutorum languentium, & aliarum repulsiuum pestium diuersarum, glorificante Deo per omnia seruum suum, sanctæque orationis efficaciam quidẽ tibus miraculorum prodigijs demonstrante.

Vide quã celebrãte peragit festũ Natiuitatis Christi.

Visio militis religiosi.

De intelligentia scripturarum & spiritu prophetiæ. Cap. 11.

AD tantam autem mentis serenitatem indefessum orationis studiũ cum continua exercitatione virtutum, virum Dei perduxerat, vt quamuis nõ habuerit sacrarum literarum peritiam per doctrinam, æternæ tamen lucis irradiatus fulgoribus, scripturarum profunda miro intellectus scrutaretur acumine. Penetrabat enim ab omni labe purum ingenium mysteriorum abscondita: & vbi magistralis sciẽtia foris stat, affectus introibat amantis. Legebat quãdoque in libris sacris, & quod animo semel iniecerat, tenaciter imprimebat memoriæ: quia nõ frustrà mentalis attentionis percipiebat auditu, quod continuæ deuotionis ruminabat affectu. Quærentibus aliquandò fratribus, vtrùm sibi placeret, quòd literati iam recepti ad Ordinem, intenderent studio sacræ scripturę, respondit: Mihi quidem placet, dum tamẽ exemplo Christi, qui magis orasse legitur, quàm legisse, orationis studium non omittant: nec tantùm studeant, vt sciant, qualiter debeant loqui, sed ut audita faciant, & cùm fecerint, aliis facienda proponant. Volo, inquit, fratres meos discipulos Euangelicos esse, sicque in notitia veritatis proficere, quòd in simplicitatis puritate concrescant, vt simplicitatẽ columbinam à prudentia serpentina non separent, quas magister eximius ore suo benedicto coniũxit.

Scripturas intellexit doctꝰ a Deo.

Vult fratres suos Euangelicos esse.
Mat. 10.

Interrogatus Senis à quodam religioso viro Theologiæ sacræ doctore, de quibusdam quæstionibꝰ difficilibus intellectu, tanta claritate doctrinæ diuinæ sapientiæ patefaciebat arcana, vt vehementer stuperet vir ille peritus, & cum admiratione referret: Verè Theologia sancti patris istius, puritate ac contemplatione, tanquàm alis in altum subuecta, est aquila volans: nostra verò scientia, ventre graditur super terram. Licèt enim esset imperitus sermone, scientia tamen plenus enodabat dubia quæstionum, & abscondita producebat in lucem. Nec absonum, si vir sanctus scripturarum à Deo intellectum acceperat, cùm per imitationem Christi perfectam, veritatem ipsarum descriptam gestaret in opere, & per sancti spiritus vnctionem plenariam, doctorem earum apud se haberet in corde.

Perfecta Christi imitatione obtinuit scripturarum intelligẽtiã.

Adeò etiam in ipso claruit spiritus prophetiæ, ut & præuideret futura, & cordium contueretur occulta, absentia quoquè velut præsentia cerneret, & se præsentem absentibus mirabiliter exhiberet. Tempore nanque, quo Damiatam Christianorum obsidebat exercitus, aderat vir Dei non armis, sed fide munitus. Cùm igitur die belli Christiani pararentur ad pugnam, hoc audito, Christi seruus vehementer ingemuit, dixitque socio suo: Si belli fuerit attentatus ingressus, ostendit mihi Dominus non prosperè cedere Christianis. Verùm si hoc dixero, fatuus reputabor: si tacuero, conscientiam non euadam. Quid igitur tibi videtur? Respondit socius eius, dicẽs: Frater, pro minimo tibi sit vt ab hominibus iudiceris, quia non modò incipis fatuus reputari. Exonera cõscientiam tuam, & Deum magis time, quàm homines. Quo audito, exiliens Christi pręco, salutaribus monitis Christianos aggreditur, prohibet bellũ, denunciat casum. Fit veritas in fabulam: indurauerunt cor suum, & noluerunt reuerti. Itur, committitur & bellatur, totaque in fugam reuertitur militia Christiana, finem belli opprobrium regerẽs, non triumphũ. Tanta verò strage Christianorũ imminutus est numerus, vt circa sex millia fuerint inter mortuos & captiuos. In quo euidenter innotuit, quod spernenda non erat sapientia pauperis, cùm anima viri iusti annunciet aliquandò vera, quàm septem circunspectores, sedentes in excelso ad speculandum.

Præuidet Christianorum casum.

Christiani cadunt apud Damiatam.

Eccl. 37.

Alio quoq; tempore, cùm post reuersionem ipsius de vltra mare, Celanum prędicaturus accederet, miles quidam supplici eum deuotione cum instantia magna inuitauit ad prandium. Venit itaque ad militis domum, omnisque familia pauperum hospitum exultauit in ingressu. Antè verò, quam cibum sumerent, iuxta solitum morem, vir mente deuotus offerens Deo preces & laudes, oculis stabat eleuatis in cælum. Oratione completa, benignum hospitem familiariter aduocatum in partem, sic alloquutus est: Eccè frater hospes, tuis victus precibus, vt manducarem, domum tuam intraui. Meis nunc citò monitis acquiesce, quoniam non hic, sed alibi manducabis. Confitere nunc peccata tua, veræ pœnitentiæ dolore contritus, nec in te remaneat quicquam, qđ veridica confessione non pandas. Reddet tibi Dominus hodiè vicem, quoniam tãta deuotione suos pauperes suscepisti. Acquieuit continuò vir ille sermonibus sancti, socioque ipsius vniuersa peccata in cõfessione detegens, disposuit domum suam, & ad mortem suscipiendam se, quantùm valuit, pręparauit. Intrauerunt tandèm mensam, & incipientibus aliis mãducare, hospes subitò spiritum exhalauit, iuxta verbum hominis Dei repentina morte sublatus. Sicque factum est, hospitalitatis gratia promerente, ut iuxta verbum veritatis, prophetam recipiens, mercedem prophetæ acciperet, dum per sancti uiri prænunciationem propheticam miles ille deuotus sibi contra mortis subitationem prouidit, quatenùs armis pęnitentiæ præmunitus, perpetuam damnationem euaderet, & in æterna tabernacula introiret.

Prædicit hospiti mortẽ subitaneã.

Mat. 10.

Tẽpore quo vir sanctus Reate iacebat infirmus, Præbendarius quidam nomine Gedeon, lubricus, & mundanus, infirmitate graui correptus, lectulo decubans, cùm ad eum fuisset delatus, lachrymosè rogabat cum simul adstantibus, vt ab ipso, Crucis signaculo signaretur. Ad quem ille: Cùm vixeris olim secundùm desideria carnis, non veritus iudicia Dei, quomodò te Cruce signabo? Verùm propter deuotas intercedentium preces, signo te Crucis signabo in nomine Domini. Tu tamen scito te grauiora passurũ, si ad vomitũ redieris liberatus. Propter. n. peccatum ingratitudinis, semper peiora prioribus inferuntur. Signo itaq; Crucis super eũ facto, statim qui contractus iacuerat, surrexit sanus, & in laudem Dei prorumpens; Ego, inquit, sum liberatus. Insonuerũt autem ossa renum eius, audientibus cunctis, uelut cùm manu ligna sicca franguntur. Paucis aũt interlapsis temporibus, Dei oblitus, corpus impudicitiæ reddidit. Cumq; sero quodam cœnasset in domo cuiusdam canonici, nocteq; illa dormiret ibidèm, subitò super oẽs corruit tectũ domus. Ceteris autẽ euadẽtibus mortem, solus ille miser interceptus atq; interẽptus est. Iusto igitur Dei iudicio facta sunt nouissima hominis illius peiora prioribus propter ingratitudinis vitium, Deique contemptum: cùm de accepta venia gratum esse oporteat, & duplò displiceat flagitium iteratum.

Signo Crucis sanat cõtractũ.

Pœna in peccata relabentis.
Luc. 11.

Alioq; quoquè tempore mulier quædam nobilis, Deo deuota, venit ad sanctum, vt suum ei explicaret dolorem, ac remedium postularet. Habebat quidem virum valdè crudelem, quem aduersarium patiebatur in seruitio Christi. Et ideò petebat à sancto, quatenùs oraret pro illo, vt sua Deus cor ipsius dignaretur emollire clementia. Ipse verò hoc audiẽs, ait illi: Vade cum pace, indubitanter expectans de viro tuo consolationem tibi de proximo affuturam. Et adiecit: Dices ei ex parte Dei, & mea, quòd nunc

est tempus clementiæ, postmodùm æquitatis. Benedictione accepta, reuertitur mulier: inuenit virum, denunciat verbum. Cecidit super eum spiritussanctus, & nouum factum de veteri, sic facit cum omni mansuetudine respondere: Domina, seruiamus Domino, & saluemus animas nostras. Suadẽte igitur sancta uxore, pluribus annis cælibem uitam agentes, eodem die ambo ad Dominum migrauerunt. Mirãda certè in viro Dei spiritus prophetici virtus, qua & membris iam arentibus restituebat vigorem, & duris imprimebat cordibus pietatem: quanquàm non minùs eiusdem spiritus sit stupenda limpiditas, qua sic futurorum præcognoscebat euẽtum, vt etiã conscientiarum scrutaretur arcanum, quasi alter Eliseus, duplicem Eliæ spiritum assequutus.

Vir crudelis repẽtè mutatur.

4. Reg. 2.

Nam cùm Senis viro cuidam sibi familiari quædã superuentura finaliter prædixisset, & vir ille peritus, de quo suprà mentio facta est, quòd de scripturis cũ eo conferebat aliquandò, his auditis, ab eodem sãcto patre dubitando perquireret, an hæc ipse dixisset, quę illius viri relatione cognouerat: non solùm se illa dixisse asseruit, verùm etiam quærenti alienũ euentum, proprium exitum prophetando prædixit. Quod vt certiùs cordi eius imprimeret, quendam secretum conscientiæ illius scrupulum, quem nulli viuenti vir præfatus expresserat, & mirabiliter reuelando explicuit, & salubriter consulendo reserauit. Ad quorum omnium firmitatem accidit, quòd vir ille religiosus, sicut Christi famulus ei prædixit, sic finaliter consummauit.

Nouit arcana cordium S. Franciscus.

Eo quoquè tempore, quo reuertebatur de vltra mare, socium habens fratrem Leonardum de Asisio, contigit eum fatigatum & lassum, parumpèr asellum conscendere. Subsequens autem socius & ipse non modicùm fessus, cœpit dicere intrà se, humanũ aliquid passus: Non de pari ludebant parentes eius, & mei. En ipse equitat, & ego pedester asinum eius duco. Hoc illo cogitante, protinùs descendit de asino vir sanctus, & ait: Non, frater, conuenit vt ego equitem, tu venias pedes: quia nobilior & potentior in seculo tu me fuisti. Obstupuit ilicò frater, & rubore suffusus, depræhensum se recognoscens, prócidit ad pedes ipsius, & lachrymis irrigatus, nudum expo suit cogitatum, veniamque poposcit.

Fratris cuiusdam cogitationes perspicit.

Frater quidam Deo deuotus & famulo Christi, frequenti cogitatione versabat in pectore, superna fore gratia dignum, quem vir sanctus familiari cõplecteretur affectu: quem verò tanquàm extraneum reputaret, extra numerum electorum reputandum à Deo. Cùm igitur cogitationis huius crebriùs vexatus impulsu, viri Dei familiaritatem uehementer optaret, nec tamen cordis sui secretum reuelaret alicui, aduocans eum ad se dulciter pater pius, sic allocutus est: Nulla te turbet cogitatio, fili, quoniam te charissimum habens inter pręcipuè mihi charos, libẽter tibi munus meæ familiaritatis & dilectionis impendo. Miratus exindè frater, factusque deuotior ex deuoto, non solùm in amorem creuit hominis sãcti, verumetiam per spiritussancti gratiæ munus donis est maioribus cumulatus. Cùm autem in monte maneret Aluernę cella reclusus, vnus è sociis magno desiderio cupiebat habere de verbis Domini aliqđ scriptum, manu ipsius breuiter annotatum. Grauem enim, qua vexabatur, tentationem, non carnis, sed spiritus, ex hoc credebat euadere, vel certè leniùs ferre. Tali desiderio languens, anxiabatur interiùs, quia verecundia victus, reuerendo patri rẽ pandere non audebat. Sed cui homo non dixit, spiritus reuelauit. Portari nanq; sibi iussit à fratre prædicto atramentũ & chartã, laudesq; Dñi iuxta fratris desideriũ propria manu scripsit, & vltimò benedictionem ipsius, dicens: Accipe tibi chartulam istam, & usque ad diem mortis tuæ custodias diligenter. Accepit frater donum illud optatum, & statim omnis illa tentatio effugatur. Seruatur litera, & cùm in posterum miranda effecerit, virtutum Frãcisci testimonium fuit.

Item alterius.

Et rursus alterius.

Frater quidam erat, quantùm à foris videbatur, sãctitate præclarus, conuersatione insignis, tamen admodùm singularis. Omni tempore orationi vacans, tanta districtione silentium obseruabat, quòd cõsueuerat nõ verbis, sed nutibus cõfiteri. Accidit autem, sanctum patrem venire ad locum videre fratrem, & de ipso cum aliis fratribus habere sermonem. Commendantibus autem omnibus & magnificantibus illum, respondit vir Dei: Sinite, fratres, nè mihi in eo diabolica figmenta laudetis. In veritate sciatis, ꝙ diabolica tentatio est, & deceptio fraudulenta. Durè acceperunt hoc fratres, tanquàm impossibile iudicantes, quòd tot perfectionis indiciis, fraudis se commenta fuscarent. Verùm non post multos dies eo religionem egresso, euidenter apparuit, quãta luculentia interioris contuitus, vir Dei cordis eius secreta perspexit. Multorum quoquè per hunc modũ, qui stare videbantur, ruinam, sed & plurium peruersorum conuersionem ad Christum, immobili veritate pręnuncians, appropinquasse videbatur ad æternæ lucis speculum contemplandum, cuius fulgore mirabili absentia corporaliter, tanquàm si essent præsentia, mentis eius cernebat obtutus.

Diabolus ipsum cuidã inudi cosfilens.

Multorũ ruinã & aliorum conuersionem prænunciat.

Quodam nanque tempore Vicarius suus tenebat Capitulum, ipse verò in cella orans, sequester erat & medius inter fratres & Deum. Cùm igitur vnus ex ipsis, defensionis quodam contectus palliolo, non se subderet disciplinę: videns hoc vir sanctus in spiritu, vocauit quendam de fratribus, & dixit ad eum: Vidi, frater, diabolum super illius fratris inobedientis dorsum, collum eius tenentem adstrictum, qui tali sessore subactus, obedientiæ freno spreto, instinctus eius sequebatur habenas. Et cùm rogarẽ Deum pro fratre, subitò dæmon confusus abscessit. Vade igitur, & dic fratri, vt obedientiæ sanctę iugo collum sine mora submittat. Monitus per internuncium frater, statimque conuersus ad Deum, ad pedes Vicarii humiliter se proiecit.

Videt diabolum fratris cuiusdã insidentẽ.

Alio quoquè tempore contigit duos fratres ad eremitorium Græcii de remotis venire, vt virũ Dei cernerent, & benedictionem, multo desideratam iã tempore, reportarent. Venientes autem & non inuenientes, quia de publico iam ad cellam redierat, desolati abibant. Et eccè recedentibus illis, cùm de ipsorum aduentu vel recessu nihil secundùm humanũ sensum percipere potuisset, præter solitum morẽ egressus è cella, clamauit post eos, & iuxta quod optauerãt, signo Crucis facto, in Christi nomine benedixit.

Absentiũ fratrum nouit desideria.

Duo fratres venerunt aliquandò de terra Laboris, quorum antiquior nonnulla intulit scandala iuniori. Cùm autem peruenissent ad patrem, quæsiuit ille à iuniori, qualiter erga ipsum se frater socius habuisset ĩ uia. Quo respõdẽte: Vtiq; satis benè, subiũxit: Caue frater, nè sub humilitatis specie mentiaris: scio. n. scio, sed expecta modicùm, & videbis. Miratus est per plurimùm frater, quomodò tã absẽtia per spiritũ cognouisset. Igitur nõ post multos dies, contẽpta religione, foras egreditur, qui scãdalũ fecerat fratri, & à patre nõ petierat veniã, nec correctionis debitã receperat disciplinã. Simulq; duo in vna illius claruere ruina, æquitas scilicet diuinę iustitię, & perspicacitas spirit⁹ prophetiæ. Qualiter autẽ absentib⁹ se præsentẽ exhibuit, diuina faciẽte virtute, euidẽter ea superiorib. innotescit, si reuocẽt ad mentẽ, qualiter ab

Itẽ facta.

Ruina fratris cuiusdã ab ipso prænunciata.

sens

sens in curru igneo transfiguratus apparuit, & quomodò se Arelatēsi Capitulo in Crucis effigie p̄senta uit. Quod factum esse diuina dispositione credendū est, vt ex præsentiæ corporalis apparitione mirabilr patenter clarescerct, quàm præsens & peruius spiritus eius luci sapientiæ foret æternæ, quæ omnibus mobilibus mobilior est, & vbiq; attingens propter sui munditiam, per nationes in animas sanctas se trāsfert, & Dei amicos & Prophetas constituit. Simplicibus & paruulis sua solet panderc mysteria doctor excelsus, sicut priùs apparuit in Dauid prophetarum eximio, & pòst in Apostolorum principe Petro, & tādèm pauperculo Christi Francisco. Hi enim cùm essent literarum imperitia simplices, facti sunt sancti spiritus eruditione illustres. Is quidem pastor, vt gregem pasceret Synagogæ de Aegypto eductum: iste piscator, vt sagenam repleret Ecclesiæ multiformitate credentium: hic autem negociator, vt margaritā emeret Euangelicæ vitę, venditis & dispersis omnibus propter Christum.

Sap. 7.

Mat. 13.

De efficacia prædicandi & gratia sanitatum. *Cap.* 12.

Fidelis reuerà famulus & minister Christi Franciscus, vt cuncta fideliter & perfectè peragerct, illis potissimè virtutum exercitiis intendebat, quæ sacro dictante spiritu, Deo suo magis placere cognouerat. Qua de rc contigit illum in magnam dubitationis cuiusdam agoniam incidere, quam multis diebus ab oratione rediens, terminandam fratribus sibi familiaribus proponebat. Quid, inquit, fratres, cōsulitis, quid laudatis? an quòd orationi vacem, an quòd prædicando discurram? Siquidem ego paruulus, simplex, & imperitus sermone, maiorem orandi accepi gratiam, quàm loquendi. Videtur etiam in oratione lucrum, & cumulatio gratiarum: in prædicatione distributio quædam donorum cælitùs acceptorum. In oratione etiam purificatio interiorum affectuum, & vnitio ad vnum verum & summum bonum cum vigoratione virtutis: in prædicatione spiritualium puluerizatio pedum, distractio circa multa, & relaxatio disciplinæ. Tandèm in oratione Deū alloquimur, & audimus, & quasi Angelicam uitam agentes, inter Angelos conuersamur: in prædicatione multa oportet condescensione uti ad homines, & humanè inter eos viuendo, humana cogitare, videre, dicere, & audire. Sed vnum est in contrarium, quod videtur pręponderare his omnibus ante Deū, quòd videlicet vnigenitus Dei filius, qui est sapiētia summa, propter animarum salutem de sinu patris descendit, vt suo mundum informans exemplo, verbum salutis hominibus loqueretur, quos sacri sanguinis & precio redimeret, & emundaret lauacro, & poculo sustentaret, nihil sibi omninò reseruans, quod non in salutem nostram liberaliter erogaret. Et quia debemus omnia facere secundum exemplar eorum, quæ uidemus in ipso, tanquàm in monte sublimi, videtur magis Deo placitum, quòd intermissa quiete foràs egrediar ad laborem. Cumque per multos dies verba huiusmodi ruminaret cum fratribus, certitudinaliter nequibat percipere, quid horum sibi foret, ut Christo verè acceptius, eligendum. Cùm enim miranda nosset per spiritum prophetiæ, hanc per seipsum quæstionem dissoluere non valebat ad liquidum, Deo meliùs prouidente, vt prædicationis meritum per supernum manifestaretur oraculum, & serui Christi humilitas seruaretur. Non erubescebat à minoribus parua quærere verus Minor, qui magna didicerat à magistro supremo. Studio namque præcipuo solitus erat exquirere, quali via qualique modo Deo posset secundùm ipsius beneplacitum perfectiùs deseruire. Hęc summa ei[9] philosophia, hoc summum eius desiderium extitit, quoad vixit, vt quæreret à sapientibus & simplicibus, perfectis & imperfectis, paruulis & grandæuis, qualiter ad perfectionis culmen virtuosiùs peruenire valeret.

Consulit fratres, utrùm precibus, an concionib[9] uacare debeat.

Humilitas eius in exquirēdo à minoribus consilio.

Sūma ei[9] philosophia.

Assumens itaque duos ex fratribus, misit ad fratrem Syluestrum, qui Crucem egredientem viderat de ore ipsius, & tunc in monte supra Asisium iugiter orationi vacabat, vt diuinum super dubitatione huiusmodi responsum perquireret, quod sibi ea parte Domini demandaret. Hoc ipsum demandauit sacræ virgini Claræ, ut per aliquam puriorem & simpliciorem de virginibus, sub ipsius disciplina degentibus, & ipsa cum sororibus aliis orans, super hoc exquireret Domini voluntatem. Concordauerunt autem mirabiliter in idipsum, superno eis reuelante spiritu venerabilis sacerdos & virgo Deo dicata, beneplaciti scilicet esse diuini, quòd Christi præco ad prędicandum exiret. Reuertentibus itaque fratrib[9], & Dei, iuxta quod acceperant, indicantibus uoluntatem, exurgens continuò succinxit se, nullaq; prorsùs contracta mora, iter aggressus est. Ibat autem cū tanto feruore, vt diuinum exequeretur imperium, tamque celeriter percurrebat, acsi facta manu Dei super eum, nouam induisset è cęlo virtutem.

Diuinitùs discit, concionari sè potius debere.

Cùm igitur appropinquaret Beuanio, ad quēdam locum deuenit, in quo diuersi generis auium maxima multitudo conuenerat. Quas cùm sanctus Dei vidisset, alacriter currit ad locum, & eas uelut rationis participes salutauit. Omnibus verò expectantibus, & conuertentibus se ad eum, ità ut quæ in arbustis erant, inclinatis capitibus, cùm appropinquaret ad eas, insolito modo in ipsum intenderent, usque ad eas accessit, & omnes, vt verbum Domini audirent, solicitè admonuit, dicēs: Fratres mei uolucres, multùm debetis laudare creatorem vestrum, qui plumis vos induit, & pennas tribuit ad volandum, puritatem concessit aeris, & sine vestra solicitudine vos gubernat. Cùm autem eis hæc & his similia loqueretur, auiculæ modo mirabili gestientes, cœperunt extendere colla, protēdere alas, aperire rostra, & in illum attentè respicere. Ipse verò cum spiritus feruore mirando per medium ipsarum transiens, tunica contingebat easdem, nec tamen de loco aliqua mota est, donèc signo Crucis facto, & licentia data, cum benedictione viri Dei, omnes simul auolarunt. Hęc omnia contuebantur socii, expectantes in via. Ad quos reuersus uir simplex & purus, pro eo quòd non hactenùs auibus prædicauerat, cœpit se de negligentia inculpare. Exindè prędicando per loca vicina procedens, venit ad castrum quoddam, nomine Aluianum, vbi congregato populo, & indicto silentio, propter hirundines nidificantes in eodem loco, magnisque garritibus perstrepentes, audiri via poterat. Quas vir Dei omnibus audientibus alloquutus est, dicens: Sorores meæ hirundines, iam tempus est vt loquar & ego, quia vos vsque modò satis dixistis. Audite verbum Dei tenentes silentium, donèc sermo Dei compleatur. At illæ tanquàm intellectus capaces, subitò tacuerunt, nec fuerunt motæ de loco, donèc fuit omnis prædicatio consummata. Omnes igitur qui viderunt, stupore repleti glorificauerunt Deum. Istius miraculi fama circunquaquè diffusa, multos ad sancti reuerentiam, & fidei deuotionem accendit.

Eccè aues audiūt sāctum virum.

Stupore istius miraculi repleti, multi ad fidei deuotionē accenduntur.

In ciuitate nāq; Parisiēsi scholaris quidā indolis bonæ, cum sociis aliis studio diligēter intentus, dum

importuna garrulitate cuiusdam infestaretur hirundinis, dicere cępit ad socios: Hæc hirundo vna de illis est, quæ virum Dei Franciscum prædicantem aliquandò, donèc silentium eis imponeret, molestabant. Et conuersus ad hirundinem, fiducialiter ait: In nomine serui dei Francisci præcipio tibi, vt ad me veniens continuò conticescas. At illa Francisci audito nomine, quasì viri Dei disciplinis edocta, & statim conticuit, & ipsius manibus tanquàm tutæ custodiæ se commisit. Stupefactus scholaris, statim eam libertati restituit, & eius garritū ampliùs nō audiuit.

Nota rē admiratione dignam.

Alio quoquè tempore cùm famulus Dei Caietæ prædcaret in litore maris, turbis præ deuotione ruētibus, vt eum contingerent, horrens Christi seruus tantum populorum applausum, in vnam hærentem litori nauiculam prosiliuit solus. Illa verò tanquàm si rationis particeps, motore moueretur intrinseco, sine aliquo remige, cernentibus & mirantibus cūctis, se longiùs à terra protraxit. Cùm autem aliquanto spatio in maris altitudinē secessisset, stetit inter fluctus immobilis, quandiù vir sanctus turbis expectātibus in litore prędicauit. Cumque audito sermone, & viso miraculo, ac benedictione accepta multitudo recederet, nè ipsum ampliùs molestaret, nauicula proprio ductu ad terram reuersa est. Quis igitur tam obstinatæ mentis esset & impiæ, vt prædicationem Francisci contemneret, cuius mirāda fiebat virtute, vt non solùm carentia ratione, disciplinam susciperent, verumetiam inanimata corpora tanquàm animata, prędicanti seruirent?

Itèm aliam.

Aderat equidem seruo suo Francisco ad quæcunque pergeret, is qui eum vnxerat & miserat, spiritus Domini, & ipse Dei virtus & sapientia Christus, vt sanæ doctrinę verbis afflueret, & magnæ potentiæ miraculis coruscaret. Erat enim verbum eius, velut ignis ardens, penetrans intima cordis, omniumque mentes admiratione replebat, cùm non humanæ inuentionis ornatum prætenderet, sed diuinæ reuelationis afflatum redoleret. Nam cùm semèl prædicaturus coram Papa & Cardinalibus, ad suggestionē Domini Hostiensis, sermonem quēdam studiosè cōpositum commendasset memoriæ, stetissetque in medio, vt ædificationis verba proponeret, sic obliuioni tradidit omnia, vt effari aliquid omninò nesciret. Verùm cùm hoc veridica humilitate narrasset, conferens se ad spiritus sancti gratiam inuocandam, tam efficacibus subitò cœpit verbis affluere, iamque potenti virtute illorum mentes virorum sublimium ad compunctionem inflectere, vt apertè claceret, quod non ipse, sed spiritus Domini, loquebatur. Et quoniam primò sibi suaserat opere, quod aliis suadebat sermone, reprehensorem non timens, veritatem fidentissimè prędicabat. Nesciebat aliquorum culpas palpare, sed pungere, nec vitam fouere peccantium, sed aspera increpatione ferire. Eadem mentis constantia magnis loquebatur & prauis, eademque spiritus iucunditate paucis loquebatur & multis. Omnis ætas, omnisque sexus properabat, virum nouum, mundo cælitùs datum, & cernere, & audire. Ipse verò per diuersas regiones progrediens, euangelizabat ardenter, Domino cooperante, & sermonem cōfirmante sequentibus signis. In virtute nanque nominis eius, veritatis præco Franciscus eiiciebat dæmonia, sanabat infirmos, & quod maius est, sui sermonis efficacia obstinatorum mentes ad pęnitentiam molliebat, simulque sanitatem corporibus reddebat, & cordibus, sicut aliqua comprobant operum eius, exempli gratia inferiùs adnotanda.

Sermo eius valdè igneus.

Cōcionatur ad Pontificem & Cardinales.

Marc. 16. Multa edit miracula.

In ciuitate Tuscanella à milite quodam hospitio deuotè susceptus, filium eius vnicum, à natiuitate contractum, ad multam ipsius instantiam, manu alleuans, sic subitò incolumem reddidit, vt videntibus cunctis, protinùs consolidarentur omnia corporis membra, & puer sanus & fortis effectus, confestim exurgeret, ambulans, & exiliens, & laudans Deum.

Sanat contractum.

In ciuitate Narniensi cùm paralyticum quēdam membrorum omnium destitutum officio, signo Crucis à capite vsque ad pedes ad instantiam signasset Episcopi, perfectæ restituit sanitati.

Item paralyticū.

In Episcopatu Reatino puer quidam sic turgidus à quatuor annis, ut nullo modo propria crura cernere posset, à matre cum lachrymis præsentatus eidem, statim vt vir sanctus retigit eum manibus sacris, incolumis est effectus.

Item tumidum.

Apud ciuitatem Ottensem puer vnus itá conglomeratus, ut caput pedibus portaret applicitum, & haberet ossa nonnulla confracta, signo Crucis ad parentum lachrymabiles preces ab eodem suscepto, subitò extensus extitit, & ilicò liberatus.

Signo Crucis multos sanat.

Mulier quædam ciuitatis Eugubii, ambas contractas & aridas habens manus, adeò ut nihil per illas operari valeret, signo Crucis ab eodem in nomine Domini sibi facto, tam perfectam obtinuit sospitatē, quòd statim rediens domum, cibos in ministeriū eius & pauperum, quasì altera socrus Simonis, propriis manibus præpararet.

Mat. 8.

Puellę cuidam in castro Meuanii oculorum priuatæ luminibus, cùm in Trinitatis nomine sputo suo ter ipsius oculos liniuisset, lumē concupitū restituit.

Cæca videt.

Mulier quædam ciuitatis Narnii, oculorum cæcitate percussa, signum Crucis ab eodem suscipiens, lucem recuperauit optatam.

Itē alia.

Bononię puer quidam unum oculorum macula adeò habens obiectum, ut nihil prorsùs videre posset, nec aliquo iuuari remedio, post signum Crucis, à capite vsque ad pedes per seruum Domini sibi factum, visum recuperauit tam limpidum, ut postmodùm fratrum Minorum ordinem ingressus, se longè clariùs videre assereret de oculo priùs infirmo, quàm de oculo semper sano.

Itē puer alius quidam.

In Castro sācti Geminiani, seruus Dei à quodā deuoto viro susceptus hospitio, cuius vxor à dæmonio vexabatur, post orationem factam, in virtute obediētiæ imperauit dæmoni vt exiret, eumque potestate diuina tam subitò effugauit, vt verè claresceret, quòd obedientiæ sanctę virtuti peruicacia dęmonum non obsistat.

Oratione dæmonē pellit à fœmina.

In ciuitate de castello, quidam furibundus & nequam spiritus quandam obsidens mulierem, a viro sancto obedientiæ accepto mandato, indignabūdus discessit, mente simul & corpore liberam, obsessam priùs fęminam, derelinquens.

Item ab alia.

Frater quidam infirmitate iam horribili grauabatur, vt magis esse vexatio dæmonis, quàm naturalis infirmitas, à pluribus firmaretur. Nam totus sæpè allidebatur, & volutabatur spumans, mēbris corporis nunc contractis, nunc extensis, nūc plicatis, nunc tortis, nunc rigidis effectis & duris. Quandoquè totus extensus & rigidus, pedibus æquatis capiti, leuabatur in altum, horribiliter ilicò relapsurus. Hūc sic miserabiliter & irremediabiliter ægrotātem, plenus misericordia Christi seruus commiserans, buccellam sibi panis, de quo edebat, transmisit. Tantam verò gustatus panis cōtulit ægro virtutem, ut deincèps huius infirmitatis molestiam non sentiret.

Buccella panis curat morbū teterrimum.

In comitatu Aretii cùm diebus pluribus mulier quædam laborasset in partu, essetque iam proxima morti, nullum omninò desperanti de vita superat remedium, nisi Dei. Cum autem equo ve-

ctus

ctus propter corporis infirmitatem Christi famulus per partes illas transitum habuisset, contigit reduci animal per villam, in qua mulier torquebatur. Homines verò loci viso equo, cui vir sanctus insederat, extraxerunt frenum, vt superponerent mulieri. Ad cuius euntactum mirificum, omni remoto periculo, mulier illicò peperit cum salute.

Nota rē miram.

Vir quidam de castro plebis, religiosus ac timens Deum, chordam apud se, qua cinctus fuerat sanctus pater, habebat. Cumque multitudo virorum ac mulierum in castro illo variis infirmitatibus laboraret, ibat per infirmantium domos, & intincta chorda in aqua, dabat bibere patientibus: Sicque per huoc modum plurimi sanabantur. Sed & de panibus à viro Dei contactis gustantes ægroti, diuina operante virtute, consequebantur celeriter remedia sanitatum. Cùm his & aliis multis miraculorum prodigiis præco Christi prædicans coruscaret, attendebatur his, quæ dicebantur ab eo, ac si Angelus Domini loqueretur. Excellens nanque in ipso prærogatiua virtutū, prophetiæ spiritus, efficacia miraculorum, oraculū de prædicando cælitus datum, obedientia creaturarum ratione carentium, vehemens immutatio cordium ad verborum ipsius auditum, eruditio eius à spiritu sancto præter humanam doctrinam, prædicandi authoritas à summo Pontifice non sine reuelatione concessa: insupèr & regula, in qua forma prædicādi exprimitur, ab eodem Christi Vicario confirmata: summi quoquè Regis signacula per modum sigilli corporis eius impressa, tanquàm testimonia decē, toti sæculo indubitanter affirmant, Christi præconē Franciscū, & venerandū officio, & doctrina authenticum, & admirabilē sanctitate, ac per hoc, tāquàm verò Dei nuncium, Christi Euangelium prædicasse.

Ecce admirabilē Deum in sanctis suis

De Stigmatibus sacris. Cap. 13.

MOS erat Angelico viro Francisco, nunquàm otiari à bono: quin potiùs instar supernorum spirituum in scala Iacob, aut ascendebat in Deum, aut descendebat ad proximos. Nam tempus sibi concessum ad meritum, diuidere sic prudenter didicerat, vt aliud proximorum lucris laboriosis impenderet, aliud contemplationis tranquillis excessibus dicaret. Vndè cùm secundùm exigentiam locorum & temporum, alienæ condescendisset procurandę saluti, inquietationibus derelictis turbarum, solitudinis secreta petebat, locumque quietis: quò liberiùs Deo vacans, extergeret, si quid pulueris sibi in conuersatione hominum adhęsisset. Biennio itaque, antequàm spiritum redderet cælo, diuina prouidentia duce, post labores multimodos perductus est in locum excelsum seorsùm, qui dicitur mons Aluernæ. Cùm igitur iuxta solitum morem, Quadragesimam ibidem ad honorem sancti Archangeli Michaelis ieiunare cœpisset, superioæ contemplationis dulcedine abundantiùs solito superfusus, ac cælestium desideriorum ardentiori flamma succensus, supernarum cœpit immissionum cumulatiùs dona sentire. Ferebatur quidem in altum, non vt curiosus maiestatis perscrutator opprimendus à gloria, sed tanquàm seruus fidelis & prudens, inuestigans beneplacitum Dei, cui se conformare omnimodè summo perop tabat ardore.

Gen 28.
Distributio tēporis sui.
Quadragesimam ad honorē S. Michaelis ieiunat.
Pro. 25.

Immissum est igitur mēti eius per diuinum oraculum, quòd in apertione libri Euangelici reuelaretur à Christo, quod Deo in ipso, & de ipso maximè foret acceptum. Oratione itaque cum multa deuotione præmissa, sacrum Euangeliorum librum de altari sumptum, in sanctæ Trinitatis nomine aperiri fecit per socium, virum vtiquè Deo deuotum & sanctum. Sanè cùm in trina libri apertione semper Domini passio occurreret, intellexit vir Deo plenus, quòd sicut Christum fuerat imitatus in actibus vitæ, sic conformis ei esse deberet in afflictionibus & doloribus passionis, antequàm ex hoc mundo transiret. Et licèt propter multam austeritatē vitæ præteritę, Crucisque Dominicæ baiulationem continuam, imbecillis iam esset corpore, nequaquàm est territus, sed ad martyrii sustinentiam vigorosiùs animatus. Excreuerat quidem in eo insuperabile amoris incendium boni Iesu in lampades ignis atque flammarum, ut aquæ multæ charitatem eius tam validam extinguere non valerent.

Charitas est ī Deū.
Cant. 8.

Cùm igitur Seraphicis desideriorum ardoribus sursùm ageretur in Deum, & compassiua dulcedine in eum transformaretur, qui ex charitate nimia voluit Crucifigi, quodam manè circa festum Exaltationis sanctæ Crucis, dum oraret in latere montis, vidit Seraph unum sex alas habentem tam igneas, quàm splendidas, de cælorum sublimitate descendere. Cūque uolatu celerrimo peruenisset ad aeris locum, viro Dei propinquum, apparuit inter alas effigies hominis Crucifixi, in modum Crucis manus & pedes extensos habentis, & Cruci affixos. Duæ alæ super caput ipsius eleuabantur, duę ad volandum extendebantur, duæ veró totum velabant corpus. Hoc videns vehementer obstupuit, mixtumque mœrore gaudiū cor eius incurrit. Lætabatur quidem in gratioso adspectu, quo à Christo sub specie Seraph cernebat se conspici: sed Crucis affixio, compassiui doloris gladio ipsius animam pertransibat. Admirabatur quàm plurimùm in tam inscrutabilis visionis adspectu, sciens quòd passionis infirmitas cum immortalitate spiritus Seraphici nullatenùs conueniret. Intellexit tandèm ex hoc, Domino reuelante, quòd ideò huiusmodi visio sic diuina prouidentia suis fuerat pręsentata conspectibus, ut amicus Christi pręnosceret, se non per martyrium carnis, sed per incendium mentis, totum in Christi Crucifixi similitudinem transformandum.

Apparet illi Christus Crucifixus.

Disparens igitur visio, mirabilem in corde ipsius reliquit ardorem: sed & in carne non minùs mirabilem signorum impressit effigiem. Statim nanque in manibus eius & pedibus apparere cœperunt signa clauorum, quemadmodùm paulòantè in effigie illa viri Crucifixi conspexerat. Manus enim & pedes in ipso medio clauis confixæ videbantur, clauorum capitibus in interiori parte manuum, & superiori pedum apparentibus, & eorum acuminibus existentibus ex aduerso. Erantque clauorum capita in manibus & pedibus rotunda & nigra, ipsa verò acumina oblonga, retorta & quasi repercussa, quæ de ipsa carne surgentia, carnem reliquam excedebāt. Dextrum quoque latus quasi lancea transfixum, rubra cicatrice obductum erat, quod sæpè sanguinem sacrum effundens, tunicam & femoralia respergebat.

Imprimuntur ei V. vulnera.

Cernens autem Christi seruus q̄ stigmata carni tā luculenter impressa, socios familiares latère nō possent, timens nihilominùs publicare Domini sacramētum, in magno positus fuit dubitationis agone, utrùm videlicet quod viderat, diceret, vel taceret. Vocauit proindè aliquos ex fratribus, & generalibus verbis loquens, dubium coram eis proposuit & consilium requisiuit. Quidam verò ex fratribus, gratia Illuminatus & nomine, intelligens quòd aliqua miranda vidisset, pro eo quòd videbatur admodùm stupefactus, dixit ad virum sanctū: Frater, nō solùm propter te, sed etiam propter alios, scias tibi ostendi aliquandò sacramenta diuina. Timendum

Nō audet p̄ humilitate alicui aperire visionem.

propterea iure videtur, ne si, quod pluribus profuturum accepisti, celaueris, pro talento abscondito reprehensibilis iudiceris. Ad cuius verbum motus vir sanctus, licet alias dicere solitus esset: Secretum meum mihi: tunc tamen cum multo timore seriem retulit visionis præfatæ, addens quod is, qui sibi apparuerat, aliqua dixerit, quæ nunquam dum viueret, alicui hominum aperiret. Credendum sane iam arcana illa fuisse sacri illius Seraph, in Cruce mirabiliter apparentis, eloquia, quod forte non liceret hominibus ea loqui. Postquam igitur verus Christi amor in eandem imaginem transformauit amantem, quadraginta dierum numero, iuxta quod decreuerat, in solitudine consummato, superueniente quoque solennitate Archangeli Michaelis, descendit Angelicus vir Franciscus de monte, secum ferens Crucifixi effigiem, non in tabulis lapideis vel ligneis manu figuratam artificis, sed in carneis membris descriptam digito Dei viui. Et quoniam sacramentum Regis abscondere bonum est, ideo secreti regalis vir conscius, signacula illa sacra pro viribus occultabat. Verum quia Dei est, ad gloriam suam magna reuelare, quæ facit: Dominus ipse, qui signacula illa secrete impresserat, miracula quædam aperte per ipsa monstrauit, vt illorum occulta & mira vis stigmatum, manifesta pateret claritate signorum.

Esa. 24.
Cũ multo timore ĩdicat visionem, sed non totã.
Tob. 2.

In prouincia nanque Reatina pestis inualuerat valde grauis, quæ oues & boues omnes sic consumebat crudeliter, quod nullum poterat remedium adhiberi. Vir autem quidam timens Deum, nocte fuit per visionem commonitus, ut ad eremitorium fratrum festinanter accederet, & loturam manuum ac pedum famuli Dei Francisci, qui tunc temporis morabatur ibidem, acceptam, super animalia cuncta respergeret. Mane itaque surgens, venit ad locum: loturaque huiusmodi per socios sancti viri latenter obtenta, oues & boues languentes ex ea respersit. Mirabile dictu. Statim vt adspersio animalia languida & in terra iacentia, quantumcunque paululum attingebat, pristino recuperato vigore, surgebant continuo, & tanquam nihil mali sensissent, ad pascua festinabant. Sicque factum est, vt per virtutem mirandam aquæ illius, quæ sacras plagas contigerat, omnis prorsus plaga cessaret, pestilensque morbus a gregibus fugaretur.

Immanissima lues.
Mira vis aquæ, qua manus et pedes suos abluerat.

Circa præfatum montem Aluernæ, antequam vir sanctus ibi contraheret moram, nube ex ipso monte surgente, grandinis violenta tempestas fructus terræ consuetudinarie deuastabat. Sed post illam apparitionem felicem, non sine incolarum admiratione, grando cessauit, vt cœlestis illius visionis excellentiam, & stigmatum ibidem impressorum virtutem, serenati præter morem ipsa cœli facies declararet. Contigit quoque eum tempore hyemali propter debilitatem corporis & asperitatem viarum, hominis unius pauperis subuectum asello, sub rupis cuiusdam prominentis pernoctare crepidine, vt niuis & noctis superuenientium quoquomodo declinaret incommoda, quibus præpeditus, ad hospitii locum non valuerat peruenire. Cum autem vir sanctus hominem illum querulosis submurmurantem gemitibus hincinde seipsum iactare sensisset, tanquam qui tenui operimento contectus, quiescere præ frigoris acerbitate nequibat, diuini amoris feruore succensus, manu illum protensa palpauit. Mirabile certe. Repente ad illius sacræ manus contactum, quæ Seraphici calculi gerebat incendium, omni fugato frigore, tantus in virum intus & extra calor aduenit, acsi quædam in eum vis flammea ex fornacis spiraculo processisset. Nam ilico & mente & corpore confortatus, suauius inter saxa & niues vsque mane dormiuit, quam vnquam in proprio lecto pausauerat, sicut ipse postmodum asserebat. Certis itaque constat indiciis, sacra illa signacula illius impressa fuisse virtute, qui operatione Seraphica purgat, illuminat, & inflammat, cum ipsa forinsecus expurgando a peste, salutem, serenitatem, & calorem corporibus efficacia mira conferrent, sicut & post mortem euidentioribus est demonstratum prodigiis, suo loco posterius adnotandis.

Insigne miraculũ
Contactu manꝰ sua pellit frigus ab homine.

Ipse vero, licet thesaurum inuentum in agro, multa diligentia studeret abscondere, latere tamen non potuit, quin aliqui stigmata manuum viderent & pedum, quanquam manus quasi semper portare contectas & pedibus extunc incideret calceatus. Viderunt enim dum viueret, fratres plurimi, qui licet essent, propter sanctitatem præcipuam, viri per omnia fide digni, tamen ad omne dubium amouendum, sic esse, ac se vidisse, tactis sacrosanctis, iuramento firmarunt. Viderunt etiam ex familiaritate, quam cum viro sancto habebant, aliqui Cardinales, laudes sacrorum stigmatum prosis, & hymnis, & antiphonis, quas ad ipsius ediderunt honorem, veraciter inserentes, qui tam verbo, quam scripto perhibuerunt testimonium veritati. Summus etiam Pontifex dominus Alexander cum populo prædicaret, coram multis fratribus & meipso affirmauit, se, dum sanctus viueret, stigmata illa sacra suis oculis conspexisse. Viderunt in morte plusquam quinquaginta fratres, virgoque Deo deuotissima Clara cum cæteris sororibus suis, & seculares innumeri, ex quibus, quemadmodum suo loco dicetur, quamplurimi & osculati sunt ex deuotionis affectu, & contrectauerunt manibus ad testimonii firmitatem. Vulnus autem lateris tam solicite occultauit, ut illud nemo posset nisi furtim contueri, dum viueret. Vnus etenim frater, qui ei sedulo ministrare solitus erat, cum pia eum cautela, ut ad excutiendum extraheret tunicam, induxisset, attente respiciens vidit plagam, cui etiam tres veloci contactu digitos applicans, tam visu, quam tactu, vulneris quantitatem agnouit. Cum simili cautela vidit etiam frater ille, qui tunc temporis erat Vicarius eius. Frater vero socius mirandæ simplicitatis, dum infirmitatis causa languentes scapulas contrectaret, manu per caputium missa, & casualiter vulneri sacro illapsa, magnum ei dolorem inflixit. Proinde portabat extunc femoralia ita facta, vt vsque ad axillas pertingerent, ad vulnus lateris contegendum. Fratres quoque, qui illa lauabant, vel tunicam excutiebant pro tempore, quia inueniebant eam sanguine rubricatam, indubitanter per euidens signum in cognitionem sacri vulneris peruenerunt: quod postmodum in morte, reuelata facie, & ipsi cum aliis plurimis contemplati simul & venerati sunt.

Mat. 13.
Valde celat ĩpressa vulnera, at tamen uidentur a multis.
Vulnus lateris nemo potuit uidere.
In morte uidetur a multis.

Eia nunc strenuissime miles Christi, ipsius fer arma inuictissimi ducis, quibus munitus & insignitus, omnes aduersarios superabis. Fer vexillum Regis altissimi, ad cuius intuitum, omnes pugnatores diuini exercitus animentur. Fer nihilominus sigillum summi Pontificis Christi, quo verba & facta tua, tanquam irreprehensibilia & authentica, merito ab omnibus accipientur. Iam enim propter stigmata Domini Iesu, quæ in corpore tuo portas, nemo debet tibi esse molestus: quin potius quilibet Christi seruus omnis esse tenetur affectione deuotus. Iam per hæc signa certissima, non duobus aut tribus testibus ad sufficientiam, sed quamplurimis ad superabundantiam comprobata, testimonia Dei in te & per te credibilia facta nimis, omne tollunt infidelibus uelamen excusationis, dum credentes in fide stabiliunt, spei fiduciam sursum agunt, & ignem charitatis accendunt. Iam vere impleta est prima visio, quam vidisti, videlicet

Supra cap.

quod

quòd dua in militia Christi futurus, armis deberes cælestibus, signoque Crucis insignibus, decorari. Iam in *Ibidem.* principio tuę conuersionis Crucifixi visio compassini doloris gladio mētaliter te trāsfigens: sed & auditus vocis de Cruce, tanquàm de throno Christi sublimi, & secreto propitiatorio procedentis, iuxta qđ *Cap. 3.* tuo sacro firmasti eloquio, vera indubitanter fuisse *Cap. 4.* creduntur. Iam in tuæ conuersionis progressu & crucem, quam vidit frater Syluester ea ore tuo mirabiliter procedentem, & gladios in Crucis modum tua viscera transfigentes, quos sacer vidit Pacificus, teq; *Ibidem.* secundùm Crucis figuram in aere subleuatum, cùm de Crucis titulo sanctus prædicabat Antonius, iuxta *Cap. 13.* quod prospexit Angelicus vir Monaldus, non phantastica visione, sed reuelatione fuisse cælica conspecta, verè creditur & firmatur. Iam denique circa finem, quòd simul tibi ostenditur & sublimis similitudo Seraph, & humilis effigies Crucifixi, interiùs te incendens, & esteriùs te consignans, tanquàm alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, qui signum in te habeas Dei viui, & prædictis dat firmitatem fidei, & ab eis accipit testimonium veritatis. Ec- *Septē apparitiones S. Crucis ipsi ostēsa.* cè iam septem apparitionibus Crucis Christi, in te secundùm ordinem temporum mirabiliter exhibitis & monstratis, quasi sex gradibus ad istam septimam, in qua finaliter requiescis, peruenisti. Christi nanque Crux in tuæ conuersionis primordio tā proposita, quàm assumpta, & dehinc in conuersationis progressu per vitam probatissimam baiulata in teipso continuè, & in esemplum aliis demonstrata, tanta certitudinis claritate ostendit, Euangelicæ perfectionis apicem te finaliter conclusisse: vt demōstrationem hanc Christianæ sapientiæ, in tuæ carnis puluere exaratam, nullus verè deuotus abiiciat, nullus verè fidelis impugnet, nullus verè humilis paruipendat, cùm sit verè diuinitùs espressa, & omni acceptione condigna.

De patientia ipsius, & transitu mortis. Cap. 14.

CHRISTO iam igitur Cruci confixus Franciscus tam carne, quàm spiritu, non solùm Seraphico amore ardebat in Deum, verumetiam sitiebat cum Christo crucifiso multitudinem saluandorum. *Claui diminutus ei impressi, ī pedib⁹ excrescunt.* Faciebat proindè, quoniam propter eacrescentes in pedibus clauos, ambulare non poterat, corpus emortuum per ciuitates & castra circumuehi, vt ad Crucē Christi ferendam cæteros animaret. Fratribus quoq; dicebat, Incipiamus fratres seruire Domino Deo nostro, quia vsque nunc parùm profecimus. Flagrabat etiam desiderio magno ad humilitatis redire primordia, vel leprosis sicut à principio ministraret, corpusque tam præ labore collapsum, reuocaret ad pristinam seruitutem. Proponebat, Christo duce, se facturum ingentia, & fatiscentibus membris, spiritu fortis & feruidus, nouo sperabat certamine de hoste triumphum. Neque.n. languor vel desidia locum habet, vbi amoris stimulus semper ad maiora perurget. *Magna ī eo carnis & spirit⁹ cōcordia.* Tanta autem in eo carnis ad spiritum erat concordia, tanta obedientiæ promptitudo, q̄ cùm ille ad omnem niteretur sanctitatē pertingere, ipsa non solùm non repugnaret, sed percurrere niteretur.

Vt autem viro Dei cumulus meritorum accresceret, quæ omnia verè in patientia consummantur, cępit infirmitatibus multimodis laborare tam grauiter, vt via in eo membrum aliquod remaneret absq; ingenti passionis dolore. Ad hoc tandèm per varias *Vix cutis ei reliquit à morbis.* & diuturnas ac continuas ægritudines deductus est, vt consumptis iā carnibus, quasi sola cutis ossib⁹ cohæreret. Cūq; durjs corporis angeretur doloribus, illas suas angustias non pœnarum censebat nomine, sed sororum. Cùm autem semèl grauiùs solito dolorum vrgeretur aculeis, quidam frater simplex dixit ad eum: Frater, ora Dominum, ut mitiùs tecum agat: manum enim suam plùs debito super te grauare videtur. Quo audito, vir sanctus cū eiulatu exclamās, *O mirum admirabilem.* ait: Nisi noscerem in te simplicem puritatem, tuum ea nūc abhorrerem consortium, qui ausus fueris circa me diuina iudicia reprehensibilia iudicare. Et licet totus esset attritus grauis prolisitate languoris, proiiciens se in terram, ossa debilia duro casu collisit: & deosculans humum, Gratias, inquit, tibi ago Domine Deus, de omnibus his doloribus meis, teq; mi Domine rogo, vt centuplum, si tibi placuerit, addas: quia hoc erit mihi acceptissimum, ut affligēs me dolore, non parcas, cùm tuæ sanctæ voluntatis adimpletio, sit mihi cōsolatio superplena. Videbatur propterea fratribus, quòd quasi alterum Iob viderent: cui cùm languor cresceret carnis, crescebat simul & *Prædicit fratribus suū obitū.* vigor mentis. Ipse autem obitum suum longè antè præsciuit: dieq; transitus imminente, dixit fratribus, sui corporis tabernaculum deponendū in proximo, quemadmodùm sibi fuerat reuelatum à Christo.

Cùm itaque per biennium ab impressione sacrorum stigmatum, anno videlicet à sua conuersione vicesimo, multis fuisset angustiantium infirmitatum probatiuis tunsionibus conquadratus, tanquàm lapis in supernæ Hierusalem ædificio collocandus, & tanquàm ductile opus sub multiplicis tribulationis malleo ad perfectionem adductus, ad sanctam Mariam de Portiuncula, se portari poposcit, quatenùs vbi acceperat spiritum gratiæ, ibi redderet spiritum *Miro modo testatū reddit, nihil sibi ē mūdo cōmercij.* vitę. Quò cùm fuisset perductus, vt veritatis exemplo monstraret, quòd nihil erat illi commune cum mundo, in illa infirmitate tam graui, quæ omnem lānguorem conclusit, super nudam humum se totū nudatum in spiritus feruore prostrauit, quatenùs hora illa extrema, in qua poterat adhuc hostis irasci, nudus luctaretur cum nudo. Decubans sic in terra, saccina veste deposita, faciem solito more leuauit in cælum: & intendens illi gloriæ totus, manu sinistra dextri lateris vulnus, nè uideretur, obtexit. Et ait ad fratres: Ego, quod meum est, feci: quod vestrū est, Christus edoceat. Illachrymantibus autem sociis sancti, qui miro fuerant compassionis telo percussi, unus ex eis, quem vir Dei Guardianum suum esse dicebat, votum ipsius diuina inspiratione cognoscens, festinus surrexit, & acceptam cum chordula & femoralibus tunicam, paupereulo Christi obtulit, dicēs: Hæc tibi tanquàm pauperi commodo, & tu illa suscipiat obedientiæ sanctę mandato. Gaudet ex hoc vir sanctus, & iubilat præ lætitia cordis, quoniam fidè tenuisse Dominæ paupertati usque in finem se uidit: palmasq; leuans ad cælum, Christum suum magnificat, pro eo quòd exornatus ab omnibus, liber vadit *Vide exi miā paupertatē.* ad ipsum. Fecerat enim hæc omnia paupertatis zelo, vt nec habitum quidem vellet habere, nisi ab alio commodatum. Voluit certè per omnia Christo *vult Christo per oīa esse similis.* Crucifixo esse conformis, qui pauper & dolens, & nudus in Cruce pependit. Propter quod & in principio conuersionis suæ nudus remansit coram Antistite, & in consummatione vitæ, nudus voluit de mūdo exire: fratribusq; sibi assistentibus, in obedientia charitatis iniūxit, vt cùm viderēt eū iam esse defunctū, per tā longum spatiū, nudum super humū iacere permitterēt, quo vnius milliarii tractū suauiter quis perficere posset. O verè Christianissimū virū, qui & viuens Christo viuenti, & moriens morienti, & mortuus mortuo perfecta esse studuit imitatione cōformis, & expressa promeruit similitudine decorari.

Nota, quod hic meritus Euangelij sco Rom. Ecclesiæ fidē cōmendat.

Hora deniq; sui transitus propinquante, fecit fratres omnes existentes in loco, ad se vocari, & eos cōsolatoriis verbis pro sua morte demulcens, paterno affectu ad diuinum est hortatus amorem. De patientia & paupertate, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ fide seruandis sermonem protraxit, cæteris institutis sanctū Euangelium anteponens. Circunsedētibus verò omnibus fratribus, extendit super eos manus in modū Crucis brachiis cancellatis, pro eo quòd hoc signū semper amabat, & omnibus fratribus tam præsentibus quam absentibus, in Crucifixi virtute ac nomine benedixit. Insupèr & adiecit: Valete filii omnes in timore Domini, & permanete in eo semper. Et quoniam futura tentatio & tribulatio appropinquat, felices qui perseuerabunt in his, quæ cęperunt. Ego verò ad Deum propero, cuius gratiæ vos omnes cōmendo. Suaui huiusmodi admonitione completa, iussit Deo vir charissimus Euangeliorum sibi codicem apportari, & Euangelium secundùm Iohannē, quod incipit ab eo loco, Ante diem festum Paschæ, sibi legi poposcit. Ipse verò, prout potuit, in huius psalmi vocem erupit: Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus sum: & ad finem vsque compleuit: Me, inquit, expectant iusti, donèc retribuas mihi. Tandèm cunctis in eum cōpletis mysteriis, anima illa sanctissima carne soluta, & in abyssum diuinę claritatis absorpta, beatus vir obdormiuit in Domino.

Iohan. 13.

Psal. 141.

Felicissimus sanctissimi viri obitus.

Visio cuiusdā fratris.

Vnus autem ex fratribus & discipulis eius, uidit animam illam beatam sub specie stellæ præfulgidæ à candida subuectam nubecula, super aquas multas in cælum recto tramite sursùm ferri, tanquàm sublimis sanctitatis candore prænitidam, & cælestis sapientiæ simul & gratiæ vbertate repletam, quibus vir sanctus promeruit locum introire lucis & pacis, vbi cum Christo sine fine quiescit. Minister quoquè fratrum in terra Laboris tunc erat Frater Augustinus, vir vtique sanctus & iustus, qui in hora vltima positus, cùm iam diù perdidisset loquelam, audientibus qui adstabant, subitò clamauit & dixit: Expecta me pater, expecta: eccè iam venio tecum. Quærentibus fratribus & admirantibus multùm, cui sic loqueretur, audacter respondit: Nonne videtis patrem nostrum Franciscum, qui vadit ad cælum? Et statìm sancta ipsius anima migrans à carne, patrem est secuta sanctissimum. Episcopus Assisinas ad oratorium sancti Michaelis in monte Gargano tunc temporis peregrinationis causa perrexerat, cui beatus Franciscus appàrens nocte transitus sui, dixit: Eccè relinquo mūdum, & vado ad cælum. Manè igitur surgens Episcopus, sociis narrauit, quę vidit, & Assisium rediēs, cùm solicitè perquisisset, certitudinaliter comperit, quòd ea hora, qua sibi per visionem innotuit, beatus pater ex hoc mundo migrauit. Alaudæ aues lucis amicæ, & crepusculorum tenebras horrescentes, hora transitus sancti viri, cùm iam esset noctis sequuturæ crepusculum, venerunt in multitudine magna super tectum domus, & diù cum insolita quadam iubilatione rotantes, gloriæ sancti, qui eas ad diuinas laudes inuitare solitus erat, tam iucundum, quàm euidens testimonium perhibebant.

Frater Augustinus eadē hora obiit.

Appàret Episcopo Assisii.

De Canonizatione & trāslatione ipsius. Cap. 15.

FRanciscus igitur seruus & amicus altissimi, Ordinis Minorum fratrum institutor & dux, paupertatis professor, patientiæ forma, veritatis præco, sanctitatis speculum, & totius Euangelicę perfectionis exēplar, superna præuentus gratia, ordinato progressu ab infimis peruenit ad summa. Hunc virū mirabilem, vtpotè paupertate prædiuitem, humilitate sublimem, mortificatione viuidū, simplicitate prudentē, omniq; morum honestate conspicuum, quem in vita Dn̄s mirabiliter effecerat clarum, in morte fecit incomparabiliter clariorem. Beato nanque viro migrante à sæculo, spiritus ille sacer domum æternitatis ingrediens, fontisq; vitæ haustu plenario gloriosus effectus, expressa quędam in corpore futuræ glorię signa reliquit, vt caro illa sanctissima, quæ crucifixa cum vitiis, in nouam iam creaturam transierat, & passionis Christi effigiem priuilegii singularitate preferret, & nouitate miraculi resurrectionis speciē pręmonstraret. Cernebantur quidem in membris illis felicibus claui ex eius carne virtute diuina mirificè fabrefacti, sicq; carni eidem innati, quòd dum à parte qualibet premerentur, protinùs quasi nerui continui & duri ad partem oppositam resultabāt. Inuenta quoquè fuit patentiùs, in ipsius corpore non inflicta humanitùs, neque facta plaga vulneris lateralis, instàr vulnerati lateris Saluatoris, quod redēptionis & regenerationis humanæ in ipso redēptore nostro protulit sacramentum. Erat autē similitudo clauorū nigra quasi ferrum, vulnus autem lateris rubeum, & ad orbicularitatē quandam carnis cōcisione reductum, rosa quędam pulcherrima videbatur. Caro verò ipsius reliqua, quæ priùs tam ex infirmitate, quàm ex natura ad nigredinem declinabat, candore nimio renitescens, illius secundæ stolæ pulchritudinem prætendebat. Membra ipsius adeò mollia & tractabilia se præbebant palpantibus, ut cōuersa viderētur in teneritudinem puerilis ætatis, & quibusdam cernerentur euidentibus signis innocentię decorata. Cùm igitur in candidissima carne claui os grescerent, plaga verò lateralis vt vernās roseus flos ruberet, mirandum non est, si tā formosa & miraculosa varietas, iucūditatem & admirationem cōtuentibus ingerebat. Lachrymabātur filii pro subtractione amabilis patris, sed & non modica perfundebantur lętitia, dum deosculabantur in eo signacula summi Regis. Miraculi nouitas planctum vertebat in iubilum, & intellectus rapiebat indaginē in stuporē. Erat quippè tam insolitum, tamq; insigne spectaculum, contuentibus omnibus & firmamētum fidei, & incitamentum amoris, audientibus uerò admirationis materia, & excitatio desiderii ad videndum. Audito siquidem transitu patris, & fama diffusa miraculi, accelerans populus confluebat ad locum, ut id cerneret oculis, quod à ratione dubium omne repelleret, & affectioni gaudium cumularet.

Corporis eius exanimis futuræ gloriæ speciem præ se fert.

Similitudo clauorū et vulneris lateralis qualis fuerit.

Admissi sunt igitur Assisinates ciues quamplurimi ad stigmata illa sacra contēplanda oculis, & labiis osculanda. Vnus autem ex eis miles, literatus quidē & prudens, Hieronymus nomine, vir vtiquè famosus & celeber, cùm de huiusmodi sacris signis dubitasset, essetq; incredulus quasi Thomas, feruētiùs & audaciùs corā fratribus & aliis ciuib' mouebat clauos, sanctiq; manus, pedes & latus manibus propriis contrectabat, vt dum vulnerū Christi veracia illa signa palpando cōtingeret, de sui & omniū cordibus omne dubietatis vulnus amputaret. Propter qđ & ipse inter alios huius veritatis tā certitudinaliter agnitę, testis constans postmodùm effectus est, & tactis sacrosanctis, iuramento firmauit. Fratres autem & filii, qui vocati fuerant ad transitum patris, cum omni multitudine populorum noctem illam, in qua almus Christi confessor decessit, sic diuinis laudibus dedicarunt, ut non defunctorum exequiæ, sed Angelorum excubię viderentur.

Plurimi osculātur diuinitùs corpori eius impressa vulnera.

Manè aūt facto, turbæ quę conuenerāt, acceptis arborum ramis, & cereorum multiplicatis luminibus,

Viri Seraphici exequiæ Angelicæ.

cum

cum hymnis & canticis sacrum corpus ad ciuitatem Asisij detulerunt. Transeuntes verò per ecclesiam sancti Damiani, in qua virgo illa nobilis Clara, núc gloriosa in cælis, tunc inclusa cum uirginibus morabatur, ibique aliquantulum subsistentes, sacrum corpus margaritis cælestibus insignitum, videndum & osculandum sacris illis virginibus obtulerút. Peruenientes denique ad ciuitatem cum iubilo, preciosum thesaurú quem portabant, in ecclesia sancti Gregorii cum omni reuerentia condiderunt. In eo siquidem loco puerulus literas didicit, ibiq; postmodém prædicauit, postremò ibidem locum primum quietis accepit. Transijt autem venerabilis pater ex huius múdi naufragio, anno Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo vigesimosexto, quarto Nonas Octobris, die sabbati in serò, sepultus in die Dñico.

Dies & annus obitus eius.

Cœpit autem vir beatus continuò, diuinę faciei suæ irradiante respectu, magnis & multis coruscare miraculis, vt sublimitas sanctitatis eius, quæ ipso viuente in carne, ad morum directionem per exépla perfectæ iustitiæ innotuerat mundo, illo iam regnáte cum Christo, ad omnem fidei firmitatem per miracula diuinæ potentiæ comprobaretur è cælo. Cúque in diuersis orbis partibus gloriosa eius miracula, largaq; per ipsum impetrata beneficia, plurimos ad Christi deuotionem accenderent, & ad ipsius sancti reuerentiam incitarent, acclamantibus iam linguis sermonum, q̃ operum, ad aures summi Pontificis domini Gregorii noni, quæ per seruum suú Franciscum Deus operabatur magnalia peruenerunt. Sanè cúm idem pastor Ecclesiæ non solúm ex miraculis auditis post mortem, verumetiam experimentis in vita ipsius oculis visis, & manibus cótrectatis, sanctitatem eius mirabilé plena fide certificatus agnosceret, ac per hoc in cælis glorificatú à Domino nullatenùs dubitaret, vt Christo, cuius erat Vicarius, cócorditer ageret, hunc in terris reddere celebré, tanquàm omni veneratione dignissimum, pia consideratione disposuit. Ad omnem quoquè certitudinem faciendam orbi terrarum de glorificatione viri sanctissimi, inuenta miracula & conscripta, & testibus idoneis approbata, examinari facit per illos, qui minùs inter Cardinales fauorabiles negocio videbantur. Quibus diligenter discussis, & ab omnibus approbatis, de fratrum suorum omnium prælatorum, qui tunc erant in curia, concordi consilio & assensu canonizandum decreuit, ueniésq; personaliter ad ciuitatem Asisii, anno Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo vigesimooctauo, decimoseptimo Calendas Augusti, die Dominico, cum maximis, quæ longum foret enarrare, solenniis, beatum patrem catalogo sanctorum adscripsit.

Multis statim ab obitu coruscat miraculis.

In numero sanctorum reponitur.

Anno verò Domini millesimo ducentesimo trigesimo, conuenientibus fratribus ad capitulum generale Assisi celebratum, ad basilicam in honore ipsius constructam corpus illud Domino dedicatum, octauo Calendas Iunij translatum est. Dú autem ille sacer transportaretur thesaurus, bulla Regis altissimi consignatus, miracula plurima ille, cuius effigiem p̃ferebat, operari dignatus est, ut per odoré ipsius salutiferum affectus traheretur fidelium ad currendum post Christum. Erat reuera condignum, ut quem De' in uita sibi placentem & dilectum effectum, in paradisum per contemplationis gratiam transtulerat ut Enoch, & ad cælum in curru igneo per charitatis zelum rapuerat ut Eliam: eius iam uernantis inter flores illos cælicos plantationis æternæ, ossa illa felicia de loco suo pullulatione mirifica redolerent. Porrò sicut uir iste beatus mirádis virtutú signis in uita claruerat, sic à die transitús sui usq; i p̃sens p diuersas múdi partes præclaris miraculorum prodigiis, diuina se potentia glorificante, coruscat. Ná cæcis & surdis, mutis & claudis, hydropicis, paralyticis, dęmoniacis & leprosis, naufragis & captiuis, ipsius meritis remedia conferuntur, omnibusque morbis, necessitatibus & periculis subuenitur. Sed & multis mortuis mirificè suscitatis, innotescit fidelibus mirificans sanctum suum magnificentia uirtutis altissimi, cui est honor & gloria per infinita secula seculorum, Amen.

Transfertur sanctissimú corpus eius.

Gen. 5.
4. Reg. 2.

Multi resuscitantur mortui.

Incipiunt quædam de miraculis ipsius post mortem ostensis: Et primò de virtute sacrorum stigmatum, Miraculum pulchrum.

AD omnipotentis Dei honorem, & gloriá beati patris Francisci, post glorificationem ipsius in cælis, aliqua ex approbatis conscripturus miracula, ab illo præcipuè censui sumendum fore initium, in quo Crucis Iesu uirtus ostenditur, & gloria innouatur. Nouus igitur homo Franciscus nouo & stupendo miraculo claruit, cúm singulari priuilegio, retroactis seculis non concesso, insignitus apparuit, sacris uidelicet stigmatibus decoratus, & configuratus in corpore mortis huius corpori Crucifixi. De quo quicquid humana lingua dicatur, minus erit a laude condigna. Totum quidem viri Dei studium tam publicum quàm priuatum, circa Crucem Domini versabatur. Et ut Crucis signaculo cordi eius à principio suæ conuersionis impresso, corpus consignaret exteriús, in ipsa se Cruce recludens, habitum pœnitentiæ sumpsit, Crucis imaginem præferenté: quatenùs sicut mens eius intùs Dominum Crucifixum induerat, sic & corpus eius indueret arma Crucis: & in quo signo Deus potestates aereas debellarat, in eodem suus exercitus Domino militaret. Sed & à principio temporis, quo Crucifixo militare cœperat, diuersa circa eum Crucis præfulsere mysteria, sicut uitæ ipsius consideranti decursum clariùs innotescit, qualiter apparitione Crucis Dominicę septiformi, tá cogitatu, quám affectu & actu, totus fuit Crucifixi effigiem per ipsius ęxcitatiuum transformatus amoré. Dignè igitur summi Regis cleméntia suis amatoribus vltra omnem extimationem hominú có descendés, suæ Crucis vexillum ipsius corpori deferendum impressit: vt qui mirando fuerat Crucis amore preuentus, mirando etiam fieret Crucis honore mirificus.

Totú beati Francisci studiú in Cruce Christi.

Ad huius stupendi miraculi irrefragabilem firmitatem non solum uidentium & palpantium testimonia per omnem modum credibilia, verumetiam apparitiones mirabiles & uirtutes post ipsius obitú coruscantes, ad omne mentis effugandum nubilú suffragátur. Felicis náque recordationis dominus Gregorius Papa nonus, de quo vir sanctus uel prophetando prædixerat, quòd ad dignitatem foret Apostolicam sublimandus, antequàm Crucis signiferum catalogo sanctorum adscriberet, scrupulum quédam dubitationis in corde gerebat de uulnere laterali. Nocte verò quadam (sicut ipse felix Antistes referebat cum lachrymis) beatus ei Franciscus quadam faciei prętensa duritie, in somnis apparuit, & hæsitationem cordis ipsius redarguens, eleuauit brachiú dextrum, detexit uulnus, phialamque poposcit ab ipso, ut scaturientem reciperet sanguinem, qui ex latere defluebat. Obtulit in uisione summus Pontifex phialam postulatam, quæ usque ad summum, sanguine profluente de latere, uidebatur impleri. Ex tunc ad illud sacrum miraculum tanta cępit deuotione afficí, & æmulatione feruere, ut nullo modo pati posset,

Apparet pontifici Gregorio IX.

fet, quòd aliquis præfulgentia illa sacra signa, superba præsumeret iupugnatione fuscare, quin eum seuera increpatione feriret

Frater quidam ex ordine Minorum, officio prædicator, virtutis & famæ prerogatiua præpolleus, cui firmiter erat de sanctis stigmatibus persuasum, dum humano sensu miraculi huius apud se rationem perquireret, dubitationis cœpit cuiusdam scrupulo titillari. Cùm igitur per dies plurimos sensualitate iumẽte vigorem, luctamen huiusmodi pateretur, nocte dormienti sanctus Franciscus pedibus lutulentus apparuit, humiliter durus & patienter iratus. Et quæ sunt, ait, ista in te conflictationũ certamina? quæ dubitationum sordes? Vide manus meas, & pedes meos. Cumque ille videret manus confixas, lutulentorum pedum stigmata non uidebat. Remoue, inquit, lutũ à pedibus meis, & cognosce loca clauorũ. Quos cùm ille apprehẽdisset deuotè, lutũ sibi uidebatur abstergere, locaq; clauorum manibus contrectare. Cõtinuò ut euigilat, lachrymis irrigatur, & priores affectus quodammodò lutulentos, tam lacrymarum profluuio, quàm publica confessione detersit.

Itèm fratri cuidã.

In urbe Roma, matrona quædam morũ claritate ac parentũ gloria nobilis, sanctum Franciscum in suum elegerat aduocatum, ipsius habẽs depictam imaginem in secreto cubiculo, ubi patrem in abscondito exorabat. Die uerò quodam dum orationi vacaret, considerans imaginem sancti, sacra illa signa stigmatum non habentem, dolere cœpit non modicùm & mirari. Sed non mirum, si in pictura non erat, quod pictor omiserat. Cumque per plures dies quid causæ foret defectùs huiusmodi, mente solicita pertractaret, eccè subitò die quadã apparuerunt signa illa mirifica in pictura, sicut in aliis ipsius sancti imaginibus pingi solent. Tremefacta illa, filiam suam Deo deuotam aduocauit protinùs, requirens si absq; stigmatibus usque tunc imago fuisset. Affirmat illa & iurat, olim sine illis stigmatibus extitisse, & nunc uerè cum stigmatibus apparere. Verùm quia mens humana semetipsam frequenter impellit ut cadat, & in dubium reuocat ueritatem, subintrat iterùm cor mulieris dubitatio noxia, nè fortè sic fuisset imago à principio consignata. At Dei uirtus, nè primum contemneret miraculum, addidit & secundum. Continuò nãq; disparentibus signis illis, nudata priuilegio imago remansit, ut per sequens signum fieret probatio præcedentis.

Diuinit^9 pigũtur vulnera ĩ ei^9 imagine.

In Catalonia quoquè apud Ilerdam accidit, virũ quendam nomine Iohannem, beato Francisco deuotum, quodam serò per quandam incedere uiam, in qua pro inferenda morte latitabant insidiæ, non q-dem ipsi, qui inimicitias non habebat, sed alteri cuidam, qui uidebatur similis eius, & tunc erat in comitatu ipsius. Exurgens autem quidam de insidiis, cùm hostem suum hunc esse putaret, tam lethaliter eum plagis plurimis gladiauit, ut nulla prorsùs superesset spes recuperandæ salutis. Siquidem primò inflicta percussio humerum cum brachio penè totum absciderat, & ictus alius sub mammilla tantam reliquerat aperturam, ut flatus indè procedens, circà sex candelas* similiter iunctas extingueret. Cùm igitur cõsilio medicorum, ipsius impossibilis esset curatio, pro eo quòd putrescentibus plagis, ex eis fœtor tam intolerabilis exhaleret, ut ẽt ipsa eius uxor uehemẽter horreret, nullisque iam humanis iuuari posset remediis, cõuertit se ad beati patris Francisci patrocinium, quãta poterat deuotione poscendum, quẽ inter ipsos ictus unà cũ beata Virgine fidẽtissimè inuocarat. Et eccè misero in lectulo calamitatis solitario decubãti, eum Frãcisci nomẽ uigilans & eiulans frequentiùs replicaret, adstitit quidã in habitu fratris Minoris, per fenestram, ut ei videbatur, ingressus, qui vocans eum ex nomine, dixit: Quia fiduciam habuisti in me, Dominus liberabit te. A quo cùm æger, quis esset, requireret, Franciscum ille se esse respondit. Et statim appropians, vulnerum illius ligaturas resoluit, & cum unguento per omnes plagas, ut uidebatur, perunxit. Statim autem ut sensit illam sacrarum manuũ, stigmatum Saluatoris uirtute sanare valentium, suauem contactum, expulsa putredine, restituta carne, & uulneribus solidatis, restitutus est integre pristinæ sospitati. Quo facto, beatus abscessit, & ipse sentiens se sanatum, & in uocem diuinæ laudis, & beati Francisci lætanter erumpens, uocauit uxorem. At illa celeriùs currens, & stare iam uidens, quẽ sepeliendum credebat in crastino, cùm esset stupore uehementi perterrita, viciniam totam clamore compleuit. Accurrentes autem sui, eùm illum niterentur tanquàm phreneticum in lecto reponere, & ille ecõtrà renitens, assereret & ostenderet se sanatũ, tanto sunt stupore attoniti, vt quasi sine mente omnes effecti, phantasticũ esse crederent quod uidebant. I ga *qui pauloantè cõspexerant plagis atrocissimis laniatum, & totum iam marcidum, plena cernebant incolumitate iucundum. Ad quos ille, qui factus fuerat sanus: Nolite timere, inquit, nolite credere inane, qđ cernitis: quia sanctus Fraciscus modò à loco recessit, & illarum sacrarũ manuũ tactu me integrè ab omni plaga curauit. Crebrescente tandèm huius fama miraculi, accelerat populus omnis, & uidentes in tam aperto prodigio stigmatum beati Francisci virtutẽ, admiratione simul & gaudio replebantur, Christiq; signiferum magnis laudum præconiis extollebant. Dignè quidem beatus pater carne iam mortuus, & uiuens cum Christo, præsentiæ suæ ostensione mirabili, & manuum sacrarum palpatione suaui, uulnerato lethaliter viro sanitatem concessit, cùm illius etiã in se stigmata tulerit, qui misericorditer moriens, & mirabiliter surgens, uulneratum genus humanum, & semiuiuũ relictũ, plagarum suarũ uirtute sanauit.

for. simul.*

Hominẽ ĩmanu. vulneratum, in integrũ sanat.

*for. * qui*

Apud Potentiam Apuliæ ciuitatem, erat quidam clericus Rogerius nomine, uir honorabilis, & ecclesiæ maioris Canonicus. Hic cùm infirmitate quassatus, die quadam ecclesiam oraturus intrasset, in qua erat imago beati Francisci depicta, gloriosa stigmata repræsentans, cœpit de illius sublimitate miraculi, tanquàm de re omninò insolita & impossibili, dubitare. Subitò igitur dum mente plagatus interiùs, cogitaret inania, in palma sinistræ manus sub chirotheca grauiter se sensit esse percussum, sonitum audiens percussuræ, velut eùm spiculum prosilit de balista: moxque tam uulnere sauciatus, quam sonitu stupefactus, chirothecam de manu traxit, ut uisu dignosceret, quod tactu perceperat & auditu. Cumque nulla fuisset priùs in palma percussio, conspexit in medio manus plagam, quasi sagittę percussione inflictam, ex qua tanta uis procedebat ardoris, ut uideretur ex illo deficere. Mirabile dictu. Nullum in chirotheca vestigium apparebat, ut latenti plagæ cordis, latenter inflicti pœna uulneris responderet. Clamat exindè per duos dies & rugit, dolore grauissimo stimulatus, & increduli cordis velamẽ explicat uniuersis. Credere se veraciter sacra stigmata in sancto fuisse Frãcisco fatetur & iurat, cõtestãs oĩs dubitationis abscessisse phantasmata. Orat suppliciter sãctũ Dei p sacra sibi stigmata subuenire, & multas cordis pces multo ipinguat pfluuio lachrymarũ. Mirũ certè. Incredulitate piecta sanationẽ mẽtis sanatio sequi corporalis. Oĩs quiescit dolor, frigescit ardor, nullũ remanet

Vulneratur cũ ĩ manu. dubitãs d beati viri stigmat^9.

Inuocat & trãsfert. O... mox sanatur.

net vestigium percussurę. Sicque factum est, ut latēs mentis infirmitas, per patens carnis cauterium superna prouidente clementia, curaretur, menteque sanata, & ipsa caro pariter sanaretur. Fit homo humilis Deo, deuotus sancto, & fratrum ordini perpetua familiaritate subiectus. Huius rei tam solenne miraculum, iuramentis firmatum fuit, & literis sigilli Episcopi munimine roboratis, ipsius ad nos notitia delata peruēnit. De sacris ergò stigmatibus nullus sit ambiguitati locus: nullius in hoc, quia De⁹ bonus est, nequam sit oculus, quasi huiusmodi doni largitio sēpiternæ bonitati nō cōgruat. Si .n. illo amore Seraphico multa mēbra capiti cohęrerēt Christo, vt & in bello simili armatura inuenirent condigna, & in regno ad similē forent gloriā subuehēda, nullus hoc sanæ mentis, nisi ad Christi gloriā diceret pertinere.

De mortuis suscitatis.

IN castro montis Marani prope Beneuentum, mulier quędam sancto Francisco peculiari deuotione cohærēs, viam uniuersæ carnis intrauit. Cōuenientibus autem clericis nocte ad exequias & uigilias cū psalteriis decantandas, subitò cunctis cernentibus erexit se mulier super lectum, & unum de adstantib⁹ sacerdotem, patrinum uidelicet suum, aduocauit, dicens: Volo confiteri, pater. Ego enim mortua duro eram carceri mancipanda, quoniam peccatum, qđ tibi pandam, necdum confessa fueram. Sed orante, inquit, pro me sancto Francisco, cui dum uiuerem, deuota mente seruiui, redire nunc ad corpus indultum est mihi, ut illo reuelato peccato, sempiternā promerear uitā. Et eccè uobis videntibus, postquam illud detexero, ad promissam requiem properabo. Trementer ergo sacerdoti trementi confessa, post absolutionem receptam, quietè se in lecto collegit, & in Domino feliciter obdormiuit.

Insigne miraculū p cōfessionis approbatione.

In castro Pamarco, in montanis Apuliæ posito, patri & matri vnica erat filia, i tenera ætate tenerè p dilecta. Qua infirmitate graui ad mortem perducta, parentes eius successionem aliam non sperantes, se in illa quasi mortuos reputabant. Conuenientibus ergò consanguineis & amicis ad flebile nimis funus, iacebat mater infelix ineffabilibus completa doloribus, & absorpta suprema tristitia, de his, quæ fiebāt, nihil penitùs aduertebat. Interim sanctus Francisc⁹, uno tantùm socio comitatus appārens, desolatam uisitare dignatus est fœminam, quam sibi senserat esse deuotam, & piis eam affatus alloquiis: Noli flere, inquit: nam lucernę tuæ lumen, quod deploras extinctum, mea tibi est intercessione reddendum. Surrexit continuò mulier, & quæ sibi dixerat sanctus, uib. manifestans, non permisit extinctum corpus efferri; sed cum magna fide sancti Frācisci nomen inuocās, & mortuam felix apprehendens, uiuam & incolumē, cunctis uidentibus & mirantibus, alleuauit.

Puella redit ad uitam.

Cùm fratres de Noceria, peterent quoddam plaustrum à quodam viro Petro nomine, quo aliquantulùm indigebant, stoltè respondit eis, pro petito subsidio irrogando cōuicium, & pro eleemosyna, ad honorem sancti postulata Francisci, in nomē ipsius blasphemiam iaculando. Pœnituit hominem statim insipientiæ suæ, diuino super eum irruente pauore, nè fortè ultio Domini sequeretur, sicut & fuit protinùs subsequuta. Nam infirmatus continuò primogenit⁹ eius, paruo elapso spatio, spiritum exhalauit. Voluta batur per humum pater infelix, & sanctum Dei Frāciscū uocare non cessans, cū lachrymis exclamabat: Ego sū, qui peccaui, ego q iniquè locutus sū: me in persona propria flagellare debuisti. Redde sancte iā pœnitēti, qđ abstulisti impiè blasphemanti. Tibi me reddo, tuis me obsequiis semper expono. nā & deuotū sacrificiū laudis pro tui honore nominis semper offeram Christo. Mirares. Ad hęc uerba surrexit puer, & plāctū prohibēs, se moriētē eductū de corpore, p beatum Frāciscum deductum asseruit, & reductū.

Diuina ultio in blasphemū.

Mortuus resurgit.

Cuiusdā urbis Romæ notarii puerulus uix septennis, matrē ad ecclesiā sancti Marci euntē, puerili more sequi desiderans, dū remanere domi compelleretur à matre, per fenestrā palatii se proiecit, & ultima quassatione collisus, cōtinuò expirauit. Mater verò, q nondùm longè discesserat, ad sonitum corruētis, præcipitium pignoris suspicata, celeriter rediit: filiumq; reperiens tam miserabili casu repentè subtractum, protinus sibiipsi manus iniecit ultrices, ac dolorosis clamoribus totā excitauit uiciniā ad lamētū. Frater verò quidā nomine Rabo, de ordine Minorū, illuc se ad prædicandū cōferēs, propinquauit ad puerum, & fide plenus, ait ad patrem: Credis ne sanctū Dei Franciscum posse filiū tuū à mortuis suscitare propter amorem, quē sēper ad Christū habuit, pro reddenda uita hominibus Crucifixum? Quo respondente, se firmiter credere & fideliter confiteri, seruū que sancti in perpetuū esse futurū, si tñ à Deo munus per ipsius merita recipere mereretur: prostrauit se frater ille cū fratre socio in oratione, cæteros qui aderant, excitans ad orandum. Quo facto, cœpit puer aliquantulùm oscitare, & apertis oculis, brachiisque eleuatis, seipsum erexit, & statim corā omnibus ambulauit incolumis, per mirandam sancti virtutem uitę simul redditus, & saluti.

Fide parentis resuscitatur filius defunctus, S. Francisci interuenientib⁹ meritis.

In ciuitate Capuę dū puer qdā super ripā Vulturni fluminis cū pluribus iocaretur, incautus cecidit in profundum. Quē fluminis impetus celeriter uorans, sub sabulo mortuum sepeliuit. Proclamantibus autem pueris, qui cū eo luserant circa flumen, populosa illuc multitudo conuenit. Cumque vniuersus populus suppliciter & deuotè beati Francisci merita inuocaret, ut deuotorum sibi parentum fidem adspiciens, prolē à mortis periculo dignaretur eripere: natator quidam procùl adstans, clamoribus auditis accessit, & post diutinā inquisitionē, inuocato tandèm beati Francisci subsidio, locū inuenit, in quo limus in modū sepulcri, pueri cadauer obtexerat. Quē effodiens, & extrà deportans, dolēs defunctum inspexit. Licèt aūt populus q adstabat, uideret iuuenē mortuū, nihilominùs tamen flens & eiulans, proclamabat: Sancte Francisce, redde puerum patri suo. Sed & Iudæi, qui uenerant, naturali pietate cōmoti, dicebant: Sancte Francisce, redde puerū patri suo. Subitò puer, lætantibus & mirantibus cunctis, exurgens incolumis, duci se ad ecclesiam beati Francisci suppliciter postulauit, ut gratias illi deuot⁹ exolueret, cuius se nouerat uirtute mirabiliter suscitatum.

Rursus alius defunctus excitatur.

In ciuitate Suessa i vico, q Ad colūnas dr, repētè qdā corruēs domus, vnū absorbuit iuuenē, & subitò interemit. Viri aūt & mulieres, ruinæ sonitu excitati, undiq; accurrētes, eleuauerūt hincindè ligna & lapides, & miseræ mri mortuū filiū reddiderūt. Illa uerò amarissimis repleta singultibus, sicut poterat, dolorosis vocib. exclamat: Sācte Frācisce, sācte Frācisce, redde mihi filiū meū. Nō solum aūt illa, sed & oēs q aderāt, beati pris psidiū flagitabāt. Sed cùm nō esset neq; voa, neq; sēsus, cadauer posuerūt i lectulo, & ad sepeliēdū ipsū, diē crastinū expectabāt. Mater uero fiduciā habēs in Dño p merita sācti ei⁹, uotū emisit, noua se sindone beati Frācisci operturā altare, si filiū suū reuocaret ad uitam. Et eccè circa horam noctis mediam, cœpit iuuenis oscitare, & calescentibus membris, uiuus exurgens & sanus, in laudis uer-

Voto mulier, & filius eius uitæ restituitur.

ba prorumpit. Sed & clerum, qui cõuenerat, & populũ vniuersum excitauit ad laudes, & gratias Deo & beato Francisco cum mentis lætitia persoluebat.

Iuuenis quidam Gerlãdinus nomine, de Ragusia oriundus, vindemiarum tempore ad vineas exiens, cùm in vase vinario, vt vtres impleret, sub torculari se mitteret, repenté prægrandes lapides, motis in se lignorum struibus, caput ipsius lethali percussione quassarunt. Festinauit continuò pater ad filium, & desperans obrutum non adiuuit, sed eum sub onere sicut corruit, sic reliquit. Accurrerunt expeditiùs vinitores, magni clamoris vocem lugubrem audientes, multoq; cũ patre pueri dolore compleri, extraxerunt iuuenem iam mortuum à ruina. Pater verò ipsius, Iesu pedibus prouolutus, humiliter precabatur, vt filium suum vnicum per sancti Francisci merita, cuius tunc imminebat solennitas, sibi reddere dignaretur. Ingeminabat preces, vouebat officia pietatis; & sancti viri corpus se visitaturum cum filio, si suscitaretur à mortuis, repromisit. Mirum certe. Continuò puer, qui toto fuerat corpore conquassatus, restitutus vitæ & integræ sospitati, gaudens coram omnibus exurrexit, plangentes obiurgans, & sancti Frãcisci suffragiis vitæ se redditum asseuèrans.

Vouet al' se aditurũ sepulcrum S. Frãcisci, & filius resumsit.

Quendam aliũ mortuum in Alemania suscitauit, de quo dominus Papa Gregorius tempore trãslationis ipsius sancti, fratres omnes, qui ad trãslationem & Capitulum conuenerant, per Apostolicas literas certos reddidit & gaudentes. Miraculi huius seriem quia ignoraui, non scripsi, credẽs Papale testimoniũ omnis assertionis excellẽte instrumentum.

De his, quos à mortis periculo liberauit.

IN confinibus Vrbis, vir quidam nobilis Rodulphus nomine, cum Deo deuota uxore fratres Minores suo recepit hospitio, tam hospitalitatis gratia, quàm beati Francisci reuerentia & amore. Nocte verò illa in summitate turris dormiens custos castri, cùm iaceret super struem lignorum, in ipsa muri positorum crepidine, ipsorum soluta compage, in rectum palatij corruit, & exindè super terram. Excitata ad sonitum casus tota familia, & custodis intellecta ruina, dñs castri & domina cũ fratribus accorrerunt. Is uerò qui ab alto corruerat, absorptus fuerat tã profundo sopore, vt nec ad casum euigilaret iteratæ ruinæ, nec ad strepitũ accurrentis familiæ cum clamore. Trahentium tandem, & impellentiũ manibus excitatus, conqueri cœpit, quòd dulci fuisset quiete priuatus, inter beati Francisci brachia suauiter asserens se dormisse. Cùm verò de casu proprio doceretur ab aliis, & in imo se videret, qui in alto iacuerat, stupens esse factũ, quod fieri nõ perceperat, pœnitentiam se facturum ob reuerentiam Dei & beati Francisci, coram omnibus repromisit.

Ecce egregium miraculũ

In castro Pophis, quod in Campania positũ est, sacerdos quidã Thomas noie, accessit ad reparandum ecclesiæ molendinũ. Deambulãs aũt incautè secus extrema canalis, quò gurges profundus copioso defluebat influxu, subito casu cauiloso ligno intrusus est, cuius impulsu voluitur molendinũ. Cùm igit cõfertus iacèret in ligno, & super os ipsius, qa supin' erat, aquarũ impetus inundaret, corde tñ, qa lingua non poterat, sanctum Franciscũ flebiliter inuocabat. Per magnũ uerò spatiũ sic illo iacẽte, ac de vita ipsi' iã penitus sociis desperatis, i cõtrariã partẽ molũ eũ violẽtia reuoluerũt, & sic eiectus sacerdos, palpitãs voluitabatur in aquæ meatu. Et ecce quidã frater Minor indutus tunica candida, & fune succinctus, cum magna suauitate arreptũ per brachium, extra flumẽ eduxit, dicens: Ego sum Franciscus, quem inuocasti. Ille uerò sic liberatus, nimis obstupuit: uolensq; pedum ipsius osculari vestiga, huc atque illuc anxius discurrrebat, quærens à sociis: Vbi est ille? Quò abiit sanctus? Qua uia discessit? Viri autẽ illi tremefacti, proni ciciderũt in terrã, sublimis Dei gloriosa extollentes magnalia, & uirtuosa merita humilis serui ei'.

Presbyter è manifesto mortis periculo liberatur.

Iuuenes quidam de Burgo Celani, pro metendis herbis exierant ad campestria quædã, in quibus uetus latebat puteus, herbis in summo ore uirentibus obũbratus, qui quasi per passus quatuor aquarum altitudinem continebat. Segregatis igitur per campum discurrentibus pueris, vnus ex improuiso decurrit in puteum. Absorbente autem profunda fouea corpus, spiritus mentis sursùm recurrebat ad beati Francisci suffragium, clamans in ipso lapsu fideliter & fidenter: Sancte Francisce, adiuua me. Cæteri huc atque illuc se vertentes, dum puer alius non comparèret, clamore, circuitu & lachrymis requirebant eundem. Comperto tandèm, quòd in puteum cecidisse, festinantes cũ gemitibus redierunt ad Burgum, indicantes euentum, exposcentes auxilium. Redeuntibus autem illis cum multa hominum turba, demissus vnus per funem in puteum, puerum respexit in aquarum superficie residentem, nihil passum penitus læsionis. Extractus uerò de puteo puer, dixit omnibus qui adstabant: Quandò subitò cecidi, beati Francisci patrocinium inuocaui, qui corruenti mihi statim præsentialiter affuit, & manum porrigens, leniter apprehendit, nec unquàm deseruit, donèc unà vobiscum de puteo me eduxit.

Preclarũ sanè miraculum.

In ecclesia beati Francisci apud Assisium, dum pñte Romana Curia prædicaret dominus Episcopus Hostiẽsis, qui postmodùm summus Põtifex extitit Alexander, quidam lapis ponderosus & magnus incautè super pulpitum excelsum & lapideum derelictus, præ nimietate pressuræ impulsus, super caput cuiusdam cecidit mulieris. Existimantes igitur circunstantes perfectè ipsam iam mortuam, & caput eius totaliter conquassatum, cooperuerunt eam pallio, quo erat amicta, ut sermone finito educeretur extra ecclesiam lugubre funus. Ipsa uerò se beato Francisco, ante cuius iacebat altare, fideliter commendauit. Et eccè prædicatione finita, mulier coram omnibus adeò surrexit incolumis, ut nullius in ea læsionis vestigiũ apparèret. Sed & qđ est ampliùs ad mirandum, cùm per longa tempora usque ad horam illam dolorem capitis quasi continuum habuisset, plenè fuit extunc ab omnis morbi molestia liberata, sicut ipsa postmodùm testabatur.

Duplex miraculũ i una muliere.

Apud Cornetũ cùm in loco fratrum ad fusionem campanæ uiri quidam conuenissent deuoti, puerulus quidã octennis Bartholomæus nomine, xeniũ quoddam fratribus laborantibus apportauit. Et eccè subitò uentus vehemens, concussa domo, ostium portæ graue quidem & magnũ, super ipsum puerulum itã ualido proiecit impulsu, ut quem iam ingens pondus oppresserat, lethali crederetur collisione quassatus. Sic enim totaliter iacebat tumulatus sub pondere, ut nihil exteriùs apparèret. Accurrerunt omnes, qui aderant, beati Francisci uirtuosam dexteram inuocãtes. Sed & pater ipsius, qui rigescentibus mẽbris se mouere non poterat præ dolore, votis & uoce sãcto Francisco filium offerebat. Leuatum est deniquè funestum pondus desupèr puerum: & eccè quem credebant mortuum, quasi suscitatus à somno, lætus aparuit, nullam in se prorsùs præferens læsionem. Igitur cùm quatuordecim esset annorum factus est frater Minor, uir posteà literatus, & famosus in ordine prædicator.

Ecce quoq; miraculũ incõparabili Bartholo.

Homines de Lentino, lapidem prægrandem absciderunt de monte, qui supponendus erat altari cuiusdam ecclesiæ beati Francisci in proximo consecrandæ. Cùm autem ferè quadraginta homines lapidem illum supponere vehiculo niterentur, repetitis sępiùs uiribus, super quendam hominem lapis ille cecidit, & in modum sepulchri obtexit. Sed cùm mente confusi, quid facerent, ignorarent, maior pars hominum desperata discessit. Porrò uiri decem, qui remanserant, lugubri voce sanctum inuocantes Franciscum, nè in suo seruitio sic horrendè mori hominem pateretur, resumpto tandèm corde, tanta facilitate lapidem amouerunt, ut nullus dubitaret uirtutem affuisse Francisci. Surrexit homo incolumis in omnibus membris, insupèr & lumen recuperauit limpidum oculorum, quod habuerat obscuratum, ut omnibus daretur intelligi, quàm in rebus desperatis beati Francisci merita ualidę sunt virtutis.

Triplex miraculū

Simile quoddam accidit apud sanctum Seuerinū in Marchia de Ancona. Dum enim lapis pręgrandis de Constantinopoli apportatus, ad basilicam beati Francisc multorum uiribus traheretur, rapido lapsu est super quendam trahentium deuolutus. Cumque ille non solùm crederetur defunctus, sed ēt totaliter comminutus, assistēte sibi beato Francisco, & lapidem subleuante, absque omni læsione sanus & incolumis, lapidis proiecto pondere, prosiluit.

Itē aliud illustre sanè.

Bartholomæus Caietanus ciuis, cùm ad constructionem cuiusdam ecclesiæ beati Francisci non modicùm desudaret, ruente trabe quadam infirmiter posita, eiusque opprimente ceruicem, fuit grauiter conquassatus. Ipse uerò mortem sibi sentiens imminentem, vti erat uir fidelis & pius, à quodam fratre uiaticum postulauit. Quod frater ille tam celeriter afferre non ualens, quia mori subitò credebatur, beati Augustini uerba protulit, dicens ei: Crede, & mãducasti. Sequenti verò nocte beatus Franciscus cum undecim fratribus illi apparuit, & inter vbera portans agniculū, ad lectum eius accessit, uocauitque illum ex nomine, dicens: Bartholomæe, noli timere, quia non præualebit aduersùm te inimicus, qui te in meo seruitio noluit impedire. Hic est agnus, quem tibi dari petebas, quem & propter bonum desideriū suscepisti, cuius etiā uirtute consequeris utriusq; hominis sospitatem. Et sic per vulnera manum ducens, ad opus quod cęperat, eū redire præcepit. Qui valdè manè consurgens, & iis, qui eum seminecem reliquerant, incolumis & lætus apparens, admirationē intulit & stuporem. Sed & ipsorum mentes ad beati patris reuerentiam & amorem, tam exemplo sui, quàm sancti miraculo, excitauit.

S. Frācisc⁹ cuidā apparēs, sanat cū moribundum.

Quidam de castro Ceperani, nomine Nicolaus, in manus inimicorum crudelium incidit die quadā. Qui crudelitate ferali vulneribus eum super vulnera concidentes, usque adeò super miserum sęuierūt, donec vel extinctum crederent, uel protinùs extinguendum. Clamauerat autem Nicolaus prædictus, cùm primos ictus exciperet, alta uoce: Sancte Francisce succurre mihi, sancte Frācisce adiuua me. Hāc vocem à remotis audierūt quāplurimi, licèt auxiliū ferre nō possent. Deportatus tādèm domū, totus suo sāguine uolutatus, fiducialiter asserebat se mortē ex illis uulneribus nō visurū, nec etiā se tūc sentire dolores, qm̄ sanctus Franciscus sibi succurrerat: & ut pœnitentiam ageret, à Domino impetrauit. Quod & sequens confirmauit euentus. Nam lotus à sanguine, continuò contra humanam spem extitit liberatus.

Res admiranda sanè.

Filius cuiusdā nobilis in castro sancti Geminiani, valido languore detentus, omnique ulteriùs desperata salute, ad extremum vsque perductus est. Riuus etenim sanguinis ab oculis eius emanabat, sicut ex vena brachij assolet ebulire. Cæterisq; propinquæ mortis veris indiciis in reliquo corpore apparentibus, iudicabatur pro debilitate spiritus & uirtutis, sensùs & motus usu priuatus, visus est penitùs emigrasse. Congregatis autem ex more ad planctum parentibus & amicis, ac de sola agētib⁹ sepultura, pr̄ ipsius fiduciam habens in Domino, concito gressu ad ecclesiam cucurrit beati Francisci, quę in eodem erat castro constructa, & cingulo suspenso ad guttur, cum omni humilitate se prostrauit in terram: sicque nota vouens & multiplicans preces, suspiriis & gemitib⁹ meruit apud Christum, sanctum Franciscum habere patronum. Reuersus itaque statim pater ad filium, & sanitati restitutū iueniēs, luctū in gaudiū immutauit.

Redit ad sanitatē iam moriturus.

Simile quiddam meritis sancti operatus est Dn̄s circa puellā quandam in Catalonia de uilla nomine Thamarit, & circa aliam de Ancona: quę cùm essent prę nimietate ægritudinis in ultimo spiritu constitutæ, beatus Franciscus fideliter à parentibus inuocatus, perfectæ continuò eas restituit sanitati.

Itèm duæ puellæ.

Clericus quidam de uico Albo, nomine Matthæus, ueneno mortifero bibito, in tantùm fuit grauat⁹, quòd loqui aliquo modo non ualens, solùm finalem exitum expectabat. Sacerdos quidam, ut sibi confiteretur, admonuit, & uerbum unum ab eo extorquere non ualuit. Ipse uerò in corde suo humiliter Christum orabat, ut per beati Francisci merita, à mortis eum faucibus eripere dignaretur. Moxque ut confortatus à Domino beati Francisci nomen fideli deuotione deprompsit, testibus qui aderant, veneno euomito, liberatori suo gratias egit.

Euomit quādā haustū virus.

In magno maris periculo positi quidam nautę, cùm milliaria decem à portu Barolitano distarent, ingrauescēte nimiùm tempestate, iam de uita dubii, ancoras submiserunt. Verùm spiritu procellarum, mari feruentiùs tumescente, fractis funibus & relictis ancoris, incerto & inæquali cursu per ęquora gradiebantur. Tandèm nutu diuino mari placato, ad resumendas ancoras, quarum funes superiùs enatabant, toto se conamine parauerunt. Cumque id perficere propriis uiribus non ualerent, plurimorū sanctorum inuocato subsidio, multisque iam sudoribus liquescentes, nec unam per totam diem resumere potuerunt. Aderat autem nauta quidam, Perfectus nomine, sed moribus imperfectus, qui cū irrisione quadam dixit ad socios: Eccè sanctorū omnium inuocastis auxilium, &, vt videtur, nullus est qui succurrat. Inuocemus istum Franciscum, qui nouell⁹ est sanctus, si quo modo in mare se demergat, & ancoras perditas reddat. Consenserunt cæteri non irrisoriè, sed veraciter, suasioni Perfecti, & ipsius obiurgantes irrisorium verbum, firmauerunt cum sancto spontaneum uotum. Statimque in momento sine aliquo adminiculo natauerunt ancoræ super aquas, quasi ferri natura uersa foret ī ligneā leuitatē.

Vouent nautæ sancto, & mox exaudiuntur.

Peregrinus quidam inualidus corpore propter febris peracutæ symptomata, quam fuerat antè perpessus, naui quadam subuectus, de vltramarinis partibus veniebat. Ferebatur autem & ipse ad beatum Franciscum præcipuo deuotionis affectu, & eum sibi apud cælestem Regem elegerat aduocatum. Cùm igitur necdùm perfectè liber a morbo, sitis angustiaretur ardoribus, deficiente iam aqua, cępit alta voce clamare: Ite fidenter, haurite poculum mihi, quia beatus Franciscus uasculum meum aqua repleuit. Mirum certè. Inuenerūt vas aqua repletū, quod fuerat antè vacuum derelictum. Alio uerò die cùm tēpestate suborta operiretur nauis fluctibus, &

Vas vacuum diminuit aqua īpletur.

pro-

procellis quateretur perualidis, itá ut iã naufragiũ timerent, cœpit idem infirmus subito clamore voci ferari per nauẽ: Surgite omnes, inquit, & beato Frãcisco venienti occurrire. Eccè ad saluandum nos adest. Sicq; cũ uoce magna & lachrymis ĩ faciẽ prõcidens, adorauit. Statim ad sãcti visionẽ, oẽm sospitatẽ resũpsit infirm⁹, & maris fuit trãqllitas subsequuta.

Duo miracula.

Frater Iacobus Reatinus, cùm in nauicula parua fluuium quendam cum aliis fratribus pertransiret, sociis primò super ripam positis, postremò se ad exitum præparabat. Sed modico illo ligno per infortunium reuoluto, rectore natante, frater mersus est in profundum. Inuocabant fratres extrà positi affectuosis precibus beatum Franciscum, & ut filio succurreret, lachrymosis geminbus supplicabant. Submersus autem frater, de uentre gurgitis nimis immẽsi, cùm ore non posset, corde clamabat, ut poterat, implorans pii patris subsidium. Et eccè auxiliante sibi patris præsentia, per profundum sicut per aridam ambulabat, & demersam nauiculam capiens, cum ea peruènit ad litus. Mirabile dictu. Vestimenta ei⁹ madidata nõ sũt, nec aq̃ gutta ꝑrimsuit ad tunicã.

Multa ĩ vno fratre illustria miracula.

Frater, Bonauentura nomine, cum duobus viris per lacum quẽdam nauigans, confracta ex parte nauicula, propter aquæ influentis impetum, demersus est cum naui & sociis in profundum. Cùm autem de lacu miseriç misericordem patrem Franciscum inuocarent cum multa fiducia, superenatauit subitò aqua plena nauicula, & cum eis, sancto præbente ducatum, salubriter peruènit ad portum. Sic & quidam frater de Esculo, submersus in flumine, sancti Francisci meritis extitit liberatus. Sed & in lacu Reatino cùm q̃dã viri & mulieres in cõsimili essent periculo cõstituti, ad ĩuocationẽ nõis sancti Francisci, de aquarũ multarũ periculoso naufragio salubriter euaserũt.

Multi seruantur ĩ aquis.

Quidam nautæ Anconitani, periculosa tempestate iactati, submersionis periculum iam uidebant. Cũque sic desperati de uita, S. Franciscum suppliciter inuocarent, lumen in mari magnum apparuit, & cũ ipso lumine trãquillitas concessa diuinitùs, acsi beatus uir sua miranda uirtute & uẽtis imperare posset, & mari. Quantis aũt miraculorum prodigiis beatus hic pater in mari claruerit, & clarescat, quotiès ibidem opem tulerit desperatis, nullatenùs credo possibile per singula enarrare Nec mirum si iam regnanti in cęlis, collatum est imperium super aquas, cui & in hac mortalitate degenti, oĩs corporea creatura, ad suã refigurata originẽ, mirabiliter seruiebat.

Immunera ĩmari S. Frãcisci miracula.

De liberatis à uinculis & carceribus.

IN Romania Græcum quendam, cuiusdam domini seruientem, contigit de furto fallaciter accusari, quem dominus terræ in alto carcere mandauit includi, & grauiter uinculari. Domina uerò domus, miserta serui, quem indubitanter credebat à culpa sibi imposita innocentem, pro liberatione ipsius apud uirum precibus insistebat deuotis. Verùm non acquiescẽte uiri sui duritia obstinata, recurrit domina supplex ad sanctum Franciscum, & eius pietati uoto cõmendauit insontem. Protinùs affuit miserorum adiutor, & uirum in carcere positum misericorditer uisitauit. Soluit uincula, carcerem fregit, innocentẽ manibus appræhensum foràs eduxit, & ait: Ego sũ ille, cui domina tua te deuotè commisit. Cumque ille timore magno corriperetur, & pro descensu altissimæ rupis voraginem circuiret, subitò liberatoris sui uirtute inueniens se in plano, reddiit ad dominã suã: relataq; per ordinẽ miraculi veritate, deuotam dominam ad Christi amorem & reuerentiam serui eius Francisci feruentiùs inflammauit.

Voto nuncupato captiu⁹ liberatur.

In Massa sancti Petri, cuidam militi debebat pecuniæ quantitatem pauperculus quidam. Cumq; præ inupia facultas non suppeteret persoluẽdi, captus debitor à milite repente, misereri sibi orabat suppliciter, dilationem quærens amore beati Francisci. Spreuit superbus miles preces oblatas, & sancti amorem, velut inane quid, inaniter vilipendit. Nam certuitensè respondens: Tali te, ait, loco recludam, & tali retrudam carcere, q̃ nec Frãciscus, nec aliquis te poterit adiuuare. Tentauit, quod dixit. Carcerem adinuenit obscurum, in quo hominem vinculatum coniecit. Paulopòst affuit beatus Frãciscus, & fracto carcere, ruptisque compedibus, illæsum hominem reduxit ad propria. Sic fortitudo Francisci, militem est prædata superbum: capti uum, qui se sibi subiecerat, liberauit à malo, militisque proteruiam admirãdo miraculo immansuetudinem commutauit.

Obstinatum hominem ... em. Item al.⁹ captiuus liberatur.

Albertus de Aretio, cùm in vinculis atrocissimis teneretur, pro debitis iniustè ab eo petitis, suam innocentiam sancto Francisco humiliter commendauit. Ordinem quidem fratrum Minorum plurimum diligebat, & sanctum Franciscum inter sanctos speciali venerabatur affectu. Dixit autem creditor suus voce blasphema, q̃ nec Franciscus, nec Deus posset eum de suis manibus liberare. Factũ est itaq; in vigilia S. Francisci, cùm vinctus ille nihil comedisset, sed ob sancti amorem, victum suũ cuidam tribuisset egeno, nocte veniente apparuit ei vigilanti sanctus Frãciscus, ad cuius ingressum vincula de pedibus, & catenæ de manibus ceciderũt, spontè aperta sunt ostia, prosiluerunt tabulæ de solario, & liber abscessit homo ad propria rediens. Impleuit extunc votum, ieiunans vigiliam beati Francisci, & cereo, quem annuatim consueuit offerre, in accrescentis deuotionis indicium, annuatim vnam vnciam superaddens.

Insigne miraculum, nõ absimile priori.

Residente in sede beati Petri domino Gregorio nono, quidam, Petrus nomine, de ciuitate Alifia, de hæresi accusatus, Romę captus est, & de mandato eiusdem Pontificis ad custodiendum traditus Episcopo Tyburtino. Quẽ sub pœna Episcopatus accipiẽs, compedibus alligauit, obscuroq; ipsum carcere, ne posset effugere, includi fecit, panem ei præbens in pondere, & poculum in mensura. Cępit autẽ homo ille beatum Franciscum ad sui miserendum multis precibus & fletibus inuocare, eo q̃ audierat solennitatis eius iam adesse vigiliam. Et quoniam fidei puritate omnem abdicauerat hęreticę prauitatis errorẽ, totaq; cordis deuotione adhæserat fidelissimo Christi seruo Francisco, intercedentibus ipsius meritis, à Domino meruit exaudiri. Instante enim iam nocte suæ festiuitatis, circa crepusculum beatus Franciscus in carcerem miseratus descendit, & illum suo nomine vocãs, vt citò surgeret, imperauit. Qui timore perterritus, quisnam esset, interrogans, beatum Franciscũ adesse audiuit. Cumq; virtute præsentię viri sancti, vincula pedum suorum confracta conspiceret recidisse, & tabulas carceris, clauis vltrò prosiliẽtibus, aperiri, & apertum iter sibi ad exeundum præberi, solutus tamen & obstupefactus, fugere nesciebat, sed ad ianuam clamans, custodes omnes perterruit. Qui cùm eũ liberatum à vinculis Episcopo nunciassent, post intellectum ordinem rei, ad carcerẽ Pontifex deuotus accessit, & manifestè Dei virtutem cognoscens, Dominum adorauit ibidèm. Vincula quoq; coram domino Papa & Cardinalibus delata fuerũt: qui videntes quod factum fuerat, admirati plurimum, benedixerunt Deum.

Quidam captiuus hæreticus omnĩ abiurat hæresim. Liberatur à carcere.

Guidolotus de sancto Geminiano, falsò accusatus fuit, quod veneno interemerat quendam virum, & q̃ eodem genere mortis filium eiusdem viri, & vxo-

uerism

uersam eius familiam proposuerat enecare. Captus proindè à potestate terræ, grauissimis vinculis aggrauatus, in turrim quandam reclusus est. Ipse verò fiduciam habens in Domino pro sua innocentia, quam sciebat, causam commisit beati Francisci patrocinio defendendā. Excogitante igitur potestate, qualiter criminis obiecti confessionem eliceret per tormenta, qualibusque pœnis confessum faceret interire, nocte illa, cùm manè ad cruciatus deberet adduci, sancti Frācisci præsentia extiti visitatus, & immenso luminis fulgore vsque manè circundatus, repletusque gaudio & fiducia multa, securitatem euasionis accepit. Aduenerunt manè tortores, & eductum de carcere, eculeo suspenderunt, aggrauantes super eū multa pondera ferri. Depositus est pluriès, & iterùm eleuatus, ut pœna pœnæ succedente, citiùs ad confessionē criminis arceretur. Sed spiritu innocentiæ lætabatur in uultu, nullā mœstitiā prętēdēs in pœnis. Deindè accensus est ignis subipso non modicus, nec proptereà capillus est læsus, cùm tamen capite dependeret ad terram. Tandèm bulliente oleo superfusus, uirtute patroni, cui se commiserat defensandū, hæc omnia superauit: & sic dimissus liber, saluꝰ abscessit.

Homo īnocēs mirè à S. Francisco adiuuatur.

De liberatis à periculo partùs.

QVædam Comitissa in Sclaunnia sicut nobilitate illustris, sic & æmula ꝓbitatis, erga S. Franciscum deuotione flagrabat, erga fratres verò sedula pietate. Tempore uerò partus duros perpessa dolores, tanta fuit angustia molestata, ut prolis futurus ortus, præsens videretur matris occasus. Non uidebatur infantem eniti posse ad uitam, nisi expiraret è uita, nec tali nisu parere, sed perire. Subuenit cordi eius sancti Francisci fama, uirtus & gloria: excitatur fides, inflammatur deuotio: Cōuertit se ad auxilium efficax, ad fidum amicum, ad deuotorum solatium, refugium afflictorum: Sancte Francisce, inquit, pietati tuæ supplicant omnia ossa mea, & mente voueo quod explicare non possum. Mira celeritas pietatis. Finis dicendi, finis fuit dolendi: parturiendi meta, pariendi principiū. Statim enim omni cessante pressura, partum edidit cum salute. Non fuit immemor voti, non propositi refuga. Ecclesiam quandam pulchram construi fecit, & constructam ad sancti honorem, fratribus assignauit.

Ecce mira acceleratio auxilij, dū īuocatur S. Frāciscus.

In partibus Romanis mulier quædam Beatrix nomine, vicina partui, cùm per dies quatuor fœtum in ventre portaret extinctum, multis infelix agitabatur angustiis, & exitialibus doloribus urgebatur. Mortuus fœtus matrem cogebat ad mortem, & nondùm in lucem productum abortiuum, publicum matris periculum pariebat. Tentabat medicorum auxilium, sed omne humanum remedium laborabat in vanū.
Gen. 3. Sic de primis maledictionibus copiosiùs aliquid declinarat in miseram, ut sepulchrum facta conceptùs, sepulchrum pro certo proximum expectaret. Fratribus tandèm Minoribus per internuncios tota se deuotione cōmittens, suppliciter aliquid de sancti Frāncisci reliquiis fide plena poposcit. Contigit nutu diuino aliquantulùm inueniri de chorda, qua fuerat sanctus quandoquè præcinctus. Mox ut super dolentem posita chorda fuit, omnis facilimè solutus est dolor, mortis causa mortuus fœtus emissus, pristina sanitas restituta.

Vide qd possint tā eti, quādo tanta uis est ēti ī minimis eorū rebus.

Cuiusdam de Carnio nobilis uiri uxor, Iuliana nomine, pro filiorum morte annos trahebat lugubres, & continuè infelices deplorabat euentus, pro eo q omnes, quos cum pressura portauerat filios, modico interiecto tempore cum vehementiori dolore sepulturæ tradiderat. Cúm igitur quatuor mēsium conceptum haberet in utero, magisque propter euentus prȩteritos de conceptæ prolis solicitaretur obitu, q̄ de ortu, beatum patrem Franciscū pro uita nondùm nati fœtus fideliter precabatur. Ecce autem nocte quadam dormienti sibi mulier quædam apparebat in somnis, formosum puerulum gestans in manibus, illumq; lætissimè offerebat eidem. Cùm uerò illa recipere recusaret, quē statim formidabat amittere, mulier illa subiūxit: Securè suscipias, qa quem tuo mœrori cōpatiens sacer mittit Frāciscus, uita uiuet, & sospitate gaudebit. Statim euigilans mulier, intellexit per ostensam sibi cælitùs visionem, beati Francisci sibi adesse suffragium. Extunc abundantiori completa lætitia, pro suscipienda prole iuxta promissū multiplicauit preces, & uota promisit. Impletum est deniquè tempus pariendi, & peperit fęmina masculū, qui iuuenilis robore florens ætatis, tanquam per beati Francisci merita fomentum susciperet uitæ, incitamentum parentibus præbuit ad Christum & sanctum eius deuotionis affectus. Simile quiddam huic in Tyburis ciuitate sanctus pater effecit. Cúm.n. mulier quædam filias plurimas peperisset, desiderio prolis fatigata virilis, apud sanctum Franciscū preces ingeminauit & uota. Concepit igitur eius meritis mulier illa, & geminos ei parere dedit, qui pro uno fuerat exoratus.

Parit mulier q̄ anteà aborti erat.

Apud Viterbum partui propinqua mulier, mortis propinquior censebatur, visceralibus tormētata doloribus, & tota calamitosa in infortuniis mulierum. Cumque naturæ succūbente virtute, omnis deficeret artis industria, inuocato beati Francisci nomine, liberata confestìm mulier, partum salubriter terminauit. Sed assecuta quod uoluit, & oblita beneficii qd̄ acceperat, honorem sancto non deferens, die natalis ipsius ad opera seruilia manus extendit, & eccè subitò dextrum brachium ad laborem extensum, inflexibile remansit & aridum. Quod cùm studeret ad se reuocare cum altero, ultione consimili & illud exaruit. Timore igitur diuino correpta mulier, redintegrauit votum, vsumque membrorum, quem propter ingratitudinem amiserat & contemptum, per misericordis & humilis sancti merita, cui se iteratò deuouit, recuperare promeruit.

Vide pœnam ī S. Francisci festo laborantis.

Mulier quædam de partibus Aretinis cùm per septem dies partus discrimina sustineret, & iam in nigredinem versa, desperata esset ab omnibus, uotum fecit beato Francisco, & eius cępit moriens auxiliū inuocare. Emisso autem voto, celeriter obdormiuit, viditque in somnis beatum Franciscum se dulciter alloquentem ac requirentem, vtrùm faciem ipsius agnosceret, & an antiphonam illam Virginis gloriosæ, Salue Regina misericordiæ, sciret ad honorē huius Virginis recitare. Qua respondente se habere notitiam de utrisque: Incipe, ait sanctus, antiphonā sacrā, & antequàm compleas, paries cum salute. Ad hanc vocem & euigilauit mulier, & cum timore cępit dicere: Salue Regina misericordiæ. Cumque illos misericordes oculos precaretur, fructumque commemoraret uteri virginalis, continuò cunctis liberata pressuris, infantē peperit speciosum, gratias agens Reginæ misericordiæ, quę per beati Francisci merita, ipsius fuerat dignata misereri.

Notet hæc Lector pius, & contēnat hæreticorū blasphemias.

De cæcis illuminatis.

IN conuentu fratrúm Minorū Neapoli cùm quidā frater, Robertus nōie, cęcus annis plurimis extitisset, creuit in oculis eius caro superflua, motū & usū impediēs palpebrarū. Cúm igit fratres forenses, ad diuersas mundi partes tendentes, ibidèm plurimi

con-

conoeuissent, beatus pater Franciscus speculum obedientiæ sanctæ, ut eos miraculi nouitate hortaretur ad iter, prædictum fratrem ipsis præsentibus tali modo curauit. Iacebat nocte quadam frater Robertus prædictus æger ad mortem, iamque sibi fuerat anima commendata, cùm ecce adsistit ei beatus pater cum tribus fratribus, omni sanctitate perfectis, uide licet sancto Antonio, fratre Augustino, & fratre Iacobo de Assisio, qui sicut eum perfectè fuerant secuti dum uiuerent, ità & ipsum alacriter comitabantur post mortem. Accipiens cultellum S. Franciscus, carnem superfluam resecauit, lumen restituit pristinũ, & à mortis eũ fauce eduxit, dixitq; illi: Fili Roberte, gratia, quam tecum feci, signum est fratribus ad remotas nationes euntibus, quòd ego præcedam eos, & ipsorum dirigam gressus. Vadant, inquit, gaudenter, & iniunctã obedientiã alacri animo exequãtur.

Vide qd possint sã ch' i curã dis ægris.

Apud Thebas in Romania mulier cæca vigiliam S. Francisci in pane tantùm & aqua ieiunans, ad ecclesiam fratrum Minorum summo manè festiuitatis à uiro suo superducta est. Quæ, dum Missa celebraretur, in eleuatione corporis Christi oculos aperuit, clarè uidit, deuotissimè adorauit: In ipsa verò adoratione voce magna proclamans, Gratias, inquit, Deo, & sancto eius, quia uideo corp' Christi. Oibus, qui adceant, in uocem exultationis conuersis, post sacrorum expletionem, reuersa est mulier in domũ suam cum gaudio spiritus, & lumine oculorum Exultabat quidem mulier non solum, quia lucis corporeæ recuperaeat adspectum, verum etiam quia sacramentum illud mirificum, quod est lumen animarum verum & uiuum, respectu primario per beati Francisci merita, fidei suffragãte virtute, meruerat ituerí.

Cæca mulier sub Missa ui det, & Christi corpus adorat.

In Campania puer quidam quatuordecim annorũ de castro Pophis, subita vexatus angustia, sinistrum oculũ amisit ex toto. Passiõis acerbitas sic de loco suo propulit oculum, ꝙ per octo dies extrà, neruo relaxato, longitudine digiti unius ad maxillas dependens, penè aridus est effectus. Sed cùm sola superesset ab scissio, & à medentibus foret penitùs desperatus, pater eius ad auxilium beati Francisci tota se mente cõuertit. Non defuit ille indefessus miserorum adiutor precibus supplicantis: Nam oculum aridum mirabili uirtute in locum suum pristinumque vigorem restituit, & lucis optatæ radiis illustrauit.

Ocul' restituitur. Vide repentinam curationẽ

In eadem Prouincia apud Castrum, magni ponderis lignum ex alto proruit, & cuiusdam sacerdotis caput grauissimè quassans, sinistrum oculum excæcauit. Qui humi deiectus, cœpit alta uoce sanctum Frãciscum luctuosè clamare, dicens: Succurre pater sanctissime, ut ad festum tuum ire valeam, sicut fratrib' tuis ite promisi. Erat enim uigilia sancti. Qui statim exurgens, peroptimè liberatus, in uocem prorupit laudis, & gaudii & circunstantes omnes, qui eius miseriæ condolebant, in stuporem couuertit & iubilũ. Iuit ad festum narrans omnibus, quam in se expertus fuerat, clementiam & uirtutem.

Itèm aliã

Vir quidam de monte Gargano, dum in uinea sua laborans, lignum quoddam ferro succideret, proprium percussit oculum, & sic diuisit per medium, ut quasi media pars ipsius exterius dependèret. Cumq; in tam desperato periculo desperaret sibi posse per hominem subuenirl, ieiunaturum se in festo sancti Francisci, si ei succurreret, repromisit. Statim in loco suo debito viri oculum sanctus Dei restituit, sicque diuisum reiunxit, & lumine pristino decorauit, ut nullius læsionis vestigia remanerent.

Filius cuiusdam nobilis uiri à natiuitate cæcus, meritis beati Francisci lumen recepit optatum Qui nomen ab euentu sortitus, Illuminatus uocatus est. Assumpsit posteà cùm in ætate esset, ordinem beati Francisci, accepti beneficij non ingratus: tantumq; profecit in lumine gratiæ & uirtutis, ut verè lucis filius uideretur. Tandèm beati patris promerentibus meritis, sanctum initium fine sanctiori conclusit.

Cæc' à natiuitate, mdet.

In Zachanto, quod est castrum iuxta Ananiam, miles quidam Gerardus nomine, oculorum lumen ex toto perdiderat. Accidit autem, ut duo fratres Minores ab exteris partibus venientes, ad domum ipsius hospitaturi diuerterent. Suscepti itaque deuotè propter reuerentiam sancti Francisci à familia tota, & cum omni benignitate tractati, gratias agentes Deo & hospiti, ad locum fratrum deuenère vicinum. Nocte igitur quadam beatus Franciscus uni fratrum illorum in somnis apparuit, dicens: Surge, festina cum socio ad domum hospitis nostri, qui Christum & me suscepit in uobis. volo enim beneficia rependere pietatis. Cæcus quidem effectus est suis promerentibus culpis, quas pœnitentialiter non studuit cõfessione purgare. Dispatente quoque patre, frater festinus suite ait, ut mandatum cum socio celeriter adimpleret. Venientes que ad hospitis domum, cuncta quæ uiderat alter, pee ordinem narrauerunt eidem. Stupuit vir ille non modicùm, vniuersa quæ dicebantur, uera esse confirmans, compunctus ad lachrymas, confessus est libens. Tandèm correctione præmissa, interiorique homine taliter renouato, exterioremi continuò recuperauit adspectum. Huius miraculi fama circunquaquè diffusa, non solùm ad reuerentiam sancti, uerumetiam ad confessionem humilem peccatorum, & hospitalitatis gratiã plurimos incitauit.

Observa Lector meritum hospitalitatis. Nota hic de sacramentali Confessio

De liberatis à diuersis infirmitatibus:

Apud Castrum plebis, iuuenis quidam mendicus surdus erat & mutus à natiuitate sua, & qui linguam adeò curtam habebat ac tenuem, quòd multotiès exquisita à pluribus, præcisa penitus uideretur. Vir quidam Marcus nomine, ipsum propter Deum suscepit hospitio, qui eum sibi benefacere sentiens, cœpit cum ipso assiduus demorari. Serò quodã cùm prædictus uir cœnaret cum coniuge, adstante puero coram eis, dixit vxori: Hoc ego maximum miraculũ reputarem, si beatus Franciscus huic auditum redderet & loquelam. Et adiecit: Voueo Deo, quòd si hoc sanctus Frãciscus dignabitur operari, ꝑpter amorẽ suum huic puero expensas conferam, donèc uiuet. Mirum certè: Subitò lingua creuit, & locutus est, dicens: Gloria Deo, & sancto Francisco, qui mihi loquelam præbuit & auditum.

Ecce usque ubi tra...

Frater Iacobus de Iseo, cùm puerulus esset in domo paterna, rupturam incurrit corporis valdè grauem. Superno uerò afflatus spiritu, licèt esset iuuenis & infirmus, ordinem sancti Francisci deuotus intrauit: nulli tamen, qua vrgebatur infirmitate, detexit. Factum est autem, cùm corpus sancti Francisci transferretur ad locũ, vbi preciosus sacrorum ossium eius nunc thesaurus est conditus, affuit & tunc dictus frater translationis gaudiis, ut glorificati iam patris corpori honorum debitum exhiberet. Et appropinquãs tumbæ, in qua ossa sacra fuerant collocata, præ deuotione spiritus sacrum tumulum complexatus, subitò miro modo ad loca debita partibus reuocatis, sanũ se sensit, succinctorium deposuit, & exinde ab omni dolore pterito libera fuit. Ab infirmitate quoq; cõsimili frater Bartholus de Eugubio, frater Angelus de Tuderto, Nicolaus sacerdos de Stichano, Iohannes de Fora, uir quidam de Pisis, & alius de castro Cisternę, Petrus quoq; de Sicilia, & homo quidã de castro Spelli

Sanatur herniosus

Spelli iuxta Asisium,& quamplures alij per Dei misericordiam & beati Francisci merita, euaserunt mirabiliter liberati.

In maritima mulier quædam mentis alienationē per quinquennium passa, uisu & auditu priuata est. Indumenta dilaniabat dentibus, ignis & aquæ periculum nō timebat, & caduci morbi ad summum incurrerat horribilem passionē. Nocte uerò quadam, cùm disponeret sibi diuina misericordia misereri, salutaris fulgore lucis superillustrata diuinitùs, uidit beatum Franciscum super solium sedere sublime: ante quem prostrata, sanitatem suppliciter exposcebat. Illo verò nondùm fauente precibus, firmauit mulier uotum, promittens pro Dei amore, ac sancti, petentibus, donèc haberet, eleemosynam non negare. Illicò sanctus pactum recognouit, quòd olim cum Domino fecerat simile, & signans eam Crucis signaculo, integram sibi restituit sanitatē. A consimili passione puellam quandam de Nursia, & filium cuiusdā nobilis viri, & alios quosdam, relatione ueridica cōpertū est, sāctū Dei Frācisců misericorditer liberasse.

Mulier dū uouet, mox sanatur.

Petrus de Fulgineo, ad visitandum limina beati Michaelis quodam tempore pergens, dum minùs reuerenter peregrinationem peregit, fontis cuiusdam aquam degustans, à dæmonibus est inuasus: & exindè per tres annos obsessus, discerpebatur in corpore, pessima loquens, & horrenda prætendens, habens aliquandò lucida interualla, beati virtutem, quam efficacem audierat ad effugandas aereas potestates, humiliter requisiuit. Et ad sepulcrum pij patris accedens, mox ut illud contigit manu, à dæmonibus, eū crudeliter discerpentibus, mirificè liberatus fuit. Simili etiam modo mulieri cuidam de Narnio, habēti dæmonium, misericordia Francisci subuēnit, & alijs pluribus, quorum vexationum angustias, & curationum modos, longum esset per singula enarrare.

Mira vis cinaclis sepulcri.

Vir quidā nomine Bon⁹, homo de ciuitate Fani, paralyticus & leprosus, ad ecclesiam beati Frācisci à parentibus deportatus, utriusque morbi plenam consecutus est sanitatem. Sed & alius iuuenis quidam, Acto nomine, de sancto Seuerino, totus leprosus, uoto emisso, & ad sepulcrum sancti delatus, meritis ipsius à lepra mundatus est. Habuit quidem sanctus supra huiusmodi morbo curando præcellentem virtutem, pro eo quòd humilitatis & pietatis amore, leprosorum obsequiis se humiliter deputarat.

Præcellēs uirtus S. Francisci ī lepra curanda.

Nobilis quædam mulier, Rugata nomine, in Episcopatu Sorano, per viginti tres annos fluxu fuit sanguinis fatigata, sed & à quamplurimis medicis quamplurima mala perpessa. Præ nimietate quidem languoris, sæpeiùs uidebatur mulier expirare. Sed si quandò fluxus huiusmodi stringebatur, tumescebat corpore toto. Audiens autem quēdam puerum Romano sermone canentem miracula, quæ Deus per beatum Franciscum fuerat operatus, nimio dolore commota, tota prorupit in lachrymas, sicque intra se fide accensa, dicere cœpit: O beate pater Francisce, qui tantis coruscas miraculis, si me digneris ab hac ægritudine liberare, magna tibi accrescet gloria, quoniam adhuc tantum miraculum non fecisti. Quid plura? His dictis, sensit se beati Frācisci meritis liberatam. Filium quoque ipsius Marcū nomine, qui brachiū habebat contractum, sanctus Franciscus, uoto ad ipsum emisso, sanauit. Fœminam etiam quandā de Sicilia, per septenniū fluxu sanguinis fatigatam, beatus Christi signifer saluam fecit.

Mira celeritas curationis.

In urbe Romana Praxedis quædā nomine, religione famosa, quæ à tenella ætate propter æterni sponsi amorē, arcto se carcere per quadraginta fermè annos abdiderat, apud beatū Frācisců gratiā promeruit specialē. Nā cùm die quadā pro rebus opportunis solarium suæ cellulæ conscendisset, & impulsione phantastica corruens, cùm fractum haberet pedem cum crure, & humerum à positione debita sequestratum, apparuit ei benignissimus pater uestimentis gloriæ candidatus, & dulcibus affatibus alloqui cœpit eam dicēs: Surge, inquit, filia benedicta, surge, nē timeas. Et apprehensa manu ipsius, alleuans eam disparuit. Ipsa uerò per cellulam suam huc atque illuc se conuertens, putabat se uisum uidere, usquequò ad clamorē ipsius apportato iam lumine, perfectè se sentiens per seruum Dei Franciscum esse sanatam, cuncta quæ acciderant, per ordinem enarrauit.

Preclarū miraculū

De non obseruantibus festum, & non honorantibus sanctum.

In Pictauiæ partibus in uilla, quæ Simo dicitur, sacerdos quidā Reginaldus nomine, beato Francisco deuotus, festum ipsius parochianis suis indixerat solenniter celebrandū. Vnus autem de populo, ignorans sancti uirtutem, sui paruipendit sacerdotis mandatum. Egressus autem foràs in agrum, ut ligna succideret, cùm se præparasset ad opus, uocem audiuit huiusmodi tèr dicentē: Festū est, operari nō licet. Verùm cùm nec imperio sacerdotis, nec supernæ uocis oraculo seruilis temeritas frenaretur, addidit diuina virtus ad gloriam sancti sui sine mora miraculum & flagellum. Mox enim ut furcam una manu iam tenēs, alteram cum ferreo instrumento leuauit ad opus, sic diuina virtute, utraque manus utrique instrumento cohæsit, ut ad neutrius dimissionem digitos aliquatenùs relaxare ualeret. Ex quo stupefactus nimis, & quid ageret nesciens, ad ecclesiam, multis undiq; ad uidendum prodigium cōcurrentibus, properauit. Vbi mente compunctus ante altare, quodam ex assistentibus sacerdote monente, (plures quippe ad festum uocati conuenerant sacerdotes) beato Frācisco humiliter se deuouit, tria, sicut tèr uocem audierat, vota uouēs, quòd scilicet festum ipsius coleret, quòd ad illam, in qua tunc erat, ecclesiam in festo veniret, & quòd sancti corpus personaliter visitaret. Mirū certè relatu. Vno emisso uoto, unus digitus factus est liber, ad secundi emissionem solutus est alius, sed tertio facto uoto, laxatus est tertius, & postmodùm tota manus, uec non & altera subsequenter, populo, qui iam multus aduenerat, sancti clementiam deuotissimè implorāte. Sic homo pristinæ redditus libertati, per seipsum instrumenta deposuit, cunctis laudantibus Deum, uirtutemque sancti mirificam, qui tā mirabiliter percutere poterat, & sanare. Ipsa uerò instrumenta usque hodiè coram altari, ad honorē beati Francisci fabricato, ibidem in memoriam sancti dependent. Plura quoque illic, & in locis uicinis patrata miracula, & sanctum in cælis ostēdunt eximiū, & festum ipsius in terris venerabiliter excolendum.

Punitur à Deo uiolās temerè Ferias S. Francisci.

Nota de tribus votis.

In ciuitate quoque Cenomanensi dum in solennitate sancti Francisci mulier quædam manus ad colum extenderet, & digitis apprehenderet fusum, obrigescentibus manibus, cœperunt digiti magnis ardoribus cruciari. Igitur pœna docente, sancti recognoscens virtutem, corde cōpuncta, cucurrit ad fratres. Cūq; pro salute ipsius, deuoti filij ipsius patris clementiam precarentur, incolumis effecta est statim, nec aliquid læsionis remansit in manibus, nisi ad sancti memoriam, solum vestigium combusturæ. Simili etiā modo in Campania maiori, mulier quędam, & in uilla Oleti mulier altera, & in castro Pilei tertia, dū beati patris festū celebrare cōtēnerēt,

Vltio cęlestis fœminas temerarias.

præuaricantes primùm mirabiliter fuist punitæ, sed postmodùm pœnitentes, per sancti Francisci merita mirabiliùs liberatæ.

Miles quidam in Prouincia Massæ, beati Francisci operibus & miraculorum signis impudentissimè detrahebat. Inferebat multa opprobria peregrinis, ad ipsius memoriam uenientibus, & contra fratres publica garriebat insania. Cùm autem semèl sancti Dei gloriá impugnaret, addit super peccata sua blasphemiam detestandam. Si uerum est, inquit, quòd Franciscus iste sit sanctus, gladio cadat hodiè corpus meum. Si uerò sanctus non est, euadam incolumis. Non distulit ira Dei condignum inferre supplicium, cùm iam facta fuisset oratio, in peccatum. Mora enim modica interiecta, dum blasphemus nepoti suo inferret iniuriam, accepit ille gladium, & patrui uisceribus cruentauit. Eodem die mortuus est sceleratus, inferni mancipium, & filius tenebrarum, ut cæteri discerent miranda Francisci opera non blasphematorijs verbis impetere, sed deuotis laudibus honorare.

Ecce hominis blasphemi iustâ ultionē

Iudex quidam nomine Alexander, dum à beati Francisci deuotione quos poterat, venenata lingua retraheret, diuino iudicio lingua priuatus, per sex annos obmutuit. Qui cùm in eo, quo peccauerat, torqueretur, alta pęnitudine reuocatus, dolebat se contra sancti miracula oblatrasse. Itaque non perstitit misericordis indignatio sancti, sed pęnitentem, ac se humiliter inuocantem, restituta loquela, recepit ad gratiam. Extunc linguam blasphemam consecrauit laudibus sancti, deuotionem simul & disciplinā recipiens per flagellum.

Obmutescit obtrectator S. Frãcisci.

Iterùm curatur.

De quibusdam alijs miraculis diuersorum generum.

IN castro Galiani Valuensis diœcesis, mulier erat quædam nomine Maria, quæ Christo Iesu & beato Francisco famulatu deuoto subiecta, una dierum æstiuo tempore exijt, vt manibus conquireret proprijs necessarium victum. Cùm igitur feruente nimium æstu, sitis deficere cępisset ardoribus, omni priuata beneficio poculi, pro eo quòd in monte arido sola esset, quasi exanimis humi prostrata, patronum suum sanctum Franciscum inuocabat pio mentis affectu. Dum autem perseueraret mulier in affectuosa & humili prece, labore, siti & æstu fatigata quamplurimùm, paululùm obdormiuit. Et ecce sanctus Franciscus adueniens, & eam vocans ex nomine: Surge, inquit, & bibe aquam, quæ diuino munere tibi ac pluribus exhibetur. Ad huius uocis auditū surrexit mulier à somno non modicùm confortata, & accipiens filicem, quæ iuxta se erat, radicitùs euulsit à terra, effodiensque ligno paruulo circūquaquè, uiuentem reperit aquam: quæ cùm primò uideretur paruula stilla, subitò diuina virtute creuit in fontem. Bibit itaq; mulier, & satiata, oculos lauit: quos cùm longa priùs haberet ægritudine obumbratos, noua ex tunc sensit luce perfusos. Festinauit ad domū mulier, tam stupendum miraculum ad gloriam sancti Francisci denuncians uniuersis. Concurrerunt undiquè multi ad miraculi famam, experientia magistra discentes mirabilem illius aquæ uirtutem, dum ad ipsius contactum, confessione præmissa, à uarijs morborum cladibus plurimi liberabātur. Perseuèrat usque hodiè fons ibì perspicuus, & in honore beati Francisci, ibidèm oratorium est constructum.

Notāsigne miraculum.

Itèm uim fontis & sacramētalis cōfessionis.

In Hispania apud sanctum Facundum, viri cuiusdam cerasum arefactam, ad virorem frondium, florū & fructuum, contra spem mirabiliter reuocauit. Incolas quoquè terræ apud Vilesios, à vermium peste, corrodentium vineas circunquaquè, miraculoso suffragio liberauit. Sacerdotis cuiusdam iuxta Palentiam horreum quoddam, quod uermibus frumētarijs repleri quolibet anno solitum erat, sibi fideliter commendatum penitùs expurgauit. Terram quoquè domini cuiusdam de Petra mala in regno Apuliæ, sibi suppliciter commendatam, ab odiosa peste bruchorum penitùs seruauit indemnem, cùm tamen in circuitu omnia essent prædicta pestilentia deuorata.

Multa miracula.

Vir quidam Martinus nomine, cùm longè à castro suo boues minasset ad pascua, crus unius bouis casu quodam sic fuit desperatè confractum, ut nihil esset sibi de remedio aliquo cogitandum. Dum autem pro decoriatione foret solicitus, & instrumentum, cum quo id faceret, non haberet, domum reuersus, beato Francisco bouis curam reliquit, ipsumque fideli Sancti custodiæ fiducialiter commendauit, nè ante suum reditum deuoraretur à lupis. Summo itaque manè ad bouem in sylua relictum cum excoriatore reuersus, pascentem ipsum ità reinuenit incolumem, quòd nequaquàm crus fractum ab altero discernebat. Gratias egit bono pastori, qui diligentem de boue suo curam habuit, & medelam donauit. Succurrere nouit humilis sanctus omnibus inuocantibus ipsum: nec quantuncunque paruas necessitates hominum dedignatur. Nam viro cuidam de Amitrino iumētum restituit furto sublatum. Mulieri cuidam de Interduco, catinum nouum, in multas partes casum, integrè reparauit. Viro etiam cuidam de monte Vlini in Marchia, consolidauit vomerem in frusta confractum.

Egregiū miraculū de boue curato.

Alia miracula.

In Sabinensi diœcesi uetula quædam octogenaria erat, cuius filia moriens, lactentem infantulum dereliquit. Cùm igitur anus paupercula plena esset inopia, & vacua lacte, nullaque esset mulier, quæ sitienti paruulo lactis stillicidium, iuxta quod exigebat necessitas, erogaret, quò se uerteret, vetula penitùs ignorabat. Debilitato verò infantulo, nocte quadam omni humano destituta subsidio, ad beati patris Francisci auxilium implorandum lachrymarum imbre perfusa, tota se mente conuertit. Affuit statim innocentis amator ætatis, Ego, inquiens, sum Franciscus, o mulier, quem cum tātis lachrymis inuocasti. Pone, ait, mammas tuas in ore *puerili, quoniam abundanter tibi lac Dominus dabit. Impleuit anus sancti mandatum, & statim octogenariæ mammæ lactis copiam effuderunt. Innotuit omnibus mirabile sancti donum, multis tam uiris, quàm mulieribus accelerantibus ad uidendum. Et quia quod testabantur oculi, lingua impugnare non poterat, excitabātur omnes ad laudandum Deum in sancti sui uirtute mirabili, & amabili pietate.

f. puerili,

Vide illustre miraculū in octogenaria.

Apud Spoletum vir & uxor vnicum habentes filium, quotidiè velut hæreditarium opprobrium deplorabant. Brachijs siquidem collo connexis, iunctisque genibus pectori, & pedibus natibus alligatis, non hominis proles, sed monstrum quoddam potiùs uidebatur. Vehementiori mulier ex hoc afflicta dolore, crebris gemitibus clamabat ad Christum, sancti Francisci auxilium innocando, ut infelici sibi, & in tali opprobrio constitutæ, succurrere dignaretur. Nocte igitur quadam, cùm propter huiusmodi tristitiam tristis eam somnus arriperet, apparuit ei sanctus Franciscus, pijs eam affatibus mulcens, insupèr & suadens, quòd ad locū propinquum, suo nomini dedicatum, deferret puerum, vt ex aqua putei loci illius in nomine Domini superfusus, plenam reciperet sospitatem. Negligente autem illa sancti adimplere mādatū, secundò replicauit

Inuocatus S. Franciscus, ter apparet mulieri.

plicauit idipsum. Tertiò quoquè apparens, mulierẽ cum puero usque ad Ianuam dicti loci præambulò ducatu perduxit. Superuenientes autem nobiles quædam matronæ deuotionis causa ad prædictum locum, eis à muliere præfata diligenter exposita visione, vnà cum ipsa puerum fratribus præsentarũt: & haurientes aquam de puteo, earum nobilior propriis manibus lauit infantem. Statim puer omnibus membris ad sua loca productis, sanus apparuit, & magnitudo miraculi omnibus admirationẽ induit.

Egregiũ miraculũ

In castro Chore Ostiensis diœcesis, vir quidam sic erus ex toto perdiderat, vt nullo modo progredi vel mouere se posset. Positus itaque in angustia vehementi, & auxilio desperatus humano, cœpit nocte quadam, acsi præsentem cerneret beatum Franciscum, talem coram eo assumere materiam querulandi: Adiuua me sancte Francisce, recolens meum seruitium, & deuotionem tibi impensam. Nam in asino meo te portaui, sanctos pedes tuos & sanctas manus tuas osculatus fui, semp tibi deuotus, semper beneuolus extiti, & eccè morior doloris huius durissimo cruciatu. His pulsatus querelis, statim astuit beneficiorum memor, deuotioni gratus, & vigilanti viro cum vno fratre apparuit. Ad vocationem eius se venisse dixit, & tulisse remedia sanitatis. Tetigit locum doloris cum baculo paruulo, qui figuram Thau in se habebat, & fracto mox apostemate, perfectam tribuit sanitatem, &, quod mirabilius est, sacrum signum Thau impressum super locum sanati vlceris, ad miraculi memoriam dereliquit. Hoc signo sanctus Franciscus suas consignabat literas, quotiès charitatis causa scriptum aliquod dirigebat. Sed eccè dum per diuersa miracula gloriosi patris Francisci, mens narrationis varietate distracta decurrit, promerente ipso Crucis glorioso signifero, in signum salutis Thau non sine diuina directione peruenit, vt ex hoc possimus aduertere, quòd sicut Cruci militanti post Christũ fuit sublimitas meriti ad salutem, sic & triumphanti cum Christo, facta est firmitas testimonii ad honorem. Hoc quippè Crucis mysteriũ magnum & mirum, in quo charismata gratiarum & merita virtutum, & thesauri sapientiæ & scientiæ tam alta profunditate velantur, vt à mundi sapientibus & prudentibus sint occulta, tam plenè fuit Christi paruulo reuelatum, vt omnis vita ipsius non nisì Crucis vestigia sequeretur, non nisì Crucis dulcedinem saperet, non nisì Crucis gloriam prædicaret. Verè nanque in suæ conuersionis principio dicere cum Apostolo potuit: Mihi autem absit gloriari, nisì in Cruce Domini nostri Iesu Christi. Non minùs etiam verè in conuersationis progressu addere valuit: Quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos & misericordia. Verissimè autem in cõsummatione potuit subinferre: Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Sed & illud nos quotidiè desideramus ab ipso audire: Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro fratres, Amen.

Vide nũ ignorent Sanctis res nostras, quod blaterant hæretici.

S. Francisci vita omnis cruci Christo dedicata.

Gal. 6.

Ibidèm.

Gloriare igitur iam securè in Crucis gloria Christi signifer gloriose, quoniam à Cruce incipiens, secundum Crucis regulam processisti: & tandèm in Cruce proficiens, per Crucis testimonium, quantæ gloriæ sis in cælo, cunctis fidelibus innotescis. Securè iam te sequantur, qui exeunt ex Aegypto, quia per baculum Crucis Christi mari diuiso, deserta transibunt in repromissam viuentium terram, Iordane mortalitatis transmisso, per ipsius Crucis mirandam potentiam ingressuri. Quò nos introducat verus populi ductor & Saluator Iesus Christus Crucifixus, per merita serui sui Francisci: Ad laudem & gloriam vnius Dei & trini, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Hactenùs S. Bonauẽtura, author fide dignissimus. Scripserunt vero etiam de beatissimo viro, Christi confessore eximio Frãcisco, tres socii eius, Leo, Ruffinus, & Angelus, multa lectu digna: sed nè nimietate fortassis Lector offendatur, ea omisimus.

Vide Vineam Sancti Francisci.

VITA S. MAGDALVEI VIRDVnensis Episcopi & confessoris, vt habetur in peruetusto MS. codice.



MAGDALVEVS in vrbe Virdunensi natus, & literarum studiis traditus, cùm artes liberales strenuè percurrisset, ad sacram scripturam conuersus, vt virgines agnum quocunquè ierit sequi posset, mox virginitatem suam Christo uouit, & exhinc iam sanctè vixit, vt omnium acclamatione Virdunensium efficeretur Episcopus, tempore Pipini, primi huius nominis Francorum Regis. Quam sedẽ dissensione principum & turbine bellorum plurimùm desolatam inueniens, mirabiliter Deo se iuuante reformauit, sanctis operibus insistens, & miraculis æquè refulgens. Posteà sepulcrum Domini in Hierusalem deuotissimè visitauit. Cùm supra mare in naui cum pluribus periclitaretur tempestate suborta, ità vt non nisi spes mortis superesset: rogatus à sociis, subitò tranquillitatem à Domino precibus impetrauit. Fama autem eius sanctitatis, quæ vbiquè ante eum percurrebat, Imperatorem Constantinopolitanum attigit, qui accersiens sanctum Episcopum, & ab eo suæ saluti vtilia audiens, preciosa eidem xenia obtulit, quæ omnia ille contempsit, dimissusque est cum reuerentia. Cumque venisset Hierosolymam, & sancta loca deuotè visitaret, intellexit Eusebius Patriarcha adesse virũ Dei, quem ad se accitum, cum magno suscepit honore. Qui cùm sanctitatem conuersationis eius miraretur, & eum secum retinere cogitaret quamdiù maneret in viuis: reuelatione diuina est admonitus, nè propriis intentus, aliorum inuideret vtilitatibus, nec detineret peregrinum, cùm iam eius filii, in dies patris sui præstolarentur recursum. Dimisit ergò eum Patriarcha, dans ei calicem crystallinum, opere mirifico scalptum, in mutui pignus amoris, vna cum multis aliis sanctis reliquiis. Reuersus verò ad propriam ciuitatem Beatus Magdalueus, virtutes virtutibus accumulans, ad Christum in senectute bona transiuit. Statim autem, vt cælo spiritum reddidit, duæ columbæ niue candidiores, ab æthere cunctis videntibus lapsæ, super Crucem quæ ante corpus eius erat, sederunt, & per omnes exequiarum moras, vsquequò traditum est sepulturæ, manserunt. Sicque intuentibus illis iterùm poli secreta petierunt. Cùm autem sepulcrum eius quotidianis virtutum floreret prodigiis, & crebris populorum frequentaretur excubiis, quadragesimo post obitum suum anno, sacrum corpus eius est sepulcro leuatum. Quod veluti soporatum & viuens, candoreq; liliorum ac roseo rubore respersum, nulla macula, nec aliquo mortis signo fuscatum est inuẽtum, odorem spirans suauissimum.

Octobris 4.

Eius patria.

Apoc. 14

Vouet Deo castitatem.

Visitat terram sanctam.

Fugat oratione tempestates.

Eusebius Patriarcha Hierosolymitanus.

Felix obitus eius.

Miracula ad eius sepulcrum.

Eleuatio eius.

MARTYRIVM SANCTI THYRSI & sociorum eius, similiter sanctorum Palmacij proconsulis, Maxentij, & eorum sociorum Treuirensium, ut habetur in antiquissimo MS. codice Ecclesiæ Traiectensis.

Octobris 4. & 5.



ANNO Dominicæ incarnationis ducentesimo nonagesimoprimo, Maximianus Imperator cognomento Herculeus, propter frequētes Gallorum tumultus, Thebæos milites ab Oriēte in auxiliū accersiuit. Hi Thebęi ab antistite Hierosolymitano fuerāt baptizati: deidè à Marcellino Papa Romano, qualiter sub armis Romanæ libertatis Christianā inocētiā custodire deberēt, instructi. Prælati autē huic legioni duces duo. Quorum unus Thyrsus, alter Secundus vocabatur, & Mauritius eiusdem legionis Primicerius: quorum ordine & nomine Secundus, apud Victimilium Italiæ castrum, martyrio vitam finiuit. Mauritius uerò apud Agaunum, cum socijs suis pro Christo gladio occubuit. Thyrsus autē & Bonifaci⁹ cum suis plurimis socijs & principibus Treuerim deuenerunt, ibique in campo Martio castra fixerunt, vbi ab eiusdem ciuitatis Christianissimis principibus, Christianitatis pacisque signa in ipsis cognoscētibus, hospitaliter & honestè atque in charitate quę in Deo est recepti sunt.

S. Mauritij uitā habes 22. Septēbris & sentitomo.
Thyrsus cū socijs uenit Treuerim.

His ergò dum causam suæ ab Oriente profectionis, suæque ad hunc locum peruentionis flebiliter retulissent, eorumq; consilium & auxiliū humiliter postulassent, flagrāti adeò Spiritussancti ardore, corda omnium & ciuium & hospitum in Dei amore succensa sunt, ut magis ad mortem pro Christi amore, quàm ad idolorum venerationem uel Christianorum oppugnationem sese mutuò animas ponere hortarentur. Vix igitur sanctæ exhortationis armis se inuicèm munierant, cùm eccè Rictiouarus à Maximiano Imperatore Treuirorum præfectura donatus, eādem urbem cum maximo militum agmine stipatus intrauit. Qui vocatos ad se inprimis, quorum causa præcipuè uenerat, Thebæorum legionis Christianos, interrogauit ut & ipsi Romanorū deos adorare, eorumque detractores armis uellent subiugare. Cui dum dux legionis Thyrsus responderet, se suosque omnes, & socios & milites pro Christi amore malle mori, quàm huiusmodi sacrilegio pollui: Rictiouarus diffusis per totum campum militibus, omnes præcepit interfici, & corpora eorum feris & auibus deuoranda relinqui. Ex his innumeris, tanta multitudo ad litus Mosellæ iuxta Capitolium martyrizata est, ut sanguinis riuuli defluentes aquas fluminis in suum colorem conuerterent, & naturali claritate neglecta, peregrino magis quàm proprio colore ruberent. Inhumatis tunc, etiam sanctorum corporibus unda pbebat tumulum, quos redeuntes grata compage membrorum, futuro præsentabat iudicio. Hoc idem Capitolium posteà in honore Dei genitricis Mariæ semper Virginis est dedicatum. Et ipse locus ad memoriam martyrum, Litus ad martyres, accepit vocabulum. Hanc cædem exercuit Rictiouarus, videlicet Thyrsi & sociorū eius, die quarta Nonas Octobris.

Sese mutuò ad martyriū animant.
Oēs trucidantur.
Nota.
Capitoliū Maximianū in ecclesiā conuersum.

Sequenti autem die Palmatium proconsulem & patricium ciuitatis cum undecim principibus occidit. Quorum nomina hæc sunt: Maxentius, Constantius, Crescentius, Iustinus, Leander, Alexander, Sother, Hormisda, Papirius, Constans, Iouinianus. Tertio nihilominùs die Rictiouarus cædem exercuit in plebem, sexus utriusq;, totamq; urbem occisis innumerabilib⁹ Christianis impleuit. Pauci uerò Christiani qui declinauerūt huius persecutionis procellas, cessante aliquantulùm persecutione, horum martyrum corpora partim sepulturæ demādarunt, partim in quendā ingentis capacitatis puteum iniecerunt.

Palmati⁹ cōsul cum xj. principib⁹, et tota fere ciuitate Treuiresi occiditur.

Postmodùm verò Felix, eius nominis secundus, Archiepiscopus Treuirensis, cōstruxit grandem basilicam in campo Martio ad honorem Dei genitricis Mariæ, in qua corpora sanctorum martyrum a Rictiouaro occisorum honorificè recondidit, quæ anteà dispersa & incomposita fuerunt: ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, Amen.

Extruitur in honorē Mariæ Virginis & sanctorum martyrum ecclesia.

VITA ET PASSIO BEATISSIMI martyris Placidi, discipuli beatissimi patris nostri Sancti Benedicti, & fratrum eius, Victorini, Eutychij ac sororis Flauiæ virginis, Donati, Firmati diaconi, ac Fausti, & aliorum triginta, edita à Gordiano eiusdem martyris famulo in noua Roma Constantinopoli, iussu Iustiniani magni Imperatoris. Habetur in Bibliothecæ Vaticanæ vetustissimo MS. codice.

PROLOGVS AVTHORIS.



IN claro & renitenti triumpho beatissimorum martyrum Placidi, Eutychij & Victorini fratrū, eorumq; sororis Flauię uirginis, & sociorū triginta ac trium laudes aliquas addere ociosum quiddā & superuacuū est. Quos enim Christus in cælesti regno locauit, quos etiam cum Angelis & Archangelis indiuiduam maiestatem laudare constituit, hoc nimirùm hominū laudibus nō egere monstrauit. Verùm quia omnes spiritus & omnes creaturas ad Domini laudem psalmographus uates inuitat, operæ precium reor ego Gordianus, patris Benedicti discipulus, ad Regis æterni gloriā, eorundemque martyrum passiones almificas Argolicis apicibus annotare. Tanta enim miraculorum prærogatiua, tanto virtutum iubare sanctissimus Placidus, horum martyrum dux & præuius splenduit, ut non solum fideles, uerumetiam infideles in Christi laudem exclamare cogantur. Et meritò: nam iuxta magistri sui Benedicti præceptum, Christum toto corde, tota anima, tota uirtute dilexit, & pro eius nomine cum supradictis martyribus suum sanguinem fudit. Hi nanque sunt cæli, qui enarrant gloriam Dei. Hi lux mundi, qui sedentes in tenebris ad ueram lucem reducunt. Hi sal terræ, qui mentes nè tædij torpore deficiant, saliunt, & ad cæleste regnum inducunt. Freti nanque Dei omnipotentis uirtute, eiusque sapientia debriati, frementem mundum uelut stercora contempserunt, & ueram fidem opportunè prędicauerunt, & pro eadē animam posuerunt.

Psal. 148 & 150.
Psal. 18.
Matt. 5.

Hāc nāq; Dei magnitudinē, uirtutē & sapiētiā Dauid admirās, dicebat: Magn⁹ Dominus De⁹ noster, & magna virtus eius, & sapiētiæ ei⁹ nō est numerus. Magnus siqdē, cùm nos inenarrabiliter exluti materia cōdidit, & ex nihilo cūcta creauit. Magna virtus ei⁹, cùm tartareas legiones dirupit, mūdi pricipē vicit, vasa & arma eius abstulit, regnū destruxit, humanū genus suo precioso sāguine redemit, pacis coagu-

Psal. 146.

lum

lum inter Deum & hominem reformauit, terrenis cælestia sociauit, ac filios hominum de terra eleuans, in cælesti regno supernarum Virtutum ordinibus iunxit. Intonet ergò iam sancta & vniuersalis Ecclesia, & cum eodem celeberrimo sublimique citharista cælestis harmoniæ tympanum sumens, det vota, promat cantica, dicens: Magnus Dominus noster, & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numerus. Magnus vtiquè ipse, magna virtus eius, & sapientia, qui ab ipso fere mundi principio paruulos, senes, insipientes, sapientes, armentarios, ruricolas, piscatores & monachos, æterni regni oratores & milites contra diabolum fecit. *Ibidem.* Ad quam rem nobis idoneè confirmandam, adest cum sociis & sorore Flauia virgine, ac duobus fratribus Eutychio & Victorino, Placidus sanctissimus & beatissimus patris Benedicti discipulus, qui terrenis cælestia commercia mutans, Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Martyribus ac Confessoribus similis apparuit, & in carne adhuc lutea positus, labentes delicias vt quisquilias spreuit, & Crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro Christi nominis amore portauit. *S. Placid. labētes delicias ut q. squilias spreuit.*

In huius itaque martyris passione explicanda, cuius ad istum agere ortus sum, promam. Diues enim Iustinianus triumphator, inuictus Aeneades, dum agnouisset qualiter iam dictus martyr Domini Placidus triumphalem lauream suscepisset, illicò nostram exiguitatem aduocans, præcepit vt passionem illius atque miracula, prout oculis ipse prospexeram, exercens, sanctæ Ecclesiæ filiis ad legendum morigerarer. Cuius sacratissimo imperio parens, ad tanti martyris passionem describendam animum dedi, sciens indubiè, quia omnia, quæ fuerunt & sunt, ex Dei voluntate & permissione consistunt & permanent. In hoc tamen opere studiosi lectores non panegyricum requirant, sed veritatem. Alij sua scripta phaleris ornent, promentes quod turpe videtur & tenebrosum: nos omissa purpura obumbrationis, nudum ostentabimus, quod in se honestum sit ac luculentum. Non est autem Ecclesiasticorum virorum molles & delicatas orationes appetere, quæ mentes hominum ad praua & noxia quæque illiciant, vt faciunt Comicorum & Tragœdorum: sed quæ ad puritatem, castitatem, integritatemque mentes audientium ædificent, & ad vitam æternam perducant. Quòd autem Deo dilectissimi Placidi & sociorum eius passionem rustico describimus calamo, non ideò spiritualis homo, qui diiudicat omnia, vt animalis, qui nescit quæ sunt spiritus, surda aure prætereat, cùm sola quæ sunt spiritus sapiat. *1. Cor. 2.* Superni itaque Regis numine fultus, sanctorum martyrum passionem scribere aggrediar.

VITA S. PLACIDI.

Octobris 5. Cap. 1.



EMPORE, quo Theodoricus Augustus in seniori Roma, in noua verò Iustinus senior & Iustinianus Romani Imperii sceptra retinebant, sedi verò Apostolicæ Iohannes primus & Felix præsidebant, Tertullus vir nobilissimus ac præclarissimus, & in vtraque curia Romani Imperij post Augustos nulli secundus, homo illustrissimus ac dilectissimus, in seniori Roma patriciatus retinebat habenas. *Is Theodoricus fuit 2. Gothorum in Italia Rex.* *S. Placidi pater.* Qui ex Aniciorum sanguine stemmatis lineam ducens, adeoque sapientia, fortitudine atque prudentia viguit, vt ab Imperatoribus omnique Romano populo pater patriæ vocaretur. Hic de Octauiæ gentis familia ducens vxorem, corpore ac moribus speciosissimam, bonæ arboris bonos fructus ex ea suscepit. Primum nanque Placidum, secundum Eutychium, tertium Victorinum, quarto autem loco dum puellam enixa fuisset, pro eo quòd ex Octauiorum & Flauiorum stirpe descendebat, Flauiam nominauerunt. *S. Placidi fratres & soror.* Hos cùm dicto patricio peperisset, viam Domini illos celere docuit, sectari patientiam, humilitatem, sobrietatem, castitatem & charitatem. Patres siquidem erant pauperum, iudices viduarum: causam autem quam nesciebant, diligentissimè inuestigabant. Ipsius autem Patricii animus, licèt Imperialibus negociis implicitus esset, semper tamen aut circa ecclesias, aut circa monasteria erat, semper ea quæ Dei sunt quærens. Eodem tempore beatissimus ac Deo dilectissimus Benedictus, velut Lucifer inter astra, apud Sublacum radiabat. Cœperunt deindè in eodem loco ad eum multi confluere, & sub leni redemptoris iugo cordis ceruices edomare, multique ab eodem patre in eadem regione ad omnipotentis Dei sunt seruitium coadunati, ità vt illic duodecim monasteria construeret, in quibus sub statutis præpositis duodenos monachos deputauit: nonnullos verò secum retinuit, quos adhuc in sua præsentia aptiùs erudiri iudicabat. *Multi in S. Benedicti disciplinā se tradunt.*

Fama itaque tanti patris per totum Romanum Imperium volitante, vrbem ipsam Romam, quæ Romani Imperii omniumque vrbium caput est, ceu sol radians, repleuit in tantum, vt Tertulli patricii perueniret ad aures. Qui cum optimatibus Romani Imperii, temporibus * Iulii Papæ, diuinæ autem incarnationis anno vigesimosecundo, ac quingentesimo, ad patrem sanctissimum Benedictum peruenisset, vir excellentissimus & Imperatoris in orbe Romano præcellius ac singularis, purpura indutus, gemmis & auro radians, pedibus eius prouoluitur, vtque pro suis commissis Domini flagitaret clementiam, cum lachrymis atque singultibus exposcebat. **for. Iohānis aut Felicis. Hic locus mendosus videtur.* Vir autem Domini Benedictus, patricii humilitatem aduertens, è terra eum leuauit, & de his, quæ ad æternam vitam attinent, sufficienter instruxit. Idem verò Patricius serui Domini doctrina delectatus, eo die obtulit Deo & eidem patri Benedicto Placidum filium suū septennem, nutriendum & erudiendum secundùm regularem normam institutionis. sicq; benedictione munitus, ad Vrbem reuersus est. *Placidus septennis fit monachus.*

Cap. 3. Placidus autem sanctissimus cùm sub beatissimi Benedicti regulari magisterio cresceret, sanctam & Deo placitam vitam in omnibus ducere cœpit. Quem vir Dei cernens ad alta succrescere, ac sicut proprium filium illum valdè diligens, de his, quæ Dei sunt, solicitè instruere cœpit, ac contra tentantia præmunire vitia, qui ab ipso pueritiæ suæ tempore abstinentiam ac vigilias est secutus. *Virtutes eius.* Cursu nanque præpete cælestem tendens ad patriam, ardua & sanctiora appetere non desinebat, noctibus atque diebus, horis ac momentis quæ Dei sunt quærere non cessabat. Obedientiæ verò ità sibi callem vendicauit, vt pro hoc hoc ipsi sanctissimo Benedicto admirabilis haberetur. Quadam verò die dum aqua in cella deesset, ad hauriendam aquam de lacu Placidus est beatus egressus: qui dum vas, quod tenebat, incautè in aquam misisset, ipse quoquè cadendo secutus est, quem continuò vnda rapuit, & penè in vnius sagittæ cursu à terra introrsùs traxit. *Cadit ī lacum.* O inenarrabilis clementia

 Saluatoris.

Saluatoris. O, inquam, indeficiens super eius electos vsque in finem mundi diuina custodia. Ille nanque fuit cum Placido in aqua, nè necaretur, qui fuerat cum Petro in mari, nè mergeretur. Hoc ille egregius Psaltes præfigurauerat, cùm dicebat: In mari viæ tuæ, & semitæ tuæ in aquis multis. Sed quid præualet contra Dei potentiam antiqui hostis versutia? Mox enim vt sanctus in aquam Placidus cecidit, euentum rei Spiritus sanctus, qui in sanctorum cordibus principaliter obtinet locum, Benedicto patri sanctissimo reuelauit. Qui euestigiò beatum Maurum sub magna celeritate vocauit, dicens: Frater Maure curre velociter, quia puer Placidus, qui ad hauriendam aquam perrexerat, in lacum cecidit, eumque iam longiùs vnda trahit. Res mira, & post Petrum Apostolum omnibus retrò seculis inaudita. Benedictione enim postulata atque percepta, ad patris imperium concitè Maurus perrexit, atque ad eum locum, quo sanctus Placidus ab vnda trahebatur, per terram se ire existimans, super aquas cucurrit, Placidumque beatum per capillos tenuit, rapidoque cursu rediit. Qui mox vt terram tetigit, ad se Maurus reuersus, post terga respexit; & quia super aquas cucurrisset cognouit, & quod præsumere non potuit vt fieret, miratus expauit factum: reuersusque ad patrem, rem in se gestam maturiùs per ordinem pandit. Vir autem Domini Benedictus, hoc non suis meritis, sed Mauri cœpit deputare obeditioni: contrà Maurus pro solo eius imperio factum dicebat, seque cōscium in illa virtute non esse, quam nesciens fecisset. Sed in hac humilitatis mutuę amica contentione, accessit arbiter Placidus, qui ereptus est, puer. Nam dicebat: Ego cùm ex aqua traherer, super caput meum Abbatis melotem videbā, ipsumque me ex aquis educere considerabam. Hic planè respiciendum est, qualis sub patris Benedicti doctrina Placidus fuerit, cui omnipotens Deus illud donauit cernere, quod beato Mauro non est permissum conspicere. Dic, dic nunc coluber venenose, quod profuit tibi sæuitia tua? vbi est nunc victoria tua? Ecce terebra Christi perforatum est guttur tuū: ereptus est ab aquis Placidus sanctus, super cuius casu non mediocriter gaudebas. O beatissimi viri admiranda sanctitas, qui quod suis effici non dubitabat meritis, discipuli potiùs adscribendum censebat obedientiæ.

Matt. 14. *Psal. 76.* *S. Benedictus in spiritu discit lapsū Placidū in aquā.* *S. Maurus super aqua currens, eum extrahit.* *Visio Placidi.*

Cap. 4. *Tria in vertice mōtis monasteria.*

Ex his autē monasterijs, quæ in eodē loco Benedictus pater extruxerat, tria sursùm in rupibus montis erant, & valdè erat fratribus laboriosum semper ad lacum descendere, vt aquam haurire debuissent, maximè quia ex deuexo mōtis latere erat graue descendentibus in itinere periculum. Tunc collecti fratres ex eisdem tribus monasterijs, ad beatissimum patrem Benedictum venerunt, dicentes. Laboriosum nobis valdè, ò pater, propter aquam quotidiè vsque ad lacum descendere: & idcircò necessè est ex eodem loco monasteria mutari. Quos venerabilis pater blandè consolatus, ad sua loca eos discedere iussit. Nocte verò insecuta, vnà cum beatissimo Placido discipulo suo montis ascendit verticem, orationemque ibidèm faciens, tres petras in eodem loco pro signo posuit, atque ad suum vnà cum Placido, cunctis illis nescientibus, monasterium rediit. Cumque die alio pro necessitate aquæ prædicti fratres venissent, dixit: Ite ad rupem illam, in qua tres super inuicèm petras positas inuenietis, ibi modicum cauate: valet enim omnipotens Deus etiam in illo montis cacumine aquam producere, vt vobis laborem tanti itineris dignetur auferre. Qui euntes, rupem iam sudantem inuenerunt. Cumque in ea cauum locum fecissent, statim aqua repletus est: quę tam sufficienter emanauit, vt nunc vsque vbertim defluat, atque ab illo montis cacumine vsque ad inferiora deriuetur. Nemo ergo dubitet beatissimum Placidum tanti miraculi participem extitisse, quem beatus magister solum huius signi voluit habere conscium.

In montis vertice erumpit fons ad preces S. Benedicti.

Cap. 5.

Cumque omnia loca eadem in amore Domini nostri Iesu Christi longè lateque feruescerent, & secularem vitam multi relinquerent, quidam presbyter Florentinus nomine, antiqui hostis veneno debriatus, sancti patris studijs cœpit æmulari, quosque etiam posset ab eius visitatione compescere. Cumque iam se conspiceret eius profectibus obuiare non posse, panem veneno infectum ei quasi pro benedictione transmisit. Quem vir Domini cum gratiarum actione suscepit, sed eum quid pestis lateret in pane non latuit. Ad horam verò refectionis illius ex vicina sylua coruus venire consueuerat, & panem, quem presbyter transmiserat, vir Dei ante coruum proiecit, eique præcepit, dicens: In nomine Iesu Christi tolle hunc panem, & tali eum in loco proijce, vbi à nullo homine possit inueniri. Tunc coruus aperto ore, expansis alis, circa eundem panem cœpit discurrere & crocitare, acsi apertè diceret, & obedire se velle, & tamen iussa implere non posse. Cui vir Dei iterùm atq; iterùm præcipiebat, dicens: Leua, leua securus, atque eum ibi proijce, vbi inueniri non possit. Quem diù demoratus, quandoquè coruus momordit, leuauit & recessit. Post trium verò horarum spatium abiecto pane rediit, & de manu hominis Dei annonam quam consueuerat accepit. Venerabilis autem pater contra vitam suam inardescere sacerdotis animum videns, illi magis, quàm sibi doluit. Sed prædictus Florentius quia magistri corpus necare non potuit, se ad extinguendas discipulorum animas accendit; ità vt in horto cellæ, cui Benedictus inerat, ante eorum oculos nudas septem puellas mitteret, quæ coram eis sibi inuicèm manus tenentes, & diutiùs ludentes, illorum mentes ad peruersitatem libidinis inflammarent. Quod sanctus vir de cella conspiciens, lapsumque tenerioribus discipulis Placido & Mauro pertimescens, eos custodiri præcepit, dareque inuidiæ locum disposuit. Hæc dum solicita secum mente tractaret, reuelatio cælestis tali illum adhortari est dignata oraculo: Vt quid dulcissime ac dilectissime Benedicte tristaris? Nunquid nam non reminisceris illud, quod ego discipulis meis locutus sum, dicens: Si me persecuti sunt, & vos persequentur? Tibi enim alia est eligenda via, aliud iter quærendum. Te nanque elegi ex omnibus incolentibus orbem. Tu Euangelij mei tuba cælestis existens, spiritu es meo repletus. Surge iam, & vade ad castrum Cassinum, & populum eiusdem prouinciæ, qui adhuc idolorum nefandia cultibus seruit, & in quorū præcordijs sathanæ versutia regnat, qui nihil sciunt aut dicunt, nisi quod in cordibus eorum veternosi serpentis versutia scripsit, sermone verifico prædicans, meum ad cultum conuertere stude: quia tecum ego ero, & non te deseram, & confundam omnes aduersarios tuos. Proficiscere idolorum ad pugnam, confortare & esto robustus, quia castrum tibi tradam, & illic sedes nominis tui in perpetuum erit. Talia dum sanctus pater Benedictus audisset, suos ad se discipulos euocans, sic eis orsus est fari.

Florentij presbyteri nequitia. *Coruus S. Benedicto obedit.* *Malevolentia & maligni tas eiusdem Florentij.* *Iohan. 15.* *Iubetur S. Benedictus ad castrū Cassinū transmigrare.*

Cap. 6. *Oratio ad discipulos.*

Audite me fratres & filij, cohæredes & socij in promisso Regis æterni. Nam mihi Dominus meus IESVS CHRISTVS præcepit, vt ad

culturam

culturam idolorum exterminandam æternæque oblinioni tradendam castrum petam Casinum: ideoque voluntas Dei nostris voluntatibus modis omnibus anteponenda est. Nostis præterea & benè nostis, quantos dolos, quantasque insidias Florentius presbyter intulit, qui me veneno interficere, & discipulorum meorum Placidi & Mauri aīas extinguere voluit. Quapropter cedendum loco est, iuxta

Matt. 10

illud æterni Regis eloquiū: Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Et quia ità est, iussioque eiusdem Domini nostri Iesu Christi imminet, parere debemus, eundum est. Super hoc autem & illa nobis lex est, vt viscera pietatis omnibus aperiamus, & fraterno charitatis amore omnibus mortalibus iuuamen conferamus, sicut & nos accepimus à Domino Iesu Christo. Vos autem state, & permanete in gratia & conuersatione sanctæ religionis, proculdubiò scientes, quia quanto studiosius in spiritualibus disciplinis permanseritis, tanto maiora præmia in futuro examinis die percipietis. Hæc cùm dixisset, anno Dominicæ incarnationis quingentesimo vigesimonono, temporibus Iustini monocratoris, oratoria cuncta quæ construxerat, adiunctis in vnoquoque duodenis fratribus, sub statutis præpositis ordinauit, & duobus Angelis, tribus coruis se comitantibus, ad Casinum castrum pergere cœpit.

Angeli comitantur eum

Cap. 7.

Cumque iuxta ciuitatem Alaternam deuenisset, in monasterio sancti martyris Christi Sebastiani hospitio susceptus est. Indè quoquè vir Dei recedēs, & sancto Seruando diacono valefaciens, cū discipulis suis Placido atque Mauro iuxta ciuitatē Herculanā deuenit, in locum scilicet, qui Aureola ab accolis appellabatur: in quo dum peruenisset, agnouit per Spiritum sanctum congregationem religiosorum virorum ibidèm esse futuram, fundamentaque ipse pro ecclesia construenda manibus suis iaciens, præcepit discipulis suis Placido atque Mauro, quatenùs eandem ecclesiam in honore sancti martyris Christi Erasmi à se fundatam ad finem perducerent, sicque Casinum venirent, quod & fecerunt. Ipse autem pater sanctissimus indè procedens, Casinum tēdebat. Sed cùm per ignota loca solus viator incederet, vbicunquè biuium vel triuium occurrebat, duo, vt antè diximus, in figura iuuenum aderant Angeli, qui tanto patri per montium deserta quò gressum dirigere deberet indicabāt. In eodem verò loco sanctus quidam vir, nomine Martinus, tunc habitaculum habebat, cui diuinitùs ità dictum est: His tu parce locis, alter amicus adest. Ille autem continuó diuinis iussionibus aurem accommodans, montem Marsicum petijt, ibique vitam virtutibus gloriosam sancto fine conclusit.

Ecclesiā in honorē S. Erasmi construit.

Cap. 8.

Cumque ad Casinum castrum Benedictus pater peruenisset, per quadraginta dies non longè à templo Apollinis Deum omnipotentem orans permansit. Demùm verò cōtriuit idolum, subuertit aras, succidit lucos, atque cū discipulis suis Placido & Mauro Cassinēse fundauit monasterium, illudque in sua corporali requie regulæque descriptione, caput omnium monasteriorum constituit. Vbi autem templū Apollinis erat, ecclesiā beati Martini: vbi verò ara Apollinis fuit, oratorium sancti Iohannis construxit, & circumquaquè manentes populos ad Christi fidem conuertit. Sed hæc antiquus hostis tacitè non ferēs, non occultè, vel per somnium, sed aperta visione eiusdem patris se oculis ingerebat, ita vt etiam voces illius Placidus & Maurus audirent, quamuis imaginem minimè cernerent. Vt enim discipulis suis Placido & Mauro idē pater dicebat, corporalibus eius oculis diabolus teterrimus & succensus apparebat,

S. Benedictus ī mōte Cassino castrum monasteriorum.

Vides quomodo patres nostri ecclesias & altaria, in sanctorū honorē extruxerūt

qui in eum ore oculisque flammantibus sęuire videbatur.

Cap. 9.

Quadam verò die dum sanctissimi viri Placidus & Maurus habitacula cœnobij Casinensis construerent, lapis in medio iacebat, quem in ædificium leuare decreuerant. Cumque eum mouere non possent, plures adiuncti sunt, sed ita immobilis permansit, acsi radicitùs in terra teneretur: vt palàm daretur intelligi, quód super eum ipse per se antiquus hostis sederet, quem tantorum virorum manus mouere nō possent. Difficultate igitur facta, ad virum Dei Placidus & Maurus miserunt, vt veniret, & orādo hostem repelleret, vt lapidem leuare possent. Qui mox vt venit, orationem dedit, & tanta lapis celeritate leuatus est, acsi nullum priùs pondus habuisset. Tunc in conspectu viri Dei placuit, vt in eodem loco terrā foderent: quā dum fodiendo altiùs penetrassent, æreum illic idolum fratres inuenerunt. Quo ad horam casu in coquinam proiecto, exire ignis repentè visus est, atque in Placidi, & aliorum fratrum oculis, quia omne eiusdem coquinæ ędificium consumeretur, ostendit. Cumq; iaciendo aquam & ignem quasi extinguendo perstreperent, pulsatus eodem tumultu vir Dei aduenit. Qui eundem ignem in oculis fratrum esse, in suis verò non esse considerans, caput protinus in orationem flexit, & eos quos phantastico reperit igne deludi, reuocauit fratres ad oculos suos, vt sanum illud coquinæ ædificium assistere cernerent, & flammas quas antiquus hostis finxerat non viderent.

Ignis phantasticus ex dæmonis præstigijs.

Vide quāta sit orationis virtus.

Cap. 10.

Rursùs dum sanctus Domini Placidus cum fratribus parietem paulò altiús ædificaret, viro Dei in oratione constituto diabolus apparuit, & quia ad laborantes fratres pergeret indicauit. Quod vir Dei per nuncium celerrimé mandauit fratribus, dicens: Fratres cautè vos agite, quia ad vos hac hora malignus spiritus aduenit. Is qui mandatum detulit, vix verba compleuerat, & diabolus parietem qui ædificabatur euertit, atque vnum puerulum monachū, nomine Seuerum, opprimens, ruina contriuit, quem in sago ad patrem Benedictum portantes, nō solùm membra, sed etiam ossa contrita habentem, in matta qua sanctus pater orare consueuerat proiecerunt, orationemque faciens, hora eadem illum sanum restituit & valentem vt priùs, atque ad eundem iterùm laborem misit, vt ipse parietem cum Placido & fratribus perficeret, de cuius se interitu antiquus hostis Benedicto insultare credidisset.

Seuerum monachū à diabolo læsum sanitati restituit.

Cap. 11.

Igitur cùm ad aures Tertulli Romanæ curiæ patricij peruenisset, quòd sanctus Domini Benedictus vnà cum Placido eiusdem patricij filio & discipulo suo Mauro in sua possessione Casini monasterium construxit, gauisus est gaudio magno, filioque suo dirigere studuit, vt patris Benedicti voluntatem super suo aduentu perquireret, & sibi remitteret. velle enim se aiebat, si id seruo Domini placeret, & Casinense cœnobium, & Placidum filium suum videre. Quæ cùm idem sanctus Placidus patri Benedicto retulisset, vir Dei respondit sibi placere, vt iam idem patricius, quam amici eius ad monasterium visendum venirent. Placidus autem certum diem Tertullo patri suo quo ad cœnobium visendum venire deberet, & iuxtà quod pater Benedictus in mandatis dederat, transmittere studuit. Qui confestim accersitis ad se nobilissimis de ciuitate Romæ viris, Boetio scilicet, Symmacho, Vitaliano, Gordiano atque Equitio, ascensis equis cōcito gradu ad prædium possessionis suæ, quod ei de paterna hæreditate obuenerat, Casinum peruenit. Cuius aduentus dum patri Bene-

Inuisit sanctū Benedictum Tertullus patricius.

dicto nunciatus fuisset, cum discipulis suis Placido & Mauro ante ianuam monasterij in eius pergit occursum. Patricius autem beatissimum patrem Benedictum corpore præ abstinentia exhaustum perspiciens, de equo quo insederat celeriter descendit, & ita vt erat auro gemmisque ornatus, in terram corruens, deosculabatur vestigia eius. Quem pater sanctissimus à terra eleuans, & ad pectus suum constringens, deosculatus est. Demùm verò in ecclesiam sancti confessoris Christi Martini inducens, & præ gaudio in fletū prorumpens, illum & reliquos in fratrū conuentum deduxit. Tertullus verò, deosculata omni cōgregatione, rogauit patrem Benedictum, quatenùs eum fratres dignarentur in suam recipere societaté. Qui eùm celeriter ea quæ summa deuotione poscebat, vnà cum patricijs, consulibus ac senatoribus, qui cum eo venerant, impetrasset, obtulit Deo & eidem patri beatissimo Benedicto totum ex integro Casinum montem cum vniuersis pertinentijs suis, atque à suo proprio iure illum abscindens, eidē patri tradidit in perpetuum possidendum. Conuocansque ad se Reipublicæ primiscrinium, testamentum iuxta morem Romanum conscribi fecit, ab omnium mortalium iure atque dominio locum eundē perpetuò mansurum alienum decernens.

Dat illi mōtē Cassinum possidendum

Cap. 12.

Pariter amodò eidem patri obtulit castra, villas & possessiones, quæ sibi iure hæreditaria pertinebant, cum vniuersis appēdicijs suis, habentes hoc fines: Ab vna siquidem parte fluuium Vulturnū, ab alia fluuiū Ligirlanum, à tertio fluuium Sacrum, à quarto latere municipium Carsiolanum, cum vniuersis quæ intrà prædictos fines tunc temporibus habebātur. Domum verò in qua Placidus filius eius natus fuerat in vrbe Roma in Cælio monte, beati Erasmi nomini dicans, patri sanctissimo ex toto concessit. Obtulit etiam ipso die Deo & sanctis eius medietatem de lacu Lucrino, necnon & insulā Caprariam in salo Neapolitano locatam, portumque Traiesensem & Vltranensem, & totam piscariam Lesinensem vnà cum fasce sua, simul etiam tres insulas Diomedis & fluuium Lauri iuxta piscariā Lesinensem. Propria verò quæ in Apulia habebat, rogatu Placidi filij sui pari modo concessit, quorum nomina hæc sunt: In Canusia fundum Melitensem, Podensem, villam Pertusam, campum Caliensem, Babolianum viculum, & ecclesiam sanctæ Mariæ in eadem Canusina ciuitate constructam cum cortibus istis, Mirazanum, Plazanum, campi pascua, lacum Romanum in territorio Capuano, fundum Patenariēsem & Amarionum in territorio Corsino, fundum Curritanum, Laudanensem, Melassanum, Funiclirom, nec non & res suas in Magella, vbi posteà ab eodem patre Benedicto monasterium Domini Liberatoris constructum est, vnà cum omnibus quę ibi idem patricius possidere videbatur, regiones scilicet has: Theate, Aprucium, Pinæ Asculū, Firmum, in mari Adriatico portum Sabini & portum Maurini. In Liguria cortes has: Adili, musalinū, montironē, fraguanelū, rongalia, cāpodulfum laurētianum, argelæ, ragogusosa, calderaria, frasseuetula, feratam, petrosam, pontem longum berseli, gremanum, mōcerionem. In salo Gadicano insulas has. Pontiam, Pontateriam, Palmariam, & portum fluuij Gariliari. Ista omnia Tertullus patricius cum Placido filio suo patri Benedicto per scriptum tradiderūt in perpetuum possidenda.

Eccè quomodo antiqui monachi bona immobilia fidelium largitione cōcessa acceperūt & possederunt.

Cap. 13.

Hunc æmulatus ad bonum Equitius senator, obtulit & ipse vnà cum filio suo Mauro fundum Gentianum cum cella sancti Agapiti, & cortem suam in ciuitate Neapolitana locatam, cum ecclesia sanctæ virginis Christi Cæciliæ & sancti Seuerini. In surrentoni sari intraui, in quibus posteà à patre Benedicto ecclesiæ sitæ sunt, nec non ecclesia sanctæ Mariæ in Consentia. Gordianus quoquè Romanæ vrbis vir spectabilis, horum deuotione delectatus, obtulit pro se & Siluia uxore sua uillam Encheliam in suburbio Aquinensi locatam cum pertinentijs suis inter hos fines: Ab uno latere silicem & riuum, qui ex nomine beati Mauri posteà nominatus est, ab altero campum longum & riuum qui uadit per agrum de matilia famelica, & fluuium Caruellum, ab altero à riuo siluatici usque in silicem. Pari etiam modo obtulit fundū granarium inter hos fines qui incipit, à sancto Firmano, & uadit directè ī Camarda, & indè in fluuium Melphua, indè in limitem sub granariū, & uadit ad montem sancti Angeli. Cōcessit etiā fundum Reginæ inter hos fines: Ab uno latere habet uiam Latinā, ab alio silicē, ab alio fluuium Melfua, & uiam Campaniam indè in Portariciā, & uadit in fossam, & mittit in silicem. Hæc omnia cum aliis quam plurimis rebus eidem sanctissimo patri Benedicto idem Gordianus uir illustrissimus obtulit iure perpetuo possidenda.

Plurimi offerūt viro Dei bona sua perpetuo possidenda.

Cap. 14.

Eodem tēpore iam dictus Tertullus patricius hortatu sanctissimi Placidi filij sui obtulit beatissimo ac uenerabili patri Benedicto decem & octo patrimonij sui cortes, quas in Sicilia habebat, & in diuersis locis uir prępotens possidebat, bonas ualdè & magnas, cū portubus suis, syluis, aquis, piscariis, molendinis, aquarumque decursibus ad easdem cortes pertinentibus, cum seruis septem millibus exceptis vxoribus eorum & filiis, cum procuratoribus earundem cortium, atque à proprio iure easdem cortes abscindens, eidem patri per præceptum tradidit in perpetuum possidendas, pœna apposita quatuordecim millium talentorum auri qui id remouere tentasset. His quoquè diebus Gordianus quidam natione Romanus, literis Gręcis apprimè eruditus, ad uenerabilē patrem Benedictum peruenit, seq; eius magisterio subdidit. Placidus autem beatissimus dum robur virilis inuasisset ætatis, se in omnibus magistro suo Benedicto subdere studuit, & sub eius præsentia Angelicam uitam in terris ducere cœpit, quē pater Benedictus ac sicut proprium filium unicum diligens, cū summa industria de his quæ Dei sunt, solicitè ac diligenter instruxit.

Gordian⁹ Romanus fit monachus.

S. Placidus agit vitā Angelicam.

Cap. 15.

Per idem tempus procuratores cortium, quas in Sicilia Tertullus patricius patri Benedicto concesserat, legatos Casinum ad beatissimum patrem Benedictum direxerunt, eo quòd cortes ipsæ à quibusque deuastarentur, adeò ut à procuratoribus nullo modo possent defendi, neque debitum pensum à possessoribus exigi. His uenerabilis pater auditis, omnem conuocans congregationem, quæ in suis possessionibus acta, sibique nunciata essent, per ordinem pandit. Demum uerò ex consulto Casinensis congregationis Placidum sanctissimum discipulum suum ad tantum laborem sustinendum aptissimum iudicans, ob id uel maximè, quia nullus easdem possessiones sicut ipse defendere & custodire ualeret, euocat, illumque ad tuitionem earundem cortium dirigens, dixit ad eum: Ad suscipiendam militiæ laborem, dilectissime, accinge sicut uir lumbos tuos, quem per me nunc tibi dat Rex omnium Christus, qui factus est obediens vsque ad mortē. Reminiscere igitur sermones eius dicentis, Non ueni facere uoluntatem meam, sed eius qui misit me patris. Non te longi itineris conturbet austeritas, recordare illud Apostolicum, quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriā quæ reuelabitur in nobis, &, per varias tribulationes

Mittitur in Siciliā.

Phil. 2.

Iohan. 5.

Rom. 8.

Act. 14.

Vides q pro hominibus vita certa minibus, i futuro remuneratio æterna accipitur. 1. Cor. 2. Cap. 16.

latiunes oportet introire in regnum Dei. Pro Christi nanque nomine qui in hac vita decertauerit, in futura æternam remunerationem accipient, illam scilicet, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Iesus Christus autem filius Dei semper sit tecum, perducat te ad vitæ æternę consortiū.

Hęc dum perorasset, dedit commilitones tanti itineris Gordianum & Donatum, mandans vt ita beato Placido vnico sibi ac charissimo sicut & sibi eatenùs in omnibus obsequerentur, osculansq́; beatum Placidum & benedicens, dimisit à se, anno Dominicæ incarnationis quingentesimo trigesimo sexto. Igitur benedictionem & osculum suscipiens tanti patris, tertiodecimo kalen. Iunii beatissimus Placidus cum duobus famulis suis Gordiano & Donato ascēsis equis, primo diluculo iter aggrediens, aduesperascente iam die Capuanam peruenit ad vrbem, vbi

S. Germanus Capuanus Episcopus.

benignè cum suis à beato Germano eiusdem ciuitatis Episcopo susceptus est. Primicerius verò eiusdē Capuanæ ecclesiæ nomine Zoffas, laborans valdè pessima infirmitate capitis, quam medici Græco vocabulo cephaleam vocant, vbi comperit illic adesse Placidum beatissimi patris Benedicti discipulum, cuius iam per totum orbem Romanum miraculorum fama radiabat, procidit ad eius pedes, dicens: Adiuro te Placide serue Dei summi per venerandū nomen preciosissimi magistri tui Benedicti, vt digneris super caput meum manus tuas sanctas imponere, ac preces Redemptori & Saluatori omniū fundere: confido enim & constantissimè credo, quia si hoc feceris, continuò recipiam sanitatem. Sanctus autem Domini Placidus ab eodem primicerio talia dum verba audisset, pauore perterritus, omnimodis contradicere cœpit, dicens: Recedite, quia hæc mea non sunt, sed beatissimi patris Benedicti, & illorum qui Saluatori omnium placuerunt. Ego enim peccator sum, & perfectissimorum suffragijs indigens. Sāctus verò Germanus Episcopus vnà cùm clericis suis serui Domini Placidi ore hæc audiens, & Deo & hominibus illum charissimum ac dilectissimum esse prænoscens, primicerij precibus uinctus, pro eiusdem languidi incolomitate illum rogare instantissimè cœpit. Vir autem Domini, supplicationem tanti patris minimè contemnendam ducens, erexit se, surgensq́; manum capiti eius imposuit, & ad cælum oculos eleuans, dixit: In nomine Domini nostri Iesu Christi, cuius virtute nihil læsus, sum ereptus de aquis à quibus trahebar, adiutus meritis & orationibus magistri nostri Benedicti, si fidem habes tantę credulitatis, restituat te Deus in pristinam sanitatē.

Sanat lāguidū S. Placidus, manus impositione.

Cumq́; omnes qui aderant respondissent, Amen, cōfestim dolor capitis, quo per multos annos fuerat fatigatus, ab eo discessit, cœpitque laudare & benedicere Deum, dicens: Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui me sanum fecit meritis & intercessionibus beatissimi patris Benedicti per sanctissimum Placidum discipulum eius.

Cap. 17.

Itaq; dum beati Placidi sanctitas per ora omniū volitaret, quidam cæcus inopinato vociferantis populi clamore perculsus, solicitè interrogare cœpit quid esset. Qui cùm respondissent, quòd Placidus discipulus beati Benedicti uenisset, cæcus fide feruēs, duci se ante beatum Placidum fecit, rogansque eum per sanctum & terribile nomen Domini, & obtestans vt suis sanctis precibus sanitatem impetraret à Domino. Sanctus autem Domini Placidus more sibi solito in fletum erumpens, iussit eum adduci ad se, & cùm appropinquasset, super eius oculos signū salutiferæ Crucis faciens, orauit ad Dominum, dicens: Mediator Dei & hominum Domine Iesu Christe, qui ideò de cęlis ad terram descendisti, vt sedentes i tenebris & vmbra mortis illuminares, qui beatissimo magistro nostro Benedicto tantam gratiam contulisti, vt omnibus languoribus & vulneribus subueniret, tu per ipsius merita huic cæco lumē restitue, vt videns magnalia tua, te Patrem, te Dominum veneretur & adoret. Expleta oratione, sanctus Domini cōuersus ad cęcum, dixit: In nomine ipsius qui solem & lunam in cęli ornamento constituit, & cęco nato oculos quos natura negauerat condonauit, adiutus meritis sanctissimi magistri nostri Benedicti, surge sanus & incolumis, & prædica omnibus mirabilia Dei. Ad hanc vocem sanus exurgens, ac improuiso sanguine manante de lumine, salutem suam oculi mirabiliter receperunt. Mox verò vt lucem conspexit, ad eius vestigia ruens, pedes illius insatiatus gaudio deosculari auidissimè cœpit, pariterq́; Gordiano & Donato præ compunctione deflentibus, qui Dei laudabant magnalia, quia eidem cęco oculos restituit. Sed hæc quidem præsente sancto Germano Episcopo gesta sunt.

Signo crucis & oratione, cæci oculos illuminat. Iohan. 9.

Cap. 18.

Indè quoquè sanctus Domini dum recessisset, ac iuxta ciuitatem Calatiam iter ageret, quidam languidus ei factus est obuius, conquerens quòd accolæ regionis illius graui tędio laborarent. Vir autem Dei illius fidem admirans, oratione præmissa, salutiferæ Crucis vexillo languidos cunctos qui pręsentes erant consignans, pristinæ saluti restituit. Tunc temporis quædam mulier filium paruulum habens in vltimo flatu palpitantem, iam iamq́; moriturum, ante sanctum Domini Placidum obtulit, dicens: Placide pater honestissime, qui sanitatis gaudia quàmplurimis reddidisti, respice quæso voces ancillæ tuę, attende fletum, suscipe preces, & mihi unicum filium iam in extremis positum redde, vt plena gaudio, vacua gemitu, cuncta regētis laudare possim magnalia. Vides infelicem extorquente morte rapinam, aut mihi filium restitue, aut pariter cum ipso funeratam me obtine. Indulge pater Placide miseræ, per magistrum tuum Benedictum te adiuro, quam dolor reddit audacem. Qua flebiliter poscente, mox vt beati Placidi dextra supra expirantem signum salutiferę Crucis expressit, quasi euigilans de sopore, matris papillas expetiit qui iam frigebat in mortē. Ità in momento temporis filius de mortis fauce, magnifice tollitur de mœroris funere. Gratia creatori & gubernatori ab omnibus redditur, patris Benedicti sanctitas cunctorum ore prædicatur, qui talem dignus fuit nutrire discipulum, à quo morbis iugiter ac languoribus imperabatur.

Vide aliud eiusdem generis miraculū

Nota virtutem signi salutiferæ Crucis.

Post hæc oblatus est ei quidam paralyticus vniuersorum membrorum damnata ferens officia, nullumque vigorem retinens plantę vel dexteræ. Sanctus autem Domini Placidus, qui dona larga præstabat mortalibus, super eum salutiferæ Crucis signaculum fecit, confestimq́ue morbus excluditur, salubris vigor illabitur, recreatisq́; visceribus meliùs renascitur salute, quàm germine, plus acquirens & plus sumens ex munere, quàm sumpsit ex origine.

Et hic Crucis signo sanat paralyticum.

Cap. 19.

Alius intereà vir cùm quartano typo grauiter affligeretur, fidens de beneficio Dei, beato occurrere studuit Placido, quē sanctus vir attritum cōspiciēs, orationē fudit ad Dñm, dicens: Domine Iesu Christe, qui socrum Apostoli tui Petri, puerumq́; Centurionis solo verbo curasti, te q̄so per suffragia dilectissimi serui tui magistri nostri Benedicti, huic lāguido portū salutis ostēde. Necdùm verba finierat, & quasi impetus fluminis, ità quartanæ febris ignis extinctus est, sanusq́; consurgens, laudem dicebat altissimo.

Ecce quanta orationis virius

His

Cap. 20.

His porrò diebus quidam claudus vix à duobus aduectus, ei præsentatus est, qui erat mutus & claudus, lingua uigebat immobilis anhelitu palpitante, pars erat tota de funere, ut uidentibus oculis reliquum esset cadaueris. Super quem misericorditer ut signum salutiferæ Crucis Placidus pater impressit, confestim omnis uiror per membra diffunditur, uenarum fluxus àc si riuulus esset suscitantur, neruorum imbecillis stupor excutitur, naturali motu ad uitalem usum tota fabrica renouatur. Mox linguæ plectrum, digitorum glomi reduuntur, pedum bases solidantur, totaque uiscerum moles. hoc fuit Placido uiuificare quod tangere, ac conualescente me dela, Deo gratias referens, sancti deosculabatur uestigia.

Ad signũ Crucis sanatur æger.

Cap. 21.

Eo quoquè tempore quidam uir ad sanctum Domini accedens, supplicare cœpit ut ad amicum suũ aut ipse aut missi eius ueuirent. sed quia seruo Domini fuit accessus difficilis, paruumper distulit. Alteraque die exoratus, ad eum accedere studuit, qui sub tortore duplici, hoc pressus ualetudine erat, inde podagræ uulnere cruciabatur. Quem uir Domini præmissa oratione signauit, eodemque momento debilis, manibus directis de languore longinquo gressu solidato prosiloit. Sed ut duplicaretur tũc sanitatis mysterium, sanitas quæ præcessit in uno, peruenit ad alium.

Oratione & signo Crucis & hic ægro sanatur.

Cap. 22.

Nam quidam uir habens filiam mutam, cæcam & surdam, exponit uiuum cadauer ante sancti uiri vestigia, dicens: Pater sanctissime, quod tibi de medicina restat, huic languidæ impende. Nam ubi credimus reseruatum esse, ut ei restituta sanitatu acquirat à te quod amisit de germine. Tunc pietas in signis euocatur in lachrymis. Mox ad militiæ suæ Placidus belliger arma conuertitur, ad obtinendam uictoriã preces offert summus inter oratores orator. Vir autem sanctus ab oratione exurgens, salutiferæ Crucis signaculum super languidum faciens, eo momento in Trinitatis nomine trino depulso langoore, statim patefactis aurium oculorumque meatibus, plaudentibus cũctis, muta loquax, surda audiens, cæca uidens effecta est. Quo facto, uniuersi laudem dederunt altissimo, & Placido beatissimi patris Benedicti discipulo. Alius præterea Romanæ urbis incola cùm pessimum typum infirmitatis incurrisset, ad sanctum Domini deductus, sanitati pristinæ redditus est. His taliter prælibatis, prosequamur & reliqua.

Muta, cæca & surda restituitur integritati.

Cap. 23.

Quidam prætereà non ignotæ gentis municeps, missa manu in uulnere cuiusdam, tota intumuit, hinc erastante feruore tota pars brachij relaxatur putredine. Hic sancto Domini nuncium mittens ut ad se diuerteret, precibus fusis obtinuit. Sed mox ut eius brachium uir Dei sacro uexillo muniuit, mirificus medicus quicquid inerat ulceris, precioso signo restrinxit. Alij intereà uiro dum manus contractæ fuissent, ad sanctissimum uirum morbo instigante percurrit, quem sacro signo addita oratione, sanitati priori restituit. Miraculis plùs miranda ad gloriam Christi succedunt. Quidam prætereà uir dum spiritu immundo acriter infestaretur, ad sancti viri præsentiam curandus deductus est. Quem pater sanctissimus sanitati restituens, uidentibus enim circumadstantibus, velut fumus de capite energumeni umbra sucata egreditur.

Virtute S. Crucis, multas curationes facit.

Cap. 24.

Eo etiã tẽpore viro Dei oblatus est languidus, cui duplex morbus inerat, indè uetustas, hinc cæcitas, qui salutem deprecari verbis trementibus incepit. Qua supplicatione Placidus pater permotus languidi senis & debilis, oratione præcedente, sanctæ Crucis signaculo lucernę oculorum reddunt luminis radium, & dato speculo Crucis, tenebrę diffugerunt. Qui illuminatus, Deo patri reddidit gloriam, per quem Christus operatur, sanctique præconia ubicunque diffamabat, dinumerantur morbi, ut Christus glorificetur fons Placidi patris sanctissimi.

Oratione & signo Crucis sãguidum sanat.

Cap. 25.

Quidam nanque languidus in capite, oculis & totis hydropis morbo teosus erat uisceribus, ut in utris similitudinem quasi totus uenter esset pertractus in uitalibus, & uelut uitrum perluceret infecta cutis extrinsecùs, qui a medicis desperatus ad beatum cõfugit extrema sorte remedium, quique mox ut uestibus exutus, & sacratissimæ Crucis est signo munitus, hydropis inclusus liquor sacri signi impressione consumitur. Sic modo admirabili nec intùs humor retentus est, nec foris egressus, arte prædicabili humorem signo siccauit. Is autem qui languidus fuerat, diuinum beneficium per beatissimũ Placidum in se patratum aduertens, Deum laudare & benedicere cœpit, dicens: Domine Iesu Christe, qui mihi sanitatem reddidisti meritis sanctissimi serui tui Benedicti per preciosissimum Placidum discipulum eius, te benedico.

Signo quoque Crucis hydropicum sanat.

Cap. 26.

Vir autem Domini cũm iam ad furcas caudinas propinquaret, quidam cæcus lucem postulaturus ad eum accessit. Quem sanctus Domini ut uidit, iussit illum perduci ad se. Et dum appropinquasset, manus suas super oculos eius clausos imponens, atque ad cælum sua lumina vertens, orauit ad Dominum, dicens: Lux mundi Deus, qui in fine temporum filiũ tuum Dominum nostrum Iesum Christum incarnari de Virgine constituisti, qui mũdum in peccati fouea iacentem misericorditer per iam dictum filium tuum creasti, qui beatissimum patrem nostrum Benedictum Ecclesiæ tuæ speculum & legislatorem dedisti, qui dedisti ei potestatem mederi omnibus uulneribus atque languoribus, tu per eius sanctam intercessionem huic misero in tenebris constituto lucis gaudia condonare dignare. Cumque orationem complesset, super eius oculos signum licifaræ Crucis imprimens, dixit: Illuminet te Dominus noster Iesus Christus filius Dei, qui cæco nato lumẽ restituit. His dictis, mox ut super eius oculos signum Crucis expressit, lux effulsit, & totum laborem medici uirtus Crucis cessare fecit.

Ecce manus cũ elevatione oculorũ ad cælum.

Vide mira orationis & signi Crucis Christi effectum.

Cap. 27.

Quædam interea mulier dum grauissima infirmitate detineretur, audita fama miraculorum sancti uiri, solicitè interrogare cœpit undè tantum gaudiũ in populo esset. Quæ cùm respondissent, quòd eò Placidus beatissimi patris Benedicti discipulus trãsiret, qui cæcos illuminat, dæmones fugat, omnibusque necessitatem patientibus diuina dona impertit: mulier fide in Deo, spe in sanctum Domini feruens, ad eum accedere studuit. Vir autem sanctissimus præscius futurorum, uidẽs mulierem uenientem, interrogare cœpit, undè uel qua ex re ad eum uenire voluisset. Illa autẽ uestigijs eius prouoluta, dixit: Diu est, pater reuerẽde, quòd diutino languore afflicta, sanitatis beneficium ex toto amisi. Vndè supplex tuã paternitatem exoratura adueni, quatenus preces ancillæ tuæ exaudias, luctum consideres, & pietatem in me exhibens, redemptori & gubernatori omniũ pro me preces effundas. confido enim & fiducialiter credo, quòd per tuam sanctam intercessionem ostendat in me Dominus gratiam suam. Placidus mulieris fidem & deuotionem admirans, expansis in cælum manibus orauit ad Dominum, dicens: Lux æterne Deus, uita, via, decus, sapiẽtia celsa tuorum, expelle quæso ab ancilla tua omnem languorem, ut

sanitati

Mulier languida sanatur. sanitati restituta, nomini tuo sancto gratiarum præconia persoluere ualeat. Vix in oratione Placidus sanctus uerba compleuerat, & redeunte sanitate, mulier ad uerbum uiri Dei festina consurgens, facienti mirabilia in cælo & in terra laudum munia decantare deuotissimè cœpit, confitens Placidi interuentu sanitatis sibi induenisse beneficium.

Cap. 28. Hæc dum per ora circummanentium serperent, quidam vir per quamplura tēpora febricitans decubabat in lectulo. Huic dum beatissimi Placidi miracula relata fuissent, cursu quo poterat beatū adiens Placidum, postulabat ab illo benedictionem. Quem *Psal. 127.* uir sanctus uiuificæ Crucis uexillo muniens, dixit: *Item febricitās.* Benedicat te Dominus Deus ex Sion, ut uideas quæ bona sunt in Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ. Ad hanc itaque uiri uocem ualitudo languoris recessit, dolor fugatus est, omnesque adstantes in stuporem & admirationem conuertit dicens; quòd verè Deus uisitauit plebem suam, qui tantum ac tale *Luc. 1.* ad partes illas dignatus est transmittere donum. Ipse autem sanctus vir licèt tanta magistro suo imitante patraret & stupēda miracula, humilitatis amiens; humilitatem modis omnibus retinens, ultimum se *Psal. 21.* omnium hominum iudicabat, dicens: Vermis sum & non homo; opprobrium hominum & abiectio plebis.

Cap. 29. Post patratum itaque per beatum Placidum in languente miraculum, quidam debilis manu contracta ad eum accessit. Quem dum sanctus uir perspexisset, oculis in cælum erectis, dixit: Domine Iesu *Act. 3.* Christe, qui ad interuentum Apostoli tui Petri claudum ad fores templi sedentem mirabiliter erexisti, *Itē manu contracta.* tu per intercessionem dilectissimi serui tui Benedicti magistri nostri huic contracto manum restitue. Ad hanc uocem dum digitos eius suis sanctis manibus contrectasset, subitò sicca palma reuixit. Iisdē porrò diebus quidam uir grauiter à spiritu immundo uexatus, ad sanctum Domini Placidum curandus adductus est. Cumque pro eo omnipotentis Dei clementiam exorasset, manu sua signum Crucis super *Item dæmoniacus.* eum faciens, statim à circumstantibus de eius naribus scintillante igne fumus egredi visus est, cunctisq; patenter innotuit prauæ cogitationis authorem in specie fumi ab eo discessisse.

Cap. 30. Iam uerò si exequerentur miraculorum singula quæ in tali præcipuè floruerunt itinere, hæc sine numero essent, nec esset modus in pagina. In quocunque enim loco ubi Placidi beati se conuertit præsentia, nulla morborum generibus eius interuentu defuit medicina: quia quot se obtulissent languentiū uulnera, tot super ægros fundebat salutis semina. Nā beati Placidi quis exæquare poterit prima ad ultima? cùm per signum Crucis saluaret languidos, cu- *Quot miracula p signū Crucis operabatur sanctus vir.* raret energumenos, ante quem quamuis occultè uenisset antiqui hostis versutia, statim se manifestabat fraudulenta fallacia. Hac de re à conspectu sancti uiri quia celari non poterant, nec tolerabant præsentiam, terribili ululatu sua gemebant incēdia, passim per loca uiolenter exponebāt crimina, suspensa per aera frequenter nec interroganti confitebantur & nomina, & sæpè suo impulsu currebant ad sanctum uirum crucianda dæmonia, pendebantque religati *Dæmones ad eius obtutum cadunt.* energumeni aerio uinculo, & quasi clauis defixo tendebant uestigio. Cumque iter ageret, strages dæmonum ante Placidi beati obtutum cadebant cateruatim, per uestigia diuersis modis effusa. Hæc muta, illa clamantia, illa sæua, hæc lubrica, & uelut ante iudicem dum gesta ferrent, non effugiebant tormēta. Sed ad sancti uiri præconium quanta est hæc laudatio, cùm ineffabiliter multa & stupenda fierent sub momento? Iam uerò de miseria egenorum releuanda quantùm fuerit prodigus, explicare quis poterit? Intantùm enim etiam in iuuene constitutus, miserias & egestates aliorum releuare studebat, ut iure cum Iob dicere posset; Ab infantia creuit mecum miseratio. *Iob 31.*

Tunc temporis quidam iuuenis intantùm fuit mēbrorum destitutus officio, ut calcanea natibus quasi clauis inhærerent affixa, manusque ad mamillas & brachia retrò hinc indè costis quasi quodam glutino necterentur, oculis quoque & auribus ipsique linguæ propria erant negata officia. Hic adiutorio suorum impositus in sistarcia, comitātibus sibi pueris, ad beatum Placidum peruenit, prostratusque pedibus eius, rogabat ut sibi solita pietate succurreret. Quem flebili uoce misericordiam poscētem sanctus Domini cùm perspexisset, inquirit undè uenisset. Tū ille, Propter te, inquit, pater sanctissime, patria parētibusque relictis, nequaquàm de pollicitatione dubius, sed Christi uirtute securus, huc ad te sanandus adueni. Ad hæc sanctus erectis in cœlum manibus & oculis, Dei omnipotentis clementiam deuotissimè cœpit supplicare, ut per merita sanctissimi Benedicti misero sola pietate succurreret. Cumque orationem complesset, languidus magnis uocibus cœpit clamare, ità ut uocibus eius omnes percellerentur. Et ecce repentè cohærentia cœperunt membra resolui, atque decurrente cruore paulatim crura & manus diutino glutino coarctata, in pristinum rigorem restituit. Sicque factum est, ut æger qui alienis manibus delatus aduenerat, proprijs iam sa- *Curat toto corpore debilis.* nus incederet uestigijs. Et ità est in eo plenitudo restaurata salutis, ut in uno eodemque tempore & uisum oculi, & aures auditum, & lingua eiusdem rectè loquendi pristinum recepissent officium.

Cap. 32. Quidam uerò diū per annos quamplures manuū ac pedum, sed & oculorum fuisset priuatus officio, ad Placidum patrem almificum ueniens, uniuersa debilitatis molestia liberatus est. Alius quoquè adole- *Item alij debiles duo.* scens qui erat à renibus usque deorsùm, omnisū immobilis rigiditate membrorum, ità ut manibus innitens uniuersum post se corpus traheret, ad instār uermium per terram reperet. Hic ad sanctum Placidū adductus, salutem integerrimam recuperauit in omnibus membris.

Cap. 33. Per eos dies dum sanctissimi Placidi miracula per ora hominum uolitarent, Deoque ac patri sanctissimo Benedicto magistro eius super tanta prodigia gratias agerent: Quidam cæcus duci se ad beati Placidi præsentiam fecit, clamans & dicens: Placide serue Dei uiui, adiuro te per magistri tui Benedicti dulcissimum nomen, ut mihi à Domino Saluatore illuminatore omnium uisum impetrare digneris. Confido enim, & fideliter credo, quia quicquid à Domino petieris impetrabis. Sanctus autem Placidus pietatis discipulus, more sibi solito ad misericordiam flexus, uiuificum signum Crucis super oculos eius faciens, dixit: Domine Iesu Christe, qui cæco nato *Iohan. 9.* oculos quos natura negauerat reddidisti, & sedētes in tenebris & umbra mortis illuminasti, tu per merita serui tui magistri nostri Benedicti, huius cæci oculos illuminare dignare, ut uidens mirabilia tua, sanctum nomē tuum, quod est benedictum in secula, laudet hic & ubique. Cùm à circunstantibus re- *Cæcus à natiuitate uidet.* sponsum fuisset Amen, ilicò aperti sunt oculi eius, cœpitque laudare Deum, dicens: Benedictum sit nomen Domini gloriosissimi, qui me illuminauit per intercessionem beati patris Benedicti, & per sanctissimum Placidum discipulū eius. Fit una lętitię per ora cunctorum, pueri cum mulieribus, iuuenes cū

senibus,

senibus, dominatori & saluatori Domino Iesu Christo laudem decantantes occurrunt, clamabantque: Gloria tibi, salus ac uita cunctorum, qui tantum ad partes nostras dignatus es transmittere donum.

Cap. 34. Venit Beneuentum S. Placidus.

Indè itaque Placidus beatissimus pater egrediēs, Beneuentum deuenit, atque à sancto Martiano Episcopo ob amorem beatissimi patris Benedicti cum omni reuerentia susceptus est. Ibi itaque uir Domini Placidus dum cum eodem sancto Pontifice resideret, claudus quidam Malo nomine, iuxta Episcopum eundem commanens, qui non aliter quam genibus repens, cum scabellulis terram uerrebat, comperit a Gordiano & Donato ac ciuibus urbis illuc uenisse Placidum beatissimi patris Benedicti discipulum, cuius sanctitatis & uirtutis fama se iam per totum orbem extenderat. Hic nisu quo poterat beatum adiens Placidum, cœpit clamare, dicens: Adiuro te Placide serue Dei excelsi, per orationem magistri tui sāctissimi Benedicti, cuius meritis, sicut audiuimus, liberatus es nè ab aquis lædi potuisses, ut me sanitati restituas. Et cùm à sancto Martiano Episcopo & ab omnibus rogaretur, iussit eum adduci ad se, & stans super illū orationes fudit ad Dominum, dicens: Domine Iesu Christe, qui totum mundum cùm esset perditus restaurasti, tu per merita beatissima patris Benedicti adesto nobis & huic famulo tuo, opem salutis ei inferendo, ut pristina sanitate recepta, nomen tuum gloriosum benedicat in secula seculorum. Et cùm omnes respondissent Amen, protinùs consolidatæ sunt bases eius & plantæ, & sanissimus surgens, clamabat: Gloria tibi Domine Iesu Christe, qui me saluum fecisti per beatissimum Placidum discipulum sanctissimi Benedicti serui tui. Habitatores autem ciuitatis Beneuentanæ tale miraculum per beatum Placidum patratum uidētes, laudabant & benedicebant Deū, dicentes: Iubilet & psallat tibi Deus terra pontus, & plebs fidelis hymnum decantet, qui seruo tuo Benedicto tam preciosum concessisti discipulum.

Claudus ambulat.

Psal. 65. et 97. 99.

Cap. 35.

Talia dum quidam cæcus audisset, propinquorū manibus ad patris Placidi præsentiam seduci fecit, lachrymosisq; singultibus clamabat, dicens: Placide serue Dei dilecti, qui meritis magistri tui Benedicti adiutus, sanitatis gaudia quampluribus reddidisti, succurre quæso meæ miserabili cæcitati, quatenùs deletis tenebris lucem possim adspicere, & cuncta regentem cum cordis iubilo ualeam collaudare. Sanctus verò Domini Placidus ad misericordiam flexus, erectis in cælum manibus, dixit: Domine Iesu Christe lux uera, quæ illuminas omnem hominem uenientem in hunc mundum, to per merita magistri mei serui tui Benedicti, huic cæco lumē donare digneris, ut uidentes mirabilia tua laudent & benedicant nomen tuum, quod est gloriosum in secula. Hi uerò qui aderant, cùm respondissent Amen, exaudiuit Dominus de templo sancto suo seruum suum, cæcoque poscenti lumen restituit. Qui sanitati redditus clamabat, dicēs: Tibi sit Christe laus, honor, decus & iubilatio, qui me illuminasti intercessione sanctissimi serui tui Benedicti per beatissimū Placidum discipulum eius. Fama huius rei omnem continuò repleuit urbem Beneuentanam. Ad tantū miraculum ruunt cuncti obuiàm, cuncta regentem cum magna exultatione laudantes.

Oratio cū manuum erectione.

Cæcus uidet.

Cap. 36.

Venit Canusiam S. Placidus ad S. Sauinum Episcopum.

Beatissimus uerò Placidus sanctum Martianum Episcopum salutans in osculo sancto, post aliquos dies ad Canusiam Apuliæ ciuitatem deuenit, in qua ingenti gaudio & dilectione ob amorem beati Benedicti a sancto Sauino eiusdem ciuitatis Episcopo susceptus est. Idem sanctus Sauinus Episcopus tā beatissimo Placido, quàm & omnibus qui cum eo venerant, omnem humanitatis curam exhibuit. Sanctus autem Sauinus per tres dies beatum Placidum secum retinens, dulcia inuicèm perennis vitæ inter se ferebant colloquia, & per interualla horarum interrogabat illum de virtutibus quas per beatissimum patrem Benedictum diuina exercuerat maiestas, simul etiam de vita & melliflua ac discretissima doctrina eius.

Cap. 37

Interea dum ista dicuntur, & illa referuntur, Landulfus quidam nomine, manum aridam & incurua tam habens, vbi comperit illuc aduenisse Placidum discipulum beati Benedicti, flens & eiulans venit, clamauitque: Placide virorum sanctissime, adiuro te per eum qui cuncta creauit, & per magistri tui Benedicti sanctum nomen, vt mihi sanitatis beneficium implores à Domino: confido enim, quia per te ostendet in me Dominus misericordiam suā. Hæc cùm dixisset cum ingenti luctu, aridam manū beatissimo Placido ostendebat. Id ipsum omnes qui in eodem spectaculo erant, & qui occurrere poterant, vnà cum sancto Sauino Episcopo suppliciter exposcebant, rogantes eum vt pro eo omnipotēti Domino supplicaret. At ipse vt erat pijssimus, ex intimo cordis trahens longa suspiria, cum lachrymis orationem fudit ad Dominum, dicēs: Deus omnipotens, cui nihil est impossibile, qui cęlum, terrā, mare & omnia quæ in eis sunt, ex nihilo creasti, qui dedisti huic famulo tuo in baptismate remissionem omnium peccatorum, tu hunc per merita beatissimi patris nostri Benedicti in pristina incolumitate reintegrare digneris, per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat Deus in secula seculorum. Hæc cùm dixisset, vtraq; manu sua manum eius aridam apprehendens, ait: Sanet te Dominus Iesus Christus, qui dignatus est extendere manum aridam in synagoga. Continuò itaque extensa est illius arida manus & incuruata, & pristinæ sanitati restituta est. Sanctus verò Sauinus Episcopus tale miraculum per beatum Placidum dum aduertisset, glorificabat Dominum, dicens: Gratias tibi refero cunctorum vita salusque, qui beatissimo seruo tuo Benedicto talem nutrire concessisti discipulum, per quem tibi signa & prodigia patrari sit placitum. Sit nomen tuum benedictum ex hoc nunc & vsque in seculum. Hi autem qui præsentes erant, hoc videntes glorificabant Deum, patremque sanctissimum Benedictum summis adorijs extollebant.

Psal. 113. & 145.

Matt. 12. Marc. 3. Luc. 6.

Manus arida integritati restituitur.

Psal. 112.

Cap. 38. Venit Regium, eūq; Sisinnius Episcopus reuerenter excipit.

Sanctus verò Placidus beato Sauinio Episcopo valefaciens, & inde iter accelerans, post non multos dies deuenit Regium Calabriæ ciuitatem. Quem sanctus Sisinius eiusdem ciuitatis Episcopus ob reuerētiam quam in sanctissimo patre Benedicto habebat, eum omni diligentia suscepit, duobusque diebus secum retinuit. Itaque dum fama per omnem prouinciam Calabriæ de beati Placidi aduentu volitaret, leprosus quidam, audita opinione miraculorum sancti viri, venit ad eum, clamans & dicens: Placide serue Dei, adiuro te per magistri tui Benedicti sanctum & venerabile nomen, vt tuis sanctis precibus sanitatis gratiam pro me implores à Domino, ideò te Dominus ad has partes direxit, vt languidis & debilibus sanitatem cordis & corporis conferas. Vir autem Domini Placidus erigens se in cælum, orationem fudit ad Dominum, dicens: Deus omnipotens solus sine fine & initio, qui totū mundum creasti ex nihilo, qui in fine temporum filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum incarnari de Virgine, & Crucis patibulum subire fecisti,

cisti, quò vetustum solueret proprio cruore peccatum, super merita sanctissimi serui tui magistri mei Benedicti hunc leprosum dignare emundare, vt sanitate corporis sui animæque recepta, nomen tuum sanctum collaudet hic & vbique. Confestim itaque sanitati redditus, benedicere cœpit & laudare Dñ, qui tanta mirabilia per beatum Placidum ostendere dignatus est.

Leprosus mundatur.

Cap. 39. Hæc dum ad notitiam cunctorum peruenissent, quidam vir diutino languore vexatus, ad sanctum Domini venit, procidensque ad pedes illius, cum lachrymis dicebat: Credo pater sanctissime, quia tuis sanctis interuenientibus meritis, in recipienda sani tate Deus petitioni meæ dabit effectum. Pater autem sanctissimus pro eo orationem ad Dominum fundens, sanitati restituit. Et qui semiuiuus venerat, cunctis mirantibus incolumis rediit. Non solùm verò ibi, verùm & per omne itineris spatium ad laudem & gloriam sui nominis multas virtutes operari dignatus est Dominus Iesus Christus per beatum Placidum, meritis & orationibus beatissimi Benedicti magistri sui interuenientibus. Cæcis nanque visum reddebat, surdis auditum, exinanitis & stolidis rectum sensum, claudis gressum restituebat, dæmones effugabat, leprosos mundabat, omnibus infirmitatibus subueniebat. Ob quam rem Deum in omnibus glorificantes, beati Placidi merita magnis præconiis extollebant, dicentes: Benedictum sit nomen Domini gloriosum à seculo & vsque in seculum, qui per sanctissimum seruum suum Placidum beati Benedicti discipulum, tales ac tantas virtutes operari dignatus est. Donatus præterea eiusdem beati Placidi famulus, dum solicitè quæreret nauem cum qua posset in Siciliam nauigare, obuium habuit quendā clericum mutum & surdum, nomine Siconem, inauditisque flebilibus morbis laborantem, cui ex auribus putredo cum vermibus profluebat. Hic quàuis auditum & loquelam in infirmitate amisisset, sciendi tamen agnoscendi & videndi quàm maximè vigeat, & ea quæ ad corporis sustentationem congrua erant, nutibus & indiciis exposcebat. Quem cùm Donatus tanto infortunio depressum & aggrauatum vidisset, eos qui comminus stabant ex re tantæ calamitatis inquirit. Dictumque est ei, quia loquelā & auditum vi longæ infirmitatis amisit. Hæc Donatus à ciuious dum verba cepisset, calamitatem eius miseratus, ad virum Dei illum perduxit, atque ad pedes eius proiiciens, rem prout erat per ordinem pandit. Ipse nanque seruus Domini tunc residens, lectioni operā dabat, cumque a ciuibus & clericis, qui ad eum visitandi gratia venerant, rogaretur vt pro eodem languido omnipotētis Dei exoraret clementiam, surgens paulispèr intrà se Dominum rogauit, dehinc conuersus suas manus super caput infirmi posuit, dicens: Domine Deus omnipotens, qui hominem de limo terræ plasmasti, & inspirasti in faciem eius spiraculum vitæ, qui dedisti ei dignoscentiam boni & mali, tu Domine per orationes & merita sanctissimi patris nostri Benedicti, & omniū monachorum qui tibi sub eius magisterio famulātur, dignare adesse nobis, & per nos humilimos & peccatores seruos tuos occurrere huic famulo tuo, conferendo ei sanitatem, vt omnes videntes & audientes dent gloriam nomini tuo sancto, quod est benedictum ante omnia secula, & benedicatur nunc & per infinita secula. Cumque omnes qui aderant respondissent Amen, ilicò solutum est vinculum linguæ eius, & apertæ sunt & sanatæ aures illius, & audiens planissimè loquebatur sine offensione, laudās & bñdicēs Dēū & patrē sanctissimū Benedictū.

Quidam æger sanatur.

Multas curationes facit.

Gen. 2.

Surdus & mutus curatur.

Allo verò die valefaciens beato Sisinio Episcopo, nauem conscendit, transfretansque Farum, Messanā Siciliæ deuenit ad urbem. Cumque descendisset ad terram, Gordianum famulum suum direxit ad ciuitatem, mandans vt Messalinum ciuem Romanū, Tertulli patris sui amicissimum, ad se vocaret. erat enim ditissimus. Quem vbi inuenit, ad litus maris, vbi sanctus Domini Placidus morabatur, secum adduxit. Videns autem Messalinus beatum Placidum iuxta maris litora stantem, formamque eius vultui Tertulli patris ipsius assimilantem, equo quo insiderat descendens, ad pedes eius cecidit. Quem sanctissimus Placidus à terra eleuans, osculatus est eum atque benedicens, rem propter quam à sanctissimo patre Benedicto directus fuerat, per ordinem pandit. Messalinus verò beatum Placidum diutiùs complexans, & ad pectus suum adstringens, lachrymas quoquè inuicem præ gaudio fundentes immorati: demùm quoquè idem Messalinus Gordianum & Donatum famulos eius deosculans, appræhendens iterùm dexteram beati Placidi ac diu exosculans, cum ingenti honore duxit ad domum suam, & repleta est omnis ciuitas Messana gaudio super aduētu eius. Messalinus autem dum in domo sua cum beato Placido resideret, & nonnulla de his quæ ad æternam vitam attinēt ab ipso audiret, requisitus ab eodē seruo Domini est de possessionibus ac portubus, de seruis & ancillis, quæ ipse vnà cum Tertullo patre suo imperpetuùm possidenda beato Benedicto tradiderat. Desiderabat enim videre singillatim loca in quibus possessiones erant. Rogauit etiam vt aduentum suum omnibus amicis Tertulli patris sui notificaret, necnon seruos & ancillas quos ibi habebat, ostenderet, procuratores quoque, quos iam dictus genitor suus super easdem cortes præposuerat, ad se accersiri iussit. Messalinus verò Metellum filium suum euocans, præcepit vt cum vno ex seruis suis cortes & possessiones Tertulli patricii percurreret, & earundem cortium procuratores ac portuum custodes cum amicis iam dicti patricii ad beatum Placidum duceret. Qui pateruis iussis obtemperans, vno tantùm seruo assumpto, ascensis equis, quæ sibi iniuncta fuerant, implere solicitè cœpit.

Cap. 40. Venit in Siciliam S. Placid.

Honorificè à Messalino excipitur.

Illucescente verò die beatus Placidus Messalinum euocans, dixit ad eum: Non decet Monachum in domibus laicorum stationem habere, quia contrarium est omnibus modis ordini nostro. Quapropter si vestræ nobilitati non habetur contrarium, eamus, & prouideamus locum in possessionibus patris mei, in quo monasterium construere valeam: non ædificare enim supra fundamentum alienum decreui. Veniensque post hæc ad portum maris, inuenit locum habilem ad monasterium construendum, & cum baculo quod manu gestabat, designauit locum, in quo oratorium Baptistæ Iohannis, in quo domum suam & omnis monasterii officinas cōstruere valeret. Post hæc beatus Placidus conuersus ad Messalinum, dixit: Præpositus istius portus Messanæ ciuitatis vbi est, & quo nomine nuncupatur? Et Messalinus, Hic, inquit, propè est: de nomine autem vndè interrogasti scias, quia Pompeius Cilius appellatur. Tum sanctus iussit illum vocari ad se: qui dum venisset, cecidit ad pedes eius. Quem beatus Placidus è terra eleuās, præcepit quòd de precio quod de portu acceperat, construeret domum, in qua ipse cum suis habitaret, simul etiam & ecclesiam ad honorem beati Baptistæ Iohannis, in qua die ac nocte omnipotenti Domino deseruiret. Et dixit ad illum: Tuum volo vt sit, artifices in hoc loco ad operandum, vbicunque eos per totam Siciliam inueneris, adducere, necnon seruos & ancillas

Cap. 41. Notēs hoc illi Monachi, q. passim per se cularium ædes vagātur, putantes hoc sibi licere.

Iubet construi monasteriū S. Placidus.

& ancillas ad lapides & quæque necessaria sunt cō portanda adunari, ut hoc opus ipsum celeriùs possit expleri, maximè tamen domus in qua habitare valeam. Et ut hæc omnia citiùs fiant, omnes præpositos portuum & procuratores cortium tanto labori interesse uolumus, dando sumptus & quęque necessaria sine dilatione aliqua. Filium uerò tuū vice tua super portum præ pone. Tu uerò ista fabricæ, ut citò possit expleri. Præcepitque ut de redditibus cortium, & de censu portuum pecuniam Romam ad columnas & epistylia emenda transmitteret. Designauit etiam coram Pompeio Cilio, in quo loco dormitorium, refectorium, coquina, cellarium & omnes monasterii officinæ construerentur.

Cap. 42. Congregatis itaque quamplurıbus artificibus, iactisque in Christi nomine fundamentis, cępcū opus certatim & sine intermissione perficiebatur. Primò nanque ibi domum, in qua beatus Placidus maneret, amplam satis extruxerunt. Messalinos autem interdiū aptissimā māsionem beato Placido assignauit, in qua liberè posset solus sedere, legere & orare. Cibos verò afferebant ei & suis, serui illius, & omnes amici patris eius. Idem quoque Messalinos cum familia sua sequestratus in alia domo manebat. Pompeius autem Cilius iuxtà quod sibi beatus Placidus imperauerat, uice sua posuit super portum Messanæ ciuitatis filium suum nomine Pillium Vitellium, iuuenem prudentissimum, sapientia & bonitate multa pollentem. Quadam uerò die dum à constructione monasterii ad domum suam, quam sibi Messalinus commodauerat, sanctus Domini Placidus rediret, obuiam habuit quendam cæcum nomine Silnium, natione Romanum, qui plorando lumen amiserat, & per decē & octo annos penitùs nō uiderat. Illo naque tempore omnes qui insulam Siciliæ habitabant, incolæ Romanorum erāt. Puer autem qui cæco ducatum præbebat, Placidum patrem sanctissimum uenientem prospiciens, dixit ad eū: Eccè sanctus Domini Placidus beati Benedicti discipulus, nuper ab Italia ueniens, de quo per totam Siciliam rumor exiuit, iam appropinquat. Cæcus autem ex ore pueri talia dum uerba audisset, cœpit clamare voce magna, dicens: Adiuro te Placide beatissime serue Dei, per Crucem Domini nostri Iesu Christi & sanguinem illius preciosissimum, quem pro salute humani generis fudit, ut digneris pro me intercedere ad Dominum, ut reddat mihi lumen oculorum meorum quod plorādo amisi, quia per decem & octo annos omninò lumen cæli uidere non potui. Idipsum Messalinus cū famulis suis, & alii quāplures q unà cū eo ad ciuitatē redibant, exorabant. Tantis itaque vir Domini Placidus supplicationibus motus, substitit, iussitque cæcum adduci ad se. Et dum uenisset, posuit manum super caput eius, orans intrà se parūper. Completa oratione, sacrosanctum signum super oculos eius faciens, & manus suas super eum imponens, cunctis audientibus, dixit: Domine Iesu Christe, qui es Lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, qui cæcum à natiuitate illuminasti, & dedisti ei lumen quod natura negauerat, tu illumina oculos istius cæci ad gloriam & laudē tui nominis, qui cum patre & spiritu sancto uiuis & regnas Deus in secula seculorum, Amen. Statim uerò aperti sunt oculi eius, & ità acutissimè cœpit uiderē, acsi infantulus esset. Hi uerò qui aderant, hæc uideotes & audientes, procidentes in terram, benedicebant & glorificabant Deum, patremque sanctissimum Benedictum digna extollebant ueneratione. Diffamatum est hoc miraculum per uniuersam Siciliam, ità ut ex omni insula ægroti & languidi coaduuati ad eam producerentur.

Oratione & signo Crucis cæcū illuminat.

Iohan. 1. & 9.

Cap. 43. His quoque diebus quidam uir à dæmonio correptus dolendo exitu cruciabatur. Rogatus itaq; uir Domini Placidus vt pro eo omnipotentis Dei exoraret clementiam, iussit eum ad se attrahi, & stans super illum orationem fudit ad Dominum, dicens: Domine Iesu Christe, qui mundum diabolica fraude seductum de eius potestate liberasti, qui regnum illius destruxisti, tu per intercessionem dilecti serui tui Benedicti magistri nostri, hunc hominem ab hac dæmoniaca vexatione dignare mundare, ut videntes nomen tuum sanctum collaudent in secula seculorū. Cumque circunstantes respondissent, Amen, uir Domini Placidus signum Crucis cōtra vexatum faciēs, immundū spiritum ab eo effugauit. Hi uerò qui præsentes erant, cœperunt laudare Deum, qui per sanctissimum Placidum beati Benedicti discipulum, tā insigne dignatus est operari miraculum. Igitur cùm fama per Siciliam exisset, quòd esset in eadem prouincia Placidus beati Benedicti discipulus, qui ægrotantibus manus imponit & sanantur, cæcis reddens uisum, surdis auditum, claudos erigens, demones fugans, & omnes infirmitates curans: ex tota Sicilia, nec non etiam de Africa conuenientes, omnes infirmantes in unum congregauerunt, rogantes, ac per patris Benedicti nomen Placidum attestantes, ut illis sanitatis gratiam impetraret à Domino. Sanctus autem Domini tantis calamitatibus condolens, simul etiam & fidem admirans, orauit sic: Domine Iesu Christe, qui magistro meo Benedicto dedisti potestatem apud te impetrandi quod uellet, tu per ipsius sanctam intercessionem omnibus languoribus istis salutem conferre digoare, ut sanitate percepta laudem referant nomini tuo sancto. Et dum responsum fuisset, Amen, sani effecti sunt, laudantes & glorificantes Deum. Quanta etiam miracula per beatissimum Placidum illis temporibus Dominus Iesus Christus operari dignatus sit, enarrare ea omnia valdè longum esset, de quibus tamen aliqua dicemus.

Dæmonem eiicit.

Omnes ægri uel Siciliæ curauit.

Cap. 44. Dum enim in ciuitate Messana maneret, & Messalinus cum amicis iuxta eum resideret, quidam uiri eidem seruo Domini paralyticum quendam ità afflictum obtulerūt, ut nequiret quis discernere compages membrorum. Rogante verò Messalino & his qui præsentes erant pro eo, uir Domini Placidus oratione facta, contrectansq; dissolutos artus, dixit ad eum: In nomine Domini nostri Iesu Christi filij Dei uiui, cuius virtute uniuersa consistunt, adiutus meritis sanctissimi magistri nostri Benedicti, surge sanus & incolumis, & perage opus tuum. Statim itaque ad eius iussionem consurgens, benedicebat Deum & patrem sanctissimum Benedictum. Quod miraculū uidentes Siculi, benedicebant Dominū nostrum Iesum Christū, qui tantam gratiā diligentibus se conferre dignatus est.

Sanatur paralyticus.

Cap. 45. His quoque diebus quidam Siculus ad uirum Domini uenit, rogans & multa prece deposcens, ut sodalem suum ex multo iam tempore paralysi languore detentum, sua uisitatione sanaret. Obsecrāte itaque eo unà cum his qui præsentes aderant, ad lectū ægrotantis accedere studuit, orationemque ad Dominum fundens, ait: Domine Iesu Christe altissimi patris fili, qui paralyticum in lecto iacentem solo uerbo curasti, tu per intercessionem dilectissimi serui tui Benedicti magistri nostri, hūc paralyticum à lecto doloris absolue, quatenùs curatus à tanto lāguore, gratiarum tibi in ecclesia tua referat actionem. Completa oratione, signum Crucis super eū faciēs, de lectulo consurgere iussit. Confestim is qui priùs nequaquàm proprijs uiribus præ ægritudine & dolore

Luc. 5.

Idem aliud.

lore surrexerat, ad Placidi præceptū sāctissimi surrexit incolumis. Omnes autē qui aderant, tāto perculsi miraculo, magnificabant Deum facientem mirabilia solū, cœperuntq; ei certatim infirmos offerre, quos ille signans & benedicēs, incolumes reddebat.

Cap. 46. Eodem quoque tēpore quidā vir à dæmonio obsessus, ab beatum Placidum adductus est, cuius virtutem ut sensit hostis nefandus, clamare cœpit per os eius, dicēs: Quid est Placide? animaduertis quòd ipse sim, quem superatum esse paulò antè gratulabaris? Sāctus autem Placidus conuersus ad uexatum, dixit: Dominus meus Iesus Christus filius omnipotentis, cui omnis creatura cælestis & terrestris obtemperat, ipse tibi in uirtute sancti spiritus, per intercessionē sanctissimi patris nostri Benedicti, imperet execrabilis dæmon, ut exiēs recedas ab hoc homine, & ulteriùs non habeas potestatē introeundi in eū. Confestimq; ab homine exiens, strepitum immanem & terrificum dedit. Hi autem qui spectaculo aderant, in stuporem conuersi, benedicebant Deum. *Dæmon ab obsesso expellitur.*

Cap. 47. Insani redit ad mētem. Quidam uir mentis depressus insania, cùm ad sanctum Domini perductus fuisset, orationem super eū faciens, benedictionem dedit, sicque perditæ mētis effectus est particeps, acsi dementiam nullo unquàm tempore perpessus fuisset. Reuersus verò ad patriā, sonora uoce patris Benedicti merita, & beati Placidi præconia modis omnibus prædicabat.

Cap. 48. Tunc temporis duo cæci audita fama miraculorū sancti viri, dixerunt ad inuicem: Cur exterioribus tenebris obcæcati, interioris hominis lumen perdidimus? quicunque enim languidus ad beatum Placidum accedit, sanus abscedit, & nos torpentes desidia in tenebris remanemus. Eamus itaque ad uirum Dei, quatenùs per eius sanctam intercessionem donet nobis Dominus Iesus Christus gratiam suam. Hæc dum inter se collocuti fuissent, propinquorum adminiculo fulti, ad patrem Placidum peruenerunt. Hos sanctus pater ut uidit, illorum cæcitati cōdolens, eleuatis in cælum oculis, dixit: Domine Iesu Christe fili Dei, qui cum patre & spiritu sancto in principio cuncta creasti, qui cæci nati oculos aperuisti, qui mundum in peccati cœno & in tenebris & in umbra mortis iacentem, tua potenti virtute erigens, ad veræ lucis splendorem reduxisti, intret oratio mea piissime in cōspectu gloriæ tuæ, inclina ad me aurem tuā & exaudi me, & p suffragia dilectissimi serui tui patris nostri Benedicti, his lumine priuatis uisum restitue, vt tuum sanctum nomen benedicere valeant per omnia seculorum secula. Cūq; hi qui præsentes erāt respondissent Amen, exaudiuit Dominus de tēplo sancto gloriæ suæ seruum suum, cæcisq; lumen restituit clamantibus & dicētibus: Benedictus Dominus Deus Israel à seculo & usq; in seculum, & benedictū nomen gloriæ suæ sanctum, qui percutit & sanat, uulnerat & medet, q illuminauit nos orationib⁹ sanctissimi Benedicti, p beatissimum Placidū discipulū eius. Sicq; gaudētes & exultātes, cū benedictione sancti viri ad sua reuersi sunt. Nullus oanque in Sicilia & Africa, & in toto Oriente inueniebatur præter Placidum, qui plùs inter homines miraretur. Et sicut inter multas gemmas preciosissima gēma micat, & iubar solis paruos stellarum igniculos obruit & obscurat: itā in Oriente & Meridie cunctorum uirtutes & potentias Placidus solus suis uirtutibus superauit. Minimum nanque se faciebat inter omnes, ut omniū maior esset, & quanto plùs se deijciebat, tanto magis à Christo sublevabatur. Omnibus oanque erat clementissimus, omnibus bonus: nihil animo eius clementius, nihil humilius, nihil blandius fuit. Flebat, ut semper gauderet: despiciebat, vt semper amaret. Fugiebat laqueos contritos, ut fontem indeficientem reperiret. *Oratione duo cæci illumināt.* *Luc. 1. Dan. 3.* *S. Placidi encomium.*

Cap. 49. In talibus itaque exercitijs uir quidam dæmonis infestatione quatiebatur, quem ante Placidum quoquē varijs dæmon tunc torquere cruciatibus cœpit: vllulabat luporum more, latrabat ut canis, fremebat ut leo, sibilabat vt serpens, mugitum dabat ut taurus, rotabat caput, & post tergum terram uertice tangebat. Miserabatur super tanto vexati infortunio Placidus, & lachrymas fundens, Dei omnipotentis clementiam deprecari cœpit, dicens: Domine Deus cunctorum restaurator, vitæ protector & portus, qui hominem ab antiquo hoste obsessum, tuo precioso sanguine liberasti, tu per intercessionem magistri nostri Benedicti dæmoniacum uirus ab hoc ser uo tuo expelle, ut pristinæ sanitati redditus, sanctū & uenerabile nomen tuum glorificare valeat. Ad hanc itaque precem vexatus sanus effectus, laudare cœpit & benedicere Deum. *Dæmonia cus liberatur.*

Cap. 50. Iisdem porrò diebus quidam uir omnium membrorum officio fuerat destitutus, adeò, ut nunquàm absque magno dolore manum ad os ducere, uel ad ambulandum pedes mouere ualeret, quoniam duriùs natibus adiuncti tenebantur. Eratque ei mors ipsa vitalis, quia in corpore eius uelut in quodam vasculo, intrinsecùs latebat anima. Qui dum ab affinibus ad sanctum Domini Placidum perductus fuisset, eumq; suppliciter poscerent, quatenùs pro eius liberatione Iesu Christo Domino preces fūdere dignaretur: illorum sanctus acquiescens postulationibus, ait: Domine Iesu Christe fili Dei uiui, qui es lux uera, decus & uita generis humani, qui confractos restauras, & restaurando conseruas, qui elisos erigis, qui compeditos soluis, tu per ineffabilem misericordiam tuam restaura, repara ac consolida hanc creaturam tuam, quam de diaboli laqueis liberasti, ut uidentes mirabilia tua, nomen tuum sanctum benedicant in secula. Expleta oratione, signū Crucis super debilem faciens, dixit: Sanet te Dominus Iesus Christus, qui dignatus est curare paralyticum in lecto iacentem. Mirabilis Deus in sanctis, qui glorificantes se in sua præcepta seruando glorificat, & in momento exaudit. Nam ad verbum viri Dei sanitati restitutus, laudem decantare cœpit omnium Redemptori. Populi autem qui ad spectaculum uenerant, hoc videntes, ingenito patri & unico genito simulque flamini sancto perennem gloriam & laudem decantare cœperunt. Sanctus autem Domini Placidus, licèt tanta per Christi Domini gratiam patraret prodigia, tanta exerceret vndiquè ad se uenientibus stupenda miracula, à cōstructione monasterij sui nequaquàm cessabat. *Psal. 145* *Matt. 9.* *Solito Crucis signo & oratione paralyticum sanat.*

Cap. 51. Die autem trigesima Metellus filius Messalini cū seruis suis, simulque cum præpositis portuum omnium & procuratoribus cortium & multitudine amicorum Tertulli patricij, ad beatum Placidum ueniens, pecuniam infinitam secum deferens, sancto Domini Placido obtulit. Quam accipiens, ad patriū solum, id est, ad urbem Romanam direxit, ex qua columnas & epistylia emit, quæ cùm in Siciliam delatæ fuissent, locari iussit in ecclesia quam tunc construebat in honore sancti Baptistæ Iohannis. Cum uillicis autem & præpositis portuum & procuratoribus cortiū diū multumque est locutus: & ob quam rem ad partes illas à sanctissimo magistro suo Benedicto directus fuisset retulit, reddideruntque singuli rationem villicationis suæ de cortibus & portubus Tertulli patricij patris sui, quas tenuerant. Post hęc omnibus in cōmune præcepit, ut sine fraude & dolo aliquo & absque qualibet dilatione quoti *Construit ecclesiā in honorē S. Iohannis Baptistæ.*

dié

diè impenderent, quicquid sibi & suis in cibo, potu atque vestitu vel in cœnobii constructione necessarium esset, dixitque ad eos: Ego veniam visere vos, & oẽs possessiones quas pater meus in hac prouincia tenuit, ideoque ità agite, ità studete, ut nostram gratiam obtinere possitis. Hoc sciẽtes indubiè, quia si me scandalizaueritis, scandalizabimini. Hæc cùm dixisset, cum benedictione sancti viri redierunt vnusquisque in sua.

Cap. 52.

Ipse autem pater sanctissimus, ea quę à magistro suo Benedicto didicerat, modis omnibus implere satagebat. Refulgebat sanè doctrina pietatis in eo, dilatabaturque sanctę conuersationis doctrina agrum serendo iustitiæ. Vndè factum est, ut per beatum Placidum ac discipulos eius, patris Benedicti & Casinensis Cœnobii ueneranda religio per totum orbẽ terrarum diffusa sit & diffamata. Idem verò sanctus Domini Placidus spiritu sancto repletus, sine intermissione castigabat sanctum corpus suum, & in seruitutem omnem redigebat, vt membra quæ sunt super terram mortificaret. Sermo verò eius aliud non erat quàm mundi huius delicias spernere, onera orbis relinquere, vt Iesum Christum Dei filium liberè sequeretur, memorans illud quod Dominus locutus est, Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. In sermone autem eius quanta grauitas, quanta modestia erat, enarrare quis valeat? Orationi & lectioni solus quotidiè insudabat, ac sæpè & multùm cùm meditationi inseruiret, lachrymis fluebat. habebat enim spiritum magnę compunctionis. Non diebus, non noctibus à colloquiis diuinis & psalmodia cessabat, omni tempore quadragesimalem vitam ducens, uinum nunquàm bibens. In Quadragesima Dominico die, tertia & quinta feria, pane tantùm & aqua contentus erat, aliis diebus nihil omninò recipiens. Cilicio semper ad carnem vsus est, & cùm fatigatus esset ab oratione seu à genuflexione, sedendo potiùs quàm iacendo somnum capiebat. Nemo illum unquàm aliquandò vidit in aliquo acto commotum, sed semper honestum, humilem, grauem, mansuetum, benignum, nemini nocentem, nemini inuidentem, nemini quod malum est quærentem. erat enim omni hora, gratia Dei plenus. Nunquàm aliquandò alicui homini locutus est nisi necessitas coegisset, aut fratrũ affectio, seu bonorum hominum uel pauperum, aut cùm monasterii necessitas exposceret, semperq; spiritus eius in Deo positus erat. Sed in omnibus virtutibus in quibus eum perfectissimus magister suos Benedictus instruxerat, de die in diem proficiebat atque crescebat: non æqualem se aliorum ducens, sed ultimorum omnium seruum. Iam verò de eius quid dicam clementia? nil enim mentis eius carius fuit, quàm potentem pauperi non præponere. Si pauperem videbat, sustinebat: si diuitem, ad benefaciendũ hortabatur, illud prædicans Euãgelicum: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat, ut cælorum regnum accipere ualeat. Ibat autem frequenter ad operarios qui cęnobium & ecclesiam construebant, ad portum quoquè maris & cortes patris sui uisendas. sicque demùm reuertebatur ad domum quam sibi accommodauerat Messalinus.

Corp⁹ suũ castigat et in seruitutẽ redigit.

1. Cor. 9.

Vide hìc antiquorũ monachorũ studiũ et istiusmodi non difforme à nostris.

Abstinẽtia S. Placidi.

Silentiũ eius.

Clemẽtia

Luc. 3.

Cap. 53.

Quarto verò anno postquàm in Siciliam sanctus Domini Placidus venerat, monasterium omne vnà cum ecclesia sancti Baptistæ Iohannis satis decenter in omni constructione perfectum, atque ab Episcopo eiusdem Messanæ ciuitatis ecclesia dedicata est quinto kalend. Augusti. Rogauit etiam idem sanctus Episcopum, ut totius monasterii ambitum aqua exorcizata resperger et, & orationem daret, sicque in eũ sanctus Domini ingressus est cum suis ad habitandum. Cęperunt deindè nonnulli mundum relinquere, & sub beati Placidi magisterio cordis ceruices edomare. Intrà breue nanque temporis spatium, triginta fratres in eodem loco ad omnipotentis Dei seruitium congregati sunt.

Eccè quomodò antiquitùs ecclesiæ consecrabantur.

Multi mundũ relinquentes fiunt monachi.

Cap. 54.

Post hæc oblatus est eidem seruo Domini Placido quidam energumenus, qui diutiùs sathanæ laquei irretitus, dirè afficiebatur. Quem cùm uir Dei ità attritum vidisset, eius calamitati compatiens, orationem fudit ad Dominũ, dicens: Domine Iesu Christe lux vera, qui es pius, clemens & misericors, expelle à figmẽto tuo per intercessionem sanctissimi magistri nostri Benedicti inimicum sæuientem, ut à laqueo insidiatoris ereptus, laudem dicat nomini tuo sancto. Qui cùm orationem complesset, signum Crucis contra uexatum faciens, antiquum hostem ab eo protinùs effugauit. Igitur quia longum esset euoluere quanta per eum Dominus operatus est, ad eius gloriosissimam passionem exarandam veniamus.

Oratione et signo Crucis energumenum liberat.

PASSIO S. PLACIDI ET SOciorum eius.

Cap. 1.

PER idem tempus dum in Vrbe fama creuisset, quòd sanctus Domini Placidus à venerabili patre Benedicto ad monasterium cõstruendum, & cortes ac possessiones Tertulli patris sui retinendas, in Siciliam directus fuisset, & quia in cęnobio à se constructo triginta iam fratres sub patris sui Benedicti regula aggregasset: Eutychius & Victorinus germani eius, quorũ superiùs memoriam fecimus, unà cũ sorore sua Flauia virgine, Placidum fratrem videndi desiderio ducti, & in eius amorem ultra modum accensi, ex consilio parentum suorum vrbem Romam egredientes, nauem conscendunt: dantesque carbasa uentis, Siciliam adeunt, & ad portum ciuitatis Messanæ applicantes, classem in litore soluunt: descendentesque de naui, ad sancti Iohannis cęnobium tendunt, uidẽtesque fratrem, repleti sunt gaudio magno. Et primò quidem non cognouerunt eum, ob id scilicet, quia ex quo beato Benedicto oblatus est, illum ulterius non viderant, & post tanti temporis spatium vir factus, & monachali habitu indutus, atque præ nimia abstinentia ac enormitate vigiliarum & orationũ, corpore tabefactus & annihilatus erat. Ab vbi per indicia agnouerunt eum, in oculis eius ruentes, & se diutiùs complexãtes, ob nimietatem amoris & gaudii, in fletum maximum proruperunt. Post hæc cùm omnia monasterii habitacula perlustrassent, ac condecenter constructa laudassent, aliquantis diebus apud B. Placidum fratrem suũ remorari decreuerũt.

Inuisunt eũ fratres et soror eius.

Eccè monasticum habitũ, abstinentiã, uigilias, et orationes.

Cap. 2.

Eodem tempore apud paganos qui in Hispania inhabitabant, Abdala impiissimus Christi insectator & hostis, regnũ administrabat. Hic Christianæ religionis culturam funditùs de terra eradere, & Molochi templa & Luciferi culturam augere cupiens, centũ nauium expeditionẽ congregauit, & super eas quẽdam crudelissimum Agarenum, nomine Mamucham, ducẽ præficiẽs, cõtra Romanum direxit Imperium, mandans vt ciuitates & castra igni cremaret, ecclesias destrueret, Christianos ad dæmonũ, * Molochi, Rẽpham & Luciferi culturã cõpelleret, nõ cõsētientes diuersis suppliciis enecaret. Cuius ille imperio parẽs, cùm plurimã stragẽ nostrorũ dedisset, post aliquãtos dies in quib⁹ Eutychius, Victorinus & Flauia virgo

Mamucha tyrannus ad Italiã et Siciliam missus persequitur Christianos.

** Molochi.*

virgo ad beatum Placidum venerant, cum fratres nocturnalem synaxim in ecclesia decantarent, iam dictus Mamucha in nauibus cum paganis sexdecim millibus octingentis adueniens, fores monasterij confringi, & omnes in uinculis iussit astringi. Quod dum factum fuisset, Gordianus iam dictus, qui cum beato Placido à Cassinensi cœnobio ad Siciliam venerat, cùm esset iouenis, per quandam posticam domus aufugiens euasit. Donatus uerò quisiam senio affectus erat, absq; aliqua interrogatione capite truncatus est. Sanctus autem Placidus vna cum fratribus suis Eutychio, Victorino & Flauia uirgine, Fausto, Firmato diacono, simul etiam cum monachis triginta, catenis uinctus, Mamuchæ a conspectibus præsentatur. Quē truculētus arbiter ut uidit, dixit ad eum: Quid uocaris? Sāctus Placidus respondit: Christianus sum. Dux dixit: Nega Christum tuum, & dic in eum conuicia, & iuxta ritum inuictissimi Regis nostri Abdalæ deum adora, & dimitto te. Sāctus Placidus respondit: Ego Dominum lesum Christū non quam negaturus sum, & pro eius nomine mori desidero. Dux uerò ad hæc sæuè indignans, dixit ad Eutychium & Victorinum, Flauiam, Faustum, Firmatū diaconum & reliquos triginta: Vos quid dicitis? Ob temperabitis præceptis excellentissimi Regis Abdalę, vt Christum relinquentes, deum nostrum adoretis? Sancti autem martyres quasi ex uno ore dixerunt: Qd in animo insidet uestro, pficite. Vnus enim nobis animus est, una fides, vnus ordo uiuendi, quapropter ea quæ à primo audisti, ab omnibus dictum esse putate. Pro amore nanque Christi parati sumus animam ponere.

Vides mo nachos in ungrus ui sis eā psal modia ās de nocte.

S. Donatus capite trūcatur.

Sācti Placidus & sociorū ad ducē pra clarissimre sponsum.

Cap. 3.

Ad horū itaq; martyrū famina dux Mamucha vehementer iratus, iussit sanctos Dei placidum, Eutychium, Victorinū ac uirginē Flauiā cum reliquis sāctis expoliari, & grauissimè fustibus cædi, dicens: Verba uerberibus cedant. Sācti verò martyres exultabāt & gaudebant in Domino, quoniam digni habiti sūt pro nomine eius verberū supplicia pati. Videns uerò impijssimus dux quòd iam in extremis essent, dixit ad eos: Dicite morti destinati, si relinquere uultis Crucifixum, an perire decreuistis? Sancti martyres dixerūt: Nos Dūm lesū Christum uerū Deum esse corde credimus, ore cōfitemur, & ab eius cultura nunquam recedemus. Fac qd vis, Christiani sumus. Stupefactus ad hæc crudelissimus arbiter, dixit ministris. Iterū flagellentur, crudelissimè torqueantur, verbera verberibus addantur, forsitan resipiscent hi, qui in errore decreuerunt permanere. Ministri itaq; iuxta ducis imperiū flagellātes & torquētes eos, clamabant, dicentes: Negate Christū uestrū, negate. Sancti aūt dū torquerētur, rogabant Dūm, dicentes: Dñe Iesu Christe fili Dei, libera nos ab oī tentatione, & ab scandalis operātiū iniquitatē. Dux uerò ad martyrū toleran ia permotus, præcepit ut manibus à tergo ligatis, & cōpendibus uincti includerentur per septē dies, & neq; panē neq; aquā eis dari, ut deficerent, procrastinans eorū interitū, si fortè plagis corporalibus fatigati, eius nefandis iussionibus obtēperarent. Sanctus autem Domini Placidus in tanto supplicio constitutus, non diebus neque noctibus à colloquijs diuinis & oratione cessabat.

Fustibus grauissimè cadū tur.

Crudelissimè torquentur.

Carceri mancipā tur.

Dū hæc agerētur, tēpestas magna in mari exorta est. Barbari verò ob acris incōmoditatē, dū ad Hispanias se remeare nō posse pspicerēt, ira permoti, circunquaq; cuncta igni ferroq; delerēt, & adulteria ac innumerabilia mala in ecclesijs & in hominibus cōmittētes, & [illegible] mulieres ob Christi fidē trucidantes, eiusdē Mamuchæ ineffabilia mala intule... Sāctosq; Dei martyres, Placidū, Eutychiū, Victorinū & uirginē Flauiā cū socijs in terrā suā trāsferre decreuerant. Itaq; dū maris inclementia uiā illis ob struisset, videntes sāctū Placidū cū socijs absq; cibo & poto Christo gloriā ferre, mirati sunt, cursuq; cō cito ducis tentoriū adeūtes, quæ acta & dicta fuerāt, per ordinē panderunt. Qui beluina rabie accensus, iussit sanctos Dei martyres per singulos dies acerrime fustibus cædi, & sine aliquo cibo uel potu dimitti. Et dum cæderētur, clamabant pagani: Negate Christū uestrū, & dicite in eū conuicia, & dimittemini. Sācti aūt martyres quasi ex uno ore diaerūt: Neque Christū Dominū nostrū negamus, neq; conuicia in eum, qui creator est oium, inferimus, facite qd nobis uidetur. Barbari uerò de sanctorū cōstantia ultra modū mirati, cursu rapidissimo ducem adeuntes, rē pute eius exponunt. Dux aūt solita inflamatus nequitia, iussit sanctū Placidū cū socijs, pedibus versis suspendi, & flagellis hinc inde crudelissimè laniari, & sub capite uniuscuiusq; fumū horridū subministrari. Qd dum factū fuisset, clamabant more solito contra sāctos pagani: Negate Christum uestrum, negate. Sancti uerò martyres paganorum monita velut stercora contemnentes, clamabant ad Dominum, dicētes: Si consistent aduersum nos castra, nō timebimus mala, quoniam tu nobiscum es Domine. Cumq; oēs singillatim unus post unū hoc ordine cruciati fuissent, iussit dux Mamucha dari vnicuiq; sanctorū pugillū unū hordei crudi ad mādocandū, & paululum aquæ ad bibendum. Dicebantq; ad sanctos: Si negaueritis Christum Deū esse, quicquid petieritis, dabimus uobis, & annumerabimini inter primos amicos ducis nostri Mamuchæ, & eritis quasi fratres Regis nostri Abdalę, ac domini in omni regno eius. Sancti aūt fratres Placidus, Eutychius, Victorinus & sanctissima Flauia uirgo soror eorum, quasi ex uno ore dixerūt: Si polliceremini nobis facturos dominos orbis terrarum, non negabimus Dominum nostrum lesum Christum, qui pro nobis mortuus est & surrexit, ascendensque in cælum, ui uos & mortuos & omne seculum per ignem iudicaturus adueniet. Quinimmò vos, qui miseria pleni estis, qui æternę morti addicti, uos potiùs credite in Dominū nostrum Christū lesum, & salui eritis in æternum. Dirissimus autē Mamucha ex beati Placidi ore talia dum uerba audisset, ac sæuè indignans, iussit eum cum socijs carceri tradi.

Sancti iterum grauiter cæduntur.

Constantia eorū.

Horrēdū supplicium.

Psal. 26.

herum mittūtur in carcerē

Nocte uerò adueniente, Gordianus iam dictus, qui tempore quo beatus Placidus captus fuerat, fugiens euaserat, uenit ad eum in carcere, procidensque ad pedes eius, confortabat eum, dicens: Constans esto domine mi Placide, & noli timere, quia tecum est manus Domini, qui tibi mansionem in cælesti regno locauit lapidibus preciosis instructam. Si tibi persecutores uerbis blandiri fuerint, noli illis adhibere consensum: si aurum uel argentum, aut lapides preciosos obtulerint, nē accommodes animum, sed potiùs illum respice, illum intende, qui fecit cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt. Nihil enim martyrio laudabilius, nihil excellentius, nihil honorabilius inueni tur, quippè cuius adiutor Christus Dominus est, & illi qui eum diligunt & cupiunt, immortalitate ac gloria perenni remunerantur. O, quàm terribilis est, & quàm metuendus iudicii dies adueniet, in quo iuxta Apostolum unusquisque recipiet secundùm suum laborem. In quo etiam Angeli tremente, qui non peccauerunt, ac iusti terrebuntur, q Domino placuerunt. Hunc diem Propheta designabat, cùm diceret: Dies illa dies iræ, calamitatis & miseriæ, dies tubæ & clangoris, dies magna & amara ual de,

Cap. 5.

Gordianus eos cōsolatur & cō fortat.

Psal. 145.

2. Cor. 5.

Soph. 1.

Cap. 4.

Sæuitiā Christianos paga nos multos trucidantes.

dè, dies nebulæ & turbinis, plena indignatione, qua
Luc. 21. cæli magno impetu mouebuntur. Sol obscurabitur,
& luna non dabit lumen suum, ac stellæ cadent de cæ
lo, & uirtutes cælorum mouebuntur. Iam aduersùs
communem inimicum pugnam arripuisti, iam ca-
put serpentis antiqui conculcasti: constantiæ & for
titudinis arma retine, ut possis tela & iacula eius scu
to fidei repellere, & iuxta Apostolum indue arma-
Ephes. 5. turam Dñi, vigila strenuè, quia aduersarius vester dia
1. Pet. 5. bolus tanquàm leo rugiens circuit, quærens quem de
uoret, cui fortiter in fide persistentes, resistere con-
uenit. Diem supremum ante mentis tuæ oculos reuo
ca, nocte simul & die horis atq; momentis, & quàm
fluxa, quàm breuis sit huius mundi gloria, quàm ca-
duca & quibus ærumnis subiaceat. Aduerteque quali
ter illam turbo repentinus auferat, & sedula mente
pertracta. Vbi tunc erit sublimium honor & glo-
ria Regum? vbi Duces & Principes? vbi tunc erunt
qui ex obliquo egenos despiciebant, & sua locutio-
ne indignos censebant? ubi argentum & aurum, nun
quid nam non ceu puluis præteriit, & uelut umbra
euanuit, iã recessit, iã trãsiit, ad Erebi profũda descẽ
Psal. 89. dit, in quo uermis impiorũ nõ morietur, & ignis nõ
extinguetur. Ibi tunc potentes potenter tormenta
passuri sunt, & fortioribus cruciatus intolerabilis
Esa. 66. erit: ea quo non educet pater filium, aut filius patrẽ,
nec sodalis erit qui redimat, neque frater qui eripi
at. Leua cor tuum cum manibus ad Deum, dicens cũ
Propheta: Eripe me de inimicis meis Deus meus, &
Psal. 17. & 58. ab insurgentibus in me libera me, de manibus odiẽ
tium erue me. Iã pugnare cœpisti, pugna ut uincas,
& coronam immortalitatis accipias.

Cap. 6. Audiens hæc beatissimus Placidus, gratias egit re
demptori omnium Deo. Deindè conuersus ad Gor-
Ecce quãto affectu desideraret cõiungi Christo S. Placidus. dianum, dixit: Omissis frater verborum ambagibus,
vincentem mundum inuocemus, rogantes ut qui de
dit uelle, donet & posse. Illum enim desidero, illum
suspiro, ad illum pergere cupio, cui animam meam
deuoui, qui me dignum fecit pro suo nomine pati.
Et post hæc uide, inquit, ut quicquid erga me eueni
re prospexeris, in scriptis notifices magistro nostro
Benedicto, necnon condiscipulis & consanguineis
meis Mauro & Felicissimo. Ego enim iam delibor,
iam alligatus corpore, alligatus & spiritu uadã, quò
me duxerit Dominus Iesus Christus. Testis enim mi
hi est Deus, quia omnibus hominibus puram exhi-
beo charitatem, rogans Deum omnipotentem, ut
nos in periculis cõstitutos sua protectione defendat,
& inter procellas & tempestates huius mũdi illæsos
custodiat, & pacem Ecclesiæ suę sanctæ quantocyùs
Orat extensis ĩ cælum manibus. tribuat. Hæc cùm dixisset, expansis in cælum manib⁹,
& oculis in altum erectis, orauit ad Dominum, di-
cens: Vnigenite fili Dei, Verbum incarnatum, pro
tege ac defende Ecclesiam tuam tuo preciosissimo
sanguine redemptam, conserua Cassinensem ecclesi
am in sancta religione, meque ad te uenire, victo
diabolo, iube.

Manè itaque facto, dux Mamucha rabido inflam-
Cap. 7. matus furore, iussit sanctum Placidum cum sociis su
is sibi præsentari. Cumque ante impiissimum ducẽ
manibus retrò ligatis præsentati fuissent, indicto si-
lentio, dixit: Testes inuoco deos, excellentissimumq;
omnium Luciferum, quia nec in interrogatione di-
gnos uos nostra excellentia iudicauit. Hinc autẽ non
ut criminis obnoxios, sed ut fratres uos alloquor, ut
deponentes pertinaciam uanæ superstitionis, ac-
quiescatis salutaribus monitis, obtemperantes præ-
ceptis Regis nostri Abdalæ, & magnificũ Prophetam
nostrum Moloch uenerantes. Hoc si feceritis, hu-
ius uitæ gaudiis feliciter fruemini, & dabim⁹ uobis
infinitas possessiones & uxores: quod si nõ feceritis,
diuersis suppliciis interibitis. Sancti martyres dixe-
runt: Neque nobis blandimentis suadere poteris,
nec minarum asperitatibus terrorem incutere vale-
bis. Tunc nefandus arbiter furore & ira magna accẽ *Iterum fustibus grauiter cæduntur martyres*
sus, iussit sanctum Placidum cum sociis suis expolia-
ri, & fustibus cędi, & membris omnibus crudelissi-
mè torqueri. Cumque ministri iniquitatis ducis iul-
sa perficerent, Gordianus cum omnibus Christianis,
qui ducis Mamuchæ manus euaserant, cum fletu in
genti, clamabant: Domine Iesu Christe, martyrum
fortitudo & palma, ueni in adiutorium Placidi ser-
ui tui in huius agonis discrimine constituti. & hoc
diebus ac noctibus postulabat sine intermissione pro
eo lachrymarum & orationũ hostias Dño immolãs. *Cap. 8.*

Idem autem sanctus Domini Placidus cùm à paga
nis ultra modum cum sociis cruciatus fuisset, iussu
sæuissimi ducis à suppliciis amotus est, & beatissima
uirgo Flauia incredibili decore micãs, tribunalibus
est præsentata. Quam truculenta bestia dum perspe
xisset, dixit ad eam: Dic scelerata & omni misericor-
dia prorsùs indigna, adquiescis præceptis regalibus,
an in stultitia permanere decreuisti? Ad quem beatissi
ma virgo Christi Flauia respondit: Ego stultitiam
nunquàm habui, quia semper Christum cuncta regẽ- *S. Flauia pedibus in altũ erectis suspẽditur & grauiter torquetur*
tem, dilexi: præcepta uerò Regis tui, uelut lutum qđ
pedibus conculcatur, abiicio. Dux autem aduersùs
virginem Flauiam ingenti ira succensus, dixit mini-
stris: Expoliate hanc, & pedibus in altum erectis, in
sublime suspendite. Habeat honoris sui dignum cõ-
mercium, quæ salutaribus monitis cordis ceruicem
flectere renuit. Pagani uerò iuxtà quòd dux impera-
uerat, sanctam virginem Flauiã pedibus in sublime
erectis suspenderunt. Quam dux ità allocutus est, di
cens: Stultissima omniũ fęminarum, non uerecunda
ris in turpitudine nuditatis tuæ? Et virgo Christi ad *Gen. 3.*
hæc: Sacra scriptura testatur, quia est conditor uiri
& fœminæ, ob quam rem de sexu nulla mihi adscri *Constantia eius.*
betur iniuria, pro eo quòd nuda sum: neque nudita
tem tantùm corporis sustinere parata sum, sed etiam
gladium & ignem propter eum, qui pro me denuda
ri & flagellari & crucifigi uoluit. Dux uerò ad hæc
laruali furia fretus, dixit ministris: Quid agitis? Fustes
afferte, & eam sine intermissione acerrimè flagella
te. Cumque milites sanctam uirginem Flauiam cru
deliter flagellarent, uirgo Christi clamabat ad Do
minum, dicens: Domine Iesu Christe fili Dei uiui, a- *Oratio eius.*
desto nũc famulæ tuæ Flauiæ in huius agonis stadio, *Psal. 12.*
nè dicãt inimici tui nè dicãt, Præualuimus aduersùs
eam. Conturbatus ad hæc crudelissimus censor, ait:
Si ista extincta non fuerit, maximum Regi nostro
Abdalæ conferet detrimentum. Et post hæc, Itá, in-
quit, frontem & mamillas, necnõ & brachia torquẽ
tes dissipate. Subiùs verò fumum acerrimum submi-
nistrare, uariisque tormentis corpus illius excrucian *Inauditũ tormẽtũ.*
do necate. Illi itaque toto mentis conamine perficiẽ
tes, clamabant: Nega Christum tuum turpissima &
omni dedecore digna, quia iam parata tibi immi-
net mors. Itaq; ĩ talibus die decurso, dux Mamucha
sanctã Dei uirginem deponi, & cũ beato Placido ac
reliquis in carcerem includi iussit, itaque commo
tus pręcepit, ut quotquot Christianorum inuenis-
sent, diuersis suppliciis enecarent.

Iã verò qs dignè ennarrare ualeat, quãtis suppli- *Cap. 9.*
ciis Christiani eo tempore in Sicilia sint affecti? Nõ
nullis nanque palorum uectibus ora reserantes, fœ- *Christiani diuersimode affici untur suppliciis.*
tidum cœnum ingerebant. Alios in frontibus & in
tibiis remugiẽtibus neruis torquẽdo cruciabant, ple
runq; aquã marinã, acetum, amurcam & liquamen &
alia multa & crudelia, tanquàm utribus imbutis

ori appositis, sine misericordia porrigebant, stimulis ferreis ad ambulandum urgentes. Paruulos etiã ab uberibus maternis rapientes, insontem infantiã elidebant ad terram. Alios è regione pedes tenẽtes, à meatu prorsùs naturali usque ad arcem capitis dissipabant. Alii candentis ferri laminis adusti sunt, aptantesq; fustes in modũ serrarũ ea palmis cum stirpibus, & dorsa Christianorum cum illis flagellantes, non tantùm ossa confringebant, sed etiam terebrantes aculei intrinsecùs remanebant, dissipatisq; carnibus uiscera pandebantur. Nonnulli uerò ligatis pedibus post terga currentium equorum, inter spinosa loca syluarum ducebantur, ut ducti & reducti, dumosis lignorum aculeis eorum corpora carperẽtur, ac diù & sępiùs tibias torquendo tinnientibus chordis constringebant. Fœminas autem per unum pedem appendentes, palis minoribus dentatis rectis in capite, crinibusq; i eisdẽ colligatis, ac uehemẽtiùs stringentes simul cũ capillis, oẽm pelliculã auferebãt, ingẽtia põdera i uno pede colligãtes, & laminas ferri ignitas dorso, vẽtri, mãmilis ac lateribus apponẽtes.

Cap 10. Sancta uerò uirgo Flauia dum in carceris ergastulo cum fratribus esset retrusa, Placidum fratrem suum alloquebatur, dicens: Iam sacris tuis orationibus, Placide frater, fauentibus, inchoaui martyriũ, nunc uerò obsecro, nè desistas inchoata perficere. Ora attentiùs rogo, ut dignum faciat Dominus Iesus Cristus desiderium cordis nostri ante conspectum gloriæ suæ, & tribuat nobis quod promittere dignatus est suis fidelibus, & omnibus quęrentibus gratiã suam. Sanctus autem Domini Placidus aperiens os suum, Eutychium & Victorinũ fratres suos & uirginem Flauiam sororem suam sociosque triginta tres consolabatur, dicens: Forti animo estote, suspicite in cęlum, & precibus exorate cuncta regentem, ut patris Benedicti intercessione nobis patiendi tolerãtiam donet. Alia uerò die dux Mamucha residens in consistorio, iussit sanctos Dei martyres Placidum, Eutychium, Victorinum & virginem Flauiam cum triginta tribus sociis suis sibi pręsentari, & grauissimè fustibus cædi, & per pedes suspendi, ac membris omnibus acriter torqueri, fumumque horridum sub eis administrari, dicens: Negate Christũ vestrum, & dicite in eum conuicia. & dabimus vobis bona huius mundi. Post hæc sanctus martyr Christi Placidus erectis in cælum oculis clamabat ad Dominum, dicens: Narrauerũt nobis iniqui fabulationes, sed non itã ut lex tua Domine. Omnia mandata tua veritas, iniqui persecuti sunt nos, adiuua nos Domine Deus noster. Quinta uerò die videntes pagani q̃ sancti Dei martyres Placidus, Euthychius, Victorinus & Flauia uirgo speciali quodam amore essent obligati, & honore se inuicẽm præuenirent, quòd vnà cibum caperent, quòd segregati ab aliis starent, q̃ simul soli orarent, mirat. sunt, & dicebat alter ad alterum: Isti affinitate coniuncti sunt, ideò ab aliis diuiduntur. Interrogans itaque sanctos unus ea paganis per interpretem, quo utebantur, dixit ad eos: Quã generositatem fertis inter uos? Responderunt hi: Quatuor germani fratres sumus ex uno uiro & fœmina generati. Ille verò rursùs percontatus est eos, dicens: Ex ista patria estis, an ex alia regione? Et respõderunt sancti, dicentes: Romani sumus, & Christiani. Et ille, Benè, inquit, contingit uobis, quia hominum oĩum genus semper uoluistis humiliare, & dominium exercere, nulli vnquàm genti uoluistis subdere colla. Sed dicite nobis, quę sunt nomina uestra? Ad hæc sanctus Placidus [illegible]loquens ait: Hi duo fratres mei Eutychius & Victorinus vocantur. Hæc aũt soror mea & uirgo, Flauia dicitur. Ego uerò peccator, Placidus monachus uocor. Et ille, Assentite, inquit, nobis, & proderit uobis: negate Christum uestrũ Deũ esse, & nostro more Luciferũ sidus dei nostri Rempham excolite, ut frui possitis unà nobiscũ huius gaudiis vitæ. Respondens autem sanctus martyr Placidus, dixit: Absit hoc a nobis, ut Deum nostrum Iesum Christum creatorem cęli & terræ negemus, & hominem perditum pro Deo colamus, q̃ iam à Domino Iesu Christo cum diabolo & angelis eius damnatus est in inferno ppetuo igni exurẽdus.

Dij gẽtiũ ppetuo igni exurẽdi.

Cap. 11. Hæc pagani ex martyris ore dum uerba audissent, Mamuchæ duci nũciare curarũt. Sæuissimus aũt dux furore nimio accẽsus, iussit sãctissimũ Placidũ cum duobus fratribus & cũ sorore Flauia tãdiù uirgis mactari, donec inter manus deficerẽt. Qđ dũ factũ fuisset, pagani existimãtes eos mortuos, recesserũt. Sed Deus omnipotens, cui cura est & solicitudo suorũ, misit Angelum suum sanctum, qui sanctorum martyrum Placidi, Eutychii, Victorini & uirginis Flauiæ roborauit corpora, & curauit plagarum uulnera. Manè autem facto, pagani redeuntes ad stadium, sanctosque martyres Dei illęsos consistere perspicientes, dicebant ad eos: Animaduertite & uidete quãta misericordia vsi sunt deus & Propheta noster in uobis, qui cùm debuissent interficere uos, contulerunt uobis sanitatem. Relinquite ergò vanitatem & sectã superstitiosam, & adorate eos qui præstiterũt uobis sanitatem, & gubernant uitam uestram. Sanctus Placidus respondit: Vos potiùs relinquite diabolũ quẽ adoratis, & adorate Dominum nostrũ Iesum Christum, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quę in eis sunt, & relinquite perditum ipsum vestrũ Prophetam, & sathanam, quem is pro Deo coluit, cũ quo damnatus est in ignem æternum. Saraceni autẽ cum viderent quòd neq; minis neq; promissionibus sanctos Dei ad suam culturam ualerent inflectere, acta & dicta duci seriatim referre curarũt. Dux uerò sæuus indignãs, iussit sanctum Placidum cum sorore & duobus fratribus suis per pedes suspendi, & fustibus cædi, & fumum acerrimum subministrari, clamantibus paganis iuxta consuetudinem, Negate Christum vestrum, negate. Quòd dum factum fuisset, clamabat beatus Placidus unà cum fratribus suis Eutychio & Victorino ac uirgine Flauia, quasi ex uno ore dicentes: Gratia tibi agimus Domine Iesu Christe, qui cõfortas seruos tuos in te sperantes. At durissimus dux dolore & ira permotus, beatissimo martyri Placido, qui præ omnibus & pro omnibus loquebatur, cum lapide os & arterias confringi iussit, dicens: Si non negabis Christũ tuum, & tu & alii mala morte peribitis: Sanctus uerò martyr Placidus glorificabat Dominum, dicens: Gratias tibi ago Dñe Iesu Christe, q̃ me cõputare dignatus es in numero seruorũ tuorũ.

Virgis iterũ vapulant SS. martyres

Curãtur eorũ uulnera cælitus.

Psal. 145.

Os S. Placidi lapide cõfringitur.

Cap. 12. Non ferens autem impiissimus dux quòd sic beatissimus Placidus sæpè Christum nominaret, ira magna accensus, iussit ei linguã radicitùs amputari. Sanctus uerò Placidus clamabat lingua præcisa, dicens: Benedictum nomen & virtus Domini nostri Iesu Christi, cuius nomen & uirtus permanent in secula, qui & liberat nos ab omni malo semper. Cumque fratres eius & soror respondissent Amen, præ nimia ira frendens dentibus sæuissimus dux, iussit eos iterum grauissimis fustibus cædi. Sanctam uerò uirginem Flauiam truculentus arbiter pręcepit tradi quibusdam lænonibus de exercitu suo ad corrumpendum, dicens: Inuitate ad turpitudinem eius omnem exercitum. Sancta autem uirgo Flauia sententiam in se prolatam dum agnouisset, suspexit in cælum, & ait: Deus qui sedes super thronos & iudicas æquitatem, esto mihi in

Loquitur præcisa lingua.

Psal. 10. & 70.

Consolatur fratres et sororẽ ac cæteros martyres S. Placidus.

Itèrum vapulãt.

Psal. 118.

Deum protectorem, & in locum refugij, ut saluam me facias surrexit in me iudex iniquiuus, mordens carnes meas caniua rabie, misit truces manus ad uerbera, pedibus appensa sum, fustibus acerrimè uerberata sum, omnibus membris crudelissimè torta sum, fumus horridus sub me administratus est, impinguatur dux sæuus sanguine meo, tuus est amor, tua fidelitas, pro te hæc omnia patior: respice in me sancte Deus Sabaot, ne polluant inimici famulam tuã, nè dicant, Præualuimus aduersùs eam. Orauit, & eccè subitò uirtus diuina super virginem sanctam respiciens, suo illã munimine sæpsit. Nam cùm ad ducis imperium lænones sanctam uirginem Flauiam vellent stuprare, vim ei inferre uolentes, quicùnque manus ad eam contingendam misissent, stupebant nerui eorum, & arefiebant manus & brachia illorum, & præ dolore ea intimo corde mugitum reddebãt. Ipsa autem beatissima uirgo Flauia cùm fuisset, sicut iam diximus, cum fratribus suis multotiès pro Christi nomine cæsa & torta, & diuersis suppliciis affecta, immobilis in fide Christi permansit.

Diminiens punimtur uolentes stuprare. S. Flauiã

Cap. 13.

Post hęc impiissimus dux Mamucha sanctos Dei martyres, Placidum, Eutychium, Victorinum & virginem Flaniam suo examini fecit assisti, quos tumenti pectore, facie furibunda, vibranti capite, ità est allocutus: Quousquè insipientes nos nostra tolerat clementia? Hortor & commoneo vos Crucifiaum negare, & adorare deum, cui excellentissimus Rex noster Abdala ceruicẽ suam flecti: sin alias, acerrima morte peribitis. Sanctus Placidus respondit: O infelices, quare mentis vestræ oculos atra orbatos caligne nõ exeritis? Credite in Dominum Iesum Christum creatorem cæli & terræ, & dimittite diabolum quem adoratis, & falsum & vestrum prophetam relinquite. quod si non feceritis, ignis uos æternus excipiet. Mamucha uerò post hæc conuersus ad sanctos martyres Eutychium, Victorinum & uirginem Flauiam, dixit ad eos: Dicite infelices, & miseri, derelinquitis Crucifixum, an cum Placido seductore perire decreuistis? Sancti martyres dixerunt: Iam sæpiùs tibi diximus, qnia nullo pacto nullaque ratione Dominum nostrum Iesum Christum relinquimus, monita uerò vestra, uelutì lutum quod pedibus conculcatur, abominamur. His auditis sæuissim' Mamucha, nimiis furiis incitatus, iussit sanctos Dei martyres Placidũ, Eutychium, Victorinum & Flauiam strictiùs ligari, & super tibias eorũ anchoras nauiũ poni, & super anchoras lapides magnos superponi, ut hoc dolore compulsi Christum negarent. Pagani uerò iussa iniquissimi ducis perficientes, clamabant: Nisì negaueritis Christum uestrum Deum esse, acetba morte in tali supplicio consummabimini. Cumque die ipsa & nocte tota in tanto cruciatu perdurassent, & sanctus Domini Placidus psalleret, & soror ac fratres eius orarent, & Deo gratias agerent, die altera illucescente Pagani ad martyres reuersi sunt, uidentesque illos immobiles in fide Christi persistere, dicebant: Num uobis corneas fibras, num lapidosa pectora nutritis, qui salutaribus consiliis non acquiescitis? Respicite uosmetipsos, & Christũ Deum esse negate, & dabimus vobis aurum & argentum, pallia deaurata, & lapides preciosos. Sanctus Placidus respondit: Neque pro auro, neque pro argento, siue pro palliis deauratis, aut lapidibus preciosis, vestræ impiæ & peruersæ suggestioni assensum dabimus, ut Christum negemus. Iustitiæ nanque rigor & veritatis uia flecti non nouit, si forti pectore retinetur. Idipsum sancti Dei Eutychius, Victorinus & beata Flauia uirgo affirmabant.

Nouo tormẽti genere cruciãtur.

Respuunt S. martyres oblata munera.

Ad hæc satellites sathanæ vehementer irati, rem prout erat duci per ordinem pandunt. Sæuissimus uerò Mamucha terribili furore & ira succensus, dictauit sententiam, dicens: Placidum, Eutyhium, Victorinum, Faustum, Firmatum diaconum Christianorum. ac uirginem Flauiam unà cùm Christicolis inuictissimi Regis nostri Abdalæ præcepta contemnentes, & Christum qui à Iudæis crucifiaus est, pro Deo colentes, nostramque culturam nostrumque prophetam Moloch abominantes, capite cædi iubem', & corpora eorum inhumata lupis ac canibus & uolucribus cæli deuoranda relinqui. Nequissimi autẽ ministri concito gradu reuertentes, eiecerunt sanctos de custodia in qua clausi detinebantur, & usque ad litus maris in quo decollandi erant, eos flagellando perduxerunt. Quò dum venissent Pagani, ad sanctos proloqueutes dixerunt: Obsecundabitis inuictissimi ducis Mamuchæ, vt Christum negetis, & deũ amore nostro adoretis & colatis? Sancti autem martyres eorum monita abdicãtes, dicebant: Nunquàm creatorem nostrum negamus, nunquàm ab eius cultura recedimus. Alium uerò Deum omninò nescimus, neque adoramus, præter Dominum nostrum Iesum Christum, cui nosmetipsos hostiam uiuam in sacrificium offerimus. Christiani sumus, & pro nomine Domini nostri Iesu Christi magis mori quàm uiuere desideramus. Iam perficite in nobis quod uobis uidetur. Hæc vbì dicta dederunt, beatissimus martyr Placidus oculos in cęlum eleuans, orauit ad Dominum, dicens: Domine Iesu Christe fili Dei uiui, qui de cęlis ad terram descendisti, & pro nostra salute Crucis patibulum sustinuisti, propitius esto nobis famulis tuis, & per intercessionem magistri nostri serui tui Benedicti, da nobis uirtutis constantiam, ut participes gloriosissimæ anastasis effecti, huius agonis stadium intrepido animo, mente robusta percurrere ualeamus, nè humani generis inimicus aliquod obstaculum nostris anteferat mentibus, nè princeps tenebrarum & complices eius impediant. Sed Angelus testamenti tui Michael nostras animas in pace suscipiat, qnia tu es Deus benedictus & gloriosus in secula seculorum. Cumque sancti martyres, Eutychi', Victorinus & uirgo Flauia, cum triginta tribus sociis suis respondissent Amen, flectentes genua decollati sunt vnà cum beatissimo Placido, tertio Nonas Octobris, apud Siciliam, in portu Messanæ ciuitatis. Iacuerunt autem post decollationem corpora eorum iuxta mare diebus quatuor.

Cap. 14.

Condẽnãtur.

Oratio S. Placidi sub mortem.

Capite cęduntur SS. martyres

Cap. 15.

Post passionem uerò beatissimi Placidi martyris & sociorum eius, Mamucha impiissimus dux Saracenorum, necdùm saturatus de sanguine sanctorũ, quẽ innocenter effundi fecerat, præcepit ut monasteriũ illud, quod beatus Placidus ædificauerat, in quo et & habitauerat, incenderetur, & à fundamentis euerteretur. Sicq; factũ est, ut per quatuor dies in qbus post decollationem corpora sanctorum iacuerunt in litore, monasterium omne incẽsum, & solotenùs euersum est, ità ut etiam fundamenta monasterii Saraceni euellerent, & lapides in mare proiicerent. Interea hoc mare sedatur, ventorum turbines pacificantur, nautis uia panditur. Quod crudelissimus dux perspiciens, imperat, vt oẽs Saraceni ad mare redirent, quatenùs signo dato naues conscenderent. Aurora aũt quinti diei illucescente, Saraceni cum duce suo Mamucha naues conscendentes, æquoris alta sulcare cœperunt. Præ celsitudinis uerò magnitudine, ecclesiã quam intrà monasterium suum beatus Placidus in honore sancti Io hãnis Baptistæ ædificauerat, cùm esset ampla & alta, Saraceni succendere sine euertere non potuerunt, sed modis omnibus, quibus pote-

Monasterium solotenus euertitur.

Nobilis basilica Saracenis diffamilis, radi parcunt abhorrit.

poterant, polluerunt & profanauerunt. Nam trabes, quas intùs in ecclesia inuenerunt, minutatim præciderunt, ecclesiam adulteriis coinquinauerunt, altare Domini stercoribus & urinis fœdauerunt, & super illud secessum ierunt, & quicquid prauum uel dici vel cogitari potest, ibidèm exercuerunt. Et sicut antè descripsimus, naues conscendentes, quanta instantia poterant, nauigare cœperunt. Cumque iam in fari medio essent, nam Regium tendere disposuerant, subitó tempestas magna exorta est, ita vt nec retrò nec antè ultrà procedere possent, sed compræhêsæ à currentibus undis in medio fari, iusto Dei iudicio centum naues simul cum Saracenis sexdecim millibus octingentis demersę sunt in profundum maris.

Oĩs Saraceni ĩ mari submerguntur.

Cap. 16.

Corpora uerò sanctorum martyrum adhuc iacebant in litore, vbi nulla fera, & nulla auis ea tetigit, & pro fœtore suauissimum odorem emanabant. Gordianus autem, qui beatum Placidum à Cassinensi cœnobio secutus fuerat, quique, ut suprà retulimus, têpore captionis eius fugiens euaserat, qui & requirebat sanctos noctis tempore, & consortabat dum essent in carcere, tulit corpus beati Placidi martyris domini sui, & corpora sanctorum Eutychii & Victorini fratrum eius, ac sanctę uirginis Flauiæ sororis illius, & capita eorum iungens corporibus prout potuit, in ecclesia sancti Iohannis Baptistæ sepeliuit, mũdans eam priùs ab omni Saracenorum immunditia. Nam sola eadem ecclesia, ut suprà descripsimus, ex omnibus monasterij ædificiis remanserat. Reliqua uerò sanctorum triginta trium martyrum corpora miro odore flagrantia, ibidèm ubi decollati fuerant, in arena sepeliuit, vbi beneficia sua Iesus Christus Dominus noster, meritis sanctorum martyrum Placidi & sociorum eius interuenientibus, præstare nõ desinit usque in hodiernum diem. Cæci nanque ibidèm illuminantur, claudi curantur, surdi auditum recipiunt, leprosi mundantur, dęmones effugantur, & omnes infirmi saluantur. Tali modo sanctissimus martyr Domini Placidus cum sociis suis, diuersis tribulationibus & suppliciis agitatus, dealbauit stolam suam in sanguine agni qui tollit peccata mũdi, quê modò sequitur per paradisi amœnitates, insertus apostolis, quia totum reliquit: martyribus, quia martyrium pacis & persecutionis in se sustinuit: confessoribus, quia Christum corám fidelibus & infidelibus confessus est: uirginibus, quia uirginitatem cordis & corporis custodiuit. His insertus choris, Regem immensum collaudare non cessat, ferens coronam rosis & liliis intextam, cantansque canticum in exultatione & gaudio uoce insatigabili & merito. Nã per hunc facta est Cassinensis ecclesia purpurea, quæ anteá in patris Benedicti operibus extiterat, candida, quia primus ex eadem uerbo & exemplo plurimis in Christi bello extitit doctor. Hic benedicti patris temporibus primus contra paganos prælium cœpit. Hic inter Christi milites antesignans. Hic inter persecutionum furentium initia cum ipso infestationis principe & authore Mamucha congressus, dum inexpugnabili firmitate aduersarium uicit, vincendi cęteris uiam fecit. Ideoque nunc cum his, qui agnum sequuntur, canticum nouum decantare non cessat. Apud hunc agnum dignetur pro nobis interuenire, ut maculis oĩbus expiatos nos uellere velit induere. Omnes repræsentans eidem quem sequitur agno, vt quos redemit sanguine suo, non finat iuri subiacere alieno.

Gordian' sanctorũ corpora sepelit.

Multa ad sanctorum sepulcra, fiunt miracula

S. Placidus prim' martyr ordinis Benedictini.

Apoc. 14.

Cap. 17.

Passus est autem beatissimus Placidus martyr Dñi nostri Iesu Christi præcelsus, anno ætatis suæ vigesimo sexto, cum duobus fratribus suis Eutychio, Victorino & sorore uirgine Flauia, Fausto & Firmato diacono simul, ac monachis triginta, sub sæuissimo Rege Abdala & duce Mamucha, tertiodecimo anno Iustiniani Imperatoris, apud Messanam Siciliȩ ciuitatem, tertio Nonas Octobris, regnante Domino nostro Iesu Christo, qui uiuit & regnat cum patre in vnitate spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum, Amen. Dies autem uitæ beatissimi martyris itá numerantur. Oblatus est Deo à patre suo Tertullo patritio, & traditus beato Benedicto, septimo anno ætatis suę, habitauit cum eo apud Sublacum annis quinque, commoratus est in monasterio Cassinẽsi, quod ipse vnà cum magistro suo Benedicto & cõdiscipulo Mauro in proprio rure ędificauerat, annis nouem. Construxit in suo patrimonio monasterium apud Siciliam per annos quatuor. Præfuit eidem monasterio anno uno, qui simul fiunt anni sex atque uiginti. Natus anno Dominicę incarnationis quinto decimo ac quingentesimo. Martyrio coronatus quadragesimo primo ac quingentesimo.

S. Placidus septẽnis fit monachus.

Series destructionis & restaurationis monasterij eius

Cap. 18.

EXplicitis his, quæ ad passionem beatissimi martyris Placidi sociorumque eius pertinebant, nũc eius destructionem restaurationemque cęnobii, uel quali quantaque post ipsius decessum loci incolæ sint perpessi, curabo posterorum mãdare memoriæ, siue ut rei notitia habeatur in promptu, siue ut in eorum multimoda mirabilique erectione, Domini misericordia collaudetur, qui flagellat omnem filium quem recipit, & post lachrymationem & fletum, exultationem inducit. Postquam peruersi doli artifex Mamucha cum omni exercitu suo in maris profunda demersus est, & ad Siculorum notitiam peruenisset, qualiter sanctus Domini Placidus cum fratribus & sociis suis martyrium suscepisset, ilicò ex tota insula innumerabilis turba occurit, sciscitans qualiter hoc euenisset. A minimo nanque vsque ad maximum acerrimus fletus omnes tenebat. Messalinus uerò & filij eius, audientes sanctum Domini Placidum martyrio coronatum, scissis uestibus, puluere assperso capite, ad sepulcrum venerunt. Post hæc Messalinus & Pompeius Cilius cõsilio habito, legatos Cassinum ad patrem Benedictum direxerunt, destinantes epistolam, hæc continentem: Vniuersali monachorum institutori atque doctori Benedicto, serui & filii eius desolati & destituti pastore, cum subiectione debita obedientiam. Quia nihil paternitati vestræ incognitũ esse rectum duximus de his quę apud nos actitata sunt, scire uestram sanctitatem uolum', religiosissimũ ac sãctissimũ discipulũ uestrũ Placidum, tertio Nonas Octobris post multa tormentorum genera gladij animaduersione migrasse ad Dominum. A duce nanque Saracenorum Mamucha, cũ fratribus suis Eutychio, Victorino ac sorore virgine Flauia, Fausto, Firmato & monachis triginta captus, post verberum mactationem, suspensionem, fumi administrationem, membrorum omnium tortionem, arteriarum & dentium confractionem, nec non & linguæ abscissionem, capite cum omnibus sociis truncatus est. Vndè suppliciter vestrã paternitatem poscimus, ut ad cortes & possessiones retinẽdas discipulos mittere dignemini &c.

Hebr. 12.

Messalinus S. Benedicto filij sui Placidi martyriũ literis ĩdicat.

Cap. 19.

Exhilaratus itaque de sanctis apicibus pater sanctus, palmas ad alta sustollẽs, gratias egit Redẽptori oĩum, dicens: Grates tibi nunc promo cunctorum uita salusque, qui fructum labiorum meorum dilectissimum Placidum singularem & unicum mei

S. Benedictus ad suos filios oratio.

pectoris filium, ad unum fecisti conscendere solium. Hæc pater sanctissimus proclamans, & super beatissimi martyris passionem vltra modum spirituali lætitia congaudens, omnem Cassinensem conuocans cócionem, talem ad eos protulit orationem: Sicut patris est gaudere in suorum profectibus filiorum, itá & filiorum est augumentum patris sua lucra reputare. Quapropter noueritis dulcissimum filium meú Placidum martyriali trabea adornatum migrasse ad Dominum. Iam enim meis interioribus oculis eius immaculatam hostiam & Deo beneplacentem, deduxi in alta cęlorum. Hunc nempe tempore, quo illum á patre suo suscepi, memineram esse mortalem, nec fefellit opinio. Nunc non est quod conqueratur. Habeo, in quo Deo gratias agam, quia semper optaui ut de fructu cordis mei omnipotenti Deo sacrificium offerretur. Nihil enim hoc sacrificio habui preciosius, nihil amabilibus, nihil carius. Elegit namque Placidus pro Christo momētaneam mortem, & peruenit ad eum in cælesti solio ad dexteram patris regnantem. Ob id enim Christus pro omnibus mortuus est, vt nos non nobis, sed Christo viueremus. Grates autem omnium Redemptori refero, quia ingratus esse non possum. Congaudendum enim mihi, scilicet quòd talem discipulum habuerim, nō dolendum, quòd amiserim. Nam illud munus fuit, hoc debitum, scilicet quòd functus sum famulatu Placidi discipuli mei quandiù Deus uoluit, & pòst qui dedit recepit. Quod naturæ communis fuit, Placidus pro Christo posuit, & quod singularis est gratiæ, meruit. Cur autem ego doleam mihi Placidum filium meum ereptum, cum ad salutem nostram Deus filio suo non pepercerit, sed pro nobis omnibus tradidit illum? Quis vnquàm exceptus est á cōditione moriendi, qui non est exceptus á conditione nascendi? Nō ergó defleam Placidum filium, quem scio transisse de morte ad uitam. In illius nanque morte gaudendum est non dolendum, quia illam pro ueritate & æternis Regis fide gustauit. Nam cur ergò te Placide fili charissime defleam, qui mihi sic ereptus es, ut otium esses? non enim perdidisti usum naturæ tuæ, sed cōmutasti. Antè corpore inseparabilis á Deo existēs, nunc indiuiduus cum Deo es permanens. Felicia uerba quæ in te expendi, felices labores quos in te sustinui, dum uiueres mecum. Non te Tertulli patris tui amor á me diuellere potuit, nec ipse mihi unquàm patrem prætulisti, quousquè ad æternam uitā migrasti. Hæc & his similia patre Benedicto proloquente, ex consilio totius Cassinensis congregationis quosdam ex discipulis suis ad Siciliam direxit, præcipiens illis eos citiùs properare ad prædictam insulam, ad monasterium beati martyris Placidi restaurandum, & cortes ac villas Tertulli patricii gubernandas.

Benedictus pater deduxit Placidi aïam ī alta celorū suis īteriorībus oculis.

2. Cor. 5.

Rom. 8.

Placidus cum Deo nunc īdiuidus per manet.

Alij monachi mittūtur ī Siciliam.

Cap. 20.

Qui præceptis obsecundantes, dum ad Siciliā peruenerunt, seruos beati martyris Placidi euocantes, dixerunt: Vbi posuistis lumen mundi, & decorē Cassinensis ecclesiæ Placidum patris Benedicti discipulum? dicite nobis vbi panis requiei iacet, ubi cælestis Regis abscondita est pecunia, & multa his similia. Illi autem respondentes dixerunt, illos ad ecclesiam sancti Baptistæ Iohannis esse, & locum, in quo Placidus Christi testis sepultus iacebat, ostenderunt. Qui ruentes in terram cum tremore & gaudio magno, sanctum sepulchrum deosculari cęperunt, exequias, ut itá dicā, agētes quasi quidā Angeli carnei beato martyri Placido, in cuius passione cęli patuerūt, Angeli incubuerūt, homines exultauerunt, terra læta est. Vidētes itaq; fratres sepulcrū in quo Placidus pater sanctissimus recōditus erat, cū singultu & lachrymis clamabāt, dicētes: Virorū sanctissime, q supernı Regis uallatus munimine, mūdi cōculcasti principē, intercede pro nobis ad Dominum, quatenùs tuis suffragantibus meritis, per tua uestigia incedere, & cælica gaudia capere valeamus. Hæc & multa alia cúm dixissent, quasi corporaliter eum uiderent, lachrymis nequaquam parcebant, sine intermissione sanctum deosculantes sepulcrum. Odor enim paradisi suauitate, ut itá dicam, ex sepulcro manabat, irrigabant lachrymis, leuigabant ingemiscentes, exosculabantur delectantes. Episcopus nanque Messanæ ciuitatis, ubi patris Benedicti discipulos ad monasteriū restaurandum & cortes ac possessiones gubernandas uenisse comperit, ad eos accedere studuit, salutansq; in osculo sancto, dicebat ad eos: Nō passus est Deus opera atque labores patris sanctissimi Deo dilectissimi Placidi perditum iri, sed quasi post transmigrationem Israelis de Aegypto, restituit filiis Sem, possessam á Cananæis regionem Palæstinę propriam, quibus propter naturalium filiorum eius opus, pater eorum hæres mundi, cum iuramento cōfirmauit distributionis testamentum, ut nullo aliquā dò tempore diriperent inuicèm possessiones, ut antè cataclismum fecerant, & iniquitatibus & sanguinibus terram contaminarent, itá & super beatissimo Placido patre nostro iusta retribuens fecit Deus noster, transmittendo fratres eius & filios ad monasterium gubernādum & restaurandum, & possessiones illius retinendas. Etenim iuxta scripturam, in multas generationes Deus bona tribuit, qui secundùm Mosaicum obitum spiritum Placidi restituit patri. Siquidem ille audiuit: Ascende in montē, & ibi morere. Hic, Exi, inquit, á Cassino Placide. Et post paululùm, Siciliæ insulam ingrediens, per martyrium carneam transibis uitam atque corruptibilem. Igitur Deus verax est, & impossibile est mentiri Deum. Sic accidit Placido beatissimo patri. Facta sunt autem hæc dispensatione Dei, nā ideò Mamuchā crudelissimū Christianorū persecutorē, & uiolētæ vocis uentosū, surreptionē, tēpestatē, luctū atq; turbationē ad has partes venire permisit, vt Placidus cum fratribus & discipulis suis martyrio coronarentur. Dirumpens igitur uinculum ligaturæ corporis suæ, per medios fluctus uitæ præsentis, volauit in alta cælorum.

Ecce ī q̄ta reuerētia sancti habuerūt martyris sepulcrū.

Inuocant sanctum Placidū, ut per eū ad Dominum incedat.

Deus ī multas generationes bona distribuit.

Deut. 32.

Hebr. 6.

Cap. 11.

In talibus die decurso, Episcopus cum multitudine populi q̄ cū eo uenerat, deosculās sanctum sepulcrum, recessit ad sua. Anniuersario autem passionis die beati Placidi & sociorum eius aduenięte, turba multa cum cereis & thymiamatibus ad sanctissimi Placidi martyris & sociorum eius sepulcra conueniētes, die noctuq; ad eius honorē persistentes in ecclesia, Dño laudes decātabat, oēs inquā conueniētes, á uiris usq; ad mulieres & infantes, oblationes & uota regaliter comportantes. Oportebat. n. sanctam festiuitatē celebrare, in lumine scientiæ, & intellectu splendoris populū adornare. His quoq; tēporibus beatissimus pater Benedictus plenus uirtutibus & sāctitate, feliciter migrauit ad Dñm, Anno Verbi incarnati quadragesimo secundo ac quingentesimo, cùm præfuisset in Cassinensis cœnobii regimine annis quatuordecim, sepultusque est ibidèm ante arā sancti Baptistæ Iohannis. Huic sanctissimo patri sanctus papa Vigilius per priuilegium confirmauit omnes cortes ac possessiones, quas Tertullus patricius in Sicilia ei obtulerat. Idipsum fecerunt successores eius numero 49.

Vides ãti quū Ecclesia morē fuisse, sanctos cereis & donarijs honorare.

S. Benedicti felix obitus.

Cap. 12.

His taliter succinctè libatis, qd Gordianus martyris Placidi famulus egerit, opusculo psēti tradamus. Postquàm enim idem Gordianus sanctorū martyrū

corpora

corpora tradidit sepulturæ, quid faceret, vel quid diceret nesciebat. Dicebat enim intrà se: Si hîc maneam, nihil vltrà proficiam: si ad Casinum redire voluero, omninò impossibile mihi videtur, scio.n. quanta pericula in tanto mihi incumbant. Hæc dum secum tacitus volueret, beati Placidi & sociorum eius suffragium diebus ac noctibus exorabat attentiùs. Quarta interea die adueniente, valdè diluculo nauis Neapolitanorum mercibus onusta, in portu Messanæ ciuitatis deuenit, descendentesque nónulli eorum ad terram, sancti Iohannis Baptistæ, in qua sanctus Domini martyr Placidus cum sociis suis sepultus erat, ecclesiam deuenerunt. Quos Gordianus adspiciens, post salutationis officia osculatus est, ac deindè percontatus est eos, dicens: Qui estis, vel vndè, & quò tenditis iter? Tum illi: Neapolitani (inquiunt) sumus, & cursus noster Constantinupolim tendit. Gordianus verò talia ab eis dum verba audisset, gaudio ingenti perfusus est, datoque naulo in eorum naui conscendit, longissimaque maris itinera cum eis transfretans, Constantinopolitanam peruenit ad vrbem: in quam ingressus, in domo cuiusdam potentissimi viri annis quampluribus hospitatus est. Ibique iussu Iustiniani Imperatoris enucleatius vitam atque miracula necnon passionem beatissimi martyris Placidi & sociorum eius notificare, atq; ad posteritatis memoriam Græcis literis, quibus apprimè imbutus fuerat, latiùs annotare curauit. Illi autē hæc audientes, glorificauerunt Deū, vtq; secum Gordianus in eadem vrbe maneret, hortati sunt. quod & fecit. Post aliquanta verò annorū curricula, Gordianus ille valefaciens, passionē martyris Placidi & sociorum eius, quam ibidèm, vt suprà taxauimus, Græcis apicibus exarauerat, apud illos reliquit, ipse verò nauem conscendens, Siciliam rediit, atque ad Syracosanam vrbem deueniens, pauco illic tempore superuixit, in quo semper piè sanctéq; viuendo, finem vitæ compleuit, acquirens sibi regnum æternum, intercedentibus sanctis martyribus, quibus fuerat famulatus. Ea die verò qua sepulta sunt corpora sanctorum martyrum Placidi, Eutychii ac Victorini fratrum, & beatissimæ virginis Flauiæ sororis eorum, in ecclesia sancti Baptistæ Iohannis, vltrà iam basilica illa sancti Iohannis vocata nō est, sed in honore sanctorum qui totùs erant sepulti, sancti Placidi ecclesia vocabatur, vsq; ad tempora illa, quō Romani Siciliam amiserunt. Omnibus ētē temporibus quibus Saraceni Siciliæ dominati sunt, ecclesia ipsa ex B. martyris Placidi nomine vocabatur.

Gordianus S. Placidi vitā & passionem Græcè describit.

Eccè quomodò sācti pro viuentib. intercedūt.

MARTYRIVM SANCTAE ET gloriosæ virginis & martyris Christi Charitines, Authore Simeone Metaphraste.

Octobr. 5.



OMINATVM aliquādò obtinuit impietas, & Imperatores furore cōcitauit aduersùs eos, qui Christianorum tenebant opinionem. Satellitum autem & ministrorum erat officium, scrutari Christianos: & piis intentabantur minæ multiplicium tormentorum. Ad quendam ergò Comitem generosa quoquè defertur virgo Charitine, quòd non solùm in honore habeat Christianos, sed etiam multos inducat ad suam religionem: quinetiam eos, qui opinionem susceperunt Christianorū, tutiores reddat ad suum cultum. Ad eam ergò accedit Comes in spe habitantem, & seorsùm secum, & cum Deo versantem. Accedit autem ira plenus: & statim ei plagas infligit, & ferreum ei collare imponit: & eā tradit Consulari iniustissimo Iudici. Ille verò & statim proponit instrumenta suppliciorū: & cùm martyrē curasset sisti ad suum tribunal: Miserere, inquit, tui, antequàm periculum facias suppliciorum, saniē vtens consideratione: & diis immortalibus offer sacrificium. Sic enim tria lucri facies maxima. Nam & deorum potentiam tibi reddes propitiam: & Imperatorum attrahes beneuolentiam: & florentē speciem acribus tormentis non facies flaccescere.

S. Charitine malè accipitur.

Hæc cùm audiisset martyr, ad cælum quidem tollit oculos, quod illinc proficiscitur, euocans auxiliū: signo autem Christi munita: Es moribus quidē, ait, varius, o Consularis, vaferq; & callidus: sed ad nullam vtilitatem apertè tibi redibit hæc peruersitas: neq; enim me capies adulans, nec me minans perterrefacies, nec consulens me poteris in aliam traducere sententiam, nec mollire id, quod est in me prōptum propter Christum patiendi studium. Confido etenim in solo & vero Deo. Si mihi ergò credas, miserere potiùs tui erroris. Consule tibi ea, quę sunt vtiliora, nempe surda non colere simulacra: de quibus alicubi dixit noster propheta in spiritu: Dii, qui cælum & terram non fecerunt, pereant: &, Dii gentium dæmonia, Dominus autem cælos fecit. Et rursùs: Simulacra gentium argentum & aurū, opera manuum hominum. Similes eis fiant, qui colū: ea.

Respōdet Iudici fidenter.

Iere. 10.

Psal. 95.

Psal. 113

Postquàm hæc audiuit Iudex, ira rursùs repletus, iussit quidem eius capillos radi in superficie. Illud autem factum est, & maximum consecutum est miraculum. Caput enim rursùs fuit comatum. Ea quo Iudex maiore ira motus, iubet prunas ardentes imponi eius capiti, deindè etiam acetum ei infundi, dolores sic præbens acriores. Propter quæ generosa virgo: Domine Iesu Christe, dixit, eorum, qui in te fiduciam posuerunt, certum & firmum auxiliū, qui tuos sanctos tres pueros in medio flammæ ardentis incōbustos conseruasti, tu quoque nunc mihi adsis, & adea, quæ propter te suscipiuntur, confirma supplicia, nè quandò de me liceat dicere inimicis veritatis: Vbi est Deus eorum? Post preces autem relaxata fuit martyr à doloribus, & Deum laudabat, ei agens gratias. Quæ quidem statim ægrè ferens Consularis, ferreos candentes obeliscos iubet infigi vberibus martyris. Hoc ergò graui ei illato tormento, carnes quidem ferreis illis obeliscis cōsumebantur: cordis autem eius amor in Christum magis accendebatur. Deindè etiam iubet lampades ignis eius admoueri lateribus. Illa verò etiam dum lampades accedebantur, intentiùs perseuerabat in orationibus. Sed à cruciatu relaxatæ vis fiebat, vt diis sacrificaret.

Raduntur eius capilli, sed diuinitùs restituuntur

Dan. 3.

Psal. 78.

Vide cruciatum.

Cùm autem & corde & labris in confessione esset immutabilis, Iudex, qui æquè atquè ipsa in tormētis cōstans, ad malum erat obstinatus, iubet lapidē collo eius alligari, & sic eam deiici in profundum maris. Quod quidem cùm factum esset: Ago tibi gratias Domine, clamabat martyr, quòd vt per aquam marinam transirem, pp sanctū tuū nomen, tibi visum sit, quò inueniar munda in die resurrectionis: sed tua ostende, vt semper, nūc quoq; in me miracula, per q̄ magnū tuū nomen magis glorificetur in secula seculorum, Amē. Hæc illa sic orauit, & dissoluta sunt vincula, & solus lapis fuit in profundo demersus. Illa autē (o miraculū) firmo ac stabili pede stabat super dorsum maris, & per aquas, tāquàm per terrā solidā ingrediēs, pficiscebatur ad litus. Interim verò cùm vidisset manentē Consularem & expectantē, quisnā futurus esset rei exitus, dicit: Salue Consularis. Ne nunc quidem intellexisti virtutem Christi, qui in me operatur? An adhuc contendis cæcutire, & repugnate

Demergitur in profundum maris.

Præclarū miraculū

gnare veritati? Si ergò, relictis tenebris, ad veram lucem accesseris, ubi procurabis salutem. Quòd si persistere velis in prioribus, mihi quidem eris causa multorum bonorum, tuę autem animæ interitũ conciliabis. Hanc dicendi libertatem cùm nõ ferret vir execrandus, eo autem, quod in ea acciderat, miraculo esset stupefactus, è se discessit, eumque uox & sermo defecit. Cùm autem vix tandem ad se redisset, nolebat quidem intelligere, dicit autem: Vi magnũ Galilęi putem esse potentiam, persuadent ea, quæ facta sunt: sed ego conabor ostendere ea potiùs facta esse præstigiis. Sic dixit, & in eos, qui adstabant, statim oculos conijciens, iubet eos statim nudare sanctam, & manibus post terguni vinctis eam rotæ alligare, & carbonum cumulum cum ferreis quibusdã secantibus instrumentis substernere, & rotam frequẽtiùs circumagere, ut contritis paulatim membris, cũ graui dolore martyr è uita excederet. Atque machina quidem statim fuit perfecta: supernum autem rursùs auxilium solitò quoque nunc ostendit. Nam descendens Angelus, & flammam carbonum extinxit, & robur carnificum dissoluit, ut nec rotam quidem possent omninò circumagere.

Adscribit stultus iudex uirtutem Dei pstigijs.

Immane supplicium diuinitus ĩpeditur.

Hinc animo perplexus, & planè ignarus, quid ageret, Pręses, nõ dubitauit alia excogitare supplicia. Iubet ergò manuum & pedum vngues ei euelli. Et illi quidem protinùs fuerunt amputati: tormentum autem ab illa reputabatur, perindè acsi alius pateretur. Ipse autem rursùs prioribus alia adijciens, ei quoq; iubet dentes extrahi: Sed quomodò Præses in grauibus inueniendis, ità nec illa in grauibus ferendis supplicijs fuit defatigata. Itaque putum eius corpus probro afficere cogitauit sceleratus. Et ad ministros cõuersus: Eam, inquit, accipite, & in excelsum & medium aliquem locum ducite: & præcones eũtes per uniuersam regionem finitimam, ad probrum ei afferendum conuocent chorũ impudicorum. Postquàm autem probro & contumelia satis fuerit affecta, eam ad me reducite, ut ea, quæ desunt, ei adijciã. Martyr autẽ Christi ei respondit: Est mihi Christus, qui oĩa sola uoluntate transmutat, & solo nutu, qui etiã meam animã hodiè suscipiet immaculatam, tuis, ò prophane, dispersis & dissipatis consilijs. Hæc cùm dixisset, manus simul, mentem & oculos in cælum tollẽs, orauit Deum, quem desiderabat. Postquam autem orauit, cum pace apud eum deposuit animam, sacrificans purum corpus & spiritum ei, propter quem oĩa pro nihilo reputabat melius iudicans mori quàm peccare etiam præter sententiam:

Horrẽdi cruciatus ẽ vnguiũ & dentiũ euulsione.

Inter preces suum Christo spiritum reddit.

Qui autem etiam post eius mortẽ, apud se immortalem volebat alere insaniam, Consularis quid machinatur? Iubet eius corpus cum multa arena in saccũ inici, & proijci in profundum maris, non magis illam deinceps crucians, quàm Christianos, & uolẽs eos priuare diuitijs & gloria reliquiarum. Atque si quidem ad effectum est deductus Consularis iussus & in undas proiectum fuit corpus martyris. Sed ne tunc quidem tui oblitus est, ò Charitine, Deus, qui vicissim glorificat eos, qui ipsum glorificant. Nam tunc quoquè, ut solet, ostensus est faciens magnalia: & tres quidem totos dies corpus tenuit mare pulchrè seruatum, & nullo penitùs detrimento affectũ. Deindè corpus idem, quod communem coluit Dominum, ipsum quoquè omninò reueritum, amicè tradit propinquæ cuidam terræ. Vir autem quidam, cui nomẽ Claudius, moribus mitis ac moderatus, qui martyrem aluerat ab ineunte ætate, cùm id fideliter sustulisset, & præclarè condisset, in quodam veneranđo loco id posuit, ei raptim constructo sepulchro, nõ ut illã decebat, sed ut tẽpus dabat, & eorũ, q̃ tũc

1. Reg. 2.

Insigne miraculũ

rerum potiebantur, præscribebat metus. Hic fuit finis Christi martyris Charitines, quinto mensis Octobris, in Christo Iesu Domino nostro: Cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

VITA S. MEINVLPHI DIACONI & cõfessoris, Authore Gobelino Persona, ut habet codex MS. Stylum passim mutauit F. Laur. Surius.



ANNO Dominicę incarnationis septingentesimo septuagesimo septimo, cùm Carolus Magnus eam Saxonię partem, quam nũc Vuestphaliã uocant, bello subegisset, omnes maiores natu eius regionis venerunt ad eum Paderbornam, uno dempto Vuitkindo, uiro primario, quem nonnulli Regem, alij ducem fuisse arbitrantur. Ii autem, qui ad Carolum venere, oẽs ĩ eodẽ loco salutaribus baptismi vndis expiati sũt, visũq; est Carolo Regi, illic Episcopi sedẽ cõstituere. Itaq; tertio abhinc anno paruam ibi construxit ecclesiam, eamq;, quòd locus necdum munitus esset, Herbipolensi Episcopo tum commendauit. Porrò anno indè decimoquinto, Canonicum ecclesiæ Herpibolensis Hatumarium, natione Vuestphalum, primum illic Episcopum instituit: cuius episcopatus anno quarto Leo Pontifex Romanus, eius nominis tertius, ab æmulis Roma pulsus, ad Regẽ Carolum Paderbornã uenit, & ab eo honorificè in primis acceptus, sedem illam authoritate Apostolica confirmauit.

5. Octobris.

Cap. 1.

Vuestphalorum primores baptizantur.

Hatumarius primus Episcopus Paderbornens.

Per id tempus uir quidam opulentus & nobilis, non longè ab eo loco habitans, Christiana religione iam initiatus, uiam vniuersæ carnis ingressus est, relicta uxore catholica Vuigtrude, & paruo filio, qui etsi per ætatem ambulare iam posset, necdùm tamen baptismatis fonte renatus erat. Ea ergò Vuictrudis, captata opportunitate, ad Carolum Regẽ cum filiolo suo fidenter accessit, atque eius gratiam & beneuolentiam studuit promereri. At Rex fœminam humaniter & piè accipiens, filium eius coram se curauit baptizari, & eum de sacro fonte suscipiens, Meinulphi nomen ei imposuit. Postquàm autem Hatumarius primus Paderbornensis Episcopus eam ecclesiam annis octo administrauit, è uita decessit. Ei uerò subrogatus est alius quidam Canonicus Herbipolensis, Baduradus nomine, natione Vuestphalus, pręfuitq; illi ecclesiæ ad annos quadraginta & octo: primariamque siue cathedralem ecclesiam, quã Carolus Magnus inchoauerat, ipse absoluit, apud quam Meinulphus puer literis addiscendis est admotus. Cùmque & ætate & scientia proficeret, Baduradus Episcopus eum monasterii ecclesię Paderbornensis Canonicis accuratè commendauit, ut sub instituto regulari, pietatis & bonorum morum acciperet incrementa. Vbi ille sanè cum ętatis accessione tantos habuit in uera pietate progressus, Episcopus merum eius grauitate & haud obscuris uirtutum indicijs multiuariis permotus, eum sibi peculiariter à secretis esse voluerit. Erat nanque ingenio perspicax, corpore castus, mente pius ac Deo deuotus, iustitia pollẽs, instructus tẽperãtia, cõsilio prouidus, fortis in aduersis, largus eleemosynis, sermõe facũdus, corporis forma decorus. Deindẽ sacris initiatus, Diaconus ordinatus est, in quo ordine ad supremũ usq; vitę diẽ pmãsit.

Cap. 2.

Meinulphus puer baptizatur.

Baduradus 2. Episcop. Paderbornẽsis.

S. Meinulphus est Episcopo a secretis.

Eius uirtutes.

Quòd uerò Episcopus Baduradus, cui Meinulphus tanta fuit familiaritate coniunctus, vir multa uirtute

Cap. 3.

clarus

clarus extiterit, suis testantur scriptis, qui eius ętate vixere, virtutum eius hoc singulare quoddam documentum ad posterorum notitiam annotantes. Cùm enim, vt aiunt, ab obitu eius anno vicesimo septimo sepulcrum illius quadam ex causa aperiretur, indumenta, cum quibus corpus eius humatum fuerat, tā sana & integra sunt inuenta, vt ne fimbria quidē dissoluta vel corrupta videretur. Ea qua re pia manauit opinio, ea vestium, quæ tot annis humo obrutæ fuissent, incorruptione certum præberi documentū, illum mentis integritate & vitæ puritate vitam sibi æternam conciliasse ac promeruisset. Accidit autem, vt quandoquè idem Baduradus in familiari colloquio circumstantibus quæstionem proponeret, quid sibi vellent ea Saluatoris verba, Vulpes foueas habēt, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet: & quidam ea eis respōderet, Meinulpho audiente: Christus filius hominis, cordis nostri domicilium sibi expetit, sed peccata nostra eum indè excludunt. Quod responsum, cùm Episcopus illud mox approbasset, sancti Meinulphi animum tanto Christum in pectoris sui hospitio recipiendi accendit desiderio, vt non satis putaret sui illi præparare pectus, sed etiam templum materiale illi construere modis omnibus peroptaret. Cumque de loco opportuno multa apud se solicitus pertractaret, subulcus eius pro more porcorum gregē pascens in valle patrimonii illius, deimprouisò miræ lucis splendorem inter arbusta conspexit. Ea uisione obstupefactus, in eum locum, vbi splendor apparuit, cùm curiosiùs intenderet, multas vidit ceruas modò circumeuntes locum illum, modò in illo subsistentes. Tantæ igitur rei nouitate perculsus, relicto grege, abit ad inquirendum Meinulphum dominum suum, inuentoque exponit quid viderit. His auditis, vir Deo deuotus sibi piè persuadet, hac subulci visione voluisse Dominum locum ipsi fabricandæ ecclesiæ opportunum indicare. Sed cùm nihil ea in re, vt par erat, absque Episcopi consilio statuere auderet, Episcopum adit: quid subulcus dixerit, ei exponit. Episcopus magno affectus gaudio, ait: Nō nobis subulci persona vilescat, cùm constet pastoribus ante omnes nunciatam esse Saluatoris natiuitatem. Interim tamen cogitans, nonnunquàm angelū satanæ transfigurare se in angelum lucis, mox adiecit: Expedit locum illum denuò adiri, si fortè visum sit Deo, voluntatis suæ aliud signum exhibere.

Nota de vestiū incorruptione.

Matth. 8. Luc. 9.

Visio subulci.

In re dubia expetit Episcopi consiliū Meinulphus.

Luc. 2. 2. Cor. 11.

Cap. 4.

Itaque sanctus Meinulphus cum subulco petit locum illum, & noctis caligine terra circunfusa, dum in supplices preces genibus flexis incumbit, & splēdorem lucis, & ceruarum gregem, perindè ut subulcus, videt. Laudans ergò Dei benignitatem, surgit ab oratione, venit lætus ad Episcopum: quid uiderit, ordine commemorat. Episcopus de tanto Dei munere ei congratulans, ità respondet: Vt ambiguitas omnis excludatur, mihi quidem cōsultum uidetur, tertiam super hac de re diuinitùs expetere uisionē. Paret vir humilis, redit ad locum, offert pias Deo preces: fruitur eàdem, qua prius, uisione. Tum uerò ingenti repletus gaudio, ad Episcopum properat, sui eum gaudii participem facit. Agunt ambo pariter gratias summæ Trinitati, quòd idem mysterium trina visione sub eàdem forma reuelare dignata sit. Etsi verò de illo eligendo loco ad structuram templi iam nulla apud eos relicta esset ambiguitas, at censuit tamē Episcopus hac in re deferēdum authoritati regiæ, ut sine illa nihil operis ibidèm inchoaretur. Ea autem tempestate Ludouicus filius Caroli Magni, Imperii habenas moderabatur, & in cōcilio prouinciali, apud Aquisgranum anno tertio Imperii eius habito, Ordo Canonicarum, quas seculares vocant, tum recèns constitutus erat. Itaque cùm nō nisi sexus fœminei ferę in ea, quam diximus, uisione conspectæ essent, sanctus Meinulphus tum maiestati diuinæ, tum Imperatori quoquè gratum fore piè sibi persuadebat, si in loco memorato eiusmodi canonicarū ex bonis suis & patrimonij sui facultatibus monasterium conderet, ut illic continenter viuentes, deuotum Deo impènderent famulatum.

Visio et.

Iterū altera

Ordo Canonicarū secularium instituit.

Cap. 5.

Adit igitur Imperatorem, pium animi sui desiderium aperit: Imperator illud gratum habet, eiusque precibus annuēs, literas ei suo obsignatas annulo impertit. Indè reuertens Meinulphus, in ipso itinere noua, quadam cælestis beneficij consolatione afficitur. Cernit enim capsam, sacris condendis reliquijs aptam, inter arbusta iuxta uiam hærentem: eam quidam ex familiaribus eius deponit, offertque illi inspiciendam. At ille priùs circunquaquè iubet inquiri, num quis eius dominus sit: nemine autem aliquid iuris in ea sibi vendicante, diuinæ benignitatis muneri rem totam acceptam ferens, eam sibi diuinitùs transmissam in pia quadam fiducia arbitratur: nec tamen eam, nisi Episcopo pręsente atque iubente, aperiendam censet. Mox igitur apportat eam ad Episcopum, isque eam reuerenter aperiens, multas sanctorum reliquias veneratione dignissimas, in ea cōtemplatur. indè verò ad construendam Deo sacram ædem beatus Meinulphus fidentiùs inflammatur. Cumque rursùs locum diligētiùs inspecturus, solus eò se conferret, ut eius capacitatem & totius structuræ rationem accuratiùs expènderet, alia ei uisio oblata est. In eodem enim loco, vbi anteà viderat ceruas motibus instabiles, ceruum pręstanti corpore, cornibus in sublime erectis, accubantem uidet: mox verò ad beati viri conspectum, tanquàm sibi, illo aduentante, accubare non liceret, sese erigentem. Ipso autem ad cerui conspectum nihil territo, sed propiùs etiam accedente, ceruus humi se prosternit. Eum insolitum bruti animalis gestum vir sanctus diuino muneri attribuens, in ceruum suos defigit obtutus, uidetque inter eius cornua radiare Crucis Dominicę signum, omni auro rutilantius. Eo cōspecto, intelligens adesse Dominum suum, multumque ea re lætatus, in huiusmodi prorumpit uerba: Iam mihi spes certa affulget, eum, qui quondàm cum hoc vexillo inferorum claustra penetrauit, aduersùs diabolicos incursus huius loci fore protectorem. Cumque hæc & id genus alia diceret, ceruus ab eius oculis disparuit.

Capsa cū sacris reliquijs.

S. Meinulphus Crucis signū inter cornua cerui videt.

Cap. 6.

Tum ille accitis operariis, excindit arbores, extirpat vepres & spinas, locum ocyùs repurgat, monasterium & eius ecclesiam extruit, & quarto Idus Nouembris eam curat dedicari, multaque ea paternis bonis ei loco prędia largitur, instituitque illic cōgregationem secularium, vt vocant, Canonicarum. Ipsū verò locum dici uoluit Saxonicè, *Nien bodeten*, quod Latinè posit reddi, Nouum doliolum: idque propterea, vt internosci posset à villa propinqua, quæ *Bodeten* tum dicebatur, & posteà vetus *Bodeten* appellata est. Postquàm autem sanctimoniales in eo monasterio nonnihil profecerunt, quædam ex eis ad domum monasterio vicinam accessit, hyemis frigus arcere cupiens. Quæ cùm ad ignem se admouisset, & nudato capite, pectere se vellet, capitis velum incautè deponit, idque mox à flammis correptum, conflagrare cernit. Sed extensa manu retrahere conatur, nec tamen nisi extremas partes recipit, toto ferè uelo in fauillas redacto. Tum illa in lachrymas profusa pente, quòd nullum haberet aliud, quo se tegeret, vir sanctus non casu, sed diuina id agente prouidentia, in

Monastrū Budecense extruitur.

tia, in domum illam ingreditur: vidensque puellam gementem & plorantem, eam verbis primùm, deinde facto admirabili consolatur. Vultu enim in manus deposito, orauit obnixè Dominum, collectisq; reliquiis adusti veli, illud integrum restituit lachrymanti: iis verò, quæ illic aderant, præcepit nè cuiquã id indicarent. Pannus ille vsque in hodiernum diem inter reliquias sancti Meinolphi asseruatur: & licèt ille sanus & integer sit, tamen in tanti miraculi testimonium, ignis vestigia repræsentat.

Precib° restituit uelũ exustũ.

Cap. 7. *Abit è uita.*

A iuentanie autem tempore, quo Dominus fidelẽ seruum ad æternum conuiuium inuitare constituerat, ille plenus virtutibus & iam maturus æui, tertio Nonas Octobris migrauit ad Dominum. Accidit tũ res admiratione digna. Nam cùm corpus eius exanime in feretro iaceret, reuixit: seque erigens, apertis oculis ad circunstantes ait: Quando quidem ego vobis præsentibus vita functus, rursùs vitę restituor, vos gratias agatis Deo, quorum salutis causa id fit, & ego, vt id heret, apud Dei genitricem & Virginẽ perpetuam impetraui. Nec mihi facile videt denuò oppetere mortem, tametsi non ita acerbam, vt fuit nuperrimè. Vos autem ite, quæso, ad Episcopum, & quot sudoribus mihi constiterit huius cœnobii structura, ei indicantes, petite ab illo, vt quæcunque huius loci fuerit electa Abbatissa, etiamsi ancilla sit, nõ id interdicat: simulque dicite ei, me corpore exutum didicisse, quid de illis fieri oporteat, qui pastores ecclesiarum esse videntur. His dictis, clausit oculos, seque reclinans in feretrum, eo in loco composuit, vnde priùs se erexerat. Sepultus est autem intrà ecclesiam illam, quam ibi condiderat, multiq; ad ei° confluxere monumentum, alii fama prætecitorum, alii edendorum miraculorum spe inuitati. Porrò Christi famulæ sepulcrum eius pro reuerentia linteo operuerunt, atque vni è suis non mediocriter religiosę id dedere negocii, vt eius lintei & lucernarum curam gereret.

Res mira, loquitur defunct°.

Nota.

Cap. 8.

Ea verò quandoquè sopore pressa, cereum instàr orbis contortum, atque ipsi nudo linteo impositũ, non extinxit. Expergefacta autem, recordatur se cereum ardetem in panno lineo reliquisse. Itaq; non parùm animo consternata, properè accurrit ad sepulcrum, cernitque ex relictis fauillis cereum totum absumptum absque vllo panni detrimento. Omnes igitur magnificant Deum, qui, per ignem, defuncti viri sãcti merita denuò declararit, vti priùs fecerat adhuc viuentis.

Insigne miraculum.

Cap. 9.

Porrò non longè ab obitu cuidã cubiculario suo per visum in somnis apparuit, hortans eum, vt mundo & pompis eius ocyùs valefaciat, & ad Regis æterni se conferat militiam. At ille visionem illam non alio quàm illusionis loco habens, nihil de vitæ emẽdatione curauit. Sanctus autem vir, eius infirmitati se accommodans, iterùm eum, vt priùs, admonuit. Sed cùm neque sic quicquam ille de vita rectiùs instituenda cogitaret, tertiò ei apparuit, atq; ad eum: Nescis miser, nescis, quàm immanis prædo mentem sibi vendicet tuam, qui tibi author & suasor est, ut neque mittenti Domino, neque mihi ab eo misso obtemperes. Certè cùm tu malè viuẽdo planè desipias, nec ab hac stultitia spontè recedere velis, diuina te admonuit reuelatio, vt vel sic ad meliorem frugem te reciperes. Tu autem stulte tibi pateris miserè & perniciosè illudi, qui ueram reuelationem pro phantastica habes illusione. Neque enim quisquam fideliũ ambigit, illam visionẽ esse illusionis expertem, quæ ad Christianam pietatem & religionẽ inuitet: quod si quilibet faceret tibi vigilanti, nequaquàm negligere deberes. Sed quandò ter verba non corriguot, ad facta veniendum est. Itaque planè efficiam, vt visionem, quam te intelligere dissimulas, reipsà verissimam esse certò experiaris. His dictis, ille expergiscitur: sentit à mento barbam omnem auulsam, fugit procùl ab oculis somnus omnis, animum pudor pariter & mœror occupant, surgit è lecto, abit ad ecclesiam, sanctum Meinulphum supplex orat, vt diuinam sibi misericordiam conciliet. Eccè autem presbytero matutinas preces inchoante atque dicente, Domine labia mea aperies: vir iste cùm literas prorsùs nesciret, respondet: Et os meum annunciabit laudem tuam. Tum verò tantus obstupefactus miraculo, & barba euulsa, ad tonsuram clericorum se vocari existimans, clericus effectus est, & uitam corrigẽs, eam in bonis operibus finiuit.

Appàret cuidam post obitũ.

Visio quæ sit uera.

Pœna visionis dissimulatus.

Cap. 10.

Quinquagesimo anno à beati Meinulphi decessu, Arnulpho Imperatore, & Bisone quarto Episcopo Paderbornensi, decimoquinto Calendas Februarii, Diacono in ecclesia Budicensi Euangelium recitante, lapis viri Dei sepulcro impositus, instàr Crucis diuisus insonuit, multum ea re cunctis, qui illic aderant, stuporem iniiciens. Cumque accurrerent omnes, tanti fragoris causam accuratiùs exploraturi, nihil nisi lapidem fractum inuenire potuerunt. At verò presbytero Missæ officium prosequente, & in sacris Canonis mysteriis immorãte, idem lapis in partes innumeras dissipatus est, & terra in sepulcri superficie resoluta subsedit, loculum beati uiri liberè spectandum offerens. Simulque tanta ibi suauissimi odoris fragrantia extitit, ut non uana fides sit, tot° suauitatis illic authorem adfuisse. Omnibus verò inter se conferentibus, quid ea res portenderet, ad Episcopum perlata est: qui singulis diligenter examinatis, sepulcrum confractum instaurari iussit. Quod cùm factum esset, paulopòst iterùm diuina ordinatione dissipatur. Vbi id Episcopus didicit, rursùs iubet instaurari. Obtemperat populus, & sepulcrum reparatur. Eodem tempore quidam Meinhardus presbyter ecclesiam parochialem pagi Attelnensis, qui à Budicensi non longè aberat, gubernabat. Ei sãctus Meinulphus in visione appàret, mãdat vt Episcopũ, ob neglectam circa sepulcrum suum diuinam admonitionem, repręhendat. Presbyter vir simplex Episcopum reformidans, negligit visionem. Appàret ei denuò sanctus Meinulphus, repetit mandatũ, sed presbyter timore ab eo exequendo retardatur. Tandèm appàret tertiò, minatur oculorum orbitantem, ni pareat. Euigilat presbyter, sert molestè non vanas fuisse visionis minas, quippè apertis oculis nihil videns. Petit mox scipionem, accipit ducem itineris, adit Episcopum, quid sibi acciderit, exponit.

Lapis sepulcri S. Meinulphi dissipatur.

Meinhardi presbyteri visio.

Pœna inobedientiæ.

Cap. 11.

His auditis, Episcopus sibi metuens, confestim cũ presbytero ad ecclesiam Budicensem proficiscitur, sancti Meinulphi sepulcrum petiit, corpus eius indè sustollit, & in arca decenter conditum, in ipsa ecclesia collocat reuerẽter. Mox redit Meinhardo presbytero oculorum sanitas. Porrò aquam illam, qua, iubente Episcopo, sacrę illę lotæ sunt reliquiæ, in spem bonam ancillæ Christi sibi reseruarunt. Cùm mulier quædam ex paralysi longo tempore membrorum omnium fuisset destituta officio, postquàm hac aqua in ecclesia Budicẽsi peruncta est, intra paucos dies sanata est. Alia quædam mulier cancri morbo adeò exesa, vt costæ eius carnibus nudæ viderentur, cereum obtulit ad reliquias viri Dei, & cũ multis lachrymis eius se meritis commendans, domum rediit. Altera luce uulneris superficies noua cępit obduci pellicula, & intrà dies non multos, omni cessante dolore, mulier se sensit restitutam.

Trãslato corpore S. Meinulphi, fiunt miracula.

Cap. 12.

Tintinnabulum quoddam æneum benè sonorum, in co-

Nota de tintinna-bulo. in eodem monasterio reuerenter asseruatur. Nam quoties aliqua ex eius monasterii sororibus breui erat abitura è vita, absque vllo humano ministerio per se fortem reddebat sonum. Asseuerant autē omnes, illud inuentū inter ossa sancti Meinulphi, cùm ea è sepulcro transferrentur: crediturque ille eo vsus fuisse sub eleuatione sacramenti in illo suo diaconi ministerio: eaque causa cum illo in eius sepulcro repositum est. Cumque de transferendo statu eius monasterii tractari cœptum esset, illius tintinnabuli sonus à multis est auditus, idq; nō semel, sed crebrò sanè. Ea res Abbatissæ, quæ sola ex eo collegio illic tum degebat, magnam attulit suspicionē & metum breui adfuturæ mortis. Atque ea causa in sui quoque translatione multo propensiùs postea *Datur e-ius mona-sterii Ca-nonicis re-gularib.* assensit, existimans vitam sibi proliiorem fore, si locum mutaret. At verò monasterium illud propè desolatum, ab Episcopo diœcesano Canonicis regularibus datum est, & ab illis, Deo adiuuante, in statū pristinum reuocatum. Beatus igitur Meinulphus in carne degens, ità vitæ actuosæ iecit semina, vt tamē contemplatiuæ quietem non amitteret: ità contemplationi cœlestium se dedit, vt curam proximorum sibi minimè putaret omittendam. Rectè itaque in illum competere potest, quod Eliphaz Themanites di*Iob. 5.* xit ad beatum Iob: Ingredieris in abundantia sepulcrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo: ipso ducente, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

VITA S. BRVNONIS, CARTHVSIAnorum eximij Patriarchæ, primùm ab egregio viro & vtriusque Iuris Doctore præstantissimo, primariæque Carthusiæ Priore Francisco de Puteo, deindè paulo copiosiùs à venerabili & valdè religioso patre D. Petro Blomeuenne Carthusiæ Colonien. Priore conscripta, & ad extremum à Fr. Laur. Surio ex vtroq; collecta & reddita paraphrasticos.



6. Octob. Cap. 1. Patria et genus S. Brunonis. BEATISSIMVS Bruno, sacri Carthusiani instituti primus author & architectus, natione Germanus, in insigni Colonia Agrippina parentes habuit & genere & virtute claros, quibus tamen ille, atque adeò toti familiæ suæ, maiorē vitę suæ sanctimonia attulit splendorem. Ab ipsis autem incunabulis, gratia Dei illum dirigente, sem per ad meliora proficere studuit: & cùm adhuc puer esset, nihil præ se puerile tulit, sed ætatem morū grauitate vincens, & quasi futuræ religionis specimen quoddam exhibens, multorum monachorum pater & institutor diuinus parabatur. Sortitus verò à Do*Sap. 8.* mino est animam bonā, ut scripturæ verbis utamur, præclaram indolem, illustre ingenium, memoriam tenacem, voluntatem ad optima quæque consectāda studiosè propensam. Itaque missus est Lutetiam *Lutetia dat operā literis.* Parisiorum, ut illic literis & disciplinis liberalibus erudiretur. Vbi tantùm ille profecit prę cæteris coætaneis suis, ut inter primos philosophos numeraretur, & scholarum magister effectus sit. Ad sacræ quoquè Theologiæ studia se conferens, in Theologis do ctissimus & celeberrimus habitˀ est: possuntq; ei rei testimoniū haud vulgare perhibere scripta eius, quæ extant. Fuit veró etiā Rhemēsis ecclesiæ canonicus.

Cap. 2. Per id tempus, cùm in huiusmodi optimis studijs versaretur Bruno, Gregorio VII. Romano Pontifice sanctissimo, & Henrico tertio Imperatore, circa annum salutis millesimum octogesimumsecundum, Parisijs literarum studia florebant, & erat illic tum magna turba studiosorum, tum non pauci Doctores insignes. Accidit autē sanè horrendum & seculis omnibus memorandum in ea tum urbe spectaculum, quod Carthusianæ vitę instituendæ occasionem præbuit, diuina id agente prouidentia, quę multorum uoluit consulere saluti. Quidam enim valdè celebris *Historia sanè horrenda cuiusdā insignis Doctoris.* Doctor, præ cæteris multa doctrina, & eximia morum honestate instructus, quantùm quidem ex uitæ consuetudine homines, qui externa sola intuentur, pectoris arcana videre non possunt, conijcere & existimare possent: tum etiam ante alios illius ipsius doctrinæ & probitatis causa honoratus, in grauē morbū incidit, & lecto decumbens, morbo ingrauescente, diem clausit extremum, antè tamen more Christiano, ut uir Catholicus, Ecclesiasticis munitus sacramentis. Cumque ei ex excepta apud Christianos consuetudine celebres pararentur exequiæ, funeris *Multi eius funus prosequunt.* eius cohonestandi gratia, magistrorum, studiosorū, ciuium ingens aduēnit multitudo: quibus funus ipsum prosequentibus, defuncti exanime corpus in tēplum, ubi sepulturæ mandandum erat, illatum est. Viris autem ecclesiasticis, qui ad id inuitati fuerant, solitum officium peragentibus, & preces illas, quas Vigilias defunctorum uocant, recitantibus, vbi uentū est ad eam lectionem, cuius initium est, Respōde mihi, qui erat uita functus, in ipso feretro erexit se, & paululùm eleuato capite, cunctis uidentibus & audientibus, & ad tantam rei nouitatem non immeritò stupentibus, alta & horrenda uoce dixit: Iusto Dei iudicio accusatus sum: & his dictis, rursùs in feretro deposuit caput. Qui verò ea eius uerba audierunt *Clamat defunctus se accusatum.* & gestus viderunt, non mediocriter perterrefacti, consultè quidem & prouidè decreuerunt sepulturam eius in diem crastinum differendam, tam inusitatę rei exitum præstolaturi. Altera luce, cùm iā facti huius fama tota urbe esset diffusa, & omnium aures impleuisset, ad eam ecclesiam innumera propè hominum utriusque sexus turba confluxit. Tum verò denuò repetitis exequiis, postquām lectionis supradictæ initium recitari cœpit, idem defunctus erecto capite, ingenti rursùs uoce clamat, Iusto Dei *Clamat se indicatum.* iudicio iudicatus sum: moxque in feretrum se reponit. Corripiuntur adstantes omnes summa & incredibili admiratione, horrendumque spectaculū stupore afficit uniuersos. Sed quia tamen necdum ea, quæ hactenùs diserat, se iusto Dei iudicio & accusatum, & iudicatum, apertam habebant damnationis eius significationem, eùm possent etiam in bonam accipi partem, quòd primó quidem iniquè ad Christi tribunal accusatus esset ab eo, qui perdere cuncta festinat, & qui à studio calumniādi diabolus, id est, calumniator rectè dictus est, posteà uerò ab eius calumniis æquissimi iudicis sententia uindicatus esset: cunctis visum est, etiam in tertium diem eius protrahere sepulturam. Eo autem illucescente, tota ferè ciuitas accurrit, tam inusitatum & terribile Dei iudicium nosse cupiens. Cumque eodem modo ite rarentur exequiarum ritus, & ad lectionem, quam diximus, peruentum esset:

Clamat defunctus se damnatum.

Tū rursùm exanimus feretro caput extulit alto,
Atque infelicem se contemplando, locutus,
Sic ait immenso luctu, grandique boatu:
Parcite funeribus, mihi nil prodesse valetis.

Heu

Heu infelicem cur me genuere parentes?
Ah miser æternos vado damnatus ad ignes.
Indeque conticuit semper, iacuitque supinus.

Cap. 3. *Psal. 35.* Ad eam uocem quis tam possit esse ferreo pectore, ut non totus a se discedat? Rectè dixit Propheta, Iudicia Dei abyssus multa. Notus erat uir ille omni plebi, & cùm nemo de illo quicquam minùs suspicaretur, iusto Dei iudicio damnatum se dixit. Penetrauit illa terribilis uox, Iusto Dei iudicio damnatus sum: ipsas ossium medullas: videbanturque adstantes omnes penè exanimes. Nō enim vulgare illis proponebatur exēplum, nec erat illa res ludicra aut parui momenti. Dānatum ille se iusto Dei iudicio clamabat, qui sic inter homines vixisse uisus esset, ut ab omnibus sanctus putaretur. Dicebant alij ad alios: Si sic accidit huic tanto viro, tam insigni, quid nos miseri expectare debemus? Tandèm ea tamen omnium fuit sententia, quandoquidem ille palàm confessus esset, se iusto Dei iudicio condemnatum & reprobatum, ut omni Ecclesiæ suffragio & ipsa quoquè ecclesiastica sepultura indignus censeretur, & in loco prophano in sterquilinio sepeliretur: quod etiam factum est.

In sterquilinio sepelitur vir celeberrimus. *Cap. 4.*

Sunt, qui affirment, ob perpetuam huius expauescendi iudicij memoriam, ab eo tempore in ea, quā totiès iam commemorauimus, lectione, omissa esse duo hæc verba, RESPONDE MIHI. Fuit sanè multis efficax incitamētum ad uitam animumque corrigendum tam inauditum miraculum. Nā & ipse uenerabilis Bruno, cùm præsens adesset, & suis oculis atque auribus omnia dicta factaque hausisset, nimiùm formidando obstupefactus exemplo, totus in lachrymas resolutus, acerbè plorabat, cogitans secum diuini iudicij seueritatem, incertū huius vitæ exitum, & quàm horrendum sit incidere in manus Dei uiuentis. Territus ergò & salubriter compūctus, accersiuit ad se nonnullos ex magis familiaribus socijs & discipulis suis, magistrum Lauduinū, qui post eum primus fuit Carthusiæ præfectus, siue Prior, duos Stephanos, Burgensem & Diensem, ambos Canonicos sancti Rufi, Hugonem, quem dicebant Capellanum, quòd solus inter eos sacerdotio initiatus esset, duos laicos, Andream & Guarinum, qui & ipsi huic spectaculo interfuerant, atq; lachrymabundus ad eos:

Ea uoce eandita promouetur S. Bruno ad pœnitētiā. *Heb. 10.*

Cap. 5. *Oratio S. Brunonis ad socios suos.* Eccè fratres & amici mei, mihi in Christo vnicè chari, vidimus per hos dies & audiuimus admiranda planè atque stupenda, quæ tamen nobis possint magnam adferre utilitatem, si ità, ut par est, defuncti huius, modis omnibus infelicissimi, non periculum aut casus dubius, sed certissima dānatio cautos nos faciat, & solicitos ad placandum Dominū, cuius manū effugere nemo potest. Et quis, obsecro, tam saxeo sit pectore, quem tale exemplum ad agendam pœnitentiam non inuitet modò, sed etiam impellat? aut quis tam lethali pressus sit somno vitiorum, ut deplorati hominis huius infaustis clamoribus, immò & tonitruis non excitetur & expergefiat ad curandam salutem suam? Nouimus hunc virum multa sapientia præditum, moribus ornatū, castum, pudicum, prudentem, ab omnibus honoratum & magno in precio habitum. At nunc ex eius ore audiuimus, iusto eum Dei iudicio condemnatū. Qua uoce quid possit aut dici, aut fingi terribilius? Quis ad eius auditum non totus contremiscat? Quid est enim damnatum esse, nisi in ea incidisse mala, quæ nulla mens capere, nulla lingua explicare potest? quæ tamen si quandoque finem haberent, possent saltem utcunquè videri tolerabilia: iā verò cùm sint lōgè acerbissima, nec ullum unquàm etiā post infinitas annorū myriades finē accipiāt, nō possunt non esse omniū miserrimi & infelicissimi, qui ad ea deuoluūtur. Videamus nunc, fratres mei, quid apud inferos prosit ei tam multo labore parta sciētia, cùm illic sēpiterna laboret cæcitate & ignorantia? quid opes & copiæ, cùm nec una ei suppetat aquæ gutta, qua possit æstuantis gehēnæ ardoribus exustam refrigerare linguam? quid honores & delitiæ, cùm tot nunc in omnem æternitatem cogatur ferre tormenta, quot in mundo habuit oblectamēta? Vidimus corpus eius cum summa ignominia sepeliri in sterquilinio: cogitemus animam eius sulphureis semper arsuram flammis, sepultam in inferno, vbi uermis eorum nō morietur, nec ignis extinguetur, ubi ignis sæuit intolerabilis, fętor cruciat abominabilis, dolor vastat ineffabilis. Cogitemus hęc, fratres mei, nec perfunctoriè cogitemus, & salutari animarum nostrarum amplectendo remedio nobis prospiciamus, nè etiā nos cum illo pereamus. Vnicum autem superest remedium, uera pęnitentia, cùm ipse Saluator dicat, Nisi pęnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Plena est scriptura uocibus, ad pęnitentiam hortantibus. Hanc itaque nos amplectamur, fratres charissimi, si uolumus iustum Dei effugere iudiciū. Sint nobis lachrymę nostræ panes die ac nocte, & ijs diluamus sordes peccatorum nostrorū. Voces illæ, quas audiuimus, non propter illum editæ sunt, qui defunctus est, sed propter nos, ut nobis proficiant, quos adhuc diuina patientia longanimiter expectat. Nō differamus, quæso, uitæ correctionem de die in diem, cùm nesciamus, qua hora Dominus noster vēturus sit. Qui enī, ut ait beatissimus Pontifex Gregorius, pœnitenti ueniam spopondit, peccanti diem crastinum non promisit.

Pœna inferorum. *Esa. 66.* *Luc. 13.* *Psal. 41.* *Mat. 24. & 25.*

Cap. 6. His uerbis compūcti sunt corde omnes illi, & ardenti desiderio cupiebant dare se pęnitentię, sed modum & locum necdùm videbant. Itaq; percontāti de his Lauduino, uiro docto & pio, sanctus Bruno respondit: Spectaculum, quod vidimus, quod nos salubri męrore affecit, quod conturbauit & exterruit nos, & penę sempiternæ formidine adduxit ad pęnitentiam, id efficiat in nobis, ut mundū hunc toto pectore contemnamus, & quoàd eius fieri potest, extra illum aufugiamus. Succurrat nobis, quid de se olim dixerit S. Dauid, contristatus in exercitatione sua, & conturbatus à uoce inimici, & à tribulatione peccatoris: quandò cor eius intra ipsum cōturbatum fuit, & formido mortis cecidit super eum, timor quoquè & tremor uenerūt super eū, & cōtexerūt eum tenebræ, quæ omnia, ut nostis, nos quoquè experti sumus. Quis dabit mihi, inquit, pennas, sicut columbæ, & uolabo, & requiescam? Eccè elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Fugere nos admonet hominum frequentiam & peccandi occasiones, & degere in solitudine, quæ locus est opportunus agendæ pęnitentię, uirtutum doctrix, gloriæ reuelatrix. Eam ergò nos par est studiosissimè inquirere, in ea dilegentissimè commorari, & usque ad supremū uitę diem extra eam pedem non efferre. Habemus exempla in ipso Saluatore, quem constat sępè deserta expetijsse loca, ut nos ad similia prouocaret. Iohannes Baptista, quo inter natos mulierum nemo surrexit maior, in desertis fuit usque ad diem ostensionis suę. Longum sit, cęteros commemorare homines sanctissimos, qui se in intimas solitudines abdiderant, nihil cum hoc mundo fallacissimo cōmercij habere uolentes.

Psal. 54. *Fugiēdæ peccandi occasiones, & capessenda solitudo.* *Matt. 11. Luc. 1.*

Cap. 7. Inter hęc inflammantur eorum animi, & ardent

solitarię

solitariæ vitæ desiderio: sed cùm incertum haberēt, quem potissimum locum expeterent, sanctus Bruno aliquem virum bonum & fidelem inquirendum dicit, qui eis locum opportunum indicet. Tum Stephani duo Burgensis & Diensis, Non longè, aiunt, à Valentia, cui nostrum sancti Rufi adhæret monasteriū, vrbs est Gratianopolis, & in ea beatus Hugo Episcopus, quem nos sæpè vidimus & benè cognitum habemus. Est ille uir sanctissimus, iustus ac rectus, & timens Deum, atque in omni virtutum genere probè exercitatus. In eius diœcesi sunt montes altissimi, & in ijs deserta loca permulta, ab omni hominū cōsuetudine & habitatione separata, atque ea causa pœnitentiæ agēdæ maximè opportuna. Et cùm sanctus Episcopus verbis & exemplis omnes inuitet ad pœnitentiam, vbi ad eum venerimus, aduentus noster ei erit gratissimus, facietque nos voti compotes. Est enim perhumanus, benignus & clemens. Habebitis autem nos huius itineris duces, quod nos crebrò emensi sumus.

Encomiū S. Hugonis Gratianopolitani Episcopi.

Cap. 8.

Mox etiam Hugo sacerdos, Audiui, inquit, & ego multa de viro hoc, quippè cuius fama iam vbiquè redolet: habeoque exploratissimum, eum virum esse sanctum, & animarum saluti summoperè studentē: nec dubium, quin libentissimè nos accepturus sit, & modis omnibus nobis opem allaturus. Et licèt ego iam affecta ætate & infirma sim valetudine, viaque hæc ardua & difficilis, quandó tamen arcta via est, quæ ducit ad vitam, nec vlla ætas sera est ad pœnitentiam, si statueritis eò proficisci, ego me vobis comitem præbebo: nec quicquam nos separabit, nisi sola mors, Christi charitate perenniter copulatos atque coniunctos. Eandem animi alacritatem & promptitudinem exhibuere etiam Andreas & Guarinus, homines laici & idiotæ, petieruntque breuiter doceri, quo pacto dignos pœnitentiæ fructus Deo offerrent. Quod cùm à beato Brunone factum esset, & quædam etiam de vitæ huius fragilitate & inconstantia, de mūdi vanitate & fallacia, de incerto ab hac vita exitu, de Doctoris recenti damnatione ille cōmemorasset, ab omnium oculis dulces lachrymarum riuuli dimanarunt: moxque in nouam Christi æterni Regis militiam simul omnes coniurant, rogant omnipotentem Deum, vt ipsos in sancto proposito confirmet, & Angelum suum bonum ad ipsos mittat, qui itineris dux, & ad locum suæ maiestati gratum ipsos perducat. Deindè cúm de rebus & facultatibus suis constituissent, & omnia sua rectè expediuissent, valedicunt amicis & notis, & sancto eos ducente spiritu, atque Angelo Domini antecedente, dirigente & protegente, longo & molesto ac duro itinere ad beatissimum Hugonem Episcopum Gratianopolitanum se conferunt. In ipso autem itinere ad quēdam magnæ religionis eremitam diuertunt, vt ab eo tanquàm experto, discant de vita solitaria. Eius autem sermonibus & pijs adhortationibus alacriores effecti, maiorique amore in eam vitam inflammati, pergunt ire Gratianopolim.

Hugo sacerdos, licèt senex, promptū offert animum.

Itèm Andreas et Guarinus

S. Bruno cū suis relinquunt omnia.

Consulūt eremitā quēdam.

Cap. 9.

Visio S. Hugonis Episcopi.

Per idem autem tempus vidit sanctus Hugo Episcopus in somnis, Deum in ea eremo, quæ Carthusia dicebatur, suæ maiestati domum exædificantem, septem quoquè stellas colore rutilo, in orbem dispositas, & à terra paululùm subleuatas, ab illis cælestibus situ, motu, colore & splendore discrepantes, itineris ducatū sibi præstantes. Et enim de ea visione cogitaret, septē viri, beatus Bruno cum sex socijs, ad fores palatij adsistunt. Eius rei meminit vir venerabilis Guigo in vita, quam scripsit, eiusdem beati viri. Adest, inquit, magister Bruno, vir religione sciētiaque famosus, honestatis & grauitatis ac totius maturitatis quasi quoddam simulacrum. Habebat autem socios suprà memoratos: quærebant verò locum eremiticæ vitæ congruum, necdumque repererāt. Hæc Guigo. Cúm ergò nunciatum esset Episcopo, viros septem stare præ foribus, qui cupiant cum ipso colloqui, confestim eos iubet introduci. Ingressis illis, & ad pedes eius humiliter prostratis, optatam impertit benedictionem. Cumque ab eo eleuati, pariter consedissent, causam aduentus eorum diligenter inquirit. Sanctus Bruno, quid Parisiis vidissent & audiissent, & quemadmodùm ipsi inter se de uita solitaria complectenda sanctè conspirassent, exponit, & locum pœnitentiæ aptum petit ab Episcopo. At ille præ rei nouitate primùm obstupescit: sed tamen accuratè contemplans eorum conuersionem, animi constantiam, ardui propositi, pluribus quandoquè profuturi, & visioni suæ accommodati magnam utilitatem, cum ingenti gaudio eos amplexatur, & non modò libenter, sed etiam reuerenter excipit illos, & tractat peramanter ac benignè. Diuino quoquè spiritu eum docente, intelligit iam uisionem, eisque totam commemorat, locumque quem expeterent, sibi iam diuinitùs demonstratum dicit. Septem enim viros, terrena respuentes, deserta loca inquirentes, & pro cælestium desiderio, studio ac amore, instàr stellarum micantes, nihil ambigebat illis, quas viderat, stellis esse designatos.

Vide Vitam eius Tom. 2. 1. Aprilis.

Humanissimè excipit S. Brunonē cū suis ab Episcopo.

Cap. 10.

Episcopus præclarè eos hortatū ad perseuerantiā.

Heb. 11.

Itaque volens eos hortari ad perseuerantiā, quę sola obtinet æternę salutis amplissimas coronas, ex Apostolo Paulo locum illum protulit, vbi sic ait: Sācti, quibus dignus non erat mundus, egentes, angustiati, afflicti, circuiuerunt in melotis, in pellibus caprinis, in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cauernis terræ. Horum exempla, inquit, sequi, & in eorum vestigiis insistere, laudabile & valdè salutare est, sed difficile certè, in his præsertim regionibus frigidis, quæ non sunt vti Aegyptus & Palæstina. Vobis autem locus diuinitùs assignatus, est eremus quædam in altissimis montibus, quam Carthusiam vocant, ampla illa quidem, sed prorsùs inculta, atque à nemine habitata, solis feris peruia, hominibus verò & cæteris domesticis animantibus, propter loci asperitatem, penè incognita & inaccessa. Altas & tanquàm excisas hincindè rupes & scopulos, arboresque syluestres & infrugiferas habet: estque supra modum frigida, & magna anni parte niuibus operta. Tum quoquè adeò prærupta, sterilis & infructuosa est, vt nihil in ea neque seri, neque meti possit. Ad eam verò etiam accessus & aditus difficilis & periculosus est, propter duas præcelsas rupes, quæ cùm directè in sublime sese subrigāt, in ipso vertice propemodùm coalescere videntur, ità vt introeuntibus & horrori sint, & terrori. in eius medio fluuiolus est, qui ex montibus illis collectus, cum ingenti murmure instàr torrentiū, aut aquarum inundantium decurrit. Et ut multa paucis comprehendā, tanta est eius eremi asperitas & horror tā ius, vt carceris cuiusdā potiùs, quàm humanæ habitationis nomen mereatur: nec facile sanè videtur, vt quisquam illic absque singulari Dei præpotētis beneficio habitare, aut certè diù perdurare queat. Nostis autem vosipsi, fratres mei, quàm turpe & probrosum sit, post missam manū ad aratrum, retrò adspicere. Nostis uxorem Lot, vbi respexit, ibi constitisse, & in salis statuam conuersam esse, vt suo prudentes cō diret exemplo.

Descriptio Carthusia.

Luc. 9.

Gene. 19.

Cap. 11.

Cōstantia S. Brunonis & sociorum.

Hęc & pleraque alia cùm dixisset ille beatissimus antistes, sanctus Bruno respondit: Reuerà terribilis est locus iste, reuerēdissime pater, & posset sua ista immanitate absterrere nos, si nos huc alio animo acces-

accessissemus, quàm vt talis nobis detur locus, omnia Christi amore perferre cupientibus. Et licèt fragiles nos simus & infirmi sanè, at tamē diuina freti misericordia, qua nus nitimur, & non viribus nostris, plane nobis persuademus, qui nobis præstitit huc veniendi animū & promptam voluntatem, eum quoquè perseuerandi daturum facultatem. Quamobrèm humiliter & obnixè precamur, nè nostrum dissferas desiderium, neque nos in hac petitione nostra patiaris ferre repulsam. Cernēs verò beatus antistes eorum constantiam, & immotum perseuerandi propositum, ita ait ad eos: Equidem sanctū hoc desiderium vestrum, dilectissimi, & probo valdé, & summopere complere appeto, & iam nūc ad locum optatum & ostensum diuinitùs vos perducam. deditque eis eremū Carthusię, & quicquid in ea iuris & actionis haberet. Promisit etiam, se idem impetraturum ab alijs, qui aliquid sibi in ea iuris vendicarent: tum quoquè constructurum se domum in ponte, qui est inter eas, quas diximus, rupes duas, vt possent ab ingressu arceri fœminæ, atque etiam viri arma ferentes: deniquè prohibiturum illic venationem & piscationem omnem. Post hæc complectens eos, fleuit super singulos præ gaudio, laudans & benedicens Deum pro illorum aduentu: detinuitque eos apud se, & ex itinere fatigatos, pro sua humanitate ad dies aliquot reficiendos curauit.

Eremus Carthusia datur eis.

Cap. 12. Ijs exactis diebus, ascenderunt in montem, atque incolere cœperunt Carthusiæ solitudinem circa solennitatem natiuitatis sancti Iohānis Baptistæ, anno salutis nostræ millesimo octogesimoquarto, antecedente, comitante, ac dirigente & adiuuante eos in omnibus, res quoquè necessarias eis suppeditante, beato Hugone Episcopo. Exstructa tum ab alijs est in editiori montis parte, quæ nūc dicitur, Ad beatam Mariam de Casalibus, ecclesia, & parua domicilia vel cellulæ apud fontem, qui vsque in præsens fons sancti Brunonis appellatur, haud procùl ab ea ecclesia distantes, sed inter se tamen aliæ ab alijs separatæ, nè alter alterius quietē & solitudinē interturbaret. Atque in ijs cellulis singulis bini fratres degebant, & quemadmodùm prisci illi Aegyptij monachi, silentio, orationi, lectioni, cordis puritati, & rerum diuinarum contemplationi vacabant, certis etiam horis operi manuum, præsertim conscribendis libris, incumbentes, tum ut suæ inopiæ consulerent, tum etiam ut nè quam darent occasionem illis, qui quærunt occasionem, sanctum eorum institutum calumniandi, quòd nullam Ecclesię Dei nauarent operam, sed suis duntaxàt rebus studerent. Solent enim imperiti homines eos ociosos & sanctæ Ecclesiæ parùm utiles existimare, qui ab hominibus separati, soli Deo & sibi duntaxàt vacant. Nesciunt enim id genus, spiritalium rerum ignari & rudes, quantùm possint apud Deum efficere preces sanctorum hominum, etiam in abditissimis solitudinibus commorantium, idque ob uitæ puritatem & innocentiam, quam faciliùs tueri possunt, qui extra homines uiuunt, quàm qui hominum turbis admiscentur, nisi sancta, ut id faciant, eos cogat obedientia, quandò etiam ethnicus quidam dicere potuit, se nūquàm fuisse inter homines, quin seipso minor rediret. Sed tamen sanctissimi patres nostri, qui Carthusianæ vitæ prima iacère fundamenta, nihil tale sibi tribuentes, etiam libris scribendis operam dare uoluerunt, & ut sui successores id facerent, hortati sunt, vt saltem manibus verbum Dei prædicarent, quando ore non possent. Sic enim loquuntur statuta patrum antiquorum.

Labebant ab eis.

Fons S. Brunonis

Exercitia Carthusianorum.

In solitudine Deo uacare est optima Maria pars.

Cap. 13. Itaque his & alijs pijs exercitijs sese occupantes, omnem curam suam, ut Psalmista admonet, super Dominum iactabant, nec quicquam de crastino soliciti erant, earum rerum, quæ ad diem crastinum pertinerent, cogitatione omni in Dominum reiecta, nō ignorantes illud propheticum: Ego autem mendicus sum & pauper, sed Dominus solicitus est mei, cuius est terra & plenitudo eius, qui dat iumentis escā ipsorum, & pullis coruorū inuocantibus eum. Tanta verò in illis charitas inerat, ut alii alios mutuis officiis anteuertere conarentur: tantaque humilitas, ut certatìm eorum, quę rectè fecissent, laudem & gloriam in alios transferre singuli cuperent. Sed ita fiebat, ut dum quisq; vult sub alterius umbra delitescere, repercussus virtutum splendor omnes præclariùs illustraret. Erat in cunctis spectata morum grauitas & maturitas, & nihilominùs inter tot uirtutum ornamenta, horror & cōtemptus uanitatis omnis, quæ haud secùs, ac tinea pannos, uirtutes & merita omnia exedit. Licebat in eis Angelicam admirari uitā. Viuebant in multa patientia, in vigilijs, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritusancto, in charitate non ficta, in verbo ueritatis, in virtute Dei.

Psal. 54.

Psal. 39.

Psal. 146.

Sanctissimè uiuit.

2. Cor. 6.

Cap. 14. Initio quidem, cùm in eam solitudinem peruenissent, casas veriùs, quàm cellas, sibi extruxerunt. Inter eos autem degens vir sanctissimus Bruno, & fundamenta Carthusianæ religionis iaciens, verbis & exemplis præclarè eos instituebat. Vt enim inter astra sol, sic ille inter alios uitę sanctitate excellere videbatur. In eius pectore æterna patris ęterni sapientia Christus Dominus tanquàm in sublimi arce residebat, & spiritus sanctus sibi gratissimū cōdiderat domicilium. Sublimis enim & ardui instituti futurus architectus, singulari debuit cælestis gratiæ prærogatiua eminere. Apparet autem sanè, etiā ante Carthusiæ habitationem, virum eum fuisse raræ cuiusdā probitatis, integritatis, & grauitatis, quod partim testantur ea, quæ suprà dicta sunt, & confirmabunt etiā alia, quę dicturi sumus. Indè ergò colligi facilè potest, qualem ille se tum prębuerit, cùm iam toto mūdo contempto, vitam noluit ducere eremiticam, id est, rebus huius mundi emortuam, & solis cælestibus inhiantem. Qui enim inter homines degens, & mundi huius prosperis successibus florens, uirtutis studiosus fuit, multo sanè pręclariùs & sublimiùs in horrida illa solitudine ita se comparauit, ut non solùm virtutis studiosus, sed etiam uirtutum omnium eximio splendore ornatus videri iurè posset. Nec dubium, quin ab eius excellēti sanctitate in omnia Carthusiani instituti monasteria, illustria uirtutum dimanarint exēpla, quibus effectū sit, vt Carthusianus Ordo hodieque præ cęteris, quod tamen pace omnium dictum uolumus, priscum illū rigorem suum retinere videatur: non quod nihil de eo remiserit, sed quòd non ab eo sic deflexerit, ut magnam aliquam ruinā fecisse censendus sit. Remissæ sunt nōnihil paucis tolerabiles abstinentiæ illæ, sed tamen manet perpetuus piscium esus, multa ieiunia, prolixæ uigiliæ, diuturnæ preces, multaque alia carni sanè molesta.

S. Bruno eminens.

Carthusianus Ordo præ cæteris suū retinet decorem.

Cap. 15. Porrò beatissimus Hugo Episcopus, cuius sanctitatis fama celebris iā in oēs se regiones effuderat, tametsi eos omnes, qui cum S. Brunone in Carthusiæ eremo degebant, multo amore & ueneratione prosequebatur, at ipsum tamen Brunonem, quòd in eo maiora cerneret diuinæ gratiæ ornamenta, in tanto honore & reuerentia habuit, ut eius consiliis non aliter, quàm præceptis Abbatis, obtemperaret. Et licèt, vt ait in eius Vita Guigo, etiam priùs diuini amoris totus arderet incendiis, non aliter tamen ad disciplinæ cælestis exercitia eorum exemplis & fami-

liaritate

Insignis humilitas S. Hugonis Episcopi.

liaritate inserbuit, quàm si flammati quis faci plures circumponat alias ardentes. Eratque cum eis nō ut dominus aut Episcopus, sed ui socius & frater humilimus, & ad cunctorum, quantùm in ipso erat, obsequia paratißimus, adeò vt vir venerabilis Guilhelmus, Prior tunc sancti Laurentiū, posteà S. Theofredi Abbas, magistro Brunoni etiam ipse religiosa deuotione non mediocriter alligatus, beati Hugonis cōtubernalis (bini quippè tunc per singulas inhabitabant cellas) apud magistrum Brunonem non leuiter conquereretur, quòd penè omnia, ad humilitatē spectantia, intrà cellam sibi præriperet officia, & Episcopus non secum saltem vt socius, sed potiùs conuersaretur vt famulus: non licere sibi, tristis asserens, ex seruilibus operibus quicquam attingere, quæ iuxta morem debebant per uices efficere, eo sibi cuncta præripiente. Intantùm autem eremum deuotus incolebat & sedulus, vt eum magister Bruno nonnunquàm exire compelleret: Ite, dicens, ite ad oues uestras, eisque, quod debetis, exsoluite. Volebat etiam eo tempore, magnæ paupertatis & humilitatis ardore succensus, equitaturas suas cunctas vendere, & diuiso pauperibus precio, propriis pedibus in prædicatione discurrere. Sed homo profundi cordis magister Bruno non consensit, timens nè apud se forsan extolleretur, aut à cæteris de singularitate indicaretur Episcopis, aut (quod dubium non erat) idipsū propter asperitatem & inæqualitatem consummare non posset itinerum. Ità quidem in beati Hugonis Vita (quam Lector offendet Tomo secundo, primo Aprilis die) scribit is, quē diximus, Guigo, grauis inprimis author & fide dignißimus. Potest autem ex his perspicuè animaduerti, quantæ authoritatis & existimationis fuerit beatus Bruno apud tam insignē Episcopum, ut qui ei haud secùs, atquè suo Abbati, raro eximiæ humilitatis exemplo, obedierit, ob ei' proculdubiò excellentem sanctitatem & sapientiā. Sunt qui scribant, eundem Episcopum à beato Brunone Carthusiani instituti habitum monasticum accepisse. Eo quoquè instante & efficiente, circunuicini omnes, tam ecclesiastici, quàm nobiles & plebeii, prona uoluntate dedere beato Brunoni & fratribus eius, perspecta eorum tam sancta, honesta & religiosa conuersatione, quicquid iuris obtinerent in Carthusiæ montibus, & intrà limites eius deserti.

Amor solitudinis.

Multū defert consilus S. Brunonis.

Cap. 16. Etsi autem beatus Bruno, olim in mundo celebris, iam omni mundi huius calcata gloria, in eremo latitare, solique Deo ardenti amore ac desiderio inhærere, gustare quàm suauis sit Dominus, atque extra eum prorsùs nihil appetere summoperè studeret, non potuit tamen vsquequaquè voto potiri suo. Nam cùm non totos sex annos in illa exigua quidē, sed sancta sodalitate exegisset, Pontifex Vrbanus secundus, qui olim beati viri discipulus fuerat, cùm ad illud sublime præcipui honoris fastigium euectus esset, cuperetque tantum munus accuratè implere, non immemor egregię virtutis & illustris doctrinæ eius sui præceptoris, acciuit eum per literas ad sanctæ Ecclesiæ præstanda officia, grauiter præcipiens, nè venire ad Vrbem cunctaretur.

Vrban' S. vocat ad vrbem S. Brunonē.

Cap. 17. Illo Pontificis mandato perlecto, ingens dolor inuasit fratres & filios eius omnes, nec admittebant consolationem, protestantes se nullo pacto in ea vasta solitudine posse perdurare, si tanti patris præsentia orbarentur: se quidem mansuros, si maneret ipse: sin abiret, se pariter abituros. Eorum lachrymis vir piißimus valdè consternatus, & multa commiseratione permotus, cùm ipsi quoquè acerbißimum videretur post tantam amicę solitudinis quietē, tantam animi tranquillitatem & conscientiæ serenitatē ad mundi huius curas & strepitus reuocari, eos blādè cōsolari nitebatur. Sciebat. n. scriptū esse: Qui vos audit, me audit. itēq; Omnis anima potestatib' sublimioribus subdita sit: atque ea causa Pontificis mādatum non aliter accepit, quàm cælesti oraculo ad se delatam uocem esset accepturus: aitq; ad fratres: Manere uobiscū, mihi, in Domino dilectißimi fratres, gratißimum: separari à vobis, grauißimum: sed mandatis Apostolicis obedire, ut ipsi quoquè nostis, necessarium est. Scitis in eius locum succeßisse Pontificem, cui dictum est à Christo, Pasce oues meas. Non potest ergò numerari in ouibus Christi, qui nō vult illi parère, cui Christus commisit pascēdas oues suas. Ecquid verò mihi prodesse queat, hìc vobiscū corpus afficere inedia & ieiuniis, durisq; suscepti instituti laboribus & exercitiis atterere, si interim p inobedientiam perdam animam meam? Nolite igitur, fratres mei, importunis hisce lachrymis affligere cor meum, & dolores meos doloribus vestris cumulare: sed in qua vocatione vocati estis, in ea permaneatis, atque in hoc loco perseueretis. Confido autem in Domino, qui per nos humiles sibi habitaculum in hoc deserto construere nisus est beato Hugoni Episcopo, quòd propositum gratiæ suæ hoc nostro diuortio nō patietur in irritum redigi: sed potiùs præstabit pro benignitate sua, ut ego in hac tentatione, mihi sanè permolesta, obediens & fidelis inueniar, eius sanctus benedictione, ad uos lætus reuertar. Nec dubitare debetis, etiamsi corpore ad tempus a vobis abero, quin semper vobiscū spiritu sim futurus.

Luc. 10.

Rom. 13

Iohan. 21.

In ea vocatiōe qua quis uocatus est à Deo, permanendū est.

Hæc illo dicente, omnes cum lachrymis eleuant vocem, aiuntq; ad eū: Tu es, pater uenerāde, post Deū spes nostra, tu refugium nostrum, tu consolatio & cōsilium nostrum. Te ergò recedente, quid nos facturi sumus? aut te absente, ad quem recurremus? Erimus profectò sicut oues non habentes pastorē. Quā obrèm si ad Pontificem te trahit obedientia, tecum nos vna trahat superheminens charitas, quæ est in Christo Iesu, quam separare & conuellere non poterit neque mors, neque vita, neque vlla creatura. Audiens hæc Beatus Bruno, cernensque eos nullam admittere consolationem, nec persuadere se illis posse, vt in Carthusiam manerent, né locus ille iam Deo dicatus, ad man' laicas & prophanas rursùs deuolueretur, quod prudenter ille timebat, commēdauit & dedit eū venerabili viro Siguino Abbati Casæ Dei, qui fuit unus ex primis donatoribus: sed ità tamen id fecit, vt omninò constitueret reuerti cū suis ad Carthusiam. Peractis autē omnibus, perceptaq; beatißimi Hugonis Episcopi benedictione, vrgēte Pōtificis mādato, Romā profectus est. Potest autē ex his quoquè nō obscurè perspici, quàm eximia fuerit virtute præditus, à quo sic pendebant religiosi fratres illi, vt vitam ipsam prorsùs insuauē & molestam sibi putarent, si eius præsentia frustrari ipsos oporteret.

Cap. 18.

Fratres nolūt sine illo manere in Carthusia.

Rom. 8.

Vbi autem B. Bruno Romam venit, Pōtifex eius aduētu mirè exhilaratus, humanißimè eū excepit, quippè quem unicè amaret & veneraretur, atq; in primis & intimis cōsiliariis & fidelibus amicis semper eum habuit, eius consiliis in arduis Ecclesię negociis nūquàm non utens. Conuenerunt aūt ad eum, agēte id spiritu Dei, fratres omnes, quos in Carthusia apud se habuerat, & multo dolore affici cœpere, ipso uel maximè dolente, q Carthusiæ solitudinē, quā Dominus sibi elegerat, reliquissent. In mētem. n. eis ueniebant, non carnes, aut cucumeres & pepones, vt illis murmuratoribus Israelitis in deserto, sed sanctæ meditationes, feruētes orationes, studiosæ lectiones, & spirituales cōsolationes, quibus in Carthusiano deserto perfruiti erant: nec poterant erūpentes cohibe

Cap. 19

A Pontifice humaniter accipitur.

Num. 11.

rela-

re lachrymas, cùm cernerent ea tam alta quiete & tranquillo silentio in molestissimos strepitus & uarios rerum tumultus se coniectos esse. Sed cùm beatus Bruno à Pontifice recedendi copiam necdùm impetrare posset, persuasit fratribus, ut ad Carthusiam redirent, obtinuitque à Pontifice literas ad Abbatē Siguinum, vt Carthusiæ eremū ipsis restitueret. Præfecit quoquè eis suo loco Priorem Lauduinum, quo duce omnes ad Carthusiam reuersi sunt. Animaduertis ex his quoquè Lector, quis vir fuerit B. Bruno, quem tanti fecerit ipse totius pastor Ecclesiæ, quēq; tantum apud se familiaritatis & authoritatis locum habere voluerit. Nos uolumus exaggerare singula, nè prolixi simus,

Carthusiam fratres, relicta Vrbe, redeūt ad Carthusiam.

Cap. 20. Restituit eis Carthusia.

Postquam autem fratres cum Lauduino in Carthusiam venere, & Pontificis literas Siguino Abbati exhibuerunt, fratribus eius cœnobii assentientibus, præsente S. Hugone Gratianopolitano Episcopo, & Hugone Lugdunensi Archiepiscopo, liberè eis desertum Carthusianum remisit, & tum illis, tum successoribus eorum perpetuò tradidit possidendum. Et hæ quidem primæ fuere Romani Pontificis literæ de Carthusiano instituto, quæ magno sunt documēto, ab ipsis Carthusianæ religionis initiis, eam à Sede Apostolica approbatam esse. Ab eo autem die Carthusiana solitudo semper in Carthusianorum ditione permansit, simulque Carthusiana religio vsq; in præsens illic perdurat. Vbi verò sanctus Bruno, in Pontificis curia degens, fratres illos incolumes ad Carthusiam reuertisse, locumque illum obtinere, & tranquilla pace ac quiete frui cognouit, crebrò ad eos scripsit, hortans illos, ut in uia Domini constanter perseuerarent.

Scribit ad eos S. Bruno.

Cap. 21.

Verùm nō defuit in hoc spirituali paradiso tortuosus ille coluber & serpens antiquus. Præsentiens. n. iam tunc, quanta ad ipsum reditura essent damna ac detrimenta ex illo præclaro sublimis & Angelicæ vitę instituto, cuius fundamenta tum substernebantur, immodicam illis fratribus pusillanimitatem & perplexitatem iniecit, adhibitis ad eam rem, tanquàm aptissimis instrumentis, quorundam malignorū hominum linguis fraudulentis & fallaciosis: qui nouitatis eos insimulantes, aiebant illos in mortis discrimen sese coniicere. Et effectum sanè est illis, ut optimi patres prorsùs dubitarent, quidnam agendū ipsis esset, tum propter susceptæ uitæ austeritatem, tum propter deserti illius horrorem & vastitatē, in qua illorum nequam hominum moti sermonibus, in uitæ periculum se uenturos etiā ipsi iam formidabant. Contrà autem non parùm verebantur, si indè recederent, se Deum & stellas duces, quas Episcopus Hugo uiderat, offensuros. His perplexitatibus aliquandiù benè multúm exagitatis illis, eccè benignissimus Deus, qui nunquam deserit sperantes in se, mittit ad eos, his de rebus inter se colloquentes, virum uenerabilē, cano capite, crispo capillo: qui ait ad eos: Perplexi estis, fratres, vtrùm hoc in loco permanere, uel ex eo excedere debeatis. Sed ego dico uobis uerbis omnipotentis Dei, beatissimā Dei genitricem, Virginem perpetuā uos in hoc deserto loco conseruaturā, si in eius honorem quotidiè legere uelitis preces eius Horarias. His dictis, repentè ab eorū oculis ablatus est. At illi incredibili affecti gaudio, illā sacrosanctā Virginē, cui scirent eius filiū, Regē immortalē omnium seculorū, nihil negare posse, patronā totius Carthusiani istituti sibi delegerūt, & beatissimū Domini Præcursorē Iohannē, patronū. Hominē aūt illum, qui eis apparuit, sanctum Apostolum Petrum fuisse indè uel maximè cōncicebant, q eius successor Vrbanus secundus, in Concilio Claromontensi beatissimę matris Dei preces horarias à toto Clero dicendas instituit. Ex hac autem visione adeò sunt cōfortati in Domino, ut neque mors, neque vita illos separare posset à charitate Christi.

Mali homines eis magnos iniciunt scrupulos

Calesti uisione cōfirmantur.

Preces Horariæ B. Virginis institutæ.

Cap. 22.

Cum autem beatus Bruno summo Pontifici ad annos paucos strenuam nauasset operam, nec parùm Ecclesiæ Dei profuisset consilio, prudentia & sapientia sua, molestissime interim ferens curiæ strepitus & tumultus, quibus posthabitis, optabat semper redire ad tranquillum vitæ solitariæ portum: tandèm vltrà ferre non sustinens tanti desiderii flammam, antequàm Pōtifex è Placentia abiret in Gallias, multa precum instantia vix tandèm obtinuit ad suam eremum recedendi, aut certè aliam, si sic uisum esset, expetendi copiam & facultatem. Per id tempus, annuente eodem Pontifice, electus fuit uir sanctissimus Rheginensis ecclesiæ, quæ est prima totius Calabriæ metropolis, Archiepiscopus, multusque in eo erat Vrbanus Pontifex, ut eum in ea dignitate cōfirmaret: sed non ignorans ille, quot periculis, quot curis & molestiis eiusmodi Ecclesiasticæ functiones obnoxiæ sint, noluit electioni præbere assensum: neque id pertinaciter tamen, sed modestè & humiliter, solo quietis amore, seruata erga Pontificem obedientia & submissione, & erga proximos charitate. Tandèm cum bona uenia & benedictione Pontificis à curia discedens, Calabriæ deserta loca expetiit, adiunctis sibi aliquot eiusdem propositi uiris, quos iam uitę eius odor bonus & feruentes exhortationes ad mundi contemptum adduxerant. Didicerat enim in Calabriæ regione multas esse solitudines, agendę pœnitentiæ & uitæ solitariæ consectandæ aptissimas. Maluisset ille quidem, quod etiam crebrò apud se constituerat, redire in Carthusiam ad fratres carissimos, quos eò remiserat: sed quia summus Pontifex cum sua curia proficiscebatur in Galliam, in cuius finibus Carthusia sita est, verebatur, si ipse quoquè eò se conferret, nè aut curiam declinare nō posset, aut illam non reliquisse, sed sequi videretur. Potius igitur uisum est Calabriam petere, nihil interim mutata volūtate suos in Carthusia reuisendi, cō positis sedatisque rebus. Satis hoc declarant literæ, quas ex Calabriæ solitudine fratribus in Carthusia degentibus scripsit, in quarum calce sic habet: De me autem, fratres, scitote, quoniam vnicum mihi post Deum est desiderium ueniendi ad uos & uidendi, & quandò potero, opere adimplebo, Deo adiuuante.

Recusat Archiepiscopatum Rheginensem S. Bruno.

Assumptis socijs aliquot, Calabriæ deserta expetit.

In ipsa autem Calabria venit ad quandam eremum, cui Turris nomen est, in diœcesi Squillacensi: ibique non cellas alicuius preciī, quòd sumptus non suppeterent, sed casas humiles ex uili quidem materia, sed in Christo preciosa, ædificarunt. Quanta autem vitæ integritate & sanctitate cum suis illic versatus sit, quibus uacauerit pietatis & religionis exercitiis, quis verbis explicare queat? Potest quidem id aliqua ex parte innotescere ex epistola, quam uir sanctus scripsit ad Radulphum Rhemensis Ecclesię tūc Prępositum, posteà Episcopum, vbi inter cætera sit: In finibus Calabriæ cum fratribus religiosis, & aliquot benè eruditis, qui in excubiis perstantes diuinis, expectant reditum Domini sui, ut cùm pulsauerit, confestim aperiant ei, eremum incolo, ab hominum habitatione satis undiquè remotam. De cuius amœnitate, aerisque temperie & salubritate, uel planitie ampla & grata, inter montes in longum porrecta, ubi sunt uirentia prata & florida pascua, quid dignum dicam? Aut collium undiquè leniter se erigentium prospectum, opacarumque uallium recessum, cum amabili fluminum, riuorum, fontiumque

Cap. 23. In deserto Turrensi degit.

Ex Epistola S. Brunonis

Luc. 12.

copia,

copia, quis sufficienter explicet? Nec irrigui desunt horti, diuersarumque arborum fertilitas. Verùm quid his diutiùs immoror? Alia quippe sunt oble ctamenta viri prudentis, gratiora, & vtiliora valdè, quia diuina. Veruntamen arctiori disciplina studijsque spiritalibus animus infirmior fatigatus, sæpius his releuatur ac respirat. Arcus enim si assiduè sit ten sus, remissior est, & minus ad officium aptus. Quid verò solitudo eremique silentium, amatoribus suis vtilitatis iucunditatisque conferat, notum hi solùm, qui experti sunt. Hic namque viris strenuis tam in se redire licet, quàm libet, & habitare secum, virtutum que germina instanter excolere, atque de paradisi fe liciter fructibus vti. Hic oculus ille conquiritur, cu ius sereno intuitu vulneratus sponsus amore, quo mundo & puro conspicitur Deus. Hic ocium cele bratur negociosum, & in quieta pausatur actione. Hic pro certaminis labore repensat Deus athletis suis mercedem optatam, pacem videlicet, quam ignorat mundus, & gaudium in spiritusancto. Hæc est illa Rachel formosa, pulchra adspectu à Iacob plùs dile cta, minùs filiorum ferax, quàm Lia fœcundior, sed lippa. Pauciores enim sunt contemplationis, quàm actionis, filij. Veruntamen Ioseph, & Beniamin plùs sunt cæteris fratribus à patre dilecti. Hæc pars illa optima, quam Maria elegit, quæ non auferetur. Hæc Sunamitis pulcherrima, sola in omnibus finibus Israel reperta, quæ Dauid foueret senem, & calefaceret. Hæc in illis literis scribit vir sanctus, è quibus in eius eximiam prædicationem multa peti possent, sed nos ad alia transimus.

Spiritalibus studijs quadã ad miscẽda le namenta. *Cant. 4.* *Gen. 19.* *Luc. 10.* *3. Reg. 1.*

Cap. 24. Postquàm in ea Turrensi eremo beatus Bruno primùm habitare cœpit cum socijs, accidit, Deo id efficiente, vt quodam die Rogerius Comes Calabriæ cum non paruo suorum grege, & multa canum frequentia in eadem solitudine venationi incumbens, ad eum locum, quem sibi incolendum sumpserant serui Dei, totius rei nescius perueniret. Vbi cùm canes sagaciter diuersa ferarum vestigia explorarent, ad casas, in quibus beatus Bruno cum fratribus com morabatur, accurrerunt, atque illic fixis pedibus, ma gno latratu indicabant domino suo, opimam se reperisse prædam. Comes id conspicatus, ocyùs cum suis aduolat, offendit patres illos in speluncis suis flexis genibus, erectisque in cœlum vultibus ac manibus simul orantes & laudantes Deum. Tum ille magna admiratione repletus, ab equo, cui insidebat, desilit, piè & comiter illos salutat: qua causa eò aduenerint, & quæ eorum sit conditio, accuratè perquirit. Postquàm ea ei dicit omnia, impensè lætatus est, laudans, & glorificans Deum, qui tali ipsum præda dignum iudicasset. Persuadebat enim sibi, neque id temerè, se terramque suam eorum meritis & precibus apud Deum, adiutum & in pace conseruatum iri. Atque ea causa, vt possent illic quietiùs viuere, & diutius permanere, dedit eis ecclesiam sanctæ Mariæ & beati Stephani de eremo. Vbi sanè etiam crebrò eos inuisit, & res vitæ degendæ necessarias eis tribuit, & ea quæ ad salutem animæ pertinerent, libenter ab eis audiuit. Ipsum verò beatum Brunonem, aliorum pastorem & patrem, non solùm præ cæteris arctiùs complectebatur, sed etiam sæpiùs ad se euocabat, multamque ei præstans reuerentiam, semper eum pri mo loco habuit in domo sua, eiusque consilijs liben ter parebat, & precibus, quibus plurimùm fidebat, perpetuò sese commendabat, nec eum fefellit opinio. Eius enim beati viri meritis Dominus à præsen tissimo periculo & insructis ei periculis illum liberauit id quod Comes ipse in Dei gloriam, & ob diuulgandam vbiquè sancti Brunonis sanctitatem, literis suis testatum reliquit in hæc uerba.

Eccè quo modo vir sãctus, ca sas potius q̃ aulam elegit. *Comes calabria das e ecclesia S. Mariæ.*

Cap. 25. Litera Rogery Comitis Calabria & Siciliæ. Ego Rogerius, diuina misericordia Comes Calabriæ & Siciliæ, nota esse uolo omnibus fidelibus Christianis beneficia, quæ mihi peccatori concessit Deus orationibus reuerendi mei fratris Brunonis, piissimi patris fratrum, qui habitant in ecclesijs sanctæ Mariæ de eremo, & sancti Stephani protomartyris, quæ sitæ sunt in terra mea inter oppidum, quod dicitur Stillum & arenam. Cùm essem in obsidione Capuæ Calendis Martii, & præfecissem Sergium, natione Græcum, principem super ducentos armigeros nationis suæ, & exercitus excubiarum magistrum: qui satanica persuasione præuentus, prius ipsi principi Capuæ, promittenti auri non modicam quantitatem, ad inuadendum me meumque exercitum, noctù aditum pollicitus est se præbere. Nox proditionis aduenit, princeps Capuæ eiusque exercitus iuxta promissum est paratus ad arma. Dumque me sopori dedissem, interiecto aliquanto noctis spatio, adstitit cubili meo quidam senex reuerendi vultus, vestibus scissis, non valens lachrymas continere. Cui cùm in visu dicerem, quæ causa ploratus, & lachrymarum esset, visus est mihi dutiùs lachrymari. Iteratò quærenti mihi, quis esset ploratus, sic ait: Fleo animas Christianorum, teque cum illis simul. Exurge quamprimùm, sume arma, si liberare te Deus permiserit, tuorumque animas pugnatorum. Hic mihi per totum videbatur, velut si esset per omnia uenerabilis pater Bruno. Expergefactus sum cum terrore grandi, pro uisione pauescens. Illicò sumpsi arma, clamans militibus, ut armati equos conscenderent, uisionem si uera esset, satagens comprobare. Ad quem strepitum & clangorem fugientes impius Sergius eiusque sequaces, subsecuti sunt principem Capuæ, sperantes se in dictam ciuitatem confugium habuisse. Ceperunt autem milites, inter uulneratos & sanos, centum sexaginta duos, à quibus visionem fore veram comprobauimus. Reuersus sum, Deo volente, vicesimano na Iulii mensis Squillacium, perhabita Capuæ ciuitate, vbi fui per quindenam continuam infirmatus. Venit uerò iam dictus venerabilis Bruno cum quatuor de fratribus suis, qui me suis sanctis deuotisque colloquijs consolati sunt. Cui reuerendo viro visionem retuli, & humiles gratias egi, qui de me etiam absente suis in orationibus curam habuisset. Qui se humiliter asseruit non ipsum fore, quem credidi, sed Dei Angelum, qui adstat principi tempore belli. Rogaui quoque ipsum humiliter, ut propterea de rebus meis in terra Squillacensi sumere dignaretur largos redditus, quos donabam. Renuens ille, recipere nolle dicebat, quòd ad hoc domum sui patris meamque dimiserat, ut omninò de rebus extraneis liber, deseruiret Deo suo. Hic fuerat in tota domo mea, quasi primus & magnus. Tadem uix ab eo impetrare potui, ut gratis acquiesceret sumere modicũ munus meũ. Donaui enim eidem patri Brunoni eiusque successoribus ad habendum inperpetuum absque temporali seruitio monasterium S. Iacobi cum castro, & quamplura, res & bona alia, cum amplissimis libertatibus, in dictis literis specificè declaratis. Hæc Comes ille.

Visio eius. *Magna miraculo seruatur.* *Liberalitas eius ĩ S. Brunonẽ & fratres.*

Cap. 26. S. Bruno duas cõdit ecclesias. Hac autem Comitis liberalitate & donatione fretus beatus Bruno, condidit ibi primò ecclesiam in honorem matris Dei apud specum quandam subterraneam, in qua ipse morabatur. Deindè extruxit etiam alteram, haud procul ab illa distantem, in honorem sancti protomartyris Stephani, cum monasterio illi coniuncto, in quo cæteri fratres habitabant,

sub cura,& gubernatione tanti patris Christo militãtes, Cum quibus vir sanctus vsque ad diem vitæ extremum in ea perseuerauit viuendi ratione, & vitæ asperitate, quam anteà in Carthusia cęperat,& docuerat: interim etiam solicité curam eorum gerens, qui in Carthusiæ eremo degebant, præfecto eis, vt antè diximus, magistro Landuino: Qui quidem vir venerabilis, nè à vestigijs & institutis tanti patris & præceptoris sui deflecteret, nève aliter suos institueret, quàm ab illo cum sociis fratribus didicisset, iter longisimum suscepit ad ipsam vsque Calabriæ eremum singula accuratiùs ex illo percontaturus. Sed cúm à sanctissimo uiro rediret, in manus Giberti schismatici incidit,& cùm non posset à sententia deduci, pro iustitiæ defensione in custodia detenius est: vndè paulò post dimissus, non multo interiecto tempore, impollutum Christo spiritum reddidit.

Landuini constãtia, & obitus.

Cap. 27. Incidit uerò etiam beatissimus pater Bruno in grauissimam valetudinem, morboq; augmẽta capessente, quemadmodùm sese habuerit, fratres & filii eius his verbis in scripto quodam explicant: Vt sciatis, quanta fiducia, quàm certa spe liberationis eius, preces fundatis, transitum illius breui titulo innotescimus, vt in sancta uiri consummatione, veritatem & perfectionem trãsactæ vitæ colligat. Sciens enim, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, conuocatis fratribus suis, ab ipsa insantia singulas ætates suas replicauit, & totius temporis sui cursum, scientia & sententia dignum, proclamauit. Posteà fidem suam de Trinitate, protracto & profundo sermone exposuit, & conclusit sic: Credo etiam sacramenta, quæ sancta credit & veneratur Ecclesia,& nominatim panem,& vinum, quæ consecrantur in altari, post consecrationem verum corpus esse Domini nostri Iesu Christi, veram carnem, & uerum sanguinem, quæ & nos accipimus in remissionem peccatorum nostrorum, & in spe salutis æternæ. Proximo indè Dominico die sancta illa anima carne soluta est pridiè Nonas Octobris, Anno Christi millesimo centesimoprimo, corpusque eius fratres illic honorificè condiderunt. Ad eius sepulcrum huiusmodi Epitaphium appositum est.

Innotescimus actiuè, more prisci seculi.

Nota de Eucharistia.

Primus in hac, Christi fundator ouilis, eremo.
Promerui fieri, qui tegor hoc lapide.
Bruno mihi nomen, genitrix Germania, meque
Transtulit ad Calabros grata quies nemoris.
Doctor eram, præco Christi, vir notus in orbe,
Desupèr illud erat, gratia, non meritum.
Carnis vincla dies Octobris sexta resoluit,
Ossa manent tumulo, spiritus astra petit,

Cap. 28. Eius autem sanctissimam vitam mortemque preciosam consecuta sunt multa miracula, quæ ob eius præclara merita Christus effecit. Post obitum eius, & sepulturam, fratres monasterii eius chartas miserunt, vt habet consuetudo, in diuersas prouincias, atq; in ipsam quoque Britanniam, quibus & eius è uita decessum significarunt, & ut preces pro sancta illius anima Domino offerrentur, petierunt. Sciebat enim non esse iustum, qui non peccet. Et primò quidem fratres & discipuli eius, deindè etiam alij, qui eũ nouerant, quibusque cognita erat eius eximia eruditio & vitæ sanctimonia, testimonium de iis uel prosa, vel carmine, in iis chartis asscripsère. Quæ omnia commemorare si velimus, nimiùm prolixi erimus: si prætermittere omnia tot grauissimorum hominum testimonia, ingratitudinis & impudentiæ notam nõ effugiemus, præsertim quandò ex iis eximia beati viri sanctitas non obscurè potest animaduerti. Et expedit sanè non ignorari ea, quæ annotaturi sumus, uel ob id potissimùm, quòd quidam inepti & insulsi homines, & sibi & aliis persuadere ausi sunt, hunc beatum virum eum esse doctorem, quem nos in huius historiæ initio damnatum esse diximus: quod quidem vanissimum est, nescio, cuius somniatoris commentum, cúm satis constet, illum damnatum doctorem beatissimo Brunoni, & sociis eius occasionem præbuisse de vita sanctiùs instituenda seriò cogitandi, & relictis omnibus huius mundi rebus, in horridam solitudinem commigrandi.

Post mortem claret miraculis.

Eccles. 7.

Inepta quorundã de S. Brunone persuasio.

Cap. 29. Principio Fisciclensis cœnobij fratres eum reuerendissimum, religiosissimum, eminentissimum eremitam vocant.

Præclara multorũ testimonia de S. Brunone.

Rangerius discipulus eius, preces optat offerre Deo omnipotenti, ut qui illum tanta honestauit gratia, tanta pietate decorauit, secundum fidei suæ meritum conferat & coronam.

S. Frigiani Lucensis Ecclesiæ: Pro tãto viro & tam glorioso uoluntariè, inquiunt, officium commemorationis impẽdimus, credentes nos apud Deum eius sanctis commendari meritis.

Ecclesia Placentina tam venerabilis viri gloriosissimam nominat animam.

Gartianopolitana Ecclesia, in qua eo tempore S. Hugo, cuius suprà est mentio habita, sedem Episcopi obtinebat, ità subscripsit: Gratianopolitana Ecclesia, quam dominus Bruno monachus atque eremita sibi eremum facere habitationemque priùs destinauit, quanto tunc gauisa est in eius præsentia, eam nimirùm existimans perpetuam habere, tanto nunc magis dolet præ cæteris, super tanti tamque incomparabilis viri absentia.

Nos quoquè Carthusiæ fratres, pijssimi patris nostri Brunonis, viri valdè clarissimi solatio miserabiliter prę omnibus destituti, id pro illius dilecta anima & sancta faciamus, definire nequimus. Vincunt enim merita beneficiorum eius erga nos, quicquid possumus & valemus.

Nos fratres Casæ Dei, pro sanctitate tanti viri, cuius doctrina & exemplo stirps tanta in Christo fructificauit, septem diebus celebrabimus.

Sanctæ Mariæ Blesensis:

Non est deflendum, nec patris morte dolendum.
Non obiit Bruno, qui partem fixit in uno.
Hunc Deus excepit, comitem pia turba recepit.

Cap. 30. Alludit ad illud Lucæ 10: Vnum est necessarium &c.

Sancti Petri Carnotis:

*Concio * syluestris, lachrymarum parce fluentis.*
Pastoris uita, fidei cultu redimita,
Votum lætandi dat nobis, non lachrymandi.
Si mundo moritur, paradisi sede potitur.
Perdomuit carnem, dum cæli tendit ad arcem:
Se sociat Christo, mundo dum migrat ab isto.
O miles Christi, qui pugnæ victor abisti,
Quàm benè certasti, quia certando superasti.
Spernens terrena, stipendia carpis amena.

** id est, eremitica.*

Ecclesia S. Faronis uel Pharonis Meldensis:

Cognitus iste satis doctrina erat, atque beatis
Moribus & uita, Bruno sapiens eremita.
Nullus miretur, si Bruno sanctus habetur:
Hoc meruit uita, dici simplex eremita:

Carnotensis:

Ecclesiæ murus Bruno fuit, haud ruiturus.
Nam bonus atque piæ mentis fuit, atque sophia
Doctor erat verus: fleat ipsum plebs bona, Clerus.
Iustus, syncerus, morum grauitate seuerus,

Flos

Flos erat hic patrum, solamen, gloria fratrum.
Veri sectator, diuinæ legis amator,
Semita iustitiæ, fons hic & origo sophiæ,
Lux, speculum mundi, rerum sublime cacumen,
Labentum baculus, miserorum dulce leuamen.

Sanctæ Mariæ Rhemensis metropolis:
Hic pater eximius fundator religionis,
Exemplar sese fratribus exhibuit.
Dans illis formam spernendi vilia mundi,
Cælestis patriæ præmia dum sequitur.
Pro cuius culpa non cedimus esse gemendum,
Quem iam gaudentem credimus in requie.
Nam si cui sancto requiem bona vita meretur, — Merita bonæ uitæ.
Huic quoq; pro meritis summa datur requies.
Qui cùm multimodè nostra polleret in vrbe,
Solamenque suis atque decus fieret:
Cumque faueret ei fortuna per omnia, iamque — Apud Rhemenses q̄ clarus extiterit S. Bruno adhuc secularis.
Hunc præferremus omnibus, & meritò:
Nanque benignus erat, omnique peritus in arte,
Facundusque satis, diuitijsque potens:
Omnia postposuit Christo, nudumque secutus
Christum, cùm cunctis suscipit hunc eremus.

Itèm eadem Ecclesia:
Vt seruire Ioseph dominæ contempsit amori, — Gen. 39.
Et fugit amplexus incestos mente virili:
Sic contempta tacet tibi, Bruno, glória mundi,
Amplecti dum te cuperet, tibi brachia tendens,
Multas mundus opes, multos obtendit honores,
Tuque fuga lapsus, pompali veste reiecta,
Amplectens eremum, vestiris forte beata.
Hunc tantum, talem cælestibus esse sodalem
Credimus: hunc rogitat fratrum deuotio tota,
Vt Domino pro se dignetur fundere vota.
Iste vir Eliæ par, Baptistæque Iohanni, — Cōparat Eliæ, Iohāni Baptis. Abrahæ.
Hic eremi cultor fuit, & bonitatis amator.
Hic Abrahæ similis, pius extitit atque fidelis,
Quem tenerum docuit mater Rhemensis alūnū,
Propositi tenuisse fidem lætata Brunonem,
Migrantem ad Dominum lachrymis precibusque salutat.

S. Dyonisij Rhemensis.
Cunctas liquit opes, cunctos simul orbis honores
Pro te Christe pater, pro cæli munere pauper
Bruno, factus iter, quorum fuit antè magister.
Quatuor vt fontes ex vna parte meantes, — Gen. 2.
Quos paradisus habet, mundi per regna fluentes,
Exundant terras, sic hic, quos imbuit, ornat,
Implet & informat, inflammat, dirigit, armat,
Cudit & illustrat, & adhuc regit, excolit, aptat.
Sideris instar erat cunctis, quos ipse docebat.

Suessorum mater Ecclesia: Pijssimi ac Deo dilecti, verè venerabilis Brunonis cognito sancto ac glorioso decessu, dulciter super tali tantoque viro commoti fuimus, orantes, vt eius sanctissimis meritis adiuuemur iam viui, q̄ defuncti.

S. Mariæ Blesensis:
Bruno vir egregiæ probitatis, gemma sophiæ,
Cuius honestatis sit præsens chartula testis.
Pacis habet sedem, cæli translatus ad ædem.
Ergò laudemus Dominum, veneremur, amemus,
Per quem sanctorum decoratur vita suorum.
...ria Bern act;

Doctor doctorum fuit, exemplarque bonorum
Nostris temporibus Bruno vir eximius. — S. Bruno, doctor doctorū temporis sui.
Esseque pœnalis nil culpæ credimus illi:
Ipse Deum nobis conciliet meritis.

S. Crucis Aurelianensis:
Summum Bruno decus & gloria temporis huius,
Carne taces, sed parte manes meliore superstes
Et iustè recipis nunc præmia grata laboris,
Præclaris meritò doctoribus associatus.
Viuens in Christo, nostri uir sancte memento,
Doctrinaque tuæ, quæ toto fulget in orbe,
Christo funde preces, mereamur ut esse sequaces, — Nota de doctrina S. Brunonis.
Bruno, tuis semper precibus, uir sancte, iuuemur.

Vos quoquè sanctissimi fratres, qui tātum ac talem patronum ad cælos præmisistis, omni humanæ cōpassionis dolore postposito, gaudete & exultate in Domino.

Petrus S. Iohannis Suessionen. Canonicorum regularium humilis Abbas: Audito beato fine sancti patris & magistri mei Brunonis, à cuius ore sacræ doctrinæ fluenta plerunquè haurire contigit, de absentia vehementer tristamur: carnales euasisse angustias, & requiem adeptū esse, & cum Deo uiuere, prout coniecturam de mūditia & plectione trāsactæ uitæ, nobis satis notæ, facere possumus, vehementiùs congaudemus.

Humilis congregatio S. Quintini * Bellouacensis, sperans patrocinio reuerēdi patris sui Brunonis apud Deum se adiuuari, obedienter ei tricesimum adscribit. — * Beluacēsis.

Raptus ab hac uita, Christum sitiens eremita,
Nē mala mutarent sanctam præsentia uitam,
Quicquid proposuit viuens, moriendo probauit.
Proderit Ecclesiæ, fidei vestigia nosse.

Quidam frater de præfata Ecclesia, Gauberius nomine, uiro sanctæ recordationis, quem multùm diligebat, & solum nostris tēporibus mundo renunciasse prędicabat, tricesimum faciet. — Nota perfectū mū di contemptum.

Sancti Luciani Bellouacensis:
Dux eremitarum, lux corruit ecclesiarum:
Hunc eremus plorat, quē quisque fidelis honorat
Sācte Bruno, uenerāde pater, venerada propago,
Cælica iussa tenens, uiuas cælestis imago,
Viuis, & in cælis gaudes eremita fidelis.

S. Mariæ Pictauiensis.
O patrem sanctū, pro quo, scelus est, dare plāctū:
Cuius gaudere nequit ulla lues abolere:
Viuere cui Deus est, cui lux, cui uera salus est.
Eugè Dei uerna, frueris mercede superna,
Accipis inuentum modico sudore talentum.

S. Iohannis Euangelistæ Pictauiensis:
Gallia festiuas postponens carminis odas,
Nunc lugubres cātus & mæstos excipe plāctus.
Nanque tuus doctor, quondàm per cælica ductor,
Bruno pius moritur, flos fæni subtumulatur.
Hinc est, quod doleas: sed uiuit, pone querelas.

S. Maximini Micianensis cœnobij.
*Doctus psalmista, clarissimus atque * sophista,* — * Sophista, pro sapiente.
Gallia iure suo quem deberet sepelire,
Vt fertur, Calabris nunc Bruno sepultus in agris.

S. Mariæ Parisiorum, inter alia:
Ille magistrorum decus, informatio morum,
Remigium turbæ Rhemensis, maior in urbe,

Mundum despexit, iter ad cælestia flexit.

S. Petri Resbacensis:

Temporibus nostris, finis dum proximat orbis,
Extitit in mundo proximus ille Deo.
Nam diues fuerat, mores sapienter agebat,
Contempsit cuncta &c.

S Petri Neocastrensis:

S. Bruno monach⁹ & eremita.

Hac vixit vita dum felix hic eremita
Dictus Bruno, bonus noster per cuncta patronus.
Quo vixit pago, viuens permansit imago
Veræ iustitiæ, doctrinæ, philosophiæ,
Exemplum cunctis qui dat ratione potitis, &c.
Cuius mirantes vitam, mores imitantes &c.

S. Trinitatis Valesiæ:

Tanti doctoris fuerat de morte dolendum,
Omnibus atque bonis noctesq; diesq; gemendũ,
Si possent luctus hominem reuocare sepultum.

S. Geruasii eiusdem loci Castri.

Gallia multorum mater nutrixque virorum,
Isti quandò pares es habitura mares?
Iste tuus quondam doctrinæ præbuit vndam
Gentibus & Cleris &c.

S. Audomari:

Exemplum miseris mortalibus esse solebas,
Vt colerẽt Christum, quẽ semper Bruno colebas,
Pro quo diuitias spreuisti totius orbis.

S. Pauli Londoniensis:

Tanti fama viri diffusa sub vltima mundi.
Excitat ardentes in sancta precamina mentes:

S. Mariæ Lincolniensis:

Transisti è mundo securus, maxime Bruno:
Quem quia spreuisti, nihil nocuisse puto.
Omnibus abiectis, eremum lætus petijsti,
Hoc solùm cupiens, posse placere Deo.
Nec bona fama viri latuit, dispersa per orbem:
Sed vaga per multos commonuit populos.

Insigne encomion S. Brunonis.

Quis tam felicem nouit, quis tam sapientem?
Non nòui talem, nec tibi consimilem.
In te reuerà patuit sapientia vera,
Te pietas Domini nutrijt & docuit:

S. Mariæ Spaliugæ, S. Nicolai Andegauensis:

In mundo rutilat Solis iubar, & rutilando
Transit, & excedit sidera cuncta poli.

Præclarũ testimoniũ doctrinæ et⁹ excellentis.

Sic & Brunonis sapientia tanta refulsit
Inter Francorum sidera, solus vt hic
Esset cunctorum flos & fons philosophorum.
Flos speciosus erat, fonsque profundus erat.
Ex hoc manauit sapientia tanta per orbem,
Vt quos imbueret, philosophos faceret.
Splendor sermonis fuit, & lux relligionis:
Eius relligio scitur vbiquè satìs.

Eius exẽplo permoti multi fiunt religiosi.

Eius doctrina facti sunt tot sapientes,
Quos mea mens nescit, & mea penna tacet.
Eius & exemplo sunt multi relligiosi,
Et sectatores discipulique Crucis.
Ipse Crucem Christi tulit, & sua cũcta reliquit,
Seque negando sibi, profuit ipse sibi.
Diues, famosus, facundus, ac generosus,
In mundo nituit, sed sibi displicuit.

S. Petri Eboracensis:

Fama priùs nobis retulit, quàm litera vestra,
Non de morte quidem, sed bonitate viri.
Gemma domus Domini Bruno fuit atque columna &c.

Ecclesia Rhotomagensis:

Humani generis flens irreparabile damnum:
Mundo decessit mundani victor honoris,
Bruno pater sanctus, fundator relligionis.
Cuius tanta piam vitam commendat honestas,
Vt sit eum cuiquam non æquiparare potestas.
Ipse fuit sapiens, vir nobilis, indole fulgens,
Imbutus fonte totius Philosophiæ.
In quo cùm virtus probitatis viua niteret,
Glorificos fasces qua promeruisse valeret,
Proculcator opum, cunctorum spretor honorum,
Et mundi stultam contudit ambitionem,
Et studio sanctam fundauit relligionem.

Cenomanensis Ecclesia:

Morte tua flendum non credimus, optime Bruno,
Qui fugiens vanos mundi tumentis honores,
Angelicam in terris vitam sapiens imitatus,
Corpore adhuc viuens, cælestia mente petebas.

In terris viuus Angelicã vitam.

S. Mauricij Andegauensis:

Gallia tristatur, Calaber populus lachrymatur,
Doctoremque bonum gemit iste, flet illa patronũ.
Vitæ præsentis hæc laudat eum documentis,
Eius & eximia celebratur vbiquè sophia,
Plùs quàm Maronis laudatur lingua Brunonis,
Gloria Platonis vilescit laude Brunonis.
Hic præcellebat doctoribus, hic faciebat
Summos doctores, non instituendo minores.
Doctor doctorum fuit hic, non clericulorum.
Nam nec honestates verborum, nec grauitates
Sumpsit Brunonis, nisi vir magnæ rationis.
Nunciat egregiam diuina docendo sophiam.

Non paruos sed graues viros docuit S. Bruno.

Andegauis S. Petri monasterij puellarum.

Vitæ forma piæ, totius acerra sophiæ,
Bruno pater vita si transmigrauit ab ista,
Ad Domini nutum liquet illum carne solutum,
Qui iustum merita voluit donare corona.

Nolieosium conuentum, horis regularibus psalleodo attentum, visa schedula, quæ Brunonis incõparabilis philosophi obitum patefecit, tãtus timor tantusque horror occupauit, quòd vix debitum officium cõplere præualuit. Quis enim non obstupesceret, immò ab intimis cordis ingemisceret, cùm tantum virum, totius scientiæ & penè omnium clericorum lumen & fundamentum, naturæ concessisse audiret? Dudùm Ecclesiæ Rhemensium summus didascalus, vtpotè in psalterio & cæteris scientijs luculentissimus, & columna totius metropolis diu extitit. *Ingeilam*

Timothei & Apollinaris.

Huius Doctoris fuit hæc vis cordis & oris,
Vt toto cunctos superaret in orbe magistros.
Sic meditando bonus fuit, atq; loquẽdo disertus,
Huic se tota dedit sapientia, totaque sedit.
Huius in arcanis diues penetralibus hospes.
Quod nòui, dico, mecum quoquè Francia nouit,
Et totus nouit per climata quatuor orbis.
Hæc illum docuit res huius spernere mundi,
Et solùm fecit perquirere gaudia cæli.

Vera sapientia.

Sanctæ Mariæ Lauduneosis ecclesiæ.

Bruno decus Cleri, decus & prudentia mundi,

Dum

Dum fuit in terris, florebat acumine mentis.
Dum fuit inter nos, florebat & in documentis.
Integritas morum, cumulum suppleuit honorum.

Ordo monialium S. Iohannis Baptistæ:

Bruno laudaris, tua vita decens renouatur
Versibus & scriptis, nec quanta fuit memoratur.
Ipse pius, simplex, plenus Deitatis amore,
Impiger & mundus fuit, omni dignus honore.
Viuit adhuc Bruno, sibi traditur à patre vita.
Clericus ipse fuit, monachus fit, & hinc eremita.
Nunc iacet exangue corpus, tamē hoc veneratur
Viuit adhuc Bruno, cuius flatus gratulatur.

Flatum, pro spiritu & aīa.

Titulus S. Petri Cassellensis Ecclesiæ:

Brunonis vermes carnem pascuntur inermes,
Prôh dolor immensi vas sensûs & bonitatis.
Non tamen est indè, quòd defleo, nā mihi constat
Illum sanctorum conciuem: sed quia cœtus
Ipsius mæret, priuatus patre benigno.
Recta Bruno via dux, & fons Philosophiæ
Non aliter docuit, viuere quàm studuit.

S. Bruno vt docuit, viuere studuit.

S. Mariæ Pouleuensis cœnobij:

Exijt è mundo vir, mundi spretor, ad illum,
Qui mundum fecit, quem sine fine videt,
Et licèt hic, tanquam tenebrosus, Bruno vocetur,
Est tamen & fama lucidus, & meritis.
Luce Dei fruitur, quia lucem respuit istam,
Et pro deserto cælica regna colit.
Vos igitur fratres pro Leto nè doleatis:
Esse suos Letos Letus & ipse cupit.

Alludit ad nomē Brunonis quod fuscum significat.

S. Mariæ Formosellensis:

Felix hic Bruno, cui consonat ore sub vno
Laus modulata pijs, comptaque toi studijs.

S. Petri Pictauiensis.

Sed qualis fuerit, si fortè rudis mihi quærit,
Soluat & euoluat chartam, rursusque reuoluat.

Cap. 31. Hæc tantorum virorum, tot insignium collegiorum & personarum præclara testimonia abunde, ni fallor, sufficiunt ad ostendendam beatissimi patris Brunonis excellentem doctrinam, morum honestatem, & vitæ sanctimoniam, etiamsi nulla eius miracula extarent. Atqui multis etiam miraculis claruisse legitur, sed ea tñ, qđ sine dolore cõmemorare nõ possum, nõ ea diligentia, qua par erat, annotata sũt: aut si annotata sunt, alterius instituti monachis, ei⁹ monasteriũ occupantibus, primò quidem negligentius custodita, deindè verò etiam perdita sunt. Sepultus est vir præstantissimus in monasterio suo S. Stephani post summum altare. Ad eius sepulcrum fons viuus prorũpit, qui Christi virtute & eius meritis multuaria adfert permultis remedia sanitatis. Illuminantur illic cæci, surdi audiunt, manci & mutili redintegrantur, leprosi mundantur, dæmoniaci ocyùs repurgãtur. Sed his omnibus miraculis illud admirabilius est, quòd, sicut toties repetunt iam allata testimonia, gloriam & honorem omnē respuere, & in tanta vitæ austeritate, integritate & perfectione perseuerare potuit.

Fons ad eius tumulum emanãs, curat morbos.

Cap. 32. Non debet autem cuiquam scrupum mouere, si fons ille iam non cernatur ad beati viri sepulcrum. Fontes enim miraculosè ebullientes, nõ semper perpetui sunt, & interdùm propter hominum demerita, eiusmodi Dei beneficia subtrahuntur. Fiunt enim miracula diuinitus, vt commendentur & declarentur merita sanctorum: quæ vbi satis innotuisse vidētur, cessant nonnunquàm miracula. Nec valdè mirãdum est, si fons ille ablatus est, exulante ab eius monasterio sanctissima illa viuendi ratione, quam ille vir sanctissimus instituerat. Cùm enim obdormijsset in Domino, in Carthusianæ vitæ instituto perseuerauit illud monasterium sub quinque Prioribus, qui ei successerunt, vsque ad tempora venerabilis Guigonis Prioris Carthusiæ. Indè in Gallia crescente Ordine Carthusiensi, solum illud Calabriæ monasterium a beati patris Brunonis feruore & sanctitate tepescendo degenerauit. Et petebant quidē eius habitatores à Carthusia visitatores & reformatores, sed nimia locorum intercapedo non facilè id obtinebat. Itaque ad Cisterciense institutum illi se transtulère, quod tum recèns ortum, & incomparabilis viri beati Bernardi Abbatis Clarauallensis insigni sanctitate, multoque labore mirificè propagatum, in magno feruore durabat. Ad illud autem tempus in Carthusianæ religionis professione permanserat illud monasterium annos sexaginta. Sed Cistertiensi quoquè religione succussu temporis ibi tepescente, tandèm monastierium sancti Brunonis factum est commendatitium vsque ad hæc sanctissimi Pontificis Leonis decimi tempora.

Cur nonnunquam cessent, nec fiant miracula.

Carthusia Calabria amplectitur institutũ Cistercīse.

Cap. 33. Is Pontifex, cùm multorum relatione de eximia beati Brunonis sanctitate crebrò audijsset, omissa miraculorum inquisitione, indignum arbitratus est eum, quem præpotens Deus in hac vita tot auxisset donis & charismatibus, & nunc cælesti afficeret beatitudine, in terris non eximia laude & prædicatione efferri, nec debita piæ deuotionis officia persolui apud thronum diuinæ gloriæ quiescenti, cui dedisset Dominus cor ad præceptum & legem vitæ & disciplinæ. Itaque non modò authoritate Apostolica clementer annuit, sed etiam voluit, vt in singulis monasterijs totius Ordinis Carthusiensis, & earum ecclesijs siue sacellis, festum sanctissimi Brunonis Confessoris annis singulis die sexto Octobris, quo decessit è vita, solenniter colatur, & congrua debitaque deuotione celebretur: ipsius etiã corpus atque memoria, dignam in Domino laudem habeat ac venerationem, conueniens etiam officium in honore ipsius agatur & decantetur, necnon quotidiè in diuino officio de eo commemoratio fiat. Domum præterea sancti Stephani, quam beatus Bruno in Calabria condiderat, & in qua sacrum eius corpus quiescit, idem Pontifex a Cistertiensibus ad Carthusianos reuocauit, Anno salutis millesimo quingentesimo decimoquarto, vt deincèps illic Carthusiano more & instituto viuatur.

Leo X. quid statuerit de S. Brunone.

Cap. 34. Cùm autem hæc res agerentur, Prior Carthusiæ Neapolitanæ, cui eius vrgendæ & promouendæ negocium datum erat, exhibuit reuerendo patri domino Francisco, magnæ Carthusiæ Priori, partem mandibulæ cum duobus dentibus sancti Brunonis, atque Abbates sancti Stephani, vbi, ut dictum est, sacrum corpus beati Brunonis quiescit, tanta cura illius sacras reliquias semper asseruasse, veriti nè Carthusiani eas repeterent, vt ossibus in diuersa occulta loca repositis, ijsdemque locis crebrò mutatis, nemo præter Abbatem & alium virum fide dignũ, quicquam de illis comperti habuerit. Porrò anno Christi millesimo quingentesimo decimoquarto, sacra illa ossa translata sunt, & ei translationi interfuit dominus Matthæ⁹ Prior Bononiēsis Carthusiæ. Is sacrum illius caput, nè cum ossibus altari imponeretur, manibus tenebat, turbisq; amãtissimi patroni sanctis reliqijs se priuatũ iri reformidãtib⁹, ità satis lectè: Oportet, inqt, sacrũ caput ex ossib⁹ segregatum,

Abbates S. Stephani quã studiose seruarint reliquias S. Brunonis

gatum, auro, argento & lapidibus preciosis ornari. His verbis vulgo suspicionem omnem adimēs, summi Pontificis speciali permissu partem quandam de capite detraxit, alijsque indè communicauit, præsertìm venerabili patri Gregorio Friburgensi, qui per domos prouinciæ Rhenanæ, cuius erat Visitator, particulas distribuit anno 1515. Et quia sanctus Bruno patriam habuit Coloniam Agripinam, idem dominus Matthæus eius capitis paruam portionē donauit domino Petro Leidensi, Carthusiæ Coloniensis Priori, cui munus illud fuit longè gratissimum, quique domum reuersus, anno 1516. donum preciosissimum in ecclesia Carthusiæ Coloniensis die 3. Augusti reuerenter deposuit.

Dimidiū reliquæ capitis eius, Carthusiēsibus fratribus.

Cap. 15.

Ipsum verò beatissimi Brunonis sacrum corpus transtulit Iohannes Abbas sancti Rufi, anno, vt dictum, 1514 imposuitque ecclesiæ sancti Stephani summæ aræ, ex candido marmore extructæ. Ab hoc monasterio ad passus mille quingentos abest specus valdè religiosa, inter montes angusto loco sita nemoribus cincta, quæ illius vallis extrema claudunt, prorsusque deuia & hominibus inaccessa sunt. Supra hanc specum conditum est haud grande sacellum cum altari, vbi titulus habetur sancti Brunonis Coloniensis magistri, eremi sanctæ Mariæ de Turri Ordinis Carthusiensis institutoris primi: cuius etiā imago illic picta cernitur. In hac specu ille vir Dei ab eo tempore, quo primùm illuc venit, vsque ad obitum incredibili spiritus feruore permansit. Porrò in argumentum & commendationem sanctitatis eius, vsque in hodiernum diem locus ille, in quo post excessus cōtēplationum defessa membra nudæ humo allidebat, nunquàm herbam gignit ad mensuram corporis eius, cùm tamen circunquaquè herbascat. Hoc tam illustre miraculum omnes loci eius accolæ constantissimè asseuèrant. Est præterea illic ad lapidis iactum, ecclesia beatissimæ Mariæ, à Comite Rogerio constructa pro seruo Dei magistro Brunone, & magistro Launino Nortmanno, eius socio. Ad hæc loca populorum cateruę, senes & pueri, viri ac fœmine, nobiles & plebeij, principes & magnates, ob sanctissimi Brunonis venerationem & piam erga illum animi deuotionem, atque etiā ob impetranda eius beneficia, perindè acsi degat in humanis, eum animis contemplantes, certatìm confluunt, reuerenter accedunt, venerantur & orant. Præcipuè verò specum illam, in qua ferè solus semper Deo seruiebat, tanta reuerentia, fide & affectu frequentant, vt complures non nisi nudis pedibus à iam dicto monasterio eò accedere conspiciantur. Alij genibus reptando, sacram illam specum, terram & saxa ca animi pietate lingunt, & lachrymabundi circumeunt: atque de ipsa specu quippiam abradunt, pro magnis reliquiis habituri, sicque alacres ad sua abscedunt. Nec quisquam sanè verbis explicare queat, quanta animi deuotione & studio virum sanctissimum prosequantur Calabriæ Episcopi, Abbates, Prælati, religiosi, itemque Principes, comites, barones, & plebs vniuersa.

Sacellum cum altari & titulo S. Brunonis.

Insigne miraculū

S. Bruno apud Calabros in magna habetur veneratiōe.

Deniquè non longè à supradicto monasterio nemus amplissimum est, quod Folo vocant, à viro Dei non nisi instaurando monasterio deputatum. Quòd si quis temerarius contra hanc eius voluntatem venire ausus sit, quemadmodùm fama apud omnes Calabros longo vsu firmata testatur, diuinam vltionem non euadit, faciente & hoc & permulta alia, ad declarandam fidelissimi serui sui sanctitatem, prępotante Deo, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

CANONIZATIO, VT VOCANT, S. Brunonis, Carmine conscripta.

Cap. 36. Leo X.

Papa Leo, gestis & maiestate verendus,
Cardineis patribus celebri circūdatus actu,
Certior est factus, quàm sanctè vixerit olim
Bruno, quod obsequium, dū vixit, præstitit Vrbi:
Quodque per hunc cultu diuino Ecclesia creuit.
Huius & audierat certò miracula quædam.
Propterea votis Patrum concordibus illum
Rettulit in diuos: festum concessit eidem
Octobris sexta celebrari luce quotannis:
(Illo nempe die moriens asscendit olympum)
Erigere huic statuas, ac ædificare sacella
Permittens, super his confecta Diplomata cōfert.
Ordinis hæc nostri mater Carthusia seruat,
Inter Romani multa instrumenta Senatus.

Supplex Carthusianorum ad sanctum Brunonem Precatio.

Instrumenta, dicta Priuilegia Ordinis Carthusian.

Adspice oculis BRVNO patriarcha benignis,
Nocte dieque tibi feruentia vota ferentes.
In Paradisiacas tua per vestigia sedes
Tendimus. in virtutis iter nos dirige, secli
Quos ex innumeris reuocasti Bruno periclis.
Propositi ardorem fac nos seruare prioris,
Et circunfusæ semper memor esto coronæ,
Donèc ad æthereos tecum peruenerit axes.

MARTYRIVM SANCTORVM ET Gloriosorum Christi Martyrū Sergij & Bacchi, Authore Simeone Metaphraste.

7. Octobris.

Cap. 1.



CVM Maximianus tyrannus imperaret, & vniuersus ferè orbis terræ iacèret in profundis tenebris ignorantiæ, lapidesque & ligna cogerentur homines adorare tanquàm deos, & maximè execranda (pròh dolor) gustare sacrificia, Sergius & Bacchus, ambo Romani genere, in Christum confessione & fide, non secùs ac lucidæ stellæ, tunc refulgebant in regia. Non erant autem plebeij nec obscuri: sed Sergius quidem erat primicerius scholæ Centiliorum, secundicerius autem huius, Bacchus: qui multum quidem poterāt apud Imperatorem Maximianum, maiorem autem sibi parauerant fiduciam apud Regem & Deum immortalem, vt qui tabernaculum quidem & incolatum, & exilium, & si quid aliud est his vilius, hanc vitam existimarent. Cùm essent autem boni mercatores suæ salutis, &, quæ est in futuro, vitam compararent per præsentia, veluti quandam artem ad illam acquirēdam, diuinas exercebāt scripturas, & eas semper habebant præ manibus. Quocirca hæc non potuit tolerare inuidia: & cùm quidam alij, tum alias quoquè virtutes, tum apud seipsum Imperatorem fiduciam, viris præclaris inuiderent, apud illum ipsum eorum fiduciæ authorem nempe Imperatorem, eos accusant: quòd illius quidem contempserunt amicitiam, deorumque cultū quoquè neglexerunt, iam autem ad aliam declinarunt religionem, se Christianos & Dei seruos vocantes.

Paria SS. Sergij et Bacchi.

Ab amicis accusantur.

Cap. 2.

Maximianus aūt, etiāsi sciret, ꝙ sępè multi calūniæ in-

nię Inuidiam causam habent, non veritatē, masime autem cùm non ignoraret, quanta esset eorum in ipsum beneuolentia: quinetiam animo versaret suā sæuitiam & acerbitatem, (ea enim uel maaimè aliis

Maximiani crudelitas.

contendebat antecellere) & quòd si fortè deorum beneuolentiam, & illius amicitiam statuissent despicere, periculum quidem certè timuissent: existimaretque esse non probabilia, sed falsa, quæ dicebantur: ea tamen admittenda non esse citra examinationem, ut consentaneum erat, cōsiderabat. Quid ergò facit? Cùm splendidū & magnificum parasset sacrificium: & quicunque erant clari & illustres, in templum conuenire, & sacrificij cum eo esse participes priùs iussisset, rem deincèps examinare cōstituit. Atque ipse quidem primus ingreditur: simul autem cum eo ingreditur etiam magna multitudo, & erat vniuersa in templo congregata. Et alij quidem diligenter peragebant sacrificium, & præsentem obseruabant Maximianum: Sergius

Preces, Sergij & Bacchi.

verò & Bacchus viri generosissimi, ne templi quidem portam ingressi, foris stabant alicubi, ipsi Deo potiùs purum & uerum peragentes sacrificium, & pro alijs rogantes: Domine, Domine, dicebant, Deus Rex singulorum, exaudi vocem nostræ orationis, & propitius esto hæreditati tuæ. Parce Domine, & ne eos dederis ad gloriandum aduersario. Sed illumina, Domine, illumina oculos cordium eorum, & eos deduc ad tui agnitionem, qui nunc in tenebris ambulant ignorantiæ, & mutauerunt

Rom. 1.

gloriam tuam, qui es solus Deus, & alienus ab interitu, in similitudinem bestiarum, quadrupedum, & serpentium, & à te defecerunt, & sacrificarunt eorū sculptilibus, & nomen sanctum tuum contemptui habuerunt. Conuerte eos, Domine, & cognoscant mirabilia tua, & vnigenitum tuum filium, & Saluatorem nostrum, qui uoluntaria Cruce & morte nostram procurauit salutem. Porrò autem nos quoquè conserua alienos à repræhensione in uia testimoniorum tuorum, & in custodia tuorum mandatorum. Atque quidem foris stantes extra portas templi, hæc precabantur, & sic Deum placabant.

Cap. 3.

Miximianus intereà templum ingressus, cùm huc & illuc circunspexisset, solos uerò illos, Sergium & Baccham, non uidisset in templo adesse cum alijs, tunc id, quod fiebat, statuit apertè probare eā, quæ in ipsos intēdebatur, accusationem: protinusque exarsit consueta illius sęuitia, feritas & ira: &, Quid cunctamini? dixit ijs, qui adstabant: & frequenter repetijt illud, Ducantur execrandi, cum iussu terribili. Ducuntur ergò Martyres cum ijsdem vestibus, tunicis, & zonis, una lingua ver-

Maximianus in eos asperè inuehitur.

santes illam dulcem precationem. Deinde Imperator principis extollens supercilium, superbeque & torue eos intuens: Videmini, inquit, non in tempore mea esse abusi fiducia, & propter hāc, qua in uos vsi sumus, beneuolentiam nos magnæ damnasse stultitię, & contra nostram insurrexisse potētiam, & impij quidem esse in deos ipsos, ingrati autem in nos & iniusti. Sed nisi sacrificaueritis, & deos, & nos simul placaueritis, ego meę satis medebor querelę: & uos statim apertè scietis, summa benignitate & mansuetudine frui nolentes, qualem meam in vos iram nuper mouistis. Hęc cùm viri illi pręclari audijssent, & cognouissent iam omninò manifestos euasisse Imperatori, & nō oportere ampliùs celare pietatē, & occasionē pręterire, sed potiùs q̄ possunt maxime publicare, & pro ipsa magna afferre fiduciam & dicendi libertatem, libera anima & lingua Christum Deum verum sunt confessi, simulacra autem eorum deos, & humanarum manuum opera spiritu carentia & surda, manifestè ostenderunt, Dij ve-

Psal. 113.

stri, dicentes, argentum & aurum, opera manuum hominum: & subiugentes ea, quæ deincèps sequuntur: &, Nos, ò Imperator, hoc solùm tibi debemus, ut in hac terrena militia tibi grato animo inseruiamus, & quod vtrique mandatum fuit munus, impleamus. Neque verò his surdis & inanimis dijs sacrificabimus, neque à nostro & vero Deo

Preclara eorum cōstantia.

solo deficiemus, etiamsi in nos nullā ostēdas humanitatē, sed & ferro, & igni, & alijs tradideris supplicijs. Quid est enim pietate fortius, aut, quàm pro ipsa pati, beatius?

Cap. 4.

His vehementiùs motus Maaimianus, iubet eis quidem statim auferri īsignia magistratus, muliebribus autem vestibus indutos, & collaribus ferreis simul in collo circundatos, per mediam duci ciuitatē

Afficiuntur ignominia.

vsque ad ipsam regiam. Atque statim quidem ducebantur sancti ad beatam illam, quæ verè est, viam, & quæ ducit ad ipsum Christum, non eam rem existimantes esse dedecus: sed tanquàm impietatem dedecore magis afficerent, apertè gloriantes, & sibi placentes. Et ingrediebantur quidem pedes, labra autem versabantur in gratiarum actione, & cum

Psal. 22.

Deo consuetudine & precatione. Dicebant enim: Etiamsi ambulauerimus in medio vmbræ mortis, non timebimus mala: quoniam tu nobiscum es, Domine. Propterea exultabit anima nostra in te: quoniam induisti nos vestimento salutaris, & tunica lętitiæ circundedisti nos: Sed exurge, Domine, inadiutorium nostrum, & redime nos propter nomen

Producuntur corā Imperatore.

tuum. Nondùm finitæ erant preces, & producti fuerunt coram Imperatore, qui è templo redierat in regiam. Ille ergò cùm assentationem cum consueta contemperasset sæuitia, & vellet simul lenire pudorem, quo affecti erant, vt videbatur, ex hac eis illata ignominia: Graue est, & valdè graue, ò vos, qui adestis, dicebat, maximos honores tam leuiter & inconsideratè prodere. Solent enim ea, quæ immeritis feliciter succedunt, stultos non tam incitare ad beneuolentiam, quàm erigere ad temeritatem aduersùs benefactores. Isti enim, vt videtis, magnam apud nos gloriam consecuti, nostramque adepti amicitiam, & maximam fiduciam, & nobiscum loquendi potestatem, adeò vt non solùm ipsi primas partes ferrent in familiaritate, sed alios quoquè nobis possent familiares, beatosque breui reddere, & suspiciendos, & horum omnium obliti, postremò maximis quoquè dijs, & ipso Ioue contempto, qui omnium quidem opifex, omnium autem deorum & hominum pater esse dicitur, Iesum prætulerunt, qui dicitur fuisse filius mulieris,

Christus crucifix⁹, gentibus stultitia.

& fabri, & ad Crucem cum duobus maleficis fuit damnatus à Iudæis, & subijt mortem reuerà acerbissimam. Sed ego sum omnium, qui, cùm vellem esse supra modum benignus, eos feci amicos & socios felicitatis.

Cap. 5. Tyrānus blāditur.

Cùm hanc tam vehementem intendisset orationem, eos rursùs blandis verbis conans illicere, eosque benignè ac amicè intuens: Sed si ijdem, inquit, nunc quoquè estis Sergius & Bacchus, neque vestram mentem inuidus occæcauit dęmon, reuereamini magnam authoritatem, reuereamini puram & non falsam amicitiam, neque conspiciamini vos in deos tam impiè gerere, nouam & insolitam inducentes religionem, & in eorum cultu à nobis dissidentes, quos oportet etiā vsq; ad ipsam mortē in amicitia nobiscū conspirare. Nā ego qdē cùm grauioribus vos possem supplicijs, & tyrānicè vobis, ò amici, vim inferre: (adhuc.n. consueta vtac

appellatione) attamē, o dii, reuereor amicitiā, & proptereà retardo cruciatus, & vim lubens differo.

Cap. 6.
Sācti modestè respondent.

Hæc cùm audiissent viri egregij, scitè, placitè & planè dixerūt: Quòd tuę quidē nō sumus obliti amicitiæ, nec fuerimus ingrati in tua beneficia & honores: sed te & amemus, si vllum alium, & dominū existimemus, & tu sis nobis omnia, signum est manifestum, quòd & fideliter hucusquè seruiuimus, & tecum diligenter rempublicam sustinuimus, neque vlla in re, nec parua, nec magna, conspecti sumus ingrati, neque aliquid prodidimus, aut negligimus eorum, quæ oportet. Nos ergò nec ingrati animi criminis, aut contemptionis amicitię iure possumus accusari: neque quòd à te propter odium dissideamus, ò benignissime Imperator. Sed nos disiunxit ipse vanus error cultus simulacrorum, & quòd tu in certū ac manifestum incidas interitum, & nos quoquè cogas in idem deturbari periculum. Nam quandiù quidem agebatur de sola mundana militia, nos nihil prætermisimus eorum, quę oportet. Tu ipse nobis feres testimonium, nos in nulla re, quæ esset expediēda, ullius socordiæ aut negligentiæ unquàm fuisse damnatos, sed in iis rebus nobis fuisse acrem zelū. Et rursùs quæcunque de more Christianorum peregimus, iis Deum quoquè pro viribus uobis reddimus propitium. Quoniam autem ipsum quoquè bonorum caput, nempe pietatem, nobis contendis adimere, & Deo nos priuare, quod est damnum extremum, & quod pia non possit ferre anima, & propterea honores & laudes nobis reuocas in memoriam, quomodo te boni & honesti ignarum non iure dixerimus, quòd & ea, vt quodammodò præstantioris nobis facias optionem, inter se inuicèm omninò cōferas, pietatem, inquam, in Deum, & humanam amicitiā & gloriam, quæ æquè ác aqua præterfluit? Quomodò autem hac in re tecum conueniemus, & non contrà, amicitiam & honorem, & si quid sit aliud maius, negabimus? Quomodò autem non tu magis ingrati in Deum animi criminis conuincèris, qui idipsum tibi, quòd & sis, & respires, præbuit? Qui cùm careat principio, verbo effecit, vt cælum & terra cōsisterent: & hominem propriis manibus est fabricatus, & honorauit eum immortalitate, & eorum, quæ sunt in terra, veluti quendam Regem constituit, id quod est omnium pulcherrimum, nempe Paradisū, ei attribuens.

Humana gloria ut aqua præterfluit.

Gene. 2.

Cap. 7.

Cæterùm nè nobis succenseas, ò Imperator, si oratio longiorem factura sit narrationem. Et Deus quidem fuit, vt dixi, tam munificus in beneficiis in hominem conferendis. Ille autem inuidia seductus, & uoluptate (hei mihi) inescatus, miserè omninò ab iis excidit: & qui priùs censebatur beatus, cōspectus est miserabilis & lachrymis dignus propter calamitatē. Qui itaque nos finxit & fabricatus est Deus, cùm benignis rursùs oculis vidisset opus suarum manuum, Deum esse non mutans, quod quidem erat, factus est propter nos citra peccatum id, quod nos. Cumque Crucem & mortem sua sponte subiisset, & superiorem inimicum nostro genere prostrauit, & nobis ab illa acerba seruatis calamitate, benignè priorem reddidit libertatem: & vndè excidimus propter inobedientiam, illuc nos reduxit propter suam clementiam. Eum autem, qui propter te talia passus fuerat, idque cùm esset Deus, & te tantis rebus dignū censuerat, (communis est enim hominibus, sicut priùs interitus, ità nunc libertas) eu ipsum contemnens, & Crucem illius ridens, quomodò non es lōgè ingratissimus? Scias ergò nos non futuros tibi socios ingrati animi crimine, neque nostrum benefactorem & verum Deum esse negaturos. Quæ autem à te proferuntur, ò Imperator, siue sint bona, siue difficilia, & uel ipsam mortem inferentia, sunt æquè à nobis propter Christum despicienda & nobis non curanda.

Peccando factus est homo ex beato miser.

Iohan. 1.

Cap. 8.

His adeò opportunè & iucundè dictis à martyribus, Maximianus quidem fuit ira motus, & uolebat acerbè punire sanctos. Rursùs autem cunctabatur, & differebat aggredi, respiciens eorum splendorem, & non uolens talium virorum facere iacturam. Verebatur enim, nè cruciati, cùm veritatem in medio multorum liberè essent elocuti, deindè permanerēt omninò immobiles. Eos itaque statuit transmittere ad Antiochum Ducem Orientis, vt qui omniū, qui erant in eius potestate, esset crudelissimus, & uel solo nomine posset eos perterrere: & quòd propter maioris honoris desiderium, ille Maximianum obseruādi curam gerens, à nullis abstinebit machinis, quò eos oppugnet, & ad suam reducat sententiam. Præterea ut & longum iter & ignominiosum tam intensam relaxaret constantiam, & eos sensìm à pietate dimoneret, & maximè quòd ipse quoquè Antiochus erat eis priùs subiectus, apud quem erant sistendi, & à quo iudicandi. Id enim maximè tangit animum eorum, qui sunt honesto loco nati, quod qui priùs parebant, eis posteà imperent, & eis utantur, tāquàm subiectis, qui non multò antè fuerant eorum domini & benefactores. Consecutus nanque fuerat bone Ducatus magistratum Antiochus ipsius admirabilis Sergii intercessione. Sed reuerà nihil uidetur tam facilè marcescere, atquè beneficium in animo ingrato plantatum. Is enim non solùm apparuit minimè esse recordatus beneficii, ut procedens ostendet oratio: sed perindè ác ab illis summa effectus iniuria eos tractauit, & eis grauia intulit supplicia. Atque mittabantur quidem ad eum sancti, vincti graui catena. Ad eum autem scripta erat etiam epistola ab Imperatore, quę sic habebat: Deorum maxima prouidentia omnes quidem homines, maximè autem mei imperii satellites & stipatores, in illos esse pios, & iis rursùs, quòd illi dignos censuerunt imperio, uolt obedire, & in eos esse grato animo. Proptereà hunc Sergium & Bacchum, qui in deos quidem apparuerunt impii, & se Christianorum adiunxisse religioni, conuicti sunt autem criminis ingrati in me animi, & iam nostro tribunali, & nostra examinatione iudicati sunt indigni, sub tutissima custodia & uinculis ad tuam transmisimus constantiam. Si ergò pœnitētia ducti, diis sacrificauerint, soluantur ab eis impositis vinculis, & digni censeantur honore & beneuolentia. Reuocabuntur enim rursùs á nostra potentia, recipientque priores honores, aut etiam maiores, eruntque deincèps in loco & ordine eis conuenienti. Sin autem immobiliter priori hæreant sententiæ, legum subiecti sint austeritati, ipsaque essentia & uita ense priuentur cum aliis. Vale.

Antioch. Dux crudelissim.

Antioch. S. Sergij intercessione prius Dux creatur.

Litteræ Maximiani ad Antiochum.

Cap. 9.

Cùm has literas & sanctos viros accepissent milites, uiam sunt ingressi. Quidam autem eis famulus, & simili zelo in pietatem, & in dominos uincti beneuolentiam, eos quoquè sunt secuti, quasi non corpora solùm legi, sed etiam animas volentes Deo seruire. Qui etiam audierunt sanctos inter se colloquentes, & dicentes, quòd nocte, qua egressi sunt è ciuitate Romanorum, diuina quædam apparens uisio iussit eos confidere, & bono esse animo ad certamen, & alacriter ingredi bonum iter propter CHRISTVM. Quamobrem etsi essent ferrea illa vincti catena, citra molestiam & cum voluptate psallebant: In via testimoniorum tuorum delectati sumus, Domine, tanquàm in omnibus diuitiis. In iustificationibus tuis meditati sumus, & legis tuæ non

Visio Sergij et Bacchi.

Psal. 118.

sumus

ſumus obliti. In mandatis tuis meditabimur, & exquiremus vias tuas. Viuemus, & cuſtodiemus ſermones tuos. Cùm ergò totum illud iter citra laborem confeciſſent, diuerſantur in quadam ciuitate nomine Barbaleſſo, prope regionem Limitaneorum. Quo in loco cùm Dux verſaretur Antiochus, ante eum ſunt producti, læti quidem & vultu alacri, animi autem nobilitatem liberalibus oſtendentes moribus. Eorum itaque, qui ipſos circunſiſtebant, oculi erant omnes in eos coniecti: & nec facilè deſiſtebant, ſed firmo & intento obtutu eos adſpiciebant: erantq; ipſi theatro iucundum quoddam ſpectaculum.

Preſentatur Antiocho Duci.

Cap. 10. Cùm eos ergò vidiſſet Dux quomodò ſe haberēt, & deindè etiam legiſſet literas Imperatoris, tacitus apud ſe admirabatur, & eos rursùs contemplabatur, magnum quid eſſe & nouum exiſtimans, quòd ad tātam proceſſiſſent animi magnitudinem, vt & ſupplicia, & minas, & gloriam, & ipſum etiam deſpicerent Imperatorem, immò mortem quoquè minimi facerent. Accerſito autem Commentarienſi: Accipe, inquit, hos vinctos, & in cuſtodia quidem ſerua tutiſſima: nihil autem graue aut moleſtum ſuſtinentes: eos enim reſeruo examinationi. Atque ii quidem iuſſu Ducis in tuta incluſi cuſtodia, cùm veniſſet veſpera, ſeipſos dederunt orationi: Adſpice ad nos, dicentes, Domine, è ſancto tuo habitaculo: quoniā inimicus nos probris affecit, & populus inſipiens irritauit nomen ſanctum tuum: Et nè tradas hominibus feris immanioribus animas tibi cōfitentes: ſed adſpice ad teſtamentum tuum, & ſuſcipe nos, Domine, & redime nos propter nomen tuum. Quoniam ſuperbia eorum, qui te oderunt, in nos euaſit vehemens ac potens. Peractis autem precibus, cùm ad ſomnum eſſent conuerſi, eis apparens Angelus, Soli quidem forma ſimilis, & ex ipſa quoquè veſte lætum ſplendorem emittens: Confidite, eis dixit, ſerui Chriſti, & nolite timere: ſed ſtate firmi & ſtabiles in Domini noſtri Ieſu Chriſti confeſſione. Ipſe enim eſt uobiſcum, defenſor veſter. Ille quidem hęc dixit. Illi autem cùm e ſomno fuiſſent excitati, & inter ſe, & famulis, qui cum eis verſabantur, Angelicam illam narrarunt viſionem. Et cùm eſſent illorum animi rursùs repleti fiducia, lęti pſallebant ſinguli: Ad Dominum, cùm tribularer, clamaui: & exaudiuit me de monte ſancto ſuo. Ego dormiui, & ſoporatus ſum. Exurrexi, quoniam Dominus me ſuſcipiet: non timebo à millibus populi, qui me in orbem inuadunt. Surge Domine, ſerua me. Quoniam tua eſt ſalus, & ſuper populum tuum benedictio tua.

Ducuntur in cuſtodiam.

Pſal. 73.

Alia eorum viſio.

Pſal. 119.

Pſal. 3.

Cap. 11. Statim ergò ſummo manè Dux quidem ſedebat in excelſo tribunali: ei autem aſsiſtebat vniuerſa quoquè caterua militaris. Cùm ergò accerſiuiſſet ſanctos è cuſtodia, iubet legi literas eis audientibus. Quod cùm factum eſſet: Oportebat quidem, inquit, vos, parentes iuſſui glorioſi Imperatoris, diis ſacrificare, & non illius humanitatem ad iram prouocare. Quoniam autem neſcio qui factum ſit, vt & illū ad iram prouocaueritis, & à tanta gloria excideritis, & illas profundas amiſeritis diuitias: at nūc ſaltèm nobis velitis obedire, vobis conſulentibus ea, quæ ſunt conducibilia. Sic enim priore longè maiorem gloriam, & maiores opes, & alia bona apud Imperatorem conſequemini. Quid enim eſt graue, ſi quod non potuiſtis priùs intelligere, ſiue fortè fortuna, ſeu aliquo alio caſu, nunc cùm diligentiùs cōſideraueritis, id, quod oportet, accuratè eligatis? Eſt enim multo leuius, peccare propter ignorantiā eius, quod eſt bonū & conducibile, quàm vbi agnoueris, perſeuerare in deterioribus, & non tranſire ad id, quod eſt melius. Nam illud quidem eſt peccatum ignorantiæ, hoc autem malæ mētis, & quæ ſunt mala, ſua ſponte eligentis. Nam ego quidem valdè accendor, & aliam veſtram reputans amicitiam, & recordans eius, quod à vobis accepi, beneficii, & maximè à te domine mi Sergi, per quem hunc mihi paraui magiſtratum. Sed neſcio quid agam, cùm fortuna res ſic adminiſtrauerit, vt ego quidem hodiè ſedeam Iudex: vos autem, tanquàm rei, ſtetis ante meum tribunal, redditūri rationem veſtræ in deos ipſos inuictos impietatis, & pium Imperatorem inobedientiæ.

Siſtuntur corā Antiocho.

Pro accepto beneficio, non iuſtas vices rependit Antioch⁹

Cap. 12. Sic ergo & his allicientibus verbis Antiochus cōueniebat ſanctos, & amicè quodammodò eos alloquebatur conſulens, & bona, vt videbatur, eis ſuggerens, quo ſibi Imperatoris beneuolentiam compararet. Sciebat enim, quantus eſſet illius amor in eos, & quòd plurimi faceret tales viros non amittere: hoc cùm ex multis aliis coniectans, tum ex hoc, q eos nullo voluerit tormento ſubiicere, ſed per hanc ſolam ignominioſam ad illum miſſionem ſtuderet eos in contrariam traducere ſententiam, vtpotè q ad hæc excogitanda Maximianus eſſet vaferrimus & ingenioſiſsimus. Sed his quidem blandis & pellicientibus verbis priùs conabatur eos allicere Antiochus. Deindè conatus eſt etiam terrore eos à ſcopo traducere & conſtantia. Si enim meis, dicens, non parueritis adhortationibus, erit mihi omninò neceſsè facere, quæ ſunt imperata: & me, tanquàm inimicum, gerere in veſtram magnificentiam. Et poſt hæc multus fuit in enumerandis nominibus tormentorum & minis intentandis. Sed ſancti martyres, neque blanditiis emolliti, neque minis deiecti: Iis, dixerunt, qui Chriſtum ſolùm, ò Iudex, & quæ apud ipſum abſconſa eſt, vitam lucrari ſtatuerint, nihil eſt curæ ex iis, quæ fluunt & intereunt, non honor, non gloria, non potentia, non aliquid aliud eorum, quæ aut demulcere poſſunt, aut moleſtia afficere. Nos enim & tuas minas, & blanditias ex æquo contemnimus. Ceſſa ergò tu quoquè, ſicut ſerpens, nobis mala conſulere. Videmus enim virus ſub tuis labris: & ideò conſilium tuum tāquàm graues auerſamur inſidias. Nè ergò fallaris, tempus fruſtrà conſumens, & à vana ſpe pendens: neque enim puniens expugnabis, neque minans perſuadebis, vt viuentem quidem Deum relinquamus, dæmonibus autē ſurdis & nullo ſenſu præditis offeramus ſacrificium. Nobis enim & propter Chriſtum viuere, eſt bonum: & propter ipſum rursùs mori, lucrum. Tu autem nihil tale potueris dicere de tuis ſimulacris. Verè enim ſunt argentum & aurum, & opera manuum hominum, quæ nihil poſſunt prodeſſe iis, qui in ipſis ſuam collocarunt fiduciam. Similes ergò eis fiant ii, qui ipſa colunt, & omnes qui confidunt in eis.

Poſt blanditias adhibet terrores Antiochus.

Martyrū memorabile reſpōſum.

Phil. 1.

Pſal. 113.

Cap. 13. Cùm ergò Dux vidiſſet eos tam apertè locutos, tantaque eſſe præditos libertate & animi magnitudine: & intellexiſſet fieri non poſſe, vt verbis eis pſuaderet, proceſsit ad periculum per tormenta faciendum: & beatum quidem Sergium in tutiſsimam tradidit cuſtodiam, pro accepto beneficio eum ſic remunerans: Bacchum autem à quatuor fortiter extenſum, bouum neruis iuſsit cædi crudeliter. Sed licebat videre mentem longè natura fortiorem, & animi inſtitutum vi quauis corporis excelſius. Nam ſanctiſsimi quidem illius corporis partes auulſæ flagellis, diſiiciebantur in ipſum aerem, per terram autē ſe ebant riui ſanguinis: & viſcera quidem nudabantur carnibus, ipſius naturæ formationem aperiētia iis, qui aderant: anima autem, quæ ipſa quoquè athletam feſtinabat relinquere, ſuſtinebat tamen, & plura

Immaniſſimi cruciatus S. Bacchi.

plura

plura requirens supplicia, ut omninò munificentio ra assequeretur brauia. Lætabantur Angeli, uidentes admirabilem martyris constantiam. Cruciabantur dæmones, quòd parta de eis victoria, in conspectu omnium quodammodo duceretur in triumphum. Lictores fessi, humi accumbebant. Martyrem autem uidens, dixisses eum ita esse affectum, non tam flagris cæsus, quàm uernis floribus conspersus uideretur. Tandem per uoces cælestes uocatus est ad beatum locum quietis, anima deposita in manus opificis.

Eximia eius uirt°.

Decedit.

Cap. 14. Martyricum autem illi° corpus à bestiis quidem deuorandum exposuit ille Iudex iniquus. Ignorabat autem, qualem curam gerat eorum, qui ipsum diligunt, illius Deus, qui etiam ferarum naturā scit traducere ad mansuetudinem, & per illas adhuc maiora facere miracula. Feræ enim reueritæ certamina, quæ pro pietate ab eo erant suscepta, non solùm nullum ex eius membris omninò tangere sustinuerunt: sed etiam, dum ad sepulcrum ferretur à Christianis, eum sequebantur fungentes munere satellitum, & Dei hostes apertè arguentes amentiæ. Sic ergò inclytus Bacchus ea, quæ cupiebat, assecutus, ad cælestia transiit habitacula.

Nota de feris.

Cap. 15. Sergius autem socius eius relictus, & molestia distrahebatur propter separationem, & rursùs lætitia propter expectationem. Sed non despexit eū ægrè ferentem separationem dulcis eius amicus & familiaris: sed læto uultu diuinus Bacchus, & consueto habitu militari noctu ei apparens, cùm amicum con ueuisset, & eum impleuisset audacia, & eius discussit tristitiam, animique ægritudinem, & firmiorem fortioremque reddidit ad supplicia. Die autem sequenti Dux rursùs sedens in tribunali, cùm beatum curasset produci Sergium, leoninam pellem exuens versipellis, induit pellem uulpis. Et cum in eū quandam finxisset beneuolentiam, ad fidem faciendam aliquid accommodatum ostendens, quòd scilicet illum magistratum ex eo nactus esset, eum blanditijs euocabat ad sacrificandum, perfectam & absolutam Christo separationem ei uolens reddere pro beneficio, stultus, sic quoque sensim eum alloquens: Pudet me ueteris illius felicitatis, & beneficiorū, quæ in me contulisti, amicissime Sergi, nec te quidem ampliùs fero intueri sic reum stātem pro nostro tribunali, qui sum minimus, si cum tuo conferar splendore, tuæque amicitiæ & potentiæ opera sum præsentem assecutus magistratum. Ille quidem hæc callidè dicebat, hoc solùm machināś, ut eum omninò blandis uerbis illiceret, & fraudulenter ad eādem deduceret religionem. Ille autem: Sed si me, inquit, velis nunc quoquè in maximis bonis accipere benefactorem, prompto & alacri animo tibi hac in re inseruiam. Nam cùm te liberauero ab hac profunda deceptione, adducam ad lucem ueritatis, & Regi im mortali reddam familiarem.

Apparet S. Sergio.

Fallacia Antiochi.

Cap. 16. Non lubenter audiit ea, quæ dicebantur, homo qui assuefactus erat interitui: sed statim Sergiū grauiùs & seueriùs adspiciens: Nè deos, inquit, blasphemes immortales. Martyr autem acriùs viens dicendi libertate, totum faciebat contrarium: & illius deos afficiebat probris ac contumelijs, & eos solùm nomina uocabat re carentia: eos uerò, qui illos adorabant & colebant, ostendebat multò minore sensu esse præditos, quàm surdos illos deos. Dux autē postquam vidit Sergium & blanditijs, & minis esse superiorem, & nihil remittentem de loquendi libertate, illam statim emētitam exuens amicitiam & personam, apertè ostēdit id, quod erat: &, Magna mea, inquit, mansuetudo, & hæc in te importuna benignitas, ad arrogantiam te extulerunt, & sic in nostros, & deos magnos prouocarunt. Sed disces (iat scio) superbiam, & obliuisceris tuæ arrogantiæ, & cognosces teipsum non esse rerum communiū ampliùs intercessorem, neque posse plurimùm apud Imperatorem, sed esse damnatum & uictum, & si quod aliud malum sequitur eos, qui ità sentiunt. Et statim à præsidio Surorum Dux proficiscens in ciuitatem Rosaphorum, efficit ut calceetur athleta crepidis, ferreis clauis confixis: & conscendens uehiculum, coegit sanctum ità pedibus affectum, ante ipsum currere ad septuaginta stadia vsque ad Tetrapyrgiam. Atque quicunque quidem uidebant sanguinē è pedibus defluentem, eis planè admirari ueniebat in mentem, & athletæ stupere tolerantiam. Martyri autem spes eorum, quæ expectabantur, erant guttæ consolationis, quæ cadebant è cælo, & leuabant dolorum grauitatem. Et citra molestiam pergebat iter ingredi, & hæc psallebat cum lętitia: Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi. Et exaudiuit deprecationem meam: & eduxit me de lacu afflictionis, & è luto fæcis. Et statuit in latitudine pedes meos, & direxit gressus meos.

Sergij cō stantia.

Vide crudelē supplicium.

Psal. 39.

Cap. 17. Postquam autē iam peruenissent Tetrapyrgiam, ipsum quidem excepit custodia, Duce ità iubente: illum autem urgentes curæ Reipublicæ tenuerunt occupatum. Cùm autem iam esset uesper, martyr relictus solus in custodia, psallebat: Qui comedebant panes meos, magnificarunt super me supplantationem. Et funibus extenderunt laqueū pedibus meis, & cogitauerunt supplantare gressus meos. Sed tu, Domine, preueni, supplanta eos: & libera ab impijs animam meam: & de manu canis unicam meam. Quarè nec consolationis expertem eius animā rursùs despexit is, qui è superis ei ueckebat coronas, sed & multam se eius curam gerere ostendit, & Angelū ei misit media nocte: qui, cùm priùs illius animam iucundè recreasset, & deinde etiā corpus curasset, & pedes, qui malè se habebant, sanasset, & tanquàm cum quodam amico & concione suo amicissimè effet locutus, & eum amplexus, longè alacriorem reddidit ad certamen.

Psal. 40.

Angelus ei apparet & sanat eius uulnera.

Manè ergò sedens Dux in tribunali, iubet quibusdam ex ijs, qui adstabant, ut sanctum tollentes è custodia, (neque enim putabat fieri posse pr̄e plagis, ut uteretur pedibus, ad suum deferant tribunal. Cùm illi autem accessissent in custodiam, statim fuit martyr, ut aquila, renouatus, non ablata senectute, sed omnibus uulneribus. Neque enim opùs habuit manu, quæ eum sustineret, aut ei omninò opem ferret ad ingrediendum: sed & leuiter ingrediebatur, & pulchrè mouebatur, & erat reuera testis fide dignus inuictę & omnipotentis Christi virtutis. Cùm enim sic affectum Dux adspexisset eminùs, apud se intrabatur tacitus. Cùm autem iam propè esset, eam rem uocabat magiam: & deos iurabat, & eos uocabat in testimonium eorum, quę dicebat. Quid est em aliud, aiebat, quod & apud Imperatorem ei priùs tantam prębuit fiduciam, & nunc statim sopit & obtudit acres dolores uulnerum, nisi aperta magia, & uerba, quę ut plurimùm curiosè & sophisticè incantantur? Exhinc iam de Sergio spem abijciebat: & cùm eum curasset quamproximè sistē dum, si fortè familiaritate eum sic alliceret, placidè eum alloquens, & ad priorē reuertēs assentationē: Rem quandam, aiebat, arbitror diuinam & incredibilem, quòd in multis delicijs, & honestis moribus educatus, tam fortiter toleris hoc tam graue tormētum. Sed eius sermonem statim interrumpens martyr: Non sunt mihi, inquit, o Iudex, tormētum pręsentia,

Dux curationē adscribit arti magicæ.

Rursùs blāditur dux, ut fallat.

sentia, sed sacra propter Christum pompa, & festo celebre, me ad ipsum cælum iucũdissimè transmittens. Dux itaque adhuc magis desperans, sanctũ trãsmittit in custodiam. Ipse autem interim operam dabat mensarum lautitiæ, ni qui non solùm iræ & crudelitatis, sed etiam voluptatis vellet esse seruus.

Cap. 19. Rursus martyr induitur clauatis crepidis.

Cùm autem uiam rursùs esset ingressurus, & ad Rosaphorum contenderet præsidium, ad quod tendens, à Suris profectus fuerat, athletã rursùs prioribus calceatum crepidis, à Tetrapyrgia duxit usque ad Rosapha. Cùm autem eum eadem rursùs luctãtem necessitate uidisset martyrem, eandem, aut etiam maiorem ostedere fortitudinem, & viam, quæ est à Suris usque ad Rosopha, cum ferreis illis crepidis citra laborem confecisse, omninò desperans fore vt mutaretur, iubet beati martyris caput amputari gladio. Ducitur itaque martyr à militibus ad locum consummationis. Magna autem multitudo virorum & mulierum & omnis ætatis cõsequebatur, ut eum uiderent & decertantem, & uincentem, & coronatum. Quinetiam ipsę quoquè feræ, veluti captæ quodam amore athletæ, relictis proprijs cauernis, eum placidè & mansuetè deducebant, illius quidem beatum iter quodammodò probantes, & commendantes, impios autem re ipsa arguentes, quòd quem ferę sunt reueritæ, ipsi planè cæci interficiũt. Ille autem cùm ab ijs, qui eum ducebant, militibus breue aliquod tempus petijsset ad orationem, & ab illis impetrãsset, ad suum statim Dominũ totam animam extollit cum oculis. Deindè, cùm ei reuocasset in memoriam suam commiserationem, ad eorũ quoquè, qui illum occidebant, uocabat misericordiam, dicens: Qui sola bonitate omnia es fabricatus, qui genus humanum ad tuam imaginem effinxisti, & pręfecisti omnibus: Qui etiam, cùm tuum transgressi essent præceptum, & te Dominum contempsissent, & in benefactorem ingrati apparuissent, eos non repulisti, immò propter nos homo factus es, & serui formam accepisti, & omnia voluntariè sustinuisti, & ne mortem quidem postremò recusasti: ipse quoquè nunc ignosce ijs, qui in nos peccauerunt: & hac crassa nube impietatis discussa, & à tyrannide inimici liberatis miseris, illucesce eis diuina luce tuæ gratię, & reuoca eos errantes magno tuo & admirabili nomine & ueritate. Porrò autem nos quoquè, qui pro te, o Domine, mactamur, ipsasque animas & corpora nostra spontè sacrificamus, suscipe tanquàm acceptas hostias & gratum sacrificium, & ad aram tuam, quæ est supra cęlos, introduc lætantes. Hæc orauit: & eum statim uox illinc vocauit. Quam cùm ille lubenter & cum uoluptate audiisset, collum protinùs alacriter porrigens, truncatur martyrico capite, septimo mensis Octobris: & currit ad uocantem Dominum, à quo coronas, easque magnificas & pręclaras suscipit. Ex iis autem nonnulli, qui ad spectandam uenerant consummationẽ, cùm preciosum illud corpus piis & optantibus sustulissent manibus, & peregissent ea, quę de more fiunt in sepultura, præclarè & magnificè deposuerunt apud ipsum locum martyrii.

Orat pro persecutoribus suis.

Vocatur à Domino.

Trũcatur capite.

Sepultura eius magnifica.

Cùm autem multum intercessisset temporis, quidam ex ijs, qui erant pietate feruentiores, uenientes à præsidio Surorum, aggressi sunt surripere reliquias martyris. Ille autem, seu non uolens damno afficere ciuitatem, seu non sustinens communem thesaurum esse alicuius proprium, magnam flammam effecit furti indicem: & ignis illic accensus, dolũ manifestè publicans, damnum repentè ostendit. Qui igitur erant in ciuitate Rosaphorum, opinati aduẽtum hostium eo significari, armati omnes statim adueniunt ad sepulcrum martyris. Qui cùm resciuissent id, quod erat, & nè auferrent prohibuerunt, & non passi sunt Surenos ampliùs manere in eo loco. Illi autem cùm nollent frustrà & inutiliter aduenisse, paruum quoddam templum in sepulcro extruxerunt: & sic cũ gaudio redierũt, dando magis, quàm accipiendo, suo in sanctum desiderio satisfacientes. Paulatim autem crescente pietate in Saluatorem & Dominum nostrum Iesum Christum, Episcopi numero quindecim, ingressi ciuitatẽ Rosaphorũ, insigne templum sanctis extruunt: & cùm id consecrassent, in eo deposuerunt diuinas martyrum reliquias: Ad gloriam Dei, & Domini nostri Iesu Christi: Quem decet honor, potentia, maiestas & magnificentia, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Insigne tẽplũ extruitur sãctis martyribus.

EX HISTORIA ECCLESIAstica Euagrij scholastici, lib. 4. Ca. 27. de S. Sergio martyre insigne miraculum. Versio est Iohannis Christophorsoni Angliæ Episcopi.



ALIAM prætereà rem, alio tempore à Chosroe Sergiopoli gestam, hoc loco commemorabimus: quippè q̃ & explicari oratione, & sempiternę memorię reuerà commẽdari debeat. Hanc vrbẽ quoquè Chosroes inuadere, eamque obsidione expugnare parat. Ac simul ut mœnia aggreditur, fit utrinquè sermo & colloquium de seruanda ciuitate: conuenitque inter eos, ut sacris thesauris ac monimẽtis, inter quæ Crux à Iustiniano & Theodora missa fuit, urbs redimeretur. Vbi ista fuere ad Chosroem apportata, percontatur à sacerdote & Persis, qui cum eo ad eam rẽ missi erant, ecquæ alia superessent. Cui quidam eorum, qui uerum dicere minimè cõsueuerãt, respondet, alia etiam adhuc monimenta restare, à paucis quibusdam ciuibus occultata. Relinquebatur autem ab his, qui thesauros & monimenta attulerunt, auri argenti ne prorsùs nihil, sed alterius cuiusdam materię multo præstabilioris, quę Deo omninò dicata fuit: sanctissimas dico reliquias Sergii inuicti Christi martyris, quę in capsa erant oblonga, argentoque obducta, repositę. Itaque postquàm Chosroes his uerbis persuasus, totum exercitum ad urbem excidendam dimiserat, derepentè in ipsis mœnibus magna hominum multitudo clypeis munita, uisa est ciuitatem propugnare. Quam, qui erãt missi à Chosroe, conspicati, reuerterunt, ac tũ multitudinem, tum armaturam admirati, ad Chosroem rem referunt. Vbi autem rursùs certior factus est, paucos admodùm in urbe remanere, eosque uel ętate exacta esse, uel tenera & immatura, (quippè omnes, qui firma fuere ętate & robusta, è medio sublati erant) pro certo nouit illud miraculum, à sancto martyre editum: & proptereà metu perculsus, admiratusque Christianorum fidem, domum reuertitur: quem ferunt, sub extremum ętatis tempus diuino regenerationis lauacro tinctum fuisse.

Chosroes obsidet Sergiopolim.

Vide ut antiquas reuerenter seruarit sacras reliquias.

Miraculo territus Chosroes soluit obsidionem.

ITEM EX EADEM HISTORIA, Lib. 6. Cap. 20.

CHosroes autem, iam ad suum regnum restitutus, mittit ad Gregorium Crucem, multo auro & lapidibus preciosis exquisitè elaboratam, qua

Nota de hac Cruce.

honorem

honorem Sergij martyris inclyti illustrari uoluit. Hanc Crucem primùm Theodora coniux Iustiniani ei dicauerat, deindè Chosroes senior cum alijs monimentis indè abripuerat. Mittit quoquè aliam Crucem auream, in qua literis Græcis ista curauit inscribenda: Hanc Crucem ego Chosroes, Rex regum, filius Hormisdæ, misi. Cùm enim diabolico conatu & ueteratorio infelicissimi* Baramis, & suorum Caballariorum in Romaniam confugere eramus compulsi. & propter aduentum scelerati Zadespram cũ exercitu ad Nisibim, quò Caballarios, qui à partibus Nisibensium stabant, subduceret: Caballarios rum duce ad Charchas vsque, qui Zadesprã resisterent, eiusque uires frangerent, miseramus, ope & præsidio communiti sancti Sergij, martyris honoratissimi & inprimis memorabilis, quoniam acceperamus eum res abs se postulatas solere largiri: primo anno regni nostri, septimo Idus Ianuarij, postulauimus opem ab eo, uotumque fecimus, si Caballarij nostri Zadespram uel interficerent, uel captiuum secum durerent, nos auream Crucem lapillis distinctam, ad eius templum missuros, qua ueneran dum eius nomẽ illustraretur: atq; ad quintum Idus Februarij, caput Zadespram ad nos perlatum fuit. Itaque postulationis nostræ facti compotes, quò res gesta nemini dubia esset, ad uenerandum sancti Sergij nomen illustrandum, hanc Crucem à nobis fabricatam, ad tẽplum eius misimus vnà cum Cruce, quam Iustinianus Imperator Romanus ad idem templum misit, quamque Chosroes Rex regum, filius Cabadi proaui nostri, temporibus, quibus Romani & Persæ grauissimè inter se dissiderent, huc aduexit, quam deniquè nos in nostris thesauris inuènimus, & ad ædem sancti & uenerabilis Sergij mittendam curauimus.

**Veramis*

Votum Chosroes regis Persarum.

Exaudit Chosroes.

Has Cruces Gregorius cum de sententia Mauricij Imperatoris accepisset, cum magna pompa ad sacrum martyris templum defert, inque eo reponit. Haud ità multò pòst, alia dona ad sanctum illud templum misit Chosroes, inter quæ erat discus, ex auro confectus, in quo inscribenda curauit hæc uerba: Ego Chosroes Rex regum, filius Hormisdæ, hęc in hoc disco inscribenda curaui, non ut spectentur ab hominibus, neque ut amplitudo tui uenerandi nominis ex meis verbis cognoscatur: sed partim propter rerum in eo inscriptarum ueritatem, partim propter multa beneficia & liberalia, quæ abs te accepi. Nam mecum feliciter actum puto, quòd nomen meum in tuis sacris vasis extet. Cùm fortè Beramæis essem, petebam abs te, sancte Sergi, ut mihi subsidio uenires, & Sira coniunx conciperet. Ac cùm Sira Christiana esset, & ego gentilis, & lex nostra non permitteret nobis potestatem, mulierem Christianam in vxorem ducendi: tamen ob meum singularem erga te amorem, legem in hac muliere neglexi, & eam de die in diẽ inter cæteras vxores ingenuè diligere non destiti, neque desisto. Quamobrèm uisum erat tuam bonitatẽ, sancte Sergi, deprecari, ut grauida fieret. Quinetiam uotum tibi nuncupaui, sumq; pollicitus, si Sira conciperet, me Crucem, quam illa gestat, ad sanctissimũ templum tuum missurum. Quapropter ipse equidem & Sira hoc apud animos nostros proponebamus, ut hanc Crucem in memoriam nominis tui, sancte Sergi, ipsi teneremus, & uisum erat pro illa preciũ eius, quod quatuor millia & quadringentos stateres miliaresios non excederet, mittere, & sic idem augere, ut eius summa quinque millia staterum complecteretur. Atque ex eo tempore, quo istam postulationem animis nostris concipere, hęcque cogitare cœperamus, ad tempus, quo Rhoson Chosrò uenimus, nõ ampliùs decem dies prætererant: ad quod quidem tempus tu sancte Sergi, non quòd ipse dignus essem, sed propter tuam ipsius bonitatem mihi noctù secũdum quietem visus es, & iam tertiò dixisti Siram cõcepturam. Atque ego in eadem visione tertiò apertè tibi, quæ erant consentanea, respondi. Ac quoniã tu rerum abs te postulatarum largitor es, ex eo die Sira morbum, quo mulieres laborare solent, non sensit. Ego autem etsi hac de re animo hæsitabã, vtrum uerbis tuis fidem haberem, an non, cùm sis postulationum largitor: posteà tamen ex eo, quòd morbus muliebris Siram non attigit, tum uim exploratam habui visionis, tum tuorum verborum ueritatem.

Mittit Chosroes alia dona ad S. Sergij ædem.

Chosroes inuocat S. Sergium.

Nota q̃ hic dicit, reginam Persarũ gestasse Crucem.

S. Sergius apparet Chosroi.

Menstrua dicit.

Quocircà Crucem hanc ilicò, & eius precium unà ad tuam sanctissimam ædem misi, dedique mandatũ, ut ex eius precio discus unus & vnus calix fierẽt, qui diuinis mysterijs celebrandis inseruirent: quinetiã vt Crux fieret, & thuribulum fabricaretur, utrunque aureum, in usum sacræ mẽsæ, & Hunnicum utrinquè apertum conficeretur auro collustratum. Quod autẽ de summa precij restaret, ad necessarios usus tuæ sacræ ędis reseruaretur, ut mihi & Siræ tu sancte Sergi, cùm in alijs rebus opitulareris, tũ maximè in hac petitione subsidio venires: & quod per tuam intercessionem nobis euenerit, idemipsum per tuam clementiam & bonitatem mihi & Siræ ex sententia penitùs succedat.

Ex historia Ecclesiastica Nicephori Callisti, Lib. 15. cap. 23.

ARchisynagogus quidam inter Iudæos, cũ pueris duobus in tumultu concitato, perindè atquè is author eius fuisset, correptus, crudeliter à viro consulari excruciatus est, multis hominibus præsentibus. Is autem inter tormenta varia illud tantùm uociferatus est: O Deus sancti Sergij, adiuua me. Sãcte Sergi, tu nosti. Iudices porrò fingere & assimulare hæc Hebræum putantes, ad ignem, ut viuus combureretur, qui verba ea promisisset, condemnarunt. Et eccè in media flamma equites duo, candidis induti stolis, apparentes, horis multis illum ab igne intactum conseruarunt, & multitudo in flammam insiliens, hominem indè rapuit. Qui deindè baptizatus, Sergius nominatus est: atque ille non minùs mẽte quoquè illuminatos, substantia sua, quam multã habuit, vendita, in pyræ eius loco amplissimum Sergio martyri templum extruxit: ubi capite raso, reliquam inata Dei beneplacitum exegit uitam. Idem duo eius fecere pueri, nominibus suis in Sergij & Bacchi nomen mutatis.

Acta sunt hæc sub Leone Imperatore, q̃ successit Martiano.

Illustre miraculũ.

VITA S. OSITHAE VIRGINIS ET martyris, cuius author nomen non habet in MS. codice, sed est tamen fide digna: putoque esse eius epitomen, quam scripsit Albericus Veerus Regularis.



BEATA Ositha virgo & martyr, ex nobilissimis Anglorum natalibus originem duxit. Erat. n. filia Fritheuualdi Regis & Vuilreburgæ filiæ Regis Pędę Merciorum. Traditur autem virgo Ositha bonis informanda moribus sanctæ Moduuennæ Abbatissæ, quę iuxta syluam, quæ Ardera dicitur, duo construxerat monasteria: unum in loco, qui Polle-

Octob. 7. S. Osithæ parentes.

Moduuẽna Abbatissa.

suuorch

ſunorch dicitur: aliud in manſione, quæ Streueshal nuncupatur. Horum alterum ſibi elegit orationibus intenta, reliquum conceſsit beatæ Edithæ, ſorori Regis Alfridi, ob ſanctitatis meritum ſibi familiariter dilectæ, quæ in congregatione ſanctarum virginum mater & cuſtos effecta eſt. Huic aliquandiù adhæſit adoloſcentula Dei ancilla Oſitha, à ſancta Moduuenna Abbatiſſa ei commendata. Cùm itaque hyberno tempore contingeret, beatam Editham cuiuſdam codicis inſpectioni vacare, conſtituit ſanctę Moduuennę communicare ea, quæ legenti vtilia in eo aduerterat. Itaque accita ad ſe Oſitha, Vade, inquit, & defer uolumen iſtud ad dominam & matrem noſtram Moduuennam, in eo fortaſsis nonnihil ſanctæ contemplationis & ædificationis reperturam. Ea accepto libro, cùm ad quendam pontem ligneum perueniſſet, vi uentorum in pontis faſtigio impulſa, deorſùm in flumen præceps corruit, atque eius impetu rapta, in momento abſorpta eſt.

Editha Abbatiſſa.

Oſitha à flumine ſorbetur.

Elapſis autem tribus diebus, Angelus Domini Moduuennę in cella oranti apparens, dixit: Vade cum feſtinatione ad fluuium, aliquid ibi neceſſarium perpetratura. Ea ubi peruenit ad fluuium, inuenit ibi Editham virginem, puellam Oſitham quæritantem: eamque uelut paueſcentem animaduertens, Quid eſt, inquit, ſoror? Rectene ſunt omnia? Illa reſpondit: Iam tres dies ſunt, domina, quòd tráſmiſi Oſitham ad te, ueniòque perquirere, quid cauſæ ſit, quòd ad me non reuertitur. Eſt ne apud te? Moduuenna ait: Reuerà non uidi eam, nec venit ad me. Interrogatis autem paſtores, num puellam vidiſſent, ità reſponderunt: Nudiuſtertiùs puellam pontem aſcendere uidimus, ſed quò vel abierit, vel peruenerit, nos curā pecorum agentes, & ad alia intenti, penitùs ignoramus. His auditis, ſancta Moduuenna ait ad Editham: Deprecemur, ſoror chariſsima, Dominum, vt meritis omnium ſanctorum ſuorum reſtituat nobis hac hora puellam perditam, ut videamus & cognoſcamus eius admirandam potentiam, & collaudemus perpetuò eius miſericordiam. Cùm igitur in terram ſeſe inclinaſſent, & diù cum lachrymis oraſſent, Moduuenna ab oratione ſurgēs, clara uoce tertiò exclamauit: Oſitha, Oſitha, Oſitha, in nomine ſanctę & indiuiduæ Trinitatis veni foràs, & de hoc flumine, in quo ſubmerſa es, per uirtutem potentiæ eius ſana & icolumis emergas, uitæ reſtituta. Necdùm plenè verba finierat uirgo ſancta, & eccè puella è fluuio cum codice illæſo prodit, terque expedita voce reſpondet: Eccè ego, eccè ego, eccè ego, domina mea. Eam ſancta Moduuenna cū magna exultatione ſuſcipiēs, & gratias immenſas Deo agens, Edithæ reſtituit, & cum codice eius ad cellā remeauit. Locus autem ille ab euentu nomē ſortitus, ab incolis Nunpole appellatur: quanquam illa, monialis tunc non fuit, tametsi nigro pallio amicta fuiſſe creditur.

Vide mirabilē uim pcū ſanctarū virginum.

Poſt deceſſum autem ſanctæ Moduuennæ, beata Oſitha ad parentes reducta, virtute & moribus quotidiè proficiebat: cumque ad nubiles perueniſſet annos, Rex orientalium Saxonum Sigerus, parētes puellę ſolicitans, virginem ſibi petijt in coniugem dari. Vt autem parentes eam ad conſentiendum hortati ſunt, illa blanditias eorum reſpuens, animo & actione virginitatis ſibi puritatē magis cordi eſſe declarauit. At tamen quamuis renitens & inuita, nuptijs regali apparatu inſtructis, Regi illi tradita eſt. Sed affectum & deſideria ſua cæleſti ſpōſo commendans, preces Deo & deuotè & inſtanter obtulit, ut ipſam à viri contactu immaculatam conſeruaret. Interim multis diebus laudabili quadam fallacia & multarū occaſionum opportuno prætextu Regis deſiderium repreſsit: ſed ille eo ardentiùs, quo minùs erat voti eius conſcius, in ſecretius cubiculum eā iuſsit introduci, ut diù optatis eius frueretur amplexibus. Eccè autem nutu diuino adeſt nuncius, Regi iucundos rumores afferens, ceruum habitu & forma corporis ſpectabilē, prę foribus regiæ domûs diſcurrere. Ità Rex intactam deſerens Reginā, adiunctis ſibi uenatoribus, ad perſequendum ceruū perniciter aduolat. Oſitha uerò tanquàm è naufragio erepta, liberatori ſuo Chriſto gratias agit, mittitque celeriter literas Oriētalium Anglorum Epiſcopis, Eccæ & Beduuino, viris religioſis, ijs mentis ſuæ deſiderium exponens. At illi feſtino greſſu ad eā veniētes, religionis habitū ei tradunt, & uelo impoſito, monialem conſecrant.

Inuita cōiūgitur Sigero Regi Oſitha.

Monaſticū habitū induit.

Rediens verò Rex poſt aliquot dies à venatione, ad viſitandam Reginā alacriter properat: cernenſque eam habitu ſancto īdutam, & voto diuino obligatam, mœrore afficitur. Sed tamen nolens amorē in odiū cōmutare, illā propoſito ſuo inſiſtere ſuſtinet, licèt inuitus: conſtructiſq; ædificiis religioni accommodatis, villam Chichenſem ei dat poſsidendā. Tum illa ſacras ſibi uirgines adiungēs, uitæ auſterioris propoſitum aggreditur, morū diſciplina, ſilentii rigore & cenſura continentię ſingulas informat, & tum verbo, tū exēplo ad amorem cęleſtium & mundi contēptum indeſinenter accendit. Cumq; in Dei famulatu aliquādiú deſudaſſet, humani generis inimicus, & virtutū exterminator diabolus, beatę eius conuerſationi inuidit, & quam de die in diem proficere conſpexit, à via ſanctitatis auertere ſtuduit. Itaque ſatellites ſuos ad ſanctę virginis euerſionem miſit, è Danorum finibus filios perditionis, Chriſtianę fidei & pietatis expertes, ad depopulandam oriētalium Anglorum plagam excitās. Eius barbaræ gentis conſuetudo fuit, piraticam exercere, Chriſtianorum cędibus delectari, rapinis inhiare, ocium inane ducere, quotiès à ſceleribus & impijs facinoribus manus cōtinerēt.

Rex id permittit, & monaſteriū ei condit.

Danorū feritas.

Anno igitur Domini ſexcenteſimo quinquageſimo tertio, menſe Octobri, gentiliū caterua è Danorum partibus nauibus aduecta, apud Orientales Saxones ad villā Chichenſem appulit: atque ibi è nauibus egreſſi, rapinis & incendijs in Chriſtianos ſęuierunt. Ille verò, qui inter ſceleſtos illos primas obtinebat, conditione beatę Oſithæ & religione comperta, precibus & muneribus eam cœpit ad idololatriā prouocare, ſubiiciens etiam minas verberum & vulnerum, niſi deorum, quos colebat, venerationi conſentiret. At Virgo ſancta & blanditias contemnens, & minarum aſperitatem nihil reformidās, ſupplicia impendentia paruipendit. Quamobrèm princeps ille neq; eius conſtantiā, neq; deorum ſuorum iniuriā ferre ſuſtinens, capitali in eam lata ſententia, caput ſubmittere eā coegit. Quod cùm amputatū ei eſſet, mox corpus ſeſe ſubrigit, & caput humi iacens, manibus apprehendit, rectoq; gradu & firmis ueſtigijs progrediēs, uſq; ad eccleſiā Apoſtolorū Petri & Pauli, p tria ferè ſtadia illud deportat. Ad oſtiū autē eccleſię obſeratū ſubſiſtēs, manibus cruentatis, ut ipſi aperiatur, pulſat, & ſanguinis illic veſtigia relinquens, in terram corruit. Eo autē loco, vbi capitalē virgo ſancta ſubijt ſententiam, fons perſpicuus erupit, varijs morborum generibus prębens ſanitatem.

Dani populāt Anglos.

S. Oſitha decollat, & fert caput ſuū.

Porrò audito eius martyrio, parētes eius pręcipuo æſtuabant deſiderio, ut vel truncati corporis penès ipſos depoſito pignore conſolati, doloris iacturā redimerent. Cūq; corpus eius ad illos allatū eſſet, in eccleſia Aileſbirię in locello plūbeo illud honorificè collocarunt. Perpetratis verò multis poſteà eo loco meritis ſanctę virginis miraculis, illa in viſu cuidam fabro appàrens, Surge, inquit, & uade ad eccleſiā Aileſbiriæ,

Multa miracula ad ſacras reliquias eius.

sebiriæ,& tollens loculũ illũ plũbeũ, in quo sunt os sa mea,& equo eum cautè imponens, ad ecclesiam Chichensem deferto. Et nè tantus labor tibi pariat diffidentiam, vbi iter ingressus fueris, in viæ labore & sarcinæ sudore releuatrix & adiutrix tibi adero. Post trinam eiusmodi apparitionem, nocte quadam nactus opportunitatem, ecclesiam ingressus, excubantes sopore grauatos offendit, loculum plũbeũ è terra extractum equo imposuit, & abscessit. Manè euigilãtes custodes, excitant vicinos, plateaeũ diuerticula & callium secreta cõpendia rimantur, si fortè, quẽ persequebantur, possint cõprehendere. Cernés autẽ faber ille hominum turbã propinquare, fusa ad Deum & sãctã virginem prece, persequentes eũ, mentis alienatione, oculorũq; stupore mirabili, percussi, ad propria vacui redierunt. Faber verò vbi cũ reliquijs sanctæ virginis ad ecclesiã Chichẽsem peruenit, Mauricius Loodoniensis Episcopus io precioso scrinio eas honorificè reposuit, & Roffẽsis Episcopus q præsens aderat, à graui ifirmitate corat[?] est.

Miraculum.

Aliud miraculum.

Cùm quidã nautæ frustum marmoris ex porticu templi sanctæ Osithæ clàm secum auferrent, nauicula, io qua marmor illud deposuerant, velut terræ affixa, immota permãsit, donèc culpam suam illi agnoscerent, & marmor suæ ecclesiæ restituerent.

Pœna sacrilegij.

Clericus quidam voto simplici in monasterio sanctæ Osithæ virginis, habitum monasticum se suscepturum promisit: sed propositum, malè blandiente fortuna, exequi differens, ad extrema vitæ, morbo ingrauescẽte, perducitur. Ei sancta Ositha appãrẽs, Quid est, inquit, quòd me tam solicitè inuocas? An non meministi, quid quarto ab hinc anno tibi præstiterim? Cùm ægrotares morti vicinus, cumq; satisfacerem prouinciæ huic mortalitate imminente, impetrauiq; à Domino meo Iesu Christo, vt visitaret populum meum, tunc etiam Dominũ pro te rogaui, & tu ab infirmitate liberatus, vitæ conuersionẽ promisisti, & tamẽ ab eo tempore teipso semper deterior extitisti. Qua igitur fronte, lucris & nugis auidis deditus, me inuocare ausus es? Illo verò emendationẽ vitæ cum lachrymis pollicente, sancta virgo hilariore iam volto eum iotuẽs: Misereor, ioquit, tui, si tuipse tui misertus, Deo seruire vel serò volueris. Mox ille eius contactu sanatus, monasticum habitum accepit, & deuotè Deo seruiens, io Priorem apud S. Bartholomæum Londonij electus est.

S. Ositha cuidã apparet.

Mulierem contractam virgo sancta erexit, iuueni muto & surdo loquendi & audiendi facultatem restituit, & multis alijs, opẽ eius io sua infirmitate implorantibus, reddita sanitate, subuènit.

Multa eius miracula.

Puella quædã officio brachij adeò priuata, ut latere eius inseparabiliter inhæreret, cùm meritis sanctæ Osithæ perfectè sanata esset, uotũ cõtinentiæ nuncupauit: sed posteà cũ quodã iuuene matrimoniũ cõtraxit. Ei sancta Ositha appãrens, cur temerario ausu vota, quæ distinxerunt labia sua, rupisset, spurcissimũ coniugiũ improperãdo, redarguit, & cõpedum vinculo inuisibili pedes eius arctiùs cõstrinxit, ut pede pedi subiectũ diuellere non ualens, officio pedũ prorsùs destituta, vltionis diuinæ flagellũ sentiret. At tandẽm tamen meritis sanctæ virginis sospitati reddita, correctiùs deinceps uiuere studuit.

Vide quã grata sint Deo cõiugia eorũ, qui castua sẽ vouerunt.

Mulier quædã multis annis pedibus ingredi non potuit. Itaq; à custodib⁹ ecclesiæ sancti Edmũdi, tãq opprobriũ hominũ & plebis abiectio repellebatur. Apparuit autẽ illi quidã uenerandi vultus, atq; in visione dixit ei: Mulier, qd hic moraris? Frustra hic expectas, quod petis. Surge: alibi tibi quærenda est salus, quã efflagitas. Et illa: Quis es, inqt, Domine? Ego sum, ait, seruus Dei Edmundus. Abi ad ecclesiam sanctæ Osithæ, ut sanitatem perfectã consequi merearis. Quò cùm illa peruenisset, dolore mẽbrorum sedato, sana surrexit.

Aliud miraculum.

CERTAMEN SANCTI ET GLORIOSI martyris Demetrij, authore Simeone Metaphraste.

Cap. 1.



TENEBAT quidem Romanorum sceptra Maximianus, qui etiam Herculeus: magnoque impetu & spiritu ferebatur in Christianos: erroris autẽ simulacrorum nubes tegebat omnẽ terram, quæ est sub cælo, cnãsi, veloti lucidæ quædam stellæ eam sortitæ, resplendebant, qui passi fuerunt propter Christum. Quorum tũc vnus agnoscebatur Demetrius, qui propter fidem in Christum, erat conspiciendus, & insignis, ac celebratus propter miracula, quę faciebat io Christo. Illum tulit quidem magna ciuitas Thessalonica: quòd autem ad parẽtes attinet, erat iosignis, & genere clarissimus, ipsum referẽs ad antiquos Macedones. Sed non erat tam clarus splendore suorum maiorum, quàm ornamento suæ virtutis. Tantùm eoim animæ nobilitate superauit eos, qui erant præclari hoc nomine, quantùm corporis specie superabat eos, qui suam iactabant pulchritudinẽ. Nã erat quidẽ ei satis acutum ingenium ad capiendas disciplinas, aptum uerò ad mores colligendos, & benignitate contemperandos: & uultus elegans adspectus significabat animi nobilitatẽ. A pueritia quidẽ vsq; ad pubertatẽ, erat superior omnibus æqualibus: neq; erat aliquid ex ijs, quæ sunt uerè bona, in quo non loogo interuallo alijs præstaret: manifestumq; erat ab initio, q esset quidem arbor incũdissima, & q copiosum & bonũ fructum latura esset. Cùm autem ad uirilem peruenisset ætatem, vires ostendebat ingenij, & exercebat robur & fortitudinem, atq; in arte militari discenda laborabat, bonis ornatus moribus, & quæ in eo suauissimè florebat, verecundia & moderatione: adeò ut omnium de eo sermo celeberrimus ipsum notum reddiderit Imperatori. Cùm ergò tam præclaro & magno ingenio præditũ Demetrium animaduertisset Imperator, ab initio ad magnã eum euehit gloriam, & eũ creat Græciæ Proconsulem: adeò, ut etiam consularibus eũ indueret insignibus. Ille verò (erat eoim ad id, quod oportet, intelligendum aptissimus, & ad id, quod est præstantius, eligendum, aliorũ præstantissimus) eorum quidẽ parua ducebat rationem, ad ea tamen, quę ferunt ad Dei cultum, prẹclarè attendẽs. Et ideò quęcũq; hic sont iucunda, ex ęquo respuebat: uoius autem solius amore tenebatur, pietatis scilicet, morteq; fiebat pro Christo, & quæ ex ea proficiscitur, beatitudinẽ. Prædicabat ergò non timidè, nec cũ aliqua dubitatione, sed audacter admodũm & liberè, nomẽ Dei salutare: & nihil aliud erat ei in ore, nisi Christus. Panem autem vitæ, quẽ cognosci mus esse uerbum ueritatis, omnibus, qui erant pietate egentes, distribuit piè ac religiosè, adducẽs ex diuinis scripturis & docens, q hominẽ, qui ex beata illa, q est in paradiso, cõuersatione exciderat, & in seruitute peccati erat redactus, ipsum Verbũ, quod simul cũ patre est expers pricipij, cùm nec excessisset à Diuinitate, & carnẽ accepisset ex Virgine, & serui formã sua sponte suscepisset, dignõ fecit diuiniore viuendi ratione, & ei priorem donauit libertatem.

Patria & genus S. Demetrij.

Dat operã militiæ.

Fit Græciæ Procõsul.

Christ⁹ ei semper in ore.

Hec & alia docẽs & iterpretãs, eis exponebat, & quondam modò eis occasionẽ pbebat & semina ad hoc, vt Dei filij essent & uocarentur, &, quæ in Christo est

Cap. 2.

Multos conuertit ad Christum.

est abscondita, vitam consequerentur. Hi ẽn multi suauissima fruentes doctrina martyris, recesserunt quidẽ ab amaris tenebris erroris, accesseruntq; ad dulce lumen veritatis. Sed ille quidẽ magnũ in Christũ amorẽ concipiens, & insatiabiliter hominum salutẽ desiderans, si nõ posset omnes eripere à manibus inimici, hoc maximũ damnum arbitrabatur, nec se putabat aliquid rectè facere. Res itaque ei succedebat ex sententia: & eum transmittebat fama in omnes partes: & prędicabat Trinitatem, non solùm ijs, qui erant Thessalonicæ, & in Græcia, sed etiam longinquis de ipso audientibus. Cùm autem in eo esset, & pulchrum illud doctrinæ fluentum profunderet, veniũt ad eũ quidam, quorum munus erat scrutari Christianos, & per illorum proditionem sibi acquirere beneuolentiam Imperatoris. Itaque Demetrius non in angulis, vt iam ante significauimus, exercens Christianismũ, neque nocturnus Christi discipulus, immò uerò magister ueritatis, & apertè confitens pietatẽ, ab eis cõ-

Cõprahẽsus, ducit ad Imperatorem.

præhenditur, & defertur ad Imperatorem, quòd teneret quidem opinionem Christianorum, res autem deorũ apertè rideret & subsannaret. Maximianus autem tunc erat Thessalonicę, qui magnus quidẽ euaserat ex bello gesto aduersùs Sarmatas, multo autem magis agnoscebatur ex crudelitate quam exercebat aduersùs pios.

Cap. 3.

Cùm primùm ergò hæc audisset Imperator, variè fuit affectus. Stupebat, dolebat, timebat, irascebatur. Stupebat, propter nouitatem eius, quod audiebat Dolebat, propter uiri iacturam. Timebat, nè cùm talis esset, alios traheret ad suam religionem. Irascebatur, quòd honoris ei delati nullam duxisset rationem. Sed cùm non posset soli credere auditui, ut qui ferre non posset se tanti viri facere iacturam, (nam quod non vult aliquis, nec facilè potest credere) voluit etiã oculos assumere testes eius, quod fuerat auditũ. Iubet ergò virum ad se adduci. Is autẽ coràm constitutus, nõ extimuit imperij magnitudinẽ, non est reueritus ea, quæ expectabãtur, supplicia, nõ iudicis formidauit sæuitiam: sed hanc crudelitatem ille ratus esse materiam apertiùs ostendendi suum in Christum amorem, tanquàm leo protinùs accessit ad certamen, non molliter aut effœminatè adspiciens, neq; abiectè aliquid dicens: sed suis potiùs uerbis cõfirmans ea, quæ priùs Tyrannus de eo audierat: quòd esset quidem miles Christi, & eius solius adorator: ꝙ tantùm abesset, vt deos, qui ab eo dicebantur & colebantur, honoraret, ut eos etiam apertè irrideret & abominaretur: quodq; tormẽta, quæ ille minaretur, tunc pati ægrè ferret, quandò viderit tortores aut clementiùs, aut parciùs inferre, quàm desideret. Honores antẽ tui, inquit, ò Rex, & bona, quæ das ijs, qui tibi pàrent, quomodò eum allexerint, qui tui imperij inuidiosam coronam, illud ipsum, inquam, imperiũ cum opibus & thesauris, æquè ác tenuem puluerem despicit & habet contemptui? Quòd si etiã mihi mortem intuleris, tunc scias te mihi facere, quod est maximè optandum, vt qui ad ueram vitam, & ad Christum trãsmittas, quem magis, quam ipsam, desidero.

Eius animi fortitudo.

Cap. 4.

Hæc postquàm audiuit Maximianus, quæ ingenti spiritu, summaque constantia, & maxima libertate dicta fuerant, tunc quidem differt tormentum, callidè id potiùs faciẽs, quàm benignè. Volebat enim ei inijcere pœnitentiam, & efficere, vt interiectum tempus, tam vehementem remitteret constantiam. Et ideò in præsentia iubet, vt propinqui lauacri caminorum fornices Demetrium acciperent in custodiã. Martyr verò cùm abduceretur in carcerem, simul lętabatur, & afficiebatur dolore. Lætabatur quidem, quòd martyrium mox esset consecuturus: ægrè ferebat autem, quòd non videret tortores ad se citiùs accedere, & non iam ad tormenta & mortem acciperetur. Tantùm enim contendebat Demetrius mori propter Christum, quantùm studebat Maximianus eum superare. Cùm ergò martyr venisset in carcerem, dicebat: Deus, in adiutorium meum intende: Domine, ad adiuuandum me festina. Quoniam tu es patientia mea, Domine, spes mea à iuuentute mea. In te confirmatus sum ab vtero. A vẽtre matris meę tu es protector meus. In te laudatio mea perpetuò. Psallam Deo meo, quandiù fuero. Propterea exultabunt labia mea, quandò psallam tibi, & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam. Peractis autem precibus, videt scorpium è terra proserpentem, qui & stimulum sustulerat, & eius pedem erat puncturus. Ille autem Cruce munitus, cùm eum inuocasset, qui dedit suo figmento calcare posse serpẽtes & scorpios, illum reddit mortuum, vel potiùs eum, qui intelligentia percipitur, scorpium, qui in eo latebat. Statim autem diuinus ei apparens Angelus, eius capiti coronam imponit, dicens: Pax tibi, Christi athleta. Esto fortis, & te virum præbe. Sic qui velox est ad consolationem eorum, qui ipsum timent, Dominus, simul atque fuit inclusus in carcere, & in præsentibus placidè admodùm consolatur athletam, & ad futura implet animi alacritate. Sed Demetrius quidem sic erat in custodia.

Duciturĩ carcerẽ.

Psal. 69.

Psal. 70.

Luc. 10.

Crucis signo perimit scorpium.

Cap. 5.

Maximianus autem exhibebat spectaculum gladiatorum, & complebantur omnes pentathli ludi. Ille verò sedebat in sublimi specula, iucundissimum esse statuens versari in spectando certamine. Lætabatur enim, vt videtur, humani sanguinis videns effusionem. Erat autem quidam vir barbarus ex Maximiani necessariis, qui erat patria Vandalus, manu fortis, & validus ad luctam, & magnitudine, ꝗ modum superabat: & ideò erat ei valdè gratus, & habebatur in magna existimatione. Nomẽ erat ei Lyęus. Is insolenter iactans se omnes vincere robore corporis, stansque in pulpito, vt toti esset theatro manifestus, cæteros gladiatores prouocabat ad certamẽ. Tunc autem factus fuerat à Maximiano circus, multis comprætensus tabulis, in quem ingrediebantur, qui erant singulari certamine certaturi, & qui ad pãcratium accedebat, & luctam.

Lyæus Vãdal'.

Cap. 6.

Cùm ergò viribus corporis oẽs superaret Lyæus, & quicunque manus cum eo conserebat, statim cerneretur humì prostratus, aut etiam morte affectus, maxima Tyrannum afficiebat lætitia, propterea ꝙ prosterneret eos, qui cum ipso congrediebantur. Quidam verò nomine Nestor, ætate quidem valdè iuuenis, vt qui modò natam haberet lanuginem, adspectu autem iucundissimus, & forma præstantissimus, qui erat notus inclyto martyri Demetrio, cùm videret Maximianum sic affectum in barbarum, & gladiatorum certaminibus multas exhibere pecunias, partim quidem odio habens Lyæi superbiam, partim autem adspiciens miracula, quæ fiebant à diuino martyre, & quòd plurimi ad eum accedentes, docebantur pietatem in Christum, cupiensque hoc etiam esse vnum ex miraculis Demetrij, vt precibus illius armatus, Lyæi frangeret audaciam, & barbari deiiceret supercilium, accurrit ad martyrem, & ad illius pedes prócidens, dicit: Serue Dei Demetri, sum paratus, & mihi gliscit animus congredi cum Lyæo, si me solùm armaueris precibus. Quid ergò diuinus Demetrius? Perindè acsi ipse rogasset, non autem fuisset rogatus, exequẽdo propemodùm pręuenit petitionem: & ei velociter imposito eo, quod est in Christo, signaculo tam in fronte, quàm in corde, eum dimittit, dicens: Et Lyæum vinces, & eris

Nota de signo Crucis ĩ fronte et ĩ corde.

martyr

martyr Christi. Quod quidem perindè est, acsi diceas: Et manifestum vinces aduersarium, & enim qui non est manifestus. Sic eius animo non solum immi fit audaciā, sed & de futuro pronūciauit certissimè.

Statim ergo Nestor veniēs in stadiū, cùm per gradus descendisset, & deponit tunicam, & assistens seipsū ostendit Imperatori. Maximianus autē obstupefactus illa audacia adolescentis, & esse aliquid aliud opinatus, quàm ostentationem virtutis, iubet eum sisti propiùs, & O adolescens, inquit ei consulens, scio, quòd pecuniæ inopia coegit te ad hanc prorumpere audaciam, vt uel si viceris, multas opes tibi cōpares: aut si fueris superatus, implacabilem inimicū, paupertatem simul cum vita effugias. Ego autē tuæ ætatis & pulchritudinis misertus, vel pro sola audacia tibi præbeo, quod satis est pecuniæ. Qua accepta, abi simul cum vita fruens quoque pecunijs. Nè autē cū Lyæo omninò congrediaris: iam enim multos vita priuauit, eosque te longè robustiores. His auditis, Nestor neq; Imperatoris arripuit liberalitatem, neque rursùs Lyæi laudibus fuit territus. Imperatori autē: Nō cupio, inquit, pecunias, neq; ea de causa prodeo in certamen: sed gloriam potiùs cupiēs, & Lyæo volens apparere præstātior. Nō solùm enim diuitias, sed etiā ipsam vitā statui reijcere, si Lyæo gloria cessero. Hæc sic dicta, & Imperatorē, & eos omnes, qui aderant circa ipsum, ad iram prouocarunt, qui (Quomodò enim armatus, & quo esset fretus, ille nōdùm dixerat) arrogantiæ tantum & vanæ gloriæ uerba esse existimabant. Atqui Imperator quidē Lyæū vehementer incitabat ad certamen: impetuq; & audacia plenū eius animū reddebat acriorem. Nestori autē animū addebant verba Demetrij, & Christus. Ad quē attollens oculos, dicebat: Deus Demetrij, cōcede mihi, ut ego, qui sum ætate breuis Dauid, tanquàm alium Goliath, pudore & ignominia Lyæum afficiam. Te enim fretus, suscepi hoc certamen in medio multorum, ut tuum nomen glorificetur, qui solus es verè Deus, & ijs, qui in te virtutem faciunt, mittis auxiliū de sancto. Sic dixit, & stricto acinace ingressus theatrum, & cū barbaro congressus, infert eius cordi certam plagam. Et statim illum quidem interimit, ferè autē ipsum quoquè Maximianum dolore, quem de eo acceperat: multo verò magis ipsum quoque errorem, & cū eo eius authorem, occultum, inquam, Maximianum morte afficit.

Nestor armatus signo Crucis venit ī stadiū contra Lyæū.

c. 17.

Nestor adolescēs Christi virtute prosternit fortissimum virum.

Cap. 8.

Maximianus autem Imperator nō potuit ampliùs sedere, sed statim surrexit ira plenus & tristitia, & in aulā abijt regiam, grauia apud se versans, & luci veritatis volens impius offundere tenebras, Nestorisq; victoriam obscurare, ac per illud cultum Christi, præ multa ignorantia rem uocans præstigias. Neq; enim, aiebat, aliàs ab eo fuisset interemptus is, qui tam præclara effecerat facinora. Itaq; generoso Nestore accersito, tanq̃ res esset certa, & nulla opùs haberet inquisitione: Dic mihi, dicit, adolescens, quinam arte vsus magica, aut quosnā habens adiutores, Lyæū virū tātum interfecisti? Cui Nestor nihil territus, sed omnino confidens, quòd qui dedit illum superbū & insolentē de medio tollere, ipse quoq; de eo conuenientem dabit responsionem: Nihil, inquit, o Imperator, tale nec mihi, nec ulli est Christiano vtile. Nullus autē homo mihi fuit ad hoc adiutor nisi solus Deus Demetrii, Deus, o Imperator, Christianorum. Manifestū eius certamen fuit mors Lyæi, qui in manu forti & brachio excelso Sehon & Og, & alios innumerabiles longè magis, quàm Lyæus, virtute insignes facilè de medio sustulit, non solùm singulos, sed etiam magna circundatos multitudine. Sed cur non dicu pa, quæ sunt illo solo verè digna, cuius opus est

Num. 21.

cælum & terra, & quæ sunt in eis omnia?

Non tulerunt hæc magna aures viles Maximiani, sed pulchrorū verborū mercedem & victoriæ præmiū, ei mortem affert gladio. Et sic quidē Nestor beatū finē propter Christū est cōsecutus: & suo ense plagā accepit, sic iubente Maximiano, fortè ut ille quoquè martyrico sanguine sanctificaretur. Cùm igitur Minutianus protector, cædis fuisset administer, sic Nestor transmittitur ad Christū, quē dilexit, & à quo erat acceptutus coronas duplicis victoriæ. Hinc in Demetriū criminationes ineūntur probabiliores, quòd ipse esset causa cędis Lyæi. Valdè itaque iratus Maximianus, & simul arbitratus non fore bonū augurij, si ei occurreret Demetrius in stadiū ascendens, ad quod per lauacrū erat accessus, iubet martyrē interfici lanceis in ijs ipsis caminis, in quibus custodiebatur. Quod fit etiam. Et tu quidē, qui es omni ex parte pulcher & honestus, Demetri, qui Dominum diligenter sectaris, & omnia illius diligis, similiter atquè ipse lancea configeris, hancq; inuenis occasionem, & viam tui ad eum aduentus, beatus quidē propter vitam, beatior autem propter decessum & coronas, & propter æternam tuam cohabitationem cum eo, quem desiderabas.

Cap. 9. Nestor capite plectitur pro Christo.

S. Demetrius lanceis configitur.

Hæc quidem sic se habebant, & humi iacebat corpus martyris, neque ulla eius habebatur ratio. Omninò autem nec erat sanctum, nec Deo planè dignum, pro quo passum erat sacrosanctum illud corpus, sic ipsum despicere. Neque ergò despexit: sed quidam ex iis, qui Christum amabant, noctū accedētes, cùm valdè turpiter iacens corpus preciosum sustulissent, id piè componunt. Deinde etiam iniecto puluere, in eo ipso loco, in quo fuerat cōsummatus, sepeliunt piè ac religiosè. Quidam autem ex sanctis famulis, stans propè eum, quandò beatam illam sub ijt cædem, cùm vt potuit, diuinum illum sanguinē collegisset in sacro martyris superhumerali & quē manu gestabat annulum accepisset, & martyris sanguine tinxisset, per ipsa faciebat plurima miracula. Neque erat vllus morbus, neque malus dæmon tam fortis, quin statim, si illius fecisset periculum, superaretur: adeò vt tali fama miraculorum impleretur tota ciuitas Thessalonicensium. Quocircà nec erat consentaneum eā latère Maximianum, nec ferre pol se inuidiam. Et ideò capitur protinus famulus, horum bonorum procurator, & interficitur. Tribunal locus, in quo fuit occisus: Lupus autem vocabatur egregius ille famulus. Procedente autem tempore, & signis ex loco, in quo latebat corpus martyris, tū Macedoniam, tum etiam Thessaliam peruadentibus, quinetiam caligine simulacrorum conuersa in perfectam serenitatem, quidam Leontius, & gloria clarus, & Christi amore ardens, qui tunc erat Præfectus Illyrici, profectus Thessalonicam, à graui morbo inuaditur, ita eū premente, vt nec comederet, nec biberet: quæ ab omnibus autem fugitur, mortem putaret rem valdè optandam, & à malo, quod eū vexabat, solam liberationem. Cum ergò & medici à morbo apertè vincerentur, & amicorum præsentia ad cōsolandum dolorem inanis labor ei reputaretur, nulla autē spes esset fore, vt à morbo liberaretur: cùm, inquam, agitaretur tantis fluctibus, & planè ineuitabilibus, Præfecto sacra quædam ancora fuit refugiū ad diuinum templum martyris. In quod cùm fuisset introductus, flexis genibus, & depositus fuisset in loco, in quo sacrum illud corpus fuerat in terra conditum, (O diuinam visitationem, O rem ineffabilem.) Sufficeisset quidem ad apertè ostendendam Demetrii gratiam & virtutem, si cùm depositus aliquo tempore expectasset, & vehementissimè orasset, sepsisset

Cap. 10.

Plurima facit miracula sanguis eius.

fisset auxilium. Nunc autem hoc est maximè nouũ, hoc ell miraculorum illius iucũdissimum, quòd omnia, hæc simul concurrerunt, ægroti in templo deposito, martyris per labra illius inuocatio, & morbi' facilis eiectio.

Leontius præfect' celerrimè curat.

Leontius tam celerem consecutus curationem, ipse quoquè celerem reddit remunerationem. Nam cùm domunculam, in qua sacrum corpus martyris depositum fuit, quæ erat parua admodùm & angusta, & lauacri comprahensa erat ambitu & stadii, euertisset, templum in ipsa ciuitate Thessalonica ab ipsis extruait fundamentis: quod nunc quoquè cernitur medium inter publicum lauacrum & stadium pulcherrimè excitatum: pulchritudine enim & magnitudine nulli alii cedit ea iis, quę mouent oculos ad admirationem & volupatatem.

Elegãtissimũ templũ cõdit S. Demetrio.

Cap. 11.

Abiturus autem hic uir pius in Illyricum, cùm vellet aliquam partem sacri corporis accipere, vt illic quoq; excitaret templum glorioso martyri, sanctus non est ei assensus, sed nocturnis apparitionibus eũ arcet à cœpto. Propterea secunda, vt dicitur, nauigatione cùm chlamidem martyris, quæ illius venerando sanguine fuit cruentata, & ex eius superhumerali aliquid accepisset, quod solent appellare orarium, & in preciosa arca, quod verè erat preciosum, deposuisset, sic martyris quidem satisfecit desiderio, & sibi maximam acquisiuit securitatem. Certè cùm hyemis tempore reuersurus in Illyricum, ob seria quædam negocia Syrmium properaret, & iam peruenisset ad ripas cuiusdam fluminis, quoniam illud excreuerat, & magnum attollebat fluentum, & proptereá à nullo poterat omninò trãsmitti, & multum quidem temporis intercesserat, fluentum autem minimè cessabat, sed iis, qui transmittere volebãt, prohibebat transitum: is afficiebatur magna animi ægritudine, & erat valdè cogitabundus, & uersabatur in perplexa dubitatione. Ei verò apparens diuinus Demetrius: Omni, inquit, animi ęgritudine & incredulitate procùl eiecta ab animo, quod tecum fers, gestans manibus, transi fluuium citra dubitationem. Paret Præfectus ei, qui apparuerat: & cùm manè ascẽdisset vehiculũ, per flumen, capsam portãs manib. & cũ aĩo tenens erectos quoquè oculos, gradiebat, fluẽso tacitè recedente, & cedẽte nutibus, qui nõ cadunt sub adspectũ, dignũ quidẽ admiratione, fide autem, quã habebat in martyrẽ, nõ indignũ subiens transitũ.

S. Demetri' ei apparet.

Cap. 12.

Cùm sic ergò illęius traiecisset, & Syrmium peruenisset, templum ibi quoq; martyri extruait, sacramque illam capsam cum thesauro, quem seruabat, in eo deponit. Collocatum autem erat prope templũ gloriosæ martyris Anastasiæ, vt martyres martyrib' quomodò sursùm, sic & deorsùm appropinquarent. Multa aũt miracula & curationes etiã in ipsa via, dũ ferretur illa chlamys sanctificãs, plurimi sunt cõsecuti, Gratia & virtute Christi veri Dei nostri: Quẽ decet oĩs gloria nũc & semper, & in secula seculorũ, Amẽ.

Nota de chlamyde martyris.

VITA S. PELAGIAE, QVAE EX INsigni peccatrice facta est perfectæ pœnitẽtię exẽplar. Author est Iacob' Diacon' Heliopoleos, habeturq; in vetustis MS. Codic. sed stylũ passim nõnihil elimauit F. La. Su. plerisq; redditis paraphrasticos.

PROLOGVS AVTHORIS.



AGNAS semper Deo ac Domino nostro gratias agere debemus, qui non vult mortem peccatoris, neque vt ille pereat: sed oẽs potiùs homines vult saluos fieri, & per pęnitentiã redire ad vitam, quam peccando amiserant. Audite ergò rem admiratione dignissimam, quæ accidit in diebus nostris Visum est mihi peccatori Iacobo scribere eam vobis fratribus sanctis, ut vel legendo, vel audiendo illam cognoscatis, & animabus vestris maximam spiritalis consolationis materiam comparetis. Misericors enim Deus, cum non sit volnntas eius mors impij, pęnitentiæ remediũ offert lapsis in peccata, vt per dignos pęnitentię fructus & satisfactioois opera, quę malè admissa sunt, expientur & aboleantur. Posteá verò futurum est iustum & æquissimum iudicium, in quo recipiet vnusquisque secundùm opera sua, quemadmodùm innumera scripturæ diuinæ loca testantur. Nunc ergò silentium mihi præbete, & quæ dicturus sum, attentis animis accuratè contemplamini: habent enim materiam sanè vberrimam compunctionis salutaris.

Ezec. 18. 1. Tim. 2.

Ezec. 18.

Matt. 25. Rom. 2.

NARRATIO.



ACRATISSIMVS Antiochenę ciuitatis Episcop' acciuit ad se oẽs vicinos Episcopos ob certam quandam causam. Venerũt igitur ad eum octo antistites, & in ijs vir Dei Nonnus sanctissimus, admirandus sanè & pręstãtissimus monachus, meusque Episcopus, è Tabenẽsiotarum monasterio extractus ob vitã incomparabilem, & spectatissimam conuersationem atque morum integritatem. Cùm sic autẽ illi conuenissent, Antiochenus Episcopus iussit nos manere in basilica beatissimi Iuliani martyris: ad cuius fores sedentibus Episcopis, nos quoq; ad eos accessimus. Rogarunt autem illi Nonnum dominum meum, vt sermonem ad ipsos haberet. Nihil uerò cũctatus ille, cępit loqui ea, quæ facerent ad ædificationem & salutem omnium, qui eum audiebant. Cunctis uerò admirantibus sanctam eius doctrinam, eccè subitò transiit iuxta nos prima Mænadum Antiochiæ, insignis meretrix asello insidens, cum incredibili pompa & apparatu, vsque adeò compta & ornata, ut nihil in eius vestibus cerneretur præter aurũ, margaritas & gemmas: ipsi etiam pedes eius auro & margaritis tegerentur. Stipabat verò eam ingẽs turba puerorum & puellarum, cultis magniq; precii induta uestibus, & torques aureas ad collum ferens. Ex iis alii antecedebant, alii sequebantur eam. Tanta autem erat eius formæ pulchritudo & elegantia, ut homines huic mundo dediti, ea conspicienda exsatiari non possent. Cumque nos præteriret, totum impleuit aerem odorum mira fragrantia & suauitate.

Octob. 8. Cap. 1.

Nonnus Episcop' sanctissimus.

Pelagia scortum insigne.

Cap. 2.

Eam vt viderunt Episcopi impudenter & inuerecundè prætereuntem, nihil uelato capite, & nudis scapulis omnium oculis petulanter expositis, taciti ingemiscebant, & facies suas tanquàm à re execrabili & immani scelere auertebant. At Nonnus beatissimus, intentissimè in eam suos defigens obtutus, diù eam contemplabatur, ita vt etiam in abeuntem non cessaret acriter intueri. Deindè uultu ad Episcopos conuerso, An non, inquit, affecit uos huius fœminæ tantus decor, tantaque venustas? Illis nihil respondentibus, deposuit faciem in genua sua, & sudarium, quod manibus tenebat, & flens largiter, totum sinum suum compleuit lachrymis, & ab imo pectore longa ducens suspiria, rursùs ait ad Episcopos: Nihil ne delectatus estis tanta eius pulchritu-

Eccè vir sãctus ex turpi fœmina capit occasionem putatus.

dine? Illis tacentibus, Ego verò, inquit, mirificè delectatus sum. Eccè enim omnipotens Deus hanc fœminam statuet coram admirabili & tremenda sede sua, ea et tam nos, quàm munus & ministerium nostrum iudicaturus. Quot enim, putatis, horas expendit hæc mulier, dum in cubiculo suo se lauat & componit, omnem animi curam & cogitationem adhibens ad ornandum sese, nè quid possit in ea decoris & pulchritudinis desiderari, ut placeat omniũ oculis, nec deformis vlla ex parte uideatur amatoribus suis, q hodiè sunt, cràs fortassis nusquàm erunt? Et nos habẽtes patrem omnipotentem in cælis, Dominum im-

1. Pet. 1. mensæ maiestatis, sponsum immortalem, in quẽ desiderant Angeli prospicere, cuius pulchritudinem sol & luna mirantur, amplissima reponentem præmia, ipsi fidem integram seruantibus, & ad eius uoluntatem ità, ut par est, sese accommodantibus, diuitias & honores immensos in cælis, deniquè ea, quę oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, liberaliter & prolixè promittentem: nihil studemus ornandis miseris animabus nostris, neque sordibus detergendis culpisque, quibus animæ turpissimè fœdantur, expiandis: sed patimur eas iacère supinas, ocio desidiaque marcescere.

Cap. 3. Non' mirè plangit sese cõparatione scorti illi'

His dictis, appræhendit manum meam, simulque peruenimus in hospitium, vbì nobis cubiculum paratum erat: in quod ille ingressus, pronum se humì abiecit, pectusq; suum multùm verberans, & ubertim plorans, dixit ad Dominum: Domine Iesu Christe, ignosce mihi misero & indigno peccatori. Eccè enim huius diei ornatus, quem hæc fęmina adhibet componendo & excolendo corpori suo, uincit omnem ornatum animæ meæ. Quali ergò fronte te respiciam Deus meus, aut quibus sermonibus potero me iustificare in conspectu tuo? Non enim uolo celare & abscondere tibi cor meum, quandoquidem tibi patent omnia arcana pectoris mei, & nulla te latet cogitatio. Et væ mihi peccatori & indigno, qui assisto ad sanctum altare tuum, nec exhibeo tibi pulchram, sicut tu expetis, animam meam. Illa promisit, quòd ità comparare se velit, vtˀ placeat mortalibus hominibus, & stat promissis suis: ego verò pollicitus sum daturum me operam, vt placeam oculis diuinæ maiestatis tuæ, & turpiter mentitus sum, fidemque fefelli desidia & pigritia mea. Nudus ergò sum tam in cælo, quàm in terra, dum non pàreo mandatis tuis, nec impleo, quæ tu iussisti. Non ergò mihi bonorum operum spes est, sed spero tamen in misericordia tua, qua me saluatum iri confido.

Cap. 4.

Hæc illo dicente, & multùm plorante atque eiulante, eodem die magnam egimus celebritatem. Adueniente autem Dominico die, post absolutas nocturnas orationes, dicit ad me sanctus Nonnus Epi-

Visio ei'. scopus: Somnium vidi, frater Iacobe Diacone, nec mediocriter perturbor, quòd scire nõ possum, quidnam sibi velit. Vidi enim ad cornu altaris stans, colũbam nigerrimam multis sordibus conspurcatam: cumque circùm me volitaret, fętorem & squalorem sordium eius ferre non potui. At illa nihilominùs

Hæc est missa uel missio catechumenorũ, qui à mysterijs sacrosanctis arcebantur.

permansit apud me, donèc catechumeni dimitterentur. Nam simulatque proclamauit Diaconus ad catechumenos, Procedite, vel Abscedite, nusquàm illa comparuit. Porrò post Missam fidelem & peractum sacrificium, cùm dimissa esset Ecclesia, me extra domus Dei limen prodeunte, rursùs aduenit columba, multis contaminata sordibus, & circa me uolitans. Ego verò extensa manu comprehendi eam, proiecique in lauacrum aqua plenum, quod erat in sanctæ ecclesiæ atrio: in qua aqua omnes illa sordes adeò deposuit, vt indè instar niuis candida exiret, atque in sublime volans, prorsùs à meo conspectu subduceretur. Hoc somnium cùm mihi sanctus Episcopus narrasset, appræhendit me, & simul accessimus ad summam ędem cum cæteris Episcopis, & eius ciuitatis Episcopum salutauimus.

Cap. 5.

Ingressus autem ille Episcopus, omnem populũ adhortatus est: cumq; sedissent antistites in thronis suis, post omnem canonicam celebrationem & sancti Euangelii lectionem, idem ciuitatis Episcopus porrexit beatissimo Nonno sanctum Euangelium, hortans eum, vt verba faceret ad populum. Tum ille aperiens os suum, loquebatur Dei sapientiam, quæ in eius pectore sibi fecerat domicilium: nec quicquã eius sermo humanæ artis aut philosophici supercilii, nihil exoticum aut superuacaneum redolere uidebatur: sed cùm esset plenus spiritu sancto, arguebat & admonebat plebem, syncerissime loquens de futuro iudicio, & bonis sempiternis, quæ reposuit Deus ipsum diligentibus. Tanta autem fuit uis & efficacia verborum, quæ per eum loquebatur spiritus sanctus, ut populus mirè compunctus, ecclesiæ pauimentum suis lachrymis irrigaret. Accidit autem, diuina id agente misericordia, ut ad eam ecclesiam

Magna efficacia concionis Nonni Episcopi.

etiam hęc meretrix, de qua iam diximus, & quod mirum est, iam catechumena veniret, cùm nunquam vlla ei cura fuisset peccatorum suorum, nec unquàm ad templum accessisset. Itaque subitò diuino est cõpuncta timore, cùm sanctus Nonnus in peccata populi inueheretur, ità vt desperaret de se, & copiosos

Pelagia resipiscit.

lachrymarum imbres ex suis funderet oculis, nec vllo modo sibi à lachrymis temperare posset. Mox verò præcipit duobus pueris suis, vt eo in loco expectarẽt, donèc egrederetur sanctus Nonnus Episcopus, eumq; abeuntem sequerẽtur, viderentq; quò diuerteret idq; ipsi renunciarent. Fecerunt pueri, quod hera iusserat, nosque subsequentes, venere nobiscum in basilicam beatissimi martyris Iuliani, vbi nobis hospitiũ siue cellula erat: Indè autem egressi, abierũt ad heram suã, indicarunt que ei, Nonnum Episcopum in beati Iuliani martyris basilica manere.

Cap. 6. Scribit ad Nonnum Episcopũ.

Id illa audiens, mox per eosdem pueros literas mittit ad Episcopum, hunc in modum scriptas: Sancto discipulo Christi, peccatrix & discipula diaboli. Audiui de Deo tuo, quòd cęlos inclinans, descenderit in terras, non propter iustos, sed ut peccatores

1. Tim. 1.

faceret saluos: usque adeò se humilians, ut publicanis familiariter se adiunxerit, & is, in quem Cheru-

Matt. 9.

bim non audent respicere, cum peccatoribus versatus sit. Et tu mi domine, qui multa es præditus san-

Iohan. 4.

ctitate, tametsì corporeis oculis non uidisti Christum, qui illi meretrici Samaritanæ se humanissimũ exhibuit apud puteum: at tamẽ verus illius cultor es, quemadmodùm à Christianis accepi. Quòd si ità est, & illius Christi verus discipulus es, non me despicias, per te cupientem venire ad conspectum Saluatoris, & illius sanctissimam faciem intueri. Ad hæc sanctus Nonnus ità rescripsit: Quæcunque tandèm sis, manifesta es Deo, nec latet eum consilium & uoluntas tua. Interim tamen vide, nè tentare ausa sis humilitatem meam, qui sum homo peccator, seruus omnipotentis Dei. Quòd si reuerà tenet te desiderium pertingendi ad huius Dei virtutem & fidem, meque videre vis, sunt mecum alii Episcopi, quibus præsentibus, non negabitur tibi copia me uidendi: sed sola profectò non admittèris ad conspectum meum.

Ecce quam solicitè caueat à femineo colloquio.

Hæc cùm illa legisset, magna perfusa animi exultatione, cursu contendit ad basilicam beati martyris Iuliani, indicauitque nobis se eò aduenisse. Id vbi comperit sanctus Episcopus Nonnus, vocauit ad se

alios

alios Episcopos omnes ac deindè iussit eam ad se accedere. Veonilla, vbi sedebant Episcopi, seseque in pauimentum prono vultu prosternens, apprahendis pedes beati Nonni, aitque ad eum: Rogo te, mi domine, imitare magistrum tuum Dominum Iesum Christum, & impertire mihi humanitatem, meque Christianam effice. Ego enim sum pelagus flagioorum, & quędam iniquitatis abyssus. Peto autem sanctum mihi conferri baptisma. Cumq; via ei persuasisset Episcopus, vt à pedibus eius surgeret, sic illi locutus est: Sacri Episcoporom Canones uetant baptizari meretricem, nisi fideiussores adhibeat, qui fidem dent eam non redituram ad anteactæ vitæ turpitudinem. Hac Episcopi sententia audita, rursùs in pauimentum se abiicit, compræhensosque sancti uiri pedes rigat lachrymis, & capillis suis detergit, dicitque illi: Tu itaque rationem reddes iusto iudici Deo pro anima mea, & tibi ipsi abo omnia scelera & flagitia mea, si distuleris mihi impuræ & turpissimæ salutaris lauacri beneficium impertire. Non sit tibi portio apud Deum inter sanctos eius, nisi me feceris alienam à maleficiis & peccatis meis. Negasse Deum, & idola coluisse censearis, nisi me hodiè in Christi Iesu sponsam renasci feceris, & obtuleris, Deo puram & immaculatam.

Ecce pura meretricis confessionem.

Tom verò Episcopi omnes & clerici, qui conuenerant, videntes illam insignem meretricem, flagitiis omnibus coopertam, magno Dei desiderio eiusmodi sermones promentem, cum multa admiratione dicebant, nunquàm se talem uidisse fidem, tantumque obtinendę salutis desiderium, quantum in illa fœmina appareret. Moxque ablegarunt me peccatorem ad Episcopum ciuitatis, vt hæc omnia ei significarem, rogaremque vt eius beatitudo unam ex Diaconissis iuberet mecum venire. Episcopus bis auditis, incredibili affectus gaudio, Benè, inquit, pater venerabilis, te isthęc opera sustinebant: scio, quòd os meum eris. & confestim iussit mecum ire dominam Romanam, quæ in Diaconissis primas obtinebat. Ea veniens, offendit Pelagiam adhuc ad pedes sancti Episcopi iacentem, viaque ei persuaderi potuit, vt surgeret à terra. Dixit autem ei Episcopus Nonnus: Surge filia, ut exorcismus tibi adhibeatur. Priùs autem confitere omnia peccata tua. Illa respondit: Ego si velim euoluere conscientiam meam, sat scio nihil me boni operis illic reperturam. Certa autem sum peccata mea suo pondere vincere maris arenam: & propè nihil esse uniuersum mare præ immensa mole innumerabilium peccatorom meorum. Sed tamen confido de Deo tuo, remissurum eum pondus iniquitatum mearum, & me pro sua clementia respecturum. Ait ad eam sanctus Nonus Episcopus: Dic quo voceris nomine. Respondit illa: A parentibus Pelagiæ nomen mihi impositum est: sed ciues Antiocheni Margaritam me vocant, propter copiā margaritorum & moles ornamentorum, quibus me mea scelera instruxerunt. Fui enim pròh dolor malè compium diaboli rete. Rursùs ad eam sanctus Episcopus: Proprio ergò, inquit, nomine Pelagia diceris? Respondit illa: Planè, mi domine. Mox Episcopus exorcizauit & baptizauit eam, & cùm imposuisset ei signū Domini, atq; cruce eam consignasset, Dominicū corpus ei tradidit. Spiritalis verò mater ei attributa est sancta domina Romana, prima Diaconissarum: quæ eam ad se accipiens, ascendit cum ea in locum, vbi cathecumeni instituebantur, quòd & nos illic maneremus.

Cap. 7. Vir eius fidē et obtinēda salutis desiderium.

Ab immodico ornatu Margarita nomen accepit Pelagia.

Cap. 8. Ait autem ad me Nonnus Episcopus: Lætum hūc diem agamus, frater mi, cum Angelis Dei, & præter morem nostrum, oleum accipiamus in cibum, & vinum cum spiritali iucunditate bibamus propter huius puellę salutem. Sumentibus itaque nobis cibum, audiuntur uoces subitò, tanquàm hominis uim magnam patientis. Clamabat enim impurissimus dæmon, dolens eam animam è suis faucibus, singulari Dei misericordia & beati Episcopi opera, ereptam: Heu me miserum, inquit, quid ab hoc decrepito patior sene? Non tibi sufficiunt triginta millia Saracenorum, quos mihi abstulisti, & baptizasti & obtulisti Deo tuo? Non tibi sufficiebat Heliopolis, quæ cùm esset ditionis meæ, & omnes eius habitatores me colerent & adorarent, tu eam à me abalienasti, & restituisti Deo tuo? Eccè enim separasti à me maximam spem meam, nec iam ferre possum machinationes tuas. Eheu quid persero ab isto homine execrabili? Maledicta sit dies illa, in qua natus es tu: flumina lachrymarum inundant domicilium meum. Ablata à me est spes mea. Hunc in modum clamitabat miser ille, & ad fores dabat eiulatus, ità vt ab omnibus audiretur. Deindè & ad neophytam puellam sese cōuertens, Hæccine, inquit, mihi facis domina mea Pelagia, & imitaris Iudam meum, proditorem Domini sui: qui cùm ab illo esset gloria & honore coronatus, & ad Apostolicę dignitatis culmen euectus, tradidit illum infelicissimis hostibus eius? Sic enim in quoquè mihi fecisti. Ait autem ad eam sanctus Nonnus Episcopus: Imprime tibi signum Crucis Christi, & prorsùs illi nuncium remitte. Consignauit illa sese in Christi nomine, & insflauit in dæmonem. Mox ille euanuit miser.

Vide quot hominum millia sāctus Nōnus cōuerterit.

Satā multū conat ad se reuocare Pelagiam.

Cap. 9. Rursùs ei molestus est.

Indè post biduum, cùm dormiret cum Romana in cubiculo suo, noctè ei diabolus apparuit, eamque excitans, Quæso te, ait, domina mea Margarita, an non auro & argento locupletata es? an non auro & gēmis magni precii ornaui te? Quid uerò unquam tibi molestię attuli? Responde mihi, vt & ego tibi satisfaciam: tantùm, nè per te Christianis ludibrio sim. At illa rursùs consignauit se, & insflans in eum, ait: Deus meus, qui me extraxit ex imis faucibus tuis, & admisit in cælestem thalamum suum, pro me pugnabit, tibique resistet, teterrime satan. Et eccè repentè ille impurus nusquàm comparuit. Tertio indè die à baptismo suo rogauit famulum suum, cui curam omnium facultatum suarum demandarat, ut describeret omnes res eius, & quicquid haberet auri, argenti, ornamentorum & preciosarum uestium, ad ipsam adferret. Fecit ille, ut iussus erat. At illa mox acciuit ad se per sanctam Romanam beatissimum Nonnum Episcopum, omnesque opes suas eius permisit uoluntati: Hæ sunt, inquiens, mi domine, facultates & copiæ, quibus me ditauit egentissimus satan: has ego pono in manibus tuis, ut quod nosti expedire, id facias ex iis. mihi enim iam expetendæ & inquirendæ sunt immensæ opes & thesauri inexhausti Domini & Saluatoris mei Iesu Christi.

Oēs facultates suas tradit Nōno Episcopo.

Confestim Episcopus accersiuit ad se seniorem ecclesiæ custodē, eaq; pręsente, oēs facultates eius illi tradidit: Adiuro te, inquiens, per inseparabilem Trinitatē, nè quid ex his rebus inferatur uel in Episcopi domum, uel in ecclesiam: sed in viduas, & orphanos, & pauperes erogētur omnia: ut quæ malè & per scelus parta sunt, benè & religiosè expendātur, & opes peccatricis cōuertantur in iustitiæ thesauros. Quòd si tu contēpto hoc iuramēto, siue per te, siue per aliū quēuis quicquā ex his subtraxeris, anathema occupet domū tuā, & cum iis ea habeas partē, q dixerūt, Crucifigatur, crucifigatur. Pelagia verò acciuit ad se oēs pueros & puellas suas, eosq; libertate donauit, & torques aureas de manu sua eis tradens: Ocyùs, inquit, afferite & liberate vos ab hoc seculo neq; ac

Cap. 10. Iubet Episcop̄ eas distribui pauperib.

catis & flagitiis conperte, vt quêa lmodùm in hac uita inter nos coniuncti fuimus, ita fine fine in illa vita beatissima pariter viuamus.

Cap. 11. S. Pelagia cilicina ue ste clam fugit Hierosolymã. Luc. 10. Octauo autem die, quandò albam vestem deponere debuit, nocte nobis prorsus insciis illa surrexit: deponensque baptismatis vestem, cilicinam induit, nec posteà vnquàm Antiochiæ uisa est. Flebat autem eã sancta Romana acerbissimè, sed S. Nonnus consolabatur eam, dicens: Noli flere filia, sed potiùs exulta & lætare. Pelagia enim optimam partem elegit instar Mariæ, quam Dominus in Euangelio Marthæ antepoouit. Abiit verò Pelagia Hierosolymam, & in monte Oliueti, vbi Dominus precatus est, sibi cellulam construxit. Non diù pòst Antiochenus Episcopus dimisit à se antistites omnes, qui ad eum uenerant, vt singuli ad sua reuerterentur. Elapso todè triênii aut quadrieunii spatio, mihi Iacobo cupido incessit proficiscendi Hierosolymam, & adorandi illic resurrectionem Domini Saluatoris. Rogaui itaque Episcopum meum, ut mihi cum ipsius bona venia eò licerei proficisci. Assensit ille, iussitq; vt vbi eò peruenissem, inquirerem de quodam fratre Pelagio monacho, qui aliquot annis uixisset solitarius & inclusus, diceremque me illum velle inuisere. Poteris enim, inquit, ab eo adiuuari. Hæc uerò subobscurè ille dicebat de ancilla Dei Pelagia.

Cap. 12. Perueni igitur Hierosolymam, & cùm adorassem sanctam Christi resurrectionem, altera die perquisiui de seruo Dei Pelagio. Inueni autem illum in monte, vbi Dominus orauit, in exigua eaq; undique conclusa cellula degentem, in cuius pariete parua fenestra uisebatur. Percussi itaq; ostium fenestellæ, moxq; illa aperuit, uidensq; me facilè agnouit, cùm ego illã prorsus non agnoscerem. Quo. n. pacto cognosci posset, quæ mihi anteà uisa erat summa formæ elegãtia & pulchritudine, at nunc præ nimia abstinentia vultus macie extabuerat, oculi intrò recesserãt, vt quædam concauæ fossę viderentur? Ait verò ad me: Vndè venis frater? Respõdi me missum ad ipsam à Nõno Episcopo. Et illa: Oret, inquit, pro me, quia vere rã sanctus vir est moxq; occlusit feoestellã, cœpitq; psallere preces horæ Tertiæ. Ego postquam oraui ad parietẽ cellulæ eius, recessi, multum adiutus Angelico eius conspectu. Reuersus indè Hierosolymã, monasteria perlustraui, inuisiq; fratres. Magna autẽ Pelagii fama in iis percrebuerat. Quamobrẽ cõstitui rursùs ad eam reuerti, vt possem eius salutari doctrina recreari. Sed ubi ad cellulam eius pulsani, eãque nominatim appellaui, nihil respondit. Cûq; idẽ fecissem altero & tertio die, nullã eius vocem persensi. Dixi itaq; apud me: Aut nullus hic est, aut ille monachus, qui hìc mihi uisus est, iã aliò cõmigrauit. Interim diuino quodam permotus instinctu, Quid si, inquam, per fenestellam intrò inspiciam? Inspexi ergò, & uidi eam exanimem. Mox occlusa fenestella, & luto diligenter obstructa, cursu abeo Hierosolymã, referoq; ad fratres, Pelagiũ mirabiliũ operũ patratorẽ, in Dño quieuisse. Veniunt itaq; sancti Patres cũ multis diuersorũ monasteriorũ fratribus, patefaciũt cellulæ ostiolũ, S. Pelagiæ corpusculũ foras exportãt. Quod cùm myrrha cõdire uellet, animaduertũt fœminã fuisse, magnaq; voce exclamãt: Gloria tibi Dñe Iesu Christe, qui multos habes in terris thesauros abscõditos, non in virili duntaxat, sed etiã muliebri sexu. Abiit sũt rumor ad totius populi aures, veneruntque ea omnibus monasteriis virginum, tã quæ in Hiericho, quàm quæ ad Iordanem erant, ubi Dominus baptizatus est, cum cereis, lãpadibus & hymnis: depositæq; sunt sanctæ eius reliquiæ, & à sãctis patribus absportatæ. Hæc est uita meretricis, hæc cõuersatio desperatæ: cũ qua etiã nos faciat Dominus inuenire misericordiam in die iudicii: Quoniam ipsi est honor & gloria, potestas & imperium, in secula seculorum, Amen.

Ex nimia inedia pene confecta est.

S. Pelagia excessit è vita.

In veste uirili egit pœnitentiam.

MARTYRIVM SANCTI MARTYris Dionysii Areopagitæ, & sociorum eius, authore Simeone Metaphraste. Citatur autem hæc historia in Synodo Florentina.



OLIM quidem fides sita erat in figuris & ænigmatibus, & nube vmbræ tecta erat lux veritatis. Postquàm autem nostræ salutis magnum peractum fuit mysterium, & qui finxit singulatim corda nostra, suæ benignitatis in nos misericordia, citra peccatum natus est sicut nos: & alia subiit, quæ sunt humanæ imbecillitatis, vt ego primam reciperem nobilitatem: & postremò cõdemnatus fuit morte Crucis: &, nè dicam singula, (sunt enim multa intermedia œconomiæ carnis susceptæ mysteria) finem accepit corporeus aduentus: incipit clara manifestatio ueritatis: & in cælum ascendit meus Christus, & ad sedem paternam reuertitur: &, qui ex ipso procedit, spiritum demittit discipulis, vt essent duces gẽtium infidelium. Per quem beatus quoquè Paulus ex umbra deductus fuit ad veritatem. Tunc tùc is zelo Christi percitus, quemadmodùm ipse captus fuit ad pietatem, ità etiam orbem terræ ad se studebat attrahere, & Christo per fidem coniungere. Et vt ea omittã, quæ ab ipso Amphipoli facta sunt, & in Thessalis, & omnibus in locis, in quibus eius sermo, perindè ac quædam sagena, multos venatus est ad pietatem: eorum solùm meminero, quæ Athenis facta sunt, per quæ ab Apostolo ipso magnus quoquè captus fuit Dionysius: qui patriam quidem claram, & parentes claros consecutus, ad magnam peruenit gloriam. Nam iusti quidem erant, & illi ex Atheniensibus, ne dicam soli, ità vt iustitia insigne illis esset, æqui amicis, mansueti hospitibus, benigni in familiares, & uera bonitas erat eis bonitas, non ostentatio, quę habet improbitatem magna ex parte insidiantẽ: immo quidam apertus animæ fetus, & character internæ affectionis.

Cap. 2. Postquàm autem fuit Paulus Athenis, & congressus cum Epicureis & Stoicis, qui Pythagoræ dogmata sectabantur, instabat operi, nempe vt eos abduceret à dogmatibus impietatis, & traduceret ad pietatem, & euerteret templa simulacrorum, & persuaderet Atheniensibus, fore vt resurgerent in vltimo die iudicii, & darent pœnas eorum, quę fecissent: ii, ut qui essent aliis affecti superstitiosius, & in multas diuisi essent opiniones, aggrediebantur eum subsannare, uocantes eum annunciatorem nouorum quorundam dæmoniorum, Nè autem ab eis appeteretur sola subsannatione, sed molestum etiam aliquid sustineret, dans rationem eorum, quæ ab ipso prædicabantur, appręhendentes eum duxerunt in Areopagum, quę tunc quidem erat locus congregationis, & Athenarum erat adhuc iudicium. Nam etsi tunc Romani in omnes obtinerent Imperium, Athenienses tamẽ & Lacedęmonios sui iuris dimiserant. Cùm eum ergò adduxissent in illorum conspectum, qui & propter sedium altitudinẽ, &, quæ enacuatur, sapientiam, se magnificè circunspiciebant: & simul eorũ, quæ fiebant, auditores & iudices præsidebãt, quorum

Oct. 9. Cap. 1.

Hic aperte dicitur Spiritussanctus à filio procedere.

Act. 17. Patria & parentes S. Dionysii.

Act. 17.

Areopagus apud Athenas.

rum unus etiam erat Dionysius, cuius & in dicendo, & iudicando præcipuæ erant partes: Quænam est hęc noua, quæ à te dicitur, doctrina, Paulo dixerűt, sapientiaque & ingeniosa decreta? & quis est Iesus Deus & homo, & in ligno uitæ dator & iudex, à quo in ius vocatur quilibet redditurus rationem? Quædam enim noua & aliena defers ad aures nostras. Volumus ergò scire, quid hæc sibi uolűt, & quò tēdunt.

Cap. 3. *Prou. 15.*

Ille autem res eorum primùm extollens & laudans, nè insuetis & alienis verbis irritarentur, (Iram enim, ait ille, auertit, se submittens, responsio) Viri, inquit, Athenięses, per omnia quasi superstitiosiores uos uideo. Transiens enim, & adspiciens ea, quæ colitis, inuèni etiam aram, in qua inscriptum erat, Ignoto Deo. Quem ergò ignorantes colitis, eum annuncio uobis: si eum fortè contrectaueritis, & inueneritis: etsi non sit longè ab unoquoque uestrum. In ipso enim uiuimus, & mouemur, & sumus. Hæc cùm illi audiissent, quoniam grauibus sententiis plena erat oratio, tanquam sono tonitru essēt obstupefacti, elingues & muti euaserant. Cùm autē vix tandèm dixissent, Audiemus te postridiè: eum dimiserunt è iudicio. Egreditur ergò Paulus, non inanibus, ut vulgò dicitur, manibus, sed secum accepto, qui eum sequebatur, Præside, & classis sophistarum principe, hoc magno, inquam, Dionysio. De quo, tāquàm quispiam victor Olympicus, aut dux exercitus, suæ linguæ erexit trophæum, & hunc fructum collegit ex oratione, quam habuit ad Athenienses. Iis enim, quæ de Iesu dicebantur à præcone ueritatis, cùm à se priùs uisam in tempore passionis innocationem sibiipsi explicuisset luminarium, & hanc humanam despexisset sapientiam, sectatur uerbum ueritatis, & adiungitur Apostolo: & regenerationis lauacro consummatus, fit simul discipulus, & præco Christi, qui est primus doctor veritatis.

Dionysii conuersio.

Adhæret Paulo Apostolo.

Cap. 4.

Et cùm primas fidei exercitationes & disciplinas à beato percepisset Hierotheo, & in verbo, & in uita ab eo docetur, & sancti spiritus communionem ab eo consequitur. Deindè ascensiones in corde suo disponens, philosophatur veritatem: quærit cum veritate, de anima, de corpore, ac de substātia rerum gerendarum: mortificat omnia membra sua, quę sunt super terram, carni multas leges constituens ad obediendum spiritui: docet aures auscultare quæ diuina, & quę sunt de Deo audienda: iis autem, quę sunt extra ea, diuinum metum inexorabilem adhibet ianitorem: & totum oculum traducit ad ueritatem contemplandam. Quod autem ad linguam pertinet, etsi non in iis, in quibus oportebat, olim edocta fuerat, philosophicè tamen & Atticè, multaque cum diligentia erudita erat. Itaque breui Dionysius (O miraculum) superat omnes, qui pręcesserant: & cùm potestatem non suffuratus esset, nec rapuisset, sed per gradus transiisset inferiores, & pulchrè pasci didicisset, ad superiora mox peruenit, & pascit posteà cum experientia: & cùm modestè parère didicisset, imperat modestiùs: & cùm docuisset cum ueritate, obiisetque omnes boni ordinis partes, tandèm ei mandato Athenarum pontificatu, clauis præsidet Ecclesię, ostenditque suum generosum animum, & pugnat pro grege: expellitque bestias, & eius, quod morbo laborat, curam gerit, & quod longè est remotum, reducit: &, vt semèl dicam, sicut eius magister, omnibus fit omnia. Cùm sic autem docuisset, & de Trinitatis diuinitate disseruisset, tractat de supernis uirtutibus.

Ab Hierotheo instruitur.

Fit Atheniensium Episcopus

1. Cor. 9.

Cap. 5.

Cùm uerò ad tantam peruenisset gratiam, ut quādò Deiparæ, quod Deum suscepit, corporis emigrauit spiritus, simul adesset cum Apostolis, qui per spiritum & nubem ad hanc sacram accesserant sepulturam, non amplius existimauit oportere una ciuitate, nempe Athenis, circunscribere tales opes gratiæ: sed uolens multiplicare talentum, & sequi sui magistri vestigia, relictis Athenis, & terra, & mari multa passus grauia, nec tamen ab eis retardatus, sed supernarum rerum contemplatione inferis omnibus superatis, ad regiam urbem peruenit Romam: & accedit quidem ad Clementem, qui tunc sedem tenebat Apostolicam, quique à magno Petro fuerat edoctus, & cui ab illo fuerat credita sedes. Ad eum ergò accedit Dionysius, & cùm ei suum exposuisset Euangelium, & opus sacri ministerii, ei, ut qui esset iisdem moribus & sententia, communicasset, ipse eű adhortatur, vt transeat ad partes Occidētales. Cùm ex iis ergò, qui eum sequebantur, ministris per uicos & ciuitates alios alibi distribuisset, & salutare Dei Euangelium iussisset predicare, ipseque Rusticum & Eleutherium, illum quidem chrismate sacerdotis, hunc autem, nempe Eleutherium, honestatum diaconatu, accepisset adiutores, non secùs àc magnus Apostolus Syluanum & Timotheum, & ad Gallos uenisset Occidentales, non solùm uerbis doctrinæ, sed etiam signorum operibus fungebatur munere Apostolatus, medius appàrens iis, qui in unaquaque ciuitate conueniebāt, & de pietate uerba faciēs sine intermissione, & inducens auditores ad agnitionem eius, qui ipsos creauit.

Apostoli adsūt migranti à corpore cāstissima Virgini.

Clemens S. Petri discipulus.

Annūciat Gallis Christū S. Dionysius.

Cap. 6.

Cùm sic ergò ueritatis uerbum prędicaretur, & diuina quidem fides confirmaretur, amoueretur autem omnis fraus dæmonum, quendam ex iis, qui cū eo versabantur, inclytum, inquam, Lucianum, qui etiam presbyteri dignitate erat ornatus, (eum enim sequebantur multi ex iis, qui virtutem amplectebātur: simile enim, ut dicitur, simili delectatur) misit ad ciuitatem insulæ * Belbecansis, prædicaturum pietatem: ipse uerò simul cum Rustico & Eleutherio ingressus interiorem Galliam, cùm hoc responsum habuisset ab Angelo, uenit in ciuitatem, quæ dicitur Parisii, ut cùm in ea uerbum seminasset pietatis, & redimitus esset corona martyrii, cum fiducia sisteretur coram Deo Agonotheta, quod quidem est summum eorum, quæ desiderantur. Cùm ergò uenisset ad hanc Parisiorum ciuitatem, & eā inuenisset plenā incredulitate: quæ eorum quidem, quæ in ipsa erāt, pulchritudine & excellentia ciuitatibus magnis erat longè inferior, impietate autem adeò erat omnibus superior, ut ne possent quidem cum ea conferri, vndiquè ab immanibus occupata habitatoribus, & tanquàm vallo aliquo ualde munita eorum crudelitate, & eam opponens, tanquàm aliquod aliud pręsidium. Adde quòd cùm omnium fructuű esset fertilissima, & abundaret maxima rerum omnium copia, ciues suos magis incitabat ad uitia. Cùm in hàc ergò sic affectam venisset ciuitatem, obibat perscrutans, si quem locum aptum inuenitet ad quietem. Quod autem quærebat consecutus, pro uiribus statim templum habuit: & ut qui in regione aliena esset hospes & aduena, & multos haberet aduersarios propter diuersitatem opinionis, excitat oratorium & templum, quod planè erat salus animarum. Nam cùm maximam piorum multitudinem in eo congregasset, & puros sacrificatores Deo exhibuisset, sanctum gregem, ut semel dicam, templum effecit: cuius ipse erat pastor, nō mercenarius, quemlibet, qui errabat incredulitate, veritatis fistula ad fidem reuocans, & eos, qui errore ægrotabant, curans salutaribus medicamētis scripturarű: eos aűt, qui iā erāt contriti, doctrina alligās, & ad verā ducēs sanitatē. Sed vt certa nobis via procedat oratio, hoc quoq; eius admi

Lucianus presbyter

Venit Parisios Dionysius.

Construit templum

Cap. 7.

rabile, vt ex illius Epistolis scribi potest, narrabo:

Monachi tempore Dionysii.

Dionysio erãt quidem alii quoquè ministri, unus autem ex iis erat etiam Demophilus, qui ciuis erat Atheniensis, habituque & vita monachus. Monachatum autem ei imposuerant puræ, & sacris initiantes manus Dionysij: apud quem hoc ipse priùs ministerio functus erat, vt præesset ianuis templis. Is cùm aliquandò vidisset suum presbyterum, quendam impium atque peccatorem ad pœnitentiam conuersũ illique procidentem, misericorditer excepisse, calcibus quidem reuerenter accedentem, peccatorumque remedia verecundè quærentem, adstans exturbauit, ac contra disciplinæ ordinem reiecit: sacerdotem autem optimum non veritus est lacerare cõuiciis, miserabilem eum dicens, qui impium iustificasset. Ac tandèm, Exi, inquiens sacerdoti, cum similibus tuis, contra fas omne irrupit in adyta, & sancta sanctorum prophanare ausus est. Cęterùm pontifici Dionysio, tanquàm magnum quid effecisset ad virtutem, describit quod factum fuerat, susque deque iactans in illa audaci epistola, quòd Deum vltus esset, quodque sancta, cùm violanda essent, summa cura ac diligentia seruauit, atque illibata custodiuit. Quid ergò ille? Num, ut vulgus solet, fuit animo perturbatus? aut reputatus est vel parùm quid omninò mutauisse de ea bonitate, quæ ei coaluerat? Hoc minimè dici potest. Neque enim facto vltus est eũ, qui peccauerat: sed facto & sermone salutari erudiit, quę simul ad virtutem & omnem moderationem informat & componit, illam scribens Epistolam, & exẽplum mansuetudinis Aaron, Dauid, & alios adducens. Cuius vt omittam aliam ad bonum exhortationem, meminero certè visionis, quam ei narrat, ut quę sancto Carpo apparuerit. Sic autem se habet ad verbum.

Demophili monachi seueritas.

Epistola Dionysii ad Demophilũ monachum.

Cap. 8.

Cùm aliquandò in Cretam venissem, me sanctus hospitio excepit Carpus, vir, si vllus alius, propter maximam mentis puritatem, ad Dei contemplationem aptissimus. Is nunquàm aggrediebatur sanctã mysteriorum celebrationem, nisi in precibus, quæ illam præcedunt, ei priùs appareret sacra & beneuola uisio. Ipsum igitur (vt referebat) infidelis quispiã aliquandò molestia affecit: Molestia autem erat, quòd ille quendam ex Ecclesia traduxisset ad impietatem. Cumque eius celebritatis, quam vulgus Hilarias uocat, dies agerentur, qui debuerat benignè, vt uirum bonum decet, pro utroque precari, & Dei Saluatoris accepto auxilio, alterum quidem conuertere, alterum autem bonitate vincere, & non cessare eos admonere per totam vitam, donèc pœnitentiæ tempus superesset, & sic ipsos ad diuinam deducere cognitionem, vt iam tandèm & quæ illis erãt ambigua & obscura, patescerent, & ab iis, quæ præter rationem audacter admiserant, resipiscere legitima seueritate cogerentur: is nescio quo pacto (cùm intrà semetipsum id anteà passus non esset) tunc uehementem indignationem atque amaritudinem imbiberat animo. Et sic quidem affectus obdormiit: erat enim uespera. Circa uerò mediam noctem, quo tempore consueuerat ipse semper apud se ad diuinos hymnos uigilare, expergiscitur quidem, & surgit, cùm somnos parùm quietos, & crebró interruptos, nec absque perturbatione cepisset. Stans igitur ad diuinam precem & collocutionem non satis intentè, irreligiosè angebatur animo, & ægrè ferebat, dicens non esse iustum, si viuant impii homines, qui vias Domini rectas peruertunt: & propterea Deum rogabat, ut aliquo fulgore amborum omninò vitam eriperet citra vllam misericordiam. Hæc autem cùm dixisset, uisum esse sibi, aiebat, repentè videre domum, in qua stabat, priùs motam, tum demùm è tecto mediam in duas partes diuisam, & quendam ante se ingentis luminis rogum, eumque (uidebatur enim deincèps sub dio esse locus) è cælo ad se usque deferri. Cælum autem ipsum patère apertum conspiciebat, eiusque cardini Iesum insidere, innumerabilibus humana specie ei assistentibus Angelis. Et hæc quidem vidisse, cùm supernè adspiceret, & se esse admiratum memorabat. Vbi verò ad inferiora deflexit obtutus, ipsum quoquè solum, instàr vasti ac tenebrosi cuiusdam profundi discissum se vidisse, aiebat: atque illos uiros, quibus malè erat precatus, ante se ad os illius profundæ voraginis stare trementes, & miserabiles, ut qui mox à pedum suorum instabilitate mergendi uiderentur. Infernè autem serpentes è voragine prorepere cernebat, & circa illorum infelicium pedes ità instabiles ac nutantes, aliquandò quidem in globum colligi, & ingrauari unà atque pertrahere: aliquandò verò dentibus & caudis, ore, gutture, linguis ac toto corporis motu, vim immensi pauoris incutere, vt qui modis omnibus deorsùm illos præcipitare molirentur. Fuisse autem & uiros quosdam in medio, qui miseros simul aggrediebantur, unà exagitantes, trudentes, atque pulsantes. Videbantur autem illi iam esse casuri, partìm quidem inuiti, partim autem sua sponte, cùm à malo sensim & cogerentur simul, & inducerentur. Dicebat verò Carpus, se, dum deorsùm adspiceret, fuisse lætatum, atque superiora neglexisse, grauiter & indignè ferentem, quòd nondum illi cecidissent. Et cùm sæpiùs eo desiderii ferretur impetu, illosque & ipse niteretur impellere, semperque frustrà moliretur, ægerrimè tulisse, & eos esse execratum. Cùm eccè uix tandèm reuocatis ad superna luminibus, uidet cælum, sicuti & priùs adspexerat: Iesum autem eius, quod fiebat, misertum, è supercælesti suo throno surrexisse: & cùm ad eos usque descendisset, clementissimam eis manum porrexisse: Angelosque simul opem ferentes, alium dè alium tenuisse uiros. Tandèm verò Iesum ipsum sibi dicentem audiuit: Iam me deincèps percute: sum enim paratus sæpè rursùm pati pro saluandis hominibus. Et hoc est mihi gratum, modò homines in futurum peccata abominẽtur. Sed vide, an tibi vtile sit, hanc istius profundi & cum serpentibus mansionem, Dei ac bonorum clementiumque Angelorum præferre consortio. Hæc sunt, quæ ego audita, vera esse credo.

Missa celebratio angustissima.

Visio Carpi S. Pauli discipuli.

Eccl. Christi summè fauens erga peccatores homines, modò uelint resipiscere.

Cap. 9.

Dionysius itaque in rebus omnibus erat adeò mitis, misericors, & ab ira alienus, ut quo altior euadebat factis, eo se magis modestia demitteret, regula factus omnibus ad virtutem, & lucerna ad deducendum ad id, quod est melius. Quocircà nec eam abscondi sub modio siuit is, qui est solus author omnium: sed in alto ponit per uirtutem: & fama promptiùs peruadens, canebatur in ore omnium, in omnibus omnes vincere Dionysium. Porrò autem omnes ad eum confluebant, non solùm populares & forenses, sed qui erant eruditi & insignes: & qui priùs laborabant insania, & feris crudeliùs lacerabant Ecclesiam, ad illum virum uenientes, & admirabilem illam & diuinam linguam audientes, cordis sui molliebant duritiam, & ad veram & primam lucem accedebant per baptisma: quo magis erant inflammati ad uitium, eo feruentiorem ostendentes Christianismum: & ad summam, nihil tam erat in ore omnium, quàm Dionysius. Cùm ergò hęc fama sic peruaderet, doctrina autem dilataretur, & fides confirmaretur euidentiùs, res ad sæuissimum delata est Domitianum, vel, vt magis propriè dicã, Dæmonianum, qui

Humilitas S. Dionysii.

Multos conuertit.

contra

contra Deum locutus fuit iniquitatem in superbia & contemptione, & manum Deo inimicam extulit aduersus fidem Christianorum.

Cap. 10.

Hic ergò quid machinatur? vel potiùs quid docetur à patre suo satana? Omnes quidem, qui, quę Christiani sentiunt, despicere, Dionysium autē solū de medio tollere, hoc sciens, quòd si eum solum vicerit, omnibus fuerit superior: sin minùs, omnes fore Domitiano fortiores. Postquàm autem hæc mente agitasset, eum excitat ira aduersùs martyrem, & suo ris quęrens medicamentum, nullum aliud inuenit, præter eius mortem. Cùm itaque omnes, qui eius Imperio parebant, cōgregasset, eosq; assumpsisset, q erat ei amentia similes, mittit ad quærendum martyrem: Et, si ei quidem, inquit, persuaseritis, ut ad nostram traducatur religionem, hoc est, quod desidero: cumq; eū acceperitis vobiscum, reuertimini. Sin autem adhuc permanserit in impia religione, eum morte condemnate. Illi autem cùm hæc audiissent ab Imperatore, & furore accenderentur, qui in eis habitabat, & ad res gerendas acres videri uellēt ei, qui miserat, postquàm venerunt in Galliam, tāquàm feræ quædam irruunt: & cùm omnem, quę circumcirca sita erat, conturbassent regionem, corrumpūt simpliciores, ut docerēt, ubinàm beatus Dionysius versaretur. Postquàm autem audiuerunt eum uersari in ciuitate Parisiorum, illuc veniunt. Deindè percōntātes de rebus Christianorum, inueniunt fidei doctrinam esse dispersam per totam ciuitatem: de miraculis martyris fiunt certiores, quòd omnes scilicet, qui malè se haberent, curasset: & ideò incredulorum ad eum confluxisse cateruam, & se adiunxisse vero Dei cultui: & quòd omnis Gallia, quæ multis prius grauibus vitiis seruierat, & factis, quinetiam subiecta erat cultui simulacrorum, collum suum ea his subtractū, doctrina Dionysii, subiunxit iugo Christi.

Domitianus mittit suos, qui Dionysium perdant.

S. Dionysii miracula.

Cap. 11.

Cùm ergò hæc, & multa alia facta esse, ad eorum uenisset cognitionem, & Christi gregem augeri, & suos deos uidissent habitos despectui, & sua mysteria contemni, & inchoatam esse impietatē, magìs accenduntur, & rogant vbinàm habitaret, qui eorum erat author: & repentè in beatum irruentes Dionysium, eum simul ligant cum iis, qui cum ipso erāt, in ore diuinam adhuc habentem doctrinam: & præsident, rabiem & furorem spirantes ad examinationē. Ingreditur ergò uir generosus simul cum Rustico & Eleutherio, mēte firma ac stabili, & libero animo, perindé acsi uocaretur ad festum, non ad certamen. Arroganter igitur & asperè, ut eum perterrefacerēt statim in principio, ei dicunt: Tu es, ò execrandum caput, qui nostros deos nihilifacis, & contendis de medio nostram tollere religionem? Responde ergò, quod sit tuum genus, quæ te tolerit patria, & quod tuum studium. Ille autem, amore in Christum ei addente animum, & faciente eum confidentiorē: Ego quidem, inquit, ò uos, ut & genus, & patriam omittam in pręsentia, me Christi seruum esse confiteor & eum solum, & patrem, qui caret principio, & coæternum eius colo spiritum. Aufugi autem à uestro errore, ualidissimus (In meo enim Christo habeo fiduciam) uestrorum deorum oppugnator, Christianorumque ad virtutem exhortator promptissimus. Ad hæc facite, si quid est uobis imperatum. Videntes aūt maleuoli, sancti constantiam cum prudentia coniūctam, iram mutant in adulationem, & , Nè tuam, ò Dionysi, dicunt, canitiem affeceris contumelia, neq; charos sodales morti acerbæ tradideris: pàre rectè consulentibus, & Imperatoris potentiam, per nos te rogantem, reuereri persuadearis: ò chare & bone Dionysi, diis nostris sacrificare persuadearis, & eris cum tuis primus eorum, qui sunt sub Imperio. Ille autem: Vester, inquit, hic error est peior priore, si putetis fore, ut me, aut meorum aliquem seducatis, quòd nos non honores, non contumeliæ, non blāditiæ, non tormenta, neque aliquid aliud omninò separabit à Christo.

Capitur S. Dionysius cum sociis suis.

Constans vox eius.

Blandiuntur ei persecutores.

Cap. 12.

Deincèps ergò cùm non possent persuadere, deposita persona & simulatione, cùm ira magis efferbuissent, & è cathedra furiosè, & mente quodāmodò emota surrexissent: A vobis, ò amentes, Dionysio dicunt, & iis qui cum ipso erant, dii contemnuntur & Imperator irridetur: & artibus magicis, perindè ac miraculis, eos, qui eius parent Imperio, ab eo abducitis, & ad nostras partes traducitis? Sācti autem: Similes eis fiant, qui ipsos colunt, eis una uoce dixerunt: Nos autem non magicis artibus, vt dicitis, sed Dei nostri, & viuifici eius spiritus inuocatione & operatione, cæcis visum, mutis sermonem, claudis ingressum, & dæmoniacis præbemus curationem. Quorum nè sibi quidem possunt vestri dii quicquā præbere, ut qui sint ligna & lapides. Os enim non habent, & non loquuntur: oculos, & non vident: aures, & non audiunt. Vnum hoc solùm vobis efficiunt: accendunt ignem, qui nunquam definet. Aduersùs hæc cùm non possent Tyranni contradicere, toruè & insanè eos adspicientes, strictis gladiis se parant ad cædem: & cùm, tanquam signo dato, eos eduxissent extra ciuitatem, vinctos ducunt ad quoddam cacumē, & tradunt lictoribus, vt eos interficiant. Intereà autem petunt sancti tempus precandi, & flectunt genua. Tum sacrosanctus Christi martyr Dionysius, sublatis in cælum oculis: Domine Deus omnipotēs, fili, inquit, vnigenite, & sancte spiritus, sancta Trinitas principio carens, & in quam non cadit diuisio, suscipe seruorum tuorum in pace animas, quoniam propter te morte afficimur. Et cùm sancti, Amen, acclamassent, conuersus ad lictores: Facite, inquit, quod fuit uobis imperatum. Illi autem primùm quidem beati Dionysii, deindè Rustici & Eleutherii caput amputant.

Sancti miracula edunt.

Psal. 113.

Ille locus mons martyrum hodiè appellatur.

SS. martyres capite puniuntur.

Cap. 13.

Sed nec in hoc quidem (O Dionysi) is, qui propter ipsum moritur: sed miraculum etiam ostendit in amputatione. Etenim cùm suum caput tanquàm aliquod præmium martyr suis accepisset manibus, transit ad locum idoneum. Ferebat ergò ipse caput in manibus, tanquàm aliquod trophæum, à diuina omninò portatus gratia: neque priùs dimisit, quàm mulieri, diuina quadam omninò occurrens prouidētia, in illius manibus deposuit, uelut quendam thesaurum. Iacebant autem neglecta sanctorum martyrum veneranda corpora, feris & auibus ad edendū exposita, & nec iusta quidem sepulturæ consecuta. Lictores autem ne hactenùs quidem irasci desierūt: sed etiam in ipsas fuerunt reliquias, statuentes eas in maris profundum proiicere, nè uel inanimatæ efficerent miracula, & ideo attraherent multos ad agnitionem. Quod etiam, ut eis uisum erat, factum esset, nisi hoc malū cōsiliū ad effectū deduci Deus prohibuisset. Nā cùm sensisset eorum consilium ea, quæ preciosum martyris caput acceperat, cui nomen erat Catulla, mentem suam communicat fidelibus, ut Deo gratam & acceptam. Et cùm splendidam & lautam apparasset mensam, lictores accipit conuiuio. Interim uerò dum ii conuiuium inibant apud mulierem, quidam ea fidelibus accipiunt martyrū reliquias, & eas abscondunt. Deindè finito conuiuio, cùm eam rem deprehendissent lictores, ira ualdè erant perciti: sed feruorem iræ sedarunt munera, & uehementem furorem dissoluit mulier pecunia. Cùm illi autem recessissent, in quadam

Dionysius fert caput suum manibus.

Catulla eripit lictoribus corpora martyrum.

domo deponit Catulla martyrum reliquias tertio mēsis Octobris, miraculis affatim profluentibus, perindè ac aliquo fonte pulchrè & suauiter manante. Non multum temporis intercessit, & conuenientes Christiani, templum gloriosis excitant victoribus, & in ipso eorum preciosas deponunt reliquias: Ad gloriam Dei patris, & Domini nostri Iesu Christi: Quē decet honor & adoratio, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Is est Ludouicus Pius.

EPISTOLA PIISSIMI AVGVsti, domini Ludouici, ad Hilduinum venerabilem Abbatem Monasterij sanctissimorum martyrum Dionysij sociorūque eius, de colligendis in corpus vnius textus his, quæ in Græcorum historijs ex preciosissimi martyris Dionysij notitia passim scripta repererat.

IN NOMINE DOMINI DEI ET Saluatoris nostri Iesu Christi, Ludouicus diuina repropitiante clementia Imperator Augustus, Hilduino venerabili Abbati monasterij sanctissimorum martyrum, ac specialium Protectorum, Dionysii preciosi, sociorumque eius, æternam in Christo salutem.

Nota q̃d maiores nostri senserint de Sanctis.



VANTVM muneris atque præsidij non modò nobis, ac prædecessoribus seu progenitoribus nostris, verùm etiam totius Imperij nostri populis, Domini prouidentia per beatissimum Dionysium sæpenumerò, immò continuè in magnis gratiarum vbertatibus contulerit, cunctæ per transacta tempora Gallicæ generationes senserunt, quæ eius insigni Apostolatu fidei rudimenta sumpserunt, & salutis subsidia perceperunt. Prædecessores autem nostri, gloriam huius eximij testis & amici Dei non inaniter coluerunt: qui dum eius sacras exuuias in terris ob amorem & honorem Domini nostri Iesu Christi opibus, quibus poterant, honorauerunt, per eius preces dignissimas honoris priuilegio potiri, & in terrenis & cælestibus meruerunt: vt videlicet vnus ex priscis Francorum Regibus Dagobertus, qui eundem preciosissimum Christi martyrem veneratus non mediocriter fuerat, & in mortali est vita sublimatus, & per eius adiutorium, sicut diuina ac celebris ostensio perhibet, à pœnis est liberatus, inq; vita perenni desiderabiliter constitutus.

Cultus Sanctorū non inanis.

Dagobertus Rex è pœnis per sanctos ereptus.

*Progenitores quoquè nostri, mellifluum nomen domini Dionysii (sic enim verbis ac scriptis suis eum appellare consueuere) non incongruè pia dilectione, & dilectissima pietate amplexi sunt. Quia proauus noster Karolus, princeps Francorum inclytus, per orationes ipsius excellentissimi martyris, indeptū se fuisse gratulatus est apicem principatus, eidemq; decurso mortalitatis tempore, quod charius potuit habere depositum, corpus scilicet proprium, in magni die iudicij suscitandum, & animam Domino præsentandam, fideliter commendauit, ac per hoc maximè deuotionē atque fiduciam cordis sui erga peculiarem patronum patenter ostendit. Sanctæ nihilominùs recordationis auus noster Pipinus, propter altare, quod ante sepulcrum sepefati, sæpiusq; dicendi domini Dionysii per diuinam & memorabilem reuelationem, iussu ipsius sanctissimi martyris, in honorem Dei & Apostolorum Petri & Pauli, qui præsentes ostendebantur, à beato & Angelico viro Stephano, summo Pontifice dedicatū est, inter sacra Missarum solennia vnà cum duobus filijs, Karolomanno videlicet, & diuæ memoriæ domino ac genitore nostro Karolo, iurè prænominato Magno, ab eodem Apostolico Papa, in Regem Francorum vnctus, superni muneris benedictionē percepit. Quique cum quanta se humilitate ante limina basilicæ sanctorum martyrum, defuncto huius vitæ curriculo, sepeliri præceperit, titulus etiam ipsius conditorij * innotescit.*

Caroli Martelli deuotio erga S. Dionysium.

S. Dionysius per se ipsum altare extruit.

Pipinū inungitur Rex Francorum.

** promdita.*

Sed & nos multis ac frequentibus largitionibus beneficia eius sumus experti, præcipuè tamen in humanæ varietatis euentu, quo Dei, vt semper fatendū est, iusto iudicio in virga eruditionis suæ uisitati, & baculo speciosæ misericordiæ eius, ante præscriptum altare per merita & solatium domini ac pijssimi patris nostri Dionysii virtute diuina recrecti & restituti sumus: cingulumque militare iudicio atque authoritate Episcopali resumpsimus, & usque ad præsens ipsius gratioso adiutorio sustentamur. Idcircò uenerabilis custos ac cultor ipsius protectoris & adiutoris nostri domini Dionysii, monere te uolumus, ut quicquid de eius notitia ex Græcorum historijs per interpretationem sumptum, uel quod ex libris ab eo patrio sermone conscriptis, & authoritatis nostræ iussione ac tuo sagaci studio, interpretumque sudore in nostram linguam explicatis, huic negocio inseri fuerit congruum, quodque etiam in Latinis codicibus iā indè habes inuētum: adiūctis eis, quæ in libello eius passionis continētur: necnon et illis, quæ in tomis uel chartis uetustissimis armarij Parisiacæ ecclesiæ, sacræ uidelicet sedis suæ prolatis inueneras, & obtutibus nostræ serenitatis ostenderas, secundùm quod rerum, causarum etiam & temporum conuenientiam nōueris, in corpus unum redigas, atque uniformem textum exindè componas: quatenùs deuotis compendiosiùs ualeant innotescere, & fastidiosis minùsue capacibus, uel studiosis lectionis possit tædium sublruari, pariterq; omnibus ædificationis utilitas prouideri. His ità contextis, uolumus ut reuelationem ostensam beato Papæ Stephano in ecclesia eiusdem sanctissimi Dionysii, sicut ab eo dictata est, & gesta, quæ eidem subnixa sunt, vnà cum hymnis, quos de hoc gloriosissimo martyre atque pontifice habes, & officium nocturnale subiungas. Sed et differenter ac cum integritate sui, quæque ex eo reperta sunt, in altero uolumine colligas, nobisque distinctè et correctè transcripta, quantociùs dirigas, aut præsentes: quoniam maximum valdeque dulcissimum pignus desiderabilis præsentia illius domini et saluatoris nostri, vbicunque simus, habere nos credimus, si cum eo, uel de eo, aut ab eo dictis, oratione, collatione, lectione colloquimur. Vale in Christo vir Dei, in sacris orationibus iugiter memor nostri.

S. Dionysii beneficia in Ludouicum Pium.

Opera Dionysii Areopagitæ tempore Ludouici translata Latine.

Innotescere, indicari.

Pars huius operis adhuc desiderata.

RESCRI-

RESCRIPTVM HILDVINI ABBAtis ad sereneßimum Imperatorem, dominum Ludouicum: Vndè & qualiter sumpta sunt ea, quæ ĩ corpus unius textus, secundùm iussionẽ ipsius, redegerã ex Græcorum & Latinorum historijs, de notitia excellentissimi martyris Dionysij.

DOMINO BENIGNITATE ADmirabili, & authoritatis reuerentia honorabili, Ludouico Pio semper Augusto, Hilduinus humilis Christi famulus, & domini mei Dionysij preciosi, ac sociorum eius matricularius, uestræque imperiali dominationi ĩ omnibus deuotissimus, præsentem in Christo prosperitatem, atque æternæ felicitatis benedictionem optat & gloriam.

1. Reg. 2.

EXultauit cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meum in Deo meo. Dilatatum est os meum, & gaudebũt labia mea, ut annunciem præconia domini mei gloriosissimi martyris Dionysij, ab eximio Imperatore domino meo iussus. Quæ reticere non poteram, etiamsi à quoquam fuissem fortè prohibitus. & reuera magna mihi est ratio gratulandi, quoniam cumulatius mihi effectum desiderij mei præstare voluit diuina dignatio, ut mentis meæ conceptum ei placere cognoscerem, cùm quod agere spontaneè disponebat mea humilitas, in agendo data manu authoritatis, cooperaretur uestra Deo placens sublimitas. Qua de re bonorum operum, & spiritualium omnium studiorum illum authorem esse non dubium est, qui quorum incitat mentes, quo sibi placet ingenio adiuuat actiones. Sed & in hoc ualdè exultat spiritus meus in Deo salutari meo: quoniam Christianus animus vester sic euidentissimè erga se diuinæ bonitatis beneficia, & sanctorum cognoscit solatia, & tam promptissimè se accensum ostendit circa authoris & reparatoris sui, seu specialium suffragatorum suorum, uenerationem atque obsequium. Non enim sic ab intimis pia anima uestra diuina confiteretur vera & iusta iudicia, nisi seipsam sancto illuminatam cognosceret spiritu: nec ità deuotissimè amici Dei benè gesta & dicta, maximæ sagacitatis vestræ prudentia perquireret, nisi summum bonum, à quo, & per quem omnia sunt bona, diligeret. Cuius amore religiosa deuotio uestra accensa esse dinoscitur, ut Christi militum gloriosos triumphos inquireret. Quos cùm nouerit, per eorum adiutorium robustiùs contra uitia uitiorumque authores pugnabit: quatenùs martyrum exempla sectando, qui uiriliter certauere, & fideliter satis uicere, ad palmam, qua illi munerati sunt, & ipse pertingat. Huc accedit ad uoti & solicitudinis uestræ incitamentum, quia Ezras sanctæ scripturæ reparator, magnum remunerationis donum exindè apud Deum promeruit, & laudabile sibi nomen apud homines acquisiuit.

Luc. 1.

Sancti, suffragatores nostri.

Sacrarũ historiarum notitia qd cõferat.

Ezras scripturæ sacræ instaurator.

Quocircà & uestræ sedulitatis instantia, cùm pro magna antiquitate huius sanctissimi patris nostri, quantùm ad generationem terrenam, & conuersionem seu obitum attinet, mira sanctitate & miraculorum prodigijs, orbi penè cuncto innotuit: notitia ipsius paucis nostrorũ cognita, plurimis adhuc manens incognita, cùm per uestrum studium patuerit, & meritum, ut meliùs ipsi scitis, grande uobis conciliabitis, & memoriale perpetuum acquiretis. Faciat autem Dominus, ut & nos idonei cooperatores inueniamur ad bonæ uoluntatis uestræ perfectionem, qui tanto sine aliqua hæsitatione vestris iussionibus obedimus, quanto illa rogatis seduli exactores, quæ exhibemus voluntarii executores. Idcircò quia reperta quæque, tam in Græcis, quàm in Latinis codicibus, ex domino & patrono nostro Dionysio, quæ hactenùs minùs cognouimus, uobis ocyùs in unum collecta mittere poscitis, & incongruum ducimus, authoritatis uestræ pio desiderio differri, quod ex debito seruitutem nostram constat debere largiri: quantùm conniuet breuitas temporis, quicquid oti suggesserit memoria citæ recordationis, fauẽte Domino, uelociter scribentium committemus notariorum articulis: deprecantes uestram humiliter sapientiam, nè in his, quæ reuerentia & amore sanctissimi martyris, & propter iussionis uestræ obedientiam scribenda aggredimur, verborum pompositatem, aut dictationis lepòrem, sed purissimæ veritatis, sicut ab antiquorum dictis sumpsimus, quærere studeatis syncerıtatem: Nosque reprehendere de casuum, præpositionum, atque coniunctionum virtute, seu literarum in subsequentes immutatione, vel punctorum secundùm artem Grãmaticam positione, nolite: quia non id studendum, sed nostræ deseruitionis obsequium, ac commendationis vestræ officium, accelerandum suscepimus: maximè cùm hæc, quæ ab aliena lingua expressimus, in textoris serie, sicut de prælo sunt eliquata, texemus: quæ licèt in interpretatione non redoleant supparẽ sermonis odorem, sapidum tamen referunt ueritatis & intellectus sui saporem. Ordinem igitur historiæ, sicut vestra iussit dominatio, in unũ congestum, & singulatim posteà plenitudinem eius discretam, cũctis legentibus atque audientibus pandemus. Nam diuinæ erit inspirationis & exequutionis, id quod desideramus fideli animo propalare, verum atque probabile demonstrare. Ex quo nos laborandum nõ magnoperè æstimamus: quia quid tenendum de hoc sanctissimo martyre Christi sit, quid credendum, notæ & probatissimæ personæ ueracibus dictis declarant.

Nouit author Græcè.

Propositio.

Authorer & fonte huius operis.

GEnere siquidem eum nobilissimum, & Philosophiæ magisterio insignem apud Athenas claruisse, & aliarum historiarum, & Actuum Apostolorum testimonio, secula prisca seu instantia cognouerunt: maximè autem ex historia Aristarchi Græcorum Chronographi, qui in Epistola ad Onesiphorũ primicerium, de situ Athenæ ciuitatis & gestis ibidèm Apostolorum temporibus, scribens, ortum & sapiæ, & doctrinam eius, atque conuersationis ordinem, siue ætatis tempus, necnon & ordinationem ipsius, ac prædicationem, subrogationem etiam Episcopi loco suo, & aduentum illius Romam, ordinabiliter narrat. Quam epistolam uestræ dominationi dirigimus, & quisque studiosus apud nos præualet inuenire: Curiosus autem ex Græcorum fontibus, undè & nos illam sumpsimus, poterit mutuare. Quòd enim ante conuersionem suam Heliopolim Astrologiæ gratia migrauerit, ubi & tenebras in Crucifixione Saluatoris nostri unà cum Apollophanio sodali suo vidit: & quia tunc uiginti & quinque erat annorũ, ipse in Epistolis, ad Polycarpum Smyrnæorum Episcopum, & ad eundem Apollophanium missis, ostendit. Quia uerò cum omni domo & Damari uxore sua crediderit, lectio Actuum Apostolorum docet, & euidentiùs Dialogus Basilii & Iohannis, capitulo 5. libri quarti, demonstrat. Sed & beatus Ambrosius in Epistola ad Vercellenses, eandem uxorem eius ex no-

Genus S. Dionysii.

Act. 17.

Aristarchus Græcus chronographus, qd Dionysio scripserit.

Epistola Dionysii ad Apollophanẽ.

mine designans, perspicuè manifestat. Beatus denique pater Augustinus in sermone pulcherrimo, quẽ de Seminatore verbi scripsit: Apostoli sermone finito, audita illic resurrectione mortuorum, quæ præcipuè est fides Christianorum, refert dixisse Athenienses, Audiemus te de hoc iterùm. Erant enim quidam inter eos irridentes, quidam dubitantes, quidam credentes: atque in eis nominatur quidã Dionysius Areopagita, id est, Atheniensium principalis: & mulier quædam nobilis, nomine Damaris, & alii plures. Et in eodem sermone, ubi de scandalo Iudæorum & stultitia Gentium scribit, dicens, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiã: sed ipsis uocatis Iudæis & Græcis, hoc est, ipsi Paulo ex Saulo, & Dionysio Areopagitę, his talibus, & illis, Christum Dei uirtutem & Dei sapientiam.

Hunc sermonẽ Posfidius in indiculo vocat Tractatũ, & est venerã Augustini.
1. Cor. 1.

Cęterùm de notitia librorum eius, quos patrio sermone conscripsit, & quibus petentibus illos composuit, lectio nobis per Dei gratiam & nostram ordinationem, cuius dispensatione interpretatos scrinia nostra petentibus referant, satisfacit. Authenticos autem eosdem libros Græca lingua conscriptos, quandò Oeconomus Ecclesiæ Constantinopolitanæ & cæteri missi Michaelis, legatione publica ad vestram gloriam Compendio functi sunt, in ipsa uigilia solennitatis sancti Dionysij pro munere magno suscepimus. Quod donum deuotioni nostrę, acsi cælitùs allatum, adeò diuina est gratia prosecuta, ut in eadem nocte decem & nouem nominatissimę uirtutes in ægrotorum sanatione variarum infirmitatum, ex notissimis & uicinitati nostræ personis contiguis, ad laudem & gloriam sui nominis, orationibus & meritis excellentissimi sui martyris, Christus Dominus fit operari dignatus.

Michael Imperator mittit Ludouico Pio Dionysii opera.
XIX. miracula meritis S. Dionysii fiũt noctẽ vna.

Quoniam autem beatus Clemens huc eum, uidelicet in Gallorum gentem, direxerat, & qualiter per martyrii palmam diuersissimis & crudelissimis afflictus suppliciis, ad Christum peruenerit, & quomodò caput proprium Angelico ductu, cælestis militiæ in celebratione exequiarum honoratus obsequio, ad locum, ubi nunc requiescit, detulerit, & quo ordine à Catulla quadam matresfamilias fit sepultus, libellus antiquissimus passionis eiusdem explanat. Præcipuè tamen conscriptio Visbii, quæ in tomo satis superq; abdito, Parisius, diuino nutu inuenta, inter alia memoranda, sicut in ea legitis, verba Domini nostri Iesu Christi ad eum prolata, quandò sacra mysteria peractaageret, illi cunctis videntibus apparentis, continere dinoscitur. Cui adstipulari uidentur antiquissimi, & nimia penè vetustate consumpti, Missales libri, continentes Missæ ordinem more Gallico, qui ab initio receptę fidei, usu in hac occidentali plaga est habitus, usquequò tenorem, quo nunc utitur, Romanum susceperit. In quibus uoluminibus habentur duę Missæ, quæ sic inter celebrandum ad prouocandam diuinæ miserationis clementiam, & corda populi ad deuotionis studium excitanda, tormenta martyris sociorumq; eius succinctè commemorant, sicut & reliquæ Missæ ibidèm scriptæ, aliorum Apostolorum uel martyrum, quorum passiones habentur, notissimè decantant. Quarum Missarum cantus, sensus & uerba, adeò passionis eorundem, quam uobis misimus, seriei concordare uidentur, ut nulli sit dubium, à teste illorum martyrii, agones eorum fuisse descriptos, & ex ipsa veraci historia, memoriam tormẽtorũ suorum in præfatis precibus fuisse mãdatã.

Visbii scriptũ de Dionysio.
Missales libri ãtiquissimi.
Visbius ocularis testis martyrij S. Dionysii.

Videtur porrò in his Missarum obsecrationibus non contemnenda authoritas de memorata passione sãctorum, eũm extent apud nos Epistolę Innocẽtii, & post eum Gelasii, necnon & moderniùs beati Papæ Gregorii, aliorumque Pontificum ad Episcopos urbium Galliarum, & Antistitum nostrorum ad ipsos, de more Romano in cunctis ecclesiasticæ authoritatis muniis imitando: quibus datur intelligi, ab annis pluribus hunc Missæ tenorem de Gallica cõsuetudine recessisse, & hanc passionis martyrum istorum memoriam, lõgo superiori tempore his occidẽtalibus partibus per * supplantationum postulationes inoleuisse: quibus tanto certiùs fidem accommodamus, quanto in tempore uicino, post consummationem eorum, easdem fuisse compositas sine dubitatione concredimus.

Gallicanam Missã morem Romanũ sequẽdo cœpertt.
*Sic * supplicationũ.*

Nec tamen quisquam putabit beatum Dionysium eiusque successores, ab institutione Apostolica propter huiusmodi Missæ ordinem, Gallicis consuetudinibus in primordio traditum, discrepasse, si ei constiterit, ipsorum Apostolorum & Apostolicorum uirorum, ipsius que etiam urbis Romæ sensus proprii abundantiam notam esse. Nec mirari quis poterit, cur hymnum sancti Eugenii Toletani de beato Dionysio habeamus, & uicinorum sapientium scriptis, exceptis paucis, uideamur carere: cùm & hęc, quæ habemus, ut exorata priorum nostrorum uenia dicamus, abdita & negligenter relicta reperimus: & alia necdùm prolata, quia nonadhuc sunt ad liquidũ enucleata, nos possidere lætamur.

Eugenij Toletani de Dionysio hymnus.

Cęterùm super garrulitate leuitatis eorum mirãdo deficimus, qui contendentes hunc Dionysium Areopagiten esse non posse: ad munimentum sui, hęc quæ sequuntur, inaniter contrahunt: Venerabilem videlicet & sanctum Bedam presbyterum, dixisse in tractatu Apostolorum Actuũ, Areopagiten Dionysiũ non Athenarum, sed Corinthiorum, fuisse Episcopum: addentes, eundem inibi diem obisse. Et quoniam libellus passionis istius testetur, hunc à Clemente Pontifice Romano Episcopum ordinatũ, & in has Galliarum partes fuisse transmissum: Quia etiam passiones diuersorum sanctorum martyrum sub uariis Imperatoribus interfectorum, contineant eosdem cum hoc sanctissimo uiro has partes adiisse, quod ipse sensatorum manifestè refellit auditus. Et quòd Gregorius Turonensis, sicut in passione sancti Saturnini legisse se dixerat, sub autumatione memoret, istumipsum tempore persecutionis Decii sub beato Sixto cum aliis sex Episcopis, quorum uitæ uel passiones nequaquàm eius dictis in ratione temporum consonant, in has regiones fuisse directum.

Emulorum quidam et Dionysio maledicentium.

Eccè omnis minus scientium, sibiipsi discordans, authoritas, cui uelut ex superfluo propter satisfactionem insipientium respondemus, cùm veram ex hoc sancto Pontifice & martyre narrationem veracium historiarum præ manibus habeamus: Primò quidem petentes, ut in hoc iure contentiosi, ab albugine cõtracta arrogantiæ, ex usurpata sapientia, qua uideri se scioli uolunt, oculos tergant, quò perspicacia perspicaciter, & uera fideliter relegant. Et si nonnisi unũ oculũ aperuerũt, quãdò legerũt, quod per subreptionẽ venerabilis Beda presbyter in præfato opere secùs, quàm debuit, dixerat, vbi idem se reprehendit, & reprehensorum suorum vocem præueniens, retractationem scripsit: scrobem, in qua oculus alter esse debuerat, aperiant, & in Ecclesiastica historia discant, quia Dionysius Corinthiorum Episcopus, de Dionysio Athenarum Episcopo in Epistola sua, ad eosdem Athenienses directa, commemoret, ità enim ibi lib. 4. cap. 23. scriptũ est: Extat quoq; & alia eius (Dionysii Corinthiorũ Episcopi) ad Athenienses epistola, in qua ad Euangelii credulitatem eos inuitat, & concitat segniores, simul & arguit quosdam, velut penè prolapsos à fide, cùm Episcopus eorũ Publius fuisset martyriq

Refutantur allatorũ obiectiones.
Beda correxit suã de Dionysio sẽtẽtiã.
Dion. Corinth. de Diony. Areop. testimonium.

tyriq

Publi' et Quadratus Episcopi Athenien.

tyrio cósummatus. Sed & Quadrati, qui Publio martyri successerat in sacerdotiū, meminit, simul & memorat, quòd labore eius ac industria rediuiuus quidam in eis calor fidei reparatus sit. Et illud in eadē designat Epistola, quòd Dionysius Areopagites, qui ab Apostolo Paulo instructus, eredidit Christo, secùdùm ea, quæ Apostolorum Actibus designantur, primus apud Athenas ab eodem Apostolo Episcopus fuerit ordinatus. Cuius Epistolæ, sed & aliarum Epistolarum ipsius Dionysii Corinthiorum Episcopi, & eius vtiquè, quam ad Soterem Episcopum miserat, B. Hieronymus in libro de Virijs illustribus facit apertissimè mentionē. Vndè quisqꝫ vidēs, sub quibus Imperatoribus quiqꝫ eorum fuerint, liquidò pōt colligere, quantæ absurditati ratio sit ista obnixa, cùm inter hos duos Dionysios, tā plura discreta sint tēpora.

Preclarū & Diony. Areop. testimoniū. Philip. 4.

Legitur itèm sic in eadem Ecclesiastica historia, capitulo quarto, lib. tertio: Memorantur antè ex comitibus Pauli, Crescens quidem ad Galatas esse profectus, Linus verò & Clemens, io vrbe Roma Ecclesiæ præfuisse, qui comites & adiutores eius fuisse ab ipso Paulo perhibētur: sed & Dionysium Areopagiten apud Athenas, quē Lucas descripsit, primum Paulo prædicante, credidisse, ac inter socios eius fuisse, & Ecclesiæ Atheniensium constat sacerdotium suscepisse. De cuius, uidelicet Dionysii Areopagitæ obitu, nil Græci scriptores dixerunt, quia propter longinquitatem terrarum, transitus ipsi' penitus eis fuit incognitus. Habemus tamē Grçcæ authoritatis martyrologion, de Tomo Chartisscrinijs Constantinopolitanis adeptum, qui tanta uetustate dissoluitur, ut maximam cautelamà se contingentibus exigat: in quo diem natalitii eius designatum, & quia Atheniensium Episcopus fuerit, reperimus annotatum. Quod martyrologium, ut antiquitas eius demōstrat, ex eo tempore constare posse, nō incongruè remur, quo Constantino iubente, nota occasione martyria sanctorum Domini de toto orbe collecta, & Cæsareā sunt conuecta. Sed & usque hodiè Græcorū Maiores, & Athenæ incolæ perhibent, historiarum scripturis & successionum traditionibus docti, in eadē ciuitate Dionysium tum temporis primum fuisse Episcopum, quādò Timotheus, Pauli æquè discipulus, Ephesiorum rexit Ecclesiam: ipsumqꝫ, subrogato sibi Episcopo, Romam adisse, & ut cōpererunt, apud Gallorum gentem glorioso martyrio cōsummatum fuisse. Quod & Tharasius Patriarcha Constantinopolitanus per legatos suos solicitè inquisiuit, & ità se eā habere certus, eandem Atheniensium ciuitatem pallio Archiepiscopali, quod iam ex ea diuturno tēpore, orta quadam contentione, subtractum fuerat, redonauit, & synodali consensu, Metropolis authoritate, qua antè functa fuerat, honorauit. Nā à præcedētibus annis vsqꝫ ad illud tēpus, eiusdē ciuitatis Episcopus nec suberat alteri, nisi Patriarchæ, nec iuri eius, debitarum sibi Episcopi ciuitatum subdebantur.

Cartophylacijs forte.

** Chartiscrinijs Antiqssi. Græcum martyrologium.*

S. Dionysi' primò Atheniēsis Episcop'.

Athenæ metropolis.

Quòd autem dicunt, in passione istius beati Dionysii scriptum haberi, quia eum sanctus Clemēs Episcopum ordinauerit, Galliasqꝫ miserit: proculdubiò sciant, quòd aut prædictam passionem ex ueris & emendatioribus exemplaribus non susceperunt, aut Scriptorum uitio deprauatam legerunt: quoniā nō ibi scribitur, eū Episcopū à B. Clemente coosecratū, sed Apostolum totius Galliæ fuisse ordinatū: de qua ordinatione Apostolatus, nisi ad alia se intentio nostra dirigeret, & ex Apostolorum Actibus, & ipsius Domini actione, authoritatis exemplum sufficienter his scriptis possemus ioferre. Fieri enim potest, ut diximus, quòd textum passionis huius sancti Dei, ex authenticis scriptum non habeant, & ideò in hoc erreot: quia & nos plures codicellos exindè uidimus, qui in quibusdam sensu uidebantur concordare, sed literatura dissonare: in quibusdā autem nec sensu, nec orationis tenore poterant sociari. Quod manifestum est, huius uenerabilis & antiquissimi patris vetusta longinquitate, & ignotæ atqꝫ peregrinæ linguæ, ubi de eius notitia maximè scriptum erat, in scitia, seu deuotione fidelium accidisse: qui non studuere ad priscas historias pro cognitione eius recurrere, sed ea, quæ auditu collegerant, ut Gregorius Turonensis, non uotiuo errore fallens, videntes insignia magnifica atque innumerabilia per eum fieri, prout vnicuique sensus abundauit, curauerunt scriptis committere. Sic & de sanctorum Apostolorum gestis ac passionibus factum legimus, & de aliis quibusque historiis, Ecclesiæ necessariis, manifestè cōperimus. Fuerunt siquidem, qui de beatorum Apostolorum virtutibus uera dixerunt: sed de eorum doctrina, falsa sunt commentati. De Ecclesiasticis itidèm historiis, atque ortu, vel actu, uel obitu Patrum quidam, quantùm ad rerum gestarum spectat fidem, veracia conscripserunt: quantùm verò ad temporum vel locorum attinet ueritatem, minùs cautè confinxerunt. Sic profectò, ut notum est, in scripturis Canonicis diuersorum interpretum varietas extitit: in quibus * quique minus dixerunt, alii quædam addiderunt, quousquè earum per beatum Hieronymum lingua nostra meram ueritatem ab ipso fonte suscepit.

Apostolorum historia à quibusdā deprauata.

** qque g. quidam.*

Quocirca nulla historia sic probabilis poterit vel debet haberi, quàm ea, quæ de ueridicorum, præcipuè orthodoxorum collatione poterit colligi. Et ideò certiùs tenenda sunt, quæ modò de hoc eximio martyre collecta conscribimus, quàm illa, quæ de quolibet alio sancto sine authoris nomine passim scripta relegimus: præsertim cùm hæc quæ scribim', ad antiquariorū antiqua scriptura sint, uelut ex prato non Parisiaco, sed paradisiaco. Cæterùm parcendum est simplicitati uiri religiosi Gregorij Turonēsis Episcopi, qui multa aliter, quàm se ueritas habeat, æstimans, non calliditatis astu, sed benignitatis ac simplicitatis voto, literis commendauit. Patenter & quidem noscere possumus, non adeò quædam solerter eum inuestigasse, cum ei contemporalis existens uir prudens & scholasticissimus Fortunatus, qui plura & frequenter ad eum scripserat, Hymnum rhytmicæ compositionis pulcherrimum, de isto glorissimo martyre composuerit: In quo cōmemorat, eum à beato Clemente destinatum, sicut in Latinorum pagiois didicit: de natione autem eius & ordinatione Episcopatus mentionem non facit, quia linguæ Grææ penitùs expers fuit.

Historia sacra ut i ternoscenda.

Fortunati Scholastici de S. Dionysio hymnus, extat.

Tantis igitur & tam manifestis testimoniorum assertionib' de hoc sanctissimo & antiquissimo patre, ad liquidum elucubratam & propalatam omnibus scire volentibus ueritatem, & ita nescire volentibus ingestam certissimam rationem', ut etiamsi uelint, quod ex illo uerum est, ignorare non possint: cesset, quòd idem Areopagites non sit Dionysius', exitiabilis & profana nimis contentio: quia qui famam martyris derogare aliquo modo gestit, ueritati sine dubio, cui testimonium perhibens, tanta transfretando maria, io tam longioquam regionem exulari, & pro ea pati sic acerbissimè sustulit, detrahere cæca fronte & imbecilli virtute contendit. Nam ut uerè impius & peruicax iudicandus erit, qui post tot ratas sententias opinioni suæ hinc aliquid animo peruerso tractandum reliquerit: ità quisquis post ueritatem repertam quiddam ex hoc ulteriùs dubitauerit, quoniam * ex studio mendacium quærit, comes & discipulus eius, qui ab initio mendax & pater mendacii extitit,

** ex Studio. pro, de industria. Iohan. 8.*

non

non immeritò rectorum decreto erit.

Et quanta sit hebetudo susurronum, pessimi generis hominum, æstimare non valeo, qui doctorem egregium & eximium martyrem se habere, si gloriam patriæ suæ, suamque quærerent, contédere debuissent: potius se, cùm habeant, non habere immurmurent.

In eos, qui negat Dionysiũ Areopagitã fuisse Gallis.

Quanta quoque sit mentium amentium peruersitas, dolere, ut res postulat, nequeo: quæ cùm notis & laudum præconiis martyrem gloriosum suis iniquitatibus debuissent conciliare propitium, detractione & famæ minoratione laborant, quantum ex ipsis est, sibi habere infestũ. Sed isdé in cælis talis nec laudereseít, nec derogatione decrescit: qui Saluatori iunctus, & conciuis Angelorum effectus, de summa cælorum arce singulorum uoluntates intendit, & sequês agnũ quocunq; ierit, corda omnium, diuino lumine plenus, perscrutatur & penetrat. In hoc quoniam sæculo non indiget gloriç testimonio huiusmodi hominum: si tamen dicendi sunt homines, q detrahunt ei iam in cælis immortaliter regnanti, quê adhuc in mortali corpore ueneratæ sunt bestiæ agonizantem. Sufficiens enim est illi sui que comitibus laus illa in seculo, quam splendidissima eorum monumenta testantur, & celebri adoratione Christiani orbis ferè totus proclamat. Nec mirum, si martyr Domini Iesu, istorum sustineat cauillationem, cùm idem Deus maiestatis, qui resurgens à mortuis, iam non moritur, & in cælis ad dexteram Patris sedet, subiectis sibi principatibus, & omnium Angelorum potestatibus, per tanta annorum uolumina adhuc ab incredulia indebita patiatur præiudicia.

Sãcti mortuos euã hominum cogitationes.

Rom. 6.

Hæc interim, donèc plura sumatis de cognitione suffragatoris uestri, Auguste Serenissime, sumite, & ueraciter innotescite omnibus, quia hæc fideliter uestræ dominationi dirigimus, veraciter ex ueracibus historiographis & historiarum paginis colligere ꝑ curauimus: Quoniam ueritas, pro qua preciosum sanguinem hic seruus & amicus Domini fuderat, nostro mendacio adstipulari non indiget, quæ suo sibi testimonio sufficit, quæque testes veracissimos quos repleuerit, testificantes ueracia efficit. Denique qđ nos diù multumque anxiantes quæsiuimus, aliquis alius forte mirabitur, uidelicet cur post omnia tormenta nouissime, uelut ab initio, hi sancti uiri nudi publicè uirgis cæsi, & ex studio hebetatis securibus sint decollati: quod tanto magis potest cogirando mirari, quanto aliis sanctis Dei hoc genus decollationis rarius aut nusquam legitur adhiberi. Qui nouerit, uti in verbis passionis illorum coniicimus, & multa ueterum gesta reuoluentes discimus, antiquitùs morem fuisse Romanum, ut quisquis nobilissimorum reus maiestatis, à militia & defensione Reipublicæ aliò se conferens, contra Senatus notum ageret, uel aliter, quàm se sentêtia haberet, docere quo modo presumpsisset, securi ignobiliosè, flagellis publicè cæsus, cum omni dedecore interiret. Vndè & centesima undecima Olympiade Romanorum consul Manlius Torquatus filium suum, licèt uictorem, quòd contra imperium in hostes pugnauerit, virgis cæsum, securi percussit. Quapropter ex his uos & quę legêtes aduertite, quantæ nobilitatis hic sanctus Domini Dionysius secundùm terrenam generationem fuit in seculo, quantæ sublimitatis secundùm spiritualem regenerationem in Domino, quanti feruoris & fidei, tanta terrarum spatia pio zelo veritatis perlustrando in Christiana religione, quantæ æstimationis etiam apud orbis Principem, qui ne tru cidaretur, hunc Roma apparitores suos direxerit, in nobilitate prosapiæ & fanatici cultus euersione, quâ tæ fortitudinis in tormentorum perlatione, quim abiectissimæ nilitatis in occisione, q̃ preciosissimæ sanctitatis corã Deo in morte, q̃ excellêtissimæ & incogitabilis gloriç cũ Christo in cęlo, q̃ mactæ virtutis sit in adiutorio nostræ fragilitatis, adhuc laborantium in agone, q̃ felix cũ proprio & beato recepto corpore gaudebit perpetuò cũ sociis suis, & oĩb' Angelicis choris, cũctisq; sanctis Domini & electis in æterna felicitate, per eundê Dñm & Saluatorê nostrũ Iesum Christũ, verũ Deũ, Deiq; & hominis filium, qui in omnibus substantiæ ac potestatis Trinitate perfecta viuit & regnat Deus, per omnia secula seculorũ, Amen.

Cur Dionysius cũ suis, virgis cæsi, et obtusis securib' decollati sĩt.

Dionysius nobilis genere.

EPISTOLA HILDVINI ABBATIS INDIGNI, AD CUNCTOS SANCTÆ CATHOLICÆ MATRIS ECCLESIÆ FILIOS & FIDELES, PANDENS QUOMODÒ INUENIRE QUISQUE SCITE DESIDERANS VALEAT IN EPISTOLA, AD CHRISTIANISSIMUM IMPERATOREM DOMINUM LUDOUICUM EXINDÈ DIRECTA, UNDÈ & QUÆ LITER SUMPTA SINT EA, QUÆ IN CORPUS VNIUS TEXTUS, SECUNDÙM IUSSIONEM IPSIUS REDEGERAT EX GRÆCORUM & LATINORUM HISTORIJS, DE NOTITIA EXCELLENTISSIMI MARTYRIS CHRISTI DIONYSII.

.2.

HILDVINVS HVMILIS CHRISTI seruus, & domini mei Dionysii preciosi, sociorũque eius matricularius, omni Catholicæ dilectioni, quaquauersùm Spiritu sancto diffusæ, pacẽ continuam & gloriam optat æternam.



VM nos scriptura generali definitione admoneat, dicens: Qđ cunq; põt manus tua, instanter operare: & pii Augusti, simulque plurimorũ ad hoc desideria cognoscerem anhelare: visum est mihi, etiam in hac parte quiddam sudoris impêdere, vt notitiam de ordine, cõuersionis & pdicationis atque aduêtùs Romã, seu triũphalis martyrii beatissimi Dionysii, q̃ maximè Græcorũ continetur historiis, & quasi sepulta, antiquorum scriniis apud Latinos non modica portione seruabatur obtecta, in lucem Christo iuuãte reducerê: quatenùs deuotio erin dê erga Dei & excellentissimi martyris sui cultũ de uotio cumulata succresceret, & debitę seruitui nostræ, in domo Dñi, quantũm ad exiguitatẽ nostram & ingenioli nostri attinet, cyatho gustũ fidelibus ꝑpinaoti, eiusdê amici Dei, cuius id amore studuim', interuentu gloriosã diuinã misericordiã ipetraret. Vt enim ante nos dictũ est, gesta benè uiuẽtiũ, elemẽta sunt uitã uolêtiũ: & exempla martyrũ, exhortatio nes suot martyriorũ. Quapp lequẽtia relegẽs, pocu lo debriatus ꝑclaro, fidẽ pietatis eructet, & nõ obseq um nostrũ nomini temeritatis assignet. Quia uerò, ut per quendã sapientẽ dicitur, multotiẽs in uili persona despicitur veritas, cui nihil pferri debuisset: suppliciter oẽs, in quorũ manus hæc venerint, deprecor, nè in his nostræ personæ humilitatem & agrestis orationis indisciplinationem attendant, cùm personarum acceptatorem in hac duntaxàt parte non esse Dominum sciant. In qua scilicet me imperitum sermone, non tamen scientia, fateor. Quinpotiùs hunc, de quo ses agitur, inclytum & uerum Christi

Ecclesi. 9

ꝑuersa ... omnes

Nota gl' interuentu apud Deũ sacra histo ria.

Christi militem, ante oculos ponant, cui humanæ oocis dignitate impar oē erit, qnicquid in laude eius aliquis nune mortalium dixerit: quoniam ab eo solo dignè pôt laudari, à quo, & ꝑ quē talis meruit fieri.

Hilduin° non sua, nec noua cudit, sed vetera ꝓferi ī lucē

Vera itaqꝫ à ueracibus de eo scripta, & simpliciter ī unū collecta fideliter relegāt, & si nostrę imperitiæ fuerint indignati, ad ueterū monumēta recurrāt: qa nos nō nr̄a, nec noua cudim°, sed antiqnorū antiqua dicta, de abditis admodùm tomis eruim°, & ueritatis synceritate seruata, paginis manifestiorib° indimus.

Eccl. 18.

4. Reg. 22.

Dan. 12.

Cæterùm neminē sani capitis hæc minùs accepta re putamus, quia anteriori tēpore reperta nō fuerāt, cùm liquidò noscat, ꝙ is, qui creauit oïa simul, noluit reuelari cūcta, vel cūctis in semèl: mutaqꝫ manifesta, iterùm esse tēpore occultata. Ad mētē enim debet redire, qđ in literis diuinirùs inspiratis legitur, de legis libro diù latēte, & denuòsub admiratione inuēto. Et cùm Daniel dicat, Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia: quanto magis nullus abiurare debebit, ꝙ multis comitibus aliorsùm intuentib°, segnis quisqꝫ aut tardus pòst gradiens, perditionē in uia, quam ꝓcedētes triuerant, inuenire non possit. Abiecta deniquè oï ambiguitate, ꝙ isteipse Dionysius, cuius hic gesta scribuntur, non sit Areopagites & Athenarum Episcopus, quid quisque dixerit, velut de autumatione Gregorii Turonensis Episcopi, & subreptione Bedæ sancti presbyteri, atqꝫ aliorū quorunqꝫ sine authoritate iactatur: qui curiosiùs hoc scire voluerit, vt de multis quædam designemus ea nomine, Eusebii Cæsareensis historiā, & Aristarchi Græcorum Chronographi ad Onesiphorum primicerium Epistolam, & Visbii conscriptionem perquirat & relegat. Ibique discere poterit, quis iste Dionysius fuerit, & qualiter per martyrii palmā ad Christum peruenerit, si hic eis in sui connexione manus dare fidei detrectauerit. De his autem & aliis quibuscunqꝫ nōde sumpta sunt omnia, quę præ manibus tenentur collecta, si benignitati legentis commodum ac placitum fuerit, & alibi ea inuenire nequiuerit, literarum nostræ paruitatis ea hoc ad serenissimū Augstū affatim illustratione ualebit. Nam etsi eis credere dignatus non fuerit, illæ sibi tamen sine quolibet supercilio prodent, vbi hæc uniuersa, & qualiter, & quo ordine dicta manifestè reperiat, ipsorumque librorū plenitudinem, si indiguerit, ab archiuo nostræ Ecclesiæ mutuare quibit. Valeat fidelis & char° frater oïs in Domino, cum pietate & gratia memor nostri.

Epistola Aristarchi chronographi ad Onesiphorum.

INCIPIT PASSIO SANCTISSIMI DIOnysii, qui a loco Areopagita, & Patriotico prænomine Ionicus, Christiano autē agnomine est appellatus Macarius, à sācto Paulo Apostolo Atheniensium ordinatus Archiepiscopus, Apostolica uerò authoritate beati Clemētis Papæ, torius Gallię cōstitut° Apostolus: Cui° inuicta ꝓ fide Christi deuotio, sub Domitiano Cæsare & Præfecto Sisinnio apud urbē Parisiorū post multa certamina, inter ꝙ ei Domin° noster Iesus Christus apparuit, coràm ꝗplurimis septimo Idus Octobris martyrium consummauit cum Rustico & Eleutherio: sanctusque Dionysius caput suum tulit, ubi nūc requiescit.

Octob. 9.
Cap. 1.

POST beatam ac salutiferam Domini nostri Iesu Christi passionem, & adorandam eius ab inferis resurrectionem, seu in cælos gloriosam ascensionem, qua se manifestauit diuinitate nunquàm defuisse, quò rediit, in uniuersis gentibus Apostolorum prædicatio profutura successit, ità vt fide crescente, multi mererentur fieri Christi nominis confessores, quos Catholica postmodùm gaudet mater Ecclesia promeruisse martyres, & fidei bellatores, quæ lętabatur in Apostolis tantos se habere duces atque rectores. Qui siquidem cùm imminere suas cernerent passiones, quæ, Domino Iesu Christo docēte, didicerāt, repleti Spiritussancti gratia, docuerunt, vt ad sanctę confessionis gloriam & præmium transmigrarent. Vndè gratias agimus tibi Domine Iesu Christe, qui infestantis inimici iacula, probationem fidelium tuorum præstitisti esse, & non vulnera: sed inter cętera charismatum munera, talē tuis testibus tribuisti pro labore mercedem, ut nullum tuorū fuisse gaudeat hostis imbellem: quinimmò perpetuum illis es largitus triumphum, ut Ecclesiæ tuæ semper sint in exēplum. De quorum Collegio beatus Paulus Apostolus, quē cęlo præsidens humanitas & benignitas Saluatoris nostri Dei compellās Saulum strauit, ac Paulum statuit, eorūqꝫ merito ac numero sociauit: replens Christi Euangelio, non solùm ab Hierosolymis vsque in Illyricum, verùm & usqꝫ ad terminos, quomodò à Deo constitutus magister omnium Gētium, peragrana superiores & vicinas ciuitates, tempore, quo princeps Claudius agebat in sceptris, deuenit Athenas.

Martyres fidei bellatores.

Martyres Ecclesiæ exēplo sūt
Act. 9.
Rom. 15.
Claudij tēpore Athenas venit Paulus.

Cap. 2.
Laus & descriptio Athenarum.

Quæ vna vrbium magnarū Metropolis in cōfinio Thracię prospiciens Lacedæmonię terminos, posita media inter Achaiam & Macedoniam iacet, qua nihil habuit Græcia clarius situ terrarū, eminentibus & frequentibus collibus montuosa, antiqua Scriptorum facundia, paterna viscera, & materna vbera, appellata: Ionici maris faucibus, bithalassi more, interclusa, Aegèum pelagus à læua contingit. Vrbs inclyta & antiqua, sola pręter externum incrementū gloriosa: Cuius ciuibus non dedit initium collecta natiuitas: sed quæ illis sedes, eadem est & origo: terrarum fertilitate opulenta, fandi & eloquētiæ nutrix, philosophorum & sapientium genitrix, artium liberaliū & diuitiarum omnium copia præ vrbibus cunctis enituit.

Cecrops Athenas condidit.

Hæc sita est in Attica Helladis prouinciæ, qua Cecrops & Menander, Reges generosi splenduerunt: vbi Apollo & Hippocras ac Aristoteles, cæterique inuētores & propagatores totius peritiæ suor earū, & in toto orbe suis præsentia, & temporibus nostris memoria fulgent. In hac summoperè urbe temporibus Cecropis & Menandri, Regumque succedentium cultus simulacrorum, & statuarum adoratio, idolorumque superstitiosa religio primò est reperta, & sāctionibus propalata. Hæc quoquè in prouectu sui est Mineruę sacrata, & ipsi eius de nomine nomē aptatū. Hæc prima cunctarum vrbium leges condidit, & alijs iura uel tradidit, vel * mutuauit.

Athena Mineruæ sacrata.
** mutauit*

Cap. 3.
V. Athenarū regiones.

Quinque sanè regionibus disterminata signatur. Prima regio est, quæ Aegèum mare respicit, in qua situs mons extat supereminens vrbi, vbi Saturni & Priapi aureæ statuæ variarum illusionum colebātur dementijs: Hæc enim regio kronos pagos appellatur ex Saturni nomine, qui Græcè kronos vocatur. Secunda regio Athenæ est, quæ respicit Thraciam, vbi terebynthus miræ magnitudinis inerat: sub qua Syluani & Fauni, agrestium hominum simulacra statutis diebus à pastoribus venerabantur: quæ regio Panos pagos appellatur ex nomine Syluani & Fauni: Græci enim Syluanum Pan, & Faunos ficarios Panitas vocitant. Tertia regio Possedonos pagos appellatur, quæ intendit portum Neptuni: Possedon

Eccè quibus olim dijs inuētolabat gentilitas.

nanque

nanque Græcè, Neptunus dicitur, cuius simulacrum & Dianæ effigiem Aegèi ibidèm colebant: & quó re cursus totius propuli, luna renascente, in multis suo ctionibus confluebat. Quarta regio in eàdem urbe est, ubi idolum Martis & simulacrum Herculis in colle Tritonii montis, in medio urbis positi, steterat, ad colendum multis immolationibus & delusionibus Martem & Herculem, quos illi deos maximos & fortissimos adorabant. Vbi etiam exercebantur iudicia & docebantur fora, ingeniique omnis solertia, qui locus Areopagus appellatur à Marte: Mars enim, Ares Græcè uocatur. Quinta regio ciuitatis eiusdem uersa est ad portam Schæam, Hermis pagus ex nomine Mercurii, qui Hermes Grecè dicitur, appellata, in qua staticulum ipsius Mercurii ueneratione sui, meo te ceperat vrbem.

Cap. 4. Amœnissimus Athenarũ situs, & mira cõmunium rerũ copia.

Hæc ciuitas munitissimis mœnibus, mari florido mellitis, ut sic dictum sit, riuulis & fluminibus, satis pinguissimis nemoribus, consitis & aromatibus odoratis, vineis nectareis & ubertatis copia effluentibus, oliuetis abundantissimis, viretis florentibus, pascuis pecoribus sufficiẽtissimis, auri, argenti, cæterorumque metallorum omnium copiis, nauium quoquè ac vectigalium commeatibus & uoluptatũ cunctarum affluentiis, ultra urbes alias exornata, quondàm nobilissimè floruit. Sed quæ suo priori seculo cunctis mundi felicitatibus superérat, modò gẽtium frequenti & condenso impetu oppressa, & intercepta dirimitur. Vbì in aduentu Pauli quidam uir nobilis erat, qui symmystes, id est, consecretalis Apollo Kronospagita, quoniam in eadem vrbis regione cæteros præcellebat, nominabatur, cuiusdam Apollinis nobilissimi Atheniensium principis prosapia deriuatus: cuius pater Nicolaus, uir magni ingenii, literarum studio pollens, ciuis & Argolicæ artis magister fuit. Huius igitur filius Apollo, dum inter philosophorum scholas clarus haberetur, & authenticas bibliothecas reuolueret, deditusq; esset philosophiæ, & vanis superstitionibus ritu paganorum, audiuit Paulum Apostolum noua & inaudita anteà dogmata prædicantem: & cùm ei resistere non ualeret, inuènit ueram esse doctrinam, quam Paulus apud Athenas docuit. Relinquens ergò dæmonicas ludificationes, & gentilitias adinuentiones, prouolutus Apostoli pedibus, deprecatus est eum, ut illi veram doctrinam & uiam salutis ostenderet, seque Christi, & non Saturni, professus est fore discipulum.

Apollo Chronospagita.

Apollo credit in Christum Paulo docente.

Cap. 5. Dionysius cur dictus Theosophus. Item Areopagita. Genus S. Dionysii.

His ità gestis, cùm uocis nouitate Athenienses permoti, quadam die Paulum ad Areopagum duxissent, ut ibi examen sua doctrina acciperet, adorsus est Dionysium, qui ob plenitudinem diuinæ supernorũ numinũ sciẽtiæ, Theosophus, id est, Deũ sapiens, & à regione urbis, qua sedulò cõmorabať, & ornatus principabatur, Areopagita genuino quasi uocabulo utebatur, altissimo sanguine primi & magni Dionysii, non illius Semelæ uel Deucalionis, sed eius, qui uitis inuetor apud Athenas insignis est habitus, longissima & clara propagine propagatus. Hic nanq; annos ætatis quinque & uiginti agens, & cunctis penè artibus copiosè imbutus, crementi studio excitus, unà cum Apollophanio conphilosopho suo astrologicæ disciplinæ uoto Aegypti Heliopolim transmigrauit. Vbi simul cum eo degens, quandò Deus homo, Dominus noster Iesus Christus, pro mundi salute inuidia Iudæorum Cruci pependit affixus, & sol sui Domini mortem pauescens, lucis suæ radios in terræ mutauit noctis horroré, atque orbis climata tenebrarum obtexit caligine, earundem tenebrarum signo anteà inuiso & inaudito attonitus, ut omniũ literarum disciplinis edoctus, dixit: Hæc nox, quam nostris oculis nouã descẽdisse miramur, totius mundi veram lucem aduenturam signauit, atque Deum humano generi effulsurum, serena dignatione dictauit.

Dionysius proficiscitur in Aegyptum sui studii causa.

Tenebræ Christo patiente.

Cap. 6

Vndè expletis, pro quibus perrexerat, feliciter rediit, arcique totius vrbis Atheniensis præerat, & curiæ Areopagi præsidens, omnium negociorum ciuiliũ publicè & priuatim ut nobilior nobilissimis moderamina disponebat, atque inter primos primus sophistica & syllogistica uniuersalium doctrinarum acumina, & strophas, insulat⁹ toga philosophica, ciuibus ac undiquè ad id studium confluentibus profundebat. Hunc siquidem uatem, qui olim paganus adhuc uisceribus tanti mysterii, quod uenturum erat, quasi uenturum ualuit reserare, utpotè loci primatẽ cùm Areopagum adisset, erectis ad uerbum omnium auribus, interrogare specialiter cœpit Paulus, quid coleret, & quibus numinibus in tam spatioso & uenerabili loco inseruiret. Cui respondit Dionysius: Deos, quos coluerunt patres nostri, quorum virtute & solertia mater terra continetur, hos colimus & adoramus: Aras, quas vides, Martis & Herculis, Mercurii & Priapi nomine & honore sacratę sunt. Dum verò Paulus singula altaria & simulacra falsorum deorum perlustrasset, inter cæteras aras reperit altare unum, cui erat titulus superscriptus, Deo ignoto. Et conuersus ad eum Paulus, interrogauit illum, dicens: Quis est ille Deus incognitus? Ad quem Dionysius: Adhuc, inquit, non est ipse Deus demonstratus inter deos, sed est incognitus nobis, & seculo uẽturo futurus. Ipse enim est Deus, qui regnaturus est in cælo & in terra, & regnum eius non accipiet finem. Subiungens itaque Paulus, ait: Quid nobis uidetur? Homo erit, an spiritus deorum? Respondens Dionysius, dixit: Verus Deus & verus homo, & ipse renouaturus est mundum: sed adhuc incognitus est hominibus, quoniam apud Deum in cęlo eius conuersatio est. Et ait Paulus: Illum Deum prędico uobis, quem incognitum appellatis. Natus enim ex Maria uirgine, passus sub Põtio Pilato, ꝓ salute humana mortuus, resurrexit, cælosque ascendés, sedet in dextera Dei patris, verus Deus & uerus homo, per quem facta sunt omnia, & venturus est in fine seculi iudex omnium, quæ geruntur. Qui notus est iam in Iudæa Deus, & magnum in Israel & sanctum nomen eius. Quapropter quem incognitum usquenũc habuistis, modò cognoscite, quia ipse est Deus solus, & præter eum non est alter, qui nos de morte, sanguinis sui pcio reduxit ad uitam, qui cælum & terram, homines scilicet & Angelos, in vnitate regni sui coniunxit, qui mortificat iustus, & uiuificat pius: qui claudit, & nemo aperit: aperit, & nemo claudit.

Venturum erat quasi uenit.

Paulus cũ Dionysio disputatio.

Ara Deo ignoto Athenis.

Psal. 75.

1. Reg. 2. Apoc. 3.

Cap. 7.

Hæc & alia plura Paulo prędicante, & templa singula perlustrante, commendando Christum IESVM Dei filium & Deum uerum esse, quæ amica curiositate Athenienses, propter ipsam nouitatem officiosissimè acceptabant: Dionysius ueram doctrinam & dogma salutis audiens, & nihil esse idola, quibus seruiebat, quin magis dæmonia, quàm deos esse cognoscens, sanctum uerò spiritum & uerba uitalia in Pauli doctrina euidentissimè sentiens, diuino lumine corde tactus, eidẽ Paulo cessit, & ab illo expetiit, quatenùs pro illo ipsius Dei, quem prædicabat, misericordiam deprecaretur, ut illius cultor verus, & suus mereretur esse discipulus.

Dionysius conuertitur ad Dominum.

Cap. 8.

Postero autem die, cùm Paulus ageret iter, cæcus quidam cœpit eum obsecrationis uocibus compellare. Sanctus autem Apostolus, Crucis signum clausis à natiuitate eius oculis imposuit, dicens:

Christus

Iohan. 9.

Christus Dominus & magister noster, qui oculis lutum imposuit cæci nati, & lumen restituit ei, ipse te potentia sua illuminet. Quem mox uidentem his est verbis affatus: Vade, inquiens, ad Dionysium, & dic ei, quia Paulus seruus Iesu Christi ad te me misit, ut memor sponsionis tuæ, ad eum venire non differas, quò baptismum salutis accipiens, ab omnibus possis absolui nexibus delictorum. Is autem, qui lumen recepit, obedienter uerba iubentis impleuit, & ad Dionysium properans, Pauli ei uerba per ordinem nunciauit. Dionysius verò, electionis gratia iam præuentus, ut cæcum respexit non antè habitis luminibus cõtuentem, ait ad eum: Es ne tu ille, quem cæcum natũ cunctis cognouerunt affines? Cui ille respondit: Ego nempe sum, cui cæco nato hactenùs sol non luxit, sed ipse Paulus, cuius tibi defero mandata salubria, Iesu Christi magistri sui inuocata uirtute, sanitatis mihi lumen indulsit. Qui protinùs surgens, cum omni domo & Damari uxore sua, quam ut sumeret more terrenę nobilitatis, propter amorem suscipiendæ charę sobolis, eum sui coegere parentes, ad mandata properat sancti Pauli. Credensque fideliter, & abnegatis erroribus paganorum, sacri est baptismatis unda respersus: ac sic demùm se tradidit eius magisterio pleniùs imbuendum, inque sanctæ Trinitatis fide, & incarnationis, passionis ac resurrectionis Iesu Christi Domini nostri mysterio, seu cunctis arcanis Ecclesiasticę sanctitatis affatim, ut comes eius inseparabilis, quocunquè gressum moneret, a beato Paulo per triennium institutus, Thessalonica, magistro obsequendo, reuertens, ab eodẽ beato Paulo Apostolo Atheniensium est ordinatus Antistes, ac deindè, ipso iubente, Christi Euangelium prædicauit, eandemque ciuitatem & maximam partem patriæ ad fidem veritatis conuertit.

Paulus cæcũ illuminat.

Damaris S. Dionysii uxor.

S. Dionysius cũ suis baptizatur.

Triẽnio ĩstruitur à Paulo.

Ordinatur Episcopus Athenis.

Cap. 9.

Scripsit & per idem tempus ad Thimotheum Ephesiorum Episcopum, suum autem condiscipulum, diuino vsus stylo, fulguranti sermone, se eiusdem panis uerbo, quo uiuunt Angeli, repletum ostendens, de Cælesti principatu, id est, de ordinibus Angelorũ, insigni eloquentia, & reuerenda profundissimaque intelligentia, sicut reuerà is, qui in cælo os suum posuerat, cùm de cęlestibus loquebatur, vbi corde & cõuersatione degebat: Hæc, inquit, per sequentia capitula sufficientissimè differens. Primò, quia omnis Diuinus splendor secundùm benignitatem variè in prouidentibus procedens, manet simplex: & non hoc tantùm, sed & coaduoat illa, quæ splendorem accipiunt.

Scribit de Cælesti Hierarchia.

Eius libri summa.

Cap. 1.

Secundò, quia decenter diuina & cælestia per in
2. similitudinum symbola monstrantur. Tertiò, quid
3. est Hierarchia, id est, sacer principatus, & quis est erga Hierarchiam profectus. Quartò, quid significet
4. Angelorũ cognominatio. Quintò, cur oẽs cælestes sub
5. stãtiæ, in cõmune Angeli dicũt. Sextò, qs est primus
6. cælestiũ substãtiarũ ornatus, quis medius, & quis ulti
7. mus. Septimò, de Seraphim & Cherubĩ & Thronis, & de prima eorum Hierarchia, id est, de primo eo
8. rum sacro pricipatu. Octauò, de Dñationibus & Virtutibus & Potestatibus, & de media eorũ Hierarchia,
9. id est, sacro principatu. Nonò, de Principatibus & Archangelis, & Angelis, & ultima eorum Hierarchia,
10. id est, sacro principatu. Decimò, repetitio & congre
Ordinis gatio boni & Angelici * chori. Vndecimò, cur oẽs
11. cælestes potestates, communiter uirtutes cælestes uo
12. cantur. Duodecimò, cur qui apud homines sunt Hierarchi, id est, sacri principes, uidelicet sacerdotes,
13. Angeli uocantur. Tertiodecimò, cur a Seraphim dr̃
14. mũdari Esaias. Decimoquartò, quid significat tradit⁹
15. Angelorũ numerus. Decimoquintò, quę sunt formales Angelicarum uirtutũ imagines & ordines: quid, quod igneũ est. Et quid est, q humana specie angeli apparẽt? Qui sunt illi oculi? q̃ illæ nares? q̃ sũt illæ aures? q̃ illa ora? qui sunt illi tactus? quæ sunt illæ palpebræ? quæ sunt illa supercilia? quis ille auditus? qui sunt illi dentes? qui sunt illi humeri? quę sunt illa brachia, & manus? quod illud cor? quæ sunt illa pectora? quę sunt illa dorsa? qui sunt illi pedes? quæ sunt illæ alæ? quæ est illa nuditas? quis est ille vestitus? quæ est illa splendidissima uestis? quis ille sacerdotalis? quæ sũt zonę? quæ sunt illæ uirgę? quæ sunt illæ lanceæ? quæ sunt illæ secures? qs est ille Geometricalis funis? qui sunt illi uenti? quæ illæ nubes? quod est illud æs? qđ est illud electrum? qui sunt colores differentium lapidum? qs visus leoninus? qs visus aquilinus? qs visus uitulinus? q sũt illi eq? q̃ sũt differẽtiæ equorũ coloratorũ? quæ sunt illa flumina? qui sunt currus? quæ sũt rotæ? quid est, qđ dictum est gaudium angelorũ?

Cap. 10.

Ad eundem etiam Timotheum alterum scripsit librum de Ecclesiastico sacro principatu, distinctum per capitula, quæ infrà sequuntur, elegantissimè mysticum sacramentorum priùs ponens, & sic singulas singulis capitulis mysticorum sacramentorum theorias subiungens. In quibus ostendit, cuncta quę in Ecclesiasticis & sacratissimis mysteriorum consecrationibus fiunt, Angelico ministerio secundum conuenientiam cuiusque ordinis, unà cum ministris sancti altaris, & præcipuè Hierarcha, hoc est, sacerdote, q vnus de Angelis secundùm fas efficitur cæliùs operari: Maximè in ministerio sacri sacrificii Dñicę passionis, sanctissimi principatus militiæ cælestis, cum consortibus suis in proprio ordine, & laudis officio semper assistunt, & in consecratione sacratissimi chrismatis, quæ vniformis & uniordo est symbolis sanctissimæ Eucharistiæ: in qua uidelicet chrismatis initiatione, ordinem Seraphim, benignum Iesum, qui in omnibus sanctissimus sanctificat seipsum pro nobis, & omni nos sanctificatione replet in ipso perfectos, atque ex Deo natos circũstare, & multilauda illa hymnologia, quam Propheta Seraphim se audisse clamare describit, eundem Dominũ nostrum Iesum Christum intelligibiliter laudare, obsequentibus etiã cęteris Angelorum choris, & sensualiter Alleluia concinentibus, liquidò manifestat: cuius libri est prima ista capitulatio, Quę est Ecclesiastici principatus traditio, & quæ est eius speculatio.

Liber eius de Ecclesiastica Hierarchia.

Sacerdos Hierarcha.

Missa, descriptio Dñicæ passionis.

Esa. 6.

Sũma Ecclesiast. Hierarchia.

De his, quæ in baptis 1.
matis illuminatione perficiuntur. De his, quæ in col 2.
latione Eucharistiæ perficiuntur. De his, quę in chris 3.
mate perficiuntur, & in ipso consecrantur. De sacer- 4.
dotalibus perfectionibus. De perfectis ordinibus, id 5.
est, monachorum, & seculo renunciantium etiã post
baptismum. De his, quæ in dormiẽtibus pficiuntur. 6.

Cap. 11.

Tertium quoquè ipsi conscripsit Tomũ de Diuinis Nominibus, quẽ & appellat de Symbolica Theologia, examussim & ortodoxè, ut sufficit, in eo disputans: Primo capitulo, quæ est uerbi speculatio, & quæ est de diuinis nominibus traditio. De coadunata & discreta Theologia, & quæ est diuina coaduoatio, & diuina discretio. Quæ est orationis uirtus, & de B. Hierotheo, & de reuerentia & conscriptione Theologica: in quo ostendit se apud sanctam ciuitatem penès sepulchrum Iesu, uitæ principis, à Iacobo fratre Domini, & Petro Apostolorum principe, necnon & à Theologo Iohanne vnà cum præfato Hierotheo, & sancto Timotheo, aliisque quamplurimis sanctis fratribus audisse disputationem, & fidei sacramentum, quomodò ab omnibus tenebatur Theologis, de Diuinitate & humanitate Domini Saluatoris: sed & ex consequentibus, suppresso nomine, beatum Paulum bis interfuisse demonstrat. De benigno, de luce, de bono & cupiditate, & ecstasi, & de zelo, &

Liber eius de Diuinis nominibus.

Eius summa.

quia

quia malum nec est, nec de existente neque in existentibus est. In quo capitulo beati Ignatii cupiditatem, etiam in bono accipi debere asserens, cum uenerationis laude commemorat, scribentis in quodam loco sic: Mea cupiditas, inquit, crucifixa est, Dominum Iesum volens intelligi. Sed & capitula suprascripti Hierothei contra philosophos non pauca interserit. In quibus ita peristrophaios syllogismos de malo disputans, constringit eos, ut in neutram partem deflectere, neque post tergū regredi, sed & nec aliò seipsos possint dirigere, nisi quò ipse eos cogit impingere. De Est, & de paradigmis. In quo sensum Clymis Philosophi actuē redarguit. De uita, & in hoc amentiam refellit Magi Simonis, & contentiosos eius sermones à diuino choro repellit. De sapientia, de mente, de uerbo, de ueritate, de fide. De uirtute, de iustitia, de salute, de redēptione, & de inæqualitate: vbi Elymam, si omnipotens est Deus, Magum ancipiti gladio percutit, dicētem: Si omnipotens est Deus, quomodò dicitur quid non posse? Et Paulum calumniantem syllogistico spiculo terebrat, & cor cerebrumque eius, id est intellectum & sensum perfodit atque comminuit. De magno & minore, & de idipsum, & de altero, & de simili & in simili, de statu, de motu, & æqualitate: De omnipotēte, de antiquo dierum, & de seculo & tempore: De pace, & quid uult ipsum, quod ipsum dicitur, & quę est ipsa uita, & ipsa uirtus, & quæ sic dicuntur: De sācto sanctorum, Rege regum, Domino dominorū, de Deo deorum: De perfecto, & uno.

Aliꝗ mar tam, Ame us amor crucifixus est.

Eccè quo philosophos et magos sua doctrina constrīgat et redarguat.

Cap. 12. Epitoma quinetiam eidem Timotheo composuit capitulatim, de Mystica Theologia per cataphasin, id est, affirmationem, & per apophasin, id est, negationem, atq; per hypotheticos, id est, conditionales syllogismos, omnia sensibilia & intelligibilia, & quæ in terra sunt, & quæ in cælo, sensu transcendens, ac prout mortali possibile est atque licitum, vsque ad ipsius Diuinitatis sacrarium penetrans. Quapropter à Gręcorum sapientibus extunc & hodieque Dionysius πτερύγιον τοῦ οὐρανοῦ, quod Latinus sermo explicat, Ala cæli, uocatur: quia illuc spiritali intelligentia & uetentissimæ reuelationis gratia euolans, nō solùm illa multimoda & magnifica mysteria ac ministeria sanctorum spirituum, uerum & sempiternæ Deitatis saporem palato cordis degustans, didicit, undè hæc humanæ notitiæ literis eructauit. In cuius libri capitulo primo dicit intimatum sibi á beato Bartholomæo Apostolo, qualiter Theologiam, sanctumq; Euāgelium debuerit intelligere: quod & arguiè cępit, & breuibus, sed profundissimis, uerbis eiusdem Apostoli, scriptis suis ea inserendo, definiuit. In secundo autem capitulo tradidit, quomodò oporteat coaduuari, & hymnos reponere omnium causæ & super omnia. In tertio uerò, quæ sunt kataphaticæ, id est, affirmatiuę Theologiæ, & quæ sunt apophaticæ, id est, negatiuæ. In quarto, quia nihil est sensibilium, quòd omnis sensibilis secundùm supereminentiam causa. In quinto, quia nihil est intelligibilium, quòd oīs intelligibilis secundùm supereminentiam causa.

Liber eius de Mystica Theologia.

Explicat sūmatim quid ī Mystica Theologia habeatur.

Cap. 13. Sed & Gaio scripsit Epistolam, per sententias differentem, quomodò quadam ignorantia cognoscatur Deus, quomodó uisus sit ab his, qui eum uidisse leguntur, & quòd benignifico & Deifico munere aliquo modo intelligatur, & quòd non solum Diuinitatis, sed & humanitatis Christi ministerium, & dictu arcanum maneat, & intellectu ignotum: & quomodò Iesus, qui est super omnia, hominibus est substantialiter constitutus, & quòd secundùm homines, de hominum substantia, substantialiter est substātiatus, sicut ostendit Virgo superexcellenter pariēs, & aqua instabilis, materialem & terrestrem grauitatem sustinens. Et quòd non diuisè secundum Deum tantum Diuina egit benignus Iesus, neque humana tantùm secundùm hominem: sed uir Deus factus, nouā quādam Deiuirilem operationē nobis peruilitauit.

Epistola ad Gaiū & eius argumētū.

Dorotheo quoquè ministro direxit literas, innotescens quòd Diuina caligo sit lux inaccessibilis, in qua habitare Deus dicitur, & in qua sit omnis, qui cō scire & uidere dignus in hoc corpore fuerit.

Epistola ad Dorotheum ministrum.

Sosipatrem autem sacerdotem breui Diplomate monuit, nè bona sua non manifestata, iudicet esse neglecta, & ut careat contentione uerborum.

Item ad Sosipa.

Cap. 14. Polycarpo etiam Smyrnæorum Episcopo, beati uidelicet Iohannis Apostoli discipulo, Epistolam quasi apologeticam misit, innuens quòd pertinaces contradictores ueritatis sæpiùs correpti, aliquantulùm sint declinandi: simul & Gręcos accusans, quod per sapientiam à Deo acceptam, non sanctè diuinis in diuina utentes, diuinum eiicere tentent cultum, & per multam uanam gloriam Poetarum, seruitutem inducere studeant creaturæ potiùs, quàm creatori. Vndè & Apollophanii sophistæ, cultoris scilicet Solis, faciens mētionem, & sancto Polycarpo de eo suadēs, acti in sole sub Ezechia miraculi recordatur, cui fidē accommodare isdem Aphollophanius detrectauit: atque ut ei non possit monenti resistere, beatum Polycarpum instruit, & rememorari eū Apollophanio petit de signo tenebrarum, in Saluatoris crucifixione facto, earundemque tenebrarum accessionem & recessionem ab Oriente in Orientem extitisse mirabilem, sicut in Heliopoli ciuitate pariter cōstituti uiderunt: addens & uerba, quæ ei tunc sæpefatus Apollophanius dixerat, tuti pleniùs in Epistola ad ipsum directa, infrà docebitur: quam, ob pleniorem gestarum rerum cognitionem, huic subnectere iudicauimus, habentem se in hæc uerba:

Ad Polycarpum.

4 Reg. 20.

Apollophanio concreto, & conphilosophæ: Nūc ad te mihi sermo dirigitur, præcordialis amor, multos tibi solicitudinū mearū angores de te replicās, teque miti mente, super vecordi notæ tibi friuolitatis diuina pertinacia arguens, & de te fanatica illusionum phantasmata insultans, supernaturalem modificationē benignitatis Dei magnificentissimè & diligentissimè adorando, tibi benè resipiscenti pars animę meę cōiubilo, tuisque te despectionibus compellabo, ut illa tibi iteratò commēdem, quorum pridèm contempseras notionem. Frequentissimè quidē & diligenter sacris dilucidaui tibi, Moyse prodente, à Domino hominem limo factum, & transgressiones eius cataclysmo piatas. Sequēter quoquè eum in amicitia sumptum, multaque in Aegypto & egressionis suæ itinere pro eo, & in eo fecisse magnalia: Atque Theologos multimodos effecisse, quorum præscientia Deus humanatus, fieri ex Virgine est dignatus. Vndè mihi respousalia multotiès remisisti, non solùm te hæc esse uera, funditùs ignorare, uerùm & quis idem Moyses fuerit, pernescire: Euangeliumque Iesu Christi, Dei totius maiestatis, quod meum uocabas, renuere: Paulum uerò hominem mundi circuitorem, & seminiuerbium, de materialibus ad immaterialia non uelle suscipere: Immò me refellendo, quoniam paterna religionis iura degener omittens, in sacrilega nefaria me transfuderim, hortabaris aut ea, quibus innitebar, dediscere, aut his * derelictis, paterer mea mihi sufficere, & non numina diuina, seu leges patrias derogarem. Vt autem lux superna paternæ gloriæ splendorem in tuæ mentis tenebras radiare suo proposito destinauit, penetralibus cordis mei insudit, ut tibi memoriale pulsimum recordarer, qualiter in Heliopoli penè coæuè mihi, ego quia

Epistola ad Apollophanium.

Gen. 1.

Gen. 7.

** delictis*

Ecclipsis Solis terribilis, Christo in Cruce pendente.

quinque & viginti annorum ferè tempus exoluens, pariter morabamur: cum feria quadam sexta ferme hora etiam quasi fexta, luna fe ei interijciente, fol eft horribiliter obfcuratus, quia non Deus, fed creatura Dei, lucis fuæ occubitu lucere nequiuit: queftusque fum apud te, quid hinc tibi, prudentifsime, videretur: ex quo prudentia tua refpondit, quod adeò tenaciter cordi mētis meæ inhæfit, vt nulla obliteratione abradi, nulla mortis imagine valeat aboleri. Obfufi nanque orbe vniformiter tenebrarum caligine tabefcente, vt purgatum rediji Solis diametrum, regulam Philippi Aridei adfumpfimus: cumque cepotimus, quod & erat notifsimū, eotenus fatigatione ecliptica folem pati moleftias non debere, & lunam ab Oriente folarem fulgorem velis Aethiopicis obducentem, folere in occiduæ ora captare perfugia: tunc autem lucigenos thefauros caligines, quas genuerant, vfque in Iliacos terminos, vt putauimus, proferentes recondere Occidētis, præfertim cùm lunæ deeffet, & nec conuentus tempus propinquaret,

Apollophanes mafta peritia facrariū.

aio ad te peritiæ vaftæ facrariū, adhuc nefcius tantæ rei myfterij: Quid, inquā, fpeculū doctrinæ Apollophani, his fecretis afcribis? Ad quæ mihi tu inquiens omine diuo, & nō humani fenfus fermone: Ifta, o bone Dionyfi, diuinarū retributiones funt rerū. Denique notatū feriæ diem & annū annunciationi, quā Paulus auribus noftris fufpenfis infonuit, fignis acclamantibus concordare expertus, dedi veritati manus, & falfitatis fum nexibus abfolutus: quam ineffabiliter effero, tibique infero, quæ eft & via ac vita, & verū lumen eft, quod illuminat omnē hominem venientem in mundum, cui tu tandem, vt verè prudēs, cefsifti. Cefsifti nempe vitæ, cùm abdicafti mortem, cuique benè facies inhærendo, cùm hinc nobis arctius iunctus eris. Is enim eft illud Eft, cuius me fulgore obtenebrans, eras folitus hincindè fucis multicoloriis & multiplicibus, etiam intrà penetralia infulignare, & acuminatis fpiculis terebrare. Quoniā, vt fatebare, illius notitia fapida nofci, vt infuabas, mentali palato fe refultabat, & dedignans, in ventre tuæ notitiæ fedem fumere abnuebat. Sic, fi modò cognofcentia & prouida corda gerens, fufcipe, ne pro his qui non funt, EST verum remutes: & pertinacior ad falfa tentātibus efto, quàm ad verum Eft fuggerentibus noftris votis extiteras. Itā nam in Iefu effe & vita mea, lætus iam moriar, cùm ipfe in eo viues.

Dionyfius qua occafione conuerfus. *Iohan. 1.*

Alludit ad illud Exodi: Qui ē, mifit me. nēque: Ego fum, q fum.

Cap. 15. *Epiftola ad Demophilum.*

Demophilum nihilominùs de proprio actu horribiliter increpans, quoniam eum, qui à fide apoftatauerat, prohibuit recipi, valdè vtilem fcripfit Epiftolam, exemplis ac fcripturarum teftimonijs in modū ferti, de agro pleno facræ fcripturæ, cui benedixit Dominus, collecti redolētem. In qua vbicunque vocabulo Domini Saluatoris vti illum caufa popofcerit, benignum eum appellat. Quam etiam fi quis intensè perlegerit, non mediocriter, cuius benignitatis & mifericordiæ fit Iefus Dominus, quantùm pofsibile eft homini cognofcere, intuebitur, & qua fiducia poft lapfum, fi contigerit, ad benignum recurrere quifque debeat, peruidebit. Miniftrorum etiā Ecclefiafticorum ordinem, & excellentiā atque authoritatem facerdotum, in ea plenifsimè fatis oftendit. Cui hanc quoquè, nō dicam fabulam, fed rē fpiritalem fpiritaliter geftam fubiungit. Quam hic ob vtilitatem ifta legentium, in quorum manus fortafsè plenitudo ipfarum non peruenit literarum, narratecenfuimus. Ait enim poft multa & inter alia: Non habemus, inquit, Pontificem, qui non pofsit compati infirmitatibus noftris, fed ipfe innocēs & mifericors, non erumpet, neque clamabit. Mitis enim eft, & propitiatio pro peccatis noftris. Quapropter non recipimus, o Demophile, tuos acelāter impetus, etiamsi deciēs milliès refumas Phineçm & Eliam, cùm audierimus illa, quæ placebant & difplicebant benigno Iefu à difcipulis eius, qui fuere in carnis commoratione participes manfueti & benigni ipfius fpiritus. Docere enim, non cruciare, oportet ignorātes, ficut & cæcos non cruciamos, fed manducimus. Benignus nanque errantē inquirit, & refugientē vocat, atque via inuentū in humeris tollit. Qui & refugientibus cupidè iungitur, & nō dedignatur dedignari à fe recedentibus. & fine caufa prouocantes fe tolerat, & ipfe excufat, immò promittit mederi eos, & appropinquātibus fibi præoccurrit & obuiat, & totus totos cōplectens deofculatur, & nō accufat aut improperat eis priora eorū: fed diligit præfentia, & diē feftū agit, & connocat amicos, benignos videlicet Angelos, vt fit omniū delectantiū habitatio. Quicunque igitur inique agere aut benefacere incipiunt, illos fibi fpiritus benignitate aut malitia fociant, quorum voluntatē facere inchoant. Et hi quidem benignorum Angelorū difcipuli ac comites, ad femper exiftens fpeculū beatifsimas fuas delegant terminationes, vbi femper cū Deo erunt: quod eft bonorū omnium maximū: Ifti autē & hic decident à diuina fimul & perpetua pace, & poft mortē cū domefticis fuis dæmonibus erunt. Non ergò oportet nos multa feftinatione cū Deo benigno per multā benignitatē & mifericordiā fieri, & femper manere cum eo, & fegregari de malis iniuftificantibus nos? Atque poft pauca: Et fi vis, ait, diuinam vifionem fancti cuiufdā viri referā tibi, quam non deridebis: vera enim dicam. Cùm effem aliquandò fecus Cretam, hofpitio me fufcepit S. Carpus, vir, & fi aliquis alius, per multam mentis munditiam ad Dei vifiones * diuinifsimus. Qui non inchoabat fanctas myfteriorum confecrationes, nifi priùs ei oftenderetur de fupernis propitia vifio, orā ti ante oblationem fanctifsimi facrificij. Conferentibus namque nobis quædam adinuicèm, retulit mihi idem, fe nimis contriftatum à quodam infidelium. Caufa autem erat ipfius triftitiæ, quoniam ifdem infidelis, dum celebrarentur dies fefti eorum, aberrare fecit quendam fidelem à benigno Iefu Domino noftro. Quem confolans, fuafit ei opportunum effe, ut pro illis diuinam clementiam peteret, & à Deo Saluatore opitulationē accipiens, infidelē quidem cōuerteret, apoftatā autē benignitate vinceret, & hortando eos conuerti, donèc eft hodiè, non deficeret, ficque illos in diuinam fcientiā duceret. Sed is hoc pauenter non fufferens, & nefcio quomodò multa quadam infeftatione & amaritudine tabefcens, dormitum perrexit, ea hoc malè habens. (Vefpere enim erat.) Circa mediā autem noctem (folicitus nanque erat illo in tempore ad diuinos hymnos euigilare) furrexit ex fomnis, & turbatione nimia anxians, ftetit ad orationem, non benedicens. Triftabatur enim & grauabatur vltra modum, dicens non effe iuftum, ut uiuerent viri, qui erant fine Deo, & peruertebant vias Domini rectas. Et hæc dicens, poftulauit Dominum, vt igne cælefti ambo fimul immifericorditer amitterent vitam. Quod cùm dixiffet, ftatim eft raptus in fpiritu, & uifum fibi fuiffe dixit, uidiffe fe repentè domum, in qua ftabat, concuffam, & à culmine per medium in duas partes diuifam, & itā fe fub dio remanfiffe. Quendā etiam rogum multo igne flammantē, ufque ad ipfum defcendentem: cælum autem ipfum totum accenfum, atque in parte auftrali Iefum benignum in throno fedentē, & adftātem ei in hominum fpeciebus inæftimabilem Angelorum numerum. Hæc uidens defupèr, & admirans Carpus, cùm fe inclinaffet deorfùm, uidit terram

Benignitas Dominiquāta.

Dignitas facerdotum.

Heb. 4.

1. Iohā. 2.

Num. 25 *3. Reg. 18*

Luc. 15. *Benignitas Dei i erranies.* *Luc. 15.*

Pfal. 86.

Eius infidelitas in obftinatos.

Hiftoria B. Carpi. ** dignifsimus.*

Nota, Sāctas myfteriorum confecrationes, & fanctifsimū facrificium.

Nota de hymnis nocturnis.

Vifio S. Carpi.

horribili hiatu apertam, & tenebrosum barathrum hiscens, & eosdem viros, de quibus tentabatur, ante se in margine lubrico tenebrosissimi barathri stare trementes & miseros nimis, nondum tamen deiectos ab instabilitate lubricationis, in qua vacillantes collabebantur. De deorsùm verò barathri, vidit serpentes horribiles repere, & circa pedes eorum se subijcere, atque interdùm illos trahere, inuoluentes se eis, simul & cruciantes eos. Aliquandò etiam dentibus trahebant, & vellebant iidem serpentes eosdem viros, qui cælesti igne consumebantur, & conabantur illos trahere in barathrum, vndè ipsi exierant. Vidit quoquè & esse viros quosdam in medio serpẽtium, cum tumultu personantes & percutiens, atque impellentes in barathrum eos, qui cruciabãtur. Videbatur itidèm ei, quosdam alios viros accessisse ad illos: qui volebant, vt ipsi miseri in breui cruciarentur, & satisfacerent: sed illi, qui percutiebant & impellebant eos, nolebãt. Cumque is, quæ deorsùm conspexerat, Carpus intẽderet, & superna, quę priùs viderat, negligeret, & tædere cœpisset atque cessari, quia iam rei non caderent in profunditatem voraginis, insupèr immisericorditer maledixisset illis, respexit sursùm, & vix se videre posse cælum denuò dixit: sed Iesum benignum intuitus est, miserantem super peccatores, qui torquebantur: & exurgentem illum de cælesti throno, ac descendentem vsque ad illos, & manum benignam illis in tormentis positis, porrexisse: moxque Angelorum multitudines, qui cum eo descenderant, coaeceperunt illos de vtraq; parte, in qua stabant, dum torquerentur, quandò eis manum porrexit benignus Iesus, & eruerunt illos. Et conuersus ad Carpum Iesus, dixit ei: Carpe, manu in istos constituta, & non per misericordiam retracta, percute aduersum me. nam paratus sum pro hominibus resaluandis iterùm pati, & cõplaceo super his, q̃ super alijs hominibus, qui non peccauerũt. Verumtamẽ vide, si sic benè habetur tibi, in barathro cũ serpentibus mansiones cõmutare, sicut mecũ ac cũ benignis ac humanis Angelis esse. Ista sunt, q̃ ego audiens, credo vera esse. Hæc ad Demophilũ dicta sunt.

Ecce locũ inferni.

Ecce imẽsã Christi erga peccatores misericordiam sed nolũ ea abuti.

De pœnitẽtibus peccatoribus Christus hic dicit.

Cap 16.

Epist. ad Titum, et eius materia.

Titò verò interroganti per Epistolam, quæ est sapientiæ domus, & quis est crater, & quæ sunt escæ eius, & qui potus, luculentissimè & dissertissimè satis respondet. Et quanuis breuis, tamen sermonum lepore, sensusque honorabilitate egregia, ad Iohannem Apostolum & Euangelistam in Patmo insula relegatum, consolatoria & prophetalis extat ipsius Epistola, qua prædixit ei, sicut ex Deo didicerat, quòd adhuc de eodem exilio rediturus, & in Asia Euangelium foret prædicaturus. Quam etiam hìc gestorum narrationi inserere dignum duximus, ità exordientẽ: Iohanni Theologo Apostolo & Euangelistæ, determinato & credito Patmo insulæ. Appellans sacram aiam dilectissime: est mihi hoc ad te apud Apostolos pręcipuũ. Aue verè dilectissime à dilecto & desiderabili, atq; charissimo valdeque amantissimo. Quid mirũ, si Christus verum dixit, & iniqui eius de ciuitatibus psequuntur discipulos? Digna siquidẽ eis agunt, cùm a sãctis scelerati se segregãt. Verùm abigẽtes & secernẽtes eos, ex visibilibus inuisibiliũ prætẽdũt imaginẽ. Neq; enim ĩ seculis vẽturis erit culpãdus Deus de iustis segregationibus, cùm impij seipsos fecerint secretos ab illis, & pios iã cũ Deo indè videamus effectos. Quoniã veritatis cum sint amatores, à libidine quidẽ recedũt rerũ materialium, ac in õibus malorũ oium liberi, cupiditate diuina bonorũ oium pacẽ diligunt & sanctificationẽ, & de præsenti inchoant vitam futuram, angelicè decenterque in medio hominũ conuersantes, cum omni animi affectione, & diuina nominatione, atq; benignitate, seu cęteris bõis. Quapropter nõ nos hoc cõturbet, quasi suspicãtes nõ pati: sed & corporis passiones tantùmodò iudicare, non aũt eas te credo sentire. De his verò, qui iniquè agunt in vos, & determinãt vos nõ rectè, Euangelij solem conueniens innoco. His nimis, qui seipsos agunt in bonum cõuertere, nobis vos opto adiungere, & luminis participes esse. Nos autẽ nulla aduersitas priuabit à Iohanne splendidissimo radio. Nunc quidem interpello memoriam, & renouationem tuæ veræ Theologiæ, paulò pòst, etsi audacter, dico vosipsos mihi coadunari. Idoneus autem omninò sum prænunciare tibi, & discens ex Deo, & dicens: quia & Patmo carcere dimitteris, & in Asiaticam terram reuertèris, ibique ages benigni Dei imitationes, & his qui post te futuri sunt, eas trades.

Epistola ad Iohan. Euãgelistã.

Math. 10.

Nota, ut pijs in hac uita se gerant.

Prædicit S. Iohãni à Patmo reuersurũ in Asiam.

Cap. 17.

Multa prætereà tam uoluminibus, quam differentibus ad diuersos Epistolis, vt fluuios eloquii mystici edidit, & velut oraculũ sancti spiritus, præcipuo opere & vero ac philosophico magisterio præsagiuit ad subuertendos errores, & destruẽdos nodos syllogismorũ Gentilium, atque euacuandum cultum idolorũ, seu cõmendandã patriæ cælestis beatitudinẽ, & æternæ vitæ immortalitatẽ: quorũ magnifica excellentia exiguitatẽ nostri sensús videtur excedere. Plura etiã scripsit, quæ non est dubiũ nostrã notitiam latere. Paulo autem Romę, & post primam suã defensionem in occiduis partibus, vt sibi ipse prędixerat, Christũ testificante, preciosus & facundissimus Dionysius, qui à patria Ionicus, Christiano autẽ agnomine, propter maximã sanctitatẽ vocabatur Macarius, quod interpretatur beatus: nè post discessum magistri, lupi rapaces & gregi non parcentes, Dominicas oues inuaderent, quod institutor suus plãtauit, abundanti solicitudine rigare contendit. Vndè vicinas & longè positas pertransiens ciuitates prędicando, & ad fidem populos conuertendo, fidelesque in verbo confirmando, atque oppressos uariis languoribus sanando, usque Troadẽ secessit Euangelij gratia. Atque in iisdem partibus aliquãto tẽpore degit. Sed & post aliquot annos cùm Pelio Lacedęmoniorum positus, Petrum & Paulum Apostolorum capita Romę teneri, & Petrum ergastulo, Paulum secundò uinculis, peruulgata fama affici comperisset, Athenas rediens, subrogato sibi Episcopo plebem tradidit, & per contiguas parochias uerbi spargens semina, quotenus Romam perueniret, cum quibusdam officialibus, quos sibi comites sumpserat, gnauiter ministrauit: sicque Achiuę alumnus sortonę, & doctus architectus, Ecclesię se Romanę amplitudini contulit, & Gręciam, cui doctrina ac miraculorum memoria manet, nequaquàm deseruit. Magno enim Apostolorum amore, & martyrii desiderio, festinantię itineris Romam accelerans insistebat, ut simul cum eis, si ità uellet Christus, occumberet. Sed nova eius pręuenit dispositio diuina, & uiri diabolici dementissima satis uesania.

Plerague scripta Dionysii ignota.

Multis locis Dionysius Christum prædicat.

Subrogato sibi Athenis Episcopo. Sum metyrum.

Nã cũ impiissimus Nero, terra mariq; imperii sui frena laxasset, & nimię uoluptatis successu, inter cętera neqtiarũ suarũ cumulamẽta, et furor crudelitatis eius dira rabie in Christi famulos ebullisset, quartodecimo imperii sui ãno, anteq̃ beatus Dionysius Romã adiret, sanctos Dei Apostolos, alterũ p crucis trophęũ, alterũ aũt gladio animaduersum, felici cruore perfusos, & martyrii gloria dignos, transmisit ad superos: seque, viuendi faciens finem obitu nefando, ut fuerat & uita, in breui destinauit ad inferos.

Petrus & Paul⁹ martyrio coronantur sub Nerone.

Cap. 18.

Preciosus deniquè Dionysius, cùm arcis Romanę mœnibus fuit, auspice Christo, pręsentiam intulit, quoniam fidei necessitas, & suscipiendũ Dei verbum,

Venit Pomā S. Dionysius ad S. Clemētē Papā. brem, euidentis in gentibus, quas pertransierat, ostij aperto eum meroslius detinuit, beatum Clementem Pontificem, sanctæ & summæ Sedis Apostolicæ iam apicem gubernantem inuenit. A quo idem gloriosus Domini Atheniensium Archiepiscopus Dionysius mox, vt se poterat iouicem salutare, digno est eum honore susceptus, ac pro sanctitatis ac eruditionis suæ reuerentia, seu anterioris fraternitatis coniunctione, loco maximæ venerationis est habitus. Cum quo etiam pro mutua collocutione Apostolicarum sanctionum, & dulcedine spiritualis dilectionis, aliquandiu familiaritsimè conuersatus, immodiei amoris vterque vinculis sese constrinxerūt. Sed cùm Deus omnipotens veri Solis, Domini scilicet Iesu Christi, radio splendidissimo & orientali, id est, sanctissimo Dionysio, Occidētales tenebras vellet sua gratia illustrare, & murū validissimum infidelitatis, qui totius Galliæ & Germaniæ terminos penè irremediabiliter occupauerat, prouideret arie te tali destruere, tantoq; peritissimæ eloquentiæ spiculo gentilitatē perfodi, quo aotè, vt munitissima de fensione, erat solita gratulari: atque oēni hāc Galliā ipsius Dionysij apostolatu disponeret subleuari, quā Mercurio dæmoniaca seruitute constabat miserabiliter aocillari, beati Clemētis cor tetigit, & vt istiusmo di verbis pretiosum Dionysiū alloqueretur, accendit:

Cap. 19. Clemētis de Dionysio testimonium. Vides, inquit sanctus Clemens, mi frater charissime Macari Dionysi, quanta est messis Dominicæ fationis, & quàm pauci sunt operarij. Quia ergò de omnibus Catholicæ pietatis es sufficienter edoctus, & omni Christiana virtute ac religione admodùm roboratus, perge in nomine Domini, partes aggrediēs Occidentis, & vt bonus miles Christi, præliare prælia Domini Dei tui: atque sicut Dominus Iesus Christus magistro meo Petro tradidit, & ego sanctæ hæreditatis iure suscepi, vt in ligandi soluendique authoritate tibi semper præsto sit diuina potestas, nostris orationibus comitatus, & sanctorum Apostolorum intercessionibus roboratus, in tui Apostolatus sorte, Apostolica nostra authoritate, omnem suscipiens Galliam, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple, vt Christi notitia per te vbiquè diffusa, à Domino in die retributionis merearis audire: Eugè serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui: & nè verearis multitudinem & atrocitatem gentis barbaricæ, pro certo sciēs, quia qui plùs laborat, plus mercedis accipiet. Socios quoquè ei & cōmilitones verbi plures & probatos viros adhibuit, illique dixit: Sicut fuit Dominus cum dominis & patribus ac magistris nostris, Apostolis suis Petro & Paolo, ita sit te cum in omnibus, quocunque te verteris. Esto robustus: tu enim maximam & innumerabilē populi multitudinem introduces in veram repromissionis terram filiorū Israel. Et dans pacem omnibus, ità hanc veræ fraternitatis societatem soluit abire.

Clemens sua authoritate mittit Dionysium in Gallias.

Matth. 25

Adiungit ei socios.

Cap. 20. Veniunt Arelat. Qui simul properantes, & circumcircà Dominum prædicantes, appulerunt portui Arelatensium ciuitatis. Et exindè quibusdā in partes necessarias, prout ei visum fuerat, destinatis, idē Macarius Dionysius, qui Sedis Apostolicæ priuilegio, tradente sibi beato Clemente Petri Apostoli successore, verbi diuini semina gentibus Gallicis eroganda susceperat, beatissimi principis Apostolorū & magistri sui informatus exēplo, qui Romanæ crudelitati se propter Iesu Christi nomen immerserant, quò ampliùs apud Gallias gentilitatis feruere cognouit errorem, illuc intrepidus & calore fidei armatus accessit, ac Luteriā Parisiorū, Domino ducente, peruenit, doctrinaq; præclarus, miraculis coruscans, & virtutū signis, quæ Atheniensium

Nota Sedis Apostolicæ authoritatē.

Dionysius venit Lutetiam.

sium magister Paulo docente didicerat. Gallijs ministrauit: non veritus incredulæ gentis experere feritatem, quia virtutē suā præteritarum pœnarum recordatio roborabat, tormentis expertus multis, morte tandèm assequuturū se vitam: nota nihilominùs intētione desiderans, vt qui iam erat Christi omnis inter multa tormentorū flagella perfectus confessor, fieri mortis molestatione mereretur & martyr. Tunc memorata Parisiorum ciuitas, vt sedes regia, & conuentu Gallorum ac Germanorum, & nobilitate pol lebat: quia erat salubris aere, iucunda flumine, fœcūda terris, arboribus nemorosa, & vineis vberrima, cō stipata populis, referta commercijs, ac varijs cōmeatibus, vnda fluminis circunfluente. Quæ siquidem in ter multimoda commoditatum genera, etiam alueo suo magnam piscium copiam ciuibus ministrabat. *Percupid est obeunda pro Christo mortis.*

Encomiū & descriptio Lutetiæ.

Cap. 21. Hunc ergò locum Dei famulus elegit expetendū. Ad quem cùm primò fide armatus, & confessionis cōstātia roboratus accessisset intrepidus, atque ibidèm deductiore tempore immoratus, maximā Christi gratiam in lucrādis populis fuisset indeptus, quē dam Lisbium, virum honoratissimum ciuitatis Parisiacę, qui eius prędicatione in Dominū Iesum Christum crediderat, & illi fideliter adhęrebat, allocutus est, dicens: Vir Illustrissime, quia iam operante gratia Iesu Christi Domini nostri plurima populi multitudo in credulitate & confessione sui sancti nominis, benedictione baptismatis consecratur, & quotidiè fidelium numerus augmentatur, visum est mihi, secretatij tui agrum precio a tua fraternitate suscipere, & domum baptismatis ibi construere ac consecrare, quò ad laudes diuinas sacramentorum ministris celebrantibus populus Deo dignus possit confluere, & charismata diuina percipere. Cui Lisbius: Gratis, inquit, eum, pater beatissime, offero per sanctitatem tuam Domino Iesu Christo. Non, ait beatus Dionysius, ità nobis in huiusmodi negocio est agendum, quia Deus & Dominus noster Iesus Christus pro nostra salute, operante spiritu sancto, ex beata Maria semper virgine, cùm ipse fecerit mundum, in locato est diuersorio natus. Quapropter non videtur æquū, vt gratis accepto agro, præparem domum, in qua ei filij adoptionis per nostrum ministerium renascantur. Sed & de eius precio captiuorum est sepultura comparata. Propterea rationabile iudicatur, vt precio sumam locum, vbi illi, qui in commercio sanguinis illius, morte intercedente, de captiuitate diaboli & mortis perpetuæ baptizati fuerint, redimantur. Commutationem verò precij tu Christi pauperibus largieris, qui te illi deuotissimè obtulisti. *Lisbius Parisiēsis, vir nobilissimus.*

Nō vult Dionysius oblatum à Lisbio agrum accipere.

Cap. 22. Construit ecclesiā. His ità expletis, ecclesiam illic, Dei se omnipotentis semper in omnibus & vbiquè comitante auxilio, iuxta facultatem suarum virium, vtque nouus adhuc aduena poterat, in honorē Domini nostri Iesu Christi, quę necdùm locis illis & populis nota erat, construxit, ac officia deuotè Domino seruientiū clericorum ex more constituit, probatasque personas honore secundi ordinis ampliauit, incessanter restituens populos creatori, quos à deuio cultu reuocauerat creaturę. Cinctus ergò fide & deuotione populi, quam in constructione & reuerenti basilicę frequētatione cernebat, admodùm roboratus, Deum & Dominum nostrum Iesum Christum, quem pectore purissimo conuerat, & corde ardentissimo diligebat, insinuare gentibus nō cessabat: cunctisque misericordiā eius in hoc tēpore, & iudiciū futurū proponēs, paulatim sociabat Deo, quos diabolus sibi rahebat: atque totis exhortationis nisibus, & signorum prodigijs satagebat, quatenus quos abripiebat mundo, dignos faceret cęlo. Tantas enim Dominus *Instanter prædicat Christū.*

Multa edit miracula.

per illum dignabatur exercere virutes, ut rebellium corda gentilium non minùs miraculis, quàm prædicationibus obtineret. Et cùm sæpissime ab idolorũ pontificibus contra eum seditio excitaretur in populis, ità ut plebes innumeræ, etiam & de uicinis regionibus cũ armis ac bellico apparatu, propter fideles, qui iam per illum in Christum crediderant, ad perdendum eũ gregatim, vbi ipsum esse audiebant, concurrerent: mox ut illum cernere poterant, tanta & ita ineffabiliter in eo lux cælestis gratiæ radiabat, ut aut omni ferocitate vnà cum armis deposita, se illi prosternerent: aut qui compuncti Spiritus sancti dono ad credendum non erant, pauore nimio soluerẽtur, & territi a præsentia eius aufugerent. Miroque modo inermi viro non ualebat plebs armata resistere: sed subdebat se illi potiùs certatim Gallicanus cothurnus, atque Germanica ceruicositas; iugumque Christi suaue imponi sibi, acta cordis cõtritione, poscebat. Ab ipsis quoquè destruebantur idola, quorũ sumptu fuerant & studio fabricata: & inuento salutis portu, idolorũ gaudebant naufragio. Lugebat quoquè portio victa diaboli, cùm de ea victrix Ecclesiæ legio triumphabat.

Lux mira in Dionysio, eius hostes frãgit.

Galli & Germani cõuersi destruunt idola.

Cap. 13.

Tunc hostis antiquus videns sibi perire, quod Domino constabat assidua populorũ conuersione proficere, totam artificii sui machinam ad impugnanda, quæ fuerant constructa, conuertit. Vnde suæ partis authores, deorum suorum flentes exitia, quos ad impietatem persecutionis in eos armauerat, qui vnũ & uerum Deum, Dominum Iesum Christum cum Patre & Spiritusancto colendum prædicauerant & timendum, pariterq; in eos, qui hanc salutis fidẽ deuoto corde receperant: cùm quod malè cupierant, perficere propter fidelium multitudinem non ualerent, hac calliditate suæ artis instruxit, quo efficerentur compotes voti sui, ut Domitiano, qui post Neronem, perditionis filium, secũdam persecutionem in Christianos exercuit, super virtutum & prædicationis præconio sancti uiri, quod se iam longè lateque diffuderat, intimarent: quatenùs ocyùs deorum suorũ venerationi consuleret, quæ iam etiam ab ipsa hominum memoria per Dionysium, ut asserebant, quendam præstigiatorem & magum inuictissimũ, eiusque sequaces abolebatur. Quæ audiẽs immanissimæ crudelitatis bellua Domitianus, in tantam rabiẽ indignationis exarsit, ut ubicunque per se uel per suos satellites Christianum quempiam reperisset, aut cogeret diis sacrificare incestis, aut diuersis pœnis addictum, gladio traderet puniendum. Sed & totũ per sibi subditum orbem in cunctis ciuitatibus, oppidis, municipiis quoquè & uicis publicum pependit edictum, ut administrationis infulis seruientes, omnes Christi nominis amatores exponere diuersitati supplicij maturarent, nè superesse posset, qui ualeret acquirere, quod peribat.

Domitianus p̃sequitur Christianos.

Apud eũ Dionysius defertur.

Cap. 14.

Persecutionis ergò publicata sententia, iniquorũ gaudens turba, in omnem mundi partem bacchando progreditur, & cõtra Dominicum populum pugnatura cõspirat, nõ cunctati appetere gladio, quos Dominus suos monstrauerat esse signaculo. Qua de re nulla iam pro Christo certãtibus præsentis vitę indulgebatur tranquillitas, nulla sanctorũ martyrũ erat excusata libertas: sed cũcti, pròh dolor, aut impijs iussionibus obediebant, aut quod statutum à crudelissimo Cæsare fuerat, perferebant. Dirigitur proindè præfectus Fescennius Sisinnius, tradita sibi electa apparitione, cũ ingenti strepitu ad partes Occidẽtaliũ regionum, ut sanctũ senẽ, nominatissimũq; doctrina virũ, & uirtutũ insignibus præcipuũ Macariũ Dionysiũ, ubicunque reperire potuisset, perquirens, aut decreto principis idolis thurificare cõpelleret, aut tormentis laceratũ immẽsis, & pęnis exquisitissimis tormentatũ, inter cætera etiã secũdùm leges Romanas, ut potè eũ, qui pręstantissima nobilitate terrena floruerat, & contra senatus ac Reipublicæ promulgationes, cõtraq; imperiũ egerat, nudum publicè urgis cæsum, securi percuteret.

Dira Christianorũ persecutio.

Sisinnius p̃fectus mittitur Parisios.

Cap. 15.

Itaq; cũ prædictus Fescẽninus Sisinnius suiq; cõmanipulares p̃ceptũ Principis suscepissent, pro Macarij Dionysii inquisitione Galliarũ penetrant fines. Quibus adhuc procùl positis, sancti viri celebre nomen innotuit: Vndè ampliùs efferati, cursu velociori, tumẽtibus animis, uultibus trucissimis, [a] Parisius adiere: vbi beatũ Dionysiũ contra incredulos dimicãtẽ, & prædicatione continua populi multitudinẽ ad fidẽ inueniũt exhortantẽ. Cũ quo etiã beatũ virũ Rusticũ Archipresbyterũ, & Eleutheriũ Archidiaconũ, quos ipse famulus Domini in suis ordinibus cõsecrarat, p̃dicationis & diuini obsequij cõministros, persecutorũ dirus furor inuenit. Hi sancti viri à beatissimi Dionysii nunq̃ sustinuere abesse p̃sentia: quos diuina dignatio æterni regni iã præsciebat esse cõsortes, quosq; ab inuicẽ ignitæ tẽpestatis insectatio, per martyrii certamina nullo suæ calliditatis, aut seueritatis astu separare p̃ualuit. Deniquè aduentus p̃fecti Fescennini Sisinnii, cũ Romanorũ militũ apparitione, in urbe Parisiorũ, & per omnẽ regionẽ subitò personatur, & à primorib[9] ciuitatũ Galliarũ ei occurritur, Imperialis iussio vrgens sup captura sancti põtificis Macarii Dionysii, cũ oĩ imperio diuulgẽt.

[a] Parisius.

Rusticus Archipresbyter, & Eleutherius.

Cap. 16.

Et quia Domin[9] Iesus Christus diù laborãti seni sãctissimo, sudores certaminũ suorũ sanguinis decreuerat proprij sanguinis fonte abluere, quo posset liberiùs, carnis sarcina liberatus, & super niuẽ dealbatus, p̃sẽtiæ illius adstare, & qui semetipsum holocaustũ odoriferũ offerebat, sacrificiũ laudis Iupiter immolare: ab innumerabili penè caterua dęmonicorũ uirorũ curritur, & sanctus Domini capitur, illuditur, loris durissimis crudelissimè ligatur, trahitur, & unà cum sancto Rustico Archipresbytero, & Eleutherio Archidiacono suo, p̃fecti præsentiæ sistitur. Quẽ rũ nimis seueritate p̃fectus alloquitur, dicẽs: Tùne es ille insidissimus senex, qui diceris Dionysius Ionic[9], & agnominaris Macarius, q̃ etiã deorũ nostrorũ cultură euacuas, & inuictissimi principis statuta contẽnis? Cui beatus Dionysius ait: Senex q̃dẽ sum corpore, sed feruore deuotionis & fidei, atq; salutari cõfessione Domini & Saluatoris mei Iesu Christi, maneo semper nouus, & nouos illi genitos per ministeriũ prædicationis meæ infantes, quos illi fons sacri baptismatis parturit, rationabili lacte pascere sine dolo, nõ cesso. Sed & illius principis scita, qui uerè est inuictissim[9], inocẽti opere & mũdo corde cõseruo. Cui Pręfect[9]: Dic ergò, cuius numinis te profiteris esse cultorẽ, & cuius cõditionis te asseris. Tũc hi tres beatissimi viri, Dionysius, Rusticus & Eleutherius, ità doni sancti spiritus inspirati, & zelo fidei inflãmati, sono unius uocis eisdẽq; verbis, cùm nõ nisi unus interrogaret, reddidere respõsum, acsi vnius hominis ore sermo procederet. In hoc, inquiũt, manifestũ est nos esse verissimos Christianos, cùm corde credamus, ore cõfiteamur, & opere pio colamus patrẽ & filiũ & spiritũ sanctũ, unũ Deũ ac Dominũ, ità vt in Trinitate p̃fecta, & plenitudo sit diuinitatis, & vnitas potestatis. Dominũ autẽ nostrũ Iesum Christũ, unam ex eadem sancta Trinitate personam, Deum ante tempora secularia, hominem uerum propter salutem hominũ ea beata Maria semper virgine in fine temporum factum, passum, mortuum & sepultum, & ab inferis resuscitatum, sedere ad dexteram paternæ maiesta-

Dionysius capitur cũ Rustico et Eleutherio.

Sisinnius curã suam.

Præclarũ S. Dionysii responsum.

Veri Christiani qui sint.

tis in excelsis, super omnem principatum & potestatem cælestem, uenturum ad iudicandos viuos & mortuos, & seculum per ignem, in melius immutãdum, fideliter prædicamus. Tunc Præfectus dixit: Non mihi iussum est de his quiddam uobiscum agere, præsertim cùm te decrepitæ & pessimæ senectutis nimia eloquentia, & profundissimorum uerborum tergiuersatione, atque ultra naturam humanam in populi seductione, una cum magicis præstigijs, orbi penè Romano callere innotuerit. Ex his enim Romæ satis audiuimus. Tantùm edicito, si magni principis Domitiani iussi obedire, & immortalium deorum iura venerari disponitis. Sin autem, non verborũ, sed uerberum conflictatione nobiscum uiriliter decertabo.

Præfecti ipsa oratio.

Cap. 27.

Cumq; hęc agerentur, & secum, Præfectus scilicet & sancti Domini, quererentur, quædam inclytæ familiæ matrona nobilis, multo comitatu stipata, nomine Larcia superuenit, compellans Præfectum, à Dionysio Ionico, agnomine Macario, virum suum Lisbium magicis artibus mente captum, & eius trãsgressionibus sociatum. Qui statim quæsitus, repertus est & adductus, atque in Christi nominis confessione, Præfecto dictante, sententiam mortis excipiens, transmissus est vitæ perpetuę. Sancti verò Domini, tortoribus traditi, ad pœnalia loca ducti sunt, & in conspectu sanctorum Rustici & Eleutherii, ut tormentorum ipsius terrore ab intentione sua resipiscerẽt; preciosus campiductor eorum, & fortissimus athleta Domini Dionysius expoliatur, & toto corpore nudus, à ternis militum ternionibus vicissim flagellatur, nec vincitur. Qui inter crepitus verberum Dei gloriam collaudare, & commilitones suos, vt ad hæc se inuictos præpararent, cõmonere: omnesq; fideles, vt hinc in Dominica fide corroborarentur, non desinit prædicare, dicẽs: Laudem Domini loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomen sanctũ eius: quoniam stigmata passionis Christi perferre dignus habitus sum pro confessione eius in corpore meo: quod est gloria nostra, o viri fideles, & dilectissimi fratres. Ideoq; videte, nè deficiatis in tribulationib' meis, sed magis armentur corda vestra, & ad similia propter amorem Domini nostri Iesu Christi offerte promptissimè corpora vestra.

Larcia maritũ Lisbiũ accusat apud Præfectũ.

Lisbi' pro pietate trucidatur.

S. Dionysi' dirè flagellatur.

Laudat Dñũ ĩ pœnis.

Cap. 28.

Flagellatur etiam Rusticus & Eleutherius satis acerrimè: & immenso catenarum pondere simul sancti Domini onerantur, & in ergastulum tenebrosissimi carceris retruduntur. Indeq; ad præfecti auditionem reducti, in catastis extensi & flagellati, Domino gratias referebant. Tunc beatissimus & acceptabilis Domino hostia Dionysius, in oculis suorum super lectum ferreum, suppositis flammis, nudus extẽsus est, & cantabat, dicens: Ignitum eloquium tuum Domine vehementer, & seruus tuus dilexit illud. Propterea Domine Iesu Christe, omnipotentis Dei patris virtus & sapientia, qui dixit: Cùm trãsieris per ignẽ, flãmæ non nocebunt te: & dedisti mihi periculosiorẽ ignem i cupiditatibus vincere, fac & ad nominis tui gloriam hanc adustionem me superare. Et sic cùm ambusto toto corpore fuisset leuatus, ad bestias ferocissimas, in rabiem multo ieiunio excitatas, proiectus subrigitur. Quas cùm impetu validissimo conspexisset accurrere, contra eas faciens signum Crucis, & suspiciens in cælum, ait: Tu Domine, qui semper idem es, adesto nunc mihi, eandem potentiam exerendo, quam in lacu seruo tuo Danieli misericorditer contulisti. Peruenientes autem ad eum bestiæ, mansuetissimè procidebant ei. Præparantur quoquè ingentia clibani incendia, & ex vi Domini S. Dionysius, vexillo sanctę Crucis armatus, proijcitur: Et hic, inquiens, mihi non deeris Domine Iesu Christe, vt illæsus hac etiam perpetui tormenti imaginaria concremãtione egrediar: roreq; tui sãcti spiritus, hos fidei meę sedes rogos, qui rompheam ignitam in custodiam paradisi eruoris tui latice, fidelibus tuis ad uitã prębene transituros, extinxisti.

Flagellãtur etiam Rustic' et Eleutherius.

Iterũ flagellãt.

Assatur Dionysi'.

Psal. 118.

Esa. 43.

Obijcitur feris.

Signo Crucis & oratione fera mitescunt.

Dan 6. et 14.

Iactatur ĩ clibanũ.

Gen. 3.

Cap. 29.

Inter hæc sancti Domini Rusticus & Eleutherius flentes, & ad pęnas similes uoto promptissimo properantes, vincti differuntur, non dimittuntur. Cumque extincto ad orationem eius fornacis incẽdio, beatus Domini pontifex Dionysius fuisset splendidior auro eductus, patibulo cruciarii stipitis, tormentalium instrumentorum confixione appenditur. Vndè semper Iesum Christum uerum Dominum esse cunctis spectantibus prę dicans, diutiùs tortus nec mortuus, deponitur, & in carcere Glaucini, tres simul electi Domini, cum fidelium multitudine recluduntur. Ducebãtur sanè à delicto obligatis, iusti in uinculis, condemnandi à damnatis, & innocentes à nocentibus exponuntur. Vbi cùm post multas & pernecessarias populi, qui eum sequendo, carcerem irruperãt, exhortationes, & ad absentes directa institutionum præcepta, Dominica Missarum solennia, ut confirmarentur participatione corporis & sanguinis Domini fideles, uelut iam in cęlis positus celebraret: hora, qua frangebatur panis sanctus, quo ipse & populus communicare debebant, resplenduit huiusmodi lux de cælo super eũ & omnes, qui ibi aderant, qualẽ nemo eorum antea uiderat: In qua ueniens apparuit et Dominus Iesus Christus, etiam cunctis videntibus, quibus est datum uidere, cum multitudine Angelorum: & accipiens panem sanctum, dedit illi, dicens: Accipe hoc chare meus, quod mox complebo tibi unà cum patre meo: quoniam mecum est maxima merces tua, & his qui audierunt te, salus in regno meo. Nunc facies fortiter, & memoria tua erit in laude. Dilectio autẽ & benignitas, quam habes semper, pro quibuscunq; petierit, impetrabit. Huius verò terribilis & admirandi spectaculi mysterio, quanquàm adhuc pagana curiositate, tamen miraculorum solicita, prædicta Larcia intererat.

In crucẽ suspẽdit.

Cũ multis truditur in carcerem.

Missam in carcere celebrat.

Immensa lux illic cõspicitur.

Nota res miras.

Cap. 30.

His quoquè explicitis, adsunt carnifices, qui Christi famulos de squalore carceris educentes, Præfecti obtutibus iterùm præsentarunt. Quibus Præfectus ait: Si prudenti consilio tandèm ad vitam tenditis, immolate diis, & viuite: si verò mori eligitis, mortuorum, quos seduxisti, cadauera infeliciter inhumata, & tormentorũ adhuc signa seruantia, uos te cernite: & si non resipueritis, infelicitatem eorum infelicitate excedite, & infeliciter, ut desideratis, obite. Ad hãc uocem Christi martyres, Dionysius, Rusticus & Eleutherius, in agonia pari cõfessione fidei & uirtutis cõstãtia roborati, post nimia tormenta gloriosum complere martyrium elegerunt. Et iudicis abstracti conspectibus, ac funeribus sibi sanctorum ostensis, diuina iusta & occulta laudauere iudicia, qui sic eos in præsenti humiliare disponit, quos in cælesti regno tã gloriosè exaltari ante omne tempus decreuit. Deindè terrore subiũcto, multisq; iniuriis & nõ antè perlatis supplicijs macerati, Christi se famulos magna confessionis voce pronunciant: lacerabaturq; præcipuè sanctus Dei sacerdos humana rabie, cui seruiuit & bestia: qui præcurrebat ad tormẽta, nè tardè iret ad gloriam prouocabat in se pęnam, vt maior esset victoria. Configebant inter se, illinc carnifices, hinc palmata vox martyris. Ambiebat supplicia, ut tormẽtu crescente, cresceret & corona. Quapropter iterũm, uelut ab initio, virgis in conspectu omnes sancti martyres nudi cæsi, & suis vestibus reinduti, è regione idoli Mercurii, ad locũ constitutum educti, ad decollationem suam genua flectere iussi.

Rursus è carcere sistuntur martyres corã iudice.

Præ cæteris atroci' cruciatur S. Dionysius.

Rursus virgis cæduntur martyres.

Cap 31. Oratio S. Dionysii ante mortem.

Tuoc beatus antistes Domini Dionysius manus expandens, & oculos ad cælos erigens, ait: Deus Deus meus, qui creasti me, & gratia tua in uitam hanc induxisti me, qui æterna sapientia tua docuisti me, & consilia secretorum tuorum non abscondisti à me: sed semper in misericordia & miserationibus tuis multis consolatus es me, & fuisti mecum in omnibus, ad quæcunque perrexi: tibi gratias ago pro cunctis, quæ fecisti & ostendisti mihi, atque dignatus es operari per me. Maximè quia nunc humilitatem meam visitasti per te, & uocasti senectutem meam, tuo desiderio fatigatam, ad te: sciens, quia iam ex multo tempore largiùs concupiui videre te. Nunc iam Domine per coronam martyrii cum fratribus meis seruis tuis suscipe me: Tuoque tuæ custodiæ commendo, quos ministerio nostro, & tibi tuo sanguine acquisisti: cunctosque etiam, qui te per nos in nomine tuo petierint, ut pollicitus es, clementer exaudi: quoniam tuum est regnum & potestas cum Patre & sancto Spiritu ante omnia, & in omnia secula seculorum. Cumque beatus Rusticus & Eleutherius, cunctique fideles, & multi etiam paganorum, qui eum lamentantes prosequebantur, respondissent, Amen: positis genibus, & protensis ceruicibus, uno eodemque momento, hebetatis, secundùm principis præceptum, securibus decollati sunt: atque in hac fidei constantia permanentes, reddentes terræ corpora, beatas cælo animas intulere. Talique ad Dominum meruere professione migrare, vt amputatis capitibus, adhuc putaretur lingua palpitans Iesum Christum Dominum confiteri. Quoniam vndè mentibus inerat amor, licèt præcisis capitibus, quod ore iam sumpserat, sermonibus æstuabat ardor. Verè beata nimiùm, & Deo nostro grata societas, inter quos nec primus alter potuit esse, nec tertius: sed Trinitatem confitentes, trino meruere decorari martyrio, quatenùs fide pares, gloria coronaret æqualis.

Obtusis securibus martyres decollati.

Cap 32. Innumeri fideles cum Dionysio perimuntur.

Tantaque multitudo fidelium, quæ per eum crediderat, eâdem die cum illo, & in circuitu ciuitatis pro Christi nomine cæsa, & diuersissimis ac anteà inauditis supplicijs est affecta, vt Parisijs videretur impletum, quod de Hierusalem prophetico vaticinio fuerat peroratum: Posuerunt mortalia seruorum tuorum in circuitu eius, & non erat qui sepeliret.

Nanque ad declaranda sancti martyris & Galliarum primi sacerdotis merita gloriosa, ut ubi salutifer primò cœperat fructus oriri, eò ampliùs gloriæ ipsius pateret triumphus, maximus cunctos assistentes horror inuasit, ac lux ineffabilis cunctis resplenduit: & beatissimi Dionysij se cadauer erexit, sanctaque manu caput à corpore dolabra lictoris truncatum, Angelico ductu gressum regente, & luce cœlesti circumfulgente, pendulis cœpit brachijs vectitare. Et facta est comes multitudo cœlestis exercitus exanimi eius corpori caput proprium, ab ipso monte, ubi fuerat decollatus, per duo ferè millia deportanti vsque ad locum, in quo nunc Dei dispositione, & sua electione requiescit humatum, sine cessatione hymnis dulcisonis Deum laudans. Sed & cœlos penetrantia diuinorum spirituum innumerabilia agmina sunt audita, canore inæstimabilis suauitatis modulantia, Gloria tibi Domine: adiuncto frequentiùs, Alleluia. Nam prout discerni potuit tantus auditus, velut alternatim chori Angelici hæc & alia, quorum intellectus non potuit percipi, concinebant. Quod uidentes & audientes innumeri populi, & multi etiam persecutorum, in Dominum crediderunt. Non credentes autem, nimio terrore perculsi, quique in suas partes fugerunt.

Truncum corpus S. Dionysij erigit se, & asportat caput suum.

Adsunt cælestes spiritus.

Cap. 33. Competens profectò erat diuinæ dignationi, mirificatum sanctum suum in cœlis, taliter demonstrare in terris, qui ad ferocissimos populos inclytus nuncius & confessor ipsius preciosus, succensus igne diuini amoris, constanter sustinuit supplicia passionis, & per immanitatem tormentorum peruenit ad societatem Angelorum. Nempe nouum, priùs & inauditum, miraculum, exanime corpus viuentis currere more, & hominem iam mortuum, recto gressu incedere. Sed quanquàm sit mirum, non est tamen difficile, præciso capite, sanctissimi viri corpus Angelico ministerio in modum viuentis ambulare, cum idem Deus sua omnipotentia efflacto spiritu cadauer eius facilè propter fidei suæ commendationem, quam idem suus fidelis seruus prædicauerat facilè moueret, potuit regere, qui idipsum corpus de puluere terræ compingens, spiritum, quo uegetaretur, dignatus est inspirare: idemque redactum in cinerem, dignabitur reparare, & qua viuerat anima, viuidum perenniter reddere. Quod stupendum miraculum, cùm superiùs fata Larcia conspexisset, prosiluit in infidelium turbas, & uociferata est se esse Christi gratia Christianam. Quæ mox capta, & in Christi Domini nostri confessione, sanguinis sui fonte ab immunditia idolorum occubuit baptizata in remissionem peccatorum: cuius filius Visbius, quem ex præscripto Lisbio viro suo susceperat, Romam ductus, Domitiano & Vespasiano, per tres Cæsares militauit, & sub sancto Masso Episcopo, qui tertius à beato Dionysio Parisiorum rexit Ecclesiam, reuersus, omnibus, quæ sunt mundi, relictis, baptizatus, & religiosorum Christique pauperum numero est sociatus. Cæterum metuentes persecutores, & gentilium phalanges, nè conuersi populi fidelissima probataque deuotio, & sanctorum corpora Rustici & Eleutherii, quæ in monte, ubi ipsi unà cum beato Dionysio fuerunt martyrizati, iacebant, profutura sibi ad patrocinium colligerent, & tumularent, inito consilio, eligunt tetris Sequanæ profundisque gurgitibus martyrum corpora perdenda committere. Quæ imposita nauibus, ad prouisum gurgitem ministros iubent demergenda perferre: sed Deus omnipotens præscius futurorum, qui mutat tempus, & quod prædestinauit, non mutat consilium: qui malum Holofernis conceptum, prudentia beneuolentis fœminæ immutauit, iniquorum consilia suæ dispositionis arti, industria qua voluit, seruire coegit.

Larcia blasf. merens ex dis. *Interfecit. Euiusd. Lacosia est a ... caput tamen. ha erat ad marginem. MS. codices omnes.* *Iudith 13.*

Nam nobilis quædam materfamilias, Catulla nomine, quæ licèt paganorum adhuc erroribus necessitate potiùs, quàm uoluntate, teneretur addicta, conuerti tamen ad fidem Christi, per exempla martyrum, atque ad baptismi gratiam peruenire se desiderare, & mente demonstrabat & opere, Dei misericordia inspirata, mactæ uirtutis consilium appetiuit, atque ad conuiuium uenire postulat sanctorum corporum perditores. Et dum eis copiam oblatæ humanitatis expendit, à memoria eorum quæ susceperant agenda, discussi, fidelibusque suis & familiaris uoti conscijs secreta ordinatione committit, ut subtracta furto præcinsa corpora beatorum diligens labore occultare prouideant. Qui dominæ uoluntate & iussione comperta, festinanter, quod eis præceptum fuerat, exequuntur, furtumque laudabile, quod nemini damnum intulit, & omnibus piè credentibus lucrum maximum contulit, sexto à memorata vrbe lapide, in sulcis autumnalibus, quos tunc seminibus iacientis, præscripta matrona in abundantia parabat arantium, speciem agricolantium prætendentes, velut quidam ruralis operis laborantes absconderunt: locum etiam certo notamine assignare procurant. Ex quo eadem Dei futura plenius fœmina, ac sibi collegæ Christiani, inter nocturna secreta silentia, præscripta martyrum corpora tollentes, beati

Cap. 34. *Catulla licet pagana, mira industria sanctorum corpora suffurat.*

Ecce ut primi Christiani sacras reliquias venerantur.

Dionysii corpori coniungerunt, & veneratione, qua soler persecutorum rabiem poterat, deuotissimè frequentabant. Facta deinceps satione, nec suum seges negauit obsequium, quæ tali est fœcundata pinguedine, atque sic se in eâ beneficium vbertatis effudit, vt centuplicatos fructus deuotissima cultrix acquireret, & patria mereretur salutem.

Prædicta itaque materfamilias, cùm primùm odit persecutionis tepuisse feruorem, locum tantorum martyrum ossa seruantem, qua oportuit honorificentiâ, unà cum sanctis Domini sacerdotibus & fidelium turbis reuerentissimè satis aggreditur, & incomparabilem thesaurum quem diu sibi & posteris profuturum seruauit, omnibus patenter eadem sacratissima die innotuit, qua beatus Dionysius cū sociis suis triumphans agonem expleuit, & coronam uictoriæ accipere de manu Domini meruit, atque testis Iesu Domini preciosus sidereum senatum possedit, ipsumque locum eminentis mausolei ædificatione signauit. Sanctorum quoquè corporibus digna veneratione sepultis, eorum vestimenta, tunica videlicet, cilicium & caligæ Dionysij preciosi, & casula sancti Rustici Archipresbyteri, atque dalmatica beati Eleutherii Archidiaconi, exceptis porrtionibus, quæ pro reliquiis electorum Domini, a fidelium deuotione sumptæ sunt, vsque hodiè debiti cultus reuerentia conseruantur. Quorum oratis & precibus, eadem venerabilis fœmina, in nomine sanctæ Trinitatis ex aqua & Spiritu sancto renata, cuncta, quæ habere potuit, Domino Iesu Christo Saluatori nostro, atque ipsis martyribus tradidit, & sacras excubias apud eorum corpora, quandiu superuixerat, celebrans, in bona confessione ac conuersatione, ad Christi & sanctorum martyrum gloriam, ipsis intercedentibus, migrare promeruit.

Notatur sua antiquissimā deuotionē erga sacras reliquias.

Cap. 36. Insignis martyrū basilica conditur.

Processu verò temporis multiplicata fidelium numerositate, Christiani & beati Dionysii patrocinijs deuotissimi, basilicam super preciosorum martyrū corpora, magno sumptu, cultuq; eximio construxerunt: ubi quotidiè, operante Domino nostro Iesu Christo, merita eorum virtutum probantur mon strari frequentia. Quorum miraculorum insignia, nō solùm sermo non præualet enarrare: verùm nec ipsis queunt humanis mentibus cōprehendi. Vndè nec dignitas honoris & magnificentiæ eorum, hominis cogitatu potest attingi. Experiuntur tamen infirmi, ac quibuscunque anxietatibus afflicti, in eodem loco & ubicunquè Domini clementiam per eorundē merita martyrum inuocātes, quantùm Dei famulos conueniat honorari, quorum interuentu recipit cæcitas nisum, debilitas gressum, & obstrictæ aurium ianuę recipere merentur auditum. Sed nec illud silēdum est, quòd immundorū spirituū infestatione vexati, dum ad memoratorum Christi testium tumulos examinandi virtute diuina ducuntur, sanctorū ipsorum coguntur imperio, quo quisque sit martyrum positus loco, designatis nominibus indicare. Quorū memoranda & gloriosissima passio è regione urbis Parisiorū in colle, qui anteà Mons Mercurij, quoniā inibi idolū ipsius přcipaliter colebatur à Gallis, nūc verò Mōs martyrū vocatur, sanctorū Domini gratia, q ibidem triūphale martyriū perpetrarūt, celebrata est 7. Idus Octobris, Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi nonagesimo sexto, à passione autē sexagesimoquarto: ætatis verò beatissimi Dionysij circiter nonagesimo, Imperii quoq; Domitiani crudelissimi Cæsaris decimosexto ingruente. Quē olim diuina, vt & Neronē, cuius hic portio fuerat, post necē Apostolorū, fine ulla est procrastinatione secuta: qua pereuntus, vitā eū tyrannico principatu misera-

Innumera eorum miracula.

Quo loco passi sint.

Item quo tempore.

Neronis & Domitiani interitus.

bilite, ut par erat, amisit: Regnāte Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria, virtus & iperiū cū Patre ionitate Spiritus sancti ab æterno, & nunc, & per omnia secula seculorum, Amen.

REVELATIO FACTA SANCTO Papæ Stephano, & relatio de consecratione altaris in honorem Apostolorum Petri & Pauli, sanctiq; Dionysii: quod situm est ante sepulcrum eius, sociorumque Rustici & Eleutherii. Habetur in peruetusto MS. codice.



STEPHANVS Episcopus, seruus seruorū Dei. Sicut nemo se debet iactare de suis meritis, sic non dē opera Dei, q̄ in illo per sanctos fiunt fine suis meritis, silentiare, sed prædicare, q̄a sic Angelus admonet Tobiam. Vndè ego pro oppressione sanctę Ecclesiæ à Rege atrocissimo & blasphemo, & nec di cēdo Aistulpho, ad optimū & S. Petri fidelē, dñm Pipinū Christianissimū Regē, in Frāciā veni, vbi ægrotaui vsq; ad mortē, & mansi aliquod tps apud pagū Parisiacū, in venerabili monasterio beati martyris Christi Dionysii. Quo cùm iā me medici desperarēt, fui in ecclesia eiusdē B. martyris subtus campanas, & vidi ante altare bonū pastorē dñm Petrū, & magistrum gentiū dñm Paulū. & nota mēte illos recogno ui de illorū surcariis, & ter B dñm Dionysiū ad dexteram dñi Petri, subtilem & longiorē, pulchra facie, capillis candidis, colobio indutū candidissimo, pur pura clauato, pallio toto purpureo, auro interstella to: & sermocinabantur inter se lętantes.

Tob. 12.

Aistulphus Lōgobardorū Rex pmit Ecclesiam.

Visus cāpanarū antiquissimè

Visio Papa

Dixitque bonus pastor dñs Petrus: Hic frater noster postulat sanitatē. & dixit beatus dñs Paulus: Modò sanabitur. Et appropinquans, misit manum suam ad pectus dñi Dionysii amicabiliter, respexitq; ad dñm Petrū. Et dixit dñs Petrus ad dñm Dionysium hilariter: Tua gratia sanitas est eius. Et statim B. Dionysius, thuribulum incensi & palmā in manu tenēs, cum presbytero & diacono, q in parte stabant, venit ad me, & dixit mihi: Pax tecū, frater, noli timere: nō morieris, donèc ad sedē tuā prosperè reuertaris. Surge sanus, & hoc altare in honorē Dei & Apostolorū eius Petri & Pauli, quos vides, dedica, Missas gratiarum agens. Erat enim ibi inęstimabilis claritas & suauitas. Moxq; sanus gratia Dei factus, volebam imple re, quod mihi pręceptum erat: & dicebant, qui ibi aderant, quòd dementabam. Quapropter retuli ex ordine illis & Regi, suisque optimatibus, quę videram, & quomodò sanus fuerim. Et impleui, quę iussa sunt mihi, omnia. Benedictus Deus.

Pontifex per visionem cura tur.

GEsta sunt autem hęc in beato Stephano Papa, diuina clementia, adiuuantibus sanctis Apostolis Petro & Paulo, per beatissimum martyrem Dionysium hoc anno, qui est ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi septingentesimus quinquagesimusquartus, quinto Calendas Augusti: quo Christi roboratus virtute, inter celebrationem consecrationis pręfati altaris, & oblationem sacratissimi sacrificii, vnxit in Reges Francorū, florentissimū Regē Pipinum, & duos filios eius Carolum & Carolomannū. Sed & Bertradā, & ipsius inclyti Regis Pipini coniugem, indutā cycladibus regiis, gratia septiformis spiritus sancti in Dei nomine consecrauit, atque Francorū proceres Apostolica benedictione sanctificās, authoritate beati Petri, sibi à Domino Iesu Christo

Stephanus Papa vngit Pipinum & filios eius in Francorū Reges.

vero Deo tradita, obligauit & obtestatus est, vt nunquàm de altera stirpe per succedentium temporum curricula, ipsi, vel quique ea eorum progenie orti, Regem super se præsumant aliquo modo constituere, nisi de eorum propagine, quos & diuina prouidentia ad sanctissimam Apostolicam sedem tuendam eligere, & per eum, videlicet vicarium sancti Petri, immò Domini nostri Iesu Christi, in potestatem regiam dignata est sublimare, & vnctione sacratissima consecrare.

Templũ hoc multis gratiis & donis sublimat.

Hunc autem locum sacratissimum priuilegiis magnæ authoritatis sublimauit, & super altare, quod consecrauit, pallium Apostolicæ dignitatis pro benedictione sancti Petri reliquit, & claues ob venerationem prærogatiuæ eius, qui in ligandi, & soluendi pontificio, claues regni cęlorum à Domino Iesu Christo accepit, hic in memoria & honore atque reuerentia principis Apostolorum dimisit: ut quia eius cæterorumque Apostolorum, simul & sancti ac preciosissimi Dionysii merita sunt iuncta in cęlis, eorum memoriæ pariter venerarentur in terris.

Stephanus Pontifex Romæ condit monasteriũ S. Dionysij.

Idem nanque sanctus Pontifex reliquias sanctissimi Dionysii Romam detulit, & monasterium in honore ipsius ædificare in proprio suo cœpit, quod frater eius Paulus, illo morte præuento, quoniam ipsi in Pontificatu successerat, nobiliter consummauit, & conuectis ibidèm plurimis sanctorum martyrum corporibus, consecrauit, seu veluti à fratre & prædecessore suo iussus fuerat, famulatores Domini natione Græcos inibi constituit, & idem monasterium, Ad sanctos martyres in schola Græcorum appellari fecit, ad honorem & memoriam preciosissimi Dionysij sociorumque eius.

Cultus sãctorum redundat in gloriam Christi.

Quorum cultus & veneratio redundat ad laudem & gloriam Domini nostri Iesu Christi, cui cum Deo patre in vnitate spiritus sancti debetur honor & adoratio per immortalia secula seculorum, Amen.

Epistola Hincmari Rhemensis Archiepiscopi de S. Dionysio Areopagita.

Methodius scripsit passionem S. Dionysii.



DOmino glorioso Carolo Imperatori Augusto, Hincmarus nomine, nõ merito Rhemorum Episcopus, ac plebis Dei famulus. Lecta B. Dionysii passione, à Methodio Cõstantinopolim Romã directo, Græcè dictata, & ab Anastasio, vtriusque linguæ perito, & vndecunque doctissimo, sanctæ sedis Apostolicæ bibliothecario, Latinè conscripta, sicut in præfatione sua narrat, recognoui his, quæ ibi scripta sunt, ea, quæ in adolescentia legeram, consonare, videlicet per quos ac qualiter gesta martyrii beati Dionysii sociorumque eius ad Romanorum cognitionem, indeque ad notitiam Græcorum peruenerint. Nam quandò, Deo disponẽte, in Franconofurth palatio natus estis, Hucberto præcentori palatii Episcopium Meldensis ciuitatis commissum, est vbi propter Hilderici Episcopi ætatis prolixitatem, & diutinam ægritudinem, quædam ad scientiam & religionem pertinentia, necnon & ædificia ac cætera quæque necessaria, neglecta inuenit.

Hincmarus Hilduini alumnus.

Quapropter à familiari suo Bodone, clerico domini, & nutritoris mei Hilduini Abbatis, sacri palatii clericorum summi, quendam clericum, ipsius Bodonis propinquum, nomine Vuandelmarum, qui cantilenam optimè à Teugario magistro in sancti Dionysii monasterio didicit, ad erudiendos clericos suos obtinuit.

S. Sanctini monasterium.

Cui Abbatiolam beati Sanctini in beneficium dedit.

Isdem autem Vuandelmarus, in loco sibi commisso quaterniunculos valde contritos, & quæ in eis scripta fuerant, penè deleta, de vita & actibus beati Sanctini reperit, quos propter notitiam familiaritatis, & quia me sciolum putabat, ad exhaurienda ea, quæ in eisdem quaterniunculis contineri videbantur, & ad transcribẽdum apertè in noua pergamena mihi commisit. Quod & studiosè peregi, & mihi commendata, commendanti restitui. Sed quia diu est, quòd idẽ Vuandelmarus etiam ante obitum Hucberti defunctus fuit, & sicut audiui, idẽ locus neglectus extitit, ac demùm in eadẽ vrbe Nortmanni fuerunt, & quædam incendio ibì concremauerunt; quædam veró prædantes diripuerunt, nescio si ipsi quaterniunculi, uel eorum exemplaria in eadem vrbe valeant reperiri. Propterea exemplar eorum, quod mihi retinui, vestro deuoto & bono studio offerendum putaui, vt si quæ sunt illorum reliquiæ, qui negabant dominũ & patrem nostrum, patronum vestrum Dionysium esse Areopagitem, à beato Paulo Apostolo baptizatum, et Atheniensium ordinatum Episcopum, & in Gallias à beato Clemente directum, ex his, quæ Græca testificatio, & sanctæ sedis Romanæ attestatio, & Gallicana intimat contestatio, ratum & in hac causa, quod longè ante nos dictum est, recognoscant, quia veritas sæpiús exagitata, magis splendescit in lucem.

De S. Dionysio ex antiquissimis monumentis.

Sãctus Areopagites Dionysius, egregia Pauli Apostoli prædicatione, fidei ueritate illuminatus, & in nomine sanctæ ac indiuiduæ Trinitatis baptizatus, demumque cælestium mysteriorum arcanis sufficienter instructus, Atheniẽsium est ordinatus Episcopus. Procedente autem tempore, magistri desiderio, & beati Petri amore, quem vnà cum præceptore suo Paulo apud sepulcrum vitæ principis viderat, & docentem audierat per reuelationem, ordinata sibi cõmissa Ecclesia, Romam venit, quos nequissimi Neronis crudelitate iam martyrio coronatos inuenit: & à beato Clemente Petri Apostoli successore, amabiliter ac honorabiliter susceptus, post aliquod spatium temporis, cum aliis ad eroganda diuini uerbi semina in Gallias est directus.

Marc. vlt.

Qui prædicando, & sermonem confirmando sequentibus signis, Parisios, ducente Domino, peruenit.

Sanctinus primus Carnot. mox Meldensis Episcop.

Destinatis quoq; sociis per diuersas ciuitates ad dolos diaboli destruendos, & populos Domino acquirendos, Sanctinum ordinauit Episcopum, & Carnotum eos illuminare, qui in tenebris & in umbra mortis erant, inspirante Domino, misit: vbi eum per aliquod temporis immorari disposuit. Posteà uerò Meldensium ciuitati pastorem & Episcopum esse constituit, eiusq; suffragio Antoninũ, qui iunior, ad distinctionem senioris Antonini, prænominabatur, adhibuit. Domitianus deniq; impiissimus Cęsar, post Neronem sęuissima psecutiõe in Christianos exęstuãs, lictores ad perquirendũ & compręhendendum Dionysium, cuius famam in destruendis idolis, & cõuertendis ad Christum populis, per multos audierat, in Gallias misit, vt eum diligenter perquirerent, & inuentum, aut idolis sacrificare cogerent, aut diuersis suppliciis affectum occiderent.

Sanctinus & Antoninus mandantur Dionysium...

Quos cùm beatus Dionysius ad fines Parisiorũ appropinquare comperit, Sanctinum, & Antoninũ ad se accersiuit: quibus pręcepit, ut sermones & agones ipsius solerter intenderent, & memorię commẽdarent, ac quibus tormentorum generibus per passionum supplicia corporis vitã finiret, conspicientes, Romanę sedis Pontifici & fidelibus, quos tunc ibidẽ inuenerint, (quia vndè in orbẽ Christianorũ persecutio procedebat, illic ardentius cõflagrabat) per ordinẽ nunciare quantocyùs studerent: eosq; obnixè depo-

deposcerẽt,ut Athenienſium ciuibus ea nota facerẽt quatenùs & ipſi Domino pro curſu laborum eius impleto gratias agerent,& erga cultum eius bono animo fierent. Conſummato ſiquidem beato Dionyſio per martyrij palmam,Sanctinus & Antoninus, ſicut eis præceptum fuerat,Romam iter aggredi maturauerunt:& venientes in Italiam,Antoninus valida febre correptus eſt. *Antonin' infirmitate medit.* In cuius obſequijs per aliquot dies Sanctinus immoratus,conſilio ac conſenſu eiuſdem Antonini,nè præceptio beati Dionyſij quacunq; occaſione impediretur,peragere cœptũ iter diſpoſuit, & ſufficienter aenijs ac honeſtis linteis princip domus,in qua iacebat Antoninus, commiſsis, petijt & per Dominum obteſtatus eſt eum, ut ſi Antoninus conualeſceret, exindè illi abundantiſsimè miniſtraret: ſi etiam vita decederet, honeſtiſsimè ſepeliret; & ſic iter,quod cœperat,peragendum arripuit.

Excedit è viuis. Et cùm Sanctinus fines Romanorum iam contigit, Antoninus vita deceſsit.Quẽ princeps domus, retentis omnibus, quæ ſibi in obſequijs eius commẽdata fuerant, catabuli ſui,in quo animalia eius manebant,axes leuauit, & in foſſam,vbi ſtercora & vrina animalium defluebant, proiecit, & deſupèr axes remiſit. Quæ mox omnia Sanctinus per ſpiritum ſanctum cognouit, & cum maxima feſtinatione reuerſus ad domum,in qua Antoninum iacentem dimiſerat,flens & dolens peruénit,& principem domus interrogauit:Vbì eſt,inquiẽs,Antoninus frater meus chariſsimus? Is autem fictis gemitibus ac ſuſpirijs ſimulata mœſtitia, Mortuus eſt, inquit, quem de mihi à te commiſsis honeſtiſsimè ſepeliui. Cui Sanctinus: Mentiris,inquit,fili diaboli:in ſterquilinium proiecisti eum virum ſanctũ & iuſtum. Et nunc veni mecum ad catabuli locum, in quem proiecisti eum. Is autem timore perculſus, non eſt auſus reniti, quin cum eo ueniret ad locum,ubì eum proiecerat. Et leuantes indè axes, Sanctinus cum lachrymis clamauit voce magna,dicens: *Sãctinus eũ reuocat ad uitam.* Antonine frater,in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti,pro cuius nomine & amore paſſus eſt glorioſiſsimus martyr Dionyſius,ſurge, & perficiamus ſimul obedientiam,quam idem pater & magiſter noſter communiter nobis præcepit. Et ſtatim Antoninus ſtercore obuolutus ſurrexit, quem Sanctinus de catabuli foſſa extraxit, & diligentiſsimè lauit, & mundis ac honeſtiſsimis veſtibus induit: *Miſſæ ſacrificiũ offerunt.* ſicq́ue offerentes Domino ſacrificium laudis, Euchariſtiæ corporis & ſanguinis Chriſti participati ſunt: & accipientes cibum, confortati ſunt, & iter cœptum aggredientes, Romã, auxiliante Domino,peruenerunt: & iam beato Clemente martyre coronato, in eadem ſede ſanctum Anacletum,natione Græcum de Athenis, *Anaclet' Græc' Põtiſ. Rom.* qui fuerat à beato Petro Apoſtolo presbyter ordinatus, conſecratum Pontificem inuenerunt.

Cui per omnia, ſicut eis beatus Dionyſius iuſſerat, actus & martyrij eius ordinem narrauerunt. Perſectoq́ue negocio, ad ciuitatem Meldenſium reuerſi fuerunt: vbi ſanctæ prædicationi ac pijs operibus inſiſtentes, *Sãctinus abiit vita* Sanctinus plenus fide, virtutibus ac bonis operibus, ad cęleſtia regna tranſiuit. Cui Antoninus in Epiſcopatu ſucceſsit, *Itẽ Antoninus.* & per plures annos in ſancto officio degens, cum multiplici bonorum operum fructu & animarum lucro, migrauit ad Dominum: Cui eſt honor & gloria per omnia ſeculorum ſecula, Amen.

EPISTOLA ANASTASII ROmani bibliothecarij, contra falſas quorundam opiniones, aſſerentium beatum Dionyſium, Pariſiorum primum Epiſcopum, non eſſe Areopagitam.

DOMINO piiſsimo & ſereniſsimo Carolo Imperatori,Deiq́ue verè cultori ſemper Auguſto,Anaſtaſius exiguus Apoſtolicæ ſedis Bibliothecarius, in Domino æternum cum Chriſto Imperium. *Carolus Caluus is eſt.* Eccè Imperatorum ſolertiſsime & Chriſtianiſsime, qui effodis & rimaris ſapientiam ſicut theſaurum, cui nil ſiniſtrum eſt,cùm utraque nimirùm manu pro dextera utaris. Nam ſic humana Reipublicæ commiſſa ſecundúm legem Dei gubernacula moderaris, ut diuina quæque non deferas,ſed præferas. Paſsionem ſancti hieromartyris Dionyſij quondam Areopagitæ, poſtq́ue Athenarũ antiſtitis, quam Romæ legi, cùm puer eſſem, quamq́ue à Conſtantinopolitanis legatis audieram, ſecundum iuſsionem veſtram diù quæſitam, tandemq́ue in maximo cœnobiorum Romę ſitorum repertam, *Anaſtaſ' paſſionem Dionyſii Latinè cõuertit.* etiam inter diuerſos languores poſitus, arrepto interpretandi certamine, Latino eloquio tradidi, quantum potui,auxiliante Deo, etsi non ex toto verbo,ſenſum tamen penitùs hauriens. Ceſſet ergò iam quorundam opinio,perhibentium non eſſe Areopagitam Dionyſium eum,qui prope Pariſium corpore ac uirtutibus redolet: cùm hoc & Gręcorum quoquè ſtylus, cum Latina lingua concordans, teſtetur & prædicet,in qua profectò natus eſt,& qua celſa ſcripta tua contexuiſſe probatur: præſertìm cùm manifeſtè ſciamus,præcipuos tractatores Eccleſiæ,qui Latino ſtylo ſcripſere, quid dubium in ſancta ſcriptura reperiẽtes, mox ad Græca exemplaria currere,& ad eorum ſenſum, protinùs à ſe omne nubilum ambiguitatis excludere.

Nec mirum,ſi quiſquam Doctorum erga plurima occupatus,nec Græcorum ſcripta rimatus,aliter ſenſerit,cùm ipſe Apoſtolus Petrus quædam ſic tenenda *Gal. 2.* eſſe putauerit, ut meritò coapoſtolus eius Paulus eũ repræhenſibilem iudicauerit. Beatus etiam Cyprianus Doctor & martyr, quiddam de rebaptizatione definiuit,quod tota Eccleſia reiecit. Quid autem de ſancto Auguſtino dicemus, qui etiam libros Retractationum conficiens, nõnulla, quæ ſe benè ſenſiſſe dudùm putauerat,rephęhendit? *Hæc nihil ptinẽt ad hæreticorũ ſpia tõmẽta,quæ ex radice charitatis minimè pficiſcũtur* Nam Deus omnipotens nonnunquàm diſpenſatoriè gerens, cui multa reuelat,quiddam opertum deſerit,& quod alteri obſerat,alteri reſerat: nec tamen ſine remunerationis dono relinquit, quod ex radice charitatis prodire non neſcit:quia cùm cor ſcrutetur,non tam dictum, quàm intentionis admittit affectum. Verúm hinc multa,docente Deo,dicere poſſem,ſi non mihi prę fationem,ſed Apologiam faciendi propoſitum extitiſſet. Suſcipe itaque,piiſsime Imperator,Dionyſiũ, ex Gręcia iterato volatu uenientem, & qui gaudes eo Latino eloquio habito, gaude & ab Achiuo ſermone donato.

Sanè quia nonnulli beatum Dionyſium πτερύγιον τοῦ οὐρανοῦ à Gręcis appellari commemorãt:noṁdum,quòd hunc beatus Iohannes Chryſoſtomus πετεινὸν τοῦ οὐρανοῦ,id eſt,uolucrem cęli in ultimo Sermonum deſcribat. Quorum duum nominum differentiam,ſacri Euangeliorum atque Pſalmorum Gręcè ſcriptorum libri demonſtrant:nam in altero quidem Gręcè πτερύγιον ſcriptum,codex Latinus nõ alã, ſed pinnaculum interpretari declarat: In altero ve-

rò

τὸ πτερὸν crebrò ſermone Romano traſlatum, uolucrem ſonare deſignat. Huius autem paſſionis teaſtem beatus Methodius, qui à ſede Apoſtolica Conſtātinopolim presbyter miſſus eiuſdem vrbis tenuit pontificium, & extunc inter ſanctos ab omnibus ob ſuæ confeſsionis & agonis certamen veraciter veneratur & colitur, edidit, pauca de multis præcedentibus ſcriptis excerpens. Deus autem pacis conterat ſatanam ſub pedibus veſtris velociter, & qui dedit amplum in terris Imperium, tribuat in cæleſtibus ditiſsimum regni præmium. Actum menſe Iunio, Indictione nona, anno Pontificatus viri beatiſsimi domini noſtri Iohannis Octaui Papæ quarto, Imperii verò domini clementiſsimi Caroli ſemper Auguſti primo.

Methodi⁹ Epiſcopus Conſtantinopolitanus.

MARTYRIVM S. DOMNINI militis & ſociorũ eius, vt habetur in perantiquo MS. libro, cui conſentiunt vetuſtiora martyrologia. Dictionem hincinde mutauit F. Iac. Moſander.

Octobr. 9.

Maximianus Chriſtianos occidi edicto præcipit.



TEMPORE Maximiani Imperatoris magna perſecutionis procella detonuit in Chriſtianos, qui ſe à ſacrilega dæmonũ cultura abſcidebant. Nam legis iniquæ edictum exierat, vt ſi quis Chriſtiani numinis cultor inuentus eſſet, vel diis immolare cogeretur, vel, ſi nollet, diuerſis tormentis excruciatus, capitali ſupplicio plecteretur. Promulgato igitur huiuſmodi edicto, Maximianus ſexto Imperii ſui anno relicta Roma, venit ad Mediolanenſem ciuitatem, ibiq; iterato edicto præcepit Chriſtianos inquiri, ac diuerſis tormentorum generibus affici, vt medio hoc, vniuerſum populum ad immundorũ deorũ culturam reuocaret. Rursùs Mediolano eodem ferè tempore diſcedẽs, venit in fines Germaniæ, aſſumptis ſecum ſui exercitus aliquot militibus. Qui cùm aliquandiù in finibus illis hæreret, intellexit quoſdã adeſſe, qui virtutibus ornati, ſectam ſequerẽtur Chriſtianorum, ſtudentes ſuo Domino Ieſu Chriſto per omnia placere. Quibus ille accitis, cuius eſſent religionis, inquiſiuit. Illi verò vno ore Chriſtum profeſſi ſunt. Quibus Maximianus: Quis ille Chriſtus? Sãcti martyres reſponderunt: Ieſus Chriſtus filius Dei viui. Rursùm ille, cui Crucis myſterium ſtultitia videbatur, Illúmne, inquit, Chriſtum profitemini, quẽ à Iudæis crucifixus eſt? Is enim manibus eorum non valuit eripere ſe, ſed opprobriis affectus & verberibus, tandèm ab eis crucifixus eſt & occiſus. Quã ergò fiduciam aut ſpem collocatis in eum? Sancti verò reſponderunt: O Imperator, ſi donum Dei ſcires, nullos vtiquè blaſphemiæ ſermones in ipſum coniiceres. Ipſe enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus terrenus non eſt ſed cæleſtis, qui de ſinu Patris deſcendens in Mariæ virginis vterum, ex ea incarnatus ac natus eſt, qui multa prodigia operatus eſt corã principibus ſacerdotum & populo Iudæorum, mortuos ſuſcitando, leproſos mundando, paralyticos curando, dæmonia effugando, ægris, corporis ac ſpiritus ſoſpitatem elargiendo, ac ſpiritu oris ſui omnibus verbum vitæ adminiſtrando.

S. Martyres apud Imperatorem accuſantur.

1. Cor. 1.

1. Cor. 15.

Audiens hæc Imperator, furore ſuccenſus, præcepit deos ſuos in medium proferri, dicens: Venite, adorate deos meos, qui hucuſquè vos patientiſsimè ſuſtinuerunt, & offerte eis ſacrificium & incenſum, nè malis tormentis excruciati, capitali ſententiæ deputemini. Sancti verò reſponderunt: Deos tuos, ô Imperator, non colimus, qui cùm nõ ambulent nec loquãtur, ſed nec ſpiritus ſit in ore ipſorum, ſibi nequaquam boni præſtare valent. Qua enim ratione ſacrificaremus eis, qui iam Chriſti Ieſu, Domini noſtri ſeruitio deputati ſumus, nosipſos viuam hoſtiam ipſi offerentes? Tunc Imperator ira repletus, iuſsit eos appræhendi & capite cædi. Erant autem Chriſtiani, qui ante conſpectum impiiſsimi Imperatoris ſtabãt ferè quingenti: Inter quos vir clariſsimus Domninus cubicularius Imperatoris, cui & diadematis cura demandata erat ac Imperatorem iuſtis temporibus coronabat. His conuocatis Chriſtianis, ità exorſus eſt: Videtis commilitones chariſsimi hominem ſacrilegum, qui nec Deum timet, nec animæ ſuæ curam gerit, vt poſsit eam de inferno inferiori eripere, ſed qui repletus omni malitia & diabolicis operationibus, conetur fidem noſtram extinguere. Videtis, inquam, eum obcæcatum & demum, ad inferni clauſtra properantem, cui os eius pateat, ac omnia tormenta, quæ ante mundi initium diabolo parata ſunt & angelis eius, illi debeant. Antiquus enim ille ſerpens redegit eum in ſuam poteſtatem, ità vt nunquàm recordetur ſalutis animæ ſuæ. Nil enim ei proderit Imperialis dignitas, non aureum diadema in extremo illo examine iudicii, ſed pro ſceleribus iuſtam vltionem accipiet. Proindè chariſsimi fratres, demus locum iræ iuxta Dominicum exemplum, & ab huius ſcelerati hominis inſidiis paululùm nos ſubtrahamus.

Pſal. 113.

S. Domninus Imperatoris cubicular.

Oratio ad ſocios.

Rom. 12. Iohan. 8.

Quibus auditis, ſtatuerunt quingenti illi Chriſtiani ad ciuitatem Romanam confugere, qui priùs ſe præſentantes Imperatori dixerunt: Audi peſsime Imperator: Nos omnipotẽti Deo Patri ſeruimus, & Domino noſtro Ieſu Chriſto filio eius, cuius vultũ nec dignus es adſpicere, nec gloria frui. Deos verò tuos non colimus, nec tuæ fallaciæ conſentimus. Eſt enim Deus noſter in cęlo, cui nos deuouimus ſyncera mẽte ſeruire. Hic corda ſcrutatur & renes, hic nouit qđ nobis expediat, & auxilium pręſtare poteſt in tempore opportuno, à quo etiam remedium liberationis ac ſalutis pura mente expectamus. Audiens hęc Imperator, ira ſtimulante pręcepit velocius impleri antè latam ſententiam. Statìm ergò aliqui ex ipſis detẽti, in eius pręſentia detruncati ſunt. Reliqui verò ſe ſubtrahentes, cum omni feſtinatione Romanum arripiunt iter, alii per Flamineã, alii per Aureliam, alii itèm per Claudiam fugiẽtes à conſpectu furoris impiiſsimi tyranni. Beatus verò Domninus perrexit via Claudia: Qui cùm veniſſet quintodecimo miliario à Iulia Criſopoli ciuitate, à miniſtris Imperatoris inſecutus appręhenditur, & circa fluuium Siſterionem nomine, in media, quę Claudia vocatur, via publica capite plectitur. Qui ſtatim virtute diuina abſciſum caput è terra ſubleuans & palmis portans, trãſiuit per medium Siſterionem, atque ad iactum lapidis vltrà progrediens ſubſtitit, ibique caput repoſuit. Quo loco ſacra eius oſſa ſeruantur. Ad cuius ſepulcrum multi ęgri, quacunque fuerint infirmitate detenti, ſacris eius interuenientibus meritis curant.

Pſal. 11. Apoc. 2. Heb. 13.

Fugiunt Chriſtiani à conſpectu tyranni.

Capite caditur S. Domninus.

Contigit tempore quodam inter infirmos qui ad ſancti huius imploranda ſuffragia conuolabãt, quẽdam ægrum equo vectum intrare eccleſiam, eodem equo ad fores tẽpli alligato, qui poſt multos lachrymarum imbres ſoſpitate adepta egreſſus foràs, inuenit equum furto ablatum. Qui memor prioris accepti beneficii, reuerſus in templum, proiecit ſe in terrã ad ſepulcrum ſancti Domnini, lachrymis ac precibus rogans ſibi reſtitui ablatum iumentum: Egreſſuſque foràs poſt orationem, vidit illum hominem, qui

Multa ad eius ſepulcrũ fiunt miracula.

Memorabile exemplum.

qui equum abstulerat, rapido cursu remeantem ad fores templi, qui esilieos tradidit eum suo possessori in manus proprias. Tunc ille duplici lętificatus beneficio, gratias egit Deo & sancto Domnino, cunctis referens quanta Deus per sancti sui intercessionem fecisset magnalia. Decollatus est verò sanctus Domninus septimo Idus Octobris, regnāte Domino nostro Iesu Christo cum suo Patre & Spiritu sancto, in sempiterna secula, Amen.

VITA S. GISLENI MONACHI instituti sancti Basilij, incerto quidem authore, sed tamen bona fide, ut appàret, conscripta, aliquanto tamen uerbosiùs: atque ea causa per F. Láur. Surium succinctiùs reddita.

Octobr. 9. Cap. 1.



EGREGIVS Christi confessor Gislenus, à Græcia Christianis parētibus feliciter ortus, à Deo peculiariter electus, & vineæ Dominicæ ab ipsis incunabulis diuinitùs est cultor fidissimus prædestinatus. Eius adhuc pueri singulari pietate permoti parentes, operæ precium sibi facturi videbantur, si eū Athenis curarent accuratè literis erudiri. Scholæ igitur admotus, feruenter orabat Dominum, ut sui spiritus gratiam ipsi adspiraret, quæ ipsum ab omni iter uaret errore, & per iustitię rectum planumque iter deduceret. Non despexit Deus preces pueri, sed dedit illi sedium suarum assistricem sapientiam, quæ circuit quærens dignos se. *Athenis literis eruditur.* *Sap. 6.*

Cap. 2. Porrò disciplinis liberalium artium perfectè institutus, nè malitia mutaret intellectum eius, è seculi periculosissimis fluctibus se subduxit, atque intrà monasterii claustra inclusus, optatissimum se salutis portum attigisse lætatus est. Atque aliquandiú illic sancti Basilij instituto viuens, optima quæque consectabatur, ità ut fratribus eius monasterij virtutum egregia de se exempla præberet, firmæ fidei, charitatis non fictę, multæ humilitatis, (quæ ei virtus familiaris admodùm erat) iucundę & alacris obedientię, profusæ beneuolentiæ, magnæ abstinentiæ, multarū vigiliarum. Omnibus quoquè affabilis erat. Atque ita factum est, ut Deo omnia moderante, quo posset aliorum infirmis curandis animis idoneus adhiberi medicus, ad Ecclesiasticos ordines gradatim promoueretur. Deniquè sacerdotio initiatus, & iam inter Deum & homines quasi sequester quidam constitutus, uinum & oleū infundebat in mentium vulnera, spem diuinæ misericordiæ cum iudicii diuini timore omnibus prædicans. Interim multa animi vigilantia sibijpsi semper intentus, id summoperè secum pertractabat, quo pacto per omnia posset oculis placere omnia videntis Dei. *Fit monachus.* *Ad sacros ordines et sacerdotiū promouet.*

Cap. 3. Angelus ei apparet. Quadam autem nocte precibus & diuinæ contemplationi solito feruentiús insistens, cúm post multas preces defatigato somnus obrepsisset, uidit Angelū sibi apparentem, & blandissimo vultu dicentem: Nè mundi procellosis fluctibus agiteris, posthabito natali solo, Apostolicis triumphis celebrem inuise Romam: atque illic tibi ostendetur, quid te oporteat facere. Ille ad se reuersus, quid ea visione didicisset, nulli prorsùs indicare voluit: sed honesto stipatus comitatu, & curam omnem sui atq; suorum in Deū rejciens, iter ingressus est, cum beatis patriarchis exiens è terra & cognatione sua, cum quibus etiam in cælis gloria & honore iam coronatus est. Vbi Romam venit, beatissimorum Apostolorum, Ecclesiæ principum, limina petijt, eaq; largo piarum lachrymarum imbre infudit, inenarrabiles Domino gemitus & suspiria offerens, magno vtiquè ad omnes raręe pietatis exemplo. Perlustrauit verò etiam beatorum martyrum & confessorum uenerabiles memorias, in alteris rosarum, in alteris liliorum suaui odore animum oblectans. *Gen. 12.* *Romā venit, et loca sacra lustrat.*

Cernere erat lachrymas sancto spiramine fusas,
Et quid mente gerat, tellus madefacta reuelat.

S. Petr. ei apparet. Apparuit autem ei aulæ cęlestis ianitor post solis occasum, aitque ad eum: Est pagus, qui ab amne præterfluente Hainau appellatur. Ibi tuę habitationi nò ueris diuinitùs destinatum locum illum, quem incolæ Vrsidungum uocant, ab ursa, cum catulis illic deprehensa. Tu illic meo & fratris mei Pauli nomini elegans oratorium condes, nostrisque patrocinijs reuerenter consecrandum curabis. Cumque multas ibi Domino lucratus eris animas, beato fine illic claudes uitam, & in cęlis cum Angelis æternúm lętaberis. Hac uisione exhilaratus vir sanctus, laudes & grates egit Deo, atque è comitum turba non nisi duos sibi retinens, Lambertum & Bellirium, nudus nudū secuturus Saluatorem, ad locum sibi ab Apostolo indicatum properauit. *Nudus nudū sequitur Christū Gislenus.*

Cap. 4. In eo itinere perlustranti sacra monasteria, vrbes & castella, dictum est de amantissimo Christi confessore Amando, cuius celeberrima fama gratissimo sanctitatis odore Ecclesiam compleuerat, & animas hominum miré afficiebat. Valdè igitur sitiens eum uidere, & cum eo colloqui, obnisè rogat Dominum, vt præstet sibi copiam eius sanctis colloquiis perfruendi. Venit indè ad beatum virum, exponit ei causas itineris sui, petit ab eo salutare consilium: atque eius benedictione percepta, profectus est, venitque ad montem, quem Castrilocum vocant. Cúmque putaret eum esse locum sibi à Domino promissum, cępit extirpare arbusta, vt posset illic templum construere, aptum Christo seruitutis. *Loquitur cū beato Amādo.*

Cap. 5. Brachbātus Regis venator. Per id tempus Brachbantus (sic enim author Brabantiam nominat) Dagoberto Regi iucundas exhibebat venationes. Eius canes quandoquè immanem insectantes vrsam, coegerunt eam fuga sibi consulere. Venit igitur ad beatum eremicolam Gislenum, & sub eius tunica, quam propter laborem ad arboris ramum suspenderat, tanquàm defensionem expetēs, sese defessa reponit, & nihil iam reformidans, secura quiescit. Stant procúl canes, nec latratus edunt vllos, sed caudarum molli agitatione blandiri videntur. Ea re commoti venatores, ministri Regis, contumeliosè & impiè proscindunt uirum Dei & discipulos eius, aiuntque eos magicis imbutos artibus, dignos qui Regis iudicio pęnas luant. O miram rerum commutationem. Fera bellua quodam humanitatis sensu affecta videtur, & homines in belluas transiisse. At vir mitissimus Gislenus nil ea verborum petulantia permotus: Ego, inquit, superni Regis fultus præsidio, Regis terreni minas non pertimesco. Interea Dagobertus Rex uenit cum familiaribus suis, audiensq; quid accidisset, ait ad virum Dei: Quis es tu, aut vndè, qui canes nostros nescio qua arte debilitare ausus es? Respondit ille: Ego natione Gręcus sum, patria Atheniensis, nomine Gislenus, religione fidelis Christianus. Nec noceo cuiquam malis artibus, nec quicquam alieni rei concupisco: solum autem Deum diligo, cuius, licèt indignus, sacerdos sum. Rex animaduertens esse eum virum sanctum ac planè Angelicū, relicta fera, & à tanto sacerdote accepta benedictione, abijt cum suis, laudans Deum, qui est mirabilis in sanctis suis. *Dagobertus Rex ab eo petit benedictionem.* *Psal. 97.*

Viro

Cap. 6.

Viro autem beato in suum opus incumbente, surrexit vrsa, & arrepta sporta, in qua erant sacræ vestes, in quibus vir Dei sacrificare solebat, pedetentim abscessit. Cernens id vir beatus, indignè tulit: sed nesciens quid faceret, more suo totum se contulit ad obsecrandum Deum: Domine Deus, inquit, qui es omnium bonorum largitor, si gratum est maiestati tuæ, vt tibi seruiam, qui has mihi vestes dedisti, tu eas restitue. His dictis, correpto Scipione, belluam sequitur: sed, viæ ignarus, nescit quò tendendum sit. Mox adest aquila, antecedit eundem, & recto itinere perducit ad campum, vbi erant pastores, qui se dicerent vidisse vrsam ferentem vestem quandã: ostenduntque ei locum dumosum intereque condensum, vbi vrsa suos solebat catulos nutrire, & ea causa Vrsidungus dicebatur. Mox eò properat vir sanctus, & lustrato dumeto, inter catulorum complexus reperit vestimentum, Deo conseruante, nihil læsum aut contaminatum. Lætatur igitur se rectà perductum eò, quò iussus esset proficisci. Deindè præcepit belluæ in Christi nomine, vt neminem lædens, quamprimùm recedat, & alibi locum opportunum sibi capiet. Páret illa, & confestim abscedens, posteà illic visa non est. Eccè obedit seruo Dei bestia ferocissima: & homo rationis particeps, sui creatoris & redemptoris iussa contemnit. Obitèr autem hìc animaduertendum est, bruta animantia tum hominum obtemperare voluntati, cùm homines ad imaginem Dei conditi, à veritatis via non aberrant. Cæterùm vir beatus locum à Deo ipsi monstratum repurgat, & magno Christi amore feruens, vt iussus erat cælitùs, in beatorum Petri & Pauli Apostolorum honorem, templum ædificat, Cellam Apostolorum illud vocans. In ea verò Cella ipse porrò secum habitauit, & humanam fugiens laudem, mundo se celauit, vixitque Deo, atterens corpus suum fame & frigore, semper degens in cilicio & cinere, sciens quòd per multas tribulationes oporteat nos intrare in regnum Dei.

Vrsidungus vndè dictus locus quidã

Obedit vrsa viro Dei.

Cella Apostolorum a Gisleno extruit.

Act. c. 4.

Cap 7.

Ea tempestate Cameracensis Ecclesia Autberto præsule sanctissimo gaudebat, & tanti viri meritis in cælum vsque sese porrigebat, eius fidei ceu lucis columnæ innitens, in ea spe & charitate fundata. Is præclarus Episcopus, comperta beati Gisleni sanctitate, iubet eum ocyùs ad se venire, probare volens, vtrùm ex Deo spiritus esset. Non cunctatur Gislenus, sed humiliter se dans itineri, vbi ad pagũ, quẽ rusticè Resinum vocant, accessit, nocte imminente, humanissimè acceptus est hospitio à quodam ingenuo paupere, qui etiam obuiàe eum rogauit, vt reuertens, ad ipsum diuerteret. Postquàm ad Episcopum Autbertum venit, iussus est dicere genus suum, & rationem susceptæ peregrinationis. Tum ille paucis expediens: Natione, inquit, sum Græcus, religione Christianus, professione monachus, sacerdotum minimus. In Gallias veni, cupiens habitare in loco, quem Vrsidungum vocarunt, ibique templum construere in honorem Petri & Pauli Apostolorum, vt diuinitùs iussus sum. Idque vt ex oris tui sententia fieret, decreueram quidem copiæ impetrandæ & cõsilii expetendi causa ad tuam accedere sanctitatem, sed prudentia tua meam ignauiam anteuertit. Cernens beatus Autbertus multam in sancto viro apparere virtutem & religionem, sanctis sermonibus confirmato, & supernæ benedictionis munere aucto, facit copiam recedendi, & ea, quæ Apostolus mandarat, exequendi. Abit ille, cupiensque ad amicam redire solitudinem, nocte eius cursum retardante, repetit hospitium supradictum, & hospes nitidas ei apparat ædes. Discumbente autem illo, hospes ad eius vestigia aduolutus, rogat humiliter, vt diuinam imploret misericordiam pro ipsius vxore, ob partus difficultatem iam penè moriente. Respondet vir sanctus: Facessat dolor omnis: geminum tibi suppeditat gaudium, vxor incolumis, & infans vagiens. Mox vir fidelis se confert ad coniugem, videt vera esse, quæ dixerat Gislenus: reuertens, laudes promit Deo: rursusque ad pedes sancti viri se abiiciens, orat vt infantem natum baptizare, & sacro chrismate vngere, & sibi filium asciscere dignetur. Nõ se ad hæc difficilem præbet vir Dei, perpetuò sitiens animarũ salutem: omnibusque peractis, cum hospite suo iter prosequitur. Vbi autem Vrsidungum venère, animaduertens sancti viri hospes locum illum commodum esse Christo seruientibus, quicquid Resini iuris habere videbatur, beatissimis Apostolis, terræ principibus, donauit.

Autbert⁹ Cameracẽs. Episcopus ad se Gislenũ vocat.

Expetit cõsilia Episcopi sanctus Gislenus.

Sanatur fœmina, ex partus difficultate periclitans.

Cap 8.

Cùm autem Deo & hominibus charus Amandus Episcopus, quẽ, cogente Dagoberto & pontificibus, triennio ferè inuitum tenuerat Traiectensis Episcopatus, visitandi & consolandi gratia veniret ad beatum Gislenum, & ab eo honorificè susceptus, more suo optimis sermonibus eorum, qui aderãt, animos recreasset, iamq; ab illis deduceretur Elnonem proficiscens, beatus Gislenus multo cœpit mœrore affici, quòd vir sanctus nihil alimoniæ illic accepisset. Sed cùm nihil haberet, quod ei apponeret, seque humiliter apud illum excusaret, stantibus illis ad fluuium Hainan, vbi nauis expectabat sanctum Episcopum, piscis ingens in terram exiliit. Orta illic tum pia contentio est, sancto Amando tantum Dei munus beati Gisleni precibus adscribente, contrà verò beato Gisleno id sancti Amandi meritis tribuente. Mox Episcopus à fratribus ad monasterium reducitur, & ei mensa præparatur. Sumpto cibo, recessit miraculorum gloria illustris Amandus Episcopus.

S. Amandus venit ad S. Gislenum.

Nota de pisce miraculum.

Cap. 9.

Porrò beato Gisleno templum inchoatum absoluere cupiente, Dagobertus Rex illàc iter facturus erat. Id vbi rescivit vir Dei, honorificè ei obuiàm processit, precibus eum Domino commendans. Eũ verò Rex clementer resalutauit, & exosculatum rogauit, vt pro peccatis ipsius Dominum deprecaretur: diuinoque instinctu permotus, Hornutum & Vrsidungum Christo & seruo eius Gisleno cum omnibus eò pertinentibus largitus est. Indè autem recessit, & Gislenus tantis auctus beneficiis, in Dei cultũ studio ardentiori incubuit, gratias illi agens.

Dagobertus Rex, multa largitur S. Gisleno.

Cap. 10.

Absoluta autem oratorii structura, rogante beato Gisleno, sanctissimi Pontifices Amandus & Autbertus, in honorem Apostolorum more ecclesiastico illud celeberrimè dedicarũt. Ea dedicatione peracta, populo salutari prædicatione pasto, & in fide corroborato, impensaque Episcopali benedictione, quisque ad sua reuersus est. In iis quidam Comes illustris *Malgarius, prædicantibus Episcopis, corde compũctus est, & fallacissimo mundo nuncium remittens, Autberti Episcopi manibus tonsus est, & in Alto mõte monasterium indutus habitum inclusus, sanctè vixit vsque ad obitum suum. Eius vxore castè in seculari habitu degente, & filio prædia strenuè gubernãte, beatus Gislenus à Domino admonitus est, vt eam inuiseret, & ea quæ ad animæ salutem pertinent, diligenter ei inculcaret, doceretq; eam mundum contemnere, solum Christum concupiscere, quem amare, & eius præceptis obedire, reuerà viuere est. Fecit Gislenus alacriter, vt erat iussus, sitientique animæ æternæ vitæ pocula abundè obtulit: quibus Vualdetrudis (sic enim vocabatur) sobriè inebriata, totam se ad virtutis & bonorum operum studia accommodauit. Sed cùm necdùm haberet cellã, in qua

** Magdelgarius.*

Malgarius Comes, monachus eremita.

sub

Luc. 10. sub monastica disciplina corpus suum maceraret, interim circa frequens ministerium cum Martha occupabatur: viditque nocte quadam beatum Gaugericum in visione sibi calicem vini cum fragmine panis blandè ac comiter offerentem, dicentemque: Age quod agis, operare quod operaris: placent enim Deo & nobis opera tua. *Visio Vualdetrudis.* Ea uisione admodùm exhilarata, feruenter orabat Dominum, vt spiritus sancti adspirante gratia, illo præclaro calice eius sitiens anima inebriari mereretur, de quo Propheta dicit sponso cęlesti: Calix tuus inebrians quàm præclarus est. *Psal. 22.* Indicauit verò eam visionem cęlestis verbi seminatori Gisleno, eius interpretationem ab eo nosse volens. At sanctus vir intelligens, quid ea sibi vellet visio, vt prudens medicus & seruus fidelis, poculum salutis necdùm satis firmæ menti, & quasi de visione gloriaoti statim præbuit, ità dicens: *Optima instructiones S. Gisleni.* Quandoquidem in visione audisti placere te Deo, oportet sane, vt omnia tui corporis membra cælesti subdantur sponso, eiusque solius amplectendo pulchritudinem, vilescant oculis tuis ea, quæ sunt in mondo, vt carnem mortificando, & spiritu ambulando merearis effici membrum corporis Christi. Vt igitur viuens videaris iam mortua, ea quæ tibi ex bonis temporariis supersunt, pauperes & peregrini in illa cælesti domo recondant, vt vocante Domino, audias illam vocem suauissimam: *Matt. 25.* Quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium Domini tui. Vbi tum omnia centuplo auctiora recipies, quæ iam hic pro Christi nomine expendisti. Non cesset igitur neque pes, neque manus a bono opere: aderit enim fidus remunerator, redditurus vnicuique propriam mercedem secundùm suum laborem. *1. Cor. 3.*

Psal. 118. Hac visionis interpretatione pius religiosæ matronæ animus valdè accensus est, totamque se illa ad Dominum conuertens, Fiat, inquit, misericordia tua Domine, vt consoletur me secundùm eloquium serui tui: veniantque super me miserationes tuæ, & viuam. Deindè prosternens se ad sancti uiri pedes, orauit, ut locus aliquis sibi pararetur, diuino seruitio accommodus. *Indicat Vualdetrudi locũ diuinitus sibi destinatum.* Tum uir Dei indicauit ei Castrilocum, dicens eum ab omni æternitate diuinitùs illi esse destinatum, ubi, ut ex cælesti uisione didicerat, eius institutione animæ sanctæ irent de uirtute in uirtutem, ut uidere possint Deũ deorum in Sion. Is locus placuit beatæ Vualdetrudi, & quòd ipsi esset indicatus, gratias egit Christo, & fideli seruo eius Gisleno. Erat adhuc incultus ille locus, & cùm toto animo cuperet in monasterio degere, misit ad Hildulphum virum eximium, qui eius neptem habebat in matrimonio, orans vt in Castriloco cellulam ipsi construeret, in qua posset, toto à se mundo excluso, uni Deo uacare. Hildulphus mox uenit ad eum locum, & quia non ignorabat alieni eum iuris esse, à legitimis possessoribus illum emit, & ibi excelsam construxit domum, in qua Vualdetrudis Christi famula habitaret. *S. Vualdetrudis molestè fert structuram altæ fastigia.* Sed illa nihil sublimè appetens, multùm abhorruit conspecta domo, cogitans mundi opificem in angusto collocatum præsepio, non habuisse, ubi caput suum reclinaret. Itaque pius Dominus eius humilitatem probans, proxima nocte domum illam euertit. Ilicò perlatum est ad Hildulphum, omnem operam & impensas eius, collapsa domo, periisse. Contristatus ille hac re, putabat tali opere se indignum fuisse. Sed tandèm in se reuersus, & à sancto sacerdote Gisleno ruinæ causam edoctus, citò rediit, & humiliorem curauit domum in montis latere ædificandam, simulque oratorium in honorem Petri & Pauli Apostolorum: ubi beata Vualdetrudis cum eiusdem instituti religiosis fœminis castè & humiliter uixit, & beato Gisleno hortante, Cameracum profecta, a sancto Autberto Episcopo sacrum accepit uelamen, quod est innocẽtis uitæ symbolum. *Velum ei imponit Autbertus Episcopus.* Ac deinceps, quoad uixit, sanctis uirtutibus operam dedit, & alias illic degentes docuit calcare mundi huius uanitatem, cunctisque sanctitatis speculum & norma salutis fuit.

Cap. 11. Pergebat interim beatus Gislenus uerbi Dei iacta re semina, cupiens omnes ab huius mũdi amore abducere, & adiungere Christo. Et opportunè sanè ad beatam Vualdetrudem accessit, saluberrimè eã admonens, ut memor scripturæ dicentis, Qui audit, dicat, Veni, sororem suam Aldegundem Deo lucrari conaretur, atque etiam filias suas Aldetrudem & Madelbertam consecrare Agno illi, qui est cãdidus velleretinnocentię, rubicundus passione, electus ex millibus sanctorum, Ecclesia teste. *Apoc. 22.* *Cant. 5.* Non surda aure id accipit Vualdetrudis, hortatur Aldegundem, sanctus pater Gislenus docet eam, Aldegundis uirguncula Christi totam se confert ad Domini sui famulatum, in Malbodiensi cœnobio, quod ipsa condidit ex bonis suis hæreditariis, sponso suo seruiens, qui pascitur inter lilia niuei pudoris. *Aldegundis condit Malbodiensi. cœnobium, et ĩ eo seruit Christo.* Atque illic constructo oratorio, & aliis necessariis officinis atque domiciliis, sub umbra dilecti, quem desiderabat, sedit, & fructus illius dulces gutturi eius. Deniquè amore languentem introduxit in cellam uinariam, ordinauitque in ea charitatem. His uerò aliisque sanctitatis studiis de die in diem ad meliora progrediens, omnibus uisa est lucerna lucens & ardens. Venit postea ei in mentem, ut sororem suam Vualdetrudem in monte Castriloco inuiseret: quam cùm uidisset multis huius uitæ rebus necessariis egere, eius miserta inopiæ, orauit, ut apud ipsam in castro Malbodiensi maneret, ubi maior tum familiæ, tum bonorum omnium copia esse uidebatur. *Vualdetrudis gaudet inopia.* At beata Vualdetrudis, cui Christus erat uiuere, & mori lucrum: Hæc, inquit, soror, requies mea in seculum seculi: hic habitabo, quoniam diuina disponẽte misericordia elegit eam. Qui enim promisit se futurum cum fidelibus suis usque in finem seculi, non patietur me ex inopia periculosè laborare, cùm etiam propheta dicat se senuisse, nec uidisse iustum derelictum. *Mat. 28.* *Psal. 36.* Tibi autem, soror mea, Christus retribuat pro tua erga me benigna uoluntate, idemque præstet, ut quandoque in eius mereamur amplexus castissimos admitti, cui tu te uirginem consecrasti. Deniquè post mutuos de disciplinis cælestibus sermones, dulciaque æternæ uitæ colloquia, Aldegũdis Malbodium reuersa est.

Cap. 12. S. Amandus decedit. Per id tempus egregius Christi confessor Amandus, omnium bonorum fructu repletus, feliciter migrauit ad Dominum. Qua autem hora decessit, ea beata Aldegundis, uigiliis & hymnis ante altare beatissimæ matris Dei uacans, extra se rapta est, & ab Angelo per amœna iucundissimę habitationis loca deducta, uidit senem uirum cygneo capite reuerendum, sacerdotalibus, iisq; pręclaris uestibus indutum, baculum manu tenentem, ad superna proficisci, turbamq; copiosam albatorum, ante & post eum iter habere. *Visio S. Aldegũdis.* Cumque requisita, quis ille esset, nescire se diceret, Angelus ei dixit: Amabilis Deo Amandus excessit è uita, & quia dignum se prębuit antistitem, & bonę uoluntatis atque sanctarum uirtutum studiis diuinę maiestati se sacrificium obtulit, tam gloriosus nunc ad gaudia Domini sui proficiscitur: Turba autem albatorum, quam uides, ii sunt, qui eius pręedicatione conuersi, ad illius imitationẽ se accommodarunt, & digni censentur, qui in san-

ctorum

ctorum conſortium admittantur. Quos etiam, quòd paſtor illis idoneus fuerit, in regno ſanctorum & in terra viuentium princeps mundis omnibus gratioſus antecedet. Eam viſionem nulli è puellis cum ipſa ma nentibus reuelare voluit Aldegúdis, ſed miſſo ocyùs nuncio, rogauit beatum Giſlenum, ut cum Vualde trude ad ipſam veniret. Illis uenientibus occurrit obuiàm ſancto virgo in locu, qui Memrini nomen habet, & poſt amicã ſalutationem, de rebus cæleſtibus inter ſe conſerebant: atque inter cætera beato Gisleno viſionem ſuam Aldegundis expoſuit, expectans eius de illa ſententiam, quippè qui quoddam ſpiritus ſancti ſacrarium eſſe videretur. At ille alta trahens ſuſpiria, ità ait: Quando quidem & tranſitum & remunerationem tanti præſulis virgo Chriſti videre meruiſti, una hac re, duo tibi à Domino indicata noueris, vt ſine intermiſsione bonis operibus intenta ſis, & certum habeas, breui te quoquè ea præmia à fideli remuneratore percepturam, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt. Itaque ſi te morbus occupauerit, Deo ſemper gratias agas, qui quos diligit, corripit. Deindè cùm ſancta uirgo in Dei ſeruitio fideliter perſeueraret, cancri morbus eius dexteram mammillam corripuit: qui eius carnem tenerrimam mirè extrucians, animæ ſordes omnes ad purum excoxit. Illa verò in doloribus ſemper gratias agebat Deo, ſua patientia, fidelium animos ad benè agendum inflammans.

S. Giſlenꝰ prdicit obitũ S. Algegundis.

1. Cor. 2.
Prou. 3.
Apoc. 3.

Cap. 13. Porrò beatus Gislenus cum Vualdetrude reuerſus eſt. Cumque ad pagum Trameias veniſſent, atque illic parùm reſiderent, ſancta Vualdetrudis quandã eius partem beato Gisleno donauit. Crebrò deindè mutuis ſeſe tum verbis, tũ ſcriptis ad meliora adhortabantur. At ubi curua ſenectus & iter longum non ſinebant eos inuicèm inuiſere, communi ſententia ſtatuerunt, ut in pago Quatermone in honorem ſancti Quintini martyris oratorium conderetur, vbi interdùm poſſent inter ſe de cęleſti patria rebusque diuinis colloqui, mutuoque ſeſe in Domino confirmare. Extructum oratorium beatiſsimis Apoſtolis Petro & Paulo Vualdetrudis aſsignauit, vt pauperes ibi reficerentur. Eò pariter ſolebant interdùm conuenire beatus Gislenus & illa, de rebus diuinis & cæleſtibus colloquentes. Creſcebat interim in beato viro cum ætate vitæ ſanctimonia, ità vt totius iuſtitiæ & integritatis de ſe omnibus exempla præberet, eſſetque Chriſti bonus odor in omni loco, virtutum ſuauiſsimis odoribus implens Eccleſiam Dei. Sentiens autem aduentare obitus ſui tempus, indicauit ſuis, ſe propediem è uita deceſſurum. Erat hoc illorum auribus triſtiſsimum nuncium, ſicut teſtabantur lachrymæ, ab eorum oculis manantes. Sed illis flentibus, & Dominum deprecantibus, ſacramento Euchariſtiæ vir Dei ſeſe communiuit, febreque correptus, inter diſcipulorum expirauit manus, cum beatis Angelis in cælum proficiſcens: vbi ſtola immortalitatis donatus eſt à Chriſto, cui uiuens indefeſſam exhibuerat ſeruitutem. Corpus eius in beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eccleſia, quam ipſe extruxerat, humatum eſt: vbi ſacris eius meritis morbidi omnes ſanitatem recipiunt, gratias agentes præpotenti Deo, qui viuit & regnat in infinita ſecula ſeculorum, Amen.

Oratoriũ S. Quinti ni cõdit Vualdetrudis.

Sacra Euchariſtia munitus, excedit è vita S. Giſlenus.

MARTYRIVM SANCTORVM & glorioſorum martyrum Eulampij & Eulampiæ, Authore Simeone Metaphraſte.



IAM Dei cognitione totũ orbẽ peruadente, & Saluatore quidẽ Chriſto Ieſu, qui ſolus eſt Deus noſter, ſuos martyres confirmante ac corroborante: maligno autem & bonis infeſto dæmone ſuos ad impietatem incitante famulus: adoleſcens quidã Eulampius dictus, genere inſignis, eleganti ſpecie, & qui bona ac clara noſcebatur eſſe natus patria, nempe Nicomedia, & erat ornatus operibus pietatis, cum nollet habitare in tabernaculis peccatorum: & diuinum Chriſti nomen videre tam impudenter irrideri, ac ſubſannari non ferendum eſſe cenſeret, relicta vrbis habitatione, amplectitur ſolitudinem. Ut eum vitæ abſtinentia, & ſeceſſu internum hominem expurgaſſet, & zelo ſicut magnus Elias refertam omninò haberet animam, relicta pariter ſolitudine, deſcẽdit ad habitandum in ciuitate.

Octobris 10 Cap. 1.

Eulampij patria.

Vani ſtatuarum.

Cùm autem ad Imperatorias conſtitutiones intẽdiſſet oculos, quæ ſupra portas proſcriptæ erant omnibus, valdè ridens talem conatum, fuit ab impiis depræhenſus protinùs, & ſtatim vinctus fuit coniectus in cuſtodiam, tanquàm aliqua præda ſiſtendus coram Iudice. Poſtquàm autẽ, quod factum fuerat, delatum fuit ad aures magiſtratuum, iuſsit Iudex eũ duci ad tribunal. Et protinùs adſpiciens ad eum, qui ductus fuerat, cùm propter teneram ætatem ſperaſſet fore, ut virum expugnaret fortiſsimum: Quænã eſt, inquit, tanta tua, quæ dicitur, amentia, quæ etiam propè effecit, ut deducerer ad aſperitatem, niſi ipſa, quæ fuit conſpecta ſpecies, perſuaſiſſet rem nõ ita ſe habere: eſt enim omninò alienum, & non conſentaneum, hanc liberalem formam, & apertum characterem nobilitatis, facta aggredi tã audacia. Eccè ergò tibi proponitᷣ multitudo deorũ, quæ diuerſis operationibus & inuocationibus ſibi affatim comparat venerationem. Ipſum quoquè tẽplum eſt tibi apertũ: ſanguine autem conſperſa cernuntur altaria: publicùm feſtum celebratur: & parata ſunt quæcũq; conueniunt ſacrificio. Et tibi ergò optimè conſules, & nobis rem gratam facies, ſi deos colueris, & eis ſacrificaueris.

Cap. 2. Conijcitur in carcerẽ.

Cap. 5. Verba iudicis.

Martyr autem ſpiritu ſancto totus repletus, cùm ſe ſigno Crucis, veluti quibuſdam armis, muniiſſet: Vana ſunt, reſpondit, o præſes, quæ a te proponũtur. Neq; enim ex rebus externis, & quæ minimè fuerint in poteſtate alicuius, metienda eſt pietas, quæ apertè eſt boni inſtituti, & in noſtri liberi arbitrij ſita eſt poteſtate. Atq; ſi quidem fieri non poteſt, (nè te non velle dicam) ut ad unum & trinum omnium adſpicias principiũ, ab eorũ ſaltẽ, quę producta fuerũt bono ordine, diſce Deũ vniuerſorũ. Sin autem deorũ præfers multitudinem, per quos ſimpliciores deducis ad barathrum interitus, at ego quidem nec ea, quæ tu dicis, audire ſuſtineo, neque in animũ induco, ut talibus delecter ſacrificijs, ut qui ſim præditus anima participe rationis, & ad ſupernum mũdum apertè properem: ſoli autem natura Deo, & qui non eſt adſpectabilis, ſacrificabo ſacrificiũ laudis, & ipſi reddam uota mea corã toto populo eius. His ſic dictis, Tyrannus, depoſita perſona lenitatis, iubet quidem exui martyrem, & humi extenſum, vehemẽter verberari.

Cap. 3. Signo Crucis ſe munit.

Dirè verberatur.

Cap. 4. Neruis tenuißimis cæditur.

Postquàm autem martyr generosè & fortiter restitit tormentis, & nec tantillùm quidem fuit mutatus, acerbitatem supplicij Iudea auget, eumque neruis cædi tenuißimis imperat crudeliter. Qui cùm mue spißiùs martyris corpori infligerentur, affectis partibus afferebant magnum sensum doloris. Sed sic quoquè martyr nihil visus est remisisse de sua animi magnitudine, aut de sua fide in Christum Dominum nostrum alquid relaxasse. Hinc frequentes, & se inuicèm consequentes tormẽtorum species, tanquàm fluctus, erumpebãt in martyrem.

Carnes eius lacerantur.

Statim enim conuersus est Tyrannus ad inueniendum aliud supplicium: & ligno appendens indomitam statuam, consumebat carnes lacerationibus: & ad medullas & ossa usq; subibat dolor: & principales partes corporis attingebat. Martyr autem precibus tormentũ contemperans, & sui Agonothetæ auxilium inuocans, non magis censebatur pati, quàm, alio patiente, ipse esset spectator. Postquàm autem satis decertanit aduersùs dilacerationes, & uniuersum discerptum corpus propositum fuit adspectu tetrum, dæmones quidem, vt par erat, mœrebant, Deus autem è superis exultabat propter suum corona redimitũ athletam. Iudex deindè cernens se esse superatum, cùm nec verbis posset persuadere patienti, nec blanditiis, nec ullis aliis rationibus, procedit ad tale tormentum, quod si uel solùm ad aures perueniat, potest conturbare ac confundere mentem & cogitationẽ.

Immanißimũ supplicij gen⁹

Tenuibus enim loris pedum & manuum adstrictos digitos iubet violenter circuntrahi: quod ei intolerandum reddebat cruciatum. Nam cùm confringerentur articuli, & uiolenta extensione quodãmodò striderent, contigit athletam propè morte affici, quòd compages omnium membrorum corporis à sua sede & ordine dimouerentur: adeò ut propter ingentem dolorem ad misericordiam traherẽtur etiam inanima.

Cap. 5. Verbis nititur subuertere martyrẽ Iudex.

Sed Tyrannus quidem cùm non potuisset factis persuadere, ad persuadẽdum verbis rursùs se confert, persona disputationis suam tegens impotentiã. Et primùm quidem, ut qui esset superstitiosiùs affectus in suam religionem, lacerabat diuinã Verbi carnis susceptionẽ, eiusque perpeßiones & ipsam Crucem: & quæcunque sunt signa nostræ salutis, ea scandali ducebat offensiones. Posthæc proferebat etiam fabricam elementorum, ut quæ esset quidem dulcis & amabilis, & ad fruendum proposita hominibus, & quòd nollet ne valdè quidem cæcus, quæ ea oritur, priuari voluptate. Martyr autem (erat enim vera plenus sapientia) contrà asserebat illius deorũ imbecillitatem & effœminationem, quę inter se inuicèm fuerũt, pugnas & seditiones, & quòd volutarentur in corporis affectionibus: & quòd nihil eorum, quæ producta sunt, ea se ortum habeat, & sit sine principio, sed statim referatur ad primam & efficientẽ causam, & omnipotẽtem: & quòd qui hæc relinquit, ad eorum transit opificem, eorum, quæ fluunt & nõ stant, habitationem perpetua & stabili habitatione, ineffabilique, & quæ non desinit, uoluptate commutans. His veris martyris verbis Tyrannus attonitus, & ad iram ac furorem accensus intolerabilem, processit omnino ad omne genus tormẽta, lectumque ferreum protinùs iubet accendi. Qui cùm fuisset accensus, iubet in eo extendi martyrem.

Rursùs signo Crucis se muniens contra horrẽdos cruciat⁹.

Ille autẽ cùm signo Crucis se munisset, toto corpore fuit extensus. Et statim, cùm carnes quidem ignitum ferrum attigissent, consumebantur, & dissoluebantur, & in saniem, vlceraq; & vulnera mutabantur. Quinetiam nonnulla mẽbra in cinerẽ conuersa, præbebãt videndam nudam oßiũ coniunctionem. Ipse verò tormẽta fortiter tolerans, tanquàm in molli quodã strato recũbens, ei agebat gratias, pro quo hæc sustinebat.

Cap. 6. Nõ satiatur pœnis

Cùm autem martyrem nulla caperet satietas earum, quas pro Christo sustinebat perpeßionũ, sed zelo fidei adhuc magis incitaretur, non esse tolerandũ arbitratus, verum quidẽ Deũ vniuersi irrideri, vanitatẽ autẽ imbecillitatis simulacrorũ ab ijs, qui tũc dominatũ obtinebant, celebrari laudibus, & magni fieri, generosum quiddam & iuuenile excogitat, dignumque eius animi magnitudine. Nam cùm verbis simulasset se assentiri simulacris, & ea ratione fucũ fecisset Tyranno, cum quadam põpa à multis stipatus satellitibus, uenit in templum idolorum, partim quidem propter repentinam martyris mutationem ijs lætantibus, qui erant socii impietatis, partim autem omninò expectantibus id, quod erat euenturũ. Martyr autẽ ualdè misertus insipientiæ eorũ, q adorabant, ad unam insignẽ imaginẽ ad dexterã positã propè accedens, cùm esset usus solis precibus, & verbis, cum authoritate imperii, eã humi protinùs deiecit, & in puluerem cõminuit.

Euertit precib⁹ simulacrum.

Quod quidẽ cùm vidisset populus, qui aderat, & imbecillitatem eorũ, quæ adorabantur, simul cognouissent & condemnassent, deponunt protinùs deceptionem, & amplectuntur pietatẽ, Deum potentem, & solum prædicantes, quẽ nupèr ignorantes habebant ludibrio. Fitq; eis martyr causa salutis, à quibus, cùm priùs stulti essent, pro eo esse stultitiæ putabatur.

Multi credunt.

Cap. 7.

Hæc cùm essent Præsidi iræ materia & occasio, aliud quid noui incidiens, magis conturbauit, & ad irã concitauit intolerandam. Quædam enim adolescentula, quæ nuper ex virginalibus thalamis processerat, & ausa erat venire in conspectum virorum, cùm se admiscuisset multitudini, & athletam fratrẽ esse agnouisset, accedens in mediũ theatrum, eũ cõplexa, statim docebat signa generis, se eosdẽ videlicet nosse parentes, eodẽ vtero esse editos, ac eadẽ suxisse vbera. Deindè reuocabat in mentem parentum beneuolentiã, & cohabitationem, & huiusmodi alia signa: & postremò dicebat se velle esse participẽ eiusdem fidei & religionis, & communiter cũ fratre easdem subire perpeßiones.

Eulãpia se eius sororẽ declarat.

Hæc ergò infelicem quidẽ Tyrranum implebant dubitatione: spectatores autẽ eorum, quæ fiebant, prouocabant ad pietatẽ. Cæterùm ille protinùs, cùm esset sceleratus, se ad sceleratas conuertit cogitationes: & propter affectionẽ corporis consuetudinis, non autem propter sanguinis coniunctionem, Christiq; desiderium, exstimabat eam adhærere martyri.

Scelerati se ad sceleratas semper cõuertunt cogitationes.

Toruè itaq; & ferociter eã intuens: Quid sibi, inquit, o mulier, vult hoc tuũ cõmentũ, & quomodò propter insaniam in hunc adolescentem, mutasti religionem? Sed resipisce ab hac circunfusa caligine tuæ affectionis, & placa inuictorum deorum clementiam. Qui fit enim, quòd tu tam repẽtè sis mutata, ut ab hac luce suauißima, & ab iis, quæ sunt in uita iucunda, discedas: præstigiatori autem iuueni adhærescas, & impudẽti vultu ad nostrũ te sistas tribunal, simulantem cognationem, & traducentem consuetudinem ad fraternam vnionem? Verumenimuerò nostrum tribunal non irridebis, nec Imperatores habebis ludibrio. Testor deos omnes, & nostri tribunalis benignitatem & clementiam, tibi nihil amplius futurũ, quàm Eulampio, nisi quòd sis peioribus tormentis subiicienda.

Cap. 8. Fortißimus S. Eulãpiæ animus.

Ad hæc martyr masculino spiritu & audacia aptè respondit. Audi, dicens, o Iudex: & cognosce meũ, ut se habet, scopum ac institutum. Sum Christi ancilla. Christ⁹ est mihi vita, & animæ exultatio. Eũ amo, ei studeo sacrificari. Pro eo & ignem para, & duc bestias, & rotas capedi, & stringe enses, & excogi-

ta

ta omne aliud tormentum, vt scias me non esse tam ignaui & pusilli animi. Hoc, quod pro pietate suscipitur certamê, ad finem vsque decertabo & peragã, & meipsam tradam ad omne genus supplicij, vt scias me esse eius sororê, & fraterne eadem, quæ ille sentit, sentire. qui tua tormenta non formidauit, & ea, quæ colis, simulacra diruit. Porrò autem rursus quoque tibi dico, nè adspiciens ad muliebris sexus imbecillitatem, speres aliquid indignum nostra mête: neque ætatis mollitiem putes tuis inuentis facilè posse decipi. Qui enim nos ad diuinum suum erexit amorem, & nos armauit ad bellum contra te gerendum & diabolum, ipse & præbebit vires, & clarissimam efficiet victoriam.

Cap. 9. for. Hec Eulãpia gena contũdũtur. *His martyr lingua libera apertè dicens aduersùs Tyrannum, colaphos genis crudeliter impactos accepit, & fuit eius vultus vehementer côtusus. Mutata est autem eius formæ gratia, & extinctum fuit vocis instrumentum, inflictis continenter colaphis. Ad hæc habebat quidem fratrem eam confirmantem, & incitantem, & audaciorem reddêtem ad certamina. Erat autem ipsa quoque virilis, quoad eius fieri poterat, & generosis cogitationibus imbecillitatem naturæ reficiebat. Sed hæc non erant omninò Præsidi tolerabilia, videnti & meram sanctorum loquendi libertatem, & minimè cedentem tolerantiam. Vndè et rursùs noua excogitantur tormenta: lebesque protinùs paratus fuit bulliens, vt martyres exciperet. In quem Eulampius quidem confidenter est ingressus: Eulampia autem (ita enim appellabatur & ipsa) tanquàm caligans, vt quæ esset natura mollior, & à mali gno impelleretur ad timiditatem, labascebat. Sed frater, qui idem erat socius certaminis, ab imo emergens, tanquàm ex aliquo conuiuio & requie, vocabat sororem, & ei addebat animum, & hortabatur, vt ingrederetur lebetem, dicens: Nihil extimescas, solùm attendens id, quod videtur, & nõ ad Deum oculos animæ defigens, cui & communiter credidimus, & a quo maximam inuênimus remunerationem. Si enim hanc bullientem aquã solùm attigeris, ab ipso magnũ senties auxiliũ, cuius ego tuus frater sũ testis q sic tibi cernor impatibilis, & nihil doloris sentiês.

Eã nõnihil trepidãtẽ Eulãpiã confirmat.

Cap. 10. Lebes bulliës refrigescu. His persuasa Eulampia, & omninò acquiescens eius suasionibus, protinùs prompto & alacri animo ingressa est lebetem. Deindè etiam communiter spiritu exultâtes, læti susceperunt suppliciũ: & protinùs lebes euasit frigidus, & nihil mali passos continuit martyres. Neq; verò eousque constitit res admirabilis: sed etiam non paucos ex ijs, qui circunstabant, induxit ad pietatem. Porrò autem ipsum quoque Tyrannum, etsi non purè traxit ad verum Dei cultum, illius tamen labefecit cogitationem, & fecit dubitare de sua religione. Aethiops tamen nõ fuit dealbatus, & cancer rectè ingredi non didicit. Cùm enim vincerent quidem athletæ, vinceretur autem impius, eos à seinuicem & a fide in Christum non valens distrahere, redit rursùs ad consueta, & armatus denuò aduersus solum martyrem: & iubet ei excindi pupillus oculorum is, qui cordis cæcutiebat oculis, & illũ magis cruciare ꝓcurãs, & machinans, vt eius sororis per hoc frangeret audacia. Sed in hoc quoq; fuit cõuictus, vana & inania moliri aduersus Christi seruos.

Eulãpij pupillæ excindũtur.

Cap. 11. Eulãpia capillis suspẽditur. Postridiè autem iubet martyrem Eulampiam sublime suspendi capillis. Est autem hoc grauissimum supplicium: sed Christi ancillæ delicijs suauius existimabatur. Vndè etiam ei preces admiscens, dicebat: Ago tibi gratias, Deus meus & creator, quòd me tuam ancillam dignatus sis pro te susceptis ornare tormentis. Cùm autem per omne genus supplicij oporteret athletas peruadere, etiamsi tanquàm tela infantium reputabantur, quæ eis inferebantur, fornacem accêdi iubet. Præses illa Chaldaica nihilo inferiorem: & ad eam ducta est materia, quæ erat alitura sic accensam, lictoribus omne studium ad hoc conferentibus. Cùm autem flamma esset adeò in altum sublata, vt etiam eos, qui procul cernebant, stupefaceret, iubet Iudex adduci martyres, & trudi in mediũ fornacem. Adducti sunt ergò martyres: diuinus quidem Eulampius, propterea quòd fuerant ei eruti oculi, à quibusdam portatus: generosa autem Eulampia cum magna accurrens audacia, tanquàm thalamum, non fornacem, ingressura. Cum autem igni fuissent traditi, flamma eos nihil læsit: sed flatim, instar absidis, incuruata, & diligenter cauens nè medium interciperet, tanquam in iucundissimo thalamo athletas continebat, & naturæ suæ ardorem in auram irrorantem conuertebat. Martyres verò tãquã in prato roscido & amœno choreas agentes, illud descriptum & diuinitùs edoctum, puerorum, inquam, canebant canticum.

Martyres ambo in fornacẽ iniecti illæsi. Dan. 3.


Ad hæc rursùs Tyrannus & magis dubitabat, & hoc prodigio planè euaserat solutus & imbecillis, & redactus erat ad extremam consilij inopiam. Deindè cùm omnem spem penitùs abiecisset, in athletas vltimum statuit supplicium, nempe vt vitam finirent gladio. Protinùs ergò vincti abducuntur ad mortem. Et martyr quidem cùm prompto & alacri animo subijsset gladio consummationem, in cęlos coronatus extollitur: Eius autem soror & socia certaminum, etiam ante gladium consummatur, proposito que & animi instituto fit perfecta martyr. Hoc autem non ab re prouidit Dei sapientia, sed vt corpus mundum, & à vitiorum consuetudine intactum, manus immũdæ non tangerent, atque vt sua spe impij frustrarentur, cùm ab eo inferendo excidissent supplicio, per quod putabant se punituros martyrem.

Cap. 12. Eulãpius capite plectitur. Eulãpia reddit spiritum.

Hæc sunt inuictorum Christi martyrum certamina: & hic est optandus finis insignium athletarum. Illos bearunt quidem omnes virtutes intelligentes, benedixerunt Patriarchæ, laudarunt Apostoli & martyres, vt eis pares in laboribus, & æquales in cōfessione, sacrosanctum acceperunt additamentum. Ipse autem Agonotheta & Dominus, pro quo pati confisi tuerunt, & quem coram hominibus martyricè confessi sunt, ipse, inquam, coram patre eos præconio honorauit, sicut est pollicitus, gloriæque & regni cęlorum socios fecit: Quoniam eum decet omnis gloria, honor, & adoratio in secula seculorum, Amen.

Matt. 10.

MARTYRIVM SS. GEREONIS & sociorum eius, itemque Victoris, Cassij & Florentij, multorumque aliorum, authore Helinando, teste Vincentio. Habetur in perantiquis MS. Codicibus.



HEBAEORVM martyrum sacratissimam legionem hodierna die festiuis attollere laudib' admonemur, in qua precinsisi ma sanctæ illius sodalitatis pignora, Gereonem, Victorê, Cassium & Florentium, cum eorũ socijs veneramur Neq; enim se cernuntur in gaudio retributionis, qui nullo modo dissenserant gloriosæ côstantia passionis. Nã quàuis non vno die, nec eodem loco martyrij gloriam susciperent, tamen, secundùm Apostolum, erat illis vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui est super omnes & per omnia Deus in

Octobris 10. Cap. 1. Thebæi martyres. Ephes. 4.

in secula benedictus erui simul omnes vno consilio, vna deuotione, felici perseuerantia adhærebant, implentes actu Psalmistæ verba, dicentis: mihi autẽ adhærere Deo bonũ est, ponere in Dño Deo spẽ meã. *Psal. 72.* In qua constanter & vnanimiter summã charitatẽ, quæ Deus est, corde credentes ad iustitiã, ore aũt cõfitentes ad salutẽ, hãc Apostolicã constantiã sedulò volutare & morib meditabant: Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculũ? an gladi'? *Rom. 8.* Sub sequentes ẽt certã fiduciæ suæ causam: Sed in his oĩbus, inquiũt, superam' propter eũ, q dilexit nos. *Ibidem.*

Cap. 2. Nec moueat quẽquam, φ in hac nostræ Thebaidis serie gesta beatorũ martyrum, & sacrosancta pro fide Christi certamina, plena ratione secundùm morem historias texentiũ non persoluimus: cùm id nobis sit in hoc sermone propositum, ut nobiscum pariter ad spiritale gaudium corda prouoremus audiẽtium: quatenùs supernorum accensi desiderio, plùs appetant per charitatem ædificantem ad martyrũ societatem proficere, quàm per scientiam inflãtem ab interni gaudii delectatione deficere. Sed quia mos est humani ingenii tarditati, ut ab exteriorum cognitione quærat, quod arcano cordis imprimat, quasi aliter ad rationẽ nisi per sensibiliũ & imaginabilium rerum ducatum non possit assurgere, ut hoc fit, quod Apostolus dicit, Non prius, quod spiritale est, sed quod animale: deindè quod spiritale: moueamus & nos secundum quod audiuimus, quasi historiã, non quidem ea ordine cuncta complectentem, sed summatim quædam necessaria Chronographiæ more perstringentẽ de sanctissimis hui' legionis Angelicæ tyronybus, Gereone videlicet, Victore, Cassio, Florẽtio, & eorũ sociis, vniuerso orbi terrarũ meritò venerãdis, quib' sua, vt ità dicã, mortis victoria, securitatis & pacis succes' iucũdissimos ɔparauerũt.

Cur in hac historia ne[?] vsitatem autor non iauit.

1. Cor. 15.

Cap. 3. Hos insignes triumphatores mirabilis & prouida omnipotentis Dei dispensatio, post victoriosissimã B. Mauricii passionem, ideò, quãtùm humanæ dat indagationi coniicere, spe gaudẽtes, in tribulatione patiẽtes, mora qua voluit reseruauit, vt quo plus in lachrymis seminarent, eo iucundiùs fructũ perennis lætitiæ meterent: & quanto latiùs exempla suscepti pro Christi nomine laboris in cõfessione ipsius extenderẽt, tãto plures ad imitationẽ suæ cõstãtiæ & magnanimitatis accẽderẽt: cũ tñ ipsi corda sursũ habẽtes, Apostolico illo feruerẽt desiderio, quo dicit, Cupio dissolui, & esse cum Christo multo enim melius est. *Psal. 125.* *Philip. 1.* Nam in breui post patratum eorum martyrium, paucissimi in ea, qua passi sunt, prouincia remanserunt, qui non hocipsum ardenter expeterent, quod in eis dudùm obstinatis pectoribus exhorruissent: quasi arcta uia ipsa priùs non esset commeabilis, quæ tot sui sic præcedentium trita vestigiis.

Multi accendũtur exemplis sanctorũ martyrũ.

Cap. 4. Igitur dum incarnationis Dominicæ annus ferè primus post ducentesimũ & nonagesimũ verteret, Diocletianus Imperator trigesimus tertius ab Octauiano Augusto primo, cuius Imperii anno quadragesimo secundo singularis eadem natiuitas per Mariã perpetuã virginẽ administrata est, Maximianũ, cognomento Herculeũ, primò Cęsaream, deindè cõsortem sibi totius regni fecit, & Augusti nomine & potentia secum pariter sublimauit. Quorum sæuitia tanta contra Christianos incãduit, vt ille in Oriẽte, iste in Occidente circunquaq; Ecclesias Dei vastarent, nemini de grege Dñi parcerent, nomẽq; Christianum funditus extirpare studerẽt. Sed diuino nutu quomodò laboratũ fuerit in semine, postea factũ est manifestũ in germine. Hæc.n. persecutio à Nerone decima, cæteris immanitor & diuturnior fuisse perhibetur, ità vt vsq; ad decẽ annos, in incepta crudelitate permanens, extenderetur. Quã mox subiecuta est ruina vehemens & perpetua destructio idolorũ, cùm per totũ orbẽ pax Ecclesijs Dei reddita, ipsos etiã, quos dudùm inimicos asperrimos pertulit, iugo fidei catholicæ subdidit: in morẽ decimæ Aegyptiacæ plagæ, quæ sicut primogenitorũ omniũ subita morte sæuissima, ità & vltima, populum Domini nõ solùm liberũ abire permitti, verùm etiã auctum pecunia, vt festinaret, vehementissimè compelli fecit. Cuius rei si quid post hanc Christianorum persecutionem exemplatum fuerit, in antiquis ecclesiarũ ædificiis apud nos cernere licet.

Sæuissima Ecclesiæ persecutio.

Exod 12. *Pax reddit Ecclesia post decimã persecutionẽ.*

Cùm ergò in Galliis perniciosus tumultus cõtra Romanum Imperiũ excreuisset, Maximianus apud Italiã collecto exercitu, Thebæos milites, Mauriciũ, Gereonẽ, Victorem, aliosq; eiusdẽ ordinis viros, iã sacramẽtis veræ fidei & salutaris baptismatis p Hierosolymitanũ antistitem initiatos, in auxiliũ accersiuit. *Cap. 5.* *S. Mauricij passio habetur suprà 22. Septẽbris* Qui protinùs, vt erant militari uirtute exercitati, præceptis Imperatoriis obsequentes, singuli cum suis sequacibus armis bellicis instructi, cõsilio diuino muniti, sese in eandẽ expeditionẽ vnanimiter cõtulerunt. Deindè colloquiũ expetentes B. Marcellini Romani Põtificis, qui post B. Petrum vigesimus octauus, ante S. Syluestrũ, eiusdẽ sedis Præsulẽ, quartus, nauim sanctæ Ecclesiæ in mediis tẽpestuosi mũdi iactatã fluctib' gubernabat: ab eo, quò sub armis Romanæ militiæ, Christianę religionis cõseruãda esset innocẽtia, didicerũt, eiusq; doctrinę perspicuã veritatẽ, vsq; ad finẽ boni certaminis, inuicta fidei iustitia seruauerũt. O beat' & sacer ille cõuentus expeditorũ in procinctu militũ, qui bellũ quidẽ extrinsecùs p obedientiã, pacẽ intrinsec' p innocentiã cogitabãt: qui ad expugnãdos Romanæ pacis inimicos arma ferebãt, ad resistendũ cõtra pręmeditatas iniurias, nõ ferri, sed fidei arma firmissima præparabãt. Nã hanc suam Dño generaliter dicauere concordiã, vt cõtra hostes publicos edictis Imperatoriis obedirẽt: cõtra susceptæ fidei religionẽ, Imperatorẽ nullũ agnoscerent: plusq; vellẽt pro Christo vitã temporalẽ perdere, q̃ uitam æternã Christũ Deũ negando, tẽporaliter uiuere. Nimirùm sancti spiritus vnctione edocti, recolebãt verba veritatis, q̃ de suis discipulis ad patrem loquitur dicens: Hæc est vita ęterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. *Iohan. 17.* Optabant simul anhelãti desiderio citiùs in se perfectũ iri orationem illã Domini, dicentis: Pater, volo, vt vbi ego sum, ibi sit & minister meus. *Iohan. 12.*

Sãcti martyres cur arma susceperint.

Cap. 6. Deindè Maximianus Augustus, coadunato exercitu, permixto tamẽ fideliũ & infideliũ cœtu, festinus Alpiũ iuga transgrediẽs, Galliæ appropinquabat, soloq; aduẽtu suo Amãdo & Aeliano ducib' tumultus memorati perterritis, seditionis illius tẽpestatẽ pertinaciter excitatã, facilè sine sui exercit' dãno sedabat. Cõperto verò, φ Carausius quidã nobilis, insidias cõtra Romani regni fines moliret, q tñ procurator cõstitutus erat pruinciæ, quæ est iuxta Oceanũ, vbi Frãci iã secundò à sedibus suis expulsi, iuxta Gallorũ & Saxonum confinia consederunt, misit illuc per Rheni fluminis alueum partem sui exercitus, cuius militari virtute nefarius cassaretur inceptus. In quo itinere pcipuos belli Dñici duces, Gereonẽ, Victorẽ, Cassiũ & Florentiũ felices turmę Christianorũ militũ sequebantur. Intercà Maximianus ferocissimus Christiani nois psecutor, & tali tãtoq; agmine indignissim' ductor, statuto iuxta radicẽ Alpiũ aeli idolo, in loco, quẽ dicunt Octodorũ, pcepit vt ois exercitus viritim festiua celebritate cõcurreret, & à supplicatione diis, vt fatebãt, immortalibus agẽda, com

muniq́ue lætitia se nemo, velut alterius sectator religionis, exciperet. Iam verò Gereonium prçcesserat agmen, & fidissimi comitatus societatem præsentia corporali reliquerat. Vndè factum est, ut nútium scelestissimi sacrilegii non audiret, seseque cú sanctissimis suis corporibus nostræ perpetuæ iucúditati seruaret. Ventum est ad locum constituti flagitii: vbi dum copiosus Romanę virtutis exercitus, quasi pro religione surdis & mutis idolis inclinaretur, S. Mauricius cum sua legione non adfuit: quia interim ut commilitones suos ad futura certamina roboraret, in locú spiritualis exercitii secessit. Quod dum Rex auidus bonorum exitui, referente præcone resciret, & persuasionibus callidis aciem diuiná flectere non ualeret, præcepit eam semèl & iterùm decimari, & si adhuc qui remanerent, mori quàm cedere mallent, omnem illam beatissimam legionem, vbicunquè fuisset dispersa, missis militibus statuit trucidari, hoc sanè lictorum laborem precio comparans, ut quo quis plores occideret, eo amplioribus spoliis se ditatum fuisse gauderet.

S. Mauricius cum socijs cadit.

Cap. 7. Hęc primùm apud Agauuum oppidum, vbì maxima multitudo sancti resedit exercitus, agebâtur. Indè præcedentium secuti vestigia, repererunt primarios milites Cassium & Florentium cum septem aliis similis constantię viris, iuxta Veronam ciuitaté in ripa Rheni fluminis considentes, aliosque cú eis quamplurimos, eiusdem agminis, sed non eiusdem intentionis, satellites. Hos dum agnouissent de Orieńtali fuisse præsidio, sæuientes contra eos, de professione sciscitati sunt. Cumq; illi nec uoluntate cordis, nec sententia responsionis à superioribus discreparent, submissis capitibus, in eodé loco pro Christi nomine perempti sunt.

SS. Cassius & Florentius cú socijs trucidantur.

Cap. 8. Moa ergò ad beatum Gereonem eiusque socios trecentos decem & octo, cum illo pariter fide ueritatis armatos, persecutor nescio uelociùs, an fama peruenerit. Progressi tamen paululùm ante subsequentes carnifices, in campis Agrippinę magnæ ciuitatis martyrii gloriam, sese inuicèm cohortantes, præstolati sunt. Quibus continuò superuenietes hi, qui missi erant à iudice, nullam in eis defendendi, vel à proposito deficiendi voluntatem, sed constantissimam nominis Christi inuenerunt confessioné. Ibi beatus GEREON, dux & martyr egregius, cum illis Regis æterni vernaculis, edomitis omnibus, quę ad huius vitæ delectationem possent allicere, semetipsum spôtaneus obtulit hostiam viuá Deo. Insani verò tortores, sanctorum ibidèm corpora cruétantes, per campi illius planitiem traxerunt, & in puteum quendam maximum proiecerunt. Monstratur autem usque hodiè in loco, vbì S. Gereon trucidatus est, sanguinis ipsius spectaculum, & ipse locus, Ad martyres, ab incolis acceptum seruat vocabulum:

S. Gereon cú suis perimuntur.

Cap. 9. Hæc itaque dum agerentur, cohors illa, quæ beatum Victorem comitabatur, ad locum, cui destinata est, properans, peruenit ad oppidum Francorum, quod ex maiorum suorum sedibus Troiam siue Xanthum núcupabant, ibiq; cum duce suo castra in pratis uirentibus posuit. Nec minùs audaces illi cruétique milites adfuerunt, peremptoque illic fortissimo Christi milite Victore cú trecentis triginta martyribus, sancta eorum corpora in locis palustribus submerserunt. Tandèm optatis locupletati spoliis, cum exercitu reliquo, quia Carausius ille fugiens, sese in Britanniam transtulit, per uiam, qua uenerant, læti pro scelere redierunt.

Cædes S. Victoris & 330. martyrú.

Cap. 10. Eodem verò tépore de Mauritania, quæ est pars Africæ, finitimisq; regionibus milites ab Imperatore propter frequentes Gallorú tumultus euocati, in Galliam nauigio uenerunt: quorum trecenti quinquaginta pro fide catholica trucidati, cú B. Gereone eiusq; sociis beatorum corporum quietem & uenerationem perpetuá delegerunt. Post hæc Maximianus Augustus reuersus in Italiam, suadente Diocletiano, ut cum ipso se transferret in ocium, licèt inuitus, purpuram simul Imperiumq́ue, sed non tyrannidis vsum deposuit, & vice sua Côstantium uirum mitissimum, Italiæ, Africę & Galliis Augustum esse constituit: Galerio verò cæteræ prouinciæ delegatæ sunt. Sed Constantius Galliis Hispaniisq; contentus, has magna mansuetudine gubernabat, & Ecclesias Dei nullis molestiis infestabat. Cumq; adhuc Maximiano uiuente in Britannia diem obiret, Constantino filio suo prouincias easdem regendas dereliquit. Qui côfortatus in Imperio, dum regni Romani monarchiam per bella maxima obtinuisset, legibus Christianę religionis per beatum Syluestrú Papam initiatus, beatissimæ Helenæ matri suæ, honorandi & sublimandi sanctorum martyrum sepulturas ius & potestatem, ipse per omnem penè terram eodem studio occupatus, côtradidit. Cuius Deo dignæ matronæ in B. Gereonis monasterio adhuc plurima seruant insignia, & qualis ipsa fuerit, testantur ibidé apud eius memoriá crebrò repetita miracula.

Mauri 350 trucidantur.

Colegiú S. Gereonis, olim fuit monasterium.

Cap. 11. Fecit sanè inter plurima spectabilia suę deuotionis opera, super eiusdem sancti martyris sociorúq; eius corpora, vbi etiam suprà memorati sancti Mauri martyres ad singulare mœrentiú & infirmantium refrigerium pausant, insigné neminiq; prorsùs vel scientia sermonis explicabilem, uel arte operis imitabilem structuræ mirificę & sublimis ecclesiam, quam ità metallorum fulgore & artificii varietate decorauit, muris etiam validis excelsisque firmauit, vt nihil suprà per omnes illas regiones uel fuisse, uel futurum esse, celebri sermone feratur. Præter quod ligneam aliquam, vel quę facilè senio, uel negligentiæ cedat, materiam habuisse negatur, cùm marmoreæ soliditatis ibì tanta copia fuerit, ut opus totum columnarum illius generis firmitudine & pulchritudine fulciretur: aurei verò fulgoris tantú in ea emicuit, ut musiua foris & intùs fulgens elegátia, nomen, Ad aureos sanctos, sortiretur. Quæ quia per se summo rerum authori placere non potuit, ut adhuc ampliùs & digniùs resplenderet, plurimis idoneis laudis diuinæ præconibus & ministeriis sibi congruentibus adornata est.

Ecclesia S. Gereonis condita a S. Helena.

Cap. 12. Igitur sanctus Maternus Treuiorum Episcopus, Agrippinæ Coloniæ Ecclesiam primus pastor dignis gubernaculis rexit, cuius vitam multis claruisse virtutibus, gestorum eius scripta commemorant. Huius sedis antistes nobis cognitorum tertius, S. Seuerini confessoris Christi successor, nomine Euergislus, quadam die dum capitis dolore nimiùm cruciatus, ad memoriam beatorum martyrum, Gereonis & sociorum eius, oratum accederet, & adhuc in sancti illius thesauri indicium fastigium nullum excelleret, versiculum in laudem sanctorum dici solitum, *Exultabunt sancti in gloria*, ingrediens ecclesiam, inchoauit: cui protinùs ex illo venerabili sanctorum adyto responsum est, *Lætabuntur in cubilibus suis*. Quod cùm pontifex stupefactus audiret, laudem Deo repentè cum omnibus, qui aderant, côclamauit: & appropians, de loci ipsius puluere capiti suo salutare remedium apposuit, & côsignato cum summa reuerentia loco, recessit.

S. Maternus Coloniensis primus Episcopus.

Psal. 149. Ibidem.

S. Euergislus sanatur in ecclesia S. Gereonis ex puluere.

Cap. 13. Talia quidem plurima veridica relatione cómemorari possent, si promissi côpendii studia non arcerent. Non.n. exindè erant ibi, vel sunt rara virtutú

opera,

offerā, sed penè quotidiana: quorum multitudinem simul & magnitudinem admiratur, quisquis eiusdē ecclesiæ cu tori cuilibet religioso colloquitur. Nā quicunque fide non dormitante quamlibet ibi medelam expostulat, ipsam illic sanitatem voti compos semper adesse non dubitat. Similia suorum meritorum indicia S. Victor, Cassius & Florentius cum suis commilitonibus crebrò dare non desinūt, quę nemo utique verbis, nedum scriptis ad plenū exequitur. In locis tamen suis, vbi mirabiliter frequētatur, vberiùs etiam sermonibus & fidis testimoniis celebrantur: quamuis ea, quę vulgantur à singulis auctitari, rectè debeant meritis omniū simul adscribi.

Ad martyrum sepulcra multa signa.

Cap. 14. Coloniensis Ecclesiæ fides inuiolata.

Sancta verò Coloniensis Ecclesia per suffragia sanctorum martyrum, quorum corpora in suo gremio meruit fouenda suscipere, non desinit vsque hodie fidem inuiolatam excolere, quam à Materno primo suo Episcopo se meminit suscepisse. Apud quā consuetudo celebris inoleuit, vt beatos martyres, Gereonem, Victorem, Cassium & Florentium, eorūque socios, trino martyrio coronatos, ternis locis venerabiliter conditos, vna die, id est, sexto Idus Octobris, festiuitate congrua veneretur, cùm tamen dubium sit, vtrùm uno die an duobus eorum martyrium compleretur: quia Verona, summus memorati martyrii locus, non minùs viginti sex millibus ab elegantissima sancti Victoris basilica distans, aliter hoc vna die, nisi per festinum nimii furoris impetum, fieri posse, maximè propter moras in singulis locis necessarias, credere uetat. Huius itaque diei gaudia fratres ità celebremus annua, vt hanc nobis illorū intercessione continua: sic illorum gratiæ cōgratulemur, vt quoscunque possumus, nobiscū pariter doctrinæ verbis & bonorum operum exemplis in charitate non ficta lucremur. Vt n. per quendam mundi huius sapientem dictum est, amicos quoslibet eadem uelle, eadem nolle, ea demùm firma amicitia est. Et si nos sancti martyres, patroni nostri, in ea voluntate, qua ipsi fuerunt, ad se clamantes & de se loquentes inuenerint, profectò nos non ut alienos, sed ut proprios & domesticos respicere non dedignabūtur, causamque nostram dilectione, qua semper flagrare non desinunt, suam arbitrabuntur. Ità fiet, vt & in præsenti seculo necessariis non destituamur auxiliis, & in futuro sempiternis eorū iungamur consortiis, ad laudem & gloriam Domini nostri Iesu Christi, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus in secula seculorum, Amen.

S. martyres, patroni nostri.

HISTORIA SANCTI CERBONII episcopi Populoniēsis per D. Gregoriū Papā scripta, Lib. 3. Dialog. Cap. 11.

Octob. 10.

IR vitæ venerabilis Cerbonius, Populonii Episcopus, magnā diebus nostris sanctitatis suæ probationem dedit. Nā cùm hospitalitatis studio valdè esset intentus, die quadam transeuntes milites hospitio suscepit: quos, Gotthis superuenientibus abscondit, eorūque vitā ab illorū nequitia abscondēdo seruauit. Quod dum Gotthorū Regi perfido Totilę nunciatum fuisset, crudelitatis immanissimæ uesania succensus, hunc ad locū, qui octauo vrbis huius milliario Merulis dicitur, vbi tunc ipse cū exercitu sedebat, iussit duci, eumque in spectaculo populi vrsis ad deuorandū proiici. Cūque idem Rex perfidus in ipso quoque spectaculo consedisset ad inspiciendum mortē Episcopi, magna populi turba confluxit. Tunc Episcopus in mediū deductus est, atque ad ei⁹ mortē immanissimus vrsus exquisitus; qui dū humana membra crudeliter carperet, sæui Regis animū satiaret. Dimissus itaque vrsus ex cauea est: qui accensus & cōcitus Episcopū petiit: sed subitò suæ ferocitatis oblitus, deflexa ceruice, submissoque humiliter capite, lambere Episcopi pedes cœpit: ut patenter omnib⁹ daretur intelligi: quia erga illum virum Dei, & ferina corda essent hominū, & quasi humana bestiarum. Tūc populus, qui ad spectaculum venerat mortis, magno clamore uersus est in admirationem venerationis. Tunc ad eius reuerentiam colendā Rex ipse permotus est. Quippè cum quo superno iudicio actum erat, ut qui Deum sequi priùs in custodienda vita Episcopi noluit, saltem ad mansuetudinem bestiam sequeretur. Cui rei hi, qui tunc præsentes fuerunt, adhuc nonnulli supersunt, eamque cum omni illic populo se vidisse testantur.

Humanitas eius erga milites quosdam.

Proiectꝰ vrso deuorandus.

Vrsus inmanis mā suescit, eius lābit pedes.

De quo etiam viro aliud quoque miraculū, Venātio Lunensi Episcopo narrante, cognoui. In ea nāque Populonii ecclesia, cui præerat, sepulcrum sibi præparauit. Sed cùm Longobardorum gens in Italiam ueniens cuncta uastasset, ad Helbam insulam recessit. Qui ingruente ægritudine ad mortem uenientes, clericis suis sibique obsequentibus præcepit, dicens: In sepulcro meo, quod mihi præparaui Populonii, me ponite. Cui illi cum dicerent, Corpus tuum illuc qualiter reducere possumus, qui à Longobardis teneri loca eadem, & ubiquè eos illic discurrere scimus? Ipse respondit: Reducite me securi: nolite metuere: sed festinè sepelire me curate: moxque ut sepultum fuerit corpus meum, ex eodem loco sub omni festinatione recedite. Defuncti igitur corpus imposuerunt naui. Cumque Populonium tenderent, collectis in aere nubibus, immēsa nimis pluuia erupit. Sed ut patesceret omnibus, cuius viri corpus nauis illa portaret, per illud maris spatiū, quod ab Helba insula usque Populonium duodecim milliaribus distat, circa utraque nauis latera procellosa valdè pluuia descendit: & in nauē eandem una pluuiæ gutta non cecidit. Peruenerunt itaque ad locū clerici, & sepulturæ tradiderunt corpus sacerdotis sui. Cuius præcepta seruantes, ad nauem sub festinatione reuersi sunt. Quam mox ut intrare potuerunt, in eundem locum, vbi vir Domini sepultus fuerat, Longobardorum dux crudelissimus Gummar aduenit. Ex cuius aduentu virum Dei habuisse spiritum prophetiæ claruit: quia ministros suos à sepulturæ suæ loco sub festinatione discedere præcepit.

Insigne miraculum.

Claruit prophetiæ spiritu.

VITA ET ACTVS S. PAVLINI EPIscopi Eboracensis, & deinde Rhofensis, B. Gregorii Papę discipuli, per venerabilem Bedam descripta, Lib. 2. Historiæ Ecclesiasticæ gentis Anglorum.

Octob. 10. Ex Ca. 9

ENS Nordam Humbrorū, hoc est, ea natio Anglorū, quæ ad Aquilonarē Hūbri fluminis plagā habitabat, cū Rege suo Eduino verbū fidei, prędicāte Paulino, (B. Gregorii discipulo) primùm accepit. Cui videlicet Regi in auspiciū suscipiendæ fidei, & regni cælestis, potestas etiam terreni creuerat imperii, ità ut (quod nemo Anglorum ante eū fecit) omnes Britannię fines, qua uel ipsorum, uel Britonum prouinciæ habitabantur, sub ditione accepit. Quin & Meuanias insulas, sicut & suprà docuimus, imperio subiugauit Anglorum. Quarū prior,

Eduini Regis potentia.

quæ ad Austrum est, & situ amplior, & frugum prouentu atq; vbertate felicior, nongentorum sexaginta milliarium mensuram, iuxta æstimationem Anglorum: secunda, trecentorum & vltrà, spatium tenet.

Huic autem genti occasio fuit percipiendæ fidei, quòd præfatus Rex eius, cognatione iunctus est Regi Cantuariorum, accepta in côiugê Edelburga, filia Edelberthi Regis, quæ alio nomine Tate vocabatur. Huius consortium cùm primò ipse missis procis à fratre eius Eadbaldo, qui tunc regno Cantuariorum præerat, peteret, responsum est, non esse licitum, Christianam virginem pagano in coniugium dari, nè fides & sacramenta cælestis Regis consortio prophanarentur Regis, qui veri Dei cultus esset prorsùs ignarus. Quæ dum Eduino verba nuncij referrent, promisit se nihil omnimodis contrarium Christianæ fidei, quam uirgo colebat, esse facturũ: quin potius permissurum, ut fidem cultumque suæ religionis cum omnibus, qui secum venissent, viris, siue fœminis, sacerdotibus seu ministris, more Christiano seruaret. Neque abnegauit, se etiam eandem subiturum esse religionem, si tamen examinata à prudentibus, sanctior ac Deo dignior posset inueniri. Itaque promittitur virgo, atque Eduino mittitur, & & iuxta quod dispositum fuerat, ordinatur Episcopꝰ vir Deo dilectus Paulinus, qui cum illa veniret, eamquè & comites eius, nè paganorum posset societate pollui, quotidiana exhortatione, & sacramentorum cælestium celebratione confirmaret.

Eduinus promittit se futurũ Christianum.

S. Paulinus ordinatur Episcopus.

Ordinatus est autem Paulinus Episcopus à Iusto Archiepiscopo sub die duodecimo Calendarum Augusti, anno ab incarnatione Domini sexcentesimo, vigesimoquinto. Et sic cum præfata virgine ad Regem Eduinum, quasi comes copulæ carnalis aduenit. Sed potiùs toto animo intendens, vt gentem, quam adibat, ad agnitionê veritatis aduocans, iuxta você Apostoli, vni viro virginem castã exhiberet Christo: cùm in prouinciã venisset, laborauit multũ, vt eos, qui secũ venerant, nè à fide deficerent, Domino adiuuãte, contineret, & aliquos, si fortè posset, de paganis ad fidei gratiam prædicando conuerteret. Sed sicut Apostolus ait, quamuis multo tempore illo laborante in verbo, Deus seculi huius excæcauit mentes infideliũ, nè eis fulgeret illuminatio Euangelij gloriæ Christi.

2. Cor. 11.

2. Cor. 4.

Anno autem sequenti venit in prouinciam quidã sicarius, vocabulo Eumer, missus à Rege occidentalium Saxonũ, nomine Cuichelmo, sperans se Regem Eduinum regno simul & vita priuaturũ, qui habebat sicam bicipitem toxicatam, vt si ferri vulnus minùs ad mortem Regis sufficeret, peste iuuaretur veneni. Peruenit autem ad Regem primo die paschæ iuxta amnem Dorouentionem, vbi tunc erat villa regalis. Intrauitque quasi nuncium domini sui referens: & cùm simulatam legionem ore astuto volueret, exurrexit repentè, & euaginata sub veste sica, impetum fecit in Regem. Quod cũ videret Lilla, minister Regis amicissimus, nõ habens scutum ad manũ, quo Regê à nece defenderet, mox interposuit corpus suum ante ictum pungêtis. Sed tanta vi hostis ferrum infixit, vt per corpus militis occisi etiam Regem vulneraret. Qui cùm mox gladijs impeteretur, in ipso tumultu etiam alium de militibus, cui nomen erat Fordheri, sica nefanda peremit.

Eduino Regi struũtur insidiæ.

Eâdem autê nocte sacrosancta Dominicæ paschæ pepererat Regina filiam Regi, cui nomen Eanfled. Cumq; idê Rex, præsente Paulino Episcopo, gratias ageret dijs suis pro nata sibi filia, econtrà Episcopus gratias cœpit agere Domino Christo, Regique adstruere, quòd ipse precibus suis apud illum obtinuerit, vt Regina sospes & absque dolore graui sobolê procrearet. Cuius uerbis delectatus Rex, promisit se abrenunciatis idolis, Christo seruiturum, si vitam sibi & victoriam donaret pugnanti aduersùs R[e]g[e]m, à quo homicida ille, qui eum vulnerauerat, missus fuerat: & in pignus promissionis implendæ, eandem filiã suam Christo consecrandam Paulino Episcopo assignauit. Quæ baptizata est in die sancto Pentecostes, prima de gête Nordan Humbrorum cum duodecim alijs de familia eius. Quo tempore curatus à vulnere sibi pridèm inflicto Rex, collecto exercitu, venit aduersùs Regem Occidentalium Saxonum, ac bello inito, vniuersos, quos in necem suam conspirasse didicerat, aut occidit, aut in deditionem recepit. Sicq; victor in patriam reuersus, non statim & inconsultè sacramenta fidei Christianæ percipere voluit: quamuis nec idolis vltrà seruiuit, ex quo se Christo seruiturum esse promiserat. Verum primò diligentiùs ex eo tempore & ab ipso venerabili viro Paulino rõnê fidei ediscere, & cum suis primatibus, quos sapientiores nouerat, curauit conferre, quid de his agendum arbitrarentur. Sed & ipse, cùm esset uir natura sagacissimus, sæpè diù solus residens, ore quidem tacito, sed in intimis cordis multa secum colloquens, quid sibi esset faciendum, quæ religio seruanda, tractabat.

Filia regis prima baptizatur.

Quo tempore exhortatorias ad fidem literas à Pôtifice Sedis Apostolicæ Bonifacio accepit, quarũ ista est forma: Exemplar Epistolæ beatißimi & Apostolici Papæ vrbis Romanæ Ecclesiæ Bonifacij, directæ viro glorioso Eduino Regi Anglorum.

Ex cap. 10.

Viro glorioso Eduino Regi Anglorũ, Bonifacius Episcopus seruus seruorum Dei. Licèt summæ diuinitatis potentia, humanæ locutionis officijs explanari non valeat, quippè quæ sui magnitudine ità inuisibili atq; inuestigabili æternitate consistit, vt eam nulla ingenij sagacitas, quanta sit, comprehendere disserereq; sufficiat: quia tamen eius humanitas ad insinuationem sui, reseratis cordis ianuis, quæ de semetipsa proferentur, secreta humanis mentibus inspiratione clementer infudit, ad annunciandam vobis plenitudinem fidei Christianæ, sacerdotalê curauimus solicitudinem prærogare: vt perindè Christi Euangelium, quod Saluator noster omnibus præcepit gentibus prædicari, vestris quoquè sensibus inserentes, salutis vestræ remedia propinquaremus.

Bonifacij Pontificis literæ ad Eduinũ regem.

Matt. 28

Marc. 16

for.[?] propinquaremus.

Supernæ igitur maiestatis clementia, quæ cuncta solo verbo præceptionis suæ condidit & creauit, cælum videlicet & terrã, mare & omnia quæ in eis sunt, dispositis ordinibus, quibus subsisterêt, coæterni verbi sui consilio, & sancti spiritus vnitate dispêsans, hominem ad imaginem & similitudinem suam, ex limo terræ plasmatum, constituit: eique tantam præmij prærogatiuã indulsit, vt eum cũctis præponeret, atq; seruato termino præceptionis suæ, æternitatis subsistentia præmuniret. Hunc ergò Deum patrem, filium & spiritumsanctũ, qui est indiuidua Trinitas, ab ortu solis vsque ad occasum, humanum genus, quippè vt creatorem omnium atque factorem suum, salutifera confessione fidei veneratur & colit. Cui etiam summitates imperij, rerumq; potestates submissæ sunt: quia eius dispositione omnium prælatio regnorum conceditur. Eius ergò bonitatis misericordia, totius creaturæ suæ saluandæ causa, etiam in extremitate terræ positarum gentium corda frigida, sancti spiritus feruore, in sui quoquè agnitionem mirabiliter est dignata succendere. Quæ enim in gloriosi filij nostri Audubaldi Regis, gêtiumq; ei suppositarum illustratione, clementia redemptoris fuerit operata, plenius ex vicinitate locorum vestram gloriam coniicimus cognouisse. Eius ergò mirabile donum & in vobis certa spe cælesti longanimitate cõferri cõfidimꝰ:

Psal. 145

Gen. 1.

Audubaldi Regis conuersio.

tām profectò gloriosam coniungem vestram, quæ vestri corporis pars esse dignoscitur, æternitatis p̄mio per sacri baptismatis regenerationem illuminatam agnouimus. Vndè præsenti stylo gloriosius vos ad hortādos cum omni affectu intimę charitatis curauimus: quatenùs abominatis idolis, eorumq; cultu, sprensisque fanorum fatuitatibus, & auguriorum deceptibilibus blandimentis, credatis in Deum patrem omnipotentem, eiusque filium Iesum Christum, & spiritum sanctum: vt credentes, á diabolicæ captiuitatis nexibus, sanctæ & indiuiduæ Trinitatis cooperante potentia, absoluti, æternæ vitæ possitis esse participes. Quanta autem reatitudinis culpa teneantur adstricti hi, qui idolatriarum perniciosissimam superstitionem colentes, amplectuntur, eorú, quos colunt, exempla perditionis insinuãt. Vndè de eis per Psalmistam dicitur: Omnes dii gentiũ, dæmonia: Dominus autẽ cælos fecit. Et iterùm: Oculos habent, & non vident: aures habent, & non audiunt: nares habent, & non odorabunt: manus habent, & nõ palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt. Similes ergò efficiuntur his, qui spem suæ confidentiæ ponunt in eis. Quomodò enim iuuandi quemlibet possunt habere virtutẽ hi, qui ex corruptibili materia, inferiorum etiam, suppositorumque tibi manibus construũtur: quibus videlicet artificium humanum accommodans, eis inanimatam membrorum similitudinem contulisti: qui nisi a te moti fuerint, ambulare non poterunt: sed tanquàm lapis in uno loco positus, ita constructi, nihilque intelligẽtiæ habentes, ipsaque insensibilitate obruti, nullam neque lædendi, neq; iuuãdi facultatem adepti sunt? Qua ergò mentis deceptione eos deos, quibus vosipsi imaginem corporis tradidistis, colentes sequamini, iudicio discreto reperire nõ possumus. Vndè oportet vos suscepto signo sanctæ Crucis, per quam humanũ genus redemptum est, execrando diabolicę versutię supplantationem, qui diuinæ bonitatis operibus inuidus æmulusq; cõsistit, á cordibus vestris abiicere, iniectisq; manibus hos, quos eatenùs materiæ cõpage vobis deos fabricastis, cõfringẽdosq; summopere procurare. Ipsa enĩ eorũ dissolutio, corruptioq;, quæ nunquàm viuentem spiritum habuit, nec sensibilitatem a suis factoribus potuit quolibet modo suscipere, uobis patẽter insinuet, quòd nihil erat, quod eatenús colebatis, dũ profectò meliores vos, qui spiritum viuentem á Domino percepistis, eorum constructione nihilominùs existatis: quippè quos Deus omnipotens ex primi hominis, quem plasmauit, cognatione deductos per secula, innumerabilibus propaginibus pullulare constituit. Accedite ergò ad agnitionem eius, qui vos creauit, qui in uobis vitæ insufflauit spiritũ, qui pro uestra redemptione filiũ suum vnigenitum misit, ut uos ab originali peccato eriperet, & ereptos de potestate diabolicę nequitiæ, cælestibus præmiis muneraret. Suscipite verba prędicatorum, & Euangelium Christi, quod vobis annunciant, quatenùs credentes, sicut sæpiùs dictum est, in Deum patrem, omnipotentem, & in Iesum Christũ eius filium, & spiritum sanctum, inseparabilem Trinitatem, fugatis dæmoniorum sensibus, expulsaq; a uobis solicitudine venenosi & deceptibilis hostis, per aquam & spiritum sanctum renati, ei, cui credideritis, in splẽdore gloriæ sempiternę cohabitare eius opitulatione & munificentia valeatis. Prætereà benedictionẽ protectoris vestri, beati Petri Apostolorũ principis uobis direximus, id est, camisiam cum ornatura i auro vna, & leoa Ancyriana una. Quod petimus, ut eo benignitatis animo gloria vestra suscipiat, quo á nobis noscitur destinatum.

Psal. 95.
Psal. 113.
Per sanctã Crucẽ mũdus redemptus est.
Iohan. 3.
Mittit ei Pontifex camisiã S. Petri Apostoli.

Ad coniugem quoquè eius Edelburgam, huiusmodi literas idem Pontifex misit. Exemplar Epistolæ beatissimi & Apostolici Bonifacii Papę vrbis Romę, directæ Edelburgæ Reginæ Eduini Regis. Dominæ gloriosæ, filiæ Edelburgę Reginæ Bonifacius Episcopus, seruus seruorum Dei. Redemptoris nostri benignitas humano generi, quod preciosi sanguinis sui effusione á vinculis diabolicæ captiuitatis eripuit, multa prouidentia, quibus saluaretur, propinauit remedia: quatenùs sui nominis agnitione diuerso modo gentibus innotescente, creatorem suum suscepto Christianæ fidei agnoscerent sacramento: quod quidem in vestræ gloriæ sensibus cælesti collatum munere mystica purgationis vestræ regeneratio patenter innuit. Magno ergò largitatis Dominicæ beneficio mens nostra gaudio exultauit, quòd scintillã orthodoxæ religionis in vestri dignatus est conuersionę succendere. Ex qua re non solùm gloriosi coniugis vestri, immò totius gentis suppositæ vobis intelligentiam in amorem sui faciliùs inflãmaret. Didicimus nanq; referentibus his, qui ad nos, gloriosi filii nostri Audubaldi regis laudabilem conuersionem nunciantes, peruenerũt, quòd etiam vestra gloria, Christianæ fidei suscepto mirabili sacramento, piis & Deo placitis iugiter operibus enitescat: ab idolorum etiam cultu, seu fanorum, auguriorumq; illecebris se diligenter abstineat, & itá in amore Redemptoris sui immutilata deuotione persistens inuigilet, vt ad dilatandam Christianam fidem incessabiliter non desistat operam commodare. Cumque de glorioso coniuge vestro paterna charitas solicitè pquisisset, cognouimus, quòd eatenús abominandis idolis seruiens, ad suscipiendam vocem prædicatorum, suam distulerit obedientiam exhibere. Qua ex re non modica nobis amaritudo congesta est ab eo, quòd pars corporis uestri, ab agnitione summæ & indiuiduæ Trinitatis remansit extranea. Vndè paternis officiis vestræ gloriosæ Christianitati nostram commonitionem non distulimus conferendam, adhortantes, quatenús diuinæ inspirationis imbuta subsidiis, importunè & opportunè agendum non differas, vt & ipse, Saluatoris nostri Domini Iesu Christi cooperante potentia, Christianorum numero copuletur, vt perindè intemeratæ societatis fœdere iura teneas maritalis consortii. Scriptum nanq; est: Erũt duo in carne una. Quomodò ergò vnitas vobis cõiunctionis inesse dici poterit, si á uestræ fidei splendore, interpositis detestabilis erroris tenebris, remãserit ille alienus? Vndè orationi continuò insistens, á longanimitate cælestis clemẽtiæ, illuminationis illius beneficia ĩpetrare nõ desinas: ut videlicet, quos copulatio carnalis affectus unũ quodammodò corpus exhibuisse mõstrat, hos quoquè vnitas fidei etiã post huius vitæ transitum, in perpetua societate cõseruet. Insiste ergò gloriosa filia, & summis conatib^9 duritiam cordis ipsius, religiosa diuinorũ præceptorũ insinuatione mollire summoperè dematura, insũdens sensibus eius, quãtùm sit prǽclarũ, quod credẽdo suscepisti mysteriũ, quãtũ ve sit admirabile, quod renata pręmiũ cõsequi meruisti. Frigiditatẽ cordis ipsius, sancti spiritus annũciatione succende: quatenùs amoto torpore pniciosissimi cult^9, diuinę fidei calor eius intelligentiã tuarũ adhortationũ frequẽtatione succẽdat: vt pfectò sacrę scripturę testimoniũ p te expletum indubitãter pclareat: Saluabitur vir infidelis p mulierẽ fidelẽ. Ad hoc. n. misericordiã Dñicę pietatis cõsecuta es, vt fructũ bonorũ creditorũq; tibi bñficiorũ, redẽptori tuo multiplicẽ resignares. Qđ eq̃dẽ, suffragãte p̃sidio benignitatis ipsi^9, vt explere valeas, assiduis n desistim^9 pcib. postulare. His ergò

Ex Cap. 11.
Edelburga Regina cõuersa, bonis studet operibus.
Gen. 2.
Ephe. 5.
1. Cor. 7.

gis præmissis, paternæ vobis dilectionis exhibentes officia, hortamur, vt nos (reperta portitoris occasione) de his quæ per vos superna potentia in conuersione coniugis vestri, summissæque vobis gentis dignata fuerit operari, propere reueletis: quatenus solicitudo nostra, quę de vestra vestrorumq; omniū animæ salute optabilia desiderat, expectat, vobis adnunciantibus releuetur; illustrationemque diuinæ propiciationis in vobis diffusam opulentiùs cognoscentes, hilari confessione largitori omnium bonorum Deo, & beato Petro Apostolorum principi vberes meritò gratias exoluamus. Præterea benedictionem protectoris vestri beati Petri Apostolorum principis vobis direximus, id est, speculum argēteū, & pectinem eburneum inauratum. Quod petimus vt eo benignitatis animo gloria vestra suscipiat, quo à nobis noscitur destinatum.

Mittit & Reginæ Pontifex speculū et pectinem Eburneū S.Petri.

Hęc quidem memoratus Papa Bonifacius de Regis Eduini, ac gentis ipsius salute solicitus, literis agebat. Sed & oraculum cęleste, quod illi quondam eaulanti apud Redoaldum Regem Anglorum, pietas diuina reuelare dignata est, non minimum ad suscipienda vel intelligenda doctrinæ monita salutaria, sensum iuuit illius.

Exca.12.

Cùm ergò videret Paulinus difficulter posse sublimitatem animi regalis ad humilitatem viæ salutaris, & suscipiendum mysterium viuificę Crucis inclinari, ac pro salute illius simul & gentis, cui præerat, & verbo exhortationis apud homines, & apud diuinam pietatem verbo deprecationis ageret. tādem, vt veri simile videtur, didicit in spiritu, quod vel quale esset oraculum Regi quondam cęlitùs ostensum. Nec exindè distulit, quin continuò Regem admoneret, explere votum, quod in oraculo sibi exhibito se facturum promiserat, si temporis illius ærumnis exemptus, ad regni fastigia perueniret. Erat autem oraculum huiusmodi:

Rex Eduin' difficulter potest cōuerti ad Christum.

Cùm persequente illum Edelfrido, qui ante eum regnauit, per diuersa occultus loca vel regna, multo annorum tempore profugus vagaretur, tandèm venit ad Regem Redualdum, obsecrans vt uitā suam à tanti persecutoris insidijs tutando seruaret. Qui libenter eum suscipiens, promisit se, quæ petebat, esse facturum. At postquàm Edelfridus in hac eum prouincia apparuisse, & apud Regem illius familiariter cum socijs habitare cognouit, misit nuncios, qui Redualdo pecuniam multam pro nece eius offerent; neque aliquid profecit. Misit secundò, misit tertiò, & copiosiora argenti dona offerens, & bellum illi, si cōtemneretur, indicens. Qui uel minis fractus, vel corruptus muneribus, cessit deprecanti, & siue occidere se Eduinum, seu legatarijs tradere promisit. Quod vbi fidelissimus quidā amicus illius animaduertit, intrauit cubiculum, quo dormire disponebat, (Erat autem prima hora noctis) & euocatum forâs, quid erga eum agere Rex promisisset, edocuit, & insuper adiecit: Si ergò vis, hac ipsa hora educam te de hac prouincia, & in ea loca te introducam, vbi nunquàm te vel Redualdus, vel Edelfridus inuenire valeant. Qui ait: Gratias quidem ago beneuolētiæ tuę; non tamen hoc facere possum, quod suggeris, vt pactum, quod cum tanto Rege inij, ipse primus irritū faciam, cùm ille mihi nihil mali fecerit, nihil adhuc inimicitiarum intulerit: quin potiùs, si moriturus sum, ille me magis, quàm ignobilior quisquam morti tradat: Quò enim nunc fugiam, qui per omnes Britanniæ prouincias tot annorum temporumque curriculis vagabundus, hostium uitabam insidias?

Edelfridus perse quitur Eduinum.

Abeunte igitur amico, remansit Eduinus solus foris, residensque mœstus ante palatium, multis cœpit cogitationum æstibus affici, quid ageret, quò ve pedē verteret, nescius. Cumque diu tacitis mentis angoribus, & cæco carperetur igni, vidit subitò intempestæ noctis silentio appropinquantem sibi hominem vultus, habitusque incogniti: quem videns vt ignotum & inopinatum, non parùm expauit. At ille accedens, salutauit eū, & interrogauit, quarè illa hora cęteris quiescentibus, & alto sopore pressis, solus ipse mœstus in lapide peruigil sederet. At ille vicissim sciscitabatur, quid ad eum pertineret, vtrùm ipse intùs, an foris noctem transigeret. Qui respondens, ait: Nè me æstimes tuæ mœstitiæ, & insomniorū, & forinsecæ ac solitarię sessionis causam nescire. Scio enim certissimè, qui es, & quarè mœres, & quę ventura tibi in proximo mala formidas. Sed dicito mihi, quid mercedis dare velles ei, qui his te mœroribus absoluat, & Redualdo suadeat, vt nec ipse tibi aliquid mali faciat, nec tuis te hostibus decernēdum tradat? Qui cùm se omnia, quæ posset, huic tali pro mercede beneficij daturum esse responderet, adiecit: Quod si etiam te Regē futurum, extinctis hostibus, in veritate promittat, ita ut non solùm omnes progenitores tuos, sed & omnes, qui ante te Reges in gente Anglorum fuerunt, potestate transcendas? At Eduinus constātior interrogando factus, non dubitabat promittere, quin ei, qui tanta sibi beneficia donaret, dignis ipse gratiarū actionibus responderet. Tum ille tertiò: Si autem inquit, is qui tibi tanta taliaque dona veraciter aduentura prædixerit, etiam consilium tibi tuæ salutis ac vitæ melius atq; vtilius, quàm aliquis de tuis parentibus aut cognatis unquàm audiuit, ostendere potuerit, an ei obtemperare, & monita eius salutaria suscipere cōsentis? Nec distulit Eduinus, quin continuò pollicetur, se in omnibus secuturum doctrinam illius, qui se tot ac tantis calamitatibus ereptum, ad regni apicem proueheret. Quo accepto respōso, confestim is, qui loquebatur cum eo, imposuit dexteram suā capiti eius, dicens: Cùm ergò tibi signum hoc aduenerit, memēto huius temporis ac loquelæ nostræ, & ea, quę promittis, tunc adimplere nè differas. Et his dictis, vt fertur, repentè disparuit, ut intelligeret non hominem esse, qui sibi apparuisset, sed spiritum. Et cùm regius iuuenis solus adhuc ibidèm sederet, gauisus quidem de collata sibi pia ac benigna consolatione, sed multùm solicitus, ac mente sedula cogitans, quis esset ille, vel vndè veniret, q hęc sibi loqueretur.

Cum angu stia.

Quidam ignotus apparet.

Votum Eduini.

Dextera mā' imposita capiti Edui no prō signo cōsti tuit.

Venit autem præfatus amicus illius, lætoque vultu salutans eum: Surge, inquit, intra: & sopitis ac relictis curarū anxietatibus, quieti mēbra simul & animū cōpone: quia mutatum est cor Regis, nec tibi aliquid mali facere, sed fidē potiùs pollicitam seruare disponit. Postquā enim cogitationem suam, de qua tibi antè dixi, Reginæ in secreto reuelauit, reuocauit eum ab illa intentione, admonens quia nulla rōne cō ueniat tanto Regi, amicum suum optimum in necessitate positum, auro vendere, neque fidem suam, quę omnibus ornamentis preciosior est, amore pecuniæ perdere. Quid plura? Fecit Rex, vt dictum est, nec solū exulē nuncijs hostilibus non tradidit, sed etiā eū, vt in regnū perueniret, adiuuit. Nam mox redeuntibus domum nuncijs, exercitum ad debellandū Edelfridū collegit copiosum: eumq; sibi occurrentē cum exercitu multū impari, (non.n. dederat illi spatium, quo totum suum congregaret atque aduna ret exercitum) occidit in finibus gentis Merciorum, ad orientalem plagam amnis, qui uocatur Idle. In quo certamine, & filius Redualdi, vocabulo Regnheri, occisus est. Ac sic Eduinus, iuxta oraculum, quod acceperat, non tantùm Regis sibi infesti insidias vitauit, verum etiam eidem perempto in regni gloriam successit.

Regina reuocat maritum à magno scelere.

Rex Edfridum interfecit cum filio.

Eduinus creatur Rex.

Eduini Regis ma

Cùm

Dextera impositione monetur reddere votum.

Cùm ergò prædicante verbum Dei Paulino rex credere differret, & per aliquod tempus, vt diximus, horis competentibus solitarius sederet, & quid agendum sibi esset, quæ ve religio sequenda, sedulus secum ipse scrutari consuesset, ingrediens ad eum quadam die vir Dei, imposuit dexteram capiti eius, & an hoc signum agnosceret, requisiuit. Qui cùm tremens ad pedes eius procidere vellet, leuauit eum, & quasi familiari voce affatus: Ecce, inquit, hostium manus, quos timuisti, Domino donante, euasisti. Ecce regnum, quod desiderasti, ipso largiente, percepisti. Memento vt tertium, quod promisisti, facere non differas, suscipiendo fidem eius, & præcepta seruando, qui te & à temporalibus aduersis eripuit, & temporalis regni honore sublimauit. Et si deinceps voluntati eius, quam per me tibi prædicat, obsecundare volueris, etiam à perpetuis malorum tormentis te liberans, æterni secum regni in cælis faciet esse participem.

Ex cap. 13.

Rex Eduinus deliberat cum suis de complectendo Christianismo.

Quibus auditis, Rex, suscipere quidem se fidem, quam docebat, & velle & debere respondebat: verùm adhuc cùm amicis, principibus & consiliariis suis sese de hoc collaturum esse dicebat, vt si & illi eadem cum eo sentire vellent, omnes pariter in fonte vitæ Christo consecrarentur. Et annuente Paulino, fecit, vt dixerat. Habito enim cum sapientibus consilio, sciscitabatur singulatim ab omnibus, qualis sibi doctrina hæc eatenùs inaudita, & nouus diuinitatis, qui prædicabatur, cultus videretur. Cui primus pontificum ipsius Coifi, continuò respondit: Tu vide, Rex, quale sit hoc, quod nobis prædicatur: ego tibi verissimè, quod certum didici, profiteor, quia nihil omninò virtutis habet, nihil vtilitatis religio illa, quam hucusquè tenuimus. Nullus enim tuorum studiosiùs quàm ego culturæ deorum nostrorum se subdidit, & nihilominus multi sunt, qui ampliora à te beneficia, quàm ego, & maiores accipiunt dignitates, magisq; prosperantur in omnibus, quæ agenda vel acquirenda disponunt. Si autem dij aliquid valerent, me potiùs iuuare vellent, qui illis impensiùs seruire curaui. Vndè restat, vt si ea, quæ nunc nobis noua prædicantur, meliora esse & fortiora, habita examinatione, perspexeris, absq; vllo cunctamine suscipere illa festinemus. Cuius suasioni verbisque prudentibus alius optimatum tribuens assensum, continuò subdidit:

Elegans similitudo.

Talis, inquiens, mihi videtur, Rex, vita hominum præsens in terris, ad comparationem eius, quod nobis incertum est, temporis, quale cùm, te residente ad cœnam cum ducibus ac ministris tuis tempore brumali, accenso quidem foco in medio, & calido effecto cœnaculo, furentibus autem foris per omnia turbinibus hyemalium pluuiarum vel niuium, adueniens vnus passerum, domum citissimè peruolauerit: qui cùm per vnum ostium ingrediens, mox per aliud exierit, ipso quidem tempore, quo intùs est hyemis tempestate non tangitur: sed tamen paruissimo serenitatis momento excurso, mox de hyeme in hyemem regrediens, tuis oculis elabitur. Ita hæc vita hominum ad modicum apparet: quid autem sequatur, quid ve præcesserit, prorsùs ignoramus. Vndè si hæc noua doctrina certiùs aliquid attulit, meritò sequenda esse videtur. His similia & cæteri maiores natu, ac regia consiliarii diuinitùs admoniti, prosequebantur.

In concilio cultum nullo cognouo veritatis.

Adiecit autem Coifi, quia vellet ipsum Paulinum diligentiùs audire de Deo, quem prædicabat verbum facientem. Quod cùm iubente Rege faceret, exclamauit auditis eius sermonibus dicens: Iam olim intellexeram nihil esse, quod colebamus: quia videlicet quò studiosiùs in eo cultu veritatem quærebam, tantò minùs inueniebam. Nunc autem aperte profiteor, quia in hac prædicatione veritas claret illa, quæ nobis vitæ, salutis & beatitudinis æternæ dona valet tribuere. Vndè suggero, Rex, vt templa & altaria, quæ sine fructu vtilitatis sacrauimus, ocyùs anathemati & igni tradamus. Quid plura? Præbuit palàm assensum Euangelizanti beato Paulino Rex, & abrenuncians idolatriæ, fidem se Christi suscipere confessus est.

Tandem Rex Eduinus credit.

Cumque à præfato pontifice sacrorum suorum quæreret, quis aras & fana idolorum cum septis, quibus erant circundata, primus prophanare deberet: ille respondit: Ego: Quis enim ea, quæ per stultitiam colui, ad exemplum omnium aptiùs, quàm ipse per sapientiam mihi à Deo vero donatam destruam? statimque abiecta superstitione vanitatis, rogauit sibi Regem arma dare, & equum emissarium, quem ascendens, ad idola destruenda veniret. Non enim licuerat pontificem sacrorum vel arma ferre, vel in * equo sedere. Accinctus ergò gladio, accepit lanceam in manu, & ascendens emissarium Regis, pergebat ad idola. Quod adspiciens vulgus, existimabat eum insanire. Nec distulit ille mox, ut appropiabat ad fanum, profanare illud, iniecta in eo lancea, quam tenebat: multumque gauisus de agnitione veri Dei cultus, iussit socios destruere, ac succendere fanum cum omnibus septis suis. Ostenditur autè locus ille quondam idolorum, non longè ab Eboraco, ad Orientem vltra amnem Doruentionem, & vocatur hodiè Godmundin Gahan: vbi pontifex ille, inspirante Deo vero, polluit ac destruxit eas, quas ipse sacrauerat, aras.

** equa equitare.*

Coifi pontifex idolorum, conuersus destruit ea.

Ex ca. 14.

Igitur accepit Rex Eduinus, cum cunctis gentis suæ nobilibus ac plebe perplurima, fidem & lauacrum sanctæ regenerationis, anno regni sui vndecimo, qui est annus Dominicæ incarnationis sexcentesimus vigesimus septimus: ab aduentu verò Anglorum in Britanniam, anno circiter centesimo octuogesimo. Baptizatus est autem Eboraci die sancto Paschæ, pridiè Iduum Aprilis, in ecclesia sancti Petri Apostoli, quam idem ipse de ligno, cùm catechizaretur, atque ad percipiendum Baptisma imbueretur, citato opere construxit. In qua etiam ciuitate ipsi doctori atque Antistiti Paulino sedem Episcopatus donauit.

Rex ecclesiā in honorē S. Petri Apostoli construit.

Mox autem ut baptisma consequutus est, curauit docente eodem Paulino, maiorem ipso in loco & augustiorem de lapide fabricare basilicam, in cuius medio ipsum, quod priùs fecerat, oratorium includeretur. Præparatis ergò fundamentis in gyro prioris oratorii, per quadrum cœpit ædificare basilicam. Sed priusquàm altitudo parietis esset consummata, Rex ipse impia nece occisus, opus idem successori suo Osuualdo perficiendum reliquit.

Eduinus Rex occiditur.

Paulinus autem ex eo tempore sex annis continuit, id est, usque ad finem imperii Regis illius, verbum Dei, annuente ac fauente ipso, in ea prouincia prædicabat. credebantque & baptizabantur, quotquot erant præordinati ad uitam æternam. In quibus erant Osfridus & Eadfridus filij Regis Eduini, qui ambo ei exuli nati sunt de Quenburga filia Cearli Regis Merciorum. Baptizati sunt tempore sequenti & alij liberi eius, de Edelburga Regina progeniti; Edilhim & Ediltrids filia, & alter filius Buscfrea: quorum primi albati adhuc, rapti sunt de hac vita, & Eboraci in ecclesia sepulti. Baptizatus est & Iffi filius Osfridi, sed & alii nobiles & egregii viri non pauci.

Multos conuertit Paulinus.

Tantus autem fertur tunc fuisse feruor fidei ac desiderium lauacri salutaris genti Nord Humbrorum, ut quodam tempore Paulinus veniens cum Rege & Regina in regiam villam, quæ vocatur Adregin, triginta sex diebus ibidem cum eis catechizandi & baptizandi

officio deditus, mora retur: quibus diebus cunctis à manè vsque ad uesperam nil aliud ageret, quàm confluentem eò de cunctis viculis ac locis plebem, Christi uerbo salutis instruere, atque instructam in fluuio Gleni, qui proximus erat, lauacro remissionis abluere. Hæc uilla tempore sequentium Regum deserta, & alia pro illa est facta in loco, qui vocatur Melmin. Hæc quidem in prouincia Berniciorum: sed & in prouincia Deirorum, ubi sæpiùs manere cum Rege solebat, baptizabat in fluuio Sualua, qui vicum iuxta Cataractam præterfluit. Nondùm enim oratoria uel baptisteria ibi in ipso exordio nascentis ibi Ecclesiæ poterant ædificari. Attamen in campo Dono, ubi tunc etiam uilla regia erat, fecit basilicam, quam postmodùm pagani, à quibus Eduinus Rex occisus est, cum tota eadem villa succenderunt. Pro qua Reges posteriores fecere sibi uillam in regione, quæ uocatur Loidis. Euasit autē ignem altare, quia lapideum erat, & seruatur adhuc in monasterio reuerēdissimi Abbatis & presbyteri Trunuuulfi, quod est in sylua Elmete.

Permulti ob eo in flumine baptizantur.

Ex cap. 15.

Tantam autem deuotionem Eduinus erga cultū veritatis habuit, ut etiam Regi Orientalium Anglorum Carpualdo filio Redualdi persuaderet, relictis idolorum superstitionibus, fidem & sacramēta Christi cum sua prouincia suscipere. Et quidem pater eius Redualdi iàdudùm in Cantio sacramentis Christianæ fidei imbutus est, sed frustrà. Nam rediens domum, ab uxore sua & quibusdam peruersis doctoribus seductus est, atque à synceritate fidei deprauatus, habuit posteriora peiora prioribus: ità ut in morem antiquorum Samaritanorum, & Christo seruire uideretur, & dijs quibus anteà seruiebat, atque in eodem fano & altare haberet ad sacrificium Christi, & arulam ad uictimas dæmoniorum. Quod uidelicet fanum Rex eiusdem prouinciæ Alduulf, qui nostra ętate fuit, usque ad suum tempus perdurasse, & se in pueritia uidisse testatur.

Eduald rex & Christū & dæmones colit.

Erat autem præfatus Rex Reduald natu nobilis, quanlibet actu ignobilis, filius Tytilli, cuius pater fuit Vulfa, à quo Reges Anglorū Orientalium Vuuffingas appellant. Verùm Carpuald non multo pòst, quàm fidem accepit, tempore occisus est, à uiro gentili, nomine Richberto, & exindè tribus annis prouincia in errore uersata est, donec accepit regnum eiusdem frater Carpualdi Sibertus, uir per omnia doctissimus atque Christianissimus. Qui uiuente adhuc fratre, cùm exularet in Gallia, fidei sacramentis imbutus est. Quorum participem mox ubi regnare cœpit, totam suam prouinciam facere curauit. Cuius studijs gloriosissimè fauit Felix Episcop. qui de Burgundiorum partibus, vbi ortus & ordinatus erat, cùm uenisset ad Honorium Archiepiscopum, eique indicasset desiderium suum, misit eum ad prædicādum uerbum uitæ præfatæ nationi Anglorum. Nec vota ipsius in cassum ceciderunt: quin potiùs fructum in ea multiplicē credentium populorum pius agri spiritalis cultor inuenit. Siquidem totam illā prouinciam iuxta sui nominis sacramentum, à longa iniquitate atque infelicitate liberatam, ad fidem & opera iustitiæ, ac perpetuę felicitatis dona perduxit. Accepitque sedem Episcopatus in ciuitate Dummock, & & cùm decem & septem annis eidem prouinciæ pōtificali regimine pfuisset, ibidèm in pace uitā finiuit.

Carpualdus Rex occiditur. Sibertus Rex doctissimus & Christianissimus. Felix Episcop. multos Anglos cōuertit.

Ex cap. 16.

Prædicabat autem Paulinus uerbum etiam prouinciæ Lindisi, quæ est prima ad meridianum Humbri fluminis ripam, pertingens vsque ad mare: Præfectumque Lindocolinæ ciuitatis, cui nomen erat Blecca, primum cum domo sua conuertit ad Dominū. In qua videlicet ciuitate, & ecclesiā operis egregii de lapide fecit: cuius tecto uel longa incuria, uel hostilli manu deiecto, parietes hactenus stare uidentur: & omnibus annis aliqua miracula sanitatum in eodem loco solent ad utilitatem eorum, qui fideliter quærunt, ostendi. In qua ecclesia Paulinus, transeunte ad Christum Iusto Honorium pro eo consecrauit Episcopum, ut in sequentibus suo loco dicemus.

S. Paulinus cōuertit Bleccā se lā Li-

decolinensem.

De huius fide prouinciæ narrauit mihi presbyter & Abbas quidam, uir veracissimus de monasterio Peartan, uocabulo Deda, retulisse sibi quendam seniorum, baptizatum se fuisse die media à Paulino Episcopo, præsente Rege Eduino, & multam populi turbam in fluuio Trehenta iuxta ciuitatem, quæ lingua Anglorum Tronulfingacestir uocatur. Qui etiā effigiem eiusdem Paulini referre est solitus, quòd esset longæ staturæ paululùm incuruus, nigro capillo, facie macilenta, naso adunco, pertenui, venerabilis simul & terribilis adspectu. Habuit autem secum in ministerio & Iacobum Diaconum, virum utiquè in dustrium ac nobilem in Christo & in Ecclesia; qui ad nostra usque tempora permansit.

Forma corporis effigies Paulini.

Tanta autem eo tempore pax in Britannia, quaquauersùm imperium Regis Eduini peruenerat, fuisse perhibetur, ut (sicut usque hodiè in prouerbio dicitur) etiamsi mulier una cum recèns nato paruulo uellet totam perambulare insulam à mari ad mare, nullo se lędente, valeret. Tantùm quoquè Rex idem utilitati suæ gentis consuluit, vt plerisque in locis, vbi fontes lucidos iuxta publicos uiarum transitus conspexit, ibi ob refrigerium uiantium, erectis stipitibus æreos caucos suspendi iuberet: neque hos quisquam, nisi ad usum necessarium, contingere præ magnitudine uel timoris eius auderet, uel amoris vellet. Tantum uerò excellentiæ in regno habuit, vt non solùm in pugna ante illum uexilla gestarentur, sed & tempore pacis equitātem inter ciuitates siue villas, aut prouincias suas cum ministris, semper antecedere signifer consueuisset: necnon & incedente illo ubilibèt per plateas, illud genus vexilli, quod Romani Tufam, Angli uerò appellant Thuuf, ante eum ferri solebat.

Sub Eduino rege summa pax.

Ex cap. 17.

Quo tempore præsulatum sedis Apostolicæ Honorius Bonifacii successor habebat: qui vbi gentem Hord Humbrorum cum suo Rege ad fidem confessionemque Christi, Paulino euangelizante, conuersam esse didicit, misit eidem Paulino pallium, misit & Regi Eduino literas exhortatorias, paterna illum charitate accēdens, ut in fide ueritatis, quam acceperat, persistere semper ac proficere curaret. Quarū videlicet literarum iste est ordo.

Honorius papa mittit pallium Paulino.

Domino excellentissimo, atque præcellentissimo filio Eduino Regi Anglorum, Honorius Episcopus seruus seruorum Dei, salutem. Ità Christianitatis vestræ integritas circa conditoris sui cultum, fidei est ardore succensa, ut longè lateque resplendens, & in omni mundo annunciata, uestri operis multiplicius referat fructum. Sic enim vos Reges esse cognoscitis, dum Regem & creatorem uestrum orthodoxa prædicatione edocti, Deum uenerando colitis, & quod humana ualet conditio, mentis uestræ syncera deuotionē exoluitis. Quid Deo nostro aliud offerre valebimus, nisi ut in bonis actibus persistentes, ipsū que authorem humani generis confitentes, eum colere, eiq; uota nostra reddere festinemus? Et ideò excellentissime fili, paterna uos charitate, qua cōuenit, exhortamur, ut hoc, q nos diuina misericordia ad suam gratiā uocare dignata est solicita intentione, & assiduis orationibus seruare omnimodò festinetis: vi q uos in præsenti seculo ex omni errore absolutos, ad agnitionē sui nominis est dignatus perducere,

Honorii Papæ literæ ad Eduinum Regem.

re,& cælestis patriæ vobis præparet mansionem. Prædicatoris igitur vestri, domini mei Apostolicæ memoriæ Gregorij lectione frequenter occupati, præ oculis affectū doctrinę ipsius, quē pro vestris animabus libenter exercuit, habetote: quatenùs eius oratio, & regnum vestrum, populúq; augeat, & vos omnipotenti Deo irreprehēsibiles repræsentet. Ea verò, quæ à nobis pro vestris sacerdotibus ordinanda sperastis, hęc pro fidei vestræ synceritate, quæ nobis multimoda relatione per præsentiū portitores laudabiliter insinuata est, gratuito animo attribuere illis sine vlla dilatione prouidimus, & duo pallia vtrisq; Metropolitanis, id est, Honorio & Paulino, direximus: vt dum quis eorum de hoc seculo ad authorē suum fuerit accersitus, in loco ipsius alterum Episcopum ex hac nostra authoritate debeat subrogare. Quod quidā tam pro vestræ charitatis affectu, quàm pro tantarum prouinciarum spatiis, quæ inter nos & vos esse noscuntur, sumus inuitati concedere, vt in omnibus deuotioni vestræ nostrum concursum, & iusta vestra desideria præberemus. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat.

S. Gregorij Papa erga Angelos affectus.

Mittit duo pallia duob. Metropolitanis.

Ex Cap. 20. Cùm autem Eduinus decem & septem annis genti Anglorum simul & Britonum gloriosissimè præesset, è quibus etiam sex ipse, vt diximus, Christi regno militauit, rebellauit aduersus eū Carduella Rex Britonum, auxilium præbente illi Penda, viro strenuissimo, de regio genere Merciorum, qui & ipse ex eo tempore gētis eiusdem regno annis viginti duobus varia sorte præfuit. Et conserto graui prælio in campo, qui vocatur Hethfelth, occisus est Eduinus die quarto Iduum Octobris, anno Dominicæ incarnationis sexcentesimo trigesimo tertio, cùm esset annorum quadragintaocto, eiusque totus vel interemptus, vel dispersus est exercitus. In quo etiam bello ante illum vnus filius eius Osfrid, iuuenis bellicosus cecidit, alter Edfrid, necessitate cogente, ad Pendam Regem transfugit: & ab eo postmodùm, regnāte Osualdo, contra fidem iusiurandi peremptus est.

Eduinus Rex cadit tur cum suis.

Quo tempore maxima est facta strages in Ecclesia, vel gente Nord Humbrorum, maximè quòd vnꝰ ex ducibus, à quibus acta est, paganus: alter, quia barbarus, erat pagano sæuior. Siquidem Penda cū omni Merciorum gente idolis deditus, & Christiani erat nominis ignarus. At verò Carduella, quanuis nomen & professionem haberet Christiani, adeò tamē erat animo ac moribus barbarus, vt nec sexui quidem muliebri, vel innocuæ paruulorum parceret ætati, quin vniuersos atrocitate ferina morti per tormenta contraderet, multo tempore totas eorū prouincias debacchando peruagatus, ac totum genus Anglorum Britanniæ finibus erasurum se esse deliberans. Sed nec religioni Christianæ, quæ apud eos exorta erat, aliquid impēdebat honoris: quippe cūm vsque hodiè moris sit Britonum, fidem religionemq; Anglorum pro nihilo habere, neque in aliquo eis magis communicare, quam paganis. Allatum est autem caput Eduini Regis Eboracum, & illatum postea ecclesiæ beati Petri Apostoli, quam ipse cœpit, sed successor eius Osuald perfecit, vt suprà docuimus. Positum est autem in porticu sancti Papæ Gregorij, à cuius ipse discipulis verbū vitæ susceperat.

Eccè Carduella & Penda tyrannidi.

Britones infensi sūt Anglis.

Turbatis itaq; rebus Nord Humbrorum huius articulo cladis, cùm nihil alicubi præsidij, nisi in fuga esse uideretur, Paulinus assumpta secum Edelburga Regina, quam pridèm adduxerat, rediit Cātium naugio, atque ab Honorio Archiepiscopo & Rege Edulbaldo multùm honorificè susceptus est. Venit autem illuc duce Basso, milite Regis Eduini fortissimo, habens secum Heanfredam filiam, & Vulcfreā filium Eduini, necnon & Iffi filium Osfridi filii eius: quos postea mater metu Edboldi & Osualdi Regū, misit in Galliam nutriendos Regi Dacberto: ibique ambo in infantia defuncti, & iuxta honorem vel regiis pueris, vel innocentibus Christi congruum, in ecclesia sepulti sunt. Attulit quoquè secum vasa pretiosa Eduini Regis perplura, in quibus & Crucē magnam auream, & calicem aureum, consecratum ad ministerium altaris, quę hactenùs in ecclesia Cantii conseruata monstrantur.

S. Paulinus cūm regina fugit Cātium.

Crux magna aurea.

Quo in tempore Rhofensis ecclesia pastorem minime habebat, eò quòd Romanꝰ præsul illius ad Honorium Papam à Iusto Archiepiscopus legatarius missus, absorptus fuerat fluctibus Italici maris: ac p hoc curam illius Præfatus Paulinus inuitatione Honorii Antistitis, & Eadbaldi Regis suscepit ac tenuit, usquè dum & ipse suo tempore ad cælestia regna cum glorioso fructu laboris ascendit. In qua ecclesia moriens, pallium quoquè, quod à Romano Papa acceperat, reliquit. Reliquerat autem in ecclesia sua Eboraci Iacobum Diaconum, uirum utiquè Ecclesiasticum & sanctum, qui multo ex hinc tempore in ecclesia manens, magnas antiquo hosti prædas docendo & baptizando eripuit. Cuius nomine vicus, in quo maximè solebat habitare, iuxta Cataractam, vsque hodiè cognominatur. Qui quoniam cātandi in ecclesia erat peritissimus, recuperata postmodùm pace in prouincia, & crescente numero fidelium, etiam magister ecclesiasticę cantionis iuxta morem Romanorum seu Cantuariorum, multis cœpit existere. Et ipse senex, & plenus dierum, iuxta scripturas, patrum viam sequutus est.

Obitus S. Paulini.

Anno autem ab incarnatione Domini sexcentesimo quadragesimoquarto, reuerēdissimus pater Paulinus, quondàm quidem Eboracensis, sed tunc Episcopus Rhofensis ciuitatis, trāsiit ad Dominum, sexto Iduum Octobris die: qui decem & nouem annos, & menses duos, & vigintiunum dies Episcopatum tenuit: sepultusq; est in secretario beati Apostoli Andreæ, quod Rex Edilbertus à fundamentis in eadem Rhofi ciuitate construxit. In cuius locum Honorius Archiepiscopus ordinauit Ithamar, oriundum quidem de gente Cantuariorum, sed vita & eruditione antecessoribus suis æquandum.

Ex lib. 3. Histor. eiusdem cap. 14.

VITA S. IOHANNIS PRIORIS MOnasterij Bridlingtoniæ canonicorum regularium in Anglia, ex quodam MS. codice per Fr. Laur. Surium mutato stylo pressiùs & contractiùs descripta. Authoris nomen codex non habuit, sed est historia grauis, scripta ab eius æquali.



SACRATISSIMAE recordationis Iohānes Prior Bridlingtonensis, cuius grata solenni tas mirifici splēdoris radiis vniuersam illustrat & ornat Ecclesiam militantem, instar immotæ cuiusdam columnæ, in base fidei firmiter collocatę, mortalium omnium nutabundam confirmat instabilitatē, & benignę intercessionis consolatione sustentat. Is enim prima florentis ætatis exordia virtutibus consecrans, profligatis vitiorum tenebris, diuini timoris ampleam est itinera, & in Tobię vestigiis insistēs, atque spei & charitatis multos proferens fructus, sanctispiritus singulare quoddam sacrarium effectus est.

Octob. 10. Cap. 1.

Multis virtutib. ornat ad. huc puer. Tob. 1.

Multũ profecit in studijs literarum. est. A pijs verò parentibus enutritus, & studijs liberalium disciplinarum admotus, breui longo interuallo omnes post se reliquit suos condiscipulos. Neque tamen soli acquirendæ scientiæ deditus erat, sed cælestibus animo inhians, cùm esset in schola Oxoniensi, crebrò interruptis scholasticis disputationibus, interiori homini excolendo vacabat, templum animi sui supremo principi dedicãs, & in Dei ac proximi amore feruenti spiritu sese exercens, vt quidem ad nos perlatum est ab eius condiscipulis fide dignis: atque in ipsa iuuenili ætate Deo toto animo addictus, aduersùs illatas iniurias & contumelias placidum & tranquillum sese exhibebat. Leuitatem & petulantiam omnem perpetuò vitabat, suo potiùs & omnium cupiens militare creatori, quàm vanis & friuolis occupationibus tempus terere, & bonas horas malè collocare. *Hic Author indicat se eius fuisse æqualem.*

Cap. 5. Hunc verò in modum in virtutibus enutritus & educatus feliciter i Comitatu Eboracẽsi in locis maritimis, nec multùm a monasterio Bridlingtoniensi remotis, cùm biennium exegisset Oxoniæ, ocyùs domum reuersus est, atque illic non tam humana institutione partam, quàm cælesti vnctione infusam perquisiuit scientiam. Atque in ipsa iuuentute maturos annos induẽs, quod ætati deerat, virtutum studiosa conuersatione suppleuit. Cùm sic autem & scientia & honestis moribus ornatus esset, vir quidam celebris ac opulentus illum suorum filiorum voluit habere pædagogum, qui eos non solùm literas doceret, sed etiam à vitiis coerceret. At ille perpendens teneram esse lilii substantiam, quę spinarum aculeis facilè perforetur, timens etiam insanientis libidinis æstus, vicesimo ætatis suæ anno, magno religiosæ vitæ ardore correptus, virtutibus pręclarè instructus, Christi sempiterno seruitio se constituit mancipare. Mouebatur enim etiam iis rebus, quas partim quotidiana discebat experientia, tot inter homines existẽtibus contentionibus & discordiis diuturnis: partim memoria repetebat è scripturis diuinis, Abel & Cain vno parẽte editos, columbã & coruum pariter in arca commorantes, Isaac & Ismaelem inter se colludentes, ab ipsis primis creati orbis initiis improbos bonis admixtos: deniquè multos vndiquè malè blandientis mundi propositos esse laqueos. Horum igitur accurata cõsideratione incitatus, Bridlingtoniẽse cœnobiũ petiit, atq; illic haud secùs atq; Angelus è cælo veniẽs, hilariter acceptus, monasticum habitum induit, multaque morum i tegritate cõspicuus, & sancti spiritus flamma incensus, regularis obseruãtiæ admodùm studiosus fuit. Amabat Deum toto corde & tota anima, mente cælestia suspirabat, mundi huius res caducas omnes contemnebat, mirè perfusus gratia cælesti. Erat humilis, obediens, abstinentia rigidus, iustitiæ tenax, continentia insignis, in vigiliis frequens, strenuus in precibus, spiritu feruens, in sermone circunspectus & maturus, spe firmus, perpetuò in Dei seruitutem intentus. Cùm alii more suo vanis oblectamẽtis sese dederent, ipse vel orationi, vel lectioni incumbebat. Disciplinæ monasticæ tam fuit exactus cultor, ut nec minimas constitutiones negligeret: quod idem etiam suis fratribus in supremo spiritu attentiùs commendauit. Tanta verò humilitate fuit, vt cùm diuina officia attentissimo corde persolueret, libenter totis viribus aliorum vices impleret: in incessu autem omnem mundanorum hominum pompam prorsùs fastidiret & negligeret. *Senilis maturitas in iuuenili corpore.* *Gen. 48. 21.* *Fit monachus apud Regulares Canonicos.* *Catalog⁹ virtutum eius.*

Cap. 3. Propter eius eximias virtutes demandata ei fuere Præcentoris, Eleemosynarii & Supprioris ministeria, in quibus rectè atq; ordine sese gessit. Ab aliis functionibus, quę mundi huius tumultibus & tempestatibus expositę sunt, ad tempus illum diuina prouidentia pręseruauit, nè animus recẽs virtutum ornamentis pulchrè compositus, mundi huius occupationibus implicatus, fallaci rerum labentium amore obfuscaretur & excęcaretur. Ità ille protector noster Deus, vt quondam Noe à diluuio, Lot ab cælesti incendio, Isaac ab impendente gladio, Ioseph a fœminæ calumnia & carceris angustiis, Moysen ab ira Pharaonis, Rahab a ciuitatis excidio, Ionam a mortis periculo, Susannam à falsis testibus, Danielem a leonibus, tres pueros ab ignibus, sic monasticæ disciplinæ specimen a sæuientis seculi potestate seruauit. *Gen. 7. 19. 22. 41. Exod. 2. Ios. 6. Ionæ 2. Dan. 13. 6. & 3.*

Cap. 4. Sed cùm cresceret fama virtutum eius, accidit, vt monasterii Præposito in fratrum manus suum munus resignante, vota omnium sancto id agente spiritu, in eum conferrentur, quòd ea functione dignum eum existimarent. Sed ille, ut erat humilimus, ita ait ad eos: Itáne vos pigmæi imbecillas vires in Ecclesiæ structura columnam vultis cõstituere? hominem cæcum hostiles dolos & machinas posse peruidere putatis? aut canem mortuum, latratu suo lupos gregi Dominico insidiantes abigere? Ac verò ignorantiam, dum abest maceria aut idoneum munimentum, vineam Domini fraudulentas vulpeculas demoliri? Itaq; ego multa inuolutus ignorantiæ cęcitate, etsi ad columnam alliger, & multis conficiar plagis, nõ tamen ausus ero isthuc in me onus recipere. Ità illo sese excusante, alius electus est. At illo intrà annos nõ multos peste sublato, diuinæ sapientiæ prouidentia volens lucernam, tanta luce conspicuam, suis radiis etiam aliis prælucere, id effecit, vt denuò liberis fratrum suffragiis electus sit. Et quamuis ille oneris eius immane pondus attendens, ægrè ad tempus animi sui æstus tolerarit, tandèm tamen diuina consolatione perfusus, atque maiori ex ætate maturiori accedẽte iudicio, animaduertens quanto laboriosior est vitæ huius peregrinatio, tanto ex Dei gratia illustriorẽ quoquè fore triumphum ex hoste tartareo, supposuit humeros sarcinæ, confidens in clementia & adiutorio Saluatoris. *Recusat monasterii præfecturam.* *Iterum eidem præficitur consentiens.*

Cap. 5. Eo autem honore sublimatus, quemadmodùm sese gesserit, ingenii nostri tenuitas pro dignitate explicare non potest: Esurientes pauit, nudos vestiuit, frigus temperauit, dolori consolationis fomenta adhibuit, lachrymas abstersit, oppressos subleuauit, carceres aperuit, pacem conciliauit, fœderatos confirmauit, consopiuit lites, remoratus est bella, produxit inducias, ægris salutem, seruis libertatem restituit, dilatauit mœnia, clementia profligauit crudelitatẽ, detexit fraudes quadam veritatis fuco illitas, destructa instaurauit, noua construxit ædificia, agris fœcunditatem, horreis vbertatem attulit. Porrò verò quieti cõtemplationis feruẽtiùs operam dedit, cum fratribus nocturnis pariter & diurnis horis preces Canonicas tam accuratè persoluens, vt audito campanæ signo, negotiis secularibus occupatus si fuisset, voce lamentabili sępiùs fratribus diceret: Nunc quidem animus cupit cum cæteris ire ad ecclesiam, sed heu aliundè impeditur: Ita nimirùm Rachelis castos amplexus expetens, vt tamen Liæ diligentiam sibi minimè putaret omittendam. *Eius eximiæ charitas erga pauperes.*

Cap. 6. Solebat etiam frigidissimis anni temporibus in aurora Missæ sacrificium facere. Itaque omnipotẽs Dei amore accensus inexplicabili, ob nimium animi ardorem quædam deponebat vestimenta, frigori arcẽdo opportuna, nihil interim sentiẽs asperrimum gelu: immò verò ab eius vertice visebantur densi prodire vapores, perindè vt solet ex multùm bulliente aqua. Interim nonnunquàm rapiebatur spiritu eius *Magnus feruor & ardor eius.*

In Deum, corpus verò quasi exanime cernebat, suoque pondere depressum subsistere vix potuisset, nisi ab aliis esset sustentatum. Quodam die eiusmodi iucunda deuotione affectus, in sacello suo Missam celebrare voluit, ministro illius ei assistente cum homine quodam seculari. Præmissis igitur priuatis orationibus & meditationibus, mos sacerdotales induit vestes: cumq; anhelo pectore cælestis patriæ gaudia cõtemplaretur, vsq; ad Epistolam omnia ritè peregit. Tum verò clam dixit ministro, vt secularem hominẽ è sacello iuberet abscedere. Quod cùm factum esset, vsqueadeò diuino est amore inflammatus, vt præ multo lachrymarum imbre verba pronũciare nõ posset. Quod tamẽ ille non virtuti, sed infirmitati attribuit, nolens vt minister eius ad aliorum notitiam id gloriabundus perferret. Sed erat certè ille egregiè humilis, vt etiam eos diligeret, qui ipsum contumelia afficerent, ingratos beneficiis obrueret, vanas adulatiũ laudes odiret, honores fugeret, cum inferioribus ministraret, prouectioribus sociabilem se exhiberet.

Magna eius humilitas.

Cap. 7. Porrò gregi sibi commisso vigilanter intendens, aduersùm maligni dæmonis tẽtationes subditos suos & cohortationibus, & exemplis bonis egregiè animauit. Desides & pigros in præstãdo officio, castigabat: piè & religiosè se gerẽtes, fauore & amore prosequebatur. Diligenter admonebat fratres, vt a domibus officialibus mulieres excluderent, ni mente vacãtes libidini, à beatorum consortio fierent alieni. Cũ fratribus in refectorio cibum capere solebat, nisi hospites eiusmodi superuenirẽt, quibus eum adesse oporteret. Noctibus cubabat in dormitorio, nocturnisq; precibus, quas Matutinas vocãt, peruigil intererat, multùm reformidãs, si secus tẽpus expẽnderet, cũ lãpade vacua nõ se peruenturũ ad epulas cælestiũ nuptiarum. Aegrotos sollicitè visitabat, eis opportuno tempore res necessarias subministrans. Apud hospites iucundus erat, & sapienter aliis escas appositas distribuens, ipse inter delicata fercula solo pane sæpissimè vescebatur. Quod tamen nè aliis admirationem, ipsi gloriam inanem pareret, cibos concindebat ac partiebatur, sed cautè in quodam vasculo eos reponens, cùm edere putaretur, Dei amore carnem abstinẽtia macerabat.

Non est mente uacandum libidini.

Mira abstinẽtia inter epulas.

Cap. 8. Sermo eius haudquaquàm infructuosus fuit, nec delectabatur verbis friuolis & superuacaneis, sed vtilibus, ab ipsa scriptura diuina depromptis, cuius erat admodùm studiosus. Mos illi fuit, nocturnis precib' persolutis, reliquam noctis partẽ studio deuotionis impẽdere, solo Deo conscio, quid ab eo fieret: accurateq; in suos actus quotidianos inquirere, idq; nõ sine lachrymis & eiulatu. Ità meditando & contẽplãdo vsq; in auroram, qua sacrificium Missæ offerebat, præclarè occupatus erat: communitusque aduersùm vitia, omniũ conditori multas gratias agebat. Tanto igitur deuotionis igne inflãmatus, tot virtutibus instructus, precibus diligenter intentus, rara benignitate conspicuus, cælesti consolatione abundè fruebatur. Quàm verò insigni fuerit patientia, sequens historia declarabit.

Sermo eiꝰ qualis fuerit.

Noctis exercitia.

Cap. 9. Quidam è fratribus eius monasterii, magno furore commotus, procaciter ingressus in aulam, vbi vir mansuetus cum quibusdam familiariter conferebat, multa in eũ conuicia cõtumeliosè & impotẽter iactitabat, minis & clamoribus id se effecturũ sperans, vt ira permoueretur. At ille fellis expers, colũbinæ simplicitatis amans, ne verbũ quidẽ ei respondit. Id cernẽs quidã, præ cæteris viro Dei familiarior, Cur tã, inquit, atrocia huius hois dicta perfers, cùm verbo vno edicere possis, vt redeat ad cubiculum suum? Vides, quas suis verbis rationes prætexat, vtque ex latenti nequitiæ fouea tumens superbia, innocentiæ proculcatrix, caput exerat suum? Quid ità negligis existimationem tuam, honorisque tui iniuriam? Cur tantæ nequitiæ administrum nõ reprimis? Ei beatus vir sic respondit: Si flamma voras ędificii tecta lambens, in sublime feratur, num tu consultè factorum putabis eum, qui plus etiam materię in flãmam iniicere velit? Frater iste ad præsens magno ardet furoris æstu, cui si ego comminationum faculas admouere velim, furor eius magis magisque inflãmabitur, atque ità fiet, vt in rectam uiam placidè & amãter reuocari non possit. Sed vbi hæc flamma deferbuit, tum demùm ad oportuna remedia animo deliberato accedemus. His dictis, nihil commotus abscessit, cum Dauide sacræ scripturæ pulsans citharã, atque ità Saulis insaniam temperans. Ea enim suauissima harmonia didicerat inuidię vesaniam profligare. Quis, obsecro, tantam in eo non admiretur tolerantiam & æquabilitatem, cùm alioqui natura & habitudine esset cholericus, cuiusmodi homines solent facilè ira commoueri, & tamen naturæ propensiones comprimens, diuinæ gratiæ beneficio Christi se fidelissimum sectatorem comprobarit?

Modestia fert contumelias.

Elegans simile.

Cap. 10. Porrò etiam probatissimorum Ecclesiæ doctorũ libros, scriptura tum amator ardentissimus, studiosè perlegit, lectosque memoriæ commendauit. Rerum externarum ea moderatione curam gessit, ut tamẽ animę cum Deo coniũgendæ studia non omitteret. Ocium, vitiorum omnium fomentum, strenuè à se repellens, aut in Marthæ labores actuosos, aut in Mariæ quietas & iucundas contemplationes, incumbebat.

Legit sãctos patres.

Cap. 11. Frater quidam à mercatore non paruo ære sibi cucullum comparauerat. Sed posteà conquestus est venerabili viro, mercatorem illum contra fidem datũ intoleranda ipsum iniuria affecisse. Tum verò piissimus pastor, eius fastum & superbiam sanare uolens, cùm non esset nescius, quemadmodùm robigo ferrum, & tinea vestem corrumpit, ita superbia religiosam vastari humilitatem: manum suo pectori admouit, sicque locutus est: Nimiũ pretii est cucullus sex solidorum, ut illo tam putre cadauer obtegatur: his verbis fratrem cupiens prouocare, vt spreto habitu, ipsius humilitatem imitaretur. Nam quidã multa instantia apud eum egerant, ut propter functionis suæ dignitatem pretiosis vteretur pellibus: sed ille modestissimè respondit: Agnorum pelliculæ abundè sufficiũt arcendo à nostris corporibus frigori: videlicet nolens eorum ineptis persuasionibus obsequi, qui iam in sui contemptu perseuerans, secularis pompæ fastum omnem protriuerat, & adulterãtem superbiam eneruandi acceperat vires.

Superbia perniciosa monacho.

Respuit pompam uestium.

Cap. 12. Cùm Vitas sanctorum Patrum legeret, diligenter obseruauit locum quendam, vbi impurus dæmon scribitur visibilis apparuisse cuidam eremitæ. Quod etiam venerabilis memoriæ Vuilhelmum Slegtholmensem, tum quidem Capellanum, vt vocant, nunc verò miraculis celebrem, quibus illud monasterium egregiè condecorat & illustrat, cum permouisset, sciscitatus est à beato viro quid causæ sit, quod non ità iam conspicuum se præberet satan, ut olim conspicuuꝰ fuisset sanctis illis patribus. Ille verò respondit: Antiquorum Patrum animos non fallax splẽdor & inanis gloria, sed diuina gratia illustrarat. Itaque facilè illi fraudulentas inimici machinationes peruidẽtes, ceu pugiles inuicti illum fortiter expugnarunt. Quod ille superbus non ferens, difficilima tẽtationum certamina illis obiiciebat, mõstrosas formas & teterrimos impetus eis ingerens, vt eis illos protruderet in peccata. Nos verò qui facilè ei obedimus,

Cur dæmones antiquis patrib' uisibiles apparuerit, nobis nõ itẽ.

dimus, occultis tentationum iaculis citò prosternit, etiamsi nullam nobis retram speciē repræsētet.

Cap. 13.

1. Pet. 9.

Fama sanctitatis beati viri procul euagante, perfectissimi quinq; Britanniæ viri, à finibus terræ properarunt ad eum, audituri sapientiam Salomonis, planè persuasum habentes, se felices rediturós in sua, si eius essent perfruiti colloquio. E quibus nonnullis sciscitantibus, cur perfectiūs institutum monasticum non complecteretur, ille sapienter respōdit: In quolibet monasticæ vitæ genere possumus cō tinenter animo cælestis patriæ gaudia contemplari, & in virtutibus progredi. Interim tamen fateor me huius instituti ea, quæ substantialia uocant, necdùm impleuisse. Itaque temeritatis iurè arguendus sim, si laxioris vitæ etiam minima non obseruans, arctiori disciplinę me tradam, sublimia professurus. Quibusdam uerò percontantibus, quis canon monasticus potissimùm conficctandus sit, ille mox respondit, Euangelium secundùm Iohannem, Canones omnes excellere. Et certè ipse beat' vir inter huius processellosæ vitæ tam varios casus & innumera discrimina, diuini amoris pēnis ultra sidera sublatus, atq; indè contēplant quicquid hic orbis habet, id omne instàr aquæ prætetlabentes euanescere, prēclarā sancti Iohannis doctrinam, sibi ipsi uitæ normam delegit. Et sicut inter quatuor Euangelistas beatus Iohannes sublimiter ad cęlestia instar aquilæ euolās, summæ Diuinitatis mysteria euidentiùs pronunciauit: sic nostris temporibus alius Iohannes, cęlestiū mysteriorum probè conscius, eximio contemplationis uolatu, calcatis terrenis, se cęlestibus inseruit. Cui rei confirmandæ non parùm confert id, quod iam dicturi sumus.

Euāgeliū S. Iohānis perfectissimas hēt Christi institutiones quib. oēs Canones monastici militant.

Cap. 14.

Cùm aliquandò ex officio inuiseret loca diuersa, quæ monasterii ipsius ditione tenebantur, ad quandam inclusam diuertit in Comitatu Richemundiæ, vt inter tot externas occupationes spiritualibus colloquiis animum accenderet & inflammaret. Oblata autem fuerat illi inclusæ superiori nocte uisio, illam consolans atque confirmans, quam ea beato uiro exponens: Vidi, inquit, obscura nocte, nulla apparente luna, aquilam mirè formosam, expansis alis domum hanc circumuolitare, in cuius rostri acie chartula breuis hærebat, cui hæc verba erant inscripta: Iesus est amor meus. addiditque inclusa illa: Tu uerò pater, es aquila illa pro tuorum excellentia meritorum, qui magna animi constantia, mundi contemptu amore, diuino fortiter inhæres. Ille verò ad hæc ità respondit: Nos quidem eo animo huc accessimus, ut mutuis colloquiis omnipotentis Dei gratiam & beneuolentiam nobis conciliaremus: at nunc, vt video, malus dæmon, vitiorum nostrorum sagax explorator, per tot inanes sermones sibi in animos nostros aditum parat. Atque his dictis, ocyùs abscessit. Eum autem subitum recessum inclusa molestè ferens, sæpiùs conquesta est, se vix vllū vnquàm conspexisse, qui tam celeriter ab incauta laudatione sese subduceret.

Visio īclusa cuiusdam.

Multū abhorret a uana gloria.

Cap. 15.

Idem autem ipse beatus pater, animarum intrepidus & inuictus moderator, aduersùs monasterii quantumuis terribiles oppressores clypeo fortitudinis sese armabat. Administer quidam Lancastriæ illustrissimi ducis, exactor sæuissimus, illum suū dominum, tanquàm Assuerum alter crudelis Aman, in augmentum facinoris sui, in innoxium Mardocheū scelerate incitabat: fretusque eiusdem principis autoritate, tumenti animo uiro mansuetissimo multas intentauit minas in monasterii irreparabile detrimentū. Contra verò sanctus vir constantia arma tus, nihilque eius furore fractus, studuit lenire eius

Hest. 3. &c.

commotum animum, copiosè ei satisfaciens de iis omnibus, quæ obiiciebat: atque tandem in hæc verba prorumpit: Vide, nè pro uitioso erga dominum tuum studio & amore, qui te eò impellit, ut bona nostra quotidiè affligas & diripias, in tartarum detrudaris, pœnas illic daturus æternas: moxque recedés, à Domino opem & consolationem petiit. Et eccè manè Sole illucescente, qui paulò antè inflatus superbia, Luciferum quendam repræsentabat, magna cordis contritione immutatus, grauiter pollicetur, se perpetuum deinceps ei monasterio amicum fore: quod etiam reuerà præstitit, in rebus agendis fidelē monasterio nauans operam. Ità nimirùm gratia sancti spiritus mutat mentes improborum, efficitq; ut bonos ament, quos antè stimulante inuidia persequebantur.

Quidam monasterii infestus, subito mutatur in amicum.

Multa verò etiam miracula perpetrauit uir beatus, quibus nonnulla his inseremus. Quinque viri maris tempestate iactati, in summo discrimine uersabantur, ità ut se euasuros desperarent. Tandem sua lugentes peccata, atque ad animum reuocantes præclarè gesta à beato Iohanne, etiamnùm in corpore de corpore egregiè triumphante, illum continēter inuocarunt. Interim uident quendam uiro sanctissimo corporis lineamentis simillimum, in habitu regulari ipsis apparentem, & nauis malum sua manu firmantem, ipsamque nauim ad optatum litus appellentem. Illi tanto beneficio affecti, lætabundi properant ad monasterium, beatum virum inuisere cupientes. Vbi ad ecclesiam ventum est, ille eis uenit obuiam: & cùm nunquàm anteà uisus eis fuisset, ex imagine, quam in mari viderant, eum agnoscunt: aduoluuntur ad eius vestigia, gratias agunt pro liberatione sui à tam præsenti periculo. Sed vir Dei docet eos diuinę benignitati id tribuere, nihil sibi: hac ratione inanis gloriæ fumos discutiens. Potest id hoc miraculū beatissimo Nicolao Episcopo comparari, cum quo tàquàm illustris lucerna lucens in hoc mundo, bestialis corporis motus edomuit.

Cap. 16.

Inuocat', liberat a maris periculo famul.

Simile miraculū S. Nicolai.

Cap. 17.

Famulo quodam cum illo familiariter colloquēte, vir piissimus de vxoris & filiarum eius ualetudine percontabatur. Respondit ille: Vxor quidem recte habet: sed iam grandæua, & filiarum solano desti tuta, spem omnem sęcuodi tatis mihi abstulit. Tū uir Dei: Abi, inquit, domum. Dominum autē prosequatur te indeficiente gratia sua. Vbi proximè ad me redieris, indicare nè omittas, quo i statu sint res vxoris tuę. Et eccè concipit mulier, & duas in lucem edit filias: quarum alteram gibbus mirè detorpans, ipsam quoque eius faciem horrendum in modum occupauit. Reuersus posteà vir ille ad monasterium, & cū sanctissimo viro colloquens, rogatur ab eo, quinam vxor valeat & filiæ. Tum ille: Vtinàm, inquit, sanctissime pater, alteram filiam mors ab hominum oculis auferret, quam gibbus adeò deformat, ut sine horrore adspici non possit. At vir Dei: Ab origine, ait, macula salutari lauacro repurgatam, non debes horridam dicere: sed tamen ocyùs domum te conferens digitum ponas in gibbi summo uertice, quemadmodùm ego nunc digitum impono fronti tuæ: ego verò rogabo incessanter Dominum, ut sanetur. Redit ille domum, ter apponit digitum gibbo, atque intrà breuis horę spatium puella curatur. Venit interque parens ad virum Dei, pariter multis eum laudibus uehunt. Sed increpantur ab illo, perpetuumque eis indicitur eius rei silentium, donèc ipse superstes erit: monenturque laudare Deum, & ei sine intermissione gratias agere. En alterum nobis Elisēum, Giezi puerum cum baculo mittentem ad excitandum mortuum: vbi tamen id interest, quòd Eliseo absente,

Eius precib' mulier parit duas filias.

Curat gibbosa puellā.

4. Reg. 4.

absente, nihil profecit Giezi: at nostro Iohanne etiã absẽte, ad famuli cõtactũ restituta est puellę sanitas.

Cap. 18. Alio tempore fœminam è febribus valde laborantem curauit precibus suis. Accessit quandoque ad granarium, & cùm uidisset perparùm illic haberi frumenti, quod fratribus sufficere non posset, ait ad ministros: Frumentum isthuc diligenter asseruate, cui Deus larga manu addat benedictionem suam, illudque augeat & multiplicet. *Frumentũ diminutus augetur, illo deprecante.* Non fuit inanis tanti viri deprecatio, frumento illo intantum aucto, vt decẽ partibus priorem mensuram excederet. Eundem in modum posteà etiam hordeum auctum est.

Cap. 19. Adueniente autem tempore, quo sancta eius anima post reportatam ab hoste victoriam, sedes æthereas penetratura erat, peste correptus est in latere. *Peste corripitur.* Venientes igitur ad se fratres, morbo ingrauescente, paucis hortabatur, vt humilitatis, concordiæ & obedientiæ iura semper illæsa seruarent, atque per charitatem vnanimes, statuta monastica etiam minima religiosè custodirẽt, ipso defuncto, cõcorditer eligerent pastorem, qui charitatis eloquijs gregem illum confirmaret, dirigeret ac tueretur. Et cùm in mentẽ ei venisset, noluisse Christum in domum reguli intrare, nè diuitias suscipere videretur: & diuitem epulonem cruciari apud inferos, Lazarum in sinu Abrahæ quiescere, acriter in diuitiarum amorẽ inuectus, eas suo exemplo docebat contemnendas, ità subiungens: *Iohan. 4. Luc. 16. Contemnit diuitias.* Auri copiam nostra crumena non habet; nec tamen, Christo nos adiuuante, quicquam vlli hominũ debemus. Animaduerto quidem, nos non placuisse omnibus: sed tamen quã ratione functi simus munere nostro, certis indicijs, me defuncto, cognosceris; resque ipsa quorumcunque, infensis animis facta nostra carpentium, ora occludet.

Cap. 28. His absolutis, cùm magis magisque pestiferũ uirus icresceret, ille cilicio ad nudã carnẽ indutus, celeriter dissolui cupiebat, & esse cum Christo. Superuenit autem medicus quidam, qui hortabatur eum remedium accipere aduersus morbum illum, non quòd speraret pelli eum posse, sed vt ad tempus mitesceret. *Sitiur me hema.* Cui sanctus vir: Si omninò, inquit, sumenda est medicina, parati sumus humiliter obedire: memor enim erat regulæ, sic iubentis: Fiat sine murmure de consilio medicinæ. & sequitur: Faciat, quod faciendum est pro salute. Posquàm enim vsus est pharmaco illo, perspicuè animaduertit omnes spiritus interiores paulatim reuiuiscere. Sed paulopòst cùm alij egressi essent, dixit ad Capellanum: Sentio iam, vt medicina vim morbi à corde depulerit, at tamen adest præ foribus mors. *Sapè eũ decũbẽtẽ uisitant Angeli.* Sic igitur tribus continuis diebus decumbens, sæpe beatorum spirituum visitatione & cælestibus visionibus confortatus est, idque adeò, vt pro illorum supernorum ciuium reuerẽtia, quos sibi assistere cernebat, sursùm adspiciens, crebrò deponeret pileum, eosque hilariter salutaret. Tanta autem virtutum gloria cumulatus, decem & septem annis Prioris officio strenuè functus est, & anno ætatis suæ sexagesimo, sexto Idus Octobris, ea hora, quam Capellano prædixerat, à corpore migrauit in cælos, & in diuinæ lucis abyssum. *Obit eius.*

Cap. 31. Innocẽtia & mundicia eius qualis fuerit &c. Multis ille virtutum exemplis, tanquàm luculentis radijs, militantis Ecclesiæ firmamentum, dũ adhuc viueret, illustrauit. Innocentia Abel fuit, Enoch munditia, quandò proculcatis vitijs, per virtutum itinera cum Deo ambulauit. Spei certitudine Noè, ex virtutum materia arcam cordis fabricans, qua ab inferuorum diluuio & fluctibus æstuantis gehennæ liberatus est. Abraham fide, duos enutriens filios, qui eius vestigijs inhærentes, illud monasterium miraculorum signis illustrarunt. Iacob labore, propter Rachelis obtinenda consortia, Liæ actuosas occupationes non recusans. Iob & Tobias patientia, inimicorũ vexatus iniurijs, nec tamen peccans labijs suis. Humilitate Dauid, Salomon sapientia. dedit enim ei Dominus cor sapiens vltra omnes eius decessores. Ezechias pœnitentia, etiam ob minima peccata multis se lachrymis afficiens, & non mediocriter dolens. *Susannã habet Author.* * Iohannes Euangelista castitate, corporis luxum castigans, & omnia contemplanti Deo semper placere desiderans Iohannes Baptista abstinentia, inter delicata fercula, contempto gulæ appetitu, paucis, iisque minimè delicatis, contentus escis. Post obitum suum multis claruit miraculis, ab obsessis expellit dęmones, paralyticos sanat, claudis restituit gressum, cæcis visum, permultos vita functos excitat, leprosos curat: omnia morborum genera, si cum deuotione inuocetur, profligare nouit. *Multa post eius decessum mira cula.* Quòd si nos singulatim annotare velimus, quę uirtus diuina & in vita, & post obitum per illum operata est, lectori nimia rerũ copiã fastidium afferemus. Et tamen si quis nosse ea velit, extant in eius monasterio codices, in quibus innumera beneficiorum eius genera conscripta habentur. Obijt vir sanctissimus anno à partu Virginis millesimo trecẽtesimo septusgesimonono: regnãte Domino nostro Iesu Christo, cui cum patre & spiritusancto est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

MARTYRIVM SANCTORVM & gloriosorum Christi Martyrum, Tarachi, Probi, & Andronici, vt habetur in Simeone Metaphraste.

11. Octobris. Cap. 1. DIOCLETIANVS tenens Romanorum imperiũ, vir qui errori cultus dæmonum erat mirum in modum addictus, volebat quenlibet Christianũ abiurare pietatem, veramque religionem, literis & edictis per uniuersum orbem terræ spargẽns hãc impiam vanitatem. Ea de causa multis quidẽm ex fidelibus labefactabatur animus: alij autem metu tormentorum, quorum minæ fuerant intentate, in solitudinibus latebãt & montibus. *Multi de fficiunt in persecutione Diocletiani.* Pijs enim vbiquè erant tensa retia & laquei. Tunc verò fortissimi Christi milites, qui tres quidem erant numero, & genere solo & differentia patriæ diuidebantur: (Taracho enim, primo martyrum, patria erat vrbs Claudij Cæsaris. Probo verò, quæ ad Orientem sita est, Pamphylia: Andronico autem ætate tertio, insignis metropolis Ephesiorum) *Horum martyrũ patria.* in Deum autem charitate & fide, vnum esse apertè cognoscebantur: cùm vel solùm uersari cum impijs, reputassent esse abnegare pietatem, seipsos separantes à communi multitudine, tacitè, & per se alebant suum in Christum desiderium. *Pietas.* Cæterùm vel ipsam uitam non putabant uitalem, nisi essent Christi passionũ propter Christum participes. Scopus autem erat eis suæ ad Deum orationis, à martyrio minimè excidere, & non facere Christi iacturam, quem pro omnibus habere delegerant. *Scopus eorum quis fuerit.*

Cap. 2. Cùm uersarentur in his beati athletæ, mittitur in partes illas quidam Præses ab Imperatore, nomine Maximus, uir, qui ad extremam processerat in dæmonibus colendis superstitionem, & cuius crudelitas iactabatur vulgi testimonio. Is cùm ad Tarsensiũ uenisset ciuitatem, protinùs ad examinationem sedit in excelso tribunali iudicans, aut certamen potius

tius

tiùs parans longè difficilimum. Illi autem assistebat magna multitudo lictorum, qui illius nutibus & gestibus se promptè parituros esse significabāt. Cùm ergò ijs, qui tunc erant cultores dæmonum, martyres propter veram religionem euasissent manifesti, & iam comprehensi fuissent, ij, quibus hoc incumbebat officium, Iudici de illis significarunt. Ipse autem vetuit quidem eos sisti communiter, sed singulatim potiùs introducens, eos examinabat, maligno hoc agens consilio, & cogitans fore, vt inuictos sic faciliùs expugnaret.

Comprehenduntur sancti martyres.

Et primus quidem, videlicet ætate, Tarachus in medium accedens, cùm rogatus esset, quisnam vocaretur, seipsum confessus est esse Christianum, intrepidè dicens iniusto Iudici: Quod tu, tanquam crimen, persequeris, hoc est mihi ornamentum, & nomen proprium. Quoniam verò id quoquè, quod à parentibus mihi fuit impositum, vis scire, vocor Tarachus. Cùm autem essem miles, infernè abnegaui militare, quoniam arma nostra, qui sumus Christiani, non sunt carnalia, sed Deo potentia (vt dicit Paulus) ad destructionem aduersarij. Fac ergò, quod velis: erò enim tibi per Deum, qui est in me, stimulus & perturbatio. Et nec me senectutis & canorū admoneas, qui sum iuuenis animi alacritate: neque inconsideratè, & præter rationem sit à tuis Imperatoribus, ed voces legem patriam. Vnus est enim noster & verus pater, Deus, qui nos etiam produxit ad essentiam. Tui verò dij cum sint ligna & lapides, sunt abominationes. Talia sunt, quæ à tuo Imperatore coluntur simulacra.

Tarachi constantia.

2. Cor. 10

Iuuenem se dicit animi alacritate.

Cap. 3.

His accendens iram Iudicis, vt qui dijs insultaret, & Imperatoribus, in maxillis protinus subijt iniuriā: deinde etiam in collo multis horis fuit verberatus. Quod spectaculum ne poterant quidem ferre ij, qui aderant: quo circa aggrediebantur etiam admonere, vt stultè loqui, sicut eis videbatur, desisteret. Quibus martyr scitè admodùm & appositè, Libuum sexaginta, inquit, totos sex annos diligenter. O stultam exercuerim locutionem, hora vna ècte visionam longo tempore est acquisitum, expellam ea beato vnā per hoc, quod pro pietate suscipio certamen: nulla ar par meam in Christum verum Deum fiduciam, neque si nobis alius minetur Maximus, hoc longè grauior, & importunior. Harum martyris vocum libertatem non ferens iniquus Iudex, iubet ipsum virgis cędi crudeliter. Cùm autem post plagas maneret animo immobilis, grauioribus quàm priùs ferreis adstrictus vinculis, abductus est in carcerem.

Ceditur in maxillis & collo.

Virgis ceditur.

Cap. 4.

Deindè is quoquè, qui erat secundus ætate, productus est ad tribunal. Ille autem citra moram, & paucis dixit omnia, nè differret pari. Diuina quidem, inquiens, & præcipua appellatione vocor Christianus, humana autem Probus. Sum Thrax genere, homo priuatus, Imperatorum & tuas aduersus veram religionem voces, o Iudex, execrans, & vestram maximè amicitiam, vt quæ à Deo disiungit: magno enim precio emi esse Christianum, vt qui omnes, quas habebam, facultates, quæ erant non paucæ, contempserim, propter mandatum spiritus. Quæ cum dixisset, alligatus & extensus accepit bouillorum neruorum ictus, vel niue cadente crebriores. Et cùm terra irrigaretur sanguine, & stuperent, qui circunstabant, & ad eum clamarent: Vide hunc fluxum maximè terribilem, & tibi parce: martyr ad eos intuens, Quo qui certant, inquit, vnguntur, oleum aut vnguentum, hunc sanguinem reputo: & ideò ad certamina euado alacrior. Deindè etiam in ventre rursus similiter verberatus, cùm terram abundantiori sanguine fecisset purpuream: Christe, fer mihi opem, solùm est elocutus. Et cùm dixisset præses: Si tibi opem ferret, te liberaret ab omnibus his tormentis: sapienter admodùm respondit vir iustus: Non quæro non pati, sed fortiter ac cōstanter ferre perpessiones. Nemo enim ex ijs, qui decertant, si fuerit sanæ mentis, petierit auferri à certaminibus, quibus assequitur coronam & præmia. Verùm te latet, o Iudex, me & valdè fuisse exauditum, & mihi datum fuisse auxilium. Tua nanque contemno tormenta, non victus ab ijs, per quæ putasti te me esse victurum, & ea acerbissimis corporis doloribus animū nactus robustiorem. Cùm his simul cessisset, & eum dimisisset Iudex, eum quidem ferro vinciri, & in carcerem abduci iubet, & extendi in quatuor foraminibus ligni, ad torquendum constructi.

Probi eximia virtus.

Verberatur neruis bouum.

Eius præclara virtus & constantia.

Cap. 5.

Post quem tertius fuit introductus Andronicus, corpore quidem iuuenis, ijs autem, qui priùs decertarunt, ingenio æqualis, & perfectus. Quamobrèm & constantiam, & dicendi libertatem, & eandem ostendit orationem, se Christianum vocans, & Christi seruum. Cùm autem post interrogationem iussus esset se non stultè gerere, sed sacrificare, altiore simul, & veriore modo respondit iudici: Rectè, o Maxime, dicens, certamina nostra nominasses stultitiam, si spe frustrarentur. Si quis autem adspexerit ad spem & remunerationem, quam Verbum promisit saluare, ipse quoquè omninò dicet cum Paulo: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad gloriam reuelandam in nobis. Ille autem morsus hac philosophia martyris, cùm vellet ostendere verba nihil aliud esse, quàm verba, inuenit res ipsas eis ferre testimonium, & ea confirmare. Nam cùm iussisset eum suspendi in ligno, imperat vt ferro eius imprimerentur tibiæ: deindè, vt eius latera pungerentur stimulis acutissimis, & sale affricarentur, & testis lacerarentur: hoc moliens, vt deficeret athleta dolorū acerbitate. Sed ille dicebat salem reddere corpus firmum ac solidum, vt posset sufficere reliquis certaminibus. Quamobrèm rursùs defessus is, qui puniebat, iussit eum quoquè similiter custodiri in carcere.

Andronici animi constantia.

Rom. 8.

Amarissimè cruciatur.

Cap. 6.

Cùm igitur horum trium fortissimorum virorū, hanc pulcherrimam sumpsisset experientiam, rursus eos singulatim, priori quoquè tunc vtens ordine, produxit ad tribunal. Rursùsque assistens Tarachus cum maxima dicendi libertate, Præsidem, Imperatores, ipsorumque deos esse maximè imbecillos arguit fortissimè. Vndè etiam corpus confringitur lapidibus, & ignem manibus accipit non pusillo & abiecto animo. Deindè sublimis præcepsque suspensus, ex fumo nares acerbissimè permeante excipit tormentum. Quinetiam huic rei iam graui adiungentes accessionem, tùm aceti, & salis, & acerrimorum seminum mixtionibus facta esset acrior temperatio, quod hinc fuerat contemperatum, per illius nares crudelissimè percòlant. Ille autem hoc intolerandum tormentum fortiter ferens, & ignem quidem frigidum, si eum igne æterno conferatur, reputans, dulcem autem illam acerbam qualitatem, sic rursùs ferro vinctus conijcitur in carcerem.

Tarachi summa dicendi libertas.

Dire punitur.

Secundus post eum Probus sistitur ante iudicem, ridiculos quidem illius deos ludificans ex ijs, quæ Græci de ipsis fabulantur: Imperatores autem, vt qui ex æquo nefaria simul facerent, & iuberent. Verberatus verò ipse quoquè in os, & hoc tormento veluti exultans & exiliens, cōdemnatur stare super ferrum candens. Cùm autem hoc tormentum videretur potiùs lætitia, quàm molestia afficere martyrem, iubet iudex ferrum magis candefieri, & super id quamprimùm imponi athletam, & ex negligentia ministrorum, non ex diuino auxilio, existimans esse martyris fortitudinem. Illud autem frigidum vocabat

Cap. 7.

Probi virtus & supplicia.

athleta,

Per fusus noua supplicia.

athleta, & iudicis inuenta, tanquam stulti, irridebat. At in dorso plagas is, qui irridebatur, contrà furiosè imponit: iubetque ei tonderi comam, & carbones ignis immitti in tempora, & linguam extrahi, vt amputaretur. Martyr autem, cùm priùs iudici dixisset: Est mihi lingua, quæ non potest excindi, & alioqui immortalis, quam audit Deus, qui etiam se vocem sanguinis dixit audire clamantem: eam protinùs porrexit. Quam cùm ille secari fecisset, eum transmisit in carcerem.

Gen. 4.

Cap. 8. Andronico blanditur Iudex.

Cùm verò ad diuinum transijsset Andronicum, & experientia persuasum habuisset, quòd omne genus tormenti esset apud eum inefficax, conuersus est ad deceptionem, & ei dixit: Gere te hac in re sapienter, & sacrifica, priusquàm grauissimum, & cui nullum erit remedium, quippiam patiaris. Quid enim commodi acceperunt amici tui ex vana sua constantia, qui tandem post multa tormenta conuersi didicerunt, quod sibi expediebat, & deos coluerunt? Ad hæc autem Christi martyr: Si mihi quidem, inquit, persuasisti, illos quoquè credo fuisse persuasos. Sin autem ego non sum persuasus, (absit enim, vt ego vnquàm ità à me discedam, & adeò insaniam) habeo meam sententiam pignus illorum constantiæ. Vna est enim in omnibus pia cogitatio, quoniam omnes quoquè vnum sumus in Christo Iesu. His Tyrannus rursus ira percitus, minatus est se eum in intolerabilia coniecturum tormenta. Et statìm duris simul neruis vehementer est flagellatus, & perpetua plaga factus per totum corpus. Tunc ridens, dixit athleta: Falsæ fuerunt, ò Iudex, ea quæ es minatus, cùm non potueris aliquid noui excogitare ad superandum potens, sed rursùs circa paria verseris supplicia. Existimans itaque Iudex se sanctum maiori dolore affecturum, iubet plurimum muriæ effundi in plagas illius. Ei autem dicit martyr: Etiamsi acrem salem iubes meis plagis inspergi malo animo, scias tamen te non ideò acriorem mihi inferre dolorem, sed reddere meum corpus alienum à putredine. Nam ipse quoquè vides, quòd cùm sim totus vulneratus à prioribus plagis, alius nunc appareo, ne minimam quidem notam in me ferens, Christi mei virtute mutatus admirabiliter.

Sapienter in primis respondet Andronicus.

Irridet pœnas.

Muria infunditur eius vulneribus.

Cap 9.

His verbis, velut quodam stimulo, punctus Iudex, sæuiebat in ministros, nec poterat contineri. Existimabat enim medicos latenter ingressos, curã gessisse martyrum. Ipsis autem sua capita amputanda porrigentibus, si quid tale factum fuerit deprehensum, illorum defensionem arbitratus sui accusationem, Iudex grauius angebatur, non ferens videre vim veritatis, cui ipsi inimici ferebant testimonium. Quamobrèm in minas desinens, (quod solum, quid agant nescientibus, relinquitur confugium) iubet eum conijci in carcerem, reliquum certamen reseruans in diem sequentem. Quænam ergò sunt deinceps consecuta? Congregatur rursùs aliud theatrũ hominibus frequentissimum: & tertiò sedens Iudex in excelso tribunali, duxit martyres ad tormenta, veluti in orbem choream circumagentes. Et cum nullam priùs prætermisisset aut illiberalem assentationem, aut obscuram calliditatem, neque proficeret, egressus est ad modum belluinum, & eius planè, qui cædem spirat: & singulis tormentis, tanquàm quædam fera agrestis, sanctorum carnes mandidit: vt qui Tarachi quidem capitis pellem excoriauerit, & id ardentibus carbonibus consperserit, & aures nouacula execuerit, & labra mutilauerit: Probo autẽ oculos effoderit, & vinum atq; cruore permixtum, ori eius infuderit, & inuoluntaria hac participatione hoc maximè tyrannicum inuenerit supplicium. Cum autem carnes execrandis pollutas sacrificijs in os tertij iniecisset, & vinum inquinatorum libaminũ admittere coegisset, postremò oculos ei iubet effodi. Cùm omnium autem similiter mamillas, latera, tibias & digitorum intermedia candentibus verubus transfixisset, & ad ossa vsque combussisset: vidisset autem omnia conuicta, & perijsse machinas suppliciorum, Probo & Andronico carnium in ara sacrificatarum, & profanorum libaminum gustum miser irridens exprobrabat.

Conijcitur in carcerẽ S. Tarachus.

Horrendũ in modum cruciantur martyres.

Cap. 10.

Tunc Andronicus valdè ridens illius amentiam, respondit pro se, Proboque: Post multa tua inuenta, & illos omne genus cruciatus, abiectis armis, te fateris esse victum. Si hoc enim pluris faciebas, non decertare, vt expugnares nostrum liberum animi arbitrium, & conuerteres ad id, quod tibi videbatur: sed solum nobis inuitis ori admouere sacrificium, & videri vincere, oportebat te hoc facere ab initio, vt citò liberareris a negocijs. Quoniam autem cupiebas nostram vincere cogitationem per traductionem à vera religione ad impietatem, propterea à te vniuersus fuit in nos consumptus labor. Est verò animæ certamen martyrium per labores corporis intermedios. Cæterùm didicimus à nostro Deo non timere eos qui corpus occidunt, animam autem nõ possunt occidere: Sed si quid tibi videmur peccauisse, quòd in os nostrum, nobis inuitis, iniectum sit aliquid carnis in ara immolatæ, & cultus idolorum nos criminis insimulas, labra quoquè adime, vt quæ tua libamina, licet inuita, tetigerint. Sumus enim parati ad omnia, si exceperis, sacrificare dæmonibus, aut aliquid aliud facere ex ijs, quę sunt prohibita. Bestias verò nutrians, nequaquàm nos terres. Nihil enim habebis tua anima agrestius, aduersùs quam ab initio decertauimus. Audiuit hęc Iudex: & tunc quidem athletas transmittit in carcerem, eorum corpora bestijs exedenda recondens. Crastino autem die in theatrum, quod erat extra ciuitatem, iubet præclaros fortesque portari sanctos, qui ampliùs non poterant ingredi. Positi autem in medio semimortui, mutilati, priuati membris, quę se videnda offerunt, & per quæ homo cognoscitur, consumptique sectionibus, & exustionibus ostenderunt se esse integros & perfectos, ut qui participẽ rõnis & internum hominem, qui factus fuit ad sui creatoris imaginem, quique iussus fuit præesse bestiis, & reptilibus vniuersæ terræ, absolutum haberent, & nulla re defectum. Emissę enim bestię, sancta corpora nequaquam tetigerunt.

Liberum animi arbitrium.

Martyrium est animæ certamen.

Matt. 10.

Exponuntur sancti martyres a bestijs deuorandi.

Gen. 1.

Bestiæ non attingunt eos.

Cap. 11.

Maximus autem valdè indignabatur: qui minatus mortem ei, qui curam gerebat bestiarum, fecit emitti vrsum crudelissimum; qui cæteris pęteritis, iuit ad sanctum Andronicum, & assidens, vulnerum saniem lambebat lingua. Sanctus autem suum caput subijciens eius dentibus, contendebat ad iram prouocare, studens à fera deuorari, & desiderãs ad Christum resolutionem. Ille autem simul cum eo, qui vim afferebat, huc & illuc circumagebatur, & cum eo videbatur ludere, & agrestis naturę erat quodammodò oblitus. Quem qui erat à ratione verè alienus Iudex, ratione magis, quàm rationis egestate, vsum non sine Dei numine, condemnat vt interficiatur, illius opus esse credens id, quod factum fuerat, non autem Dei, qui facit mirabilia. Post hæc agrestis quędam & immanis leęna emissa est in sanctos. Quæ cùm totum theatrum maximo rugitu terrefecisset, & pernici cursu ad martyres accessisset, suum quidem refrenat impetum, prócidit autem ad pedes sanctorum. Tarachus autem cùm sanctam manũ extendisset, & partim quidem pilis, partim verò au-

Viderem mirum in fera bellua.

Itèm in altera.

se

tę appręhendiſſet, ad ſe trahebat. Illa autem cùm placidæ ouis inſtàr, contrectari non renuiſſet, ad portam poſtea accurrit, & infiſit dentes tabulis, & per vim conabatur egredi: nec priùs dimiſit, quàm clamaſſet populus, iubens eam foras exire. Hæc autem & his ſimilia nemo putarit non credenda, legens epiſtolam, quam ſcripſit ad Romanos diuinus Ignatius. Sic enim habet: Me iuuetior beſtiæ mihi paratę, quas etiam opto in me inueniri promptas. Quibus etiam blandiar, vt me breuiter deuorent. Quòd ſi etiam nolint, ego eis vim afferam.

Epiſtola Ignatij ad Romanos

Cap. 15.

Martyres decollantur,

Hinc Maximus animi dubius, planeque neſciens quid ageret, cùm videret ſanctos martyres per omnia reſplendere, & haberi in admiratione, eos morte condemnat. Qui cùm tanquàm rem deſideratam, hanc extremam accepiſſent ſententiam, truncatis capitibus, coronati migrant ad veram vitam, fruituri pmijs immortalitatis, & ea, quæ eſt illic, beatitudine. Sed inuidus quidem, & ſceleratus Iudex, nobis inuidens ſanctorum reliquias, iubet corpora martyrum profanis admiſceri corporibus, quæ fuerant interfecta à gladiatoribus, decem militibus mandans, vt ea ſeruarent. Deus autem rerum admirabilium, conuiuatoribus cuſtodibus, cùm iam rogum accendiſſent, magna vi repentè cadentium imbrium, & ingenti terræmotu, rogum quidem extinxit, cuſtodes autem vertit in fugam. Cumque cum alijs permixta eſſent ſanctorum corpora, & ignorarentur propter tenebras, ſtella lucidiſsima è cælo terram illuſtrans, & ſtans ſuper vnumquodque corpus, præbuit lucem ad ea agnoſcenda, illam fortè ſtellam imitans, quæ in Chriſti ortu ſecundùm carnem, Magos ex Perſide euocauit, & deduxit. Hæc autem facta ſunt, cùm quidam fideles in monte genibus flexis Dominum ſupplices rogarent, nè priuarentur dono ſanctorum membrorum, quæ propter eius gloriam ſupra modum decertarunt. Ea verò deſcendentes ſuſtulerunt: & ſummo ſtudio propter metum Præſidis, in monte in petra concaua condiderunt, glorificantes ſanctiſſimum nomen Chriſti Dei noſtri: Quoniam eum decet omnis gloria cum patre principij experte, & ſancto ſpiritu, nūc & sēper, & in ſecula ſeculorū, Amē.

Nota de ſacris reliquijs.

Matt. 2.

VITA ſanctiſſimi Patris Theophanis, Epiſcopi Nicea, (cuius feſtiuitas V. Idus Octobris celebratur) deſcribitur in Vita fratris eius S. Theodori, 26. Decembris Tomo ſexto, ad quem Lectorem remittimus. Item in præfatione Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Anaſtaſij bibliothecarij.

VITA S. GVMMARI PRAECLARI cōfeſſoris, Authore, ni fallor, Theobaldo. Nam codex nomen Authoris non habet, cùm tamen conſtet Gummari vitam ſcripſiſſe Theobaldum ad Sigerum Lerenſem Præpoſitum. Eſt grauis hiſtoria. Author copioſus eſt: aliquot locis ſtylum modicè correximus, quibuſdam ſuperfluis omiſſis.

CAP. I.

Octobris 11.

**Renenſis S. Gummari patria.*

SANCTVS Gummarus præclara ſtirpe ortus, apud Emblehem*Rienſis prouinciæ vicum natus eſt & enutritus. Qui ſanctis pollens exordijs, ſanctioribusq; poſtmodùm inſiſtens ſtudijs, ſanctiſsimo fine curſum vitę conſummauit. Nam à cunabulis mancipatus Deo, tantum creſcębat fide & virtutibus, quantùm corpore & ætate. Auertens enim ſe à vanitate & ludis, ad cælum ſuſpirabat, illic patriam ſuam eſſe affirmans. Et quid me multa de principio ſanctitatis eius dicere attinet? Lenis erat ſermone, conſtans in bono opere, humilitate ſubmiſſus, pietate ſiue benignitate profuſus, vigilijs & ieiunijs caſtigans corpus ſuum, in præſtandis eleemoſynis largus ac liberalis. O virum ſanctum, qui ad tantum perfectionis culmen abſque ſcientia literarum pertigerit. Non enim habuerat magiſtros, nec legere ſcripturas didicerat: legem verò Dei ſcriptam in tabulis carnalibus circunferebat: magiſtrumque habebat, quē & metuebat, Deum. Ita enim Dominus in Euangelio dicit: Nec vocemini magiſtri: vnus eſt enim magiſter veſter, qui in cælis eſt. Comparetur, ſi placet, quorundam hominum ſcientia cū huius viri inſcientia. Multi literati, multi ſapientes num ei poterunt æquiparari? Legunt antiquorum & recentium patrum ſcripta, & ex notitia ſcripturarum quaſi ſemina concipiunt, vt fructum indè referant, & diſcant operari bonum: ſed tamen ad bonum opus faciendum non exurgunt. Nonne igitur huius viri ignorantia, illorum videtur ſcientiæ anteferenda, qui Deum diligebat & proximum, declinans à malo ſemper, & faciens bonum?

Vanitatem fugit.

Neſcit literas.

Matt. 23.

Literati doctis ad bene agendum, non pergunt.

CAP. II.

IGitur cùm bonorum operum flores ſanctus Gummarus emitteret, ad aulam Regis perductus eſt à parentibus ſuis: dignus quidem, vt regni principibus intereſſet, & negocia regni procuraret. Pipinus eo tempore regni habenas moderabatur: & ab illo quidem Gummarus ſuſceptus eſt, ſed mallet vtiquē Deo ſeruire, quàm Regi: mallet priuatus viuere, quàm in aula verſari. Cogitabat enim ſeſe quaſi procul à litore abductum in procellas & turbines ſeculi, in quo tumultuantur vitiorum cunei, vbi ſuperbia regnat, auaritia ſolicitat, inuidia mordet, luxuria ferueſcit & ardet, cæteraque vitiorum acies hominem oppugnat. Sed voluntati Dei reſiſtere quis poteſt? Ille eum in ſublime voluit eleuare, cuius in Euangelio vox iſta eſt: Nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt. Pro ſua vero induſtria non ſolùm Regi gratus & acceptus, ſed etiam cunctis optimatibus eius chariſsimus fuit. Sermo eius ſapientia conditus erat: omnia opera eius Deo & hominibus placebant.

Degit in aula Regis, ſed inuitus.

Matt. 5.

CAP. III.

NEc multum temporis defluxit, & magna præfectura honoratus eſt. Ità Deus, quos vult, viuificat: qui arbitrio ſuo & occulto iudicio alios humiliat, & alios ſublimat. Sicut Ioſeph quondàm de vinculis & carcere ad gratiam Pharaonis & principatum Aegypti prouexit: ità nunc ab Rienſi prouincia ſanctum Gummarum eduxit, & in palatio magnificè exaltatum, regia familiaritate honorauit. Prouidit ille, nè Aegyptus ſame interiret: prouidebat iſte, quantùm poterat, nè iuſtitiæ penuria pupillos, viduas & orphanos grauaret. Per omnia benedictus Deus, qui ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

Præfecturæ admouetur.

Gen. 41.

1. Pet. 5.

CAP. IIII.

LIbet nunc breuiter recitare de ſancto Gummaro rem quidem exiguam, ſed magnæ pietatis plenam. Non ulla incitante libidine, ſed cogente Rege, vxorem duxerat Guinmariam, longè à ſuis moribus diſcrepantem. Nam quantùm ille humanitate & miſericordia, tantùm illa crudelitate redūdabat. Cùm ergò iuſſu Regis ad expeditionem ſe pararet, domus ſuæ totiusque familiæ curam poteſtatemque

Ducit vxorem.

Vxoris eius in familiam magna inhumanitas.

ei reliquit, admonens, vt erga subiectos multa vteretur mansuetudine: sic profectus est. Sed illa quadam belluina feritate post eius abscessum cœpit sæuire in suos, falsò illis quasdam affingens culpas, & eos negligentiæ insimulans, quòd debita non persoluerent: contemnebat eorum seruitia, tanquàm qui nulli essent usui, nec vllius precii eos reprobabat. Atque sub hoc prætextu auferebat eis boues eorum & omnem possessiunculam, nihil eis relinquens præter paupertatem & laborem, uitamque cum summa miseria coniunctam. Cumque nihilominùs absque ulla clementia exigeret tantundem ab illis, quantum anteà consueuerat, illi bobus spoliati, instàr iumentorum colla iugo supponentes, trahebant plaustra onusta usque ad domum illius gemẽtes atque dolentes. At vide nunc animum non fœminæ, sed immanis belluæ. Rebus omnibus spoliatos, etiam duris affligi verberibus, & capillos illorum tonderi iubet.

CAP. V.

**septem.*

ANnis verò * nouem exactis, cùm dimissus à militia rediret exercitus, sanctus quoquè Gũmarus remeauit ad sua. Et eccè apud riuulum, qui dicitur Diepennorch, quendam è seruis suis videt trahentem plaustrum, eundemque dirè cæsum, toto rasum capite, & miserè lachrymantem. Ad quem cùm propiùs accessisset, motus pietate, Quis te, inquit, frater, intantùm afflixit? Quis tibi caput rasit? Quænam est lachrymarum & tanti causa mœroris? Sed cùm ille nihil responderet, dominæ suę crudelitatem reformidans, multis minis ab eo tandèm extorsit, vt rei veritatem explicaret. Tum ille vir pius, audiens tantam vxoris suæ sæuitiam, ab imo pectore suspirans, iussit illum secum reuerti. Nolentem reuerti præ timore, ui coegit, dixitque ad omnes, qui illic aderant: Ingressus domum, iubebo mihi potum adferri. Quod si illa potum vituperauerit, nos contrà eum laudemus, ut pudore afficiatur.

Attende misericordiam viri Dei animum.

Indè domum intranti occurrit tota familia, eiulant & clamitant omnes, se grauiter cæsos, iniustè spoliatos, modis omnibus miserabiliter vexatos. Ille hoc videns, animo conturbatus est, & versus ad uxorem: Conturbet te Deus, inquit, sicut alios perturbasti. Oportebat certè bonum operari ad omnes, maximè ad domesticos fidei. Siue enim seruus, siue liber, omnes in Christo unum sumus. Parce ergò seruis tuis, pone modum sæuitiæ tuæ. Eademque hora iussit pecus omne è pastu reduci, & singulis quod suum erat restitui. Deindè cùm sedisset quasi sitibũdus, potum afferri præcepit. Et cùm ceruisia allata ab omnibus ex ordine biberetur, fœmina illa more suo nequiter illam vituperabat. Sed sanctus Gummarus, & omnes, qui cum illo uenerant, egregiè eam efferebant, atque ità mulierem pudore affectam tacere compulerunt. Post hæc conuiuium lautum & copiosum apparari iussit, tam seruos quàm liberos ad illud inuitans: & cùm omnium animos paterna consolatione recreasset, exhilaratos à se dimisit in domos suas. Atque hoc humanitatis exemplum ille sanctus vir posteris suis reliquit. Vos igitur, qui diuites estis in hoc mundo, qui domos habetis & familiam, nolite eos nimiùm dura premere seruitute. Misericordes estote, sicut & pater vester cælestis misericors est. Pensate vnam esse omniũ conditionem, & unum in cęlis regnare Deum, qui est Dominus vniuersorum. Ipsius omnes nos creaturæ sumus & serui: homines verò non sunt serui hominum, sed conserui. Ad sanctum ergò Gummarum oculos aduertite, factũ eius memoria retinete, & erga subditos vestros, misericordes & humani estote.

Obiurgat uir sanctus vxorẽ ob eius crudelitatem.

Gala. 6.

Familia ut tractãda.

Luc. 6.

CAP. VI.

POrrò sanctus Gummarus magis magisque Deo intendere, sanctioribusque in dies studiis vacare conabatur, sicut etiam omnium bonorum interest, vt de uirtute in virtutem proficiscantur. Animum itaque vltra terrena & caduca erigens, toto desiderio cælestibus inhiabat, vt videret Deum deorum in Sion. Igitur in sancto eius pectore an non tibi videtur versari consilium Dei? Hactenùs, inquit, militauimus Regi terreno: deincèps militandum est Regi Regum Christo. Parùm est, pro labore præsentis militię capere pręmia peritura: optimum verò, sanctitate vitæ dona promereri sempiterna. Despiciendus est mundus iste, qui tamen alioqui fugit à nobis, & omnia gloria eius instàr fęni marcescit. In castra ergò summi Imperatoris deuotus miles uenio: hunc sequor, hunc diligo, hunc constanti perseuerantia per fidem obseruo. Itaque commendans se Deo, cum nonnullis è vicinis suis Romam profectus est.

Psal. 83.

Esa. 40.

Romã proficiscitur.

CAP. VII.

ADuerte hic, Lector, iucundum nonnumque miraculum. Primo suscepti itineris die, non longè à domo sua progressus, fixit tentorium iuxta fluuium Netam, arboremque pulcherrimam illic stantem, quòd ad fulciendum tentorium esset necessaria, iussit succidi. Mox adest loci illius possessor rusticus, planeque iracundus in omnes inuehitur, nullique parcens, cunctos incusat: versusque ad sanctum Gummarum, multa verborum asperitate eum vexans, Cur, inquit, agrum meum peruasisti? En hic iumenta & tentoria vestra: ità uobis aliena vendicatis, tanquàm propria. Omnia depascitis, omnia prosternitis. Quid mihi & tibi, Gummare? Quid mali tibi feci? Neque te offendi, neque quenquam tuorum læsi. Quòd si nulla in me culpa hęret, quid ità innocentem conteris? Et vt cętera damna pretercam, hoc unum pręcipuè doleo, quòd arborem hãc, quam ipse plantaui, quam tot annis seruaui, succidi voluisti. Respondit placido uultu sanctus Gummarus: Agnosco peccatum meum: sed iniuriam irrogaui, ità ut par est, satisfaciam tibi. Aut præcisam arborem restituam, aut iustum eius precium persoluam. saltem hac nocte, obsecro, quiesce. Vix multis precibus adduci potuit rusticus, ut vsque manè sileret. Illo autem abeunte, cùm intempesta nocte omnes sopor & silentium obtineret, S. Gummarus ad consuetum præsidium & solita orationis arma confugit: Domine, inquit, tu refugium factus es nobis, adiutor optimus in tribulatione. Nè auertas faciem tuã à clamore meo, nè claudas aures tuas ad preces nostras. Quòd si ego, Domine, exaudiri non mereor, saltem eos, qui mecum sunt, attende. Si verò adeò peccatis nostris prægrauamur omnes, vt nõ ascendant ad te preces nostræ, fac propter temetipsum Domine, cuius nec benignitas habet finem, nec dona mensuram. Reueletur hominibus gloria tua, pręd icetur ab incredulis nomen tuum: ut sciant quęnam sit una fides nostra, & ut non deserat sperantes in se maiestas tua. Tu ergò Domine, qui de nihilo omnia condidisti, qui die tertio herbas, arbores & virgulta de terra produxisti: restitue arborem vt prius integram, & aufer à seruis tuis, quam ignoranter incurrimus, contumeliam. Ità cùm orasset iuxta arborem prostratus, surgens collegit arborem, eamque zona sua colligauit. Res mira, & venturæ generationis memoria digna. Adeò consolidata est arbor illa, acsi nihil prorsùs anteà cęsa fuisset: atque etiamnum in eodẽ loco illã

Rustic⁹ quidã multa uerborum asperitate eum obiurgat.

Psal. 45.

Psal. 9.

Gen. 1.

Arbor præcisa, et precib⁹ restituti suo loco collocata.

sansm videmus, sola vestigia circunligatę zonæ retinentem in gloriam Dei, & laudem serui eius. Manè redut rusticus, ut conuentum erat, hesterna adhuc ira tumidus, pro damno accepto iurgia repetens. At S. Gummarus blandis verbis & iucundo vultu eum compescens, manu eius appræhensa, perduxit ad arborem, eamque inuiolatam ostendens: Eccè, ait fili arborem, quam tantoperè dolebas pręcisam. Adhibuit Deus solatium dolori tuo, abstulit angorem cordis tui. Gratias age omnium largitori Deo, cuius benignitate munus memorabile percepisti. Cernens rusticus tantum miraculum, qui priùs impatienter tumultuatus erat, diuina inspiratione compunctus, ait: Virtus Dei hæc est. Non est humani operis, ut arbor succisa, exiguæ noctis spatio in pristinum consurgat statum. Arbor hæc, quam hoc miraculo tibi dedicasti, deincèps mea non erit. Hanc ego tibi do, & quicquid hoc iu loco mihi hæreditarium est, eius ego te uolo perpetuum & stabilem esse possessorem. Ab illa die firma inter illos inita est amicitia, & post mutua oscula & amplexus pacificè discesserunt.

Idē rusticus agrū & arborē, seruo Dei dat possidēda

CAP. VIII.

EAdem nocte, quæ prima fuit itineris sui, beatus vir in tentorio suo quiescebat. Apparuit autem ei in uisione Angelus Domini supra tentorium in columbæ specie, aitque ad eum: O Gummare, esto vigil. Ego enim nuncius à Deo missus sum, ut tibi aperiam mandata eius. Disposuisti quidem Romam ire, & orationes Apostolorum Peri & Pauli visitare. Sed Deus vbiquè præsens est, & bonos & malos in omni loco contemplantur oculi eius, nouitque Dominus qui sunt eius. Tu autem hoc itinere omisso, audi attentiùs, quid ille mandet tibi. Haud procùl abest locus, circunfluente amne conclusus, arboribusque consitus. Ex eo arbores extirpabis, & oratorium ibi condes. Hic tibi viuenti sedes, hic defuncto erir requies. Nam cùm ex hac vita in cœtum sanctorum fueris assumptus, hic tui artus pausabunt. Interim constanti animo esto, & bonis operibus vigilanter insiste, certissimè sciens, quia ad consortiū Angelorū peruenies, & sempiternæ vitæ præmia pro labore temporali percipies. Post hæc egressus, vidit vir sanctus in apice tentorii Angelū in specie columbæ, mirabili splendore rutilantis, & gratias egit Deo: transiensque flumen, & in locum illum ingressus, cœpit cædere & extirpare arbores & frutices, nec cessauit, donèc planities amęnissima effecta est. Excisas autem arbores in flumen côiecit, quarum tanta congeries est, ut etiamnùm videatur ædificiorum culmina æquare: & vbi hactenùs fuerunt ouium ferarumque domicilia, iam hominum commodissima habitatio est.

Nō hic reprehendūtur peregrinationes religiosæ ergo, sed sanctus vir ad sublimiora īuitatur.

CAP. IX.

SEd agè locum illum paucis describamus. Nomen huic villæ antiquum, Niuesdunt: quod mutatum, uulgus Ledonem appellauit. Hæc uno à latere respicit Taxandriam, ab altero * Riensem prouinciam. Sed inter hanc & uillam amnis Neta medius interfluit, qui eam suo ambitu complectens, ab utraque separat. Quæ in fluxu eius flexuoso tanquàm insula consistens, utrinquè pontem habet, altero uenientes admittens, altero exeuntes emittens. Amnis iste Neta, maris accessu crescendo, implet alueum suum: recessu maris imminuitur. Dulces ad potandum aquas semper habet, sub quibus alit immensam piscium copiam. Progressus autem, præterfluit casas in ripis eius extructas, prata irrigat, fęcundat arua, per vmbrosas labitur syluas. Si quis in medio stans eius insulę, oculos circunferat, iucundo spectaculo eius animus oblectatur. Adspicitur enim vltra amnem planities lata & ampla, floribus & pascuis vberrimis ornata. In circuitu ingens sylua cernitur, in longum & latum diffusè sese porrigens. Illic glandiferę arbores, illic pascua, ibi ferarum cubilia, vsuique hominum multùm necessaria. Quid de agrorum adiacentium fertilitate dicam? Illos præ cæteris laudo, quia coluntur illi quidem cum labore, sed maximè redundant vbertate. In ea igitur regione locus hic situs, habet in medio sui ecclesiam lapidibus, extructam, & decenter perornatam: in qua S. Gummari reliquiæ asseruantur, quæ sunt totius patriæ munimentum, liberatio hominum, spes benigna, laus iucunda, salus certissima.

Describit insulā S. Gūmari.
** Reuēsē habet codex.*
S. Gummari reliquiæ sunt cōmunis patriæ salus.

CAP. X.

SEd nunc ad institutum reuertamur opus. Sanctus Gummarus postquàm arbores, spineta & frutices extirpauit, ecclesiam illic in honorem S. Petri condidit, atque in ea iugiter orationibus inuigilans, ad supernam beatorum spirituum ciuitatem ardenter suspirabat, oculos interiores nequaquàm ad vanitatem retorquens, sciens scriptum esse: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei. Sanctorum verò gesta scrutabatur, & ad eorum exempla vitam conformabat suam. Præcepta Dei auribus audiebat, opere exequebatur. dicit enim scriptura: Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Quotiès autem visum illi fuit ad uillam suam Emblehem reuerti, eundo uel redeundo nullum sentiebat laborem: paruo enim interuallo indè aberat. Considerate hic, fratres, temporalem huius viri militiam. Apud Emblehem actiuam exercebat vitam, nudis porrigens indumenta, esurientibus escam, ægrotorum gerens curam, peregrinos excipiens hospitio, pupillos defendens, viduas protegens, & id genus bonis operibus insistens. Quotiès autem à terrenis animo ad cælestia sublato, soli conditori per contemplationē intendere voluit, ad locum oratorii sui recurrebat. Hæ sunt enim duæ vitæ, actiua & contemplatiua, sine quibus ad Deum perueniri non potest. His quasi pennis quibusdam fretus, ad sublimia ferebatur, de quibus Psalmista ait: Quis mihi dabit pennas sicut columbæ, & uolabo, & requiescam?

S. Gummarus condit ecclesiam S. Petri honore.
Luc. 9.
Rom. 2.
Actiuæ et contemplatiuæ vitæ mixtum dat exemplum.
Psal. 54.

CAP. XI.

SIlendum verò non est, quàm præclara virtute S. Gummarus emicuerit. Nam messis tempore, cùm exirent homines vndiquè in agros, ait illi vxor sua: En alii ad messem properant: quid nos desidia torpemus? Exiuit ergò cum familia in agros: eamque instarent operi, nimius iam media die solis æstus erat. Petierunt itaque paulispèr dimitti, ut ardorem sitis extinguerent. Sed mulier truculenta nullā cępti operis intermissionem fieri sinebat: immò delassatos urgebat minis & acerbis sermonibus. Cumque iam præ labore & siti deficerent, sanctus Gummarus venit in agrum. Cui occurrerunt omnes, & ad pedes eius procidentes, lachrymabundi dixerunt: Eccè, pater, deficimus. Labor iste in tanto solis feruore intolerabilis est, & nos siti perimur.

Vxoris immanitas & sæuitia.

rimus. Rogauimus dominam nostram, vt concederet nobis paulisper respirare, & haustu aquæ nos refocillare, sed prorsus renuit. Miserere ergo saltem tu pater, & serua nos. His verbis commotus, ait vxori: O pectus ferreum & peruersa mens, cur non flecteris misericordia? Nihil tibi nobiscum rei sit, quæ talem geris animum. Recede hinc inutilis Deo, hominibus odiosa. Illa non recessit, reprehensione eius paruipendens. At vir sanctus fodit baculo terram, & eruperunt aquæ largissimæ: quas omnes illi alacriter hauserunt, magis præsenti miraculo, quàm potu, refecti. Hodieque manat fons ibidem, vt sit præclaræ virtutis testimonium. Elias quondam potestate verbi cælos aperuit, cùm fuisset clausum annis trib⁹ & mensibus sex. Ille, inquam, iussu è supernis pluuiam deposuit, qua arentem terram irrigauit: Gummarus ictu baculi è profundo abyssi aquam eduxit, qua sitientes recreauit. Vtriusq; miraculi idem Deus author est, qui mirabilis est in sanctis suis, quos adeò gloriosos efficit, vt ipsis elementis possint imperare. Compleri quidem cernimus, quod Dominus ait: Amen dico uobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet. Fiunt igitur signa per manus sanctorum in gloriam Domini nostri Iesu Christi, qui erat, & qui est, & qui uenturus est.

Fodit baculo terram, & fons erumpit.

3. Reg. 17 & 18.

Psal. 67.

Iohan. 14

Apoc. 1.

CAP. XII.

PORRÒ vxor beati viri, domû, vt diximus, regressa, nimio ardore periclitari cœpit. Vltrix enim impietatis eius sitis eam vexabat, quæ pauloantè familiam sitientem refocillari non permiserat: & iusto Dei iudicio, quæ per commiserationem sentire noluit, quantùm sitis alios affligeret, cruciatum illû intolerandæ sitis in se translatum malè experta est. Dicit enim Dominus in Euangelio: Eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis. Nec potuit ardorem illum aqua extinguere: immò aqua, vt & natura sua amissa, in eius pectore sitim nutriebat. Sentiens igitur illa sibi mortem imminere, per nunciû deprecata est Gummari clementiam. Ille autem animaduertens diuina ultione eam cruciari, & incidisse in laqueum, quem aliis tetenderat, noluit malum pro malo reddere: sed domum veniens, eamq; propemodùm animam efflare cernês, signo sanctæ Crucis consignauit eam, & potum sua manu porrexit. Et statim quidem corpore reualuit, sed animû tamen non mutauit.

Uxor et diuinitus castigat.

Mat. 7.

Signo crucis sanat coniugem moribundam.

CAP. XIII.

ALIO tempore cùm apud Lenchem familia eius meteret in agro secunda feria, fœmina quædã infantulum suum pannis obuolutum, in manipulo collocauit, vt dormiret, atque indè ad laborem recessit. Vbi obdormiuit puer, coluber per os in uentrem eius irrepsit. Iterim superueniens S. Gummarus, uidet infantem dormientem, & ab ore eius caudam colubri extantem. Mox igitur caudam persodiens, retrahit serpentem: conuocatosque familiã, Quæ est, inquit, mater huius pueri? Illa præ timore tacente, ait ad eam: Cur huc infantem attulisti? cur non potiùs domi eum reliquisti? Sed gratias age Deo: en quanto ab hoste eripui eum. Quòd adhuc viuis, donum Dei est. Caput & totum ferè corpus suum coluber intulerat in uentrem eius, via cauda ab ore prominente. Cunctis uerò stupentibus, ad virgam suspendit serpentem. Dicente autem matre infantis, sine matre non esse tutos infantes, vir pius misericordia motus, omnibus suis eam præfixit legem, vt quæcunque mulier lactentem paruulum haberet, secundis feriis ab omni seruitio esset immunis. Ita ille imitabatur Christum, dicentem: Dimittite, & dimittetur vobis.

Extrahit serpẽtẽ ab ore infantis.

Luc. 6.

CAP. XIIII.

EOdem tempore fuit Rumoldus vir sanctus, diuina gratia plenus, qui vitia penitùs mortificãs, ad virtutum culmina in dies contendebat. Non die, non nocte à bono vacabat opere: sed carnem suam ieiuniis & vigiliis attenuans, orationibus assiduis incumbens, Apostolicum nitebatur implere mandatum, Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram: & illud, Sine intermissione orate. Ita virtutibus cunctis munitus, vbicunque aliquem bonæ conuersationis esse nouerat, cum illo cupiebat de vita æterna conferre, & sanctæ scripturæ ferculis pingue scere. Audiens igitur de S. Gummaro, videre illum summoperè desiderabat. Gummarum quoquè eius fama comperta, non minori eius uidendi desiderio tenebatur. Cumque tandèm conuenissent duo illa clarissima eius prouinciæ luminaria, non de vanis & caducis habuere sermonem, sed mutua exhortatione se instruentes, iam cælestis vitæ dulcedinem degustabant. Loquebãtur inter se, quàm multæ sint insidiæ dæmonum, quæ arma aduersùs eas Deus nobis contulerit: quæ supplicia reprobis, quæ præmia iustis parata sint: quàm sit hæc vita breuis, quàm ærumnis plena: quæ certamina sancti pertulerint, quas in cælis coronas acceperint. Hæc & id genus alia multa de scripturis diuinis in medium proferentes, etiam auditorum animos rigabant. Quandò autem à se recessuri erant, diem & locum constituebant, ad quem rursus pariter conuenirent: quo quidem die in loco, qui dicitur Stadeki, sibi occurrerunt, utiq; manu gestantes virgam aridam. Vbi cùm more suo spiritalibus se vicissim epulis refecissent, eum locû, vt qui medio esset itinere, & æquali spatio ab utriusque habitatione distaret, elegerunt: placuitque illis ex instinctu diuino, vt singulis annis cum totius populi frequentia illic conuenirent cum Crucibus, & thecis, & sanctorum reliquijs, Missasque pro communi salute celebrarent. Quod cùm ità constituissent, vterque proiecit virgam suam: quæ in vicinæ quercus trunco consistentes, in momento viruerût, floresque & folia protulerunt, quemadmodùm testantur multi. Hoc verò tam euidenti signo Deus declarare voluit, illud sibi placere consilium, talemq; conuentum sibi gratissimum fore. ait enim: Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum.

S. Rumoldus.

Coloss. 3.
1. Thes. 5

Colloquia Rumoldi & Gummari.

Virgæ aridæ repentè virescunt.

Mat. 18.

CAP. XV.

TAndèm adueniente tempore, quo emeritum militem suum Gummarum Christus ad coronam euocare constituerat, morbo fatigari cœpit, sensitque diem suæ resolutionis adesse. Nec verò quicquam timuit mori, quod plerique omnes timent: sed erat de præmio securus, sciens cui à primis ætatis initiis sese deuouisset, cui hucusquè militasset, ad quem etiam se sperabat cum victoria abiturum ex hoc mundo, confirmatus illa sententia Saluatoris: Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus: & ubi sum ego, & minister meus erit. Quod est contra homines huic mundo addictos, qui cùm leui pulsantur molestia, timent & trepidant, uotaque & supplicationes pro uitæ prorogatione multiplicant, extremumque diem cum multa trepidatione præstolantur. Dolent isti de carne exituri: dolent iusti diutiùs in carne uicturi: quippè sanctis omnibus hoc unum uotum atque desiderium est, ut posita carnis sarcina, ad requiem, æternùm uicturi, proficiscantur.

Iohan. 12.

Dolent reprobi morituri: dolẽt iusti vitã suam prolongari.

CAP. XVI.

S. Gummarus abit in cælos.

POstquàm ergò morbo correptus uir Dei in villa sua decubuit, cursum mortalis vitæ absoluit quinto Idus Octobris, sanctamq; animam per manus Angelorum in supernas transmisit sedes: vbi nunc fruitur perenni vita gloriosus Domini confessor, lætaturq; in cælestium ciuium contuberuia se introductũ. Sed & sacer ille chorus gaudet numerum suum tanti ciuis accessione adauctum. Nos ergò, fratres, qui peccatorum mole premimur, diuinum imploremus auxilium, vt inter seculi turbines adhuc constitutos nõ deserat, sed sua nos benignitate tueatur, nobisque remittat peccata nostra. Rogemus etiam, vt apud Dominum nobis patronus sit beatus Gũmarus, præstetque nobis eius intercessione pietas diuina, ut aboleantur peccata nostra, Amen.

Translatio S. Gummari, per F. Laur. Surium in compendium redacta.

Visio Vurachildis sanctimonialis.



COnuenerãt ad exequias S Gummari frequentes amici & cognati eius, uisumque est illis, sanctas reliquias in supradicta villa condendas, ut in natiuo solo etiam monumentum haberent. Sed alia fuit Dei voluntas. Dormienti enim quadam nocte Vurachildi sanctimoniali in oratorio sancti Petri, quod sanctus Gũmarus ædificarat, itá dictum est: Trãsferantur reliquiæ beati viri in eius ecclesiam. Tu verò hanc diuinam iussionem omnibus reueles, ut cum omni deuotione eam exequi maturent. Quod semèl illa, iterumq; neglexit, verita neminem ipsi fidem commodaturũ. Tertia nocte visus est ei sanctus Gummarus adesse, atque itá compellare dormientem: Cur itá negligẽter agis? Tandèm indica omnibus, quod audisti? Vt verò nõ dubitent te á nobis missam, signum hoc, qđ tibi imprimo, contemplentur in facie tua. Et hæc dicẽs, posuit dexteram manum suã super faciem eius. Cuius attactu caro in candorem mutata est, & digitorum impressa vestigia retinuit. Manè indicat illã rem totam presbytero, & aliis qui aderant, nec quisquã ausus fuit in dubium reuocare, quod signi euidẽtia comprobabat. Venerunt itaque ad monumentum, sed eo aperto, nulla vi aut arte sacras reliquias mouere potuerunt. Stupentibus cunctis, superuenit custos pecorum S. Gummari, qui suam quoq; operã eius extruendæ ecclesiæ nauarat. Is facilè è sepulcro sanctissimũ corpus eleuans, vsque ad amnem, vbi parata erat nauicula, illud deportauit. Quod vbi impositum fuit nauiculæ, illa sine vllo remige vel nauclero cursu velocissimo, non sine ingenti miraculo, ad villam contẽdit, ibique substitit. Tum verò indè ablatum beati viri corpus, cum multa reuerentia in ei' ecclesia humatum est, atq; illic annis quadraginta quieuit. Postquàm autẽ constructũ est monasterium, quod ibi adhuc cernitur, in illo honorificè repositũ est, & eleuatum: vbi etiam usque in præsentem diem multa fiunt miracula, & quicunque fideliter S. Gummarum inuocat, in omni necessitate eum propitiũ experitur: nec immeritò eius loci plebs, tanquàm cælitùs sibi oblato tanto thesauro lætatur.

Sacrũ ei' corp' moueri non potest.

Sed iam paucis quædam ex iis miraculis referamus, quæ ad eius tumulum facta sunt. Accidit quãdoque, vt propter multas hominum iniquitates, Nortmannorum gens ferocissima in eam regionem adueniret, omnia circunquaquè depopularetur, Antuerpiam inflammaret, & vbique luctu compleret omnia.

Nortmãni Belgiũ populant.

Porrò per fluuium Schindam ad villam Turninõ peruenerunt barbari illi, vbi erat monasteriũ S. Fregandi confessoris. Sed Deus propter iniquitatem habitantium exosus locum, reliquias eius iussit aliò transferri, vt nullum esset obstaculum aduersùs imminentem desolationem. Iis sublatis, tanquàm muro & propugnaculis vrbis euersis, irruit barbara gens, & ædificia omnia atque ipsum monasterium incendit, homines partim trucidauit, partim captiuos abduxit, nihil præter humum relinquens. Indè progressi illi, apud Mechliniam S. Rumoldi ecclesiam exusserunt, villam & incolas gladio & igni perdiderunt. Vbi verò ad S. Gummari ecclesiam ventũ est, vires suas eius meritis eneruari senserunt. Cùm enim in monasterii tectum ignem iniecissent, repulsus & extinctus est diuinitùs. Sed ea re magis inflãmatus est furor hostilis. Itaque in templum irruunt, Fredegerum presbyterum sacrificium offerentem, & mortem expetentem potiús, quàm reformidantẽ, ad sacram aram crudeliter perimunt. Sed non dormitat vltio præpotentis Dei. Cùm enim prædam omnem ad nauim apportarẽt, duo Reges eorum Reolfus & Reginarius diuinitùs percussi sunt: Reolfus ventrem purgans, viscera omnia effudit: Reginarius & oculis captus, & dira morte extinctus est. Discant hinc homines impii manus abstinere á rebus Deo sacratis, nec manus iniicere in sanctos eius.

Vide qui conseruat sanctorũ patrocinia.

Vltio barum regum fortilegii.

Aliud quiddam nostris dieb' factũ est, cuius multi sunt testes fide digni. Iuuenis quidam Gerolphus, ab ipso ortu suo mutus & surdus, cùm alioqui parentes haberet ingenuos, tandèm aliquandò ad villam S. Gummari peruenit. Vbi cùm oratorium frequentaret, & in monasterio sedulus esset atque officiosus, aquam apportans & pauimentum verrens, S. Gummarus eius labori vicem rependẽs, aures eius aperuit, & diù tacentia ora laxauit, ut & facilè audiret, & sapienter loqueretur, non solùm Teutonicè, sed etiam Latinè. Vbi hoc insigne miraculum auditũ est, accurrunt ad templum incolę omnes loci illius, accedunt propiùs, adspiciunt, colloquuntur, gratias Deo agunt. Prima omnium uox eius fuit semel atq; iterùm & tertiò repetitum S. Gummari uocabulũ. Adeò autem locum illum dilexit, ut nec patriã, nec parentes reuisere vellet. Multa alia per S. Gummarum effecit miracula Christus Dominus ad laudẽ & gloriam nominis sui, qui viuit & regnat in infinita secula, Amen.

Surdus & mutus sanatur.

VITA BEATI BRVNONIS ARchiepiscopi Coloniẽsis, authore Rogero vel Rothgero Benedictino, qui claruit Anno Christi 1040.

PROLOGVS AVTHORIS AD Folcmarum Archiepiscopum.



DOMINO in Christi gratia beatissimo, atq; in omni splendore sapiẽtiæ perfectissimo Folcmaro Archiepiscopo, * Rothgerus seruorũ suorum vltimus, veræ claritatis gloriam sempiternam. Imposuit sanctitatis vestrę reuerentia super caput meum grauem quidem sarcinam, sed pro captu paruitatis meæ dulcem admodùm & iucundam: videlicet vt vitam mirabilis & magnifici Archiepiscopi BRVNONIS, qua potuerim sermonis facultate describerem, cui uirtus laudem contulit, quam, vt ipse meruit, styli mei officium implere non potuit. De ipso tamea

*Roger. *Rotgel.

Brunonis innumera res pracla re gesta.

tamen quomodocuoquè loqui, quia vos iuisistis, delectabile fuit: qui ab initio sic fuit animatus, vt non magis sua causa se putaret natum, quam nostra reiq; publicæ procreatum. Fecit omninò plurima, & propè infinita, quæ digna fuerunt sempiterna memoria: sed non expectet auditor à me, aut à quolibet hæc omnia explicanda. Quod si quis fideliter & verè agendum promitteret, singulos, quos pueritiã prætergressus vixit, annos proprijs & ijs vtuquè spatiosis codicibus insigniret. Aestimo igitur multos longè lateque hac occupatos idustria, vt gesta eius tis etiã, qui pòst futuri sunt, partim scribendo, partim commemorando transmittant. Noo enim in vna prouincia, aut in vno oegociabatur regno: omniũ, quos adire poterat, salutem beneuolentiæ, atque laboris studuque sui quærebat, commercio. Nec desunt plurimi, qui hnc lautè & prudenter exequi possunt, cùm, etsi nulli alii tales valeant reperiri, in solis eius discipulis omne studiorum & eloquentiæ genus, adhuc recenti eius memoria, ità per multa terrarum loca floreat, vt maxima rerum gestarũ insignia oon enarrare modò, verùm & exoroare sufficiat. Quot quantosque de alumnis tanti viri Episcopos, quantos in quacuoque Ecclesiasticæ professionis disciplina, probatissimos nouimus, qui eum & familiariùs nouerunt, & perfectiùs illustribus mooimentis vitam eius declarare potuerunt? Sed qui sum ego, qui votis vestris, dominorum excellentissime, ausus fuerim contraire? Feci ergò, quod potui, quomodò potui, non præsumens de scientia, sed fiduciam qualemcũque retinens in obedientia. In quo etsi minùs possibile mihi visum est id explere, quod aggressus sum: præcepti tamen vestri dignitatem ità venerari semper & amplecti animum induxi, vt impossibilitatis meæ oblitus, in manibus vestris sim oculis & animo totus. Hinc ergò largiflua pietati vestræ supplico, vt quod huic operi meo deest in pompa ornatuque sermonis, supleat in auribus vestris eius commendatio, quem pro merito virtutis tam suauiter amastis. Beatitudinem vestram Deus omnipotẽs ad salutem nostram, diutissimè incolumem & benè valentem conseruare dignetur.

Discipuli eius insignes.

VITAE HISTORIA.

CAP. I.

Octobris 11.
Sap. 8.



APIENTIAE nimirum est, scire vndè sit donũ, quod quis accipit, nè à se sibi hoc esse: aut à Deo quidem, sed sibi debitũ, putet. Si enim quærimus, quid nobis debeatur, oihil inuenimus, oisi supplicium. Misericordia autem Dei prærogauit nobis gratiam pro gratia, & hoc iam esset debitum, quia Deus voluit, nõ quia homo meruit. Quid enim habes, ait Apostolus, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Ineffabili igitur prouidentia bonitatis Dei collatum est electis eius, vt & gratis copiosis gratiæ muneribus ditẽtur, & tamen hoc ipsum, quo munerantur, quodammodò per gratiam mereantur: alius sic, alius verò sic: vnusquisque secundùm quod in eo operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis, prout vult. Soli Vnigenito oon ad mensuram dat Deus spiritum. In ipso nanque, vt ait Apostolus, habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: membris eius pro sua cuique voluntate partitur: quibus abundanter omnia dat ad fruendum, videlicet seipsum, vt sit Deus omnia in omnibus. Dispar hæc claritas, & diuersa donorum largitas, nunc est admirabilis quæstio: quandoquè erit honorabilis pulchritudo, & ornatus domus Domini, de qua dicitur Deo: Sanctum est tẽplum tuum, mirabile in æquitate.

1. Cor. 4.
1. Cor. 12.
Ioan. 1.
Coloss. 1.
1. Cor. 15.
Psal. 64.

CAP. II.

Compertum est nuper à plurimis in venerabili Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopo Brunone piæ memoriæ, & satis à prudentioribus intellectum, homo homini quid præstet. Cuius plerique dicta & opera, qui familiariùs eum nouerant, satis admirari nequibant. Erant enim in illo vno homine res valdè dissimiles: natalium nobilitas, honorum dignitas, atque scientiæ, quæ inflare solet, tanta sublimitas, ut nihil supra: animi uerò & habitus humilitas quantùm a sagacioribus discerni potuit, ut nihil infrà putares: media, charitate constrata sunt. Arridebant ei omnia, quæ ad fastum suppeterent, quę à se semper studiosissimè uigilanti manu discretionis abegerat. ità aliud ad oculos hominum, aliud ad testem cordium exhibebat. Cuius conuersationis exemplo plurimos salubriter institui posse credimus, si eandem strictim à pueritia repetamus. Habent enim in illa mediocres & humiles, vndè conualescant: elati contrà & diuites, vndè obstupescant. Atauorum eius ataui, vsq; ad hominum memoriam, omnes nobilissimi: nullus in eorum stirpe ignotus, nullus degener facilè reperitur. Hic tamen omnes, salua Augustorum & Regum excellentia, omninò perspicacissimè lineamentorum gratia, artium gloria, & omnigena animi superabat industria: natus eo tempore, quo pater eius Henricus Rex gloriosus, perdomita barbarorum sæuitia, represso etiam intestinæ cladis periculo, diruta magno studio reædificabat, & volentem populum iustitiæ frenis in tutissima & optatissima demùm pace regebat. Ita natiuitatis eius tempus iam quasi futura bonæ voluntatis eius insignia præferebat. Nam cùm omne, quod bonum esset, niuacissimè semper appeteret, pacis donum, quasi nutrimentum & ornamẽtum quoddam cæterarum virtutum, solicitiùs expetiuit, quod bonis omnibus profuturum præsciuit. Tranquillitatis enim tempore nutriri debent & solidari virtutes, vt perturbatione qualibet ingruente, à statu sui vigore hominem emolliri non sinant.

1. Cor. 8.
Magnae sublimitas, et sũma humilitas.
Cant. 3.
Nobilitas generis eius.
Quo tẽpore nat⁹ sit Bruno.
Pacis est studiosissimus.

CAP. III.

Nimis longum est persequi, quomodò memoratus Rex, pater huius magni uiri, de quo agimus, ad illam tam gratæ pacis serenitatem peruenerit, cùm ipse omnia regni sui spatia, & continuis finitimorum incursionibus, & grauissimis inter ciues etiam & cognatos dissensionibus concussa, & atrociter vexata repererit. Hinc etenim sæua Danorum gens, terra marique potens, inde centifida Sclauorum rabies barbarorum frendens inhorruit; Hungarorum nihilominùs insecuta crudelitas, transgressa terminos Marahensium, quos sibi longè antè impia usurpauit licentia, plerasque prouincias regni eius ferro & igne longè lateque uastauit. Dies antè, quàm huius mali materies, narranti deficeret. Trans Rhenum Occidentem uersùs, nobis omnia rebellabant. Ipsi certè regni adhuc augusti principes, in sua uiscera penè irremediabiliter sæuiebant. Quæ omnia uel resecare, uel sanare nemo, nisi præcipua uirtute & singulari præditus industria, posset. Sed post aliquantum temporis tantus timor per gratiam diuinam inuasit extraneos, ut nihil unquàm eis esset formidabilius: tantus amor colligauit domesticos, ut nihil unquàm in quolibet potentissimo regno coniunctius uideretur.

Barbari infestant regem Henricũ.
Marahẽses, unde Morauos dicere.
Formidabilius, pro timidius.

CAP. IIII.

Bruno puerulus instituitur à Baldrico Episcopo.

EO tempore generosa Regum proles, annos circiter quatuor habens, liberalibus literarum studijs imbuēda, Baldrico venerabili Episcopo, qui adhuc superest, Traiectum missa est. Vbi cùm ipse disciplinabiliter, utpotè bonæ indolis puer, ingenio sagaci proficeret, inuisa Nortmannorum tyrannis, quasi per huiusmodi obsidem, nonnihil refriguit, & ecclesiæ demùm cæteraque ædificia, quorum ruinę uix extiterant, hac occasione restauratæ sunt. Ita nulla ætatis suæ spatia absque vtilitate sanctæ Dei Ecclesiæ transigebat. Per ipsum enim, licèt adhuc inscium, iam Christianus populus ab hostibus liber, in Dei laudibus exultabat. Deindè vbi prima Grammaticæ artis rudimenta percepit, sicut ab ipso in Dei omnipotentis gloriam hoc sæpiùs ruminante didicimus Prudentium poetam, tradente magistro, legere cœpit. Qui sicut est & fide intentioneque catholicus, & eloquentia ueritateque præcipuus; & metrorum librorumque varietate elegantissimus, tanta mox dulcedine palato cordis eius complacuit, vt iam non tantùm exteriorum verborum scientiam, verum intimi medullam sensus, & nectar, ut ità dicam, liquidissimum maiori, quàm possit dici, auiditate hauriret. Posteà nullum penitùs erat studiorum liberalium genus in omni Græca vel Latina eloquētia, quod ingenij sui viuacitatem aufugeret.

Delectatur Prudētio poeta.

CAP. V.

NEc verò, ut solet, aut diuitiarum affluentia, aut turbarum circunstrepentium assiduitas, aut ullum aliundè subrepens fastidium ab hoc nobili ocio animum eius vnquam auertit, ità ut munditiā cordis eius attestaretur iugis meditatio, & indefessum continuæ exercitationis studium, cùm iam penitùs omnis huiusmodi affectio transiret in habitū sicut scriptum est: Ex studiis suis intelligitur puer, si mūda & recta sint opera eius. Huc accedit, quòd sicut feruorem animi sui non passus est aliorum desidia & leuitate extingui, aut superfluis vanisque corrumpi colloquijs: ità libros, in quibus studuit, aut quoscunque præ oculis habuit, incautè refringi, aut corrugari, uel quomodolibet minùs diligenter tractari, omninò ægerrimè tulit, nihil sanè in his, quæ ad se pertinebant, negligendum ducens: quoniamquidem, vt Salomon ait, qui minora negligit, paulatim dècidit,

Prou. 20.
Ecce tantī principis studiū erga codices cōseruandos.
Eccl. 19.

CAP. VI.

IGitur postquàm pater eius, fundato & ad unguem pacato Imperio, rebus humanis concessit, Otho filius eius maior natu, benedictione Domini auctus, & oleo lætitiæ unctus, magna uolūtate & cōsensu principum regnare cœpit anno ab incarnatione Domini noningentesimo tricesimoseptimo, vir, in quem spiritus Dei donum contulit singolare veritatis & fidei. Cuius virtutes si me narraturum promiserim, nimium mihi sumpserim, & ferendus minimè fuerim. Excedit enim laus eius & gloria, quicquid vel ipse Cicero sibi promitteret in facundia. Hic germanum suum Brunonem, Deo dicatum, adhuc adolescentulū, honorabiliter, vt par fuit, è scholis in palatium euocauit, locum videlicet tam lucidissimo aptum speculo, ubi quicquid deforme per totum penè mundum esset in studijs, liquidiùs appareret. Huc enim ea omnibus eius finibus confluebat totum, quod sibi aliquid esse videbatur. Nihilominùs ab omnibus, calumnia qualibet oppressis, hoc asylum unicum petebatur. Exemplar ibi sapientiæ, pietatis & iustitiæ, supra hominum memoriam eminebat. Indè reuersi, qui sibi paulo antè domi videbantur doctissimi, rubore notati, rudimēta artium, quasi, Nunc cœpi, dicentes, aggressi sunt. Cui in læua parte mamillæ ad salutem, sese ab hoc qua si cœlo tribunali eadem verecundus abstinuit. Vas illud suum impleuit Dominus spiritu sapientiæ & intellectus. Nec suffecit ei in gazophylacium cordis sui colligere, quod in promptu habebat: & peregrina insupèr conduxit ænigmata, & quicquid philosophicum terrentesque sensibus remotissimū sensit, hoc undecunque contraxit. Obliteratas diù septē liberales artes, ipse retexit. Quicquid Historici, Oratores, Poetæ & Philosophi nouum & grāde perstrepunt, diligentissimè cum doctoribus cuiuscunque linguæ perscrutatus est, & vbi magister excelluit ingenii velocitate, ibi se discipulum præbuit humilitate. Sæpe inter Græcorum & Latinorum doctissimos, de philosophiæ sublimitate, aut de cuiuslibet in illa florentis disciplinę subtilitate disputantes, doctus interpres medius ipse consedit, & disputantibus ad plausum omnium, quo nihil minùs amauerat, satisfecit. Non enim examen improbum in illa castigauit trutina, nec se quæsiuit extrà: gloriā sibi æstimabat esse testimonium conscientiæ suæ. Spectauit hoc frequētiùs iudex, in talibus falli nescius, Rex orbis terrarum maximus: & qui regnum suum exteriùs fortitudinis & consilij vigore firmauit, interiùs illud tali splendore vestiuit. Horum spectator & ipse Deus creditur, cuius misericordia donum, quocunque tribuit, custoditur. Quis enim à tanta & tam incomparabili altitudine prohiberet arrogātiam, nisi pius ipse suam adhiberet custodiā? Israel Episcopus Scotigena, sub cuius magisterio illustrissimus hic, de quo loquimur, plurimum se profecisse testatus est, de moribus eius requisitus à quibusdam, quos ipsi audiuimus, hoc ipsum solicitiùs rimantes, & quasi pro oraculo habentes, sanctum eum apprimè virum esse respondit. Satis laudabile scitūque doctoris de discipulo testimonium. Græci, quibus æquè magistris usus est, ad tantam gratiam stupebant, digna nimirùm de illo problemata domum suis ciuibus reportabant, quorum studiū quondam fuisse dicitur, aut audire semper aliquid noui, aut inuenire.

Otho Magnus Imperator.
Bruno in aulam euocatur.
Mirè in eo sapientia. [?]
Israel Scotus Episcopus, cuius præceptor, ut dē eo iudicat. [?]
Act. 17.

CAP. VII.

MIlliès intereà per dies cogebatur calamitosis patrocinari, consulere afflictis, opē ferre miseris. Quæ omnia sic administrabat, vt refugium factus egenis omnibus videretur. Ità cùm esset in ocio, nemo ferè magis videbatur in negocio: nec cùm esset in negocio, unquàm cessabat ab ocio. Lucubrationibus intentissimus in uentendis, in dictandis, quæcunque sunt honestissima, acutissimus fuit. Latialem eloquētiam non in se solùm, ubi excelluit, sed & in multis aliis politam reddidit, & illustrem. Nullo autem hoc egit supercilio, sed tum domestico lepore, tum vrbana grauitate. Post epulas, cùm alii & maiores etiam, ut accepimus, paulò agunt remissiùs, ipse lectioni & meditationi vacabat attentius. Matutinum crepusculum nullo precio vēdidit, nec tunc se somno solicitanti ullo modo credidit. Scurrilia & mimica, quæ in comœdijs & tragœdijs à personis uarijs edita, quidam concrepantes risu se infinito concutiunt, ipse semper seriò lectitabat, materiam pro minimo, authoritatem in uerborum compositionibus pro maximo reputabat. Translatitijs vsus est sectolis, non corpore quidem, sed mente, quietus. Quocunquè enim circumagebantur tabernacula aut castra regalia, bibliothecam suā, sicut arcam Dominicam, circunduxit, ferens secum & causam studij sui, & instrumentum: causam in diuinis, instrumentū in gētilibus libris: vtputa doctus pater-

Studia ope unum pius erga calamitosos. [?]
Comœdias & tragœdias sub gerit. [?]

paterfamilias, qui nouit de thesauro suo proferre noua & vetera. Nec in ipso itinere desidiæ locus erat. In turba, quod paucorum est, quasi solus erat. Confabulabatur nanque utilimum aliquid cum quouis, aut meditabatur idipsum in quouis. Cùm ad diuinũ uentum esset officium, animum gerebat intentum, breui quidem, sed pura se oratione Domino commẽdans. Ijs, quibus conuixerat, habitu & gestu aliquando, mente aliud actitans, satisfecit. Non enim aliter tam verè popularis esset, neque tam multis meliora persuasisset.

In diuino officio ut se gesserit.

CAP. VIII.

QVicquid sacerdotum Domini, aut perfectorũ virorum quispiam illo in tempore magnum in religione moliebatur, hoc quasi solo quodam comite nitebatur: nec rebatur authoritatem suam satis per se uehementem, nisi hunc quasi succenturiatum, nosset se in diuina acie sustentantem. Seruus autem Dei non mediocriter in incepto profecit. Rumores vulgi pro nihilo duxit, nec quod ante pedes fuit solùm, sed multa quoquè in posterum præuidit. Hinc est, quod de fratre suo, cognomento patris sui, & Cunone in affinitatem regiam assumpto, dum nimiam inter eos colloquij familiaritatem, & hoc maximè Missarum tempore cerneret, præsago spiritu fertur dixisse: O, in quãtam inimicitiarum amaritudinẽ ista in hoc tempore tremendo malè parta contubernia resoluentur. Euentus rei, non multò pòst dictis fidem fecit.

Tremendum tempus dicit, cùm fit Missæ sacrificium, sicut & Chrysostomus, & alij patres

CAP IX.

PRima dispensatio credita est illa adhuc adolescẽti in quibusdam monasterijs, in quibus degẽtes cum idoneo ecclesiæ testimonio, partim uoluntate, partim ui ad regularem uitam constrinxit, sciens, quòd & inuitis bona præstantur. Ipsaque post paululùm Deo sacrata loca, annuente regia liberalitate, priuilegiis & immunitatibus pristinis reformauit, nihil sibi suis've exindè beneficii iure reseruans, nisi quantum cœnobiorũ patres spontè causa charitatis obtulerant. In his extat Loresham, locus Regum munificentia nobilis, adhuc in memoriam tanti viri retinens & prærogatiuam libertatis, & monimenta religionis.

Monasterium Loresham.

CAP. X.

DEindè cùm de virtute in virtutem gigantæis, vt ità dicam, passibus iret, & quocunquè pedem intendit, semper in uoluntate Domini proficeret: orta est subita tempestas dissensionis in Ecclesia, dormiente, credo, Iesu in pectoribus vigilum, ante fores domus Domini excubantium, ità vt quidã satanæ socii, inuidiæ spiritu distenti, Imperatorem ipsum, per quem salus erat in populo, videlicet lumen orbis terræ, conarẽtur extinguere. Quare hoc, nisi ut non arguerentur eorum mala opera? Nam teste Euangelica veritate, omnis qui malè agit, odit lucem. Cassato igitur per Dei miserationem hoc per serpentinum sibilum concepto consilio, nequitiæ suæ uirus per totius eius regni viscera diffuderunt. Quod licèt ubiquè & legum minaretur silentium, & plebis per cædes & rapinas interitum: nusquàm tamen atrociùs, quàm in Occidentis partibus æstuabat. Ibi principes vi & rapto assueti, populi rerum nouarum cupidi, ciuilibus omnes cladibus intenti, aliorum ditescere miseriis præoptabant. Tunc sanctæ Coloniensis ecclesiæ pastor Vuicfridus, diù admodùm imbecillis, regiç tamen maiestati & patriæ satis fidus, fessis tandèm relictis terrç artubus, supernis spiritibus sociatus est.

Ioan. 3.

Magna Imperij turbatio.

CAP. XI

PLebs autem destituta pastore, in ipsa confusione nil anceps, nil varium molita, vnicum vnicè optatum in domino Brunone, magnifico viro & probatissimo sibi delegit solatium, secuta magnatum & totius Cleri consilium. Qui in iuuenili corpore moribus maturus, in maximo nobilitatis fastu humilis & mansuetus erat: in sublimitate sapientiæ, quam percepit, non plùs sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, animum induxit: in regali affluentia, parcus sibi, diues amicis fuit. In ea primùm electione præter cæteros Godefridus floruit Episcopus: sed quis alium uoto præiret, difficilè quispiam expediret. Hoc uno inter spem metumque dubii ferebantur, quòd honoris dignitatem & uiri gloriam metientes, indignũ fore tantæ sublimitati metuebant, quod ei cum tanto ambitu præparabant. Et reuerà si quis in toto hoc regno locus esset augustior, aut certè Clero, populo, ecclesiis, omnique apparatu elegantior, hic tanti pastoris receptui ab omnibus, qui eum nouerant, dignior putaretur. Conspirantibus itaque omnibus, & idem in Christo sentientibus, cùm adhuc inhumatum, & ad oculos positum, secundùm consuetudinem loci, corpus bonæ memoriæ decessoris eius adspicerent, electi sunt à senatu sanctissimo quatuor summi viri, & eodem numero laici, omnes apprimè eruditi, qui omnia hęc perferrent ad palatium, & patefacta post defletam destitutionem, electionis vnanimitate, memoratum desolatis flagitarent solatium. Quid multa? Complacuit (Deo gratias) Imperatoriæ authoritati sic & tempori & loco consulere, vt petitũ tanta constantia visitatorem, festinanter ad destituti gregis custodiam mitteret.

Nota constantiam plebis Colonien.

Rom. 12.

Eligitur Bruno in Colonien. Archiepiscopum.

CAP. XII.

MIssus tandèm è castris terreni Imperij, in cælestis Regis tabernacula cum spiritualibus nequitijs pugnaturus intrauit, artes secum exercitationesque virtutum, arma fidei præ se ferens. In illo mox noui eius comites viderant & quod blandiebatur, & quod terrebat. Affabilem nanque se valdè & mitem præbuit, & cùm eius industria in agendis nihil effugeret, requisiuit tamen vndecunquè sollicitùs, quid agendum sibi esset, quibus consuetudinibus inniti debuisset. Erat ei comitate condita grauitas, ità confluenti turbæ modicùm hilaris, & per omnia mirabilis apparebat. Ventũ est ad sacratissimã sedẽ, huic pio prouisori ab omnipotente Domino ante tẽpora præparatã, in ipso tẽpore præsentatam. Factus est concursus ingens populi, infinita trepidatio vulgi: nouis gaudiis exultauit ciuitas. Clerus ex monasteriis cõuenit, sanctimonialiũ multitudo cõcurrit: conditio quælibet & sexus uterq; plùs solito ad gaudia cõuenerũt. Ecclesia læta prole suã, maternis eatenùs lactatã vberibus, iã in Christi gratia adulta, in die tantæ solennitatis ablactauit, & spiritualiter matrẽ esse constituit, quæ sibi postmodùm filiolos, in quibus Christus formaretur, affectu dulcissimo parturiret. Episcopi antẽ, qui frequentes aderant, & huius sancti Cleri Senatus, acclamãtibus cũctis in uoce exultationis & salutis, electũ à Deo & hominibus virũ, super cathedrã pontificalẽ sedere fecerunt, & laudẽ simul Deo uniuersi clamore quo quisque poterat, in organis, nihilominùs & cymbalis, & quocunque signo lætitiæ personuerunt. Exindè omnis eius intentio, omne studium sanctæ matri Ecclesiæ aut munimento fuit, aut ornamento. Munienda scilicet erat exteriùs, ornanda interiùs: Munienda in secularibus, ornanda in spiritualibus. Dile

Ephe. 6.

Optimum exemplũ nè quis sibi præsidat.

Excipitur à Clero & populo Colonensi honorificè, & intronizatur.

Psal. 25. xit ante omnia decorem domus Domini, & locum habitationis gloriæ eius. Hoc se ardere desiderio multis modis perspicaciter ostendit, quod hic scripto perstringere necesse non est, quoniamquidem illustrium eius factorum memoria recens est, nec in eius populo de eo loqui cessabit omnis, qui veritatem & fidem amabit. Quædam tamen de his, ut proposuimus, propter exemplum & instructionem plurimorum, scriptorum silentio tegenda non sunt. Impossibile nanque est, tanti viri gesta, per quotidianos virtutum profectus euoluere, dignisque factorum laudibus magna eius merita congruenter attollere, quæ longè latèque, more prudentissimæ apis, vt Christi bonus odor esse posset, benefaciēdo & op-

2. Cor. 2. pressorũ inopiã sustentando, collegerat. Hoc nimirùm alijs ad vitã, aliis mortẽ erat. Nã q amaritudinis zelo succẽsi, bonarum artiũ ignari, dissimillima suis factis studia, quæ nec immutare poterant, nec venerari nouerant, detrahendo & maledicẽdo peruertere conabantur, mortem sibi & uæ perpetuum cõparabant, secũdùm prophetę comminationẽ, dicẽ-

Esa. 6. tis: Væ, qui dicunt malum bonum, & bonum malũ

Iohan. 8. ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Qui verò sequitur me, dicit Dominus, non ambulat in tenebris. Hic profectò ante tempus non iudicat, nec quemlibet facilè ex sua sententia damnat. Bonis igitur propositum est, pessimis displicere: vndè uitam suam non popularium vanitate sermonum, sed conscientiæ veritate metiuntur.

CAP. XIII.

Ntequàm in suggestum pontificalem vir iste in lege Domini eruditus ascenderet, seditiosis nostræ reipublicæ ciuibus, quos inflammauit spiritus satanæ insurgere in Christum Domini, erat spes quædam Colonia potiundi. Ità magnanimum regni Lotharici populum aut pacis sibi fœdere deuinciri, aut crebro belli impetu, propter opportunitatem loci, terreri posse arbitrabantur. Sed postquàm illã hic filius pacis, custos ecclesiarum Dei peruigil, introiuit, dici non potest, quanto mœrore sint afflicti, quãta desperatione incepti sui perficiẽdi, obducti sint,

Patitur multas calũnias à pacis inimicis vir pacificus quicunque in hoc regno erant pacis inimici. Hinc blasphemiæ, maledicta, probra & multimoda impietati comenta. Sanè mentita est iniquitas sibi, vt quia pastorem nec corrumpi, nec ullo modo seduci posse sciebant, gregem saltem ab eius amore, si quis daretur huiusmodi fraudis processus, his mendaciorum ostentis auerterent. Docti nanque & magni uiri, in-

Moguntia obsidetur ab Othone Imperatore. uidiam promereri norunt, habere nolunt. Ea tempestate ab Imperatore & exercitu eius obsessa est Moguntia, urbs nobilis & opulenta. Erat enim referta hostibus & insidiatoribus regni: & vbi uigere solebat synceritas religionis, illuc maxima cõfluxit sentina dissensionis. De Archiepiscopo loci, varius principum, æquè & vulgi, sermo fuit. Alii innocentiam eius in cęlum ferre, virtutes prędicare, ea quæ passim, & in illis præsertim partibus, per ciuile malum perperàm agebantur, ipsi præ omnibus odiosa dicere; quippè partes eum execrari testabantur. Idcircò è medio secedere, minimùm curare, cui vrbs pateret, cui milites obedirent. Hæc ferè illorum erat sententia, qui coniuratione impia fœderati, eius iugi auxilio & consilio in omnibus se fretos esse iactabãt: hoc solo causam suam defendentes, quòd nequaquam reproba esse posset, cui talis vir communicare vellet. Alii verò, & penè omnes, quorum cordibus diuina gratia inspirauit, potestatem ordinatam à Deo venerari, Imperatorem omni deuotione sequi, tutorem opum, uindicem scelerum, largitorem honorum: ipsi etiam, quibus domi sua res familiaris, coniuges & liberi curæ erant, aut pax & salus sua quomodocunquè dulcis extiterat, longè aliter huius viri merita æstimabant. Nos interim hæc Dei iudicio relinquamus, & à diuerticulo ad propositum redeamus.

CAP. XIIII.

Ouum itaque Agrippinæ ciuitatis custodem, & designatum antistitem Imperator ad nouũ inuitauit consilium, & expertus quid ante hanc iniũctam ei curam mente linguaque posset. Ibi varius alteriusecùs assentatium fauor, & propè cui meritò crederetur, incertum. Audire hoc erat frequentius etiã ab iis, qui i castris regalibus militabant, laudare aduersæ partis fortitudinem, præferre in eisdem innocentiam causę, quòd coacti & nimis inuiti, hunc sibi laborem assumerent: & quandoquidem nec inter hostes quisquam tam demens inuentus est, qui maiestatem regiam blasphemaret, in Henricum fratrem

Henricus frater Othonis Imperatoris Dux Bauariæ & Marchio. eius Bauariorum Ducem & marchionem inclytum, barbaris & omnibus id locorum gentibus, ipsis etiã Gręcis formidabilem, crudelitatis inchoatæ culpã omnem & malitiam retorquebant. Reuerà autẽ quo quis melior, & ad conseruandam Imperatori & regno eius fidem promptior erat, hunc magis exosum habebant. In hoc impiè latrocinantis & periuræ partis odium, Bruno gloriosus & populo Dei optatus pręsul, semetipsum spontè libensque coniecit, nec duplici corde, nec labiis dolosis cuiquam occasionẽ præbens, aut dissimulare quod uellet, aut simulare quod nollet. Ità neque alium fallere animum induxit, neque ab alio se falli ipse consensit. Prius tamen dura tentauit corda rebellium, si quo modo ullis salutiferæ suasionis eius & doctrinæ possent curari fomentis, ultimam cauterii differens medicinam, donèc pia solicitudine diligentiùs experiretur, quid sibi hæc infrenis audacia polliceretur.

CAP. XV.

Ludolphus conspirat cũ aliis cõtra Othonẽ Imperatorẽ patrẽ suum. Rat in ea coniuratione princeps, Imperatoris filius Ludolphus, unicè clarus & spectabilis adolescens, qui nõ solùm ad conseruanda, verumetiam ad exornanda patriæ monimẽta victoriæ sufficeret, si seductoribus minimè credidisset, & hæres esse, nõ proditor, uoluisse. Sed quia festinans ditari, paterno non meruit obedire consilio, contigit illi secundùm veridicam Salomonis sententiam, vt hæreditas, ad

Prou. 20. quam festinauit in principio, in nouissimo benedictione careret. Egregiùs ergò & plenus consilii, futurus & iam designatus, vt diximus, sacerdos Domini, dolens de contemptu fratris, de interitu nepotis, eundem, accepta fide per obsides, in castra belluino animo uenientem, eductum, ut fertur, de turba

Eum B. Bruno conatur ĩ viã reuocare. seorsùm, ità allocutus est: Nescis iuuenum omnium, quos terra tulit, clarissime, quantùm tibi tuisque profueris, si admonitionis meæ verba in pectoris tui secreta demiseris. Tu nanque maxima gloriosissimi patris tui cura, & nostra gloria, quid nobis sperandum relinquis, si teipsum nostris oculis ademeris? Non respicis honorandam pii genitoris tui canitiẽ, quem te contristare, cui te iniuriam inferre non expedit? Non recordaris eius paternam erga te semper à puero pietatem? Deum, mihi crede, offendis, cùm patrem contemnis. Non est quod te excu-

Nõ esse tractãda cum inimicis. ses. Ad iniuriam eius respicit, quicquid nouum contra hoc regnum absque eius voluntate moliris. Causam tuam tractas cum inimicis tuis, quod contrà decuit cum amicis. Illi enim non te, sed quæ sua sunt, quęrũt in te: salutẽ tuã paruipendunt: verbis omnia, nõ rerũ veritate, metiuntur. Vide, quæso, quò te ducãt, nè fortè seducãt. Qui eras gaudiũ & corona patris, spes & oblectatio totius regni, quomodò cõuersus

es ĩ amaritudinē? Desine tādèm esse Absalô, vt possis esse Salomô. Cogita q̃s te tātùm exaltauerit, quis omnes regni huius principes tibi sacramentorũ fide firmauerit. (Quarè hoc fecit? Nunquid vt ingratus existas? Nunquid vt proditor esse discas? Verè insaniũt, qui te sic decipere volunt. Time quotidianos singultus, expauesce frequentes gemitus, horresce lachrymas patris tui. Minùs ægrè ferret totum hoc sibi ab hostibus præripi regnum, quam te, cui seruat regnũ. Innocens cor tuum venenosis heu blanditiis seductum est: paternæ pietatis patet sinus, in quo nullus est dolus. Dolet pius pater filium sibi corruptorum impietate præreptum: gaudebit ad reditum. Si paulò iratior est seductoribus tuis, citò mitescet, cùm te suas delicias receperit: nec scelere, sed errore hoc actum esse iudicabit, cùm te sibi restitutum senserit, quem etiam plùs quàm seipsum amauit.

CAP. XVI.

Sed surdo canit.

HAEC & his similia dominus Bruno vir bonus, dicendi peritus, de salute pulcherrimi iuuenis valde solicitus, perorabat. Ille verò, quasi cuius mentem Erynnis ad cœptum nefas instigasset, aurem cordis sui neutiquàm passus est huiusmodi monitis admoueri: vix auditu exteriori, nè videretur nimis insolens, propinquauit. Innocens enim ab huius dissensionis miseria videri, quàm esse, honestius duxit. Mouit eius iuuenilem animum anxietas & metus elegātissimorum comitum: qui illius impiæ coniurationis tabe essent infecti vel adspersi, ornatus & iucunditas esse possent etiam Imperatoriæ dignitati. Et tunc vtiquè tam desiderabilem, tam manufortem, tā egregiam eius prolem deceret hoc agmine stipari, de hac electa iuuenum excellentia gloriari. Erat præ omnibus in eius animo quasi quidam stimulus, dux paulò antè fortissimus, tunc autem prędo audacissimus Cuno, etiam parta, vt ipsi iactabant, diuitiarum & regni gloria: sed reuerà labor sterilis pro tranquillitate, solicitudo semper anxia pro securitate. Nā is, cui, vt ità dicam, omnia erant in manibus, agendo vt plus haberet, vt nihil haberet, omnimodis effecerũt.

En quam tum nocēt mali sodales.

Hostium Imperatoris multimoda machinationes.

Intereà tamen modis omnibus, nec dolis minùs, q̃ viribus certare, neque dies neque noctes requiescere aduersarios inter se suspectos facere, nihil intentatum relinquere, neque quicquam pensi habere, dūmodò id efficerēt, vt maximis intrà regnum vrbibus, & his opulentissimis, quocunq; ingenio potirentur, indè cunctis regni finibus facilè se imperaturos arbitrantes. Ac nè quid penitùs sine fraude fieret, cum Arnoldo, strenuo in primis viro, cui summa rerum per idem tempus in Bauarorum terra cōmissa fuit, secretiùs pollicitationibus infinitis, commemorando insupèr odium vetus, egerunt vt se primùm, deindè vrbem præclaram, postremò totum illud regnũ Henrico Duci periurus abdicaret: tantum sibi roboris inter eos inuidia & odium vendicauit. Simul Hungaros, antiquam pestem patriæ, solicitabant, vt regnum in seipsum diuisum inuaderent: arbitrantes hoc modo sibi solicitudinem, qua premebātur, aut penitùs adimi, aut aliquatenùs minui posse.

Ratisponā dicit.

En quò ĩpellit hominē ambitio & inuidentia.

CAP. XVII.

HAc de re, vt putà tam subita & improuisa, commotus Imperator, & magis illorum miseria, quàm suo damno dolens, obsidionem Moguntiæ, accepto tandèm, quod petebatur, pacto, dimisit, è castris Orientem versùs cum his, quos fidos habuit, cōsultum partibus illis festinè proficisci disposuit, fratrem suum Brunonem Occidenti tutorem & prouisorem, &, vt ità dicam, Archiducem in tam periculoso tempore misit, cui talia mandata dedit: Vnum nos semper idemque sensisse, nec unquam vota nostra in quocunque negocio discrepasse, dici potest, frater dilectissime, quantùm delector. Et hoc est quod in acerbis meis rebus me maximè consolatur, cum video per omnipotentis Dei gratiam nostro Imperio regale sacerdotium accessisse. In te nanque & sacerdotalis religio, & regia pollet fortitudo, vt & scias sua cuique tribuere, quod est iustitiæ: & p(o)ssis aduersariorum siue terrori, siue fraudi resistere, quod est fortitudinis & * prudentiæ. Nec abesse tibi iamdudum perpendi ipsam ingenuarum artium matrem, & veræ virtutem philosophiæ, quę te ad hanc modestiam magnitudinemque animi erudiuit. Scio itaque, frater mi, scio, quòd nemo prudentię tuę persuadebit, id tua non interesse, quantum peruersi de bonorum pernicie glorientur, quacunque id, quod intenderint, honestate verborum velent. Dicent fortassè, bellis hæc sedanda esse, quę ad te non pertineant, quę tui ministerii dignitatem non deceant. Huiusmodi fraudulenta verborum iactantia istius metropolis pręsul vides quantos seduxit, quantos ad ciuilis cladis rabiem illexit: qui si subducere se vellet à dissensione, quemadmodum fingit, & bellorum periculo, vt religioso degere posset in ocio, nobis profectò & nostrę reipublicę melius id, quod ei regali munificētia contulimus, reddidisset, quam hostibus. Hostes dico, vt ferè omnes sentiunt, nefarios ciuium prędones, patrię proditores, regni vastatores, militię detectores: qui meipsum vtiquè sacrilega audacia suis (credo) manibus necatũ, aut quouis quamacerbissimo mortis genere perisse vellent, cui filium sustulerũt, fratrem regno, liberis, ipsaq; dulci coniuge, vita deniquè ipsa priuare contendunt. Tu solus mihi demùm es solidum, fidum, firmumque solatium, qui tantùm ab ineunte ętate in bonis actibus profecisti, vt bene facere, summaque beneuolentia omnia circumspicere, tibi iam ex consuetudine in naturam venerit. Te plane sospite si iucundè & exintegrò fruitus fuero, vt mens mea semper flagitat, desiderium postulat, animus implorat: tum dignitas, tum gloria, tum decus aderit. Pręsidii satis abundeque nobis est, nè nobis nos desimus, hoc verò summoperè nobis curandum est. Tu mihi, tu, inquam, testis, quanta cura, quantaque beneuolentia fouerem, tuerer, amplecterer hos, quos modò tam crudeles patior: quib9 tamen adhuc quamlibentissimè mederi vellem, si sibi ipsi parcere vellent. Ah quanta importunitate pręcipites perire festinant, secumque prolem meam innocenter educatam, in omnia scelera versant. Ità in potestatibus temperare sibi adeò illis difficile est, qui per ambitionem probos se non esse, sed videri, pręoptant. Nosti dilectissime, quod quidem cum dolore recolo, eos mihi frequenter duriores & magis infidos fuisse, quos ampliùs foui, quos in multis necessitudinibus fœderatissimos amaui, quos deniquè mihi coniūctissimos ęstimaui. Graue hoc perpessu fuit: duplex miseria. Quod autem me vrget, mala superiora pręponderat, cum ille, quem genui, pręreptus mihi, paternę pietati didicit insidiari. Enitere igitur vir Deo dedite, non quomodò primùm, sed modò potissimùm enitere, quęso, consilio illo tuo, quo calles plurimùm, vt pro loco & tempore ant arma dissuadeas, aut quoquo pacto compescas. Absens tibi corpore, vbicunquè ero, gaudeam tibi, gratuler prouidentię & moderationi tuę. Id mihi reputare liber, quod feceris: id etiam libeat tibi, quod fecero. Opto & cumulatè desidero, vt ea nobis sit votorum & oblectamenti summa, non tantùm coram Deo, sed etiā coram hominibus prouideri bona alterutrùm ea quę sunt, & si fieri potest, cum omnibus habere pacem. Deindè postquam ruerunt in oscula, non sine lachry-

Imperatoris Othonis et Brunonis semper vnus animus.

** Exemplar hēt iustitia: sed mendosè, opinor.*

Optimus Imperator eos patitur infestissimos, quib9 maxima prastitit beneficia.

Nota q̃ fuerit pacis studiosus tā potens princeps.

mis adolescentem digredientes, Imperator Orientem, frater eius Occidentem petiuit.

CAP. XVIII.

Moxque ad Aquas grani palatii properauit: ibi principes regni, quorum id intererat, conuenit, eos variis multisque modis instruxit: atque hoc cum eis potissimùm egit, nè seductoribus aut vanis eorum promissis crederent, nè minas timerent: regię maiestati & suæ ipsorum fidei pollicitationes nullas præponerent, spondens se ante tempus & in tempore semper paratum fore, vt pacem Ecclesiæ violatã, si sic necessè esset, vitæ etiam suæ periculo reformaret. Hoc facto, Coloniam lætus adiit: expectabatur ordinationis tempus, & vnctionis lætitiæ. Hoc facto, innouatum est gaudium plebis, & refulsit in conspectu omnium, qui conuenerant, ornatus stola iucunditatis sacerdos Domini Saluatoris. Posteà nardus preciosa dedit odorem suum, in medio ecclesiæ aperuit os suum. Audiebatur, secûdùm legale institutũ, sonitus intrantis in domum Domini Dei: exemplũ & documentum factus est omnibus obtemperantib. Quid autẽ fecerit, quomodò docuerit, qualiter pro pace ecclesiarum Dei seipsum impenderit, actu est mirabile, dictu difficile. Tantùm enim superiorum insignia, huius quotidiana opera præcedebant, vt totum quod in ecclesiis siue ampliandis, siue restaurandis, quod in reliquiis & corporibus sanctorum, in suam parochiam transferendis, quod in priuatis vel publicis ædificiis componendis, quod in ordinandis domibus, familiæque sanctæ Dei Ecclesiæ rebus fecerat, ad aliorum operam penè incomparabile videretur. Nam sicut super omnes docentes se intellexit: ità cordis sui aciem, ingenii acumen, animi vigorem, ad maiora sapientiæ & virtutis opera direxit.

Exemplũ boni pastoris.

Exod. 28.

Summoperè studet paci omnium ecclesiarũ

Psal. 118

CAP. XIX.

De religione primò & culto Dei, quod Græci θεοσέβειαν dicunt, secundùm datam sibi sapientiam, Canonicam & Apostolicam authoritatem secutus, instituit, vt multitudinis, quæ in diuersis congregationibus, ad eius honorabilem sedem pertinentibus erat, vnum cor esset & anima vna: vt vestium superfluitas, morum inæqualitas, & quicquid hoc modo effœminatum & indecens in eius ecclesia videretur, vera & spirituali circuncisione, quod est initium sapientiæ, diligẽtissimè abscinderetur: vt diuinis ministeriis omnes, quorum id intererat, intentissimè secundùm præfixam sibi regulam viuerent, nec aliam sibi suæ salutis causam vllatenùs æstimarent. Hæc & his similia cum venerandis patribus & Cleri sui senioribus frequens egit, eosq; in custodia Dominici gregis secum pariter inuigilare solicitus admonuit. Et quia culpa temporum vrgebatur, vt rariùs hæc cum illis ageret, quam volebat, soliciti ùs absẽs nõ minùs, quàm præsens, spiritu feruens, Domino seruiẽs, ęstuabat. Erant ei foris pugnæ, intùs timores. Pugnabat contra luporum, Ecclesiam Dei deuastare cupientiũ, rabiem: timebat Domini ouium simplicitati, sicut Apostolus: Timeo, inquit, nè sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ità corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo. Ità exercitato pectore contra aduersa omnia robustissimus erat: in prosperis quoquè talis animus minimè vacillabat, rebus æquè & crebris exercitationibus docens omnes sibi subditos, solicitos seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Visus est singulari illa mentis suæ agilitate penè excelsisse generale illud, quod dicitur, mentem, cùm diuiditur ad multa, fieri minorem ad singula.

Act. 4.
Optimè instituit mores Cleri & monachorum.

2. Cor. 7.

2. Cor. 11
Gen. 3.

Ephe. 4

CAP. XX.

Cogente igitur Imperiali authoritate, suscepit, vt iam dictũ est, tractare negocia regni apud Lotharicos: & cùm unicuique de principibus & magistratibus suum pariter onus, vnicuique sibi congruum imperaret opus: nihil tamen erat, quod non ipse obiret, hoc maxima consilii viuacitate prouidẽs, quod omnibus expediret. Causantur fortè aliqui, diuinæ dispensationis ignari, quarè Episcopus rẽ populi & pericula belli tractauerit, cùm animarum tantummodò curam susceperit. Quibus res ipsa facilè, si quid sanum sapiunt, satisfacit, cùm tantum & tam insuetum, illis præsertim partibus, pacis bonum per hunc tutorem & doctorem fidelis populi, longè lateque propagatum adspiciunt: nè pro hac re, quasi in tenebras ampliùs, vbi nõ est præsentia lucis, offendant. Nec verò noua fuit huiusmodi gubernatio, aut sanctæ Dei Ecclesiæ rectoribus anteà inusitata: cuius exempla si quis requisierit, in promptu sunt. Nemo igitur super hac re culpabilẽ eum dicat, cùm Samuelem sanctum, & alios plures, sacerdotes pariter legimus & iudices, & Danielem prophetam duos presbyteros ad mortem damnasse legamus. Nos verò ad alia festinantes, quid quisque de pio hoc viro loquatur, suo ipsius iudicio relinquimus, scientes sani capitis esse neminem, qui bonũ euidentissimum vllo maledicti opprobrio fuscare nitatur. Honestum enim & vtile nostræ reipublicæ fuit omne quod fecit. Factis verò suis hunc finem nequaquàm constituit, vt non nisi per hominum ora fauorem captando volaret: sed ità vixit, ità opera sua coram hominibus temperauit, vt pessimis horrori, bonis esset honori. Hic apertè cunctis innotuit, quòd in Episcopatu bonum opus desiderauit, in quo nec ab inuidis & æmulis suis facilè potuit repręhendi, nisi hoc ipsum in laude eius magis proficeret, quòd talibus displiceret. Hac igitur mirifica occupatione detẽtus peruigil summi patrisfamilias operator & summus præsul, lucernam ardentem, boni videlicet operis exemplar, in manibus ferens, ad ea, quæ Dei sunt, alios volẽtes duxit, alios nolentes traxit.

Pax per eum con[...] hata.

Dan. 13.

Summoperè præsul ... Archiepi scopus fuit

CAP. XXI.

Sed inter hæc humani generis antiqua pestis non cessauit inuidiæ suæ virus per opera pii doctoris, iam in bona spe germinantia, longè lateque dispergere. Nam cùm primùm Lotharici regni populus, multimoda magni huius viri exhortatione vix tandèm inductus, blandimenta pacis valdè sibi insueta tentaret, & ii, qui sola ciuili discussione tutum sibi aliquid pollicebantur, assensum in sui perniciem ex parte plurima præbere respueret, sæua Hungarorum gens, & qualem nunquàm terra nostra sensit barbariem, à peruersis illecta ciuibus, trãsiit Germaniç plerisq; prouinciis, Galliç, cui iam olim nobilis Francorum populus insedit, omnia ferro & ignibus vastatura se totã infudit. In hac acie Cuno, qui priùs Dux erat egregius, cum suis sequacibus militauit: verùm ad hoc, vt odio suo, quod in virum Dei Brunonem, bonis certè mansuetissimum, cõceperat, hac fera crudelitate satisfaceret, an vt quibus posset in tanto periculo subueniret, incertum: sed illud prius, latiùs opinione disseminatum est. Nã & antè contra eum dura quæque fraudulenter, quia vires defecerant, tentauit, ità vt Metim vrbem opulentissimam dolo inuaderet, ipsi Coloniç & cęteris regni munitionibus suspectum se faceret, probra iactaret, minas effunderet. Et posteà aliquantum temporis in hac eadem, qua dudum erat, immanitate permãsit: nihil reliquit intentatum, quo fœdus in populo nostro per sapientiã ductoris sui pactum dissoluere se posse putaret. Ho-

Hungari vastant Gallias.

mo nanque erat paulo antè summa potentia, summaque fortuna, sed ignarus, quomodò secundis rebus vti conueniret. Has quoniam, postquàm abusus est, perdidit, in bonos vltra modum impatiens sæuijt: sed à nefarijs suis conatibus semper ità, Deo dispensante, repulsus est, ut hoc eum non leuiter pœniteret, quòd magnum facinus tanta leuitate aggressus est.

CAP. XXII.

Certamine sæpè etiā maxima pericula B. ðit uno.

PEpercit autem in omnibus sacerdoti suo & pio prouisori populi sui misericors & miserator Dominus, & ità omnia ordinauit, vt absque bello & humana pernicie, maxima sæpè pericula sedarentur. Inter quæ frequenter ipse interritus, aut secum intentus legit, aut de maximis quibusque rebus quasi curarum instantium nescius, disputauit. Hoc apud Treuerim, hoc in Alisatio gentibus & populis innotuit, quanta constantia & securitate animi sui, inobstantes & temerarios aduersariorum motus redarguit: cùm eos qui in alienis se fortißimos iactabant, in proprijs tam imbecilles esse monstrabat. Et reuerà quos nulla vnquàm acies, nulla inflexit asperitas, hos huius viri pietas imbelles & timidos faciebat. Consilio nanque & bonorum hominum multitudine, non seuitia, timendus fuit, & quòd nemo hostiū tam acriter vigilabat ad perniciem, quàm ipse ad salutem. Fama autem & multitudinis iudicio minimùm motus est: suo sibi iudicio vsus est, & in quo recta probauit, non vt sibi, sed Deo placeret, optauit. Itaque vt paucis multa comprehendam, plura omittam: intùs & foris, domi militiæque indefessus Domini præliator, animi plùs quàm corporis viribus tā diù contra pestilentes & inquietos, tantumque vitæ etiam suæ plerunquè periculo decertauit, vt nominis quoquè eius fama quousquè peruenit, bella sedaret, pacem formaret, studium in omnibus bonis artibus firmaret, sanctæ religionis & salutiferæ quietis gratiam ampliaret.

Sola nominis sui fama quā̄tū effecerit.

CAP. XXIII.

QVoniam igitur humilisiste philochristus, & meritorum ardens æmulator charismatum, seruus Domini Bruno, secundùm dignitatem sedis suæ, Romanæ quoquè sedis & Apostolicæ benedictionis priuilegio debuit insigniri, & cum eis pariter, qui traditam à beato Petro Apostolo sanam seruauere doctrinam, catholicæ fidei integritate in vera confessione & inuiolabili veritate prædicationis vniri: synodicam suam Epistolam per Hadamarum, venerabilem monasterij Fuldensis Abbatem, Romā ad Agapetum miræ sanctitatis Papam direxit: in qua, cuius spiritus esset, & quia pastor ab ouibus electus, à Domino missus esset, innotuit. Appellatusque est ibi concors & concius Apostolorum, princeps & propagator Domini præceptorum. Legatus indè cū magna mentis alacritate reuersus, pio pastori, cui ante hæc gratia Dei collatum est, secundùm prophetam, oleū gaudij pro luctu, tunc attulit pallium laudis pro spiritu mœroris. Spiritus nanque Dei cordatum homini, & sacramenti huius magnificæ virtuti magis quàm his quæ visibiliter gerebantur, intento diuinitus inspirauit, ut erigeret cor suum in spem per gaudium spirituale, nè tristaretur in eo, quem sensit imminere, labore. Cor enim, quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Sapientiæ hæc verba sunt. Legatus ergò, vt loqui cœpimus, Roma rediens, bonum nuncium Coloniam ferre accelerauit, portans sacrum habitum, ab vniuersali Pontifice missum, prætendentem iugum Domini suaue, & onus eius leue, & ipsum, quod sub eo dispensatur, humile ministerium, quod verba Domini testantur, dicentis: Qui maior est vestrum, erit minister vester. ferens simul reliquias de proprio corpore S. Pantaleonis martyris, & priuilegium, Apostolicæ sublimitatis authoritate traditum, quo & eodē pallio præter consuetudinem sacerdos Domini, quotiès vellet, indui permissus; & concessis omnibus quæ petebantur, ipse præ magnitudine virtutis & sapientiæ in participationem eius operis, & propè in cōsessum tantæ dignitatis admissus est. Properauit in occursum eius læta ciuitas, vndiquè iubilans accurrit multitudo, conuenerunt in suburbio prope antiquum locum, vbi ecclesia eiusdem preciosi martyris erat inculta adhuc, & ruinæ proxima. Ibi deposita sunt grata onera, deindè suo quæque loco reposita.

Immotuit [illegible] ... electus.

Esa. 61.

Agapet⁹ Pontifex mittit ei pallium.

Prou. 14.

Pallium Episcoporum quid significet.

Nota antiquā Germanorū religionē.

CAP. XXIIII.

MOnet me hic aliquàtulùm immorari festiuus ille, qui posteà in breui proh dolor factus est funerosus, eiusdem loci occursus. Ibi venerabilis iste amict⁹ primò, ibi postremò, semèl læto, semèl lugubri carmine suscept⁹ est. Corp⁹.n. religiosi & Deo digni sacerdotis ibidem sepeliendū officij sui insignia nō amisit, quæ tamen spiritualiter, & ideò feliciter, vt credimus, anima secum vexit. Arcano itaque omnipotentis Dei cōsilio prouisum est, vt idem locus ad declaranda sancti sui martyris merita, prima hac occasione illustraretur, & talis fieret, vbi vir iste Domini pacificus & mirabiliter humilis, potißimùm eligeret sub eiusdem pij martyris patrocinio tremendi iudicii diem, & futuræ resurrectionis gloriam ex animis præstolari. Non multò pòst ibidem, vt putà in loco secretiori, & ab vrbanæ inquietudinis molestia remotiori, fratres in laude diuina peruigiles & solicitos, sub monasticæ regula disciplinæ, Domino seruire instituit: quibus Abbatem præposuit, nomine Christianum, suæ videlicet professionis phoronomum, & in lege Domini, sicut hunc decuit ordinem, apprimè eruditum. Cui ordinato, hoc breue commonitorium de Occidentis partibus scripsit: Vt sis, quod vocaris, cura gentilitati nè degeneres. Id seriò triumpha, vt non sicut priùs antiquetur, sed de virtute in virtutem vt eatur, naua.

Christianus prim⁹ Abbas S. Pantaleonis.

CAP. XXV.

NVnquàm ità ciuillum negociorum occupatione detentus est (ad quam eum non sua libido, sed populi necessitudo attraxit) vt animo illo ad omnia viuacißimo non uigeret, intentus religioni præcipuè & lectioni, in cuius studio mori uidebatur. Ad id agendum exemplo suo & crebro monitu accendit omnes penè, quos præ oculis habuit. His verò, qui hoc ità non amabant, vehementer indoluit, eosque, licèt alias familiares essent, à secreto tamen & amico mœroris loco, ubi se sibi libentius, & ideò diligentius, solebat explicare, remouit. Pectus cordati uiri pertæsum fuit regifici luxus, & consuetæ, hoc præsertim tempore, potentibus iocorum & uoluptatum illecebræ. Vndè si quandò suis coactus quodammodò reddidit, quod non debuit, excessum hunc modicum fletu plerunquè largiore detersit. Vitam præsentem & dulcem metuit, & amaram expertus est: de uita uerò, omnis solicitudinis & languoris ignara, haud dubium, quin ante omnia plurimùm cogitauerit, qui de ea tam luculenter multotiès & cum familiaribus, & coram plebe sibi commissa disseruit. Iuuenis, ut erat, omnique pompa circumfluus, audeo dicere, dissolui uellet, tantùm ut cum Christo esset. Hinc lachrymæ assiduæ, suspiria ferè continua, furtiuæ orationes & singultus in ipso etiā lecto clarius perstrepentes, ut testantur, quos id minùs

Mirè addictus est lectioni.

Odit luxū & uoluptates.

Vide piū pectus tāti viri.

nùs celare poterat, etiam dum latère nolebat. Quotiès diem mortis posuit ante conspectum cordis? quotiès ad hoc vocis quoquè prorupit officio, quod corde molitus est? quotiès audiuimus eum vehemẽti gemitu præoptasse id, quod futurum, non tamen sine graui trepidatione, sperauit, ut æstuosum mundi huius naufragium, ĩ Dei sola misericordia tutus, euasisset, & in litore tandèm securitatis intimæ consistisset. Elapsurus quodammodò putabatur, vt quasi mortem aufugeret totum, quod ei in huius mundi delicijs blandiebatur. Testes supersunt conuersationis eius quamplurimi: quotiès eum in secretis corde contrito & spiritu humiliato persenserant, mirari plùs poterant, quàm imitari. Nam ille popularis, plerunquè quasi solitarius uixit. Mirum dictu: inter conuiuas lętissimos lætior ipse frequẽter abstinuit. Molles & delicatas vestes, in quibus nutritus, & ad hominem usque perductus est, etiam in domibus regum multotiès declinauit. Inter purpuratos ministros & milites suos, auroque nitidos, vilem ipse tunicã & rusticanas ouium pelles induit. Lectuli delicias vehementer aspernatus est. In balneis cum lauantibus, cutisq; nitorem quęrentibus, vix aliquandò lotus est. Quod eo magis mirum est, quia ab ipsis cunabulis eiusmodi munditijs & pompa regia educatus est. Hæc autem pro tempore & loco, modò palam, modò secretiùs egit, ut & laudem humanã subterfugeret, & tamen subditis exemplum hoc agendo pręberet. Multi enim verbis, plùs exemplis proficiũt plerique. Apud mites & humiles nemo humilior; contra improbos & elatos nemo vehemẽtior fuit. Hunc terrorem, qui beneficio obligari non potuit, indigena æquè & alienigena formidauit, & recto conuenientissimoque ordine omnis, ad quem magnitudinis eius fama peruènit, primò eum timere, post eũ consueuit amare.

Inter conuiuas abstinet.
Milites & nobilibus accipit, duo dom adel.

CAP. XXVI.

SAnctorum corpora, atque reliquias, & quælibet monimenta, ut suis patrocinia cumularet, & per multos populos ultrà citraque hac celebritate gloriam Domini propagaret, undecunquè collegit: ijs loca & ministeria omni sumptu & apparatu copiosiùs præparauit. De quibus singulis plura essent dicenda, si paterentur promissa compendia. Indicia sunt hęc inuictę fidei, qua non ea, quæ sua, sed quæ sunt Iesu Christi, quæsiuit. Baculum & catenam sancti Petri qua diligentia, quo seruore, quo gaudio Coloniam, alterum Meti, alteram Romã adduxerit, omnes nouerunt. In cuius honore domum eius honoratissimam mirabiliter ampliauit, quam de pulchra pulcherrimam fecit. Inclytos & præcellentis famę martyres, Patroclum, Eliphium, Priuatũ & Gregorium, quorum gesta sunt permagnifica, merita gloriosa, patrocinia tuta: Christophori, sanctique Pantaleonis, ut iam dictum est, preciosas reliquias, quibus se patronis specialiùs delegauit, vt putà gemmas gratissimas & dulcissima pignora, ad sanctissimam suæ Ecclesiæ sedẽ miro ambitu variis de locis attraxit. De translatione beati Euergilli, tertij eiusdẽ sedis * Archiepiscopi quid factum sit huius pii prouisoris dispensatione, silentio non duximus supprimendum.

Studiũ ei' erga cõgrẽdas Sãctorũ reliquias.
Bacul' & catena S. Petri, qui bus locis seruẽtur.
*for. * Episcopi.*

CAP. XXVII.

CEntesimo octogesimo Dominicæ incarnationis octano lustro, (id est, nongentesimo tricesimo septimo anno) sexagesimo tertio Indictionũ circulo, regnare cœpit Otho, unctus lætitiæ oleo: qui Coloniensis gregis custodem, se natu minorem constituit fratrem suum Brunonem, atque Occideati præfecit tutorem & Archiducem: ipse verò pacare regnum versus est in Orientem. Sanctus Bruno piissimus vicesimus secundus sancti Euergisli successor, omnium factus est morum speculum bonorum: nardus preciosa dedit odorem suum. Verè dux populi, & solicitus pastor gregis Dominici. Cum causa colloquii habendi de statu regni apud principes regionis illius, iter haberet in Occidentem, fortè in reuersione, pacato regno, ad oppidum Tungrẽsium deuenit, quod uenerandos reliquiarum cineres sancti Euergisli conseruauit. Nam peccatis exigẽtibus, ciuitatem totam longa vetustas & bellorum tempestas cum nomine penitus deleuit, ac nouitas aliò sedem Episcopalem transmutauit. Cumque ibi summus præsul pernoctaret, illudque animum eius multùm moueret, quòd tam sacer locus ad nihilum iam quasi deueniret, in ipsa nocte apparuit ei sanctus Euergillus, quasi palliatus casula conscissa, qui ei dabat talia uerba: Vides ne, ut vestimẽta mea sunt neglecta, & tinea consumpta? Quoniam tu illuminabis lucernam meam: illumina tenebras meas. Nam hinc eripiar, & in Deo murum transgrediar. Nec mora, Episcopus somno solutus, rem voluebat tacitus. Facto autem manè, bonæ memoriæ ad se iussit venire Folcmarum œconomum, quem in omni negocio consueuit habere coniunctissimum, remque illi ex ordine nunciauit, & vt ille in medium consuleret, postulauit. Qui mox dicebat ad primam respõsionem, sanctum Euergillum propriam debere repetere sedem. Lætatus Episcopus, tam sacri corporis reliquias sua Imperali potentia propriæ sedi se velle restituere suis nunciauit omnibus. Hoc verò illi audientes, illud eis optabile fore prædicabant, & penè omnes præ gaudio flebant. Nec mora, cũ omni deuotione perrexit cum suis, Episcopus ad locũ, vbi iacebat sanctum corpus, & post quoddam altare de quadam fabrica, iam senio consumpta, cum omni veneratione eleuauit, ac multùm flentibus incolis, cum suis * Coloniæ reportauit. Vbi ad sanctissimam sedem ventum est, ingens concursus populi factus est, clerus cum sanctimonialibus cõuenit, uterque sexus concurrit, tota ciuitas nouis gaudiis exultauit, sicque cum omni celebratione diuinæ laudis quinto Calendas Aprilis honorabiliter repositum est in ecclesia sanctæ Cæciliæ virginis. Ibi verò tot Dominus quotidiana dignatus est per sanctum suũ conferre dona salutis, suæ sacræ ecclesiæ filijs, ut pręsentem credat vnusquisque adesse largioribus beneficiis.

S. Bruno Episcopus speculum morũ omnium.
Cant. 1.
Somno fit adm. Archiepiscopus.
Psal. 17.
S. Euergilli corpus transfert Coloniã.

CAP. XXVIII.

SAnctus etiam Patroclus quomodò ad nos venerit, reticendum non est. Nam sicut per Salomonẽ dicitur, fama bona impinguat ossa. Huiusmodi adipe & pinguedine repleatur anima nostra. Anno ab exordio salutis nostrę, id est, ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi ducẽtesimo septuagesimoquinto, Aurelianus principatũ Romani Imperii adeptus est, quinque tantùm annis & sex mensibus regnatu rus. Sub quo gloriosus & sanctus Domini martyr Patroclus, victoriosi certaminis sui cursum feliciter cõsummauit, & in curru Dei, decem millibus multiplici, hoc est, in millibus lętãtium euectus in vrbem cęlestis reipublicę triumphauit, statuens in Trecassina vrbe trophęum glorię suę, corpus posteris honorandum, exteris etiam gentibus pręedicandum. Exinde circiter sexcentos octogintaquinque annos, sanctus Bruno, reuerendissimus Coloniẽsis ecclesię Archiepiscopus, ab Otthone Imperatore Augusto, fratre

Prou. 15.
Psal. 67.

suo,

Legatione fungitur apud Lugdunenses

suo, in Lugdunensem Galliam missus est, nobis in tẽpore ipso, populo illius prouinciæ penè serò: vbi diuersæ voluntates ciuium, distractæque fuerunt sententiæ, velle suum cuique: nec consiliis solùm & studiis, sed armis etiam dissidebant & castris. Illic ergò duarum sororum eius filij summa rerum potiebantur. Hi propinqui inter se fœdere sanguinis, discordes animis, ludibrium auaris suis militibus erant: qui lucris tantùm diuitiarum intenti, neque in hac, neque in illa parte fidem habebant. Vbi enim regionis principes auaritiæ æstibus anhelant, pacis gaudia miseri quique frustrà expectant. Sed gloriosus Archiepiscopus, pacis nũcius, citiùs quàm credi posset, calidæ fecis silẽtia turbæ maiestate manus: deindè, quid utile omnibus esset, quid singulis expediret, edocuit: & reconciliatis inuicèm ciuibus, bonitate in suos usus, iustitia in omnes, pacem integerrimam reformauit.

Pacẽ cõciliat ĩ Gallia Lugdunen.

CAP. XXIX.

Ansgisus Trecassin. Episcop.

His ità gestis, cùm iam redire disponeret, multis precibus obtinuit ab Ansgiso Trecassinæ Ecclesiæ venerabili Episcopo, quem & paulò antè expulsum, inter alia insignia legationis suæ, cum ingẽti plausu populi restituit propriæ sedi: vt donaret sibi secum pariter absportãdum corpus beati Patrocli martyris, cuius passionem legere, meritumque perpendere qui quærit, in prõptu habet. Episcopus autem, qui plurima debuit, hac, vt ità dicam, occasione oppressus, coactus insupèr infinitis precibus, postulanti tandèm paruit, nè videretur ingratus: maximè quia exigẽtis animus huic muneri tantùm intentus, alia penitùs recusabat. Religionis enim amore captus, sicut exteriùs habuit per virtutem, quod superborum insolentiam nequitiamque retũderet: sic per pietatem interiùs decorem domus Domini diligenter administrare curabat. Cumque se hoc gratũ munus ab Episcopo consensu cleri totiusque populi promeruisse gauderet, ipse nè quid insectum relinqueret, adhuc in plurimis occupatus, misit accepiũ reliquias virum omni laude dignum, Euercharum Leodiensem Episcopum, & cum eo clericos ac monachos religiosos. Inter quos fidelis populi multitudo non minima, causa laudabilis spectaculi confluebat. Cumque ad locum destinatum venissent, videntes ibi pauimentum marmoreum perstratum, nullũ verò certum recognoscentes reconditi signum thesauri, alii quidem adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. Tunc admonente Episcopo & exhortante eos, qui conuenerant, præmissa tãdèm solenniter oratione, opus propter quod uenerant, aggressi sunt cũ fiducia. Confestim autem ut aperuerunt sarculis terram, mirabile dictu, repleti sunt omnes odore vehementissimo, quo nihil unquàm suauius sentiebant: & quo quis magis proximus fuit sepulcro, eo magis se odoris dulcedine affectum esse testatus est. Vndè factum est, ut omnes tunc religiosi, fossores esse cuperent, quatenùs diuinæ fragrantiæ nim mirificam abundantiùs caperent. Nullus tamen, qui intrà parietes eiusdem ecclesiæ fuisset, expers huius suauitatis inuentus est: nec erat quisquam, qui vel tam dulce, vel huic simile aliquid se unquàm olfecisse fateret. Augebatur itaque magis & magis aura delectabilis, donèc veniretur ad corpus sancti martyris. Tunc verò mirum in modum ità afflati sunt omnes, ut sibiipsis eo, quod senserant, pleni omnimodis viderẽtur, & tamen adhuc velut sitibundi, haurire ampliùs niterentur. Verè mirabilis uir iste fuit, qui Christi bonus odor Deo in omni loco, secundùm Apostolum, mortuus ęquè ut uiuus, apparuit. Eleuatę sunt igitur è sarcophago lapideo sancti martyris reliquiæ, ideque prospero cursu cum frequentia exultantis populi Coloniam translatæ sunt. Vrbs ista metropolis & mater Ecclesiarũ fidelis populi, principatum authoritatis suę hinc longè in Gallias, indè usque ad Oceanum extẽdebat. Dignus profectò locus, qui custodiret in gremio suo perlatũ ad se sancti martyris corpus: in quo non modò magnus sanctorum corporum & reliquiarum numerus, verumetiam numerosa millia martyrum expectãt uenturum in die iudicii Dominum suum.

Euercharus Leodiẽsis Episcopus.

Suauissimus odor è tumulo S. Patrocli.

1. Cor. 2.

Encomiũ Coloniæ Agrippinæ.

CAP. XXX.

Hic sũmũ pontificem vocat, id est Archiepiscopũ.

Sed solicitudo summi pontificis nihil negligendum ducens, ut perfecta quæque de magnis maxima faceret, imperfecta suppleret, neglecta magnificè illustraret, modis omnibus inuigilabat. Quo circa ratũ duxit, ut locum quendam Saxoniæ, Susatium nomine, rebus seculi opulentum, populo plenum, longè lateque circumpositis Saxonum gentibus, nihilominùs prouinciarum populis notissimum, sed religionis adhuc penè ignarum, his sancti Patrocli pignoribus decorare, & quodammodò ad sacramenta futuræ salutis initiari debuisset: fiducialiter agens in illo, & credens quòd aromatizans fumus ille, qui in manifestatione sancti eius corporis, sicut suprà diximus, inuisibiliter adspersus, & sensibiliter cognitus est, per famam meritorum eius, multis foret profuturus. Vndè factum est, ut corpus beati martyris à venerabili Brunone Archiepiscopo Colonia deductum, cum honore magno & gaudio, occurrẽtibus cum clero populis, Susato inferretur: vbi repositum est in ecclesia cũ diuinis laudibus, quam idem pius Antistes fundauerat, & donis competentibus ditauerat: ubi etiam à ciuibus & incolis terrę in magna ueneratione habet & colitur usque in pręsentẽ diẽ. Nam & domus, in qua vncti sunt à Maria pedes Domini, repleta est ex odore unguenti. Cuius rei mysteriũ quasi explanari videt, cùm spõsa ad spõsũ loquitur: Vnguentum effusum nomen tuum. Nã quod tũc uni domui contigit, nunc totus mundus in se completum nouit.

S. Patrocli corpus trãsfertur Susatum.

Iohan. 12.

Can. 1.

CAP. XXXI.

Caetera, quæ tam breui tẽpore suæ Ecclesiæ filiis oblectamenta contulit, & dona salutis, pensari nequeunt, æstimari non possunt, quæ ex omnibus penè mundi plagis & terminis religioso affectu & animo congregauit, quasi coniiciens quod futurum erat, ut pro breuitate dierum suorum, gregi sibi commisso dona perennia confirmaret. Quo tamẽ studio id curauit potissimùm, ut & illis, undè abducta sunt, desiderium, & iis, quò adducta sunt, amplificaretur gaudium: quatenùs vtrique bono odore Christi, qui est in martyribus, immò quod ipsi sunt, licèt diuersis affectibus prouocati, & illi viuaciùs appeterent, quod negligebant: & isti perpetuò venerarentur, quod ad se translatum esse gaudebant. Nã qui nescit bonum amare, quod habet, si ablatum ab illo fuerit, discet fortassè bonum amare, quo caret: & habebit illud, dum aberit, fructuosiùs in memoria, quod sibi inutiliter habuit in præsentia. Impletũ est hoc modo Euangelicum illud, quo dicitur, Omni habenti dabitur, & abundabit: ei autem, qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo.

Martyres Christi bonus odor.

Matt. 25.

CAP. XXXII.

Tẽpla & monasteria B. Bruno cõdit.

Intereà certatim multis in locis per parochias Episcopii sui, fidelis hic Domini seruus & prudens, ecclesias, monasteria, & cętera ædificia seruitio Domini Dei sui, & honori sãctorum eius apta, quędã à fundamẽtis erexit, quędã priùs fũdata, nobiliter auxit, alia olim diruta reparauit. In his singulis q Deo omnipotenti sub regula vitæ canonicę deseruirent,

prouiz-

prouida iogenii sui arte disposuitac nè quid eis pro modo conuersationis suæ deesset. liberaliter disponêdo ꝓuidit Cuius ope ns & saluberrimi studij monimenta perenniùs in ijs, vbi acta sunt, locis firmata perdurant, uá nt in laudê & gloriã Iesu Christi, memoriá tâti viri nulla ætate obscuratú iri in perpetnú patiâtnr. Idê ad exteras nationes trãsfudit, & in regno suæ pronidêtiæ delegato, partim exéplo, partim varia personarú qualitate & crebra admonitiõe diffudit. Nõ eni passus est suorú quêlibet aut incassùm occupari, aut ocio topere inerti: disfuniês, vt solebat loq, ignauú pecus arcêdú à ꝑsepibus, vt secundùm Apostolú, q nõ laborat, nec mãducet. Nõ possunt singulatim cõscribi bona oia, q̃ fecit, q̃ docuit, q̃ amauit Tantum semper materiei supererit id curantibus, vt ipsi ꝓfectò antè lassi cessauerint, q̃ id, quod moliuntur, expleuerint. Iã verò in ꝑdicatione verbi Dei, & in subtilitate disputationú de synceritate scripturarú, qualis quâtusq; fuerit, admirari possum⁹, diffinire non possumus: q̃ tã copiosè sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ea, q̃ secúdùm pietaté é doctrina, ꝓfudit, ut plenú eú esse sapiêtia Dei, p quã oia facta sunt, nemo hoc audiês & rectè intelligês dubitauerit. Et ut nihil, quod diuini cultus vsui cõpeteret, sagax eorú, q̃ sunt Iesu Christi, scrutator intêtatú relinqueret, si quos aut in suorú ouiliú septis, aut extrà reperit, q singulari acie cõtra diabolú dimicaturi, solitariã vitá appeterent, hos cú omni veneratione susceptos, suæ quoquè exhortationis charitatiua cõsolatione munitos, per diuersas monasteriorú & ecclesiarú cellulas, cú idoneo Ecclesiæ testimonio, & religioso, vt decebat, officio, alibi singulos, alibi binos inclusit: quibus tamen adinuicèm, nisi sermone tâtùm & adspectu nullus pateret acessus. His sumptus, & q̃cunq; humanæ fragilitati necessaria videbantur, per fidelissimos suæ administrationis vicarios solicitè ministrauit, & ꝑcipuè per Apostolorum festa, quotquot in anno occurrerent, singulatim eos donis congruentibus visitauit. Itá secundùm perspicuã Apostolicæ normã doctrinæ, bona ꝓuidere curauit, non tantùm corã Deo, sed etiã corã hominib⁹: vt cuiuscúq; affectus siue cõditionis homines, si Deú quærerêt, inter eius discipulos aut probari possent, aut erudiri.

Georg. 4. 2. Thess. 3. — *Prædicat verbum Dei.* — *Psal. 103.* — *Solitariã vitã expetêtes pclarè fouet.* — *Roma. 12.*

CAP. XXXIII.

DE ancillis Dei, q̃ in monasterio sanctæ Mariæ, diuinæ religioni fuerant deditę, deq; Canonicis ad sancti Andrę Apostoli ecclesiã translatis, & si qua erât huiusmodi, scrupulú quidê reliquit nõ modicú: sed iis, quibus mêtis acies itã nõ viget, vt syncerã eius intentionê in diuersis operibus valeãt ꝑspicaciter intueri. Qui utiq; si aduerterêt nõ homines propter locú, sed locú à Deo eligi propter homines, & quia obedientia Deo placet sup sacrificiú: scirent fortassè oues uocê pastoris audire debere, & magis id ratú acceptúq; Deo fore, quod per obediêtiam, q̃ quod per propriã voluntaté, sequuntur. Vbi autẽ zelus & contentio, ait Iacobus Apostolus, ibi inconstantia & omne opus prauú. Similiter in eo, q nefarios quosdã patriæ ciuiumq́, prædones de regno, vbi quieti & pacifici esse noluerunt, quasi pestê bonorum expulit, & exulare coegit, ipsis licèt nescientibus profectò consuluit. Quo enim diuturnior nequitia, eo grauiorê & prolixiorê sibi cõparabat pœnam. Quandò autem boni quiescerent, si malorum furori nemo resisteret? Nimirùm pepercit illis Deus, quibus hoc magna sua patientia & bonitate permisit, vt de pace & statu patriæ suæ absentes audirent, quod præsentes nunq̃ videre vellêt. Felices, si bona sua saltem in peregrinatione cognouerint, & patriã cupierint, de qua expelli non possint: vbi beati omnes pacifici, quoniam filij Dei sunt uocati. Talis itaque per Dei omnipotentis gratiam vir iste fuit, ut nec odio, nec inuidia ad persequendum eos, qui tales erant, ullo modo excitaretur: nec a miserêdo aut parcendo miseris duritia aut crudelitate aliqua restringeretur: sed vt pastor solicitus, & verè dus populi Dei, salutem omniú & utilitaté in omni quæsiuit negocio, & quos ipse in uia Dei duxit & docuit, nè a peruersis seducerentur, & in errorem mitterêtur, streouè decertauit. Tantùm auté aberat è sæuitia, vt pro iis etiam, quibus amarum aliquid pro qualitate factorum necessariò inferebat, ipse frequenter amarè fleret: itá gaudere cum gaudentibus, cum flentibus flere consueuit. Nam & qui hoc dixit, quendam satanæ in interitum carnis tradere iussit, ut spiritus in die Domini saluus esse posit.

Canonicos trãsfert ad S. Andreæ ecclesiã. — *Macha. 5 Reg. 15.* — *Iacob. 5.* — *Matt. 5.* — *Valdè ut ... monitis, ... mala ... docuit.* — *Rom. 12. 1. Cor. 5.*

CAP. XXXIIII.

IGitur cùm iam propè esset summa dies & ineluctabile tempus, quo Deus omnipotens, propitius terræ populi sui, vltus sanguinem seruorum suorú, uindictam retribueret in hostes eorum: aggrauata est ultra modum & omninò intolerabiliter superbia ferocissimæ gentis a Hungarorum, seducta (credo) superioris anni successu. Siquidem, ut veracissimè dictum est, ante ruinam exaltatur cor: ibi ceciderunt omnes, qui operantur iniquitatem. Præuènit hanc pressuram imminentem Ecclesię, pax in palatio regali, quod in Arnstat habitum fuit, ex integrò condicta, & ex magna iam parte per Imperatoris nostri fratrumque eius sapientiam confirmata. Et uerà tribubus & linguis innotuit, quia Deus dissensionis non est, sed pacis: tantam huius initio operatus est salutem populo suo. Imperatoris quidem spiritus agitabatur in ipso, quia non erat ei tempus exercitum congregandi: sed fiduciam habuit per Christú ad Deum, qui potens est saluare in paucis, sicut in multis. Aderat ibi Cuno, non iam Dux, sed miles, toto, ut putabatur, animo conuersus ad pacem, quã paulò antè atrociter impugnabat, cilicio membra domans, Deum gemitibus, ut fertur, exorans, ut si sic eius sancta uoluntas existeret, permissa Regi nostro & exercitui eius victoria, eum ab impiis, quibus se priùs coniunxerat, permitteret trucidari, ut posit in perpetuum ab eorum consortio liberari. Imperator iudici sanxit ieiunium ipsa, quæ tunc erat, in vigilia sancti Laurentii martyris, per cuius interuentum sibi populoque suo ipsum Deum poposcit esse refugium. Propositum suscepti operis negat expedire bellum, primo sanctę festiuitatis diluculo susceptum, vixdùm vespertino crepusculo, Deo misericorditer dispensante & pro suis pugnãte, satis feliciter peractum, miserandum post victoriam Cunonis interitum, gloriosissimum Imperatoris triumphú, regem ipsum barbarorum, duces & principes captiuos, trophæa per totam regni ipsius latitudinem, vsque ad eiusdem gentis fines frequêtissima: quæ omnia proprij industriam operis, ad laudem & gloriã nominis Dei omnipotentis, expectant.

a Ungaro rū, habet MS. codex. — *Prou. 16.* — *1. Cor. 14.* — *1. Reg. 14.* — *Vera ... tam ... nus pro cepi.* — *Nota ut ... Imperatores ad bella parant.* — *Hungari egregie domantur.*

CAP. XXXV.

NOs, vt à quo paululùm deflexímus, ad propositum redeamus, quid interea pius Archiepiscopus Bruno, totius semper perosus maliciæ, & indefatigatus iustitiæ executor fecerit, differamus. Cùm videret se ad ꝑstinum diê seniori & fratri suo magno Imperatori, cú auxiliaribus copiis non posse occurrere, simulq; esset solicitus, nè fortè barbari bellú vitantes, in Galliã suo iuri commissam prouinciam, declinaret: arbitratus sic se regno consulere, uotisque Imperatoris sic amplius deseruire, Ludol-

phum prolem regiã, nepotem suum conuènit, ægrũ eius animum blãditijs melle dulcioribus deliniuit, statum pristinum, si, quæ sua erant, accuratiùs vellet attendere, repromisit. A quo postquàm medicinalia sermonum & exhortationum suarum antidota, non vt priùs obliquis ambagibus declinari, sed solitò auidiùs prægustari, & ad interiora pectoris recipi sensit, eum mox in Episcopij sui locum venerabilem, & Bonnam videlicet, iucundè satis inuitauit, iucundiùs suscepit, omni voluptate vtrisq; digna & cõmoda, cunctisq;, qui aderant, grauissimis, non immemor regiæ dignitatis, affecit. Qui dum adhuc simul essent, de his, quæ in expeditione bellica, immò diuina virtute facta sunt, nuncios acceperunt. Iostitit nepotem patruus ampliùs consolari. Factum est in breui, instinctu huius consiliarij, vt filio suo, qui pererat & inuĕtus est, Imperator totã Italiã delegaret, & qđ maius fuit, paternam firmissimè pietatẽ impènderet. Vbi dum maximè placuit populo, viamq; affectauit olympo, repentè flos ille integerrimus, & robur regni tutissimum, è medio excessit.

S. Bruno Ludolphũ Imperatoris filiũ inuitat Bõnã.

CAP. XXXVI.

Otho Imperator venit Coloniam.

PAter autem eius Imperator, ac semper magnificus triumphator, post luctum consolatione accepta, cum fratre suo veterem necessitudinẽ noua cõsuetudine iunxit, Coloniam venit: ibi se non tam fraternis deliciis, quàm mutuis cũ illo adspectibus, affatibus & cunctis omninò iucundissimis vsibus oblectauit. Nec defuit ibidèm seuera in improbos & importunos ciues regni censura iudicij, blãda itèm in bonos & mites piæ dominationis liberalitas. De statu regni, rebusq; eius tutandis & dilatandis, sedulò & strenuè in commune consultum: vt de sanciendis quibuslibet, alijs resecandis cautissimè ageretur, summo consilio prouisum est. Quæ finit intereà summa diligentia pius pastor Bruno veritatis assertor, Euãgelij propagator, nauos & industrios viros, qui rempublicam, suo quisq; loco, fide & viribus tuerentur: ijs vt neq; consilium, neq; copiæ deessent, sedulò curauit. Quotquot etiam de principibus & regionarijs prioribus, cæterisq;, quorum dispositio regni intererat, saluberrimis suis admonitionibus ad communis bonorum omnium vtilitatis fędus fide plena consenserant, hos ipse inter summos & familiares habebat, eisdem Imperatorem germanum suum apprimè conciliabat, pensans non temerè à quodam sapiente dictum: Bonus, vbi negligas, segnior: at malus fit improbior. Archiepiscopum Treuirẽsem Hẽricum, magni meriti & summæ pbitatis virum, qui Rutperto magnifico præsuli, Coloniæ in graui pestilentia, cùm & Imperator ibidèm esset, defuncto successit, Vuilhelmum quoq; præclarę & gratissimę excellentiæ Archimandritam, nepotem suũ, Federici Moguntini antistitis successorem, ambos egregios, ambos in lege Domini perfectè instructos, Imperatori alterum consanguinitate, alterum probitate, vtrunque familiaritate coniunctissimos, ipse quoq; inprimis summa veneratione colebat. Hos igitur tales, tam illustres, tam certè sapientes, & religiosos, & in omnibus bonis artibus eruditos viros ad consilium, nè fortè ipse per se, vt sunt humana, à tramite veritatis vspiàm exorbitaret, frequẽter adhibuit: hos cum ipso simul, non solùm in lectione, cõsilio & disputatione, sed etiam in acie vidimus, prouidentes bona, non tantùm coràm Deo, sed etiam coram hominibus.

Summa sancti viri cura ad tuendã rẽpublicã.

Henricus Archieps̃ Treuirẽ.

Vuilhelmus Archiepisco. Moguntinus.

CAP. XXXVII.

ERat nanque in Occidentalibus Lotharici regni finibus velut indomita barbaries, ea quæ videbatur Ecclesię proles, felicitati inuidens alienæ, nec minùs saluti suæ: despiciens paternæ blandimẽta exhortationis, terrorem vix sentiens potestatis. Qui si iuri suo permitterent, suis peruersi, sibimetipsis pessimi, viderentur. Ille verò ante omnia prouido vsus est moderamine discretionis, vt pro qualitate locorum & temporum, in prælatione pastorum, ad sapiẽtissimi Imperatoris nostri imperiũ, Dñici gregis paci & tranquillitati cõsuleret: illos nimirùm cæteris præferens, quibus nequaquàm esset incognitũ, quid pastoris esset officium, quid mercenarij esset vitiũ, quid in ministerio suscepto, quid in angaris aut agẽdum esset, aut sperandum: alios, vt quasi cortinę hyacinthinæ interiora domus Domini ornarent: alios, vt quasi saga cilicina desoris uiolentiam tempestatũ arcerent. Libet meminisse quoddam huius pij patris pium & laudabile factum, quod ĩ ipsis sacerdotij sui primordijs, vt pro luctu spiritũque męroris, in oppressorum cordibus excitaret spem salutis, effecisse cognoscitur: quanuis hocipsum ob inopiã rectè diuidentium, linguæ calumniãti fuit obnoxium. Quid enim non peruertit inuidentia, qua nulla maior videtur esse amentia?

Quales ecclesijs pastores p̃fecerit B. Bruno.

Exod. 36 & 37.

CAP. XXXVII.

SIquidem Ratherus Veronæ, quæ ciuitas est Italiæ, ordinatus præsul, cúm ex quadam leui suspicione, vt mos est gentis illius, ab honore propriæ sedis esset expulsus, Leodiensi cathedræ vacãti magna eius industria secundùm statuta Canonum incardinatus est. Quod quidem propter abundãtem doctrinam & eloquentiam copiosam, qua inter sapientissimos florere visus est, non eidem solùm Ecclesiæ, cui præfuit, sed & multis aliis circunquaquè valdè proficuũ fore putatum est. Simul quia in illis partibus p zelum & contentionem, vndè fieri solet inconstãtia & omne opus prauũ, quidam etiam sacerdotes Domini plerunquè, quod dictu nefas est, terrenæ plùs iusto confisi potentię, populum imperitum scaodalizabant; sæpè dictus sæpeq; dicendus dominus Bruno, cui iam totius regni dispensandi cura imminebat, ratus id, quod verum fuit, hunc eiectum antehàc & neglectum, hoc tanto beneficio ad illud fidei & veritatis fędus adduci, vt à nemine posset seduci, ità demum os loquentium inimica obstruere posse credidit, si nulla occasio scandali posset in eorũ Episcopo reperiri. Sed ad sui perniciẽ pars sinistra præualuit; quicquid pro salute eorum gestum est, hoc sibi pestiferum æstimabant. Quid multa? Erratum est, sæuitum est, nec cessatum est, donèc expulsione eius, crudelitati suæ & nequitiæ satisfacerent. Ablata est omnis spes restitutionis eius. conspiratio enim grauissima facta est, quæ, nisi & hic penitùs amoueretur, & eundem locum Baldricus, qui erat de magnatum terrę illius prosapia oriundus, subrogaretur, sedari non posse visa est. Ad hanc sentinam tempestates vndiquè innumerę confluxerunt: nauis Ecclesię, laborante remige, fluctuauit: gubernator ipse procellosæ tempestatis impetum ferre non potuit. Cessit igitur, cessit, nè vinceretur à malo, sed vinceret ĩ bono malum. Cessit aduersantium voluntati, vt suo eos gladio iugularet sibi. Obstricti sunt sacramento rum fide spontanei, vt si accipere mererẽtur Episcopum, quem petebãt, inuicta exindè firmitate authoritatem Ecclesiæ & ius Imperatorium tuerentur. At nè quid in eiusmodi negocio imperfectum restaret, quod curiosis alienarum rerum inuestigationibus scrupulum commoueret, cum Imperatore germano suo id effecit, vt Rathero Episcopo, bis iam destituto, antiqua sedes Veronensis Ecclesiæ redderetur.

Rather⁹ Veronẽs. Ep̃s a sua sede eijcit & fit Ep̃s Leodien.

Iacob. 3.

Indè quoquè expellitur.

Restituit sedi Veronensi.

CAP.

CAP. XXXIX.

B. Bruno Lotaringiæ præest

Multa sunt alia, & prope infinita, quæ in breui, non in Lotharicorum tantummodò populo, quem ipse ex inegrò susceperat gubernandum, quē etiam, sicut in præsentiarum cernitur, ex inculto & fero pacatum reddidit & mansuetum: sed etiam per totum regnum gloriosissimi Imperatoris, in Dei rebus & salute totius populi strenuissimè operatus est. Erat enim eidem omninò communis cura eum seniore & germano suo, quorum vterq; de altero merito gloriabatur in Domino. Præterea Lotarium, sororis suæ filium, de antiqua Regum prosapia ortum, cùm à sobrinis suis vehementer esset oppressus, mirificè eruit & exaltauit, nec cessauit, donec in locum patris sui Regem constituit, ac maiores ipso potentioresque Hugonis filios, omnesq; illius regni principes sub iugum eius strauit: ità prospiciens vniuersis, vt sub vnius moderamine imperii, omnes pariter & ab hostibus tuti, & inter se inuicèm possent esse pacati. Imminet regno illi, quod reticendum non est, sæua clades, Normannorum gens, quibus in piratico latrocinio non sunt alii exercitatiores. His ea magna iam parte præda erat populus,* dissensione & ciuili pernicie assuetus. Quod illis superfuerat, inter se domestica seditione consumpserant. Egit autem prouida dispensatio rectoris nostri, (qui quoniam hominem se esse intellexit, humani nihil alienum à se putauit) egit, inquam, vt ad se, quasi ad tutissimum portum confugerent omnes, qui quietē & pacem amarent: ipsorum etiam barbarorum immanitatem & intolerandam dudùm ferociam mitigauit. Siquidem eodem tempore & Rex eorum Haroldus, cum magna suæ multitudine gentis, Regi regum Christo colla submittens, vanitatem respuit idolorum.

Lotariū Regē Frācuæ restituit.

Normāni ad piratica latrocinia exercitatiß.

Harold⁹ Danorū rex cum multis Danis credit ī Christum.

*for. *volūtatis.*

CAP. XL.

Erat Imperatori filius adhuc tenellus, delicatissimæ indolis & integerrimæ *voluptatis, obses pacis & gloria plebis. Hunc Archiepiscopis, patruo, fratriq; commendatum, ad custodiam regni Cisalpini reliquerat Imperator, profecturus Romam, & res totius Italiæ ordinaturus, Cæsar ipse futurus, electum summo consensu ab omni populo, Regem esse constituit: vnxeruntque Otthonem æquiuocum patris Bruno Archiepiscopus, Vuilhelmus & Hérieus, cæterique sacerdotes Domini, Regem in Aquis grani palatii: & exultauit maxima gratulatione populus, dicens: Viuat Rex in æternum. Diuisi sunt deindè ab alterutrùm germani, par semper inuictum: & Imperatore Alpes Pœninas transeunte, remansit citrà spectatus, atque incredibili pietate vtrobiquè desideratus, pius pastor & Archiepiscopus Bruno. Non longè pòst domino & fratri suo, quia ipsum per se ire non licuit, auxiliares copias non leuem armaturam de Lotariorum populo misit. Iis præfuit Godefridus Dux, quem ipse nutriuit, vir sapiens & religiosus, amantissimus pacis, obseruantissimus æquitatis, Imperatori per id tempus ad votum seruiens, omnibus placens. Hic eodem tempore febre correptus, in magnam spem futuræ quietis expirauit. De cuius innocentia quodammodò securus, quasi testis & conscius vitæ eius pius pater Bruno, eùm de pecunia dispensanda ageretur pro remedio animæ illius, non valdè illum talibus indigere asseruit. Imperatoris præterea reditum frater eius nocte dieq; sollicitus expectauit, redeunti in omni gloria lætus occurrit. Eius enim eximia virtus, dignitas, & in eo negocio, quod gessit, fides & continentia: simulque cum ipso spem otii & tranquillitatem animorum, iudicia, leges, cum concordia populi, Regis & principum authoritatem reductam æstimauit. Cuius cōsiliis omnibus, cùm ipse nihil aliud dies ac noctes, nisi de salute populi cogitaret, interfuit, & inter primos excelluit. Hic eidem grauissimos authores ad cōstituendam, fidelissimos socios ad comparādam, fortissimus adiutor ad rempublicam perficiendam fuit.

Otho II. ungitur Rex.

Godefridi Ducis Lotaringia laus.

CAP. XLI.

Igitur cùm in hoc sanctissimo studio Imperator tricesimum regni sui, germanus eius duodecimum pontificatus sui ageret annum, nōdùm nisi via prælapsus ætatis quadragesimum, sanctam Pentecosten simul Coloniæ celebrantes, qua maior mortalibus gloria concessa non est, sese inuicèm inter sancta solennium dierum officia, vnà eum diua matre, sorore Regina, nepotibus, filiisque Regibus, totiq; illa Deo dilecta familia & cunctis regni senatorib⁹ adfuerunt. Constat enim, nullum aliquandò locum tanta celebritate, tanto splendore omnis generis hominum, ætatum, ordinum floruisse Hanc itaque gloriosissimi Cæsaris Augusti, & germani eius, summi & incomparabilis viri Brunonis Archiepiscopi, fidā Deoque placitam in omni voluntate & opere coniunctionem, hanc conspirationem in omni vtilitate & honestate administranda & benè gerenda, hanc iucundissimam vitæ officiorumque omnium societatem, mors sæua, mors horrenda, mors, inquam, sola diremit. Et reuerà quamuis nihil atrocius videretur, nihil tamen esse potuit, quod eam innocentius diremisset. Ergò cùm summus antistes Bruno senioris & fratris sui, Orientem versùs euntis contubernia, ruens priùs in oscula, & flens largiter reliquisset, pacataque omnia & quieta intrà metas regni sibi creditas, agens Deo gratias, ad spexisset, iterùm iterumq; suos omnes Clerum populumque, quæ agenda fuissent, admonuit, & mox in Occidente Compédium adiit, vt ibidèm nepotes suos ab inuicèm dissidentes ad concordiam reuocaret, in fide & gratia stabiliret Ecclesiæ religionem, & quæ sua essent, dictante æquitatis ratione, annuente Domino, singulis cō firmaret.

CAP. XLII.

Eo intèrus negocio, infirmari cœpit, & sic in Rhemensium ciuitate graui corporis molestia detētum, quinto demùm die, postquàm inuasit, ægritudo eum præuenit. Quibus diebus in itinere non minùs, quàm in hospitio, lectione assidua, nullo penè alio cibo refocillatus est. Interrogatus autem familiariter ab ipso Episcopo Vuigfrido, vt ipse testis est, cuius morbi grauedine vrgeretur, non morbum, sed dissolutionem sui corporis esse respōdit. Episcopus itaq; supradictæ metropolis dignissimè eū recepit, humanissimè tractauit. Et in festiuitate quidē, quæ tunc inerat sancti Remigii, lemùs aliquantulùm habuit, ità vt clientulis eius & sociis spes esset recuperandæ salutis eius. Ipse autem vocatis Episcopis, qui simol cum eo venerant, Theodorico & Vuigfrido, postulauit vt testamenti sui faciendi copiam ei facerent, & adiutorium ei adhiberent. Quod cùm perdolenter & lachrymabiliter valdè excusarent, taceredi nè optatam in breui pollicentes futuram, ille animi industria, qua semper viguit, econtrà reuolens: Dum tempus est, inquit, hoc fiat: multa nobis alia post hæc restant agenda. Ingrauata est deindè infirmitas & inualuit: iamq; anhelitus, interclusis faucib. meatu, vitalium lassitudinem præmonstrauit. Tunc vocato notario, coram memoratis testibus testamentum suum ipse dictauit: res omnes, quas habuit, à sese, dū adhuc in bona viueret spe, abalienauit, dispersit, dedit pauperibus: quodq; ordinandis exterioribus ecclesiarū Dei ædificiis congessit, in breui secundùm collatam sibi sapientiam, facta & corroborata cautio

Condit testamentum.

ne sua, cōgrnè & professione suadignè diuisis. Hoc qui legere ipse quærit, interiùs scriptum in promptu habebit. Ingenium, quod mundo corde & iugi exercitatione politū dono Dei reddidit & illustre, illū, vt liquidò apparet in ei⁹ verbis, nō defecerat ī extremis.

C A P. XLIII.

ria genera confessionis.

POst hæc pauper Christi, collecta animi virtute, iterùm semotim Episcopos aduocauit. Quibus assidentibus, & interioribus factis, hæc verba, gemitu exuberante & fletu innodante, profudit: Tria mihi videntur genera esse confessionis, quibus se cor hominis Domino Deo suo, verū testi, & scrutatori cordiū patefacit: non vt ipsi, qui nihil non nouit, lucidiùs innotescat: sed vt ille, qui se parùm nouit, veraciùs semetipsum agnoscat, & aut Deum in benefactis laudet, aut se in malefactis accuset. Hoc cùm semper fieri debeat, (sic. n. uigilare præcipimur, nè fur veniat,

att. 24
uc. 12.

nè quandò nobis incautis dānū allaturus irrepat) tū pulsante Domino domus per infirmitatis molestiā, necessè est, vt mens se, quibus possit uiribus, erigat: qua valeat intentione, iudici suo appropinquāti assurgat, sopitis terrenis desiderijs, spe ad superna flagret, bona perennia, & si non meruit, minimè tamen desperet: sibi diffidat, in Domino confidat. Eccè fratres dilecti, sicut cernitis, pulsatur ianua pectoris mei: vocor ad reddendam rationem operis mei: si quid potestis, rogo, ferte præsidium, orationis vestræ porrigite manum. Incertus inter spē metūq; feror: vt in neutrā partē pronior inflectar, id verò enitendū est. Sed

earus bo ...no, qui sẽ ..., est pa ...ndus.

sal. 91.
sal. 110.

quę sunt vires meæ? Misericordiæ remediū pręstolor: in manu creatoris mei sum: de me quod ipsi placet vt fiat, expecto. Bonū est confiteri Domino: Confessio & magnificentia opus eius. Non. n. aliquid boni, nisi ipso operante, fieri pōt. Est aūt quę iam confessio, non peccata deplorans, misericordiā tamen implorās. De qua p Psalmistā ex persona Domini dicitur:

sal. 49.

Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendā illi salutare meū. Hoc salutare, id est, Dominū Iesum, ore confiteor, & corde credo, q Deus illū

oloss. 2.
Cor. 12.

suscitauit à mortuis. Hic oēs thesauros sapientiæ & scientiæ absconditos agnosco. Hunc Dominū Iesum

sal. 31.

nemo potest dicere, nisi in spiritu sancto. Ante illum est oē desiderium meū, & gemitus meus ab eo nō est absconditus. Dixi, cōfitebor aduersum me iniustitias meas Domino. quod est secundum genus confessionis, lamentabile in peccatis. Tertiū, quod cōmendat

acob. 5.

beatus Iacobus Apostolus: Confitemini inquiens, alterutrùm peccata vestra, & orate pro inuicèm, vt saluemini. Hoc vobiscū domini & fratres mei, agere volo, hoc anxiè quæro. Spero aūt, q aduocatum ha-

1. Ioan. 2.

bemus apud patrem Iesum Christū iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.

C A P. XLIIII.

DEindè postquàm bis se corā Domino totū effudit, corporis & sanguinis Dominici sacramentum, virtutis eiusdem sacramenti non inscius, expetiuit. Quod cùm fuisset allatū, vir ille Domini qd aio senserit, toto corpore prostratus ostendit. Refectus aūt hac vitali alimonia, spe validior, lectulo restitutus est, dies postquàm non minùs, q̄ quinque, in eodē corporis languore & spiritus feruore permansit. Solenni verò die beatorū martyrū Gereonis & sociorū eius iā vergente, subito mentis excessu raptus, Episcopis, Ducibus, Comitibus, & cunctis, qui aderant, luctū mouit ingentē, quia dissolutione optatissimi corporis instare putabant præsentem. Ille, vt solebat, paulùm conualescens, tumultū manu sedabat, fletus & rugitus adstantiū mitigabat. maiores & hoc affatu vl timo digniores ex nomine uocabat, Nolite, inquiēs, nolite fratres hac mea uoce turbari. Diuinæ animad-

Facta confessione percepit Eucharistiam.

uersionis iudicio cunctis mortalibus imposita est ista conditio. Non licet nolle, quod omnipotens sanxit ineuitabile. tristibus istis in breui læta succedunt. Il

Oratio ei⁹ sub mortē ad subditos.

luc non abrupta uita, sed mutata in melius, pergo, ubi uiros lōgè plures & clariores, q̄ hic nūq̄ uiderim citò uidebo. Nec plura his locutus, lectulo fessa mox mēbra reposuit. Consuetum paulopòst, luce adhuc integra, uespertinæ laudis officium, nocte iam profunda Completorium ipse cum fratribus consummauit, Domino Deo suo sanctorumque eius precibus sese quasi mox iturum attentiùs commendauit, iter suū magno illo uiatico, sancto uidelicet & unico redēptionis nostræ pignore, muniuit, Episcopos, seipsūq; & eos, qui præstò erant, benedictione consignauit. Ità tremendam dissolutionis suæ horam animo intēto ad creatoris sui imperium expectauit. Exin media nocte transacta, connarsus nisu, quo poterat ad Episcopum Theodoricum, nepotem suum, Domine, inquit, ora. & mox inter psallentes Domino & orantes, nimiumq; flentes, spiritum exhalauit. Quod in illo nō potuit mori, redditum est creatori: Corpus autem eius exanime, sicut ipse uiuus præceperat, eodē die, id est, quinto Idus Octobris, indefessi eius comites leuatum in feretro transferentes, octauo posteà die ad augustam sedis eius metropolim Coloniā peruenerunt. Quorum adhuc nonnulli iureiurando & mirum in modum affirmando testantur, in illo lōgo itinere nullam penè lassitudinem aut laboris molestiam se sub tanto onere pertulisse. Vndè autem ibant, quocunquè ibant, quascunque gentes, quascunque terras attigerant, omnes mirabiliter huius, ut eorum uerbis utar, digni Deo uiri merita in rempublicā, in Imperatorē, in Reges, in principes, in oēm populū eximia, qua quisq; facultate poterat, æstimabāt.

Migrat à corpore.

Nota rē admiratione dignam.

C A P. XLV.

IAm uerò cùm eiusmodi exequiæ Coloniam aduētarant, & hoc per omnem regni Lotarici populū fama nimis odiosa dispergeret, ità dissoluti sunt omnes, præsertim sanctissimæ sedis illius & Ecclesiæ alūni, quasi discessus tanti pastoris & obitus, eiusdem esset Ecclesiæ funus. Nam secundùm amplitudinem prioris consolationis, tunc inualuit uis & magnitudo doloris. Flebant igitur omnes, plerique donèc in eis exiccarentur lachrymæ: multi congelatis mēbris attoniti, in tanta orbitatis huius miseria semetipsis viuere obliti sunt. Ante oēs luctu se lachrymisque magis autem interno dolore cordis affecit, qui hūc patrem patrię præ cæteris amauit, Folcmarus memorabilis probitatis & industriæ Diaconus, ac prudens fidelisq; huius sanctæ Ecclesiæ protus & ęconomus, quem nomine eum ipse pater, utputa uicarium suum & sibi in omni negocio coniunctissimum, honorare consueuit. In quo solo tunc omnium desolatorum ora, oculi, & animi uersabantur: quorum certè omnium uoluntate atq; desiderio iam electus, licèt nōdùm designatus, fuerat præsul. Huic pater pius absenti, quòd eum nosset ex nomine, res suas omnes egenis & ecclesijs Episcopij sui distribuendas, præscius (credo) futuræ successionis, sūmo studio delegauit.

Mors ei⁹ sūmo omnes dolore afficit.

C A P. XLVI.

ESt prope muros ciuitatis ecclesia, structura quidem & opere humilis, sed Apostolorum nomine, in quorum ueneratione consecrata perhibetur, insignis. In ea depositum pastoris sui corpus exanime, sacerdotij uelabant insignibus: quò paucis, nisi Episcopis & quibusdam secundi ordinis sacerdotib⁹ patebat accessus. Indè mox eleuatum, Clerus & populus cantum planctumque permixtum ingeminantes, i ecclesiā beatissimi Petri Apostolorū principis, ubi sedes erat uenerabilis, detulerūt. Noctē illā cele-

Ecclesia sanctorū Apostolorum Coloniæ.

berrimè in nigiliis & psalmodiis, oix refocillatis enr poribus, insomoè duxerat. Manè autè facto, coouenit vniuersa ciuitas, & eorum, qui de diuersis prouinciis & regnis subita fama exterriti aduenerunt, inoumerabilis multitudo. Adfuit Treuirensis Archiepiscopus, & Leodiensis Antistes. Processerunt in medium Episcopi Theodoricus & Vuigfridus, testes vltimæ sanctionis eius & legationis, quã filiis suis ibidem Deo militantibus misit. Lectum est testameotum eius in presbyterio veoerabili, ante altare sanctissimi Petri: recensita sunt & ea, quę pio quidem & solicito in Dei rebus animo rogauit & iussit, sed scribenda non eeosuit: videlicet vt anno illo toto per singulos dies nunquàm minus, quàm libra denariorum iotegra, in vsus pauperũ erogari deberet. Deindè secuodùm postulationem & desiderium cordis eius, quo flagrabat in extremis suis, suasum est Clero sanctissimo, vt voleoti animo corpus eius transferri permitterent ad monasterium mooachorum, qnod in hooore sanctorum Pantaleonis, Cosmę & Damiani atque Quirioi, extra vrbis muros non solùm tune construxit, sed adhuc vsque consilio & prouidentia sua construit, & ordinare non cessat, gubernante Deo insignia bonæ voluntatis eius per sanctorum merita: quorum illuc & reliquias aduexit, & patrocinia sibi religiosa & sedula supplicatione prouidit. Assenserunt promptissima volũtate omnes ad omnia, quæ imperauit: solùm illud difficillimè persuasum est, vt de summo sacratissimæ sedis eius loco corpus abducceretur exanime. Lugebãt quasi iterùm destituti, nõ audẽtes post lõgã deliberationẽ, vel in hoc resistere eius gloriosissimæ voluntati.

Benignitas eius in pauperes.

Constructu monasteriũ S. Pantaleonis &c.

CAP. XLVII.

Corpus eius humatur in ecclesia S. Pantaleonis.

Eductus est ergò pastor ab ouibus: dici non potest, quibus lamentis & quęstibus sepultus est in ecclesia beatorum martyrum, quartodecimo Calendas Nouembris. Vbi vsque hodiè perspicuè monstratur, quantus fuerit in oculis booorum omnium. Quẽ posteaquàm amiserunt, qualis fuerit, & boni & mali lucidiùs agnouerunt. Frequeoter locum sepulturę eius, certatim memorant quid fecerit, quid docuerit: qualis vixerit, qualis obierit. Modò pro illo orant, modò vt ipse pro se orare dignetur, rogant: signa non quærunt, vitam attenduot, doctrinam recolunt, futurum io eo aut sibi, aut posteris suis magnũ aliquid pollicentur. Deniquè omnes eius monimentis sicut olim per viuum, ità nunc per mortuum ad Dei laudem & gloriam excitantur.

Epitaphiũ eius.

Fundite corda preces, lachrymosas mittite voces:
Eccè pater patriæ conditus in silice.
Regia progenies, terras memoranda per omnes,
Bruno pacificus, vir bonus atque pius.
Archos Antistes, cui clara Colonia sedes,
Visus erat cunctis charus vbiquè bonis.
Offendit tenebras lux viuacissima tetras,
Inuida lingua tacet, laus modò vera placet.
Non fuit hic mundus tam raro munere dignus:
Raptus ab hoc næuo, iam fruitur Domino.
Idus Octobris quinto præsul duodenus,
Vita concessit, spes comes alma fuit.

VITA B. IACOBI ALEMANNI DOMINICANI, AUTHORE IOÃNE ANTONIO FLAMINIO.

Octobris 11.
Cap. 1.
B. Iacobi patria.



VLMA Germaniæ ciuitas est. Hãc beati Iacobi patriam perhibent, cui Alemanno cognomentum est inditum, viro hac nostra ętate, religione ac vitę sanctitate memorabili. Ortum ex honesta familia duxit, patre Theodorico: qui quidem vitæ integritate ac moribus sanctissimis, magnum filio adiumentum attulit, vt in talem euaderet, qui non suæ tantum familiæ, verùm etiam patriæ ac religiooi, in qua enituit, & præsenti seculo spleodori atque ornamento esse posset. patrẽ ipsum accepimus cibi ac potus fuisse parcissimũ, ac magno in rebus omnibus per totum vitæ cursum fuisse vsum temperamento: quod maximè testatur vitæ longitudo: nam centesimum ac tertium implesse aonum memorãt, corpore ità recto ac firmo, vt iuuenum esse solent, vt nec baculo vti opùs esset, nec exarmatas deotibus, quæ prima senescentium iactura esse consueuit, fauces haberet. Liberos suos vtriusque sexùs ad religionem præcipuè instituebat. Quarè frequenter ipse ad officia diuina & cõciones sacras adducebat, atqt ità assuefaciebat, vt nihil facilius aut libentiùs agerent. Quæ quidem tam diligens institutio quaorani vim habuerit, vel ex beato Iacobo, cuius vitam scribimus, licet coniicere.

Cap. 2.

Opera liberorum educan.

Agebat is annum ętatis quintum atque vigesimũ, cùm cępit illum ingens visendæ vrbis Romæ desiderium, quòd eam sciret esse Christianæ religionis caput ac sedem, quam princeps Apostolorum Petrus & Paulus suo martyrio coosecrassent, & tot Christi athletarum certamina illustrem fecissent. Patrem igitur, quem mira pietate colebat, summis precibus orauit, vt se sineret eò proficisci. Aegrè pater, nec sine multis lachrymis tandèm permisit, vt iret. Dolebat enim obsequentissimum filium à se diuelli ad tam longinqua loca tendentem. Tamen quòd pia caussa iuuenis animum moueret, nec iustis assensum votis deoegandum arbitrabatur, exorabilem sese præbuit. Prouolutus igitur ad genua patris, inter fratrũ, sororũ, ac propinquorum fletus, quibus ob eximias dotes erat charissimus, supplex petiit, vt sibi benediceret: & sic abiit. Initio Quadragesimæ Romam peruènit, & priusquàm aliò diuerteret, celeberrimũ toto orbe diui Petri templum inuisit. Ibi autem ad Dominicam resurrectionem commoratus est: quo quidem tempore nullam neque intra, neque extra vrbis muros ædem reliquit, quam non adierit, tanto fruens gaudio, quantum verbis consequi nemo posset. Post Dominicam resurrectionem cepit illum desiderium in regnum Siciliæ proficisci. Vènit igitur Neapolim. Tunc fortè Rex Alphonsus bellum gerebat, sub quo militare decreuit. Credo diuinitùs factum, vt iuuenis optimus militari commercio grauiter flagitijs offensus, quæ militiæ maximè vigent, consilium salubre demùm caperet, vt tutiorem viuendi rationem iniret.

Romã sanctorum Apostolorum Petri & Pauli visitat.

B. Iacobus Romam proficiscitur.

It Neapolim.

Ad eam igitur militiam admissus, merere cępit, nihil de sanctis moribus, aut de pristina consuetudine sua remittens. Multa ibi videbat, quibus valdè offendebatur. Quarè occasionem demùm indè abeundi ex re leui ac penè ridicula inuenit: quam ipse iam senior factus, & monasticam degens vitam, narrare solebat. Mos est militibus, pręcipuè belli tẽpore, de rapto viuere, & frequenter prędas abigere, nec etiã amicis parcere: de quorũ prædijs solẽt equis pabula rapere, gallinas & alia esculẽta aut vi, aut furto surripere. Ijs grauiter modestissimus iuuenis & alieni abstinens offendebatur, & cõmilitones suos liberiùs increpabat. Illi autẽ deridere iuuenem, & accusare tanq̃ superstitiosũ. Et quia raptis nullo pacto velle vti animaduertebant, dolo eum circumuenere. Ingressi sunt in quodam oppido Iudæorum synagogam quidã eius amici cõmilitones, & ex lampade, q̃ ibi añ Mosis libros die noctuq; ardebat, oleũ vel surripuère, vel se surripuisse finxerũt: ex horto quodam brassicã (vulgò caules nũcupãt) q̃ optimè cõdiũt, illi

Cap. 3. Militat Alphonso Regi.

Vide singularem integritatem eius.

horum

horum omulum inscio apposuerunt. Cùm autem ità simul vesceretur, & eo cibo valdè delectari videretur, ridere conniuæ cœperunt. Quærens ille, quæ tãti risùs causa foret, audit brasiica se vesci ex horto quodam surrepta, quæ oleo Iudaicæ lampadis condita esset. Non posset dici, quãtoperè sit ea re offensus. Tum demùm decreuit prorsùs militiam relinquere. Quarè compositis rebus suis, & impetrata abeundi facultate, Capuam venit.

Cap. 4.

Ibi nactus est Campanum ciuem, præclarum virũ, iuriscōsultum & equitem. Qui vbi iuuenem cōspexit forma præstanti, atque, vt ex clara indole & lineamẽtis oris colligebat, probum, miro illius desiderio tactus, & apud se retinere maximè cupiens, percontatus est, num in suo vellet contubernio residere. Annuit ille, & apud eum moratus est quinquennium tãta fide ac morum integritate, vt eum patronus æquè ac filium diligeret atque tractaret. Verùm exacto iã quinquennio, immisit illi Deus ingens desiderium in patriã redeundi, & genitoris senioris memoria multo vehementiùs, quàm anteà, illum stimulare cœpit ad reditum. Sciebat enim patrẽ iam esse admodum senem, putabatque ingenti videndi filii desiderio teneri, cuius discessum ægerrimè tulisset, seq; iam tot annos procùl à patria tanto terrarum spatio diuisũ abfuisse, rationem sibi patriæ pietatis habendam. Cùm igitur abire decreuisset, consilium patrono aperuit. Ille autem, qui eum amaret vt filium, & cuius diù fidem eximiam expertus esset ac integritatẽ, non dici posset, quantùm ea re turbatus fuerit: nec vllo pacto volens eum dimittere, ea cœpit omnia dicere ac polliceri, quæ possent abire volentem retinere: nisi certa illi fuisset abeundi sententia. Iuuenis autem contrà orare obtestarique, vt sibi iustißimis de caussis, quas afferebat, abire salua eius gratia liceret. Sed nihil proficiebat. ille enim pertinaciter in proposito perstabat, & rogabat nè se desereret. Fluctuabat animus iuuenis, & pręter modum angebatur, quòd intelligebat oportere se tandèm clàm discedere. neque enim impetrare poterat, vt liberè discederet.

Capuæ seruit cuidã iurisconsulto.

Cap. 5. Mira hominis probitas & innocentia.

Cùm igitur hoc sæpiùs, sed nequicquàm, tẽtasset, demùm vel inuito patrono, sed furtìm, abire decreuit. Obseruauit igitur opportunum ad id tempus, & relictis melioribus indumentis, quæ à patrono acceperat cum pecuniis, quas idem illi persoluerat, & resumptis vestibus atque pecuniis, quas secum ipse attulerat, habita priùs ante Christi effigiem, quam in cubiculo habebat, diligenti oratione, vt propitio numine discederet, abiit. Tandèm Bononiam peruènit, & ingressus diui Petronii celeberrimum templum, quod in ipso ciuitatis foro est amplißimum, orauit, ac Deo gratias egit, quòd sospes eò peruenisset. Erat illi in animo, in Germaniam reuerti ad genitorem, sed rem Deus aliter instituerat. Nanque in ea vrbe quidam ex comitibus, qui cum eo venerant, hortati sũt, vt stipendia ibi faceret, & sub quodam Thoma Tartario militaret. Conditionẽ igitur accepit, atque in ea vrbe remansit. Incredibili autem voluptate afficiebatur, cùm tot ibi fratrum collegia cerneret: quorum loca quotidiè frequentabat, præcipueque diui Dominici templũ, vbi maximè versabatur, tanquàm quod erat futurum, præsagiret. Ità paulatim & patria & patriæ oblitus est, nec iã aliud cupiebat quicquàm quàm in eo monasterio vitam agere.

Istius Petronij Vita habetur supra Octo. 4.

Bononiæ dat operã militiæ.

Cap. 6.

Tali igitur incensus desiderio die quadam, vbi illuxit, ad ædem diui Dominici venit, suum consilium cum eo cōmunicaturus, qui primus factus esset obuius, & facturus quicquid ille consuluisset. Fortè fortuna opportunè admodum incidit in ipsum monasterii præfectum Nicolaum Carbonellum Catalanum, concionatorem eximium. Ad cuius genua prouolutus, rogauit vt sibi, cupienti maximè Deo famulari, consilium & opem afferret. Attulit ille continuò salutare consilium, & facunda oratione, quæ ex illius ore diuinitùs manabat, accensum iam per se iuuenis animum sic inflammauit, vt sublata omni mora, petierit in cōsortium Prædicatorum admitti: quod postero die consecutus est. Erat beatus Iacobus literis mediocriter eruditus, & annum agebat quartum atque trigesimum, quandò monasticam vitam ingressus est. Qui cùm inter alias animi plurimas dotes præcipuè mitis ac mansuetus esset, consistere in humilimo gradu voluit, & ex eorum esse grege, qui Cōuersi vulgò nuncupantur. Sed exceptus est mira omniũ lætitia, quasi pręsagientium, qualis quantusque iuuenis ille euasurus esset. nec quicquam fefellit opinio. Si quidem continuò totum se Deo tradidit, nec quicquam omisit, quod ad verum illius cultorem pertineret. Magistro tyronum, quos nouitios appellant, præcipuè vacabat: quem frequenter supplex orabat, vt se instrueret, ac ea doceret, quæ sibi præcepta religionis ac instituta patrum panderent. Quo studio atque solertia breui mirè profecit, charusque omnibus & admirabilis esse cœpit.

Amplectitur S. Dominici institutum.

Cap. 7. Preclara eius humilitas.

Adeò autem mitis, adeò mansuetus erat, vt cùm omnibus sanctior esset, omnibus se deteriorem putaret: quæ res tum maximè patuit, cùm decurso iam anno, de patrum iudicio ac voluntate dubitauit. Nã ad genua singulorum prouolutus, rogabat nè suis offensi criminibus, à suo contubernio & societate se repellerent. Verba autem illa, quibus vti profitentes initam vitam solent, adeò tenaciter menti illius adhæserant, ut nulla diei elaberetur hora, in qua eorũ non reminisceretur. Quę autem profitendo promiserat, tam exactè, tamq; constanter seruabat, vt mirabile omnibus obedientiæ, paupertatis ac patientiæ exemplum foret. Pudicitiam vsque ad exitum vitæ seruauit, ut nihil illo purius ac mundius conspiceretur. Nam præterquàm quòd suum corpusculum aspertimè domitabat, vigilijs quoquè, orationibus, ieiuniis & aliis multis macerabat modis: oculos suos diligẽtißimè custodiebat, nè quid intueretur, quod ad libidinem prouocaret. atque ob eam rem nunquàm otiosus erat. Nunquàm illum sine negocio dies, nunquàm nox inueniebatur. Quòd si quandò egredi in publicum cogebatur, impensè Deum rogabat, vt se custodiret, & suos auerteret oculos, nè uanitatem cernerent, quòd sciebat solere per fenestras mortem ingredi. Quòd si quandò uestigium aliquod fortè libidinum excitabatur, continuò Christi cruciatus inenarrabiles ad memoriam reuocabat: quo quidem tanquàm subito imbre, illud quicquid erat incendii restinguebatur.

Egregia pudicitia.

Ierem. 9.

Sed inter plurimas uirtutes, quibus excellebat, præcipua erat obedientia. Recordabatur enim semper Christum usque ad mortem factum esse obedientem. Quæ res quidem adeò promptum reddebat illum ad parendum, ut sæpißimè iussa præueniret, & & nondùm benè auditis, quæ sibi mandabantur, ac nũquàm audiuisset, illa continuò exequi festinaret. Afferam huiusce uirtutis memorabile exemplum. Præfectus monasterii Michael Holandinus, per monasterium ducebat magnum quendam antistitem. Incidit fortè in beatum Iacobum, & conuersus ad præsulem: Vides ne hunc? inquit. Mira uitæ integritate inter nos effulget, in quo præcipua uirtutũ emicat obedientia. Huius rei modo, si uelis, periculum faciam. Annuit præsul. Præfectus igitur accersito ad se beato Iacobo: Fili, inquit, opùs est, ut sublata oĩ mora, usq; in Galliam te ad Parisinã urbẽ conferas:

Cap. 8. Insignis obedientia. Philip. 2.

Illustre eius obedientiæ exemplum.

magni enim momenti literę tibi eò sunt perferendę. Lętus ille, repentè, Præstò adsum pater, inquit. Sed liceat ne statim me in cubiculum meum ascendere, vt baculũ ac pileũ sumã? Stupuit Aorifles ille, nec satis mirari poterat incredibilē in re tãti momenti prõptitudinē. Ciuis quidam Bononiensis aliquot ea cœnobitis diui Dominici ad villã vrbi propinquã inuitauerat, præcipueq; rogauerat, vt beatum Iacobũ secũ adducerent. Profecti igitur, cùm iam pransi essent, vnus ex patribus, qui primum ibi locum tenebat, vt summæ illius obediẽtiæ periculum faceret, iussit vt accepta

Aliud. funda (est autem id rete) ad propinquum * Rhenum iret piscatum. Paruit ille continuò, & vno iactu mirã dã pisciculorum vim cepit, ità vt omnes obstupescerent. sed id cuncti illius obedientiæ adscripserunt.

Aliud, Quemadmodùm cùm præfectus monasterij quadam die illi iussisset, vt ad quærendum panem festinaret. Nam tum fortè quandam in vitro effigiē pulcherrimam pinxerat, (vitreas enim fenestras optimè concinnabat) & vt colores vitro tenaciùs inhærerẽt, in paruo furno ea more posuerat: quæ res eius præsentia maximè indigebat. Attamen potiùs esse parendum suo prę̈fecto ratus, sacculum arripuit, & ad mendicandum panem sese contulit. Reuersus post multas horas, tam benè decoctos in pictura colores offendit, vt nunquàm melius illi ars successerit.

Cap. 9. Eximia charitas.

Erat admirabilis quoquè in eo charitas. Nihil putabat antiquius, quàm pręcipuè ægrotantibus in monasterio inseruire: qui quidē illius præsentia & ministerio ità recreabãtur, vt non dubitarẽt se mox omni ægritudine leuandos. & certè plerique leuabãtur. Quòd si qui fortè obibãt, & ipse eos ex more lauabat, & proprijs humeris efferebat. Quarè ea resedit in animis hominum opinio, vt minimè dubitent nunc vita functum facilè ægrotãtibus, si inuocetur, adfuturum, quàm tam prõptã operam quolibet morbo laborãtibus viuens exhibebat. Id ità esse, multis quidem exemplis postmodùm comprobabimus. Ad hanc verò eximiam virtutem amplectandam lenissimis verbis & efficacissimis assiduè alios hortabatur, eratque ipse præclarum omnibus specimen & exemplar. Solus deindè orationi & contemplationi totus erat intentus, Deumque assiduè pro viuis omnibus atque defunctis precabatur. Frequenter primus omnium ad

Studium prædicandi & contemplãdi. Meditatio vitæ & passionis Christi.

nocturnum officium surgebat: quod vbi celebratũ erat, angulum quempiam remotiorem ac secretiorē diligebat. Ibi totus mente & corpore Deo vacabat. Nullus autem elabebatur dies, in quo præcipuè Christi gesta non recenseret, & multis cum lachrymis dolores eius cruciatus acerbissimamque mortem repeteret. Cùm verò iam multum orasset, & finem faceret, illud deniq; dicere solebat: Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine: succurre mihi hodiè, cum patre & sancto spiritu in sempiterna secula, Amen. Et ad

Mariam virginem & sanctos Dei frequenter inuocat.

gloriosam Virginem, quam pręcipuo cultu venerabatur, conuersus, aiebat: Aue Regina cælorum, pro salute mea & omnium fidelium. Deindè ad sanctos omnes sese cõuertens, dicere solebat: Sancti Dei omnes &c. Posteà verò ad omnes ecclesiæ aras accedebat, ibique à beata Virgine incipiens, orabat. Cùm verò iam illucesceret, totum officium suum horariũ vsque ad vespertinum celebrabat: & vbi sacris altaris, quam Missam dicimus, semèl aut sępiùs, prout otium dabatur, interfuerat, ad opera manuum, quorũ penè in omni genere monasterio erat vtilissimus, reuertebatur, vt sic diuinis functus, paratior esset ac expeditior, si quid sibi agendum mandaretur. Sed nullam orationem suauiorem sibi ac iucundiorem promebat, quàm Dominicam. Tunc enim putabat sibi os melle ac omni nectare compleri.

Cap. 10. 2. Thess. 3. Eccl. 33. Silentiũ.

Semper autem sancti aliquid, vbi finem orandi fecerat, meditabatur, nec ullum sinebat tempus elabi vacuum: habebatque illud frequens in ore, Qui nõ laborat, non manducet. & insupèr illud addebat: Multa mala docuit ociositas. Taciturnitatis verò tantus erat cultor, vt nunquàm, nisi vsus exigeret, loqueretur. Sed & patientiæ atque constantiæ memorabile erat exemplum. Tres grauissimas ægritudines passus est, quas intensi dolores exacerbabant. Eas tamen ità dissimulauit, adeoque patienter tulit, vt nunquàm à consuetis actionibus fuerit retractus, nec alicui, quæ pateretur, prodiderit. Erat præterea mirè affabilis, placidus omnibus, salua grauitate, charus atque amabilis, ac plurimarum virtutum splendore monstrabilis. Qua fama impulsus illustris princeps Calabriæ Dux, qui posteà Alphonsus secundus Sicilię Rex fuit, cùm Bononiam profectus, diui Dominici sepulcrum viseret, beatum etiam Iacobum videre voluit: quem nunquàm anteà sibi visum, vbi cum multis alijs cœnobitis ad se venientē conspexit, statim cognouit, & honorificè salutauit, & amplexus est ac rogauit, vt pro se Deum precaretur, vt posset incolumis in patriam & ad genitorem suum reuerti. & factus est voti compos. Ad tantum autem sanctitatis gradum euaserat, vt cælesti circumfusum luce orantem noctù multi viderint. Infestum quidem per omne tempus dæmonem habuit: sed eius dolos, hucusquè latentes expertus est: deincèps verò aperto Marte multa cum eo certamina habuit. Nam fustibus sæpè orãtem cecidit, & alijs mille vexauit modis: semper tamen athleta fortissimus victor euasit. Mirificè autem post discessum dæmonum cælesti luce, quam diximus, recreabatur, & voce Angelica. Adhortans enim de cælo missus Angelus, sic eum alloquebatur: Serue Dei, esto fidelis vsque ad mortem. Expecta Dominum: viriliter age, & confortetur cor tuum. Ingentia sunt enim, quæ tibi pro paruo labore atque certamine præmia proponuntur. Ità melior in dies & sanctior fiebat.

Paciẽtia rara. Frequenti cum sancto principe. Dæmon ei valdè infestus est. Angelus eum confirmat. Psal. 26.

Cap. 11. Signo crucis fugat dæmonem.

Die quodam conatus est dæmon illum ab oratione retrahere. Orabat autem ad aram diui Vincentij post completorium. Venit igitur hostis antiquus in veste conscissa, & ad pudenda vsque subducta, vnicũ habens in fronte vt Cyclops oculum. Vbi verò illum beatus Iacobus adspexit, signo se salutiferæ Crucis armauit, & statim dæmon euanuit. Nocte autem quadam post celebratum nocturnum officium, cùm ad aram beati Antonij, quæ remotior erat & obscurior, orandi causa se recepisset, dæmonum caterua specie lætantium cum tripudio ingenti ad eum venit. Miratus ipse tantam in eis lætitiam, audacter ad se vocatos per sacrosanctum Iesu Christi nomen iussit, vt sibi tantæ lætitiæ causam promerent. putabat. n. quod erat, eos vel patrasse ingens aliquod malum, vel quod mox patrandum foret, tantoperè lętari: nec eum fefellit opinio. Responderunt igitur, se idcircò adeò lætos esse, quòd postero die ciuium seditione ingens strages edenda esset. Quod vbi beatus Iacobus accepit, continuò ad Deum conuersus, multis lachrymis ciuium pacem ab eo impetrauit & vrbis tranquillitatem. Cumque ab oratione surrexisset, & cubiculum suum esset ingressus, quieturus aliquantulùm, ingentem ibi offendit teterrimorum coruorum multitudinem, crocitantium, & vnguibus ac rostris sese impetentium. Ille verò signo se Crucis repentè muniuit, & dixit: Deus in adiutorium meum intende. quibus verbis fœdissimæ alites continuò euanuerunt. Sed quo magis illum dæmones infestabant, & oppugnare conabantur, tanto illum ad certamina fortiorem & alacriorem Deus reddebat.

Precibus suis auertit ciuium seditionem. Psal. 69.

Cap. 12. Raptum illum aliquandò in cælum Pauli more, ac-

cepimus

Cap. 12. Rapitur extra sese.

cepimus. Nā cùm se die quadā orationi dedisset, sensit continuò sese auferri, & tanquàm cadauer corpus suū relinqui. Putauit autē sese in quendā amœnissimū locū esse perductū, vbi ea variorū florū adspectu & odore incredibilem voluptatē caperet. Ibi se mirificos audisse concentus, & oïa, quę ad explendā voluptatē pertinerent, vberrimè fuisse. Ingressus est eo fortè momento tēporis, illius cubiculum ex cœnobitis quidā, qui vbi iacentem ac veluti mortuū vidit, exclamauit continuò, & rē Præfecto monasterij trepidus nunciauit. Accurrit ille cum caterua fratrum: qui eū statim, vt mos est, confricare cœperūt, & aquā in faciē iacere, & oïa experiri, quæ circa exanimatos fieri solent. Resipuit ille tandèm, velut ex graui quodā sopore excitatus, & conquestus est grauiter, ꝙ se incredibili suauitate ac voluptate priuassent.

Cap. 13.

Prodigijs multis claruit adhuc viuus, è quorū numero quædā referam. Quidam Bononiensis sacerdos optimus, cui Hieronymo Auiolo nomen fuit, beato Iacobo familiaris & charus admodùm erat. Is fortè in grauem incidit valetudinē, vt minima de eius salute spes esset. Misit ille, qui beatum Iacobum ad se perducerent. Venit continuò, vt erat benignus omnibus & expositus. Cumq; se mutuò salutassent, & dulci colloquio paulùm se recreassent, rogauit beatus Iacobus, vt omnes cubiculum egrederentur. Quod vbi factum est, continuò cępit orare, ac pro salute sui familiaris precari. Mox assurgens, à capite ægrotantis ad pedes dexteram suam leniter duxit. Miram rē afferam. Prout manum per corpus ducebat, itā repentè ex illis partibus fugabatur morbus, vt subsecuta sit sanitas. Eiusdē sacerdotis soror grauiter ęgrotauit: sperauit eandem opem, quam in fratre fuerat experta. Igitur ad se accitum rogauit, vt suis apud Deum precibus sibi adiumento esset. Ille verò, habita breui oratione, frontem ægrotantis Cruce signauit, & sospitem extemplò reddidit.

Illustre miraculū.

Aliud.

Cap. 14.

Venio nunc ad eius felicem obitum. Annos erat natus quatuor & octoginta beatus Iacobus, cùm in valetudinem incidit, quæ illi suprema fuit. Intelligēs ipse finem aduenisse suæ vitę, vocauit ad sese illum, cui ægrotantium cura commissa erat, & ait: Ego, frater, iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat. Proin rogo te, huc voces insignem doctrina & religione virum magistrum Vincentium Castronouensem, monasterij huius Præfectum, cui delicta mea generaliter confiteri volo. Quod vbi fecit, & plenam remissionem ex more assecutus est, accessit ad eum ex cœnobitis vnus, cui Dionysio fuit nomen, cui intestina fluebant, spei ac fiduciæ plenus, & ait: Dilecte frater, tu quidem ad patriam properas, ego autem atroci morbo hic crucior: nec cantare possum, nec concionari. Sed te per Deum rogo, ad quem tendis, vt cùm illi iunctus fueris, memineris mei, ac tuis precibus hanc à me molestiam depellas, qui se quidem id facturum spopondit. Cùm autem ad vltimum deuenisset, priusquàm expiraret, ipse sibi manus decenter & pedes composuit, & ita felicem efflauit animā. Continuò autem color, qui morienti, vt solet, abierat, & vultus quædam hilaritas, & per totum corpus candor eximius rediȷt, & claritas admirabilis, vt nulli dubium esset, quin rectā in cælū migrasset. Is autem, cui intestina, sicut modò dixi, fluebant, quique illius opem paulò ante petierat, accedens ad eius cadauer, & multo cum fletu amplexatus, cępit promissa reposcere, & rogare vt sui memor esset. Nec promissam ille opem distulit: nam priusquàm indè abscederet, sese dicto prorsùs liberatum morbo sensit. Obijt autem beatus Iacobus anno ab aduentu Christi millesimo quadringētesimo nonagesimoprimo, quinto Idus Octobris.

Sub mortem facit suo Præsidenti omnium peccatorū generalem confessionē.

Feliciter è corpore decedit.

Sanatur morbidus.

Cap. 15.

Statim autem per totā vrbē visa est vox diuinitùs diffundi, quæ cunctos moneret, vt si sanctum virum, qui obisset, cernere vellent, continuò ad ædem diui Dominici concurrerent. Repentè autem tota confluxit ciuitas, seque felicem putabat, quicunque sacrum cadauer posset contingere. Puellus ibi annorum triū, qui nec firmis adhuc gressibus consistere, nec loqui poterat, per consertā multitudinē, & per medios psallentes patres ad sanctum cadauer diuinitùs euasit: cumq; illud tetigisset, stupentibus oïbus, & firmiter gradi, & rectè loqui cępit: domumq; profectus, stupentem nouitate rei matrē admonuit, vt ad ædem diui Dominici properaret, & sancti viri corpus viseret mox sepeliendum. Præfectus verò monasterij cū cæteris patribus, cùm eum sepulturi essent, cōmuni sententia diuerso in loco sepelire decreuerunt, nè cæteris commisceretur cadaueribus: cùm sic multorū, qui cū sanctitatis opinione decessissent, permixtione & confusione cadauerum, memoria perisset. Separatim igitur eum in loco tumularunt, quod paruum Capitulum appellant. nec ibi diù perstitit. Nā cùm incredibilis quotidiè magis fieret ad eius sepulcrum populi concursus vtriusque sexus, & insolitū esset ac indecens, fęminas ad eam partem monasterij ingredi, vbi sepultus erat: necesse fuit post diem octauum, permittēte id Bononiensi Antistite, in ecclesiā trāsferre, & ad aram diui Thomæ sepelire, sic integrum & incorruptū, ac si tunc primùm expirasset. Vbi verò sepultus fuit, penè infinita secuta sunt prodigia, quorum partem aliquam commemorabimus.

Miraculum ad cōtactū corporis eius.

Mutatur eius sepultura post octauum diē ob populi & miraculorū frequentiam.

Cap. 16.

Quidam Bononiensis mercator filium habebat infantem, vtpotè anniculum: qui cùm grauissimè ęgrotasset, expirasse putabatur: nullum enim in eo vitę signum apparebat. Parentes igitur mœstissimi, confugientes ad opem beati Iacobi, cuius modò extincti fama sanctitatis erat celebris, vouerunt, si puer reuixisset, beati se Iacobi, hoc est, Prædicatorum vestitu illum induturos. Continuò igitur oculos infans aperuit, atque conualuit: tabellaque ad sepulcrum beati Iacobi appensa est, cum inscriptione tali: Hic puer extinctus erat, sed meritis beati Iacobi reuixit. Mulier quædam desperata iam salute, & sacro inuncta oleo Christiano more, mox animam exhalatura videbatur. Propinqui eius, beati Iacobi opem implorarunt, & mira res continuò secuta est. Nam quæ loqui pauloantè non poterat, caput extulit: & Deo, inquit, gratias ago, qui beati Iacobi meritis me a morte reuocauit. Vir clarus vita, literis & religione Hieronymus Bononiēsis, ex diui Dominici Prædicatoribus, fortè concionabatur, & beati Iacobi sanctitatem & prodigia multa, quæ ad merita illius testanda quotidiè Deus edebat, quibus æquum erat laudibus efferebat. Aderat concionanti Bononiensis quidam ciuis, qui filium domi reliquerat grauissimè ęgrotantem. Is accensus talibus atque in magnam spem arrectus, Deum rogare cępit, vt beati Iacobi meritis pręsenti ægritudine puerum suum liberaret. Factus est continuò voti compos, & postero die sospes cum patre epulatus est.

Infans nūcupato à parētibus voto, reuiuiscit.

Itèm fœmina.

Præclarū miraculū.

Cap. 17. Aliquot miracula.

Bononiensis matrona legerat ad idem sepulcrum in tabella, quendam monachum vehementissima febre beati Iacobi meritis esse liberatum. Hęc sororem habebat, iam tres menses tertiana & ingenti dolore capitis laborantē. Inuocauit illa beati Iacobi pro sorore auxilium, & statim cōualuit. Alia quoquè matrona, centesimum transgressa annum, diro & pudendo morbo laborabat: tacto illius sepulcro, liberata est. In eadem ciuitate puella dolore graui, qui totū corpus inuaserat, iam quatuor menses laborauerat. Ma-

gna fiducia impetrandi eius opem implorauit, & cōsecuta est. Nam statim absque vllius adminiculo surrexit è lectulo, & die postero eius sepulcrum inuisit. Bartholomæus Genuensis, Ordinis Prædicatorum, monasterij Saonensis Prefectus, in grauem Bononiæ febrem inciderat. Qui admonitus a comite suo, vt ad beati Iacobi auxilium confugeret, confugit, & confestim conualuit. Paulus etiam Boemus, eiusdem Ordinis, Bononiæ studens, & ipse grauissima febre laborabat, futura iudicio medicorum diuturna. Dolorē prætereà capitis iam nouem annis patiebatur. Is ad beati Iacobi opem confugit, & extemplò vtraq; molestia liberatus est. Vincentius Socinensis in eodem monasterio ex eorum numero, qui Conuersi dicuntur, familiaris admodùm beato Iacobo fuerat, & morientem in suo gremio souerat. Is fortè in grauissimam febrem inciderat, adeò vt se non posse diutiùs viuere putaret. Beatum Iacobum precatus est, vt sibi adiumento esset, & extemplo affuit. Quidam ex agro Bononiensi, cui Magacaro fuit nomen, & ipse grauiter febricitans, beati Iacobi auxilium inuocans, ait: Si vera sunt, quæ de tua sanctitate prędicantur, & & ad opem ferendam implorantibus iam facilem te, sicut audio, exhibes, mihi quoquè, precor, subueni.

Nota tā repētinas omnes has curationes.

Non fuere spes ac preces illius irritæ. nam cōtinuò febris eum reliquit. Nobilis matrona Bononiensis, graui terrore perculsa, ita exhorruerat, vt membra omnia contracta essent. Venit illi in mentem beatus Iacobus, & eius opem rogauit, & mox pristinæ valetudini restituta est.

Cap. 18. Cōtracta sanatur.

Verùm non Bononiæ solùm, sed etiam in remotis Italiæ ciuitatibus claruit miraculis. Nam & Mediolani vxor eius, quem iustitiæ ducem vocant, cùm iam tres annos contracta habuisset crura, audita beati Iacobi fama, quæ iam celebris in plerisque Italiæ locis erat, illius opem implorauit, & mox sanata est. Et in Venetis Murani quidam presbyter in æde diui Petri martyris depictam nupèr effigiem attentiùs intuebatur: cumque perquisisset, cuiusnam esset, audiuit esse beati Iacobi, Bononiæ nupèr extincti, admirabili sanctitate viri, cuius meritis multa prodigia Deus ederet. Is tam multis annis ingenti dolore capitis laborauerat, tanto quidē, vt sæpè suspicaretur, nè mentem amitteret. Igitur spei plenus & fidei, beatum Iacobum precatus est, vt sibi adiumento esset. Adfuit ille, ac diuturna valetudine supplicem suum liberauit.

Periculosus capitis dolor abigitur.

Ciuis quidam Bononiensis filium habebat diù calculi morbo laborantem. Accessit ad beati Iacobi sepulcrum, & rogauit vt filio opem afferret, & impetrauit. nam puer continuò liberatus est. Dionysius quidam Lucensis filium habebat Bononiæ grauiter ęgrotantem, vt de eius salute medici desperarent. Ad sepulcrum beati Iacobi accessit, & filium illi suum commendauit. Quem, domum reuersus, incolumem reperit; & cum ingenti gaudio ad ędem diui Dominici rediens, & magna voce Deum laudans, multis audientibus impetratam opem testatus est,

Itèm cuiusdā pueri calculus.

Puella Antonij sonsoris in eadem ciuitate vitam monasticam in monasterio diuæ Agnetis agens, iam tribus annis grauem capitis dolorem passa fuerat. Beati Iacobi opem implorauit, & sanata est. Nobilis in eàdem ciuitate matrona, iam duos dies partus doloribus cum magno vitæ discrimine vexata fuerat. Hortantibus obstetricibus, vt beatum Iacobum inuocaret, quanta potuit voce implorauit, & exaudita est. Eandem opem in simili discrimine plebeiæ mulieri attulit, & Calcaresio ciui Bononiensi, qui captus oculis, nihil cernebat, visum restituit: & Mutinensi cuidam, qui tanti beneficij memor, argenteos oculos ipsemet ad eius sepulcrum Bononiā pertulit: & cuidā calcis artifici, qui oculum ità calce oppleuerat, ut per multos dies nihil indè prorsùs cerneret. Is enim ad beati Iacobi sepulcrum profectus, priusquam templum ingrederetur, depulsis tenebris, visum recepit. Ancilla cuiusdam matronæ Bononiensis, brachium diu inualidum ac inutile habuerat. Accessit ad eius tumulum, & brachio tetigit: momento temporis pristinum robur recuperauit. Quidam Bononiensis aromatarius, diuturnum in lingua morbum passus fuerat, sic ut difficillimè & cum magno cruciatu cibum caperet. Vouit is argenteam beato Iacobo linguam, si diuus eius suffragio morbus à se depelleretur. Mox liberatus est, & eodem die, quod vouerat, persoluit.

Cap. 19. Alia miracula.

Stephanus è numero Cōuersorum diui Dominici, Placentia Bononiam veniens, vt clarum quendā concionatorem secum Placentiam adduceret, nobili mulæ insederat. Hæc nescio quo casu in lethalem morbum incidit, ità ut humi iacens, pabulo prorsùs abstineret: nec periti morborum talium medici, opē vllam spondebant. Ingenti curarum æstu fluctuabat Stephanus nobilitate mulæ ac precio, & eius, qui cōmodauerat, claritate. Relicta igitur illa in stabulo, tanquam mox nullis proficientibus remedijs moritura, ad tumulum se beati Iacobi receperat, & eius opē implorauerat: reuersusque ad stabulum, sic afflictā, vt antè, inuenerat & morienti similem. Fessus ingenti ægritudine animi, & curarum plenus, cubitum se contulerat. Dormienti illi visus est beatus, qui monuit, vt continuò surgeret, & pabulum mulæ apponeret. Credidit ille diuinitùs se moneri, & paruit: mulam inuenit perquirentem pabulum, & pristinæ valetudini restitutam.

B. Iacob. apparet Stephano Conuerso.

Anno millesimo quingētesimo, mense Februario, vir quidam hydropicus ad idem sepulcrum cum vxore venit, vt ibi vota persolueret: qui affirmabat se implorata beati Iacobi ope, quatriduj spatio diro & exitiali morbo sanatum. Finem profectò non inueniam, si cuncta persequi velim. Sed hæc, ni fallor, satis esse videri possunt, quæ viri tanti apud Deum merita & sanctitatem eximiam abundè testari queant.

Hydropicus curatur.

HISTORIA BREVIS S. VVILfridi Episcopi Eboracensis, ex historia Ecclesiastica gentis Anglorum Bedæ presbyteri.



NTEREA Rex Alchfrid misit Vuilfridum presbyterum ad Regem Galliarum, qui eum sibi suisque consecrari faceret Episcopum. At ille misit illum ordinandum ad Agilbertum, de quo suprà diximus, qui relicta britannia, Parisiacæ ciuitatis factus erat Episcopus, & consecratus est magno cum honore ab ipso, conuenientibus plurimis Episcopis in vico regio, qui vocatur, in Compendio. Veniens quoquè in Britanniam Vuilfridus, iam Episcopus factus, & ipse perplura catholicę obseruationis moderamina Ecclesijs Anglorum sua doctrina cōtulit. Vndè factum est, vt crescente per dies institutione catholica, Scoti omnes, qui inter Anglos morabantur, aut his manus darent, aut suam redirent ad patriam.

Ex lib. 3. cap. 28. S. Vuilfridus consecratur Episcopus.

Anno Dominicæ incarnationis sexcentesimo septuagesimo octauo, qui est annus imperij Regis Egfridi Octauus, apparuit mense Augusto stella, quæ dicitur Cometa, & tribus mensibus permanens, matutinis horis oriebatur, excelsam radiantis flāmę quasi columnam præferens. Quo etiam anno orta inter ip-

Ex lib. 4. cap. 12.

sum

Pellitur è sede sua.

sum Regem Ecgfridum & Reuerendissimum Antistitem Vuilfridum dissensione, pulsus est idem Antistes à sede sui Episcopatus.

Cap. 13.

Pulsus est autem ab Episcopatu suo Vuilfridus, & multa diù loca peruagatus, Romam adijt, dein Britanniam redijt. Etsi propter inimicitias memorati Regis, in patriam siue parochiam suam recipi non potuit, non tamen ab euangelizandi potuit ministerio cohiberi. Si quidem diuertens ad prouinciam Australium Saxonum, quæ post Cantuarios ad Austrum & ad Occidentem vsque ad Occidentales Saxones pertingit, habens terram familiarum septem millium, & eo adhuc tempore paganis cultibus seruiebat, huic verbum fidei & lauacrum salutis ministrabat.

Conuertit Saxones in Anglia

Erat autem Rex gentis illius Ediluuarh, non multò antè baptizatus in prouincia Merciorum, præsente ac suggerente Rege Vulhere: à quo etiam, egressus de fonte, filij loco susceptus est, in cuius signum adoptionis, duas illi prouincias donauit, Vectam videlicet insulam, & Meauarorum prouinciam in gente Occidentalium Saxonum. Itaque Episcopus, concedente, immò multùm gaudente Rege, primos prouinciæ Duces ac milites sacrosancto fonte abluebat. Verùm presbyteri Eappa & Padda, & Bruchelin & & Oidda cæteram plebem vel tunc, vel tempore sequente baptizabant. Porrò Regina, nomine Ebba, in sua insula, id est, Vicciorum prouincia, fuerat baptizata. Erat autem filia Eanfrid, fratris Eaoheri, qui ambo cum suo populo Christiani fuere. Cæterum tota prouincia Australium Saxonum, diuini nominis & fidei erat ignara.

Dicul monachus Scotus.

Erat autem ibi monachus quidam de natione Scotorum, vocabulo Dicul, habens monasteriolum permodicum in loco, qui vocatur Bosanbam, syluis & mari circundatum, & in eo fratres quinque siue sex, in humili & paupere vita Domino famulantes. Sed prouincialium nullus, eorum vel vitam æmulari, vel prædicationem curabat audire. Euangelizans autē genti Episcopus Vuilfridus, non solùm eam ab ærumna perpetuæ damnationis, verùm à clade temporalis interitus eripuit. Siquidem tribus annis ante aduentum eius in prouinciam, nulla illis in locis pluuia ceciderat, vndè & fames acerbissima plebem inuadens, impia nece prostrauit. Deniquè fertur, quia sæpè quadraginta simul aut quinquaginta homines inedia macerati, procederent ad præcipitium aliquod siue ripam maris, & iunctis miserè manibus, pariter omnes aut ruina perituri, aut fluctibus absorbendi, deciderent. Verum ipso die, quo baptisma fidei gens suscepit illa, descendit pluuia serena & copiosa, refloruit terra, redijtque viridantibus aruis annus lætus & frugifer. Sicque abiecta prisca superstitione, exsufflata idololatria, cor omniū & caro omniū exultauerunt in Deum viuum: intelligentes eum, qui verus est Deus, & interioribus se bonis, & exterioribus cælesti gratia ditasse.

Præ fame multi sepsos miserè perdũt

Merito susceptæ fidei datur pluuia.

S. Vuilfridus docet eos piscandi artem.

Nam & Antistes cùm venisset in prouinciam, tantamque ibi famis pœnam videret, docuit eos piscando victum quærere. Namque mare & flumina eorum piscibus abundabant, sed piscandi peritia genti nulla, nisi ad anguillas tantùm, inerat. Collectis ergò vndecunquè retibus anguillaribus, homines Antistitis miserunt in mare, & diuina se iuuãte gratia, mox cepere pisces diuersi generis trecentos: quibus trifariam diuisis, centum pauperibus dederunt, centum his, à quibus retia acceperunt, centum in suos vsus habebant. Quo beneficio multùm Antistes cor omnium in suum diuertit amorem, & libentiùs eo prædicante cælestia sperare cœperunt, cuius ministerio temporalia bona sumpserunt. Quo tempore Rex

Multos conuertit ad Christum.

Ediluuach donauit reuerendissimo Antistiti Vuilfrido terram octogintaseptem familiarum, vbi suos homines, qui exules vagabantur, recipere posset, vocabulo Seoleseu, quod dicitur Latinè, Insula vituli marini. Est autem locus ille vndique mari circundatus, præter ab Occidente, vndè habet ingressum amplitudinis quasi iactus fundæ: qualis locus à Latinis peninsula, à Græcis solet chersonesus vocari. Hunc ergò locū cùm accepisset Episcopus Vuilfridus, fundauit ibi monasterium, ac regulari vita instituit, maximè ex his quos secum adduxerat fratribus, quod vsque hodiè successores eius tenere noscuntur. Nam ipse illis in partibus annos quinque, id est, vsque ad mortem Ergfridi Regis, meritò omnis honorabilis officium Episcopatus & verbo exercebat, & opere. Et quoniam illi Rex cum præfata loci possessione omnes, qui ibidèm erant, facultates cum agris & hominibus donauit, omnes fide Christi institutos vnda baptismatis abluit. Inter quos, seruos & ancillas ducentos quinquaginta, quos omnes non solùm baptizando à seruitute dæmoniaca saluauit, sed etiam libertatem donãdo, humanæ iugo seruitutis absoluit.

Condit monasterium.

Ex lib. 5. cap. 20.

Anno autē imperij Hosredi quarto, Coenredus, qui regno Merciorum nobilissimè tempore aliquãto præfuerat, nobiliùs multa sceptra regni reliquit. Nã venit Romam, ibíque attonsus, Pontificatum habente Constantino, ac monachus factus, ad limina Apostolorum, in precibus, ieiunijs & eleemosynis vsque ad diem permansit vltimum: succedente in regnum Coenredo filio Edilredi, qui ante ipsum Coenredū idem regnum tenebat. Venit autem cum illo & filius Sigheri, Regis Orientalium Saxonum, cuius suprà meminimus, vocabulo Offa, iuuenis amãtissimæ ætatis, & venustatis, totique suæ genti ad tenenda seruandaq; regni sceptra exoptatissimus. Qui pari ductus deuotione mentis, reliquit vxorem, agros, cognatos & patriam propter Christum & propter Euangeliū, ut in hac uita centuplum acciperet, & in seculo venturo vitam æternam. Et ipse ergò, vbi ad loca sancta Romam peruenerat, attonsus, & in monachico vitam habitu complens, ad visionem beatorum Apostolorum in cælis diù desideratam peruenit. Eodem sanè anno, quo hi Britanniam reliquere, Antistes eximius Vuilfridus post quadraginta & quinque annos accepti Episcopatus, diem clausit extremum in prouincia, quæ vocatur Fundalum, corpusque eius loculo inditum, perlatum est in monasteriū ipsius, quod dicitur *in Hripum, & iuxta honorem tanto pontifici congruum, in ecclesia beati Apostoli Petri sepultum. De cuius statu vitaque, (vt ad priora repedantes, paucis quæ gesta sunt, memoremus) cùm esset puer bonæ indolis, atque ætatem moribus transiens, ita se modestè & circunspectè in omnibus gerebat, vt meritò à maioribus quasi vnus ex ipsis amaretur & venerare tur. Vbi verò quartumdecimum ætatis contigit annum, monasticã seculari vitam prætulit. Quod vbi patri suo narrauit, (iã. n. mater obierat) libenter eius votis ac desiderijs cælestib' annuit, eumq; cœptis insistere salutarib' iussit. Venit ergò ad insulã Lindisfarnẽsem, ibique monachorum famulatui se contradens, diligenter ea, quæ monasticæ castitatis ac pietatis erant, & discere curabat & agere. Et quia acris erat ingenij, & didicit citissimè psalmos & aliquot codices, necdùm quidem attonsus, verùm his, quæ tonsura maiora sunt, virtutibus humilitatis & obedientiæ non mediocriter insignitus. Propter quod & à senioribus, & coætaneis suis iusto colebatur affectu. In quo videlicet monasterio cùm aliquot annos Deo seruiret, animaduertit paulatim adolescens animi sagacis, minimè perfectam esse virtutis

Coenred' Rex fit monach'.

Itèm Offa Rex iuuenis florentissimus.

Matt. 19
Mar. 10.

S. Vuilfridus 45. anno pontificatus sui obit

**In Inrhypũ*

S. Vuilfridus puer dat se vitæ monasticæ.

mis ad unicem digredientes, Imperator Orientem, frater eius Occidentem petiuit.

CAP. XVIII.

Moxque ad Aquas grani palatii properauit: ibi principes regni, quorum id intererat, conuenit, eos variis multisque modis instruit: atque hoc cum eis potissimùm egit, nè seductoribus aut vanis eorum promissis crederent, nè minas timerent: regię maiestati & suæ ipsorum fidei pollicitationes nullas præponerent, spondens se ante tempus & in tempore semper paratum fore, vt pacem Ecclesiæ violatã, si sic necesse esset, vitæ etiam suæ periculo reformaret. Hoc facto, Coloniam lætus adiit expectabatur ordinationis tempus, & vnctionis lætitia. Hoc facto, innouatum est gaudium plebis, & refulsit in conspectu omnium, qui conuenerant, ornatus stola iucunditatis sacerdos Domini Saluatoris. Posteà nardus preciosa dedit odorem suum, in medio ecclesiæ aperuit os suum. Audiebatur, secũdùm legale institutũ, sonitus intrantis in domum Domini Dei exemplũ & documentum factus est omnibus obtemperantib. Quid aùtē fecerit, quomodò docuerit, qualiter pro pace ecclesiarum Dei seipsum impenderit, actu est mirabile, dictu difficile. Tantùm enim superiorum insignia, huius quotidiana opera præcedebant, vt totum quod in ecclesiis siue amplandis, siue restaurandis, quod in reliquiis & corporibus sanctorum, in suam parochiam transferendis, quod in priuatis vel publicis ædificiis componendis, quod in ordinandis domibus, familiaque sanctæ Dei Ecclesiæ rebus fecerat, ad aliorum operam penè incomparabile videretur. Nam sicut super omnes docentes se intellexit: ità cordis sui aciem, ingenii acumen, animi vigorem, ad maiora sapientiæ & virtutis opera direxit.

Exemplũ boni pastoris. *Exod. 28.* *Summoperè studet paci omnium ecclesiarũ.* *Psal. 118*

CAP. XIX.

De religione primò & cultu Dei, quod Græci θεοσέβειαν dicunt, secundùm datam sibi sapientiam, Canonicam & Apostolicam authoritatem secutus, instituit, vt multitudinis, quæ in diuersis congregationibus, ad eius honorabilem sedem pertinentibus erat, vnum cor esset & anima vna: vt vestium superfluitas, morum inæqualitas, & quicquid hoc modo effœminatum & indecens in eius ecclesia videretur, vera & spirituali circumcisione, quod est initium sapientiæ, diligentissimè abscinderetur: vt diuinis ministeriis omnes, quorum id intererat, intentissimè secundùm præfixam sibi regulam viuerent, nec aliam sibi suæ salutis causam vllatenus æstimarent. Hæc & his similia cum venerandis patribus & Cleri sui senioribus frequens egit, eosq; in custodia Dominici gregis secum pariter inuigilare solicitus admonuit. Et quia culpa temporum vrgebatur, vt rariùs hæc cum illis ageret, quàm volebat, solicitũ ab absēs nō minùs, quàm præsens, spiritu feruens, Domino seruiēs, æstuabat. Erant ei foris pugnæ, intùs timores. Pugnabat contra luporum, Ecclesiam Dei deuastare cupientiũ, rabiem: timebat Domini ouium simplicitati, sicut Apostolus: Timeo, inquit, nè sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ità corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo. Ità exercitato pectore contra aduersa omnia robustissimus erat: in prosperis quoquè talis animus minimè vacillabat, rebus æquè & crebris exercitationibus docens omnes sibi subditos, solicitos seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Visus est singulari illa mentis suæ agilitate penè excelsisse generale illud, quod dicitur, mentem, cùm diuiditur ad multa, fieri minorem ad singula.

Act. 4. *Optimè instituit mores Cleri & monachorum.* *2. Cor. 7.* *2. Cor. 11* *Gen. 3.* *Ephe. 4*

CAP. XX.

Cogente igitur Imperiali authoritate, suscepit, vt iam dictũ est, tractare negocia regni apud Lotharicos: & cùm vnicuique de principibus & magistratibus suum pariter onus, vnicuique sibi congruum imperaret opus: nihil tamen erat, quod non ipse obiret, hoc maxima consilii viuacitate prouidēs, quod omnibus expediret. Causantur fortè aliqui, diuinæ dispensationis ignari, quarè Episcopus rē populi & pericula belli tractauerit, cùm animarum tãtummodò curam susceperit. Quibus res ipsa facilè, si quid sanum sapiunt, satisfacit, cùm tantum & tam insuetum, illis præsertim partibus, pacis bonum per hunc tutorem & doctorem fidelis populi, longè latèque propagatum adspiciunt: nè pro hac re, quasi in tenebras ampliùs, vbi nō est præsentia lucis, offendant. Nec verò noua fuit huiusmodi gubernatio, aut sanctæ Dei Ecclesiæ rectoribus antea inusitata: cuius exempla si quis requisierit, in promptu sunt. Nemo igitur super hac re culpabilē eum dicat, cùm Samuelem sanctum, & alios plures, sacerdotes pariter legamus & iudices, & Danielem prophetam duos presbyteros ad mortem damnasse legamus. Nos verò ad alia festinantes, quid quisque de pio hoc viro loquatur, suo ipsius iudicio relinquimus, scientes sani capitis esse neminem, qui bonũ et iucundissimum vllo maledicti opprobrio fuscare nitatur. Honestum enim & vtile nostræ reipublicæ fuit omne quod fecit. Factis verò suis hunc finem nequaquàm constituit, vt non nisi per hominum ora fauorem captando volitaret: sed ità vixit, ità opera sua coram hominibus temperauit, vt pessimis horrori, bonis esset honori. His apertè cunctis innotuit, quòd in Episcopatu bonum opus desiderauit, in quo nec ab inuidis & æmulis suis facilè potuit reprehendi, nisi hoc ipsum in laude eius magis proficeret, quòd talibus displiceret. Hac igitur mirifica occupatione detētus peruigil summi patrisfamilias operator & summus præsul, lucernam ardentem, boni videlicet operis exemplar, in manibus ferens, ad ea, quæ Dei sunt, alios volētes duxit, alios nolentes traxit.

Pax per hunc... *Dan. 13.* *Summoperè profuit & cũ, quod Archiepiscopus fuit*

CAP. XXI.

Sed inter hæc humani generis antiqua pestis non cessauit inuidiæ suæ vires per opera pii doctoris, iam in bona spe germinantia, longè lateque dispergere. Nam cùm primùm Lotharii regni populus, multimoda magni huius viri exhortatione vix tandem inductus, blandimenta pacis valdè sibi insueta tentaret, & ijs, qui sola ciuili dissensione tum sibi aliquid pollicebantur, assensum in sui perniciem ex parte plurima præbere respueret, sæua Hungarorum gens, & qualem nunquàm terra nostra sensit barbariem, à peruersis illecta ciuibus, trãsitis Germaniæ plerisq; prouinciis, Galliæ, cui iam olim nobilis Francorum populus insedit, omnia ferro & ignibus vastatura se totã infudit. In hac acie Cuno, qui priùs Dux erat egregius, cum suis sequacibus militauit: verùm ad hoc, vt odio suo, quod in virum Dei Brunonem, bonis certè mansuetissimum, cōceperat, hac fera crudelitate satisfaceret, an vt quibus posset in tanto periculo subueniret, incertum: sed illud prius, latiùs opinione disseminatum est. Nã & antè contra eum dura quæque fraudulenter, quia vires defecerant, tentauit, ità vt Metim vrbem opulentissimam dolo inuaderet, ipsi Coloniæ & cæteris regni munitionibus suspectum se faceret, probra iactaret, minas effunderet. Et posteà aliquantum temporis in hac eadem, qua dudum erat, immanitate permãsit: nihil reliquit intentatum, quo fœdus in populo nostro per sapientiã doctoris sui pactum dissoluere se posse putaret. Ho-

Hungari vastant Gallias.

mo nanque erat pauloátè summa potentia, summaque fortuna, sed ignarus, quomodò secundis rebus vti conueniret. Has quoniam, postquàm abusus est, perdidit, in bonos vltra modum impatiens sæuijt: sed à nefarijs suis conanibus semper ita, Deo dispensante, repulsus est, ut hoc eum non leuiter pœniteret, quòd magnum facinus tanta leuitate aggressus est.

CAP. XXII.

Cremuit sæpè etiã maxima pericula B. Brunone.

Pepercit autem in omnibus sacerdoti suo & pio prouisori populi sui misericors & miserator Dominus, & ità omnia ordinauit, vt absque bello & humana pernicie, maxima sæpè pericula sedarentur. Inter quæ frequenter ipse interritus, aut secum intentus legit, aut de maximis quibusque rebus quasi curarum instantium nescius, disputauit. Hoc apud Treuerim, hoc in Alisatio gentibus & populis innotuit, quanta constantia & securitate animi sui, incõstantes & temerarios aduersariorum motus redarguit: cùm eos qui in alienis se fortissimos iactabant, in proprijs tam imbecilles esse monstrabat. Et reuerà quos nulla vnquam acies, nulla inflexit asperitas, hos huius viri pietas imbelles & timidos faciebat. Consilio nanque & bonorum hominum multitudine, non seuitia, timendus fuit, & quòd nemo hostiũ tam acriter vigilabat ad perniciem, quàm ipse ad salutem. Fama autem & multitudinis iudicio minimùm motus est: suo sibi iudicio vsus est, & in quo rectà probauit, non vt sibi, sed Deo placeret, optauit. Itaque vt paucis multa comprehendam, plura omittam: intùs & foris, domi militiæque indefessus Domini præliator, animi plùs quàm corporis viribus tã diù contra pestilentes & inquietos, tantumque vitæ etiam suæ plerunquè periculo decertauit, vt nominis quoque eius fama quousquè peruenit, bella sedaret, pacem formaret, studium in omnibus bonis artibus firmaret, sanctæ religionis & salutiferæ quietis gratiam ampliaret.

Sola nominis sui fama quã ĩn effecerit.

CAP. XXIII.

Quoniam igitur humilis iste philochristus, & meliorum ardens æmulator charismatum, seruus Domini Bruno, secundùm dignitatem sedis suæ, Romanæ quoque sedis & Apostolicæ benedictionis priuilegio debuit insigniri, & cum eis pariter, qui traditam à beato Petro Apostolo sanam seruauere doctrinam, catholicæ fidei integritate in vera confessione & inuiolabili veritate prædicationis vniri: synodicam suam Epistolam per Hadamarum, venerabilem monasterii Fuldensis Abbatem, Romã ad Agapetum miræ sanctitatis Papam direxit: in qua, cuius spiritus esset, & quia pastor ab ouibus electus, à Domino missus esset, innotuit. Appellatusque est ibi consors & concius Apostolorum, princeps & propagator Domini præceptorum. Legatus indè cũ magna mentis alacritate reuersus, pio pastori, cui ante hæc gratia Dei collatum est, secundùm prophetiam, oleũ gaudij pro luctu, tunc attulit pallium laudis pro spiritu mœroris. Spiritus nanque Dei cordato homini, & sacramenti huius magnificæ virtuti magis quàm his quæ visibiliter gerebantur, intento diuinius inspirauit, ut erigeret cor suum in spem per gaudium spirituale, nè tristaretur in eo, quem sensit imminere, labore. Cor enim, quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Sapientiæ hæc verba sunt. Legatus ergò, vt loqui cœpimus, Roma rediens, bonum nuncium Coloniam ferre accelerauit, portans sacrum habitum, ab vniuersali Pontifice missum, prætendentem iugum Domini suaue, & onus eius leue, & ipsum, quod sub eo dispensatur, humile ministerium, quod verba Domini testantur, dicentis: Qui maior est vestrum, erit minister vester. ferens simul reliquias de proprio corpore S. Pantaleonis martyris, & priuilegium, Apostolicæ sublimitatis authoritate traditum, quo & eodẽ pallio præter consuetudinem sacerdos Domini, quotiès vellet, indui permissus, & concessis omnibus quæ petebantur, ipse præ magnitudine virtutis & sapientiæ in participatum eius operis, & propè in cõsessum tantæ dignitatis admissus est. Properauit in occursum eius læta ciuitas, vndiquè iubilans accurrit multitudo, conuenerunt in suburbio prope antiquum locum, vbi ecclesia eiusdem preciosi martyris erat inculta adhuc, & ruinæ proxima. Ibi deposita sunt grata onera, deinde suo quæque loco reposita.

Innotuit al. lucè.

Esa. 61.

Agapet' Pontifex mittit ei pallium.

Prou. 14.

Pallium Episcoporum quid significet.

Nota antiquã Germanorũ religionẽ.

CAP. XXIIII.

Monet me hic aliquãtulùm immorari festinus ille, qui posteà in breui prohdolor factus est funerosus, eiusdem loci occursus. Ibi venerabilis iste amici primò, ibi postremò, semel lętò, semel lugubri carmine susceptus est. Corp. n. religiosi & Deo digni sacerdotis ibidẽm sepeliendũ officia sui insignia nõ amisit, quæ tamen spiritualiter, & ideò feliciter, vt credimus, anima secum vexit. Arcano itaque omnipotentis Dei cõsilio prouisum est, vt idem locus ad declaranda sancti sui martyris merita, prima hac occasione illustraretur, & talis fieret, vbi vir iste Domini pacificus & mirabiliter humilis, potissimùm eligeret sub eiusdem pii martyris patrocinio tremendi iudicii diem, & futuræ resurrectionis gloriam exanimis præstolari. Non multò pòst ibidem, vtpotè in loco secretiori, & ab vrbanæ inquietudinis molestia remotiori, fratres in laude diuina peruigiles & solicitos, sub monasticæ regula disciplinæ, Domino seruire instituit: quibus Abbatem præposuit, nomine Christianum, suæ videlicet professionis phoronomum, & in lege Domini, sicut hunc decuit ordinem, apprimè eruditum. Cui ordinato, hoc breue commonitorium de Occidentis partibus scripsit: Vt sis, quod vocaris, cura gentilitati nè degeneres. Id seriò triumpha, vt non sicut prius antiquetur, sed de virtute in virtutem vt eatur, naua.

Christianus prim' Abbas S. Pantaleonis.

CAP. XXV.

Nunquam ità ciuilium negociorum occupatione detentus est (ad quam eum non sua libido, sed populi necessitudo attraxit) vt animo illo ad omnia viuacissimo non uigeret, intentus religioni præcipuè & lectioni, in cuius studio mori uidebatur. Ad id agendum exemplo suo & crebro monitu accendit omnes penè, quos præ oculis habuit. His verò, qui hoc ità non amabant, vehementer indoluit, eosque, licèt alias familiares essent, à secreto tamen & amico mœroris loco, ubi se sibi libentius, & ideò diligentiùs, solebat explicare, remouit. Pectus cordati uiri pertæsum fuit regifici luxus, & consuetæ, hoc præsertim tempore, potentibus iocorum & voluptatum illecebræ. Vndè si quandò suis coactus quodammodò reddidit, quod non debuit, excessum hunc modicum fletu plerunquè largiore detersit. Vitam præsentem & dulcem metuit, & amaram expertus est: de uita verò, omnis solicitudinis & languoris ignara, haud dubium, quin ante omnia plurimùm cogitauerit, qui de ea tam luculenter multotiès & cum familiaribus, & coram plebe sibi commissa disseruit. Iuuenis, ut erat, omnique pompa circunfluus, audeo dicere, dissolui uellet, tantùm ut cum Christo esset. Hinc lachrymæ assiduę, suspiria ferè continua, furtiuę orationes & singultus in ipso eius lecto clarius perstrepentes, ut testantur, quos id minùs

Mirè addictus est lectioni.

Odit luxũ & voluptates.

Vide piũ pectus tãti viri.

nùs celare poterat, etiam dum latère uolebat. Quoties diem mortis posuit ante conspectum cordis? quotiès ad hoc vocis quoquè prorupit officio, quod corde molitus est? quotiès audiuimus eum vehemẽti gemitu præoptasse id, quod futurum, non tamen hoc graui trepidatione, sperauit, ut æstuosum mundi huius naufragium, i Dei sola misericordia tutus, euasisset, & in littore tandèm securitatis intimæ constitisset? Elapsurus quodammodò putabatur, vt quasi mortem aufugeret totum, quod ei in huius mundi delicijs blandiebatur. Testes supersunt conuersationis eius quamplurimi: quotiès eum in secretis corde contrito & spiritu humiliato persenserant, mirari plùs poterant, quàm imitari. Nam ille popularis, plerunque quasi solitarius uixit. Mirum dictu: inter conuiuas lętissimos lætior ipse frequẽter abstinuit. *Inter conuiuas abstinet.* Molles & delicatas vestes, in quibus nutritus, & ad hominem usque perductus est, etiam in domibus regum multotiès declinauit. Inter purpuratos ministros & milites suos, auroque nitidos, vilem ipse tunicā & rusticanas ouium pelles induit. *Milites ꝓ nobilibus accipit, due dom adel.* Lectuli delicias vehementer aspernatus est. In balneis cum lauantibus, entisq; nitorem quęrentibus, vix aliquandò lotus est. Quod eo magis mirum est, quia ab ipsis cunabulis eiusmodi munditiis & pompa regia educatus est. Hæc autem pro tempore & loco, modò palam, modò secretiùs egit, ut & laudem humanā subterfugeret, & tamen subditis exemplum hoc agendo prębe   ret. Multi enim verbis, plùs exemplis proficiũt plerique. Apud mites & humiles nemo humilior: contra improbos & elatos nemo vehemẽtior fuit. Hunc terrorem, qui beneficio obligari non potuit, indigena æquè & alienigena formidauit, & recto conuenientissimoque ordine omnis, ad quem magnitudinis eius fama peruènit, primò eum timere, postea consueuit amare.

CAP. XXVI.

Studiũ ei⁹ erga cōgrẽdas Sãctorũ reliquias.

SAnctorum corpora, atque reliquias, & quælibet monimenta, ut suis patrocinia cumularet, & per multos populos ultrà citraque hac celebritate gloriam Domini propagaret, undecunquè collegit: ijs loca & ministeria omni sumptu & apparatu copiosiùs præparauit. De quibus singulis plura essent dicenda, si paterentur promissa compendia. Indicia sunt hęc inuictę fidei, qua non ea, quæ sua, sed quæ sunt Iesu Christi, quæsiuit. Baculum & catenam sancti Petri qua diligentia, quo feruore, quo gaudio Coloniam, alterum Meti, alteram Roma adduxerit, omnes nouerunt. *Bacul⁹ & catena S. Petri, quibus locis seruẽtur.* In cuius honore domum eius honoratissimam mirabiliter ampliauit, quam de pulchra pulcherrimam fecit. Inclytos & præcellentis famę martyres, Patroclum, Eliphium, Priuatũ & Gregorium, quorum gesta sunt permagnifica, merita gloriosa, patrocinia tuta: Christophori, sanctique Pantaleonis, ut iam dictum est, preciosas reliquias, quibus se patronis specialiùs delegauit, vt putà gemmas gratissimas & dulcissima pignora, ad sanctissimam suæ Ecclesiæ sedẽ miro ambitu variis de locis attraxit. De translatione beati Euergilli, tertij eiusdẽ sedis * Archiepiscopi quid factum sit huius pii prouisoris dispensatione, silentio non duximus supprimendum.

*sor. * Episcopi.*

CAP. XXVII.

CEntesimo octogesimo Dominicæ incarnationis octauo lustro, (id est, nongentesimo tricesimo septimo anno) sexagesimotertio Indictionũ circulo. regnare coepit Otho, unctus lætitiæ oleo: qui Coloniensis gregis custodem, se natu minorem constituit fratrem suum Brunonem, atque Occidenti præfecit tutorem & Archiducem: ipse verò pacare regnum versus est in Orientem. Sanctus Bruno piissimus vicesimus secundus sancti Euergisli successor, omnium factus est morum speculum bonorum: nardus preciosa dedit odorem suum. Verè dux populi, & solicitus pastor gregis Dominici. Cum causa colloquii habendi de statu regni apud principes regionis illius, iter haberet in Occidentem, fortè in reuersione, pacato regno, ad oppidum Tungrẽsium deuenit, quod uenerandos reliquiarum cineres sancti Euergisli conseruauit. Nam peccatis exigẽtibus, ciuitatem totam longa vetustas & bellorum tempestas cum nomine penitus deleuit, ac nouitas aliò sedem Episcopalem transmutauit. Cumque ibi summus præsul pernoctaret, illudque animum eius multùm moueret, quòd tam sacer locus ad nihilum iam quasi deuenirét, in ipsa nocte apparuit ei sanctus Euergislus, quasi palliatus casula conscissa, qui ei dabat talia uerba: Vides ne, ut vestimẽta mea sunt neglecta, & tinea consumpta? Quoniam tu illuminabis lucernam meam: illumina tenebras meas. Nam hinc eripiar, & in Deo murum transgrediar. Nec mora, Episcopus somno solutus, rem voluebat tacitus. Facto autem manè, bonæ memoriæ ad se iussit venire Folcmarum œconomum, quem in omni negocio consueuit habere coniunctissimum, remque illi ex ordine nunciauit, & vt ille in medium consuleret, postulauit. Qui mox dicebat ad primam responsionem, sanctum Euergislum propriam debere reuisere sedem. Lætatus Episcopus, tam sacri corporis reliquias sua Imperali potentia propriæ sedi se velle restituere suis nunciauit omnibus. Hoc verò illi audientes, illud eis optabile fore prædicabant, & penè omnes præ gaudio flebant. Nec mora, cũ omni deuotione perrexit cum suis, Episcopus ad locũ, vbi iacebat sanctum corpus, & post quoddam altare de quadam fabrica, iam senio consumpta, cum omni veneratione eleuauit, ac multùm flentibus incolis, cum suis * Coloniæ reportauit. Vbi ad sanctissimam sedem ventum est, ingens concursus populi factus est, clerus cum sanctimonialibus cõuenit, uterque sexus concurrit, tota ciuitas nouis gaudiis exultauit, sicque cum omni celebratione diuinæ laudis quinto Calendas Aprilis honorabiliter repositum est in ecclesia sanctæ Cæciliæ virginis. Ibi verò tot Dominus quotidiana dignatus est per sanctum suũ conferre dona salutis, suæ sacræ ecclesiæ filijs, ut pręsentem credat vnusquisque adesse largioribus beneficiis.

S. Bruno Episcopus speculum morũ bonorum.

Cant. 1.

Sãctus Euergislus apparet Archiepiscopo.

Psal. 17.

S. Euergisli corpus transfert Coloniã.

CAP. XXVIII.

SAnctus etiam Patroclus quomodò ad nos venerit, reticendum non est. Nam sicut per Salomonẽ dicitur, fama bona impinguat ossa. Huiusmodi adipe & pinguedine repleatur anima nostra. Anno ab exordio salutis nostrę, id est, ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi ducẽtesimo septuagesimoquinto, Aurelianus principatũ Romani Imperii adeptus est, quinque tantum annis & sex mensibus regnaturus. Sub quo gloriosus & sanctus Domini martyr Patroclus, victoriosi certaminis sui cursum feliciter cõsummauit, & in curru Dei, decem millibus multiplici, hoc est, in millibus lętãtium euectus in vrbem cęlestis reipublicę triumphauit, statuens in Trecassina vrbe tropheum glorię suę, corpus posteris honorandum, exteris etiam gentibus pręducandum. Exinde circiter sexcentos octogintaquinque annos, sanctus Bruno, reuerendissimus Coloniẽsis ecclesię Archiepiscopus, ab Othone Imperatore Augusto, fratre

Prou. 15.

Psal. 67.

suo,

Legatione fungit apud Lugdunenses

suo, in Lugdunensem Galliam missus est, nobis in tẽpore ipso, populo illius prouinciæ penè ferò: vbi diuersæ voluntates ciuium, distractæque fuerunt sententiæ, velle suum cuique: nec consiliis solum & studiis, sed armis etiam dissidebant & castris. Illic ergò duarum sororum eius filij summa rerum potiebantur. Hi propinqui inter se fœdere sanguinis, discordes animis, ludibrium auaris suis militibus erant: qui lucris tantùm diuitiarum intenti, neque in hac, neque in illa parte fidem habebant. Vbi enim regionis principes auaritiæ æstibus anhelant, pacis gaudia miseri quique frustrà expectant. Sed gloriosus Archiepiscopus, pacis nũcius, citiùs quàm credi posset, calidæ fecit silẽtia turbæ maiestate manus: deindè, quid unde omnibus esset, quid singulis capediret, edocuit: & reconciliatis inuicèm ciuibus, bonitate in suos usus, iustitia in omnes, pacem integerrimam reformauit.

Pacẽ cõciliat Galliæ Lugdunen.

CAP. XXIX.

Ansgisus Trecassinẽ Episcop.

His itá gestis, cùm iam redire disponeret, multis precibus obtinuit ab Ansgiso Trecassinæ Ecclesiæ venerabili Episcopo, quem & paulò antè expulsum, inter alia insignia legationis suæ, cum ingẽti plausu populi restituit propriæ sedi: vt donaret sibi secum pariter absportãdum corpus beati Patrocli martyris, cuius passionem legere, meritumque perpendere qui quærit, in prõptu habet. Episcopus autem, qui plurima debuit, hac, vt itá dicam, occasione oppressus, coactus insupèr infinitis precibus, postulanti tandem paruit, nè videretur ingratus: maximè quia exigẽtis animus huic muneri tantùm intentus, alia penitús recusabat. Religionis enim amore captus, sicut exteriùs habuit per virtutem, quod superborum insolentiam nequitiamque retuderet: sic per pietatem interiùs decorem domus Domini diligenter administrare curabat. Cumque se hoc gratũ munus ab Episcopo consensu cleri totiusq; populi promeruisse gauderet, ipse nè quid infectum relinqueret, adhuc in plurimis occupatus, misit acceptũ reliquias virum omni laude dignum, Euercharum Leodiensem Episcopum, & cum eo clericos ac monachos religiosos. Inter quos fidelis populi multitudo non minima, causa laudabilis spectaculi confluebat. Cumque ad locum destinatum venissent, videntes ibi pauimentum marmoreum perstratum, nullũ verò certum recognoscentes recondiri signum thesauri, alii quidem adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. Tunc admonente Episcopo & exhortante eos, qui conuenerant, præmissa tãdem solenniter oratione, opus propter quod uenerant, aggressi sunt cũ fiducia. Confestim autem ut aperuerunt sarculis terram, mirabile dictu, repleti sunt omnes odore vehementissimo, quo nihil unquàm suauius sentiebant: & quo quis magis proximus fuit sepulcro, eo magis se odoris dulcedine affectum esse restatus est. Vndè factum est, ut omnes tunc religiosi, fossores esse cuperent, quatenùs diuinæ fragrantiæ uim mirificam abundantiùs caperent. Nullus tamen, qui intrà parietes eiusdem ecclesiæ fuisset, expers huius suauitatis inuentus est: nec erat quisquam, qui vel tam dulce, vel huic simile aliquid se unquàm olfecisse fateretur. Augebatur itaque magis & magis aura delectabilis, donèc veniretur ad corpus sancti martyris. Tunc verò mirum in modum itá afflati sunt omnes, ut sibiipsis eo, quod senserant, pleni omnimodis viderẽtur, & tamen adhuc velut sitibundi, haurire ampliùs niterentur. Verè mirabilis uir iste fuit, qui Christi bonus odor Deo in omni loco, secundùm Apostolum, mortuus æquè ut uiuus, apparuit. Eleuatæ sunt igitur è sarcophago lapideo sancti martyris reliquiæ, indeque prospero cursu cum frequentia exultantis populi Coloniam translatæ sunt. Vrbs ista metropolis & mater Ecclesiarũ fidelis populi, principatum authoritatis suę hinc longè in Gallias, indè usque ad Oceanum extẽdebat. Dignus profectò locus, qui cu stodiret in gremio suo preciosũ ad se sancti martyris corpus: in quo non modò magnus sanctorum corporum & reliquiarum numerus, verumetiam numerosa millia martyrum expectãt uenturum in die iudicii Dominum suum.

Euerchamus Leodiẽsis Episcopus.

Suauissimus odor è tumulo S. Patrocli.

2. Cor. 2.

Encomiũ Coloniæ Agrippinæ.

CAP. XXX.

Hic sũmũ pontificem vocat, id est Archiepiscopũ.

Sed solicitudo summi pontificis nihil negligendum ducens, ut perfecta quæque de magnis magnanima faceret, imperfecta suppleret, neglecta magnificè illustraret, modis omnibus inuigilabat. Quo circa ratũ duxit, ut locum quendam Saxoniæ, Susatium nomine, rebus secli opulentum, populo plenum, longè lateque circumpositis Saxonum gentibus, nihilominus prouinciarum populis notissimum, sed religionis adhuc penè ignarum, his sancti Patrocli pignoribus decorare, & quodammodò ad sacramenta futuræ salutis initiari debuisset: fiducialiter agens in illo, & credens quòd aromatizans fumus ille, qui in manifestatione sancti eius corporis, sicut suprà diximus, inuisibiliter adspersus, & sensibiliter cognitus est, per famam meritorum eius, multis foret profuturus. Vndè factum est, ut corpus beati martyris à venerabili Brunone Archiepiscopo Colonia deductum, cum honore magno & gaudio, occurrentibus cum clero populis, Susato inferretur: vbi repositum est in ecclesia cũ diuinis laudibus, quam idem pius Antistes fundauerat, & donis competentibus ditauerat: ubi etiam à ciuibus & incolis terrę in magna ueneratione habet & colitur usque in pręsentẽ diẽ. Nam & domus, in qua vncti sunt à Maria pedes Domini, repleta est ex odore unguenti. Cuius rei mysterium quasi explanari videt, cùm spõsa ad spõsũ loquitur: Vnguentum effusum nomen tuum. Nã quod illic uni domui contigit, nunc totus mundus in se complerum nouit.

S. Patrocli corpus trãsfertur Susatum.

Iohan. 12.

Can. 1.

CAP. XXXI.

Martyres Christi bonus odor.

Caetera, quæ tam breui tẽpore suæ Ecclesiæ filiis oblectamenta contulit, & dona salutis, penſari nequeunt, æstimari non possunt, quæ ea omnibus penè mundi plagis & terminis religioso affectu & animo congregauit, quasi coniiciens quod futurum erat, ut pro breuitate dierum suorum, gregi sibi commisso dona perennia confirmaret. Quo tamẽ studio id curauit potissimùm, ut & illis, undè abducta sunt, desiderium, & iis, quò adducta sunt, amplificaretur gaudium: quatenùs vtrique bonũ odore Christi, qui est in martyribus, immò quod ipsi sunt, licèt diuersis affectibus prouocati, & illi viuaciùs appeterent, quod negligebant: & isti perpetuò venerarentur, quod ad se translatum esse gaudebant. Nã qui nescit bonum amare, quod habet, si ablatum ab illo fuerit, discet fortassè bonum amare, quo caret & habebit illud, dum aberit, fructuosiùs in memoria, quod sibi inutiliter habuit in præsentia. Impletũ est hoc modo Euangelicum illud, quo dicitur, Omni habenti dabitur, & abundabit: et autem, qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo.

Matt. 25.

CAP. XXXII.

Tẽpla & monasteria B. Bruno cõdit.

Interea certatim multis in locis per parochias Episcopii sui, fidelis hic Domini seruus & prudens, ecclesias, monasteria, & cętera ædificia seruitio Domini Dei sui, & honori sãctorum eius apta, quędã à fundamẽtis erexit, quędã priùs fũdata, sed obliterata, alia olim diruta repsrauit. In his singulis q̃ Deo omnipotenti sub regula vitæ canonicę deseruirent, proui-

prouida ingenii sui arte dispofuit:ac nè quid eis pro modo conuersationis suæ deesset, liberaliter dispo-nêdo prouidit. Cuius operis & saluberrimi studij monimenta perennius in ijs, vbi acta sunt, locis firmata perdurant, ita ut in laudê & gloriâ Iesu Christi, memoriâ tâti viri nulla ætate obscuratû iri in perpetuû patiatur. Idê ad exteras nationes trâsfudit, & in regno suæ prouidêtiæ delegato, partim exêplo, partim varia personarû qualitate & crebra admonitiõe diffudit. Nõ eni passus est suorû quêlibet aut incassum occupari, aut ocio torpere inerti: dissimilis, vt solebat loq. ignauû pecus arcêdû à præsepibus, vt secundùm

Georg. 4. 2. Theß. 3. Apostolû, q̃ non laborat, nec mãducet. Nõ possunt singulatim cõscribi bona oia, q̃ fecit, q̃ docuit, q̃ amauit. Tantum semper materies supererit id curantibus, vt ipsi profectò antè lassi cessauerint, q̃ id, quod moliuntur, expleuerint. Iã verò in prædicatione verbi Dei, & in subtilitate disputationũ de synceritate scripturarũ, qualis quãtusq; fuerit, admirari possum,

Predicat verbum Dei. diffinire non possumus: q rã copiosè sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ea, q̃ secũdùm pietatê ê doctrina, pludit, vt plenũ eũ esse sapiêtia Dei,

Psal. 103. p quã oia facta sunt, nemo hoc audiês & rectè intelligês dubitauerit. Et ut nihil, quod diuini cultus vsui

Solitariã vitã expetêtes pclarè fouet. cõpeteret, fugax eorũ, q̃ sunt Iesu Christi, seruator in têtatũ relinqueret, si quos aut in suorũ oniliũ septis, aut extrà reperit, q singulari acie cõtra diabolũ dimicaturi, solitariã vitã appeterent, hos cũ omni veneratione susceptos, suæ quoque exhortationis charitatiua cõsolatione munitos, per diuersas monasteriorũ & ecclesiarũ cellulas, cũ idoneo Ecclesiæ testimonio, & religioso, vt decebat, officio, alibi singulos, alibi binos inclusit: quibus tamen adinuicèm, nisi sermone tãtùm & adspectu nullus pateret accessus. His sumptus, & q̃cunq; humanæ fragilitati necessaria videbantur, per fidelissimos suæ administrationis vicarios solicitè ministrauit, & pcipuè per Apostolorum festa, quotquot in anno occurrerent, singulatim eos donis congruentibus visitauit. Itã secundùm perspi-

Roma. 12. cuã Apostolicæ normã doctrinæ, bona puidere curauit, non tantùm corã Deo, sed etiã corã hominib: vt cuiusceq; affectus siue cõditionis homines, si Deũ quærerêt, inter eius discipulos aut probari possent, aut erudiri.

CAP. XXXIII.

Canonicos trãsfert ad S. Andreæ ecclesiã. De ancillis Dei, q̃ in monasterio sanctæ Mariæ, diuinæ religioni fuerant deditæ, deq; Canonicis ad sancti Andreæ Apostoli ecclesiã translatis, & si qua erãt huiusmodi, scrupulũ quidê reliquit nõ modicũ: sed iis, quibus mêtis acies itã nõ viget, vt syncerã eius intentionê in diuersis operibus valeat pspicaciter intueri. Qui vtiq; si aduerterêt nõ homines

Matth. 5. Reg. 15. propter locũ, sed locũ à Deo eligi propter homines, & quia obedientia Deo placet sup sacrificiũ: scirent fortassè ones uocê pastoris audire debere, & magis id ratũ acceptũq; Deo fore, quod per obediêtiam,

Iacob. 5. q̃ quod per propriã voluntatê, sequuntur. Vbi autê zelus & contentio, ait Iacobus Apostolus, ibi inconstantia & omne opus prauũ. Similiter in eo, q nefarios quosdã patriæ ciuiumq; prædones de regno, vbi quieti & pacifici esse noluerunt, quasi pestê bonorum expulit, & exulare coegit, ipsis licêt nescientibus profectò consuluit. Quo enim diuturnior nequitia, eo grauiorê & prolixiorê sibi cõparabat pœnam. Quadoò autem boni quiescerent, si malorum furori nemo resisteret? Ni mirùm pepercit illis Deus, quibus hoc magna sua patientia & bonitate permisit, vt de pace & statu patriæ suæ absentes audirent, quod præsentes nunq̃ videre vellêt. Felices, si bona sua saltem in peregrinatione cognouerint, & patriã cupierint, de qua expelli non possint: vbi beati omnes pacifici, quoniam filij Dei sunt uocati. Talis itaque per Dei omnipotentis gratiam vir iste fuit, ut nec odio, nec inuidia ad persequendum eos, qui tales erant, ullo modo excitaretur: nec a miserêdo aut parcendo miseris duritia aut crudelitate aliqua restringeretur: sed vt pastor solicitus, & verè dua popu li Dei, salutem omniû & utilitatê in omni quæsiuit negocio, & quos ipse in uia Dei duxit & docuit, nè a peruersis seducerentur, & in errorem mitterêtur, strenuè decertauit. Tantùm autê aberat à sæuitia, vt pro iis etiam, quibus amarum aliquid pro qualitate factorum necessariò inferebat, ipse frequenter amarè fleret: itã gaudere cum gaudentibus, cum flentibus flere consueuit. Nam & qui hoc dixit, quendam satanæ in interitum carnis tradere iussit, ut spiritus in die Domini saluus esse possit. *Matt. 5.* *Psalm. & ... Rom. 12. 1. Cor. 5.*

CAP. XXXIIII.

Igitur cùm iam propè esset summa dies & ineluctabile tempus, quo Deus omnipotens, propitiatus terræ populi sui, vltus sanguinem seruorum suorũ, uindictam retribueret in hostes eorum: aggrauata est ultra modum & omninò intolerabiliter superbia ferocissimæ gentis * Hungarorum, seducta (credo) superiorii anni successu. Siquidem, ut veracissime dictum est, ante ruinam exaltatur cor: ibi ciderent omnes, qui operantur iniquitatem. Præuenit hanc pestiferam imminentem Ecclesiæ, pax in palatio regali, quod in Arostat habitum fuit, ex integrò condicta, & ex magna iam parte per Imperatoris nostri fratrumquè eius sapientiam confirmata. Et reuerâ tribubus & linguis innotuit, quia Deus dissensionis non est, sed pacis: tantam huius initio operatus est salutem populo suo. Imperatoris quidem spiritus agitabatur in ipso, quia non erat ei tempus exercitum congregandi: sed fiduciam habuit per Christũ ad Deum, qui potens est saluare in paucis, sicut in multis. Aderat ibi Cuno, non iam Dux, sed miles, toto, ut putabatur, animo conuersus ad pacem, qui paulò antè atrociter impugnabat, cilicio membra domans, Deum gemitibus, ut fertur, exorans, ut si sic eius sancta uoluntas exisleret, permissa Regi nostro & exercitui eius victoria, eum ab impiis, quibus se priùs coniũxerat, permitteret trucidari, ut posset in perpetuum ab eorum consortio liberari. Imperator indici sanxit ieiunium ipsa, quæ tunc erat, in vigilia sancti Laurentii martyris, per cuius interuentum sibi populoque suo ipsum Deum poposcit esse refugium. Propositum suscepti operis negat expedire bellum, primo sanctæ festiuitatis diluculo lucem ptum, vixdùm vesperrimo crepusculo, Deo misericorditer dispensante & pro suis pugnãte, satis feliciter peractum, mirandum post victoriam Cunonis interitum, gloriosissimum Imperatoris triumphũ, regem ipsum barbarorum, duces & principes captiuos, trophæa per totam regni ipsius latitudinem, vt que ad eiusdem gentis fines frequêtissima: quæ omnia proprij industriam operis, ad laudem & gloriã nominis Dei omnipotentis, expectant. ** Vngrorũ, Iudei MS. co dex. Prou. 16. 1. Cor. 14. 1. Reg. 14. Mira ex tam Cunonis pro cipe. Nota et aliam originẽ fuisse Imperatores et ad bella paratas. Hungaros egregie uos domantur.*

CAP. XXXV.

Nos, vt à quo paululùm deflexìmus, ad propositum redeamus, quid interea pius Archiepiscopus Bruno, totius semper perosus malitiæ, & indefatigatus iustitiæ executor fecerit, differamus. Cùm videret se ad præitutũ diê seniori & fratri suo magno Imperatori, cũ auxiliaribus copiis non posse occurrere, simulq; esse solicitus, nè fortè barbari bellũ vitantes, in Galliã suo iuri commissam prouinciam, declinarent: arbitratus sic se regno consulere, uotisque Imperatoris sic ampliùs deseruire, Ludol-

phum

phum prolem regiā, nepotem suum conuēnit, ægrū eius animum blāditiis melle dulcioribus deliniuit, statum pristinum, si, quæ sua erant, accuratiùs vellet attendere, repromisit. A quo postquàm medicinalia sermonum & exhortationum suarum antidota, non vt priùs obliquis ambagibus declinari, sed solitò auidiùs prægustari, & ad interiora pectoris recipi sensit, eum mox in Episcopii sui locum venerabilem, & Bonnam videlicet, iucundè satis inuitauit, iucundiùs suscepit, omni voluptate vtrisq; digna & cōmoda, cunctisq;, qui aderant, gratissima, non immemor regiæ dignitatis, affecit. Qui dum adhuc simul essent, de his, quæ in expeditione bellica, immò diuina virtute facta sunt, nuncios acceperunt. Iustitiis nepotem patruus ampliùs consolari. Factum est in breui, instinctu huius consiliarii, vt filio suo, qui perierat & inuētus est, Imperator totā Italiā delegaret, & qđ maius fuit, paternam firmissimè pietatē impenderet. Vbi dum maximè placuit populo, viamq; affectauit olympo, repentè flos ille integerrimus, & robur regni tutissimum, è medio excessit.

S. Bruno Ludolphū Imperatoris filiū inuitat Bōnā.

CAP. XXXVI.

PAter autem eius Imperator, ac semper magnificus triumphator, post luctum consolatione accepta, cum fratre suo veterem necessitudinē noua cōsuetudine iunxit, Coloniam venit: ibi se non tam fraternis deliciis, quàm mutuis cū illo adspectibus, affatibus & cunctis omninò iucundissimis vsibus oblectauit. Nec defuit ibidèm seuera in improbos & importunos ciues regni censura iudicii, blāda itèm in bonos & mites piæ dominationis liberalitas. De statu regni, rebusq; eius tutandis & dilatandis, sedulò & strenuè in commune consultum: vt de sanciendis quibuslibet, aliis resecandis cautissimè ageretur, summo consilio prouisum est. Quæ fuit intereà summa diligentia pius pastor Bruno veritatis assertor, Euāgelii propagator, natos & industrios viros, qui rempublicam, suo quisq; loco, fide & viribus tuerentur: iis vt neq; consilium, neq; copiæ deessent, sedulò curauit. Quotquot etiam de principibus & regionariis prioribus, cæterisq; quorum dispositio regni intererat, saluberrimis suis admonitionibus ad communis bonorum omnium vtilitatis fœdus fide plena consenserant, hos ipse inter summos & familiares habebat, eisdem Imperatorem germanum suum apprimè conciliabat, pensans non temerè à quodam sapiente dictum: Bonus, vbi negligas, segnior: at malus fit improbior. Archiepiscopum Treuirēsem Hēricum, magni meriti & summæ pbitatis virum, qui Rutperto magnifico præsuli, Coloniæ in graui pestilentia, cùm & Imperator ibidèm esset, defuncto successit, Vuilhelmum quoq; præclarę & gratissimę excellentiæ Archimandritam, nepotem suū, Federici Moguntini antistitis successorem, ambos egregios, ambos in lege Domini perfectè instructos, Imperatori alterum consanguinitate, alterum probitate, vtrunque familiaritate coniunctissimos, ipse quoq; inprimis summa veneratione colebat. Hos igitur tales, tam illustres, tam certè sapientes, & religiosos, & in omnibus bonis artibus eruditos viros ad consilium, nè fortè ipse per se, vt sunt humana, à tramite veritatis vspiàm exorbitaret, frequēter adhibuit: hos cum ipso simul, non solùm in lectione, cōsilio & disputatione, sed etiam in acie vidimus, prouidentes bona, non tantùm coràm Deo, sed etiam coram hominibus.

Ottho Imperator venit Coloniam.

Summa sancti viri cura ad tuendā rē publicā.

Henricus Archieps Treuirē.

Vuilhelmus Archiepisco. Moguntinus.

CAP. XXXVII.

ERat nanque in Occidentalibus Lotharici regni finibus velut indomita barbaries, ea quæ videbatur Ecclesię proles, felicitati inuidens alienæ, nec minùs saluti suæ: despiciens paternæ blandimēta exhortationis, terrorem vix sentiens potestatis. Qui si iuri suo permitterent, suis peruersi, sibimetipsis pessimi, viderentur. Ille verò ante omnia prouido vsus est moderamine discretionis, vt pro qualitate locorum & temporum, in prælatione pastorum, ad sapientissimi Imperatoris nostri imperiū, Dñici gregis paci & tranquillitati cōsuleret: illos nimirùm cæteris præferens, quibus nequaquàm esset incognitū, quid pastoris esset officium, quid mercenarii esset vitiū, quid in ministerio suscepto, quid in angaria aut agēdum esset, aut sperandum: alios, vt quasi cortinę hyacinthinæ interiora domus Domini ornarent: alios, vt quasi saga cilicina desoris violentiam tempestatū arcerent. Libet meminisse quoddam huius pii patris pium & laudabile factum, quod i ipsis sacerdotii sui primordiis, vt pro luctu spirituque mœroris, in oppressorum cordibus excitaret spem salutis, effecisse cognoscitur: quamuis hocipsum ob inopiā rectè diuidentium, linguæ calumniāti fuit obnoxium. Quid enim non peruertit inuidentia, qua nulla maior videtur esse amentia?

Quales ecclesiis pastores p̄fecerit B. Bruno.

Exod. 36 & 37.

CAP. XXXVII.

SIquidem Ratherus Veronæ, quæ ciuitas est Italiæ, ordinatus præsul, cùm ex quadam leui suspicione, vt mos est gentis illius, ab honore propriæ sedis esset expulsus, Leodiensi cathedræ vacāti magna eius industria secundùm statuta Canonum incardinatus est. Quod quidem propter abundātem doctrinam & eloquentiam copiosam, qua inter sapientissimos florere visus est, non eidem solùm Ecclesiæ, cui præfuit, sed & multis aliis circunquaquè valdè proficuū fore putatum est. Simul quia in illis partibus p zelum & contentionem, vndè fieri solet inconstātia & omne opus prauū, quidam etiam sacerdotes Domini plerunquè, quod dictu nefas est, terrenæ plùs iusto confisi potentię, populum imperitum scandalizabant; sæpè dictus sæpeq; dicendus dominus Bruno, cui iam totius regni dispensandi cura imminebat, ratus id, quod verum fuit, hunc eiectum antehàc & neglectum, hoc tanto beneficio ad illud fidei & veritatis fœdus adduci, vt à nemine posset seduci, ità demum os loquentium inimica obstruere posse credidit, si nulla occasio scandali posset in eorū Episcopo reperiri. Sed ad sui perniciē pars sinistra præualuit: quicquid pro salute eorum gestum est, hoc sibi pestiferum æstimabant. Quid multa? Erratum est, sæuitum est, nec cessatum est, donèc expulsione eius, crudelitati suæ & nequitiæ satisfacerent. Ablata est omnis spes restitutionis eius. conspiratio enim grauissima facta est, quæ, nisi & hic penitùs amoueretur, & eundem locum Baldricus, qui erat de magnatum terrę illius prosapia oriundus, subrogaretur, sedari non posse visa est. Ad hanc sentinam tempestates vndiquè innumerę confluxerunt: nauis Ecclesię, laborante remige, fluctuauit: gubernator ipse procellosæ tempestatis impetum ferre non potuit. Cessit igitur, cessit, nè vinceretur à malo, sed vinceret i bono malum. Cessit aduersantium voluntati, vt suo eos gladio iugularet sibi. Obstricti sunt sacramento rum fide spontanei, vt si accipere mererētur Episcopum, quem petebāt, inuicta exindè firmitate authoritatem Ecclesiæ & ius Imperatorium tuerentur. At nè quid in eiusmodi negocio imperfectum restaret, quod curiosis alienarum rerum inuestigationibus scrupulum commoueret, cum Imperatore germano suo id effecit, vt Rathero Episcopo, bis iam destituto, antiqua sedes Veronensis Ecclesiæ redderetur.

Ratherus Veronēs. Eps a sua sede eiicit & fit Eps Leodien.

Iacob. 3.

Indè quoquè expellitur.

Restituit sedi Veronensi.

CAP.

CAP. XXXIX.

B. Bruno Lotaringia praest.

MVlta sunt alia, & prope infinita, quæ in breui, non in Lotharicorum tantummodò populo, quem ipse ea integrò susceperat gubernandum, quē etiam, sicut in præsentiarum cernitur, ea inculto & fero pacatum reddidit & mansuetum: sed etiam per totum regnum gloriosissimi Imperatoris, in Dei rebus & salute totius populi strenuissimè operatus est. Erat enim eidem omninò communis cura cum seniore & germano suo, quorum vterq; de altero merito gloriabatur in Domino. Præterea Lotarium, sororis suæ filium, de antiqua Regum prosapia ortum, cùm à sobrinis suis vehementer esset oppressus, mirificè eruit & exaltauit, nec cessauit, donec in locum patris sui Regem constitueret, ac maiores ipso potentioresque Hugonis filios, omnesq; illius regni principes sub iugum eius strauit: ita prospiciens vniuersis, vt sub vnius moderamine imperii, omnes pariter & ab hostibus tuti, & inter se inuicèm possent esse pacati. Imminet regno illi, quod reticendum non est, sæua clades, Normannorum gens, quibus in piratico latrocinio non sunt alii exercitatiores. His ex magna iam parte præda erat populus, *dissensione & ciuili pernicie assuetus. Quod illis superfuerat, inter se domestica seditione consumpserant. Egit autem prouida dispensatio rectoris nostri, (qui quoniam hominem se esse intellexit, humani nihil alienum à se putauit) egit, inquam, vt ad se, quasi ad tutissimum portum confugerent omnes, qui quietē & pacem amarent: ipsorum etiam barbarorum immanitatem & intolerandam dudùm ferociam mitigauit. Siquidem eodem tempore & Rex eorum Haroldus, cum magna suæ multitudine gentis, Regi regum Christo colla submittens, vanitatem respuit idolorum.

Lotarium Regē Francia restituit.

Normanni ad piratica latrocinia exercitatissi.

Harold° Danorū rex cum multis Danis credit ī Christum.

CAP. XL.

ERat Imperatori filius adhuc tenellus, delicatissimæ indolis & integerrimæ *voluptatis, obses pacis & gloria plebis. Hunc Archiepiscopis, patruo, fratriq; commendatum, ad custodiam regni Cisalpini reliquerat Imperator, profecturus Romam, & rei totius Italiæ ordinaturus, Cæsar ipse futurus, electum summo consensu ab omni populo, Regem esse constituit: vnxeruntque Otthonem æquiuocum patris Bruno Archiepiscopus, Vuilhelmus & Héricus, cæterique sacerdotes Domini, Regem in Aquis grani palatii: & exultauit maxima gratulatione populus, dicens: Viuat Rex in æternùm. Diuisi sunt deindè ab alterutrùm germani, par semper inuictum: & Imperatore Alpes Pœninas transeunte, remansit citrà spectatus, atque incredibili pietate vtrobiquè desideratus, pius pastor & Archiepiscopus Bruno. Non longè pòst domino & fratri suo, quia ipsum per se ire non licuit, auxiliares copias non leuem armaturam de Lotariensium populo misit. Iis præfuit Godefridus Dux, quem ipse nutriuit, vir sapiens & religiosus, amantissimus pacis, obseruantissimus æquitatis, Imperatori per id tempus ad votum seruiens, omnibus placens. Hic eodem tempore febre correptus, in magnam spem futuræ quietis expirauit. De cuius innocentia quodammodò securus, quasi testis & conscius vitæ eius pius pater Bruno, cùm de pecunia dispensanda ageretur pro remedio animæ illius, non valdè illum talibus indigere asseruit. Imperatoris præterea reditum frater eius nocte dieq; solicitus expectauit, redeunti in omni gloria lætus occurrit. Eius enim eximia virtus, dignitas, & in eo negocio, quod gessit, fides & continentia: simulque cum ipso spem ocii & tranquillitatem animorum, iudicia, leges, cum concordia populi, Regis & principum authoritatem reductam æstimauit. Cuius cōsiliis omnibus, cùm ipse nihil aliud dies ac noctes, nisi de salute populi cogitaret, interfuit, & inter primos excelluit. Hic eidem grauissimus author ad cōstituendam, fidelissimus socius ad comparādam, fortissimus adiutor ad rempublicam perficiendam fuit.

*for. *volūtatis.*

Ottho II. vngitur Rex.

Godefridi Ducis Lotaringia laus.

CAP. XLI.

IGitur cùm in hoc sanctißimo studio Imperator tricesimum regni sui, germanus eius duodecimum pontificatus sui ageret annum, nōdùm nisi vix prælapsus ætatis quadragesimum, sanctam Pentecosten simul Coloniæ celebrantes, qua maior mortalibus gloria concessa non est, sese inuicèm inter sancta solennium dierum officia, vnà cum diua matre, sorore Regina, nepotibus, filiisque Regibus, totaq; illa Deo dilecta familia & cunctis regni senatorib° adfuerunt. Constat enim, nullum aliquandò locum tanta celebritate, tanto splendore omnis generis hominum, ætatum, ordinum floruisse. Hanc itaque gloriosissimi Cæsaris Augusti, & germani eius, summi & incomparabilis viri Brunonis Archiepiscopi, fidā Deoque placitam in omni voluntate & opere coniunctionem, hanc conspirationem in omni vtilitate & honestate administranda & benè gerenda, hanc iucundissimam vitæ officiorumque omnium societatem, mors sæua, mors horrenda, mors, inquam, sola diremit. Et reuerà quamuis nihil atrocius uideretur, nihil tamen esse potuit, quod eam innocentius diremisset. Ergò cùm summus antistes Bruno senioris & fratris sui, Orientem versùs euntis contubernia, ruens priùs in oscula, & flens largiter reliquisset, pacataque omnia & quieta intrà metas regni sibi creditas, agens Deo gratias, adspexisset, iterùm iterumq; suos omnes Clerum populumque, quæ agenda fuissent, admonuit, & mox in Occidente Compēdium adiit, vt ibidèm nepotes suos ab inuicèm dissidentes ad cōcordiam reuocaret, in fide & gratia stabiliret Ecclesiæ religionem, & quæ sua essent, dictante æquitatis ratione, annuente Domino, singulis cōfirmaret.

[illegible]

Summus Antistes, id est, Archiepiscopus.

CAP. XLII.

EO intētus negocio, infirmari cępit, & sic in Rhemensium ciuitate graui corporis molestia detētum, quinto demùm die, postquàm inuasit, ægritudo eum præuenit. Quibus diebus in itinere non minùs, quàm in hospitio, lectione assidua, nullo penè alio cibo refocillatus est. Interrogatus autem familiariter ab ipso Episcopo Vuigfrido, vt ipse testis est, cuius morbi grauedine urgeretur, non morbum, sed dissolutionem sui corporis esse respōdit. Episcopus itaq; supradictæ metropolis dignissimè eū recepit, humanissimè tractauit. Et in festiuitate quidē, quæ tunc inerat sancti Remigii, leuiùs aliquantulùm habuit, ità vt clientulis eius & sociis spes esset recuperandæ salutis eius. Ipse autem vocatis Episcopis, qui simul cum eo venerant, Theodorico & Vuigfrido, postulauit vt testamenti sui faciendi copiam ei facerent, & adiutorium ei adhiberent. Quod cùm perdolenter & lachrymabiliter valdè excusarent, valetudinē optatam in breui pollicentes futuram, ille animi industria, qua semper uiguit, econtrà renisus: Dum tempus est, inquit, hoc fiat: multa nobis alia post hæc restant agenda. Ingrauata est deindè infirmitas & inualuit: iamq; anhelitus, intercluso fauciū meatu, vitalium lassitudinem præmonstrauit. Tunc vocato notario, coram memoratis testibus testamentum suum ipse dictauit: res omnes, quas habuit, à sese, dū adhuc in bona viueret spe, abalienauit, dispersit, dedit pauperibus: quodq; ordinandis exterioribus ecclesiarū Dei ædificiis congessit, in breui secundùm collatam sibi sapientiam, facta & coroborata cautio

Rhemis laborat aduersa valetudine B. Bruno.

Condit testam.

ne

ne sus, cōgruè & professione sua dignè diuisit. Hoc qui legere ipse quæris, ioferiùs scriptum in promptu habebis. Ingenium, quod mundo corde & iugi eaercitatione polisū dooo Dei reddidit & illustre, illū, vt liquidò apparet in eī' verbis, nō defecerat ī extremis.

C A P. XLIII.

Tria genera confessionis.

POst hæc pauper Christi, collecta animi virtnte, iterùm semotim Episcopos aduocauit. Quibus assidentibus, & interioribus factis, hæc verba, gemitu exuberante & fletu inundante, profnditTria mihi videntus genera esse confessionis, qnibus se cos hominis Domino Den suo, tenū testi, & scrutarori cosdiū patefacir: non vt ipsi, qui nihil non nonit, lucidiùs innotescar: sed ni ille, qui se parùm oouit, veraciùs semetipsum agnoscat, & aut Deum in benefactls lao det, aut se in malefactis accuset. Hoc cùm semper fiesi debeat, (sic.n.nigilare præcipimns, nè fur veuiat', nè quandò nobis incautis dānū allaturns irrepat) tū *Matt.24 Luc.12.* pulsante Domino domùs per infirmitatis molestiā, necessè est, vt mens se, quibus possit uiribns, esigat: qna valeat intentione, iudici suo appropinquāti assurgat, sopitis terrenis desideriis, spe ad superna flagret, bona perennia, & si non meruit, minimè tamen desperet: sibi diffidat, in Dnmino confidat. Eccè fratres *Beatus homo, qui sēper est pauidus.* dilecti, sicut cernitis, pulsatur ianua pectoris mei: vocor ad reddendam rationem operis mei: si qnid potestis, rogo, ferte præsidium, orationis vestræ porrigite manum. Incertus inter spé metúq; feror: vt in neutrā partē pronior inflectar, id verò entendū est. Sed *Psal.91.* quę sunt vises meæ? Misericordiæ remediū prestolnrt *Psal.110.* in mann creatoris mei sum: de me quod ipsi placet vt fiat, eapecto. Bonū est confiteri Domino: Confessio & magnificentia opus eins. Non.n.aliquid booi, nisi ipso operante, fieri pōt. Est aūt quę iam confessio, oon peccata deplorans, misericordiā tamen implorās. De qua p Psalmistā ea persona Domini dicitur: Sacrificiom landis hooorificabit me, & illic iter, quo *Psal.49.* ostendā illi salutare meū. Hoc salutare, id est, Dominū Iesum, ose confiteos, & corde credo, q Deus illū *Coloss.2. 1.Cor.12.* suscitauit à mostuis. Hic oēs thesauros sapientiæ & scientiæ absconditos agnosco. Hunc Dominū Iesum nemo potest dicere, nisi io spiritu sancto. Ante illum *Psal.31.* est oē desiderinm meū, & gemitns meus ab eo nō est absconditus. Diai, cōfitebor aduersum me iniustitias meas Domino. quod est secundum genus confessionis, lameotabile in peccatis. Tertiū, quod cōmendat *Iacob.5.* beatus Iacobus Apostolus: Confitemini inquiens, alterutrùm peccata vestra, & orate pro inuicèm, vt saluemini. Hoc vobiscū domini & fratres mei, agere volo, hoc anaiè quæro. Speso aūt, q aduocatum habemus apud patrem Iesum Christū iustum, & ipse est *1.Ioan.2.* propitiatio pro peccatis nostris.

C A P. XLIIII.

DEindè postquàm his se corā Domino totū effudit, corporis & sanguinis Domioici sacramentum, visturis eiusdem sacramenti non inscius, experiuit. Quod cùm fuisset allatū, vir ille Domini q̄d aīo *Facta confessione percipit Eucharistiam.* senserit, toto corpore prostratus ostendit. Refectus aūt hac vitali alimonia, spe validios, lectnlo restitutus est, dies postquàm non minus, q̄ quinque, in eodē corporis languore & spiritus seruore permansit. Solenni verò die beatorū martyrū Geseonis & sociorū eius iā vergente, subito mentis excessu raptus, Episcopis, Ducibus, Comitibus, & cunctis, qui aderant, luctū mouit ingentē, quia dissolntione optatissimi corporis instare putabant præsentem. Ille, vt solebat, paululùm conualescens, tumultū manu sedabat, fletus & sugitus adstantiū mitigabat. maiores & hoc affatu vltimo digniores ea nomine uocabat, Nolite, inquiēs, nolite fratres hac meā sorte contristari. Diuinæ animaduersionis iudicio cunctis mortalibus imposita est ista *Oratio eī' sub mortē ad subditos.* conditio. Non licet nolle, quod omnipotens sanxit ineuitabile. tristibus istis in breui læta succedunt. Illuc non abrupta uita, sed mutata in melius, pergo, ubi uiros lōgè plures & clarioses, q̄ hic unq̄ niderim, citò uidebo. Nec plura his locutus, lectulo fessa mox mēbra reposuit. Coosuetum paulopòst, luce adhuc integra, nespertinæ laudis officium, nocte iam profunda Completorium ipse cum fratsibus consummauit, Domino Deo suo sanctorumque eius precibus sese quasi moa iturum attentiùs commendauit, iter suū magno illo niatico, sancto uidelicet & unico redēptionis oostræ pignore, muninit, Episcopos, seipsūq; & eos, qui præstò erant, benedictione consignauit. Ità tremendam dissolutionis suæ horam animo intēto ad creatoris sui imperium expectanit. Exin media nocte transacta, connersus nisu, quo poterat ad Episcopum Theodoricum, nepotem suum, Domine, in- *Migrat à corpore.* quit, ora. & moa inter psallentes Domino & orantes, nimiumq; flentes, spiritum exhalauit. Qnod in illo nō potuit mori, redditum est cseatori: Corpus ausem eius exanime, sicnt ipse uiuus præceperat, eodē die, id est, quinto Idus Octobris, indefessi eius comites leuatum in feretro transferentes, octauo posteā die ad eugustam sedis eius metropolim Coloniā peruenerunt. Quorum adhuc nonoulli iureiurando *Nota rē admiratione dignam.* & misum in modum affirmando testaotur, in illo lōgo itinere nullam penè lassitudinem aut labosis molestiam se sub tanto ouere pertulisse. Vndè autem ibant, quocunquè ibsot, qualcunque gentes, qnascuoque terras attigerant, omnes mirabiliter huius, ut eorum uerbis utar, digni Deo uiri merita in rempublicā, in Imperatorē, in Reges, in principes, in oēm populū eximia, qua quisq; facultate poterat, æstimsbāt.

C A P. XLV.

IAm uerò cùm eiusmodi exequiæ Coloniam aduētarent, & hoc pes omnem segni Lotarici populū fama nimis odiosa dispergeret, ità dissolnti sunt omnes, præsestim sanctissimæ sedis illius & Ecclesiæ alūni, quasi discessus tanti pastoris & obitus, eiusdem esses Ecclesiæ funus. Nam secundùm amplitudinem prioris coosolationis, tunc inualuit uis & magnitu- *Mors eī' sūmo omnes dolore afficit.* do doloris. Flebant igitus omnes, pleriqne donèc in eis exiccarentus lachrymæ: multi congelatis mēbris attoniti, in tanta orbitatis huius miseria semetipsis viuere obliti sunt. Ante oēs luctu se lachrymisqne magis autem intesno dolore cosdis affecit, qui hūc patrem patrię præ cæteris amauit, Folcmarus memorabilis probitatis & industriæ Diaconus, ac prudens fidelisq; huius sanctæ Ecclesiæ protus & çconomus, quo nomineeum ipse pater, utputa uisarium suum & sibi in omni oegosio cooiunctissimum, honorare consueuit. In quo solo tunc omnium desolsiorum osa, ocnli, & animi uersabantur: qnorum certè omoium noluntate atq; desiderio iam electus, licèt nōdùm designatus, fuerat præsnl. Hnic pater pius absenti, quòd eum nosset ex nomine, ses suas omnes egenis & ecslesijs Episcopij sui distribuendas, præscius (credo) futuræ successionis, sūmo studio delegauit.

C A P. XLVI.

Ecclesia sanctorū Apostolorum Coloniæ.

EST prope mnsos ciuitatis ecclesia, stsuctnra quidem & opere bumilis, sed Apostolorum nomine, in quosum ueneratione consecrata perhibetus, insignis. In ea depositum pastoris sui corpus exanime, sacerdotij uelabant insignibus: quò paucis, nisi Episcopis & quibusdam secondi ordinis sacerdotib' patebat ascessus. Indè mox eleuatum, Clerus & populus cantum planctumque permixtnm ingeminsntes, ī ecclesiā beatissimi Petri Apostolorū principis, ubi sedes erat uenesabilis, detulerūt. Noctē illā cele-

beatimè in uigiliis & psalmodiis, nix refocillatis eor poribus, insomnè duxerat. Manè autē facto, couenit vniuersa ciuitas, & eorum, qui de diuersis prouinciis & regnis subita fama exterriti aduenerunt, innumerabilis multitudo. Adfuit Treuirensis Archiepiscopus, & Leodiensis Antistes. Processerunt in medium Episcopi Theodoricus & Vuigfridus, testes vltimæ sanctionis eius & legationis, quā filiis suis ibidèm Deo militantibus misit. Lectum est testamentum eius in presbyterio venerabili, ante altare sanctissimi Petri: recensita sunt & ea, quę pio quidem & solicito in Dei rebus animo rogauit & iussit, sed scribenda non censuit: videlicet vt anno illo toto per singulos dies nunquàm minus, quàm libra denariorum integra, in vsus pauperū erogari deberet. Deindè secundùm postulationem & desiderium cordis eius, quo flagrabat in extremis suis, suasum est Clero sanctissimo, vt volenti animo corpus eius transferri permitterent ad monasterium monachorum, quod in honore sancto rum Pantaleonis, Cosmę & Damiani atque Quirini, extra vrbis muros non solùm tunc construxit, sed adhuc vsque consilio & prouidentia sua construit, & ordinare non cessat, gubernante Deo insignia bonæ voluntatis eius per sanctorum merita: quorum illuc & reliquias aduexit, & patrocinia sibi religiosa & se dula supplicatione prouidit. Assenserunt promptissima volūtate omnes ad omnia, quæ imperauit: solùm illud difficillimè persuasum est, vt de summo sacratissimæ sedis eius loco corpus abduceretur exanime. Lugebāt quasi iterum destituti, nō audētes post lōgā deliberationē, vel in hoc resistere eius gloriosissimæ voluntati.

Benignitas eius in pauperes.

Construxit monasteriū S. Pantaleonis &c.

C A P. XLVII.

Corpus eius humatur in ecclesia S. Pantaleonis.

Deductus est ergò pastor ab ouibus: dici non potest, quibus lamentis & quęstibus sepultus est in ecclesia beatorum martyrum, quartodecimo Calendas Nouembris. Vbi vsque hodiè perspicuè monstratur, quantus fuerit in oculis bonorum omnium. Quē posteaquàm amiserunt, qualis fuerit, & boni & mali loridiùs agnouerunt. Frequenter locum sepulturę eius, certatim memorant quid fecerit, quid docuerit: qualis vixerit, qualis obierit. Modò pro illo orant, modò vt ipse pro se orare dignetur, rogant: signa non quærunt, vitam attendunt, doctrinam recolunt, futurum in eo aut sibi, aut posteris suis magnū aliquid pollicentur. Denique omnes eius monimentis sicut olim per viuum, ità nunc per mortuum ad Dei laudem & gloriam excitantur.

Epitaphiū eius.

Fundite corda preces, lachrymosas mittite voces:
Eccè pater patriæ conditus in silice.
Regia progenies, terras memoranda per omnes,
Bruno pacificus, vir bonus atque pius.
Archos Antistes, cui clara Colonia sedes,
Visus erat cunctis charus vbiquè bonis.
Offendit tenebras lux viuacissima tetras,
Inuida lingua tacet, laus modò vera placet.
Non fuit hic mundus tam raro munere dignus:
Raptus ab hoc nęuo, iam fruitur Domino.
Idus Octobris quinto præsul duodenus,
Vita concessit, spes comes alma fuit.

VITA B. IACOBI ALEMANNI DOMInicani, authore Ioāne Antonio Flaminio.

Octobris 11.
Cap. 1.
B. Iacobi patria.



LMA Germaniæ ciuitas est. Hāc beati Iacobi patriam perhibent, cui Alemanno cognomentum est inditum, viro hac nostra ętate, religione ac vitę sanctitate memorabili. Ortum ex honesta familia duxit, patre Theodorico: qui quidem vitæ integritate ac moribus sanctissimis, magnum filio adiumentum attulit, vt in talem euaderet, qui non suæ tantum familiæ, verum etiam patriæ ac religioni, in qua enituit, & præsenti seculo splendori atque ornamento esse posset. patrē ipsum accepimus cibi ac potus fuisse parcissimi, ac magno in rebus omnibus per totum vitæ cursum fuisse vsum temperamento: quod maximè testatur vitæ longitudo: nam centesimum ac tertium impleuisse annum memorāt, corpore ità recto ac firmo, vt iuuenum esse solent, vt nec baculo vti opùs esset, nec etiam matas dentibus, quæ prima senescentium iactura esse consueuit, fauces haberet. Liberos suos vtriusque sexùs ad religionem præcipuè instituebat. Quarè frequenter ipse ad officia diuina & cōciones sacras adducebat, atqi ità assuefaciebat, vt nihil facilius ac libentiùs ageret. Quæ quidem tam diligens institutio quantam vim habuerit, vel ex beato Iacobo, cuius vitam scribimus, licet conijcere.

Agebat is annum ętatis quintum atque vigesimū, cùm cœpit illum ingens visendæ vrbis Romæ desiderium, quòd eam sciret esse Christianæ religionis caput ac sedem, quam princeps Apostolorum Petrus & Paulus suo martyrio consecrassent, & tot Christi athletarum certamina illustrem fecissent. Patrem igitur, quem mira pietate colebat, summis precibus orauit, vt sineret eò proficisci. Ægrè pater, nec sine multis lachrymis tandèm permisit, vt iret. Dolebat enim obsequentissimum filium à se diuelli ad tam longinqua loca tendentem. Tamen quòd pia causa iuuenis animum moueret, nec iustis assensum votis denegandum arbitrabatur, exorabilem sese præbuit. Prouolutus igitur ad genua patris, inter fratrū, sororū, ac propinquorum fletus, quibus ob eximias dotes erat charissimus, supplex petiit, vt sibi benediceret: & sic abiit. Initio Quadragesimæ Romam peruēnit, & priusquàm aliò diuerteret, celeberrimū toto orbe diui Petri templum inuisit. Ibi autem ad Dominicam resurrectionem commoratus est: quo quidem tempore nullam neque intra, neque extra vrbis muros ædem reliquit, quam non adierit, tanto fruens gaudio, quantum verbis consequi nemo posset. Post Dominicam resurrectionem cœpit illum desiderium in regnum Siciliæ proficisci. Vēnit igitur Neapolim. Tunc fortè Rex Alphonsus bellum gerebat, sub quo militare decreuit. Credo diuinitùs factum, vt iuuenis optimus militari commercio grauiter flagitijs offensus, quæ militiæ maximè vigent, consilium salubre demum caperet, vt tutiorem viuendi rationem iniret.

Ad eam igitur militiam admissus, merere cœpit, nihil de sanctis moribus, aut de pristina consuetudine sua remittens. Multa ibi videbat, quibus valdè offendebatur. Quarè occasionem demum indè abeundi ex re leui ac penè ridicula inuenit: quam ipse iam senior factus, & monasticam degens vitam, narrare solebat. Mos est militibus, pręcipuè belli tēpore, de rapto viuere, & frequenter prędas abigere, nec etiā amicis parcere: de quotū prędys solēt equis pabula rapere, gallinas & alia esculēta aut vi, aut furto surripere. Ijs grauiter modestissimus iuuenis & alieni abstinens offendebatur, & cōmilitones suos liberiùs increpabat. Illi autē deridere iuuenem, & accusare tanq̄ superstitiosū. Et quia raptis nullo pacto velle vti animaduertebant, dolo eum circumuenere. Ingressi sunt in quodam oppido Iudæorum synagogam quidā eius amici cōmilitones, & ex lampade, q̄ ibi añ Mosis libros die noctuq; ardebat, oleū vel fur ripuère, vel se furri puisse finxerūt: ex horto quondam brasicā (vulgò caules nūcupāt) q̄ optimè cōditā, illi

Cap. 2.

Operā dedit ... cōcione...

Romā proficiscitur...

Cap. 3.

Militat Alphonso Regi.

Cap. 4.

hocum

horum omnium inscio apposuerunt. Cùm autem ità simul vesceretur, & eo cibo valdè delectari videretur, ridere conuiuæ cœperunt. Quærens ille, quæ tanti risûs causa foret, audit brassica se vesci ea horto quodam surrepta, quæ oleo Iudaicæ lampadis condita esset. Non posset dici, quàtoperè sit ea re offensus. Tum demùm decreuit prorsùs militiam relinquere. Quarè compositis rebus suis, & impetrata abeundi facultate, Capuam venit.

Cap. 4.

Ibi nactus est Campanum ciuem, præclarum virũ, iurisconsultum & equitem. Qui vbi iuuenem cõspexit forma præstanti, atque, vt ex clara indole & linea mẽtis oris colligebat, probum, miro illius desiderio tactus, & apud se retinere maximè cupiens, percontatus est, num in suo vellet contubernio residere. Annuit ille, & apud eum moratus est quinquennium tãta fide ac morum integritate, vt eum patronus æquè àc filium diligeret atque tractaret. Verùm exacto iã quinquennio, immisit illi Deus ingens desiderium in patriã redeundi, & genitoris senioris memoria multo vehementiùs, quàm anteà, illum stimulare cœpit ad reditum. Sciebat enim patrẽ iam esse admodum senem, putabatque ingenti videndi filii desiderio teneri, cuius discessum ægerrimè tulisset, seq; iam tot annos procùl à patria tanto terrarum spatio diutiũ abfuisse: rationem sibi patriæ pietatis habendam. Cùm igitur abire decreuisset, consilium patrono aperuit. Ille autem, qui eum amaret vt filium, & cuius diù fidem eximiam expertus esset ac integritatẽ, non dici posset, quantùm ea re turbatus fuerit: nec vllo pacto volens eum dimittere, ea cœpit omnia dicere ac polliceri, quæ possent abire volentem retinere: nisi certa illi fuisset abeundi sententia. Iuuenis autem contrà orare obtestarique, vt sibi iustissimis de causis, quas afferebat, abire salua eius gratia liceret. Sed nihil proficiebat. ille enim pertinaciter in proposito perstabat, & rogabat nẽ se desereret. Fluctuabat animus iuuenis, & prẹter modum angebatur, ꝙ intelligebat oportere se tandèm clàm discedere. neque enim impetrare poterat, vt liberè discederet.

Capuæ seruit condã iurisconsulto.

Cap. 5. Mira hominis probitas & innocentia.

Cùm igitur hoc sæpiùs, sed nequicquàm, tẽtasset, demùm vel inuito patrono, sed furtim, abire decreuit. Obseruauit igitur opportunum ad id tempus, & relictis melioribus indumentis, quæ à patrono acceperat cum pecuniis, quas idem illi persoluerat, & resumptis vestibus atque pecuniis, quas secum ipse attulerat, habita priùs ante Christi effigiem, quam in cubiculo habebat, diligenti oratione, vt propitio numine discederet, abiit. Tandèm Bononiam peruènit, & ingressus diui Petronii celeberrimum templum, quod in ipso ciuitatis foro est amplissimum, orauit, ac Deo gratias egit, ꝙ sospes eò peruenisset. Erat illi in animo, in Germaniam reuerti ad genitorem, sed rem Deus aliter instituerat. Nanque in ea vrbe quidam ex ciuibus, qui cum eo venerant, hortati sũt, vt stipendia ibi faceret, & sub quodam Thoma Tartario militaret. Conditionẽ igitur accepit, atque in ea vrbe remansit. Incredibili autem voluptate afficiebatur, cùm tot ibi fratrum collegia cerneret: quorum loca quotidiè frequentabat, præcipueque diui Dominici templũ, vbi maximè versabatur, tanquàm quod erat futurum, præsagiret. Ità paulatim & patris & patriæ oblitus est, nec iã aliud cupiebat quicquàm quàm in eo monasterio vitam agere.

Istum Petronij Vita habetur suprà Octo. 4.

Bononiæ dat operã militiæ.

Cap. 6.

Tali igitur incensus desiderio die quadam, vbi illuxit, ad ædem diui Dominici venit, suum consilium cum eo cõmunicaturus, qui primus factus esset obuius, & facturus quicquid ille consuluisset. Fortè fortuna opportunè admodum incidit in ipsum monasterii præfectum Nicolaum Carbonellum Catalanum, concionatorem eximium. Ad cuius genua prouolutus, rogauit vt sibi, cupienti maximè Deo famulari, consilium & opem afferret. Attulit ille continuò salutare consilium, & facunda oratione, quæ ex illius ore diuinitùs manabat, accensum iam per se iuuenis animum sic inflammauit, vt sublata omni mora, petierit in cõsortium Prædicatorum admitti: quod postero die consecutus est. Erat beatus Iacobus literis mediocriter eruditus, & annum agebat quartum atque trigesimum, quandò monasticam vitam ingressus est. Qui cùm inter alias animi plurimas dotes præcipuè mitis ac mansuetus esset, consistere in humilimo gradu voluit, & ex eorum esse grege, qui Cõuersi vulgò nuncupantur. Sed exceptus est mira omniũ lætitia, quasi præsagientium, qualis quantusque iuuenis ille euasurus esset. nec quicquam fefellit opinio. Si quidem continuò totum se Deo tradidit, nec quicquàm omisit, quod ad verum illius cultorem pertineret. Magistro tyronum, quos nouitios appellant, præcipuè vacabat: quem frequenter supplex orabat, vt se instrueret, ac ea doceret, quæ sibi præcepta religionis ac instituta patrum panderent. Quo studio atque solertia breui mirè profecit, charusque omnibus & admirabilis esse cẹpit.

Amplectitur S. Dominici institutum.

Cap. 7. Preclara eius humilitas.

Adeò autem mitis, adeò mansuetus erat, vt cùm omnibus sanctior esset, omnibus se deteriorem putaret: quæ res tum maximè patuit, cùm decurso iam anno, de patrum iudicio ac voluntate dubitauit. Nã ad genua singulorum prouolutus, rogabat nè suis offensi criminibus, a suo contubernio & societate se repellerent. Verba autem illa, quibus vti profitentes initam vitam solent, adeò tenaciter menti illius adhæserant, ut nulla diei elaberetur hora, in qua eorũ non reminisceretur. Quẹ autem profitendo promiserat, tam exactè, tamq; constanter seruabat, vt mirabile omnibus obedientiæ, paupertatis ac patientiæ exemplum foret. Pudicitiam vsque ad exitum vitæ seruauit, ut nihil illo purius ac mundius conspiceretur. Nam præterquàm quòd suum corpusculum asperrimè domitabat, vigilijs quoquè, orationibus, ieiuniis & aliis multis macerabat modis: oculos suos diligẽtissimè custodiebat, nè quid intueretur, quod ad libidinem prouocaret. atque ob eam rem nunquàm ociosus erat. Nunquàm illum sine negocio dies, nunquàm nox inueniebatur. Quòd si quandò egredi in publicum cogebatur, impensè Deum rogabat, vt se custodiret, & suus auerteret oculos, nè uanitatem cernerent, quòd sciebat solere per fenestras mortem ingredi. Quòd si quandò uestigium aliquod fortè libidinum excitabatur, continuò Christi cruciatus inenarrabiles ad memoriam reuocabat: quo quidem tanquàm subito imbre, illud quicquid erat incendii restinguebatur.

Egregia pudicitia.

Ierem. 9.

Sed inter plurimas uirtutes, quibus excellebat, præcipua erat obedientia. Recordabatur enim semper Christum usque ad mortem factum esse obedientem. Quæ res quidem adeò promptum reddebat illum ad parendum, ut sæpissimè iussa preueniret, & & nondùm benè audita, quæ sibi mandabantur, tanquàm audiuisset, illa continuò exequi festinaret. Afferam huiusce uirtutis memorabile exemplum. Prefectus monasterii Michael Holandinus, per monasterium ducebat magnum quendam antistitem. Incidit fortè in beatum Iacobum, & conuersus ad præsulem: Vides ne hunc? inquit. Mira uitæ integritate inter nos effulget, in quo præcipua uirtutũ enitet obedientia. Huius rei modo, si uelis, periculum faciam. Annuit præsul. Præfectus igitur accersito ad se beato Iacobo: Fili, inquit, opùs est, ut sublata omni mora, usq; in Galliam te ad Parisiensẽ urbẽ conferas:

Cap. 8. Insignis obedientia. Philip. 2.

Illustre eius obedientiæ exemplum,

magni enim momenti literę tibi cp sunt perferendę. Lętus ille, repentè, Præstò adsum pater, inquit. Sed li cet ne statim me in cubiculum meum ascendere, vt baculū ac pileū sumā? Stupuit Antistes ille, nec satis mi rari poterat incredibile in re tāti momenti prōptitudinē. Ciuis quidam Bononiensis aliquot ex cęnobitis diui Dominici ad villā vrbi propinquā inuitauerat, præcipueq; rogauerat, vt beatum Iacobū secū adducerent. Profecti igitur, cùm iam prandi essent, vnus ex patribus, qui primum ibi locum tenebat, vt summæ illius obediētiæ periculum faceret, iussit vt accepta

Aliud.

funda (est autem id rete) ad propinquum * Rhenum iret piscatum. Paruit ille continuò, & vno iactu mirā dā pisciculorum vim cepit, ità vt omnes obstupescerent. sed id cuncti, illius obedientiæ adscripserunt.

Aliud,

Quemadmodùm cùm præfectus monasterij quadam die illi iussisset, vt ad quærendum panem festinaret. Nam tum fortè quandam in vitro effigiē pulcherrimam pinxerat, (vitreas enim fenestras optimè concinnabat) & vt colores vitro tenaciùs inhærerēt, in paruo furno ex more posuerat: quæ res eius præsentia maxime indigebat. Attamen potiùs esse parendum suo prǫfecto ratus, sacculum arripuit, & ad mendicandum panem sese contulit. Reuersus post multas horas, tam benè decoctos in pictura colores offendit, vt nunquàm meliùs illi ars successerit.

Cap. 9. Eximia charitas.

Erat admirabilis quoquè in eo charitas. Nihil putabat antiquius, quàm pręcipuè ægrotantibus in monasterio inseruire: qui quidē illius præsentia & ministerio ità recreabātur, vt non dubitarēt se mox omni ægritudine leuandos. & certè plerique leuabātur. Quòd si qui fortè obibāt, & ipse eos ex more lauabat, & proprijs humeris efferebat. Quarè ea resedit in animis hominum opinio, vt minimè dubitent nunc vita functum facilè ægrotātibus, si inuocetur, adfuturum, q tam prōptā operam quolibet morbo laborātibus viuens exhibebat. Id ità esse, multis quidem exemplis postmodùm comprobabimus. Ad hanc verò eximiam virtutem amplexandam lenissimis verbis & efficacissimis assiduè alios hortabatur, eratque ipse præclarum omnibus specimen & exemplar. Solus deindè orationi & contemplationi totus erat intentus, Deumque assiduè pro viuis omnibus atque de-

Studium predicandi & contemplādi. Meditatio vitæ & passionis Christi.

functis precabatur. Frequenter primus omnium ad nocturnum officium surgebat: quod vbi celebratū erat, angulum quempiam remotiorem ac secretiorē diligebat. Ibi totus mente & corpore Deo vacabat. Nullus autem elabebatur dies, in quo præcipuè Christi gesta non recenseret, & multis cum lachrymis diros eius cruciatus acerbissimamque mortem repeteret. Cùm verò iam multum orasset, & finem faceret, illud deniq; dicere solebat: Gloria tibi Domine, qui

Mariam virginem & sanctos Dei frequenter inuocat.

natus es de Virgine: succurre mihi hodiè, cum patre & sancto spiritu in sempiterna secula, Amen. Et ad gloriosam Virginem, quam pręcipuo cultu venerabatur, conuersus, aiebat: Aue Regina cælorum, pro salute mea & omnium fidelium. Deindè ad sanctos omnes sese cōuertens, dicere solebat: Sancti Dei omnes &c. Posteà verò ad omnes ecclesiæ aras accedebat, ibique à beata Virgine incipiens, orabat. Cùm verò iam illucesceret, totum officium suum horariū vsque ad vespertinum celebrabat: & vbi sacris altaris, quam Missam dicimus, semèl aut sępiùs, prout otium dabatur, interfuerat, ad opera manuum, quorū penè in omni genere monasterio erat vtilissimus, reuertebatur, vt sic diuinis functus, paratior esset ac expeditior, si quid sibi agendum mandaretur. Sed nullam orationem suauiorem sibi ac iucundiorem promebat, quàm Dominicam. Hanc enim putabat sibi os melle ac omni nectare compleri.

Cap. 10. 1. Thess. 3. Eccl. 33. Silentij.

Semper autem sancti aliquid, vbi finem orandi fecerat, meditabatur, nec ullum sinebat tempus elabi vacuum: habebatque illud frequens in ore, Qui nō laborat, non manducet. & insupèr illud addebat: Multa mala docuit ociositas. Taciturnitatis vero tantus

Patientia rara.

erat cultor, vt nunquàm, nisi vsus exigeret, loqueretur. Sed & patientiæ atque constantiæ memorabile erat exemplum. Tres grauissimas ægritudines passus est, quas intensi dolores exacerbabant. Eas tamen ità dissimulauit, adeoque patienter tulit, vt nunquàm à consuetis actionibus fuerit retractus, nec alicui, quæ pateretur, prodiderit. Erat prætereà mirè affabilis, placidus omnibus, salua grauitate, charus atque amabilis, ac plurimarum virtutum splendore monstrabilis. Qua fama impulsus illustris princeps Calabriæ Dux, qui posteà Alphonsus secundus Siciliæ Rex fuit, cùm Bononiam profectus, diui Dominici sepulcrum viseret, beatum etiam Iacobum videre voluit: quem nunquàm anteà sibi visum, vbi cum multis alijs cęnobitis ad se venientē conspexit, statim cognouit, & honorificè salutauit, & amplexus est ac rogauit, vt pro se

Eugenij eum iam tātum precepe.

Deum precaretur, vt posset incolumis in patriam & ad genitorem suum reuerti. & factus est voti compos. Ad tantum autem sanctitatis gradum euaserat, vt cælesti circumfusum luce orantem noctù multi viderint. Infestum quidem per omne tempus dęmo-

Dæmon ei valdè infestus est.

nem habuit: sed eius dolos, hucusquè latentes expertus est: deincèps verò aperto Marte multa cum eo certamina habuit. Nam fustibus sæpè orātem cecidit, & alijs mille vexauit modis: semper tamen athleta fortissimus victor euasit. Mirificè autem post discessum dæmonum cælesti luce, quam diximus, recreabatur, & voce Angelica. Adhortans enim de cælo mis-

Angelus eum confirmat. Psal. 26.

sus Angelus, sic eum alloquebatur: Serue Dei, esto fidelis vsque ad mortem. Expecta Dominum: viriliter age, & confortetur cor tuum. Ingentia sunt enim, quæ tibi pro paruo labore atque certamine præmia proponuntur. Ità melior in dies & sanctior fiebat.

Cap. 11.

Die quodam conatus est dæmon illum ab oratione retrahere. Orabat autem ad aram diui Vincentij post completorium. Venit igitur hostis antiquus in

Signo crucis fugat dæmon.

veste conscissa, & ad pudenda vsque subducta, vnicū habens in fronte vt Cyclops oculum. Vbi verò illum beatus Iacobus adspexit, signo se salutiferæ Crucis armauit, & statim dæmon euanuit. Nocte autem quadam post celebratum nocturnum officium, cùm ad aram beati Antonij, q remotior erat & obscurior, orandi causa se recepisset, dæmonum caterua specie lætantium cum tripudio ingenti ad eum venit. Miratus ipse tantam in eis lætitiam, audacter ad se vocatos per sacrosanctum Iesu Christi nomen iussit, vt sibi tantæ lætitiæ causam promerent. putabat.n. quod erat, eos vel patrasse ingens aliquod malum, vel q mox patrandum foret, tantoperè lętari: nec eum fefellit opinio. Responderunt igitur, se idcircò adeò lætos esse, q postero die ciuium seditione ingens stra-

Precibus suis auertit ciuium seditionē.

ges edenda esset. Quod vbi beatus Iacobus accepit, continuò ad Deum conuersus, multis lachrymis ciuium pacem ab eo impetrauit & vrbis tranquillitatem. Cumque ab oratione surrexisset, & cubiculum suum esset ingressus, quieturus aliquantulùm, ingentem ibi offendit teterrimorum coruorum multitudinem, crocitantium, & vnguibus ac rostris sese impe-

Psal. 69.

tentium. Ille verò signo se Crucis repentè muniuit, & dixit: Deus in adiutorium meum intende. quibus verbis fœdissimæ alites continuò euanuerunt. Sed quo magis illum dæmones infestabant, & oppugnare conabantur, tanto illum ad certamina fortiorem & alacriorem Deus reddebat.

Cap. 12.

Raptum illum aliquandò in cælum Pauli more, ac-

cepimus

Cap. 12. Rapitur extra sese.

cepimus. Nã cùm se die quadã orationi dedisset, sensit continuò sese auferri, & tanquàm cadauer corpus suũ relinqui. Putauit autẽ sese in quendã amœnissimũ locũ esse perductũ, vbi ex variorũ florũ adspectu & odore incredibilem voluptatẽ caperet. Ibi se mirificos audisse concentus, & oĩa, quę ad explendã voluptatẽ pertinerent, vberrimè fuisse. Ingressus est eo fortè momento tẽporis, illius cubiculum ex cœnobitis quidã, qui vbi iacentem ac veluti mortuũ vidit, exclamauit continuò, & rẽ Præfecto monasterij trepidus nunciauit. Accurrit ille cum caterua fratrum: qui eũ statim, vt mos est, confricare cœperũt, & aquã in faciẽ iacere, & oĩa experiri, quæ circa exanimatos fieri solent. Resipuit ille tandèm, velut ex graui quodã sopore excitatus, & conquestus est grauiter, ꝙ se incredibili suauitate ac voluptate priuassent.

Cap. 13.

Prodigijs multis claruit adhuc viuus, è quorũ numero quædã referam. Quidam Bononiensis sacerdos optimus, cui Hieronymo Auiolo nomen fuit, beato Iacobo familiaris & charus admodùm erat. Is fortè in grauem incidit valetudinẽ, vt minima de eius salute spes esset. Misit ille, qui beatum Iacobum ad se perducerent. Venit continuò, vt erat benignus omnibus & expositus. Cumq; se mutuò salutassent, & dulci colloquio paulùm se recreassent, rogauit beatus Iacobus, vt omnes cubiculum egrederentur. Quod vbi factum est, continuò cępit orare, ac pro salute sui familiaris precari. Mox assurgens, à capite ægrotantis ad pedes dexteram suam leniter duxit. Miram rẽ afferam. Prout manum per corpus ducebat, ità repentè ex illis partibus fugabatur morbus, vt subsecuta sit sanitas. Eiusdẽ sacerdotis soror grauiter ęgrotauit: sperauit eandem opem, quam in fratre fuerat experta. Igitur ad se accitum rogauit, vt suis apud Deum precibus sibi adiumento esset. Ille verò, habita breui oratione, frontem ægrotantis Cruce signauit, & sospitem extemplò reddidit.

Illustre miraculũ.

Aliud.

Cap. 14.

Venio nunc ad eius felicem obitum. Annos erat natus quatuor & octoginta beatus Iacobus, cùm in valetudinem incidit, quæ illi suprema fuit. Intelligẽs ipse finem aduenisse suæ vitę, vocauit ad sese illum, cui ægrotantium cura commissa erat, & ait: Ego, frater, iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat. Proin rogo te, huc voces insignem doctrina & religione virum magistrum Vincentium Castrononensem, monasterij huius Præfectum, cui delicta mea generaliter confiteri volo. Quod vbi fecit, & plenam remissionem ex more assecutus est, accessit ad eum ex cœnobitis vnus, cui Dionysio fuit nomen, cui intestina fluebant, spei ac fiduciæ plenus, & ait: Dilecte frater, tu quidem ad patriam properas, ego autem atroci morbo hìc crucior: nec cantare possum, nec concionari. Sed te per Deum rogo, ad quem tendis, vt cùm illi iunctus fueris, memineris mei, ac tuis precibus hanc à me molestiam depellas, qui se quidem id facturum spopondit. Cùm autem ad vltimum deuenisset, priusquam expiraret, ipse sibi manus decenter & pedes composuit, & ita feliciter efflauit animã. Continuò autem color, qui morienti, vt solet, abierat, & vultus quædam hilaritas, & per totum corpus candor eximius rediit, & claritas admirabilis, vt nulli dubium esset, quin rectà in cælũ migrasset. Is autem, cui intestina, sicut modò dixi, fluebant, quique illius opem paulò ante petierat, accedens ad eius cadauer, & multo cum fletu amplexatus, cępit promissa reposcere, & rogare vt sui memor esset. Nec promissam ille opem distulit: nam priusquàm indè abscederet, sese diro prorsùs liberatum morbo sensit. Obiit autem beatus Iacobus anno ab aduentu Christi millesimo quadringẽtesimo nonagesimoprimo, quinto Idus Octobris.

Sub mortem facit suo Præsidenti omnium peccatorũ generalem confessionẽ.

Feliciter è corpore decedit.

Sanatur morbidus.

Cap. 15.

Statim autem per totã vrbẽ visa est vox diuinitùs diffundi, quæ cunctos moneret, vt si sanctum virum, qui obisset, cernere vellent, continuò ad ædem diui Dominici concurrerent. Repentè autem tota confluxit ciuitas, seque felicem putabat, quicunque sacrum cadauer posset contingere. Puellus ibi annorum triũ, qui nec firmis adhuc gressibus consistere, nec loqui poterat, per consertã multitudinẽ, & per medios psallentes patres ad sanctum cadauer diuinitùs euasit: cumq; illud tetigisset, stupentibus oĩbus, & firmiter gradi, & rectè loqui cępit: domumq; profectus, stupentem nouitate rei matrẽ admonuit, vt ad ædem diui Dominici properaret, & sancti viri corpus viseret nõdum sepeliendum. Præfectus verò monasterij cũ cæteris patribus, cùm eum sepulturi essent, cõmuni sententia diuerso in loco sepelire decreuerunt, nè cæteris commisceretur cadaueribus: cùm sic multorũ, qui cũ sanctitatis opinione decessissent, permixtione & confusione cadauerum, memoria periisset. Separatim igitur eum in loco tumularunt, quod paruum Capitulum appellant. nec ibi diù perstitit. Nã cùm incredibilis quotidiè magis fieret ad eius sepulcrum populi concursus vtriusque sexus, & insolitũ esset ac indecens, fęminas ad eam partem monasterij ingredi, vbi sepultus erat: necesse fuit post diem octauum, permittẽte id Bononiensi Antistite, in ecclesiã transferre, & ad aram diui Thomæ sepelire, sic integrum & incorruptũ, ac si tunc primùm expirasset. Vbi verò sepultus fuit, penè infinita secuta sunt prodigia, quorum partem aliquam commemorabimus.

Miraculum ad cõtactũ corporis eius.

Mutatur eius sepultura post octauum diẽ ob populi & miraculorũ frequentiam.

Cap. 16.

Quidam Bononiensis mercator filium habebat infantem, vtpotè anniculum: qui cùm grauissimè ęgrotasset, expirasse putabatur: nullum enim in eo vitę signum apparebat. Parentes igitur mœstissimi, confugientes ad opem beati Iacobi, cuius modò extincti fama sanctitatis erat celebris, vouerunt, si puer reuixisset, beati se Iacobi, hoc est, Prædicatorum vestitu illum induturos. Continuò igitur oculos infans aperuit, atque conualuit: tabellaque ad sepulcrum beati Iacobi appensa est, cum inscriptione tali: Hic puer extinctus erat, sed meritis beati Iacobi reuixit. Mulier quædam desperata iam salute, & sacro inuncta oleo Christiano more, mox animam exhalatura videbatur. Propinqui eius, beati Iacobi opem implorarunt, & mira res continuò secuta est. Nam quæ loqui paulo antè non poterat, caput extulit: & Deo, inquit, gratias ago, qui beati Iacobi meritis me à morte reuocauit. Vir clarus vita, literis & religione Hieronymus Bononiẽsis, ex diui Dominici Prædicatoribus, fortè concionabatur, & beati Iacobi sanctitatem & prodigia multa, quæ ad merita illius testanda quotidiè Deus edebat, quibus æquum erat laudibus efferebat. Aderat concionanti Bononiensis quidam ciuis, qui filium domi reliquerat grauissimè ęgrotantem. Is accensus talibus atque in magnam spem arrectus, Deum rogare cępit, vt beati Iacobi meritis pręsenti ægritudine puerum suum liberaret. Factus est continuò voti compos, & postero die sospes cum patre epulatus est.

Infans nũcupato à parẽtibus voto, reuiuiscit.

Itèm fœmina.

Præclarũ miraculũ.

Cap. 17.

Bononiensis matrona legerat ad idem sepulcrum in tabella, quendam monachum vehementissima febre beati Iacobi meritis esse liberatum. Hęc sororem habebat, iam tres menses tertiana & ingenti dolore capitis laborantẽ. Inuocauit illa beati Iacobi pro sorore auxilium, & statim cõualuit. Alia quoquè matrona, centesimum transgressa annum, diro & pudendo morbo laborabat: tacto illius sepulcro, liberata est. In eadem ciuitate puella dolore graui, qui totũ corpus inuaserat, iam quatuor menses laborauerat. Ma-

Aliquot miracula.

Pellitur è sede sua.

sum Regem Ecgfridum & Reuerendissimum Antistitem Vuilfridum dissensione, pulsus est idem Antistes à sede sui Episcopatus.

Cap. 13.

Pulsus est autem ab Episcopatu suo Vuilfridus, & multa diù loca peruagatus, Romam adijt, dein Britāniam rediit. Et si propter inimicitias memorati Regis, in patriam siue parochiam suam recipi non potuit, non tamen ab euangelizandi potuit ministerio cohiberi. Si quidem diuertens ad prouinciam Australium Saxonum, quæ post Cantuarios ad Austrum & ad Occidentem vsque ad Occidentales Saxones pertingit, habens terram familiarum septem millium, & eo adhuc tempore paganis cultibus seruiebat, huic verbum fidei & lauacrum salutis ministrabat.

Conuertit Saxones in Anglia

Erat autem Rex gentis illius Ediluuach, non multò antè baptizatus in prouincia Merciorum, præsente ac suggerente Rege Vulhere: à quo etiam, egressus de fonte, filij loco susceptus est, in cuius signum ado ptionis, duas illi prouincias donauit, Vectam videlicet insulam, & Meauarorum prouinciam in gente Occidentalium Saxonum. Itaque Episcopus, concedente, immò multùm gaudente Rege, primos prouinciæ Duces ac milites sacrosanctô fonte abluebat. Verùm presbyteri Eappa & Padda, & Bruchelin & & Oidda cæteram plebem vel tunc, vel tempore sequente baptizabant. Porrò Regina, nomine Ebba, in sua insula, id est, Vicciorum prouincia, fuerat baptizata. Erat autem filia Eanfrid, fratris Eanheri, qui am bo cum suo populo Christiani fuere. Cæterum tota prouincia Australium Saxonum, diuini nominis & fidei erat ignara.

Dicul monachus Scotus.

Erat autem ibi monachus quidam de natione Scotorum, vocabulo Dicul, habens monasteriolum permodicum in loco, qui vocatur Bosanham, syluis & mari circumdatum, & in eo fratres quinque siue sex, in humili & paupere vita Domino famulantes. Sed prouincialium nullus, eorum vel vitam æmulari, vel prædicationem curabat audire. Euangelizans autè gente Episcopus Vuilfridus, non solùm eam ab ærum na perpetuæ damnationis, verùm à clade temporalis interitus eripuit. Siquidem tribus annis ante aduentum eius in prouinciam, nulla illis in locis pluuia

Præ fame multi se ipsos mise rè perdūt

ceciderat, vndè & fames acerbissima plebem inuadens, impia nece prostrauit. Denique fertur, quia sæpè quadraginta simul aut quinquaginta homines inedia macerati, procederent ad præcipitium alicuod siue ripam maris, & iunctis miserè manibus, pariter omnes aut ruina perituri, aut fluctibus absorbedi, deciderent. Verum ipso die, quo baptisma fidei gens suscepit illa, descendit pluuia serena & copiosa, refloruit terra, redijtque viridantibus aruis annus lætus & frugifer. Sicque abiecta prisca superstitione,

Merito suscepta fi dei datur pluuia.

exsufflata idololatria, cor omniū & caro omniū exultauerunt in Deum viuum: intelligentes eum, qui verus est Deus, & interioribus se bonis, & exterioribus cælesti gratia ditasse.

S. Vuilfri dus docet eos piscan di artem.

Nam & Antistes cùm venisset in prouinciam, tantamque ibi famis pœnam videret, docuit eos piscando victum quærere. Namque mare & flumina eorum piscibus abundabant, sed piscandi peritia genti nulla, nisi ad anguillas tantùm, inerat. Collectis ergò vndecunquè retibus anguillaribus, homines Antistitis miserunt in mare, & diuina se iuuante gratia, mox cepere pisces diuersi generis trecentos: quibus trifariam diuisis, centum pauperibus dederunt, centum his, à quibus retia acceperunt, centum in suos vsus

Multos conuertit ad Christum.

habebant. Quo beneficio multùm Antistes cor omnium sibi suum diuertit amorem, & libentiùs eo prædicante cælestia sperare cœperunt, cuius ministerio temporalia bona susceperunt. Quo tempore Rex Ediluuach donauit reuerendissimo Antistiti Vuilfrido terram octoginta septem familiarum, vbi suos homines, qui exules vagabantur, recipere posset, vocabulo Seoleseu, quod dicitur Latinè, Insula vituli marini. Est autem locus ille vndique mari circundatus, præter ab Occidente, vndè habet ingressum amplitudinis quasi iactus fundæ: qualis locus à Latinis peninsula, à Græcis in let cherfonesus vocari. Hunc

Condit monasterium.

ergò locū cùm accepisset Episcopus Vuilfridus, fundauit ibi monasterium, ac regulari uita instituit, maximè ex his quos secum adduxerat fratribus, quod vsque hodiè successores eius tenere noscuntur. Nam ipse illis in partibus annos quinque, id est, vsque ad mortem Ecgfridi Regis, meritò omnibus honorabilis officium Episcopatus & verbo exercebat, & opere. Et quoniam illi Rex cum præfata loci possessione omnes, qui ibidèm erant, facultates cum agris & hominibus donauit, omnes fide Christi institutos vnda baptismatis abluit. Inter quos, seruos & ancillas ducentos quinquaginta, quos omnes non solùm baptizando à seruitute dæmoniaca saluauit, sed etiam libertatem donādo, humanæ iugo seruituris absoluit.

Ex lib. 5. cap. 20.

Anno autē imperij Hofredi quarto, Coenredus, qui regno Merciorum nobilissimè tempore aliquāto præfuerat, nobiliùs multa sceptra regni reliquit. Nā venit Romam, ibique attonsus, Pontificatum haben te Constantino, ac monachus factus, ad limina Apo stolorum, in precibus, ieiunijs & eleemosynis vsque ad diem permansit vltimum: succedente in regnum Coenredo filio Edilredi, qui ante ipsum Coenredū idem regnum tenebat. Venit autem cum illo & filius Sigheri, Regis Orientalium Saxonum, cuius suprà meminimus, vocabulo Offa, iuuenis amātissimæ ætatis, & venustatis, totique suæ genti ad tenenda seruan daque regni sceptra exoptatissimus. Qui pari ductus deuotione mentis, reliquit vxorem, agros, cognatos & patriam propter Christum & propter Euangeliū, ut in hac uita centuplum acciperet, & in seculo venturo vitam æternam. Et ipse ergò, vbi ad loca sancta Romam peruenerat, attonsus, & in monachico vitam habitu complens, ad visionem beatorum Apostolorum in cælis diù desideratam peruenit. Eodem sanè anno, quo hi Britanniam reliquere, Antistes eximius Vuilfridus post quadraginta & quinque annos accepti Episcopatus, diem clausit extremum in prouincia, quæ vocatur Fundalum, corpusque eius loculo inditum, perlatum est in monasteriū ipsius, quod dicitur in Hripum, & iuxta honorem tanto pontifici congruum, in ecclesia beati Apostoli Petri sepultum. De cuius statu vitaque, (vt ad priora repedantes, pau ca quæ gesta sunt, memoremus) cùm esset puer bonæ indolis, atque ætatem moribus transiens, ita se mo destè & circunspectè in omnibus gerebat, vt meritò à maioribus quasi vnus ex ipsis amaretur & veneraretur. Vbi verò quartum decimum ætatis contigit annum, monasticā seculari vitam prætulit. Quod vbi pa tri suo narrauit, (tā. n. mater obierat) libenter eius vo tis ac desiderijs cælestib[•] annuit, eumq; cœptis insiste re salutarib[•] iussit. Venit ergò ad insulā Lindisfarnē sem, ibique monachorum famulatui se contradens, diligenter ea, quæ monasticæ castitatis ac pietatis erant, & discere curabat & agere. Et quia acris erat ingenij, & didicit citissimè psalmos & aliquot co dices, necdùm quidem attonsus, verum his, quæ ton sura maiora sunt, virtutibus humilitatis & obedientiæ non mediocriter insignitus. Propter quod & à senioribus, & coætaneis suis iusto colebatur affectu. In quo videlicet monasterio cùm aliquot annos Deo seruiret, animaduertit, paulatim animi sagacis, minime perfectam esse virtutis viam,

Coenred[•] Rex fit monach[•].

Item Offa Rex iuuenis florentissimus.

Matt. 19 Mar. 10.

S. Vuilfridus a s. anno pontificatus sui obit

in Hrypū

S. Vuilfridus puer dat se vitæ monasticæ.

viam,

viam, quæ tradebatur à Scotis: proposuitque animo venire Romam, & qui apud sedem Apostolicam ritus Ecclesiastici, siue monasteriales seruarentur, videre. Quod cùm fratribus referret, laudauerunt eius propositum, eumq; id, quod mente disposuerat, perficere suadebant. At ille confestim veniens ad Reginam Eanfledam, cui notus erat, cuiusq; consilio & suffragijs præfato fuerat monasterio sociatus, indicauit ei, desiderium sibi inesse beatorum Apostolorum limina visitandi.

Quæ delectata bono adolescentis proposito, misit eum in Cantiam ad Regem Erconbertum, qui erat filius auunculi sui, postulans vt eum honorificè Romã transmitteret. Quo tempore ibi gradum Archiepiscopatus Honorius, vnus ex discipulis beati Papę Gregorij, vir in rebus ecclesiasticis sublimiter instructus, seruabat. Vbi cùm aliquandiù demoratus adolescens animi viuacis, diligenter his, quæ inspiciebat, discendis operam daret, superuenit illò alius adolescens, nomine Biscop, cognomento Benedictus, de nobilibus Anglorum, cupiens & ipse Romam venire, cuius suprà meminimus. Huius ergo comitatui Rex sociauit Vuilfridum, vtque illum secum Romã perduceret, iussit. Qui cùm Lugdunũ peruenissent, Vuilfridus à Dalfino ciuitatis Episcopo ibi retentus est: Benedictus cœptum iter gnauiter Romam vsq; compleuit. Delectabatur enim Antistes prudentia verborum iuuenis, gratia venusti vultùs, alacritate actionis, & constantia ac maturitate cogitationis. Vndè & omnia, quæ necesse habebat, abundanter ipsi cum socijs suis, quandiù secum erant, donabat: & insupèr offerebat, vt, si vellet, partem Galliarum non minimam, illi regendam committeret, ac filiam fratris sui virginem, illi coniugem daret, eumque ipse loco adoptiui haberet. At ille gratias agens pietati, quam erga eum, cùm esset peregrinus, habere dignaretur, respondit, propositum se magis alterius conuersationis habere, atque ideò, patria relicta, Romã iter agere cœpisse. Quibus auditis, Antistes misit eum Romam, dato duce itineris, & cũctis simul, quæ necessitas poscebat itineris, largiter subministratis, obsecrans sedulò, vt cum in patriam reuerteretur, per se iter facere meminisset.

Dalfinus Lugdunen. Episcopus apud se retinet Vuilfridũ.

Veniens verò Vuilfridus Romam, & orationibus ac meditationi rerum Ecclesiasticarum vt animo proposuerat, quotidiana mancipatus instantia, peruènit ad amicitiam viri sanctissimi ac doctissimi, Bonifacij videlicet Archidiaconi, qui etiam consiliarius erat Apostolici Papæ. Cuius magisterio, quatuor Euãgeliorum libros ex ordine didicit, computum Paschæ rationabilem, & alia multa, quæ in patria nequiuerat, Ecclesiasticis disciplinis accommoda, eodem magistro tradente percepit. Et cùm menses aliquot ibi studijs occupatus felicibus exegisset, redijt ad Dalfinum in Galliam, & tres annos apud ipsum commoratus, attonsus est ab eo, & in tanto habitus amore, vt hæredem sibi illum facere cogitaret. Sed nè hoc fieri posset, Antistes crudeli morte præreptus est: & Vuilfridus ad suæ potiùs, hoc est, Anglorum, gentis Episcopatum reseruatus. Nanque Brunechilda Regina, missis militibus, Episcopum iussit interfici: quem ad locum quidem, quo decollãdus erat, secutus est Vuilfridus clericus illius, desiderans cum eo, tametsi ipso multùm prohibente, pariter occumbere. Sed hunc vbi peregrinum atque oriundum de natione Anglorum cognouere carnifices, pepercere illi, neque eum trucidare cum suo voluere pontifice. At ille in Britanniam veniens, coniunctus est amicitijs Aldfridi Regis, qui catholicas Ecclesiæ regulas sequi semper & amare didicerat.

Vuilfridus Romæ multa discit.

Lugduni tondetur.

Dalfinus Episcopus interficitur.

Vndè & illi, quia catholicum eũ esse comperit, mox donauit terram decem familiarum in loco, qui dicitur Staford, & non multò post monasterium triginta familiarum, in loco, qui vocatur * in Hriphum, quẽ videlicet locum dederat pridèm ad construendum inibi monasterium his, qui Scotos sequebantur. Verùm quia illi postmodùm, optione data, maluerunt loco cedere, quàm Pascha catholicum, cæterosque ritus canonicos, iuxta Romanę ac Apostolicę Ecclesię consuetudinem recipere, dedit hoc illi, quem melioribus imbutum disciplinis ac moribus vidit. Quo in tempore ad iussionem præfati Regis, presbyter ordinatus est in eodem monasterio ab Agilberto Episcopo Geuissorum, desiderante Rege, vt vir tantę eruditionis ac religionis, sibi specialiter indiuiduo comitatu sacerdos esset ac doctor. Quem non multò pòst, detecta & eliminata (vt suprà docuimus) Scotorum secta, in Galliam mittens cum consilio atque consensu patris sui Osuui, Episcopum sibi rogauit ordinari, cùm esset annorum circiter triginta, eodem Agilberto tunc Episcopatum agente Parisiacę ciuitatis. Cum quo & alij vndecim Episcopi ad dedicationem Antistitis conuenientes, multùm honorificè ministerium impleuerunt.

** In l. pl.*

Ordinatur presbyter.

Item Episcopus.

Quo adhuc in transmarinis partibus demorante, consecratus est in Episcopatum Eboraci, iubente Rege Osuui, Ceadda vir sanctus: qui tribus annis Ecclesiam sublimiter regens, dehinc ad curam monasterij sui, quod est in Lestinga, secessit: accipiente Vuilfrido Episcopatum totius Nordan Humbrorũ prouinciæ. Qui deindè regnante Ergfrido pulsus est Episcopatu, & alij sunt pro illo consecrati Antistites, quorum suprà meminimus. Romam itaque iturus, & coram Apostolico Papa causam dicturus, vbi nauem conscendit, flante Fauonio, pulsus est in Frisiã, & honorificè susceptus à Barbaris, ac Rege illorum Aldgislo, prædicabat eis Christum, & multa eorum millia verbo veritatis instituens, à peccatorum suorum sordibus fonte Saluatoris abluit: Et quod postmodùm Vuilbrordus, reuerendissimus Christi pontifex, in magna deuotione compleuit, ipse primus ibi opus Euangelicum cœpit. Ibi ergò hyemem cum noua Dei plebe feliciter exigens, sic deniquè Romam veniendi iter repetijt. Vbi postquàm causa eius ventilata est, præsente Agathone Papa, & pluribus Episcopis, vniuersorum iudicio absque crimine accusatus fuisse, & Episcopatu esse dignus, inuentus est. Quo in tempore idem Papa Agatho cùm synodum congregaret Romæ centum vigintiquinque Episcoporum aduersùs eos, qui vnam in Domino Saluatore volũtatem atque operationem dogmatizabant, vocari iussit & Vuilfridum, atque inter Episcopos consedentem, dicere fidem suam, simul & prouinciæ siue insulæ, de qua venerat. Cumque catholicus fide cum suis esset inuentus, placuit hoc inter cętera eiusdem synodi gestis inseri: scriptumque est hoc modo: Vuilfridus Deo amabilis Episcopus Eboracensis ciuitatis, Apostolicam Sedem de sua causa appellans, & ab hac potestate de certis incertisque rebus absolutus, & cum alijs centum vigintiquinq; coepiscopis in synodo in iudicij sede constitutus, pro omni Aquilonari parte Britannię & Hiberniæ insulis, quę ab Anglorum & Britonum, necnon & Scotorum & Pictorum gentibus incoluntur, veram & catholicam fidem confessus est, & cum subscriptione sua corroborauit.

Pellitur Episcopatu.

Multos in Frisia conuertit ad Christum.

Romana Synodus.

In synodo Romana declaratur innocens, & Episcopus fuisse statuitur.

Post hæc reuersus in Britanniã, prouinciã Australium Saxonũ ab idololatriæ ritibus ad fidem Christi conuertit. Vectæ quoquè insulæ verbi ministros destinauit, & secũdo anno Aldfridi, q̃ post Ecgfridũ regnauit,

Rursus è sua sede eijcitur.

tit, sedem suã & Episcopatũ, ipso Rege innitante, recepit. Sed post quinque annos denuò accusatus, ab eodem ipso Rege, & plurimis Episcopis, præsulatu pulsus est. Veniensq; Romam, cùm præsentibus accusatoribus acciperet locum se defendendi, consedentibus Episcopis pluribus cum Apostolico Papa Iohanne, omnium iudicio probatum est, accusatores eius nonnulla in parte falsas cõtra eum esse machinatos calumnias: scriptumque est à præfato Papa Regibus Anglorum Edelredo & Alfrido, vt eum in Episcopatum suum, eo quòd iniustè fuerit cõdemnatus, facerent recipi. Inuit autem causam absolutionis eius, lectio synodi beatæ memoriæ Papæ Agathonis, quæ quondam ipso præsente in Vrbe, atque in eodem concilio inter Episcopos residente, vt prędiximus, acta est. Cùm ergò causa exigente, synodus eadem coram nobilibus & frequentia populi, iubente Apostolico Papa, diebus aliquot legeretur, ventũ est ad locum, vbi scriptum erat: Vuilfridus Deo amabilis Episcopus Eboracensis ciuitatis, Apostolicam Sedem de sua causa appellans, & ab hac potestate de certis incertisque rebus absolutus, & cætera, quæ suprà posuimus. Quod vbi lectum est, stupor appræhẽdit audientes, & silente lectore, cœperunt alterutrùm requirere, quis esset ille Vuilfridus Episcopus. Tum Bonifacius consiliarius Apostolici Papæ, & alii perplures, qui eum temporibus Agathonis Papæ ibi viderunt, dicebant ipsum esse Episcopum, qui nupèr Romam accusatus à suis, atque ab Apostolica Sede iudicandus aduenerat. Qui iamdudum, inquiunt, æquè accusatus, huc adueniens, mox audita ac diiudicata causa & controuersia vtriusque partis, à beatæ memoriæ Papa Agathone probatus est cõtra fas à suo Episcopatu repulsus, & tãti apud eum habitus est, vt ipsum in concilio, quod congregauerat, Episcoporum, quasi virum incorruptæ fidei & animi probi, residere præciperet. Quibus auditis, dicebant omnes vnà cum ipso Pontifice, uirum tantæ authoritatis, qui per quadraginta propè annos Episcopatu fungebatur, nequaquàm damnari debere, sed ad integrum culpis accusationum absolutum, in patriã cum honore reuerti.

Rursùs Romæ declaratur innocẽs & falsò accusatus.

Nota authoritatẽ Romani Pontificis

Qui cùm in Britanniam remeans, in Galliarum partes deuenisset, tactus est infirmitate repentina, & ea crescente adeò pressus, vt equo vehi non posset, sed manibus ministrorum portaretur in grabato. Sic delatus in ciuitatem Meldũ Galliæ, quatuor diebus ac noctibus quasi mortuus iacebat, halitu tãtùm pertenui, quia viueret, demonstrans. Cumque ità sine cibo & potu, sine voce & auditu quatriduò perseueraret, quinta demùm illucescente die, quasi de graui expergefactus somno, exurgens resedit, apertisque oculis, vidit circa se choros psallẽtium simul & flentium fratrum: ac modicùm suspirans, interrogauit, vbi esset Acca presbyter: qui statim vocatus, intrauit: & videns eum meliùs habentem, ac loqui iam valentem, flexis genibus gratias egit Deo cum omnibus, qui aderant, fratribus. Et cùm parùm consedissent, ac de supernis iudiciis trepidi aliquantùm fabulari cœpissent, iussit pontifex cęteros ad horam egredi, & ad Accam presbyterum ita loqui exorsus est: Visio mihi modò tremenda apparuit, quam te audire ac silentio tegere volo, donèc sciam quid de me fieri velit Deus. Adstitit enim mihi quidam candido præclarus habitu, dicens se Michaelem esse Archangelum, & ob hoc, inquit, missus sum, vt te à morte reuocem. Donauit enim tibi Dominus vitam per orationes ac lachrymas discipulorum & fratrũ tuorum, & per intercessionem suæ beatę genitricis, semperque virginis Mariæ. Quapropter dico tibi, quia modò quidem ab infirmitate hac sanaberis: sed paratus esto, quia post quadriennium reuertens, visitabo te. In patriam verò perueniens, maximam possessionum tuarum, quæ tibi ablatæ sunt, portionem recipies, atque in pace tranquilla vitam terminabis.

Terribilis ei oblata visio.

Conualuit igitur Episcopus, cũctis gaudentibus, & Deo gratias agentibus, cœptoque itinere, in Britanniam venit. Lectis autem Epistolis, quas ab Apostolico Papa adduxerat Bertuualdus Archiepiscopus & Edilredus quondàm Rex, & tunc autem Abbas, libentissimè lauerunt. Qui videlicet Edilredus accitum ad se Coenredum, quem pro se Regem fecerat, amicum Episcopo fieri petiit, & impetrauit: sed Aldfridus Nordan Humbrorum Rex eum suscipere contempsit, nec longo pòst tempore superfuit. Vndè factum est, vt regnante Osredo filio eius, mox synodo facta iuxta fluuium Nidd, post aliquantum vtriusque partis conflictum, tandèm cunctis fauentibus, in pręsulatum sit suæ receptus Ecclesiæ. Sicque quatuor annis vsque ad diem obitus sui vitam duxit in pace. Defunctus est autem quarto Idus Octobris in monasterio suo, quod habebat in prouincia Vndalum, sub regimine Cudbaldi Abbatis, & ministerio fratrum perlatus in suum monasterium primum, quod dicitur* in Hripum, positus est in ecclesia beati Apostoli Petri, iuxta altare ad Austrum, vt suprà docuimus, & hoc de illo Epitaphium est scriptum.

Edilredus Rex, postea Abbas.

Obitus S. Vuilfridi Episcopi.


** Inrbypũ*

Vuilfrid hic magnus requiescit corpore præsul,
Hanc Domino qui aulam, ductus pietatis amore,
Fecit, & eximio sacrauit nomine Petri,
Cui claues cæli Christus dedit arbiter orbis,
Atque auro ac Tyrio deuotus uestijt ostro.
Quinetiam sublime Crucis radiante metallo
Hic posuit tropheum: necnon & quatuor auro
Scribi Euangelij præcepit in ordine libros,
Ac thecam è rutilo his condignam condidit auro:
Paschalis qui etiam solennia tempora cursus,
Catholici ad iustum correxit dogma Canonis,
Quem statuere patres: dubioque errore remoto,
Certa suæ genti ostendit moderamina ritus.
Inque locis istis monachorum examina crebra
Colligit, ac monitis, cauit quæ regula patrum,
Sedulus instituit, multisque domuique forisque,
Iactatus nimiùm per tempora longa periclis,
Quindecies ternos postquàm egit Episcopus annos,
Transiit, & gaudens cælestia regna petiuit.
Dona Iesu, vt grex pastoris calle sequatur.

Corrigit veterem Anglorũ errorem circa celebrationẽ festi Paschalis.

VITA S. VENANTII ABBATIS, authore B. Gregorio Turonensi Episcopo, de vita Patrum. Cap. 16.

13. Octob.



OLITARIVM atque multiplex diuum ecclesiis populisque terrigenis cęlestis potentia pręstat, cùm largitur iugiter seculo, non modò peccatorum suffragatores, uerumetiam uitę doctores æternæ. quod unicũ cernitur, dum à maiestate diuina tribuitur: multiplex, quia cunctis, qui expetere uoluerint, affluenter indulgetur, iuxta illud, Petite, & accipietis, & reliqua. Vndè uigilanter incessanterque debet inuestigare mens humana Sanctorum vitam, & hoc prouocata studio, accensa exemplo, ad ea semper extendi, quæ Deo nouit esse acceptabilia,

Iohan 16.

Sanctorũ vita accuratè inuestiganda.

ut

vt ab Ipso vel mereatur à malis erui, vel posſit exaudiri. Hæc enim ab eius maieſtate quærebant Sancti percipere, poſcentes iugiter, vt ipſe inſinuaret cordi, ipſe perficeret in opere, ipſe loqueretur in ore: quo faciliùs purgata mens, cogitatione, eloquio, actione, cogitaret ſancta, loqueretur iuſta, operaretur honeſta. Vndè factum eſt, vt dum in his, quæ diuinitati ſunt placita, famulabantur: obtinerẽt ſibi remitti peccati debitum, eruerentur à cœni ſordẽtis contagio, cæleſte pro meritis inuitarẽtur ad regnũ. Ponebant etiam & præceſſorum exempla ante oculos ſuos, atque omnipotentem Dominum pro eorũ affectibus collaudabant, quorũ, ut diximus, exempla ſequi meditabantur. Vndè & nos in præconio deuoti Deo famuli Venantii Abbatis effari oitentes, diuinitati potiùs dona ſua referimus: quia deateram eius manifeſtum eſt effeciſſe, quod ſanctos cõſtitit operatos eſſe: deprecantes, ut aperiat os muti ad publicanda opera antiſtitis ſui: quia ſicut eſſe nos recognoſcimus ſcientia tenues, ità nouimus conſcientia peccatores.

Deus operatur in ſanctis.

S. Venantij parentes & patria.

Igitur beatus Venantios Bitnrigi territorii incola fuit, parentibus ſecuodùm ſeculi dignitatem ingenuis, atqne catholicis. Qui dum eſſet iuuenili ætate florens, à parentibus ſpõſali vinculo obligatur. Cũque, vt ætati huic conuenit, amori ſe puellari præſtaret affabilem, & præter pocula frequentia etiam luxuriosè indueretur, contigit vt ad vrbem Turonicã, Domino inſpirante, veniret. Erat autem tunc temporis monaſterium baſilicæ ſancti Martini propinquum, in quo Syluinus Abbas gregem Deo deuotũ regulari ſceptro regebat. Ad hoc vir iſte deuotus accedens, virtutesque cernens beati Martini, ait intrà ſe, vt coniicio: Melius eſt, ſeruire impollutum Chriſto, quàm per copulam nuptialẽ contagio inuolui mundano. Relinquã ſponſam territorii Biturgi, & annectar catholicæ per fidem Eccleſiæ, ut quæ credo corde, etiam opere merear effectui condonare.

S. Venãtius tõdet, & fit monachus.

Hæc intrà ſe voluens, aduenit ad antedictum Abbatẽ: prouolutusque ad pedes eius, quid intimo corde gereret, cũ lachrymis patefecit. At ille gratias agens Deo pro fide pueri, addita etiam prædicatione ſacerdotali, iuuenem totondit, & gregi monaſteriali aſſciuit. Exin ſe in humilitate fratribus exhibẽs, & charitatem cum omnibus diligens, in tantum ſanctitatis apicem euectus aſſeritur, vt ab omnibus tanquàm parens ſummo ſtudio coleretur. Vndè factum eſt, vt decedente Abbate iam dicti monaſterii, ipſe in loco Abbatis, eligentibus fratribus, ſubſtitueretur. Deniquè quadam Dominica ad Miſſarum celebranda ſolennia inuitatur, dixitque fratribus: Iã oculi mei caligine obteguntur, nec poſſum libellũ adſpicere. Presbytero igitur hæc alteri agenda mandate. Dicente autem presbytero, ipſe proximus adſtitit, ventumque eſt, ut ſanctum munus iuxta morem catholicum, ſigno Crucis ſuperpoſito, benediceretur. At ille intuitus, vidit quasi ad feneſtram abſidæ ſcalam poſitam, & quaſi deſcendentem per eam virum ſenem, clericatus honore venerabilem, atque oblatum in altario ſacrificium dextera extenſa benedicentem. Hæc autem agebantur in baſilica ſãcti Martini. Quod nullus videre meruit, niſi ipſe tantùm. Reliqui verò cur non viderint, ignoramus. Ipſe tamen deincèps fratribus retulit. Nec autem eſt dubium, hæc fideli famulo Dominum demonſtraſſe, cui etiam dignatus eſt arcanorum ſecreta cæleſtium reuelare.

Deinde Abbas.

Viſio eius ſub Miſſa.

Nam idem dum de baſilicis ſanctorum die Dominica, expleta oratione, reuerteretur, ſuper bacillum ſuſtentatus in medio confeſſoris atrio, erectis auribus, oculisque ad cælum diutiſsimè attentis, ſtetit immobilis: deindè motus à loco, cœpit dare gemitus, ac ſuſpiria longa producere. Interrogatusq; à ſuis, quid hoc eſſet, aut ſi aliquid diuinum uiſſet intuitus, reſpondit: Væ nobis inertibus & pigris: ecce iam in cælo Miſſarum ſolennia expediũtur, & nos ſegnes nec inchoare cœpimus huius myſterii ſacramentum. Verè, inquit, dico vobis, quòd ego audiui voces Angelorum in cęlis, Sanctus, in laudem Domini proclamantes. Et dicto citiùs, in monaſterio Miſſarum ſolennia iuſsit expleri.

Secreta cæleſtium ſpeculatur.

Sed nec illud præteribo, quòd quadam vice, dum iuxta conſuetudinem, ut ſuprà diximus, de baſilicis, quas orationis gratia adierat, repedaret, & in baſilica ad Miſſas Dominicæ orationis verba decantarẽtur, cùm illi dicerent, Libera nos à malo: audiuit è tumulo cuiuſdam vocem dicentem ſimiliter, Libera nos à malo. Quod non ſine perfectionis merito cenſetur, ut hæc meruerit audire. Sed & ad Baſini preſbyteri tumulum veniens, & qualitatem eius meriti, & quantitatem refrigerii, ipſo docẽte, cognouit. Et licèt hæc magna ſint, ad illam tamen ſanitatum gratiam, quam per eum Dominus infirmis praeſtitit, libet accedere. Non enim ambigitur, quòd per eum, ſicut ſuprà diximus, operata ſit dexters Dei, cui iſta, quæ memorauimus, tanta uoluit reuelare.

Puerulus quidam Paulus nomine, crurum poplitumq; graui dolore vexatus, ſanctum adiit, proſtratusque genibus eius, exorare cœpit, vt ei medicinã oratione ſua à Domini miſericordia obtineat impertiri. Qui protinùs, oratione facta, oleo benedicto palpans membra infirmi, eum ſuper lectulum ſuum requieſcere fecit. Et cùm paululùm quieuiſſet, poſt unius horæ curriculum ſurgere iubet. Qui conſurgens, ſanus matri ſuæ ſancti eſt manibus reſtitutus. Pharetri cuiuſdam ſeruus, cui dominus erat infenſus, huius ſacerdotis oratorium expetiuit. Quem ille elatus ſuperbia, abſente beato viro, abſtraxit, ceciditque. Sed mox à febre correptus, ſpiritum exhalauit. Quartanarum tertianarum've, vel reliquarum ardores febrium, oratione facta ſæpiùs mitigauit. Venenum malæ puſtulæ, impoſito ſalutari ſigno, reſtinxit. Obſeſſos à dæmonibus, inuocato Trinitatis nomine, emundauit. Surgente autem eo quadam nocte de ſtratu ſuo ad reddendum officium, uidit duos arietes magnos ſuis foribus aſsiſtentes, quaſi præſtolantes aduentum eius. Quo viſo, furibundi ad eum cum impetu ualido diriguntur. At ille ſignum Crucis opponens, illis euaneſcẽtibus, abſque metu oratorium eſt ingreſſus. Alia nocte regreſſus ab oratorio, inuènit cellulam ſuam plenam dæmoniis, dixitque eis: Vndè veniſtis? Roma, aiunt, heſterna die egreſsi, ad hunc locum acceſsimus. Quibus ille: Abſcedite, inquit, deteſtabiles, & nolite accedere ad locum, in quo nomen Domini inuocatur. Hæc eo dicente, ſicut fumus euanuerunt.

Sanat puerũ claudum.

Pſal.

Multa tẽdit miracula.

His, & talibus virtutum magnarum gratiis pollens, impleto vitæ præſentis curriculo, vitam perrepturus æternam, migrauit à ſeculo. Cuius beatum ſepulcrum miraculorum illuſtrium effectu pleruſquè redditur glorioſum. Maſcarpinois ſerui ipſius monaſterii mentem iniquus dæmon ſubſederat: qui per trium annorum curricula energumenus factus, ad ſepulcrum beati viri debacchans, tandèm eius eſt (vt credimus) oratione, eiecto dæmone, expurgatus, multos deincèps mente integra viuens annos. Iuliani coniunx, quartanæ febris ardore laborans, ut ſepulcrũ beati viri attigit, compreſſo ardore ac tremore corporali, ſanata diſceſsit. Simili ſorte & Baudemundi vxor ab hac febre laborabat, ſed ubi ad le-

Felix obitus eius.

Miracula ad ſepulcrum eius.

ctulum

ctulum sancti viri prostrata fudit orationem, mox incolumitate restituta conualuit. Multa quidem & alia de eo audiuimus, sed sufficere ad credulitatem Catholicorum hæc, quæ scripta sunt, arbitramur.

MARTYRIVM S.COLMANNI SCOTI, martyris Austriaci, Sapphico carmine conscriptum à Iohanne Siabio, Maximiliani I. Imperatoris historico.

Octob. 13.

S. Colmānus Scotus, è stirpe regia.



Vstriæ sanctus canitur patronus,
Fulgidum sidus radians ab Arcto,
Scoticæ gentis Colomannus acer,
Regia proles.
Ille dum sanctā Solymorū ad vrbem
Transiit, dulcem patriam relinquens,
Regios fastus, trabeam, coronam,
Sceptraque sprevit.

In Hierosolymā.

Propter & Christum peregrinus exul,
Factus in terris alienus vltrò,
Caluam pura meditatus aulam
Mente, fideque.
Dumque diuersos populos pererrat,
Rheticas tandem ueniens ad oras,
Naue sanctum Danubius recepit
Gurgite vastus:
Perque formosas segetes, per agros
Deuehit lætos, & amœna prata,
Perq; colles vitiferos secando
Norica rura.

Psal. 67.

Mirus in sanctis Deus es deorum.
Ille terrarum Solymam requirit,
Tu sed æternam tribuis supremo
Martyri Olympo.
Austriæ terras agitabat amens
Tunc furor, fortes Morauos, Bohemos,
Pannones bello simul implicabat
Inferus hostis.
Ergò dum sanctum hospitio recepit
Oppidum nostro Stokherau uocatum
Patrio ritu, malè tentat illum
Dæmonis astus:
Spargit in turbas odiosa dicta,
Prodet hic vestram speculator vrbem:
Credidit vulgus, trahitur nocentis
More, modoq;.

Pro exploratore capitur ac malè accipitur.

Iustus, & vinctus manibus catenis,
Et pedes preßus grauibus catastis,
Intrat horrendum tenebris situque
Carceris antrum.

Virgis cæditur, & igne urguetur.

Cæditur virgis sine fine martyr,
Vritur corpus crepitante flamma:
Septiès Christus probat hoc talentum
Igne manuque.
Nec quies vlla est: satanæ minister
Forpice ignita faber infidelis
Vellicat carnes, vorat ossa dura
Lamina serra.
Sæuus vt nullam necis indè causam
Tortor inuenit, malè iudicatus
Innocens, inter medios pependit
Ecce latrones.

Crudeliter suspendio necatur.

Mox sui Christus famuli reuelat
Gloriam signis, memoranda quæ sunt
Seculis cunctis, veneretur omne vt
Martyr in æuum.

Multis clarет miraculis.

Hucusquè tantùm habuit Codex, vndè hæc descripsimus. Desunt autem adhuc nonnulla.

MARTYRIVM SEPTEM FRANCISCANORUM Danielis, Samuelis, Angeli, Donni, Leonis, Nicolai & Hugolini, à Saracenis occisorū anno Christi 1221. Habetur in Vinca S.Francisci Teutonicè scripta, vndè id Latinè conuertit Fr. Laur. Surius.

Octob 13. vt habet Martyrologium.



RATER Daniel Minister prouinciæ Calabriç, vir fuit admiranda sanctitate, & martyrio illustris. Is cum sex fratribus Ordinis sancti Francisci, Samuele, Angelo, Donno, Leone, Nicolao & Hugolino, impetrata facultate ab Elia generali Ministro, beatißimi patris Francisci Vicario, è Tulcia in regionem Saracenorum profectus, ad vrbem Septā peruēnit. Vbi cùm triduò mansissent apud mercatores Pisanos, Genuenses & Massilienses, verbum Dei prędicantes in vico quodam, extra vrbem Christianis mercatoribus assignato: sabbato indè sequenti peccata sua inter se confeßi sunt, & sacrosanctā Eucharistiam admodum reuerenter perceperunt. Vesperi autem inuicem sibi lauerunt pedes, commemorantes eam Christi charitatem, qua ille, cùm esset rerum omnium præpotens Deus, ante paßionem suā lauit pedes discipulorum suorum, seque mutuò piis sermonibus confirmabant & animabant. Manè die Dominico cinerem capitibus imponentes, fidenter in ciuitatem ingreßi sunt, confidentes Dominū nostrum Iesum CHRISTVM, & docentes palam, in eo solo nostram constare salutem. Atque ità in mediā progreßi vrbem, arguebant gentilium cęcitatem, eisque viam veritatis indicabant. Illi verò iniectis in eos manibus, compræhenderunt illos, & ad Regē suum adduxerunt, interim cædentes, flagellantes, irridentes, & conuiciis eos proscindentes. Rex vt est conspicatus rasos pilos capitum eorum, illosque fidenter & feruenter eloqui, insanire eos putabat: at iußit tñ illos vinciri, & octiduò hac ratione affligi.

Proficiscūtur ad Saracenos.

Palā illis prædicant Christū.

Malè tractātur ab eis.

Octauo indè die, cùm essent in eius conspectum producti, sciscitatus est, num dicta sua reuocare vellint: & abnegato Christo, Saracenorum complecti fidem. Illis id planè recusantibus, suaque dicta magis etiam confirmantibus, disertisque verbis asserentibus, nullam eis salutis spem reliquam esse posse, nisi in Christum credant, & baptizentur: singulos iußit separatim examinari, multasque eis amplas promißiones offerri, si Saracenis morem gerere velint. Quòd si nolint, acerbißimę necis minas eis intentari. Sed illi præclari amici Dei, nulla fraude se paßi sunt à sancto proposito reuocari, sed per gratiam spiritus sancti in sua fide constantes permansere. Id animaduertens iudex Arbaldus, ait ad Danielem Ministrū: Quid ità mori appetis, homo stultißime, & tum præsentem, tum futuram vitam perdere? Beatus Daniel, sublatis in cælum oculis, ità ei respondit: O iouetera.e

Promißis & minis tentātur.

rate dierum malorum, tu potiùs reuertere ad oinū & verum Deum, Dominū nostrū Iesum Christū, qui hucusquè malè deceptus & euersus fuisti erroribus satanæ & maledicti prophetæ sui Mahometis. Tum iodex ille iussit districtos io eos enses vibrari, vt terrore frangerentur. Cernens autem nihil eos cōmoueri, sed in sua sententia animo obfirmato perstare, capite eos puniri præcepit.

Iubētur plecti capite.

Moa fratres sex ad pedes Danielis Ministri prolapsi, cū lachrymis dixerunt: Gratias agimus Deo & tibi pater, quòd ad martyrii percipiendā coronā perducti sumus. Nūc ergò benedic & benè precare filiis tuis. At ille vir sanctus cōplexans singulos, & piè admodùm exosculans, eis benè precatus est, oēsq; confortans, ità ait: Gaudeamus oēs in Dño, diem festū celebrantes. Adsunt.n. nobis Angeli, cæli iaoua patet nobis, & hoc ipso die pariter accipiemus martyrii coronā in gloria cælestis paradisi. Ducti indè sunt in aulā Regis, & prorsùs nudi educti sunt, ut gladio ferirentur. Ibant aūt illi gaudentes summoperè, Dñmq; cū ingenti animi alacritate laudātes, perindè acsi ad opiparū essent inuitati conniuiū. Vbi aūt ad supplicii locū ventū est, submiserunt ceruices suas, & Domino animas suas cōmendātes, capitis amputatione martyrii coronas adepti sunt. Sacra aūt illa capita cōminuta sunt, & corpora miserè discerpta à pueris & Saracenis. Posteà verò collecta sunt à Christianis, & honorificè tumulata Alsondegæ. Porrò regis Lusitaniæ filius magnoperè ea sibi donari postulauit, magni beneficii loco ea habiturus. Impetrauitque ea, & in Hispaniā transtulit, vbi Deus per merita illorū multa efficit miracula in honorem & gloriam suā, vti in dies magisque comperitur. Vulgus hos sanctos reuerenter inprimis habet, eorumque imagines in templis reponens, quotannis solennitatē illorum celebrat die * octauo mensis Octobris.

Eunt iucūdi aīs ad mortē.

Cadūtur capite.

*for. * decimotertio.*

Id verò animaduertentes patres Franciscani, sanctos ipsorū tanto in honore apud plebē haberi, cùm ipsi nullam eorū cōmemorationem facerent, quod tamen minimè eos deceret, adeò illorū fidei & honoris ipsos esse immemores & iocuriosos, anno salutis millesimo quingentesimo decimosexto, à Pontifice Leone X id impetrarunt, vt liceat ipsis quotānis oono die Octobris, intrà octauas B. Francisci, solennes ferias de his martyrib' agere, quemadmodùm de aliis quinque martyribus Frāciscanis in Ianuario fit. Libenter enim assensit Pontifex, hosq; septē sāctos fratres in martyrū numerū retulit, eorūq; festū celebrandū instituit ipsis feriis S. Dionysii, quod tū lectiones supersint, quæ ex B. Francisci vita recitantur. Publicatū isthuc est eodē anno Rothomagi in Capitulo generali fratrū de Obseruātia. Passi sunt aūt sancti martyres anno ab orbe redēpto millesimo ducētesimo vicesimoprimo, die * octauo Octob. quinquēnio antè quam è vita decederet beatus Franciscus.

Leo X. eos refert in sāctos.

MARTYRIVM S. CALIXTI PAPAE & sociorum eius, vt in antiquissimis MS. codicibus habetur, quibus suffragātur peruetusta Martyrologia.

Octob. 14. Cap. 1.



TEMPORIBVS Macrini & Alexandri Imperatorum, incendio diuinitùs misso concremata est pars Capitolii à meridiano, ac intrà templum Iouis cecidit manus sinistra aureæ statuæ ipsius Iouis & liquefactus est. Venerunt autem aruspices & sacerdotes ad Alexandrum suadēres, ut sacrificiis & odoribus dii ipsorum placarentur. Quibus auditis, eorum petitioni annuit, ac iussit offerri sacrificia. Qui dum die Iouis manè aere omninò sereno sacrificarent, mox fulmine cælitùs eiecto, quatuor idolorum sacerdotes extincti sunt, ara Iouis incendio cōcremata, factusque est aer nubilus ac tenebrosus, ità ut omnis Romanus populus fugeret extra muros urbis. Qui cum huc illucque vagabundus dispergeretur, uenerunt quidam trans Tyberim in vrbem Rauennantium, & intrantes templū, audierunt in quodam cœnaculo multitudinem Christianorū psallentium, inter quos erat Calixtus Episcopus Vrbis cum Clero suo. Audiens autem unus ex Consulibus, nomine Palmatius, multitudinem Christianorum psallentem, indicauit id Alexandro, dicens: Magne princeps, hæc templi & sacerdotū ruina nobis accidit, quia sordescit ciuitas. Si ergò purificata fuerit, gaudebimus simul, & gloria culminis vestri augebitur, & Respublica nostra fulgebit. Alexander dixit: Purificetur. Sed indica, quæso, quæ & qualis sit ista purificatio? Respondit Palmatius: Vt prophani non sint. Alexander dixit: Qui sunt prophani? Respōdit Palmatius: Christiani. Alexander ait: Ego præcepi semèl ac iterùm, vt vbicunquè inuenti fuerint puniantur, aut certè offerant diis immortalibus thura. Respondens Palmatius dixit: Per claritatem uestrā, ò Imperator, dum contristarer propter hæc infortunia & signa quę facta sunt, & transfugerem in regionem trans Tyberim, audiui ibidèm multitudinem Christianorum psallentium, & suis vacantium incātationibus, in quodam loco. Qua de causa, credendum certè est, id nobis nupèr accidisse infortunii. Dicit ei Alexander: Accipe potestatem, vt vbicūquè eos inueneris, aut cogas ad sacrificandum diis, aut certè exquisitis eos tormentis affligas.

Regnū à Hyberna Rauēna tū vrb. vocata. Vide Barth. Marian. in topographia urbis Romæ lib. 5. cap. 13.

Accusat Christianos apud Imperatorē Alexandrū.

Cap. 2.

Tunc Palmatius accepta potestate, collectaq; multitudine militum, venit trans Tyberim ubi congregatus fuerat Christianorum grex vnà cum suo pastore Calixto Episcopo, inter quos erat Calepodius presbyter. Et intrantes cęnaculum, irruerunt in eos decē milites, qui cæcitate subitò percussi sunt. Quibus Calepodius presbyter, Quem quæritis, inquit, filioli mei? Illi autem uociferabantur, dicentes: Accendite uobis luminaria & lucernas, quia obscuratus est nobis locus iste, & caligo occupauit nos. Ait Calepodius presbyter: Deus qui intuetur omnis, ipse obcæcauit oculos vestros. Illi autē palpantes descenderūt de cœnaculo. Hæc cùm uidisset Palmatius, timore perterritus fugiens, indicauit Alexandro. Eodē die iussit Alexander, ut cęci illi satellites in eius cōspectum adducerentur, quos dum agnouisset, ait: O ciues optimi, videtis magicam artem? Respondit Palmatius: Si magica arte id factum est, vbi sunt virtutes deorum nostrorum? Iubeat itaque claritas vestra diis omnipotentibus offerri sacrificia, nè pereat populus tuus per incantationem eorum. Præcepit ergò Imperator ut immolaretur Mercurio, & respōsa cognoscerent. Exiit ergò edictum, ut omnes Romani ad Capitolium cōuolarent, sacrificia oblaturi, & qui Mercurii die inuenti essent in suis manere ędibus, interficerētur. Statuto igitur die, adest omnis populus Palmatius quoquè cum omni domo sua intrat Capitolium cum porcis & vitulis.

Diuinitus excæcati milites ad cōprehendendos Christianos missi.

Edictum Imperatoris.

Cap. 3.

Et factum est dum occisione pecudum effunderetur sanguis & carminibus decantandis uacarent sacerdotes, virgo templi Iuliana nomine, arrepta à dæmone clamauit, dicens: Deus Calixti, viuus & verus est Deus, qui indignatur pollutionibus Reipublicæ uestræ, & conteret Regem vestrum mortalē,

quia

Dæmonia confitentur Christum.

quia non adoratis veritatem. Ad hanc vocem salubriter motus Palmatius, profectus est in regioné trans Tyberim ad vrbem Rauennatium, ac intrans domú vbi cógregata erat Christianorum multitudo, procubuit ad pedes S. Calixti, dicens: Profiteor Dominum Iesum Christum verum esse Deum, quem dæmones confessi sunt hodiè. Per ipsum te coniuro ac

Palmatius credit.

deprecor, vt liberes me à cultura dæmonum, & baptizes in nomine Dei quem prędicas. Respondit ei Calixtus Episcopus: Noli errando deridere veritatem. At ille cum lachrymis dixit: Non derideo, domine mi, quia verè cognoui ea cæcitate militum, & responsis Iulianæ virginis templi, à dæmonio obsessæ, quòd Dominus Iesus Christus, verus sit Deus. Respondit Calepodius presbyter, & ait Episcopo: Noli beatissime pater petenti baptismú denegare. Tunc indixit ei Calixtus ieiunium vnius diei, ac catechizauit eum, allatamque aquam ex puteo eiusdem domus benedixit, repositoque in peluim Palmatio dixit: Credis ex toto corde in Deum patrem omnipotentem, factorem omnium visibilium & inuisibiliú? Respondit Palmatius: Credo. Deindè Episcopus: Et in Iesum Christum filium eius? Et ait: Credo. Iterùm ait Episcopus: Qui natus est de Spiritu sancto, ex Maria Virgine? Palmatius respondit: Credo. Ait Episcopus: Et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, remissionem peccatorum, & carnis resurrectionem? Et exclamauit cum lachrymis Palmatius dicens: Credo domine. Qui baptizatus, Verè, inquit, vidi Dominum Iesum Christum lumé verum, à quo illuminatus sum. Baptizata est & omnis domus eius, vxor scilicet & filii ac alii promiscui sexus numero quadragintaduo. Ab eo enim tempore, omnem suam facultatem Palmatius pauperibus distribuit, perquirens per omnem regionem vbi latitarent Christiani, iisque de facultatibus suis victum & vestitum, aliaque vitæ necessaria subministrando.

Eccè antiquissimũ Ecclesiæ morem in benedicendo fõte baptismatis & exigẽda fide.

Cap. 4.

Post dies verò trigintaduos requiritur Palmatius ab Alexandro. intellexerat enim quòd Christianus esset, ac alios Christo credere persuaderet. Qui cùm à Torquato tribuno tentus esset ac missus in custodiam Mamertini, iussit eum sibi præsentari, qui vinctus catenis adductus est. Hunc cùm vidisset Alexander catenatum, iussit solui, & ait: Sic amens factus es Palmati, vt deseras deos, & quęras ac colas hominem mortuum? Palmatius verò tacuit. Ait rursùm Alexander: Loquere fiducialiter, ne timeas. Respondit Palmatius, dicens, Si datis licentiam, loquimur veritatem. Dicit ei Alexander: Excepta deorum iniuria, loquere. Respondens Palmatius, Si benè aduertas, inquit, non dii dicendi sunt, sed factura hominum mortalium: Siquidem discernat mansuetudo vestra vtrùm debeant coli, qui fabricantur ab hominibus? Quales enim dii sunt, vos iudicate. Sed precor ego claritatem tuam, vt dicas deo tuo, ut loquatur, & cùm eum interrogauero, respondeat mihi: quod dum factum fuerit, non desero deos quos dicis. Dicit ei Alexander: Tu qui à cunabulis eos adorasti, quomodò nunc eos relinquis? Respondit Palmatius: Hoc feci infelix quasi ignarus, nunc verè cognoui veritatem: Hinc deprecor Dominum Iesum Christú, vt mihi ignoscat, quia ignorans peccaui. His auditis subridens Alexander, tradidit eum cuidam senatori Simplicio nomine, eius ei curam demandans, ac monens, vt dulci sermone eum reuocaret ad culturam deorum: talem enim virum, inquiens, Respublica nostra necessarium habet.

Palmatius vinctus ducitur ad tribunal Alexandri.

1. Tim. 1.

Traditur Simplicio Senatori custodiendus.

Cap. 5.

Simplicius igitur Palmatium humaniter recepit, ac vestibus preciosis nobiliter indutum duxit in domum suam, præcipiens vxori & maioribus familię suę, vt omnem domum Palmatius in sua potestate haberet. Tunc ille ieiuniis, orationibus ac vigiliis insistens, non cessabat cum lachrymis Deum patrem omnipotentem & Dominum Iesum Christum filium eius profiteri, pœnitentiam agendo de errore suo. His temporibus quidam Felix nomine venit ad eum, cuius vxor clinica, iam annis quatuor ea tenebatur infirmitate, qui procidens ad pedes eius, ait: Confessor Domini nostri Iesu Christi, deprecare quæso pro ancilla tua Blanda, vxore mea, vt eleuetur de lecto doloris, ac sospitati restituatur pristinę: diù enim est, ex quo paralysi resoluta membra fatigentur, & nostra iam facultas defecit. Ego enim & eadem sacrum baptisma suscipiemus. Huius precibus permotus Palmatius, præsente vxore Simplicii ac omni familia multisque aliis, cecidit in terram, fusisque lachrymis orare cępit cum Felice, dicens: Domine Deus, qui illuminasti seruum tuum, & donasti mihi lumen æternum, salua ancillam tuam Blandam, ac erige eam à lecto doloris, vt cognoscant omnes quia tu es Deus creator omnium rerum. Eadem autẽ hora, venit Blanda pedibus suis currens, ac domum Simplicii Senatoris intrans, baptismum humiliter exorat, dicens: Baptiza me pater in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui tenuit manum meam & leuauit me. Tunc Felix cępit vrgere Palmatium vt baptizaretur.

Vacat operibus iustitiæ, vir sanctus.

Precibus curat paralyticã.

Ad eius ergò instantiam acciuit Calixtum Episcopum Palmatius, qui veniens baptizauit Felicem cum vxore sua Blanda. Hoc viso miraculo, Simplicius Senator prouoluitur ad pedes Calixti Episcopi, eidem humiliter supplicans, vt & ipsum baptizet cum omni domo sua. Tunc Episcopus fiducialiter dixit: Congreget Dominus triticum in horreum suum. & catechismo instructam baptizauit domum eius, animas scilicet promiscui sexus circiter sexagintaocto. Tunc beatus Calepodius presbyter, in medium sanctorum conuolans, cum gaudio exclamauit, dicens: Gloria tibi Domine Iesu Christe, qui dignatus es de tenebris ad lucem perducere facturam tuam ac de errore eripere: fac eum seruis tuis secundùm magnam misericordiam tuam. Audiens verò Alexander, quia multitudo hominum baptismum percepisset à beato Calixto Episcopo, misit exercitum militum, ac tenuit omnes qui baptizati fuerant, præcepitque eos capitalem subire sententiam, & per diuersas portas vrbis Romæ, capita eorum suspendi ad exemplum Christianorum. Tenuit autem & beatum Calepodium, quem fecit occidi gladio, & corpus eius per ciuitatem trahi, sub diem Calendarum Maii, & tandèm in Tyberim proiici ante insulam Lycaoniam. Sub hac persecutione fugit beatus Calixtus cum decem clericis suis, latitans in domo cuiusdam Pontiani. Qui noctù conueniens piscatores, rogauit eos, vt quęrerent corpus beati Calepodii. Quo inuento, tradiderunt illud Calixto Episcopo. Accepium verò cum gaudio Episcopus, linteaminibus inuoluit, aromatibus condiit, ac honorificè cum hymnis & laudibus sepeliuit in cęmeterio eiusdem, septimo Idus Maii.

Cap. 6.

S. Calixt9 baptizat domũ Felicis & Simplicij.

Matt. 13

Nouelli Christiani omnes capite plectuntur.

Cap. 7.

Ab eodem die cępit Alexander studiosè inquirere vbi lateret Calixtus Episcopus, quem cùm intellexisset manere trans Tyberim in ædibus Pontiani, iuxta vrbem Rauennatium, misso occultè milite, vinxit eum, præcipiens vt in eodem loco fame cruciaretur. Qui ibidèm detentus per quinque dies nihil alimoniæ accepit, sed ieiuniis & orationibus vacans, pane depascebatur verbi Dei, ac indiès magis confortabatur. Quod audiens Alexander, iussit eum quotidiè

Cruciatur fame Calixtus Episcop9, et fustibus cæditur.

fustibus

fustibus cædi, demandans vt si quis ad eum, vbi custodiæ mancipatus erat, accederet, interficeretur. Qui cùm longo dierum spatio ex squalore carceris esset maceratus, apparuit ei noctù per visionem beatus Calepodius, dicens: Firmus ac constans esto pater, quia corona tua iam perfecta est, vt accipias mercedem pro me. Beatus autem Calixtus insistens orationi, non cessabat Dominū deprecari. Erat ibidèm quidam miles nomine Priuatus, qui vlceribus ac doloribus plenus, die noctuque grauissimè cruciabatur: hic ad pedes Episcopi prouolutus, rogabat auxilium sibi impendi, dicens: Salua me pater ab vlceribus meis, quia Credo Dominum Iesum Christum, Deum viuum & verum esse, qui Blandam ab infirmitate liberauit, & me saluare potest, quia iam diu consumor in afflictione ardoris mei. Respondit beatus Calixtus Episcopus: Si credideris ex toto corde, & baptizatus fueris in nomine sanctæ Trinitatis, mūdaberis. Respondit Priuatus: Ego credo quia me saluabit in baptismo Dominus Iesus Christus, per manum tuam, & omnia vulnera morbosque quibus teneor mundabit. Qui virtute Dei per baptismum mundatus, alta voce magnificabat Dominum, dicens: Deus verus est & sanctus, Dominus Iesus Christus, quem prædicat Calixtus Episcopus. Omnia verò idola vana ac muta consumentur. Deus autem æternus Dominus Iesus Christus est.

Curat ægrum per baptismū Episcop⁹.

Cap. 8.

His auditis Alexander, iracundia plenus, misit apparitores, qui Priuatum militem plumbatis cæderent, donèc deficeret. Calixtum verò Episcopum iussit per fenestram domus præcipitari, & ligato ad collum eius saxo in puteum demergi, & super eum rudera cumulari. Effluxis verò septendecim diebus, quidam ex presbyteris eius nomine Asterius, cū clero noctù ueniens, leuauit corpus B. Episcopi, ac sepeliuit in cęmeterio Calepodij via Aurelia pridiè Idus Octub. Post dies verò sea tenuit Alexander Asteriū presbyterum, quem præcepit per pōtem præcipitari. Cuius corpus inuentum est iņ Hostia, & a quibusdam Christianis sepultum in eadem ciuitate Hostiensi quartodecimo Calendas Nouembris, in pace regnante Domino nostro Iesu CHRISTO, qui uiuit & regnat Deus per omnia secula seculorū, Amē.

Præcipitatur, et submergit S. Calixt⁹.

Itèm Aster⁹ presbyter.

VITA S. FORTVNATI TVDERtini Episcopi, per D. Gregorium Papam scripta. Lib. 1. Dialog. Cap. 10.

Octob. 14. Mira S. Fortunati virtus aduersus dæmones.



ENERABILIS quidam vir in Tusciæ partibus fuit, Fortunatus nomine, Tudertinæ antistes ecclesię: qui in effugandis spiritibus immensæ virtutis gratia pollebat, ità vt nonnunquàm ab obsessis corporibus legiones dæmonum pelleret, & cōtinuò orationis studio intentus, obiectas contra se eorum multitudines superaret. Huius viri familiarissimus fuit Iulianus, nostræ ecclesiæ defensor, qui ante longum tempus in hac vrbe defunctus est. Cuius ego quoquè hoc didici relatione, quod narro: quia sæpè gestis illius vsu familiaritatis intererat, eiusque pòst memoriam ad instructionem nostrā, quasi faui dulcedinem in ore retinebat.

Matrona quædam nobilis in vicinis partibus Tusciæ nurum habebat: quæ intrà breue tempus, quo filium eius acceperat, cum eàdem socru sua ad dedicationem oratorii beati Sebastiani martyris fuerat inuitata. Nocte verò eàdem, qua subsequente die ad dedicationem prædicti oratorii fuerat processura, voluptate carnis deuicta, à viro suo sese abstinere non potuit. Cumque mane facto conscientiam deterreret perpetrata carnis delectatio, processionem verò imperaret verecundia: plus erubescens vultum hominum, quàm Dei iudicium metuens, cum socru sua ad dedicationem oratorii processit. Mox verò, vt reliqui beati Sebastiani martyris oratorium ingressi sunt, eandem prædictam matronam malignus spiritus arripuit, & coram omni populo vexare cœpit. Eiusdem verò oratorii presbyter, dum eam vehementissimè vexari conspiceret, ex altari protinùs sindonem tulit, eamque operuit: sed & hunc similiter repentè diabolus inuasit. Et quia vltra vires voluit quicquam præsumere, cōpulsus est & ipse cognoscere in sua vexatione, quid esset. Hi verò, qui aderant, puellam in manibus ex oratorio sublatam, ad domum propriam reportauerunt. Cumque hanc antiquus hostis vexatione continua vehementer attereret, propinqui sui eam carnaliter amantes, & amando persequentes, ad obtinendum salutis remedium maleficis tradiderunt, vt eius animam funditùs extinguerent, cuius carni magicis artibus ad tempus prodesse conarentur. Ducta est itaque ad flumium, atque in aquam mersa: ibique diutiùs incantationibus agere malefici moliebantur, vt is, qui eam inuaserat, diabolus exiret. Sed miro omnipotentis Dei iudicio, dum arte peruersa unus ab ea repellitur, in eam subitò legio intrauit. Cœpit ex hoc illa tot motibus agitari, tot vocibus clamoribusque perstrepere, quot spiritibus tenebatur. Tunc inito consilio, parentes eius suę perfidiæ culpam fatentes, hanc ad venerabilem virum Fortunatum Episcopum deduxerunt, eique reliquerunt. Qua ille suscepta, multis se diebus ac noctibus in orationem dedit, tantoque annisu precibus incubuit, quanto & in uno corpore contra se assistere legionis aciem inuènit. Quam post non multos dies ità sanam atque incolumen reddidit, àc si in ea ius proprium diabolus nunquàm habuisset.

Ea vt nomine Dei ... (margin note, partly illegible)

Legion[illegible] dæmonū à femina expulit S. Fortunatus.

Alio quoquè tempore idem vir, omnipotentis Dei famulus, ex obsesso quodam homine immundum spiritum excussit. Qui malignus spiritus cùm vesperascente iam die secretam ab omnibus horam cerneret, peregrinum quempiam esse simulans, circuire cœpit ciuitatis plateas, & clamare, O virum sanctum Fortunatum Episcopum: eccè quid fecit: peregrinum hominem de hospitio suo expulit. Quæro vbi requiescere debeam, & in ciuitate eius non inuenio. Tunc quidam in hospitio cum vxore sua & paruulo filio ad prunas sedebat: qui vocem eius audiens, & quid Episcopus ei fecerit, requirens, hunc inuitauit hospitio: sedere secum iuxta prunas fecit. Cumque vicissim aliqua confabularentur, paruulum eius filium idem malignus spiritus intrauit, atque in easdem prunas proiecit, ibique mox eius animam excussit. Qui orbatus miser, vel quem ipse susceperit, vel quem Episcopus expulisset, agnouit.

Vide dæmonis malitiam.

Petrus: Quidnam hoc esse dicimus, ut occidendi ausum in hospitio antiquus hostis acciperet, qui hunc peregrinum æstimans, ad se hospitalitatis gratia vocasset?

Gregorius: Multa, Petre, videntur bona, sed non sunt: quia bono animo non fiunt. Vndè & in Euangelio veritas dicit. Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Quia cùm peruersa est intentio, quę præcedit, prauum est omne opus

Matt.

Nota quā malū sit derogare Episcopus.

opus, quod sequitur, quamuis esse rectum videatur. Ego nanque hunc virum, qui dum quasi hospitalitatem exhiberet, urbatus est: non pietatis opere delectatum æstimo, sed Episcopi derogatione: nam pœna subsequens innotuit, quia præcedens illa susceptio, sine culpa non fuit. Sunt nanque nonnulli, qui idcircò bona facere student, vt gratiam alienæ operationis obnubilent. Nec pascuntur bono, quod faciunt: sed laude boni, qua cæteros præmunt. Qua de re existimo hunc virum, qui malignum spiritum in hospitalitatem suscepit, ostentationem boni potiùs intendisse, quàm operam, ut meliora, quàm Episcopus, fecisse videretur, quatenùs ipse susciperet eũ, quem vir Domini Fortunatus expulisset.

Petrus: Ità est, vt dicis: nam finis operis probat, quòd munda intentio operationis non fuerit.

Cæcū vir sanctus illuminat.

Gregorius: Alio quoquè tempore, dũ oculorum quidam lumen amisisset, ad hunc deductus, intercessionis eius opem petiit, & impetrauit. Nam cùm vir Dei oratione facta, oculis eius signum Crucis imprimeret, ab eo protinùs, luce reddita, nox cæcitatis abscessit. Prætereà equus cuiusdam militis in rabiem fuerat versus, ità ut à multis teneri via potuisset: sed quoscunque potuit, inuaderet, & eorum membra morsibus dilaniaret. Tunc vtcunquè a multis ligatus, ad virum Dei deductus est. Qui mox eius capiti extensa manu signum Crucis edidit, cunctam eius rabiem in mansuetudinem mutauit: ità vt posteà mitior existeret, quàm ante illam insaniam fuisset.

Signo Crucis sanat equū.

Tunc idem miles equum suum, quem celerrimè ex miraculi imperio à sua vesania uidit immutatum, eidem sancto viro decreuit offerendum. Quẽ cùm suscipere ille renueret, ipse verò in precibus, nè despiceretur eius oblatio, perseueraret: sanctus vir mediam duarum partium viam tenens, & petitionem militis audiuit, & munus recipere pro hac exhibita virtute recusauit. priùs nãque dignum precium præbuit, & posteà equum, quem sibi offerebat, accepit. Quia enim si non susciperet, eum contristari conspexerat: charitate cogente emit, quod necessarium non habebat.

Neque hoc silere de huius viri virtutibus debeo, quod ante dies ferè duodecim audiui. Quidam nanque ad me deductus est senex pauper, atque vt mihi senum collocutio esse semper amabilis solet, studiosè hunc, vndè esset, inquisiui. Qui se esse de Tudertina ciuitate respondit: cui inquam, Quæso te pater, num Fortunatum Episcopum nosti? Qui ait: Nòui, & benè nòui. Tunc ipse subiunxit: Dic ergò, si qua illius miracula nosti, & desideranti mihi, qualis vir fuerit, innotesce. Qui ait: Homo ille ab istis hominibus longè fuit, quos videmus modò. Nam quicquid ab omnipotenti Deo petiit, ità dum peteret, impetrauit. Cuius hoc unum narro miraculum, quod ad præsens animo occurrit. Qadam nanque die Gotthi iuxta Tudertinam ciuitatem venerunt, qui ad partes Rauennę properabant, & duos paruulos puerulos de possessione abstulerant, quæ possessio præfatæ Tudertinæ ciuitati subiacebat. Hoc cùm uiro sanctissimo Fortunato nunciatum fuisset, protinus misit, atque eosdem Gotthos ad se vocari fecit. Quos blando sermone alloquens, eorum priùs studuit asperitatem placare: ac pòst intulit, dicens: Quale vultis, precium dabo, & puerulos, quos abstulistis, reddite, mihique hoc gratiæ vestrę munus præbete. Tunc is, qui prior eorum esse videbatur, respondit, dicens: Quicquid aliud præcipis, facere parati sumus: nam istos paruulos nullatenùs reddemus. Cui venerandus vir blandè minatus, dixit: Contristas me, & non audis patrem tuum: noli me contristare: nam non expedit tibi. Sed idem Gothus in cordis sui feritate permanens, negando discessit. Die verò altera digressurus, rursùs ad Episcopum venit: quem iisdem verbis pro prædictis puerulis iterùm Episcopus rogauit. Cumque ad reddendum nullo modo consentire voluisset, contristatus Episcopus, dixit: Scio quia tibi nõ expedit, q me contristato discedis. Quæ Gothus verba despiciens, ad hospitium reuersus, eosdem pueros, de quibus agebatur, equis superimpositos cum suis hominibus præmisit. Ipse verò statim ascendens equum, subsecutus est. Cumque in eadem ciuitate ante beati Petri Apostoli ecclesiam venisset, equi eius pes lapsus est: qui cum eo corruit, & eius coxa mox fracta est, ità vt in duabus partibus os esset diuisum: leuatusque in manibus, reductus est ad hospitium. Qui festinus misit, & pueros quos præmiserat, reduxit, & viro venerabili Fortunato mandauit, dicens: Rogo te, pater, mitte ad me diaconum tuum. Cuius diaconus dum ad iacentem venisset, pueros, quos redditurum se Episcopo omninò negauerat, ad medium deduxit, eosque diacono illius reddidit, dicens: Vade, & dic domino meo Episcopo: Quia maledixisti mihi, eccè percussus sum: sed pueros, quos quæsisti, recipe, & pro me, rogo, intercede. Susceptis itaque puerulis, diaconus ad Episcopum reduxit: cui benedictam aquam venerabilis Fortunatus dedit, dicens: Vade citiùs, & eam super iacentis corpus proiice. Perrexit itaque diaconus, atque ad Gothum introgressus, benedictam aquam super membra illius adspersit. Res mira, & vehementer stupenda: mox vt aqua benedicta Gothi coxam contigit, ità omnis fractura solidata est, & saluti pristinę coxa restituta, vt hora eâdem de lecto surgeret: & ascenso equo, ità cœpit iter agere, acsi nullam vnquàm læsionem corporis pertulisset. Factumque est, vt qui sancto viro Fortunato pueros cum precio reddere obedientiæ subiectus noluit, eos sine precio, pœna subactus, donauerit. His igitur expletis, studebat adhuc senex de eo & alia narrare. Sed quia nonnulli aderant, ad quos exhortandos occupabar, iamque diei tardior hora incubuerat, venerabilis Fortunati facta mihi audire non licuit: quæ audire, si liceat, semper volo.

Eccè pœnā sancti Episcopi preces cōtemnentis.

Nota hic admirandam vim aquæ benedictæ.

Sed die alia idem senex rem de illo magis mirabilem narrauit, dicens: In eâdem Tudertina vrbe Marcellinus quidam bonæ actionis vir, cum duabus sororibus suis habitabat: qui eueniente molestia corporis, ipso sacratissimo vesperascente iam sabbato Paschali defunctus est. Cuius corpus cùm longiùs esset efferendum, die eodem sepeliri non potuit. Cumque mora esset temporis ad explendum debitum sepulturæ, sorores eius morte eius afflictæ, occurrerunt flentes ad venerabilem virum Fortunatum, eique magnis vocibus clamare cœperunt: Scimus quia Apostolorum vitam tenes, leprosos mundas, cæcos illuminas. Veni, & resuscita mortuum nostrum. Qui mox vt cognouit earum fratrem defunctum, flere & ipse etiam de morte eius cœpit, eisque respondit, dicens: Recedite, & hæc dicere nolite: quia iussio omnipotentis Dei est, cui contraire nullus hominum potest. Illis itaque discedentibus, tristis ea morte eius mansit Episcopus. Subsequente autem die Dominico, ante exurgentis lucis crepusculum, vocatis duobus diaconibus suis, perrexit ad domum defuncti, accedensque ad locum, vbi corpus iacebat exanime, ibi se in orationem dedit. Expleta autem prece, surrexit, & iuxta corpus defuncti sedit: non autem grandi voce

Deflet mortem Marcellum.

di voce

di voce defunctum vocauit, dicens: Fater Marcelle. Ille autem acsi leniter dormiens, ad vicinam uocé quanuis modicam fuisset eacitatus, statim oculos aperuit, atque ad Episcopum respiciés, diait: O quid fecisti? Cui Episcopus respondit, dicens: Quid feci? At ille ait: Duo hesterno die venerunt, qui me eiicientes ea corpore, in bonum locum duxerunt. Hodiè autem vnus missus est, qui dixit: Reducite eum, quia Fortunatus Episcopus in domum eius venit. Quibus verbis expletis, moa ex infirmitate conualuit, & in hac vita diutiùs mansit. Nec tamen eredendum est, quia locum, qué acceperat, perdidit: quia dubium non est, quòd intercessoris sui precibus potuit post mortem melius viuere, qui & ante morté studuit omnipotenti Deo placere.

Excitat defunctũ Marcellinum.

VITA SANCTI BVRCHARDI

Episcopi Herbipolensis, vt in antiquo MS. exemplari habetur, quod præ vetustate aliquot locis legi vix potuit. Author est, tametsi Codex nomen non habet, Egiluuardus monachus cœnobii sancti Burchardi prope Herbipolim, teste Tritthemio Abbate Spanhemensi, libro de viris illustribus sui Ordinis.

PROLOGVS IN LIBRVM PRIMVM.



SALVATORIS mundi gratia, qui quos prædestinat, vocat, & quos vocat, iustificat, verbo sui Euangelii, quod in toto orbe prædicandum promiserat, tandèm in insularum numero, quæ per incredulitatis errorem diù fuerant longè à salute, per industriam sui fidelis dispensatoris Gregorii, etiam Angliam fructiferam terram, seminis Dominici capacem factam, per vniuersæ Christianæ religionis augmenta, suis doctoribus cooperante spiritusancto, sibi fecit esse propinquam. Multum indè replicare non indigemus, vtpotè quod in gestis Anglorum abundantissimè digestum non ignoramus. Non tamen ociosè prætereundum, immò pro Christi amore toto cordis acumine speculandum, qualiter à solis ortu vsque ad occasum fulgur Euangelici iubaris pàrens, insulas occiduas illustrauerit, ut radiorum suorum splendoribus etiam nostrarum partium caligines, solem iustitiæ notificando, fugauerit, dum Scotia quondàm bruta, nunc in Christo prudentissima, nobis lumen nostrum primitiuum destinauit Kilianum, Burgundis Columbanum, Alamannis Gallum: Anglia verò vniuersæ Germaniæ magnum Bonifacium, & orientali Franciæ primum, satisque idoneum pastorem, & quod verissimè creditur, adhuc tenellæ nimis Ecclesiæ valdè necessarium * speculum Burchardum. Quibus spiritualis militiæ ducibus eximiis, cuique sui magisterii sequax adhærebat in DEO fortis exercitus: quorum singula quia non uacat inuenire vocabula, libeat eorum exemplis potiùs studere pœnitentiæ, quàm nominibus. His itaque pro stamine telæ propositæ prætextis, CHRISTO iuuante, iam tempus exigit utcunquè subtegmen consequenter innectendum innodare, ad renouandam scilicet æternam memoriam primi nostri Mandritæ prænominati, sæpiusque nominandi Burchardi præsulis.

Rom 8.

Matt. 24.

S. Gregorius Papa Anglos conuertit.

for. speculatorē.*

LIBER PRIMVS.

De religiosis parentibus sancti Burchardi, & eius germano fratre S. Suuithuno. Cap. 1.



SICVT diuersa diuersorum patrum testantur scripta, dum Gregorianæ signum plantationis, Anglorum nouella germinasset, pullulasset, cresceret atque floresceret Ecclesia semper, ut de eodem dicitur doctore, uenerabile meritum eius ibidèm accepit incrementum: fructificante nimiùm eiusdem gentis fide per multas temporum successiones omni religionis deuotione, & fertilitate bonorum operum. Florebat intereà eadem in insula uel patria sub rege Christianissimo aromatica quædam Christi boni odoris areola, nobilis vtiquè nobilissimi Burchardi parentela: quæ tam rebus, quàm genere clara, diuini timoris insignibus notabatur ab omnibus præclara: seseque præcipuè per id, non tantùm conuicaneis & contribulibus, sed & vniuerso regno præbuit famosissimam, quòd in bonis actibus nulli generationi terræ illius, se patiebatur esse secundam. Qua de re non incongruè Dauidicum illud elogium diuinitùs ibi implebatur: Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. Ditauit quippè eos benedictio diuina prole gemina nimìs eximia, quæ patris simul ac matris, immò totius generationis illius vtiquè præclara excelleret merita, Burchardo videlicet atque Suuithuno, viroque cælitùs sibi destinatæ vel prouisæ cathedræ postea pontifice futuro. O quàm benedictus fructus ventris matris illius, qui medicinam æternæ salutis sufficienter ministrauit duabus seorsùm nationibus, Angliæ per indigenam suum Suuithunum, Orientali nihilominùs Franciæ per aduenam Burchardum. Porrò antequàm de eiusdem patroni nostri conuersatione narrationi, cuius iam fundamenta iecimus, structuram præmeditatam superponamus, pauca quæ de germano eius comperimus, atquè sanctissimo Episcopo, silentio penitùs non prætermittamus. Ex Anglia nati fratres Gutuuiu & Adelmar, aliique quamplures indè huc aduenientes, aiunt, beati Suuithuni vitam miraculis plenam, in ecclesiis illius terræ circunquaquè scriptam reperiri, quę tot tantisque virtutum doctrinæque splenduerit miraculis, vt etiam ipsa non impotens sit testimonium commendare germanæ sanctitatis. Legitur, inquiunt, apud nos idem Dei famulus à primæua ætate cunctis Dei charismatibus, vnà cum literarum disciplinis apptimè imbutus, vniuersis insupèr cælibis vitæ munditiis præcipuè candidatus. Et quamuis nullius se pateretur eapertem videri virtutis, misericordię tamen visceribus maximè notabatur insignis. Omnibus quidem necessitatem patientibus statim pro posse factus est *omnibus* proximus. Sed ne multis immoremur, vndè pauca promisimus, quiq; ad alia, iuxta propositū, potiùs festinamus, qualiter idē Dei electus, tam in practica, quàm in theorica conuersatione perfectus, per gradus Ecclesiasticos ad Episcopatus honorem canonicè sit prouectus in ciuitate, quæ dicitur * & qualiter eandē Ecclesiā doctrinis & exēplis illustrauerit, vtq; de huius mundi tran-

latus

Octob. 14. natalis Martyrologii tamen in festum 2. Februarii celebratur.

Preclarū S. Burchardi genus.

Psal. 111.

Burchardus et Suuithunus nascunt.

Historia breuis S. Suuithuni.

** Hoc loco nomen Ecclesiæ erat suum fuit.*

latus angustiis, villicationis suæ mercedem fidelis dispensator & prudens consecutus, in gaudium Domini sui intrauerit: hęc, inquam, omnia qui pleniùs nosse cupit, apud Ecclesiam illam, quam rexit, indagare valebit. Tradunt etiam nonnulli, hoc germanos fratres Burchardum & Suuithunum, magni Bonifacii Episcopi nõ solùm conterraneos, sed etiam carne consanguineos fuisse.

Vt à primis ætatis initijs se gesserit S. Burchardus, & posteà peregrinationem susceperit. Cap. 2.

VEnerabilis autem Burchardus tam præclaram, tamque præcelsam suæ prosapiæ genealogiam haudquaquàm passus est morum suorum nebulis obfuscari: sed potiùs ab ipsis primæuæ ætatis annis, probitatis luce iam splendescere incipiens, quid, illum præueniens misericordia Dei, in posterum in eo operatura esset, omnigenis conatibus repræsentare videbatur. Traditus enim cùm fuisset à religiosis parentibus, ut facilè creditur, literis imbuendus, vix eum quisquam, vel nunquàm reperit pueribilus addictum leuitatibus: sed aut studiis liberalibus intendentem, aut ecclesiarum limina terentem, seu qui bus liberalius bonæ indolis indiciis immorantem.

Adhibet literis puer Burchardus.

Creuit etiam in eo cum corporis incremento misericordia, ut de seipso B. Iob testatur: &, ut ità dicam, in elegànti carnis materia, paulatim virtutum composito formabatur. Quid multa? Sic ieiuniis & eleemosynis, vigiliis & orationibus non minùs spirituales nequitias, quàm carnis illecebras compressit, donèc dudùm per spiritum sanctum plantata, tanta in illo morum adoleuit honestas, ut iam illud undiquè perfectum & ornatum Dei templum nil intrà se caducũ haberi sustineret. Hinc deliberationem, quam Christo inspirante conceperat, spiritalium uirorum consilio roborabat, & contra malè blandientis mundi lenocinia obfirmata animi sententia, tum diuitiis & uoluptatibus, tum sibijpsi proprizque uoluntati renunciauit, nudusque nudam compleaus crucem, eam post Christum quotidiè baiulauit. Considerans autem in hac ipsa vitæ perfectione nonnulla tentamentorum scandala sibi opponi, putà opes & delicias patriæ, generis claritatẽ, affectus amicorum, spectorum obiecta prædiorum, aliasque mundi fumantis nebulas, aciem veræ theoriç obnubilantes: quid de ipso fieri vellet omnipotens Deus, sibi reuelari aut inspirari continuis precibus ambiebat. Tandemque spiritu consilii & fortitudinis roboratus, perpetuæ peregrinationis studium modis omnibus amplecti deliberauit. Denique natali solo pro terra viuentium relicto, nè quasi quoque illum pericula inferni inuenirent, periculosos allicientis sali fluctus transfretauit, & Galliæ Comatæ limitem attingens, in quodam satis humili loco, uerè non habens hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirens, aliquandiù sub habitu peregrini deliituit.

Iob. 31.

Omnia relinquit propter Christum.

Dat se voluntariæ peregrinationi.

De magno Bonifacio Moguntino Archiepiscopo. Cap. 3.

RVtilabat his temporibus stella uerè cælesti fulgore, à multis, quæ tunc temporis videbantur, stellis differens, Vuinfridus indigena nihilo minùs Angliæ, qui dudùm patria & parentibus, immò cunctis transitoriis pro Christo derelictis, ac per hoc sancti spiritus præ participibus suis unctus oleo, semina verbi Dei, ab Apostolica sede sibi tradita, iam Euangelicæ summoperè insudans agriculturæ, per vastissima regnorum Germaniæ deserta spargebat. Hic Domini electus, & inter suos primò per omnia laudatissimus, quemadmodùm literis Anglorum apud Ecclesiam Romanam commendatus, eiusdemque cunctarum matris Ecclesiarum contubernio fit iunctus, adeò ut bonis ea factis suis, mutato nomine, per Gregorium Papam Bonifacius appellatus, & pontifex sit consecratus, atque Legatus Apostolicus in partes Germanicas destinatus, plurimum Christo populum acquisierit, Regum ac principum adeptus beneuolentiam, nobilis Moguntiæ metropolitanam susceperit cathedram, ipsamque posteà Archiepiscopatus pallio sublimauerit, generaliaque concilia cisalpinis in Ecclesiis cõgregauerit, ibique multa corrigenda correxerit, sed & multiplicem prorsùs quęstum Domino suo de accepto talento longo tempore villicationis suę lucratus sit. Hæc, inquam, multaque alia Deo digna, scituque necessaria, in plurimis, quæ eleganter de eo scripta reperiuntur, diligenter inuestigare quisque potest. Cooperabatur utiquè in his omnibus huic fideli seruo suo, satisque prudenti dispensatori clemens ille paterfamilias & Dominus, in cuius manu cunctarum gentium stat salus, in cuius prædestinatione miserendi earum singulis suum disponitur tempus. De quo uerissimam legimus prophetiam: immò iam non prophetiam, sed euidenter cernimus historiam: Descendet sicut pluuia in uellus, & sicut stillicidia stillantia super terram, & cætera usque ad eum locum, Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Quonam modo enim verbi seminatores, licèt infatigabiliter diù sterilibus gentium cordibus nunc seminando, nunc plantando, nunc rigando insistentes, per semetipsos incrementum aliquod extorquerent, nisi pluuiæ illius in uirginale quondàm vellus descendentis stillicidia, terras huiusmodi cælitùs irrigando, fructificarent? Nam, teste Gregorio, nisi intùs sit, qui doceat, sermo doctoris in vanum exteriùs laborat: & econtrariò nulla in discendo mora est, vbi spiritus sanctus doctor adest. Ad hæc promissæ ortus iustitię, pacisque nunquàm posset abundantia stabiliri, nisi per ipsum, ipso mediante, qui solus est iustitia & pax omni credenti. Hac etiam arte suos semper nuncios Christi misericordia præuenit, sic à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum, filio suo eidem verè pacifico dominatum pater ęternus instituit ac dilatauit, & ab ęterno vsque in ęternum confirmauit. His per excessum, quamuis necessariò, insertis, denuò ad beati Burchardi, à quo digressi paululùm sumus, conuersationem describendam stylum retrahamus.

S. Bonifacius prædicat Germanis Christũ.

In manu Dei cũctarũ stat gẽtiũ salus.

Psal. 71.

Ibi.

Vt ad S. Bonifacium beatus Burchardus peruenerit. Cap. 4.

IGitur athleta Christi Burchardus, pubertatis floridę tyrocinio iam fortiter contra potestates aereas, & aduersùs mundi rectores tenebrarum harũ, contraque spirituales nequitias per mortificationem membrorum, quę sunt super terram, transcurso, in huiusmodi profectibus nequaquàm more quorundam sibimet placentium, in se, sed in Domino gloriabatur, dicens cum Apostolo, Gratia Dei sum id, quod sum. itemque: Non ego, sed gratia Dei mecum. Ecclesiasticis insupèr gradibus canonicè promotus, etiam ascensiones alias in corde suo disposuit, id est, ut de virtute in uirtutẽ, de bonis ad meliora semper prouehi posset, continua mentis reuolutione meditari cœpit. Ad hęc liberalium scientiam artium, compositionem

1. Cor. 15.
Psal. 83.

morum, sermonum facundiam, corporis elegantiā, cæteraq; sancti spiritus charismata perpendens non sine causa percepisse, quonam modo potissimè talētum sibi creditum duplicaret, horis omnibus nō cessauit sollicitè tractare, sciens dictum a Domino: Cui plus committitur, plùs exigitur ab eo. Intereà peruenit ad eum, cunctas Europæ partes iam peruagata, fama illius, cuius nuper mentionem fecimus, Archimandritæ Bonifacii, moxque Christi bono repletus odore, & quia cum sancto sanctus, & cum electo electus esse possit, consisus, tanti viri præsentiam, tāti doctoris audientiam sitire, & ad tantæ sanctitatis atque dignitatis conuersationem non destitit ardenter anhelare. Accidit autem diuina, quæ disponit omnia suauiter, prouidente sapientia, dum in agro Dominico vir idem Bonifacius, per omnia Apostolicus, totis desudaret viribus, seges etiam verbi Dei multam iam in messem cresceret, præcauens venerandus heros, nè paucitas operariorum feruens opus impediret, vt quamplures cooperatores à sua patria, quos idoneos nouerat, legatis atque literis ad excolendum nouale Dominicum, quod nouare iam cœperat, accerseret. Inter quos inclytus, & omni religionis testimonio nominatissimus presbyter Burchardus, ad nuptias agni vocatus, geminæ charitatis bis tincto cocco præcipuè rutilabat indutus. Hoc modo semper corda probans arbiter internus, desiderium pauperum suorum exaudiuit, sic voluntatem timentium se perfecit, dum corporalem præsentiam, quam spiritualiter in alterutrum uterque sacerdos ob suum perpetuum seruitium, multorumque populorum salutem, nunciis vicariis moliebatur, ipse mediante charitate colligabat.

Luc. 12.
Psal. 17.
Sap. 8.
S. Bonifacius multos ex Anglia euocat verbi Dei prædicatores.

Vt acceperit eum S. Bonifacius, prædixeritque fore eum Herbipolensem Episcopum. Cap. 5.

NEC mora, dum talia foris operabatur sancti spiritus gratia, in primorantorum virorum conuentu præsentiam suam propalare non dedignabatur per solita charismata. Nam mox post salutationem humilimam & oscula sancta, summus Christi pontifex Bonifacius, prophetiæ spiritu repletus, huiusmodi prorupit in oracula: Gaudeamus, inquit, fratres in Domino, qui benignitatis suæ manum porrigere dignatur labori nostro, fraterna nos consolatione frequentans, & rudibus Ecclesiæ filiis nouos semper eruditores ab insulis & à finibus terræ procurans. Gratias agamus ingenti eius prouisioni, qui societatem nostram ampliauit iam contubernio tanti viri. Isti proculdubiò custodiendum debetur ouile Dominicum, beati Kiliani sociorumque eius instantia collectum, doctrinis & exemplis instructum, ac martyrio consecratum. Seruus autem Christi Burchardus, humilitatis oculum in seipsum retorquens, licèt nil minùs se suspicaretur auditurum, utpotè qui modis omnibus subesse venerat, nō præesse: tamen humilitatem sine obedientia sterilē vel nullam esse perpendens, tandem post silentium stupore conceptum, in huiusmodi fertur responsum prorupisse: Credo, pater venerande, credo, quæ tua proposuit authoritas, nciosè te nequaquam protulisse: me quoquè si intùs nosceres, scio nullatenùs prosecuturum fuisse. Ego verò si ad id, quod loqueris, etiam me idoneum non esse veraciter profiteor, tamen quodcunque per tuam sanctitatem mihi impositur, oneri non obluctor. Deus enim si per te mihi misericorditer onus imponit, confido quia clementer leuabit. Adsum quippè per omnia tuo parere promptus imperio: & quia hoc pro nomine Saluatoris ago, per id me saluari cum eius gratia non ambigo.

Summus Pontifex, id est, Archiepiscopus.
Prophetia S. Bonifacii de S. Burchardo.
Modestia & obediētia S. Burchardi.

Vt communicato cum sanctis viris consilio, Bonifacius Burchardum Romam adduxerit. Cap. 6.

EX hoc tempore nobilissimo sanctorum virorum collegio sub magisterio summi præsulis Bonifacii cōsociatus Deo dignus presbyter Burchardus, cœpit ab exemplis singulorum solitam suæ conuersationis sanctitatem veluti quibusdam pigmētis accuratissimè condire, & illorum comparatione seipsum totamq; transactam vitam despicere. Indeque factum est, vt pro morum honestate, vitaq; in omnibus uel maximè laudabili, in breui omnibus esset amori & honori. Contrà verò ille beatus non seipsum commendans, sed in Domino cum humilitate sibi insolita pro bono conscientiæ testimonio mediocriter glorians, illam semper Psalmographi ruminare solebat sententiam: Non nobis Domine, nō nobis, sed nomini tuo da gloriam. Iamtunc nouum, immò primum se Christi tyrocinium profitebatur ingressum, in frequentia scilicet tot tamque robustorum militum Christi, quorū etiam vestigiis proponebat adhærere, quorum exemplis in montem Domini confidebat altiùs proculdubiò se posse repere, si tamen ea, quæ retrò erāt, oblitus, ad anteriora perseueranter extenderetur, donèc sic tandèm apparens conspectui Domini cum iustitia, dū manifestata solis electis eius gloria satietur. Fuerūt tandèm sub magisterio præfati doctoris Apostolici Bonifacii quamplures iam ad unguem sancti viri, Lullus scilicet, ipsius posteà ī præsulatu successor, Vuillibaldus & Vuinnebaldus germani, Vuigbertus, Sola, Eobanus & Adelharius atque Vualtherus, cæterique cooperatores illius in verbo Dei, quorum vocabula, gestorum eius liber cōtinet, monachica sub professione degentes, tamen Ecclesiasticis ministeriis atque prædicationi pariter inseruientes. Quorum, vtpotè spiritualium per omnia virorum, crebrò tractare curabat consilio, qualiter eandem lucernā diuini spiritus tam sufficienter accensam igne, Ecclesiæ superponeret candelabro, & quemadmodùm ad competentem perduceret effectum, quod de sancti Kiliani martyris populo acquisitionis, superna sibi gratia fuerat reuelatū. Tandèm tot templorum spiritus sancti concordantium roboratis oraculis, Pipinum, q Maior domus dictus, tunc Francorum regnum sub Childerico, solo nomine Rege, dispensabat, supplex adiit, eique super capitulo præsenti, sui cordis secreta reuelauit. Qui clementer more suo piis votis annuebat: neque hæc solùm, sed etiam suam ac regiæ dignitatis legationem siue literas, ad Sedis Apostolicæ Pontificem per eundem præsulem destinabat. Assumpto itaq; prædicto Burchardo presbytero, niuula præsul almus Alpium iuga non sine multis trāscendit periculis. Demùm quoquè, diuina eum gubernante prouidentia, saluo comitum & supellectilis suæ numero, mœnibus præsentatur Romuleis.

Psal. 113.
Philip. 3.
Psal. 16.
Nomina aliquot Germaniæ commemorat, cooperatorum S. Bonifacii.
Matt. 5.
Pipinus ipse post Childericum factus est Rex.

Vt Pontifex Zacharias eos exceperit, & pium eorum precibus assensum præbuerit. Cap. 7.

PRæerat his temporibus Romanæ Ecclesiæ Zacharias Pontifex, summus ouilis Dominici pastor, tā verbis quàm exemplis aptissimus, ab Apostolo Petro huic Apostolico Pontificatui nullo modo incongruus. Hic amplo sinu charitatis viros ex Germaniæ partibus Romam aduentantes colligere solitus

Zacharias Rom. Pont.

tus

tus erat, satagens modis omnibus nouellæ plantationis in fide Christi gentes elicere ad expetitionem loci, qui sicut antiquitùs per secularem potentiam mundi caput extiterat, ità sub Euangelicæ gratiæ tempore per susceptum Christi imperium, & principis Apostolorum, gentiumque doctoris martyriū ac sepulturam, in primatum uniuersalis Ecclesiæ profecerat. Cùm autem eidem Apostolico patri Moguntini Archipræsulis aduētos innotuisset, præmeditari cœpit, si quid cum tanto viro dignū Deo cooperari valeret. Audierat enim iam dudum sanctitatis eius famam longè lateque vulgatam. Veruntamen cùm ad hoc peruentum esset, ut post sibi datos amplexus mutuis fruerentur colloquiis, cœpit Romanus Pontifex percontari, quo rudis adhuc Germanorum fides munimine fulciretur religionis, verum de gentibus sub discipulatu proficientibus nouæ eruditionis, diuini respectus lucerna semper resplendeat in augmentatione populi fidelis. Hinc beatus antistes Bonifacius, cùm de his & de omnibus, quæ interrogatus fuerat, ueram ac distinctam reddidisset rationem, in extremis fassus est hàc sibi maximè fuisse ueniendi causam, vti Vuirciburgense oppidum, diœcesi suæ contiguum, Apostolicę authoritatis munimento cathedram Episcopalem sortiatur. Retulit etiam venerandus heros causam eiusdem religiosæ intentionis in audientia tam domini Apostolici, quàm uniuersalis, quæ tunc fortè cōgregata fuit, synodi, scilicet quòd quidam sanctissimæ conuersationis vir Scotigena Kilianus, olim ab Apostolica sede Francis Orientalibus prædicator directus, & apud ciuitatem prædictam martyrio cum sociis consummatus, modò multis miraculis ad tumbam suam clarescat, & propter ipsum diuini fauoris indicium, Regi Francorum cunctisque suis optimatibus placere, ut ad incrementum Ecclesiæ, salutemque tam nobilis prouinciæ, sedes Episcopalis ibidèm fiat. Laudabant omnes Christiani Regis desiderium, magnificabant ad hoc beneuolentiam principum, industriam præsulis, profectum Ecclesiæ crescentis. Tunc Bonifacium diligenter cępit percontari primò, quęnam huic officio persona posset legari, dicens rudibus in fide plebibus minimè congruere neophytum, secundùm præcepta Doctoris gentium. Dehinc si adhuc de fidelium collationibus vel oblationibus Episcopio sufficerent prædia, quibus pauperum necessitas, Clericorumq; sustentaretur inopia: asserens Episcopum familiæ Christi dispensatorem, sibi subiectis non solùm spiritualem, sed etiam victum prouisurum esse carnalem. Beatus igitur Bonifacius, munificentia charitatis præditus, prædiorum Episcopii sui partem, Romano Pontifici complacitam, Vuirceburgi Episcopio delegauit: vt futurus ibidèm Episcopus, sicut consors exsisteret laboris Dominici, ita etiam fieret temporalis particeps sustentationis, iuxta illud Apostoli: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. His ritè peractis, à Romano Pontifice iterum persona disquiritur, quæ huic officio idonea destinetur. Tum verò admirandæ prudentiæ vir Moguntinus antistes, omni honore dignum presbyterum Burchardum in medium deducens, cępit illum laudibus prosequi, suumque probabile testimonium illius superaddere probitati: asserens hunc ab occiduis partib⁹ ante annos aliquot in suorum sociorum contubernium aduenisse, & ex hoc nihil unquam in eo, quod pontificali dignitate videretur indignum, reperisse. Ad hæc Papa gloriosus, corde vultuque iam hilarior effectus, Agamus, inquit, fratres gratias prouidentiæ Saluatoris nostri: quia, vt verè dicitur, à solis ortu vsque ad occasum laudatur nomen Domini. Ab occasu venisse testatur, per quem diuina pietas veri solis ortum rudibus ministrabit populis. Prosequamur ergò alacriter per nostrum officium, quod diuina credimus ordinatione dispositum: sed anteà communi deuotione Christi pulsemus clementiam, quatenùs suā nostro ministerio porrigere dignetur dexterā.

Romana Ecclesia primas.

Synodus Romana sub Zacharia Pōtifice.

1. Tim. 3.

S. Bonifacius qd largit⁹ sit Ecclesiæ Herbipolen.

Galat. 6.

S. Burchard⁹ dignus Episcopatu declaratur.

Psal. 112.

Vt Pontifex Zacharias S. Burchardum primum Ecclesiæ Herbipolensis Episcopum consecrarit.

Cap. 8.

POst hæc inito consilio coepiscoporum, Cardinalium, totiusque Romani Concilii, cunctorū corda simul & ora fauorabiliter concordantia sibi inuenit, quatenùs Vuirciburgensis ciuitas orientalis Franciæ, cathedra pontificatus insigniretur: nec non & Burchardus, tam excellentis testimonii presbyter, ibidèm primus ab ipso summo sacerdote pręsul ordinetur & consecretur. Quod mox ipse cum omni deuotione & gaudio spirituali, tota Romana cooperante Ecclesia, festinauit adimplere, riteque peractum Apostolica authoritate, ratis quoque tam secularibus, quàm Ecclesiasticis adstipulationibus, canonicè ac iure gentium modis omnibus curauit confirmare. Nam vbi S. Zacharias electum Burchardum, Christi chrismate propriis manibus perfusum, Christo Christum Domini satis superque mysticis imprecationibus Ecclesiastico more commendauit atque sacrauit, priuilegiis eum Romanæ authoritatis sufficienter contra improbitates reproborum armauit: monitis paternis, quomodò paternè nouellam Christi vineam excoleret, instruxit: qualiter etiam paruam adhuc & inexercitatam nauiculam inter immensos fluctus seculi gubernet, diligenter consolatione sancti spiritus animauit. Ad extremum literis commendatitiis, suo nimirùm sigillo more Maiorum impressis, ad Principis Pipini patrocinia, cunctorumque fidelium Christi remisit: & quod omnibus his excellit, sanctorum reliquiis ad ædificationem & tutelam nouæ Ecclesiæ copiosè ditauit. Deindè uterque præsul facultatem recedendi rogant à magistro, eiusque pedibus aduoluti, benedictionis Apostolicæ contra omnia tam instantis itineris discrimina, quàm vniuersa vtriusque hominis in huius seculi pelago pericula, benigno muniuntur solatio. Sic vtiquè de cunctis, pro quibus uenerant, responsis apprimè certificati, proprias ad sedes redituri, cū maximo gaudio sunt iter aggressi. Quos Romanus Pontifex, non sine lachrymis paternæ pietatis, huiusmodi prosecutus est vocibus & votis: Ite, inquit, iam in pace Christi, fratres charissimi, cooperatores agri Dominici, seminatores verbi diuini. Crescat & multiplicetur fructus laboris vestri, rore vel imbre nutritus spiritus sancti. Cauete, quæso, nè uobis, quod absit, torpētibus vel dormientibus, in agro summi patrisfamilias zizania superseminet inimicus. Continuò intendite tempus messis, quandò manipuli laborum vestrorum Dominicis condātur in horreis potiùs, quàm fasciculi zizaniorum tradantur incendiis. Comitetur uos semper Angelicæ protectionis auxilium, quo perficere possitis omni tempore susceptum sacerdotale ministerium. Suffragetur instanter & in dies vestræ solicitudini ianitor cælestis aulæ, a cuius sacratissima cathedra officium suscepistis pastoralis curæ. Ipsius & preces vitam vestram tueantur, qui tempore tentationis, Saluatoris tutela defensus est, nè a satana velut triticum cribraretur.

S. Burchardus primus consecrat Herbipolēsis Episcopus.

Pōtifex abeūtib⁹ Episcopis benè pcatur

Matt 13.

Luc. 22.

Vt beatus Bonifacius, legatione fretus Apostolica, sanctum Burchardum in sede Episcopi collocarit, Cap. 9.

TRansmissa dehinc, gratia Christi eos protegente, absque vllius læsionis impedimento, Alpiū difficultate, Dei quoquè cum laudibus & canticis spiritualibus, post longa Bauariæ prouinciæ siue Alemanniæ spatia emensa, gratos orientalis Franciæ fines attingunt, in cuius penè medio positum ad oppidum Vuireeburgense peruenerunt. Quibus tam inibi inhabitantium, quàm ex uicinis locis multitudo hominum ingens occurrebat. Nam fama præueniens, huc illos congregauerat. Qui omnes ad fontem vitæ corda sitientia Christi sacerdotibus offerebant, ac supplicibus admodùm clamoribus ipsum aerem usque ad sidera, ut ità dictum sit, implebant: Benè, inquiunt, venite patres benedicti à Domino, venite serui Dei excelsi, uenite laboratores animarum nostrarum, augmentate diuina semina verbi, à beato kiliano olim nobis ministrata, quo uomere sermonum vestrorum exculta tellus nostrarum mentium, dignos queat ferre fructus fidei bonorum operum. Quibus auditis, vterque præsul præ gaudio lachrymas fuderunt: suisque benedictionibus Christi gregem consignantes, eidem pastori pastorum tam deuotas oues intimis precibus commēdarunt. Inter hæc egregius Archipræsul Bonifacius, in exultatione spiritus sancti iam hilarior factus, in auribus omnium huiusmodi benedictionis & vaticinii sermonem protulit: Felix eris amodò Vuirceburgum, & inter Germaniæ non ignobilis vrbes: & quāuis temporibus quarundam ciuitatum postrema habearis, tamen exornata corporibus martyrum, inferior vltrà non habeberis. In numero Trinitatis martyribus tribus fulciris, ad suppletionem tetradis: eccè probitas iam accessit Burchardi pontificis. Intereà peruentum est ad locum orationis: vbi fusis precibus, arreptum manu nouum pontificem, Romanus Legatus, id est, magnus Bonifacius, conspectibus præsentauit totius populi circunstantis. En, inquit, nostra solicitudine vobis fratres acquisitum, à Romana & Apostolica sede consecratum atque directum repræsento pontificem, necessarium nouellæ fidei vestræ, à magistro meo Zacharia mihi commendatum exhibeo patrem. Huic non adulatorium uel fictum, sed uerum & experimentis probatum, in conspectu & in auribus omnium vestrū exhibeo testimonium, idipsum nimirùm, quod tam coram principe Pipino, quàm coram vniuersali sacerdotum magistro me constat perhibiisse nupèr in Romano concilio, in medio fratrum nostrorum, videlicet quòd meritis, scientia, conditione & ætate, omnimodaque conuersatione, pontificali est officio dignus & idoneus, sicuti iustum est ità me sentire de huiusmodi collaboratore, cui securus mei laboris impertiar onus. Neminem autem vestrum volo ignorare, filioli, causam istius, quòd hodiè in nomine Christi eiusque sponsæ cōiunctione initiamur, officii. Primus itaque fundator uestræ fidei kilianus, ab Apostolica vobis pastoralitate transmissus, fidem, quam verbis docuit, hoc ipso in loco martyrii testimonio comprobauit. Eccè idipsum præsentis tumuli loquitur confessio, vbi ad eius sociorūq; illius corpora, per sanitates & miracula, credulitatis vestræ diuinitùs exercetur die noctuq; confirmatio. Hæc mihi primùm gratia Christi per quendā fratrē nostrū innotescere voluit, Adelhelmū scilicet presbyterū, q lumen oculorū, Dei iudicio sibi ablatū, hic iuxta glebas martyrij meritis eorundem recepit. Deindè numerosis tantā sanctitudo signis in nostra diœcesi manifestata, visa est tam mihi, quàm cunctis circunquaquè fratribus nostris, non esse negligenda. Nunc uerò virum hunc, omni honore dignū, consensu principū electū, Apostolica confirmatione cōsecratū, vice nostra & legatione Romana, qua fungimur, uobis hodiè propriū cōstituimus & præsentamus Episcopū: quatenùs ab hodiuerna die & deincèps uniuersa sacramēta Ecclesiastica, id est, chrisma, & consecrationes, & ordinationes, pœnitentiæ ac indulgentiæ, per hunc patrē vestrū, suosq; subiectos ac successores canonicè administrētur, neq; hæc ultrà, ut priùs, Mogūtiæ vel vspiàm alibi, à nobis seu posteris nostris expectāitr. Hūc vice Christi, cui credidistis, honorate. Huic Christi vobis præcepta tradenti, ac de cælis misso diligenter auscultate: ipsi etiā, ut potè pro vobis in die iudicii rationē reddituro, per omnia & in omnibus obedite. Decimas & oblationes, synodales conuentus, festiuitates & ieiunia, ac quaslibet alias Christianitatis obseruationes, ut verè Christiani Christiq; cohæredes, per ipsū uobis imposita, iuxta Canonū decreta persoluite: sed & de his omnibus in illa æterna uita mercedem æternam à iusto iudice, eodèque pio remuneratore, certissimè sperate.

Vide quā cupide Christi fidē recipiant Germani.

Prophetia S. Bonifacij de Herbipoli.

Rom. Pontifex vniuersalis Episcoporum magister.

Miracula ad tumulū S. kiliani.

Decimas & oblationes ... persoluenda.

Quo tempore institutus sit Vuirceburgicus Episcopatus. Cap. 10.

HAEc multaq; his similia postquàm perorauit, ilicò uox omnium quasi uox una in electionē & susceptionē tanti pontificis unanimiter cōcordauit. Tunc senior almus literas Apostolicas, Vuireburgensis Episcopatus institutionē cōfirmantes, plebiq; præsenti, nec non in futurū usq; ad mundi finē ibidèm Christo crediturae, consolationē abundanter exhibentes, publicè recitari præcepit: sicq; tā à Deo, quàm ab omnib' electū antistitē Ecclesiastico more cum infinita cunctorum, qui aderant, alacritate atque tripudio inthronizauit. Deindè plebē ad propria remittens, ipse cū magnatibus cuncta, quæ ius Episcopii iuxta patriæ morē exigebat, p aliquot ibidèm dies cōmorans, venerabiliter disponebat: id est, terminū undiquè nouæ diœcesi, prout competens videbatur, distinguebat, parochias presbyteris per singulas plebes gubernādas diuidebat: & si qua præter hæc res expostulauit, una cum nouitio præsule constituebat. Tandèm vniuersis, quæ ad præsens negocium pertinebant, domi forisque, prout poterat, non segniter compositis, unanimi ualefecit amico & coepiscopo Burchardo: quem in propria sede relinquēs, ipse Mogūtiæ metropoli se præsentaturus, post mutuas utriusque lachrymas, ad propria repedauit. Acta est hæc noua institutio noui pontificatus apud vrbem Vuirceburg, anno Dominicæ incarnationis septingentesimo quinquagesimoprimo: anno uerò sexagesimosecundo post passionem sanctorum martyrum kiliani ac sociorum eius, quæ incidit in annum incarnationis Dominicæ sexcentesimum octogesimumnonum: ad incrementum Ecclesiarum Germaniæ, maximeque ad salutem totius Orientalis Franciæ, authoritate nimirum Zachariæ Papæ, consensu quoquè Pipini iunioris Principis Franciæ, mediante Bonifacio Præsule Moguntino, beato verò Burchardo primo pontifice ad eandem cathedram consecrato, ad honorem ingeniti Dei patris altissimi, eiusque vnigeniti filii Iesu Christi Domini nostri, & sancti spiritus paracleti: Cui semper est laus & gloria in una Trinitate, trinaque Vnitate, ante omnia & in omnia seculorum secula, Amen.

Diœcesis Vuirceburgicæ limites statuūtur à S. Bonifacio.

Episcopatus Vuirceburgensis quādo institutus.

Liber

LIBER SECVNDVS.

PRAEFATIO.



Via succurrentibus primùm Deo placitis eximii præsulis Burchardi meritis, deinde vrgentibus charitatis fraternæ stimulis, prout sancti spiritus gratia concessit, stylo currente digessimus, qualiter idem pastor huius Ecclesiæ primus, á primæua victitans ætate, posteà pro vitæ meritis ac sapientiæ doctrina, perfecto iam hominis vtriusque robore, ad curam pastoralitatis, siue culmen regiminis peruenerit: superest, & quod negare non possumus, cõsequens videtur, per ordinem vtcunquè prosequi, quemadmodùm ad hoc ritè perueniens, vixerit: & benè viuens, vti docuerit: & item docens, qualiter infirmitatem propriam semper considerans, & in Dei sacrificio caudam perseuerantiæ, boni initij capiti non subtrahens, se suaque cuncta in eo, qui verè dicitur Alpha & O., sicut cęperat, finierit.

Vt sanctus Burchardus Romam missus sit pro regni negocijs. Cap. 1.

Ephes. 6. IGitur venerabilis Antistes Burchardus, qui toto ineuntis ætatis suæ tẽpore scuto fidei protectus, galea salutis & lorica iustitię indutus, ac spiritus gladio, quod est uerbũ Dei, armatus, contra spirituales nequitias inexpugnabilis steterat: vbi se speculatorem domus Israel in quadam Ecclesiæ turri positum conspexit, sic super custodiam suam totis noctibus stare satagebat, sic uocem suam quasi tuba super montem excelsum contra gladium uenientem exaltare curabat, uti nè ciuitates animarum sibi subiectarum, se dormitante, parcæ nescius hostis irrumperet, nec caulas ouium Dominicarum lupi rapaces, siue leo circumiens, inuaderent, & ob hoc sanguinẽ pereuntium de manu eius summus paterfamilias postea requireret. Sedula quoquè cordis anxietate cępit meditari, qualiter sibi commissas Dominicas oues verbo Dei pasceret, & in omni fidelis prudentisque dispensatoris cura tam se, quàm Christi familiam regeret, ita vt in extremo superni iudicis examine, Eugè Dominicum posset promereri. Erat autem Dei famulus eloquio valdè mitis, vultu venerãdus & affabilis, in vigiliis sedulus, in lectione assiduus, in eleemosynis, quantùm facultas suppetebat, satis benignus & beneuolus, solicitus de commissis, prouidus in consiliis, in uniuersis moribus compositus, in bonis actibus indefessus, in contemplatione præ cũctis suspensus. De tanti viri humilitate scribere quippiam omninò superfluum fuerit, cùm necdùm nomen & officium Episcopale valuisset pompaticum, nisi quòd ipsa quæ in loco sepulturæ eius seruatur, uirga sambucea, semper nobis ad memoriam reducit humilitatis eius exempla. Vndè constat, quanto preciosior sit coram illo, qui humilia respicit, & alta à longè cognoscit, pastor Burchardus cum sua pastorali uirga modernis pastoribus, qui pascentes semetipsos, vix in ipsis baculis suis aliqua carent pompa. Fertur etiam, quòd non minùs exterioris hominis cõpositio diuinicùs sibi collato congrueret officio, uidelicet cùm iam ætate matura vergere cępit in senium, corpus gereret etiam ipsa statura decorum. Quid plura? Dum per omnia & in omnibus officio pontificali dignus & idoneus videretur, non incongruè dicitur, quòd non sine causa, sed meritò ab omnibus amaretur. Quomodò enim posset non amari, quem tot charismata decorabant cælestis beneficij? Adeò deniquè habitus est ab omnibus honorabilis, ut etiam totius regni consilio vna cum Folrado Abbate eodemque Archicapellano ad prędictum Zachariam Romanum Pontificem mitteretur. Hinc vt altiùs nonnihil repetamus, solebant Franci ex antiqua Regum stirpe Reges habere, qui è Merouen, Clodii secundi Regis eorum filio, Merouingi dicebantur: quorum genealogia vsque ad Childericum tunc temporis Regem permanebat, in quo etiam deficiebat. Sed licèt in illo finita posset videri, iamdudùm tamen nullius vigoris erat, nec quicquam clarum in se, præter inane Regis uocabulum præferebat. Nam & opes & potentia regni penès palatii præfectos, qui Maiores domùs dicebantur, & ad quos summa imperii pertinebat, tenebant, nec aliud quicquam permittebatur Regi, quàm vti regio tantùm nomine contentus, crine profuso, barba submissa in solio resideret, ac speciem dominantis effingeret, legatos vndecunquè uenientis audiret, eisque abeuntibus responsa, quę doctus erat aut iussus, ex sua velut potestate redderet: cùm præter inutile Regis nomen & precarium vitæ stipendium quod ei præfectus aulæ, prout videbatur, exhibebat, nihil aliud possideret, quàm unam & eam paruí redditus villam, in qua domum, & ex qua familiam, necessaria sibi ministrantes atque obsequium exhibentes, paucę numerositatis haberet. Quocunquè eundum erat, carpento ibat, quod iunctis bobus, & bubulco, more rustico, agente trahebatur. Sic ad palatium, sic ad publicum conuentum, qui Calendis Maii ob regni vtilitatem annuatim celebrabatur, ire solebat, & coram tota gente præsidens, omnesque salutans, & ab eis salutatus, debitisque obsequiis honoratus, sic domum redibat, sicque secum vsque ad alium Maium domi residebat, ac regni administrationem, & omnia, quę vel domi, uel foris agenda erant ac disponenda, præfectus aulę procurabat. Quo officio tunc, cùm prædicti legati mittebantur, Pipinus Caroli filius, id est, Caroli Magni pater, iam velut hæreditario iure fungebatur. Zacharias Papa super huiusmodi negocio consultus, remandauit per Burchardum pontificem & Folradum Abbatem, melius esse vocari illum Regem, apud quem summa potestatis consisteret. Dataque authoritate sua, Pipinum Regem constitui iussit. Qua legatione peracta, Pipinus per authoritatem Apostolicam, qua tam probabiles viri in audientia Primatum scriptis ac dictis deferebant, more Francorum electus ad regnum, per manus sancti Bonifacii Archiepiscopi Moguntiacensis eleuatus est in regni solium in Suessionum ciuitate. Qui pòst per Stephanum Papam unctus in Regem & confirmatus, atque à iuramento, quod Childerico Regi cum cæteris primatibus fecerat, absolutus, posteà regnauit annis quidecim. Childericus verò, qui falsò Regis nomine fungebatur, tonso capite, in monasterium missus est.

Sed de his tã dixisse sufficiat, quorum nũc mentionem prorsùs attingimus propter Burchardum nostrum, qui tantis negociis strenuus omninò legatus cooperator interfuerat.

Officiũ boni pastoris. — *Ezec. 18.* — *Matt. 25.* — *Virtutes & dotes S. Burchardi.* — *Virga pastorales qualis olim fuerunt.* — *Psal. 137.* — *Ezec. 34.*

Mittitur Romam. — *Breuis historia Gallica.* — *Maiores domus, id est, palatio præfecti.* — *Pipinus Caroli Martelli filius, & Caroli Magni pater.* — *Creatur Rex Frãcorum.* — *Fusius hæc habet Aemilius lib. 2. de rebus Frãcorum.*

Vt sanctorum martyrum corpora B. Burchardus eleuarit. Cap. 2.

BEatus igitur Burchardus, cùm de die in diem, de virtute in virtutem, de bonis ad meliora proficere non cessaret, indeque fama ac memoria eius cũctorum longè lateque quasi meliora indulcoraret, anno secundo ordinationis suæ tractare cœpit cum comprouincialibus Episcopis, multisque viris religiosis, sed maximè cum glorioso magistro suo, metropolitano Episcopo Bonifacio: vt eorum consilio & adminiculo corpora beatorum martyrum Kiliani sociorumque eius, è loco, in quo ab infidelibus temerè posita fuerant, leuaret. Collecto deniquè clero ac populo, indixit ieiunium, vt digni possent reperiri, à quibus sancti martyres permitterent sua corpora moueri. Constituta autem die eleuationis martyrum, confluxit undiquè multitudo maxima populorum: alii religionis studio, alij recuperandæ sanitatis desiderio, nonnulli etiam curiositate miraculorum, uniuersi tamen conuenerunt amore & ueneratione martyrum. Tunc venerabilis pontifex Burchardus cum crucibus & thuribulis, omnique apparatu Ecclesiasticæ religionis ad locum sepulturæ martyrum processit, acceptoque sarculo primus fodere cœpit, subuenientibus sibi ministris, ad hoc opus anteà destinatis. Sed postquàm tellus egesta est, non alia scrobe inuenta sunt martyrum corpora ità fragrantia, ut omnium circunstantiũ nares suauitate tanti odoris replerentur. Carnibus quippè martyrum iuxta carnis naturam in cinerem redactis, cætera, quæ cum illis fuerant defossa, penitùs incorrupta inuenta sunt, adeò ut nec folium de libris, nec fimbria corupta videretur de vestimentis. Illicò venerandæ sanctorum reliquiæ, cum maximo Cleri plebisq; tripudio de terræ puluere leuantur, ac sericis reuerenter inuolutæ palliis, manibus sancti præsulis feretro nuper ad hocipsum opus ornatissimè præparato, membratim componuntur: fitque denuò populi ingens concursus, & indè constipatæ multitudinis tumultu, tam Episcopi quàm Cleri quodammodò processus. Ambiebat nempè multimodis conatibus popularis ille conuentus, si quis posset manu feretrum tangere, uel transeunti succumbere, siue manibus in altum eleuatis Deo gratias referre, aut ecótrà flexis poplitibus seu ceruicibus, quicquam deuotionis Christi martyribus suppliciter impèndere. Vox una resonabat omniũ: Gloria in excelsus Deo, Laus Domino nostro Iesu Christo: nec non kyrie eleison, Christe eleisõ, & multa id genus. Tanta verò interim miraculorum insignia meritis Christi martyrũ coruscare videbantur, ut si qui fortè aderant, qui exemplo nimirùm Thomæ Apostoli in fide titubarent, visis tot miraculis, solido robore credulitatis firmarentur.

Nota antiquam Germanorũ pietatẽ & religionem.

Odor suauissimus è corporib⁹ martyrũ.

Res mira Eleuãtur sãcti martyres de terra puluere.

Luc. 2.

Nota miracula.

Vt Ecclesia Vuirceburgica prædijs & limitibus aucta sit. Cap. 3.

GLoriosus autem antistes Burchardus Christi martyrib⁹ dono dedit, immò sponsæ suæ Ecclesiæ Vuiceburgensi prædia in dotem contulit, quæ dudum, cum S. Bonifacio commorans, & cum ipso palatium regale frequentans, vel parochias circuiens, conquisierat, seu preciis in suæ proprietatis sua ab ingenuis viris comparauerat. Illustres quippè Francorum & optimates, eundem virum in patria sua ex cunctis genitoribus suis satis nobilitatum audientes, insupèr mores illius omni religione & sapientia præcipuos considerantes, nonnulli de remedio animarum suarum cum tali seruo Dei tractare cœperunt, indeque res suas, si quas Domino uouebant, per manus illius tutissimè consecrari vel dispensari credebant. Itaque villam, quæ dicitur Michelustat, quam ei Carlomannus princeps quondam in proprium ius tradidit, ipse legitima inuestitura sanctis martyribus confirmauit. Similiter etiam Hohenburg, multaque alia allodia, quæ diuersis in locis à nobilibus viris quocunque pacto susceperat, coram multis fidelibus testibus, & omnium orientalium Francorum principibus, ad eorundem martyrum reliquias inuestiebat. Insupèr ad supplementum noui pontificatus, & amplificationem Ecclesiastici cultus, altimoniam quoquè Cleri tam futuri, quàm præsentis, regia munificentia collatum est sancto Kiliano castellum, quod Karelburg uocatur, cum fisco regali, cunctisque illò pertinentibus redditibus: ac eandem traditionem testamento regali, nec non priuilegio Apostolici præsulis metropolitanus pótifex Bonifacius, unà cum principibus & comitibus, Regis Pipini legatione fungentibus, sancto Kiliano ritè cósfirmauitq; ac beato Burchardo præsenti Episcopo dotes ac decimas, suæque Sedi contiguas ecclesias, in nouam eius parochiam conterminauit.

S. Burchard⁹ q̃ largit⁹ sit Ecclesiæ suæ.

Dotat Rex ecclesiam, & Pipin⁹ cõfirmat.

De Immina virgine, & permutatione, quam ea fecit cum S. Burchardo. Cap. 4.

EO tempore quædam virgo Deo deuota, natu simul & moribus nobilissima, super montem, qui nunc S. Mariæ mons, siue Vuirceburg antiqua, dicitur, continentissimam cum plerisque uoti eiusdem fęminis degebat uitam, nomine* Immina. Hæc habuit patrem filium Gosberti Ducis, Hettanum nomine: quæ tam sapientissimo nihilominùs consiliario cuncta cordis sui reuelauit arcana. Inter quæ etiam huiusmodi subintulit labiis tremebũdis elogia. Credo, inquit, & gaudeo, pater post Christum & in Christo dilectissime, quòd per tuę sanctitatis præsentiã, Dominus noster Iesus Christus neophytam hanc ecclesiam sublimare modis omnibus, ante mundi constitutionem in suæ maiestatis & æternitatis præscientia proposuit, & idipsum nunc in oculis nostris manifestare cępit. Quapropter de me, proût ipse humilitatem ancillæ suæ respicere dignatus fuerit, pro hocipso precum mearum instantia, quandiù his artubus vtor, nullatenùs deerit. Nec clam te, pater, esse patiar, quòd iam quadraginta & uno ampliùs anno eundem animæ meæ sponsum, cũ ancillis meis, quæ se mecum in eius pręparant occursum, sub ancipite carnis ac spiritus luctamine, nimis anxiè pręstolor: modò uerò suę paternitatis consolatione, quam tandiù ardenter desiderabam, abundè consolata, vellem, si fieri posset, propter vitandum tumultum, quẽ amodò forsitan populi venientis ad fidem hoc in loco frequentia parabit, potiora quærere secreta. Opto etenim, ceu beatus & iustus ille Simeon, quia uiderunt oculi mei salutare Dei, lumen videlicet gentis Israel, iam fatiscentibus membris, in pace dimitti. Est autem castellum, quod Karelburg dicitur, Ecclesiæ vestrę nuper augmento per diuinam gratiã collatum, sanctę nimirùm Gertrudis quondàm, dum pro Christi amore procùl carnalem illecebram fugeret, latibulum, & eiusdẽ Dei famulæ, & cæterarum secũ cõuersantiũ antiqua inhabitatione sanctimonialibus non inconueniens habitaculũ. Quòd si tuo, pater alme, cõsensui placuerit & industrię, monasteriolũ in beneficium à te suscipiam: istam verò paternam

Immina soror, vel neptis Gosberti Ducis.

Luc. 2.

S. Gertrudis latebræ in Karelburg.

hęredi-

hæreditatem meam iure gentium sanctæ Vuircebor gensi Ecclesiæ perpetua proprietate stabilem atque firmam perficiam. Quid plura? Beatus Burchardus nactus eam optionem, id quod rogabatur, uolunta riè concessit, multaque diligentia rataque adstipulatione coram regni principibus, & maximè Frācis orientalibus, confirmauit eidem, vt venerabilis Immina karelburg cum omnibus illò pertinentibus prædiis, in beneficium usque ad vitæ suę termi num possideret: mons verò Vuirceburg cum suis appendicijs, id est, prædijs, redditibus & terminis, omnimodisque vtilitatibus, perpetua proprietate Vuirceburgensi Episcopio subiaceret.

De felici obitu Immina virginis, & eius in karelbur sepultura. Cap. 5.

S. Immina sāctissimè ī monaste rio viuit.

QVa non tantùm precaria, verumetiam traditione potestatiua, legitimè testibus & scriptis delegata atque roborata, virgo Christi cum suis omnibus karelburg contulit se, ibique deincèps cum multis cōsodalibus sponsi cęlestis, occursui vigilijs, ieiunijs & orationibus, cunctisque bonis actibus se, quandiu superfuit halitus in ea, continuè præparare non desiit. Ad extremum verò post bonum certamen certatum, cursum consummatum, & fidem seruatam, infælix coronam à iusto sibi iudice repositam receptura, carnis suæ, quam totiès pro Christo crucifixerat, tangitur molestijs, nec multò pòst ad cęlestem thalamum se uocantis vocem dilecti sui, cuius amore languerat, auribus audiuit interioris hominis: Veni de Libano prosima mea, veni, coronaberis. Cui cùm lętissimo respondisset affectu, Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ità desiderat anima mea ad te, Deus: sumpto viuifici sacramenti viatico, socias ad bella spiritualia, quantùm valuit, uiriliter ut ipsa catenùs virago fortis animauit, quibus & inter huiusmodi alloquia vale vltimum fecit: mosque sarcinulam lætabunda deposuit, & ciuibus iūcta superuis, ad agni Dei comitatum, palma virginitatis & uoluntariæ paupertatis martyrio pulchrè decorata, migrauit. Cuius venerandam corporis glebam vir Domini Burchardus in eodem Dei genitricis templo, quondam à beata Gertrude constructo, officiosè curatam, iuxta altare versùs Aquilonem, condignis cum exequiis, animam Christo commendans, ritè recondidit. Ex tunc usque in hodiernum diem, utrunque de prænominatis castellis exintegrò sancto pontifice Burchardo prouidente, cessit, hocque tam auspicato procurationis illius & conquisitionis initio, nouella plantatio Vuircebur gensis Episcopi modis omnibus, vt est dies hæc, ditari atque dilatari cępit.

Cant. 4.
Psal. 41.
Immina obitus.

Vt sanctorum kiliani & sociorum eius martyrum corpora. S. Burchardus triennio in monte seruarit. Cap. 6.

S. kiliani & sociorū religiam mōte trāsferuntur.

VEruntamen ut ad superiora parumpèr reflectamur, statim post eiusdem cōcambii, quod pręsul Burchardus cum generosa Christi sponsa Immina fecerat, euentum, conuocatis certo die tam Clero quàm populo, martyrum corpora nuper de terræ puluere leuata, cum veneratione maxima super mō tem sæpè dictum, comitantibus populorum turbis, transportari fecit: sicque ut verum cæli animal, antè & retrò oculatum, tam futura prospiciens, quam pterita custodiens, seu pręsentia communiens, inuestituram eiusdem possessionis patrono suo martyri kiliano perpetuò stabiliuit. Nam per continuū triē nium ibi in basilica sanctæ Dei genitricis easdem sacratissimas reliquias indeficienti cultus religionis officio, tam per seipsum, quàm uniuersum sibi adhęrentem Clerum, reuerenter excubans custodiuit. Et quia locus idem sub antiquis olim Ducibus ara & caput fuerat totius orientalis Franciæ, nupèr autem ibidèm prima fundamenta sunt iacta nascentis Ecclesiæ, cunctis eum studiis amplificare, prout valebat, satègit; proposuitque principali illic suæ sedis instituere monasterium, vbi gentis illius & prouinciæ primitùs initiabatur salutis exordium. Cùm die noctuque talia meditando, solicitudinis animæ saxum ingens uolueret, præsertim cùm asperitas montis, & arduus ascensus, atque penuria aquę iis, quos illic Deo militaturos congregare disponebat, importunitatem omnimodam generarent, tandèm ad solita precum solatia, atque diuini consilij refugium, totam sui cordis intentionem transtulit: quatenùs ipse, qui Dauid in area Areuna locum suo tabernaculo designauerat prædestinatum, etiam nunc nascē ti suę Ecclesiæ ad generandum semper nouam sibi sobolem, cęterisque suis cęremoniis aptum demō strare dignetur locum.

Nota de monasterio.
2. Re. 24.

Vti per reuelationem ea corpora in urbem reportarit. Cap. 7.

FOrrò idèm dux populi Dei solebat cum Moyse vel Aaron pro omnibus, quibus affligebatur, solicitudinibus, à tabernaculo diuinæ clementiæ responsa requirere: nec hoc solùm, sed etiam cum Iacob post Liæ, id est, actiuę uitę tedium, ad Rachelis, id est theoriæ amplexus recurrere: huiusmodi studiis dum aliquandò vigilantiùs insisteret, atque uerè membrum illius, de quo dicitur, Custos, quid de nocte? vigilias noctis super gregem sibi commissum custodiret, dicens in corde suo, non verbis, sed actibus, Super custodiam meam sum stans totis noctibus: dum, inquam, sic staret oculis ac manibus in cęlum omnis intentus, subitò corporalibus oculis conspicit quasi tres candelas ardentes ab eàdem basilica, qua martyrum reliquiæ seruabantur, per aerē quadam diuina virtute deferri: quæ trans flumen in loco sepulturæ martyrii demissæ, post horæ unius spatium super montem, undè uenerant, visæ sunt reuerti. Intellexit per spiritumsanctum vir Dei, visionem ipsam sanctarum fuisse pręsentiam animarum, locum suæ passionis visitantium. Quod cum fratribus & plebibus retulisset, visum est omnibus, vt monasterium, quod in monte constituere disponebat, circa sepulturam martyrum, ubi lumen cęlitùs descēdisse conspexerat, potissimùm fabricaret: & quod & primùm de lignea materia initiatum, post hæc accuratiori lapidum structura per sanctum Dei pontificem ad unguem est perductum. Vbi & denuò sanctorū corpora relata, & in operoso sarcophago gloriosè sunt recondita. In quo loco tam illorū, quàm beati Burchardi meritis, nouæ sedis Episcopi, nunquàm beneficia Saluatoris nostri desunt iis, quicunque credulo corde ea perquirere non desistunt. Deniq; Veritas, quæ dilectoribus suis pollicetur, Eccè vobiscū sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi, quod alibi tā factis quàm verbis impleuit, hic idem ad tumbas vel confessiones martyrum tā corporaliter quàm spiritualiter operari nō desinit. Cęci vident, surdi audiunt, claudi ambulant, leprosi mundantur, &c. Nam ut vbiquè scriptis patrum edocemur, dum increduli scientia veritatis & fidei illuminantur, quid nisi cæcis visus panditur? Dū diuini verbi occulta nesciētibus per expositorū dicta reserantur, quid nisi surdis auditus aperitur?

Gen. 29.
Esa. 21.
Ibidèm.
Visio S. Bruchardi.
Extruit monasterium.
Matt. 28.
Miracula ad corpora sanctorum.

Heb 12. Claudi ambulant, dum bonorum operum, viçque rectitudinis expertes, iuxta præceptum, semitas iustitiæ rectosque gressus sub pedibus suis facere non dubitant. Mortui resurgunt, quotiès obruti culpis mortalibus, ad uitam æternam capessendam afflati spiritusancto, per pœnitentiam expergesiunt. Hos & huiusmodi diuini seminis fructus, i nouali Vuirceburgensis Ecclesiæ succrescentes, tam beati Burchardi, peruigilis nimirùm coloni, solicitudine non pigri, quàm beati kiliani, primi plantatoris industriæ non inconuenienter adscribimus. Ideoque luce clariùs constat operæprecium esse, quandoquidem vtriusque meritis, si veraciter & dignè mēbris vt potè membrella cógloriamur, nè terminos, quos ipsi bonis exemplis suis posuerant, & nos lau *Prou. 22.* de dignos approbamus, quod absit, vt filii nequam transgrediamur, sed potiùs exemplis eorum innitēdo, confidendoque precibus, fidem dictis nostris per opera faciamus.

Vt beatus Burchardus monasterium sub monte condiderit. Cap. 8.

INtereà sanctus Dei, quamuis, ut sæpè diximus, actiuæ vitæ solicitudinibus plurimis cū Martha nonnunquàm ob incultę adhuc Dominicæ vineæ curā turbaretur: tamen crebrò ad pedes Iesu refugium quærere, ibique cum Maria sub alarum Christi uelamento protectus, in lectionibus assiduis verbū Dei, cuius se debitorem cæteris nouerat, intentiùs audi- *Psal. 84.* re delectabatur, dicens intrà se: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Vndè cùm Paulum sibi di- *2. Tim. 2.* centem intenderet, Labora sicut bonus miles Chri- *Vacat S. Burchardus tam Magdalenæ quàm Marthæ exercitijs* sti Iesu, & cætera talia, nullam villicationi suæ concessit ocii moram, quin, vt iam diximus, aut Marthæ ministeriis, aut Mariæ contemplationibus inuigilaret. Quapropter eiusdē exercitii sibi prouidere curauit officinam, exemplo scilicet beati Martini, qui separatam ab Episcopii tumultibus eadem pro causa construxerat cellam, in arcto procliui montis sæpè dicti, & allapsu Mœni fluminis, cępit instituere cęnobium: quod in honore Dei genitricis sanctique *Cōdit monasteriū S. Mariæ.* Apostoli Andreæ constructum, tanta dotauit quātitate prædiorum, quæ duodecim fratribus Canonicis, ibidèm Deo militantibus, sufficerent ad uictum & vestitum. Inter quæ dotalia eidem concessit monasterio prædictum montem Vuirciburg cum prædiis & redditibus, sicut acquisierat à præfati Ducis Hettani filia: stabiliuitque donationem illam iure gentium coram cunctis prouinciæ primatibus, ordinatis ibidèm in seruitutem Domini duodecim sub Canonica uita fratribus. Ipse quoquè Dei famulus, quoàd vixit, locum eundem per seipsum, ut potè à secularium turbine curarum ad huiusmodi portus tranquillitatem confugiens, incoluit, & pro facultatum suarum quantitate, necessariis impensis summaque diligentia excolere non cessauit: forsitan ob hoc maximè, quia spiritu sancto præmonstrante, corporis sui reliquias præsciuit ibidèm quandoquè cōdendas fore, donèc altera stola, scilicet immortalitatis, indutum mortale hoc, incorruptione potiatur ęternę vitę. Recondidit etiam in eâdem basilica digna cum ueneratione corpus cuiusdam martyris, *Hūc quidā volūt esse Confessorem.* Magni nomine.

Hoc loco sequebatur Cap. 9. & in eo quædam de Magno martyre, Authori incomperta, ut ipse testatur, quæ nos omisimus.

De uiro religioso Gumberto Conuerso. Cap. 10.

LVcebat inter hęc & post hęc sine intermissione *Matt. 5.* lux tantę lucernę, ardentis fide & dilectione, lucentis verbo & actione, nec poterat abscōdi supra candelabrū pontificalis honoris posita lāpas, Saluatoris igne flāmata. Vndè quāplures undiquè cōfluebant ad tanti Doctoris audientiam, diuersi sexus, ętatis, atq; conditionis, fontē vitę quæq; sitiēs anima. E quibus vir illustrissimus, nomine Gūbertus, vniuersa morū ac generis nobilitate pręclarus, eius est contubernio coniunctus: vt illius conuictu atq; colloquio, ceu quibusdā medicaminibus à secularis fa- *Summæ philosophiæ mūdi contēptus.* stus tumore mollitus, quandoquè summę philosophiæ, quę est mundi contēptus, cōpręhēdere posset ascensus. Verùm quia qui cū sapientibus graditur, sapiens erit: sic econtrariò amicus stulti, efficietur si- *Prou. 13.* milis ei: non multò pòst prædia sua, quibus præ cunctis hac in regione degentibus abundabat, in sancti kiliani ꝓprietatē delegauit, moxq; depositis armis, seculo renunciauit: sicq; nudus nudā Crucē suā ba- *Gūbertus ut diuites vitæ patrimonium largitur Cōuersus.* iulans post Christū, cępit beatū Burchardū nullatenùs deserere. Hæ sunt autē possessiones, quibus Episcopiū Vuirceburgense largè ditauit: * Eltimain, Oellspach, vtrunq; cū suis redditibus & appendicijs: quorū prius cùm olim castellū fuisset munitissimū, modò magnificentiā suā ipsis tantùm ruinis declarat: sequens verò, quę nunc Pręposttura Canonicorū est, olim Abbatiā non ignobilē fuisse, hucusque à maioribus per multas iā generationes hæreditatū, testimoniū illius prouincię non celat. Porrò prędictus senior Gumbertus, extunc perfectissimè semp adhęrens vestigijs magistri, bonis initiis suę cōuersationis adeò laudabiles adiūxit successus, vt semper eius conuersionē cūctorū ubiquè sonarent ora: Hęc *Psal. 76.* mutatio dexterę excelsi. Nēpe multorum ad ipsius prouocabantur imitationē corda, intantum, ut ex illo tēpore plurimis donarijs & oblationibus fideliū, *Vuirceburgensis ecclesia ampliatur opibus.* Herbipolitana ditari non cessaret Ecclesia: donèc iā ex minima & paupercula, facta est per Dei gratiā ampla & magna respublica: nōdū q; crescere desiit copia rerū, crescente nimirùm numero fidelium. Cuius profectui videtur illud Apostolicū non inconuenienter aptari: kilianus plantauit, Burchardus riga- *1. Cor. 3.* uit: Christus autē incremētū dedit. Sed enim vir idē egregius Gūbertus, ut olim in seculariū dignitatū fascibus se probauerat strenuū, ità post conuersionē in spirituali conuersatione nulli se passus est inter beati Burchardi sectatores haberi secundū, eius formā semper indeclinabiliter intendens, illud Euāge- *Luc. 6.* licū ruminabat frequenter: Perfectus erit omnis, si sit sicut magister eius. Hic etiā post ꝑsentis vitę cursum, benè in Christi famulatu cōsummatū, iuxta beati Burchardi promissionē, in eodē monasterio, quod condonauerat ecclesię Vuirceburgensi, possidet sepulchrū. Ibi nonnunq̄ ipso interpellante concessa manifestant beneficia, quantùm sibi profuerit, beati Burchardi secutum fuisse monita.

Vt B. Burchardus senio affectus, Megingaudum sibi substituerit. Cap. 11.

HAec itaque licèt pauca de multis beati Burchardi virtutibus, doctrinis & exemplis, iuxta facultatē pauperis ingenioli nostri digesta sufficiāt, quæ decerpta quidem à nonnullis antiquorum relationibus, satis simpliciter exaratis, nostras in manus deuenerant. Cęterùm si quis cuncta meritorum illius insignia scriptis condignis annotare tentauerit, proculdubiò temporis aut ingenij defectum, materiei superabundans copia parabit. Quapropter vti post prolongati incolatus sui peregrinationem iam emeritus miles velut ceruus vmbrā desiderans,

de morte

de morte corporis huius liberatus, in gaudium Domini sui, pro benè aucto talento sit introductus, lassabundum nihilominùs stylum ad id iam conuertamus. *Mat. 20.* Igitur gloriosus Antistes Domini Burchardus, postquam in vinea Domini pondus diei & æstus longanimi patientia, fide firma, spe certa, charitate feruentissima, iam à manè pueriles ætatis vsq; ad vesperam penè decrepitæ senectutis portauit, vt de beato Martino dicitur, carnis fatiscens artubus, nec minùs vigore valens, quo propinquiùs dissolutionem sui corporis imminere præuidebat, eo magis sibi cõmissis ouibus luporum incursiones formidabat, frequẽter illud Apostoli proloquẽs ad discipulos suos: *Philip. 1.* Cupio dissolui, & esse cum Christo. multo enim melius est: in carne autem manere, necessarium propter vos. Tandèm cum senioribus atq; magnatibus Ecclesiæ suæ iniicit consilium, quatenùs per se, dum adhuc viueret, si fieri posset, successorem sibi prouideret, Christi plebi satis idoneum. Mox mœror & luctus, de vicina, quasi iam præsenti patris orbitate, corda simul & ora cunctorum, vt facilè creditur, impleuit. Ipse verò licèt illos à fletu compesceret, nihilominùs tamen compassio mutuæ dilectionis hoc habet propriũ, vt in huiusmodi negocio faciat vtrũque suum: consilio tamen & consultu illorum, misit quendam Lintfridum Comitem ad Imperatorem Carolum, rursumque alios de clero suo ad Lullum Metropolitanum, iam verbis quàm literis id agẽtes, quo Megingaudus per omnia vir laudabilis, ægrotanti iamiamque deficienti præsuli Burchardo, in cathedra Vuirceburgensi subrogaretur: nè fortè decedente pastore, nouellus Christi grex ex improuisò rugientis leonis incursione acriùs disturbaretur.

S. Burchardus per legatos petit & impetrat, vt possit alium sibi subrogare.

Legatione peracta, missi redeunt, vtriquè consensum referentes tam Regum & principum, quàm Archiepiscopi cæterorumque episcoporum. In quorum præsentia, conuocato ad vrbem Vuirceburg vniuerso Clero & populo, beatus Burchardus in medio positus, prout corporis imbecillitas permisit, huiusmodi circunstantes affatur alloquio:

Oratio eius ad populũ

Charissimi fratres & filii, audite nunc & intelligite nouissimum patris vestri sermonem, intellectumque tenaci cordium vestrorum commendate decrepiti patris vestri clamorem. *Psal. 134* Scriptum est: Omnia quæcunque voluit, Dominus fecit. & rursùm: *Luc. 1.* A progenie in progenies fecit misericordiam Dominus. Voluit Dominus per gratiam, & fecit per potentiam, vt ab idolorum cultura, qua patres vestri fuerant irretiti, liberaremini, & in libertatem filiorum Dei per fidem Christi, sicut in præsentiarùm cernere est, connumeraremini. Fecit verò hoc à progenie in progenies, primò per beatũ Kilianum, à Scotia huc in Franciam, dehinc per magistrum nostrum Bonifacium ab Anglia nihilominus ad vos, & ad omnem Germaniam. Postremum tanquàm abortiuum ad vestram me destinauit audientiam, nequaquàm dedignatus per tantillum seruum suum vobis intimare voluntatem suam. Extũc vsque nunc, vt nostis, non subterfugi, quo minùs annunciarem vobis omnem voluntatem Dei. *Gal. 4.* Nunc ergò, filioli mei, quos cum Apostolo Paulo iterùm parturio, donèc formetur Christus in vobis, tales vos fide & opere semper exhibete, nè sine causa laboraue rim in nobis. Ad hæc si quis vestrum aliquam contra me habuerit querelam, hanc in medium ista hora proferre non differat, omnem sine contradictione recepturus iustitiam. En ego in hac peregrinatione, quam pro Christo susceperam, longo confectus senio, uobis, mea uiscera, præesse vlterius nõ valeo: verùm post modicum ingrediar viam uniuersæ carnis, mercedem sperans à bono patrefamilias qualiscunque meæ seruitutis. Quapropter vt pater fidus fidelibus filiis fidelissimum & utile consilium do, id ipsum quoquè vt recipiatis, admonendo rogo, rogansque fideliter admoneo, vt unum è fratribus & commilitonibus nostris per spiritum sanctum concordi charitatis affectu vobis electum, meæ prælationis & magisterii faciatis obtinere locum: nè fortè me repentè subtracto, ipsa sedis huius ad læsionẽ proteletur vacatio, siue, quod periculosius est, per extraneum & minùs idoneum fiat eius occupatio.

Fräciam dicit, quã uulgò Frãconiam.

Ad hæc dicta cunctorum unanimiter acclamat uox populorum, nunquàm ab illo fuisse lacessitum, uel iniuria affectum: quinpotiùs omnem animam tristem, ipsius consolatione semper ab angore fuisse releuatam, sicut & errantem ad uiam ueritatis reductã. De subrogatione tamen alterius Episcopi, quã præmonuerat, tota magnatum & qui sanioris erant consilii, responsio talis erat: Quandoquidẽ, inquiũt, pater amantissime, lex iam carnis exigit nos tuo iucundissimo destitui regimine, nequaquam uostræ electionis, quinpotiùs tuæ prouisionis esse perpendimus, immò per inhabitantem in te spiritum Dei, disponi summoperè flagitamus, quemadmodùm populo Dei, quem tot annis ad promissæ æternæ hæreditatis patriam deduxisti, ductor nunc alius substituatur idoneus.

In beati viri arbitrio ponit designatio successoris eius.

Mox pastor egregius piis ouium Christi desideriis delectatus, nec minùs in fletum cũctis prorumpentibus ipse collachrymans, tandèm virũ per omnia probabilem Megingaudum produxit in medium, suoque, totius etiam Cleri circunstantis testimonio cõprobauit eum Episcopatu dignissimũ: (Aderant legati supradicti cum literis Regis, & principum, necnon & Moguntini Metropolitani Lulli, confirmantes in omnibus electionem Megingaudi.) atque sub testificatione Christi & Ecclesiæ ritè commendauit, chartasque regalium traditionum siue priuilegiorum sedis Apostolicæ, cum cuncta Episcopii rerum inuestitura coram omnibus ipsi præsentauit: sicque illum Ecclesiastico more cum maxima deuotione, necnon uniuersi, qui conuenerant, Cleri populique fauore uenerabiliter inthronizauit.

Megingaudus Episcopus ĩ eius locũ subrogat.

Et nè quis hoc factum quasi minùs Canonicum fortè reprehendat, meminerit Apostolorum principem suæ Cathedræ propriis manibus Clementem imposuisse: Lullum quoquè, qui tunc temporis Moguntinam tenuit sedem, uiuenti adhuc Archiepiscopo & magistro suo Bonifacio subrogatum fuisse.

Vt beatus Burchardus se ad Hohenburgum contulerit, ibique obierit, copus verò eius Vuirceburgum reportatum sit, Cap. 12.

His itaque transactis, beatus Burchardus omnẽ cateruam monachorum, per quos illo in tẽpore penè cuncta ecclesiastica administrabantur irreprehensibiliter officia, Clericorum quoquè ac laicorum diuersæ conditionis, sexus & ætatis turbam paterna corroborauit admonitione, diuinaque consignauit benedictione. Post hæc assumptis sex tãtùm ex omni multitudine discipulorum suorum monachis, nauim conscendit: codices etiam, quos uel ipse conscripserat, vel undecunquè conquisierat, secũ deportari fecit: atque indè per decursum fluminis ad castellum, quod Hohenburg dicitur, nauigio proficiscitur, ibique quandiù superuixit, in contemplatione diuina, vigiliis scilicet, ieiuniis & orationibus insistens, unà cum prædictis fratribus continuè morabatur.

Proficiscitur Hobẽburgũ cũ sex monachis.

Est autem uiculus quidam Michelnstat nominatus, quẽ eidem Dei sacerdoti quõdam in proprietatem tradiderat pro remedio animæ suæ frater

Pipini

Pipini Carlomannua. Illuc se transferre, atqoe monachicam illic congregationẽ instiuere, ibique præsentis vitæ terminum præstolari pater sanctissimus proposuerat: sed disponente prædestinatione diuina, præuenit humanæ deliberationis vota communis hæreditariæ mortalitatis occasus.

Aduersa corripitur valetudine.

Nam non multò pòst, quàm ĩ prędicto castello vnà cum ijs, qui secum erant, iam post multos actiuę vitæ sudores optimam partem elegerat, solito grauius illum corporis incommodum inuadebat: sicque de die in diem exteriori deficiente homine, cœpit interior ad id, quod diù suspirabat, brauium percipiendum renouari, donèc, vt sibi longè antè spiritus sanctus reuelauerat, deincèps cum Christo mansurus, mereretur feliciter dissolui. Qua vtiqoè positus in agonia, per totum tempus ipsius ægritudinis tardantem, &, vt sibi videbatur, migrare recusantem animam, Psalmographi consolabatur & hortabatur canticis:

Psal. 41. & 42.

Quarè tristis es, inquit, anima mea, & quarè conturbas me? Spera in Deo: quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei & Deus meus. rursumque conuersus ad Christum:

Psal. 41.

Sicut ceruus, inquit, desiderat ad fontes aquarũ, ità desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum: quandò veniam & apparebo ante faciem Dei? & illud:

Psal. 83.

Quàm dilecta tabernacula toa, Domine virtutum? concupiscit & deficit anima mea ĩ atria Domini. Cor meũ & caro mea exultauerunt io Deum viuum.

Ecclesiæ sacramẽtis se munit.

Cumque sic oranti, psallenti, gratiasque in iofirmitatibus agẽti, sæpè etiam fratres & compèregrinos discipulos suos confortanti languor per singulas horas ingrauescere non cessaret, vicinum suæ transmigrationis iter tam viatico Dominicorom sacramentorum, q̃ vniuersis, quæ religio deposcit vel præstat Christiana, fidei, spei & charitatis solertia prouida præmuniuit. Atque per hæc, & inter hæc, ac post hæc omnia commendatum in manus Domini spiritum, maxima alacritate, vtpotè cælestibus vltrà fruiturus cõuiuiis, exhalauit.

Abit è vita.

Matt. 5.

Quadraginta quippè per annos in vinea Domini Sabaoth pondus diei & æstus fidelis seruus & laborator indesessus portauerat: ideò sempiternæ remunerationis semper intendens brauio, non immeritò è carnis gratulabundus educitur ergastolo: & quia semper super paoca fuerat fidelis, iam supra multa constituendus, in gaudium Domini sui comitibus educitur Angelicis: quarto enim Nonas Februarii recipiena nimirùm à bono patrefamilias mercedem laboris sui, eo videlicet die lucidissimam ingressus mansionem, quo beata Dei genitrix in templo Domini eum nostræ carnis substantia lucis præsentauit authorem.

Annus obitus eius 791.

Obiit autem anno incarnationis Domini septingentesimo nonagesimoprimo: post acceptum verò Episcopatum anno, vt diximus, quadragesimo. Igitur Megingaudus Episcopus preciosum dilectissimi magistri corpus omni, qua valuit, veneratione curauit, atque confluentibus vndiquè fidelium turmis, qui prorsùs integro filiorũ affectu lamentabantur sanctissimi & vnicè dilecti decessum patris, maximo eum comitatu & ueneratione digna in ciuitatem sedis suæ Vuirceburg deportauit.

Eius celeberrima exequiæ.

Hic penè totius prooinciæ popolos occurrit, hic tota nobilitas cum plebe pastorem suum non, vt olim, lætitiæ cantu, sed amaro nimis eiulatu suscipiunt, sicque venerabilibus veneranter exequiis intersunt, donèc honore competenti sanctum corpus iuxta martyrum kiliani sociorumqoe eios reliquias sepoltum conspiciunt.

Miracula ad sepulcrũ eius.

Hoc deniquè loco Dominus sæpenumerò plena fide se qoærentibus per sanitatũ declarat miracula, quantùm eorundem electorum suorum apud se valeant merita, dum illos nec hic quidem glorificare desinit, quos in æterna iam secũ gloria collocauit. Glorificemus & nos atque laudemus Deum gloriosum in sanctis suis: illos aotem in ipsius donis & beneficiis, qui reddit eis gratiam pro gratia: pro meritis, quæ concesserat, promissa præmia. Insupèr ingentes Saluatori nostro gratias agamus, sine intermissione semper recolentes, quãtum illi pro gratuita redemptione nostra debeamus: q̃ præter innumera miserationum suarum beneficia, etiam de terra longinqua illum, de quo textũ præsentem contexuimus, virum uoluntatis suæ, ob dispensandum nostræ salutis effectum, vocauit, ac per eius ministerium nos, qui aliquandò nec populus, nec gens eius eramus, in filios sibi adoptauit: postremò tam fidelem, tam prudentem eundem suum seruum ad superos, id est, in gaudium Domini sui trãslatum, deincèps sibi præsentem, nobis cõstituit patronum: quatenùs huius Ecclesiæ filii, tam præsentes quàm posteri, meritis ipsius & precibus in perpetua Christi fide roborentur, & actione probabili, cuius doctrinis & exemplis ad eandem sumus fidem informati Iesu Christi Domini nostri: cuius diuinitatis æternitas cum coæterno Deo patre, sanctoque amborum coæterno spiritu, manet ineffabilis & vnica, ante omnia & per omnia tempora: regit etiam & gubernat in infinita seculorum secula, Amen.

[illegible]

LIBER TERTIVS.

De Megingaudo discipulo & successore S. Burchardi. Cap. I.



ADSPIRANDO præueniente, cooperando concomitante, perficiendoque nos subsequente gratia Dei, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum est, iam beati protohierarchæ nostri Burchardi præconia pro possibilitate nostra digessimus, ea tantùm, quæ cunctis hæc legere non dedignantibus, tam ad instrumentũ credulitatis, perfectæque renunciationis, quàm ad exẽplum bonæ actionis, summæque contemplationis ac veræ prædicationis, cum integritate geminę dilectionis, generaliter sufficere non ambigimus.

Luc. 1.

Nunc verò, quandoquidem id tuæ, pater, placet almitati, duobus his libellis, qui iam dicta continentes ne go eia præcedunt, addamus & tertium: cuius nimirùm sit intentio simul & utilitas, tam illius translationẽ, quàm nostri monasterij, quod ab ipso primò fundatum, posteà uerò per sacri corporis eius præsentiam sufficiẽter est nobilitatum, præteritum simul ac pręsentem posteris nostris notificare statũ.

Apparet hinc, [illegible]

Igitur post sepulturam eiusdẽ sanctissimi patris, quæ, sicuti scriptum est, sanctorum martyrum reliquiis contigua fuit, multis miraculis Dominus tam beati Burchardi, quàm eorundem martyrum merita magnificè declarauit. & ideò fit ibidẽm populi confluentia, nunc sanitatis obtentu, nunc pro diuersis necessitatibus quærentium suffragia: quæ tum, quanuis ob incuriam vel negligentiam maiorum, descripta non reperiamus, veracibus tamen tradita relationib' nequaquàm difficilè credimus. Quapropter his intactis, nè fortè, sicut eiusmodi in re fieri solet, spontè detractoribus nostris ora recludamus, ad ea potissimè, quæ nostris gesta sunt vel gerenda temporibus, ad reliquias sanctissimi patroni nostri Burchardi, stylum competenti narrationis ordine conuertamos. Itaque post beati Burchardi decessum, Megingaudus, vir, vt præmissum est, per omnia laudabilis,

Episco-

Episcopatū Vuirceburgēsem, catholicis & orthodoxis semper iureodeits instituit, reait quiodecim annis. Hic igitur beatorum Booifacii, Burchardi, Lulli, cæterorumque, quos hue de Anglia diuinus amoe adduxit, comperegrinus & cōpatriota, necnou professione monachus, sicut & illi, nullatenùs muiaos vel inficiens rigorem propositi, semper irreprcheosibilis verbis & exemplis mirificè pollens, gubernaeula tenebat pontificalis officii, vndè iam secularibus quàm Ecclesiasticis, cunctisque, qui ipsum ooue raot, perfoois amori fimol fuit & honori. Tandem senio iam imbecillior effectus, insupèr etiam fortassè ad iocrementum meritorum ægrotare se vehèmeotiùs sensit: moxque reminiscens exemplū prædecessoris & magistri sui, missis legatis tam ad priocipes regni, quàm ad sacerdotes ecclesiarum, cōleosilio atque consilio cunctorum, quendam de suis Clericis, nomine Bernouuelphum, sibi in præsulatu subrogault, cooperantibus sibi io eadem ordinatione Lullo Metropolitano, & Vuillibaldo Eistetensi Episcopo, coram voiuerso ipsius Ecclesiæ Clero populoq;. Sicque rebus & possessioribus, mobilibus scilicet & immobilibus, quæ ad Episcopium pertinebaot, eidem successori suo relictis, ipse cum paucis ad locum, à quodam Hattone sibi donatum, commigraoit. Remanserunt autem apud monasterium sancti kiliani ✱ plus quàm quinquaginta, vt alibi diximus, fratres, quos tamen non multò pòst Bernouelphus cum iniuriis expulsos, ad magistrum suum Megingaudum nauigare coegit. Ad hæc beatum virū idē Berouuelphus muleis inclamationibus vexauit pro diuersis suppellectilibus, quæ Christi confessor Burchardus in vestitu sacerdotali, siue codicibus, nonnullisque rebus familiaribus reliquerat: cuius tamē discepiationis modū & finem si quis scire voluerit, à quodam monacho, qui tum intererat, conscriptā reperire poterit. Tantam deniquè, tamq; diutinam inquietudinem patri quondam & magistro suo subrogatus Episcopus inflixit, vt tædio affectus, sese suosque discipulos, ipsum quoque locum, qui tunc Rorinlaiha, posteà verò Neuuestat dictus est, Caroli Regis patrocinio committeret, & eius adiutorio monasterium ibidem à se suisque monachis inhabitandum institueret. Vbi dum aliquandiù laudabiliter ac religiosè sub sacratissimi Imperatoris alis ob omni seculari molestia conuersaretur illæsi, utpotè tā Deo placentes quàm hominibus, ingressus est uiam vniuersæ carnis Megingaudus Episcopus, bonis operibus plenus, æternæ remunerationis brauium recepturus. Cuius discipuli Vvaltricum de suis mox Abbatem elegerunt, ipsiusque iussu piissimi Caroli ad palatium deferentes, eius authoritate, iuxta quod Megingaudo promiserat, confirmarunt.

Megingaudus Episcop. professiōe monach.

Bernuuelphus succedit Megingaudo

Valdè est molestus Megingaudo.

Obit Megingaudi Episcopi.

Contra eos, qui monachos aiunt Ecclesiasticis ministerijs fungi non debere. Cap. 2.

Inter hæc redit ad memoriam, quod silentio prætertre nullatenùs possumus, ob vitandam tamen proximorum scandalum, tuæ dilectioni, quod dico, sit io aurem dictum. Ex tota præsentis opusculi serie colligi valet, immò ipsa, quam literis vtcunquè tradidimus, historia luce clariori veritate subnixa, constanter edocet, sanctorum prædicatorum kiliaoi, Burchardi, sociorumque eorum instantia, Franciam orientalem Christo conquisitam, Germaniam penè uniuersam magni Bonifacii doctrina in viam veritatis & salutis directā, Alemaniam Galli, Burgūdiam Columbani, Bauariam Corbiniani, necnō Ruperti vel Emmerammi fructificatas seminariis: quos vniuersos, paucissimis exceptis, vniuersali Ecclesiæ monasticæ professionis atque schematis commendauit sanctitas, & quo per mundi contemptum in cælesti theoria facti sunt sublimiores, eo sacerdotali officio digniores, & iu prædicationis mioisterio apud hom ines habebantur aptiores. Cùm hæc itā siot, immò quia itā esse nemo ambigat, miror, qua froote quidam monachis sacerdotibus qualibet Ecclesiastica officia ioterdicere præsumant, si tamē eo ordine, quo prędiximus, per officia regenerationis, ab iisdem prædicatoribus ioitiata, semetipsos Ecclesiæ filios esse noo abnegaot. Hi tameo, nè nos patris, nostræ quasi temerarios defensores acriùs ipugnēt, magni Gregorii decretum, contra ideni schisma promulgatum, necnon Bonifacii, qui quartus ab illo sedem Apostolicam gubernauit, ad ipsum cooseotientem sententiā relegant. Ait eoim beatus Gregorius inter cætera: Videtur nobis, qui sua pro Deo relinquunt, & à passione & à morte eius sumuot exordia mutatæ conuersationis, digotùs liceat baptizare, cō monionem dare, pçoinitētiam imponere, peccata soluere. & post pauca: Censemus ergò monachos prædicare, baptizare, communicare, pęnitētes soluere, iuxta constituta trecentorum decem & octo Patrū. Item prædictus Bonifacius de eadem re: Sunt, inquir, nonnulli stulti, dogmatizātes, magis zelo amaritudinis, quàm dilectionis inflammati, asserētes monachos, quia mundo mortui sunt, & Deo uiuuot, sacerdotali officio indignos, neque pœnitentiam, aut Christianitatem, seu absolutionem largiri posse per sacerdotalis officii iniunctam gratiam. sed omnioò falluntur, &c. usque ad id: Decertantes igitur contrà, monachos in hac re sacerdotali officio penitùs non carere præcipimus, ut ab huiusmodi oefandis ausibus reprimantur in posterum: quia quāto quis celsior, taoto potentior. Nobis igitur, pauculis insertis contra eos duntaxat, qui coram oculis nostris vestigia Patrum delere, vel laqueos pedibus nostris abscondere moliuntur: licèt multo plures Patrum abundent sententiæ, quæ huiusmodi repugnent inuidiæ: libet stylum ad omissa reflectere.

Nota, per quos ad Christū adducta sit Germania.

Decretū S. Gregorij de Monachis.

Item Bonifacij Papa.

Catalogus Episcoporum Herbipolensium. Cap. 3.

Post successorem beati Buechardi Megingaudō, Bernuuelphus cathedram Vuirceburgensem tenuit annos septem, homo, vt aiunt, præ cæteris, monachis religiosis infestus multùm: quod & colligi potest è superioribus. Post hunc Luitrigus anois tribus, mensibus quinque. Post hunc Egiluuardus annis sex, menseuno, diebus uiginti tribus. Post hunc Vuolfgerus anois uiginti duobus, mensibus sex. Post hunc Humbertus annis decem, mensibus tribus, die bus octo. Post hunc Gotebaldus Abbas inferioris Altachii, peruetusti cœnobii apud Bauaros, annis vndecim. (Hunc Gotebaldum manuscriptus codex noster oon habet, haud scio au librarii oscitantia, aut ipsius authoris voluntate.) Post hunc Arno annis uiginti sex, mensibus sex, diebus duodecim. Post huoc Rudolphus annis decem & septem, diebus tribus. Post hunc Diedo, & uel Thiedo, annis uiginti quatuor, mensibus duobus, diebus quatuor decim. Post huoc Burchardus annis nouem, mensibus trib⁹, diebus uiginti quatuor. Post hunc Boppo, annis uiginti, mensibus decem, diebus quatuordecim. Post hunc Boppo alius annis uiginti tribus, mensib⁹ quatuor, diebus uiginti & uno. Post hunc Hugo annis sex, mensibus septem, diebus uiginti & vno. Hic cùm esset acceptus, & ad pontificalem insulam per omnia

Bernuuelphus.

Luitrig⁹. Egiluuardus.

Vuolfger⁹ Hūbert⁹ Gotebaldus.

Arno. Rudolph⁹ Diedo Burchardus.

Boppo. Item Boppo.

Hugo.

nis dignissimus, de reddenda villicationis suæ ratione momentis omnibus erat solicitus. Vndè inter cætera perspiciens monasteriolum, quod in honore beati Andreæ Apostoli, sanctique Magni martyris, à beato Burchardo consecratum in superiori libello descripsimus, ab omni religionis profectu defecisse, scilicet tam prælatorum negligentia, quam subditorum insolentia, indeque (quod iusto Dei iudicio consequens videatur) victus atque uestitus necessaria ipsis paucis, qui remanserant, deesse: diuina instinctus prouidentia, monachicæ institutionis illic fratres congregauit, atque locum eundem, & cuncta illuc pertinentia, honori nō solum, vt priùs, Andreæ Apostoli, sed & eximii confessoris Christi Burchardi, primi sui fundatoris, delegare proposuit. Electo denique ad huiusmodi negocium competenti tempore anni, conuocatis vndiquè tā principibus uicinis, quàm ipsis Ecclesiæ suæ capitaneis, cuncto quoquè Clero atque populo, præmeditationis suæ coram omnibus intentionem exposuit, & quia hoc ipsum, quod proposuerat, per summum sedis Apostolicæ Pontificem, qui tunc temporis Benedictus uocabatur, sibi consensum, neq; Romani Imperatoris ad hoc consensus deesset, enarrauit. Consentientibus cunctis, & intentionem eius deuotam laude digna prosequentibus, triduanum statim ieiunium indixit: ipsoq; peracto, cum ingenti fidelium multitudine, ad tumulum beati confessoris Christi Burchardi, deuotis laudibus personante, processit.

Hugo Episcopus monasteriū S. Burchardi reparat & reformat.

Deindè leuatum digna reuerentia corpus sanctissimum ad suprà memoratum reuerenter trāstulit monasterium. Reconditis ibidèm, vt decuit, venerabiliter reuerendis reliquiis, præfatus pontifex Hugo locum eundem decimis ac terminis, quantumcunq; valuit, dilatauit, prædiis, redditibus, libris atq; vtensilibus copiosè ditauit. Monasterium autem ipsum ex illa die tam beati Burchardi Christi confessoris, quàm beati Andreæ Apostoli patrociniis regendū, tuendum, atque cognominandum instituit. Deindè cum consilio & consensu Clesi sui decreuit, atque banno pontificalis authoritatis confirmauit, vt deincèps quinta feria celebretur solennitas eiusdem translationis: præcedentibus verò tribus diebus, secunda, tertia & quarta feria, per totum Episcopium ab esu carnium abstineatur: synodus etiam ab Episcopo cum omni Clero habeatur: sicque finito cōcilio, à singulis parochianis cera duorum nummorum precii ad easdem reliquias offeratur. Corpus verò sancti martyris Andreæ, siue Magni, cuius mentionem suprà fecimus, venerabilis Episcopus Hugo ab eodem monasterio, quo illud sāctus Burchardus olim condiderat, in ciuitatem transtulit, & consocians sanctorum martyrum kiliani sociorumq; eius reliquiis, festiuum illi famulatum annuatim exhibere constituit. Ex hoc tempore monasterium, sancti Burchardi corporis præsentia beatificatum, ipsiusq; vocabulo specialiùs agnominatum, prædiis, ædificiis atque donariis cœpit amplificari, & tam ab urbanis, quàm à cōprouincialibus amari simul & honorari: adeò vt nonnulli seculo renunciantes, seipsos cum rebus suis ibidèm Deo offerrent, nonnulli etiam filios suos cum oblatione Domino offerentes, sub regulari disciplina Christo deseruituros illuc mancipar ent.

Transferuntur reliquiæ Sancti Burchardi.

Ecce priscorum Germanorum feruorem.

Hæc sunt, quæ de vita & conuersatione ac obitu, siue translatione sancti patroni nostri Burchardi, per ueridicam præcedentium patrum relationē, siue per exemplaria diuersa, inuestigare atque colligere pro modulo ingenioli nostri fategimus.

DE S. ANGADRISINA virgine, sponsa S. Ansberti Episcopi Rothomagensis, cuius festum in quartumdecimum diem Octobris incidit, legat Lector Vitam eiusdem Ansberti Episcopi in primo Tomo, 9. Februarii.

DE S. COSMA Episcopo verò, cuius festiuitas eodem 14. huius mensis die occurrit, habetur in Vita S. Iohannis Damasceni tertio Tomo, Maii 6.

DE TRANSLATIONE SACRI corporis S. Donatiani Rhemensis Archiepiscopi ad Brugas Flandriæ: quam idcircò hìc posuimus, quòd in diem 14. mensis Octobris incidat natalis beatissimi Episcopi huius, nè tātum virum præteriisse videretur.



NNO Domini octingentesimo sexagesimotertio, cùm iis terriò Flandriam Normanni & Dani ferro & igni uastarēt, Balduinus Ferreus (qui cū aliquot decessoribus suis iamindè à Carolo Magno Flandriæ forestarius, siue litoris Flādrici, tum Saxonici, custos appellatus est) à Rege Francorum Carolo Caluo, cuius filiam Iudithā rapuerat, atque vxorem duxerat, dotis nomine totam regionem, Scalde, Somona, atque Oceano terminatā, accepit, pace inter Regem & ipsum composita intercessione Pontificis Maximiani Nicolai I. & Rhemorum Archiepiscopi: appellatusque est Comes regni Francorum, & Marchio Flandriæ, idque eo potissimùm nomine, vt aduersùm Danos, omnemque Aquilonis barbariem, perpetuus foret regni Frācorum propugnator. Ebo quoquè Rhemensis Antistes, pacis Flandricæ confirmandæ causa, & vt ferocis gentis animi cultu religionis mitescerent, sancti Donatiani corpus Balduino Comiti, quem diximus, in Flandriam misit: cuius Ebonis de ea translatione literæ, quas mox subiungemus, inuentæ sunt in priori theca cum sanctis reliquiis, cùm secunda fieret translatio ex ueteri theca in aliam longè preciosiorem, anno Domini millesimo nonagesimo sexto, octauo Idus Ianuarii, sub Marchione Flandriæ Roberto, ac Præposito Bertulpho. Ebonis literæ eiusmodi sunt:

Octob. 14. quid ad decessum sanctissimi viri attinet.

Balduinus Ferreus appellatur Comes & Marchio Flandriæ.

Ego Ebo, indignus Rhemorum Archiepiscopus, hunc thesaurum, super gemmas & aurū preciosum, tibi gloriose Marchio Balduine, nostrorum cōsilio Clericorum transmitto: Donatianum scilicet, septimum nostræ sedis Episcopum, miræ sanctitatis virū, pium exauditorem, & promptissimum apud Deum intercessorem, tam secularibus angustiis occupatis, quam peccatorum sceleribus detentis. quod nostris & antecessorum nostrorum temporibus satis probatum est. Eius, sanctique Remigii, ac innumerabilium Sanctorum uitæ scripta, Vandalorum uastatione scias esse deleta. Hunc attestatione diuina tuæ fidei committo, quatenùs eum diuino seruitio, in quātùm uales, honorifices, & secularibus dites. Vale dilectissime in Domino.

Literæ Ebonis Archiepiscopi.

Translatæ sunt autem hæ sacræ reliquiæ primò ad Turholtum monasterium: deindè cum magna celebritate Brugas, iussu eius, quem diximus, Balduini Ferrei: qui sacellum antiquum, in honorem sanctissimæ

Basilica S. Donatiani sanctissimæ genitricis

fimę Virginis dedicatum in Burgo Brugensi, io basilicam beatissimi Donatiani mutauit. Literæ Ebonis Archiepiscopi, quas panlò antè annotauimus, etiamnum eatant in loculo, quo S. Donatiani corpus integrum cōtinetur: inspectæ & attrectatæ à multis eius ecclesiæ Canonicis, cùm tertiò transferretur sanctū illud corpus à primo Brugarum Episcopo D. Petro Curtio, anno 1565. 13. Octobris. Porrò primæ translationis, quæ sub Balduino Ferreo facta est, festum celebratur Brugis 30. Augusti. Basilica verò, olim collegiata, modò ecclesia Cathedralis est. Hoc loco quædam libet miracula subiungere, quæ facta sunt à translatione prima, habeoturque in vetustis manuscriptis codicibus: sed nos ea nōnihil contraximus ob uitandam proliaitatem.

In quodam Frisiæ oppido Ermengardis fœmina fuit. Ea quandoquè haustura aquam, cum hydria ad puteum abiit. Eccè autem à moote uicino melodia mirifica ad eius perlata aures, eam illexit, vt relicta hydria, properaret ad monsem. Vbi cùm sese prostrauisset, animum oblectatura concentu illo musico, blando sopore correpta est. Ceroens id quidam malignus homo, malo dæmone instigante, bullienti aqua eam perfudit. Vndè non solùm pili capitis omoes, carne & sanguine permixti, cum ingenti dolore defluxere, sed etiam oculorum lumen eatinctū est. Ità misera illa octo annis ea cæcitate laborans, alieno ductu, scipioni innixa, suos regebat gressus.

S. Donatianus apparet cæcæ fœminæ.

Anno nono ipsa nocte sacratissimæ natiuitatis Christi apparuit ei senea quidam, canitie venerabilis, albis amictus vestibus, pedum pontificium manu teneos, atque hunc in modum eam appellans: An ne molesta tibi est, filia, tam dinturni temporis cæcitas? At illa: Ità ferè natur: i comparatum est, inquit, ut quæ molesta sunt, non sine molestia ferautur. Tum senex: Accingere, ait, filia, & Brugas ocyùs proficiscere. Illic, me patrono, cælestis tibi aderit medicina. Respondit mulier: Quanam ratione, mi domine, Brugas ego petam, quæ & uiæ, & loci, & ipsius ēt nominis ignara sum? Tum senea apprehensa illius deatera, publicam ei viam humanissimè indicauit. Cumqne abiret, illa sublata uoce sciscitabatur, quisnam esset, & qno vocaretur nomine. Illo respondēte Episcopum se esse, & Donatianum appellari, mulier expergefacta, tali visione lætatur. Sed cùm de veritate hæsitaret, iterùm ac tertiò apparuit ei sanctus Episcopus. Atque ità omni ambiguitate reiecta, fidelium fulta præsidio, peruenit ad locū. Erat tum annus instauratæ salutis millesimus & vndecimus. Fratribus autem Missarum solennia celebrantibus, alieno ductu in ecclesiam ingressa, ad locum, vbi sanctissimi Donatiani corpus conditum est, cū ingenti deuotione & perfecta fide accedit. Post prolixas preces, nerui contracti momento temporis, nō sine dolore laxati sunt, & cùm ab oratione surrexisset, oculi stillabant sanguioem: illa verò magna voce Deum laudans, lumen amissum sibi sensit restitutum. In argumentum fidei accurrens sacræ ædis Prępositus, & rem diligenter inuestigans, fidele testimonium iis, quæ diximus, perhibuit: & omnis plebs, vt vidit, dedit laudem Deo & sancto Donariano.

Mulier sanat ad eius sacrū corpus.

Ecclesia S. Donatiani in castro Brugensi olim monasterium.

Cùm inclytus Flandriæ Marchio Balduinus, cultor iustitiæ, pacis amans, inter cætera bonorum operum studia, monasterium in castro Hasnoniensi fundatum extruxisset, eius dedicandi causa mirificos ex immensis opibus suis adhibuit apparatus, tantæque solennitati omnes Flandriæ optimates cum suis iussit ioscresse. Cunctorum quoquè sanctosum luæ ditionis corpora cū Episcopis, Præpositis, Abbatibus & subditis suis adesse voluit. Vndè factum est, vt etiam preciosus patris nostri Donatiaui thesaurus, cum aliis reliquiis, magna procerum stipatus caterua, ad eum locum honorificè apportaretur. Et quia tot hominum millia is locus capere non poterat, fixis tentoriis, sanctorum corpora custodientes, diuino cultni vacabant. Populus verò certatim ad ea cū oblationibus accedebat. Inter alios etiam nobilis quidam ad sancti Donariani corpus venit, per tansum patronum peccatorum suorum remedia expetens. Eccè autem post affixa loculo eius oscula surgēte illo, quidam, cuius magno ardebat odio, cuique iampridèm necem moliebatur, ad genua eius procidit, propter Deum & sanctum Donatianum sibi ab illo veniam dari petit: In te, inquiens, peccaui: miserere mei, vt etiam Deus misereatur tui. At ille stomachabundus minatur, ni quamprimùm se dimittat, in sancti corporis præsentia se illum trucidaturum: quantoqne alter in petenda venia erat constantior, tanto ille pertinaciùs eum repellebat. Mouit ea res Clerum & populum, qui aderat: simulq; cum homine supplice abiiciunt se ad pedes illius, orāt multis modis, eum flectere cupientes. Sed ille nec precibus, nec lachrymis mouetur: immò maioris furoris œstro pèrcitus, obstioato animo à sancti corpore recedit. Non dormitat autem vltio præpotentis Dei: repentè utroque lumine orbatur. Crescente dolore & timore, animi sui angores horrendo eiulatu prodere compellitur: Heu me miserum, inquit, qui Deum & sanctum Donatianum grauiter offendi. parensque aliorum consiliis, humiliter petit ad sancti corpus se adduci. Coram illo se prosternens, diù cum lachrymis & gemitibus deprecatur. Indè surgit à precibus, osculatur hominem, cui erat infensus, & redit amissum lumen. Clamor populi in sublime tollitur, Deus in sancto suo ab omnibus collaudatur: Marchio Balduinus hæc audiēs, mirificè exhilaratur, maiori diuini cultus inflammatur desiderio, piissimum patronum sanctum Donatianum maiori veneratione complectitur.

Percutitur diuinitus, nolens ignoscere veniam petenti.

S. Donatiani meritis sanatur.

In eiusdem beatissimi viri castro, (ut habet codex) id est, Brugis, mulier paupercula & senex adeò contracta fuit, vt multis annis miserandum in modum reptaret. Ea nocte quadam leuiter obdormiēs, videt quendam niuea indutum stola, blanda voce sibi dicentē: Tēpus est, filia, vt tantis malis finis imponatur. Itaque ad ecclesiam illam accedas, (eam autem digito demonstrabat:) illic à Domino consecutura veoiam peccatorum, ob quæ ista pateris, & per eius ecclesiæ patrouum sanctum Donatianum, perfectam corporis sanitatem recuperatura. Illa euigilans, laudat Deum, manè domesticis & aliis fidelib⁹ indicat visionē, reptat ad ecclesiam plena fide, orat ibi cum lachrymis, surgit tam sana & incolumis, vt nulla morbi vestigia in corpore cernerentur. Agit qua potest virium facultate, gratias sancto Donatiano: omnis ciuitas hæc audiens, magnis vocibus laudas Deum.

Fœmina contracta curatur.

Et tempestate, qua innumerus Christianorū exercitus Hierosolymā petiit, infideles è terra sancta profligaturus, Marchio Flādriæ Robertus, vir forma corporis eaimia, cum nobilioribus & optimatibus Comitatus sui eò quoq; profectus est. Eius verò gubernatione Flandria destituta, malus dæmon inter eos, qui remaoserant, præscitim verò Brugenses, tantam excitauit animorum dissensionem, vt frater aduersùs fratrē tumultuari non vereretur. Indè verò bella extitere intestina, quæ sine multo saoguine sedati non potuerunt. Illis malis increscentibus, iubente monasterii S. Donatiani oppidi Brugensis Pręposito, & fratribus id cōsulentibus, corpus eiusdem san-

Cti

T unnul? sedatur.

cti Donatiani extra basilicam in plateam illi propinquam, cum multa deuotione exportatum est. Ibi tum sacerdote ad populum concionante, mirum in modum per sancti spiritus gratiam adeò discordia omnis sopita est, vt cuncti inter se pacis fœdera inirent. Atque ut dubium non esset, eam pacem diuinitùs conciliatam, puer quidam, toto vitæ suæ tempore claudus, apud sancti corporis loculum depositus, quanta potuit animi contentione opem postulauit: (Viderat enim i somnis, ut ipse aiebat, à sancto Donatiano se curatum iri) atque ibi sanatus est. Eodem die, sacro eius corpore in monasterium reportato, quædam paralytica ad loculum eius eo morbo liberata est. Id verò miraculum idcircò factum creditur, ut populi incredulitas confutaretur, antecedens miraculum, quod in puero contigerat, non sancto Donatiano, sed sancto Ilhero tribuentis, ut cuius loculo puer ille propinquior fuisse videretur. Itaque laudatur Deus ab omnibus, & sanctus Donatianus honoratur.

Puer claudus curatur.

Itèm paralytica.

Istius Ilberi meminit Molanus in suo indiculo.

In monasterio Guatimensi, à viro religioso Odfrido constructo, in quo Clerici degunt, Apostolicæ vitæ canonem sectantes, quidam Hermarus, vir fidelis, eidē sacerdoti Odfrido duos paruulos filios obtulit, Domino illic seruituros. Dedit ergò operam Odfridus, ut in uirtutum studio illi suus haberent progressus. In altero verò illorum, cui Themardi erat nomen, memorabile Deus per sanctum Donatianum miraculum declarauit. Cùm enim nono ætatis anno oblatus esset in monasterio, & religiosè viuens, de bono in melius semper proficeret: vbi adolescētiam attigit, occulto Dei iudicio adeò est paralysi dissolutus, vt à planta pedis vsque ad verticem, dimidia sui parte membrorum officio esset destitutus. Eo incommodo cùm iam trienniò laboraret, & natalitio beati Nicolai die populus frequētior ad locum illum cōflueret, quadam mentis alacritate petiit, ut cum cæteris fratribus communi celebritati & lætitiæ, ipsi interesse liceret. Nocte igitur adductus in ecclesiam, pro deuotione lectionem legit, sed vim morbi non ferens, absolutis laudibus, aliorum opera ad lectulum reductus est. Vbi cùm vix tenuiter obdormiisset, repentina luce cubiculum totum perfunditur, atque in ea duos quosdam præclaros uiros ad se aduentantes conspicit. Antecedebat autem illos senex quidam, honoris, vt videbatur, & officii causa, propter illorum eximiam dignitatem: illis cum quadam singulari grauitate eum subsequentibus. Fratre autem ex ea visione timore correpto, is, qui præcedebat, familiariter ad eum decumbentem accessit. Eum verò diligenter intuitus frater, animaduertit dominum Odfridum esse, qui ante biennium è vita migrarat. Eo igitur agnito, mirum in modum exhilaratur, & quibus potest modis, tres illos ueneratur. Tum senex ad illum: Dormis'ne, inquit, fili? At ille: Itàne, mi pater, ait, dormire me posse credis, quem usque adeò debilem conspicis? Tam abest ab oculis somnus, quàm à membris sanitas. Et senior: Respice, inquit, fili, in hos: quorum alter est sanctus Donatianus Brugensis, qui te visitatum aduenit: alter verò, Blandiniensis cœnobii habitator sanctus Guduualus. In illorum igitur vltra humanum modum loculentos uultus & pontificias infulas frater suos intendens obtutus, eorum formas animo suo impressit, & fratribus posteà exposuit. Porrò Odfridus ad Donatianum conuersus, En, inquit, vir sancte, iubet Deus, ut hunc canonicum sanes, qui ad proximum Christi natalem Brugas veniet, & suæ staturæ filum argenteum, duos Anglicos ualentem, pro munere tibi apportabit: atque eiusdem precij dono, quotannis eò se conferens, tuum cumulabit altare. Respondit sanctus: Placet, quod dicis. Apprehensam ergò dexteram fratris senex beati Donatiani dexteræ admouit, atque huiusmodi verbis eum illi commendauit: Accipe, vir sancte, hunc canonicum pro illo vno è tuis, quem tibi nomino, qui nisi ad meliorem frugem se receperit, damnationis sententia ferietur. Huius nomen frater nulli unquàm indicare uoluit, attamen ante obitum eum conuersum ait. Interea duo illi discedent, relicto apud fratrem Odfrido sene, qui eum quid deincèps ageret, diligenter instituit, & multa ei arcana tanquam fideli fideliter enunciauit. Deindè etiam ille recedit, fratremque præ angustia multo sudore madentem relinquit. At ille fratribus visionem refert, seque sanatum iri constanter affirmat. Circa festum natalis Christi non sine ingenti labore Brugas uenit, beati Donatiani corpus inuisit, magnisque pressus doloribus, imminente Christi natiuitate perfectè reualescit, munusque à sene indictum offert. Accidit hoc anno salutis millesimo octogesimooctauo, eodemque tempore apud sacrum beatissimi Donatiani corpus cum magna Cleri populique exultatione fideliter recitatum est.

Visio fratris paralytici.

Isti Gudualt Episcopi sit mentio in indiculo D. Molani

Paralyticus apud corpus S. Donatiani perfecte restituitur.

VITA VENERABILIS DOminici Loricati, per Petrum Damiani ad Alexandrum Papam scripta. Habetur Tomo 8. Aloysij.

CCE sanctissime pater, dum Epistolæ, in qua uitam Rodulphi descripsimus, gerulus, qui ad uos ueniat, quæritur, & non supperit: repentè aliud, quod vberiùs ad ædificationē proficere valeat, si scribatur, occurrit. Et fortassis ob hoc nuncius mihi superna dispositione subtrahitur, ut interim vacantem me stylus ad aliud transferat. Vir itaque Dei Dominicus, pater & dominus meus, ante annū ferè defunctus est: cuius vita si scribatur, uereor nè fortassis à quibusdam fratribus incredibilis iudicetur. Sed absit à me mendacium scribere. Nam qui ueritatem pro uiribus veraciter colo, commentum falaciæ non admitto. Neque enim illud nos latet Apostoli, qui cùm præmisisset: Si Christus non resurrexit, inanis est ergò prædicatio nostra, inanis est & fides vestra: statim subiunxit: Inuenimur autem & falsi testes Dei, quoniam testimonium diximus aduersùs Deum, qui suscitauerit Christum, quem non suscitauit, si mortui non resurgunt. In quibus Apostolicæ sententiæ verbis, ut diutiùs non immoremur, in promptu lector intelligit, quoniam qui uel Deum, vel Dei seruum mirabile quid fecisse confingit, non modo fabricati mendacii præmiū non meretur, uerumetiam aduersus eum quem laudauerat, falsum testimonium protulisse conuincitur.

Opusc. 14. Cap. 1.

Dominicus pater Damiani.

1. Cor. 15.

Dominicus itaque cùm esset in seculo clericus, quia tunc Simoniaca vigebat hæresis, quæ & nunc vtinàm prorsùs esset extincta, ut presbyter fieret, à parentibus eius data est episcopo hircinæ pellis a luta. Sed quia, sicut ait Apostolus, diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: hæc una beati viri culpa, multorum pòst bonorum probatur extitisse materia. Nam hoc pauore perterritus, contempsit seculum, induit monachum, arduum-

Cap. 2.

Rom. 8.

Fuit monachus.

que

que mox eremiticæ vitæ, tanquàm bellator intrepidus, arripuit institutum. Sed quia malè promotus est, donèc viait, sacrosancti altaris vsurpare ministerium non præsumpsit. *Manet virgo.* Virgo usque ad obitum fuit, vitam eremiticam non omisit; vbi nimirùm sub magisterio sancti viri Johannis, qui dicebatur de Monte Fereтri, per plurimos viait annos. In illa igitur eremo, quæ scilicet erat in regione, quæ dicitur Luceoli, constituta, decem & octo uidebantur cellulæ ad habitandum fratribus deputatæ, *Nota, arduũ vitæ institutũ.* ubi nimirum sub hac regula viuebatur, ut nunquàm vinum biberent, nunquàm adipe alimenta condirent, unum in Dominica die, sed & quinta feria *Abstinentia eius.* pulmentum sumerent, quinque per hebdomadam diebus pane & aqua ieiunium celebrarent, solis autem orationibus vacantes, vel manuum operibus insistentes, non agriculturam exercebant, non prædia, uel aliquam substantiam, præter vnum sagmarium, possidebant. Cum quo scilicet asello, uel equo, vnus erat minister, qui vel ad acquirendas, vel ad terendas, fruges indeficiens discurrebat, solusque eos cunctis necessitatibus sustentabat, Iohannes scilicet: qui postmodùm loci Abbas factus, sub honesta rexit administratione conuentum. *Silētiũ diuturnũ.* Tenebat autem per totam hebdomadam districta censura silentium, quod vtiquè Dominica die post vesperam, cibumque soluentes, habebant loquendi inuicèm vsque ad completionis officium libertatē. Nudis præterea pedibus & cruribus iugiter in cellulis morabantur. Dixit autem mihi, quia cùm cohabitaret Ansoni, religioso videlicet viro, quem & ipse vidi, quotidiè per omnes canonicas disciplinam sibimet inuicèm scoparum ictibus ingerebant. *[...]ar.* horas.* Qui videlicet Anso sibi aliquandò conquestus est, quòd nouem diarias panis pensas in uentre simul haberet. *[M]ira inedia.* Tanta quippè macerabantur inedia, vt aridus panis constiparetur in ilibus, ac digeri difficilè posset.

[C]ap. 3. Illic etiam quidam frater erat, qui sæpè vagabondus egredi de cella tentauerat; quem Iohannes Prior eremi, prout dignum erat, priùs austerè corripuit, deindè in sua præsentia vapulare præcepit. Cumque iubente magistro, se cœpisset induere, superbè locutus est; quem rursùs magister exui, rursùs præcepit verberari. Sed adhuc etiā se uestire incipiens, superbū quid effluere nō cessauit: sic tertiò, sic quartò, & si rite teneo, usque sexiès verberatus est, nec emendatus. *[F]rater septies flagellis tādē corrigitur.* Exutus enim, & reindutus, humilia respondere non potuit. Septima verò vice flagellatus, cùm se cœpisset induere, clara statim uoce clamauit, dicens: Eccè diabolus abiit, eccè nequissimus cordi mei habitator aufugit, meque nexibus, quibus adstringebar, effractis liberum reliquit. Iam iam domino ac magistro meo libenter obtempero, eiusque me subdendum legibus per omnia repromitto. Hoc modo frater ille ad humilitatis custodiam rediit, & in cellula iugiter perseuàrans, decæterò irrepræhensibiliter vixit.

[C]ap. 4. Longe uerò pòst, magistro præbente consensum, dignatus est vir sanctus prædictus mihi misero, & quem ipse suscipere dignaretur, indigno, mira se prorsùs humilitate committere, & sicut Abbati monachum subiugare. Cui nimirùm præstitit, non accepit. Et quem susceperam velut in subiectione clientem, gaudeo me in schola Christi veræ philosophiæ percepisse* datorem. *[...]r. * doctorem.* Ità quippè vita eius, prædicatio & ædificatio, doctrina erat, & disciplina. Sed quia nos nonnulla huius sancti viri dicta, uel facta per diuersa dictatus nostri iam opuscula sparsimus, non videtur absurdum, si eadem hic, quæ tamen præ manibus habentur, eo ipso stylo, quo scripta sunt, apponamus. Sane facilioris est exitus, ex dolatis lignis domum construere, quàm dolando simul & construendo laboris exercitium geminare. Nam & de templo Salomonis scriptum est: Domus autem cùm ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata est: & malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo, cùm ædificaretur. *3. Reg. 6.* Habemus & nos, iuxta nostræ manus impolitiem, politos lapides, quos vtiquè sufficit nobis, ut in structura duntaxat, ità vt inuenti sunt, simpliciter ordinemus.

Cap. 5. In Epistola itaque ad dominum Teozenem inclusum missa, hoc me scripsisse reperio: Sed cur ego sanctos commemorando viros diuersa passim loca perlustro, quandoquidèm intrà limen, & præ manibus teneo, ad cuius dignè efferenda præconia impar uiribus non assurgo? Certè cellulis altrinsecùs constitutis, solo basilicæ mediantis interstitio, ego illeque diuidimur. Cuius si uirtutibus enumerandis inuigilo, antè dies elabitur, quàm scribendi materia deficere posse videatur. Dominicum dico, doctorem videlicet, & dominum meum: cuius quidem lingua rustica est, sed vita artificiosa satis, & lepida. Quæ sanè uita satis vtiliùs ad ædificationem viuis operibus prędicat, quàm sterilis quorundam lingua, quæ accurata phaleratæ vrbanitatis verba inaniter trutinat. Longo iam annorum elabente curriculo, ferrea ad carnem lorica præcinctus, infœderabilem pugnam cum iniquis spiritibus conserit, semperque paratus ad prelium, non solùm corde, sed & corpore præmunito aduersùs hostiles acies feruidus bellator incedit. *Dominic* ferrea lorica ad carnē indutus.* Hanc autem continuę vitæ consuetudinem indifferenter habet, vt vix dies vlla prætereat, quin duo psalteria modulando, vtraque manu scopis armata nudum corpus allidat. *Nota uitæ austeritatem.* Et hoc remissiori quidem tempore. Nam Quadragesimalibus circulis, siue cùm pœnitentiam peragendam habet, (crebrò enim centum annorum pœnitētiam suscipit) tunc per dies singulos, dum se scoparum tunsionibus afficit, vt minùs, tria psalteria meditando persoluit. Centum autem annorum pœnitentia, sicut ipso anthore didicimus, sic expletur. Cùm tria scoparum millia vnum pęnitentię annum apud nos regulariter expleant, decem autem psalmorum modulatio, vt sępè probatum est, mille scopas admittat, dum centum quinquaginta psalmis constare psalterium non ambigitur, quinque annorum pęnitentia in unius psalterii disciplina rectè supputantibus inuenitur. Porrò sine quinque viciès, siue viginti quinquies, centum faciunt. Consequitur igitur, vt qui viginti psalteria cum disciplina decantat, centum annorum pęnitentiam se peregisse confidat. Quanquàm & in hoc omnem modum Dominicus superet: quia cùm nonnulli vnam manum in disciplinis agendis exerceant, iste, vt reuerà Beniamin filius, contra rebelles carnis illecebras utraque manu infatigabiliter pugnat. *S. Dominic* Beniamin, id est doloris filius nũcupatur.* Hanc autem centum annorum pęnitentiam, ut mihi ipse professus est, facilè sex diebus ex more consummat. Memini quoquè, quia cuiusdam Quadragesimę imminentis initio, mille annos imponi sibi per nos ad pœnitentiā petiit, quos certè omnes fermè, antequam ieiunii tempus transfigeretur, expleuit. Et paulò pòst hoc prosecutus sum.

Nunc ad Dominicum, de quo cęperat, sermo recurrat. Enimuerò cùm hunc iam & incurua senectus deprimat, & crebris insupèr sæpè laboribus

conia-

Magnus feruor in sene.

contabescat, mirum vndè illi tantus feruor incanderet, vt in spiritualibus exercitiis se semper inuictum, semper infatigabilem reddat. Nam, vt ipso referente cognoui, sæpè duo psalteria cum disciplinis stando continuat, ita vt neque interim sedeat, neque vel ad momentum à * persecutionibus incredibili mentis feruore quiescat. Inquirenti mihi aliquandò, vtrùm posset cum ferreæ vestis pondere aliquantispèr genuum flexibus insudare, sub hac mihi dedit obscuritate responsum: Cùm incolumitas, inquit, mihi votiua respondet, quandoque per omnes totius psalterii quindenos psalmos centiès genuflectere consueui. Quod quidem tunc non diligenter attendi, postmodùm verò quod dictum fuerat, mente reuoluens, à depresso homine ille in vno psalterio † fieri admiratus expaui. Quadam die post vesperam, cellulam meam ingressus, Magister, inquit, (hoc enim indigno vocabulo me ex humilitate compellat) hodiè feci, quod hactenùs me fecisse non memini. Octo nempe psalteria inter diem ac noctem modulatus expleui. Videbatur autem tunc totus vultus eius, vt scopis attritus, ac sulcantibus quibusdam vibicibus liuefactus, tanquàm si pila fuerit, ptisanarum uidelicet more, contusus. Psalmodia sanè illi idcircò tam facilè prouenit, quia non tam verba, vt ipse asserit, lingua perstrepente reuoluit, quàm sensum mentis viuacitate percutit.

** percussionibus legendū puto.*

† genuflexiones, hic deesse uidetur.

Cap. 7.

Aliquandò à me remotus habitabat, cumque ad me ingressum, quibus tunc se vitæ legibus regeret, inquisissem, respondit, se carnaliter viuere, & quintis sæpè feriis cum Dominicis diebus, à solito se abstinentiæ rigore laxare. Requisitus, vtrùm quolibet pulmento, ouis, vel caseo vesceretur, negauit. Rursùs, si piscibus, aut pomis: Pisces, ait, & poma, si qua sunt, ægrotantibus præbeo, quorum non minimam multitudinem iacere in nostris partibus ingemisco. Cumque illum durus exactor in augusto concluderem, dicens: Vndè ergò illis diebus remissiùs viuis, si nihil eorum comedis, quæ necessè sit vel ignibus decoqui, vel arboribus inueniri? Respondit: Fœniculo, inquiens, cum pane libenter vescor. Mox nimirùm peritè cognoui, quam carnaliter homo viueret, qui suas delicias fœniculum constituisset. Habet planè vberem lachrymarum gratiam, sed alternam. Cùm enim reclusus sub districto se silentio reprimit, mox vt voluerit, affluenter plangit. At si colloquio frequentetur, fletum se amisisse conqueritur. Sed & ego illi sæpè penuriam meæ ariditatis improperro, dicens: Heu, inquam, mi pater, istæ tuæ lachrymæ infœcundæ sunt, quæ alias orando lachrymas parere nequeunt. Optarem nanque quod consequens est, nimirùm vt sicut tu mihi pater es, ita nihilominùs & tuæ lachrimæ mearum quoquè lachrymarum fierent genitrices.

Lautior cib. eius, panis cum fœniculo.

Cap. 8.

In Regula quoquè eremitica inseruisse me recolo. Dicam: Sed quis scit, vtrùm fides assertioni fidelissimæ præbeatur? At paruipendendum est, si humana temeritas arguat, quem summa veritas falsitatis excusat. Est inter nos, qui nonnunquam vno die continuato cum nocte, nouem psalteria meditando decurrat, & interim penè semper vtraque manu, scopis armata, nudum corpus afficiat. Notandum autem, quia dum hæc peragere satagit, noctè, uel die dormire non uacat: sed aliquandò genua flectens, dum caput terræ deponit, sic nudo repentè somnus obrepit, eoque solo contentus est. Hic mihi aliquandò fraterna familiaritate conquestus est, quia cùm nouem sic psalteria sæpè modulando perficeret, ad decimum nunquam potuerit peruenire.

Nouem psalteria dicit ūra s 4. horas meditādo

Cap.

In epistola quoquè, quam Blancæ Comitissæ direximus, hæc nos indidisse uidemur. Vtinàm daretur tibi nunc dominum meum uidere Dominicũ, qui quod imperitæ linguæ conamur officio, ipse te efficaciori luculentissimæ uitæ doceret & informaret exemplo. Hic deniquè à tribus circiter annorum lustris lorica ferrea uestitur ad carnem, duobus autem ferreis circu'is in corpore cingitur, duobus item per brachiorum armos arctatur.

Sed quia de illo in aliis nostris opusculis iam plura digessimus, nunc quod vix ante sex dies ad nos veniens retulit, proferamus. Ait itaque: Contigit me nosse, quòd scripseris, nouem me uno die psalteria decantasse cum corporalibus disciplinis. Quod certè cùm audiui, tremefactus expaui, & conscientia mordente congemui. Væ, inquam, mihi: ecce hoc de me, nesciente me, scriptum est, & tamen vtrùm à me hoc fieri potuisset, ignoro. Ego rursùs experiar, & an hoc implere potuerim, indubitàter agnoscam. Quarta igitur feria me vestibus exui, & armata scopis vtraque manu, totam noctem ducendo peruigilem, psallere, ac me verberare non destiti, donèc die altero decursis duodecim ex more psalteriis partem decimitertii, vsque ad psalmum, Beati quorum, absolui. Porrò quod nobis durum sæpè videtur & asperum, quàm ille puerile deputet ac despectum, uno doceamus exemplo. Frater quidam cùm à scoparum ictibus omnis abhorreret, atque perferre grauissimum iudicaret, tandem tamẽ domini Dominici crebris insistentis adhortationibus acquieuit, ac per modulationem totius psalterii, & insuper quinquaginta psalmorum, sibimet disciplinam inferre propriis manibus non cessauit. Erat autem nox illa præcedens Dominicam diem, & beati Michaelis festiuitatem. Cumque facto manè ad prædictum senem frater ille venisset, timẽs nè uide indiscretione redargueretur, cùm quod egerat, per ordinem retulisset, hac ille voce respondit: Noli frater, pusillanimis esse, uel pro hac tua, quæ nunc est, infirmitate diffidere: potest enim Deus ex imis te ad altiora prouehere, & huius lacteolæ tuę conuersationis infantiam, ad iuuenilis roboris incrementa firmare. Et adiiciens ait: Nos etiam primò pedetentim cępimus, sensimque ad quod nos diuina pietas perducere voluit, licèt imbecilles ac fragiles, educti sumus. Sicque factum est, vt non eum de immoderato feruore, sicut ille timebat, argueret, sed nè desperationi succumberet, tanquam qui minimum quid egisset, animum refoueret. Huius itaque sancti senis exemplo faciendę disciplinę mos adeò in nostris partibus inoleuit, vt non modò viri, sed & nobiles mulieres hoc Purgatorii genus inhianter arriperent. Nam & relicta Techbaldi sublimis vtiquè generis, & non infimę dignitatis, mihi aliquandò retulit, pręfisam huius disciplinę centum annorum se pœnitentiam peregisse.

Dominicus circulis ferreis cinctus

Cap. 10.

XIII. Psalteria uno [...]

S. Michaelis [...]

Mulieres [...] flagellant [...] purgatorium [...] purus.

In Epistola etiam ad Iohannem Priorem eremi, quę iuxta Susa vicinum montem est constitutę, cùm eum, eiusque subiectos ad extensionem in orationibus exhortatoriè prouocarem, dixi priùs de quodam feruentissimo in amore Christi fratre nostro, Adam nomine, deindè Dominicum in exemplo subiunxi, itá inquiens: Habemus autem quendam iuuenculum fratrem, qui confessus est, à capite vsque ad finem psalterii eleuata se brachia tenere dũ psallit, ità ut laquear tabularum cellulę manibus sępè cõtingat, hac tamẽ discretione seruata, ut per quinquagenos psalmos ad momẽtum brachia extenta deponat, & protinus erigat. Habemus & alterum prouectioris

Cap. 11.

ctioris ætatis, incuruum videlicet ſenem, & vt ſecretè tibi confitear, hic Dominicus eſt. Is itaq; quandā ſcriptiunculam reperit, vbi dicebatur, quòd ſi quis duodecim illic notatos pſalmos viciès quatèr, erectis in modū Crucis manibus, caneret, pro vno poſſet anno pœnitentiam regulariter compenſare. Protinùs ille in exercitium id quod dicebatur, arripuit, & duodecim illos pſalmos extenſis brachiis, ſicut dictum eſt, viciès quatèr ſub nullo prorsùs interuallo, ſed vno ductu quotidiè decantabat. Scripſi ſup hoc & in aliis fortaſsè opuſculis, quæ vel ad præſens deſunt, vel faciè memoriæ non occurrunt. Itaque ab eorum replicatione, quæ ſcripta ſunt, ad noua quęlibet articulus transferatur.

Nota diſſi pſalmorū laborē quotidianū.

Cap. 12.

Enimuerò quaſi quidam diuinus ignis in eius pectore iugiter æſtuabat, qui nuſquàm permittebat eum à ſpiritualis exercitii labore quieſcere. Aliquādò nanque cùm ego perquirerem ſacroſancto die Paſchali, cæteris fratribus, iuxta morem, meridie quieſcentibus, vtrùm & ipſe dormiſſet, ait: Certè, pater, dixi in corde meo: Quid mihi, tam lōgis adhuc noctibus, in die dormire? Extenſis itaque in Crucis effigiem brachiis, pſalterium cœpi: Quo me ſic ſtante decurſo, ſignum protinùs horæ Nonæ perſonuit. Hoc itaque modo iunxit victoriam Crucis cum gloria reſurrectionis. Aliquandò cùm de quotidianis, vt mos eſt, inuicèm confabularemur operibus, ait: Hac etiam nocte, quid mihi contigerit, manifeſto. Nam dum ſolitus ſopore ſurrexi, mox brachiis in modū Crucis extēſis pſalterium cępi: eumq; pſalmis omnibus, & canticis, quæ ſequuntur, hymniſque decurſis, eò loci iam eſſem, vt ſolo catholicæ fidei pſalmo, & litaniis deberem cuncta concludere, incidit in mentem, vt interim iſta dimitterem, ac pro defunctis pſalterium decantarem. Igitur brachia non deponens, ad defunctorum pſalterium trāſii, quod iuxta morem per quinquagenos pſalmos trifaria lectionum interpolatione diſtinxi. Quo ſic expleto, ad id protinus, quod omiſeram, redii, atque hoc, quod de primo pſalterio reliquum erat, expleui. Cumque de tertio conſequenter aggrediendo pſalterio cogitarem, beneſactum, ut ita dixerim, ſignum repentè nocturnæ ſynaxis inſonuit, quod me depoſitis vlnis officium cum fratribus celebrare coegit. & certè neſcio quo anni tempore noctes breuiores erant.

Diutiſſimè orat. extenſis brachiys.

Cap. 13. Scuticaſe morè flagellat.

Aliquantis porrò ante obitum annis, quaſi nouū ſupplicii genus inueniens, virgarum ſcopas in corrigiatum ſcuticas vertit, ſemelque guſtato, quia duriores ſunt, in his verberandi conſuetudinē poſuit. Hoc flagellum, ſi quandò egrederetur ad ſeculum, portabat in ſinu, vt vbicunq; eum iacere contingeret, à verberibus non vacaret. Aliquandò verò cùm loci occaſio non præberet totum ſe poſſe cauere, per crura ſaltèm & femora, per caput atq; ceruicē, ſeſe non ceſſabat affligere. Circulis quoq; ferreis quatuor, quia ſibi præ longa conſuetudine iā viluerant, quatuor itèm ſuperaddidit, vt duobus in coxis, duobus conſequenter in cruribus ſtringeretur. Enimuerò loricam, & quibus vtebatur, tanquàm ciliciis, uel laneа quælibet indumenta, poſt menſes, ſiue poſt ſpatium prolixius abluebat, vt rubiginem deponerent, & aridis ingerendam membris vredinem non haberent. Porrò autem cùm omnes, qui in cellulis habitamus, hoc laboremus, ut pro muniendis à frigore pedibus veſtimenta vſque ad imum deſluant pauimentum, hoc etiam nobis in eo intolerabile videbatur, quia cùm in eremo & ocreas neſciret & calceos, veſtes tamen eius ad tibias vſq; medias deſcendebant. Nudatus autem ad ſuſcipiendam in capitulo diſciplinam, quod ſcilicet nunquam omittere volebat, exeſis ieiunio membris, & amatę loricæ mole detritis, Aethiopicam contraxiſſe nigredinem videbatur. Veſtimenta verò lurida, & cariosa, vt ità dixerim, videbantur vetuſtate conſumpta. Hoc mihi ſæpè dicebat. In hoc pſalmodia prouenit citò pſallenti, ſi corde verba teneat, ſi quæ lingua loquitur, mens veraciter compræhendat. Alioquin ſi cor vagatur, pſalmorum curſus ad finem, lingua nunc fallente, nunc tepeſcente, tardè perducitur. Aiebat etiam, quia ſomnum ſomnus adeſcat, & vigilias vigiliæ pariunt. Nam corpus humanum, in quo paulatim priùs enutritur, in hoc per incrementa poſtmodùm roboratur.

Ecce quā in aſſuctionibus carnis cōcupiſcentia calcaru.

Nota nimis conſuetudinis.

Cap. 14.

Sed hic me quiſpiam fortaſsè redarguat, qui videlicet nō tam, quem viuendi ordinem vir ſanctus habuerit, ſed quibus miraculis in hac vita claruerit, audire feſtinat. Cui me breuiter hoc reſpondere ſufficiat: Quoniam & MARIA, & Iohannes Baptiſta miraculum feciſſe non legitur, cùm tamen eorum uita non qualibet ſcriptura, ſed Euangelio teſtante narretur. Quanquàm Maria in ſolo partu, quem edidit, omnium proculdubiò ſanctorum virtutes ac ſigna præcellit. Hoc etiam inſeram, quia vberiorem fructum præbet audientibus ſanctorum virorum mirabilis vita, quam oſtenſa miracula. Illa ſiquidem exigit imitationem, iſta ſolam ingerunt admirationē. Miracula docent, quomodò illi, ſancti fuere: vita uerò inſinuat, qualiter & nunc homines fieri ualeant ſancti. Propterea qui miraculum quæris, non ne tibi videtur eſſe mirabile, hominem fragili adhuc carne circundatum, Angelicùs (vt ita loquar) uiuere, adeò vt inter quamplurima hominum millia, vix unum ei ſimilem valeas reperire? Et certè quamplures hodiè ſunt inferioris vitæ, per quos Deus omnipotens dignatur virtutem oſtendere.

Partus S. Mariæ miracula omnia antecellit.

Angelicè, pro Angelicè.

Cap. 15.

Ieſu teſte, non mentior, quia necdùm tres menſes elapſi ſunt, ex quo ad me in Samugni videlicet eremo diuerſantem, duo adoleſcentes monachi uenerunt, quorum alter de Spoletina monarchia, alter verò de Venetiæ dominio, Polenſi videlicet vrbe, oriūdos ſe eſſe dixerūt. Sed Venetus, vocabulo Michael, ſicut nobis in confeſsione perhibuit, in ipſo ſuæ cōuerſionis initio, circulo ferreo ſub hac deſiderii ſui pactione ſe conſtrinxit, rogans Dei omnipotētis obnixè clementiam, vt cùm locum ſaluti ſuæ congruū reperiret, confeſtìm ille circulus frangeretur. Porrò autem ipſo die, quo eremum nouus hoſpes ingreſſus eſt, vix poſt trium horarum ſpatium, dū beati Benedicti regulam, ſicut eſt idiota, vtcunquè ſyllabatim legeret, repentè cōpunctionis eum ſpiritus in lachrymas ſoluit, eodemque momento circulus ille fractus apparuit. Quod miraculum quoniam alibi iam nos deſcripſiſſe meminimus, celeriter tranſcurrentes, ſequens aliud, quod necdùm literis inſertum eſt, enucleatiùs digeramus.

Miraculum.

Cap. 16. En ut ſtūdēt ſācti homines domandа carni.

Paulopòſt nanque Rauennam vrbem, me iubente, perrexit, ut ſarcinulas ſuas, quas ibi de naui prodiens reliquerat, exportaret. Illic itaque apud fabriles officinas noua ferreorum nexuum argumenta confinxit, multiſque ſe vinculis per diuerſa membra ipſe ſibimet iudex & reus, violenter arctauit. Nam duo pendebant vincula ceruicetenùs per humeros altrinſecus, hinc ad ſexum, illinc ad femen: duos verò in coxalibus circulos, duos ſuſcepit in vlnis. Vndiquè igitur tam multiplici conſtrictione vallatus, ad nos rediit: ſecretè, quod circa ſe factum fuerat, oſtendit: ne ve, quæ fecerat, immutarē, uix tādèm voti compos obtinuit. Sed cùm hæc illum ultra vires tormenta grauarent, & ex attritis carnibus iamiam ſ[illegible]ctor erumperet, inſupèr acceſſit, quod

cor fratris gloriam respuentis acriùs perturbauit. Cœpit enim huius mysterii fama prorompere, & primus per fratrum, deindè per ora superuenientium quorumlibet volitare. Rogauit itaque omnipotentis Dei misericordiam, vt quid sibi super hoc cœpto placeret, pro suæ misericordiæ indicium euidẽter ostenderet. Interim verò dum huiusmodi precibus frequenter insisteret, bis per somnium confortatus, audiuit, quia ferramenta illa iam essent diuinitus resoluenda. Porrò autem in festiuitate beatorum Apostolorum Simonis & Iudæ, quam nuperrimè celebrauimus, dum nocturno cum fratribus interesset officio, repentè duo illa ferramenta, quæ super humeros posita, vtriuquè inferiùs dependebãt, ventrẽque cum renibus coarctabant, prorsùs effracta sunt, & unum in duas, alterum in tres diuisum est partes. Cæteri verò circuli, non quidem per partes abrupti, sed ità laxati sunt, & quidam facti sunt tam mollita lenitate flexibiles, vt quodammodò non tam ferrei, quàm plumbei viderentur, adeò ut etiamsi uellet, defluentibus eis ac prolabentibus, adstringere se vltrà non posset. Sic frater, qui sanctæ deuotionis æstuanti fuerat ardore constrictus, pio Dei iudicio est mirabiliter absolutus. Quid ergò magnum, si per Dominicum, mirabilem videlicet virum, signum aliquod voluisset ostendere, cùm in ipso tyronatus exordio per hunc iuuenculum duo miracula dignatus est exhibere, ac laudabilius sit fortia peregisse, quàm noua? Vndè Dauid cùm præmisisset, Mirabilis Deus in sanctis suis: protinùs addidit, Ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ. Non ait, Signa, siue prodigia: sed, Ipse dabit virtutem & fortitudinem.

Oẽs circuli et ferramenta eius resoluunt

Psal. 67.

Cap. 17. Cùm Romanus quidam, Stephanus nomine, iudex sacri palatii, summam præsidentatus administraret Auximi, exigente causa, Dominicus ad eum uenit, eumque super quadam eremi possessione, quam ex iure Sedis Apostolicæ detinebat, obnixè rogauit. Quem ille, vtpotè nulla vestium compositione festiuum, despiciens spreuit, eique nil eorum, quę poscebat, indulsit. Cumque sibi à circunstantibus diceretur, Noli eum tam durè suscipere, sanctus enim vir est: ille tanquàm euomens, ait: Sit sanctus, vt vultis: sed beatus Petrus certè sanctior est, cuius ego causam in hac administratione defendo. Igitur impos cęptis Dominicus, redit ad cellulam. Ille quoquè post paululùm reuersus est Romam. Porrò puer quidam despicabilis, qui ad exequendum quodcunque negocium in administratione remansit, quicquid Dominicus petierat à iudice, cuncta reuerenter impleuit. Iudex autem non diù pòst, quàm ad propria repedauit, hostilibus gladiis perfossus interiit, multasque diuitias, quia sobolem nõ habebat, extraneis hæredibus dereliquit. Erat prętereà Dominicus valdè cautus in verbis, vt aptè sibi congrueret illa sententia, qua Iacobus Apostolus ait: Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Nam si quandò quæreretur, quota diei hora esset, nunquàm absolutè dicebat, quota esset, sed cum hoc additamento semper: Propè tertia hora est, propè sexta hora. Loquitus à me, cur semper ità diceret: In hoc, inquit, mẽdacium caueo: nam siue sit hora transacta, siue adhuc fortassis immineat, propinqua tamẽ est, quæ videlicet à momento, in quo loquimur, non elongatur.

Diuina ultio in iniquum Iudicem.

Iacob. 3.

Cautela magna vtitur Dominicus in verbis suis.

Cap. 18. Habebat aliquandò cellulam iuxta monasterium, quod dicitur Coniunctuli. In vigilia itaq; Dominicæ natiuitatis, cùm tota præcedenti Quadragesima mansisset inclusus, tantusque ieiuniis atque laborib⁹ esset vehementer afflictus, inuitante gloria solẽnitatis egressus, Abbati loci humiliter prócidit, veniam petiit, actus suos & cogitationes lachrymabiliter accusauit. Ille autem, ut erat inexpertus, leuis morib⁹, & consiliis spiritualibus insuetus, cùm sibi sufficeret vnum psalmum, vel perexiguũ quid imponere, pręcepit vt pro his, quæ confessus fuerat, triginta psalteria decantaret. Qua nimirùm ille sententia, velut sagitta percussus, ad cor rediit, atque hoc prouenisse ex diuini dispositione iudicii deputauit. Itaq; regressus in cellulam, nunquàm prodiit, donèc præfixum indictæ pœnitentiæ canonem instantissima sedulitate persoluit.

Magna humilitas eius.

Solebat autem per interualla licèt parcissimè, uinum bibere: sed longè antè, quàm defunctus est, decreuit ab eo penitùs abstinere. Vt itaque iam, omissis cæteris, ad obitum ueniamus, patiebatur grauedinem stomachi, erebris insupèr capitis doloribus cruciabatur. Et quoniam alterum sæpè procedit ex altero, proposuit ad purgandum stomachum, antidoti sumere poculum. Sexta igitur feria per continuum diem vix desiit uel modulandis psalmis insistere, uel corrigiarum se ictibus flagellare. Nocte uerò, sopore deposito, suscepit antidotum: deinde cępit angustiari, & stomachi dolore grauiter conqueri. Post decursum itaq; nocturnæ synaxis officium, post matutinos hymnos, cùm prima iam hora sibi à fratribus, qui aderant, cantaretur, sanctum Deo spiritum reddidit. Inuenerunt autem & alteram loricã, præter eã, qua indutus erat, lateribus eius sindonis more substratam. Vndè suspicati sunt fratres, hoc sibi prçter consuetudinem nullatenùs accidisse, sed sub se eam sanum quoq; tenere consueuisse, super quã videlicet & in infirmitate iacebat. Somniauit autẽ tunc quidam frater de me, quòd oculorum lumen amiseram. Quod dum ego Hildeprando, venerabili Romanæ Ecclesiæ Archidiacono in Lateranensi palatio retulissem: Nequaquàm, inquit, vt times, hoc tibi propinquę est mortis indicium: sed familiaris tibi aliquis extinguetur, qui tibi & charus sit sicut oculus, & lumen tuum ac splendor in bonis operibus videatur. O verum, sed amarius omni felle præsagium. Tertio die, postquàm Romanis mœnibus sum egressus, eccè mihi relatio crudelis occurrit, quæ mihi nil minùs opinanti, cæcatum me remansisse perhibuit, dominum scilicet & illuminatorem meum Dominicum, ex hoc seculo nupèr egressum. Ilicò mihi liquidò putauit, dum ille perit lucis authorem, in tenebrarum me remansisse caligine. Fratres autem corpus eius, nè à uicinis monachis eorũ raperetur è manibus, in eàdem, in qua defunctus est cellula, defossa humo celeriter obruerunt. Nos autem ipso die Dominico, quo eremum ingressi sumus, sanctum corpus indè sublatum reuerenter, ut dignum erat, in capitulo sepeliuimus. Et cùm nonus esset depositionis eius dies, prædictum corpus sanũ illibatumque reperimus.

Cap. 19.

Libera liberalis malis.

Felix eius exitus.

Is Hildeprandus postea Gregorius VII. Pontifex Romanus.

Post nonum diem eius corpus eius incorruptum.

Cap. 20. Eant nunc, qui carnis suæ delectantur illecebris, medullas absorbeant uoluptatum, & uccisionis uictimæ ad æternum nutriantur incendium. In superbię se cornibus efferant, ventilent innocentes, ad uotum molliter viuant, vt eorum postmodùm penitùs semper vlcera amarescant. Nunc uelut infrenes equi per uoluptatum prata discurrant, vt pòst eorũ manus & brachia districtionis extremæ lorica cohibeãt. Dñicus aũt noster stigmata Iesu portauit i corpore, & vexillum Crucis non tãtùm in fronte depinxit, sed cunctis etiam undiq; mẽbris impressit. Exustus & aridus ab humore ralami & inne: vberibus, cælestis gratiæ meruit imbribus irrigari. Hic ferrea lorica pcingitur, illic niueis Angelicę glorię vestib⁹ deco-

Gala. 6.

Tota uita parasceue Crucis sibi fuit.

decoratur. Hic duritia cubilis atteritur, illic mollis Patriarcharũ gremio cõfouetur. Tota hæc vita facta sibi parasceue Crucis, illic autem festiuus & splendidus æternam celebrat gloriam resurrectionis. Nunc inter ignitos supernæ Hierusalem lapides emicat: nunc ornatus victoriarum suarum titulis, æterna laude triumphat, atque in illa beatorum ciuium iucunda societate coniubilat. Obiit autem beatus Dominicus pridiè Idus Octobris, regnante Domino nostro Iesu CHRISTO, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

VITA S. OSVVALDI VVIGORniensis Episcopi, quam quidam aiũt scripsisse Senatum Brauonium, Vuigorniæ monachum, circa annum Domini 1170. sed eius nomen Codex noster non habet. Est autem fideliter conscripta. Stylum nonnihil correximus passim.

Octob. 15. iuxta Martyrologia. Obiit anno 28. Februarii, uel 29.



SANCTUS Osuualdus Episcopus, nobilissima stirpe ortus, forma corporis eleganti fuit. Cùm adhuc puer esset, pueriles vitare ineptias, & ad sanctitatis opera atque studia sese applicare cœpit. Patruum habuit sanctum Odonem Cantuariensem Archiepiscopum, prudentia & discretione sublimem, moribus grauem, iustitia insignem, & in omni actione sua circunspectum: cui etiam à parentibus suis Osuualdus commendatus est literis imbuendus, & bonis exemplis optimisque moribus cõformandus. Cumque tum prophanis, tum Diuinis literis apprimè eruditus esset, Vuintoniensis Canonicus effectus est. Vbi cùm alii, posthabito uitæ & ordinis sui instituto, prauis animi cupiditatibus laxarent habenas, ille constanter ad præscriptum vitæ Canonicorum sese gerebat. Non multò pòst factus Decanus, licèt etiamnũm iuuenis esset, tamen senum deprauatos mores corrigere, & pueriles eorum sensus studio disciplinæ cælestis reformare nitebatur. At illa mala consuetudine implicati, nullo pacto ei se obtemperaturos affirmabant. Itaque spreta ille pompa seculari & mundi huius opibus, Floriacense monasterium, in quo S. Benedicti corpus quiescit, petere deliberauit. Dedit verò ei sanctus Odo literas commendatitias & dona, quæ ferret ad monasterium, commendans eum patribus illius. Nanque etiam ipse in iuuentute illic monasticum habitum induerat. Postquàm ergò apud eos Osuualdus vestem monachi accepit, qui eò instituendus aduenerat, ità se comparauit, vt satis in eo haberent alii, quo erudirentur, quodque imitandum susciperent. Erat enim parci somni, modici uictus, verbis prudens & moderatus, in prece assiduus. Quàm verò patiens, humilis, benignus, humanus & mansuetus fuerit, ex syncera charitate, qua, suprà quàm dici queat, ornatus erat, facilè æstimari potest.

Cap. 1. Odo Cantuariensis episcopus, patruus Osuualdi.

Fit canonicus S. Osuualdus.

Vide quid noceat mala consuetudo.

S. Osuualdus fit monachus.

Cap. 2.

Secretum quendam in ecclesia locum ei Abbas attribuit, in quo Deo liberiùs & familiariùs vacaret & inhæreret. Ibi ergò orationi, meditationi, contemplationi rerum cælestium & diuinarum, ab aliorũ strepitu & inquietudine remotus, operam dans, magnam humani generis atrocissimo hosti liuoris & odii materiam suppeditabat. Cùm enim nocte quadam precibus & contemplationi incumberet, malignus spiritus sonos excitauit horrificos, scilicet efficere uolens, vt vir Dei aut incepto desisteret, aut certè segniùs id ageret, uel nulla deincèps ratione quippiam eiusmodi attentaret. Sed ille scuto fidei protectus, non magis ad leonis rugitum, uel serpentis sibilum, quàm ad ouis balatum exterritus est, diuersarumque bestiarum voces, quas improbus ille effingebat, cum earum authore irrisit. Sentiens id dæmon, disparuit: sed mox in Angelum lucis se transfigurans, illi apparet. Ille verò signo Crucis se munit, sciens Angelum lucis id non molestè ferre, angelum verò tenebrarum, illo in fugam compulsum iri, quod etiam factum est. Nam simulatque signum illud malignus tentator uidit, instàr fumi ab oculis eius euanuit. Sanctam eius conuersationem ubi cognouit beatus Odo Episcopus, immensas Deo gratias egit, & missis ad monasterium diuersis muneribus, Abbati & monachis nepotis sui nomine gratum se declarauit: simul significans, perquàm cupere se eius frui præsentia, tum quòd iam senio fessus, mortem sibi propinquam sciret: tum quòd regulari seu monastica disciplina & conuersatione, gentis suæ homines per eum instituere decreuisset. Hoc verò nuncio non mediocriter consternati fratres, non tñ ausi Episcopi voluntati reluctari, parent ei, debitoq; cũ honore Osuualdum remittũt. Sed priusquàm uenire posset Cantuariam, sanctus Odo excessit è vita.

Dæmõ inuidet eius sanctis studiis.

2. Cor. 11.

Signo Crucis fugat dæmonem.

Cap. 3.

Præsidebat illis diebus Dorcestrensi Ecclesiæ Oskerillus, auditoque aduentu Osuualdi, qui eius quoquè nepos erat, benignè accepit eum, inprimisque habens, à secretis sibi esse uoluit. Posteà uerò ipso Oskerillo Eboracensis Ecclesiæ creato Archiepiscopo, S. Dunstanus Osuualdum Regi Edgaro commendans, ei familiarem effecit, iussuque illius Ecclesiæ Vuigorniensi præfecit. Collegit autem Osuualdus in pago Vuestbyriensi duodecim monachos, quos crebrò solebat inuisere, optimas eis adhortationes proponere, illosque consolari, atque cum eis ieiuniis, vigiliis & orationi operam dare.

Episcopus Eboracẽs. Osuualdus fit Vuigorniẽsis Episcopus.

Cap. 4.

Per id tempus Ailuuinus Comes multis annis diros podagræ tolerabat cruciatus. Eius quidam piscator, Vulget nomine, cum nauicula sua ingressus aquam Raniesmere, (sic enim vocabatur) in usum domini sui pisces capere conabatur: sed diù frustrà laborans, tandèm nimio affectus tædio & lassitudine, obdormiuit. Apparuit autem ei sanctus Benedictus, aitque ad eum: Surgente aurora, mitte tragum siue rete tuũ in aquas, & pro uoto multos capies pisces: è quibus maximum, quem lupum uocant, Aluuino domino tuo meo nomine offeres, dicesq; ei, ut munus meum comiter accipiẽs, sanctissimæ matri Dei, mihique & omnibus sanctis virginibus, in hac insula monachorum cœnobium ocyùs exædificet: obseruet autem, ubi pecora eius & iumenta nocte incumbant, & quo loco uideris taurum surgẽtem dextro pede terram percutere, illic aram construat. Vt uerò certiorem hisce mandatis meis fidem commodet, digitum tuum incuruabo, quem ille podagra liberatus, mox reuocabit in locum suum. Euigilans homo, magnam uim piscium capit, præcipuum apportat ad Comitem, indicans quid uiderit & iussus sit dicere: simul orans, ut digitum curuum restituat. Comes mox eius erigit digitum: properat, quàtum potest, ad insulam: in eam ingressus, totus fit sanus, taurum è medio grege exurgentem, humum pede tundere conspicatur: laudat DEVM, & quamprimum illic sacellum condit. Non diù pòst eo ipso amplas possessiones largiente, sanctus

Visio piscatoris.

Digitus piscatoris restaurat.

Comes liberatur podagra.

Osuualdus Episcopus intrà quinquenniũ insigne illic ædificauit monasterium, & anno Christi noningentesimo septuagesimoquarto solenniter dedicauit, monachumque suum Ednotum illi Abbatem præfecit.

Cap. 5. Cõcilium generale Angliæ cõtra incontinentes Clericos.

Per idem tempus authoritate Iohannis Papę Dũstanus Archiepiscopus, coacto generali concilio, statuit, & decreto firmauit, vt canonici omnes, presbyteri, diaconi, subdiaconi, aut castè viuerent, aut ecclesias quas tenebant, dimitterent. Habebat autem Regem Edgardum hac in re fidelem adiutorem & egregium defensorem. Porrò huius decreti executio demandata est Osuualdo Vuigorniensi & Ethelnuoldo Vuintoniensi Episcopis. Itaque beatus Osuualdus in sua diœcesi septem monasteria, eiectis Clericis insolenter viuentibus, construxit, Abbatesque eis pręfecit. In iis Abbas Persorensis Fulbertus, benè moratus & religionis monasticæ feruens zelator, sed tamen in subditos seuerus nimiùm, qđ in eo valdè repræhendebatur, cùm esset ad extrema perductus, & post obitum in feretro repositus, redeunte spiritu, erexit se, cunctis trepidantibus, aitque se à beato benedicto ad Dei conspectum perductum fuisse, Deumque ipsi peccata sua ob merita dilecti sui Osuualdi remisisse, eiusque sanctitatis declarandæ causa se reuixisse. His dictis, conticuit, & percepto Dominici corporis viatico, dimidium superuixit diem, rursumque defunctus est. In aliis etiam Angliæ locis ĩsignes ecclesias beatus Osuualdus ob eãdem causam, eiectis Clericis, monasticæ institutionis viris tradidit: putà, ecclesiam sancti Albani, sanctæ *Etheldræ virginis in Eli, & ea, quæ apud Beamfledam honorabilis habebatur. In ecclesia S. Albani Elfricum Abbatem instituit, qui posteà factus est Cãtuariensis Archiepiscopus: In ecclesia Eliensi Abbatem Brithonum, in Beamfledensi Gotmannum. Quæ verò monasteria constituit, ea inuisere solebat, & tũ sermone, tum opere quę ad animarum salutem pertinerent, illis paterno affectu ministrare. Porrò in monasterio Rameseiæ Abbo Floriacensem monachum degere voluit, morum sanctitate præclarum, & literis egregiè eruditum, vt monachos doceret, scholis præesset, & tum regularem siue monasticam disciplinam, tum literarum scientiam promoueret. Is Abbo Dunstanni hortatu beati Edmundi Regis & martyris passionem accuratè conscripsit. Tãdem Floriacum reuersus, & illic Abbas effectus, à suis monachis occisus est.

Discãt huius exemplo Prælati mitiùs agere cũ subditis.

**Etheldreda legẽdũ videtur.*

Abbo Floriacensis egregius monach'. Abbas Trithemi' dicit eũ à gẽtilibus occisum.

Cap. 6.

Cùm monasterium condere vellet Osuualdus Vuigorniæ in ipsa sede Episcopali, ut in eo cũ monachis versaretur, non longè ab illo opere lapis quidam iacebat quadratus, illi structuræ, quam moliebatur, cumprimis necessarius. Sed cùm artifices tollere eum conarentur, perindè acsi radicitùs terrę inhæreret, nihil eum mouere potuerunt. Stupor ingens occupat omnes, res ad beatum Osuualdum refertur. Venit ille, cernensque magnam hominum multitudinẽ casso labore fatigari, admiratur: moxque tacitas Deo preces offerẽs, videt lapidi Aethiopem quemdam insidere, & obscęnis motibus laborantes irridere. Ilicò Crucis signum in eum vibrans, territum fuga sibi consulere compellit. Tum verò lapis, quem prius octoginta viri mouere non poterant, à paucis facilimè sublatus, & in structura locatus est. Absoluta tãdem ecclesia in honorem sanctissimæ matris Dei, congregatisque illic quibusdam monachis, nonnulli Clerici cathedralis ecclesię, cõtempto seculo, monasticum accepere habitum, & ab ecclesia B. Petri ad beatæ Mariæ ecclesiam, à Clericis ad monachos, sedes Episcopi translata est.

Attende vim S. Crucis.

Cap. 7. S. Osuualdus creat' Eboracẽsis Archiepiscopus.

Indè mortuo Eboracensi Archiepiscopo, beatus Osuualdus, cogente Edgaro Rege, & sancto Dunstano Cantuariensi Archiepiscopo, omnique Clero assentiente, Eboracensem Ecclesiam regendã suscepit. Nè verò monachi, quos instituerat, immodica tentatione pulsarentur, si pastorali cura destituti, nõ haberent quo niterentur, authoritate sancti Dunstani Episcopatum Vuigorniensem vnà cum Eboracensi solicitè gubernauit.

Cap. 8.

Monachi Rameseiæ, beato Osuualdo ad ripam stãte, aquam nauigio transmittere volebant. Sed cùm nimiùm onusta esset nauis, mergi cœpit. Consternati monachi ad præsens mortis discrimen, sancti præsulis opem implorant. Ille mox signum Crucis edit, & nauis è profundo emergens, acsi nihil ferret oneris, prospero lapsu ad litus perfertur.

Magnus vis signi S. Crucis.

Cap. 9.

Nunciatum quandoque ei fuit, monachum Eliensem, in ecclesię opere occupatum, ruisse præcipitẽ, & subitò expirasse. Qua re non mediocriter perturbatus, quòd sciret monachum illum non planè inculpatum duxisse vitam, accitis Rameseiæ fratribus exponit quid acciderit, hortatur, vt pro anima defuncti dominũ obnixè deprecentur. Itaque vacant vigilijs monachi illi, psalmis & lachrymis dãt operam, pulsant fores diuinæ misericordiæ. Et eccè nocte quadam Episcopo orationi insistenti, defunctus frater ille visibiliter appàret: rogatus quis sit, dicit eum se esse, pro quo Dominum ipse deprecetur. Tum verò suspirans Episcopus, Vt, inquit, frater, hactenùs habuisti, & etiamnùm habes? respondit ille: Hactenùs quidem valdè malè, at nunc valdè benè. Tuis enim meritis & precibus è pœnis, quibus cruciabar, per Angelum suum me Dominus hesterno Die liberauit. Quod tibi nunciatum vẽni, simul & gratias tibi agens, teq́; admonere cupiẽs, quàm pp hoc & alia Deo grat' esse debeas. *His dictis euanuit.*

Precibus sanctorum liberatur è pœnis purgatorii.

Cap. 10.

Diœcesim suam sanctus Episcopus opportunis tẽporibus peragrans, quicquid comperire potuit in moribus subditorum suorum, quod oculos summi Dei offenderet, paterna castigatione corrigere satagebat. Intereà contigit eum quandoque venire Ripum, vbi quondàm beatus Vuilfridus, nobili constructo monasterio, humatus fuit: sed posteà locus ille à barbaris magna ex parte dirutus, in lustra & specus ferarum mutatus erat. Ibì tum peruigil ille in precibus noctù persistens, diuina reuelatione didicit sanctorum corpora condita illic esse, quæ si inuestigare velit, cum singulorum nominibus ea se procul dubiò reperturum. Manè foditur humus, sanctorum corpora inueniuntur cum tabula, cui hęc inscripta erãt: Hic requiescit sanctus Vuilfridus antistes Eboracensis, & reuerendi Abbates Tilbertus, Boruoinus, Albertus, Sigredos atque Vuildenus. Eas reliquias interim apto reposuit loco: postmodùm verò corpus sancti Vuilfridi in loculo, ità vt par erat, præparato, reuerenter condidit, utporè quem magno Vuilfrido, loci eius fundatori, consanguinitate iunctum non ignoraret. Cuius quidem magni Vuilfridi corpus, à sancto Odone Cantuariensi Archiepiscopo iampridèm Cantuariam translatũ fuerat. Porrò reliquias inuentas B. Osuualdus feretro impositas, admodùm honorificè Vurgorniam misit.

Sacra corpora ei diuinitus reuelantur.

Cap. 11.

Vir quidam potens acri correptus febre, per nuncium viro Dei malã valetudinẽ suam indicauit. Ille ergò benedictum panem ei misit, iussitque eum illo vesci cum bona spe & fiducia recuperãdę salutis. Fecit ille, ut iussus erat, seq́; perfectè curatum sensit.

Benedicto pane sanat febricitantem.

Cap. 12. Nota vim benedictionis.

Sedente ad mensam beato viro, panemq́; benedicente, & assidentibus distribuente, sorex casu superueniẽs, micas decidentes à pane illo auidè comedit,

moxq́;

moxque præfocatus periit, nec vllo pacto euomere potuit, quod ore vorauerat. Ne quis autem eius laudi id tribueret, sanctus Episcopus exanimem soricē iussit à conspectu intuentium remoueri, & proiici.

Cap. 13. Nota pœnā irreuerentiæ.

Monachus quidam è balneis veniens, in loco, vbi Episcopus crebrò sedere consueuerat, somnum capere cœpit. Et eccè adsunt multi teterrimi spiritus, seuerissimè ab illo exigunt, cur ausus sit in tanti pontificis dormitare loco: mox illum inuadūt, torquēt, laniant, hàc illàc distrahunt, sursùm deorsùm eum iactant. Tandèm ille sic vexatus, horridis clamorib⁹, quid ipsi acciderit, omnibus palam enarrat.

Cap. 14. Insignis erga pauperes humanitas.

Singulis diebus, præter alios innumeros, quos quotidiè alebat, duodecim pauperum abluebat pedes, lotos osculabatur, capillis & linteo extergebat, manibus infundebat aquam, nummos largiebatur, cibum & potum ad mensam sedentibus apponebat, in Paschate vestibus nouis indutos, ad aliquot dies secum in aula sua retinebat. Nulla corporis infirmitas ab his officiis eum retardabat: immò verò quo se corpore sensit debiliorem, eo ad inseruiendum illis maiorem sibiipsi vim adhibebat.

Cap. 15.

Die quodam egressus cum suis ex oratorio, sub dio stans, in cælum intentissimè oculorum aciem defixit, Christum, quem suspirabat, pio corde & ore attentiùs orans. Nec verò oculos, vt fit, citò retraxit, sed perindè acsi noui quippiā cū summa animi voluptate contemplaretur, diutissimè in eo, qđ intuebatur, defixus fuit. Rogatus ecquidnā uideret, ità

Præuidet obitū suū.

respōdit: Contēplor id, quò tēdo, idq; crastino die, etiā me tacēte, res ipsa vobis declarabit. Aeterna nāque beatitudo, cui⁹ causa hucusquè ī terris laboraui, nunc instat: nec antè crastina occumbet lux, quàm me in eam Dominus meus, sicuti est pollicitus, introducat. reuersusque in oratorium, conuocatis fratribus, hortatur eos, vt impendant ipsi ministerium sacræ unctionis cum viatico Dominici corporis. Nocte sequenti, oblitus aduersæ valetudinis suæ, in templum se contulit, officium diuinum expleuit & reliqua noctis spatium Dei laudibus expendit. Manè solito more linteo præcinctus, pedes pauperum lauit, & osculans eos atque extergens, quindecim psalmis, quos in illo ministerio dicere solebat, persolutis, subiunxit, Gloria patri & filio, & spiritui sancto. Cumque pauperes pro more gratias agētes surgerent, ille dicēs, spiritui sancto, ante illorum pedes in manus Christi spiritum reddidit. Cùm autē corpus eius ad ecclesiam, quam construxerat, deferretur, niuea columba è cælo descendens, expansis alis, lento volatu illud protegere visa est. Ignea quoquè sphæra cælitùs lapsa super feretrum apparuit. Deposito indè ante altare sacro corpore, visio illa, tāquàm locum sepulturæ eius designature, in Australem ecclesiæ plagam iuxta altare diuertit, sicque ab oculis intuentium subducta est. Aluuinus quoquè Comes post obitum sancti viri ingenti cordis angore & dolore pressus, è vita abiit, & in Ramesciæ monasterio sepultus est.

In sancto ministerio feliciter aīam expirat.

Aluuinus Comes eius familiaris obit similiter.

Cap. 16.

Cùm beatus Osuualdus adhuc iuuenis in Floriacensi, vt diximus, monasterio monasticam uitē sanctissimè coleret, iuxta locum, in quo orare solebat, crypta quædam erat, ad cuius fores duodecim pauperes quotidianum victum à monasterio percipiebant, atque ex iis unus sancto Osuualdo sacras hostias offerenti ministrabat. Quadam ergò die, cùm vir sanctus post Euangelium recitatum oculis in cælum erectis oraret, minister eius vidit reuerēdi vultus personam, candidissimum panem, sed exiguum, inter manus, quas vsque ad caput suum porrectas habebat, digno cum honore tenentem. Ea visione

Visio cuiusdam ei ad sacrificiū ministrantis.

licèt mirè perterreretur, sustinuit tamen, nec subitò arripere fugam voluit. Sed cùm eundem panem cū sacerdotis in Missa processu pauletim crescere, atq; ad insolitam molem prouehi cerneret, vltra illic hærere non ausus, extra ostium aufugit. Itaque solus remansit Osuualdus presbyter, & qui videbatur, è dextris ei assistens Angelus eius. Interim minister identidèm caput ostio templi inferens, quid circa altare gereretur, trepidus explorabat: cumque seruus Dei, Per omnia secula seculorum, & quædam alia pro cōsuetudine diceret, nec ille respondere auderet, exaudiuit Angelum ad singula respondentem, eiq; officiosè ministrantem. Peracto sacrificio, minister introspiciens, & Angelum iam non videns, trepidus ad virum Dei accessit, causam fugæ suæ exposuit, sciscitās ab eo, num ipse quoquè Angelum vidisset. Tū ille: Equidem vidi, inquit, & audiui ea, quæ dicis. sit benedictum nomen omnipotentis Dei, qui me tua opera destitutum, in sacro ministerio suo non deseruit. Interdixit autem ei, nè, dum esset ipse in uiuis, cuiquam eam visionem aperiret. Obiit vir sanctus anno gratiæ noningentesimo nonagesimosecundo, Epatus sui tricesimo, pridiè Calēdas Martii.

Dies & ann⁹ mortis eius.

Cap. 17.

Ab eius obitu anno duodecimo Adolphus Eboracensis Archiepiscopus, reuelatione diuina admonitus, Vuigorniam, vbi vir sanctus sepulturam elegerat, profectus, eius sacra ossa è terra extulit, & in theca summo cum honore collocauit. Aqua verò, qua ossa illa abluta erant, cæcis visum, surdis auditum, claudis gressum, & quibuscunque morbidis sanitatem restituit. Vestimenta omnia, integra & incorrupta in sepulcro reperta sunt, suauissimum spirantia odorem. Monachus quidam Ramesciæ cancri vlcere in maxilla ità percussus erat, vt cōsumpta cute & carne, nuda mandibula apparerèt. Is ergò in festo S. Osuualdi è scypho, undè vir ille sanctus bibere solebat, magna animi pietate & fide potans, postquèm bibit, scyphum fortiter admouit maxillæ tabescenti. Deindè paulopòst eum amouens, vulneris eius omnem saniem & putredinem adeò vidit poculo adhærere, ut redintegrata maxilla, nullum morbi eius vestigiū posset in ea deprehendi: sed tamen vt aliquod extaret tanti miraculi & virtutis diuinæ testimonium, paulo semper rubicundior uisa est, quàm altera.

En ut De⁹ illustrat sanctorū reliquias.

Cancri morbus curatur.

Cap. 18.

Quidam ab infantia mutus, in beati Osuualdi solennitate uidit quendam sibi ignotum reuerēdi uultus hominem, decore canicie conspicuum, sacerdotali amictum veste, pedum manu tenētem, à loco sepulchri sancti Episcopi ad se properantem: cumque ei iuxta se transeunti caput humiliter inclinaret, ille eum pedo ad collum percussit, & euanuit. Ad eū ictum territus homo, mox ex ore eius magna cōcreti sanguinis massa in terram decidente, ità exclamauit: Succurrite, quæso, succurrite, & nè sāguine meo templum Domini violetur, ocyùs hinc me exportate. Eductus itaque extra ædem, multum e se dimisit sanguinem, modumque curationis suæ illis, qui ibi tum aderant, indicauit.

Mutus loquitur.

Cap. 19. Insigne miraculū

Vorax flamma quandoquè Vuigorniam depascēte, simulatquè ad loculum beati uiri incendiū peruēnit, cōfestim ignis tepuit, nec quicquam deincèps nocere potuit. Videre tum licebat pauperis cuiusdā tugurium, arundine contextum, media sui parte integrum & sanum, reliqua portione à culmine vsq; ad humum amussìm concrematum.

Cap. 20.

Alio tempore flammis eam urbem uastantibus, cùm monachi loculum sancti Episcopi ad pagum deportarēt, occurrit quidam, qui nupèr elegātes extruxerat ædes, exclamansque ait: O sancte pater & pastor Osuualde, eccè domum meam voracibus

Itē aliud. flammis obnoxiā,tibi dono iure perpetuo posside-dam.Tu eam,si placet,ab hoc periculo tuère. Introducitur indè loculus in ædes illas,& domo vicina prorsùs exusta,illæ beato Osuualdo commendatæ,nec ab igne potuere contingi,nec vllum in eis ignis vestigium extitit.

Cap. 12. Sæua pestis Vuigorniensem prouinciam populabatur,& indiscriminatim omni ætati & sexui repentinum exitium afferebat.Plerunquè ambulantes uel stantes,subitò corruebant,& sine pœnitentia & cōfessione expirabant. Tum verò monachi sancti antistis loculum gestantes,& per vrbis circuitum litanias cantantes,pro salute populi Dominum deprecabantur.Et eccè confestim omnis illa pestis nō modò a Vuigornia,sed etiam à propinquis pagis,undè rusticolæ,opem sancti Episcopi implorantes,aduenerant,penitùs profligata est:præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula sculorum, Amen. *Pestis immanis pellitur.*

VITA S. HEDVVIGIS DVCIS VEL Ducissæ Poloniç,beatæ Elizabeth,quæ nupsit Lantgrauio Turingiæ, matertera: Cuius Author testatur se eam ex gestis eius diligētissimè cōscriptis, & summo Pontifici bona fide oblatis,atque in Trebniciensi cœnobio asseruatis conte xuisse: quædam etiam notatu digna ex Engelberto Cistertiensi monacho, qui de ea scripsit, ijs adiunxisse. Stylum Fr. Laur.Surius, vbì visum fuit, nonnihil elimauit.

PRAEFATIO AVTHORIS, Incerti quidem,sed grauis & fide digni.



SPLENDORIS æterni genitor,luminisq; indeficiens, Dominus Deus omnipotens, qui nouissimis diebus in eodem filio suo illuxit mundo, vstiorum tenebris obnubilatum iam seculum nouo quodam lucis suę radio clariùs illustrauit, cùm beatā Heduuigem ceu ardētem faculam illi exhibuit, & ut præclaram lucernā super candelabrum posuit,vt luceret pulcherrimis virtutum meritis,& sanctæ cōuersationis exemplis, omnib⁹ qui in sanctæ matris Ecclesiæ magna domo sunt.Et ipse pater misericordiarum, sicut eam in uita mirabiliter sanctitatis priuilegio extulit,ità etiam vita functam inæstimabili decore & miraculorū gloria ornauit,quēadmodum ex iis, quæ dicturi sumus, perspicuè innotescet.Ad Dei enim gloriam, ad ædificationē eorum,qui hæc audituri & lecturi sunt,ad laudem quoquē ipsius sanctæ,de qua agimus,diligēter commemorabimus opera eius & merita,virtutū exercitia,atque etiam miracula,quæ ob eius merita efficere dignatus est altissimus , quemadmodùm ea post accuratam examinationem diligentissimè conscripserūt,& scripta fideliter summo Pōtifici obtulerunt,quib⁹ id negocii ab Apostolica Sede datum erat.Quæ quidē scripta in Trebniciēsi cęnobio asseruata,cum studiosè perlegissem,cū illis sæpè cōtuli, qui huius rei dicta factaq; nouerāt.Atq; ità benè cōperta veritate,historiā simplici stylo cōtexens,quanta potui diligētia,coniūctim annotare studui,q̄ eius dē essent generis uirtutes & miracula, quæ illic sparsim & diffusè habentur.Ex iis etiam, quæ frater Engelbertus Ordinis Cistertiensis de hac sancta scri- *Mat. 5.*

psit,quædam notatu digna illis adiunxi:totamq; historiam in capita distinxi, quibus præfixi summaria, quæ paucis indicent, quid in iis tractetur.

VITAE HISTORIA.

De conuersatione eius in pueritia & matrimonio, amoreque castitatis & continentiæ. Cap. 1.



EDVVIGIS iam in cælis beata, in terris è stirpe illustri orta, nobilis quidē fuit genere & corporea propagine,sed ob morum elegantiam & honestatem atque integritatem, longè animo nobilior atque præstantior. Pulchritudo verò charismatū & donorū diuinitùs illi collata,ornabat in ea sublimitatem generis, & natalium splendor gratiorem efficiebat mentis decorem & præstantiam uirtutū conciliatam. Fuit autem filia magnifici principis Bertholdi,Marchionis Morauiæ,Comitis Tyrolēsis. Matrem habuit Agnarem,non minori generis dignitate illustrem,vtpotè filiam cuiusdam Marchionis & Comitis de Rotlechs, Illa verò tanquàm nobilissimæ arboris fructus egregius, de bonitate & suauitate saporis sui, temporis diuturnitate nihil amisit, sed diuinis potiùs auctum benedictionibus,postens in Christo degustandum conseruauit. Ab ipsa enim pueritia cor gerens senile, vitabat leuitates omnes, & bonis sese assuefaciebat moribus,insolentesque eius ætatis respuebat ineptias. Studebat Innocentiæ vitæ puritati,semperque honestati & grauitati diligentem nauabat operam. In his verò omnibus,& aliis operibus suis,præter homines, quos ei parentes illi adhibuerant,ut bonis moribus ab eis institueretur,doctorem habuit spiritumsanctum,qui ab infantia docuit eam timere Deum,& abstinere ab omni peccato,ità ut mundam seruarit animam suā ab omni concupiscentia,nec vnquàm cum ludentibus culpabiliter se miscuerit,neque cum iis,qui in leuitate ambulabant, participem se præbuerit.In puerili enim ætate in monasterio * Lutzingensi sacras literas didicit,quarum studio & tempus suæ iuuentutis expendit uiriliter,atque ex earum intelligentia,postmodum internarum consolationum & deuotionis gratiam hausit excellenter. Quatuor habuit fratres ,sorores tres, quarum una Philippo Regi Franciæ nupsit,altera Andreæ Regi Hungariæ,cui peperit laudatissimam illam & nunc in cælis gloriosam Elizabeth Turingiæ Lantgrauiam, cuius sanctissimum corpus Marpurgi quiescit. Tertia soror fuit Abbatissa sanctimonialium Ordinis sancti Benedicti in Lutzingensi Francoiæ monasterio, de quo suprà diximus. Vnus fratrum eius Bertoldus, fuit Aquileiensis Patriarcha: alter Elebertus Babenbergensis Episcopus:reliqui duo Otho & Henricus militiæ dediti,patri in principatu successerunt.

15. Octob. *Alii dicūt Bertoldū hūc fuisse Ducē Carinthiæ & Marchionē Meraniæ. Vide Cro-nic. Gallicū & alios.* *S. Heduuigis fratres & sorores.*

Heduuigis verò,cùm esset annos nata duodecim, præclaro principi Henrico Duci Silesię & Poloniæ collocata est:quē illa instar Saræ cū timore Dñi,non cū libidine sua,consensit suscipere In eo,n. contrahendo matrimonio non tam suam, quàm parentum , uoluntatem creditur secuta : id quod abunde constare potest vel ex eo solo, quòd postea mira quadam continentia sese constrinxit. Coniugali alligata vinculo, studebat secundùm Apostoli doctrinam , honorabile connubium & torum immacula- *Nota Dno Tobie. Tob. 4.* *Heb 13.*

tum in omnibus custodire, leges ac iura matrimonii inuiolata conseruare, sperans per filiorum generationem se saluam fore. At nihilominùs studio castitatis Deo placere desiderans, quantùm licuit ex mariti consensu, continentiæ legem sibi indicebat. Nam simulatquè se concepisse sentiret, à viri toro vsque ad puerperii completionem sese reuerenter abstinuit. Atque huius sanctę legis & honestæ consuetudinis vsum & cultum obseruandum suscepit á primę prolis suæ conceptu, anno ætatis suæ decimotertio, nec eum vnquàm intermisit, donèc parere desineret. Tres verò peperit filios, Boleslaum, Conradum & Henricum: totidemque filias, Agnetem, Sophiam & Gertrudem: quibus in lucem editis, deincèps perpetuæ se dedit continentiæ. Atque hunc modum, in ipso quoquè matrimonio continenter viuendi, à sancta Ecclesia approbatum, quascunque potuit edocebat: præcipuè dominam Annam nurum suam, quam haud vulgariter amabat, seipsã ei huius continentię exemplum proponens. Felices sanè matronas illas, quę matrimonii legibus obligatæ, huius beatæ fœminæ conantur imitari exemplũ: quæ quidem non solùm concepta, vt diximus, sobole, deincèps continenter vixit: sed etiam salutaribus consiliis & exhortationibus suis generosum maritum suum eò addixit, vt cum ipsa sponte studeret continentię, singulis annis toto Aduentu & Quadragesima, diebus quatuor temporum, & sextis feriis, in vigiliis Sanctorum & feriis eorum, atque diebus Dominicis. Non enim putabat gratam esse sanctis venerationem, nec Deo acceptum ieiunium, quod cum carnis oblectamentis susciperetur. Itaq; crebrò illa cum marito suo toto mẽse, nonnũquam sex aut octo septimanis, tametsi vno lecto vteretur, à carnali copula penitùs abstinuit. Ex ea igitur tam sancta radice, sancti quoquè rami prodiere: & bona arbor bonos fructus protulit.

1. Tim. 2.

Proles S. Heduuigis.

Continentia mariti eius Ducis Henrici.

Qui enim ex eis nati sunt, diuino cultui dediti fuere, eumque pro viribus augmentarunt. Filius eorum Dux Henricus, patri in principatu succedẽs, vir Deo deuotus, & bonorum operum studiosus fuit: idemque vt fidelis & strenuus Christi miles, Tartaris pro Dei populo constanter se opposuit, fusoque sanguine mortem oppetiit anno salutis millesimo ducẽtesimo quadragesimoprimo, quinto Idus Aprilis. Filia eorum domina Gertrudis, piorum parentũ sectata vestigia, in virginea puritate perseuèrans, in Ordine Cistertiensi Christo seruiuit. Et quia felices hi coniuges pia mente huiusmodi castimoniæ laudabili exercitio, Deo benedicente, iugiter vacabãt, & vitæ mundicia consectanda sanctificabant corpora sua, ad maiora peruenire meruerunt diuinæ gratię incrementa: ita vt vno animo parique consensu, eum Episcopi benedictione solenni, perpetuã continẽtiam sese seruaturos promitterẽt. Dei enim spiritu corroborati, triginta circiter annos solo toro separati, uitam duxere castitatis pulchritudine mirificè decoratam. Toto verò hoc tempore Christi ancilla summoperè in eam curam incumbebat, nè ea continentia, quæ iam non paucis innotuerat, & sæpè declarabatur multis haud obscuris indiciis, vlla ratione in infirmorum animis sinistra aliqua suspiciona obfuscaretur. (quippè qui facile arripiunt scandali materiam, & tanquam spinarum aculei tetra obtrectatione pungant & lacerent bonorum operum rosas, quæ apud illos crescunt) Atque ea causa adeò vitabat mariti sui colloquia, ut sola eum non adiret, nec ei loqueretur, nisi cùm promouere cuperet apud eum opera pietatis, aut negocia religiosorum, vel miserabilium hominum expedire. Neque id tamen faciebat, nisi in loco publico, vel in ecclesia, & uel pluribus, vel vt minimùm duabus honestis personis præsentibus, & plerunquè etiam verba ipsius audientibus. Immò neàn ipsa quidem eius mala valetudine accessit eum, nisi adiunxisset sibi dominã Annam nurum suam, & alias quasdã dominas. Cũque esset in Trebnicensi monasterio, non rarò in dormitorio sororum cubabat, tum pro sedulo deuotionis studio, tum ob honestatis exemplum aliis præbendum.

Duces Henrici filii eius encomium.

Maritus suus et ipsa vouent perpetuã continentiam.

Nõ soli solo qui marito suo in muliorũ p̃sentia ad euitandum scandalũ.

Porrò famam bonam, quam in seipsa accuratè excoluit, etiam in aliis diligenter conseruauit. Religiosis enim hominibus ad eam venientibus, quietũ & honestum hospitium procurabat, vbi extra secularium hominum tumultum & strepitus degentes, ora loquentium iniqua faciliùs possent declinare: in laque vita sua operam dedit, vt sicut coram Deo sãctissimè, itá etiam apud homines honestissimè versaretur. Itaque semper honestam quoquè uoluit habere familiam in tota aula sua, maximè qui specialiter eius ministeriis essent deputati: fœminasque cubicularias, & alios officiales habuit bonis morib. & disciplina ornatos. Detractores, Deo odibiles, familiares habere noluit: eorumque obtrectationes, duas pariter animas, loquentis & audientis, interficientes haud secùs àc virus quoddam & serpentinos morsus, atque instrumenta maligni dęmonis abominabatur. Et quia nouerat in carne præter carnẽ viuere, magni esse meriti & vitam Angelicam: ad complectendam conseruandamque carnis integritatem & castitatem, quam ipsa a teneris annis semp amauerat, atque etiamnùm impensè amabat, quoscunque poterat inuitabat. Ea causa constructo Trebnicensi monasterio, multas illic collegit fœminas & virgines, quæ Domino seruirent in cordis & corporis puritate & castitate, ineffabilis gloriæ coronas recepturæ. Inter quas suam quoquè obtulit filiã Gertrudẽ, quæ illic posteà Abbatissa creata est. Multas quoquè puellas virgines nobiles, quasdam etiam humili loco natas, parentibus orbatas & destitutas opibus, curandas ac tuendas suscepit: è quibus alias tradidit monasterio, vt virginitatem perpetuò seruarent: alias iunxit matrimonio, vt coniugalem sectarent pudicitiam: vt sic Christo fideliter seruiẽtes, illę centesimum, istæ tricesimum ab illo fructum expectarẽt. Quasdam præterea apud se viduas habuit, ieiuniis & orationibus cum illa Anna Euãgelica nocte ac die vacantes, vt fructum sibi sexagesimum cõpararent. Itá illa Christi ancilla non solùm seipsam, sed etiam coniugem suum diuino mancipauit cultui. Itá pia mater prolem suam in Dei laudem religiosè educauit. Sic humanissima domina familiæ suæ ministerium, Deo deuotum & gratum efficere studuit. Itá famula Dei, morum elegantia & honestæ ac inculpatę vitæ exẽplis mortales omnes, quantùm quidem consequi potuit, ad meliores uitæ studium prouocauit. CHRISTI nanque charitate incensa, ad eius amorem & famulatum optabat omnes perducere. Et quia intùs conscientiæ puritate, & foris charitatis splendore egregiè enituit, fama nominis eius in dies crescebat, & odore bono sanctitatis & existimationis eius omnes vicinæ afficiebantur. Itá non solum pro seculi dignitate, qua pollebat, sed magis etiam pro virtutum ornamentis, quibus fulgebat, habebatur venerabilis, nõ apud religiosos duntaxát, sed etiam seculares homines: qui eius cognoscentes opera bona, glorificabãt patrem qui in cælis est, qui tam prçclaram sanctitate sibi elegisset famulam, in qua mundo & solatium & auxilium paratum esse voluisset.

In carne præter carnẽ viuere, Angelicũ est non humanum.

Monasteriũ Trebnicẽse cõstruitur. Vide Crõmerũ lib. 7. de reb. Polonorũ.

Luc. 2.

Matt. 5.

De eius humilitate. *Cap. 2.*

AT illa sciens filium Dei, Dominum Iesum venisse in hunc mundum, vt homines non modò verbis, sed etiam exemplis humilitatem doceret, quoàd poterat, in omnibus sese submissè & humiliter gerebat, ad illarumque se fœminarum mores

1. Pet. 3. conformabat, quarum est, secundum Apostolum, in timore sancta conuersatio, & extrinsecùs non capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus: sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus. *Vestiū pōpā respuit* Atque ea causa à iuuentute sua vestes coccineas aut pannos magni precii vel elegantiæ habere noluit: tametsi cùm adhuc iuuencula esset, satis bonis vteretur indumentis: sed neque in iis tamen mundi expetebat pompam aut fastum, neque cultum corporis, neque mollitiem vllam, sed tantùm status sui decorum obseruabat. Quòd si verò cultiori quoquè vestitu, aut exteriori ornatu, eoque modesto & ipsi congruenti, quòd tempus sic posceret, ipsam inter homines apparère contigisset, nec sic quidem cordis pietatem & humilitatem deseruit. In eius capite non crocea vel crispata cernebantur velamina, non in pectore monilia aurea, gemmis radiantia, neque in digitis annuli preciosi. Omne enim superbiæ aut vanæ gloriæ signum cum Esther abominabatur, nec

Esther 14. ferre voluit etiam in iuuentute. Postquàm autem nonnihil in annis progressa fuit, & continentiæ propositum iam ad effectum perduxit, omnem seculi ornatum contemnens, vestes seculares & coloribus tinctas prorsùs reiecit, & panno cinericii coloris se induit: interìm tamen in solennitatibus vndulata veste, eaque simplici vtens. *Veste cinericij coloris vtit.*

Heb. 13. Cupiens autem in pietatis & humilitatis studio proficere ac progredi, in feruore spiritus post Christum exiit extra castra, & cum parua familia se contulit Trebniciam, atque illic prope monasteriū virginum Cisterciensis Ordinis seruiuit, marito adhuc uiuente, eique tum in hoc, tum in aliis rectè factis annuente & assentiente: qui sanè eò feliciùs tum Poloniæ principatum administrabat, quòd tam sanctę fœminæ non solùm sanctitatem amaret, sed etiam uirtutes sectaretur, atque in castitatis & humilitatis eius, quas ipsa à Christo didicerat, vestigiis, quoàd eius fieri posset, insisteret. *Ingredit monasterium.* Nam Deo aspirante, & beata Heduuige continenter adhortante, iam propè monachus effectus erat, nō quidem professione aut habitu, sed religiosa animi pietate & humilitate, q̄ in eius operibus relucebat. Tondebatur enim in rotundum, & barbam ferebat, non promissam quidē, sed moderata pilorum pręcisione decenter compositam. Atque ea causa in hunc vsque diem, cùm eius mentio incidit, Dux Henricus Barbatus appellatur. *Dux Hēricus, cur Barbatus dictus.* Et quamuis princeps esset magnificus, adeò tamen ex humilitate sese ad pauperes & tenuis fortunæ homines accommodabat, ut nonnunquam oblata ab eis parui precii munera comiter acciperet, & eis caput inclinaret, gratius illud munus existimans, si rusticus aut pauper quispiam scutellam cum ouis obtulisset, quàm si diues longè maiora: Cogitabatque intra se vir pius: En hic pauper, vt nostram sibi gratiam & beneuolentiam conciliet, victum suum nobis offert: cui nos aliquod solatium referimus, si

Eccl. 26, eius munus grato animo accipiamus. Non dubium, quin bonæ mulieris huius sit hic vir beatus: cui licèt ea pro sexus & matrimonij conditione iure esset subdita, attamen in virtutum & religionis disciplina facta est magistra.

Cùm sic autem B. Heduuigis in Trebnicensi monasterio degeret, illarum quidem monacharum induit habitum, sed institutum illud monasticum professa non est, vt misericordiæ operibus & consolandis pauperibus liberius vacare posset. Atque isthuc quidem filia eius, quæ in eo monasterio professionem fecerat, quoàd Dux Henricus superuixit, in ea dissimulauit. Illo verò defuncto, summopere institit apud eam, vt obedientiæ votum nuncuparet. At illa respondit: Num ignoras, filia, quanti sit meritum præstare eleemosynas? atque ita filiæ instantiā nonnihil auertebat, non quòd paruum existimaret obedientiæ meritum: sed quia monasterium illud ipsa condiderat, cupiebat illud magis magisq; promouere, & propter CHRISTVM pauperes consolari. Interim tamen in monasterio manens, in seruando silentio aliisque monasterii institutis & legibus, & vitę asperitate monachas omnes anteibat. Non est autem silentio prætereundum, quandoquidem de vestium eius humilitate iam quædam diximus, vestimentum nouum haudquaquàm illam induere voluisse, nisi priùs alia è sociabus, eo vsa esset, atque nonnihil illud detriuisset. Interdùm vsque eò humilitatis causa vestem aliquam ferebat, vt iam stamina in ea perspicuè apparerent. Cùm aliquandò soror quædam ei familiaris vidisset attrito admodùm pallio eam vtentem, ait ad eam: Vsqueadeòne delectat te, domina, huius pallii vsus? Sine me, obsecro, auferre illud, & dare pauperi. Respondit illa blandè & suauiter, vt erat mitis & humilis: Si te offendit hęc res, ocyùs me corrigam. moxque aliud pallium sibi comparans detritum illud amouit, hoc uno facto geminum præstans humilitatis officium, quandò CHRISTI causa non erubuit vili vestimento indui, & ad commonitionem simplicis sororis illud ipsum celeriter deposuit: simul etiam eoipso præclarè docens, debere hominem libenter admittere sana consilia, & in suo sensu & sententia haudquaquàm esse pertinacem.

Solebat etiam hæc CHRISTI famula de se semper viriliter, de aliis sublimiter, sentire. Nam suo iudicio non erat ipsa aliud quàm peccatrix, licèt reuerà conscientiæ puritate coram Deo & Angelis eius vas esset omni sanctitate plenum, & coram hominibus optimis vitæ exemplis illustre sese speculū exhiberet. Sanctitatem igitur, qua se destitutam putabat, in aliis, quos bonos credebat, miro quodam studio & affectu amplecti, & feruentissima animi deuotione imitari non destitit. In spiritu enim humilitatis & animo contrito ea loca, in quibus stantes aut precantes viderat homines religiosos, uel pro suo iudicio bonos, cùm esset data opportunitas, in genua humiliter se submittens, labiis impressis exosculabatur: sororibus quoquè comedentibus, in choro adibat loca, in quibus illę stare solebant, & singulis oscula affigebat. Itemque ad dormitorium earum ascendens, omnes gradus, per quos illæ ascendebant, scabella quoquè ante lectos earum posita, atque ipsas etiam virgas, quibus dabantur eis disciplinæ, vt vocant, mira humilitate & animi deuotione exosculabatur: quippe quæ sanctum putaret, quicquid tetigissent illæ sanctimoniales, & omnes Domino seruientes. Itaque quod illi pro suo vsu tractabant, id illa reuerenter deosculabatur: vt bonorum & iustorum hominum, quos in rebus inanimatis venerabatur, meritis & peccatorum veniam, & gratiæ incrementa impetraret. Neque poterat hæc quotidiana humilitatis exercitatio absque admiranda interioris hōis suauitate fieri. Vt verò Dn̄s, qui in oratioē humiliū respicit, eā peruenerit in benedictionibus dulcedinis, ex sequēti exēplo ęstimare licebit. *Psal. 1*

Quadam

Quadam die sanctimonialis quędam in monasterio Trebniciensi scire cupiens, quemadmodùm Christi ancilla sola remanens in ecclesia se in diuino exerceret famulatu, cæteris sororibus ad mensam discumbentibus, clàm intrauit in chorum: ibique delitescens, vidit illam post singula loca, in quibus monachæ stare solebant, exosculata, coram altari sanctissimę matris Dei humi prostratam, gratias agere more suo omnium creatori. Ei verò altari imminet Crux non exigua, expressam habens Crucifixi imaginem. Ibi ergò sic prostrata, cùm prolixiùs oraret, vti consueuerat, imago illa Crucifixi, à Cruce retracta manu & brachio dextro, illi benedixit, dicens clara voce: Exaudita est oratio tua: impetrabis ea, quæ petijsti. Verisimile est eam tunc orasse, vt & monachæ, quarum vestigia crebrò exosculabatur, in bonis perseuerarent, & meritorum illarum ipsa esset particeps. Ad eiusmodi humilitatis exercitia, quibus illa se sciebat delectari, quoscunque poterat, & exhortationibus & exemplis sedulò inuitabat. Sæpè veniens ad mantilia, quibus sorores à lotione manus tergebant suas, vbi maiores vidit impressas sordes, ibi præ amore & humilitate oscula fortiùs affigebat, & cum illis mantilibus Crucis signum exprimens, oculos & pectus suum tanquàm cum preciosis quibusdam reliquiis consignabat. Illa etiam aqua, qua sorores illæ pedes suos abluerant, crebrò contingebat oculos suos, & plerunquè faciem totam vel etiam caput totum & collum, nepotulorumq; suorum, quos ex filio habuit, facies & capita non rarò lauit, planè sibi persuadens & firmiter sperans, sororum sanctitatem, quam illa aqua attigisset, & ipsi, & pueris illis salutem allaturam. Nurum suam, dominam Annam, ad similia facienda accuratè adhortari solebat: exemploque piissimi Saluatoris nostri, abluentis pedes pauperum discipulorum suorum, non mediocriter incitata, flexis genibus sæpissimè lauabat pauperum pedes aqua calida, quam à ministris acceptam, famulæ illi offerebant. Nec hoc contenta, lotos eorum pedes & extersos linteo, exosculabatur, itemque manus, dataque illis eleemosyna, semper benè consolatos à se dimittere studebat. In cœna Domini, amore eius qui propter nos voluit vt leprosus haberi, aliquot leprosorum pedes lauabat, & eosdem nouis induebat vestibus.

Nota de imagine Crucifixi

Quàm sanctè senserit de sororum conuersatione & vita

Iohă. 13.

Lauat & osculatur pedes pauperum.

Esa. 53.

2. Cor. 8.

Porrò paupertatem Domini nostri Iesu, qui propter nos, cùm diues esset, egenus factus est, tanto complectebatur affectu, & studio venerabatur, vt semper apud se pauperes habere vellet, præsertim cùm discumberet, quibus etiam magna animi humilitate, priusq̃ ad mẽsam sederet, sua manu, flexis genibus, cibos ministrabat. Deindè ad mensam residens, nolebat potum sumere, nisi priùs ex eius scypho bibisset pauper ille, qui inter alios deformior videretur. Loca etiam, in quibus pauperes sederant, quandò id secretò fieri potuit, appressis labiis suis osculabatur; atque ità Christum in pauperibus, tanquàm specialibus eius amicis, honorabat. Petebat quandoquè per sororem vel monacham pro pauperum leuamento à mensa monialium afferri sibi fragmenta panis, pro quibus illa reddebat sorori ea apportanti integros panes similagineos. Monasteria religiosorum, possessiones habentium, sæpè liberali quadam pietate visitare solebat, & extra septa eorum degens, cauebat, nè quid molestiæ aut grauaminis caperent, nec quenquam è suis sinebat quicquam ex illorum rebus per vim contingere. Et quia cibos religiosorum hominum, sanctorum Angelorum escam putabat, fragmina panum à monachorum & monacharum mensis collecta, à mendicis, quibus ea dabantur, precio redimebat, & priusquàm indè ederet, multa oscula eis imprimebat. Cumque nollet diù carere eiusmodi pauperum epulis, quæ ei dulces erant, duas pauperes fęminas precio conducebat, vt alternis hebdomadibus ad portam Lubensis monasterij accederent, & quicquid illic casei, & panis à mensa monachorum pro eleemosyna accepissent, ipsi apportarent, pro deliciis illud habituræ. A mensa etiam, ad quam monachi, ipsa interdùm eos inuitante, cibos sumpserant, præcisas panis crustas vel particulas ab illis relictas colligebat, & tãquam sanctorum reliquias, admodùm reuerenter pro cibo suo conseruabat. Malebat enim cum paupere Lazaro buccellis mendicorum refici, quàm delicatis panibus & cibis saturari, animo retinens verbum illius Chananeæ mulieris magnæ fidei, etiam catellos edere de micis, quæ cadant de mensis dominorum suorum. Persuaserat enim sibi, pauperes omnes, & præsertim religiosos, esse suos dominos, non quidem diuitiis, sed sanctitate. itaque delectabat eam vesci reliquiis ciborum, quibus illi vsi essent. Christi quoquè catulis, id est, verè humilibus & pauperculis, mundo despectis, quoad posset, sese conformare cupiens, crebrò ab illis, quos accuratiùs alebat, ciborum reliquias emendicare non erubuit. Eam verò humilitatem, quam in vita sua studiosè coluit, sub mortem quoquè sectata est. Cùm enim tum ageretur de loco sepulturæ eius, illa petebat humiliter in communi monacharum cœmeterio, aut certè in humillimo ecclesiæ loco, sepeliri, qua de re dicetur infrà capite de spiritu prophetiæ. Ità illa & viuens & moriens constanter inhæsit in vestigiis Christi, dicentis: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.

Vide studium erga pauperes.

Cibos religiosorum hominum tanquam panem Angelorum reputat.

Luc. 16.

Matt. 15.

Libenter vescitur eorũ fragmentis.

Matt. 11.

De eius patientia. *Cap. III.*

PAtientiam quoquè humilitatis comitem & amicam, omnibus necessariam volentibus possidere animas suas, vt Christus ait, diligentissimè conseruauit, nulli vnquàm irascens, aut duriter respondẽs: sed omnes comiter appellans & alloquens, verbis consolatoriis cunctis se præbebat affabilem semper, quantùm quidem fas esset, religiosa maturitate seruata. Quisquis ille esset, qui aliquid ei molestiæ aut quod perturbationem afferre posset, quauis ratione intulisset, nihil ab ea audiuit, nisi hoc duntaxát, aut quippiam eiusmodi, placidè & leniter ab ea prolatum: Cur hoc fecisti? Ignoscat tibi Deus. Ea illius fuere erga eos, qui molestiam ei exhiberent, conuicia & improperia, atque hunc in modum illos vlciscebatur.

Luc. 21.

Quanta fuerit patientia.

Accidit quandoquè, vt vnus ex ministris eius, (dicebatur is Chualislaus, posteà sancti Dominici institutum complexus) tres eius elegantes scyphos argenteos perderet. At illa nunquam id ei improperauit, nulla commoti animi signa ostendit, nec aliud dixit, nisi, Abi, & quęre diligentiùs, si fortè possis inuenire, quod negligenter custodiuisti: idque tanta modestia pronunciauit, vt ęgrè ferre non posset homo eius culpę reus, quemadmodùm ipse posteà testatus est. In ijs rebus, quę magnam possent afferre perturbationem, virilem semper atque constantem animum, & iucundam faciem exhibebat, hoc ipso docens, patientia molestiam omnem superãdam. Cùm nuncium accepisset capti & grauiter vulnerati mariti sui Ducis Henrici, quem Conradus * Cirnensium Dux ceperat, tranquillo animo mitissimè respondit: Spero breui eum liberatum iri à Domino, & vulneribus eius integram adfuturam sanitatem. quod & factum est. Cùm enim Ducem illum Conradum nul-

Mira eius patientia in rebus duris.

** Cinamensis.*

lus

lis quamuis æquis conditionibus post multos tractatus quisquam permouere posset, vt captiuum principem dimitteret, tandem visum est, armis subditorum suorum vi illum extorquere, & in libertatem vindicare. Sed Christi ancilla Heduuigis, exhorrescens ad futuram Christianorum stragem, fundendumque sanguinem, pro omnium salute sese exponens, ad Ducē

Liberat captiuum maritum suum.

Conradum profecta est. Qui vt eam conspexit, perinde ac si Angelum Dei vidisset, subito pauore corripitur, ferocem animum, hactenus inflexibilem, deponit, init concordiam, & Ducem Henricum dimittit. Sic illa omnipotentis Dei amica, dum in seipsa præclaro conatu impatientiæ & indignationis motus prorsùs edomat, in alijs etiam virtute mirifica eos comprimit. Sunt etiam alia patientiæ eius exempla, tum nostræ ædificationis, tum eius encomij causa, haudquaquam omittenda.

Mortuo Duce Henrico eius marito, anno Christi millesimo ducentesimo tricesimo octauo, cùm sorores seu monachæ omnes Trebnicienfis cœnobij, tanto patrono amisso, acerbissimè lugerent, vt præ lachrymis propemodùm deficere, & multę ex eis velut exanimes viderentur, illa siccis oculis muliebris

Mariti obitū fert admodū moderatè.

animi in eis mollitiem reprehendebat: Quid ita, inquit, turbamini? Adeòne diuinæ vos vultis resistere voluntati? Non sanè id expedit nobis, charissimę: quandò creator & potest & debet facere de sua creatura absque vllo tædio nostro, quod eius clementiæ visum fit: & quicquid ille de nobis & circa nos agit, id nobis pręcipuo debet esse solatio, quippè quæ ab illo conditæ sumus. Hæc & ijs consimilia dicens, nitebatur sororum compescere lachrymas, & earum immodicos dolores mitigare. Et cùm ipsi vel maximè adesset causa dolendi, illas consolabatur: non quòd mariti morte gaudęret, quem in Domino impensè amabat, vtpotè virum virtutibus ornatum, & populo ac reipublicæ vtilem: sed quòd diuinæ voluntati per omnia se vellet subdere, atque ità constantię & patientiæ exempla in illa sua afflictione sororibus præbere. Eundem in modum vbi comperit filiū suum Henricum Ducem à Tartaris in prælio occisum, sine vllis lachrymis, atque sine vllo doloris signo, filiam suam Abbatissam Trebnicensem, & nurum suam, eius Henrici coniugem, præ nimio dolore propè exanimatas, his verbis consolabatur: Voluntas Dei est, & nobis gratum esse debet, quicquid vult Deus, & illi placet. Eadem hora, exultante spiritu eius in domino, in cælum sublatis oculis & manibus: Gratias, inquit, tibi ago Domine, quod talem mihi dedisti filium, qui me, dum vixit, semper amauit, & magnam mihi præstitit reuerentiam, nec vnquàm mihi vlla in re molestus fuit. Et quamuis libenter admodùm vellem eum habere superstitem, at tamen multùm gratulor ei, quòd profuso sanguine, tibi creatori suo iam est coniunctus in cælis. Ego eius animam tibi Domine Deus accuratè commendo.

Itèque filij a Tartaris occisi.

Huiusmodi patientiæ & humilitatis donis, quibus ipsa Dei benignitate excelluit, optima de se proximis exhibebat exempla, illosque non modò in secundis rebus, sed etiam in aduersis confirmabat: humilitate sua docens, nè quem prospera efferrent: patientia verò, nè aduersa opprimerent.

De asperitate vitæ eius. Cap. 4.

1. Cor. 5.

VT Christo, qui pro omnibus mortuus est, viuere posset, beata Heduuigis membra sui corporis pęnarum flagellis iugiter mortificabat, quotidianæ castigationis Crucem tollens in humeros suos, & post Christum viriliì pectore incedens: pro cuius amore non formidabat occisionis quicula fieri, cùm ille immensa charitate permotus, pro salute omnium voluerit crucifigi. In carne enim sua afflictionum mucrone trucidabat vitia, bestiales frenabat motus, sensuum exteriorum petulantiam domabat, & ad gratiæ capessenda incrementa, virtutumque profectum, hominem interiorem coaptabat. Quotidiano sese afficiebat ieiunio, exceptis tamen Dominicis diebus & præcipuis quibusdam solēnitatibus, quibus nonnunquàm bis cibum capiebat. Ab esu carnium, & earum rerum, quę essent carnis adipe saginatæ, abstinuit omninò, idque annis plùs minùs quadraginta, nec vllius vnquàm vel precibus, vel obiurgationibus adduci potuit, vt tam bonam consuetudinem intermitteret. Eius enim frater germanus, dominus Ekebertus Babenbergensis Episcopus, quem & reuerentia & amore prosequebatur, vti par erat fratrē, quandoquè stomachabundus eam reprehendit, quòd eiusmodi cibis minimè vesceretur. Sed illa tamen eum morem & institutum suum relinquere noluit propter hominem quantuncunquè charum, cùm illud pro Christi amore iam olim suscepisset, & eius freta ope, vsque ad extremum vitæ diem prosequi statuisset. Viuente adhuc marito eius, & necdùm satis cognita eius abstinentia, & veneranda religione, parciùs edebat illis diebus, quibus alij carnibus vescebantur, quàm quibus esset indictum ieiunium, vt ea sancta simulatione falleret ministros suos. Scindendo enim proposito cibo, atque hinc inde in scutella voluendo, & perindè ac si ederet, carnes contingendo, mira cautione effecit, vt aduertere non possent eam abstinere ab illis. Vndè fiebat, vt cibos ei non apponerent ieiunio congruentes, & illa a mensa crebrò surgeret ventre quidem vacuo, sed mente spirituali gaudio abundante, & in Deo benè incunda.

Quotidiano ieiunio.

Porcinis abstinet carnibus.

Morem de celando suam abstinentiam.

Cum sic igitur in illa carnium abstinentia perseueraret, dominus Vuilhelmus Mutinēsis Episcopus, Apostolicæ sedis legatus, in Poloniam veniens, ei tūc ægrotanti præcepit, vt carnes ederet. At illa fecit quidem, quod erat iussa, sed tamen asserebat se plùs animo grauari ob comesas carnes, quàm corpore affligeretur ex morbo illo, quo tum non parùm molesto laborabat.

Obedit simpliciter præcepto Episcopi.

Porrò autem intelligens eadem ipsa à Deo docta, & superno illustrata lumine, discretionem siue moderationem, virtutum esse aurigam, nec bona opera Deo oblata, illi grata esse, si discretionis sale careant, in castigando corpore opportunam adhibebat moderationem, & quoad fieri potuit, diligenter operā dabat, vt asinum animæ, id est, corpus suum & durè satis flagellaret, & tamen cibo necessario sustentaret: ne, si fortè præter modum illum oneraret, prius sub fasce corrueret, quàm pondus diei & æstum ferēdo, vsque ad tempus remunerationis diuinitùs constitutum posset perdurare. Hanc proculdubiò ob causam sic abstinentiæ modum victusque rationem per singulos dies sibi præscripserat, vt die Dominico, tertia & quinta feria piscibus & lactarijs, sabbato & secunda feria aridis leguminibus, quarta, & sexta die pane & aqua duntaxat vesceretur. Quam abstinendi rationem cùm aliquandiù in seruitio Dei obseruasset; posteà spiritu magis corroborata, quotidie aridis tā tùm leguminibus & pane rudi similagineo victitabat, decoctam semper aquam bibens, demptis diebus Dominicis & quibusdam magnis solennitatibus: quibus, cogente eam Episcopo & confessariis eius, bis vtebatur piscibus & lactarijs, bibebatque cereuisiam, interdùm tamen via ad id inducta precibus cō ipsa commorantium dominarum.

In castigando corpore quā fuit moderatione vsa.

Alia rationem victus eius.

Multis diebus in Aduentu Domini & magna Quadragesima, multorum quoquè sanctorum & sanctarum,

Magnā quadragesimam vocat, quæ est nobiscū communis.

rum, præcipuè verò Apostolorum pridianis diebus siue vigiliis, sextaque feria, pane & aqua cōtenta fuit: neque tamen de eiusmodi tenui victu, debili corpusculo suo, quod satis esset, suppeditauit, tres tantùm buccellas accipiens, panemque cinere permixtum nō rarò iis diebus manducans. Atque eiusmodi ieiuniū nullo pacto intermittere voluit, donèc notabiliter deficere se sentiret viribus: tum verò vtebatur leguminibus, & pulte cereuisia cocta. Cùm aliquandò ei diceretur, cur tot diebus, & in sanctorum peruigiliis tam durum sibi indiceret ieiunium, illa respondit: Sancti nobis sunt necessarij, meritoque eos venerari debemus, vt nobis subueniant, & in morte assistant. Tum quoquè corporali ieiunio constat vitia comprimi, mentem ad cælestia eleuari, virtutesque & æterna præmia à Deo impetrari. Vndè etiam satis & vtile & necessarium duco, carnem macerare abstinentia. Iuuenes quidam nobilium filij, in eius aula degentes, interdùm dicere solebant: Deus nos seruet à tali dominio, quale præ se fert domina nostra, quæ solo pane & aqua victitat. Dicebant autem hoc illi, non quòd quicquam eis deesset, sed quòd tam durā dominæ suæ Heduuigis abstinentiam mirarentur.

Præclara vox tam illustris matronæ.

Accusata aliquādò fuit apud maritum suum, quòd perpetuò aquam biberet. Id verò ille indignè ferēs, & plùs satis immoderatam, atque earum, quas crebrò patiebatur, ægritudinum causam esse existimans, indè eam reuocare voluit. Accèssit igitur præter expectationem ad locum, vbi illa ad mensam, cibum sumptura, sedebat: tollensque scyphum coram illa positum, in quo aqua erat, bibit ex eo. Et eccè non nisi boni vini gustum percipit, cùm tamen reuerà aqua infusa esset. Ait igitur illi, qui eam detulerat: Dignus profectò esses, cui ob hoc mendacium oculi effoderentur. Nesciebat enim factum illud à Domino, quod ea causa mirabile erat in oculis illic ei ministrantium, qui sciebant quid ei bibēdum obtulissent, nempe aquam puram, quæ tamen mox in vinum mutata fuit. Quod cùm certiùs cognoscere vellent, qui illi aquam apposuerant, posteaquam Dua bibit, etiā indè biberunt: cognoscentesque diuinum miraculum, propter sanctæ Heduuigis merita patratum, Deum collaudabant. In his, qui ex aqua illa in vinū mutata biberunt, fuit etiam Adelheidis, vxor quondàm Theodorici de Ianouis, equestris ordinis viri, fœmina in bonis operibus feruens, & quæ bis sanctorum Apostolorum Petri & pauli limina Romæ visitarit. Cuius testimonium tanto plus debet habere ponderis, quanto eius vita fuit bonorum operum studio ornatior. Tali ergo miraculo Deus & delatores famulæ suæ compescuit, & eius deuotionem ac pietatem magis etiam confirmauit.

Aqua mutatur in vinum.

Mirātur delatores eius aquā quā hauserant mutatam in vinum.

Præter ea verò, quæ iam dicta sunt de illius perpetuo & admodùm rigido ieiunio, illud quoquè eam admirabilem, etsi non omnibus imitabilem, reddit, quòd licèt parùm ederet, & magna cibi parsimonia vteretur, adeò vt etiam permulti admirarentur eam in tanta abstinentia & inedia viuere posse: illi tamē sufficere videbatur hoc ipsum quod edebat, & poterat meritò sufficere, quandò eam virtus altissimi confortabat. Quamobrèm etiam magistro Aegidio, Vratislauiensi Archidiacono, magnæ sanè seueritatis viro, obiurganti eam, quòd tam parum cibi acciperet, ità respondit: Ego comedo, quantum satis est mihi. nouerat enim alimenta sic accipienda esse, quemadmodùm medicamenta. Tantum igitur edens, quantum sufficeret ei ad naturæ necessariam sustentationē, summoperè sibi à superfluo cibo cauebat.

In abstinentia propè intolerabili mirè confortatā à Domino.

Augustini hæc sententia est.

Etsi autem Christo, propter nos in Cruce nudato, omnimoda suis denudatione conformare se nō posset, at tamen constantissimè eum imitari nitebatur in vestitùs tenuitate & penuria: ità vt vix ea sibi corporis indumenta retineret, quibus ad se contegendum carere non potest natura per peccatum deformata. Abiectis igitur multiuariis, quibus abundabat, vestimentis, itemque pelliceis & pellibus delicatis, vna sola tunica & pallio simplici, hyeme & æstate, in frigore & calore, macie confectum tegebat corpusculū, adeò ieiunijs attenuatum, vt sub cute squalida & pallida, atque ob flagellorum ictus & algores liuida & hispida, non nisi ossa marcida relicta viderentur. Sed quia intus feruebat charitatis ardore, non magnipendebat frigora, quæ corpus extrinsecùs pateretur. Non rarò visa est à fœminis quibusdam, asperiori præsertim hyeme, prorsùs gelida: quibus tamen rogantibus, vt nonnihil sibi indulgeret indutis calceis, illa respōdebat se calceos induturam, cùm esset opportunum: atque ità nihilominùs in oratione perseuerabat. Nec mirum, quòd seminuda & discalceata etiam in ipsis hybernis frigoribus, cùm alij etiam bene vestiti viderentur deficere, tandiù potuit in prece durare: quandoquidem intrà illā cor eius adeò incaluerat, atque in eius meditatione intantùm diuinus ignis exarserat, vt indè ignea quædam vis foras erumpens, non solùm illi, sed etiam alteri frigus corpori impressum temperaret. Accidit enim quodam hyberno tempore, cùm prolixiùs deuotionis suę exercitijs inhæreret, famula illam expectans, nimio constricta algore, indicare ei cogeretur se frigoris acerbitatem diutiùs ferre non posse. Illa hoc audiens, iussit eam loco illo, quo ipsa nudis steterat pedibus, consistere. Fecit sic ancilla, & mox pulso intolerabili frigore, suaui se calore affici persensit. Erat quidem illa tenero corpore, sed ambulabat vias duras, Christumque etiam corpore sequendo, nudis pedibus per niues & glaciem ingrediebatur. Interim nihilo minùs semper apud se calceos simplices, in quibus nihil panni, nulli socci inessent, sub axillis ferebat, eosque tum induebat tantùm, cùm eundum ei esset obuiàm personis venerabilibus. quibus abeuntibus, confestim eos exuebat. Sed quia in factis suis soli Deo, qui videt in abscondito, placere cupiebat, humanasq; laudes fugere, nè quis aduerteret crebrò nudis eam ambulare pedibus, cùm iret ad templum, nonnunquam calceis vsa fuit: quò cùm peruenisset, mox detractis calceis, in nudo residens pauimento, in preces incumbebat. Atque hoc pacto intuentium oculos prudenter fefellit, maximè viuente adhuc marito, quem initio, cùm primùm ita se gerere cępit, non immeritó cum quadam erga illum reuerentia reformidabat, nè fortè huiusmodi bona studia ei interdiceret, præsertim si quid humanum principio pateretur, posteà vbi accessisset consuetudo ita faciendi, facilè illa dissimulaturus, eiq; permissurus, crescente in illo erga Deū pietate & deuotione.

Tenuitas vestium eius

Flagellis se castigat

Etiā hyeme nō vtitur calceis.

Notare miraculum.

Mirè celat sanctitatem suā

Accidit aliquandò, vt illa more suo sine calceis incedente, præter opinionem maritus eius Dux Henricus ei veniret obuiàm, nec posset præ temporis angustia calceos induere. Sed quod humanitùs ipsa facere non potuit, ille, pro cuius amore nudis incedebat pedibus, non sine miraculo effecit. Mox enim eo tam marito calceata apparuit, atque ità eius & indignationem, & improperia vitauit. Quandoquè vel obliuione, vel negligentia ambulanti illi calcei ab axillis decidebant, eosque famulæ aut aliæ eius familiares inuenientes, ei reddebant. Confessarij eius crebrò eam hortabantur, vt calceis vteretur, & dominus Guntherus Abbas, tunc eius confessarius, nouos ei calceos obtulit, præcepitque grauiter, vt eos ferret. Illa grato animo accipiens, tulit eos, non in pedibus,

En vt Deus approbat virtutem eius asperitatē.

dibus, sed suo more sub axillis. Euoluto anni circulo, Abbas eam inobedientiæ arguit, quòd non tulisset calceos. Tum illa eos, ita vt acceperat, nihil attritos, sed recentes atque integros proferens, submissa voce ait: Immò, pater, obediens fui: en hi sunt calcei, quos dedisti mihi, quos ego sæpè tuli.

Cùm iam post longam corporis macerationem admodùm fractis esset viribus, domina Anna nurus eius, rogauit fratrem Herbordum Franciscanum, tunc eius confessarium, vt eam præcepto adigeret ad calceos induendos. Illa hoc accepto mandato, pannos laneos imposuit pedibus suis: calceos verò, vt erat solita, sub vlnis portauit, donèc ad illum suũ confessarium venit, & precum instantia ab eo impetrauit, vt liceret ipsi vsque in finem vitæ, ita vt consueuisset, nudis pedibus ingredi. Sæpè lutulentos habuit pedes, & tamen rarò sinebat eos ablui. Calcanei eius, quibus nudis terram terebat, crassi erãt & duri, multis locis fissi, ita vt magna iis scissuris posset festuca imponi, immò etiam digitus, quemadmodùm Iuliana monacha Trebnicensis comperit, quæ eas se inspexisse testata est apud examinatores. Cùm enim aliquandò in cœna Domini Gertrudis Abbatissa, filia sanctæ Heduuigis, pedes sororum ablueret, vt habet mandatum Domini, atque tandèm ordine veniret ad matrem, quæ ibì tum aderat, eam, vt sorores alias, flexis genibus lauare voluit. Sed ea humiliter recusante, Abbatissa surgere noluit, donèc maternos pedes reuerenter ablueret. Perseuerante igitur Abbatissa, & pia quadam pertinacia in proposito permanente, tandèm eius precibus victa mater humilima, pedes lauandos exhibuit. Tumque Iuliana soror, quæ peluim, in qua erat aqua, tenebat, vidit tam magnas in eius pedibus scissuras, vndè sæpenumerò cruor manabat frigido tempore: quem quidem, ipsa nesciente, in luto & niue familia eam subsequẽs, adhuc recentem, non rarò conspexit. Viderunt etiã fœminæ, ei familiariter ministrantes, quemadmodùm sanguis è plantis eius erumpens, illis inhæreret. Cùm post orationem quandoquè fatigata, quietem captura, sese ad hypocaustum contulisset, somno pressa obdormiuit. Soror verò Iutta, monacha Trebnicensis, quę ei tum seruiebat, superueniens, vidit concretum sanguinem, qui de pedum hiantibus rimis effluxerat, ipsis pedibus nonnihil extra vestimentum prominentibus. Itaque admirans seueritatem pœnitentiæ, quam in sancta illa Dei famula cernebat, cautè aliis eam indicauit. Quantacunque esset frigoris asperitas, nudis semper manibus tenebat Psalterium, cùm illud legeret, & candelam. Orans etiam, nudis manuum articulis terræ sæpiùs incumbebat: quæ res in causa fuit, vt & manus eius multis locis essent ruptæ, è quibus sæpè sanguis guttatim effluebat. Quæ, quidem sanctitatis signa licèt ipsa accuratè absconderet, at sæpè tamen visa sunt a famulabus ei ministrantibus, cum aquam lauandis manibus eius infunderent: nec potuit diù latère omnes, quod ad gloriam suam Deus quandoquè voluit fieri manifestum.

Calcanei eius duri, & hiãtes.

Iohan. 13.

Cruor manat e pedibus eius.

Manꝰ frigore ruptæ.

Asperum cilicium, è setis equorum confectum, ad nudum corpus ferebat, cui manicas albas è panno assutas, vt piè illuderet oculos intuentium, nè ab eis latens intrinsecùs vestis aspera cerneretur. Zonam quoquè nodosam, ex equorum setis contortam ad lumbos suos ferebat, eis adeò adstrictam, vt è carnibus eius miserè laceratis, oportuerit per familiares ei fœminas ab eius corpore eam extrahi & auelli, & saniem ab ipsis putrafactis carnibus pannis mollioribus abstergi. Vir quidam religiosus ex Ordine Templariorum, zonam eius generis, diligenter sacculo inclusam, ei obtulit corde simplici & religioso, præsente domina Anna nuru eius, quæ specialis familiaritatis freta fiducia oblatum ei sacculum aperuit: cernensque in eo tam dirum lacerandæ fragilis corpusculi instrumentum, multùm animo commota, virũ illum, qui zonam obtulerat, asperis obiurgauit verbis, quòd tale munus tali dominæ exhibere ausus esset. Quod Dei famula audiens, vt erat semper mitis & placita, blanda voce compescuit nurum: Desine, inquiens, filia stomachari, & hominem diuinum reprehendere. Dei enim voluntas est, quod ille fecit. Si enim Domino non placeret, vt zona hac ego salutariter vtar, non fecisset vt pro munere mihi ab hoc homine offerretur. Illa enim zona, qua priùs lumbos strinxerat, quæque corpus eius diù corroserat, iam erat consumpta. Itaque nouam hanc, tanquam a Domino missam, hilariter accepit. Verùm domina Anna secum perpendens, in illa, diutinis afflictionibus iam tunc penè confecta & viribus destituta, id quod supererat virium, eiusmodi zonæ cruciatu penitùs eneruatum iri: fratrem Herbordum eius confessarium rogauit, vt ei ob immoderatum rigorem, conscientiæ scrupulum & religionem injiceret, atque hoc cruciamenti genus seuerissimè interdiceret, compelleretque eam, reiecto cilicio & zona illa, corpusculo suo molliorem tunicam adhibere. Vbi verò confessarius in eam rem incubuit, consiliisque eam flectere instituit, illa tristis dixit: Deus ignoscat filiæ meæ, quòd meum voluit secretum prodere. nec tamen cilicinam deposuit vestem, sed vsque in supremum vitæ diem se illa castigans, in ea defuncta est. Vt enim salutis fructibus opulenta foret, glebam corporis sui continuè conterebat, & agrum suum coluit diligenter, nullius neque precibus, neque consiliis acquiescens, cùm ex iis se sentiret pati impedimenta. Quamobrèm filius eius Dux Henricus ei, vt par erat, condolens, sæpiùs queribundus dicebat: Matrem meam nullis possum precibus eò adducere, vt velit aliquid remittere de corporis sui afflictionibus & cruciamentis. Sed poterat illa ex sententia dicere cum Apostolo: Omnia possum in eo, qui me confortat. vires enim, quas negabat muliebris infirmitas, virtus diuina mirandum in modum illi suppeditabat.

Cilicio vtitur.

Itèm zona nodosa ad lumbos.

Philip. 4.

Lectus ei ità, vt decebat principem fœminam & ducissam, præparabatur: sed illa in eo non cubabat, at in tabulis ligneis, aut pauimento corio instrato, somno eam post diuturnas vespertinas preces & vigilias opprimente, sese reponens. Si verò debili & infirmo nimiumque defatigato corpori interdùm plusculùm indulgere vellet, in straminibus panno crasso opertis, aut in sacco ad tempus aliquod cubauit. In culcitra verò nunquàm, quantumlibet ægrota, dormire voluit. Fuit aliquandò ægrotanti substrata culcitra: sed simulatque sensit, eam iussit amoueri.

Vide in ea prompis mulis stratum.

Porrò supra humanas vires sacris vigiliis insistebat. Ad nocturnas enim preces sæpè ante signum surgebat, nec posteà redibat ad lectum, vt somni beneficio se recrearet: sed peruigil in orationibus permanens, meditabatur nocte cum corde suo, & scopebat non solùm fusis lachrymis spiritum suum, sed etiam scoparum verberibus corpus suum, acerrimè illud flagellans. Sub illis enim nocturnis precibus quas Matutinas vocant, in locum illum, qui Capitulum dicitur, ingrediens, vsque adeò se cędebat virgis, vt guttæ sanguinis de eius corpore in corium manantes, ab aliis posteà viderentur. Nec contenta plagis, quas ipsa manibus sibi inferebat, etiam quasdam familiares fęminas permouit, ut ipsam crebrò ad sanguinis effusionem flagellarent, quemadmodùm posteà illæ cum lachrymis retulerunt. Rogata

Prolixæ eius vigiliæ.

Psal. 76.

Dire se virgis cædit.

enim

Deflent ex compassione quam flagellabant famulæ.

enim aliquandò domina Demundis, cur fleret, respõdit: Et qui tandem possim non flere, quandò cogor hominem flagellare, donèc erumpat sanguis, in qua non nisi ossa sunt arida, arida cute contecta? Dicebat hoc vtiquè de beata Heduuige domina sua, cui semper familiarissima fuit, eamque, illa iubente, flagellis cecidit, idque præcipuè in Quadragesima, in sanctorum Vigiliis, diebus quatuor temporum, & sextis feriis ob memoriam Dominicæ passionis. Soror quoquè Victoria, monialis Trebnicensis, tum iussis tum precibus eius compulsa, illam eundem in modum sæpissimè flagellauit, vti pòst examinatores ab eius ore didicerunt. Ità nimirùm cælestis hæc colona, mente in cælis habitans, cultura spiritali carnis humum quotidiè virgis proscindebat, solennibus duntaxàt diebus exceptis. Sed neque morbi eam reuocarunt, quò minùs etiam malè valens se virgis cædi iuberet. Et nitebatur illa quidem huiusmodi duras corporis castigationes, quas ab aliis clàm sibi volebat adhiberi, reliquos penitùs celare, sed tamen id obtinere non potuit, præsertim quòd acres virgarũ vel flagellorum ictus, pedisequarum eius, foris præstolantium, aures ferirent. Itaque nec fores diligenter obseratæ, nec custodes quæ sufficerent, illis appositæ, id efficere potuerunt, vt ad hominum notitiam non peruenirent. Sed quia paucis explicari non potest, quemadmodùm hæc Christi famula carnem suã continenter crucifixerit cum vitiis & concupiscentiis, verba dominæ Annæ nurùs eius, caput hoc de asperitate vitæ eius absoluent. ea enim dicere solebat: Vitas multorum sanctorum cognitas habeo: sed nunquàm quicquam in illis tam durum & asperum didici, quod non in Heduuige aut maius, aut consimile perspexerim.

Nota hoc testimonium.

De eius precibus & deuotione erga Deum. *Cap. V.*

2. Cor. 5.

SCiebat illa amica Dei, hominem, donèc in corpore est, peregrinari à Domino. Ne igitur in hoc exilio esset sine consolatione diuina, spiritu & animo semper conabatur se Domino exhibere præsentem, & dilecti, miris modis consolantis, & consolari scientis, præsentiam toto pectore suspirabat, vt arcanis eius frueretur colloquiis, amoris experiretur dulcedinem, salutaris gratię potiretur effectu, & cordis palato admirandæ suauitatis eius gustum hauriret. Id verò vt secretiùs & quietiùs fieret, certiusque ipsi contingeret, temporum & locorum captabat opportunitatem, dilectumque suum inquirendi diuersos sibi modos instituebat. Et quia iam certa experientia didicerat, omne tempus aptum esse & accommodum ad eum perquirendum, crebroque illum apparere vigilantibus, & ipsum quærentibus priorem se cupidè ostendere, prolixè, vt diximus, vigilare solebat, meditandoque & orando perpetim circuibat, quærens quem diligebat anima eius. Ardebat pectus eius, nec quiescere poterat præ amore Dei, quem amabat & cupiebat habere præsentem, quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarũ. Dies ergò noctibus, & noctes iungendo & continuando diebus, in sacris perseuerabat excubiis, prestolãdo consolatoris aduentum, vt venienti & pulsanti ad cordis ianuam, celeriter aperiret. Namque a Completorio vsque ad profundæ noctis silentia in preces prolixè incumbebat, vt quandò homines desides solet occupare sopor, ipsa vocem audiret dilecti pulsantis & dulciter alloquentis, Audiret, inquam, verbum illud à seculis absconditum, & à mundi tumultibus longè alienum: verbum vtique dulcissimum, deliciis affluens, & salutaribus redundans sacramentis. Cuius verbi suauitate illa perfrui valdè appetẽs, solicitè vigilabat cæteris dormientibus, vt quasi furtiuè susciperet auris illius venas susurrij eius. Dilectus verò hanc ei reddebat vicem, vt tam vigilanter ad vitam excubias agentem non transiret, nec declinaret ab ea. Subsistebat igitur, & amanter eam appellabat, corque illius incendebat, vt ex flammis amoris eius illum præsentem cognosceret, & ex ea, quam in se sentiebat, mutatione cum adesse intelligeret, quem amabat. Ecquis hodiè in nobis est adeò vigilans & obseruans tempus visitationis diuinę, sponsumque aduentantem momentis omnibus eo studio sustinens, vt cùm venerit & pulsauerit, confestim aperiat ei, sicut hęc beata? quæ tum demùm paululùm dormitabat, paululùm dormiebat, cùm post longas vigilias somnus irruens eam opprimeret. O quotiès quædam ei familiares dominæ, apud eam manentes, somno benè refectæ surrexerunt, cùm eã adhuc vigilantem cernerent, & orantem in cubiculo ante lectum suum, & dulcia cum eo colloquia miscentem, qui est totus desiderabilis. Postquàm autem exiguo releuata erat somno, rursùs surgebat, vel mediæ noctis tempus expectans, vel certè diluculum anteuertens: vt cùm laudarent astra matutina Dominum, & iubilarent omnes filij Dei, ipsa quoque deuotas Deo laudes persolueret. Sciebat enim docta diuinitùs, præueniendum esse solem ad benedictionem Domini capiendam, & ad manna cęlestis gratiæ colligendum: atque eam ob rem perseuerauit in laudibus Dei, etiam per diem non cessans à diuinis colloquiis & precibus, nisi cùm esset sumendus cibus, aut quippiam de Deo audiendum, aut misericordiæ operibus vacandum. Sed neque tunc reuerà cessauit à precibus, quippè quę à bono opere non cessaret. Neque cibum percipiens, diuina colloquia intermittebat. nam cùm benè literata esset, & scripturas intelligeret, sæpiùs ei ad mensam legebatur: Cui sacræ lectioni non raró tam auidè intendebat, vt morsellum manu appręhensum ori non admoueret, vel mandẽdi eius oblita, ore retineret, lachrymasque funderet, vt posset iure dicere cum Propheta: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Viuacior enim ei fuit gustus mentis, quàm ventris. Ità verò benedicebat illa Dominum in omni tempore, & semper laus eius in ore illius. Attendebat etiam locũ omnem opportunum esse ad benedicendum Deo, sicque in omni etiam loco dominationis eius laudẽ Domini promebat anima eius. At tamen loca secretiora, & Deo dicata, plus compunctionis & mœroris afferre non ignorans, ad adorandum Deum libentiùs ea adibat & frequentabat, vt aliorum vitato adspectu, faciliùs & familiariùs scala deuotionis parietem carnis transcenderet, mente ad dilectum pertingeret, eique spiritu & animi feruore commodiùs coniungi posset. Hanc enim dilectus ei vicem rependit, vt cùm vlnis deuotionis & amoris ardentiùs eũ stringeret, etiam ab externa, si qua interdum incidisset, interpolatione vel interruptione eam virtute admiranda præseruaret.

Sap. 6.

Cant. 3. & 5.

Psal. 41.

Longas agit excubias in oratione.

Iob. 4.

Luc. 12.

Cant. 5.

Iob. 38.

Sap. 16.

Legitur ad mensam eius.

Psal. 118.

Psal. 33.

Accidit quandoquè, vt illa sic separatim orante in quodam domicilio, minister eius Boguslaus Sanonius, cui illa culinam pauperum commendarat peculiariùs curandam, ollam, in qua aqua pro ipsa coqueretur, quam pro consuetudine biberet, ex eadem domo vellet auferre. Cumque appropinquaret ad locum, vidit eam orantem, tantaque luce circunfusam, vt territus, multoque pauore compulsus, indè se ocyùs proriperet, neque rursùs ausus esset eò accedere, immò verò subducere potiùs se festinaret. Sed ab illa reuocatus, accepto vase, tremebundus abijt,

Orãs, cernitur multa luce circunfusa.

abijt, vt ea illa luce visibili, & timore quo vir ille correptus fuit, perspicuè liceret animaduerti, eam mente tunc proximam fuisse illi, qui lucem habitat inaccessibilem, eiusque lumine, qui illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundum, specialiter fuisse illustratam. Quamobrèm diuina prohibente virtute, nihil tùc extrinsecùs occurrere potuit, quod eam distraheret aut turbaret, quandiù Domino visum est, vt somno contemplationis & requie frueretur, & in cordis lectulo dilecti consolationibus inhæreret. Quis verò non videat completum tunc in ea fuisse verbum illud sponsi suauissimi: Nè suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, donèc ipsa velit.

1. Tim. 6. Iohan. 1. Cant. 2. & 3.

Cùm in templis interesset rebus diuinis, ab aliis se abscondebat sub quibusdam pannorum velaminibus, orans & flens tam largiter, vt domina Anna nurus eius, pacis osculum sub sacrificio ab ea acceptura, oculos eius præ lachrymis quasi cruentos, & faciem præ fletu madidam viderit. Sæpius etiam, dum esset in precibus, vidit eam modò niueo, modò roseo vultu coruscam, & propemodùm Angelicam faciem repræsentantem præ iubilo, in quo versabatur. Eius enim Annæ conspectum non semper illa declinare, nec penitùs subterfugere potuit, quòd inter omnes fœminas ei esset præcipuè familiaris, & in templo ei proximè adstaret: quæ res in causa fuit, vt spiritales delicias & mentis lætitiam, quibus illa potiebatur, non raro animaduerteret. Vidit enim & illa, & exaduersò frater Herbordus, sæpè pro deuotione vsque adeò raptam spiritu, vt esset insensibilis. Cosmas quoque strennus miles, in eius ministerio sedulus, dicere solebat: Sæpenumerò cùm domina mea Heduuigis esset in precibus, negocia quædam me illam adire cogebant, reperique eam adeò è sensibus abstractam, vt me coram ipsa stantem non cerneret, donèc post longum temporis spatium, ad se rediret. Surgebat animus eius à cognitis ad incognita, seque de terrenis ad cælestia transferebat, atque à visibilibus ad inuisibilia se conferens, in pulchris cognoscebat pulcherrimum, nec satis poterat in creaturis magnificentiam creatoris admirari. Sæpè oculis in cælum intentis, studebat ea visa stellarum claritate & cæli specie, viuaciùs cælestis patriæ amore & desiderio inflammari. Et plerumquè sanè ex siderum & corporum cælestium contemplatione animi obtutus in summæ maiestatis thronum defigebat, diuinique splendoris radios tanta intùs copia percipiebat, vt etiam extrinsecùs posset animaduerti: si quidem corpus eius clara luce circumfusum, è terra in aera sublatum cernebatur, vt fuit obseruatum à quibusdã. Ità nimirùm sua illa exterior & visibilis præsentiam lucis æternæ, in anima radiantis, & corporis subleuatio mentis in Deum porrectæ eleuationem declarabat. Sub diuinis officiis nulli faciebat copiam secũ loquendi, nisi fortè casus aliquis inopinatus, aut ineuitabilis necessitas incidisset: indecorum planè & indignum existimans diuinis eloquiis humanos intermiscere sermones, nulla rationabili vel vrgente causa diuersum opportunè exigente: cùm non debeat quisquam permittere, vt per alium frustretur ea consolatione, quam potest ex Deo capere.

Eius orantis facies.

Mentis ecstasim sæpè patitur.

Corpus in aera sustollitur.

Nota, qui garris libenter in templis.

Etsi verò beata hæc se diligenter celaret, nè secretum, quod inter Deum & ipsam agebatur, vllo pacto cuiquam innotesceret, at per gemitus tamen & suspiria, quæ comprimere non poterat, præ amoris vi & deuotionis dulcedine, sæpiùs prodebatur. Et quãuis ad orandum, loca secreta, quantùm fas esset, diligeret & optaret, vt suauitatem, quam diuinitùs percipiebat, citra impedimentum auidiùs haurire posset: at nihilo minùs diuina officia, quæ publicè peragun-tur, nolebat priuatim domi aut in conclaui suo audire, vt solent nonnunquàm principes & magnates: sed semper in ecclesia preces nocturnas, quas matutinas vocant, itemque Vespertinas, & Missam, atque alias Dei laudes coram se volebat cum cantu solenniter celebrari. Itaque ad signum precum nocturnarum vna cum iuncta sibi familia ad ecclesiam properabat, non luto, non niuibus, non frigore, non pluuia, non asperitate vlla, vel aeris intemperie, nulla deniquè occasione eam retardante, nisi fortè aduersa laboraret valetudine, quò minùs ad templum se conferret diuinum illic officium auditura, quantumuis etiam ab eius hospitio procùl abesset. Quotquot habere poterat sacerdotes, qui Missas dicerent, eorum omnium sacrificiis singulari quadam animi deuotione interfuit, orans interim vel toto prostrata corpore, vel procumbens in genua, vel vlnis incumbens humo: vbi tum præ deuotione & animi humilitate terræ puluerem crebrò exosculabatur. Quicunque ad eius aulam venissent sacerdotes, siue seculares illi essent, siue religiosi, vix vnquam subterfugere poterant, quin coram ipsa sacrificium offerrent. Quòd si in aula eius deesset copia sacerdotum, quantam ipsa vellet, vndecunquè haberi poterant, accersebantur, vt Missarum paucitas suppleretur, quam illa æquò animo ferre non poterat. Vt enim capellani & qui in eius ministerio erant missarum multitudine grauabantur: sic illa grauatè ferebat, si multas habere non posset. Vndè quidam è Clero hos de illa versus composuit.

Nocturnus interest precibus in templis.

Audit Missas omnes, quas tempore exercentur.

In sola Missa non est contenta Ducissa:
Quot sunt presbyteri, tot Missas optat haberi.

Cùm vellet die quondam multis Missarum sacrificiis animum suum oblectare, Martinum capellanum tunc suum, posteà Vratislauiensem canonicum, misit ad accersendum quemcunque sacerdotem, vt coram illa sacrificaret. Ille mandato eius, cui resistere non posset, compulsus, abijt, casuque occurrentem ipsi caluum quendam monachum ex eorum numero, quos Conuersos vocant, qui tum expediendi cuiusdam negocij causa ad Ducis aulam venerat, ad eam adduxit. Tum illa pro suo candore & simplicitate non Conuersum ex habitu, sed tantùm caluum cognoscens, putansque eum esse sacerdotem, rogauit obnixè, vt Missam ipsi diceret. Illo obstupescente & dicente, quòd nec presbyter, nec literatus esset, beata Heduuigis se sentiens deceptam, humiliter ab eo veniam petijt, ostenditque se non illudendi animo, sed ignorantia id fecisse. porrò capellano comiter dixit: Parcat tibi Deus, qui mihi sic imposuisti. Huiusmodi enim verbis solebat reprehendere eos, qui illi molestiam aut verecundiam attulissent, vt iam suprà dictum est capite de eius patientia. Cum quanta autem animi deuotione diuinis officiis, præsertim Missarum celebrationi interfuerit, satis declarant non solùm lachrymæ & corporis prostrationes, de quibus diximus, sed permulta etiam religiosa opera & pia exercitia. Ad omnes enim Missas, quas audiret, vel per seipsam aliquid obtulit, vel per alium: atque à sacerdote, qui sacrificium fecerat, petebat, vt manus suas capiti ipsius imponeret, & aqua benedicta conspergeret, sine vlla hæsitatione credens, per hoc specialem aliquam gratiam à Domino se percepturam, & mala valetudine leuatum iri: id quod etiam sæpiùs ità euenit, vt ipsa postea familiaribus suis reuelauit.

Mandat importari sacerdotes, qui coram se Missas celebrent.

A sacrificante sacerdote vult sibi manum imponi. Nota effectum.

Frater Herbordus confessarius eius de illa solebat dicere: qua deuotione & fide fuerit beata He-

donigis erga officium Missæ & pręstantissimum Dominici corporis sacramentum, nemo mortalium explicare posset. Sciens autem illa presbyteros siue sacerdotes tantæ esse dignitatis, vt Dominum cæli & terrę tractent in sacramento altaris, atque ea conserant quotidiè sacramenta, quibus, diuina assistente virtute, fidelis sanctificatur & expiatur anima: sacerdotes & omnes, qui in Clero sunt, tum seculares, tū religiosos multa reuerentia prosequebatur, nec paruo honore afficiebat, idque adeò, vt illos etiam, qui emolumenti alicuius causa se sacerdotes fingerent, tanquā veros presbyteros honoraret. Itaque ad mēsam assidere nolebat, nisi prius sacerdos, qui sacrificium fecerat, discumberet.

Reuerētia eius erga sacerdotes.

Coruscationes & tonitrua multùm formidabat, quòd his elementorum cōmotionibus extremi diei iudicium, & diuinæ vltionis gladium ad memoriam reuocaret, eaque commemorans, tota contremisceret, & cum beato Iob quasi tumentes super se fluctus semper Dominum timeret. Nec cessauit is tremor, donèc accitus aliquis sacerdos, sacratas manus pro diuinæ protectionis scuto eius capiti imponeret, sub quarum vmbraculo tanquàm iam secura de periculo euadendo, genuflexionibus & orationibus durante tempestate insistebat. Tranquillitate post intemperiem reddita, pro gratiarum actione illas manus osculabatur: quas idcircò putabat posse resistere noxiæ potestati, vt iram Dei auertant, vel Deum iratum concilient, quòd sacratæ sint. Peculiari verò afficiebatur amore erga illos, quos sciret studiosè interesse Missarum sacrificijs: nec dubium, quin plùs etiam dilexerit eos, qui parati essent ad Missas crebrò deuotè celebrandas. Ad sacramentum Dominici corporis percipiendum accessura, tanto lachrymarum imbre faciē perfundebat suam, tanto precandi, genua flectendi, corpus prosternendi studio tum specialiter occupabatur, vt se videntes deuotionis eius non immeritò intuentes ad deuotionem efficaciter permoueret. Permultas habebat sanctorū imagines & reliquias, quibus congruam præstabat reuerentiam, easque sibi ad ecclesiam eunti voluit præferri in loco orationis suę reponi: vt earum contemplatione rediret in viuaciorem memoriam meritorum eorum, quos amabat, & per illorum suffragia, ad deuotionis feruorem magis sese præpararet. Porrò sanctissimam Christi matrē inter alios sanctos, ità vt par erat, ardentiùs amabat, atque ea causa illius apud se paruam ferebat imaginem, eamque sæpiùs gestabat manibus, vt ex amore crebrò eam posset intueri, & inspiciendo ad eius amorem se posset ampliùs excitare. Ea imagine cùm interdum benediceret languidis, illicò curabantur, vt etiam miraculorum virtute cunctis innotesceret, ad quantam meritorum celsitudinem illa iam peruenisset, quæ feruenti amore incitata, hanc matris Dei imaginem sedulò circumferret.

Iob 31.
Tēpestates & tonitrua extremuisti & signa.
Eucharistiā sumptura vt se compararit.
Nota de imaginib⁹ et reliquiis sāctorū.
Nota.

Passionem quoquè Domini Saluatoris quanta animi deuotione in suo pectore versarit, vel indè vtcūquè colligi potest, quòd etiam res minimas, quæ mysterium Dominicæ crucifixionis repræsentarent, veneratione affecit. Nam vbicunquè humi conspexit iacentes stipulas, Crucis imaginem referentes, genibus flexis adorabat: tollensque eas & exosculans, tali eas loco reposuit, vbi non possent pedibus conculcari.

Meditatē frequēter ī passione Domini.

Diligebat etiam decorem domus Dei: atque idcircò ornamenta preciosa ecclesijs & altaribus donauit. Vestes quoque sacerdotales & Leuiticas atque ministrorum altaris, suis impensis comparauit, immò & parauit tum per seipsam, tum per alias cum ipsa manentes fœminas, quę ex auro & serico nouerant egregiè operari. Ita ergò illa, vt diximus, & ad sacramentum altaris accedebat, & sacra mysteria promouebat. Ità cum fidelibus terebat limina domus Dei: atque eiusmodi cum moderatione coram hominibus deuotionis suæ studia exercebat. Peractis autem diuinis officijs, cunctisque qui adfuerant, tempore opportuno domum abeuntibus, vt corporis alimenta perciperent, & res suas externas curarent, illa cum paucis pedisequis in ecclesia remanens, ad internas mentis epulas & spirituales delicias in domo Domini captandas se diligenter accommodabat, cupiens illa diuinarum consolationum suauitate vberius perfrui, cuius gustum suauissimum iam aliquoties experta esset. Et quia tunc alijs absentibus se solitariā sentiebat & pręparatam, liberiùs vacare potuit diuersis modis quærendi dilectum. Itaque orando circumibat aras omnes, pectusque tundens, gemitus dabat & suspiria: leuatisque in cælum oculis & manibus atque etiam mente ipsa, stans preces Domino supplices offerebat: tum quoque humi se prosternens, ad pedes Domini Iesu cum Magdalena humiliter sese abijciebat. Etsi autem Saluatoris nostri pedes corporaliter iam osculari non posset, at illorum tamen loco humum osculabatur sæpissimè, nec rarò pauimentum & terram lachrymis irrigabat: vtque & amoris, quo ardebat, nec celare poterat, feruorem dilecto ostenderet, & peccatorum veniam copiosioremque gratiam impetraret, puluerem & cinerem se agnoscens, os suum humiliter ponebat in puluere, idque ea spe & fiducia, quòd æternę pacis osculum quandoque à dilecto acceptura esset. Quamobrem etiam non mediocriter huiusmodi prostrationibus delectata, tandiù sępè iacuit coram Domino in longum porrecta, vt tam debile corpusculum nulla ratione id laturum fuerit, nisi deuotionis feruore & spiritus Domini fortitudine corroboratum esset. Soror Gaudentia aliquando curiosius explorare volens deuotionem illius & orandi modum, à prandio se subduxit, intransque in templum, vidit illam toto corpore prostratā, tandiù manere in precibus, vt ipsa interim dimidiū absoluerit psalterium. Porrò vt maiorem corpori fatigationem afferret, prę admirando feruore diuini amoris, qui eam semper ad ardua impellebat, cùm sic orando humi prostrata iaceret, pectus & caput sustollebat ad codicem coram ipsam expansum, atq; in eo scriptas preces lectitabat. Surgens tandem, crebrò repetitis genuflexionibus honorabat eū, qui pro nobis flexis genibus irridiculè adoratus est. Nunquā inter orandum visa est sedere: sed cùm aliquantisper stetisset, subitò in nuda genua procūbebat, in quibus calli excreuerunt magnitudine duorū nucū, aut, vt alij afferunt, qui eos viderunt, duorum pugnorum, ijque hyberno tpe magis intumescebat. sed hūc thesaurū illa pro viribus occultabat, nec cuiquam cognitus fuit, illa viuente, nisi paucissimis fœminis illi famulantibus. Nimirùm his illa Dei amica charitatis ornata insignibus, coram dilecto apparebat, his illa nitebat margaritis. Hæc amoris symbola, puta callos in genibus, fissuras in manibus & pedibus, plagarum liuores in reliquis membris apud se semper circunferens, dilecti se obtutibus pręsentabat. Eiusmodi lætitiæ canticis & iucundis carminibus, nempe suspirijs & gemitibus, Regem demulcebat sempiternū. Hoc decachordo Psalterio, hac dulcisona cithara, videlicet deuota psalmodia & attentis precibus, amantissimo sponso iugiter canebat. Id genus cordis tripudijs, his corporis gestibus, putà genuflexionibus & prostrationibus ludebat coram throno Dei & agno,

Ornat tēpla, et sacris ea instruit.
Alijs post diuina officia domū abeūtibus illa manet ī tēplo.
Luc. 7.
Thren. 3
Postrata diu orat.
Mat. 27.
Calli grādes ī genibus eius.

Prolixa admodũ preces eius. agno, atque ità ex omni corde suo laudabat Dominum. Eum in modũ etiam adhuc viuẽte marito, quotidiè diuinas celebrauit laudes, vt ab hora matutina in tẽplo perseueraret in precibus, donèc a meridiè, pedisequarum eam expectantium, volens vitare tædium potiùs, quam suo satisfaciens desiderio, venit ad hospitium suum, exiguum illud, quod supra diximus, corporis sumptura alimentũ. Superni enim illius cõuiuij, cui tota mẽte inhærebat, dulcedo adeò cordis illius gustum affecerat, vt eam sapores alimẽti corporei minimè delectarent. Vndè penè quotidiè contemplationis suæ ferculis intenta, & internæ consolationis vino refecta, vix sub horam vespertinam cibum corporis admittebat.

Tam verò ardenti desiderio & flagranti amore ferebatur in Deũ, vt non modò seipsam ei offerret per deuotionis incendium, verumetiam quoscunque alios posset hortaretur, vt ei piè & fideliter seruirẽt. *Ecce quod mi reris in tanta principe.* Ea causa tam per se, quàm per administrum suũ, cui id negocij dederat, homines simplices, ipsius aulam frequentantes, docebat confiteri peccata sua, & orare, & cætera, quę ad animarum salutem pertinent. Inter alias ipsi ministrantes fœminas habebat Lanandriam, mulierem grandæuam, Dominicæ orationis prorsùs ignaram. Eam tanto studio ipsa docuit orationem illam, vt ad decem hebdomadas etiam noctibus eam sibi adesse voluerit, & in cubiculo, quo ipsa cubabat, ante lectum suum permanere & somnũ capere: idque fortassis, vt verba sacræ orationis, quæ interdiù ipsi inculcauerat, noctibus quoq; eam rumi nare cogeret, atque ità tenaciùs memoriæ commeodare. *Docet maritum suum orare.* Maritum quoquè suum, vt continuis pietatis exercitiis salutis fructum optimum ei cumulare, præcipuè verò ad deuotionis studium excitare eum posset, cõplures docuit preces. Hoc enim semper in votis illi erat, vt is, quem inter homines vel maximè diligebat in Domino, etiam Deo suo deuoto corde seruiret.

De operibus misericordiæ, & benignitate eius erga proximos. Cap. 6.

DOnum pietatis & misericordiæ vsqueadeò sibi vendicauit cor beatæ huius Christi ancillæ, vt ad gloriam Dei & sanctorum eius, atque ad subueniendum proximis & animo & opere semp promptissima fuerit. *Luc. 6.* Verbum illud Saluatoris nostri, Estote misericordes, habebat inscriptum altissimè cordi suo, & factis accuratè compleuit. Erat illi innata clementia, quam augebat pietas Iesu Christi: cuius *Ecclesi. 6.* gratia eam instigante, studebat quicquid boni poterat manus eius, instanter operari: quæ verò per seipsam efficere non potuit, aliorum opera effecit. Inter alia misericordiæ opera, summæ pietatis existimabat animarum promouere salutem. *Dux Hẽricus, hortante S. Heduuige, condit Trebnicense monasteriũ* Eam ob rem maritum suum consiliis & exhortationibus suis permouit, vt & proprijs impensis construeret Trebnicense monasterium sanctimonialium Cistertiẽsis Ordinis: quarum impensarum summa, vt à procuratoribus compertum est, triginta marcarum millia plus minus collegit. Nam soli parietes præter tectũ, quod per totum claustrum hodieq; plumbeum est, viciès mille marcis constitit. Fundatum est autem hoc templum & monasterium ad honorem omnipotentis Dei, & gloriosissimæ Virginis Mariæ atq; Bartholomæi Apostoli, Anno Domini millesimo ducentesimo decimonono. Interim autem, dum eius monasterij structura fieret, nullum finebat cuiuscunque facinoris causa sententia principis vel curiæ eius morti adiudicatum interfici, se vita illi condonata, ad eam structuram volebat eum suam conferre operam, donèc ad præscriptum tempus pro facinore suo ea ratione satisfecisset. Ità prout quisque plùs minus've peccauerat, huic mancipatus operi inseruiebat.

Constructum iam monasterium Dux Henricus ex consilio beatæ Heduuigis dotauit & auxit largissimis redditibus, qui ad omnes sumptus necessarios sufficerent mille personis, & perpetuæ exercendæ hospitalitatis: sua eleemosyna promereri cupiens, vt dignus esset audire Dominum in extremo iudicij die dicturum: Hospes fui, & collegistis me. *Largissime prouidetur eius monasterio.* *Matt. 25.* Ipsa quoquè beata Heduuigis contulit eidem monasterio bona sua dotalia, * Sanons cum pagis adiacentibus, mansos, vt vocant, circiter quadringentos optimæ terræ. Porrò à Babenbergensi ciuitate & diœcesi monachas Cistertiensis instituti acciuit, easque in hoc monasterio degere voluit, in quo temporis successu sanctimoniales centum inclusæ, vixerunt in seruitio Christi: atque hodiè illic viginti supra centum degere feruntur. Prima eius Abbatissa fuit Petrissa, quam beata Heduuigis habuit magistram pueritiæ suæ, & à Babenberga cum alijs monialibus accersiuit. Quamuis autem monasterij eius sororibus abunde prouisum esset de ijs, quæ ad victum & vestitum, cultumq́ue diuinum, eis necessaria erant, nec sic tamen benignitati eius fuit satisfactum, quin multa illis adderet, quibus ad eiusmodi res necessarias eis prospectum esset, idq́ue vel maximè, cùm eas putaret earum rerum pati defectum, quibus pro suo vsu indigerent.

Alijs quibusdam religiosis, quos Templarios vocant, à marito suo impetrauit magna quædam prædia, optimo terræ loco sita, vbi postea multi magni * pagi sunt conditi. *Templarios honorat magnis beneficiis.* ** Villa* Non pauca sanè religiosis, id est, monasticen professis, præstabat beneficia, magnoq́ue eos propter Christum honore afficiebat, vt etiam alijs eis honor haberetur. Cùm enim venirent ad eam, assurgebat eis, comiterq́ue eos accipiens sibi ad mensam voluit assidere: vtque ab obtrectatorum venenatis linguis famam illorum tueretur, non modò coram se illos honorificè tractandos curauit, sed etiam honesta, donec illic morarentur, hospitia, inculpatosq́ue ministros & socios eis adhibuit, misitque necessaria omnia, & apud Ducem illorum negocia accurate promouit, & ocyùs expediuit. *Monachos venerẽter habet.* Cùm autem abituri essent, in saccis eorum clam iussit reponi panes, pisces, & alios religiosorum cibos, vt haberent quibus in itinere vescerentur. Porrò quibus in locis eos stantes viderat, ibi post discessum illorum tanquàm ad Christi vestigia genua flectebat, Deum, quem in illis exceperat, adorans. Diuersis quoq; monasterijs largas pręstabat eleemosynas, puta Lubensi, Hẽrichouiensi, Vratislauię ad sanctã Mariam, sanctumq́ue Vincentium Franciscanis & Dominicanis fratribus: itemq́ue multis alijs, qui in religioso habitu Iesu Christi signum ferrent, compluribus quoquè miseris & calamitosis hominibus non cessabat benefacere & gratificari, periodè ac si illam Euangelij sententiam, *Largas præstat eleemosynas monasterijs & pauperibus.* Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: *Matt. 25.* semper ob oculos versaret, eamq́ue endamq́ue susciperet. Eremitas & inclusas, vbicunquè adire potuit, per seipsam inuisere, & beneficiis afficere studebat: longè positis per nuncios vestes, esculenta, atque alia necessaria suppeditabat. Leprosorũ singularis ei cura inerat pro amore illius, qui propter nos quasi leprosus reputari voluit. Leprosas quasdã fœminas simul habitantes prope oppidum, quod Nouũ Forum *Leprosis humanissime fouet.*

vocant,

vocant, adeò ſibi curandas ſuſcepit, vt hebdomadatim aliquotiès eis mitteret pecunias, carnes, etiam farinas: veſtes quoq; & alias neceſſarias res largiter præberet, atq; vt peculiares filias foueret, de omnibus eis proſpiciens.

Largiter af flictos cõs.

Mira quoquè commiſerationis teneritudine monebatur erga afflictos omnes qualicunq; corporali moleſtia, colliqueſcebatq; animus eius erga pauperes & ægrotos, quibus & beneuolentiam & auxilium impédebat. Si quo defectu aut penuria laborare quempiam cerneret, pii cordis benignitate ei opitulabatur. Dormientibus pediſequis eius & ancillis, accuratè inſpiciebat calceos earum, & ſi quid in eis fractum reperiſſet, obiurgabat illas, quod id diſsimulaſſent, ocyusq; refici iubebat.

Viſitat ſorores ægrotantes, eas conſolatur.

Si qua in monaſterio decumberet, quotidiè eam inuiſebat, flexisq; coram lectulo eius genibus, verbis conſolatoriis eam cõfortabat, ſimul aliqua opportuna ſubſidia ei porrigens. neq; enim vnquam receſsit ab infirmo, niſi prius collato munere eum conſolata eſſet. Aegrotos quoq; è familia ſua adibat, medicamenta eis præparabat, & medicos ad illos mittebat, inſtar matris curam illorum gerens.

Matt. 25.

Dominicæ illius ſententiæ ſuauitate allecta, Infirmus fui, & viſitaſti me. quoſcunq; comperire potuit infirmos, maximè pauperes, modò id fieri poſſet, viſitauit. Si aliquo iturа eſſet lõgiori itinere, ubi infirmũ quempiam cognouit, ad eum, poſthabito itinere, accedebat. Quos verò propter nimiam locorum diſtantiam viſitare non poterat, iis nummos tranſmittebat. Quanto quis inter ægrotos eſſet miſerabilior, tantu ab ea potiora cõſolationis beneficia percipiebat. Fœminas i puerperio decumbentes, inprimis pauperes, inuiſebat, ſi qua ratione id fieri poſſet, eisque præbebat neceſſaria. In carcerem coniectos etſi per ſeipſam adire nõ poſſet, non tamen omiſit magnis eos beneficiis inuiſere.

Ibidem.

Ardenti enim deſiderio cupiens quandoquè audire uocem Domini in iudicio, In carcere fui, & viſitaſtis me: quandoquidem ipſa in carceres ingredi non potuit, per nuncios ſuos mittebat eis eſculẽta & poculenta, ſatisq; veſtium, nè frigore affligerentur: & nè pediculos nimium infeſtos ſentirent, veſtes lineas, aliasq; mutatorias, quæ ſufficerẽt, eis ſuppeditauit, addens etiam candelas, ut beneficio luminis, carceris horrores & tenebras ſibi minuerẽt, omni ſtudio præcauens, nè alicuius rei defectu periculum eis crearetur.

Diligit inimicos, eisq; gratificatur.

Sed & altiores charitatis gradus aſſcendens, etiam hoſtes & aduerſarios mariti ſui, qui interdum in carceres mittebantur, eiuſmodi beneficiorum non ſinebat expertes eſſe: ſed neceſſaria liberaliter eis porrigebat, conuenienter illi ſententiæ:

Prou. 25. Rom. 12.

Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi. Præter omnia autem, quæ captiuis & in carceres detruſis beneficia præſtitit, ſua interceſſione ſæpiſsimè eos à vinculis liberauit, & in libertatem vindicauit. Illis etiam, qui in mala gratia erãt apud maritum eius, non ceſſabat illius cõciliare animum, flexis genibus & cum lachrymis tandiù pro illis orans principem, donèc ſe ſentiret exauditam.

Pecunia redimit captiuos.

Afflictis, modò ulla ſuppeteret ei facultas, efficaciter ſubueniebat. Nunquam plorantibus ſuã uoluit deeſſe conſolationem, neq; indigentibus auxiliũ opportunum. Aere alieno oppreſſos, & qui propter æs alienum vexarentur, aut in cuſtodia detinerentur, ſua pecunia redimebat atque ſubleuabat. Morti adiudicatos, aut aliis ob ſua maleficia afficiendos pœnis, non rarò ſuis precibus eripuit. Quidam è Clero, Gallus genere, ob crimen ſacrilegii ex iudicis ſententia extremo ſupplicio afficiendus erat. Vbi illa pia matrona cõperit, Clericum in ſortem Domini electũ, tam miſerabili deſtinatum neci, magis etiam miſericordia permota ſunt viſcera eius, ratione Cleri, quẽ cenſebat omni ueneratione digniſsimũ.

Supplicio afficiendũ exorat.

Itaq; apud eũ, qui erat in poteſtate, precibus inſtitit, nec priùs orare deſtitit, quam Clericum illum à tam præſenti periculo ereptum, incolumem conſeruaret.

Pauperũ, viduarũ & orphanorum eſt cõſolatrix.

Mater erat omnium pauperum, & præcipuè uiduarum atq; orphanorum eximia conſolatrix: quorum cauſas & negocia, cùm id res poſceret, apud Ducem promouebat, exhibebatq; ſe illis fideliſsimam aduocatam. Non paucas quoquè puellas, parẽtibus & amicis orbatas, apud ſe humaniter fouebat, ſingulis prouidens, prout ei uiſum fuit ſaluti illarum præcipue expedire, alias matrimonio, alias monaſteriis tradens. Cùm ſic autem perpetuis foueret beneficiis pauperes, quocunquè ibat, ſequebantur eam ut matrem. Semper enim in eccleſia corã ea poſitus erat aceruus nummorum, qui diſtribuerentur egenis, è quibus multos ipſa ſua manu elargiebatur.

Eam ſemper comitãtur pauperes.

Nec auſus erat quiſquam ea eius familia, eam ſubſequẽtes repellere pauperes, tametſi nimia illorum multitudo, nõ mediocrem ſæpenumerò moleſtiam afferret pleriſq; miniſtris eius. Cùm die quodam coram altari, quod erat in cõclaui eius, prolixiùs oraret, mẽdici more ſuo expectantes ſtipem, exclamare cœperunt: Hodiè domina noſtris eſt ſubducta conſpectibus: hodiè pauperum conſolatrix nobis vultum nõ oſtendit ſuum, quandoquidem nullum adhuc eius percepimus beneficium. Id cùm ei mox indicaſſet una ea familiaribus eius, iuſsit eã abire properè, tollere pyxidem, in qua erant pro pauperibus nũmi reconditi, dare inde ſingulis, quod diuinitus ei eſſet inſpiratum. Ita enim per alios diſtribuebat eleemoſynas: interdùm per ſeipſam erogabat.

Liberalitas eius in Clerum.

Illis qui in Clero erant, inopiam patientibus, tanquàm diuino cultui amplius addictis, & qui per vitæ munditiam præ populo ad Chriſtum propiùs accedere debeãt, multa beneficia peculiariter tribuebat. Quamobrẽm ea locis remotioribus quandoquè uenientes ad eã, à Vratiſlauia vſq; in Rochetins, qđ eſt tredecim milliarium iter, receperunt ab ea argentũ, veſtes, & alia vitæ degendæ neceſſaria. Dominus Raſlaus presbyter, & homo maturus, Vladiſlauienſis canonicus, teſtis operum pietatis & benignitatis ſanctæ Heduuigis, de ſeipſo loquens: Pauper tyrunculus, inquit, Vratiſlauiæ dabam literis operam. Audiens illic beneficia, quæ pro Chriſti amore daret egenis beata Heduuigis, cum ſociis ter me contuli ad eam, ſemperq; argento ab ea accepto, læti ab ea reuertebamur. Quotiès autem ad eius aulam accederem, multam illic pauperum turbam conſpexi.

Itẽm in eos, qui ſãcta loca inuiſerent &c.

Ad loca uel limina ſanctorum profecturis, itẽq; Cruce ſignatis, & aliis peregrinis larga pbebat ſubſidia, ut promouendo illos in via ſalutis æternæ, eorum meritorum particeps fieret. Via quiſquam unquàm ſtipem petens, ab ea uacuus receſsit. vt enim magiſter Hermannus Canonicus Glogouiẽſis & paſtor Suuidnicenſis aſſeruit, ex copioſis prouentibus ſuis uix centeſimam partem ſibi ſuæque familiæ in uſus neceſſarios ſeruauit: quicquid reliquũ erat, Eccleſiis & pauperibus elargiebatur. Deficientibus autem ipſi propriis pecuniis, ad principem Henricũ maritum ſuum recurrebat, orans, vt miniſtrãdo egenis res neceſſarias, ipſius expleret vices. Chortem quãdam benè magnam quatuor aratrorum habuit. Ea Zeuma dicebatur, vnde magnam annonæ & eſculentorum copiam colligebat.

Proclamat pauperes famis tempore.

Accidit autem quandoquè ingens annonæ caritas. Iuſsit tum illa locis publicis proclamari, vt egentes omnes ad eam chortẽ uenirent, eleemoſynã propter Deum reportaturi. accurrerunt inopes grandi numero, iuſsit ſingulis

Mira largitas in annona caritate. distriboi, quod corpori sustentando sufficeret. Frumento absumpro, cernes omnes, quæ illic essent: deindè & caseos, adextremùm aruinas & salem ad cōdienda olera, & quieqnid demùm esculeotom eo in loco reperiri potuit, erogauit fidelis dispensatrix & prudens, familiæ Domini escam præbens tempore opportuno. Hunc verò modum & ipsa seruauit, & maritum suum seruare docuit, nt si multis pariter essent præstanda benefiria, æquales singulis portiones cederent, *Nota.* oè impares eleemosynæ apud accipientes inuidentiæ materiam exeitarent.

Exemplū rara humanitatis in pauperes. Habebat verò in aula sua speciales quosdam afflicta ualetudine pauperes tredecim, quos io honoré Christi & duodecim Apostolorum eius, eùm aliquò proficisreretur, curribus impositos secum uehebat, & vbi ad hospitium ventum esset, primò illorum suscipiebat curam: iubēsque illos coram se discumbere, priusquàm ipsa mensæ assideret, illis ad mensam mioistrabat, singulis apponens escas genibus flexis. *Optimos cibos porrigit pauperibus.* Deindè etiam ipsa arcumbeos, edebat more suo cibos aridos, optima fereula carnium aliorumque lautorum eduliorum ipsi proposita, tum illis, tum aliis pauperibus iussit offerri. Ea re animaduersa, nobilium & principum filij, qui io eius aula versabantur, dicebant se malle meodicos esse, ferculis domioæ suæ Heduuigis alendos, quàm cum illa cibum sumere. Potum quoquè optimum sibi oblatū, illis pauperibus volebat apponi. Eam rem molestè ferentibus Capellaois aliisque familiaribus, & interdùm dicentibus, vt potum appositum permitteret coram se stare: ipsos daturos operam, ut pauperes habeaot satis: *Nota.* illa respondit, Immò verò hac de causa meum ego illis uolo porrigi poculum, quòd sciam eos alioqui tam bonum potum minimè habituros. *Excellens humilitas et charitas.* Quicquid illi propositum esset, etiam si ooo nisi pomum unum esset, cum pauperibus partiebatur: erga quos sanè tanta animi pietate & beneuolētia afficiebatur, vt si ità decuisset, & absque aliorum murmure fieri potuisset, libentissimè cum singulis ex illorum scutellis cibum sumptura fuerit. Pro illa autem pauperum turba, quæ coram meosa eius oon versabatur, singularem habebat culinam, & quosdā ministros, illis specialiter deputatos: quibus io prandio & cœna pro ratiooe temporis victui necessaria præbebantur. Videat hic lector, quàm pauper spiritu fuerit hæc ancilla Christi, quæ in rerum mundanarum affluentia, & io mediis epularum deliciis iotaniùm egère uoluit propter Christum, ut famem, sitim, & in frigoribus ouditatem perpessa sit. Magnū enim illa sibi videbatur instruxisse conuiuium, si lautè aleret viscera pauperum: maiorique charitatis inflammabatur ardore, cùm egentium corpora vestibus consoueret. *Prou 31.* Est ergò oon immeritò dicēda fortis illa mulier, quæ maoum suam aperuit ioopi, & palmas suas extendit ad pauperes, risura proculdubiò ob taota humanitatis & charitatis officia in die nouissimo.

Luc. 6. Porrò etiam Dominom io Euangelio dicentem audiēs: Date, & dabitor vobis: dimmittite, & dimittemini: cupiēosque per omnia obedientem se illi præbere, noo solum res suas in pios usus expendit, sed etiā liberaliter remisit, quæ à subditis ei debebantur, *Remittit subditis debita.* Pensiooum enim illis, qui eas persoluerent, bonam partē remittebat, adeò ut Otho capellanus eius, exclamarit quaodoquè: Tā multa cōdonas rusticis tuis domina, ut nos q tibi seruimus, vix habituri simus, vndè sustentemur. Cui tū illa suauiter respondit: Nè timeas: potest Deus prouidere nobis. Et quia uel parùm, uel nihil à suis pēsionariis exigebat, scriptores eius dicebaot ironicè: Nihil ex bonis dominæ nostræ anootaodū habebimus, nisi hoc, qood illa remittit. Nā quandoquè uoo die pensionariis suis in Sanō & Ianoz ad trigiota marcas remisit. Cùm autē eiusmodi pēsionarios atq; alios pauperes nō posset alia uia à iudicū & aliorū officialiū manu liberare, sua pecuoia illorū vexationes redimebat. Scriptorē habuit dominū Ludolphū, virū prudentē & honestū. Eū sæpè rogaoit cū lachrimis, vt erga homines suos humanitate & clementia vteretur, nec importunè exigendis pensionibus eos granaret: & oè iudices fortassis seueri oimiùm essent erga tales, ipsa iudiciis sæpè uoluit coràm interesse: oeq; tū per iudicē, sed per aliquē ex Capellanis fiebat iudiciū, ut pauperes humaniùs acciperentur. *Iudiciis sæpè interest ut pauperes humaniùs acciperentur.* Quid plura? Fōs iste beoignitatis adeò cōmunis erat, & omnes suæ dulcedinis iotàiùm volebat esse participes, vt quotquot ei propinquarent, hausta eius suauitate, bono aoimo recederent. Cunctis enim ad illā refugientibus, si interdùm oon posset pro cordis affectu operis effectum impendere, ad omnipotentis Dei gratiam se couferens, diuino miraculo ipetrabat, quod homines ab ea expetebāt.

De miraculis, in uita ab illa factis. Cap. 7. quod multis locis contraximus ob nimiam prolixitatē.

ANimam huius dilectæ & electæ suæ Christus Saluator tanta impleuerat gratia, ut & continua animi deuotiooe sursùm ageretur in Deū, & beoigna misericordia indefinēter afficeretur erga proximos. Familiaritatē autē illā & amicitiam, qua erat coniuncta eum Deo, ea adhuc viuente, qoædā signa haud obscurè declarabant. *Claret miraculis et spiritu prophetia.* Ob eius enim amorem & merita, Deus miracula quædā effecit: multa quoquè ei futura reuelauit: uti sic per miracula ostenderetur noo ei deesse virtutem Apostolicam, & per rerū futurarum, occultorumque actuum reuelatiooem, spiritu prophetico plenam esse.

Raslaoa saoctimonialis Trebuiciensis admodùm familiaris erat beatæ Heduuigi, quæ eam à teneris annis educatam, io monasterium iotroduxerat, vbi posteà custodis functa est officio, & deindè in Onensconensi cœnobio Abbatissæ. Sedens illa quâdoquè ad mensam S. Heduuigis, & os piscis incautè admittens, nec glutire potuit, nec reiirere. Sentiēs sibi impendère periculum, surgit à mensa, conatur prouocare uomitum, vt vel sic extrudatur os gutturi affixum. Nihil se efficere videns, redit fidenter ad Hedouigem adhuc mensæ assidentem, indirat quid patiatur. Cōpatitur illa, benè preratur ei in nomine Domini, moxq; signo Crucis edito, Raslaoa exposuit os crueotatum, & mortis se discrimē euasisse lætatur. *Signo Crucis sanat periculosè laborātē.*

Eadem dum oimiùm flet defunctum fratrē suū, albugioem permolestam contrahit in oculo. Vbi id conquesta est beatę Heduuigi, iubetur ab ea tollere psalterium eius, & illo signum Crucis exprimere ad oculum malè affectum. *Itēm cæcutiētem.* Tollit codicem, consignat se, & miratur repentè suum sibi restitutum oculum.

Alia Trebnicieņsis monacha lachrimis oculos pdidit. Multa adhibita cura est, sed frustrà. Venit tandèm ad beatā Heduuigē, rogat flexis genibus, vt Cruce cōsignet oculos ipsius. At illa prę humilitate obstupesrēs, planeque id facere recusaos: Deus, ioquit, parcat tibi, quòd rem tantam à oie petere ausa es. Noo cessat tamen soror, instat precibus, donèc illa pietate victa, Crucis signum ederet, dicens: Dominus tibi beoedicat, soror mea. *Itèm aliā cæcā.* Confestim ad Crucis signum decem hebdomadarum cæca nox, ab oculis eius depellitur, & redit se reoa lux. Sanata est etiam Germana quędā mulier, diù cęca: q cùm mirificè ei sancti-

sanctitatem prædicaret, non paruam molestiã ei attulit, quippe quę laudibus haudquaquam delectaretur. Duos homines iam suspensos, & diuina virtute propter eius merita a morte seruatos, iussit à patibulis deponi, multis stupentibus, qui alterius supplicio interfuerant, eum manere incolumen & uiuum. Iussit etiam Henricus princeps, maritus eius, vt vbicunquè illa deincèps preteriret publicas custodias, mox carceres & ergastula aperirentur, vinctiq; pro eius reuerentia à captiuitate & vinculis absoluti, suæ libertati redderentur.

Duos suspensos seruat.

Mulier quædã die Dominico molens, diuina vltione percussa est, ligno, quo molam agebat, adeò manui eius adhærente, ut nec marito auxilio amouere illud posset. Amputato igitur supra & infra manum eius ligno, ducta est à marito ad beatam Heduuigẽ. Orat sancta Heduuigis Dominũ pro ea, aperit manum eius, extrahit lignum, mandat vt rem apud se tacitam habeat. sed latere non potuit, quod Dominus ad suam gloriam voluit innotescere.

Feminã liberat à manus pœnam.

Quadam nocte beata Heduuigis vigilus & precibus defatigata, somno oppressa est, & lumen accensum, quod vigilans manu tenuerat, in librum, undè legebat, decidit. & ecce rem admiratione dignissimam. Adhæret libro candela, & tota comburitur, nec quicquam tamen læditur codex.

Insigne miraculũ.

De eius spiritu Prophetico. Cap. 8.

At uerò non solùm admirãdis operibus, sed etiã præclara cognitione admodùm cõspicua fuit beata Heduuigis. Supernæ enim lucis illustrata radiis, mente perspicue cernebat, quæ corporeis oculis non videbat, multa quoquè diù pòst futura præuidebat. Atq; hoc dono ab ipsa iuuentute vsq; in uitæ finem prædita fuit. Cùm adhuc iuuenis esset, quodam Saluatoris natalitio die uenit quidam ad eam mensę assidentem, qui diceret cerasum in horto florere. Mittit illa hominem, qui videat, qua parte arbor flores ferat. Renunciat is, in ramis inferioribus flores cõspici. Tũ illa: Signũ est, inquit, multos pauperes hoc anno morituros. quod res ipsa cõfirmauit.

Prædicit tẽpora penuriam.

Maritum suum Ducem Henricum præmonuit, nè de castro Legniciensi exiret, sed diù intrà illud sese contineret, breui alioqui moriturus, si ab illo aliò se transferret. Credidit ille, & trienniò mansit in castro illo. Tandèm indè recedens, & usq; in Sefinez perueniens, ibi decubuit, & intrà dies octo migrauit è uita anno Christi millesimo ducentesimo tricesimooctauo, sepultusq; est in monasterio Trebniciẽsi.

Prædicit mortem mariti sui.

Fœmina quædã Catharina, natione Prutena, à beata Heduuige e sacro baptismatis fonte suscepta, nutrita & matrimonio collocata fuit: eique ob multam familiaritatem non pauca futura prædixit, sæpè etiã occultas eius cogitationes illi exponens. Cùm enim aliquandò de uita præsenti animo versaret, Heduuigis ait ad eam: Quid tu frustrà præsentibus occuparis, Catharina, cùm tibi iam præ foribus mors immineat? Id illa audiens, expauit, sciens non nisi vera dicere Heduuigẽ. At beata Heduuigis immodicè consternatam consolans, Noli inquit, Catharina, mœrorem affici, morieris quidem, sed reuiuisces. & hoc tibi signum: Concipies & paries filiam, quæ morietur, & tu post eam decedes. Nondum grauida tum erat mulier: sed postea nata filia, defuncta est, & ipsa grauissimo correpta morbo, triduò vita est animam expirasse: non tamen mandata est sepulturæ, quòd perexiguum quendã dv talis spiritus in ea superesse videretur, tametsi nec ignem corpori admotum sentiret. Reddita tãdèm saluti est, ut piè creditur, per beatę Heduuigis merita: vt & spiritus eius propheticus declararetur, & virtus diuina innotesceret, quæ ob eius merita vitæ restituisset fœminam illi valdè addictam atque familiarem.

Occultas cogitationes cuiusdã fœminæ exponit.

Procuratricem beata Heduuigis habuit, imprimis sibi gratam & familiari consuetudine coniunctam. Demundis ea dicebatur. Huius absentis mortem S. Heduuigis non sine multa animi commiseratione prædicens, Demundis inquit, ex ea uita morte odiosa discedet. Interim Heduuigis sanctè migrat à corpore, Demundis aliquot annis superuiuens, tandèm subitanea morte extinguitur.

Procuratricis suæ odiosam mortẽ prænunciat.

Trienniò antè, quàm cæsus est Dux Henricus, sanctæ Heduuigis filius, ipsa Adelheidi sanctimoniali dixit: Sis memor filii mei, nõ enim lecto decũbẽs morietur. Territa illa ac stupẽs, Absit, domina, inquit. Vnicus tibi est, idcircò metuis, nè sic illi accidat. sed reiice hanc formidinem. Respondit Heduuigis: Non timeo, sed certissimè scio illum interfectum iri. Post annos tres, Tartari in Silesiam irrumpentes, in tantùm grassati sunt, ut ipsa beata Heduuigis cum filia & nuru Anna in Crosnam castrum se transtulerit. Vbi cum esset, quadam nocte ait ad Demundim. Nòueris me orbatam filio meo. Vnicus ille meus instàr auiculę repentè auolauit à me. Princeps enim ille Henricus, qui patri successerat, collecto exercitu, occurrit Tartaris, à quibus occisus est anno Christi millesimo ducentesimo quadragesimo primo: sed cædis eius nuncius nondùm allatus erat. Demundis autẽ consolari eam volens, tanquam quę humana opinione id dixisset, Domina, inq;, missam fac hanc persuasionem. nec dùm quicquam huius cõpertum est. At illa: Sic est, ait, ut dixi: tu tamen vide, nè filiæ aut nurui meæ isthuc innotescat. Post triduum eius sententiam confirmauit certus nuncius cęsi Principis.

Prædicit cadẽ filii sui.

Indicat Demũdi ante nunciũ, sũ tũ esse occisum.

Domino Lutholdo Capellano & procuratori suo quandoquè dicebat: Miseret me tui, domine Lutholde. nepos enim meus Dux Boleslaus multa mala tibi faciet: te tuosque omnes rebus omnibus spoliabit. Sed, quòd in magna Boleslai gratia tunc esset Lutholdus, propè indignè ferens beatæ Heduuigis dictum ità respondit: Vtinã tibi, domina, liceat semper pace frui: mihi & meis nihil metuendum est à Boleslao. Tum illa eum intuens: Ego quidem, inquit, pace fruar: sed tu senties me tibi vera prædixisse.

Prædicit suo Capellano futura infortunia eius.

Cùm ad eundem Boleslaum Ducem adduceretur filia Comitis Anhaltani, eius futura vxor, excepta est à beata Heduuige: quæ simul atque intuita est eam, dixit permulta eam a Boleslao toleraturam. De eodem Boleslao prædixit, eũ è monasterio Trebniciensi duas sorores suas, quę illic Domino traditæ erant, ui extracturum. Omnia hęc de Boleslao prædicta, rei probauit euentus: attamen altera harum sororum, domina Agnes, rediit ad monasterium, & in monastica professione defuncta est.

Itẽ alia multa de aliis personis.

Quidam Federicus beati Francisci institutũ professus fuit. De eo sic dixit beata Heduuigis ad Annam nurum suam: Multùm doleo vicem dominæ Sophiæ. Video enim, proh dolor, filium eius Federicum à suo instituto per apostasiam defecturum. Post annos decem Federicus uilis apostata effectus est, suoque exemplo admonuit alios, vt qui stat, videat nè cadat, videat quomodò cautè ambulet.

Prædicit cuiusdam monachi apostasiã.
1. Cor. 10. Ephes. 5.

Soror Raslana in manica sciens hericium, ad beatam Heduuigem venit. Mox verò ab ea reprehenditur, quòd immundum animal apud se ferat. Illa oblita hericii pudibunda recedit, perquirit intrà se, quid rei sit illhuc, cuius mentionem fecisset Heduuigis,

Nouit quid ĩ secreto habeatur.

Incidit ergò illi, fortaßis hericium significare voluisse Mox eo abiecto, rediit ad eam. Tũ illa, Sic, inquit, filia ad me accedere debebas. decætero vide, nè tam deforme animal circunferas.

S. Stanislai altare cōdendũ prædicit.

Iuliana monacha Trebnicienfis, dato signo, properabat ad ecclesiam, præteriensque locum, vbi núc est altare beati Stanislai Episcopi & martyris, nullã præstitit reuerentiam, quippè cui nec causa appareret, cur id faceret, nullo illic altari extructo. Sic ergò properantem reuocat beata Heduuigis, locumque demonstrãs: Filia Iuliana, inquit, hic locus magno cuidam sancto destinatus est, in cuius honorem altare hic condetur. Quotiès igitur hàc transibis, non omittas exhibere reuerétiam. Defuncta beata Heduuige, cùm anni quatuordecim lapsi essent, in eoipso loco ara posita est in gloriam Dei & honorem S. Stanislai.

Catharinam pedisequam suam hortabatur S. Heduuigis, ut disceret aureis filis operari, prædicens eã artẽ ipsi quandoquè magno vsui fore. Paruit Catharina, & eccè ab obitu beatæ Heduuigis* tertio rebus suis omnibus amißis, hoc artificio multas sibi parauit opes, ità vt & diuitiis & uirtutibus esset locuples.

** anno.*

Venit quandoquè ad beatam Heduuigem Mileiza, nobilis & honesta fœmina, non mediocriter illi chara: cumque aliquandiù apud eam mansisset, & iá domum cogitaret, nocauit eam ad se beata Heduuigis, aitque illi: Mileiza mea, accede me, ut te deosculer. non enim post hàc visura es Heduuigem in hac vita. Osculatur illa sanctam, haud dubiè non fine lachrymis, abit domum, Heduuigis non diù pòst obdormit in Domino.

Præscit obitũ suũ.

Sciens illa imminere dissolutionem corporis sui, adhuc incolumi corpore acciuit ad se Catharinam, cuius paulò antè meminimus, mandans illi, nè moras nectat, sed ocyùs aduolet, seruitura ipsi in ægritudine imminenti. Non cunctatur fidelis famula, venit properè, videt sanam, nec recedit tamen, sed in omnibus officiosè ei suam nauat operam. Cùm autem beata Heduuigis in quoddam esset cubiculũ ingressa, Catharina videt tres dæmones humana effigie cum ingenti strepitu in eam irruere, eamque atrociter flagellare, & dicere cũ furore: Quid tu adeò sancta es? Cur tot sanctitatis opera efficis? Illa verò eam dæmonum vim & impetum sustinens, & cum tremore Crucis signo se communiens, illæsa euasit. Cumque ab eo loco egrederetur, Catharina eam sequés, eique condolens, crebrò à tergo illius signum Crucis exprimebat. Quod quidẽ Heduuigis videre corporeis obtutibus non potuit: virtutem autem Crucis Christi sentiens, conuerso ad eam vultu, Catharina, inquit, semper hoc me signo munias, mirandã enim vim habet &, efficaciam ex Domini paßione.

Flagellat à tribus dæmonibus.

Hæc enim non ignorãt dæmones, & idcircò reformidant Crucis signũ, et cupiũt vbique exterminatũ.

Priusquàm in eum morbum incideret, qui ei vitæ finẽ attulit, accito ad se fratre Matthæo Cistertiẽsis instituti, qui tunc ei à sacris confeßionibus erat, extremæ unctionis sacramentum ab eo sibi petiit ministrari. Id vbi sanctimoniales compererunt, non mediocriter cõsternatæ sunt, haud obscurè indè colligentes propinquare tam tempus migrationis eius à corpore: præsertim cùm non ignorarent illam non temerè id petere, quæ spiritu prophetico polleret. Dolebãt igitur & perturbabãtur, quippè quæ matrem, ipsas in Christo fouentem ac diligẽtem, perdere formidarent. At soror Adelheidis pro singulari familiaritate ad eã accedens: Domina, inquit, cur sacrã vnctionẽ expetẽdo nostros affligis animos, cùm sis incolumis, nec ulla in te mortis signa visantur? neq; enim hoc sacramentũ ministrari solet, nisi ubi de ægroti periculo metus est. Cui illa respõdit: Scio Adelheidis, scio ità esse, ut dicis, & morem Ecclesiæ benè tu explicas: sed est tamen, quod hic aduertere te oporteat. Cùm eni extremæ vnctionis sacramento homo moriturus tãq̃ armis spiritalibus contra spiritales nequitias muniatur, eiusmodi præsidium cũ summa deuotione accipiendum est. Ego autẽ etsi incolumis adhuc sum, tamen mox secùs habitura sum, uereorq; nè, increscente morbi dolore, tã salutare auxiliũ cum tanto poßim deuotionis feruore pcipere, quãto par est animã ad Dominũ properãtẽ. Ità ergò satisfactũ est eius desiderio, & oleo sancto uncta est: nec diù pòst in morbũ incidit, nec sacramentũ hoc denuò percipere uoluit. Sed hoc tamen quod hic diximus, admirandũ potiùs est, q̃ imitandũ: cui spirit⁹ Domini per reuelationẽ tribuit efficaciã, & in quo, ut piè creditur, sancta deuotio dispensauit.

Rogat sibi sacramentũ extremæ unctionis administrari adhuc sana.

Postq̃ autẽ iã decũbere cœpit, filia eius Abbatissa Trebnicienfis seuerè prohibuit cunctis sororibus, ut aliis ei ministrantibus, nulla accederet, & nè grauarẽt eã, aut grauari permitterent. Interim tamẽ multa ei pandebãtur diuinitùs, quæ ab homine ullo nec didicerat: cognoscebatq; ad se intrantes, cùm tamen auersa facie iacens, eos non videret, præsentesq; illos esse expreßis eorũ nominibus indicabat. Vndè etiã post Tartarorũ recessum, ad monasteriũ monialibus reuersis, Vuenceslanã sororẽ ad se accersiuit, quæ posteà eius monasterii Priorissa fuit, cùm tamẽ nihil de eius reditu audiuisset. Sorores quoq; ei decumbenti ministrantes, dominæ Annæ nurui eius, quæ tũ apud Regem Boemiæ fratrẽ suũ erat, celeriter indicare studuerũt, quo loco res eius essent. Sed id illa prohibuit: Nolite, inquiens, timere, nec laboretis mittendo aliquem ad filiam meam Annam. neque enim illa absente ego moriar. quod etiã reuerà ità euènit.

Multa ei sub mortẽ diuinitus reuelãtur.

Eo tẽpore cùm sic admodùm ægrota decũberet, duæ monachæ Trebnicienses, Pinnosa & Benedicta, eã visitarunt. Illa igitur Pinnosam propiùs aßistẽtẽ intuens, instrumẽto quodã, quod tũ manu tenebat, attigit eã, & ait: Te quidẽ absq; p̃missu Abbatissæ hùc uenisse negare nõ potes. Abi ergò, & pete huius delicti veniã: copiaq; impetrata, vbi uoles, ad me reuertere. Obstupuit soror, & quãuis multùm timeret Abbatissam, tamen parère volens beatę Heduuigi, celeriter ad eam se contulit, quid fecisset indicauit: agnoscensq; culpã suam, cum eius bona venia rediit ad Heduuigem: quæ tum auerso uultu iacebat, nec eam corporeis oculis intrantem vidit, sed tamen spiritu cognoscens pręsentem adesse, ei improperans dixit: Egredere pręuaricatrix instituti tui, egredere. At illa procidens, petiuit ueniam. Libenter autem ignoscẽs beata Heduuigis, Post hàc, inquit, filia nihil absque permissu superioris facias. magni enim meriti est obedientia.

Spiritu prophetico corripit inobedientẽ monachã.

Magni meriti est obedientia.

Eugenia monialis Trebnicienfis hortabatur Gaudentiam germanam sororem suam, eiusdem loci sanctimonialem, ut cũ ipsa iret ad beatam Heduuigem decumbentem. Gaudentia verò respondit: Equidem id lubens facerem, sed vereor nè mea mihi peccata improperet, quemadmodùm Pinnosę fecit & Raslanę. Sed Eugenia eam excusationem non admittens, instantia sua tandèm vicit Gaudentiam. Abeunt ergò simul ad locum, in quo Heduuigis decumbebat: sed ingrediente Eugenia, ad fores substitit Gaudẽtia, p̃ timore nõ ausa igredi. Nihil qc quã hui⁹ vel visu vel auditu pceperat Heduuigis, cũ eccè spiritu reuelãte dicit ad Eugeniã: Abi ad Gaudẽtiã, q̃ stat p̃ foribus, & dic ei verbis Dei & meis:

Indicat Eugeniæ.

Tu

Gaudētia peccata sua occulta.

Tu hæc atque illa peccata admisisti. (singulatim autem ea exprimebat Heduuigis) Citò ergò confer te ad pœnitentiæ lamenta, & peccatorum maculas deterge. Fecit Eugenia, ut erat iussa: Gaudentia verò agnoscens vera, quæ Heduuigis dixisset, valdè territa, confessione aboleuit culpas suas. Atque ità repurgata, quotiès posteà visum est illi, secura ad beatam Heduuigem accessit.

Eccè humilē propositum.

Morbo autem ingrauescente, Gertrudis Abbatissa, filia eius, sciscitabatur ex ea, vbi vellet humari. Illa, quæ iam olim omnem reiecisset fastum, syncera animi humilitate respondit: In communi cœmeterio cupio sepeliri: sed cernens filiam non assentiri, in domo capitulari, ut uocant, elegit sepulturam. At neque hoc probante filia, sed dicente, In ecclesia te, mater, in patris mei sepulcro reponemus. respondit: Si me omninò necesse est humari in ecclesia, contestor per Deum & obsecro te filia, nè in tumulo patris tui, à cuius toro multis annis separata fui, deponas corpus meum. Nolo enim uel mortua mortuo coniungi, à quo castitatis amore, quòd ad cubilis consortium attinet, diù seiuncta fui. Dicente rursùs filia, Condam igitur in monumento fratris mei, filij tui, illa dixit: Cum nullo volo habere sepulcri consortium: sed si tamen planè decreuisti me tumulare in templo, fiat id, oro, ante aram beati Iohannis Euangelistæ. In ecclesia enim illa coram hoc altari quidam nepotuli eius sepulti erant: quorum amans innocentiam, illic humari voluit. Iterùm dicente filia, Coram altari beati Petri te sepeliemus, vt monumentum tuum semper nobis ob oculos versetur: illa respondit, spiritu prophetico illustrata: Id quidem si feceritis, breui vos pœnitebit ob crebras molestias, quas meum vobis pariet sepulcrum. & planè sic accidit. Magnam enim quietis suæ iacturam fecere sorores ex nimia hominum frequentia eius monumentum visitantium. Sic illa beata multas res futuras, quas humana industria scire non potuisset, certò prædixit, docente illam intùs luce vera, cui familiaris erat: quanquàm non omnia alijs indicauit, quæ intùs didicerat. Abbatissa quoquè, quãtùm salua moderatione potuit, interdicit ei, nè reuelata alijs explicaret, verita nè quid indè incommodi acciperet in tanta virium imbecillitate.

Prædicit moniales, passuras molestiā ob suā sepulturā.

At tandem aduentante tempore, quo laborum suorum à Domino fructum perciperet, Dominus eã cælestibus consolationibus affecit, æternæ illius iucunditatis & beatudinis præludia quædã ei exhibẽs: In ipsa enim natiuitatis beatissimæ Virginis solennitate, cùm aliis sororibus ad Vespertinas preces abeũtibus, sola Catharina apud eam esset, ipsa Catharina vidente, venerunt ad eã personæ quædã multa luce conspicuæ: eadẽq; Catharina audiente, Heduuigis ait ad illas: Gratus mihi est aduẽtus vester, dominæ meæ, sancta Magdalena, sancta Catharina, Tecla, Vrsula, & cæteræ, quas nominauit illa quidẽ, sed memoria non retinuit Catharina: quæ etiam audiuit eã Latinè cũ illis loquentẽ. Finitis Vespertinis precibus, visio illa cũ luce disparuit. In ipsis quoquè feriis beati Matthæi Apostoli venerunt ad illã inuisendã sorores duæ Pinnosa & Benedicta, quas illa genua flectere & orare iussit. Scitantibus cur id facerent: An non, inquit, videtis sanctas Magdalenam & Catharinam? Quẽdã etiã sanctum martyrẽ nominauit, cuius vocabulũ, quòd inusitatum esset, eis èxcidit. Tandèm vt esset finis laboris, quẽ tamen illa via senserat præ amore, animam sanctissimam Christus transtulit in abyssum suæ claritatis, Anno salutis millesimo ducẽtesimo quadragesimo tertio, Idibus Octobris sub horã vespertinã, vt quo tempore illa consueuisset cibo arido reficere corpusculũ suũ, transferretur ad immensas delicias paradisi, & ad interminatę quietis sabbatum, cùm sanctis omnibus celebrandum.

Sācta quædā apparent ei.

Alia apparitio.

Felicissimè reddit spiritum.

Corpus exanime cum abluere vellet Vuenceslana Priorissa cum aliquot sororibus, inuenit asperrimo indutã cilicio, & zona ex equorum setis confecta cinctũ. Quibus cùm illud exuisset, quædã futuræ glorię signa in eo extitere. Nã color eius, qui ex crebris ieiuniis & perpetuis castigationibus pallidus siue croceus fuerat, atq; ob æstus & algores ad nigredinẽ declinauerat: cutis quoquè corrugata, sub omniũ aspectu instar niuis splendescere cœpit, lucisq; repræsentare cãdorẽ. Facies ex morbo crocea, in defuncta visa est candida, genæ rubore perfusæ, labia rutilantia: ità ut quædã pulcherrima conspiceretur effigies, signa mortui hominis nulla præ se ferens. Pedes eius sæpiùs squalidi, instar lactis nitidi visebantur. Calli genuũ eius, quos uiuens diligentissimè abscõderat, tũ à fęminis circunstantibus pertractabantur, qui sanè adspiciẽtes admiratione afficiebãt & iubilo, cùm in tã illustri fœmina cernerent vestigia eximii feruoris in seruicio summi Regis. Erãt.n. ij calli, vt testãr soror Iutta, quæ eos suis oculis conspexit, duorũ pugnorũ magnitudine: quædãq; eis rupturę inerãt, & congeries pulueris arenosi. Orãs .n. sæpè nudis genibus, ex nudo pauimẽto, quibus ea affixerat, arenulas attraxerat, quę fissuris illis adhuc inhęrere videbãt.

Color corporis eius exanimis

Fissura in callis eius cõspiciuntur ex nimia genuflexione.

Loto corpore, & in feretro ità, ut par erat, honestè cõposito, monachæ Trebnicieses cupidissimè accurrentes, singulę quod poterãt, de sacro corpore eius sibi vendicabant. Aliæ ungues è manibus & pedibus, pleræq; capillos præcidebant. Ad extremum verò cũ cõgruã celebritate thesaurus ille inæstimabilis in ecclesiã deportatus, triduò illic inhumatus permãsit, multis ad sacrũ corpus vigilãtibus & orãtibus, cũctisq; laudãtibus Deũ pro omnibus, quæ viderãt & audierant. Soror Iutta ex incisa vena manum habuit periculosè intumescentẽ & liuidã. Accessit ad corpus, in feretro iacens & cilicio obuolutũ, admouit illi manũ, sentiensq; odoris mirã fragrantiã, manũ retraxit incolumem. Soror Martha, innaturali quadã & inextinguibili siti biẽnio & eo ampliùs vexata, crebroq; repræhensa q noctibus biberet nimia eã siti cogẽte, cùm ablutũ esset corpus exanime sanctæ Heduuigis, eius meritis non immeritò fidens, sic orauit eo in loco, vbi illa lotio facta fuerat: Domina mea beata Heduuigis, libera me ab hac molestia, & improperiis, quæ eius causa patior. moxq; accedens ad peluim, cunctis absentibus, aqua loti eius corporis, quæ illic relicta erat, os, collũ & guttur suũ abluit, & confestim curata est.

Miraculũ ad corpus exanime.

Aqua ablutis corporis eius sanat morbidam.

Tertio ab obitu eius die, priusq̃ sepulturæ mandaretur sanctũ corpus, Abbatissa dixit Vuenceslanæ sorori, vt auferret ab eius capite velamen, & aliud reponeret. Hoc enim velamẽ fuerat beatæ Elizabeth, cuius matertera sancta Heduuigis, quoad vixit, illud multa reuerentia prosecuta erat, & pro eius amore diligenter conseruarat. Volebat ea causa Abbatissa illud sibi retinere. Accedens igitur Vuẽceslana ad feretrũ detecta facie sanctæ Heduuigis, uidet eã aperto ore iacentem, & ab ore sentit proficisci odorẽ suauissimũ: corpus quoquè maiori candore infusum, vt dos claritatis stola glorię in ea iam tunc quodammodò relucere viderentur. *Hoc loco sequuntur in M S. aliquot terniones pleni miraculis, post eius obitũ patratis, quæ nos studio breuitatis coacti sumus omittere.* In sanctos autẽ relata est illustrissima matrona & admodùm venerabilis Heduuigis à Clemente Põtifice, eius nominis quarto, Anno Domini 1267. Idib. Octob. q cùm ante Põtificatũ filiã ex legitimo ma-

Odor suauissimus ex ore defuncta.

Refertur in Sãctos.

Nn 3 trimo-

..timonio suscepisset, eaque luminibus orbata esset, cupiens ipse etiam aliquod beatæ Heduuigis miraculum experiri, rogauit pro eo intrà Missarum solennia, ut si sancta esset Heduuigis, ipsius filiam sanaret, quod etiam facilè consecutus est. Translatum est autem sacrum corpus Anno 1268. 16. Calendas Septembris: quo die aperto sepulcro eius, odor mirificus omnium nares compleuit, animosque stupore & gaudio affecit. Ossa autem sacri corporis cùm eleuarentur, consumptis carnibus & membrorum compage soluta, tres digiti sinistræ manus eius inuenti sunt prorsùs integri & incorrupti, & intrà illos exigua imago beatissimæ matris Dei, quam illa viuens crebrò apud se ferre solebat, & cum ea tumulata fuerat, quòd moriens adeò eam digitis istis strinxerat, ut commodè indè auelli non posset. Cerebrum quoquè capitis eius, quod ferè uiginti quinque annis humatum fuerat, inuentum est recentissimum, & diuina virtute mirabiliter conseruatum. Liquor etiam purus & clarus, instàr olei oliuarum, suauissimi mirandique odoris, è capite erumpebat, sindones & pannos, quibus illud inuoluebatur, madefaciens, perindè acsi è flumine extracti essent. In fine historiæ Author orationem subiungit, quam nos ad uerbum descripsimus: Ora pro nobis supplicibus tuis, o beata Heduuigis, vt Dominus Deus noster, qui te ad æternam transtulit gloriam, nos post præsentis vitæ miseriam, ad societatem transferat Angelorum: qui uiuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

Erubescat hæreticus iconoclasta ad tā illustre miraculum. Mira sunt hæc.

HISTORIA SANCTI ELIphij martyris, Authore Ruperto abbate Tuitiensi.

PRAEFATIO AVTHORIS, AD Albanum Abbatem S. Martini intra Coloniam Agrippinensem.



QVI primus, nostrisque temporibus longè anterior, martyrium scripsit preciosi martyris Eliphii, fundamentum posuit: vos autem, fratres charissimi, tu pater Albane, tecumque tui spirituales filii, paruitatem meam superædificare compellitis. Diutina excusatione charitati vestræ renisus sum, & excusationis meæ causa hæc summa fuit, quia fundamētum aliud, præter id, quod positum erat, ponere non potui. Neque enim aliud inueniebam, pertinens ad memoriam eiusdē martyris & patroni vestri, cuius corporis thesaurū preciosum penès uos reconditum esse gaudetis, præter scriptum illud, quod uobis pariter ac nobis vsitatum, non satis iucundum, neque satis idoneum æstimatis propter nimiam simplicitatem: qui rem gestam non solùm suo splendore non exornat, verumetiam quasi quodam fumo aliquantispèr obscurat. Recusabam ergò hactenùs, nimis difficilè ac penè impossibile existimans id, quod vestra charitas efflagitabat: velut si architecto dicatur, Super hoc angustum ac tenue fundamentum, amplum & spatiosum, firmum ac splendidum superædifica nobis ædificium. Sed tamen occurrit, renitentique animo sese dictum illud ingessit: Omnia possibilia credenti. Itemque illud: Aperi os tuum, ait in psalmo spiritussanctus: Aperi, siue dilata os tuum, & ego implebo illud. Igitur charitate victus, qua nimirùm vinci, pium & honorificum est, aperio os meū nunc, ab illo, qui iussit aperire, per orationes vestras implendū, vt religiosiùs loquendo, aurum & argētum & lapides preciosos superædificem super fundamentum hoc: quatenùs pulchritudinem materiæ non pauper penuria facundiæ: immò dignitatē rerum quasi coronando ambiat compositio, siue cōueniens appositio sententiarum.

1. Cor. 3. *Corpus S. Eliphij ubi asseruet.* *Marc. 9.* *Psal. 80.* *1. Cor. 3.*

NARRATIO.

CAP. I.



EA tempestate, qua Romani imperii mare turbauit impius apostata Iulianus, florebat secundùm seculi dignitatem gloriosus, & secundùm Christianam fidem clarissimus vir Eliphius in urbe Tullensi, quæ ciuitas est Galliarum: cuius loci indigenę prisco nomine Leuci dicti sunt. Habuit autem idem vir sanctus fratrem sanctissimum, tresque sorores virgines, omnes memorabiles supernæ ciuitatis Hierusalē municipes, quorum nomina, in libro uitæ scripta, hæc sunt: Frater eius Eucharius, episcopalis grauæ functus honore, palmam quoquè martyrii feliciter adeptus est, corpusque eius in castro, quod dicitur ad * Liberdum, conditum est. Prima sororū eius Menna, secūda Libaria, tertia dicta est Susanna: fueruntque sicut unius fidei, itā & unius eiusdemq́; scilicet monachicæ, professionis. Et prima quidem, videlicet Mēna, sacra virgo virùm per martyrii palmam præsentem uitam finierit, antiquitas literis nō expressit, nisi quòd in virginitate permanens defuncta, & in loco, qui Porces dicitur, condita est. Secunda Libaria, & tertia Susanna sanctæ uitæ propositū sanctiore martyrii gloria consummauerunt. Et Libaria quidem apud ciuitatem, nomine Grandem: Susanna verò in Campania tumulata est. His dictis, de huius sancti viri fratribus secundùm carnem, & cohæredibus secundùm fidem, dicendum est de illā tempestate iam dicta, quòd tam magna fuerit, ut nō mirari debeat quis, quòd illa quoquè Galliarum loca turbare potuit.

Octob. 16. *S. Eucharius Episcopus, frater eius.* *Sorores S. Eliphij.* *Libaria & Susanna sorores eius martyres.*

CAP. II.

IVlianus iam dictus in initio quidem imperii sui parcens Christianis, clementior visus est. Sciebat nanque, quòd priores persecutiones nihil profuissent ad augmentum paganitatis: immò magìs indè creuissent Christiani, & pro vero dogmate moriendo, facti fuissent gloriosi. Fuerat nanque domesticus hostis, ut potè Christianus fictus: quippè qui metuens Constantium, quia genere proximos tyrannidis formidine premebat, tonsus quoquè monachicam simulauerat vitam, & Lectorum sociatus choro diuinos codices in ecclesia populo audiente legerat. Sciens ergò & inuidens Christianorum gloriæ, à tormētis abstinuit, iudicans esse necessarium, ut sermone potiùs & admonitione paganitatem colendā populo suaderet: credens etiam hinc se mōstrare clementem. Sic enim putabat potiùs roborari paganitatem, si se patientem ac mitem Christiano populo demonstrasset. Verùm sub hac simulatione philosophicæ māsuetudinis, cui laudem nimis ambiebat, non diù se crudelitas impii potuit continere. Auferebat enim subindè pecunias & ornamenta sacra, templaque sub Constantino & Constantio fundata, destruebantur: datæque ad ędificia pecuniæ, rursùs exigebantur. Hac occasione sacerdotes & clerici & populus Christianus crudeliter vexabantur. Omnes nanque possessiones atque pecunias ecclesiarum cum verberibus exquirens, ad medium iubebat afferri. Deindè scribens quo-

Iulianus apostata cur initio mitius fuerit. *Iulianus simulator.* *Iulianus admodū infestus Christianis.*

què

què ad templorum pontifices & prouinciarum præsides, manifestabat & erga Paganitatem quantũ studiũ, & erga Christianitatem quantum haberet odiũ. Vnde libertatem suæ vesaniæ gentiles nacti, vindictã de Christianis exigebant, querelam habentes aduersùs eos propter idolorum & templorum iniurias, quæ destructa erant temporibus Constantij & Constantini. Itaque innumera in omni terra & mari ab impiis contra pios illo tempore sunt commissa mala, cùm apertè Deo odibilis Imperator contra pietatem leges poneret, fauore suffultus pontificum atque præsidum, maximeque Iuliani auunculi sui, in paganita te deuoti, & Christianos nimis odientis.

CAP. III.

TAli vento tam valido tamque contrario tempestas exorta, nimirùm sicut in omni terra, ut iã dictum est, ità & in Galliis contra Christianos detonabat, & sanctæ Ecclesiæ nauicula quasi in medio mari iactata fluctibus, auxilio diuinitatis destituta esse videbatur: quemadmodùm Iulianus iam dictus, huius apostatæ Iuliani auunculus atque præfectus, insultans, & impudenter contra sacrum altare mingens, dixisse fertur, quia religio Christiana esset diuina solicitudine desolata. Sed reuerà inuisibiliter ambulans super aquas, aderat Dominus Iesus, & Petrus more suo ipse quoquè, vt veniret ad Iesũ, super aquas gradiebatur, dum sanctæ Ecclesiæ fides victoriis martyrum coronaretur, inter quos iste cum germanis iam dictis victor claruit sanctus Eliphius. Profectò nisi Dominus Iesus breuiasset dies tyrãni huius, optaret implere, quod comminatus fuerat, quia neque capita sua Galilæos habere permitteret. Sic.n. ob derisionem, Saluatoris nostri cultores dei omina re solebat. Sed iam tunc propter electos Dominus breuiauit dies, & sicut dixit beatus Athanasius, dum ab illo cogeretur ad fugam, videns circa se populũ Christianorum lachrymantem; Habete filij fiduciã: nubes est, & citò pertransiet. ità factum est.

Iuliani, apostatæ Iuliani auunculi impietas.
Matt. 14.
Minæ Iuliani Apostatæ.

CAP. IIII.

IN tanto spiritu procellæ, tantisque fluctibus compræbẽditur verus Christi cultor sanctus Eliphius. Comprehenderunt eum primò perfidi Iudæi coniuncti paganis, & recluserunt cum multis, scilicet cũ triginta tribus Christianis, propter nomen Saluatoris nostri Iesu Christi eodem carcere conclusis. Diuina autem agente prouidentia, nocte patefacto carcere, sanctus Eliphius unà cũ illis iã dictis triginta tribus Christianis carcere egressus, Leucorũ, id est, Tullensem ingressus est urbem: ibi defunctam suam secundùm carnem genitricem sepeliuit, quo debuit affectu, extremum hunc ei impendens honorẽ. Ibi quoquè, sicut & in cæteris, non surdus fuit auditor legis, dicentis: Honora patrem tuum & matrem, vt sis lõgæuus super terram, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. Expleto itaque hoc debitæ pietatis obsequio, rursùs athleta Christi non solùm à Iudæis atque militibus paganis, verumetiam ab ipsis summis ac principalibus viris quærebatur, ut aut impietati consentiret, aut non consentiens, mortem subiret.

S. Eliphius comprehẽditur.
Sepelit matrem suam S. Eliphius.
Exo. 20.

CAP. V.

NOn abre quæritur, qualem per occasionem Iudei tunc temporis vehementiùs atque procaciùs sese ĩpẽnderint, aut impẽndere potuerint eiusmodi actionibus, ità vt & in istum Christi martyrẽ, & ĩ multos alios penè ipsis crudelibus paganis promptiores atque erectiores fuisse legantur. Ad quod respõdendum, quia Iulianus impius impios illos erexit, illorum status extumescere fecit, illis arma porrexit, illos esse fortes & cõfidẽtes fieri voluit, eo quòd sciret illos potissimùm acerrimos esse inimicos nominis Christi.

Iudæos fecit Iulianus Apostata odio Christi.

CAP. VI.

HInc Ecclesiastica narrat historia, dicẽs: Iulianus etiã Iudæos contra Christianos armauit, primũq; conuocans, requisiuit cur eius præcipiẽte lege sacrificare, nequaquã immolationibus vterentur. Cũq; respondissent vno tantùmodò loco sibi offerre sacrificium fuisse permissum: repentè iussit Deo odibilis destructũ resuscitari tẽplũ, credens infelix Dominicũ verbum se posse destruere, cuius per hoc veritatem ostendit magis. Hæc itaq; verba Iudæi libenter accipientes, cunctis per diuersum orbẽ mandauere Iudæis. Qui undiquè concurrentes, pecunias ad ædificiũ alacriter offerebãt. Ministrauitq; plurimũ etiã Imperator, non largitatis gratia, sed veritati repugnans: misitq; pariter præsidẽ, impiorũ executorẽ dignissimũ præceptorũ. Aiunt enim, quod ad repurgatoriũ faciendum, argenteas* amas & cophinos & scaphas habuerint. Cũq; iã fodere cœpissent, statuto quidẽ die hoc multitudo plurima faciebat: nocte verò spontanea terra de valle crescebat. Solutis itaq; prioris etiã fundamenti reliquijs, noua omnia præparabant. Cũq; gypsi & calcis multa modiorũ millia cõgregassent, vis magna ventorũ repentè respirans, tẽpestates atq; procellæ subitò factæ, quicquid cõgregatũ fuerat, dispersetunt. Adhuc autẽ insaniẽtibus eis, & nequaquã diuina lõganimitate correptis, maximus primò terræmotus factus est, & quisquis mysteriis diuinis nõ fuerat imbutus, vehemẽter attritus est. Cùm verò neq; hoc terrerẽtur iudicio, ignis ex fundamẽtis, quæ fodiebantur, egrediens, plurimos fodiẽtiũ cõcremauit, aliorũ mẽbra dissoluit. Nocte quoquè plurimis in vicina porticu dormientibus, eadem subitò cũ tecto ipsa porticus, dormientes oppressit. Alia verò die signum in cælo splendẽs Crucis apparuit: sed & Iudæorum vestes signaculo sunt impletæ, non tamen splendenti, sed nigro colore signatæ. Hæc itaq; Deo rebelles considerantes, & diuina flagella cõtremiscẽtes, ad propria sunt reuersi, cõfitẽtes esse Deũ, qui ab eorũ progenitoribus ligno probatur appensus. Cùm hæc ità se habuerint, & Imperatori impijssimo adeò placerent impij, quantũ putas spiritũ malignitatis sibimet adspirauerũt, & quibus modis quibuscunq; in locis erant, suũ in Christianos quasi naturale odiũ, coniuncti paganis persequentibus, adulantibus principibus edicta proponentibus, tãquàm benè facientibus, declararunt?

Hist. Tri. li. 6. c. 43.
Socrates Hist. Ec. li. 3. c. 17.
Ecce ĩpiũ facin⁹ Iuliani apostata.
** hamos.*
Dissipat De⁹ conat⁹ Iudæorũ, templũ suũ ĩstaurare volẽtium.
Signum Crucis apparet in cælo.
Iudæi coacti cõfitẽt. Crucifixũ esse Deũ.

CAP. VII.

IGitur sanctus Eliphius diuina, vt iam dictum est, virtute carcerem egressus, dum funeris materni exequias de more cõpleuisset, rursùs tã à Paganis militibus, quàm à Iudæis quærebatur: & quia non latere volebat, quia martyrium non refugiebat, citò repertus est. Reuersus nanque, ciuitatem Grandem intrauit, vbi tunc temporis Iulianus fuisse memoratur. Duobus ibidèm moratus diebus, multa non paucis beneficia præstitit infirmis. Transiensque fluuium, nomine Veram, ostendit impios executores dæmonum thecas in litore colentes, Iudæos ibidèm in eodem sacrilegio non defuisse, est narratum. Hoc autem friuolum, nimisque simpliter dictum nonnulli existimant, pro eo quòd nostris temporibus tale quid inter sacrilegia Iudæorum non reperitur. Neque enim nunc Iudæi idolis immolant, sed unum & solum creatorem Deum se adorare inaniter iactant. Oprarent ergò studiosi lectores, aliter scriptorem dixisse, quam dixit aut scripsit. Præmisso nanque, Ostendit in Iudeos, dæmonũ thecas in litore colẽtes

Iterùm cõprẽditur S. Eliphi⁹.

erat autem sabbatum, dies festus Iudæorum: Eccè, ait, quid nefarij Iudæi in suis sabbatis agunt. Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam contemnunt, & ad suam perditionem dæmonia colunt. Exigentibus enim suæ perfidiæ meritis, oracula prophetarũ & præconia Apostolorum recusarunt: suas verò libẽter aures dæmonijs accommodauerunt. Ego verò nõ omninò friuolum, immò solida veritate subnixum esse potuisse arbitror istud, ab eo taliter dictum. Nõ enim tunc temporis res ita erat, vt nunc est. Quarè hodiè Iudæi simulacra gentiũ non colunt? Nimirùm quia non sunt. Quandiu erant, quandiù fiebant hæc opera manuum hominum, semper proni fuerunt ad cultum eorum, sicut testantur libri ipsorum. Nunc autem, vbi secundùm prophetiam Esaiæ, Dominus ascendens super nubem leuem, ingressus est Aegyptum huius seculi, & mota sunt simulacra Aegypti à facie eius, & disperierunt, frustrà uolentibus ea retinere Aegyptijs, qualium iste Iulianus notissimus; & uerè Aegyptius fuit: nunc, inquam, quia non sunt; idcircò non colunt Iudæi simulacra gentium: & illud, quod solum superest, & quod illa subuertit, omninò non pertinens simulacra gentium, idcircò non adorant, quia veritatem oderunt, secundùm mysticam similitudinem ænei serpentis, quem exaltauit Moyses in deserto, ante nostros & ipsorum oculos exaltatam. Proindè nullius laudis est Iudææ siue Synagogæ, quod per Osee prophetam dictum est ei: Dies multos expectabis me, & non fornicaberis, & non eris viro: quia quòd non fornicabatur cũ idolis, non ex suæ est continentiæ virtute, sed ex defectu idolatriç, quam post aduentum Christi, neque Pagani principes, neq; iste apostata potuit resuscitare.

1.Cor.1. *Defendit prius hæc historia author.* *Esa. 19.* *Cur Iudæi simulacra nunc non adorent.* *Num. 21.* *Osee. 3.*

CAP. VIII.

IGitur beatus vir Eliphius, cùm utrosque, scilicet & gentiles & Iudæos, in eodem sacrilegio offendisset, verbum veritatis illis annunciabat, scilicet nihil esse, nisi perditionem in dæmonum phantasmate: potiùs viuum & verum Deum, creatorem visibiliũ & inuisibiliũ, eiusque filium Iesum Christum cum spiritu sancto Deum unum crederent, & colerent, quò peccatorum indulgentiam & sempiternam animabus suis inuenirẽt requiẽ. Ferè sexcẽti & uiginti uiri, exceptis mulieribus, per illam eius admonitionẽ, gratia Domini cooperãte, credidisse & baptismũ salutis suscepisse feruntur. Nunciantur autem hæc impijssimo Iuliano, qui tunc temporis, ut iam dictum est, in eadem Galliæ ciuitate Grandi morabatur. Incertum autem, vtrùm Cæsar tantùm, an etiam Imperator esset illis diebus. Nam cùm anno tertio imperij sui, septimo verò, ex quo Cæsar à Constantio fuerat ordinatus, vitæ autem anno tricesimoprimo defunctus fuerit, utrùm tẽpore imperii sui aliquãdò ad Gallias trãsierit, cõpertũ ex historiritis nõ habemus; sed cùm Cæsar esset, tunc eum in Gallias uenisse nõ dubium est. Imperator quippè Constantius, ut Ecclesiastica narrat historia, cõstituens eum Cæsarem, contra Barbaros destinauit ad Gallias. Hi namque Barbari, quorum idem Constantius contra Magnentium tyrannum solatia petierat, cùm nihil profuissent contra tyrannum, Romanorum vastabant vrbes. Quocunque ergo tempore, siue quot per uices Gallias venerit, quomodò aliquandò uenisse dubiũ non est, in medio relinquẽtes, cætera prosequamur.

Multi crediderũt ĩ Christũ, prædicante Eliphio. *Hist. Trip. lib. 5. c. 15.*

CAP. IX.

ACcepta hac relatione, tyrãnus oblitus est suam hypocrisim, id est, philosophicæ patiẽtiç simulationem, qua sese intendebat demonstrare clementem. Iratus est enim is, qui mansuetus & iracundia remotus, ab impiis uocari studebat, & hac opinione sui nimiùm delectabatur. Credo tantam gloriosi viri fuisse libertatem, & zeli boni tam uehementẽ in eo feruorẽ, ut supra vires simulationis siue simulatoris esset pondus veræ virtutis, digna pro ueritate verba faciẽtis per os huius, ĩ quo sine dubio Christus ipse loquebatur. Nec verò in isto solo, verum & in aliis nonnullis patientiæ laudem perdidit, ità ut furorem actus, eorum capita iuberet auferri: licèt nonnullorum sanguinem fundi aliquandò prohibuerit, ductus inuidia, nè moriendo fierent gloriosi, non eos in ciuitate habitãre permisit, quos fortiores, & in faciem sibi resistentes inuenit. Mirum, quòd circa tempus idem beatum Martinum nouum tyronem, & Christo militare cupientem, & dicentem sibi: Hactenùs, Cæsar, militaui tibi: patere, vt nunc militem Deo: uiuere permisit, & infremuit quidem, sed non eum occidit. Hunc autẽ, quin Christi martyrẽ faceret, qui martyribus inuidebat, nullo patientiæ figmẽto sustinere uel differre potuit. Credo igitur, ut dixi, quòd magno zelo uir laudabilis tale qd fecisset aut dixisset, ꝓpter qualia Christianos ille uanus interficere solebat, tanquàm reos maiestatis, non tanquàm propter causam siue professionẽ, Christianitatis scilicet, aut propter destructionem templorum, aut propter aliquod uerbum, quod imperiali honori videri posset iniuriosum. Exempli gratia: Cùm apud Daphnem duo iuuenes, quorum alter dictus est Maximus, militia clari, ingemiscerent videntes abominationes Iuliani, (nam fontes vrbis sacrificiis violauerat, & cuncta venalia in publico, scelerata adspersione contaminauerat, ut comedentes & bibentes pollu erentur hoc modo) trium puerorum in Babylone splendentium sermonibus vsi sunt, dicentes: Tradidisti enim nos Regi iniquo, qui recessit à te ultra omnes gentes, quæ sunt in terra. Hæc audiens ille, mitis atque philosophus à sui similibus nominatus, impietatis faciem protinùs enudauit, præcipiens eis amarissimas plagas inferri: quos etiam luce priuauit: magis autem, quod verius est, illius temporis infelicitate liberans, eos ad coronas sempiternas trasmisit. Sed & plurimi nobilium, & dignate fulgentium, utentes tali fiducia, coronis æqualibus sunt coronati. Fingebat enim, se in eis quasi causam vlcisci imperialis iniuriæ, & hoc diuulgari iubebat, inuidens decertatoribus veritatis in appellatione martyrii pariter & honoris. Artemium quoquè, qui temporibus Constantii Dux fuit Aegypti, quoniam illius tempore idola multa confregerat, nõ solùm facultatibus nudum reddidit, sed etiam capitis sectione mulctauit. Hæc pro exemplo dicta sint, quales ob causas ille sanctos interficere non fuisset insolitus, qui, ut iam dictum est, mansuetus & ab iracundia remotus, ab impiis vocabatur.

Immanitas Apostatæ erga Christianos. *De hoc legenda S. Martini, 11. Nouẽbris, ca. 3.* *Hist. Tri. li. 6. c. 34.* *Dan. 3.* *Inuẽtinus & Maximus martyres.* *Artemi. martyr. Hist. Trip li. 6. c. 36*

CAP. X.

VTranque causam, vt istum quoquè virum sanctissimũ iterficeret, illũ habuisse, simplex quoquè sermo testatur passionis eius. Nam illum, qui accusabat, inter cætera dixisse narrat: Cõsidera Cæsar, quia tibi & semini tuo nõ prospera, sed aduersa ꝓphetat, & sine vllo tui timore cõtra tuã potentiã audacter rebellat. Ipsum quoquè Iulianũ taliter cõtra eundẽ Christi martyrẽ loquentẽ inducit: Eliphi, quarè deos dissipasti, & incãtationibus nefarijs ad nihilum deduxisti? Nisi meo obtemperes præcepto, & reuoces deos, atque colas, quos minutatim confregisti, gladius meus caput tuum diuidet particulatim. Hinc manifestum est & illam, propter quam supradicti iuuenes Inuẽtinus & Maximus similesq; illorum

S. Eliphius falsos deos dissipauit et numerarum cõfregit.

puniti sunt, & illam sanctam habuisse causam, propter quam Dua ille Artemius, aliique complures à tyranno interempti sunt: scilicet quia & impietati eius palàm ore libero vir egregius in populo refragari non timuit, & templa siue idola, quæ ille colebat & coli iubebat, subuertit siue confregit.

CAP. XI.

CVm igitur ad restitutionem simulacrorũ, quæ confregerat, compellenti Iuliano non cederet, iustissimum esse dicens, propter fidem Domini nostri Iesu Christi gloriosè mori, & ità cum illo in æterna felicitate lætari: tyrannus iam non valens cõtinere belluinum animum in illa cauea simulationis, quamuis inuideret tantæ Christianorum spei, scilicet gloriæ martyrii, capitalem eum sententiam subire præcepit: Flexis, ait, in terram genibus, extende ceruicem, & fulminantis gladii mortiferam, sicut tibi prædixi, suscipe plagã. Tunc martyr Christi paululùm induciarum, ad offerendam Deo orationem sibi dari flagitauit. Quo impetrato, prostrauit se in terram, & eleuans uocem, orauit, dicens:

Precatio S. Eliphij sub mortē.

Domine Deus omnipotens, qui cælum terramque & omnia, quæ in eis sunt, creasti, & hominē ad imaginem & similitudinem suam factum, in paradiso posuisti, eundemque suadente diabolo lapsum, per vnigeniti tui incarnationem & passionem reformasti, & sanctos & electos tuos non ad huius mundi gaudia, sed ad labores & tribulationes misisti: supplicem serui tui exaudi orationem: & quia te solũ timeo, & tota cordis alacritate diligo, nunc pro tuo nomine non solum omnia corporis tormenta, sed & ipsam subire mortem desidero: animam meam iube suscipi per manus Angelorum in paradiso tuo cęlesti cum corona martyrij: istis autem, à quibus interficiendus sum, quicunque ignorant & errant, cunctorum da indulgentiam peccatorum, & cum sanctis tuis in regno tuo portionem: qui viuis & regnas cum vnigenito tuo & spiritu sancto vnus & verus Deus in secula seculorum. Cumque fideles, qui aderant, respondissent, Amen: surgens ab oratione, & stans in medio multitudinis: Rogo, inquit ad Cæsarem, vt dum me interfeceris, corpori meo concedas locum sepulcri. Ille respondens: Concedo, ait, quemcunque locum elegeris. Attollens ergò Christi martyr oculos, & circunspiciens, vidit à lõgè mõtem excelsum: & ad Iulianum respiciens: En, inquit, Cæsar, montem cernis ipsum, in quo, volente Christo, sepulturam habiturus sum. Cùm interim ad multitudinem conuersus fidelium, qui aderant, pro re & tempore loqueretur, adhuc quasi patiens expectabat tyrannus, nimirùm ad deuorandam animam potiùs, quàm ad occidendum corpus inhiante diabolo, qui per illum operabatur. Deniquè cùm iam ille testis Christi fidelissimus cum Apostolo diceret, aut reuerà dicere posset: Cupio dissolui, & esse cum Christo, multo enim melius, itemque illud: Bonũ certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: reposita est mihi corona iustitiæ: Iulianus ad blanditias sese callidè inclinans: Accipe, inquit, dignitates, accipe honores, accipe aurum & argentũ, & omnia bona posside, quæ nobis preciosa sunt, & esto amicus noster in eadem scientia, in eodem sensu.

Orat pro suis interfectoribus

Philip. 1.

2. Tim. 4

Blanditur martyri impius Apostata.

Vir sanctus autem memor illius ostensionis, qua tentator diabolus Domino nostro Iesu Christo regna mundi & gloriam eorum ostendens, dixit: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me: dixit ad eũ: Cæsar, à diabolo seductus es, & veritatis inquisitores Christianos seducere festinas. Pecunia tua & quęcunque promittis, tecum sint in perditionem. Idcò enim terrena promittis, vt cælestia tollas: & vitam transitoriam promittis, vt æternam subtrahas: & ad extremũ sine dubio idcircò suades caduca gaudia, vt amoueas ea, quæ sunt æterna. Tunc in uocem exultationis & confessionis erumpens aduersùs impietatem paganicam, Iudaicam, atq; hæreticam, quæ uidelicet impietas, uelut Cerberus canis infernalis triũ capitum, catholicam tunc uexabat Ecclesiam, clamauit & dixit: Ego in Deum verũ credo, & ipsum adoro in substantia unum, in personis trinum, creatorē totius mundi atq; gubernatorem, Initium & finē nõ habentem: cuius regnũ incorruptum permanet in sempiternũ. Credo unigenitum Dei patris omnipotentis filium, patri consubstantialem, coæternum atque coæqualem, spiritu sancto operante in Maria virgine conceptum, verum hominem sine virginitatis corruptione ex ea natum, sub Pontio Pilato crucifixum, a mortuis tertia die resuscitatum, in cęlos receptum, in die iudicii uiuos ac mortuos iudicaturum, & vnicuique secundùm opera sua redditurum.

Matth. 4

Egregia vox martyris.

Confessio martyris.

Cerberus infernalis in Ecclesiam Dei trino persecutionis latratu desæuit.

Rom 2.

CAP. XII.

IGitur lachrymæ intereà manabant ex oculis initio orationis, quam impetrauit, vt iam dictũ est, fudit inducias. Et hoc infirmitatis esse uidebatur illis, qui nesciebant, quid sit illud, quod in Psalmo dictum est: Sacrificium Deo spiritus cõtribulatus: cor contritum & humiliatum, Deus, non despicies. Et alibi: Tribulationem & dolorem inueni, & nomen Domini inuocaui: & quod de ipso capite beatorum lugentium, qui propter hoc ipsum, q lugent, beati sunt, Apostolus dicit: Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eum, qui saluum facere posset illum, cum clamore ualido & multis lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Nesciebant hæc multi, qui aderant, maximeq; tyrãnus ille, cuius erat cor induratum, sicut cor Pharaonis: & idcircò infirmus atq; pendulus martyr Christi esse videbatur. Vndè & promissis suis confringere tẽtauit illum idem inefficax malitię artifex, sicut iã dictum est. Vbi autem inter ipsas lachrymas hic Domini testis, tantę exultationis & confessionis extulit vocem, tunc ille odibilis Iulianus, immò habitator cordis eius spiritus nequam, diutiùs ferre non potuit, iubensq; caput eius absq; dilatione amputari, deridendo dixit: Videbo, si Christus tuus liberet te, & surgere, atq; tuis pedibus ambulare faciat te. Deridebat enim eum pro eo, q sicut iam suprà dictum est, postulata & concessa sibi electione sepulcri, dixerat illi: En Cęsar, montem cernis ipsum, in quo, demonstrante Christo, sepulcrum habiturus sum. Itaq; propositum habens in corde eius spiritus nequam, q aliter sepulcrum illi non fieret, nisi ad montē lõgè remotum, quem sibi elegerat, pedibus suis ambularet, derisionem huiusmodi locutus est. Dominus autem Iesus gloriam suam econtrà manifestare dignatus est, ut uideret, & confunderetur hostis eius Imperator impiorũ, falsus & uerus diaboli satelles, & ignis inuidię magis ac magis eũ deuoraret. Martyris quippè corpus erexit se per virtutem Christi, & ambabus amplexum manibus caput suum, per unũ milliare, comitantibus vtiquè Angelis, & Christum collaudantibus, deportauit, & ità vsque ad montem illum sine ulla offensione peruenit. Deindè subiit in montem ipsum, & ibi lapidem colore album, situ planum, inueniens, sedit super eũ. Protinus duritia lapidis officiosè cessit pio martyri. etenim quasi cera benè mollis insidenti gremium aperiens, concauum subsellium prębuit, secuturis memorabile seculis. Vndè hactenùs mons ille, mons dicitur sancti Eliphii. Est autem inter Frumentosam & Grandem medius, ab utraque millibus distans senis, ab Aquilone

Psal. 50.

Psal. 114.

Matth. 5

Heb. 5.

Exod. 7. 8. 9. &c.

Impiator Apostata.

Capite caditur martyr.

Insigne miraculum.

Item aliud.

Morbidi curantur. lone Tullensem vrbem, ab Austro verò Grandē habens. Interea complures infirmi, diuersis languoribus afflicti, passionem gloriosi martyris venerantes, & Christi nomen, in ea collaudantes, meritis ipsius sanitati redditi sunt. Hæc uidentes pii, lætati sunt: impii zelo maligno zelati sunt, & orta inter utrosque pugna, fideles martyris magnifici meritis adiuti, & Christo donante victis infidelibus, gloriosam victoriam adepti, extinctorum corpora paganorum in proximum fluuium proiecerunt. Martyrizatus nempè est beatus martyr in prato amœno, quod situ est in ripa fluuioli supra memorati, cui nomen Vera, decimoseptimo Calendas Nouembris. Super sacratissimum corpus eius ædificatum est à fidelibus oratorium, vbi fideliter petentibus multarum præstantur beneficia virtutum.

VITA DEOGRATIAS EPISCOPI Carthaginensis, Agonesque & martyria Martyniani, Saturiani, Maximæ, Valeriani Episcopi, Armogastis, Masculæ & Saturi confessorum, per D. Victorem Episcopum Vticensem scripta.

17. Octob quòd ad quosdam attinet.



ACTVM est, supplicante Valentiniano Augusto, Carthaginensi Ecclesiæ post longum silentium desolationis Episcopū ordinari, nomine Deogratias. Cuius si nitatur quisquam, quæ per illum Dominus fecerit, paulatim excurrere, antè incipiēt verba deficere, quàm ille aliquid valeat explicare. Illo igitur Episcopo cōstituto, factum est peccatis vrgentibus, vt vrbem illam quondam nobilissimam atque famosam, decimoquinto regni sui anno Geisericus caperet Romam. Et simul exindè regum multorum diuitias cum populis captiuauit. Quæ dū multitudo captiuitatis Africanum attingeret litus, *Roma à Vandalis capta.* diuidentibus Vandalis & Mauris ingentem populi quātitatem, vt moris est Barbaris, mariti ab vxoribus, liberi à parentibus separabantur. Statim fategit vir Deo plenus & charus, vniuersa uasa ministerii aurea vel argentea distrahere, & libertatem de seruitute Barbarica liberare, & vt coniugia fœderata manerent, & pignora genitoribus redderent. *Deogratias Episcopus redimit captiuos.* Et quia loca nulla sufficiebant ad capessendam multitudinem tantam, basilicas duas nominatas & amplas, Fausti & Nouarum, eorum lectulis atque straminibus deputauit, decernens per singulos dies, quantum quis pro merito acciperet. Et quia plerosque insuetudo nauigii & crudelitas captiuitatis afflixerat, non paruus *Summa eius humanitas.* inter eos fuerat numerus ægrotorum, quos ille beatus Antistes ut nutrix pia, per momenta singula cū medicis circuibat, sequentibus cibis, vt inspecta vena, quid cui opus esset, illo præsente daretur. Sed nec nocturnis horis ab hoc opere misericordiæ feriabatur, sed pergebat excurrens per singulos lectos, sciscitans qualiter quisq; haberet: ità se tradiderat omninò labori, vt nec defessis membris, nec cariosæ iā senectuti parceret. Quo linore Arriani succensi, dolis eum quamplurimis voluere sæpiùs enecare. *Inuidentia Arrianorum.* Qđ (credo) prævidens Dominus, citò pastorem suum de manibus accipitrum voluit liberare. Cuius exitum ità vrbici captiui planxerunt, ut tunc se putarent magis tradi manibus Barbarorum, quandò ille perrexit ad cęlum. Functus est autem sacerdotio an- *Functus è sacerdotio annis trib⁹* nis tribus. Cuius amore & desiderio populus attentus, potuerat membra digni corporis rapere, nisi cō silio prudenti dum auocatur, nesciente multitudine sepeliretur.

Et quia tacendum semper non est de impietatibus hæreticorum, nec uerecundum poterit esse, quod ad laudem proficit patientis: ordinator quondàm memorati sacerdotis nomine Thoma, dum uariis ab eis insidiis sæpiùs arctaretur, quodam tempore uenerabilem senem in publica facie catomis ceciderunt. Quod ille non ad opprobrium, sed ad mercedem computans gloriæ suæ, in Domino lætabatur. Vndè factum est, ut post obitum Episcopi Carthaginis, Zeugitanæ & proconsularis prouinciæ Episcopos interdiceret ordinandos, quorum erat numerus centum sexagintaquatuor. Qui paulatim deficientes, nunc qui simul ipsi supersunt, tres tātùm esse uidentur: Vincentius Gigitanus, Paulus Sinnaritanus, uerè merito & nomine Paulus, & alius Quintianus. Qui nunc persecutionem fugiens, apud Edessam Macedoniæ ciuitatem commanet peregrinus. *Hoc tempore multi in ecclesia martyres & confessores.* Sed etiam martyria quamplurima esse probantur, confessorum autem ingens & plurima multitudo, ex quibus aliqua narrare tentabo.

Erant tunc serui cuiusdam Vandali (fuit hic Vandalus de illis, quos Millenarios uocant) Martinianus, Saturianus, & eorum duo germani: erat & conserua eorum, quædam egregia Christi ancilla, nomine Maxima, corpore simul & corde decora. *Sequitur historia prænominatorum martyrum.* Et quia Martinianus armifactor erat, & domino suo satis videbatur acceptus, & Maxima vniuersæ domui dominabatur: credidit Vandalus, vt fideles sibi magis memoratos faceret famulos, Martinianum Maximamque coniugali consortio sociare. Martinianus adolescentulorum secularium more coniugium affectabat: Maxima nanque iam Deo sacrata, humanas nuptias refutabat. At ubi uentum est, vt cubiculi adirētur secreta silentia, & Martinianus nesciens, quid de illo decreuerat Deus, maritali fiducia quasi cum cōiuge cuperet cubitare, viua ei uoce memorata famula Christi respondit: Christo ego, o Martiniane frater, membra mei corporis dedicaui, nec possum *Christo dicata nō potest homini nubere.* humanum sortiri coniugium, habens iam cælestem & uerum sponsum. Sed dabo consilium: si uelis, poteris & ipse tibi præstare cùm licet, vt cui ego concupiui nubere, delecteris & ipse seruire. Ità factum est, Domino procurante, vt obediens virgini, etiam adolescens suam animam lucraretur. Nesciente igitur Vandalo, compunctus atq; spiritualis secreti cōmercium mutuatus Martinianus, etiam suis fratribus persuasit, vt thesaurum quem inuenerat haberent, vtpotè germani communem. cōuersus est itaque cum tribus fratribus suis. Dei puella comitante, nocte clàm egredientes, Tabraceno monasterio, cui præerat tunc nobilis pastor Andreas, sociantur. Illa uerò haud procul monasterium incoluit puellarum.

Sciscitante igitur barbaro inquisitionibus & muneribus crebris, quod gestum erat, celari nō potuit. Inueniens itaq; iam non sua, sed Christi mancipia, coniicit in vinculis, & uariis tormentis Dei famulos insectatur, agens cum eis non tantùm vt pariter miscerentur, sed quod grauius est, per rebaptizationis cœnum fidei suæ ornamenta turparent. Peruenit hoc ipsum vsq; ad notitiam Geiserici. Decernit Rex, vtì tandiù* implacabilis ferus seruos affligeret, quandiù illius succumberent voluntati. *for. * implacabiles. Vide immanis supplicij genus.* Iubet in modum serrarum fustes robustos veluti palmatos cum stirpibus fieri, qui quatientibus tergis non solùm ossa confringerent, sed etiam terebrantes aculei intrinsecùs remanerent. Qui dum sanguis efflueret, & dissipatis carnibus uiscera nudarentur, sequenti die,

Christo

Christo medente, incolumes reddebantur. Hoc sæpiùs ac multo factum est tempore, & nulla plagarũ vestigia videbantur, sancto spiritu subindè curante. Post hoc arctatur Maxima duræ custodiæ, cuspidique crudeli extenditur. Cui cùm Dei seruorum nõ deesset frequentia visitantium, videntibus cunctis, ingentium lignorum putrescens soluta est fortitudo. Miraculum hoc voce omnium celebratur, & nobis, ad quem custodia pertinebat, cum sacramento restatus est itá fuisse.

Maxima duræ custodiæ. Liberatur.

Ast ubi Vandalus virtutem neglexit cognoscere diuinam, cœpit in domo eius uindicatrix ira grassari. Moritur ipse simul & filii, familiæ atq; animalium quæcunque optima erant, pariter intereunt. Remansitque domina vidua, marito, filiis & substantia destituta: seruos Christi cognato Regis Sesaoni gratia muneris offert. Qui cùm eos, vtpotè oblatos, cum gratulatione nimia suscepisset, filios & domesticos sanctorum merito malè cœpit dæmon uariis motibus agitare. Ex ordine ille cognatus, vt gestũ erat, suggerit Regi. Decernit statim Rex, cuidam gẽtili Regi Maurorum, cui nomen erat Capsur, relegãdos debere transmitti: Maximam verò Christi famulam, confusus & victus, propriæ uoluntati dimisit, quæ nunc superest virgo, mater multarum virginũ Dei, nobis etiam nequaquàm ignota. Peruenientes autem traduntur memorato Regi Maurorum, commanenti in parte eremi, quæ dicitur Capraprisi. Videntes igitur Christi discipuli multa apud gentiles & illicita sacrificiorum sacrilegia, cœperunt prædicatione & conuersatione sua ad cognitionem Domini Dei nostri Barbaros inuitare: & tali modo ingẽtem multitudinem gentilium Barbarorum Christo Domino lucrauerunt, ubi anteà nulla fama Christiani nominis fuerat diuulgata. Tunc deindè cogitatur quid fieret, ut ager iam cultus & egraminatus vomere prædicationis, Euangelicum susciperet semen, & imbre sacri baptismatis rigaretur. Mittunt legatos per itinera distenta deserti: peruenitur tandem ad ciuitatem Romanam. Rogatur Episcopus, vt presbyterum & ministros credenti populo destinaret. Explet cum gaudio, quod petebatur, pontifex. Dei cõstituitur Ecclesia, baptizatur multitudo maxima Barbarorum, & de lupis grex fœcundus multiplicatur agnorum. Hoc Geiserico relatione sua nunciat Capsur. De quà re furgens inuidia iubet famulos Dei singatis pedibus post terga currentium quadrigarum, inter spinosa loca syluarum pariter interire, ut ductâ atque reductâ dumosis lignorum aculeis innocentium corpora carperentur, itá deligans, ut exitũ suum inuicèm peruiderent. Qui cùm è uicino currẽtibus Mauris, sese muinò conspicerent, uale sibi in angusto fugæ unusquisque ita dicebant: Frater, ora pro me: impleuit Deus desiderium nostrum. taliter peruenitur ad regnum cælorum. Itaque orando atque psallendo, gaudẽtibus Angelis pias animas emisere. Vbi vsque in hodiernum diem non desinit ingẽtia mirabilia Iesus Christus Dominus noster operari. Nam nobis beatus quondàm Faustus Buronitanus Episcopus attestatus est, cæcam quandam mulierem illuminatam fuisse, ubi ipse aderat præsens.

Maxima dimittitur, & fit Abbatissa.

Sancti p̃dicãt Barbaris fidẽ Christianam.

Multi credunt in Christũ.

Sãcti martyres cru deliter vexantur.

Animas reddunt.

Accenditur propter hæc aduersùs Dei Ecclesiam Geisericus. Mittit Proculum quendam in prouinciam Zeugitanam, qui coarctaret ad tradendum ministeria diuina uel libros cunctos Domini sacerdotes, ut primò armis nudaret, & itá facilius inermes hostis callidus captiuasset. Quibus se non posse tradere clamantibus, ipse rapaci manu cuncta depopulabatur, atque de palliis altaris, proh nefas, camisias sibi & femoralia faciebat. Qui tamen Proculus huius rei executor, frustatim sibi comedens linguam, in breui turpissima consumptus est morte. Tunc enim S. Valerianus, Abensis ciuitatis Episcopus, dũ viriliter, sacramenta diuina nè traderet, dimicasset, foràs ciuitatem singularis iussus est pelli, & itá præceptum est, ut nullus eum neque in domo, neque in agro dimitteret habitare. Qui in strata publica multo tempore nudo iacuit sub aere: annorũ erat plùs octuginta: quem nos tunc indigni, in tali exilio meruimus salutare.

Vide impium conatũ Arrianum.

Nota lector.

Valerianus Episcopus.

Quodam tempore paschalis solennitas agebatur, & dum in quodam loco, qui Regia nocitatur, ob diẽ paschalis honoris nostri sibimet clausam ecclesiam reserarent, compererunt Arriani. Statim quidã presbyter eorum Andiot nomine, cõgregata secum armatorum manu, ad expugnandam turbam accendũtur innocentum. Introeunt euaginatis spathis, armâ corripiunt, alii quoquè tecta conscendunt, & per fenestras ecclesiæ sagittas spargunt. Et tunc fortè & canẽte populo Dei, lector unus pulpito sistens, alleluiaticum melos canebat. Quo tempore sagitta in gutture iaculatus, cadente de manibus codice, mortuus pòst cecidit ipse. Nam & alii quamplurimi sagittis & iaculis in medio crepidinis altaris probantur occisi. Nam qui gladiis tunc interempti nõ sunt, posteà pœnis attriti, regio iussu omnes penè necati sunt, præsertim maturioris ætatis. Alibi nanque, sicut Thunazudæ contigit, Galibus, nico Ammoniæ, uel aliis in locis, tempore, quo sacramenta Dei populo porrigebantur, introeuntes maximo furore, corpus Christi & sanguinem panimentis sparserũt, & illud pollutis pedibus calcauerũt. Ipse enim Geisericus præceperat, itá persuadẽtibus Episcopis suis, vt intra aulam suam filiorumque suorum non nisi Arriani p diuersa ministeria ponerẽtur. Inter alios uentum est tunc ad Armogastẽ nostrum. Cuius cùm diù ac sæpiùs tibias torquendo tumentibus confringerent chordis, & frontem, in qua Christus ueallũ suæ fixerat Crucis, rugatam magisque aratam descẽdentes atque mugientes ostenderent nerui, ut fila araneatum, sancto cœlum respiciente, crepabant. At vbi tortores neruicas chordas disruptas esse uiderunt, allatis crebriùs fortioribus chordis atque canabinis, illo nihil aliud, nisi Christi nomen inuocãte, illa omnia uanescebant. Sed & capite deorsùm dum ad unum penderet pedem, dormire quasi super lectum plumis stratum, omnibus uidebatur. Quem cùm Theodoricus Regis filius, qui eius dominus erat, pœnis non ualentibus, capite truncari iussisset, à suo prohibetur Iucundo presbytero, dicente sibi: Poteris eum diuersis afflictionibus interficere. Nam si gladio peremeris, incipient Romani martyrem prædicare. Tũc Theodoricus in Byzacenam prouinciam ad fodiendas eum condemnat scrobes. Posteà quasi ad maius opprobrium haud procul Carthagine, vbi ab omnibus uideretur, pastorem eum præcepit esse uaccarum.

Christiani caeduntur.

Nota facinus Arrianis & similibus impiis dignum.

Historia confessorũ.

Armogastes insignis confessor.

Damnatur exilio.

Inter hæc Domino reuelante, cùm dormitionis suæ proximum cerneret diem, aduocat quendã Felicem uenerabilem Christianum, procuratorem domus filii Regis, qui Armogastem ut Apostolum uenerabatur, dicitque illi: Tempus meæ resolutionis aduenit: obsecro te per fidem, quam urrique tenemus, ut sub hac siliquæ arbore me sepelire digneris, redditurus Domino nostro, nisi feceris, rationẽ: nõ quòdille curaret, vbi aut qualiter sum sepeliretur corpus, sed ut illud demonstraretur, quod seruo suo reuelauerat Deus. Respondet Felix & dicit: Absit à nobis, confessor uenerabilis: sed sepeliam te in vna basilicarum cum triumpho & gratia quam mereris.

Obit' sui est reuelat.

Cui

Cui beatus Armogas: Nô, sed, qđ diai, facturus es. Ille timens Dei hominem côtristare, veraciter, quod ingesserat, promisit esse facturum. Statim intra paucissimos dies comes bonæ confessionis de hac vita migrauit. Festinauit Felix sibi delegatum sub arbore

Notarem admiratu dum. fodere sepulchrum. Cui cùm inter radices & sollditas aridę telluris motam facerent, & labore angeretur, quòd tardiùs sancti membra corporis humarentur, tandem abscissis radicibus, multo altiùs terram cauans, conspicit sarcophagum splendidissimi marmoris præparatum, qualem fortè nullus omnioò habuit Regum. Sed nec quendam Archiminum, no-

Archiminu Masculum conflātia. mine Masculinum, debeo præterire. Qui cùm molestis insidijs premeretur, vt catholicam omitteret fidem, ipse eum Rex posteà blandiendo affatibus secularibus mutabat, promittens multis eum diuitijs

Vinitabat, legēdum puto. cumulādum, si voluntati eius auditum facilem commodasset. Qui eum fortis atque inuictus maneret, iubet eum subire sententiam capitalem, ità tamen callidus occultè præcipiens, vt si in illa hora vibrantis gladij perti mesceret ictum, magis eum occideret, nè

Ecclesię rā nil qui ami mas cupe bat singula re non cor pora. martyrem gloriosum fecisset. Si autem fortem in cōfessione conspiceret, à gladio temperaret. Sed ille vt columna immobilis, Christo solidante, fortis effectus, confessor reuertitur gloriosus. Etsi martyrem inuidus hostis noluit facere, confessorem tamen nostrum non potuit violare.

Nouimus & alium ea tempestate nomine Saturū. Qui cùm lucidum esset membrum Ecclesiæ Christi, & prauitatem Arrianorum libertate catholica frequenter argueret, (fuit hic procurator domûs Hunerici) conuenitur, accusante Mariuado quodā diacono, quem Hunericus infaustus singulariter honorabat, vt fieret Saturus Arrianus. Promittuntur honores & diuitiæ multæ, si faceret: præparātur supplicia dira, si nollet. Hac optione proposita, vt si regalibus iussis non obediret, primò facta discussione, & antè amissa domo vel substantia, distractis omnibus mancipijs ac filijs, vxor eius, ipso præsente, camelario in coniugium traderetur. Quod ille plenus

Praeclara virtus Saturi cōfessoris. Deo, magis ac velociter prouenisset, impios prouocabat. Ob quam causam vxor eius inducias visa est ab his, qui exequebantur, nesciente marito, petisse. Accedit ad maritum alia Eua, consilio magistrata ser-

Gen. 3. pentis. Sed ille, Adam non fuit, qui illecebrosæ vetitæ arboris poma contingeret: quia non indigens, sed Saturus, vocabatur, saturatus ab vbertate domûs

Psal. 35. Dei, & torrente deliciarum eius potatus. Aduenit mulier ad locum, vbi maritus singularis orabat, con scissis vestibus crineque soluto, secum comitātibus filiis, vnamque infantulam, quæ tum lactabatur, manibus gestans; quæ nesciētus proicit ut pedes mariti. Etiam ipsa sois genua complectitur vlnis, sibilās

Vxor eū mittitur euertere. vociferatione draconis: Miserere mei dulcissime simul & tui: miserere communibus liberis, quos conspicis Ipse. Non subiaceant conditioni seruili, quos claros prosapia reddidit generis nostri. Non subijciar ego indigno & turpi coniugio, viuente marito, quæ mihi semper inter coæuas plaudebam de Saturo meo. Cognoscit Deus, quia inuitus facturus es hoc, quod fortè voluntariè aliquanti fecerunt. Cui

Iob. 2. ille Iob sancti voce respondit: Tanquam vna ex insipientibus mulieribus loqueris. Formidarem, mulier, si sola esset huius vitæ amara dulcedo: artificio, coniunx, diaboli ministraris. Si diligeres maritum, nunquam ad secūdam mortem attraheres proprium virum. Distrahant filios, separent vxorem, auferāt substantiam: mei Domini ego securus de promissis ver

Luc. 14. bainenbo: Si quis nō dimiserit vxorem, filios, agros aut domum, meus non poterit esse discipulus. Quid

vltra? discedente muliere cum filijs et fatata, confor- *Cōstantia S. Saturi.*
tatur Saturus ad coronam: decutitur, expoliatur, pœnis conteritur, mendicus dimittitur. Interdicitur ei prodeundi accessus: totum ei tulerunt, stolam tamen baptismatis auferre non potuerunt.

Post hæc Geisericus ecclesiam Charthaginis claudi præcepit, dissipatis atque dispersis per diuersa exiliorum loca, quia Episcopus non fuerat, presbyteris & ministris. Quę vix reserata est, Zenone principe supplicāte per patricium Seuerum, & sic venientis ab exilio rediêrunt. Quę verò in Hispania, Italia, Dalmatia, Calabria, Apulia, Sicilia, Sardinia, Brutijs, Lucania, Epiro vel Hellada gesserit, meliùs ibi ipsi, qui passi sunt, miserabiliter lugenda narrabunt. Sed etiam persecutionis nostræ à Geiserico, quanto sublimiter, tanto crudeliter gestæ, iste sit finis. Durauit autem in regno annis xxxvij. mensibus sribus.

VITA S. GALLI ABBATIS ET Confessoris, Edita a Vualafrido Strabo Abbate Augiensi, non autem Abbate S. Galli, vt quidam non rectè aiunt.

PRAEFATIO AVTHORIS.



Isi me sanctarum authoritas scripturarum, & præcipuè illa veridici prophetæ sententia, qua sacrificio obedientia præfertur, ad necessitatē obediendi constringeret, præceptis vestris, ô sanctissimi patres, apologiæ huiusmodi genus opponerem: Si propheta, qui antè, quàm formaretur in vtero, à Domino electus est, & priusquàm exiret de ventre, sanctificatus est: dum eum Dominus spiritu suo illustrans, verbi officio manciparet, de ætatis infirmitate & ignorantia conquestus est: quid ego peccator acturus sum, qui in iniquitate conceptus, & in delicto profusus, propter sordes vitæ, incircuncisus sum corde & auribus: quia videlicet nec scientiam dignè percipio, nec auditā deuotè conseruo? Quomodò iustitias Domini enarrabo, & assumam testamentum eius per os meum, cuius ætatem nec tempus adhuc impleuit, nec scientia comendauit? cuius dicta nec doctrina corroborat, nec vita confirmat? præsertim cùm ea scribere iubeatis & ordinare, quorum dignitatem vix animo torpente conijcio. Tres tamen ob causas audendi tā lia viam inuenio, scilicet quòd credo me à Domino subleuādum, ob cuius iussa pariter ac promissa, quod virium consideratione exhorrui, obediendi cupiditate suscepi. Deindè quòd me confido beati Galli intercessione, vestrisque precibus adiuuari, pro quorū veneratione ac amore grande onus humeris imposui debilibus. Postremò, quòd alienis insisto vestigijs, veritatisque tenendę lineam nouis tantùmmodò cogor passibus demetiri. Vitā igitur sancti cōfessoris Christi Galli, patroni nostri, cuius corporis thesaurum fidelibus seruatis excubijs, sensu nobilem, scripto degenerē, vultis à me lumine rectæ locutionis ornari, & seriem confusam capitulorū distingui limitibus.

1. Reg. 15

Ierem. 1

Ps.

Tribende causibus auctor de scribu historiae.

Ego cùm me nō possim ab hoc excusare negocio, eligo potiùs pro ignauia lacerari, quàm pro inobedientia condemnari. Porrò dum pridèm ipsum opus perlegerem, inueni ab authore eiusdem conscriptionis terram, quam nos Alemanni vel Sueui incolimus, Altimanniam sæpius nominari: sed ipsos nominis originem quęrens, apud nullum Scriptorum, quorum adhuc notitia nos reperit, eius reperi mē-tionem. Nisi fallor enim, ab alto situ prouinciæ idem vocabulum à modernis confictum est. Nā iuxta Scriptores authenticos, pars Alemanniæ vel Sue- *Altimannia.*

niæ, inter alpes Pœninas & meridianũ litus Danubij sita, Rhetia dicitur. Porrò quod est ad Septẽtrionalẽ plagam Istri, Germaniæ deputatuc. Et vt nõ nostra dicere existimemur, aliquos ipsius rei testes asseiscimus. Paulus Ocosius, io cuius dictis fides omnium concordat, de siту terræ scribens, hæc inter cætera ponit: Pannonia, Noricus & Rhetia habent ab oriẽte Mœsiam, à meridie Histriam, ab Africo Alpes Pęninas, ab occasu Galliam Belgicam, à circio Danubii fontem, à Septentrione Danubium & Germaniã. Cùm Noricus regio sit Baioariorum, & eius Septentrionalis termin[us] Daoubius & Germania, occesse est Rhetiam, quæ simul ponitur, eisdem finibus Aquilonem versùs termioari. Solinus quoq; in Polyhistore, vbi Galliæ facit mentioncm, has prouincias uno tecrarũ tractu positas, his verbis designat: Ea isto sinu, videlicet Galliæ, quaqua parte orbis velis, exeas. Si Thracia sit petẽda, excipit ager Rheticus, bonus frugibus, Brigantino lacu nobilis: Indè Noricus frigidus, parcius fructuosus: qua subducitur à iugis Alpium, admodùm lætus. Dehinc Paouoniæ viro fortes, solo plano vbertoque, Drauo Sauoq; inclytis amnibus circuofluæ. Si Rhetia solummodò infra Alpes est, vt multi voluot, quæ consequentia est, ut Noricũ à Gallia pergentes, asperitatem Alpium transeeodamus, & ooo potiùs per maiorem Rhetiam rectò itinere Noricum vsq; tendamus lo qua etiam Rhetia, secundùm supradictam sententiam, Brigantium oppidum, iam vetustate collapsum, lacui, qui Rheno interfluente efficitur, nomẽ dedit; qui alio nomine, iuxta Græcam etymologiam, Potamicus appellatur, Igitur quia mixti Alemannis Sueui, partem Germaniæ vltra Danubium, partem Rhetiæ ioter Alpes & Istrum, partemq; Galliæ circa Ararim obsederunt, antiqoorum vocabulorum veritate seruata, ab incolis nomen patriæ deriuemus, & Alemanniã vel Sueuiam nominemus. Nam eùm duo sint vocabula, vnã gentem significantia, priori nomine nos appellant circumpositæ gentes, quæ Latinum habẽt sermonẽ: sequenti, vsus nos nũcupat barbarorũ. Similiter scimus Francos partes Germaniæ, vel Galliç, nõ solùm potestati, sed etiam suo nomini subiugasse. Et quia prouinciarũ descriptiones attigimus, liceat paucis Hyberniæ insulæ, de qua nobis tãtũ decus emicuit, eosdem authores, situm cõmemorare. Hybernia insula, vt scribit Orosius, inter Britanniã & Hispaniã sita, longiore ab Africo in boream spatio porrigitur. Hæc propior Britanniæ, spatio terrarum angustior, sed cęli solisq; temperie magis utilis: & vt sopradictus Solinos testatur, ità pabulosa, vt pecua ibi, nisi interdùm æstate à pastibus arceãtur, in periculũ agat saties. Illic nullus aoguis, auis rara. Quàm horrenda verò ipse uel alii de moribus incolarum eius testentur, fide Christi iam lucente, supersedeodũ est: quia ubi superabundauit peccatum, superabundauit gratia: & à solis ortu Indis vel Aethiopibus, vsq; ad occasum Britannis uel Scotis, iam laudabile est nomẽ Domini. Excelsus enim est super omnes gentes Dominus, & super cælos gloria eius.

Paulus Orosius.

Lacus Brigantinus, vel Potamicus.

Franci Gallias subiũgãt.

Hybernia descriptio

Pecua antiquè dictum, pro pecora.

Rom. 5.
Psal. 112.
Videmo,

Obsecro itaq; te, Gosberte charissime, Abba monasterii S. Galli, cunctosq; fratres, qui sub te militiæ deseruiunt spiritali, vt me orationib[us] adiuuetis, quatenùs & hoc opus, & alia deincèps dignè Deo merear explicare. Nam si grataoter rectè à nobis posita susceperitis, clementer verò titubantia correxeritis, si Dominus permiserit huius operis agreste pulmentum, postmodùm aliquibus metrorum condimentis infundam. Dignũ quippè est, ut nostris laudibus per celebretur, quẽ de extremis orbis finib[us] ad nostrã salutẽ Dominus destinauit. Benè ualentem & nostri memorem paternitatem uestram in æternùm sancta Trinitas cooseruare dignetur, Amen.

O pater, e patris proles, o spiritus alme,
Vne & trine Deus, nos miserate rege.
Me tua iussa ligant, tua me promissa gubernent:
Luceat in dictis lux tua, quæso, meis.
In te Galle Deum, in Domino te Galle fatebor:
Tu pro me sacras funde preces Domino:
Vt mentam noxis, dictis moderamina præstet:
Quod nocet, euellat: quod iuuat amplificet.

VITAE LIBER PRIMVS.

Quibus incrementis B. Gallus à puero vsq; ad sacerdotium sub B. Columbano profecerit. Cap. 1.



CVM præclara sanctissimi uiri Culũbani, qui & Colũba, conuersatio per oẽm Hyberniã celebris haberetur, & veluti splẽdidum igoei solis iubar singulari decore oĩum in se prouocaret amorẽ, sicuti de eo, priusq̃ nasceretur, prouisum esse liber gestorum ipsius pleniter indicat: inter cæteros, quos fama uirtutum eius attraxerat, parentes beati Galli, secundùm Deũ religiosi, secũdùm seculum oobiles, filium suum, primo ætatis flore nitentem, eum oblatione Domino offerentes, illius magisterio commẽdauerunt, vt in regularis vitæ proficeret disciplina, & inter plurimos spiritalis militiæ sectatores, obedientiæ & arctioris propositi imitaretur exempla. Dumq; bonæ indolis vir charo nutriretur affectu, magno virtutum creuit augmento. Superna quoq; gratia se præueniente, tãto studio diuinas epotauit scripturas, vt de thesauro suo noua proferre posset & uetera: Grammaticæ etiam regulas, metrorumq; subtilitates capaci consequeretur ingenio. Obscura autem scripturarũ tam sapienter scire uolentib. reserauit, ut cuncti, qui eius prudentiã & sermones audierant, admiratione eum & laude dignissimum iudicarent. Qua sapientiæ maturitate factũ est, ut uniuersorum communi consilio, & iussione Columbani Abbatis, per singulos sacræ promotionis gradus ascendens, inuitus sacerdotii susciperet dignitatẽ. Ergò dum sacris instaret officiis, die noctuq; precibus Dominum placauit & lachrymis: & superni inspectoris oculis placere desiderãs, pro uirtutũ & uitæ meritis amabatur ab omnibus, placuit uniuersis.

Octob. 16.

Parentes S. Galli cõmendant eũ S. Colũbano.

Mirè profecit literis.
Matt. 13.

Sacerdotio initiatur, p gradus ascendẽs, quos nostri hæretici reprobant.

Vt sancti uiri, suscepta peregrinatione, ad Sigebertum Regem peruenerint, & Luxonium incolere cœperint. Cap. 2.

DVM hæc agerentur quotidiè, beatus Columbanus Euangelicam cupiens assequi perfectionẽ, ut uidelicet omnibus, quæ habebat relictis, crucem suam tolleret, & nudus Dominum sequeretur: consilio suo egit cum fratribus, quorũ animos idẽ feruor accenderat, ut spreto propinquorum & prędiorum dulcedine, mentis ardorem opere comprobarent. Ascẽdentes igitur nauim, uenerunt Britanniam, & indè ad Galliam transfretarunt. Cumque uir Dei ad Sigebertum Regem cũ suis peruenisset, rogauit eum Rex, ut intrà Gallias resideret, nec eis relictis, ad gentes alias cõmigraret: se uerò spopondit oia, quę sanctus peteret, prębiturum. Ad hęc uir Dei respondit: Qui nostra reliquimus, ut secundùm Euangelicam iussionem Dominum sequeremur, nõ debemus alienas amplecti diuitias, nè fortè pręuaricatores

S. Columbanus cũ socijs uenit in Gallias & excipi à Rege
Mat. 10.
Luc. 9.

rlcatores simus diuini mandati . Cuius obiectioni Rex ità occurrens, ait: Si crucem tollere, & Christũ sequi desideras , vastæ eremi sectare quietem ; tantùm nè solo nostrę ditionis relicto, ad vicinas transeas nationes . Poteris enim hoc consilio & tua præmia cumulare, & nostræ saluti prospicere. Itaque Regis persuasioni consentit, & accepta ostensione, eremum , quæ * Vosegus dicitur, cum suis intrauit. Inuenerunt autem locum , muris antiquitùs septum , calidis aquis irriguum, sed iam vetustate collapsum, qui vulgò Luanium vocabatur . Ibi oratorium in honorem beati Petri Apostoli construentes, mansiunculas, in quibus commanerent, fecerunt. Illisq; ibi conuersantibus, & ipsum locum excolentibus, multi non solùm de genere Burgundionum , sed et Francorum , amore vitę laudabilis ad ipsos confluxerunt : & monitis spiritalibus instituti , tantam compunctionis gratiam ex verbis eorum adepti sunt, vt omnia sua ad ipsum locum nonnulli contraderent , & coma capitis deposita, monasticæ vitæ habitum voluntaria paupertate susciperent.

*f. Vosag.

Luxouiensis cœnobij initia.

Vt S. Columbanus Theodoricum Regem reprahenderit, et à Brunechilde è regno eiectus , ad Clotarium Regem , indè ad Theodebertum cum suis uenerit. Cap. 3.

CVmque hæc tam felix commanentium semper in melius proficeret disciplina, singularis beati Columbani sanctitas, miraculis frequentibus cõprobata , per totas cępit Gallias vel Germaniæ diffamari prouincias. Laudabatur ab omnibus , colebatur à cunctis , adeò ut Theodoricus Rex , filius Childeberti, nepos Sigeberti, qui eo tempore Burgundionibus regnabat , ad eum sępè veniret ,& preces eius suffragia summa cum deuotione deposceret. Quem cùm pater sanctus increparet, cur concubinarum pollueretur amplexibus , & non potiùs legitimæ coniugis connubio frueretur, monitis eius obtemperans , cuncta huiusmodi illicita se uitaturum promisit. Sed Brunechildis auia Regis, videns eum viri Dei consiliis obedire, stimulo malitiæ concitata, mentem serpentino furoris armauit veneno. Verebatur enim , nè si abiectis concubinis , Regina in consortium regni assumeretur , dignitas sua honore subtracto uilesceret. Quo timore laborans, inuidiam contra uirum Dei cępit habere: & post multas iniurias, quas illi machinata est, vt scriptura sanctæ conuersationis eius testatur, consilio cum Rege inito, ut eum regno suo deturbaret, misit legatarios suos cum epistola ad sanctum virum, denuncians ei, nè deinceps in regno illo consisteret. Ille Iezabelis insidias vitans, iter cum suis aggressus , ad Clotariũ Regem peruenit. Apud quem cùm aliquanto tempore moraretur, rogauit, ut illius solatio ad Theodebertum Austrasiorum Regem peruenire potuisset. Ad quem cùm secundùm petitionem uoluntatis suę venerabiliter missus esset , susceptus est ab eo cum omni honore & gaudio magno. Mansit itaque apud illum aliquot diebus , sacras scripturas aperiens, & insinuans ei veritatem. Cumque & ipsum rogaret , vt ad Agilulphum Regem Longobardorum eius iussu per Alemanniam duceretur , moleste ferens Rex tantorum discessum virorum, pollicitus est eis intrà terminos regni sui se reperturum loca uenusta, quæ famulis Dei & ad incolendum essent commoda , & ad instruendas uerbo ueritatis circumpositas nationes opportuna . Vir Dei semen uerbi in cordibus gentium plantare desiderans, aliquantisper moraturum se promisit, si regia authoritas factis dicta firmaret .

S. Columban' Theodoricũ Regem obiurgat.

Brunechildis eũ expellit è regno.

Vt data optione alicuius loci eligendi , Tucconiam venerint , et quid illic egerint . Cap. 4.

ACcepta igitur à Rege licentia eligendi locũ , ubicunque voluissent, dum loca plurima perlustrassent, uenerunt intrà partes Alemanniæ ad fluuium, qui Limagus vocatur. Iuxta quem ad superiora tendentes , peruenerunt ad lacum Turicinum . Cumque per litus ambulantes, uenissent ad caput lacus ipsius in locum qui Tucconia dicitur, placuit illis loci qualitas ad inhabitandũ. Porrò homines ibidem commanentes, crudeles erant & impii, simulacra colentes, idola sacrificiis venerantes, obseruantes auguria & diuinationes, & multa , quæ cõtraria sunt cultui diuino, superstitiosa sectantes. Sancti igitur homines cùm cœpissent inter illos habitare, docebant eos adorare patrem & filium & spiritum sanctum, & custodire fidei ueritatem. Beatus quoq; Gallus, sancti uiri discipulus, zelo pietatis armatus, fana, in quibus dęmoniis sacrificabant, igni succendit, & quęcunq; inuenit oblata, demersit in lacum. Qua causa permoti, ira & inuidia sanctos insectabantur , & cõi consilio Gallum perimere uoluerunt: Columbanum uerò flagellis cæsum & contumeliis affectũ , de suis finibus proturbare. Beatus pater cognito eorum consilio, zelo iustitiæ imprecatus est eis talia, dicens: Deus cuius prouidentia mundus subsistit, & cũcta reguntur: fac super caput generationis huius reuerti contumelias, quas famulis tuis parauerunt. Nati eorum facilè pereant, & antequàm senescant, præ subitaneo stupore delirare cogantur ; ipsique cum terra, quam incolunt, dura potentium dominatione premantur, ut cunctis ignominia eorum pateat in æternùm. & sicut scriptum est, conuertatur dolor eorum in caput ipsorum, & in verticem illorum iniquitas, ab ipsis patrata, descendat.

Egregius B. Galli zelus.

Hęc non docuit ira precandi animo, sed zelo iustitię.

Psal. 7.

Vt ad Vuillimarum presbyterum venientes , humaniter accepti sint. Cap. 5.

POst hæc non timore persecutionis preteritus, sed amore spiritalis lucri persuasus, cõtumaciũ sterilem turbam reliquit, nè inaniter arida corda diutiùs irrigaret, qui beneuolis mẽtibus quamplurimùm prodesse interim potuisset. Pergens ergo indè cum suis, peruenit in castrum, quod Arbona uocatur ; & inuenit ibi presbyterũ bonitate conspicuum, nomine Vuillimarũ. Qui cùm intuitus eum fuisset, dixit: Benedictus qui uenit in nomine Domini, & reliqua. Cui vir Dei ità respondit: De regionibus congregauit nos Dominus. Presbyter ergò apprehensa dextera eius, duxit eũ in oratoriũ, & postq̃ pariter orauerunt, introduxit eos in hospitium . Qui pacẽ domui imprecantes, deposuerũt sarcinulas suas. Postq̃ verò recubuerũt, iussione Abbatis Gallus diuina recitauit eloquia, p̃funda referans ueritatis. Inter sancta doctrinæ salutaris cõuiuia prudens uiri sacerdos mirabatur, à fletu se cõtinere non potuit. Toto aũt septem dierum circulo cũ summo honore & diligentia illis ministrauit, & quos carnalibus fouit delicijs, ab ijsis quotidiè pastus est dapibus scripturarũ. Inter sacræ igitur ædificationis colloquia Colũbanus Abba p̃sbyterũ interrogauit, si sciret aliquẽ in solitudine locũ, in quo cellula fieri potuisset, custodiis aliquãtulum regularibus opportuna . Hospes sanctorũ huic inquisitioni cõdixit ; In hac solitudine locus quidam

Psal. 117.

S. Galli doctrina quanta fuerit.

Vuillimarus pbrÿter, indicat viris sanctis locum construendo monasterio aptissimum.

est ,

est, antiquæ structuræ seruans inter ruinas vestigia: vbi terra pingnis & fructuariis prouentibus apta, montes per gyrum excelsi, eremus vasta & imminẽs oppido: planities copiosa, victum quærentibus fructum laboris non negat. & cùm loci ipsius situm per multa laudasset, iodicauit nomen eius Brigantium.

Vt Brigantium profecti, oratorium illic instaurarint: quid in conuentu populi beatus Gallus fecerit. Cap. 6.

Oratoriũ S. Aureliæ reparatur, & cõstruitur aliquot monachorum cella

Illis igitur illuc ire cupientibns, parauit presbyter nauiculam, & imposuit remiges. Venerabilis antem Abbas cum comitibus Gallo & qnodam diacono naucm conscendens, inuocato nomine Domini, ad locum desideratum via recta peruenit. Egressi de nauicula, oratorium in honore sanctæ Aureliæ constructum adierunt, quod postmodùm beatus Columbanus in priscum reoouauit honorem. Post orationem cùm per gyrum oculis cuncta lustrassent, placuit illis qualitas & situs locorum. Deindè oratione præmissa, circa oratoriũ mansiunculas sibi fecerunt. Repererũt autem in templo tres imagines æreas deauratas, parieti affixas, quas populus, dimisso altaris sacri cultu, adorabat, & oblatis sacrificiis, dicere consueuit: Isti sunt dii veteres, & antiqui huius loci tutores, quorum solatio & nos & nostra perdurant vsque io præseos. Columbanus itaque beato Gallo id iniunxit officii, vt popnlum ab errore idolatriæ ad cultum Dei exhortatione salutari reuocaret: quia ipse hanc à Domino gratiam meruit, ut non solùm Latinæ, sed etiam barbaricæ locutionis cognitionem non paruam haberet. Cumque eiusdem templi solennitas ageretur, venit multitudo non minima promiscui sexns & ætatis, non tantùm propter festiuitatis honorem, verumetiã ad videndos peregrinos, quos agnouerãt aduenisse Ergò dum ad horam orationis concurrereot, iussu venerandi Abbatis Gallus cœpit viam veritatis ostendere populo, & ut ad Deum conuerterentur, admonere: utque vanis abiectis, adorarent Deum patrem, creatorem omniũ rerum: & vnigenitum eius filinm, io quo est salus, vita & resurrectio mortuorum. Et io conspectu omnium, arripiẽs simulacra, & lapidibus in frusta comminuens, proiecit in lacum. His visis, nonoulli conuersi sunt ad Dominum, & confitentes peccata sua, laudes Domino pro sua illuminatione dederuut. Alii, propter imaginum comminutionem ira & furore commoti, graui indignationis rabie turbidi recesserunt. Beatus autem Columbanns iussit aquam afferri, & benedicens illam, adspersit ea templum: & dum circuirẽt psallentes, dedicauit ecclesiam. Deiodè inuocato nomine Domini, vnxit altare, & beatę Aureliæ religas in eo collocauit, vestitoque altari, Missas legitimè compleueruot. Omnibus itaque ritè peractis, reuersus est populus in sua cum gaudio magno. Post hęc permansit ibi bearus Columbanus cum commilitonibus suis tribus annis: & ædificata inibi cellula, alii hortum laborauerunt, alii arbores pomiferas excoluerunt: beatus verò Gallus texebat retia, & misericordia Dei cooperante, tantam piscium copiam cepit, vt nunqnàm fratribns defuissent. Quinetiam aduentantes peregrinos huiusmodi iuuit solatio, & de eodẽ labore assiduas populo bñdictiones exhibuit.

S. Gallus Christũ prædicat.

S. Gallus comminuit dæmonũ simulacra

Nota antiquos Ecclesia ritꝰ.

Quas dæmonũ voces Gallus audierit, et de malignitate incolarum aduersùs sanctos viros. Cap. 7.

Pelagus pro lacu.

Et dum quodam tempore retia sua mitteret in pelagus in silentio noctis, audiuit dæmonem magno vocis strepitu de vertice montis proximi vocãtem qnendam alterum nominatim quasi in pelago commorantem: cumque & is, qui vocabatur, præstò se esse quasi de lacu responderet: Consurge, inquit ille, in adiutorium mihi, vt peregrinos istos eijciamus de his sedibus: quia ipsi delongè venientes, me de templo meo expulerunt, simulacra mea contriuerunt, & populum, qui me sequebatur, post se auerterunt. Commoueat te iniuria, quam patior, & hostes communes voiris viribus à nostris terminis arceamus. & ipse respondit: Heu qnod de tuis calũniis narras, ex meo contemptu percipio. Nam vnus ex illis me in pelago premit, & mea deuastat: cuius nec retia vnquàm corrũpere possum, nec ipsum decipere: quia inuocatio diuini nominis de ore eius nũquàm recedit. Qua munitus, continua vigilantia insidias nostras contemnit. Quapropter iã cautos bellatores fidei, nostræ non superabunt versutiæ. His auditis, uir Dei muniuit se vndiquè signo S. Crucis, & dixit illis: In nomine Domini nostri Iesu Christi adiuro vos, ut recedatis de loco isto, & neminem hic lædere præsumatis. Deindè cùm ad litus festinanter redisset, Abbati suo, quæ audierat, nunciauit. Ille hæc auditu percipiens, ecclesiam petiit, & signo pulsato, fratres conuenire fecit. Priùs autem, quàm initium psallendi fecissent, auditæ sunt diræ voces dæmoniorum per montium summitates, & quasi discedentium eiulatus cum terrore confusus Hæc audiẽtes serui Dei, prostrauerunt se in orationem, Domini postulantes protectionem, illique laudes & gratias persoluentes, quia eos liberare dignatus est de terroribus malignorum. Intercà nonnulli ciuinm propter idolorum suorum abolitionem, prædicationis eorum monita contemnentes, cœperunt contra eos odia concitare, insidias machinari. Qua etiam intentione locorum ipsorum Ducem, nomine Gunzonem, adierũt, & apud eum accusauerunt sanctos, dicentes venationem publicam in eisdem locis, propter illorum infestationem peregrinornm, esse turbatam. Quo audito, Dux furore succensus, missis nũciis, famulos Dei de loco eodẽ discedere iussit. Sed neque hoc sufficit satellitibus dæmonum: quin etiã vaccam eorum furto abstrahentes, in inuia ducunt syluarum. Quos cùm duo de fratribus e uestigiò insequuntur, consurgentes latrunculi interficiunt eos, & auferentes spolia eorum, discedunt. Mirati autem fratres, cur tandiù differant redire, mittunt alios, qui eos requirant. Illi uestigia eorum secuti, occisos eos inueniunt, & cadauera ipsorum suis humeris imponentes, ad Cellam reportant. Inter hos angustiarum & tristitiæ fluctus, nuncius Ducis aduenieñs, de illo eos loco commeare præcepit. nec immeritò: quia non est societas luci ad tenebras. Egit autẽ hoc arte sua diabolus, vt populum, quem in præsentia lucis amittere cœpit, discedente sanctitatis fulgore, tenebris occuparet antiquis. Sancti igitur viri molestè ferentes, quòd sede pellerentur amabili, consilio cõmuni Italiam petere decreuerunt: & dum nimio tenerentur dolore, sanctus pater Columbanns his verbis cępit eos consolari: Inuènimus qnidem, fratres, his in partibus auream concham, sed venenatis serpentibus plenam. Cedat tamen tristitiæ languor ex malis, quia certa est fiducia de auxilio protectoris. Deus enim, cui seruimus, Angelum suum mittet nobiscum, qui nos perducat ad Agilulphum Longobardorum Regem, ubi eius clementia præparante, humanos affectus & pace plenum habitationis locum inueniemus.

Territamenta dæmonũ.

Munit se vndiquè signo S. Crucis S. Gallus.

Gunzo Dux iubet abire viros sanctos.

Duo ex illis occiduntur.

2. Cor. 6.

Consolatͬ suos filios Columbanꝰ Abbas.

Vt

Vt alijs recedentibus, Gallus ægrotans remanserit, & à Vuillimaro presbytero peramanter habitus sit. Cap. 8.

S. Columbano abeūte cū suis in Italiā, S. Gallū morbus retinet.

POst hæc igitur cùm proficiscendi tempus instaret, beatum Gallum repentina febris inuasit. Vndè Abbatis sui pedibus aduolutus, indicauit se infirmitate vehementi laborare, & ideò iter propositum non posse perficere. Ille verò existimans eum pro laboribus ibidèm consummatis amore loci detentum, uix longiora detrectare laborem, dicit ei: Scio frater, iam tibi onerosum esse tantis pro me laboribus fatigari. tamen hoc discessurus denuncio, nè me viuente in corpore, Missam celebrare præsumas. & cùm ei licentiam per se conuersandi dedisset, viam ingressus est abeundi. Post discessum magistri & sociorum, Gallus retia sua & lagenam naui imponens, ad Vuillimarum presbyterum venit: & cùm obtulisset ei retia, inter lachrymas & suspiria retexuit omnia quæ gesta fuerant circa fratres suos. Deindè infirmitatis suæ causas aperiens, rogauit eū, vt sui curam dignaretur habere. Qui suscipiens eum cum omni charitatis obsequio, domum vicinam ecclesiæ eius necessitati concessit, & duobus clericis suis Magnoaldo & Theodoro hanc solicitudinem commendauit, vt cum omni diligentia eius recuperationi seruirent. Exactis aliquot diebus, Domino, qui medicus est verus, medelam impertienti, cœpit sumere cibos, & per incrementa temporum confortatus, perfectam indeptus est sanitatem. O infirmitatem, omni humano robore fortiorem. O febrem, omni laude colendam. O languorem, sanitati & gaudiis asscribendum. Exemplo enim Domini pro nobis Gallus doluit, vt animarum morbos prędicatione sacra depelleret. Ire cum magistro non potuit, vt nobis viam veritatis ostenderet. Verè patiens & misericors Dominus, in prædicatoribus suis iampridèm totemptus, dum conuersionem peccatorum sustinet, doctorem, nè errantes deserat, retinet.

Interdicit S. Gallo altaris officium.

Vuillimarus presbyter humaniter accipit S. Gallum.

Esa. 53.

Vt beatus Gallus ab Hiltiboldo diacono didicerit locum solitarium, quem expetebat. Cap. 9.

DIaconus itaque sæpedicti presbyteri, nomine Hiltiboldus, omnes eremi semitas notas habebat & secessus. solebat enim piscium & accipitrum causa capiendorum sępiùs solitudinem peruagari, & secreta locorum vsu quotidiano perdiscere. Huic cùm vir sanctus familiaritatis suæ gratiam præstitisset, quæsiuit ab eo, an inuenisset vnquàm in solitudine locum, aquis abundantem puris & salubribus, planitie stratum, & humanis cultibus opportunum: Desiderio, inquiens, animi frequentis exæstuo, cupiens in solitudine ducere dies huic vitæ concessos, iuxta quod Psalmista pronunciat, dicens: Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Expectabam eum, qui saluum me faceret, & reliqua. Diaconus respondit: Hæc, ò pater, solitudo aquis est infusa frequentibus, asperitate terribilis, montibus plena præcelsis, angustis vallibus flexuosa, bestiis possessa sæuissimis. Nā præter ceruos & innocuorum greges animalium, vrsos gignit plurimos, apros innumerabiles, lupos numerum excedentes, rabie singulares. Timeo igitur, nè si te illuc induxero, ab huiusmodi hostibus deuoreris. Ad hęc vir sanctus: Apostoli, inquit, sententia est: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Et scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperātur in bonum. Qui Danielem liberauit de lacu leonum, potest & me eripere de manu bestiarum. Cui diaconus hæc respondit: Mitte in peram tuam cibaria, & rete paruissimum, crās enim introducam te in eremum: & si inueneris locum tibi acceptabilem, age gratias Deo, & præcepti Dominici comple rigorem. Deus autem, qui eduxit te de regione lōginqua, ipse sicut Tobiæ famulo suo comitem cælitùs dedit, ita Angelum suum mittet nobiscum, & ostendet nobis locum desideriis salutaribus aptum. Igitur vir beatus die eodem ieiunus permansit, & vsque ad alterius diei diluculum in orationibus pernoctauit. Dignū quippè erat, vt quod diuino inchoabat amore, instantissima prece Domino commendaret.

S. Gallus appetit solitudinē.

Psal. 54.

Rom. 8.

Dan. 6.

Tob. 5.

Vt locum in eremo optatum reppererit, sibiq; delegerit: & de ursi obedientia. Cap. 10.

CVm autem Lucifer suo processu noctis latibula detexisset, & sol inferiora dimittens, cursu consueto superiores orbis plagas inuiseret, igneumque iubar ab orientis axe mortalibus demonstraret: athleta Dei ea, quę ductor suus dixerat, secum sumens, cum orationis benedictione, illo pręeunte, uiam aggressus est. Cumque per totum diem iter agerēt, circa horam nonam dixit diaconus: Pater, hora refectionis iam instat: sumamus paululùm panis & aquę, quia ità confortati, uiæ quod restat, meliùs consumere poterimus. Homo Dei respondit: Tu iuxta necessitatem corporis refectionem percipe fili: ego non gustabo quicquam, antequam Dominus mihi locū desideratæ mansionis ostendat. Et ille: Sicut, inquit, socii sumus passionis, sic erimus & consolationis. His dictis, cęperunt iter agere festinatò, quia dies iā declinabat, & solaris feruor appropinquabat occasui. Venerunt autem ad quendam fluuiolum, qui Stinaha nominatur: ambulātesq; per decursum ipsius, dum venissent ad rupem, de qua idem cum impetu descendēs, gurgitem facit speciosum: ibi viderūt plurimos pisces, & imponentes retia sua, ceperunt eos. Igni deindè succenso, diaconus pisces assauit, & panem posuit super petram. Beatus autem Gallus dum orandi gratia modicùm ab illo diuulsus esset, inter condensa veprium fruteta ambulans, & pede hærēs, ad terram corruit. Quod diaconus videns, accurrit, vt subleuaret prostratum. Sed uir Dei præscius futurorum: Sine me, ait. hæc requies mea in seculum seculi: hìc habitabo, qm̃ elegi eam. Et cùm post orationē surrexisset, sumens virgam colurnā, fecit Crucem, & fixit in terram. Habebat aūt pendentem collo capsellam, in qua continebantur reliquiæ beatę Dei genitricis Mariæ, & sanctorum martyrum Mauricii & Desiderii. Quam cum in ipsa Cruce suspendisset, vocauit diaconum & prostrauerūt se pariter in orationem. Tum vir venerabilis huiusmodi preces emisit: Domine Iesu Christe, qui pro salute humani generis de Virgine nasci, & mortē subire dignatus es, nè despicias desiderium meum pro peccatis meis: sed in honore sanctę genitricis tuæ, & martyrum confessorumque tuorum prępara in hoc loco habitationem, tuis aptā seruitiis. Finita oratione, sole occūbente, finitus est dies, & ipsi tandèm cū gratiarū actione cibū sumpserūt: rursumq; Deo gratias exhibentes, strauerunt sibi in terra, vt aliquātulùm requiescerent. Sed vir sanctus cùm comitē suum alto teneri somno putaret, surgēs prostrauit se in figurā Crucis ante capsellā, & preces Dño deuotas effudit. Intereà descendēs vrsus de monte, micas & fragmēta, quæ cōuiuātibus deciderūt, cautè legebat. Hoc factū ut uidit homo Dei, dixit ad ferā: Præcipio tibi bestia in nomine Dñi, tolle lignū & mitte in ignē. Ad cuius præceptū bestia

Hiltiboldus D. [illegible] in eremū ducit, ad locum [illegible].

Psal. 131.

Crucē defigit in terram, & ad ipsā sacras reliquias appendit.

[illegible] diaconi [illegible] lignum [illegible].

bellua conuersa, validissimum ligni attulit, & igni iniecit. At vir beoigoissimus ad peram accedens, de paruo cellario panem integrum famulanti porrexit & accipienti ita præcepit: In nomine Domini mei Iesu Christi ab hac valle discede, & hoc pacto montes & colles circumpositos habeto communes, vt nullum hic homioem, nil de pecoribus lædas. Dum hæc agerentur, diaconus dormire se simulans, quod vir Deo charus gessit cum bestia, considerabat, & surgens prostrauit se ad pedes eius, & dixit: Nunc scio verè Dominum esse tecum, quoniam & bestiæ eremi obediunt tibi. Ille autem dixit ei: Caue nè omninò hoc alicui dixeris, donec videas gloriam Dei.

Vt dæmones muliebri specie apparentes vir sanctus depulerit. Cap. 11.

NOcte igitur exacta, cùm lux aurea syluarum illustraret opara, diaconus ait: Pater mi, quid facturi sumus hodiè? At ille respondit: Obsecro te fili, nè molestè feras quod dico: Quia Dominus nos fecit, quod quæsiuimus, inuenire, in eum diem in hoc loco ducamus. Tolle rete, & ad gurgitem vade: ego quoque post te quantocyùs ibo. Forsan Dominus solitam nobis largitatè ostédet, vt regredientes ad castrû, offeramus patri nostro presbytero de hoc loco benedictionem, quam Dominus nos inuenire donauit. Diaconus respondit: Gratû habeo, quod præcipis, pater. Et surgens citò cum inuocatione nominis Domini, assumpto retiaculo, pertexit ad fluuiû. Cumque illud in gurgitem mittere voluisset, duo dęmones in effigie mulierum steterunt in littore, itâ nudati, quasi balneû intrare voluissent. Et cû turpitudinem sui corporis illi obiicerent, tollêtes lapides, iactauerunt contra eû, & dixerunt: Tu induxisti virum istum in hanc eremum, virum iniquû & inuidia plenum, qui suis maleficijs semper nos vincere consueuit. Ille autem reuersus ad virum Dei, indicauit illi quæ viderat & audierat. Electus Dei bellator pariter cum diacono prostrauit se, & huiusmodi verbis Dominum deprecatus est: Deus omnipotens, Ineffabilis bonitas, inestimabilis maiestas, secûdum misericordiam tuam, nô secundû merita mea, audito placido has suscipe preces. Iube hos dęmones hûc locum deserere, & vtì sanctificatus in honore nominis tui. Surgentes ab oratione, venerunt ad gurgitem, & continuò dæmones in fugam conuersi, ierunt per decursum fluuioli côtra proximû montê. Sanctus verò Gallus dixit illis: Præcipio vobis, phâtasmata, per immésę potentiâ Trinitatis, vt hûc locû deserêtes, in môtes desertos eatis, & huc reuertêdi viterius nô habeatis fiduciâ. Deinde mittêtes in gurgitê rete, ceperût pisces quâtos volebâ: & dû pisces de maculis lini absoluût, audiunt in sûmitate môtis voces quasi duarû mulierû defunctos plangentium, et dicebât adinuicê: Heu quid faciemus, aut quó pergemus? Peregrinus hic inter homines nos habitare nô finit, in eremo quoq; manere nô patit. Nô solûm autê tunc hæ voces auditæ sunt, verûetiâ postmodû tribus vicibus, dû ipse diaconus saltû accipitres ad capiêdos intrauisset, audiuit dæmonia de quodam môte, qui Himilioberg dicitur, clamâtia, & vtrû adhuc Gallus esset in eremo, sciscitâtia, vel si iâ discessisset.

Impudentissimi dæmones nudas fœminas repræsentant.

S. Gallus profligat eos.

Dæmones inter se cõqueruntur à viro Dei se repulsos.

Vt locum eremi elegerit, & serpentes indè aufugerint. Cap. 12.

IGitur post discessum dęmonum, dum fideles illi eremi dilectores vallem lustrarêt, videntes inter duos fluuiolos multa desiderabilia, syluam speciosam, môtes per gyrû, planitiem in medio, probauerût locû ad ędificandû Cellam optimû esse. Et recordatus vir sanctus sententiæ, quâ Iacob post visionem scalæ & angelorum ascendentium & descendentium per eam protulit, dixit: Verè Dominus est in loco isto. Erat autem vsq; ad illud tempus in eadê valle plurima serpentium multitudo. Porrò ex illa die tam pleniter abscesserunt, vt posteâ ibi non côparerent. Congruit hoc miraculum cum prioribus. Nâ diabolo indè expulso, dignû erat, vt animal, per quod hoiem deceperat, habitationi cederet sâctitatis.

Gen. 28.

Serpentes fugiunt S. Gallû.

Vt locum eundem ieiunio dedicauerit, & mortem Gaudentij Episcopi cognoscens, pro anima eius orauerit. Cap. 13.

CVmque reuersi fuissent ad locum primę statio nis, vbi pridê vir Dei Crociculâ defixerat, diaconus dixit ad eum: Sumentes peram & rete, regrediamur ad castrum. & ille: Tu, inquit, fili, vt placet, ad propria reuertere: ego verò his in locis aliquantispèr moratus, post triduum, Domino duce, te subsequar. Diaconus dixit: Nequaquam te absente remeabo ad patrem nostrum, nè fortè dicat te propter spolia à me interêptum: vel si homicidium negare voluero, hęc mihi obijciat: Cur illum dimisisti in solitudine? citò reuersus, educ eum ad me. Et erunt mihi duo pariter, labor duplicatus, & manifesta confusio. Ad hæc vir sanctus respondit: Vade fili: ego post vestigia tua quantocyus properabo. Quo abeunte, athleta Dei toto triduo ab omni victus adiumento corporei, ieiunus permansit: vt videlicet locum, quem spirituali militiæ prouidebat, parsimoniæ consecraret initiis. Quarto itaque die eremo digrediens, domum reuisit: presbyteri, & interamicę salutationis officia, gratias Deo pro omnibus bonis, quæ ei ostendit, cum debita laude persoluit. Presbyter autem suscipiens illum cum gaudio, iussit mensam apponi: & cùm consedissent, benedicentes Deum, cum gratiarû actione cibum sumpserunt, & inter prâdendum diaconus dicit presbytero: Si vrsus adesset, fortassis Gallus porrexisset illi benedictionem. Interrogantiq; vnde huiusmodi verba proferret, narrauit omnia, quæ gesta erant in eremo. Ex illo die & deincèps habuerût eû sicut prophetâ & vtrû sanctum, quotidiè meritorum eius magnitudinem per vitæ illius asperitatem & virtutum studia metientes. Illis commanentibus, nuncius venit ad presbyterum, indicans Constantiensem Episcopum, Gaudentium nomine, de hac vita migrasse. Hoc audito, vnanimo feruore pro requie defuncti pastoris precibus & lachrymis institerunt.

S. Gallus triduana inedia se afficit.

Gaudêtij Episcopi Côstantiêsis obitus.

A Duce accitus, non vult venire: sed abiens in Rhetiam, à Iohâne diacono officiosè excipitur. Cap. 14.

SEptima post hæc die Gunzonis Ducis epistola venit ad presbyterum, præcipiens illi, vt die duodecimo ad Iburningas villam veniret, & virum Dei secum adduceret. Nam filiam eius, nomine Fridiburgam, quæ illi erat vnica, singulari pulchritudine fulgens, spiritus inuasit malignus, à quo dum diversis torqueretur molestiis, penè continuam tolerauit inediam: & sępius terræ prostrata, inter spumas horribilis miserabili volutabatur insania, adeò vt vix quatuor virorum teneri posset instantia. Post triginta autem dierum circulum, ex quo ei hoc accidit, cœpit ille habitator malignus per eâ ditas emittere voces. Hanc ob causam pater eius nuncios misit ad Regem Sigebertum, Theodorici filium, qui eâ habuit desponsatam, vt ei nunciarent, quicquid circa puellam agebatur. Rex verò cum omni festina-

Fridiburga Gûzonis Ducis filia grauiter a dæmonio torquetur.

tione misit duos pontifices, de quorum meritis potissimùm præsumebat, cum donis regiis ad puellam vt eam medicamine orationum à furoris vesani lãguore sanarent. Igitur Vuillimarus presbyter, volens tempore per epistolam definito ad Ducem venire, dixit beatissimo Gallo: Scis ducis mandatum? eamus ad illum. Et ille: Tuum est, inquit, hoc iter, non meum. Tu ergò proficiscere. Quid mihi cum principibus seculi? nam in eremum, vnde exiui, reuertar. Noli, ait, ità agere, sed perge mecum, ne fortè Dux, qui in vexatione filiæ nimiùm contristatur, ita commotus mittat satellites, teq; vinctum illuc faciat perduci. Vir Deo plenus, respondit: Vadam priùs ad Cellulam meam, vt prouideam vtilitatem & necessaria fratrum, qui ibi sunt Domino seruituri. Hoc idcircò dixit, nè ad principem iret. Et cõsurgens, ad electæ pridèm habitationis locum miles Domini tendebat egregius. Sequenti die fratribus, qui secum erant, interdixit, nè quis eorum cuipiam quò pergeret, indicaret. Sed etsi curiosius interrogati fuissent à quoquam, iussit vt eum per epistolam magistri sui Italiam dicerent inuitatum. His dictis, sumens secum duos de discipulis suis, per solitudinem Rhetiam Curiensem commeauit. Cumque proximum montem transcenderent, venerũt in eremum, quæ Sennia nominatur. Indeque ad proximũ vicum, qui dicitur Quaradanes, digressi, repererũt ibi Iohannem diaconum, virum iustum & Deum timentem. Isque recepit eos hospitio, & omni fouit humanitatis obsequio. Finxerunt enim se delongè tunc venisse, & apud eum manserunt septem diebus.

S. Gallus non vult ire ad Ducem Gunzonem.

Iohannes diaconus eũ accepit hospitio.

Vt Dux miserit presbyterum, qui sanctum Gallum adduceret, & vt duo Episcopi non potuerint eius curare filiam. Cap. 15.

POrrò cùm sæpedictus presbyter, hospes sanctorum, audisset virum Dei de Cellula discessisse, nauem conscendens, ad Ducem transfretauit, & quæ circa hominem Dei facta fuerant, indicauit. Dux verò vt citò reuerteretur, illi imperauit, & missis post virum Dei legatis, eum aduenire deuotè rogarent. & adiiciens: Si enim, inquit, per eius orationes filiam meam Dominus à dæmonio liberauerit, dabo illi pontificatum Constantiensis ecclesię, & insupèr eum copiosis præmiorum muneribus honorabo. Ille promittẽs se ut iubebatur acturum, sicubi eũ qui desiderabatur, inuenire potuisset, ratem petens, ad propria remeauit. Intereà pontifices à Rege transmissi, venerunt, & inuenerunt ipsam quidem puellã nimio laborantem furore, parentes autem eius, omnemq; familiam & propinquos flentes super eam, & miserabili mœrore depressos. Tota enim domus vna clade cõtabuit. Puella vexabatur insania, cæteri torquebâtur tristitia. Postquàm ergò ingressi põtifices, munera à Rege directa præsentarunt, preces in cõspectu puellæ fuderunt ad Dominum. Illa verò tenẽtium manibus se excutiens, vni eorum gladium abstulit, volens Episcopos interficere: & cùm id nõ posset efficere, spiritus immundus vni eorum dixit: Si volueras me, sicut Regi promisisti, de hoc vasculo propulsare, cur filiam tuam, quam nonna illa de te cõcepit & genuit, non fecisti tecum venire? Deindè ad alterum: Et tu, inquit, cum tribus fœminis fornicationẽ commisisti. Vestro quidem imperio, quod nullo sanctitatis merito roboratur, nunquàm egrediar. Est verò quidam vir magnæ apud omnipotentem Deum virtutis, nomine Gallus, qui me de Tucconia, vbi diù optata quiete potitus sum, potenter eiecit, domosq; meas audèter destruxit. Postmodũ inueniẽs me apud Brigãtiũ cõmorantẽ, eadẽ virtute exhęredauit. Porrò quia Dux iste eum de eodẽ expulit loco, in vltionẽ eius iniuriæ puellã istã arripui: de qua possessione nisi ipse aduenerit, nullatenus amouebor. Vnus deindè põtificũ dedit furẽti alapã, dicẽs: Obmutesce satana, desertor veritatis, falsitatis amator & auctor. Putauit enim eũ de gallinacio dicere gallo. Et dum spiritus nequam pluribus eos verborum iniuriis affecisset, manserũt ibi tribus tantũ diebus: ac deindè ad sua reuersi nunciauerũt oĩa, quę gesta fuerãt, Regi.

Dux audita S. Galli sanctitate, iterum eum ad se vocat.

Procax dæmon ex obsessa insultat Episcopis duobus.

En vt Deus vlciscitur iniurias seruorũ suorum.

Vt vir Dei per presbyterum sit adductus ad Gunzonem Ducem. Cap. 16.

PResbyter verò cùm secundùm iussionem Ducis, virum Dei fuisset euestigiò prosecutus, reperit eum in spelunca, animum suum lectionis cõsolatione pascẽtem: & accedens, salutauit humiliter, & dixit ad eum: Nè timeas serue Dei ad Ducem venire. Sub testificatione enim iurisiurandi promisit, se nullam tibi irrogaturum iniuriam. Sed & cùm posueris manum tuam super caput puellæ, si ab ea per orationes tuas spiritus immundus abscesserit, in sede Constantiensi pontificatus te sublimabit honore. Dum de huiuscemodi colloquium rebus haberẽt, superueniens Iohannes diaconus, secundùm consuetudinem obtulit ei panes azymos & laguneulam vini, oleum & butyrum, & mel in vasculis cũ piscibus assis. Vir Dei cùm eũ venire cognouisset, gratias egit Deo, gaudio plenus. Discubueruntque tres conuiuæ fidissimè, & cum gratiarum actione dona Domini perceperunt. Inter hæc vir sanctus presbytero, Duc, ait, nobiscum noctem instãtem, & crastina die tecũ, Domino volente, proficiscar. Cumque huic consensum persuasioni præbuisset, ad virum Dei diaconus dixit: Manè primo diluculo huc veniam, & adducã mulum meum stratum, vt simul ire possitis. Ego verò custos ero speluncæ, & eam cura diligenti custodiam. Sanctus Gallus respondit: Benè dixisti fili: & ego quidem via, qua veneram, per eremum regrediar ad cellulam meam, & visitabo fratres: postmodum verò, quàm citissimè potuero, ad castrum properabo. Presbyter ergò adiuratione valida constrinxit eum, vt nequaquàm faceret contraria dictis. Et abscesserunt pariter. Iohannes quoquè, accepta benedictione, rediit in domum suam. Cumque vir beatus recto itinere peruenisset ad cellulam, requieuit ibi nocte illa cum fratribus. Manè autem sequenti, sumptis secum duobus fratribus, pertexit ad castrũ, reperitq; inibi cum presbytero Ducis missum, qui eos eum omni festinatione ire deposceret: qui etiã indicauit puellam cõtinuato iam triduo sine alimonia perdurare. At illi nauicula conscensa, totis viribus ire festinantes, ligno natatili profundi terga sulcante, nocte proxima peruenerunt ad Ducem.

Sẽper cũ gratiarũ actione sumẽdus est cibus, quod nostri Epicurei parũ curãt.

S. Gallus venit ad Ducem.

Vt filiam Ducis à Dæmone liberarit. Cap. 17.

CVmque deuictis profundæ noctis tenebris sol terris iucunditate serenum restitueret diem, iussit eos Dux venire in cubiculum, in quo arreptitia seruabatur. Iacebat antè tunc in sinu matris suæ oculis clausis, ore hianti. Membra quoquè eius ità erant disiecta, vt quasi mortua videretur. Fœtor verò tam grauis oris prorupit ex adyto, vt sulphure locus ipse adspersus putaretur. Pater itaque cum domesticis suis intrauit, vt videret, quid vir Dei esset acturus. Ille de Domini largitate certissimus, humiliter se prosternens, has preces Domino cũ lachrymis

Oratio eius ad Dominum.

chrymis fudit: Domine Iesu Christe, qui pro salute humani generis carnem sumere, & per Virginem nasci dignatus es: qui ventis & mari imperasti, diabolum etiam, calliditatis suæ fraudibus insistentem, retrò ire iussisti, quique passione tua mundum redimere, & libertati restituere dignatus es, iube hunc immundissimum spiritum de puella hac pro tui gloria nominis exire: vt plasma tuum superbus inuasor deserat, & tibi creatori suo creatura tua gaudens deseruiat. Et cùm surrexisset ab oratione, apprehensa dextera eius, alleuauit eam: spiritus enim malignus conturbauerat eam: & imposita manu super caput eius, dixit: Impero tibi in nomine Domini nostri Iesu Christi spiritus immunde, vt exeas & recedas ab hoc plasmate Dei. Et cùm hęc dixisset, aperiens illa oculos, respexit in eum, & spiritus malignus his verbis eum allocutus est: Tu'ne es, ait, Gallus, qui de habitationibus me expulisti prioribus? Ego planè ob vltionem iniuriæ, quã Dux iste tibi & sociis tuis irrogauit, filiã ipsius inuasi, & sic eiicis me? Si hinc exiero, quò vadam? Illuc, ait, vbi tibi paratur in abysso supplicium sempiternum à Domino. Et statim videntibus, qui aderãt, exiuit de ore puellę quasi auis nigerrima, & horrore terribilis. Hora eadem sana surrexit, & a viro Dei gaudẽs gaudẽti reddita est matri.

Margin: Pro libera tione obsessæ. Matt. 8. Matt. 4. — Liberatà dæmone filiã Ducis.

Vt Episcopatũ recusarit, pauperib' dona Ducis elargi sus sit, & discipulũ ad eleemosynã hortatus. Ca. 18.

HIs ità patratis, Dux iussit ei offerri dona, quæ Rex puellæ transmiserat, & insupèr vt apicẽ pontificatus gradus dignaretur assumere, postulauit. Ad quod vir beatus ità respondit: Viuente domino & patre meo Columbano, interdictum altaris officiũ non vsurpabo, nisi ab illo permissus. Quare huius regiminis pondus, quod offers, subire non possum. Quòd si hoc indubitanter fieri cupis, sustine interim, donec mittam epistolam ad Abbatem meum, ad insinuandam illi voluntatem tuam: & si eius permissum cognouero, tunc demùm oblatum curæ pastoralis onus suscipiam. Et Dux ad illum: Bene, inquit, dixisti: fiat secundum verbum tuum: & dimisit eum cum pace. Ille sumptis, quæ donata fuerant, remigando pelagus superauit: Dux autem sanctitatis eius tam manifesto compunctus indicio, iussit Arbonensi præfecto, vt cum omni plebis officio iret ad locum Cellæ, & quæcunque necessitas poposcisset ędificia, iuxta viri Dei dispositionem construeret. Venerabilis ergò pater post celeuma celebratum, cùm Arbonense castrum intraret, fecit conuenire omnes pauperes & egenos, & dona, quæ detulerat, illis distribuit. Hæc videns quidam discipulus eius, nomine Magnoaldus, dixit ad eum: Pater, habeo vas argenteum preciosum, celaturis insigne. Si vis, reseruabo illud, vt sacri vasa ministerij ex eo faciamus. Ille respondit: Fili, memor sententię beati Petri Apostoli, quam paralytico speranti pecuniã protulit, Argentum, inquiens, & aurum non est mihi: nè contrarius exemplo inueniaris salubri, vas, quod possides, pauperibus conferre curato. Nã præceptor meus beatissimus Colũbanus in vasis æneis Domino solet sacrificium offerre salutis: quia fertur & saluator noster clauis ęreis Cruci cõfixus. His omnibus expletis, reuersus est ad dilectę solitudinis aulã.

Margin: Recusat Constantiẽsem Episcopatum. — Munera Ducis elargitur pauperibus. — Act. 3.

Vt Iohannem diaconum ad se accitum, sacris literis erudierit. Cap. 19.

DEindè misit epistolam ad Iohannem diaconũ, rogans eum ad se venire. Qui cùm dilecti magistri literas accepisset, tulit quod pro benedictione offerre poterat, & venit ad eum: & oblatis eulogiis, salutauit patrem, & salutatione paterna est honoratus. Cui interroganti virum sanctum de prosperitate itineris eius, ille respondit: Diuina nos præueniente misericordia & subsequente, cuncta prosperè prouenerunt. Nam cum summa gratulatione suscepit nos princeps, & eripuit Deus filiam eius a dæmonio, & ipse dedit nobis dona non modica, & insuper obtulit mihi Episcopatus honorem. Egò verò non consensi suscipere ante præceptum Abbatis mei. Ergò fili acquiesce consiliis meis: esto mecum, & lege diuinæ libros scientiæ, & docebo te, cooperante gratia Dei, intelligentiam scripturarum. Cecidit autem diaconus ad pedes eius, gratias agens, fecitque redire in sua pueros, qui secum venerant: ipse verò remansit apud virum venerabilem. & ille cœpit eum introducere in cellaria scripturarum, ostendens ei noui & veteris occulta thesauri. Superna itaq; illustratus clemẽtia, tanti magisterii profecit instãtia, adeò vt in omni scripturæ diuinę latitudine nobiliter eruditus, laboris paterni fructus ostẽderit.

Margin: Iohannem Diaconũ ad se vocat. — Iohannem diaconum docet scripta diuina.

Vt Ducis filia eius virtutes Regi Sigeberto exponẽs, illius beneuolentiam ei conciliarit. Cap. 20.

SIgebertus igitur Rex cùm audisset puellæ redditam sanitatem, mandauit patri eius, vt eã suis conspectibus exhiberet. Qui sumens dona ingentia, & puerorum multitudinem ac puellarum, cum magno suorum comitatu duxit eam usque ad Rhenum: indeque per comites ad Regem transmisit. A quo dum gratanter suscepta fuisset, interrogata quomodò suæ remedium consecuta esset infirmitatis, cùm per pontifices ad hoc missos sanitati non potuisset restitui, hanc reddidit rationem: Domine mi, inquiens, est vir quidam in prouincia, quam huc ducta reliqui, cuiusdam incola solitudinis de gente Scotorum, nomine Gallus, tantæ apud Deum virtutis & meriti, vt aduersus dæmones singulari quadã vtatur potentia. Nam cúm ego ancilla tua graui vexatoris instantia periculosum vitæ nutantis finem penè subirem, rogante patre meo, idẽ vir Dei superuenit, & signo vexili salutaris me muniens, imperiosa voce iussit exire tirannum. Et videntibus cũctis, qui aderant, exiuit de meo ore quasi coruus colore piceus, horrore tartareus. Cumque sacrificii cælestis me pabulo confirmaret, pristinæ restituta sum sanitati. His ità relatis, puella procidẽs ad pedes Regis, Obsecro, ait, domine, vt virum ipsum tuæ gratiæ foueas lenitate, & pro me dignas illi gratiarũ actiones repẽdere non graueris. Interrogauit autẽ eã, in qua eremo vir mãsitaret eximius, & illa respõdit: In saltu, qui Arbonẽsi territorio adiacet, & est publici possessio iuris: situs autẽ inter Alpes Rhetiarũ & Brigantini marginẽ lacus. Rex igitur vt audiuit in publicis eũ cõmorari possessionibus, iussit fieri cõscriptionẽ firmitatis, vt vir sãctus locũ, quẽ incolebat, per authoritatẽ regiã obtineret. Auri quoq; libras duas, & argẽti pondo totidẽ cum epistola cõcessionis sãdictæ, per suos nuncios viro Dei destinauit, se sacris eius orationibus cõmendans attentiùs: Gũzoni autẽ Duci præcipiens, vt si solitudinis incola vellet, solatiorũ ei copiã ad ędificandã Cellã subministraret.

Margin: Nota q̃ magna sit vis signi sãctæ Crucis. — Sigebert rex quid dederit S. Gallo.

Vt consilio beati Galli eadem Ducis filia, repudiatis nuptijs Regis, sacrum velamen Rege assentiente, acceperit. Cap. 21.

NOn multis in medio reuolutis diebus, volẽs Rex idem puellã suis thalamis sociare, celebri

edicto sacerdotum & principum suorum senatum, nuptiarum præcepit facile solennitatis. Cumque stipatus agmine procerum, introisset vbi ipsa manebat, dixit illi: Ascendamus in palatium, nam nuptiæ paratæ sunt: sacerdotes & capita populorum cum benedictionibus congruis aduenerunt. Quibus illa auditis, cecidit ad pedes eius, dicens: Mi domine, quia præterita passio suo me pondere tabefecit, vires absorbuit valetudo contraria, membrorum officia ægritudine sunt resoluta: da mihi vel septem dierum inducias, vt aliquatenùs virium detrimenta recuperem, & sic tuis apposita aplicari conspectibus. Quam petitionem dum Rex piè susciperet, ad palatium remeauit, illa in priuato commorante cubiculo. Fiebat autem utroque in loco ingens apparatus lætitiæ, admirantibus multis, cur tandiù diui si, conuiuio distulissent connubia. Transactis interea septem diebus, circa matutinum officium puella cum duobus viris totidemque puellis ecclesiam beati Stephani protomartyris introiuit, & secedens post ianuas templi, exiuit se vestimentis regalibus, & habitum propositi sanctioris assumpsit, nescientibus hoc viris, qui pariter cum illa aduenerunt. Deposito ergo terrenæ dignitatis amictu, sanctimoniæ nitorem cum quodam sui secuta contemptu, accessit ad altare, & in faciem proruens, Dominum studiosiùs adorauit: ac deindè eùm se erigeret, cornu comprehendit altaris, & huiuscemodi voces emisit: Beate Stephane, qui sanguine tuo testimonium Christo perhibuisti, deprecationem meam tuis meritis Domino cõmendato, ut tua intercessione hodiè cor domini mei Regis conuertat secundum voluntatem meam, nè velamen, quod amore Dei suscepi, auferat de capite meo. Viri ergò, qui erant cum illa, hęc videntes, uenerunt ad Regem, & nunciauerunt ei, quæ facta fuerant. Et ille aduocans sacerdotes & quosdã principes suos, cœpit inquirere ab eis, quid super hac re faciendum censerent. Cyprianus Arelatensis Regi respondit: Quia, vt liquidò claret, puella hæc cùm à dæmonio erueretur, hoc se voto, quod perfecisse videtur, constrinxit, cauendum tibi est, nè fortè si irritum feceris votum eius, redi uiuo dæmonum comprimatur incursu, & fint illi nouissima peiora prioribus, tu verò tanti criminis reatum incurras. Rex ergò iustitiæ tenax, & timore Domini plenus, huic consilio deuotæ mentis pandit assensum: & ingressus ecclesiam, fecit afferri vestem nuptiis præparatam, & coronam sponsæ nitoribus imponendam. His allatis, dum puellam ad se iussisset accedere, sponsa Dei iam Agni comitatibus hærens, auelli non potuit ab altari: quia se timebat de ecclesia protrahendam. Cumque instantius aræ cornibus inhæreret, Rex eam, nè rimeret, admonuit: Hodiè, inquiens, per omnia tuæ voluntatis videbis effectum. Porrò illa inter spem & metum posita, caput super altare reclinans, Eccè, ait, ancilla Domini: fiet mihi secundum voluntatem eius. Rex verò iussit sacerdotibus, vt eleuarent eam, & ad se perducerent. Quo facto, induta est, illo iubente, veste regali, & sacro velamine coronata. Intuitus autẽ eam Rex religiosus, dixit illi: Eccè meis te nuptiis præparatam, sponsi cælestis, Domini nostri videlicet Iesu Christi cedo complexibus. & dexteram eius cõprehendens, posuit in altari, deindè ecclesiæ limen excedens, lachrymis abscõditum patefecit amorem. Post hæc vocauit eam, & iuxta se fecit in palatio residere, & donis ingentibus honoratam, prætulit monasterio ancillarum Dei, quod in honore beati Petri principis Apostolorum constructum est in Metensium ciuitate, vbi gesta sunt vniuersa, quæ proxima narratione retulimus. In his autem omnibus perficiendis secuta est puella consiliũ beatissimi Galli, qui eam, Domino auxiliante, a dæmonio liberauit.

Spõsa Regis Sigeberti petit sibi dari nuptiarũ inducias.

Insigne exẽplũ pudicitiæ & contẽptus bonorum mundi;

Religiosi regis preclarũ exẽplum.

Aduertere tam hoc, ô Christo sacratas Virgines hortatur ad nuptias

Quantum ex beati Galli doctrina & exemplis Iohãnes diaconus triennio profecerit. Cap. 22.

PEr idem tempus Iohannes diaconus perseuerãs apud venerandum patrem, prudentiam, quæ in eo cælitus abundabat, studio sitienti potauit, in absolutione duorũ difficilium scripturæ diuinæ quæstionum, & intemeratæ fidei ratione. Operis quoque quotidiani, quod idem egregius Apostolicæ districtionis imitator sedula accelerarat in stantia, non solùm dilexit scientiam, verumetiam comprehendit. Gratia enim illustratus diuina, quic quid uel visu uel auditu percepit, altæ memoriæ, &, vt ità dixerim, armario cordis celer inseruit: & sub huius magisterij disciplina, cum omni mansuetudinis & humilitatis custodia, triennium duxit.

Iohãnes diaconus quãtum profecerit apud S. Gallum.

Vt beatus Gallus Episcopatum Constantiensem recusarit. Cap. 23.

POst hæc Dux sæpè iam dictus, per epistolam suã virum Dei rogauit, vt ad Constantiam oppidũ perueniret, ad eligendum qui eidem sedi præficeretur, antistitem. Aduocauit autem Augustudunensem & Virdunensem Episcopos cum multitudine clericorum.* Nemidone etiam, quæ à modernis Spira vocatur, venire fecit Episcopum: necnon per nũcios & epistolas suas totius Alemanniæ presbyteros, diaconos, vniuersasque clericorum copias, generaliter die denominata, idest, proxima Paschæ Dominica, apud Constantiam conuenire præcepit. Ipse quoque cum principibus & comitibus suis huic intererat conuentui. Cumq́ue hæc synodus tãtæ multitudinis celebraretur accessu, & trium spatio dierum ciaretur futura dierum, beatissimus Gallus, diuino plenus consilio, assumptis Iohanne & Magnoaldo, diaconatus officio sublimatis, perrexit ad oppidum: ingressoq́ue eo locum concilij, Dux huiusmodi verba profudit: Deus omnipotens, cuius prouidentia totum corpus Ecclesiæ augmentatur & regitur per interuentionem & meritum beatæ Mariæ semper virginis, in cuius honore locus iste consecratus est, effundat hodiè super nos spiritum sanctum ad eligendum pontificem, qui ad regendam plebem fidelium sit idoneus, & ad gubernandam Ecclesiam Dei pastorali sit diligentia plenus. Admonuit deindè pontifices & omnem clerum, vt iusta saluberrima canonum decreta, rectorem Ecclesiæ prouiderent. Cœperunt autem omnes Clerici adinuicẽm dicere: Gallus iste testimonium habet bonum ab omnibus, qui eius vitam nouerunt. In scripturis diuinis scientiæ culmen obtinuit, & in omni vitæ honestate sapientiæ luce refulget; iustitiæ autem vitæ, castitatem corporis sociauit, mansuetudinem cum humilitate possedit: continentiæ verò salutari patientiam iunxit. Largitor est eleemosynarum, orphanorum pater, in viduarum solatiis alacer. Hunc omnium sectatorem virtutum decet esse pastorem populorum. His audi tis, Dux dixit ad illum: Audis, quid isti loquuntur & affirmant? Sanctus pater respondit: Benè quidẽ dicunt: vtinam uerum esset, quod fatentur. Cum autẽ inuicem talia tractant, nesciũt in canonibus esse prohibitum, ne aliqui de locis suis commigrantes, aliis facile ordinentur in locis. Est uerò meecum diaconus quidam nomine Iohannes, uicinorũ indigena locorum, cui meritò testimoniũ, quod isti mihi dederũt, potest aptari. Hunc diuino credens electum iudicio, uobis offero, promouendum,

for • Nemetum

S. Gallus vocatus, it ad synodũ Cõstantiensem.

Dux hortatur Episcopos & Clerum, vt iuxta Canonum decreta eligant antistitem.

S. Gallus electioni sui trans ferri in alium.

Vt Io-

Vt Iohannes creatus sit Episcopus Constantiensis. Cap. 24.

Cumque hac attestatione vir sanctissimus in Iohannem cunctorum concitaret amorem, (neque enim aliud de illo credere poterat, quàm quod vir Deo charus asseruit) Dua diaconum venire fecit in medium: Tu es, inquiens, Iohannes diaconus? Et respondit: Ego planè. Vndè, ait, duceris propaginem generis? Et dixit: In Rhetia Curiensi mediocri natalium dignitate sum procreatus. Dux verò ad illum: Potèsne, inquit, pontificalis infulæ pondus subire? Tunc venerabilis Gallus se pro filio cesponsurum promisit. Eodem hęc mutuo sermonum commercio pertractarent, subtraxit se diaconus, & fugiens, latibulum quæsiuit in ecclesia sancti Stephani martyris, quæ est extra oppidum. Secuti sunt autem sacerdotes cum plebe, & apprehensum lachrymis perfusum felicibus, licèt renitentem, in præsentiam pontificum pertraxerunt & Ducis: leuauerunt omnes pariter vocem, dicentes: Iohannem elegit sibi Dominus pontificem hodiè. & respondit omnis populus, Amen: Episcopi itaq; duxerunt eum ad altare, & solenni benedictionis officio ordinauerunt antistitem. Consummatoque sacræ promotionis ministerio, rogauerunt eum sacrificij salutaris celebrare mysteria. Præmissis ergò ex more diuinæ libationis initiis, post lectionem Euangelii rogauerunt venerabilem Gallum, vt multitudini, quę aderat, verbi officio sacrę instructionis pabulum ministraret. Qui assumpto Iohanne Episcopo, gradum adscendit, eo videlicet pacto, vt ipse quidem ædificationis instrumenta colligeret, Episcopus verò ad vtilitatem barbarorū benè prolata interpretādo trāsfunderet. Cœpit ergò verbum facere deinitio creaturarū, & Adæ peccatum, pro quo depulsus est de paradiso, commemorare. Transiens indè ad diluuium, patriarcharum cōsequenter tempora perstrinxit & actus. Egressum quoque filiorum Israel de Aegypto, & transitum per mare rubrum, legisque lationem per Moysen, & cælestis alimenti miracula replicauit. Regum deindè successiones & tempora prophetarū breuiter attingens, aduentus Dominici tempus retexuit. Baptismum etiam Saluatoris, & mirabilium eius gloriam commemorans, Crucis ignominiam cum impiis insectationum generibus veraci relatione subiunxit. Hæc audientes Ecclesię pastores, cum populi multitudine lachrymas fuderunt vberrimas, & adinuicē dixerunt: Verè spiritus sanctus locutus est hodiè per os viri istius. Ille verò prædicationem perduxit vsq; ad resurrectionem Christi, & in commemoratione generalis iudicii terminauit. Omnes ergò, qui aderant, alacri mentis exultatione repleti, benedicebant Dominum, & ad sua cum gaudio remeabant. Doctor itaque venerabilis manēs apud Iohannem Episcopū septem diebus, inter multa salutiferę consolationis verba, hæc sepiùs inculcauit: Quem Deus elegit, homo non despiciet: sed erit omnium veneratione sublimis, quem diuinum cōmendat iudicium. Deindè accepta ab eo benedictione, reuersus est ad Cellulā suam. Episcopus autem misit his, qui rebus Episcopii præerant, vt ad virum Dei eum sibi subiectis venirent, & eius obtemperarent iussioni. Post hæc tanto studio charitas mutua seruabatur vtrinque, vt spiritalis glutino clientelæ sibi semper cohærentes, solo corpore viderentur diuisi. Magister paterna sollicitudine, precibus & consilio salutari matheten refouebat: ille verò paterno honore & omni necessitatum subsidio didascalum subleuabat. Sicque sacra piorum societas aucto crescebat honore, & multiplicato commendabatur amore.

Iohannes diaconus abscondit se, ne fiat Episcopus.

Creatur Iohan.

S. Gallus erudit populum sa lutaribus doctrinis, interprete Iohanne Episcopo.

S. Gallus redit ad Cellā suā.

Matheres discipul⁹: Didascal⁹ præceptor.

Vt mortem S. Columbani S. Gallus & reuelatione, & ex nunciis cognouerit. Cap. 25.

Tempore subsequenti cœpit virtutum cultor eximius oratorium construere, mansiūculis per gyrum dispositis ad commanendum fratribus, quorum iam duodecim monasticæ sanctitate propositi roboratos, doctrina & exemplis ad æternorum desideria concitauit. Quadam itaque die, dum post laborem matutinalis officii quiescendi gratia lectos suos reuiserent, primo diluculo vir Dei vocauit Magnoaldum diaconum suum, dicens illi: Instrue sacrę oblationis ministerium, vt possim diuina fine dilatione celebrare mysteria. Et ille: Num, inquit, tu pater, Missam celebrabis? Dixit ergò ad illum: Post huius vigilias noctis cognoui per visionem dominū & patrem meum Columbanum de huius vitę angustiis hodiè ad paradisi gaudia commigrasse: Pro cuius itaque requie sacrificium salutis debeo immolare. Et signo pulsato, oratorium ingressi, prostrauerunt se in orationem, & cœperunt Missas agere, & precibus insistere pro commemoratione beati Columbani. Finito sacræ deuotionis officio, venerabilis Gallus dixit ad Magnoaldum diaconum: Fili, non tibi graue videatur petitionis meæ pondus: sed arripe viam, & Italiam petito, pertransiensque vsque ad monasterium, quod Bobium nominatur, diligenter perquirito, quid actum sit circa Abbatem meum. Nota ergò diem & horam, vt si eum compereris esse defunctum, possis agnoscere, vtrum visio mea veritatis fulciatur effectu. Hæc ergò omnia solicita inuestigatione perdiscens, regressus nunciabis mihi. Diaconus ad pedes magistri prouolutus, ignotum sibi iter esse conquestus est: sed vir beatus voce blanda eum, nè timeret, admonuit; Perge, inquiens, & Dominus diriget gressus tuos. Hac consolatione roboratus pii doctoris alumnus, præcepto paruit, & accepto benedictionis viatico, viam festinanter aggressus est. Cumque peruenisset ad monasteriū, vt volebat, inuenit omnia ità cōtigisse, sicut patri suo per visionem fuerant reuelata. Mā sit autē ibi vna nocte, & accepit à fratribus epistolā ad beatū Gallum, continentē venerādi transitū Columbani. Qui & baculum ipsius, quem vulgò cambotam vocant, per manū diaconi transmiserunt, dicentes sanctū Abbatem ante trāsitum suum iussisse, ut per hoc notissimum pignus Gallus absolueretur. Dimissus autē ab illis, iter accelerauit, & prosperè in omnibus agēs die octaua peruenit ad dominum suum & patrē, tereus epistolam relationis, & absolutionis iudicium. Lecta epistola Sanctus Gallus charissimi patris amorem pleno retinēs corde, lachrymas profudit vberrimas, & collectis fratribus, causas mœroris aperuit. Deindè tanti patris memoriam precibus sacris & sacrificiis salutaribus frequentarunt.

S. Gallus condit monasteriū.

Decessus S. Columbani reuelatur S. Gallo.

Bobiū, monasteriū S. Columbani.

Baculus S. Columbani Gallo Abbati mittitur, in signum absolutionis.

Miraculū, tabulæ cuiusdā incremēto declaratū. C. 26

Contigit autem quadam die, dum in construendo oratorio cum fratribus laboraret, vt tabula quędam parieti imponenda, breuior cæteris mensura palmorum quatuor appareret. Quam dum eius dem operis artifices vellent abiicere, beatus Gallus virtutis, quam in Domino habebat, sibi conscius, iussit eos ab opere disiungere, & domum ad percipiendam secum refectionem, quam Dominus præparauit, intrare. Quibus secundum iussionem eius facientibus, benedictum panem manu sua porrexit. Post prandium autem, cùm omnes opus repeterent imperfectum, inuenerūt tabulam, quā propter sui breuitatē pridē abiicere voluerunt, cæteris omnibus longiorē mensura dimidii pedis: & admiratione

Affer S. Galli precibus diuinitus fit lōgior.

de eo, quod enenerat, habita, lignum quod mirabili creuerat modo, in loco suo parieti aptauerunt, Quod ipsum longo deinceps tempore à fidelibus expetitum, Domino faciente, dentium doloribus efficaciter medebatur, præter antiqui continuo memorationem miraculi, nouis semper effectibus honorandum. In quo facto meritorum eius magnitudinem, & orationis possumus pensare virtutem: quia & lignum aridum contra naturam incrementis auctum est, & nè vetus aboleretur miraculum, rediui ua signorum attestatione semper est repetitum,

Nota hæc miracula.

Sanctus Gallus non vult esse Abbas Luxouiensis, & de piscibus alysq; reb⁹, quibus fratres refecit. Ca. 27.

POst hæc Abba monasterij, quod Luxoulum dicitur, nomine Eustachius, quem bonæ memoriæ Columbanus eidem loco præfecit, ab huius exilio vitæ ad supernam patriam commigrauit, Fratres ergò in eodem cœnobio constituti, consilium inierunt, vt venerabilem Gallum reuocarent, & eius regimini se subdendo contraderent. Miserunt itaque sex fratres ex his, qui ab Hybernia venerunt, qui epistolam ferrent continentem causas eiusdem legationis. Igitur illi recto itinere cùm ad viri Dei Cellam peruenissent, nunciati aduenisse, ducti sunt ad orationem. Qua expleta, domum ingressi, porrexerūt epistolam. Quam vt vir Dei sanctus perlegit, dixit illis: Ego quidem, ò fratres, verba prophetæ cupiēs imitari dicentis, Extraneus factus sum fratribus meis & peregrinus filijs matris meæ: deserui notos meos & propinquos, & vt liberiùs Domino possem vacare, solitudinis elegi secreta: vtque parentum & prædiorum dimissionem prætereā, Episcopatus honorē & diuitias mundi suscipere non consensi. Et quo pacto post hanc renunciationem & voluntariam paupertatem, seculi implicabor negocijs, exaltabor honoribus ponderibus aggrauabor? Absit, inquam, vt qui manum in aratrum misi, oculos ad relicta retorqueam, & sicut canis reuertar ad vomitum. Scitis ipsi, me inter vos positum humilitati semper dedisse operam & subiectioni: quomodò creditis ad tanti culminis me prouocari posse fastigium? Innouate cōsilia, aliorsū vos vertite: mihi quod animo semel infixum est, Dominus immutari non sinet. His & similibus verbis animos eorum ab spe impetrationis huius amouit. Vocauit deindè vnum è fratribus, & eū interrogauit, quid essent tempore refectionis sumpturi. Cùmque responsum esset, tantummodò sextarium farinæ ad vsum haberi cunctorū, iussit fieri panes, dicens: Potens est Deus parare mensam in deserto. Et cùm fecisset olera colligi, ipse sumptis rete & vnum ex discipulis suis cum fratribus, qui superuenerant, iuit ad gurgitem, dicens: Videamus, vtrùm misericors Dominus aliquos nostris velit necessitatibus largiri pisciculos. Cùmque peruenissent ad gurgitem, viderunt piscem magnum in aquæ collectione natantem, duosque illum insequi lutras, quasi capere fugientem volentes. Immisso reti, captum eum traxerunt ad litus. Habebat autem in longitudine palmos duodecim, in latitudine quatuor. Quo facto, lutræ se profundis immergunt: imposito rursùm reti, cùm piscatores sancti Piscium latebras pulsādo inquietarēt, iteratò lutræ apparuerunt, piscium tantam multitudinem propellentes in rete, vt id sua pluralitate per loca disrumperent. Præda itaque ad litus perducta, vir discretione plenissimus, quosdam pisces, aduenientibus qui aderant, rursùs in aquam proiecit, & fratribus dixit: Hodiè propter aduentum vestrum, mirabilem suæ largitatis euidentiam Dominus manifestare dignatus est. Illi econtra, meritis eius, quod factum fuerat imputantes, eo alacriter præeunte, domum redierunt. Et ecce iuxta introitum Cellulæ uir unus apparuit, ferens duos utres uino plenos, & ternos fartoræ modios, ob suæ deuotionis indicium. Quibus cum gratiarum actione susceptis, cibum sumpserunt: & post corporis refectionem, spiritalis colloquii dapibus animas suas pascere studuerunt. Detinuit autem eos beatus Gallus aliquantis secum diebus, & charitatis intuitu omni humanitatis fouit obsequio. Narrauit quoquè de communi patre, beato uidelicet Columbano, quod certa relatione didicerat. Deindè osculo pacis oblato, dimisit eos: & illi benedictione tanti patris armati, ad sua remearunt.

Abbatis Eustachij obitus.

Psal. 68.

Exemplū boni monachi.

Noluit esse Abbas Luxouiensis.

Capitinget piscē.

Vide diui nam prouidentiā.

Vt vir sanctus apud Arbonam migrarit ad Dominum. Cap. 28.

NEc multò post, eùm iam bonorum omnium author & propagator athletam suum de mundi agone sublatum, præmiorum laureis uellet perennibus adornare, Vuillimarus presbyter veniens ad Cellam viri sancti, rogauit eum, vt secum egrederetur ad castrum. Et vt obtineret quod voluit, huiusmodi voce flebili querimoniam submissus explicuit: Cur, inquiens, ò pater, me, qui tuorum monitis eictorum innitor, quasi despectum dereliquisti, & doctrinę tuę salutaribus institutis auditorem fraudasti beneuolum? Cui hanc obiectionem adscribere possum, nisi peccatorum meorum fœtoribus? Nisi enim vita mea tuo displiceret iudicio, amabili me ædificationis tuæ non priuares solatio. Nunc ergò noli nos pro peccatis nostris abiicere: sed Domini prouocatus mandatis, viam ueritatis desiderantibus aperi, & solitæ nobis benignitatis munus impende. Motus igitur hoc supplicantis alloquio pietatis amator, descendit cum illo, & uenerunt in castrum. Vocata autem multitudine in die solenni, uir sanctus prædicationis dulcedine* audiorum corda refecit, & tanta quæ dixerat, sapientiæ luce uestiuit, ut summa omnium gratulatione auditus, & plena cūctorum ueneratione sit honoratus. Biduo itaq; ibidèm ducto, tertia die febre correptus, tantā in breui eius uiolentia depressus est, ut nec ad Cellam redire, nec cibi sustentaculum potuisset percipere. Cumque hac infirmitate per dies quatuordecim laborasset, die sexto decimo mēsis Octobris, id est, 17. Calendas Nouembris, expletis nonagintaquinque annis suæ ętatis, in senectute bona, huius uitę liberatus ergastulo, animam meritis plenam felicibus reddidit, bonis inhæsuram perennibus.

Vocatur vir Dei prædicationis ergò ad castrū Arbonēse.

Cum Vuillimaro presbytero proficiscitur Arbonam

** auditorū*

Admodū grādeuus ceduitata

Vt funeri eius Iohannes Episcopus interfuit, didiceritq; eum illic condi non debere. Cap. 29.

CVm igitur audisset Iohannes Constantiensis Ecclesiæ præsul, beatum Gallum apud Arbonā infirmari, afferendos nauiculam, potuum & ciborū ea secum genera tulit, quę infirmitate laboranti nouerat cōgruere: ut uidelicet sua uisitatione fidissimū refoueret amicum. Cumque portui propinquaret, audiuit in domo presbyteri planctum magnum circa funus uiri Dei celebrari, & interrogauit, quæ tanti esset caula ploratus. Audiens autem Gallū uenerabilem, firmissimum suæ familiaritatis custodem, de huius seculi emigrasse periculis, misit se in aquam: Neque enim poterat propter nimium dolorem sustinere, donèc nauicula litus attingeret) descendensque cum his, qui secum venerant, intrauit domum presbyteri, lugubri voce & corporis gestu mœrorem cordis insinuans. Inuēnit autem corpus

Doletenus obitur plurimū Episcopo Constantiensi.

pus viri sancti inuolutum, & in loculo repositum: aperiensque sarcophagũ, & exanime amici cadauer inspiciens, amariores cum hac voce lachrymas dedit: Heu heu pater amate, heu doctor egregie, cur me de domo patris eductum, in his periculis quasi orphanum dimisisti, & confidentiam meam, qua de tuis consiliis plurimùm præsumebã, immatura morte rupisti? Tibi quidem in prrceptione præmij, quod tam ardenter desiderabas, hæc tua mors est fructuosa: nobis autem in tot mundialium perturbationum processus laboribus, multipliciter est luctuosa. Sed qui de vitæ corporalis interruptione dolemus, de animæ immortalis libertate gaudere debemus, cuius quia orationibus non desinas adiuuare, quos consilio & exemplis roborare consueueras. Inter hæc verba presbyter eum, ut surgeret, monuit, & pro requie defuncti ambitiosiùs Dominum precaretur. Intrauerunt itaque ecclesiam, & Episcopus pro charissimo sal utares hostias immolauit amico. Finito autem fraternæ commemorationis obsequio, respiciens post tergum, vidit fossam, in qua sanctum corpus humare nolebant. Acceptaque Cruce, & his quę exequijs exhibentur, intrauerunt domum, volentes thesaurũ preciosi corporis ad locum sepulcri deducere. Cũque arcam, qua claudebatur cadauer feretro impositum, ad fossam sepulturę conarentur deferre, nullis viribus viquàm potuit commoueri. Quod noui generis miraculi dum mutuis mirando colloquijs retractarent, Iohannes Episcopus dixit: In veritate cognosco hunc sepulcri sedem patri meo Gallo non placere. Et iussit presbytero, vt duos equus indomitos, & faceret introduci. Quod cùm factum esset, strauerunt eos cum magno labore, & ad locũ, vbi corpus iacebat, duxerũt: & Episcopus cum Clero huiusmodi orationem dedit: Deus, qui per potentiam maiestatis tuæ vbiquè totus es, pro cuius amore vir iste reliquit patriam suam, et præcepta tua conseruaret: fac corpus eius ab his equis in locum ferri in locum, quem tua voluntas meritis ipsius præuidit. Cum que finita esset oratio, cuncti qui aderant, Amen responderunt.

Episcopus Constantiẽsis pro eo salutares offert hostias.

Nõ potest moueri examine corpus.

Contractus quidam cùm induisset caligas sancti viri, mox curatus est. Cap. 30.

CONgruum videtur, in hoc loco retexere miraculũ, quod Dominus inter sui confessoris exequias exhibere dignatus est: quò liquidò cunctis ostẽderet, seruum suum secum veraciter tunc viuere, dũ carnis huius carcere liberatur. Erat ibi quidam mendicus, tanta per omnes membrorum iuncturas debilitate contractus, vt penitus inter alias suæ infirmitatis molestias, incessu pedum careret. Huic, dum presbyter indumẽta viri Dei distribueret pauperibus, caligas eius cum calceamentis dedit. Statimq; debilis pro accepto munere, summo repletus gaudio, vt sacras cruribus & plantis aptauit exuuias, per omnes artuum compages repentè solutus est: & exiliens, voce clamauit ingenti, & gratias egit Domino & beato Gallo, per cuius merita redditam sibi videbat sanitatem. Videns autem Episcopus & cuncti, qui aderãt, sanitatis huius miraculum, vnanimiter glorificauerunt Deum, atque dixerunt: Manifesta virtute digna tus est Dominus hodiè gloriam serui sui nobis ostendere. Dederunt itaque ei, qui sanatus fuerat, cereũ, & prosecutus est funus cum cætero populo. Hoc primum signum post transitum eius Dominus ad memoriam illius declarauit.

Nota miraculum.

Ecce vsũ cereorum in Ecclesia Dei.

De cilicio & catena ærea, post eius obitum repertis. Cap. 31.

INter easdem quoquè beati pastoris exequias, aliud non mediocre sanctitatis eius indicium apparuit. Habuit vir Dei capsellam de corio factam, diligenter seratam: cuius clauem sub tam vigili custodia ipse retinuit, vt nullus discipulorum eius, quandiù uiuerat, quid intus seruaretur, cognoscere potuisset. Hanc autem ex suis humeris pendentem ferre solebat, quocunque ambulauit. At vbi de uita migrauit, sumpta claue aperuerunt capsellam, & inuenerunt in ea cilicium modicum, & catenam æream sanguine aspersam. Deindè corpus inspicientes magistri, inuenerunt locum catenæ, ubi sæpius præcingi solebat, carnemque ipsam in locis quatuor profundiùs catena sulcatam, adeò ut de eisdem uulneribus cruor decurrens, cilicium per loca perfuderit. Posuerunt autem capsellam cum cilicio ad caput eius in feretrum, & deportauerunt cũ corpore ad locũ monumẽti, & suspẽderunt hæc tria mortificationis eius indicia iuxta tumulũ ad caput eius: per quæ deinceps ad ostẽsionẽ meritorũ ipsius, plurimas Dominus uirtutes piè q̃rẽtibus exhibuit. Qua ex re intelligere possumus, quia idẽ uir etsi à persecutore sãguinis effusione nõ est immolatus, semetipsũ tamẽ offerẽs Domino hostiã uiuã in odorẽ sua uitatis, et crucẽ suã tollẽs, quotidieq; Saluatorẽ sequẽs, martyrij laborẽ & palmam cõfessor adeptus est.

Dura catena castigauit vir sãctus corpus suum.

S. Gallus spiritualis martyr.

Vt ab equis indomitis sacrũ corpus eius ad sepulturæ locum magno miraculo perductum sit. Cap. 32.

POst quàm sanctitas uenerandi patris & miraculi magnitudine, & horum manifestatione signorum cunctis, qui funeris eius intererant negocijs, patenter ostensa est, Episcopus ad feretrum accessit, & ex una parte illud subleuans, presbytero altrinsecùs sustollente, equis superposuit, & adstantibus dixit: Auferte frenos de capitibus eorum, ut libertate concessa, quò Dominus uoluerit, pergant. Accepta ergò Cruce & candelis, psalmos & melodias concinentes, iter agere cœperunt. Equi autem in neutram partem declinantes, rectò itinere perrexerũt ad Cellam uiri Dei. Quò cùm peruenissent, depositum est feretrum ante oratorium. Discipuli autem eius, eleuantes pij doctoris reliquias, intulerunt & ante altare posuerunt. Deindè pariter cum Episcopo orationem pro illo facientes, fecerunt fossam sepulchri inter parietem & altare, ibique precibus huic rei congruentibus præmissis, sepelierunt eum: omnibusque ritè consummatis, multitudo quæ ad tanti uiri concurrit exequias, Episcopi benedictione communita, ad propria remeauit.

Præclarũ sanè miraculum.

Miraculosa sepultura eius.

Miraculum in cereis ostensum. Cap. 33.

DVm beati corporis thesaurum felix locus in pace suscepisset, uolens Dominus de morte famuli sui mœrentibus consolationis præbere medelam, nouitate miraculi patefecit, qua apud se clarítate spiritus fulgeret amici. Nam duo cerei in castro, dum corpus eius eleuaretur, accensi, ita ardentes delati sunt usque ad locum sepulturæ. Positi autem unus ad caput, alter ad pedes, per triginta deincèps dies, mirabile dictu, non deficiendo ardebant, & ardendo non deficiebant. Et ut monstraretur has durandi uires ceræ liquenti cælitus attributas, de huius miraculi materia plurimæ in posterùm uirtutes emanarũt. Nam quicunque dentiũ fatigati doloribus, uel oculorũ lippitudine, uel aurium præclusione laborãt, de eisdem cereis quippiã cerę tollebant, & locis, quæ huiusmodi tenebantur incom-

Et aliud valdè illustre miraculum.

modis, aptauerunt, optatæ celeriter dona percepere salutis. Post hæc tanta virtus ad sanandos varijs infirmitatibus depressos, apud sepulchrum beati viri cūctis illuc venientibus, & orationū eius suffragia fideliter postulātib⁹ apparuit, vt & fama tāti meriti cū ctis, quæ circūposita erāt, regionibus innotesceret, & locus ipse nō mediocriter frequētaret à populis.

Multa miracula ad sepulcrū sancti viri.

Quia igitur, ô beatissimi patres, vita & virtutes sancti Galli, si in vnum compinguntur librum, possunt ob sui prolixitatem aliquod legenti ingerere fastidium: statui duobus hoc opus libellis distinguere: vt prior illorum, vitam eius & actus vsque ad sepulturam illius veridica relatione perducat: sequens, mirabilia, quæ postmodum pro meritis eius Dominus ostendit: Primò videlicet ea, quæ priorum ad nos scripto perlata sunt, retexat: Deindè, quæ à probatissimis testibus indicata, nostra ætate à Gosberto charissimo fratre literis mandata, subnectat: nè quod particulatim scriptum est, laciniosa diuisione difiungatur: sed potiùs quod iunctum est parilitate factorum, fit etiam copulatum comprehensione dictorum. Atque hic prioris libelli finis, quæ præmissa sunt, terminet: & sequenti, quæ restant, sine præiudicio comprehendenda reseruet.

LIBER SECVNDVS:

QVI EST DE MIRACVLIS, quæ post obitum sancti Galli Dominus ob ipsius merita dignatus est declarare.

Vt hostes sepulcrum beati Galli violarint, & quæ illos pœna consecuta sit. Cap. 1.



Meritis beatissimi Galli quotidiè per miraculorum signa radiantibus, & longè latèque circumpositorum antres famę suę dulcedine mulcentib⁹, cùm iam post transitum eius anni quadraginta fuissent euoluti, venit Othuuinus, partium earundem potestate præditus, cum exercitu magno, & ira intolerabili concitatus, deuastauit non minimam partem pagi, qui ab interfluente fluuio * Durgeuue nominatur: Constantiensę quoquè territorium, & Arboniensis pagi confinia depopulari cœpit, & igni succendere. Viros, quicunque inueniri potuerunt, gladio peremit: vxores & paruulos eorum in captiuitatem egit. Peculiis quoquè & omni suppellectili sublata, fructus omnes penitùs demoliri fecit. Arbonenses itaque, huius terroris immanitate compulsi, cum omnibus quæ habebant, fugerunt in solitudinem, & ad Cellam viri Dei se contulerunt. Deindè facta in agro fouea, absconderunt ibi, quicquid habebant, & fossam terra cooperientes, nè secretum eorum deprehenderetur, lini semen desuper insperserunt. Cumque iam Arbonensem pagum hostes desolauissent, vestigia fugientium secuti, venerunt ad Cellam sancti patris, & fugitiuos, quos repererunt, vinctos abduxerunt, & iuuenes eorum in captiuitatem miserunt. Erchonaldus autem præfecti vicarius, cùm vicina solitudini inhabitaret loca, habuit res eiusdem Cellulæ notissimas. Is oratorium ingressus, inuenit mendicum quoddam intus sedentem, quem benè nouerat, & dixit illi: Indica mihi, vbi isti, quos tam nudos & miseros inuenimus, vestes habeant repositas & vtensilia, aurumque & argentum, quorum copia hactenus fruebantur. Ille respondit: Nōnne mihi melius est illorum denudare secreta, quàm vestræ seueritatis iram incurrere? Si ità, inquit, egeris, eris in consortio nostro, & participio societatis nostræ gaudebis. Qua promissione persuasus, surrexit, & eum ad subterraneum duxit armarium. Quod cùm idem vicarius aperiri fecisset, species quas inibi reperit, his qui secum erant, facta diuisione, distribuit. His itá patratis, putantes passim tale quid occultari, discurrerunt loca singula signis quibusdam sollicitè explorantes. Eiusdem rei gratia Erchonaldus, assumptis secum septem pueris, introiuit oratorium. Cumque clausis ostiis pauimenti planitiem pulsarent, ob spē videlicet inueniendæ pecunię, vnus illorum post altare veniens, pauimentum percussit: & audiens à cauitate inmuli sonitum reddi, Hic est, inquit, quod oppidò desideratis. Accurrentes igitur pollinctores iosesti, cœperunt fodere: & cùm ad loculum peruenissent, extraxerunt illū, dicentes: Quia isti Rhetiani calliditate naturali abundāt, videamus, nè quippiam sub hac arca occulti remaneat. Hinc sacrilegio inseruientes, inuasit eos horror immensus. Qui in fugam conuersi, dum ostium oratorii singuli præ occupare niterentur, insania agitati, euaginatis gladiis muicem se conciderunt. Erchonaldus verò, huius author sceleris, timore cogente, volens exilire per ostium, caput superliminari illisit, & ad terram concidens, alienatus mente iacebat. Cumque à suis perduceretur ad propria, nimia infirmitate & nouis doloribus cœpit vrgeri. Toto itaque ipsius anni curriculo fortissimis maceratus molestiis, capillorum honore & cutis superficie spoliatus, etiam digitorū vngues amisit. Et vt omnibus longo tēpore vltionis in eum diuinitùs collatæ signa paterēt, cum ctis vitę suę diebus hac deformitate notabilis fuit.

Orthuuini in sanctum delictas. for. Turgoua.*

Erchonaldus cellam S. Galli spoliat, & sepulcrū eius violat.

Vltio diuina in sacrilegos.

*Vt * Buoso Constantiensis Episcopus, sacrum B. Galli corpus reposuerit.* Cap. 2.

Audiens Constantiensis Ecclesiæ præsul, nominè * Buoso, sepulchrum beatissimi Galli violatum esse ab hostibus, nullumque remansisse in Cellula, præter duos fratres Magnoaldum & Theodorum, qui sacri corpori reliquias tumulo restitue re potuissent, venit illuc cum clericis suis, & inuenit Cellulam desolatam, sancti patris corpus de sepulcro eiectum, altaria nudata, duosque fratres, qui remanserant, spoliatos iacentes in oratorio, & magnitudine calamitatis gemitibus & lachrymis protestantes. Et misericordia motus, cœpit eos consolari multiplicibus verbis, illam replicans Psalmistæ sententiam, qua dicit: In tribulatione inuocaui Dominum, & exaudiuit me in latitudine. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. His dictis, sumens loculum, in quo sanctum corpus erat, posuit super terrā inter parietē & altare, & desupèr, vt moris est, arcā altiorē cōstruxit: fossā verò terra te pleuit. Desuper quoquè fratribus vestimēta largitus est, & vndè alerentur disponēs, ad Episcopiū remeauit.

** Boso.*

** Alij Bosonē dicunt cognominatū, vel Bosonem.*

Psal. 17.

Episcopus reposito sācto corpore fratribus necessaria vna subministrat.

Qua pœna multati sint oratorij sancti Galli violatores. Cap. 3.

Post multum verò temporis misit Pipinus Maior domus, exercitum copiosum ad deuastandum Alemannorum prouinciam, & iteratò Francorū ditioni subiugandam. Cumque tota terra hostili conteretur incursu, auidi prædones Arbonensem pagum percurrentes, ad Cellam viri Dei venerunt, & quoscunque ibidèm inuenerunt, (nam multi illuc confugerant, sperantes in Dei misericordia, & patrociniis sancti illius) duxere captiuos. Quinque autem supra memorati principis satellites ingressi oratorium, repererunt ibi quasdam ancillas eius-

dem

dem loci cum paruulis earum, & quæ essent, percontati sunt. Quę dum se de familia ipsius sãcti esse proclamarent, hoc à prædonibus audierunt: Exite, egredimini. sanctum, quem dicitis, ignoramus. Et abduxerunt eas captiuas in Franciam. Eodem verò anno à malignis spiritibus arrepti, & amentes effecti, nudi circunquaquè discurrebant: & vbicunquè vrbes vel vicos ingressi sunt, cruciatus sui causas retexebãt, dicentes: Gallus Abba nos habet ligatos. & cum hac criminum misera commemoratione suorum, vitam infeliciter ducentes, flebiliter finiuerunt.

Diuinit⁹ puniūtur sacri loci uiolatores

Vt palla partim exusta, redintegrata sit. Cap. 4.

ALio tempore diaconus quidam, nomine Stephanus, dum in eiusdem patris sancti ecrlesia custodis fungeretur officio, quadam vespera incensam oratorio inferens candelam, posuit supra candelabrum iuxta beati viri sepulrrum. Quę à rectitudine status vrgens in parietem, ardens cecidit super arcam sepulcri. Cuius ardoris violentia vnam comprehendens pallam, vsque ad medietatem exussit, & ità restincta est, nihil lecto, nihil baculo, qui in eo pendebat, uel aliis linteaminibus super sepulcrũ expansis inferens læsionis. Qua ex re colligitur, ad declarationem virtutum beati viri potiùs; quàm ad damnum rebus eius inferendum, idem euenisse incendium. Quia ut in sequentibus apparet, pallã quã lenis flamma diminuit, virtus manifesta restituit. Manè itaque facto, fratres oratorium ingressi, quid factum fuerat peruiderunt, & admiratione non minima sunt perculsi. Tertia verò die cùm ad matutinale conuenirent officium, inuenerũt in oratorio cereos ardentes, & duos iuuenes stantes, unum ad caput, & alterum ad pedes, distendentes inter se pallam, quæ pridèm fuerat ignis attacta vaporibus. Hoc uiso, timore nimio conterriti, cum celeritate egressi, ad lectulos redierunt. Cumque se collocarent, ecclesiæ campanum insonuit, & auditi sunt duo chori, incredibili alternantium personarum dulcedine perstrepentes. Igitur die illa nequaquam ausi sunt oratoriũ introire. Die autem sequenti ante ostium eius unanimiter conglobati, prostrauerunt se in orationem: & cùm surrexissent, cum magno timore intrãtes, inuenerunt pallam, quam partim ignis absumpserat, lectum expansum, sicut priùs expandi solebat, nulla imminutionis habentem indicia: sed potiùs latitudinem uel longitudinem eius trium auctam esse magnitudine cubitorum. Huius perspicuitate miraculi hilares facti, benedixerunt Domino, qui tam manifestis gratiæ suæ virtutibus, serui sui merita declarare dignatus est.

Magnum miraculũ

Duo Angeli ad sepulcrũ uiri Dei cõspiciũtur.

Cãpanũ, neutro genere.

Miraculum missæ auis. & de multiuarijs beati viri signis. Cap. 5.

IDem Stephanus dum quodam tempore cum his, qui simul aderant, carnem ad percipiendum in cuiusdam accessu triennii non haberet, resedit in Cellula, de eadem penuria cum cæteris locuturus. Dumque sermone vario paupertatis solatia mutuò ministrarent, auis quædam ignotæ formæ consedit in limine. Vnus assidentium torrem de igne rapiẽs, alitem percussit. Cuius carnes dum suis vsibus præparassent, incredibilem saporis dulcedinem in gustu earum deprehenderunt: facientibus hoc, ut credimus, beati viri meritis, vt sicut famuli eius in similitudinem antiqui miraculi, quo populus Dei coturnicũ carnibus in solitudine est refectus, auis incognita missa est: ità sapor procuratæ cælitùs escæ, nouę dulcedinis delectamentum haberet. Tanta aũt est miraculorum copia, quæ Dominus apud tumulũ eius diuersis temporibus ostendit, ut non facilè scribendi studio comprehendi possit, ex quibus p p abundantiam multa omittuntur: pauca verò & eminentiora propter memoriam posteris commendandam huic inseruntur opusculo. Prętermortuorũ enim resuscitationem corpoream, cæterarum infirmitatum remedia, creberrima inibi largitate à Dño præstita sunt & præstantur. Siquidem & dæmoniaci ibidèm curati, & languentes sunt recreati: auriũ claustra reserata, oculorum detersæ caligines, mutorum exclusa silentia, paralyticorum eliminata defectio. Sed & quicunque animæ vel corporis necessitate coactus, fide integra apud sepulcrum beati Galli instantiam orationis exequitur, Domino confessoris sui merita comprobante, precum suarum nullatenùs fructu priuatur, uerùm sine tarditate diuinæ largitatis sentiens dona, lætatur.

Miraculũ de aue.

Exod. 16.

Innumera miracula ad tumulum S. Galli.

Vt donum sancto Gallo deferendum, ab incendio seruatum sit. Cap. 6.

TEmporibus igitur Carlomanni Maioris dom⁹, miraculũ memoria dignum per merita sancti patris effectum, huic operi inserere vtile iudicam⁹. Vir quidam pauperculus in pago quodam, ex summa deuotione cum vxore sua ad Cellam B. Galli causa orationis properare disposuit. Cuius intentione deuotionis dum mulier pallulam, quam in loco sancto oblatura erat, contextam parauisset, inuoluit eã formella ceræ, quam simul oblatum ire cogitabat, & in arca sua inter alia uestimenta reposuit: Contigit autem dum ire pararent, domum illorum cum omnibus, quæ intra illam erant, rebus igne cremari. Cumque consumptis omnibus, flãma cessante, sopitum fuisset incendium, cœperunt inter fauillarũ cumulos tegumentorum reliquias quæritare. Et eccè inueniunt, mirum dictu, ceram pallula inuolutã inter cineres & carbones, nihilq; ue in eis læsionis apparuit: cùm ipsam arcam, & quicquid aliud in illa repositum erat, penitùs consumpsisset incendium. Viso igitur tantæ virtutis miraculo, benedixerũt Deo, & iter quod disposuerunt, peregerunt. Et narrantes fratribus, quæ gesta fuerant, obtulerunt donariũ, qđ huic voto consecratũ, in supremis nõ poterat perire periculis. Seruatę sunt aũt ibi eędẽ res in testimoniũ pòst futuris, vsq; ad tẽpora Othmari Abbatis.

Haud vulgare miraculũ

Vt correctus sit, qui caballum, quem uouerat, fraude retinuit. Cap. 7.

NEque illud silentio prætereundum videtur, qđ in supradicto pago temporibus Pipini Regis contigisse refertur. Quidam vir, nomine Vuillimarus, graui infirmitate depressus, sub uoto promisit, se equũ unum, duosque boues, si pristinę restitueretur sanitati, ad ecclesiam beati Galli donaturum. Cumque ex illa die consortaretur, & plenam recepisset sospitatem, contigit ut cum Birthlõne domino suo causa orationis ad cellulam sancti uiri, eodem uectus equo, ueniret. Igitur cùm post orationem omnes illi, qui simul aduenerant, digressi, non longè essent ab ecclesia, equus quem sponsor infidelis, postquàm uouerat, fraude retinuit, repentè substitit: & licèt eum sessor calcaribus vrgeret, ac verberibus fatigaret, nusquam potuit commoueri. Videntes hoc qui aderant, cœperunt inquirere huius miraculi causas. At ille confusioneq; digna correptus, prodidit reatum, & fraudem, quam in uoto fecerat, confessus aperuit. Reuersi autem omnes pariter, equum obtulerunt ad limen ecclesiæ: & benedictione percepta, ad sua sine obstaculo redierunt. In quo facto & diuina pietas, & sancti viri virtus apparuit,

Aegrotus nuncupat uotum, & conualescit

Vafrafragus castigatur.

oit, di a is, pti pec ie e ip.sc e notuit, pae cocre ptionem ad correctionem peruénit.

Vt cera ex furto oblata, in lapidem uersa sit. Cap. 8.

ILlud quoquè miraculum, quod quarto anno Carlomanni Regis in pago, cuius suprà mentionem fecimus, contigit, libet memoriæ commendare. Pauperculus quidam iuxta regiam possessionem, quæ Rotunuuila dicitur, commanens, dum ad Cellã sancti viri Galli pergere voluisset, nec haberet aliquid, quod ob deuotionis indicium illuc deferre potuisset, diabolo suadenti consentiens, atriũ cuiusdã diuitis irrupit, & alnear cum melle & apibus furtim auferens, intulit domui suæ. Apibus deindè extinctis, ceram confecit, & non multò pòst inter vicinos & amicos cum hoc furtiuo munere ad ecclesiam uenerabilis Galli perrexit. Cumque singuli quod attulerant, obtulissent, is, qui contra fas offerre uoluit de rapina donarium, ceram reperit in lapidis durissimi rigorem mutatam. Ingenti itaque timore perculsus, vni eorum, qui secum venerant, reatum suum confessus est. Qui deindè cùm custodibus ecclesiæ quæ facta fuerant indicaret, fama huius miraculi mira celeritate cunctis innotuit.

Quæ deincèps scripturus sit Author in hoc libello. Cap. 9.

DEscriptis his, quę priscorum solertia de vita, fine & virtutibus B. Galli ad nos vsque scripto transmisit: hinc ea stylo cõpræhendere tentabimus, quę à fidelissimis testibus indicata, à charissimo fratre Gosberto literis sunt mãdata. In quibus primò, quomodò vel quandò in cęnobio B. Galli regularis vitæ instituta seruari cœpissent, liquidò declaratur. Deindè, quibus miraculis eiusdem patris virtus cunctis effulserit, probabiliter exponitur: commemoratis pariter singulorum, quæ introducuntur, assertoribus. Quę idcircò nonis dictionum positionibus ordinare uoluimus, ut cum prioribus aliquam similitudinem locutionis habeant, & breuitatis compédio succincta, fastidiosis lectoribus onerosa nõ fiat. Siquidem nomina eorum, qui scribendorum testes sunt uel fueruut, propter sui barbariẽ, nè Latini sermonis inficiant honorem, prætermittimus: scientes, de veritate dictorum à fidelibus non esse dubitandum: quippè qui norunt, nihil horum quæ referim⁹, Deo impossibile esse, in quo fit, quicquid per sanctos mirabiliter & laudabiliter fit. Sed & si quis eatũdem rerum testes nosse desiderat, in conscriptione quam sequimur, poterit inuenire. Inserimus quoquè huic operi nonnulla, quæ nõ scripturæ testimonio, sed veracium virorum relatione didicimus. In quibus omnibus, quantùm ad nos attinet, veritatis lineam seruare studebimus, neque per amorem falsi aliquid de nostro inserentes, neque per inuidiam, veri quippiã ea voto celãtes. Et quia nos scripta uel dicta sequimur aliorum, ad illos veritas rerũ, ad nos pertinet abbreuiatio dictionũ, & aducatio rationũ.

In Deo fit, quicquid sãctis eius operãtur.

Vt Cellam B. Galli Pipinus Othmaro cum priuilegio & donis commendarit. Cap. 10.

POst venerandi patris, beati videlicet Galli cõfessoris Christi, gloriosam depositionem, quotidianas excubias apud sacri corporis eius reliquias quidam religiosi clerici, vel discipulatus eius memoria, vel diuino amore succensi, per multa annorum curricula, scilicet quasi à temporibus Dagoberti Regis vsq; ad Carolũ patrem Carlomanni & Pipini, ad laudem Christi administrabant. Igitur cùm fama virtutum, quas Dominus per confessoris sui merita piè quærentibus exhibere dignatus est, longè lateq; circumpositorum mulceret aures populorum, cœperunt undique alacri deuotione ad tanti patris suffragia postulanda concurrere, eundemque locũ ob suæ diuturnitatem memoriæ multiplicibus substantiæ & possessionum amplificare donariis. Cumque res hac largitate fidelium collocatæ, aliquãtulæ monachorum congregationi uiderentur suppetere potuisse, Vualdramus quidam, ad cuius paternam possessionem termini uastæ solitudinis, in quibus uir Dei Cellam construxerat, pertinere videbantur, uidès res collatas, à quibusdam præsumptoribus inordinatè tractari, religiosum quendam presbyterum, Othmarum nomine, cui summam earundem cõmitteret rerum, à Victore tunc Curiensiũ Comite impetrauit, & ei Cellulam cum omnibus ad eam pertinentibus commendauit. Postmodum consilio cuiusdam Ducis, nomine Nebi, persuasus, ad præfatum principem Carolum cum eodem Duce properauit, apsique eandem Cellam proprietatis iure contradidit, & vt Othmarum presbyterũ eidem loco præficeret, exorauit. Annuens petitioni eius princeps, Othmaro ad præsentiam suam uocato locum commendauit, & ut regularem inibi uitam instituere studeret, præcepit. Qui regressus, arripuit statim boni pastoris initia, & uodiquè versùm habitacula, monachorum usibus congrua, dispositè construens, eiusdem sancti statum loci utilitatibus diuersis aptauit. Sed cùm iam dictus princeps temporaliter regnãdi & uiuendi finem fecisset, duobus filiis Carlomanno & Pipinno administrationem regni reliquit. Carlomannus itaque paucorum decursibus euolutis annorum, ob amorem regni cælestis secularis gloriæ pompam deposuit: & cùm causa quietioris vitæ Romam tẽderet, in viciniam supradicti loci deueniès, ad idem monasteriũ causa orationis accessit: audientque assiduis signorum virtutibus eũdem locum pro beati uiri meritis à Domino illustrari, dixisse fertur: Tenuis quidem hic locus est faculiate, sed p meritis B. Galli, celebri diffamatus rumore. Cumq; velles ibidem degentibus aliquod suæ largitatis cõferre solatium, sed retractaret, à negociis se regni disiunctum explere non potuisse, quod uoluit, fratri rescripsit, ut sui amoris intuitu eidem monasterio aliquod regiæ largitatis solatium dignaretur impèndere. Cum igitur ab Othmaro Abbate pręsentatam Pipinus princeps accepisset epistolam, annuens petitioni fraternæ, libellum quem Benedictus pater cęnobitarũ conuersatione cõposuerat, eidẽ Abbati tradidit, & alia regiæ dignitatis impertiens dona, id ei sub omni diligentia iniunxit, ut in loco sibi commendato ad supplendas beati Galli excubias, regularis ordinem institueret uitæ. Atque vt meliùs posset quod iubebatur efficere, concessit illi quosdam tributarios de eodem pago, vt & illis collaborãtibus officinas fratrum usibus necessarias construeret, & vectigalia, quæ annuatim regiis redditibus inferre debebãt, ad sustentationem fratrum sub cõmemoratione largitatis eius haberet. Inter cætera quoquè suæ munificẽtiæ donaria, rogante Abbate, unũ campanũ ad sancti loci dedit ornatũ: quod ad usque nostrę ætatis tẽpora, in cœnobio eodem pro memoria beneficiorũ eius permãsit. Et nè cuiusquã auaritia tãti incremẽtis obsisteret boni, diuturnæ firmitatis epistolam fecit conscribi, & ut mores est, eam cũ specta corroborari cautela, quò deincèps tam ipse, qui aderat, quam successores eius idem monasterium per regiã obtinerẽt authoritatem, & nullius uiolentia pressu,

Quotidianæ excubiæ ad sepulcrum S. Galli.

Homines pij multa largiunt S. Galli monasterio.

Suppetere, pro, Sufficere.

Victor, Curiensiũ Comes.

S. Galli cœnobiũ monastico instituto accommodatur.

Carlomãnus Pipini frater seculo ualedicẽs fit monach⁹.

Regulam S. Benedicti dicat.

Cãpanũ neutro genere, ut etiam supernus.

solis rerum principibus subiacerent. His regiæ pietatis Othmarus Abba donatus solatiis, & sublimatus honoribus, monasterium lætus regreditur: & ex illo tempore monasticæ vitæ in cœnobio S. Galli exordium quidem cœpit: augmentum autē & profectus, hodieque laudabiliter dilatari non desinit.

De luce calitùs radiante apud ecclesiam sancti Galli. Cap. 11.

PRæmissa narratione, qua comprehensum satis vere credimus, quomodò sacer locus immunitatis priuilegium meruerit, & quo in tempore cœnobiali dignitate sit adornatus, liberiùs iam ad miraculorū beati Galli commemorationem stylum cōuertimus. Victor Curiensis Rhetiæ Comes, cuius superiùs fecimus mentionem, cùm innumerabiles apud tumulū S. Galli per merita ipsius virtutes ostendi creberrimè didicisset, inuidia perurgente, tanta nouarū generositate virtutum nostram gentem insigniri perdoluit: &, ut tunc fama vulgauerat, latenter uoluit p abdita eremi superuenire, & preciosi thesaurū corporis, si quo pacto potuisset, auferre. Qua malitiosi raptoris intentione comperta, hi qui in circuitu Cellæ viri Dei commanebant, custodibus vicissim per turmas deputatis, eūdem locum ab hostili incursione, nè videlicet tam chari fulgore margariti carerent, omni sagacitate defensare studebant. Igitur cùm quadam nocte custodes in summitate montis, qui monasterio superimminet, ad suspectos incursus armati residerent præcauendos, casu lucem cælo venire, ac totius ecclesiæ præfundere mœnia cōspexerunt. Immensitatem itaque luminis admirati, ad ecclesiam citiùs concurrerunt, & dum trepidi stupentesque ibidèm constituti, eundem intuerentur splendorem, paulatim se lux submissa recolligens, astris inseritur. At illi viso miraculo agentes Domino gratias, securi ad propria remearunt, credentes corpus viri Dei per vim ab eo loco minimè auferri posse, quem illi Dominus ante secula præuidit, & suæ illustrationis honore temporibus istis decorauit. Vndè datur intelligi, quanti apud Deum meriti uir iste fuerit, cuius sepulturæ locū cælitùs cōtigit illustrari: vt videlicet, lumē, quo eius aīa perfectè fruebat in cælis, ét mortuo corpori non deesset in terris.

Victor Comes nititur thesaurū tāti corporis clā auferre.

Nota studiū priscorū erga cōseruandas sacras reliquias.

Cælesti luce locus sepulturæ eius perfunditur.

Qua animaduersione Victor Comes à sua temeritate sit repressus. Cap. 12.

AVdiens itaq; Comes prædictus à Cella sancti viri discessisse custodes, cupiens suos explere conatus, uirorum turbam assumpsit: ut quod malè cogitauerat, repentino & latenti perpetraret accessu. Verùm quia non suę deuotionis vtilitati prospiciens, sed alienę felicitatis profectibus inuidens id moliebatur, Dei nutu citò repressus fuisse cognoscitur. Nam eodem momento, quo iter illud aggressus est, de equo, cui insidebat, corruit, coxaque illius eo casu confracta est, Domino beati viri merita in hoc quoquè remunerante, nè à loco, quem ipse elegerat, auferretur, quem de ultimis Hyberniæ finibus ad salutem multorum, Rhetię uel Germaniæ destinauit. Et vicini quidem exhibuerunt eacubando suæ deuotionis obsequia. Deus verò cunctorum custos bonorum, ibi etiā ad coercendū raptorem uigilauit, ubi solicitudo alternantiū non adfuit populorū. Et hoc quidē egit, vt credimus, nè fideles populi thesauro, quē feruētibus studiis ambiebāt, fraudarentur, & nè is, qui p malitiā hoc decus attingere noluit, suæ peruersitatis potiretur effectu: præcipueq; p̄cauens, nè ablatis sancti viri reliquiis, monachorū cateruas, q̄ inibi laudibus Dei seruiturę erāt, deesse cōtingeret. Itaq; Comes correptus, & domum à famulis reportatus, p multa tēpora nimiis doloribus est agitatus: ut intelligeret saltē ea pęna, quàm superbè id cogitauerit, quod suis viribus effici potuisse credebat.

Victor Comes diuinitùs punitur.

Paralyticus quidā surdus & cæcus curatur. Cap. 13.

QVia igitur Domino custodiēte, pii pastoris corpus a deuotarum septis ouium auferri non potuit, dignum fuit, ut miraculis fidem faciētibus, virtus meritorem eius ibidèm cunctis manifestè clarescerct. Quidam nanque de vicino territorio, cùm diuturna ægrotatione uexatus, lecto decūberet, subrepente humore nociuo, oculorum lumen auriūq; sensum amisit. Deindè plātis pedū retortis ad nates, tanta depressus est infirmitate, ut de solo pectusculo vitæ manarent fugacis indicia. Qui à suis ad monasterium uehiculo delatus, dum petentibus amicis in ecclesia B. Galli unius spatium noctis ducere permissus à custode fuisset, solusque ibidèm pernoctaret, circa gallorum cantum in subito mētis excessu, quatuor uiros candidissimis indutos uestibus, oratorium introire conspexit. Qui dum altari appropiantes, diutissimè dulci modulaminum alternatione concinerent, unus eorum laudibus finitis ad lecticam, in qua clinicus decumbebat, accedēs, Quid, inquit, causę est, ò homo, quòd hic pernox, tenebrarū transigis solus horrorē? Crede tantùm, & ab hac infirmitate deincèps eris securus. Ergò sanus exurge, liber egredere. Qui protinùs surgens, & omni debilitate submota egressus, ad suos sanus abscessit.

Visio hominis miserè affecti.

Cælesti uisione sanatur.

Vt Abbas Othmarus à quibusdā uexatus sit. Cap. 14.

IGitur Othmarus Abba cùm multis annis ibidē cęnobiū strenuè rexisset, possessiones ipsius loci, religiosis quibusq; circūquaquè degentibus, ob amorē mercedis æternæ plurima suæ largitatis dona cōferētibus, intātùm amplificauit, ut intrà paucos annos, suppetente exteriorum copia rerum, & vitæ eiusdem clarescente munditia, multorum pater existeret monachorū. Comites verò quidā Vuarinus & Ruaddhardus, qui totius ferè Alemannię curā administrabāt, cùm intrà ditionis suæ terminos ecclesiasticarū non minimam partem rerum suę proprietatis dominio per potentiā subiicere niterentur, maximam de eiusdem monasterii possessionibus partem sibimet uendicarunt. Nam tributa, quæ bonæ memoriæ Pipinus eisdem fratribus concesserat, abstulerunt, aliaque quamplurima, quæ ea donatione quorundam religiosorum eidem cœnobio fuerant contradita, suæ rapacitatis abstraxere proteruia. Insupèr ipsum etiā Abbatem, cùm pro hac re apud principem illos accusasset, vinculis iniecerunt, & in quandam Rheni fluminis insulam iuxta locum, qui Stein dicitur, in custodiam relegarunt. Vbi cùm aliquantum temporis sub arctissima districtione mansisset, de carcere huius vitæ ad lætitiā cōmigrauit cælestē, expletis nō minùs quadraginta annis regiminis sui, quo sācti illius loci statū & gloriā nobiliter amplificauit & auxit.

Nota undè creuerint opes monasteriorum.

Othmarus Abbas in carcere decedit.

Vt Comitū quorundā instinctu Sidonius Episcopus monasterium S. Galli innaserit. Cap. 15.

HOc itaque ità rebus humanis subtracto, prædicti Comites sublatas sācti loci possessiones retinentes, Iohānem quendā monachum de proximo mona-

Sidonius Episcopus Constātiēsis fratres grauiter opprimit.

monasterio in eius locum subrogauerūt. Ac deindè, vt suæ tyrannidis crimen augmentarent, Sidonium Constantiensis ecclesiæ præsulem instigarunt, vt idē monasterium Episcopij partibus subijcere studeret. Et hoc idcircò fecerunt, vt eo licentiùs, ipso machinationibus eorum fauente, ea quæ iniustè abstulerāt, retinere potuissent. Pontifex igitur cùm suasionibus eorum libenter præberet assensum, monasterium ingressus, fratres opprimere, & eūdem locum Episcopij rebus subijcere molitus est. Porrò fratres dū potentiæ illius resistere non auderent, maluerunt eius ditioni parère, quam tot aduersitatibus implicari. Sed sequentia probant, quàm peruersè egerit, qui per auaritiæ morbum sacri loci priuilegium ausus est violare.

Qua pœna Episcopus Sidonius mulctatus sit. Cap. 16.

Fertur siquidem, eundem Episcopum aliquandò ad iter hostile sibi de ipsius monasterij sumptibus viaticum præparare iussisse. Quod dum fratres prætermittere non auderent, ea quæ iussa fuerant, naui imposita, per quosdam manus fratrū ad Episcopum transmiserunt. Cumque qui missi fuerāt, nauigare cœpissent, auis quædam, vt sæpè ipsi testati sunt, ante eos apparuit, & quasi ducatus officium esset præbitura, facili præibat volatu. Et dū per totius lacùs vastitatem ipsius incognito vterentur ducatu, prospero tandèm successu ad portum venientes, qd hæc nouæ ducis obsequia portenderent, mirabātur: illisque, quam partem peteret, diligenter notantibus, domum quandam litori contiguam, in qua res præfato itineri aptæ seruabantur, intrauit. Mirū dictu, mox eandem cellam flamma corripiens, in altū prorupit, & omnia, quæ ibidèm congesta fuerant, penitùs consumpsit, vt nihil eorum omninò huic incendio superesset. fiebatque iusto Dei iudicio, vt qui aliena per potentiam rapuerat, suis per supernam iustitiam fraudaretur.

Episcopus res monasterij sibi uēdicans, punitur.

Quàm seuerum idem Episcopus fratribus S. Galli se præbuerit, quamque miserè perierit. Cap. 17.

Tempore quoq; alio idem Episcopus ad monasterium veniens, dum quadam violentia eundē locum Episcopio subiicere, suæque tyrannidi nō cōsentientes monachos, quasi iusto rebelles, iniuriis multiformibus afficere tentauisset, Tello quidā Curiensis ecclesiæ præsul misit ad eum, humiliter deprecans, ut sui amoris causa, quoniam eorundem fratrū aliqui consanguinitatis vinculo illi erant coniuncti, ab eorum cessaret iniuriis, nihilque incommodi Dei famulis irrogaret. Quam petitionem, furore dictante, superbè contemnens, remandauit se illius precibus nullo pacto consensurum, verùm resistentibus sibi celerem pro contemptu illaturum vindictam. Et mox oratorium beati Galli confessoris quasi oraturus ingreditur, & ante aram ipsius nomini cōsecratā consistit: quique ad salutem non merebatur audiri, afflictiones quas aliis se irrogaturum iurauerat, conuenienti satis talione recepit. Nam intestina eius more sartaginis igni superpositæ feruere cœperunt, & tam diræ viscerum torsiones illum inuaserunt extemplò, vt sine aliorum adminiculo nequaquàm egredi potuisset, sed quod dicere pudet, egestio naturę turpi impetu prorumpens, cùm adstantes nimio fœtore grauaret, sine mora ab ecclesia eiectus, vehiculo quo decederet e monasterio posset, sicut rogauerat, est impositus. Sicque immoderato fluore, naturę consuetudine carens, vasi, in quod egesta defluerent, in-

Tello Curien. Episcopus.

Vide terribile Dei iudicium in Episcopum Sidonium.

persedens, egressus est, & ad vicinum monasterium, quod Auua nominatur, cui & tunc præerat, perductus est. Vbi etiam ingrauescente languore, tantùm sibimet famulantibus ob nimium fœtorem intolerabilis factus est, vt etiam penè nullus obsequia impendere solitò potuisset. Tali itaque pœna mulctatus cum hoc factionum suarū præmio post aliquot dies de cloaca corporis spiritum exhalauit.

Miraculum in sagina porcorū exhibitum. Cap. 18.

Peracta superioribus sentētiis relatione, qua nos satis verè compræhendisse credimus, quomodò sacer locus per merita beati Galli sit diffamatus, & possessionibus dilatatus, necnon quibus sit maleuolorum quorundam molitionibus impetitus, & quæ quondam humiliauerit vltio: nunc replicandum esse censemus, quanta beatus vir præsidia sibi famulantibus, ad res suas custodiendas vel defendendas accommodet, quaquè authoritate se postulantibus, & de se præsumentibus multiformi genere virtutū succurrat, Domino meritorum eius magnitudinem signorum assiduitate mortalibus declarante. Quodā tempore dum sterilitas terræ fructus arborum non solùm porcis, sed etiam syluestribus feris vel animantibus denegaret, ità vt in proximis eremi partibus, nusquàm sagina posset inueniri, qua sues, qui in vsus monasterii nutriebantur, pasci potuissent: quodam impulsu grex suillus per syluarum auia celeri cursu cępit abscedere: trāsuadatoque Rheni fluminis alueo, remotioris eremi secreta penetrauit. Subulcus autem subitani sui pecoris fugam miratus, e uestigiò insequitur, & gregem quem pessùm ire putabat, reperit copiosissimis pascuis immorantē. Cūque uiam redeundi nesciret, mansit ibi, fructibus arborum & carnibus victitans, donèc grex totus affatim carnibus grauaretur obesis. Itaque domum redire cupiēs, cępit anxiè cogitare, quo ingenio ignotum iter aggredi potuisset. Nocte igitur quadam uidit in somnio senem quendam reuerendi habitus & vultus, canitie venerabilem, dicentem sibi: Quia, ut uideo, porci quos sequeris, vberrim sunt saginati, iā redire parato. Qui dum responderet se uiam nescire, dixit illi: Scrofam, quam totus grex quasi ductricem sequi solet, cædito, & quocunquè illa pręcesserit, tendito gressum. Quod dum ille faceret, & pręeuntem diligenter sequeretur, sine errore ad monasterium, cunctis aliud suspicantibus, ex inopinatò peruènit. Qua in re quid aliud, quàm B Galli merita claruerunt, dum ad vsus sibi famulantium, ignotum animantibus pastum ostendit, & ea rursùs mirabili ordine ad propria reuocauit?

Magna annis steri litate inso lita pascua adeūt nō sine miraculo.

Visio subulci.

Eccè quomodò sancti rerum & domorū suarū curā habeant.

Vt depræhēsi sint, qui stabula incenderūt. Cap. 19.

Fratee quidam eiusdem monasterii possessiones quasdam sub sua cura habens, in quodam remotiori loco ob nutrimenta pecorum stabula construxit, & illic quamplurimum fœni recondidit. Duo itaque homines diabolica instigati persuasione, eadem repositoria cum omnibus, quæ inibi congesta erant, noctù igni apposito succenderunt. Sed dum iam penè toto anno huius authores facti latèrent, vnus eorum arreptus à dęmonio, cępit per vicina discurrere loca, publicè proclamans: Stabula pecorum beati Galli succendi, & ideò versa vice ab ipso inuisibiliter incendor. Cùm itaque diuinum in eo continuatim iudicium patefceret, pluresque importunis eius clamoribus concitati, per loca singula ad hoc miserabile spectaculum conuenirent, rogauit

Maligni homines incendūt stabula.

Punitū dimmanus alter eorū.

omnes

omnes, vt eius incendia restinguerent. Illis autem certatim in eum aquam mittentibus, pœna diuinitùs illata, humanis viribus extingui non potuit. Nó paucis deindè diebus exactis, in hoc miserabili genere tormentorum insanus vitam finiuit. Alter verò cùm sui sceleris socium, tali cruciatu vidisset dam natum, ad Præpositum supradictum venit, vltroque, diuinum horrescens iudicium, delictũ confessus est, duosq; boues ꝓ debito obtulit, ac se voto cóstrinxit, ꝙ deincèps nunquã rebus sancti Galli dãnũ inferret. Frater autẽ idẽ pœnitudinẽ eius agnoscẽs, boues nó suscepit, sed abire eũ cũ suis ad sua pmisit.

Alter resipiscit.

Quas pœnas dederit, qui syluam monasterij sancti Galli læsit. Cap. 20.

IN possessione quadam eiusdem monasterij quædam syluula ob porcorum pastum custodiebatur, ne passim à multis cõsumeretur incisa. Hanc pauper quidam occulte solebat adire, & furtim inibi multa præcidẽdo, grande damnum inferre. Itaque die quadam cùm iuxta morem suum latenter intraret, & pauca succideret arbusta, gladius, quem tenebat, tam validè manui eius adhæsit, vt illum deponere nullatenùs potuisset. Agnoscens igitur, cuius rei causa mulctatus sit, ad basilicam in honore beati Galli constructam festinauit, diuque orationibus incumbẽs, manu resoluta, gladium ante altare dimisit. Egressus verò, cogitare cœpit nihil obesse, si ligna quæ præciderat, domum deferret: non autem prodesse, si putrefacta perirent. Subiunctis ergò bobus carpento, ad syluam remeat, & præcisa in vnum comportat. Quæ cum vehiculo vellet imponere, dolore quodam præualido, ceu stimulis vrgeretur, in posterioribus attactus est. Quò cùm sine mora manum protenderet, gladium quem coram altari dimiserat, fortuitò recepit. Digitus autem manubrium constringens, detestabile munus tam validè retinuit, vt articulorum iuncturæ in uicem laxari putarentur. Tum miser dolore cõpulsus, ad ecclesiam recurrit, ibique prostratus, veniam pro commisso & absolutionem manus deposcit. Cũque diù in oratione persisteret, & gladium nequaquàm dimittere potuisset, iuramento tandèm ac voto promisit, nunquàm deincèps se damnũ beati Galli rebus illaturum. Mox manus aperta gladium deposuit. Qui ob testimoniũ miraculi in eodẽ loco suspẽsus, multo tempore ib permansit, inuasoribus ecclesiasticarũ rerũ grande timoris pondus incutiẽs.

Pœna furis.

Sanatur cõfugiens ad S. Galli ecclesiã.

Rursus punitur.

Post votũ iterũ liberatur:

Periurus quid perpessus sit, Cap. 21.

FRumoldus quidam nomine, de possessione quadam eiusdẽ monasterij ancillas duas vi abstulit, & suæ seruituti subiecit. Is ab aduocato pro eisdem fœminis sępius interpellatus, tandèm censura iudicum coactus est, vt eas vel monasterio redderet, vel suo iuri cum sacramento in altari sancti Galli perafecto firmaret. Itaque auaritia impellente, iuramẽtum paruipendens, monasterium cum suis adijt, & vt di iudicatum fuerat, audacter peregit. Sed pro contẽptu sancti, vltio Dei eum festina præuenit. Nam iuramento expleto, ad propria iturus, basilicam egressus est, iumentoque adducto, cùm super illud saliendo vellet ascendere, mente captus, faciem suã ad posteriora equi insidendo conuertit. Aestimans itaque id per famulorum contigisse neglectum, iratus valdè resilijt, & caballum regyrari citiùs iussit. Cumque secunda ac tertia vice ascendere cupiens, pari luderetur errore, tandèm clientum adminiculo equo superpositus, monasterio cum rubore discessit. Non longè autem indè positum, subitò eum dirus oculorum dolor inuasit, ac deinde per momenta singula decrescente visu, cæcitatis horrore damnatum, materiali funditus luce priuauit.

Periurus luit pœnas

Fit planè, cæcus.

Inuocat⁹ beatus Gallus, quẽdã à nece seruat. Ca. 22.

INuocatus etiam venerabilis Gallus, quam promptum impendat auxilium, sequenti liquebit exemplo. Quidam vir dum per syluam quandam iter faceret, ac circunspectè incursus latronum, qui in ea solebant commorari, multisque nocere, festinãdo deuitare conaretur, tantus eum subitò sopor inuasit, vt via incedere potuisset. Cumque periculi metu suspectos haberet itineris casus, & dormiendi causa paulisper diuertere vellet, rusticum quendam obuium habuit, eumque rogare cœpit, vt interim custos sui existeret, donec importunitatem somni parumper quiescendo depelleret. At ille pacem simulans, fidem spopondit. Itaque modicum diuertens, pallium capiti supponit, & se prosternens, beati viri suffragia his verbis implorat: Sancte Galle, tua me protectione custodi. Signaculo Crucis deindè munitus, cùm obdormisset, infidus custos sponsionis immemor, sumptis armis soporatum quasi perempturus aggreditur: de collo vestem subtrahit, quo facilius vno ictu perimat dormientem. Sed cùm gladium in ictum vellet deponere, artubus rigore stupefactis, inflecti brachia nequiuerunt. Intereà dormienti quidam adstitit, & in somno dixit: Quid somno deprimeris, quem ab imminenti interfectione modo tutatus sum? At ille euigilans, & fidelem socium nudato gladio cernens capiti imminere, exilit, & comprehensum, qua pro causa hoc scelus vellet admittere, percontatur. Qui cùm pro spoliis illius accipiendis se id facere voluisse fateretur, continuò brachia, quæ diuina obriguerant iussione, deposuit. Perpendens itaque alter se diuina misericordia per merita beati Galli à nece seruatum, pacem cum illo fecit, & illæsum abire permisit.

S. Crucis signaculũ quãtũ valeat.

Obserua ꝗ̃ prosit pia sanctorum inuocatio.

Puella quædam à dæmonio liberatur. Cap. 23.

PRætereà tam multi à furore dæmonũ per eiusdem sancti patris merita sunt liberati, vt si omnium curationem commemorare velimus, fastidiosis lectoribus occasionem murmurandi tribuamus. Vnum ergò ex pluribus replicamus, nè hoc virtutum genus viro sancto defuisse putetur. Puella quædam, nequissima hostis antiqui vexatione detẽta, & nó ignobilium labore parentum ad monasterium perducta, cùm oratorium beati Galli confessoris intrasset, statim horribili dęmonis infestatione agitata, ad terram concidit, & miserabiliter se discerpens, horrẽdo clamore spurcissima verba cœpit effũdere. Qua causa vnus è fratribus, Stephanus nomine, miseriæ illius compassus, tandiù super eam exorcismum recitauit, quoadusque eadem vexatio finiretur. Resipiscenti autem puellæ modos pœnitentię indixit, seseque pro illa in orationibus ac ieiuniis exercere cœpit. At misera fœmina vt de prohibitis escis quidlibet usurpauit, tam acriter eam continuò dæmon inuasit, vt vix à multis teneri potuisset. Cumque idẽtidem ad eundem locum perducta esset, & Stephanus supradictus iteratò super eam exorcismum recitasset, animal paruulum in modum bruchi, nigerrimum ab eius ore prolapsum est. Hoc viso, cùm idẽ frater attentiùs adiurationi insisteret, tribus vicibus singulorum similitudo bruchorum ore excidit fœminæ. Quæ animalia dum adstantes manu capere niterentur, subitò disparuerũt. Puella autem eadem hora surrexit incolumis, & reliquum vitæ suæ tempus absque vlla dæmonis infestatione peregit.

Permulti curati à S. Gallo dæmoniaci.

Puellam non abstinentẽ à cibis vetitis demõ rursus inuadit.

Miracu-

Miraculum in lampade declaratum. Cap. 24.

Illud quoquè libet ostendere euidēti miraculo, quomodò vir sanctus quosdam in suo seruitio de penuria rerū trepidantes corripuerit, & modicæ fidei pusillanimitatem cōfortārit Ecclesiæ eius custos dū quodā tēpore olei copiā ad luminaria instruēda non haberet, lumen quod in crypta omnibus ardere noctibus solebat, quadam nocte extinxit: quia lumen, quod ante superius altare & tumbam ardebat, per quandam fenestram radios suos ad altare, intrà cryptam positum, dirigebat, & sufficere vtique loco credebatur. In eadem autem lampade vitrea, quā extinctā à custode retulimus, aqua inferiùs, & olei pinguedo desupèr erat. Mirabilem rē dicturus sum: ità totum oleum per rimam in fundo repertam, guttatim ad terram defluxit, vt nil aquæ deesse videretur. Idemque liquor per terram vsque ad altare decurrens, pallam eius lineam ascendendo occupauit, & ità vsque ad medietatem infecit, vt nunquàm deincèps ablui potuisset. In quo quid potissimùm mirer, inuenire non potero: Vtrum'ne, quòd oleū subtus aquā depressum est, an quòd aqua per eandem fracturam nō defluxit, vel certè quòd oleum de pauimento in pallam sursùm ascendit. In quibus tamen omnibus, & virtutem sancti viri ostensam, & stultam parcitatem ministri increpatam, non ambigo.

Notarem admirandam.

Vt monachus apostata sit inuitus reuocatus. Cap. 25

Sileri non debet, qua virtute seruitium suū dimittentes, & fraudulenter abscedentes beatus pater reprimat, & vel lapsos reuocet, vel pertinaces in malo feriat. Frater quidam de eodem monasterio fugā molitus, equum furto rapuit, & per noctem abscessit. Cumque ad Rheni fluenta fugæ venisset, transnare in equo tentauit: & à medio aluei nescius ad locum, vbi intrauit, caballo deferente reuersus, cū magna festinatione ad monasterium rediit, putans se in alias longè partes abscedere. Manè facto, cùm se recognouisset frustrà laborasse, confusus interdiù delituit. Noctù verò fugā arripiens, in fluuio, sicut priùs, salubriter errorem passus est, & strophā factā, per eādem viam nesciens remeauit. Confusioni igitur obstinationem iungēs, ipsa etiam se die occuluit, & nocte insecuta tertiò notum iter carpens, modo quo diximus, indèm reuocatur. Cumque iam tædio victus, die tertio se sopori in campo dedisset, à quibusdam equum cognoscentibus captus est, & in loco suo restitutus. Et quia effectum voluntatis suæ non inuenit, etiam nolens sancti viri virtute victus, ad viam peruēnit. Solent autem plures testari, cunctos qui de sancti ipsius familia aufugerint, aut emendatiōnē quantocyùs subire, aut manifestæ vltioni debere succumbere: neque cuiquam impunè cedere, qui fidem illi plenam seruare contempserit.

Apostata monachi sæpè frustrà aufugere conatur.

Notatu dignum.

Fulmine deformatus, vt partim Romæ, partim apud S. Gallum curatus sit. Cap. 26.

Quòd Dominus flagello suo quosdam à peccatis coerceat, & pro commissis affligat, testis est paralyticus, cui ante sanationem Saluator peccata dimittit. Sic autem aliquandò percutit, vt eos, sanctorum suorū meritis suffragantibus, sanitati restituat, vt & diuinæ operationis sit indicium, cùm interiùs homo per flagellum à peccato compescitur: & virtus sanctorū liquidò comprobetur, cùm pro illorum meritis exterius sanitas exhibetur. Fit et interdùm, vt quī Dei occulto iudicio non vnis, sed pluribus infirmitatibus subiacet, non pariter omnia, sed diuersis temporibus & intercessoribus, debilitaris amittat incommoda: vt dum alicuius remedium mali, per vnius merita sancti conceditur redintegratio sanitatis, alterius precibus & honori seruatur. Quarum omnium rerum euidens indicium dabit subiecta narratio. Quidam violentia fulminis ictus, post ægrotationem diuturnam itàto tius formam corporis & membrorum officia perdidit, vt monstrosum quiddam potiùs, quàm hominē videretur exprimere. Siquidem & statura flebili cōtractione deposita, & gradiendi facultas ablata est: facies verò, tàta combustionis est fœditate corrupta, & oculorum sedes itā sunt carne & cute superductis complanatæ, vt inspicientibus horribile ingererēt miraculū. Adminiculo igitur parentum Romā perductus, corporis quidem reliqui resolutis nexibus pristinum vigorem recepit & statum, in cæcitatis autem squalore permansit. Is à suis reductus, cùm ad cœnobium B. Galli uenisset, & quadam Dominica nocturnis laudibus interesset, sopore depressus, quasi duas ardentes sagittas ab altari vidit emissas, & sibi in oculorū loca defixas. Statimq; tanta visione perterritus exclamauit, & tremens ad terrā cōcidit. Cumque diù in pauimento uolutaretur, cute quæ oculis supercreuit, velut gladii sectione recisa, continuò de luminis amissi restitutione gauisus est. Tempore deindè procedente oculorum eius acies tam pura inspectantibus apparuit, vt pueri perspicaces vincere videretur obtutus. Potuit quidem, vt indubitanter credimus, ille Apostolorū eximius, cui à Domino ligandi atque soluendi potestas collata est, meritis & precibus suis omni eum debilitatis genere liberare: sed diuinæ prouidentiæ virtutis constat actitatū, ut in eiusdem nouitate miraculi venerabilis Gallus Apostolicis actibus æquaretur, quatenùs hoc quoque modo meritorum eius magnitudo clarescerer vniuersis.

Luc. 5. Propter peccata sæpius homo in corpore flagellat.

Fulmine grauiter ictus, partim Romæ curatur.

Partim apud S. Gallum.

Matt. 16.

Surdus & mutus sanitati redditur. Cap. 27.

In sequenti quoquè Dominica surdus quidam & mutus, multorum ibi fratrum cognitioni notissimus, utpotè qui idem monasterium solitus fuerat frequentare, cùm nocturnis interesset excubiis, repentè impulsu valido in pauimentum deiectus est: statimque cùm ab eius ore & auribus plurimus sanguis prorumperet, sine mora utriusque mēbri munia recepit, & sanus abscessit.

Miraculū de surdo & muto.

Furtum per visionem indicatum. Cap. 28.

Videtur huic operi inserēdū, quàm Dei famulus inuigilet ad eorū res defendendas, qui eius suffragia deuotè postulare cōtendūt. Puer quidam, qui postmodùm corpori eiusdē congregationis insertus, hæc eadē attestari solebat, cùm adhuc primæuæ ætatis flore gaudens, inter scholasticos monasterii cuiusdā Dominicæ noctis solēniis interesset, quidā è vicino territorio māsionē eius irrupit, ipsiusq; codicē & quæcunque inibi reperire poterat, furatus abscessit. Puer de basilica regressus, damnū quod illatum est, longo fletu perdoluit. Porrò fratri ipsius foràs monasteriū posito senex quidam eadem nocte vultu placido in somnis assistens, cuncta quæ erga puerulum acta erant, indicauit. Nomen etiā furis, locūque vbi commoraretur edixit, tēpus pariter eiusdem furti depromens. Ille fidem visioni accommodans, ad monasterium regressus, quod in somnis audierat, factum inuenit: moxque indicia, quæ perceperat, secutus, absque difficultate furem apprehēdit, & omnia quæ ablata fuerant, recepit.

Furtum diuinitus indicatur.

Sam-

Sanctimonialis brachia restituuntur. Cap. 29.

ALio quoque tempore sanctimonialis quædam fœmina de Episcopio Cõstantiensi, cuius brachia ad mamillas cum rigore contorta, ad nullius operis vsum deflecti poterant, cùm aduenisset, & ante sepulcrum sancti Galli aliquantispèr orasset, sanitatem indepta, gaudens abscessit.

Miraculũ.

Furtum diuinitùs proditur. Cap. 30.

QVidam nõ simplici, vt postmodùm claruit, animo adueniens, dum quosdam monasterij operarios à diorno agricolandi labore disiungentes, ferramenta in aratris per noctem dimisisse perspiceret, tempus tenebrosum fraudibus suis oportunum ratus, tot ferramẽta sustulit, quot oneri sufficere proprio credidit. Cumque fugam celerans, tota nocte vacuo laboraret conatu, in ipso lucis exortu ad portam monasterii eximprouisò peruenit. Et quia factũ latere non potuisse cognouit, confessione spõtanea patefecit, quod præsumptione pestifera in rebus S. Galli, diabolo suadente, commisit. Sicq; reddẽs, quæ auferre molitus est, petita venia, vacuus repedauit.

Fur cælestis vindicta plectitur.

Debilis quidam sanatur. Cap. 31.

DEbilis quidã itã mẽbris omnibus contractus, vt nullo pacto per se quoquàm progredi potuisset, ad memoriam B. Galli à suis perlatus, & quotidiè iuxta sepulcrum in crypta collocatus, dum vsque ad vesperam ibidèm orationibus insisteret, ab eisdem ad hospitium reportabatur. Quod dum aliquot ageretur diebus, presbyter quidam eiusdem cõgregationis die quadam in ipsa ecclesia non longè sacris oblationibus operã dedit: subitoq; prȩter illos eum nullus adesset, æger cælitùs per merita, vt credimus, S. Galli, cuius suffragia sedulò flagitabat, visitatus, confusa horribiliter cœpit voce perstrepere, ità vt idem sacerdos intrà sacra Missarum solẽnia, sicut sæpiùs testari solitus erat, non minimo quateretur terrore & metu. Cumque circunspiciẽs, oculis cuncta lustrasset, & per alicuius prȩsentiã magnitudinẽ timoris desideraret euincere, mẽbris mi seri ad statũ suũ redeuntibus, crepitũ quasi virgarũ in ariditate fractarũ audiuit: & hue illucq; se præ angustia vertens, post paululùm eum, qui debilis fuerat, sanũ de crypta prodire conspexit. Cut etiã tanta mox sanitatis accessit perfectio, vt sine infirmitatis obstaculo, optato deinceps potiretur incessu.

Contractus sanatur.

Nauseabundus quidam curatur. Cap. 32.

IN eadem Alemannorum prouinciaquidam diues tantùm valetudine contraria labefactus est, vt penè per annum integrum fastidio laborans deficeret, & solita alimentorum, vt sanitatis recuperatio poscere videbatur, percipere vel continere non potuisset. Is ad cœnobium beati Galli pro hac eadem causa perductus est. Post diuturnas igitur preces &, suspiria, eùm sacræ oblationis consummaretur officium, benedictionis panem de manu sacerdotis accepit. Quo comesto, carnit fastidio, & desiderio victualiũ congruè percepto, benedicens Domino, & merita sancti Galli miratus, sanus cum gaudio ad propria remeauit.

Nausea pellitur.

A ferreis uinculis quidam absoluitur. Cap. 33.

PAuperculus quidam propter homicidij reatũ circulis ferreis tam in collo, quàm in vtroque con strictus brachio, quàm grauibus quotidiè supplicijs afficeretur, p sulcos, quos ferrũ carnibus eius insixerat, videntibus fidem fecit. Qui cùm multa sanctorum loca pro eiusdem cruciatus remedio, & admissi sceleris abolitione lustrasset, diuina tandèm miseratione respectus, nexus, quibus in collo vel vno brachio stringebatur, amittere meruit: & cùm fortè in viciniam cœnobij sancti Galli venisset, per visionem ei, sicut referre solitus erat, præceptum est, vt sancti viri patrocinia quærens, monasterium adiret: pariterq; indicatum, quòd ibidèm circulum, quem vno adhuc ferebat in brachio, amissurus, & optatæ gratiam sanitatis esset adepturus. At ille desiderio promissæ sanitatis ardescens, vtpotè qui tanto tenebatur cruciatu, vt totũ iam brachiũ ferro immerso in tumorẽ esset conuersũ, iter ad monasterium maturauit. Cumq; nocturnis ibidẽ vigilijs interesset, alto sopore depressus, senem assistere videt canitie venerandũ, casula indutũ, sibique dicentem: Quid tu homo, cæteris laudẽ domini celebrãtibus, somni torpore deprimeris? Cuius præsentia perterritus, cùm responsum reddere non auderet, baculo senex, quem manu gestabat, locũ ei vulneris tetigit. Dissiliente itaque longiùs ferro, præ dolore, quẽ ex attactu persensit, horrendis vocibus adstantes perterruit. Quibus percontantibus, qua pro causa psallentes inquietaret, cuncta per ordinẽ, quæ uiderat, retexuit: & licèt recenti adhuc vulnere non careret, pro amissione tñ ferri, cuius nexibus ernentabatur, qa sanitas in prõptu erat, gaudio replebatur ingẽti.

Circulis ferreis cõstringitur homicida

S. Gallus in visione sanat miserum.

De miraculo in instrumento, cui lampades imponuntur, declarato. Cap. 34.

ALio quoque tempore frater quidã, qui in eadẽ ecclesia custodis fungebatur officio, cùm farum, quæ ante altare S. Galli pendebat, pro incendẽdis luminaribus ad inferiora deponere debuisset, in cautè funem, quo ipsa farus dependebat, retraxit. Qui statim è manu dilapsus, paxillum, cui insertus erat, de pariete extraxit. Cumque eadem farus sub nimia celeritate solo appropiasset, repentè substitit, & absque vllo humanæ retinaculo artis, in aere suspensa remansit. Custos igitur miraculi stupore perculsus, allato igni lampades omnes accendit, & plurimis hoc factum cernentibus, absq; pinguedinis effusione seu diminutione lucernarum, altiùs ipsam farum, quàm pendère solebat, retraxit. Deo itaque laudes a cunctis, gratiæ referuntur ab omnibus, qui ad declaranda patris eximii merita, stupendi nouitate miraculi, lumen sanctis aptatum vsibus, vt ad horam loco venerabili deesse passus non est.

Farũ dicit instrumentum pensile, in quo lãpades reponuntur in eo plus.

Vide mirũ quiddã

Lampades miro modo conseruatæ. Cap. 35.

IDem frater dum alio tempore lucernas vitreas in eadem lauaret ecclesia, alius quidam ibi incautè deambulans, cùm se aliò repentè vertisset, quasdam iuxta positas veste attactas pauimento deiecit, ità vt violento eiusdem deiectionis impulsu vsque in ecclesiæ cancellos ferrentur: sed miro diuinæ operationis modo absque læsione repertæ, suis continuò non sine admiratione restitutæ sunt locis.

Nõ franguntur lãpades vitreæ repẽtino casu.

Vt curatus sit medicus periculosè laborãs. Cap. 36.

FRater quidam eiusdem congregationis, medicinali scientia non ignobiliter instructus, dum quodam tempore incidi sibi cum phlebotomo venam fecisset, & præpropera festinatione post modicum quippiam operis incautè faceret, statim nõ solum brachium, cuius venam incisio uulnerauerat, verùetiam totum corpus eius tumore distẽsum est.

Medicus non ualet curare se ipsum.

Qua

Qua ex causa aeridit, vt mortem suspectam habere cępisset, quippè quia viderat suæ sibi artis industriã studiosius adhibitam, nihil prodesse. Sequenti itaq; nocte vidit in somnio placidæ grauitatis senem sibimet assistere, causas infirmitatis blandis inquirentẽ sermonibus. Cumque interroganti totius ea ordine rei replicaret euentum, senex dixit ad eum: Memento fili, ut luce terris reddita, oleo quod in crypta ante altare consueuit ardere, vulneris locũ perungas: nã cõtinuò sanitatẽ recipies. Itaq; facto manè, quod in somnio audierat, custodi ecclesiæ retulit: pariterque eum illo basilicam ingressus, ut edoctus fuerat, certus de promissione peregit. Nec mora: sacro perunctus liquore, toto corpore detumuit, & integerrimam assecutus est sanitatem.

Oleo lãpadis restituitur pericnlosè laborans.

Puella à natiuitate cæca illuminatur. Cap. 37.

MVlier quædam vnicam filiam, ab ipsa, ut referebat, cæcam natiuitate, propriis humeris monasterio aduexit, eamque ante altare S. Galli deponens, solo prostrata, precibus pro illa diutiùs incubuit. Illaque orante deuotiùs, subitò puella huc illucque in pauimento voluta, miserabiliter exclamat & inter angustias ac gemitus optato uisu donata gratissimum omnibus, qui aderant, præbet signi perspicuitate spectaculum.

Videt, q̃ nũquam viderat.

Aegrotus quidam puluere tumuli & oleo curatur. Cap. 38.

IN eodem monasterio inter scholasticos tũc temporis erat quidam puerulus, pauperculis licèt parentibus oriundus, studio tamen discendi satis intẽtus. Cumque immatura morte utriusque parẽtis solatio nudaretur, quamuis quotidianũ uictum suis laboribus assiduè quæritaret, nequaquàm tamen boni studii, etiam necessitate compellente, instantiã dereliquit. Is lateris quodam dolore percussus, usqueadeò graui per longa temporum spatia infirmitate contabuit, ut in uno latere, ab humero uidelicet usque ad extremam corporis partem, ulcera saniem emittentia paterent quamplurima. Qua infirmitate intantùm grauatus est, vt vix iam sine aliorũ adminiculo quoquàm gressum mouere potuisset. Sed cùm corporale medicamentum, quamuis sæpissimè adhibitum, nihil illi prodesset, & iam iamq; desperaretur à cunctis, custos ecclesiæ in festiuitate B. Galli cineres de sarcophago illius collegit, & oleũ, quod ante ipsum altare ardebat, admiscuit, adductique corpus pueri ea parte peruncxit, quam dolor possederat. Qui die altera, vlceribus iam superductis, sanus inuentus, ob memoriam redditæ sibi sanitatis, reliquum vitæ tempus in eiusdem sancti loci excubiis fideli deuotione transegit.

En quãta uis sit pulueris & olei apud sepulcrũ S. Galli.

Puellæ cuiusdam manus arida restituta. Cap. 39.

POst aliquantum temporis puella quædam iam multos per annos manus aridæ & curuatæ pondus ferens inutile, ad monasterium cum matre peruènit. Cumque pio voto manui torpenti globulum lini superponens, ad altare sancti Confessoris accederet, in positura quod attulit, continuò manus ipsa restituta est sanitati.

Manus arida restituitur.

Cera à rustico è templo sublata, uertitur in lapidem. Cap. 40.

TEmpore verò alio rusticus quidam in eadẽ beati patris basilica ceræ particulam, suis aptandã vsibus, ab altari occultè diripuit. Indè regressus ad hospitium, dum de suo cerã ad quodlibet opus ex ea faciendum protraheret, in durissimi lapidis conuersam inuènit. Continuoq; recurrens ad ecclesiã, loco suo quod abstulerat restituit, & adstantibus suã salubriter confessus proteruitam, quod factum fuerat, indicauit. Qui rei nouitate stupefacti, dum inter admirationem eandem particulam, certiùs rem cognituri, tollerent de altari, mirum dictu, in pristinã suę naturæ mollitiem reperere mutatam.

Cera furtiua mutatur ĩ lapidem.

Lapis, in ceram.

Muto uox reformatur. Cap. 41.

IVuenis quidam pauperculus, orationis causa monasterium adiens, fratrem suum iamdudùm amissæ vocis dispendia deplorantẽ, secum adduxit. Cũque altari S. Galli appropinquasset, presbyterũ quẽdam inibi sacrosancta tractantem mysteria conspexit: & consummationem sacræ actionis opperiens, eiusdem sacerdotis ab officio redeũtis genibus aduoluitur, & vt pro muto dignaretur aliquas fundere preces ad Dñm, instãter exorat. Et ille huiusmodi desiderio satisfaciens, primò orationẽ pro misero fecit: deindè Crucis eũ muniuit signaculo, ac sic Dominici corporis & sanguinis sacramento firmauit. Quo facto, resolutis linguæ vinculis, qui mutus aduenerat, pristinæ locutionis recepit officia.

Mutus loquitur.

Puer contractus reualescit. Cap. 42.

PVerum quendam membris omnibus ità cõtractum, ut per se nullatenùs quoquam progredi potuisset, non longè in itinere, quod ad monasteriũ ducit, hi qui eum ferre solebant, solum dimiserunt. Armentarius autem quidam per eandem uiam de sylua ad monasterium tendens, dum iacentẽ miserũ conspexisset, ait ad eum: Quomodò & vnde, ò flebilis, aduenisti? quòve securitatis genere in hoc solitudinis horrore non timuisti remanere? Quò itaque venire desiderasti? Et ille: Pro his, inquit, calamitatibus, quarum me numerositate septum uides, ad beati Galli patrocinia multo iam ex tempore peruenire cupieram. Sed eccè hi, quorum me labore illuc deferri sperabam, modò viæ longitudine fatigati, me miserum in hac solitudine reliquerunt fame cruciãdum, & bestiis lacerandũ. Hisq; ille questibus per cõpassionem ad misericordiam flexus, puerum humeris impositum, per unum milliariũ ad monasterium portat. Quem deindè frater, cui suscipiendorũ pauperũ cura commissa est, assumens, congrua mãsionẽ refouit. Nocte itaque quadam circa nocturnas vigilias cæteris, qui similiter suscepti fuerant, ad ecclesiã festinantibus, cœpit idem puer omnes attentiùs exorare, vt ad basilicam deferretur: cunctisque id quod petebat, denegantibus, cœpit crebris B. Galli nomẽ innotare clamoribꝰ: deindè etiã horribiliùs perstrepere, ità ut non paruũ audientibus terrorem ingereret. Itaque quibusdam vt causas angustiarum eius agnoscerẽt intrò euntibus, sanus inuentus est, & cum gratiarum actione ad ecclesiam properauit.

Attende exẽplum Euangelicum armentarij illius.

Miserè cõtractꝰ S. Gallum implorãs sanatur.

Puella paralytica curatur. Cap. 43.

PVellam paralysi multo tẽpore laborantẽ, sui ad monasterium detulerunt. Quæ in ecclesiam deportata, ad lectionem Euangelii, quæ in nocturnis secundùm consuetudinem regularis officii recitatur excubiis, circũstantes, vt se à terra sustollerent, & inter manus sustentarent, cępit rogare. Cumq; subleuata fuisset, dimitti se postulauit. Illis aũt id facere metuẽtibus, nè fortè casu subito læderet, valere se cõfidẽtiùs affirmauit. Igitur dimissa, p se stetit, ac deinceps totiꝰ corporis resumpto vigore, sana recessit.

Paralytica rendo fit.

Fœmina

Fœmina cæca lumen recipit. Cap. 44.

Redditur cæca lumen.

CVIuldam patrisfamilias non longè à monasterio commanentis ancilla, dũ fortuito domus ianuas aperiret, turbo vẽti puluerem & paleas in faciem eius & oculos proiecit. Statimq; crescẽte molestia, paulatim ei uisus decreuit, donec horrendis penitùs tenebris cingeretur. Hæc ad ecclesiã beati Galli perducta, cùm eius suffragia primo ingressu deuotissimè precaretur, recepto quod amiserat lumine, gaudens abscessit.

Candela cælitùs ardet. Cap. 45.

Illustre miraculum.

NOn multo interiecto tempore, dum festiuitas octauarũ Epiphaniæ annuo celebraretur officio, cunctis tempore sacrificij ad ecclesiã conuenientibus, luminaria & candelę incendebantur ex more. Vna autem candela sine lumine inter cęteras ardentes dimissa, inter sacra Missæ solẽnia principalis primò cępit paulatim fumo tenui vaporare: deinde videntibus non paucis flammam concipiens, & cæteris clariùs rutilans, signi effectum splendoris singularitate commendauit.

Scoti cuiusdam multiplex sanatur morbus. Cap. 46.

Scoti peregrinationi admodum dediti.

NVpèr quoq; de natione Scotorum, quibus consuetudo peregrinandi iam penè in naturã cõuersa est, quidam aduenientes, vnum è suis conuiatoribus multiplici peste possessum, in eodem monasterio dimiserunt. Qui cùm aliquantis ibidèm moraretur diebus, & quotidiè infirmitatis suæ remedium plena fide deposceret, nocte quadã senem sibi p somnium vidit assistere, gestu & habitu venerandũ. Quẽ,

Viso Scotus infirmãtur.

quis esset, interrogans, beatissimũ Gallum fuisse perdidicit, & protinùs ad illum: Cernis inquit, ò domine, toto me corpore dissolutũ, meritorũ tuorũ quotidiè euidentiam præstolari. Noli ergo, quod te aliquandò credo factorũ, differre diutiùs. Ad hoc enim vsque me reseruatum esse cognosco, ut sicut his barbaris virtus tua latissimè claret, ità etiam gentis tuæ hominibus meritorũ tuorũ fulgor innotescat & claritas. Scis ipse, scis, inquam, à natali solo q̃ longè sim disiunctus, quantaq; inter peregrinationis angustias corporis debilitate compressus. Succurre citiùs, opitulare quantocyùs. Qua ille motus querimonia, vultu placido paucis ità respondit: Die mortalibus reddita, ecclesiã petito, & videbis diuino te meliùs subleuari consilio, quàm patrię uel parentum solatio. Manè facto, sumpto animi gestientis ardore ad basilicam properat, & iuxta tumulum beati Galli promissionis memor precibus insistit. Post orationem & lachrymas angulo sarcophagi adnixus, cępit se sensim erigere: nec priùs lecti angulum, cui innitebatur, deseruit, quàm statura erecta & accepto robore, per se

Morbidus restituitur.

ire & rediro potuisset. Qui tempore procedenti plena sanitate donatus, in eodem monasterio precibus & sanctæ uitæ deseruiens, hactenùs conuersatur.

Operis conclusio. Cap. 47.

Miraculorũ commemoratio qd conferat.

HAec de copiosissima segete beati Galli uirtutum memorię horreis grana libuit commẽdare, & nostris & aliorum partibus profutura. Poterũt hæc enim plurimum diligentibus iustitiam ædificationis conferre: quia & morum honestatem insinuant, & ad laudem Domini, quia ità sanctos suos glorificat, deuoti lectoris animum vel auditoris inflammant. Cæterùm tot & tanta sunt eiusdem sancti patris miracula, vt nec à studiosis scriptoribus propter copiam sui possint comprahẽdi, nec à fastidiosis lectoribus sine tædio & rugata fronte percurri. Ea verò huic operi tantùm inserta sunt, quæ & vera testium relatione veritatem custodiant, & moderata breuitate nullius, quamuis etiam vtilia nauseantis, mentem offendant.

PRECATIO.

OBsecramus itaq; te, beate Galle, Christi Cõfessor, vt sicut sanitatem corporum meritis tuis multis te cõtulisse retulimus, ità nostris mẽtib' diuinę miserationis medelã implorare digneris, Amen.

VITA BREVIS S. LVLLI ARchiepiscopi Moguntini, vt habetur in breuiario Moguntino, intrà paucos annos iussu Danielis Reuerendissimi Archiepiscopi Moguntini restituto & edito. Consentiunt MS. codices.



16. Octo. Patria S. Lulli Episcopi.

LVLLVS apud Anglosaxones in Britannia natus, à primis annis Christum cum literis imbibit. Nam adhuc septẽnis cuiusdam monasterij patribus cõmendatus, nihil omisit, quod ad promerendam Dei gratiam pertinere posset. Corpus, cùm adolesceret, assidua ẽdomans abstinentia, spiritui subijciebat: in sanctarum verò scripturarũ meditatione tanta diligentia versabatur, ut omnes in admirationem sui conijceret. Fama autem eo tempore per Britanniã crebrescente, de feliciter gestis rebus Bonifacii Moguntinæ vrbis Archiepiscopi, cui Lullus sanguine iunctus erat, ijsque in locis messem quidem vberrimam, at operariorum maximam esse penuriam; cepit animo voluere, quomodò iam sancta & necessaria functione occupato opem ferre posset. Ità iam Diaconatùs gradum adeptus, ex superiorum suorũ voluntate iter ad Bonifacium suscepit.

S. Lullus è Britãnia venit ad S. Bonifacium.

Sic longo terra mariq; emenso itinere, Germaniã adijt: cuius aduentu Bonifacius mirificè est recreatus. Qui cùm sanctissimæ ipsius conuersationis, affluentis doctrinæ, flagrantisq; in Deum animi certiora experimenta cepisset, inuitum ad Sacerdotij dignitatem prouexit, & lateri suo semper adhærere voluit. Postquàm autem diù prædicationi sedulò incubuisset, multisq; alijs grauibus negotiis obedientia fidem & industriam suam probasset, Bonifacius iam in Frisiam iturus, ipsum præsente Pipino Rege, successorem sibi in Moguntina sede constituit. Quã ille prouinciam in decrepitam vsque ætatem docendo, monendo, arguendo sanctè & prudẽter, tanq̃ boni patris haud degener filius, administrauit.

Fit Moguntinus Archiepiscopus.

Tandèm per spiritũ cognoscens dormitionis suæ instare diẽ, vocato coepiscopo suo Alboino, viro valdè religioso, iniunxit, ut sacris priùs celebratis mysterijs, se ad Heresfeldense monasteriũ præcederet. Ille sine mora sacrũ pficiens, etsi toto corpore incolumis videretur & sanus, cùm sacramẽtis Dominicis participasset, vnà cũ Missa finiuit & vitam. Nihil hoc casu motus Lullus, obitus sui prænuncium naui secũ impositũ, p Moganũ in Heresfeldẽse coenobiũ, prius a se extructũ, aduchẽs, honorifice sepeliuit. Vbi ẽt morbo ptinùs correptus, Archiepiscopatus sui anno trigesimosecundo, placida morte in Domino defunctus est. Corpus ibidèm repositũ, cum post sexagesimũ annũ è terra leuaretur, eo membrorũ omnium

Heresfeldense cœnobium à annexitur Lullum.

decore ac vestium quoquè nitore inuentum est, vt illo ipso die expirasse, ac sopore potiùs, quàm morte sepultus videretur. Hucusq; Breuiarium. Manuscripti codices addũt, eum decessisse decimoseptimo Calendas Nouembris: vbi etiam hæc leguntur: Quàm is emineret meritis apud altissimũ, innumerabilia & quasi infinita, quæ ad eius memoriam sunt facta miracula, declararunt. Viuens enim multorum, propter virtutes & merita: mortuus verò, penè cunctorum, propter miracula, aures & mentes feliciter occupauit. Præclarum quoquè est, quod ibidèm legitur, eum ut bonum pastorem, cùm esset institutus Moguntinus præsul, omnes intrà suam diœcesim sitas ecclesias & monasteria cœpisse visitare, & omnium mores in melius reformare: & cùm pridèm cæteros fide & pietate superasset, atrox cum animo suo gessisse certamẽ, ità vt in dies seipso religiosior, atque in studio morum prouectior haberetur. Deniq; miraculũ illic habetur, quod tum perpetratum est, cùm post sexagesimum annum corpus eius a terra leuaretur. Saxũ immane, tumulo eius impositum, cùm amoueretur, fortè manus fugit volutantium illud, & fratris cuiusdã propè adstantis ità pedem contriuit, ut ossibus cum carne pariter comminutis, forma etiam pedis amissa, fœdum ac miserabile spectaculum præberet circũstantibus. Sed citò beatus Lullus mœrentia fratrum pectora expediuit. Nocte enim proxima cùm languidum sopor oppressisset, ità repentè suis membris omnibus vigor rediit, vt hymnis quoq; matutinalib⁹ interesset, nulla tantæ calamitatis ne cicatrice quidem superstite. De eodem beato præsule hi quoquè versus extant.

Visitat ecclesias & monasteria suæ diœcesis.

Miraculũ ...

Antistes Lullus, quo non est sanctior vllus,
Pollens diuina, tribuente Deo, medicina,
Occurrit morbis, vt totus prædicat orbis.

VITA BREVIS SANCTI BERcharij Abbatis & martyris, ex Vincentij Speculo Historiali Lib. 24. Cap. 114. & 115.

16. Oct.



ANCTVS Bercharius sub sancto Niuardo Rhemorum pontifice, moribus & sapientia imbutus, Luxouiense monasteriũ expetiit, vbi sub Abbate sancto Eustachio monasticam uitã duxit. Cùm autem in cura promptuarii erectoris nutu aliquãdò esset implicitus, quadam die subitò iussu eius est vocatus. Fortè ille tunc promptuarium ingressus, ante vas steterat, & epistomium manu tenens, cerealem amphoræ potum infundebat. Mirum dictu: ad unius iussionis nutum relictis, quæ habebat in manibus, cucurrit concitus, ardore obedientiæ amphoræ custodiendæ oblitus. Illoque ante Abbatem stãte, interim potus in uasculum suppositum defluere, nõ cessans, postquàm ad superficiem uasis peruenit, in modum columnæ supernè constipatum, in gyrum coronari cœpit. vltrò cerneres illud liquamen, quod vix clausum valet contineri, vt quondàm Dei populo trãseũte absque lintribus Iordanis fluenta, in sublime tolli: vt liquidò patesceret, quanta esset virtus obedientiæ, cuius fructus nullo modo possit in terra deperire. At ille, quod acciderat, non suo, sed Abbatis, merito deputauit.

Egregia Berchari obediẽtia, magno miraculo illustratur.

Iosue 3.

Iam verò regularibus disciplinis institutus & eruditus, ad sanctum Niuardum reuertitur. Qui cùm in quodam prædio suo cœnobium ædificare vellet, cum Berchario vicum quendam Spernacũ, quem beatus Remigius Ecclesiæ Rhemensi precio acquisierat, expetens, in ipso processu itineris graui sopore deprimitur, ità vt eundi facultate remota, omnem illum equestrem, qui se fortè comitabatur, ordinem stare præciperet. Itaque fagus frondosa eligitur, sub cuius tegmine recubans, Berchari decumbentis gremio vertice composito recipitur. Interim eo quiescente, sanctus Bercharius in cęlum defixis luminibus, adspicit subitò niueam columbam è sublimibus descendere, & arbori, cui substrati erant, insidere. Quæ repentè ab arbore prosiliẽs, & rumpens aera vacuum, futuræ fabricæ spatium circumuolans, locum quo cœnobium construi debeat, gyro designat, præsentia sanctificat. Cumq; eosdem sui ambitùs circulos tertiò repetisset, aperto cælo reconditur. Et quod idẽ Bercharius corporalibus deprehenderat oculis, hoc quidem quiescens pontifex senserat sopore cælestis visionis. Itaque à somno excitatus, O, inquit, Berchari, votorum meorum compar fidissime, quàm gratũ mihi est huc paululùm in soporis gratia diuertisse. Quod enim diù differens corde gestauerã, visionis arcano maturiùs aggredi compellor. Illoque visum referente, ait Bercharius: O pater sanctissime, quicquid in visione spiritùs diuinitùs tibi testaris indicatum, nôueris etiam me conspexisse corporaliter. Tũ verò præsul hoc sanctum opus eius industriæ statuit committere, qui in loco ipso, qui Altiuillare dicitur, cœnobij fundamenta iecit, nec priùs ab opere destitit, quàm opus cœptum ad laudẽ Dei compleret. Congregauitque illic monasticæ cõuersationis viros religiosos, & cuncta, quæ huic ordini commoda iudicantur, diligenter impleuit. Obiit autem sanctus Niuardus Calendis Septembris.

S. Niuardus Rhemensis Archiepiscopus 16.

Visio Berchari vigilantis.

Eadẽ Niuardo Episcopo dormienti.

Altiuilla refert cœnobium cõditur.

Sanctus autem Bercharius, dum multa ordinat, & disponit, fortè accidit, ut filiolum suum Dagouinũ, quem de sacro fonte susceperat, & monachum esse voluerat, ob culpas eius verbere increpationis feriendum decerneret. Sed ille ob demerita sua cum Iuda satanæ traditus, patris obiurgationem indignè tulit. Itaque cùm ille defessus in lectulo membra sopori dedisset, satanæ filius irruens in eum, lethale vulnus ei inflixit: arreptumq; ferrum, quo eum percusserat, in piscinam, quæ intra monasteriũ erat, celerrimè demersit. Videres tum laticem, velut tanti sceleris conscium, ferrum illud in se recipere detrectantem. Nam mox vt aquam attigit, ceu pluma leuissima super aquas ferebatur. At nefarius homicida amens factus, ecclesiam petijt, cruẽtisque manibus signum pulsare cœpit. Fratres non consueta hora cũ admiratione surgentes, & sanctum virum interfectũ audientes, ad lectum eius concurrerũt, & eũ adhuc spirantem repererunt. Comprehensum igitur Dagouinum ei offerunt, scire cupientes, quid de tanto scelere pronunciaturus sit. At ille Domini non immemor: Deum, inquit, tibi frater pœnitentia placatum reddas. Nam quantùm ad me attinet, omni te liberũ impietate dimitto. Ex eius sepulcro longè pòst oleum visum est emanare, cunctis morbo correptis salubre.

Ex cap. 115.

Iohan. 13.

S. Bercharius a suo monacho occiditur.

Oleum manat è sepulcro eius.

MARTYRIVM SANCTI MARTYris Andreæ, qui est in Crisi: Authore Simeone Metaphraste.

17. Octo.

Cap. 1.



ST magna diaboli malitia aduersùs Christi martyres, & maximè quandò eos videt pietatem constanter ingredi, & citra vllam offensionem: & cùm sit & varia, magno côtra illã opus est animo,

animo, & rectè armato in Christũ charitate, ut noo ab eo opprimatur, neque in execrandas illius manus incidat, qui hostibus qnibuslibet insultat impudentiùs, & partim quidem per se, partim autem per eos, qui ipsi adhæreot, multifariàm, multisque modis Christi seruos afficit iniuria. Nam

Varia dæmonũ machinationes aduersus martyres.

alios quidem deturbat per præcipitia, alios autem obiicit ferarum dentibus, aliis accendit fornacẽ, aliis aperit barathrum: his machinatur rotam, illis acuit gladium: & aliis alias plagas parat, & mortes. Sed nihilominùs fuit irrisus, cùm martyres hæc omnia parua duxissent, & alia magis noua tormenta requirereot, vt per hæc ostẽderent magnum, quod in Christum habebant, desiderium. Nam etsì multos ex Christi seruis de medio sustulit inimicus, & ipsorũ superauit naturã: at non etiam institutum, ac voluntatem, & mentem, quæ vincit omnia. Et ideò magis fuit superatus, & demisit supercilium, quòd & carne, & natura humana laborante, esset illorum animus ioniƈtus & immutabilis.

Cap. 2.

S. Andreas vt dæmonem superarit.

His, quæ dicuntur, ferunt testimonium geoerosi & beati martyris Andreæ certamina. Is enim cùm talia, & his multo grauiora sustiouisset, nõ solùm cõmunem omnium inimicũ abundè superaoit: sed iis etiam, qui ipsum consecuti sunt, maximum fuit argumentum, vt essent bono animo. Cuius nõ solùm sũt insignia admiranda certamina, sed sunt etiam eius rectè facta imitanda: nec solùm esse oportet auditores eorum, quæ de ipso dicuntur, sed etiam eius virtutis imitatores. Ipsum quidem tulit, quæ omnium

Creta laus.

optimis regebatur legibus, Creta. Itaque autem ab ineunte ætate patriã imitatus pietãtem, beatos quoquè io ipsa ostendit labores. Non. n. laudauit gloriã, ooo diuitias est admiratus, non amauit delicias, non mollem & remissam vitam est consectatus, sed duram, rigidam & asperam, & quæ per omnia erat parata adire certamina. Cùm ergò esset ardentissimè

A puero sic vixerit S. Andreas.

virtutis amore captus, & maosisset liber à voluptate, præclara erexit trophęa aduersùs inimicos, qui mẽte percipiuntur, & fuit omnibus optima via salutis, & multis persuasit, vt vitam præseotem despicerẽt, & in cælum currerent, quo io loco ab iis, qui sapiũt,

Philip. 3.

dicitur & creditur esse nostra conuersatio.

Atque illius quidem vita erat huiusmodi: dogmata autẽ Apostolica & patria accuratè tenebat. Quinetiam vniuersus orbis terræ tũc pura & syncera fruebatur religione, neque quicquam inimici zizaniorũ tũc in eo nascebatur. Cùm autem iam longo tempo-

Diabolus nõ fert fidei syncaritatem.

re malignus hæc videret florere, & pura tranquillitate impleri Ecclesiam, perindè atque magna affectus esset iniuria, nequaquàm sustinuit: sed ut per dolum piam iouaderet religiooem, magnum studium adhibuit. Nam cùm videret esse longè difficilimum persuadere Christianis, ut negarent diuinam Christi carnis susceptionem, quæ iam loogo tempore a-

Psal. 79.

pud eos erat firma ac stabilis, &, ut dicit diuinus Dauid, extenderat quidem suos palmites vsque ad mare, & vsque ad flumina propagines: umbra autẽ sua tegebat montes, & arbustis suis cedros Dei: tãquàm ferus aper à sylua, eam alio modo conatur perdere, qui propemodùm ferebat ad idem damnum: & per

Serit hæresim Iconomachorum.

negatiooem venerandarum imagioum, molitur inducere oegatiooem carois susceptæ œconomiæ. Siquidem quæ sunt imagines, scimus transire ad exemplar primarium. Itaque sensim eum iubens, cui obtigerat imperium, improbum, inquam, & infaustum Constantinum, io religiooem secus affectum, quàm Constantinus ille qui fuit eiusdem nominis, & primus plantator pietatis, ei persuadet, nefas esse Christianis, & iis, qui sũt sub eius imperio, verè sacras honorare imagines. Quod quidem ille fieri prohibuit, existimando & dicendo hoc gẽtilis esse superstitionis, malè profectò intelligens, & periculosè admodùm & insipienter (id, quod dicitur à veteribus) miscens ea, quæ misceri non possunt. Nam quorum pri-

Nota quæ imagines venerãdæ sint, et q̃ non.

mum quidem exemplar est impium, eorum quoquè figura est æquè prophana iis, qui volũt esse pii. Quorum antẽ illud est adorandũ & venerandum, eorum quoquè imago cõsequenter digna est omni honore.

Cap. 4.

Ediƈtũ Cõstantini Copronymi.

Sic ergò ipse doƈtus à maligno spiritu, iussit per omnem terram, quæ est sub cælo, procedere, & ad extremos fines transire alienum hoc ediƈtum, omne genus supplicii omni generi & ętati asperè minitãs, si quis suo decreto non pareret, promptoq; & alacri animo illud non exciperet: immò si diuinam aliquam figuram vel verbotenus videretur honorare. Grauiter verò & immaniter puniunt, & nullam dãt veniam ii, quibus obtigit imperium, quandò iis, quæ ab ipsis sunt constituta, non obedientem aliquem acceperint, cùm præsertim videatur iussus pertinere ad multorum vtilitatem. Irascuntur autem, non id curantes quod publicè cooducit, sed suam explentes arrogantiam. Propter has ergò asperas & sæuas minas, licebat tunc videre ciuitates effeƈtas in solitudinibus, esse autem planè desertas ciuitates propter multitudinem eorum, qui ad eas veniebant so-

Sæuit in Catholicos impius tyrãnus.

litudines. Nimis arƈtæ reddebantur custodiæ, replebantur carceres, non latronibus, pròh dolor, nõ expilatoribus, aut aliis eiusmodi maleficis hominibus: sed viris piis ac religiosis, & Dominum timentibus; quorũ erãt pnoƈtes stationes, & q sunt ex Deo sudores, & noƈturnæ lachrymæ: & quos Hierusalẽ vocabat libera ciuitas, honorificè apud eã diuersaturos.

Cap. 5.

Cùm ergò tam magnum & iam graue bellum esset excitatũ, & multi statim tempori cessissent, seruiliterque & illiberaliter omninò loquerentur, beatus hic Andreas, ooo ferens hunc oouũ modum captiuitatis, neque pias animas, quæ superna ciuitate miserè priuabantur, despiciens, sed tempus aptum esse arbitratus ad zelum magno & excelso animo ostendendũ, quem pro pietate iam diù parturiebat, relicta terra patria & solo, quod eum aluerat, venit statim Byzantium, tanquàm quispiam fortis & generosus athleta, qui ĩ exercitatione satis studii posuerat, & in stadium sæpiùs descenderat. Itaque nec metum

S. Andreæ insignis cõstantia & zelus.

magistratuũ, neq; aliquid aliud graue reputans, in medium progressus, Imperatoris, & eorũ, qui erant ab eius parte, malam sectam liberè arguebat, & honorem, qui diuinis debebatur figuris, docebat & studebat: Sic, diceos, debet coli Deus, sic venerari imagines. Porrò autem dicebat se eò venisse, ut tolleret, quæ a diabolo parabantur, insidias, & eos quidem, qui suam salutem prodiderãt, adduceret ad pœnitentiã, & animũ eis adderet, ut rursus pugnarẽt: rursùs verò eos, qui stabãt, precibus, adhortatiooibus & consilio muniret, tutosque redderet.

Cap. 6.

Cùm is hæc publicè ꝑdicaret, & ne tantillum quidẽ de dicendi libertate remitteret, ea significantur Imperatori. Qui cùm ante ciuitatẽ in martyris Mamantis, quę dicitur, basilica, cũ suo consueto prælegisset supercilio: & magnũ quidẽ ex scenica illa specie fastũ, magnã autẽ ex assentante illo satellitio gloriã sibi induisset: & nec eos quidẽ, qui aderãt, solùm intueri sustineret, orthodoxos verò toruè & ferociter adspiceret, & nihilo minùs, quàm fera agrestis, in eos ferretur, & alios quidè boũ neruis crudelissimè cęderet, alios autè igni & aliis suppliciis traderet: multorũ verò ẽt ipsos oculos & linguã erueret,

Imaginũ veneratores dirè cruciant.

ut illis quidẽ aliorũ athletarũ non adspicerent animi magnitudinem, nec hinc tolerantiæ magnum ac-

ciperent solatium: hac autem adempta non possent alios cacuare ad certamen, neque eis veluti manum præbere per consilium & suasionem; alijs autem simul manus & pedes auferret, propter iræ vehementiam & acerbitatem: hic beatus Andreas animo sauciatus, & pro Domino spirans virtutē & animi magnitudinem, cùm è medio corde sibi esset precatus, & subindè dictitasset: Domine serua, Domine dirige: seipsum in media injicit pericula, & eorum, qui circunstabant, diuisa multitudine, latens eos, qui abigebant, cùm venisset in conspectum Imperatoris: Cur, inquit, ô Imperator, si es Christianus, hęc mala machinaris aduersùs Christi imaginē, & eius seruorum? Ille autem non ferens hanc loquendi libertatem, sed apertam contumeliam rem esse existimans, loquentem sanctum statim interrūpit, & iubet ijs, qui adstabant, eum compręhendere. Ijs autem cædē spirantibus manibus in eū irruentes, & alii quidem eius caput, alii autem manus appræhendentes, alij verò superhumerale, & alii tunicam, per summam contumeliam, & vt ei, qui iusserat, magis gratificarentur, eum humi deiiciūt, qui erat animo excelso: neque priùs cessarunt eum trahere, donèc ipse Imperator, postquàm satis vltus esset dicendi libertatē athletę, volēs vtiquè videri clemēs, iussit eū relaxari.

S. Andreas liberè reprehendit tyrannum.

Malè accipitur.

Cap. 7.

Cùm autem proximè adducendum & sistendum curasset, cùm eum prius terruisset sæuitia, deindè etiam allicere mansuetudine: Vndenàm, inquit, est tanta tibi audacia & inscitia, vt iussis repugnes Imperatoris, & coram eo intempestiuè, & citra vllā rationem liberè, quæ vis, loquaris? Sed, vt videtur, volens aliquo modo nobis notus euadere, hanc viam ingressus es. Voluntas itaque tua deducta est ad effectum, & tuus tibi rectè succedet scopus, dummodò sententiæ nostræ assentiaris, & quæ valdè rectè se habet, confitearis religionem: tunc nanque tibi omnia euenient ex sententia. Ad hæc Andreas ille admirabilis: Non, inquit, audacia, nec inscitia motus, o Imperator, nec vt tibi notus & tuæ euaderem potentię, huc vēni. Quid enim mihi rei est cum tuis? similiter autem possum omninò etiam dicere cum ijs, quæ sunt huius mundi, à quo quidem iam olim despecta sunt, tanquàm somniū: sola autem grata est quies, & seorsùm versari cū Deo? Sed postquàm accepi te sentire aliena à fide Orthodoxa, & priuare Christianos honore, qui debetur diuinis imaginib⁹, & sic quidem perturbare eos, qui tuo parent imperio, conturbare aūt ēt Ecclesiam: non potui hāc ferre iniustitiā: sed patria relicta & meis tantum maris spatium emensus, venio magno cordis zelo incēsus, vel vos ab hoc errore liberaturus, vel pro meo Christo meam animam positurus, qui suam, etsi esset Dominus, pro me posuit & sua imagine. Imperator autem, Venisti quidem certè, inquit, magna visione appræhendens, & animo agitans, nempe vt ipsum Imperatorem, & omnes magistratus, & Pontificalis dignitatis venerandam, quantacunque ea sit, canitiem traducas ad id, quod tibi videtur. Sed vt prolixis vti verbis mittamus, audi me ea, quæ oportet, consulentem, & ab hac profunda emergēs caligine, pare ijs, quæ nostra decernit potentia, & ipse quoquè sis contentus sequi communem sententiam. Sin minùs, te omninò docebit experientia, quātum malum sit cōsilij inopia, & vana de se persuasio, & suam tantùm sequendo sententiam, se arroganter gerere aduersùs Imperatores.

Parui facit Imperatorem, & q̄ sunt huius mūdi.

Cap. 8.

S. Andrea animus inuictus.

Audiuit martyr: & cælos adspiciens, Non te negabo, inquit, Christe Saluator, non te pulchra frustrabor confessione, non tuā contempsiui habebo imaginem: Non despiciam, q̄ ad me quidem attinet, malè paticntem. Cædatur meum corpus, ô Imperator, lingua secetur, pedes excindantur. Nam ego quidē paratus sum omnia pati potiùs, quàm meum Christum vel vmbratenus vilipēndere, quem habeo p̄ omnibus, & quem olim solum sequi constitui. Ad hæc Tyrannus, Quænā est, inquit, tanta amentia, & quàm est crassi & hebetis ingenij, crassæ, & in quam cadit interitus, materiæ, Dei ab interitu remoti, & materiæ expertis gloriā tribuere, & nec audire quidem, quod a Mose prohibetur legislatore, qui dicit: Non facies similitudines? Vndenam ergò grauissimus hic morbus, qui menti vestræ insedit, effecit, ut non solùm scienter resistatis: sed vos etiam coniiciatis in periculum? Sed enim intellige, Nō pro ueritate, neque pro Christo, sed pro ipsa sola, quæ est à ratione aliena, audacia, extrema patieris.

Eccè tibi imperita Iconomachorū argumenta.

Cap. 9.

Hoc in loco cùm ferre non potuisset vir generosus blasphemæ linguæ contumeliā, sed perindè atq; honestę proditionem arbitratus, sacræ imaginis pati contumeliam, Execrandum, inquit, caput, Non tibi uidetur pati pro Christo, qui pro illius forma patitur, neque ad primum exēplar credis trāsire ignominiam, qua imago afficitur? Et quomodò vos eos sæpè, qui Imperatorias cōtumelia affecerunt statuas, perindè ác eos, qui vos probris sunt insectati, vltimis affecistis suppliciis? quos quidem ego nôui in statuis æneos, uel etiam aureos extrinsecùs, pice intùs esse repletos, & stuppis, & lignis, & alia vili & abiecta materia. Quòd si uos, qui nunc estis puluis, & cràs non estis futuri, sic honoramini statuis & imaginibus, & propemodùm tanquàm dii vultis adorari, & eos, qui in imperatorias peccauerunt statuas, acerbissimè punitis, aduersùs Christi sacram aliquid audere imaginem, non reputatis esse archetypi ipsius exemplaris ignominiam? neque eos, qui sunt parati pro eo pati omnia, existimatis periculum adire pro veritate? Deindè cùm hæc iā dixisset martyr, & de Mose vellet explicare, cuiusnam iussisset nō facere similitudinem: & quomodò ille effinxisset* Seraphin, cùm ipsum etiam exemplar sit incorporeū, Imperator abrumpens orationem: Iam tempus est, dixit circunstantibus, docere eum esse moderatum ac temperantem, & temerariç illius linguæ referre ei gratiam. Si enim ij, qui regias statuas, ut ipse dicit, iniuria afficiunt, acerbum & inexorabile supplicium subeunt, qui adeò impudenter & audacter sceleratam in nos linguam immittit, quasnam luens pœnas, punietur pro meritis?

Egregiè ea S. Andrèas confutat.

Exod. 25. & 37.

** for. Cherubim*

Cap. 10.

Tyrannus non fert recta docentē, sed vbet flagellari.

Sic dixit, & irato vultu martyrem statim intuens, & manū de more mouens, & valdè exclamans, eum iubet nudari, deindè etiam extensum funibus vehementer flagellari. Ille autē ne sic quidem pusillo & abiecto animo se gessit aduersùs sententiam, neq; eius promptum animi studium retardarunt, quæ iā expectabantur plagæ & flagella, sed id maius reddebant & ardētius, ut quod spiritu à ratione alienis appetitionibus, & Imperatoris minis accenderetur. Cùm ergò Imperator vidisset sic se habentem virum fortem, & nihil omninò formidantem, sed esse omninò paratiorem sustinere flagella, quàm dimittere illā rōnem sententiæ: timēs, nè si ipse sanctus tormēti faceret periculū, fieret indè in confessione cōstantior, & minimè traduci posset, quomodò fortia animalia post plagā: induens p̄sonā benignitatis, Priusquàm, inquit, facias periculum tormentorū, ad martyrē adspiciens, nostro pàrens decreto, liberare ab ijs, quæ te expectāt, malis. Martyr aūt Christi, ad suū agonothetā sublatis oculis tā corporis, q̄ aīæ, cùm sibi eēt precatus firmā & immutabilē diuinarū imaginū venerationē, & deindè etiam deorsùm adspexisset,

& in

& in Tyrannũ parùm oculos coniecisset: O Imperator, inquit, missis bellis, quæ gereres contra barbaros, & ciuilium rerum administratione, totum, ut video, apertè suum posuisti studium contra Christũ & eius seruos: Et hæc agens, existimas te posse in pace tenere sceptra Romani Imperij? Nunquid ne Dei quidem times iudicium, neque illum tuorum factorum expectas examinatorem?

S. martyris inuicta libertas.

Cap. 11. Hoc in loco conuicta fuit ficta mansuetudo Imperatoris, & aperta fuit simulatio. nam solùa detecta ueritate, martyr vehementissimè cædebatur boum neruis. Qui autem circunsistebant, volẽtes iræ Regis morem gerere, partim quidem iussi verberare, plagas crudeliter intẽtabant, & adeò crudeliter, vt fluerent riui sanguinis ex precioso illo corpore, & subiectum solum altè fieret purpureum: partim autem gladios accipientes, irruebant ad interficiẽdum athletã, multi etiam lapides in ipsum iaciebãt, & omnibus modis iniuria afficiebant non illum, sed seipsos, sic quidem Regi, qui est ad tempus, studentes coniungi: omninò autem ignorantes miseri, quãtùm hæc agentes se procul à Deo remouerẽt, & qualem in tempus iudicij illi quidem lætitiam, sibi autem lachrymas & dolores miserabiliter recõderẽt.

Caeditur durissimè boũ neruis.

Sed Imperator mouebat omnem lapidem, ut posset sanctum in sua habere potestate. Nescio. n. quomodò, etsi esset insipiens, non ignorabat tamen, hac in re quidem certè se sapienter gerens, fore ut si illo potiretur, multos alios ex Orthodoxis statim caperet, eum, tanquàm caput corpus & membra cõsequẽtes. Hæc cùm ille sciret, iubet ipsum rursus relaxari à plagis, & rursùs persuasione & prætextu beneuolẽtiæ eum aggredi tentat.

Cur taties a tyrãno blandiatur.

Cap. 12. Cùm eum ergò curasset propè sistendum, & suũ sermonem mollijsset plusquàm oleum, acutũ tamen iaculum aduersùs pios, & acutum gladium, postq̃ vidit virum ne tantillùm quidem illici blanditijs, sed cum maiore dicendi libertate eius arguere amẽtiam, deposita pelle, erat lupus manifestus. Iussitque lapidibus confringi maxillas martyris, hæc reddens pro verbis, quibus cor eius fuerat consauciatum. Ille autem erat planè alius Stephanus, ijs, qui illi iniuriam faciebant, preces reddens. Deindè martyrem quidem Imperator, tanquàm reum condemnatum, misit rursus in custodiam, sed ignorabat se ijs, qui in ea habitabant, Christianis valdè promptum mittere doctorem. Gaudebat autem ipse quoquè, sicut Paulus, propter Christum passionibus & afflictionibus, benignoq; & clementi Deo magnas agebat gratias, quòd dignus esset habitus plagis & carcere propter illius nomen. Quamobrem & ijs, quæ dicebat, eos, qui aderant, valdè instruebat, & confirmabat, & eo, quòd quę erant molesta & aspera, ferret cũ gratiarum actione. Et corpus quidem erat vinctum in custodia, anima autem, etiam antequàm illinc resolueretur, iam cęlestia uisione intelligenter appræhẽdebat, adeò vt tyrannum propèmodum reprehẽderet, quòd non ipsum citiùs liberaret a pondere carnis, & a vinculis naturalibus. Corpus enim erat illi carcer, qui eius arcebat animam, & suo tegumento eam seiũgebat à tabernaculis, quæ eam exceptura erant, & inenarrabili, quę illic est, beatitudine.

Tyrãnus ꝗ blanditur.

Redit ad supplicia.

Act. 7.

Rom. 5. Colloss. 1.

Sanct⁹ vir ardet moriendi desiderio.

Cap. 13. Dies interim non multi præterierũt, & cursùs accersit Imperator martyrẽ è carcere, metu eorũ, quæ expectabantur, & dolore malorũ, quæ aduenerãt, fractum ad futura eius animũ, & futurum multò molliorem & ignauiorem existimans. Postquàm autem productum sanctum vidit audaciorẽ, & magis spirãtem acrẽ propter Christũ amorem, eũ veste exuit, & propter eũ lictores rursùs iubet assistere, & flagellis vehementer cędere, adhuc priorũ plagarũ aperta per vniuersa membra ferentem uestigia. Illi autem laniabant quidẽ carnes, & fodiebant eius latera, & plurimam eius carnis partem auferebant: Sed ne sic quidem poterant suffurari thesaurum illius fidei. Postq̃ ergò vidit Tyrannus omnia à se sic temerè & frustra fieri, iamque esset planè animi dubius & perplexus, eò descendit, vt se fateretur superatum, nempe vt eũ morte deincèps damnaret. Et iubet, vt funibus alligatis beatis illius pedibus, in solo trahatur per totã viam publicam: deindè vt cùm deductus fuisset ad locum maleficorũ, ibi iaceretur, qui Eden, qui supernis tabernaculis, qui erat dignus ipsis cælis. Cùm autem curreret martyr hunc cursum decertationis, & in terra per plenum vrbis forum traheretur, vir quidam, qui è mari fuerat piscatus pisciculos, & eos in foro proponebat venales, sedebat autem super cathedrã pestilentiæ, cùm vidisset eum tam turpiter trahi, & quænam esset causa accepisset, exiliit statim, tanq̃ à malo aliquo motus dęmone, & cum è propinquo cultrũ macelli arripuisset, eo & pedem sacri corporis amputat, & sistit martyri cursum decertationis, eiq; finẽ imponit certaminis. Nã simul eũ pedis amputatione è uita quoq; excedit vir generosus, vel potiùs ad cælũ currit, & ad eũ ascendit, qui posuit eius viã nulli repræhensioni affinẽ, & perfecit pedes eius tanquàm cerui, & collocauit super excelsa.

Rursus atrociter flagellat.

Trahitur per terrã ad locum supplicij.

Cedit è vita.

Psal. 17.

Cap. 14. Hic est cursus viri fortissimi, hoc est stadiũ eorũ, quæ in terra fuerunt, certaminum. Talis fuit virtus illius animæ, talis decertatio. Preciosum autẽ thesaurum, corpus, inquam, martyris, qui ipsum trahebant per medium forum, ij iam mortuum ferentes abiecerunt in locò maleficorum: Et sic diù mansit iacens in loco uili & probroso, quod erat diligentissimè custodiendũ, dimissum vt comederetur à feris & volucribus: vt ĩ eo impleretur rursùs, quod dicit Dauid: Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cæli, carnes sanctorum tuorum bestijs terræ. Effuderunt sanguinem ipsorum tanq̃ aquam. (Nã hoc quoq; est illis consequens) & non erat qui sepeliret: donèc is, qui dedit illi auxilium in carnis imbecillitate, vt pulchrè decertaret, & non excideret à coronis gloriæ, is pijs quoq; præbuit animis, nè tali thesauro priuarentur: pulchro, inquam, illo & sacrosancto corpore. Non siuit ergò id latère perpetuò, sed id apertè efficit manifestum. Id aũt facit hoc modo:

Psal. 78.

Cadauer eius exponitur feris uorandũ.

Duodecim viri, cùm mali olìm dæmones ĩ eos insilijssent, alius aliũdè uenientes, vt eius, qui inhabitabat, spiritus vnũquenque agebat inclinatio, simul semelq; inter se cõuenerũt: & cùm ꝓpter cõem calamitatẽ cõiter quoq; versari & errare statuissent, magnũ terrę spatiũ transmittẽtes, repẽtè, tanq̃ tracti ab vna anima, veniunt in locũ maleficorũ, vbi proiectũ fuerat corpus martyris, & sanctũ cõfusis & non significantibus inuocabant uocibus. Quin etiã terrã fodientes manibus, & eũ in apertũ proferre conãdẽtes, in corporum congeriem incidunt: sed alijs prætermissis, (O miraculum) eum statim agnouerunt, qui ipsos vocabat, & sustulerunt corpus, quod ad ipsum aduolante gratia, fortè autem etiã mira fragrantia, obscurè ad se uiros attraxerat. Sed id quidem ornatum cõueniẽtẽ statim est assecutũ: & desiderantibus manibus in sacro loco fuit sacrosanctè depositum. Loco aũt nomẽ est Crisis. Qui autẽ uexabantur a dæmonibus, consequenter adipiscebantur curationem, & domum redibant cũ magna lætitia, accipientes sanitatem, tanquàm mercedem inuentionis. Et nunc est nobis ex illo tempore perpetuus thesaurus, & malorum, quæ nos semper compræhendunt, certum solatium. Nam seu morbo opprimitur aliquis, seu aliqua afficitur

Cadauer eius inuenitur a dæmoniacis.

Duodecim dæmoniaci curantur.

Vide quod præstent sancti, si pie inuocentur.

iniuria, seu aliquo alio casu vexatur, omnia deponet, si illuc cum fide accesserit, & gratiam consequetur vberiorem. Quę detur nobis omnibus assequi gratia & clementia Domini nostri Iesu Christi: Quem decet omnis gloria, honor & adoratio cum patre principii experte, & sancto ac viuifico spiritu, nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

VITA SANCTI LVCAE EVANgelistę, per D. Hieronymū scripta, Lib. De viris illustribus.

Octob. 18.
Nouit linguā Grecam.
2. Cor. 8.

LVCAS medicus Antiochensis, vt eius scripta indicant, Græci sermonis nō ignarus fuit, sectator Apostoli Pauli, & omnis peregrinationis eius comes. Scripsit Euāgelium, de quo idē Paulus: Misimus, inquit, cum illo fratrem, cuius laus est in Euangelio per oēs ecclesias. Et ad Colossenses: Salutat uos Lucas medicus charissimus. Et ad Timotheum: Lucas est mecum solus. Aliud quoquè edidit volumen egregium, quod titulo πράξεις ἀποστόλων prænotatur: cuius historia vsque ad biennium Romæ commorantis Pauli peruenit, id est, vsque ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus, in eadem urbe librum esse compositum.

Colos. 4.
2. Tim. 4.

Igitur περιόδους Pauli & Teclæ, & totam baptizati Leonis fabulam, inter apochryphas scripturas cōputamus. Quale enim est, vt indiuiduus comes Apostoli, inter cæteras eius res, hoc solum ignorauerit? Sed & Tertullianus vicinus eorum temporū, refert presbyterum quendam in Asia σπουδαστὴν Apostoli Pauli, conuictum à Iohanne, quod author esset libri, & cōfessum se hoc Pauli amore fecisse, & ob id loco excidisse. Quidam suspicantur, quotiescūquè in epistolis suis Paulus dicit, Iuxta Euangelium meum, de Lucæ significare volumine: & Lucam nō solùm ab Apostolo Paulo didicisse Euangelium, qui cum Domino in carne non fuerat, sed & à cæteris Apostolis, quod ipse quoquè in principio sui voluminis declarat, dicens: Sicut tradiderunt nobis, qui à principio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis. Igitur Euangelium sicut audierat, scripsit: Acta uerò Apostolorum, sicut viderat, ipse composuit.

2. Tim. 1.
2. Tim. 2.
Luc. 1.

Lucas uxorē nō habuit.

Vixit octoginta & quatuor annos, vxorem nō habens. Sepultus est Constantinopoli, ad quam vrbem vicesimo Constantii anno, ossa eius cum reliquiis Andreæ apostoli translata sunt de Achaia.

ITEM VITA BEATI LVCAE Euangelistæ, per Simeonem Metaphrasten scripta. Extat 1. Tomo Aloysij, & in Oecumenio post Apocalypsin & vitam beati Iohannis Apostoli.

Prou. 10. Cap. 1.

SI iusti memoriam cum encomiis celebrare diuinus quidam vir ac sapiens diuina lege statuit, quantam sanè cōuenit Apostolo Christi nos simul afferre laudem? Siquidem hūc iustitia mirum in modum fecit & Apostolatu dignum, & vt Paulo dilectus videretur. Verùm enimuerò quoniā hic in Euāgelio laudem adeptus est, relictis omnino encomiorum legibus, quæcunque de eo narrare necessè est, per modum historiæ referemus.

Iustitia fecit eū Apostolatu dignum.

Quis Antiochenam ignorat ciuitatem, quem situm ac magnitudinem, quos've terminos habeat? & quænam hæc sit, & quantam occupet terram, quo've irrigetur flumine? Orontes hic est, vbi primùm homo Christiani appellatione ditatus est, ex qua diuus Lucas ortus est, & naturā quidē ac indolem habēs, ut quæ generosa esset ac preciosa, veluti ex hoc manifestum est, quòd & vita apparuit studiosissimus, & sermonem tradidit vitæ maximè cōformē. Cùm autem omni disciplinę generi vacasset à puero, & Syriacam ac Hebraicam linguam exactissimè edoctus est, & velut arbor iuxta fontes floridus iā & augmentatus, diuinarum scripturarum studio mirū in modum profecit.

Act. 11.
Patria S. Lucæ.
Multas callet linguas.

Adolescentiam itaq; attingens, gymnasia frequētabat, quæ tum in græcia erant, tum in Aegypto, ac pulcherrimam apud Græcos eruditionem collegit, Grammaticen quidem ac Poeticen perfectè assequutus: ad Rhetorices verò, artisq; benè dicendi cacumen pertingens, neque in Philosophiæ dignitatib9 alicui cedens, sed Logica quidem ad Ethicem, Ethice verò ad practicen tanquàm gradu vtens, ità omnibus bonis incumbens, tandem pulcherrimam simul ac humanissimam Medicinam assequitur, idq; intātùm, ut ab hac vt plurimùm designaretur ac appellaretur. Postquàm autem ingenii dexteritate ac magnitudine omnem artem citiùs percurrit, quàm volucris aera satisq; humanæ doctrinæ adeptus est, ad sublimiorem ac meliorem transit habitum. Quis autē fuit modus transitus?

Cap. 2.
Eius eruditio varia.
Est medicus insignis.

Habebat quidem interim de mundi salute disputationes ac cōgressus is, qui liber a peccato venerat, vt peccatores vocaret ad pœnitentiā, idq; post luctā contra aduersarium & trophæa de illo relata, post auditum supernè patris testimonium, ac spiritùs descensum. Percurrebat autem fama vniuersam Iudæā ac Galilæam, & alicubi etiā extra terminos ea, quæ Euangelicę prædicationis erant, sequebantur. Tunc multi sanè ad veram hanc doctrinam cordis aures obturabant, ac mentis oculos claudebant, neque vitæ suscipere sermonem, neque veram lucem intueri digni erant. Hi autem, in quibus veritatis vestigiū impressum erat, quiq; terræ bonæ rationem ac proportionem habebant, totis (quod aiunt) oculis intuebātur, & arrectas adhibebant animæ aures ad auscultationem, ac velocissimè ad ueritatem transferebantur, nihilq;, quod facere decēs erat, prætermittebāt, vt ad id, quod honestum erat, accederent, & ad ipsā nudā animā transmitterent certam veritatem.

Cap. 3.
Matth. 3.
Christi fama celeberrima.

Horū vnus erat admirandus hic pręco veritatis ac præceptor, qui ad primam prædicationē mentis oculo illustratus, despicit cognitionem omnem, despicit & naturæ viscera, abiicit pecunias, possessiones, omnemq; substantiā, ità vt nemo adeò facile pedū puluerem, ac manuū sordes abiiceret, ut ne vel hoc ipso præ festinātia occupari certè potuerit, quò facultates indigētibus destribueret. Vtq; breuiter dicā, despectis cūctis inferioribus, superna velociter amplectitur, & ad Iudæam accedit, vaditq; ad eum, quē concupiscebat, ac statim ad cōspectum ac sermones Iesu, efficitur splendidum receptaculū ad preciosū gratiæ vnguentū. Neque tamen illi frequentib. fuit opùs sermonibus ac miraculis ad illius cognitionē, sed quantò doctrina ac prudentia, animiq; dexteritate in aliis præpollebat, tantò velociùs & ipsam purè veritatē, & prædicatum sermonem cognoscit.

Cap. 4.
S. Lucas credit, & omnia relinquit.

Ab hoc tpe efficit legitimus ac verus Christi discipulus. Cumq; frequenter pceptori adsuisset, & eius signa ac prodigia assectatus esset, ne in salutarib. quidem ipsius afflictionibus deest. Et quemadmodum

Cap. 5.
Fit Christi discipulus.

omnibus

omnibus adfuerat, ità sanè & resurrectionis conspe
Luc. 24. ctor fuit. Cum Cleopa enim ad agrum Emaus profi
ciscenti adstans post resurrectionem Dominus, (ò
horrore plenum illum accessum) tarditatem ac cor
dis eorum incredulitatem improperat, & scriptura-
rũ interpretationibus suam passionem, ac magnum
Fit testis resurrectionis. resurrectionis mysterium confirmat. Veruntamen
quæ fuit huius diuinæ collocutionis agricolatio?
Ignis diuinus iam in horum animis relucet, iamq;
die declinante, manere secum Dominum quodam
modo coegerunt. Porrò ipse maiori Dei cognitione
illos afflare volens, non solùm vulgari modo con-
gressus est, verumetiam ad mensam vnà recumbit,
panisque fractione exactiùs agnitus hic idem, qui
triduò mortuus fuerat, tandem disparuit, nullo eo-
rum sensu id percipiente, effecta hoc modo in eis fir
miori resurrectione mortuorum.

Cap. 6. Præterea à Saluatoris in cęlum assumptione, ac
Fit gentiũ præceptor & Apostolus. sanctissimi spiritus indè descensione, hic duodecim
Apostolis associatus, & eadem gratia ac potestate re
pletus, Gentium præceptor designatur, diuino mo-
do docens dispensationis mysterium, & multos ad
creatoris cognitionem ex errore manducẽs, ac ba-
ptismate consecrans. Siquidem currebat diuinus hic
Lucas, prędicationem vbique disseminans, & sermo
num sagena plures ex profunda ignorantia ad Deũ
Multa patitur S. Lucas, dũ prædicat Christũ. adducebat, afflictus pro Euangelio, cùm ad peſsi-
mos Græcos ad disseminãdos sermones accederet.
Multa aspera sustinebat in terra, in mari, in singulis
ciuitatibus. Desertum dicebatur ei amicum solum,
dummodò aliquos in eo inueniret, quos Deo addu
ceret, ac transferret ad pietatem.

Cap. 7. Vbi autem & Paulus cælestia conscendisset, vt in-
tueretur veritatem, & apertè eam prædicaret, ac a-
biectis erroris tenebris, veritati adhæsisset, & choro
Comes S. Paulo adiungitur. discipulorum adnumeratus esset, Lucas ipsi socius
itineris vbiquè constituitur, ac peregrinationis co
mes, certamina pro pietate exoptans, & ob id se hu
iusmodi coniungens militi, & vnà cũ eo vsq; ad vin
cula afflictus quasi maleficus, simulque cognitionis
radios ad fines terrę emittens, adeò ipsi conformis
ac domesticus, & per omnia gratus effectus, ut Pau-
lus scribens fidelibus, Lucam frequenter nominaret
dilectum, qui à Hierosolymis, & circumadiacenti-
bus locis Illyricum vsque, vnà cum ipso impleuit E-
uangelium, & a Iudæa Romam vsque vnà cum eo
vinctus, eisdẽ laboribus, eisdem afflictionibus, eisdẽ
communicauit naufragiis, volẽs omninò particeps
declarari etiam coronarum, propter hos labores
recipiendarum.

Cap. 8. Ità ergò vbi variis modis in talento prædicatio-
nis simul cum Paulo negociatus esset, atque tot gen
tes adduxisset ac irretiisset ad pietatem, totius dispẽ
sationis præceptoris & verè amator, & amatus disci-
pulus, sacræ scriptor historiæ, simul & Euangelista
ostenditur, ut qui & prius assequutus esset, & ab his,
qui ab initio ministri fuerant, hæc cognouisset, aut
etiam supernè in sacris edoctus esset. Siquidem hic
Luc. 1. Euangelista mysterium retexuit Gabrielis paranym
phi delatum ad Virginem, qui communem mundo
Luc. 2. gratiam annunciauerat. Hic etiam Christi natiuita-
tem apertè exarauit, tanquàm recèns in præsepi iacẽ
tem manifestans, & fascias, ac pastores, gaudijque
S. Lucas in proferẽdis parabolis cæteris copiosior. præcones Angelos describens. Hic sententias ac do
ctrinas, omnem mentem excedentes, veri simul ac
honesti amore manifestauit, rerum veritati sermo-
num ingenuitatem committens, ut & mentis simul
ac linguæ virtutem ob oculos poneret. In parabolis
quoquè doctrinas salutares retexuit, in hoc etiã co-
Luc. 4. piosior cæteris. Vtq; breuiter dicam, quẽadmodùm

verbi descensum in terram dilucidè cognoscendũ *Act. 1.*
dedit, ita & ascensum in cælos, & reditum ad thro
nũ paternũ, sicut quispiã è cælo veniẽs, manifestauit.

Hoc autẽ inter cætera gratissimum est, q ipsum *Cap. 9.*
quoquè typum assumptæ humanitatis Christi mei, *Pinxit imaginem Christi et S. Mariæ.*
ac signum eius, quę illum pepererat, & assumptã hu
manitatem dederat, primus hic cera ac lineamentis
tingens, ut ad hæc vsque tempora in imagine hono-
rarentur, tradidit, tanquàm non satis esse existimãs,
nisi etiam per imaginem ac typum versaretur cum
his, quos desiderabat, quod feruentissimi amoris si
gnũ est. Neque id solùm, sed & fidelibus oĩbus, Chri
stiq; amatorib. hęc q maxima erãt, gratiosè donauit.

At non in his solis Lucas gratiam spiritus, quæ in *Cap. 10.*
se erat, coarctauit, neque ad solum Euangelium hic
ministrantem habuit linguam, sed post finem mira-
culorum Christi, ét Apostolorum exponit actiones: *Act. 1.*
Et primùm Saluatoris diuinam in cælum assumptio
nem, deindè super ipsos in igneis linguis spiritus de
scensum, dehinc Stephani lapidationem, Pauli con- 2.
uersionem, nempe per Christum factam de cęlis vo 7.
cationem, & transitum à litera ad spiritum, huius in 9.
singulis locis vincula, carceres, plagas, flagellatiões, 28.
varias gentiũ insidias, quomodò a Hierosolymis Ro
mam peruenerit, labores in mari, afflictiones, peri-
cula, calamitates, naufragia, quorũ nõ spectator tan
tùm, sed & particeps fuerat. Atque ob id diligẽs est
horum enarrator.

Sed Paulo quidem Romæ relicto, rursùm hic ad *Cap. 11.*
Orientẽ discedit, totãq; Libyã percurrens, in Aegy- *Annũciat Christũ Aegyptijs.*
ptum peruenit. Et cum superiorẽ Thebaida intra suã
doctrinam recepisset, ac ad magistrum per Euange-
lium adduxisset, inferiorem Thebaida septem por-
tarum ciuitatem accedit, in qua etiã pontifex ac pa-
stor a spiritu præponitur. Statuis, imposturisq; dæmo *Fit Episcopus.*
num delubris in terram deiectis, (Id.n.studio sibi e-
rat, ut errorem totis, quod aiunt, pedibus fugientẽ
demonstraret) sacra templa contrà soli Deo erigit,
eosque qui in profundis ignorantiæ tenebris tene-
bantur, per Euangelium ad Dei cognitionẽ regene-
ratis, mites filios effici curat.

Huiusmodi igitur fructibus magistro oblatis, im- *Cap. 12.*
pietate de medio sublata, erectis templis, altaribus
stabilitis ac cõsecratis, & sub credentibus, presbyte-
ria ac diaconis inter hos creatis, rectæq; fidei præfi-
nitione ipsis tradita, & nunc quidem a veteris instru
menti scriptura adducens testimonia, nunc verò ab
eo, quod ipse contexuerat, Euangelio interpretãs
ipsis ea, quę de Christo erant, & ostendens uetus in-
strumentũ omninò consonum esse nouo, vnumque
& eundem esse Deum, qui & hoc & illud statuerat, *Feliciter migrat ad Dominũ.*
plenus iam dierum effectus, redit in pace ad Deum
pacis, puluere quidem pulueri relicto, anima uerò
in manibus eius, qui dederat, cõmendata, illuc tran
siens, vbi regio est viuentium, ubi sonus festa cele- *Psal. 26. 41. 86.*
brantium, vbi inhabitatio est omniũ lætantium. Hu
iusmodi sunt certaminũ Apostoli pro pietate narra
tiones: hic fuit ipsi finis laborum pro Christo per-
pessorum, quorum etiã manipulos nunc metit in
lætitia, ità vt possit & ipse cum Paulo dicere: Bonũ *2. Tim 4.*
certamen certaui, cursum consummaui, fidẽ seruaui:
propter quę reposita est mihi corona iustitiæ.

Veruntamen his nũc consequens esse opinor mẽ *Cap. 13.*
tionẽ facere, vndè & quomodo, quibùsve sane tẽpo-
ribus sacræ huius reliquiæ ex Achaia, veloci diuinus
quidam thesaurus reportatæ sint, & claræ ac regiæ
ciuitati redditę. Transibat quondàm a Sirmio ad
Istrum Constantius Constantini Magni filius, sed
fratrum tertius, atque ad hanc Istri ripam non lon-
go tẽpore castrametatus, audiuit Barbaros, q vltra

strum erant, conflicturos cum Romanorum principatu: & ipse formidās, nè quid mali in suo principatu facerent, confestim ad Thraciam ac Byzantiū equitauit. Cumque ad regionem Odrisiorum peruenisset, vbi Adrianus Romanorum Imperator extructa ciuitate, sui appellationem loco dedit, accedit ad eum quidam Episcopus, veluti donum quoddam ipsi gratissimum deferens, Andreæ ac Lucæ Christi discipulorum corpora indicans in Achaia esse sepulta.

Corpora S. Andreæ & Lucæ prius in Achaia sepulta sunt.

Porrò ille & nuncio gauisus est, & Artemiū, quo maximè utebatur, & quem sciebat feruidum amatorem charitatis erga Christum. (Attestatur verò diuinum huius amorem certamen ac periculum, temporibus Iuliani propter Christum susceptum) Hunc ergò tanto feruore pro pietate spirantem amicum Artemium, ad preciosorum corporum reductionē confestim emittit.

Cōstantiꝫ laus.

Etenim erat hic Constantius & in cæteris moderatus, & moribus mitis ac modestus, ac magno admodùm circa ecclesiarum ædificationem amore occupatus. Vndè etiam ad patris sui ciuitatem circa illius sepulcrum, veluti reddens patri honorem, templum ab ipsis fundamentis maximum ædificat: in quo etiam, vbi Artemius sacrorum Apostolorum reliquias ex Achaia retulisset, in ipso diuino altari sacra mensa reposuit: Andreæ quidem è ciuitate Patræorum, Lucæ autem ex Thebis Bœotiæ trāslatis corporibus.

Amplissimū extruit tēplū, et in eo cōdit reliquias SS. Andreæ, Lucæ, et Timothei,

Ac breui tempore intermedio etiam Timotheum, qui in choro discipulorū Christi velut perspicua quędā stella splenduerat, ex Epheso refert Ioniæ, ministro quoquè rursùm ad hoc usus Artemio. Sed habuit & ipsum sacræ mensæ ambitus veluti reddentem debitum quoddā pietatis suis auxiliatoribus. Verùm Timotheus quidem huiusmodi habuit corporis reductionem: Porrò in diui Lucę reductione tale editur miraculum, sermone ac memoria dignum.

Cap. 14. Anatolius quidam Eunuchus unus eorum, qui tūc è regio erant cubiculo, misero corporis morbo detentus erat. Vbi ergò maiorem nouit esse morbum, quàm qui medicorum posset arte curari, probè sciēs ille, quòd quæ impossibilia sunt apud homines, Deo possibilia sunt, *Matth. 19.* omnibus aliis relictis, ad Lucā Christi discipulum confugit, & hoc auxiliatore vtitur aduersus morbū. Vbi enim vrna, q̄ preciosum continebat ipsius corpus, ad sacrum templum iam esset delata, quod à fundamētis Constantius erexerat, accedens hic dictus Anatolius, simulque baiulans cū his, qui illam portabant, confestim deprimente morbo absoluitur: & viuens ex mortuo tale adeptus beneficium, tota sua vita non intermisit gratias agere Apostolo ac Deo, qui per ipsum huiusmodi edebat miracula.

Miraculū ad S. Lucæ reliquias

Itā igitur primùm ex Thebis relatum diuinissimi Lucæ corpus, honorificè admodùm ac magnificè cum Andrea ac Timotheo in templo reponitur, quod à Constantio ædificatum erat: cùm circa sacrarum reliquiarum repositionem fidei opera ac feruidum Constantii desiderium plurimùm demonstrata sunt. Quanquàm hic posteà maligni laqueis aliquantulùm captus, (o casum miserum, heu turbulentam subuersionem) Arrianorum dogmata ebibit.

Cōstātius Arrianizat.

Cap. 15. Multis autē postmodùm tēporibus, Iustinianus, assūptis Imperii sceptris, multo adhuc amplificētiùs circa hæc sacra Apostolorū corpora afficitur, & thecā argētea hæc cōcludēs, circa ipsū altare vehemēti Dei amore reponit, nēpe preciosa in precioso cōditorio. Et quidē sacri altaris mensam theca cōstituit: porrò cōmuni Apostolorū nomine tēplū appellatur. Ad quod sanè omnes qui cōueniūt fideles, laudant hunc tanq̄ discipulū, celebrant ut Euāgelistā, beatificant tanq̄ eū, q in sacris sudoribus ac laboribus diuino Paulo semper fuit socius. Et indè sanctificationē participantes, spirituali implētur gaudio: idq; gratia ac benignitate Domini nostri Iesu Christi, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

Iustiniani studiū erga sacras reliquias.

BEATI PETRI DAMIANI sermo de Sancto Luca Euangelista. Quē in vndecim capitula distinximus.

Octob. 18. Cap. 1.



QVIA per Euangeliū, dilectissimi, de tenebris ad lucē reductus est mundus, meritò Euangelistarū gloriā celebrat popul' Christianus. Sed inter cæteros beatus Lucas, cui præsens famulaturus est sermo, dū gemina styli specie & Euangelicā, & Apostolicā cōtexit historiā, tanq̄ diuersis agrū ecclesiæ frugibus ditat, vnde videlicet populus esuriens viuat. *Gen. 42. & 44.* Hæ planè sunt fruges, quas Ioseph fratribus contulit: hæc pecunia, quā in ore sacci præcepit impont. Hæc pecunia nūc in Ecclesiæ mensa proponitur, vt usum postmodùm à negociatoribus requiratur. *for.* usura* Sed & Beniamin hoc etiā præ cæteris additur, vt in sacco eius etiam scyphus cū pecunia reponatur. *Gen. 44.* Quē enim Ioseph per mysteriū indicat, nisi redemptorem nostrum, quem suo iam tunc ille mysterio præfigurabat? Ait enim scriptura: Quia vertit nomen illius Pharao, & vocauit eum lingua Aegyptiaca Saluatorē mundi. *Gen. 41.* Quid per fratres, nisi sancti designantur Apostoli? Quid per Beniamin, nisi Paulus, qui de tribu Beniamin originē duxit? *S. Paulus de tribu Beniamī originem duxit.* Omnes ergò fratres fruges prædicationis accipiunt, quas serere per mundū debeant: & pecuniā, quam ad usuræ lucrū in mensa proponant. Soli verò Beniamin etiā scyphus adiicitur, ut per Paulū, quem ille signabat, non tabernaculi cyathus Gentibus, sed amplum & patulum verbi poculum propinetur. Hinc est enim, quòd ait: Os nostrū patet ad uos, o Corinthii, cor nostrum dilatatum est, non angustamini in nobis. *2. Cor. 6.* Acsì dicat: Quia me uobis verbi potū per uberem scyphum largè videtis afferre, & uos sitibundi cordis ad hauriendum ora laxate, vt decurrens unda non inaniter fluat, sed capacia uasa, in quæ transfundatur, inueniat. De quo videlicet potu per Esaiam Dominus dicit: Glorificabit me bestia agri, dracones, & struthiones: quia dedi in deserto aquas, flumina in inuio, vt darem potum populo meo, electo meo. *Esa. 43.* Quid enim bestia designat agri, nisi gentilitatem utiquè rationis expertē? Quid per dracones, nisi malitiosi? Quid verò per struthiones, qui pēnati sunt, sed volare nequeunt, nisi hypocritæ figurantur? Hæ ergò bestię Deum glorificant, dum Christus gentili populo, qui desertus erat & inuius, exuberātis Euangelii verba propinat.

Cap. 2. Scyphus itaque Euangelicæ prædicationis, in Beniamin datus est Paulo, vt ipse desertum gentilitatis specialiter excolat, & ariditates eius largo sanctę prædicationis imbre perfundat. De quo scilicet imbre scriptum est: Qui operit cęlum nubibus, & parat terrę pluuiā. *Psal. 146.* Vndè & ipse Paulus, qui se Apostolum, & magistrum gentium esse testatur, ait ad Galatas: *2. Tim. 1. Gal. 2.* Cùm uidissent, quòd creditum est mihi Euangelium præputij, sicut & Petro circuncisionis, Qui enim operatus est Petro in Apostolatum circūcisionis, operatus est & mihi inter Gentes. Vbi notādum, quanta beati Pauli dignitas, quanta sit gloria. Nimirùm qui beatum Petrum & cæteros Apostolos adhuc passibilis ac mortalis edocuit, ipse Paulum, iā glorificatus & super Angelos exaltatus, instruxit,

Magister

S. Paul⁹ à Christo iā in cælis regnāte edoctus est.

Magister Apostolorũ extitit Christus, cùm hominũ subiaceret iniuriis: Paulum docere non dedignatus est, cùm iam virtutum cælestiũ vallaretur obsequiis. Cum aliis degebat Apostolis, dum nostræ mortalitatis adhuc infirma perferret: Paulum sibi familiarem fecit, cùm calcato ac potenter euerso mortis imperio, paternæ maiestatis solio præsideret. Hinc est, quod ait: Notum vobis facio, fratres, euāgeliũ, quod euangelizatum est à me, quia non est secundùm hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationē Iesu Christi. Ideoque licèt sancti Apostoli per corporales obtutus cũcta Saluatoris nostri gesta perspexerint, in nullo tamen beati Pauli præcessere notitiam, dum idē hunc de cęlo Magister instruxit, qui antè cum illis in terra corporaliter habitauit. Vndè est, quod ad Corinthios per interrogationem dicit: Non sum Apostolus? Nonne Iesum Dominum nostrum vidi? Nònne opus meum vos estis in Domino? Deo itaque reuelante, ad tantam peruènit scientiæ plenitudinem, atque ità perductus est in omnē Euangelicæ regulæ veritatē, vt cùm omnes superessent, Apostolorũ magisterio non egeret. Hinc est, quod ad Galatas dicit: Cùm autē placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiā suā, ut reuelaret filiũ suũ in me, vt euangelizarē illum gentibus, continuò non acquieui carni & sanguini, neq; vēni Hierosolymam ad antecessores meos Apostolos. Quandò autē ierit, aperuit cùm subiũgit: Deindè post annos tres veni Hierosolymā videre Petrũ: videre, nō discere.

Gal. 1.

1. Cor. 8.

Gal. 1.

Sed dicat aliquis: Hic sermo non Lucā Euangelistā, sicut promiserat, loquitur, sed in Pauli Apostoli disputatione versatur. Verũ planè, nec possumus diffiteri. Sed cùm beatus Lucas eiusdē Apostoli indiuidu⁹ comes extiterit, atq; ab eo didicerit omne, quod scripsit, vbi dignitatē præceptoris exprimimus, alũni quoquè præconiũ non tacemus. Et doctoris laus redũdat in discipulũ, dũ Euangelicę veritatis historiā, quā ille diuinitùs didicit, hic ex eius ore percipiens, fideliter apicibus exarauit. Quantæ ergò dignitatis, quantæq; sit excellentiæ beatus Lucas, in hoc liq̃dò dephēditur, quia cùm Marcus à beato Petro edoct⁹, & Matthæ⁹ atq; Iohānes, qui Euāgeliũ descripserũt, Redēptoris nostri gesta in terra didicerint, iste solus (vt ità loquar) hoc Euangelium scribere meruit, quod de cælo descendit, dũ scilicet hoc Spiritus sanctus Paulo cælitùs reuelauit, & postmodùm p eundē Paulũ, quasi p organũ suũ, beato Lucæ Christus innotuit. Hinc est, quod ipse Paulus ait: An experimētũ q̃ritis eius, q in me loq̃t Christus? De cęlo ergò Christus in Paulũ gestorũ suorũ sacramenta profudit, eadēq; per Paulũ in Lucā, velut aurea fistula mediāte, transfudit, vt huic beato viro non immeritò cōgruere videatur, quod p Esaiā dicitur: Primus ad Siō dicet, Ecce adsũ: & Hierusalē Euāgelistā dabo. Ideoq; non casu, sed spiritussancti magisterio factũ est, vt beatus Matthęus, qui à cōuersante in terra Domino Euangeliũ didicit, quadraginta generationes enumerando descendat. Per quadragenariũ quippè numerum labor exprimitur, quo videlicet Christus in corpore suo, quod est Ecclesia, p diuersa vitæ huius tempora fatigatur. Hinc est, quòd Moyses & Elias per quadraginta dies continuauerūt ieiunium. Sed & ipse Dominus sub eodem numero abstinuit à perceptione ciborum. Per Moysem itaque lex, per Eliam prophetia, per Christum verò, noui testamenti patenter intelligitur gratia. Per afflictionem ergò legis, prophetię simul & gratiæ, labor innuitur vniuersalis Ecclesię, per vniuersa mortalis huius vitę secula fatigatę. Hinc est, quòd filij Israel eremi-

Cap. 3.

S. Lucas à Paulo Apostolo quod didicerit.

2. Cor. 13.

Esa. 41.

Matt. 1.

Exod. 24. & 34

3. Reg. 19.

nis, atque laboribus diutinę peregrinationis attriti, post quadraginta annos terrā sunt promissionis ingressi: quia videlicet omnes electi post emensum huius peregrinationis excursum, mox hęreditario iure terram viuentium possidebunt. *Iosu. 3.*

Per numerum ergò, quem Matthęus ordinat, susceptio laboriosę mortalitatis nostrę: per illum verò, quem Lucas posuit, indubitanter exprimitur mysterium nostrę redemptionis. Per illum similiter numerum edocemur, quia Christus iuxta prophetiam peccata nostra ipse portauit: per istum verò cōsequēter addiscimus, quia secundùm Apostolũ omnia nobis delicta donauit. Ipse quippè est Agnus, qui oblatus est, quia ipse voluit: ipse est, qui & abstulit peccata mũdi. Septuagenarius quippè septimus numerus, quem Lucas posuit, remissionem significat peccatorum, sicut ipse Dominus innuit, cùm Petro quęrenti, quotiès essent dimittenda fratri peccata, respondit: Dico tibi, non tantùm septiès, sed vsque septuagiès septiès. Nec mirum, si per hunc numerum, qui ab vndenario & denario nascitur, humanę prauitatis abolitio designatur. Vndenarius quippè numerus, si septiès multiplicatur, profectò septuagintaseptem summa completur. Sed denarius, qui perfectus est numerus, decalogum signat. Per vndenarium verò, quo hunc transgredimur, quid nisi legalis transgressio figuratur?

Cap. 4.
Luc. 3.
Esa. 53.
Col. 2.
Esa. 53.
Luc. 3.
Matt. 18

Cùm ergò in tota illa summa legis simul & transgressionis, vterque numerus comprehendatur, quid mirum, si per eam scelerum remissio designetur? Septenarius planè numerus, qui supra Dominum in columba descendit, nostræ prauitatis vndenarium aboleuit. De quo scilicet charismatum numero per Esaiam dicitur: Requiescet super eum spiritus sapientię & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientię & pietatis, & implebit eum spiritus timoris Domini. Vndè beatus Lucas, ut expiari nos à nostris sceleribus per aduentum nostri Saluatoris ostendat, non ab Euangelicę narrationis exordio, sed à baptismo duntaxat, Christi cognationis ordinē inchoat. Quod etiam in libro Geneseos euidenter ostenditur, vbi Lamech vxoribus suis dixisse narratur: Septuplùm vltio dabitur de Cain, de Lamech verò septuagies septiès. Vltio quippè de Lamech septuagiessepties danda dicitur, quia septuagintaseptem homines de femoribus eius perhibentur egressi, ac postmodùm diluuio vorante referuntur absorpti. Sed quia Lamech percutiens, siue percussus exprimitur, quid per hunc, nisi primus parens humani generis figuratur, qui nimirùm peccati telum, quo primus ipse percussus interiit, vniuerso quoquè generi successurę posteritatis infixit? De hoc ergò Lamech septuagiessepties ultio data est, quia peccatum, qđ primus homo contraxit, per septuagintaseptem generationes in humano genere viguit. Vsque ad Christum siquidem peccatum originale permansit, quod ipse per baptismi sui (vndè Lucas incipit) sacramenta deleuit. Vbi videlicet de illo dicitur: Eccè agnus Dei: eccè qui tollit peccata mundi.

Cap. 5.
Esa. 11.
Gen. 4.
Homines 77. de femorib⁹ Lamech egressi, in diluuio absorpti.
Iohan. 1.

Redemptionis ergò nostrę materiam vterque sanctus Euangelista sic inuicèm diuidunt, & narrationis partem sibi quisque congruam sumunt, ut Matthæus per generationum lineam descendēdo, Christum ad nos peccatores de cęlis aduenisse perhibeat: Lucas autem à sacramento baptismatis ad patrem usque conscendens, traxisse nos secum ad cęlestem gloriam, peccatorum sordibus ablutos, ostendat. Ille siquidem adstruit Christum ad terram misericorditer descendentem: iste fatetur eum nos ad cęlestia subleuantem. Ostendit ille pastorem nonaginta-

Cap. 6.
Matt. 18
Luc. 15.

gintanouem oues in deserti pascuis relinquentem: docet iste, quam perdiderat ouem, scapulis impositam, ad ouile proprium reuocantem. Ille perhibet descendisse medicum ad ægrotos: fatetur iste ad incolumitatis æternæ gaudia secum nos reduxisse sanatos. Ostendit ille solum unigenitum à patre ad nos missum: docet iste, quoniam ad cælestem patriã multitudinem transtulit electorum. Porrò vtriusque Euangelistæ intentionem vnâ beatus Paulus comprehendit, dicens: *Rom. 8.* Misit Deus filium suum in similitudine carnis peccati, vt de peccato damnaret peccatum in carne. Nam cùm dicit, Misit Deus filium suum in similitudine carnis peccati: ostendit susceptionem mortalitatis nostræ, quàm Mattheus apertè declarat, cùm ab Abraham descendendo, quadraginta generationes enumerat. Cùm verò subiungit, Et de peccato damnauit peccatum in carne: abolitionẽ perhibet peccatorum, quam Lucas indubitanter exprimit, cùm septuagintaseptem cognationum lineam texit. Quam videlicet vtranque sententiam idem Paulus vno alibi versiculo complexus est, dicens: *Rom. 4.* Iesus Christus traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Descendit enim Christus, vt nos à peccatis eriperet: surrexit autem, vt candore iustitię nitidos exhiberet.

Cap. 7. *Cur Matthæus descẽdẽdo, Lucas verò ascẽdẽdo, genealogiã Christi conseruerint.* Quę nimirùm vtriusque beati Euangelistæ diuersitas etiam in hoc euidenter ostenditur, quia Matthęus per Salomonem, in cuius matre Dauid per adulterium corruit, Dominicæ generationis lineam descendendo producit: Lucas autem per Nathan ascendit, per cuius videlicet æquiuocum prophetã, hoc ipsum eiusdem Dauid peccatum Dominus expiauit, & sic quasi lapsum miseratus erexit. Ille itaque docet, Dei filium ad nos humiliter inclinatum: iste pronunciat nobiscum simul cum triumphali gloria cælitùs exaltatum. Descendit enim Christus ad iacentes, vt eos secum proueheret in astra victores. Vndè non sine diuino factum præsaglo creditur, quod beatus hic Euangelista tali vocabulo nuncupatur. Lucas enim Hebraicè, Ipse consurgens, siue eleuãs, vertitur in Latinum. Hoc igitur in proprio nomine prætulit, quod ipse postmodum de Saluatore conscripsit. Redemptor enim noster & ipse de morte surrexit, & nos ad cælestia viuentes de mortuis eleuauit. Vndè & per Apostolum dicitur: *Ephes. 2.* Qui nos conresuscitauit, & consedere fecit secum in cælestibus. Ipse itaque principaliter consurgens, siue eleuans dicitur: quoniã ad hoc de morte surrexit, vt nos in morte prostratos erigeret: ad hoc ascẽdit in cęlum, vt secum nos ad cælestia subleuaret. Quod igitur beatus Lucas de Christo scribendo perhibuit, hoc quasi propheticè proprio nomine designauit. Et hoc magnum certè mysterium, quòd beatus Lucas à baptismo Saluatoris incipit, & vsque ad Deum Patrem generationum lineam ascendendo producit. Per lauacrum quippè sancti baptismatis à peccatis abluimur, & sic Deo Patri per Mediatorem Dei & hominum reconciliamur. In baptismo itaque est nostrę ascensionis initium, & sic ad Deum à viuentibus peruenitur per boni operis incrementum.

Cap. 8. *Lucas maluit ẽ in commemorando sacerdotes.* Nec prætereundum, quia cùm redemptor noster verus vtiquè sit Rex & sacerdos, sicut beatus Matthæus regiam eius texuit describendo progeniem, sic è diuersò Lucas sacerdotalem indicat per omnẽ textum sui voluminis dignitatẽ. In sacerdotali quippè plerunquè versatur officio, & dum diuersa Dominici operis gesta percurrit, ab his tamen, quæ ad sacerdotium pertinent, non recedit. Modò enim sacerdoti delegatum narrat officium, modò progeniem, modò uicem, modò sacrificium, modò nominat templum: & cùm plurima intrà sacræ historiæ seriem comprehendat, in intentione tamen, qua cœperat, prosequendi sacerdotii, perseuèrat. Nam in ipso suæ narrationis initio sic exorsus est, dicens: *Luc. 1.* Fuit in diebus Herodis Regis Iudæę sacerdos quidam, nomine Zacharias, de vice Abia, & vxor illius de filiabus Aarõ. Deindè ipsum sacerdotem ad adolendũ ante altare sacrificium statuit. Postmodùm quoquè ad eiusdem sacerdotis domum Mariam Virginem dirigit. Tria quoquè cantica in Ecclesia cantanda describit, (quod nullum Euangelistarum pręter eum fecisse reperitur) vnum scilicet Zachariæ, secũdum Mariæ, tertium Simeonis. *Luc. 1. et 2.* Quadragesimo verò die, postquàm natus est, Dominum cũ muneribus in templo narrat oblatum. Deindè duodennem in eodem templo inter doctores constituit residentem. Parentes quoquè Domini narrat per singulos annos in solennitate paschali orationis gratia Hierusalem ascẽdere solitos. Postremò Euangelium suum hoc fine concludit, ut dicat: *Luc. 24.* Ipsi adorãtes, regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno, & erant semper in templo laudantes & benedicentes Deum.

Cap. 9. *Ezech. 1.* *Apo. 4.* *Cur S. Lucas vituli speciẽ teneat.* Vndè fit, vt beatus Lucas vituli speciem teneat, sicut & Ezechiel Propheta, & Iohannes Euangelista se vidisse pronunciant. Vitulus siquidem in templo solebat offerri. Et benè vitulus, quia sacrę linguę vomere cordis nostri arua prosulcat, eaque Euangelici seminis iactu vitali fruge fœcundat. Vel certè idcircò beatus Lucas vituli prætendit imaginem, quia dũ Euangelicam atque Apostolicam describit historiã, hostes Christi atque aduersarios veræ fidei, tanquàm duobus cornibus ventilat, eosque, nè aream catholicæ Ecclesiæ depopulentur, expugnat. His autẽ cornibus pręmunitur, quibus & Iudęos ferit non credẽtes, & hæreticos hincindè concludat, à regula veræ fidei declinantes. Scripsit itaq; beatus Lucas Apostolorum labores & actus, quibus & ipse collaborator interfuit. Scripsit & Euangelium, quod quasi signatũ magni thesauri pondus, de cælo percepit. Cui videlicet illud Esaię vaticinium congruẽter aptatur, quo dicitur: *Esa. 29.* Et erit uobis visio omnium, sicut verba libri signati: quem cùm dederint scienti literas, dicent: Lege istum: & respondebit: Non possum: signatus est n. Quis est enim liber ille signatus, nisi sanctum Euangelium, mysticis figurarum sententiis obuolutum, *Liber signatus quis sit.* & ab humanę mentis intelligentia procul arcana quadam profunditate remotum? Hic profectò liber ille est, de quo Iohannes ait: *Apoc. 5.* Vidi in dextera sedentis supra thronum, librum scriptum intùs & foris, signatum sigillis septem. Quę sunt autem sigilla, quibus liber Euangelicus obsignatus dicitur, nisi septem illa sacramenta, *Septem sigilla quæ sint.* quibus utiquè totus ordo Dominicę dispẽsationis impletur, videlicet incarnatio Domini, natiuitas, passio, resurrectio, ad cęlos ascensio, deindè iudicium, postremò regnum? His itaque sigillis liber Euangelicus ità signatus est, ut nisi eum Christus aperuisset, cuilibet omninò patere non posset. Vndè subiungitur: *Apoc. 5.* Eccè vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & soluere septem signacula eius. In actibus verò Apostolorum, dum quasi nudam narrat historiam, quodammodò nascentis Ecclesię teneram lactat infantiam.

Cap. 10. Sed, si diligenter attendimus, quia medicus est ille, qui scribit, nil aliud in illa reperimus historia, nisi duntaxat animarum languentium medicinam. Humanę quippe conuersationi quasi quandam rectitudinis lineam tendit, & per eam nos quasi semitam dirigit: ut sicut primitiuam Ecclesiam uixisse perpendimus, inquantùm facultas suppetit, & ipsi uiuere studeamus, quatenus eadem puritas, quę de origine

fontis

Quatuor euangelistæ 4 fluminib. paradisi comparantur. fontis emanet, etiam per decliuia nihilominùs postrema decurrat: & qualis oriendo progreditur, talis in fine seruetur. Vnus est enim ipse de quatuor fluminibus paradisi, qui videlicet vberib. doctrinæ suæ fluentis vniuersam mundi latitudinem irrigauit. De quibus videlicet aquis per Esaiá dicitur: Scissę sunt *Esa. 35.* in deserto aquæ, & torrentes in solitudine: & quæ erat arida, in stagnum: & sitiens, in fontes aquarum.

Cap. 11. Recurramus itaq; dilectissimi, ad innocentiá pri- *Regia paupertas* mitiuę Ecclesiæ, vt discamus & possessa relinquere, & in regiæ paupertatis simplicitate gaudere. Non ad ima nos terrenæ substantię pôdus deprimat, quos ad supernæ Hierusalem gloriam Rex cælestis inuitat. Non nos ab hoc itinere carnalis illecebræ retrahat lenocinium, quibus vtique per præcedentis nostri redemptoris introitum patet aula cælorum. Nam dum generationis eius ordo ab humilitate baptismatis ad Patrem vsque producitur, liquet procul dubiò, quia patriæ cælestis ingressum se sequentibus pollicetur: & quó prior introiuit, sibi ministrá- *Iohan. 12.* tibus viá strauit. Volo, inquit, Pater, vt vbi ego sum, illic sit & minister meus: ut nimirùm ad caput se mébra colligant, & (sicut eodem spondente promitti- *Mat. 24.* tur) vbi fuerit corpus, & aquilę congregentur. Adeamus ergò cum fiducia thronum gratiæ, vt misericor- *Hebr. 4.* diam consequamur, & gratiam inueniamus in auxi- *Heb. 8.* lio opportuno. Nam (sicus idem dicit Apostolus) talem habemus Pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cælis, sanctorum minister, & veri tabernaculi, quod fixit Deus, & non homo. Illuc itaque se iá noster spiritus dirigat, illuc diruptis terrenæ concupiscentię vinculis æstuanter euolare côtendat, & vbi caput eminere considerat, se quoquè secuturum esse confidat. De quo videlicet dicitur: *Heb. 9.* Non in manufacta sancta Iesus introiuit exemplaria verorum, sed in ipsum cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. Illic ergò habemus Pontificé, qui iustificet peccatores: Illic habemus Regem, qui coronet post victoriam triumphantes: qui nimirùm ad hoc dignatus est de summis ad ima nostra descendere, vt nos secum ab infimis ad propria subleuaret, Iesus Christus Dominus noster, qui cum Deo Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in sęcula seculorum, Amen.

MARTYRIVM S. IVSTI SIVE Iustini, vt eum historia vocat, nouem annorum pueri, ex uenerabilis Bedæ Tomo 3. per F. Laur. Surium compræhensiùs descripta, cùm illic habeatur non prosa oratione, sed quæ carminis potiùs formam quandam referat.

Octob. 18. Luc. 2. Cap. 1. Homil. 8 in Euan.



HRISTO Domino ac Saluatore nascituro, edictú exiit ab Augusto Cæsare, vt describeretur vniuersus orbis. Ille enim, vt ait Gregorius Papa, apparebat in carne, qui electos suos adscriberet in æternitate, quos sacræ fidei professio commendaret: quam qui dignè colunt cum operibus bonis, quę sunt ceu census quidam Dño gratissimus, cælestis ciuitatis municipes fiunt. Quem cêsum vterque sexus & ętas omnis soluit, ut testantur martyres in- *S. Iustin' puer annorú nouē, fit martyr* numeri, non viri duntaxat, sed & fęminæ: nec solùm maturi æui, sed etiam permulti ætate tenera. In quibus sanctus Iustinus nouem annorum puer, quo pacto per passioné migrarit ad Dominum, sequés oratio explicabit. Diocletiano & Maximiano sęuissimis tyrannis Romani Imperii dignitaté obtinentibus, tá crudelis extitit persecutio Christianorum, ut omni suppliciorú genere affici iuberentur, qui Christum profitebantur. Et nè quis latitandi superesset locus, vbiquè struebantur insidiæ, ut nulli fas esset emere quippiá, aut vendere, uel etiam haurire aquam, nisi prius infandis dæmonú idolis thura cremaret. Ea *Rictiouarus sæuissimus præfectus.* tempestate fuit præfectus quidam missus in Gallias, perfidiosus, ferox, immanis Christi & Christianorum hostis, Rictiouarus nomine. Is sitiens innoxiorum hominum sanguinem, cùm venisset Basileam, multos illic Christianos in aquas demergi iussit: edictoque locis omnibus proposito, præcepit nè quisquá Christianus sineretur viuere.

Cap. 2. Per id tempus Antissiodori fuit Matthæus quidá, vir bonus & iustus, filios habens Iustinianum & Iustinum, quorum ille ætate, hic morum maturitate antei- *Sap. 4.* bat, per uitam immaculatam senectutem induês, & breui consummatus, longa explens tempora, meritorum eius laude durante in secula, quandoquidé placuit Deo anima illius. Antè autem, quàm hic Iustinus in lucem ederetur, frater eius Iustinianus ab hostibus captus, & procùl abductus est. At beatus puer Iustinus a teneris annis rebus diuinis animum ap- *Claret prophetia ipse etiam puer sanctus.* pulit, Domino illi quotidianæ gratiæ suæ incrementa largiente. Cumque esset uirtutibus ornatus, etiá futurorum prenotionem & scientiam diuinitùs accepit. Itaque ex Dñi reuelatione didicit fratrem suum agere in seruitute atque eius herum Lupú Ambianis habitare. Idque mox refert ad patrem, adhortans eum, vt iter suscipiat ad filium redimendum. Respondente patre, se nescire iter illud, sanctus puer animo accensus, urbem omnem Antissiodorêsem peragrat, ducé aliquem eius itineris quęritans. Sed cum nullus esset, redit ad patrem, indicat se neminé quidem inuenisse, qui eò uelit proficisci: at nec sic tamen cessandú esse. Pergamus, inquit, pater Christo comite, qui non sinet nos uotis frustrari nostris: nec quicquam illo pręeunte nobis aduersi occurret: sed ibimus illęsi, incolumesq; redibimus. Rursùs pater: Equidem fortassis, mi fili, tantum iter perferre potero, uiribus fretus corporis: tu verò cùm sis tenellus puer, vereor sanè ut possis. Iustinus respondit: Chri- *Magna animi virtus in tenero puero.* sti ego seruus sum, cui ego benè confido, cuique me semper commendare soleo. Eamus, pater, in eius nomine, illi totius itineris effectum committentes, gratumque habentes, quicquid ei facere visum erit. Acquieuit pater, & rebus ad iter necessariis côparatis, iter agressi sunt.

Cap. 3. Ea nocte Meloduni mánserunt, ad cuius portas pauper quidam eis uenit obuiám, & pedú officio, & oculorum lumine orbatus, ad ea incommoda accedente etiam dira fame & corporis nuditate. Petit miser *Liberalitas eius erga pauperem.* stipé à Iustino. Iustinus indicat patri, & ab eo acceptas escas dat inopi. Porrò sua se tunica spolians, ea vestit nudum gemino bñficio afflictum refouens. Ea re nonnihil commotus pater, cępit obiurgare eum, illud benignitatis & humanitatis officium, dispendium uocans. Contrá uerò sanctus puer Iustinus, Noli, inquit, pater factú hoc dispendii loco habere, cùm nobis pro illo ęterna in cęlis beatitudo ꝓmittatur, *Psal. 40.* dicente spiritu sancto per prophetá: Beatus, qui in- *Psal. 111.* telligit super egenú & pauperé: in die mala liberabit eú Dñs, & ab auditu malo nó timebit. Mala dies erit impiis, cùm in extremo iudicio dánabuntur à Deo, arsuri cú diabolo igne sempiterno. A malo aût *Mat. 25* timebût auditu, qui tûc audiêt uocé illam terribilé: Ite maledicti in igné ęternú. In hac die mala, qua dánabuntur impii, illi liberabuntur, qui pręstant eleemosy-

Ibidem. mosynam inece eos auditus malus terrebit, sed potiùs audient à Christo: Venite benedicti patris mei, possidete regnum, quod vobis paratũ est ab origine mũdi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: Nudus eram, & cooperuistis me. Quod enim vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Vides mi pater, quę bona reposita sint nobis, si ex iis, quæ suppetunt oobis, gratificemus inopi?

Cap. 4. Cùm ergò noctem illam Meloduni exegissent, manè cœpto pergunt itinere: Christoque duce, Lutetiã Parisiorum perueniunt. Vbi Hippolytus quidam eos hospitio accepit, & humaniter tractauit, cùm ei causam aduentus sui exposuissent. Ab illo aũt dimissi, Isaram fluuium vt attigerunt, non inuenere nauim, qua eum possent transmittere. Molestè id ferente patre beati pueri, ille perturbatum coololatur, indicans ei quod diuina reuelatione didicerat, quèdam adfuturum propediem cum naui, qui eos traducat. Adhuc puero hæc loquente, quidam nauta venit cũ sua cymba. Ad quem accedentes, rogant vt ipsos e-

Iustinus puer cum suo patre Deo duce venit Ambianum. ochat in aliud litus, iusta mercede accepta. Ille promptus annuit, nec tamen naulum recipere vult, gratis loam eis operam offerens. Traiecto flumine, Ambianos properant, vibemque ingressi, sciscitantur quæ sit domus Lupi, apud quem Iustinianus seruiat. Reperta domo, accedunt Lupũ, offerunt preces supplices, priorq; Iustinus ità eum appellat: Venimus, Lupe, ad humanitatem tuam, orantes vt captiuum fratrẽ nobis restituas, quem scimus apud te seruire. Affe rimus nostram substantiolam, ut accepto precio, pro tua clementia eum nobis reddas. Lupus uero rogat, quinam sit. Respondent se Christianos esse, ciuesq; Antissiodorenses, fratrem suum Iustioianum dici, & apud ipsum commorari. Tum Lupus: Ego, inquit, vobis pbebo hospitiũ, & pueros meos oẽs ostẽdam: inquibus si fratrẽ vestrũ videritis, precio redimatis.

Cap. 5. Iustinus cognoscit fratrem suũ, quẽ nũquàm viderat. Vesperè igitur in Lupi domũ intraot, & ille duodecim pueros suos io eorũ coospectum adducit: sed in ijs non erat Iustinianus, quẽ quærebant. Itaque beatus Iustinus oculos circunfercos, videt quẽdam extra illos assistentem poerũ, manu sua lampadẽ accensam teoentẽ. Is verò erat beati Iustini frater, ante eum diem nunq̃ illi visus. Sed ille plenus spiritusancto, nullo humine docente, eundẽ germanũ fratrem suum hactenùs incognitum, ocyùs cognouit. Sãctorum.n. animi Deo inhęrẽtes, interna & arcana persentiunt, & prophetico spiritu res ignotas edocentur. Videmus hoc in Actibus Apostolicis, ut spiritus loquatur Petro, Paulo, & aliis. Cognito igit fratre,

Act. 10. 16. &c. Iustinus dicit ad Lupum: Meus iste frater est, qui manu fert lampadẽ. Huius redimendi causa pater meus ad te accessit. Tu, vt es pollicitus, beoignũ te nobis exhibe, ut illo comite possimus abire domũ. Hæc ut audiuit Iustinianus, obstupuit, quòd nunquàm illi visus, iam facilè cognosceretur. Admirabantur ẽt alii, qui aderant, ob rei inusitatam nouitatem. Gratulabãtur fideles, in Domino lętantes, & pro tanta virtute Deo gratias agentes.

Cap. 6. Accusant sancti apud Rictiouarũ præfectũ. Aderant tum forsitãn quidam Rictiouari pręfecti satellites: qui vt eos Christianos esse censere, propere ad dominũ suum referũt. Is confestim mittit, qui eos adducant: aut si nolint sequi, in custodiam abducant, donéc possit opportuoè eorã ipso silli. Lupus verò, qui eos hospitio exceperat, noctũ eos excitat, hortatur ut ante diluculũ maturè proficiscãtur. Adfuerunt.n. inquit, hic Rictiouari administri, qui ut

Humani tas Lupi hospitis. Christianos uos esse animaduerterũt, mox illi signi ficarunt. Fratrẽ ergò vestrum vobiscũ abducite: nullum ego redemptionis preciũ expeto. Tãtũm ocyùs hinc abscedite, nè vos persecutores comprehendãt.

Illis itaq; profectis, repentè aduolant missi à iudice: sed non iouenientes eos, redeont ad illũ, aiunt iam abiisse homines. Mox ille iubet quatuor eqtes summo studio eos insequi, & ad suũ tribunal comprehẽsos pertrahere: si uerò reluctentur, confestim eos trucidare. Properant equites, abeontiũ persequũtur uestigia: qui cùm iam ferè venissent ad locũ, quem Luperã uocant, non longè aberant illi, qui eos insequebantur, crudeles carnifices. At aũt Iustinianus ad Iu

Insequũtur satellites Rictiouari ministri. stioum: Locum hunc opportunum cernis & haurieodæ aquę, & cibo sumendo. Si lubet igitur, paulispèr hic assideamus, ut cibo & potu refocillati, expeditiores simos ad prosequendum iter. Iustinos iam futurorũ præscius, respondet: Si quippiam gustare hic vultis, faciendum id est celeriter. Appropinquant.n. missi à iudice, qui nos, modò id possint, ad illũ adducant pœnas luituros. Ocyùs ergò cibũ capite: egò verò interim cõtemplabor, nũquis huc veniat, ea iudicis mandato nobis insidiatorus. Quòd si quẽ persensero eo animo ad nos accedere, ego cum illo col loquar, uos autem in hanc specum vos subducite.

Cap. 7. Hæc cùm prophetico spiritu sãctus dixisset puer, mox adsunt carnifices, quos ille adfuturos prędixerat. Ij sconspectis, cæteri in speluncã sese abdũt: beatus uerò Iustinus stat intrepidus, ad martyrij gloriã à Christo prædestinatus. Ad eũ igitur accedunt quatuor illi equites, sciscitantur qois sit, quæ eius sit pfessio, quinam illi aut ubi sint, quos habuisset socios.

Iustinus puer impertérritus se se hostibus offert. Ille per ordinem omnia explicans: Ego, inquit, Iustinus dicor, Christianum me liberè profiteor. Et quia Christiani nominis persecutores vos estis, non licet mihi vobis prodere comites meos, nè hac ratione pœnis illi subiiciantur. At illi: Nisi, aiunt, illos citò prodideris, nos te quàprimùm gladio feriemus, tum q indicare eos noo uis, tum q Christianum te profiteris. Respondet Iustinus: Sanctum Euangeliũ promittit oobis, si quis propter Christum perdat aoimã

Iohan. 12. suam, in uitam æternam custoditurum eam. Atque ea causa propter eum pœnas perpeti non recuso, eo dilecto malens emori, quàm offenso viuere. Quòd aũt vultis à me prodi comites meos, id sacrosãctũ vetat Euangelium, quandò ipse Christus Dominus

Iohan. 18. noster in passione sua noluit pdere discipulos suos, sed captus, iussit ut eos finerent abire. Notũ ergò sit vobis, me nec sanctissimũ Christi nomen metu mortis abnegaturum, nec socios indicaturum.

Cap. 8. S. Iustinus capite truncatur. His auditis, ira perciti carnifices, sine ulla mora in eius necem conspirant, vnusq; ea eis, cęteris hortantibus, caput illi amputat. Ità martyr Christi eum laude & gloria in cælum proficiscitur, gemioũ percepturus brauium, q & in Christi confessione perdurarat, & usque ad mortem proximos suos dilexerit. Vt uerò quæ eius esset gloria testatum fieret, insigne mox miraculum declaratur. Præcisum enim caput

Preclarũ miraculũ. manibus appræhendit corpus truncum, & coram lictoribus illis immobile constitit. At illi ei re perterriti, fugam capessunt. Pater uerò eius & frater è specu egressi, vident sauctum corpus eius stare immotũ, mirantur q; suis manibus proprium ferre caput. Varie interim animis afficiuntur, hortãte martyri gloria, ut exultent, natura inuitante, ut plorẽt. Maximè uerò anxios eos habent q nesciant, quomodò sepul turę mãdandus sit. Cumq; ea de re inter se cõferrẽt, caput beati martyris eos disertis appellans uerbis: Abite, inquit, ad locum, quẽ Luperam dicunt, atque

Loquitur præcisum caput patri & fratri suo. illic meum humate corpusculum. Porrò matri hoc meum apportate caput, ut amotis erga se mei apud se pignus habeat. Quòd si mei tenetur desiderio, studeat sequi me in paradiso iam degentem, ubi animę sanctorum feliciter quiescunt.

Tum

Cap. 9. Tum illi faciunt, vt erant iussi, corpusque sepeliunt loco eis indicato. Caput verò adseruant matri, quæ illud cum gaudio excepit, Deo agens gratias, quòd innocentem eius animam ad se euocasset. Tibi, inquit, Christe honor, laus & iubilatio, qui dignatus es hunc assumere puerum, & adiungere beatis martyribus tuis. At tu beate Iustine, fili mi dulcissime, qui in Christi regnum ingressus es cum palma victoriæ, ibi memor esto mei in tuis suffragiis. Hæc illa cum lachrymis orante, lux ingens effusa est super illud domicilium, in quo sanctum Iustini caput repositum erat. Cumque ea luce omnia circunquaquè irradiarentur, idque in ipsis noctis tenebris, mirabantur quotquot in ea vrbe erant. Tandèm Episcopo eius ciuitatis caput illud sancti martyris honorificè condente, cæca quædam puella superueniens, Adiuua me, inquit, beate Christi martyr, ut lumen diù negatum, Domino Christo præstante, tuo patrocinio adipisci merear, ut laudetur nomen eius in martyrio tuo. Sic illa orauit, & mox voto potita suo, laude & prædicatione effert inclytum martyrem, plebsque omnis exultans, gratias agit benignissimo Saluatori, cui est honor & potestas per æterna secula, Amen.

Lux cælitus effunditur super caput eius.

Cæca illuminatur.

VITA ET MARTYRIVM S. MOnonis martyris in Nassonia, Leodiensis diœcesis, quiescentis, ut habetur in antiquo MS. libro ecclesiæ collegiatæ eiusdem S. Mononis Nassonien. quam uitam fideliter exscriptam nobis transmisit Dominus Iohannes Charlier eiusdem ecclesiæ Præpositus. Dictionem tamen subindè mutauimus, quam in alio MS. codice inuenimus latiniorem.

PROLOGVS AVTHORIS.



VOTIESCVNQVE fratres charissimi vnicè percolendi, ortum, vitam, & obitum dignè recolimus sanctorum, quorum memoria redolet preciosa, totiès fructum salutis nostris miseriis credimus affuturum. Quapropter sanctissimi patroni nostri Mononis, martyris scilicet egregii, nostræ fragilitati specialiter à Domino honorum largitore prædestinati, ortum, vitam, ac martyrii palmam, secundùm sermonis nostri ariditatem aliquantulùm recitantes, eodem Christo Domino propitiante, aggredimur describere.

V I T A.

Octob. 18. S. Mononis patria. S. Fursei vitā quære 16. Ianuarij.



VIT igitur sanctus Monon de occiduis mundi partibus oriundus, videlicet ex Scotia, quæ multos sanctorum uelut stellas lucifluas ad diuersas mundi transmisit partes, ut fuit preciosus confessor Furseus, quem Parrona retinet læta, cum fratre suo Vltano: & Foillanus eorum frater magni meriti vir, cuius præsentia castrum congaudet Fossense: Sanctus quoquè Bertuinus, sanctus Fredegādus, necnō sanctus Eloqnius confessor magnificus, quem Vualciodorum veneratur cœnobium: aliiq; complures sancti, quorum numerum & nomina sanctæ prædestinationis cōtinet liber. Huic ergò memorato Mononi post vigilias nocturnales, quibus Deo velut miles inuictus seruiebat, cùm se sopori dedisset, nuncius cælestis affuit in hæc uerba: Monō serue Dei fidelis, mādat tibi altissimus cælorum possessor, vt Gallias impiger adeas, locumq; in sylua Arduenna, cui nomen Fridier, perquiras, quem fons Nasania leniter irrigat, ibiq; locum tuæ habitationis vendicabis, donèc generalis dies examinis, peccatoribus reatus sui tormentum, iustis uerò ac tibi æternæ vitæ brauium pro labore redditurus est. Qua uisione vir Dei solicitus petiit, ut si à Deo hęc esset visio, secūdò ac tertiò sibi appareret. quod & ità factū est. Nec mora, iā de Angelica uisitatione certior factus, sumptis necessariis quibus indigebat, iter suum vir iustus arripuit, hunc psalmi uersum decantans: Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Dirige me in ueritate tua & doce me, quia tu es Deus saluator meus, & te sustinui tota die. Huic tamen sedit in uoto priùs limina Apostolorum Petri & Pauli inuisere, quatenùs eorū fretus auxilio, postmodùm in locum sibi destinatum felici perueniret omine.

Angelus ei in somnis apparet.

Psal. 24.

It Romā.

Ea uerò tempestate dignę memoriæ Iohannes, dictus ob morum simplicitatem Agnus, (cuius possessio paterna fuerat villa Tihancia iuxta Huyū castrū sita) cùm benedictione Apostolica Romæ accepta, iam transgressis in redeundo alpium iugis, Tongrēsis Episcopii partes repetebat, uiro sancto factus est obuius, Mononi scilicet iam Leuitico ordine sublimato: à quo auditis sui itineris causis, & quid indè esset acturus, benedictionem ei elargitur, demādans tāquàm fidissimo ex mutua collocutione facto amico, ut in redeundo pallium Episcopale, quod ex maturandi itineris anxietate intermiserat, sibi fidelis deferat baiulus. Locum autem à Deo sibi designatū ad se reuertēti promisit certiùs se ostensurū, suumque illi consilium & auxilium, prout tempus & rō exposceret, in omnibus prębiturum: quod ità factū constat. nam reuersus, à prædicto Iohanne Episcopo venerabiliter susceptus est. Quantus verò qualis ve postmodùm fuerit in famulatu pręlibati pontificis, breuiter enarrabimus. Fuit nanque dapsilis & largus in pauperes, pernox in orationibus, ieiuniorum executor laudabilis, pacis amator pręcipuus, proximorum defensor promptissimus, ac Dei amator feruētissimus. Quid plura? Quicquid in seruis Dei attēditur laudabile, hoc in isto eius famulo vbertim crescebat quotidiè, intantùm, ut consodales eius videntes talia in Dei homine dona, indè pessundati sunt ad peius, undè sublimari debuerant in melius.

Iohannes Agnus, Tūgrēsis Episcop.

Catalog. virtutum eius.

Hic verò Dei iustus, inter ista non immemor visionis nocturnæ diuinitùs sibi factæ, cum licentia præscripti Epi expetit locū ab Angelo pręsignatū, quē truncis ac ueprtibus pro posse mundatū in oratoriū commutauit & consecrauit, vbi congruè Deo redderet solennia precū uota. Huic operi sic incumbenti obtulit Christi miseratio largiflua leuamē amabile, videlicet nolam ferreā, in uiri Dei præsentia à porco de terra effossam, quæ adhuc in sua dependet ecclesia. Quo dono nō parùm lætificatus, agnouit intrepidus, piū Iesum inchoato operi benignè fauere. Mox fama quietis nescia circūquaq; volitans, pagēses excitauit nō mediocriter, ut huic Dei homini adhærerēt, quorū ope & labore nimiùm sustētatos erexit ædiculā, diuitiis quidē seculi vacuam, sed virtute supera plenā. Nam promerentibus eius meritis viuacibus, multorum languentium corpora inibi sua offerētiū munera, ex integro sospitati restituta sunt. Verùm hostis humani generis supra modum indignè ferens, etiam locum istius eremi titulo Christia-

Construit cellam in eremo.

Multi ægri eius meritis sanantur.

nitatis

nitatis à iusto uiro se nobilitari, anxius qd ageret, qualiterve cœptū opus interrumperet, secum tractabar. Tandem face accensus inuidiæ, qua protoplastum patrem nostrum Adamum prōh dolor expulit ab horto deliciarum, appulit sibi suę voluntatis cōpotes, scilicet latrones sicarios, quos iamdiu sibi obsecundantes sciebat ægrè ferre, q vir totius sanctitatis exemplar, lustra suarum inhabitaret syluarum. Sine mora igitur irruentes, pestiferoque cuneo perstrepentes, crudeli morti mancipiaot sanctum Dei. Sic martyr effectus gloriosus Monon calcato mundo cum suis cōcupiscentus, indefectiuis fruitur gaudiis, conspiciens cum Angelis desiderabilem vultū Dei, associatus hauddubiò prophetarum choris, Apostolorum collegiis, Martyrum dignitati, Confessorum sodalitati, Virginum dulcisonis choreis.

Occiditur a latronib. vir sanct.

Quæ res postquam vicinorum grauissimo perculit aures nuncio, accurentes, ac sanctum Dei letali affectum vulnere conspicientes, lachrymarum riuulos præ dolore abundè effuderunt, gaudebant tamē spiritu, quòd in suis coofiniis talem merebant habere patronum ac tutorem apud Dñm, vigilantissimum. Indè quamplurimi martyris preciosi locū adeunt, quem vndiq; sentientes diuino lumine illustrari, gloriosas exequias celebrant, ac corporis thesaurum incomparabilem inuictissimi testis Christi sepulturæ tradunt, candidis vndiqz (ut decebat) honorificatum ornamentis. Quo loco quot posteà deriuarint beneficia Dei in ægrotantium membra, claudorum scilicet, cæcorum, aridorum, febricitātium, aliisque plurimis detentorum doloribus, nullus sermo noster ad dicendum sufficit.

Locus martyrij est cælesti illustrat. lumine.

Multa ad eius sepulcrum miracula

Beatus verò Iohannes memoratus Episcopus, ad exemplum sequētium adhuc superstes, indoluit seenum Dei sibi in famulitio deuinctum, à conuersatione hominum, quos sanctis monitis informabat, exēploque dignos Deo reddebat, sic vitæ trāsitoriæ insperatò percurrisse stadium: quamuis sciret, potiùs ei congaudendū iam in cęlestibus immortalitatis gloria coronato. Hic autem, cooperantibus fidelibus vicinis, basilicam condecentem sibi ædificauit, quam in honorem beatæ Mariæ semper virginis ac matris Dei consecratam, ab omni exactione liberam, Episcopali authoritate, in sua prouinciali synodo, perpetuò esse decreuit. Et nè extunc deesset officium sacerdotale in ecclesia Hoyensi & uilla Amania, ad persoluendum diuinum officium sacerdotes instituit, qui per vices sibi mutuò succedentes Missarum solennia ad honorem prędicti martyris, Deo persoluerent, quousquè per temporis interualla eadem ecclesia ex fidelium donatione proficiens, propriis stipendiis cultui diuino sufficeret. Hæc autem sacerdotalis successio eodem in loco durauit à tempore D. Iohannis prædicti Episcopi vsq; ad tēpus Pipini tertii, qui regnum Francorum adeptus, deficiente regia stirpe Clodouei, à Papa Zacharia unctus est in Regē ob defensionē Romanæ Ecclesiæ. Hic itaq; Pipinus Rex dū inter venandū Arduennensem perlustraret syluā, Deo disponēte ad ecclesiam sancti Mononis deuenit, eamq; (ut erat vir magni affectus erga Deum & sanctos eius) deuotionis causa oraturus intrauit. Qui, visis miraculorū monimentis ex infirmorū curatione ibidèm relictis, summoperè admiratus est sancti martyris virtutes: ac prostrato corpore deuotè exorabat eius apud Deū suffragia. Atque vt ibidèm relinqueret memoriā sui regalis beneficii, per pileum quod capite gestabat, auro gemmisqun ornatū, omnes decimas quas habebat inter fluuium Vrtā & Leiiā, perpetuo iure tradidit beato Mononi possidendas. Ipsumq; pileum, in testimonium huius largitionis suæ, in eodē loco seruandū reliquit. Atqz exindè facta est ecclesia collegiata, constitutis ibidèm Canonicis, qui tempore diuino ac nocturno persoluerēt odas Dño, eiusq; glorioso martyri Mononi, orātes pro felici statu regni Francorum, maximeqz pro salute Regis Pipini, cuius munificētia dotata est & exaltata eadē ecclesia: præstante & adiuuāte Dño nostro Iesu Christo, qui cū patre & Spiritu sancto regnat Deus in omnia secula, Amen.

Iohannes Episcop' in honorē S. Mononis & Virginis Mariæ basilicam construit.

Pipinus Francorū Rex S. Mononem visitat, multaque dona eius ecclesiæ cōfert.

Præscripta omnia cantantur in lectionibus matutinalibus prænominata ecclesia sancti Mononis, in festo eiusdem & per octauas: habenturq; in libro lectionum ex pergameno laudabiliter conscripta, qui conseruatur in eadem ecclesia Nassoniensi.

MARTYRIVM SS. PTOLEMAEI & Lucii, authore Beato Iustino Philosopho & martyre, Apologia prima pro Christianis, interprete Ioachino Perionio Benedictino.

19. Octob.



T eorum omnium, quæ Vrbicio præfecto gesta sunt, causam perspiciatis, rem, ut gesta est, narrabo. Mulier quædam viro, qui libidini deditus erat, nupserat. Ea cùm anteà libidinosè vixisset, posteaquàm Christi præcepta & disciplinam cognita habuit, se ad meliorem frugem mentemq; cōuerrit, viroq; vt idem faceret, suadere conabatur pceptis proferēdis, proponendaq; pœna, quę in æterno igne maneret eos, qui non pudicè, nec ex ratione recta degerent. Ille aūt, qui in eadē libidine perstaret, factis suis vxorē à se abalienabat. Nefas.n. & impium rata mulier, deinceps cum viro habitare, qui contra legem naturæ & contra ius, viam libidini ac voluptati omni ex parte patefacere studeret, à cōiugio disiungi separariq; constituit. Cumq; ab eo proposito abduceret à suis, qui ei etiam manēdum suaderent, quòd spes esset, fore vt aliquandò uir eius vitā moresq; mutaret, uim sibi inferens, inuita māsit.

Eu quid Euangelium efficiat in ijs q vere credunt.

Posteà uerò, q vir Alexandriā profectus, grauiora & indigniora scelera admittere renunciatus esset, nè socia & particeps eius scelerum flagitiorumque fieret, si in coniugio maneret, victuq; communi uteretur, & in eodem lecto cubaret, dato eo, quod apud nos repudiū dicitur, separata est. Præclarus autem eius vir, qui lætari debuisset mulierem, quæ libēter iampridèm cum seruis ac cōductis operis, ebrietate omniq; scelere se oblectans fecisset, ea quidem facere destitisse, seqz ab eis abstinere voluisset, cùm ipse nollet, eam se à coniugii nuptiarumqz iure ac fœdere distraxisse: eam in crimen vocauit, & accusauit, q esset Christiana. Ac illa quidem libellum tibi Imperator attulit, petens vt sibi rebus suis consulere liceret: deindè obiecto crimini se responsurā, cùm rebus suis consuluisset, promisit, idq; concessisti. Tum uerò ille, qui aliquandò uir eius fuerat, cùm iam nihil in præsens in eam dicere posset, in Ptolemæū quendā, in quē Vrbicius animaduerterat, quemque præceptorē in Christiana disciplina illa audiuerat, impetū fecit hoc modo: Cēturioni, qui Ptolemæum in vincula cōiecerat, & quē amicū habebat, persuasit vt ex Ptolemęo hoc vnū quæreret, nū esset Christian'. Ptolemęū ueritatis studiosum, nō fraudulentū, neqz mendacē, cùm Christianū se esse pfessus esset, in vinculis Cēturio esse voluit, eumq; in carcere diuturna pœna afflixit. Ad ultimū cùm in Vrbicii cōspectum pductus, simili modo hoc vnū rogaretur, nū Christianus

Pudicatia innx ab adultero accusatur

S. Ptolemæus in carcere degit

ftianus

stianus esset, rursùm sibi recti virtutisq; ex Chri doctrina cóscius, diuinæ virtutis disciplinã cõsessusẽ. Qui.n.se eẽ negat,is aut rẽ, quã improbauit, negat: aut certè re indignũ se & ab ea alinũ sciens,vitat cõfessionẽ: quorũ neutrũ in verum Christianũ cadit. Cumq; eũ ad supplicĩũ Vrbicius rapi iussisset, Lucius quidã,qui ét Christianus erat,eũm ità cõtra ius & æquitatẽ iudiciũ fieri videret, his verbis cum Vrbicio egit: Quæ (malũm) ratio te eò insaniæ adegit,vt hũc, quẽ nec adulterii,nec stupri, nec cædis,nec rapinæ, nec deniq; vllius sceleris crimine cõuictũ haberes, sed Christiani tãtũm nominis appellationẽ profitẽtẽ,pœna capitis afficeres? Non indicas, Vrbici, ex Pii Imperatoris,nec filii Cæsaris,q est Philosophus, nec Senatus dignitate. Ille Lucio qui nihil aliud respõderat, Mihi, inquit,tu quoque videris esse huius modi. Qui cũm, Maximè,rñdisset,eũ ét rapi ad mortem iussit,gratiã ei se habere profitẽtem,q se ab improbis talibus dominis liberatũ esse sciret, & ad paretem Regemque cęlorum proficisci. Tertius etiam alius cũm accessisset,morte mulctatus est.

Rapitur ad supplicium. Lucij libertas. Item martyrium.

MARTYRIVM SANCTI MARtyris Vari & sociorum eius, authore Simeone Metaphraste. Ex tomis Aloysii.

19. Oct. Cap. 1.



VM Maximianus Tyrãnus per vniuersum ferè orbẽ terræ imprũ edidisset edictũ: misissetq; ét ad Præsides, qui erant in Aegypto, ut vel oẽs in ea existentes Christiani, execrãda gustarẽt sacrificia, & suã abiurarẽt fidem: uel variis tormẽtis & suppliciis vita eis adimeretur: & hac de causa multi fideles fuissent cõpræhensi: & alii quidẽ pro Christo mortẽ gloriosè sustinuissent, alii aũt in carceres & vincula cõiecti essent, fameq; & siti pmerentur: vir quidã ex numero militũ Aegyptiorũ,q in magno gdẽ erat pcio apud Maximianũ, & apud ipsum exercitũ,erat aũt terribilis hostibus, nomine Varus, genere insignis,gloria conspicuus, ac virtute clarus. Is illam singulis noctibus carcerẽ ingrediẽs,partim quidem eos curabat,qui erãtin vinculis:partim aũt eos rogabat,vt pro ipso orarẽt,quò æque,atque ipsi,certamẽ peragerẽt. Timebat enim adhuc suam aperire religionem,quòd satellites impietatis,cędem & furorem spirarent aduersùs pios,& quos deprǣhẽdissent Christianos,alios quidem igni,alios autem aliis tormentis & morti traderent.

Persecutio Christianorũ in Aegypto. Var⁹ miles egregius, curat captiuos.

Cũm aũt Pręsidi fuisset renunciatũ,q quidam ex fidelibus, qui habitabãt in solitudine,coprǣhẽsi fuerãt à ministris impietatis,oũcio lætatus, eos quidẽ iubet in pñentia includi in tuta custodia: die aũt sequẽti parari tormẽta,& ipsos introduci ad habendã de eis qstionẽ. Cũm res ergò venisset ad aures beati Vari, pecunia data iis, q perant custodię,noctũ ad eos ingreditur,& eos quidẽ soluit è vinculis,pedes aũt è cippo amouet. Cumq; eos curasset, & vt cibũ sumerẽt effecisset, qui toros octo dies iã ieiuni mãserãt, prõcidẽs humi, obsecrabat: Rogo vos, dicẽs, germani ac synceri Christi famuli, Deũ p me supplicate,ut me quoq; eadẽ, qua vos, parte dignetur,& aduersùs mala & aspera det mihi fortitudinẽ. Nã ego quoque sum seruus Christi, & eius sancto rũ: sed varia & acerba supplicia & Iudicũ sæuitia me uolentẽ prodire in mediũ,abducũt, & timorẽ incutiunt. Orate ergò p me sancti martyres, orate. Vos.n.estis in Dño cõsummabimini. Ad hæc sancti: Nemo, aiũt, o frater Vare, põt metere in exult. tione, nisi priùs in lachrymis semina deiecerit,& qui in eis spargendis suscipiũtur, labores sustinuerit. Similiter aũt athleta quoquẽ nõ coronatur, nisi priùs legitimè certauerit. Agedũm ergò, o frater, sis nobis cumes itineris, pfectus miles Christi. Habemus.n.illum ipsum, pro quo supplicia suscipimus, nos benignè è superis defendentẽ, & latẽter nobis magnũ præbentẽ auxiliũ. Sanctis hæc dicẽtibus, venẽrũt quidã milites, quib. iussum fuerat, ut eos deducerẽt ad Pręsidem. Qui cũm adspexissent beatũ Varũ iacentẽ ad pedes martyrũ, & nouo spectaculo essent velut obstupefacti, ideò benignis, ut sibi videbãtur, uerbis cũ eo agẽtes: Insanis, ei dicunt, o homo? Nõ times omninò, nè si hæc res nota fuerit Præsidi, eũ militari dignitate uiiam quoquẽ simul amittas? Ad quos beat⁹ Varus: Vtinam inquit, inueniar perfectus Christianus,& liceat mihi esse horum sanctorum socium certaminis, & in eisdem habitare tabernaculis. Persuadet autem amicitia, ut ego vobis fidam,& eorum, quæ hic dicuntur aut fiunt, nihil habeam suspectum.

Cap. 2.

Nota ista dicta.

Psal. 125. 2. Tim. 2. SS. martyres B. Varũ confortant et ad martyrium animant.

His sic dictis, milites sanctos, qui erãt sex numero, (erant.n.omnes quidẽ septẽ, sed unus iã mortu⁹ fuerat in solitudine) catena uinctos adducarent ad Pręsidẽ. Ille aũt sedebat in excelso tribunali, & eum circũsistebat multitudo militũ, qui omninò peodebãt à uerbis illius & nutu. Cũm ergò iussisset eos extus introduci, statim quidẽ rogauit: Quodnã et uobis genus & quænã cõditio, quænã aũt uestra nomina? Et rñsum noa ab eis exigebat. Præpotẽtem.n.uobis iuro, aiebat, deorũ uirtutẽ ac iustitiã, q uos adhuc superstites appouã feris edẽdos & canibus. Sancti aũt neq; fastum tãtæ authoritatis, neq; uerborũ sæuitiã extimescẽtes: Nobis, dicebant, o Iudex, nulla patria est in terra. Sumus.n.re uera hospites & aduenæ. Nã Christianis uera patria & ciuitas in cęlis est ædificata. Crede nobis hæc ità se habere: minas aũt tuas parũm curamus: immò uerò optamus, ut uirtus tuæ nõ se vsq; ad uerba solũm sistãt, sed ad effectum ẽt deducãtur. Sic.n.erit manifestũ nostrum in Christũ desideriũ: & ipse feies omninò, quale auxiliũ ab ipso assequamur. Cũm sancti hęc dixissent, Tyrãnus cõuersus ad assessores: Video, inquit, hos infelices voũ & idem tanq ex consensu meditari. Parentur ergò flagella,& eos plagæ abundè excipiant. Cum aũt ualdè quidẽ uerberarentur, nihil aũt responderent, Iudea intulit interrogationẽ, dicens: Qui maximè quæritur septimus ex uobis, ubi est? Hoc dicto, cursim statim è turba egressus præclarissimus Varus, stãs in medio dicit Prǣsidi: Ille quidẽ iã diù ab hinc ex hac uita excessit, me aũt suum hæredẽ instituit. Si quid ergò ab illo debebatur, ad sum ipse redditurus.

Cap. 3.

Sanctorũ martyrũ responsio memorabile.

Cædũtur flagellis.

Audiuit Pręses, & totus ad irã est conuersus: Quis hic sit, ingt, dicat, & è quanã sit legione. Ille aũt: Ex legione quidem Tyaneũ, miles verò clarus, respondit. Pręses aũt ea de causa obstupefactus: Quis malus dæmon, inquit, effecit, ut te manifestum impelleres periculũ, ur & gloriosam tuã militiã, & quã ex ea habes tesseram frumentariã, nihili facias, & tuam animã in tãta mala inicias? Beatus aũt Varus: Paucè, inquit, qui de cęlo descendit, & diuinũ calicẽ precio sui sanguinis Christi Dñi mei prætuli tuis honoribus & stipendiis: gloriã, quę semper manet, ei quę fluit: & uitã, quę nunq desinit, ei in quam cadit interitus, & est ad breue tẽpus. Tũc Iudex apertè ostendens se esse animo perturbatũ, adspiciens ad sanctos, coneitatẽ & acerbè dixit: Testis sit mihi virtus maximorũ deorũ, uobis prius adimã in malis visã, qui me tali milite priuaueritis. Hoc enim fuerit vestrum, & nõ alterius. Martyres aũt uerba eius nihili facientes, Ex pecta

Cap. 4. Var⁹ eximia constantia.

Eccè quã fecerint sacramẽtũ corporis & sanguinis Christi martyres primæ ecclesiæ.

pecta parûper, diaerunt, o Iudex: & videbis qualia fint arma huius militiæ. Ad ordinem.n. Angelorum hominê ad luximus. Hoc dicto, ille quidẽ conabatur persuadere sanctis, vt assentirentur impietati, & rebus vanis offerrent sacrificiũ, ipse planè vanus & stolidus: illi aũt ne aurem quidẽ eius verbis præbẽtes, contra referebant: Dij, qui cælũ & terrã non fecerunt, pereãt. Post quos beatus Varus irã magis accẽdens Iudici: Quid, diait, sanctis exhibes molestiam, stulta dicens, & ad nihil vtilia? Stultus aũt stulta loquetur (Magnus Esaias hoe tibi dicit, & nõ ego) idque cùm nec eos quidẽ contrà intueri, nec cũ eis omninò conferre sermonem velis, uel potiùs nõ possis.

Hierem. 10 · *Esa. 32.*

Cap. 5. Hæc cùm ille audijsset, non poterat ampliùs cohiberi, sed maiore ira plenus, iussit quidẽ Varum in ligno sublimẽ extolli. Sanctus aũt diait: Si fuero à uestra superatus constantia, cultũ quoq; deorum omninò abnegabo. Adeò res valida & acris est veritas, & quæ sæpè arguit animi imbecillitatẽ, qui non potest eius ferre libertatẽ. Christi aũt martyres: Experire, dixerunt, in hoc nostro fratre quid possis: & si eo fueris superior, fortassis, vt speras, in nobis res quoquè rectè succedet. Ad hæc Iudex cùm sanctis quidẽ esset minatus grauissima, iubet in eippum duci martyrem & perindè acsi eaistimaret nõ sufficere hoe suppliciũ aduersùs tam generosum, & tã benè instructum animũ, iussit, vt extẽsus loris in terra cæderetur crudeliter: deindè per quatuor viros tractũ, validis clauis conteri & coustringi. Forti ergò & generoso animo hæc mala ferens athleta, ad sanctos omnibus audientibus couersus: Benedicite famulo uestro, sancti patres, inquit, benedicite. Rogate, vt mihi vires confirmentor à Domino, & me eius dextera suscipiat. Nouit.n. humanã imbecillitatẽ, qui eam ipse quoquè gestare voluit, & dixit: Spiritus quidem promptus est, caro aũt infirma. Sancti igitur, cùm oculos in cælũ sustulissent: Deus, dixerunt, Deus virtutum, ipse emittet tibi virtutem ea alto, & eapiti tuo imponet galeam salutis, & te induet uestimentis vltionis. Manus illius defendet te, & brachiũ te corroborabit, & præclaras præbebit victorias cõtra aduersariũ. Exurge ergò, exurge, induere fortitudine brachij tui, hoc disces à diuina scriptura, & scias qualis ab alio adsit nobis adiutor, & qualium bonorum perceptio eos manet, qui propter illũ hæc pati lubenter voluerunt. Martyr aũt Christi cùm intereà verberaretur, & quodãmodò sentiret manũ opem è cęlo ferentẽ, in exultatione animæ dixit sanctis: Nulla propter me tristitia subeat corda uestra. Eccè n. uestræ preces, quæ Deo persuaserunt, aspera tormenta plana effecerũt & leuia, & molestiã mutarunt in recreationẽ, adeò ut nee plagas quidem sentiam.

Veritatis vis. · *S. Varus dirè loris ceditur, &c.* · *Petit pro se orari.* · *Matt. 26.* · *Esa. 51.* · *Diuinit' mirè confortatur.*

Cap. 6. Post hæc rursùs aggressus est Tyrannus persuadere, & athletã attrahere ad negandum, bona ei pollicens, & horum ipsorum, quæ sustinuit, tormentorũ, non in illum, sed in alios Christi martyres culpam cõferens. Postquàm autem uidit sanctum callida illius inuenta ampliùs irridentem, ira magis accensus, iubet Varũ rursùs suspendi in ligno comparato ad torquendũ, & eum ferreis discerpi vngulis. Cùm aũt martyri dum cæderetur corpus, plurimæ carnes in terram caderent, & illius sanguine solum cruentaretur, bonus quidẽ Varus, tanq̃ nihil patiens, erat quietus: sanctis aũt grauiter affectus erat animus, & eorũ uiscera laniabãtur propter animi confessionẽ. Non ferentes itaq; Iudicis crudelitatem: Quid uerò nõ intelligis, inquiunt, o tu, uel feris ipsis agrestior, q̃ & lapides & ferrũ passa essent, percussa totiès? Ipse aũt ne sic quidem potuit molliri: & eam rẽ quodammodò habuit ludibrio: Christus, loquiens, vester accedat, ipsumq; à meis liberet manibus: nesciẽs stultus, q̃ hæc ferre posse magno & forti animo, significabãt illum affuisse & liberasse, & suum rorem dedisse dolorũ medicinam. Beatus autem ille, etiam dum discerpertur: Nolim, inquit, liberari ab his, quę ad tempus durant, tormentis: sed ab ijs, quæ manẽt, meus me Christus liberauerit: te autem, & tuam crudelitatem talibus meritò condemnabit.

Vngulis discerpit. · *Stultus Iudex stulta uerba profert.*

Cap. 7. Hanc iudex ipso facto vlciscens orationem, in uiscera martyris intulit nouaculam: Videat, dicẽs, execrandus ante oculos, tanq̃ aquam, sua effundi intestina. Sed ne huius quidẽ tormenti acerbitas effecit, ut Christi martyr aliquid remitteret de sua in patiendo pro Christo constantia, nec vt molleaut ignauũ aliquod uerbum loqueretur, uel aliquod paruum, aut magnum ostederet, quo significaret se cedere: immò maiorem amorem ei in Christũ accendit, & aduersùs graues cruciatus fecit eum ferire iudicem responsis grauioribus. Nã tu quidẽ, inquit, o maligne malorum dæmonum administer, & hostis hominũ, & qui bonis ualdè aduersaris, mea fortasse intestina educere poteris: mei autem cordis in Christum fides mihi eripi non poterit. Sancti autem cùm uidissent intestina martyris disrumpi, & per terrã dispergi, tenerè & miserabiliter fleutes, Christi inuocabãt auxilium, pro quo hæc patiebatur. In quos cùm Iudex coniecisset oculos, & humanitatis, aut potiùs amoris iu fratrẽ, signum vidisset lachrymas, quæ erãt in oculis, ueluti quadã repletus lętitia: Superati estis inquit vociferans. Huius autẽ indicium est hæc magna tristitia & lachrymæ. Si.n. posset, inquit, uester Deus hanc, quam uos fugitis, immortalem uitã nobis præberę, quanã de causa lugeretis amicum, qui uobis male perit? Illi autem ei diaerunt. Hæc gutta lachrymarũ naturalẽ significat cõmiserationem. Nã nos nostra sententia nunquàm defleuerimus fratrẽ, qui tali morte decedit: Immò uerò propter talẽ decessum eum beatũ ducimus, & felicẽ vocamus, quòd hoc, quod est ad tp̃s tormento, illud, quod semp manet, regnũ cõciliauit. Nõ hune ergò, ut diximus, sed tuũ potiùs deflemus interitum, & grauia mala, quę tibi sunt euentura. Christi. n. lex nos iubet flere, etiã pro nostris inimicis, charitatis lege & benignitatis.

Præses nouacula scindit' viscera. · *Sancti commiseratione lachrymantur.* · *Egregiè respondẽt iudici.*

Cap. 8. Interim aũt dum hęc dicebantur, sanctos quidem rursùs excepit carcer, donèc cousideraret iudex, quibusnã eos traderet suppliciis. Beatus aũt Varus sublimis adhuc pendebat in ligno: sic.n. iussum fuerat ut maneret, donèc emitteret animam. Postq̃ autem vidit sanctos uinctos, & cum custodibus duci in carcerem, magna uoce: Bono animo, inq̃t, patres mei, bono animo estote: ego enim nihili facio, q̃ mihi inferuntur supplicia: Sed me meo Christo cõmendate, & Saluatori, & cõfidenter ad ipsum vadam uestrarũ orationũ munitus p̃sidio. Cùm ergò quinque horis se fortiter gessisset in hoe tormento, in pace spiritum Deo cõmittit. Eum aũt adhue uiuere putantes qui pręerant tormentis, ne deceterò quidem cessarunt: sed instãr coruorũ torquebant & post mortem. Postq̃ uerò ab ipsis cognitũ fuit, & à tyrãno, mortuũ esse Varũ, corpus deposuerunt: & cùm per mediam traxissent ciuitatẽ, canibus canes caedendũ tradiderunt. Atque Varus quidem talẽ, & tã felicem inuenit exitum. Postridiè aũt cùm sistendos martyres curasset parricida, neque posset p̃suadere, (uolebat.n. & omni ope contendebat conspici uictor in p̃suadendo ijs, qui erant tã cõstantes) post multa & uaria supplicia eos condẽnat, ut gladio mortem subeant. Martyribus autem lęto & alacri animo consummatis, cùm sacras eorum reliquias noctu quidã Christiani sustulissent, in insigni loco sanctè deposuerunt.

Inuictus S. Varus animus. · *Abit in cælos.* · *Martyres varus affecti pœnis, decollantur.*

Qua-

Cap. 9.

Quædam autem mulier ex iis, quæ in solo Deo spem posuerant, orta in Palæstina, nomine Cleopatra, quæ propè aderat, cùm decertaret martyr Varus, & videbat acerba illa tormenta, quæ subierat propter Christum, & in corde grauem plagam accipiebat, & magna afficiebatur molestia, Deumque obsecrabat, ieiunio vacans & orationi, ut suam uisitaret hæreditatem ad malorum reuocationem. Ipsa, inquam, cùm suum filium, qui primam agebat ætatē, noctù cum aliis assumpsisset, & venisset in locum, in quo iacebat corpus martyris, id tollit, ac preciosis vnxit aromatibus, & splendidis induit vestibus. Et quoniam vehemens erat fluctus impietatis aduersùs Christianos, & grauia tunc capiti imminebant, timens in aperto ostendere pietatē, cùm sub suum lectum tulisset quantum terræ sufficiebat, eum deponit reuerenter, accendens lucem, & suffitibus, ut potuit, ei honorem tribuens. Procedente autem tempore cùm idolorum marcesceret impietas, venit ei in mentem alienam dimittere regionē, & redire in patriam. Cùm autem non posset corpus transferre martyris, nisi id priùs significaret Præsidi, rebus omnibus suis benè compositis, per quē dam ex iis, qui ascripti erāt in numerum oratorū, accedit ad loci Præsidem, & eū pecuniis aggrediēs rogabat, vt sibi corpus mortuum efferre concederet. Quodnam autem esset corpus, & quisnam modus mortis explicans, dicebat suum maritum, quī primas obtinuerat partes in exercitu, multaq; præclara & insignia trophæa aduersùs hostes erexerat, cùm in eos multa strennè & fortiter gessisset, ea hac vita excessisse, ne sepulturam quidem, quam par erat, cōsecutum. Huius, inquit, ego corpus valdè studeo in suam transferre regionem. Cedit itaq; prouinciæ Præses petitioni, & permittit ei facere, quod postulabat. Illa autem sui quidem mariti corpus, q in aliena regione diū antè è viuis excesserat, monumento mandauerat, in id iniecto puluere.

Honorifica S. Vari sepultura

Cleopatra matrona sacrū corpus eius transfert in Palæstinam.

Cap. 10.

Cum igitur martyris corpus sustulisset, & id rursùs vnxisset, & splendidis composuisset, & nè hoc Christianus quispiam scire posset, in arca oleagina imposuisset, & abscondisset, (nam primum quidē timebat gentium insaniam: deindè autem, & multò magis piorum feruorem, omnibus, vt par erat, maximo studio contendentibus, ne tollerentur reliquiæ eorum, qui passi erant pro Christo) venit in Palæstinam. Cum illic fuisset in quodam vico, qui situs erat iuxta Thaborium, cui nomen erat Edra, deponit diuinum corpus martyris, lampadesque accēdens, & vrens multa odorifera, id habebat in omni honore. Postea videns magnam hominum multitudinem venientem ad loculum, (Erat enim is iam omnium sermone celebratus, & odor eius gratiarū omnes eò vocabat, tam qui graui aliquo morbo laborabant, quam quos maligni spiritus vexabat operatio: omnes enim per accessum ad loculum, mox liberabantur ab iis, quæ eis molestiam afferebant) existimauit oportere martyri templum excitare venerandum, mulier amans martyrum. Cùm autē magno sumptu, & magna contentione vrgeret ædificationem, (quibusnam quidem gratiis, quanā autem cum voluptate, elegantia & specie illic ob arridente?) ipsa referta lætitia (Lætatur enim anima, rei pulchræ curam gerēs, partim quidem, quòd bono natura sit insitum, vt is, qui id operantur, conciliet lætitiam: partim autem etiam propter eā, quæ speratur, remuneratione) pecuniam mittit ad eos, qui rerum potiebātur, petens ut honore suū dignarentur filium. Statim autē ad eam sunt missæ literæ imperatoriæ, dignitatem filio tribuentes.

Obserua veterum christianorū studiū erga sacras reliquias.

Miracula

In honorē S. Vari Ecclesiam cōstruit.

Illa verò rem quidem differt interim, vt quæ in ædificando laboraret diligentissimè. Cùm autem finitum esset templum, idque staret extructum in honorem martyris, cōuocat quidē prouinciæ Episcopos & presbyteros ad templi consecrationem. Conuocat autem monachos etiam, qui virtute resplendebant. Et cum è loculo sacrum corpus martyris extulisset, id in magnifico lecto præclarè deposuit. Imposuit etiam clamydem, & zonam dignitatis, quā filius suus erat induturus, volēs vt primum benedicerentur ab iis, qui illuc conuenerant, deindè vtrunque ei indueret. Itaque cùm pernoctem simul cum toto populo fecisset glorificationem, ipsa & filius simul subeuntes primi corpus martyris, & id ferentes, sacrosanctè deponunt in sacra ara tēpli. Post hæc autem amās martyrum Cleopatra, ardenter instans & lachrymans, filio suo & sibi bona fideliter petebat à martyre. Interim autem diuino ministerio sacrosanctè peracto, varia quidem & splēdida mensa accepit eos, qui illuc conuenerāt. Quæ autem pertinebāt ad hoc ministerium, filio & sibi imponebat. Filio verò mater iusserat, vt nec cibum, nec potum sumeret, priusquàm finitum esset cōuiuium. Deindè finito conuiuio, & die iam inclinante. (Sed id, quod nunc dicendum est, turbabit quidem aures, & animos eorum, qui sunt pusilli & abiecti animi: eorum autem, qui quoàd eius fieri potest, Dei modum norunt, & magnæ illius sapientiæ prouidentiam admirabilem, magis mouebit linguā ad benedicendum, & factum admittendum propter eam, quæ ex eo euēnit, vtilitatem.) Puer defessus in suo lecto recumbebat: Mater autem filii osculata oculos: Surge, fili, dicebat, & cum matre cibum sume. Quomodò enim defesso & ieiuno fuerit somnus iucundus? Ille autem cùm à vehementi & acuta febre detineretur, ne matri quidem poterat respondere. Tum mater: Certè, inquit, nec ego quidem cibum, aut aliquid aliud gustabo, nisi priùs intellexero, quomodò hæc res euenerit filio. Ei igitur assidens insomnis, & morbi ardorem, vt poterat, refrigerās, aut potiùs sibi ignem accendens è visceribus, circa mediam noctem, (qualia sunt Dei iudicia?) uidit filium morbo confectum, & iacentem mortuum.

Cap. 11.

Tēpli cōsecratio.

Episcopos & presbyteros splēdida recreat mēsa, Cleopatra.

Filius eius infirmatur usque ad mortem.

Grauis tētatio religiosa matrona.

Cap. 12.

Cùm ergò acerbum hunc vidisset euentum, primùm quidem caligans humi decidit, eamque statim vox defecit, cùm repētinus dolor fuisset linguæ instār uinculi. Sed cum parùm ad se rediisset, & nōnihil resipuisset, humeris tollens mortuum corpus filii, & ad sacram id aram ferens, ibi deponit: & capillos uellens, luget filium: Perdidi, dicens, ò fili, meā, quæ in te collocata erat, spem. Hei mihi, ò fili, ò chare flos, qui sic ante tempus marcuisti miserabiliter. Hei mihi; iam ego finem uideo, quæ sperabam esse à te alendam in senectute. Talem nunc, o charissime, alimentorum mihi uicem reddis? Tales ego misera spei meæ colligo fructus? Quo ore, quanam lingua, quibus deflebo oculis? Vtinam meam pro tua mortem adspexissem, & filii mihi charis manibus mandata essem monimento. Vtinam ipsa tibi iacèrem potiùs mortua, & honorarer tuo processu ad sepulcrum. Sic enim ego essem felix. Sic in me vtiq; conseruata esset lex matrum.

Luget defunctū filiū mater Cleopatra

Cap. 13.

Sic dicebat, & procidens rursùs lugebat: & tanquam adhuc animatum alloquebatur corpus martyris: Quodnam tantum, dicēs, ò Christi martyr, sceleris admisimus, ut in hāc tā acerbam incideremus calamitatem? Non, marito in externa regione relicto, pluris quàm reliqua omnia feci tuum exportare corpus? Nō ab ipsis fundamētis tibi templū extruxi? Non, si nihil aliud, tibi obtuli meum animi proposi

Rogat sibi reddi filium. *4. Reg. 4.*

cum? Quid asi hæc sibi, volunt? Nō, quod pro iis petebatur, bonum erat, salus filii? Non, vt vsq; ad senectutē simul maneret eū parente? Hei mihi, à quanta spe decidi? pro qualibus qualia vidi? Sed ò martyr Christi, vel mihi filiū redde superstitē, sicut Eliseus Sonamiti: vel nè mihi mortem inuideas vtilem: sed quæ tā infeliciter peperi & alui, fac me ēt interire cum filio. Interim autem dum Cleopatra filium acerbè defleret, & eos, qui aderant, moueret, ut & eius casua misereniur, & profundam Dei iudiciorum abyssum admirarētur, somnus illi parùm obrepens, eam fecit quiescere: & filius ei omninò apparuit cum martyre. Nam & adstantem videbatur intueri athletam, eius filium suo sinu, tanquàm proprium, complectentem. Amictus autem erat utrisque pulcherrimus, & splendidissimus: & coronæ eorum capita ornabant suauissimè. Coronarū autem dixisses esse diuinam quandam, & quæ lingua non potest exprimi, pulchritudinem.

Visio eius matronæ.

Cap. 13.

Sancti nō ignorant res hominum.

Videbatur autem martyr dicere: Cur non lætaris, ò mulier, sed tuus grauis luctus cor tuum afflixit? Num sum adeò ingratus, vt qui nihil senserim eorum, quæ à te facta sunt? Non vides qualem gloriam sit tuus filius consecutus? qualis eum circūfulget gratia? Cur non ergò, hac relicta tristitia, trāsis ad animi tranquillitatem? Sed si videtur, tuis oculis magis appropinquet filius & eum diligenter cōtemplare, ut ipsa quoquè rectè intelligas, quomodò is se habeat. Sic dixit, & visus est uocare puerum: Accede, ò puer, ad matrem, vt cùm ea viderit, quomodò te habeas, tu eius multas consoleris lachrymas. Puer autem magis adhærebat martyri, nolens eum omninò relinquere, nec volens omninò venire ad matrem: Sed, Abi, mater mea, abi, dicebat resistens: apud te mane, & minimè te dedas his luctibus. Malle enim vitam vestram, quam hanc mortē, æquè absurdum existimo, atquè dolorem præferre uoluptati, quæ non desinit, & vitam breuē, & quæ est ad tempus, æuo sempiterno Hæc cùm mater audiuisset à filio, & esset veluti oblita lamentationū, vt ipsa quoquè assumeretur ad filium, & ex iis, quæ cernebātur, acciperet consolationem, vehementer rogabat martyrem. Ille autem suadebat, vt magis eam viam sequeretur, quæ ducit ad salutem. Tandèm autem, data pace, abiit ille cū puero ad suā habitationem: & uterq; discessit ab illius oculis.

Videt gloriam filij sui mater

Cap. 14.

Dolor matronæ mutatur in gaudium

Illa autem statim experrecta, & ad se reuersa, quantam ob martyris & filii aduentum assecuta esset animi tranquillitatem ac lætitiam, narrauit iis, qui aderant. Omnium autem animos inuasit admiratio ob admirabilem, & quæ opinionē superabat, narrationem. Deindè cùm filii sui desiderabile illud corpusculum beata illa splendidè vnxisset, & composuisset, id commendat martyri, tota nocte cum consanguineis, & iis, qui ad eam attinebant, faciens gratiarum actionem. Deindè etiam cum mysticum curasset peragendum sacrificium, in quo eam oportebat initiari, ad lautam inuitat cœnam eos, qui sacrorum hymnorum fuerant cum ea participes. Deindè cùm sic mundum ualere iussisset, & in thesauros, qui non possunt eripi, in pauperum, inquam, ventres, omnes suas contulisset diuitias, & se tenui induisset tunica, sepulcro ministrabat martyris: & sic ieiuniis vacans & orationibus, internum tantum purgabat hominem, vt singulis Dominicis ei martyr apparēret cum filio in eodem, in quo priùs, amictu, eius dolorem consolantes. Septimo autē anno suæ in melius vitæ mutationis, cùm plena esset diebus spiritus, in pace pacis quidē Deo spiritum, corpus autem commendat filio, vt quos vna habebat domus, eos etiam unus conderet loculus, & ne ipse quidē amborum puluis disiungeretur. Cum quibus det quoquè nobis Deus esse partis eorum, qui seruantur, & videre regionem uiuētium: Quoniam ipsum decet omnis gloria, & adoratio in secula seculorum, Amen.

Mira eius conuersio & pietas.

Felix obitus eius.

VITA S. AQVILINI EPISCOPI Ebroicensis, scripta ad Audoenum. Est historia grauis, sed Codices MS. nomen Authoris non habent. Stylum F. Laurentius Surius passim nonnihil correxit.

PRAEFATIO AVTHORIS.



IN corpore nostræ cōgregationis honesto valdè & vtili membro domino Audoeno, inter cæteros penè vltim[us] frater. N. quicquid cælo dignū mens sana in Domino arbitratur. Si quis in ouium grege positus, lanam à capris petat, is sanè aut ignorat quid habeat, aut alteri eius inopiam nesciens illam prodere conatur. Ità tua dilectio, dum me ad opus inuitat, quod uirium mearum excedit facultatem, aut nescit ipsa, in quāta doctissimorum hominum frequentia verseiur, aut imperitiā meam mihi ob oculos statuere vult. Porrò autem non ignoras, non esse speciosam laudē Dei in ore peccatoris, & eum qui soluit & docet unum ex mandatis, in præsenti cælorum regno minimum vocari, in futuro autem nullum prorsùs locum habiturum. Cuius enim vita despicitur, quid restat, nisi ut & prædicatio hic contemnatur, & præuaricatrix conuersatio illic puniatur, vbi non arbor ex foliis, sed è fructu æstimabitur? Indè igitur mihi animus quippiam scriptitandi desit & deficit, etiam si uideatur nō abesse facultas, quòd dum bona aliorū prædicare uolo, meipsum accuso, vtpotè in quo nihil prædicandę virtutis reperiam. Indè etiā ignauia quædam subrepit, qua libet silere potiùs, quam aliquid dicere, undè ego prior pudore afficiar, qui aliis viam ostendere nitor: egoipse in foueam cadā, qui aliis lucernam præfero: ego maneam in tenebris, nihilque eius claritatis in me habēs, ferar per præcipitia, dum aliis ducem exhibere me nolo. Benè. n. dicere, & uiuere nō benè, quid aliud est, quàm suo se ense iugulare? Longè ergò præstabilius mihi est intrà silentium me tenere, & in meo tuguriolo priuatam celare paupertatem, quàm oris aperto ostio alienas prædicare diuitias, & propriam inopiā detegere, dum ingenii tenuitas ipso sermone proditur, & vitæ ratio qualiscunque linguę prędicatione discussa, à sua sententia discrepare sentitur. Sed fortassè dices omninò obtemperandum mihi esse, nec quicquam prodesse hanc uerecundiam, ex qua taciturnitatis inertia proficiscatur: cùm prœstet à seipso quempiam indicari, & sua ipsius voce obiurgatum, torporis somnum discutere, quàm sub silentii umbra stertendo, nec de uirtutibus alienis dicere, nec de propriis obtinendis meditari. Fit enim plerunquè, ut cùm ille, qui laude dignus non est, laude & prædicatione effert, quod ipse non habet, sese contra se erigat, pudeatque diutiùs supinum iacere in illis, in quibus hactenùs iacuerit, incipiatque dare operā, ut idoneus laudator & encomiastes fiat, suisque dictis & adhortationib[us] primus ipse obtēperet. Forsitan etiam illud addes, seruum, qui talentū Domini

Eccl. 15. *Matt. 5.*

Docere & secus viuere est suo se ense iugulare.

mini sui in terram abscondat, non immeritò eũ censendum esse, qui ingenium literarũ studiis & cognitioni semèl applicatũ, qua, si uellet, posset ad cęlestia sustolli, discussisque paleis, grana amplecti, & eadẽ piæ operationis studio molere, terrenis occupationibus, curis & commodis immergat. Vndè etiam me excusare non possum, qui cùm scripturis diuinis vacare deberem, crebrò aliis operibus occupo tempus mihi commodatum, potiùs q̃ lectionibus sanctis. Quod quidem tum ex ea, quam diximus, ignauia proficiscitur, vt qualibèt potiùs non alta inquirendo progredi libeat, quàm ampliùs onerari scientia ueritatis: tum ex infirmitate carnis, quæ me perpetuò affligens, cogit eiusmodi amplecti opera, vt utcunq; ęgritudinis molestiam ferendo uiuam, & ocium animæ inimicũ euitem. Quin & illud forsan adiungere uoles, ineptũ verecundię speciem uideri, si homo inops aliena domo vti erubescat, donèc possit habere propriam: atque ità non posse absurdum censèri à sapientibus, si tantispèr ego immorer alienis prædicandis virtutibus, donèc proprias adipiscar: quemadmodùm pueri solent tandiũ maternis pedibus prouehi, quousq; suis possint cõsistere. Ad extremùm, si sic necessè sit, obedientiæ fraternę titulum oppones, eaque omnes excusationum mearum sepies uias, nec vllum relinquet, per quod elabi liceat, foramen. Quod quidem si facturus es, quid mihi conferre possit ad obiecta respondere? Tuis igitur precibus obsecundās, opus aggrediar, faciamque quod beatus Legislator noster etiam de grauibus & impossibilibus imperus siue iussis præscribit, ingrediarque pelagus conscribendę vitæ sancti Aquilini. Tu interim id impetra precibus tuis, ut possim attingere littus, ad quod tẽdo, adiutus meritorum eius suffragiis, de quo acturi sumus.

S. Benedictũ dicit.

V I T A.

10. Oct. Cap. 1.



TIAMNVM oĩpotens Deus antiqua declarās miracula, nõ cessat multis tum corporalibus tum spiritalibus signis & documentis testatum efficere, quàm immensa erga nos sit bonitas sua. Vt enim animorum nostrorum pellat fastidiũ, varia nobis proposuit virtutum pharmaca, vt ea tam multiuariis speciebus aliquam tollat, qui malè habet, & suæ infirmitati accommodum indè remedium adhibeat: vtì vel hoc, vel illo uirtutis exemplo instrumetur, quisquis ab Aquilonis frigida regione ad sancti spiritus Austrum se transferre concupiscit. Hinc adeo in huius uitę nocte tot nobis spiritalia oriuntur sidera, quot præclara sanctorum gesta nobis proponuntur diuersis illorum solennibus fertis, toto anno opportunè distinctis, vt alia recedẽte, ità alia succedat, quẽadmodùm stellę fixæ & inerrantes, diuinitùs instituta oriendi & occidendi uicissitudine, aliæ alias consequuntur. Legimus columnam ignis & nubis antecessisse, cùm populus Israeliticus mare transiturus, ab Aegypto proficisceretur, & primum phase felici initio dedicaret, quod quidem si recta nobiscum via reputemus, etiam nunc fieri uidemus. Quid enim aliud est, modò sanctorum martyrum, modò beatorũ confessorum pia celebrare natalitia, nisi sequi colũnam ignis & nubis, ad transmittendum huius seculi pelagus, tanquam alterum quoddam rubrum mare: vt & ab illis accendamur, quorum sanguine iter nostrum rutilare uidemus: & ab istis irrigemur, quorũ doctrinis huius mũdi ęstum nobis temperare debemus? Sit nè nos consecuturos desperemus, quod illos iam adeptos legimus, non solùm triumphos virginum audimus, sed etiam promittitur nobis viduarum & coniugatorũ palmæ: neq; id ex antiquis dũtaxat sed etiã modernis tẽporibus, vti nè vllo torpore deprimi nos sinamus, qui tot remediis erigimur.

Sanctorũ exempla quid conferant.

Exod. 13

Nota de festis martyrum & cõfessorũ.

En beatissimus confessor Domini, & Ebroicẽsis vrbis Episcopus Aquilinus, nobis imitãdus exhibet, qui de coniugii extremitate sublatus, & ad põtificię celsitudinis gradũ sublimatus, primùm ex Aegypto carnalis copulę in desertũ vidualis pudicitiæ ac deindè per Iordanẽ Episcopalis gratiæ, in æternę promissionis terram ingressus est. Cui ipsum suum vocabulum quoddam videtur perhibere testimonium, quòd solem iustitiæ immota animi acie cõtẽplatus, eius amore pennas mutarit, & instar aquilæ instauratus, nouitatem vitę in sanctitate & iustitia & veritate susceperit. Nam quasi carnis quadam vetustate incuruus incedere videbatur, cùm adhuc carnali cõiugio deditus esset. Sed pennas in superiora se transferendo mutauit, quandò amorem coniugis, æternitatis permutauit amore: & filiis carnis filios spirituales anteponens, ex se defecit, vt in Deo proficeret.

Cap. 2. S. Aquilinus ex marito fit Episco.

Fuit ille Baiocensi ciuitate ortus, parentum nobilitate clarus, sed morũ dignitate illustrior, antiqua insignia nouis virtutum ornamentis obscurās. Cumque sacris literis institutus, & summo studio enutritus esset, pluuiamq; suo tempore effundendam ceu nubes matutina collegisset, transmissis adolescentię spatiis, ad iuuentutẽ pertigit: in qua pueritiæ marcescentibus floribus, humanæ probitatis & virtutũ solẽt prodire fructus, & ad maturitatem segetes propinquare. Quæritur ei vxor, nobilitati eius congrua: inuenitur, ducitur, nuptiali celebritate cõiũgitur: proles terrena primùm gignitur, vt postmodùm cælestis procreetur. Sentitur carnalis amor, vt eo propudiato, spiritalis feruẽtiùs sentiatur: quẽadmodùm pueri cibo solido gustato, verba respuunt. Enimuerò & proximi dilectio, quæ pręcedit, diuini amoris, qui pręcellit dignitate, licèt ordine sequatur, nutria esse solet. si tamẽ dilectio est dicenda, quæ carnaliter exhibetur. Altiori enim intellectu, nec seipsũ, nec proximũ tãquàm seipsum diligit, qui Deũ diligere, seq; in Deo amare nescit. At tamẽ iuxta quẽdã modũ, discit vnusquisq; in proximo, qđ debeat Deo: & sicut seruus maior natu, domini adhuc paruuli pędagogus efficitur, ità fraternus amor, creatoris nutrit amorẽ. Aquilinus igitẽ post vnius spõsę copulã, multarũ animarũ strenuã curã quãdoq; suscepturus, & Christi vices impleturus, discit in cõiuge, quã fidẽ, pręsul olim effectus, ecclesię sibi cõiungẽde pstare debeat.

Cap 3. Patria eius.

Duxit vxorẽ, nobilis nobilem.

Interea accitus à Clodoueo Rege, qui ea tempestate rerum potiebatur, cum cæteris vrbis præfectis aduersùm barbaros, qui in extremis regni Francorũ finibus cœperant efferatis animis insolescere, proficiscitur, & antequàm spiritale cõtra spiritales nequitias bellum suscipiat, hostium visibilium pugnis & victoriis exercetur. Exacto indè triennio & mensibus sex, omnibus facta est domũ redeundi potestas. Eius autem pia coniunx dum abesset ille, non cessauit à precibus, imò magis solicita pro reditu eius, vt etiam votum Domino nuncuparit pro illo, quod tamen quodammodò videretur esse contra illum: putà si Dominus saluum & incolumẽ illum reduceret, se toto anno cum illo continenter victurã, de eius consensu vsqueadeò nihil hæsitans, (quippè quæ eius pudicitiam satis compertam haberet) vt etiam sine illo promittere non dubitarit, quod non nisi illo cõsentiente exequi posset. Vbi ergò optatum eius reditum cognouit, nõ potuit cõtinere sese, quin ei obuiam procederet, & animi sui gaudium aperuerte-

Cap. 4. A Clodoueo Rege cum aliis mittitur ad barbaros profligandos.

Votũ coniugis eius.

ret. Assumpta igitur familia & cōmeatu, qui tantæ rei coogrueret, vsqueadeò accelerauit iter, ut Caroo tum ueniēs, marito prior adfuerit, eūq; in alienæ ciuitatis hospitio, perindè atquè in sua domo exceperit. Ibì tum se mutuis stringentes amplexibus, pariter admirabātur, Aquilious coniugis pudicitiam & amoris integritatem, coniua Aquilini syncerita tem.

Eccè q̃ fuerit castus amor in coniugibus istis.

Amor enim castus & pudicitia compulerant coniugem vt reditum eius præueniens, priùs eū videre festinaret, quàm domū reuersus esset: cùm soleant infideles & impudicæ fœmioe redeuotiū maritorum reformidare potiùs & horrere, quàm appeteret, conspectum. Deniquè solēni illo cograiulandi peracto officio, & colloquendi expleto vel temperato desiderio, corpora reficinntor. Deindè familia, noctis inuitante silentio, abit cubitū, felices coniuges remanent in secreto cubiculo, vbi erāt arcaua eaplicāda consilia, quæ absente Aquilino pudica vaor ei9 nō fine sanctispiritus gratia cōceperat.

Cap. 5. Vxor ei indicat, qđ ꝓmiserit.

Ceroēs autē illa oblatā sibi familiaris colloquij opportunitatem: Amantissime coniūa, inquit, quæso te, nè me arguas temeritatis, nè grauiter feras qđ feci, si cognoueris me id fecisse zelo amoris tui. Timens enim, ne te semper carerem, si accideret tibi quod nollem, malui Deo promittere, q̃ anno vno à te præsente abstinerē, tuque interim cōiugij oblectamenta suspēderes, quàm te è medio sublato, perpetua viduitate afflicta discerē vel innita quod ipō tè nō didicissem. Qua in re si quid videor egisse incōsultè, tua me charitas compulit, vt de te mihi pollicerer id, quod pollicita sum: nec eò me impulit ꝓpria temeritas, sed de tuo consēsu oihil ambigēs, tametsi eum ignorabā, illud voui, quod de mea mihi voluntate cōstabat. His auditis, Aquilinus quidoā ageret, aut quo pacto vicē redderet mulieri de sui mariti salute tā benè merēti? Nō ille arguendā existimabat, quā se ipso fideliorē sibi eaperiebatur, idque pro sua incolumitate promisisse seotiebat, quod ipse optatat, tametsi nō promiserat. Gratias igitur agit omnipotenti Deo, qui talē ipsi dedisset coongem, quæ castitatem, quam ipse animi studio sā cōplex9 esset, licèt id verbis nōdū eaposuisset, volūtaria deuotioue offerret, cùm sibi via promittere ausus esset, eā etiā rogatam id facturam fuisse.

Vide ꝓpositū cōtinētia in matrimonio.

Miratur ergò Dei famulus suū in fœmina pectus: miratur se ab uaore præuentum, non potuisse primas sibi vendicare in ipsa virtute, qui prior esset conditione virili, & prior etiam esse putaretur desiderio castitatis, nisi posterior inuentus esset cōceptæ voluntatis significatione & enunciatione. Tu, inqt, charissima, me dicendo anteuertisti, quem desiderando anteuertere non potuisti. Hoc enim est, qđ equidè iampridèm peroptaui, sed celaui interìm, tēpus opportunum sustioens, quo tuū mihi assensum cōciliarem. Ità nimirùm terram pectoris tui, quam ego colere volebam, diuinitùs cultam & complutā video, multumq; lætor, & summo cultori gratias ago. Vnū tantùm adiicere volo, quod à te scntio prætermissum, & tamen puto necessarium, Tu annuam promisisti continētiam, ego opto & polliceor perpetuam, ut pariter non annuam, sed sempiternam possimus coronam adipisci. Confido aūt eum, qui omni habenti, nempe bonam uolnntatem, etiam facultatem dandam pollicetur, nobis affectum pudicitiæ perseuerantem præbiturum: ut addatur gratia gratiæ, sicut additur promissio promissioni.

Perpetuā S. Aquilinus ꝓmittit continentiam.

Hæc cùm ille dixit, coniūa gratissimo animo assensit. O beatā copulā, in qua carnalis affectio abijt in spiritalē æmulationē, & terrena cōiūctio in cælestē cōmerciū: vt qui hactenùs fuissent in carne vna, deinceps vna essēt aīa, & socij corruptionis, fierēt æternitatis cōsortes.

Idē facit ei9 cōiunx.

Diuidūtur ergò corpora, corda sociātur: iugū cōtagionis excutitur, suscipitur iugū sāctitatis. Nox illa io diē cōuersa, spiritalibus cōsultationibus trāsacta est, carniq; renūciatū, & spiritui facta professio atque mācipatio, felixque copula dissoluta, & felicior inita est.

Cap. 6.

Insequēti die suscepto itinere domū reuertūtur, ingēs omniū lætitia existit, & tāto viro, postliminiò redeunti, debita præstatur gratulatio. Manēt Aquilin9 & coniūa sub vno tecto, animis coniūcti, carnali cōsortio separati. Impēdūt soa post se, & vt perfectū sit castitatis sacrificiū, elargiūtur res suas pauperibus, vt trāseat in holocaustum.

Elargiuntur sua pauperibus.

Magna fuit prior charitas, sed maior posterior, quæ priorem superauit, & ut mors corpus occidit, ità carnalia desideria in animis eornm extinxit & interemit. siquidē coosentaneum id erat, vt plùs se spiritu diligerent, quàm carne dilexissent, qui illo flagrabāt igne, quē Dominus misit in terram, & uoluit uehementer accendi.

Luc. 12.

Itidè adeò factum est, ut nemo hanc in eis percipere dexteræ excelsi mutationem, cunctis vidētibus formam pristinæ conuersationis, & argumenta cōsuetæ societatis ex unius tecti habitatione colligentibus. Sicque thesaurus ille soli Deo notus, furibus manebat occultus. Videres tamen sub habitu uetusto opus nouum, & sub seculari tegumento signa euidentissima gratiæ specialis. Enimuerò par illud innoxiæ consuetudinis & conuictus certatim feruebat studio pietatis, ità ut noo immeritò admirari posses, quomodò sic illi repentè mutati essēt, ot qui uultus eorum contemplaretur, ipsos agnosceret: qui facta inspiceret, alios existimaret. Deniquè adeò illi corpora sua ieiuniis & uigiliis exarabant, animas eleemosynis recreabant, ut ipsis quoquè monachis & crucis habitum gerentibus nihil eos cedere putares.

Ieiunijs et vigilijs se macerāt.

Ità enim hospitibus ministrare, & io eis Christo cum omni humilitate seruire conspiceres, ut domum illam potiùs xenodochium diceres, quàm aliud quippiam: atque ioterim tamen in laico habitu degere eos pariter, acsì etiamnùm carnali inter se consuetudine uterentur.

Magna eorū hospitalitas.

Ecquis verò uel meliores cœnobitas quæreret, si castitatis eū secretum uon lateret? Sed hic erat modius, sub quo ardentes lucernæ delitescebant, puta uestes seculares, quibus utebantur, & humanas à se laudes repellebant. Verumenimuerò qui eos diutiùs latère noluit, occasionem obtulit, qua amator latibuli Aquilinus super candelabrum poneretur, sicque uideretur ab omnibus, cunctisque spectandus & imitādus proponeretur.

Cap. 7. Aeterno Epō Ebroicēsi succedit Aquilinus.

Beato nāq; Aeterno, Ebroicensis vrbis Episcopo, ex hac luce ad æternā translato, ut re ipsa esset, qđ uerbo hactenùs dicebatur: totius Cleri & populi animi diuinitùs inflammantur, ut Aquilinus ille occultus Dei seruus, qui se abscondens, proximis negabat exemplar pietatis, ei substituatur. Nō ibi una voa, aut unius partis personuit acclamatio, sed diuersarum uocum generalis electio adeò inter se pulchrè consensit & conspirauit, ut nulli esset ambiguum, quod vulgus peteret, id & inspirari & imperari diuinitùs. Nec quæsitum est ab electo, quid ipsi videretur: quandoquidem qui latère didicerat, Christoque contentus esse decreuerat, apparère utiquè nollet, si quis eius consensum requireret.

Eccè ordines gradus sēper in ecclesia seruatos fuisse.

Sed rapitur ab omnibus & trahitur, quasì non suus deincèps futurus, sed communiter omnium. Primoq; fit clericus: indè gradatim promotus, ad Episcopale cacumen euehitur, ut totius Ebroicensis Ecclesiæ domum gubernet, & curā pastoralem ei impen-

dat

dat. qui suæ domui tã præclarè præfuerat, vt manens in seculo, etiã in ipso matrimonio iã mortuus esset mũdo, & viueret Christo: qui vxori coniũctus spiritu, carne disiunctus, assueuisset spiritales procreare filios, & è vetustis vtribus nouum uinum depromere: id est, sub vetustatis velamine nouum pietatis exhibere gustum.

Cap. 8. Cumque ordinatus, & tanti sacerdotii Apostolica benedictione consecratus esset, quod ei difficile nõ erat uxorem mutauit, eamque quã iussus erat, sibi despondit, qui cum illa sine illa uiuere didicerat, quam etiam retinendo reliquerat. Extitit uerò in plebe mira exultatio, tamq; iucunda eius aduenientis acceptio, cunctis ei obuiam procedẽtibus, & eius laudes consonis vocibus celebrantibus: vt nulli dubium foret ignem illum è cælo missum, qui in tot cordibus isthoc excitarat incendium, ut tam generalis & concors, nullo discrepante, omnium concentus fieret, vbi Aquilinus in sua sede collocandus adueniret. Suscepto autem non coruino hiatu, sed columbina simplicitate, sacerdotio, iam apertè uxor uertitur in sororem: in quam etiam antè transierat, sed occultè. Nec amoris casti ardor extinguitur, immò uerò geminatur: tum quia pudicitia immobilis in proposito permanet, tum quia fœcunditas spiritalis multiplicata, ad utriusque coronã referẽda est, sicut & huius fœcunditatis causa promissa castimonia. Communis quippè utriusque est vtilitas, vti etiam sacri cõceptio propositi communis fuit: quæ cùm centuplicem protulerit fructum, ab vno patre tot filiis adoptatis, diligit soror tantę benedictionis fratrẽ, per quẽ tantę augmentationis consors efficitur, cuiusq; maiori sua gratia sacerdotali perũctis, tam ipsa, q̃ tota, cuius est membrum, Ecclesia Ebroicẽsis benedicitur & expiatur. Videt enim factũ eum sequestrum & aduocatum populi totius, atque ad Deum quendã internuncium, qui fuerat quondam ipsius solius maritus. Videt in tã multos ramos diffusam arborem, quæ succisa videbatur, quandò ab eius connubio auulsus, atque ea re quasi truncus ille cernebatur. Neq; uerò illa sic diligẽs, minùs amatur: quãdò flamma charitatis, licèt tã multas in partes distracta esset, non tamen illic imminuta est, vbi nata & undè propagata fuit: immò potiùs tantò feruet magis, quantò fit auctior.

A populo peramanter accipitur.

Vxorem mutat palam in sororem, quod clã antè fecerat.

Cap. 9. Iam uerò qui etiam antè, quàm pastor esset, uigilare consueuerat, gregis cura suscepta speculator effectus, prolixiùs uigilabat, atque in preces incumbans, contemplationi dabat operam: ut tantùm sanctitate cresceret, quantùm creuerat dignitate: talemque se opere prębérét, qualis & quàm nou' & perspicax ex suo nomine designabatur. Atq; ut liberius posset cõtemplationi vacare, & pro peccatoribus, mundi huius tumultibus deditis, Dominum deprecari, nõ longè à muro ciuitatis, ab ecclesia uerò centũ passuum spatio distantem elegit cellam, in portæ Rhotomagensis regione sitam: ibique secretum, quod propter pastoralis curę inquietudines amiserat, repetens, animarum causas & negocia tanto curabat melius, quãto plus corporum declinabat: magis proficiẽs in iis, quæ ad populi causas attinerent, orando, quàm potuisset concionando. Est enim hoc peculiare electis, semper optare secretum, quemadmodum reproborũ est appetere turbas & tumultus. Illi enim mundum, quẽ non diligunt, nec uidere volentes usqueadeò Christi vultum sitiunt, vt mortalitatis uincula, quibus se sentiunt obligatos, perrumpere cupiant: & quia non possunt semper animi obtutus in superna defigere propter corporis imbecillitatem, ad seipsos non sine animi dolore redeant, atque mundum hunc, quẽ propemodùm euasissent, si in illa claritate perstitissent,

Cellam solitarius inhabitat.

Discrimẽ inter bonos & malos.

re potuissent, adspiciant inuiti. Isti uerò semper videre cupiunt, quod nolunt deterere: atque ea causa si sint extra hominum frequentiam, eam inquirunt, vt semper adsint res vanæ, quibus suos oculos oblectent: qui cùm intùs tenebrosi & obscuri sint, nullã aliam norunt lucem præter eam, quã foris spectant. Sed Aquilinus verus Israelita, potiùs anachoreta esse cupiens, q̃ instàr vilis margaritæ iacere in sterquilinio, secretum petiit oratoriũ, ibique latitans, Episcopalis frequẽtię strepitus vitauit: eo verius Episcopus, quo minùs frequentatus ab hominibus, & cęlestibus magis adiũctus. Ibi lectio & oratio vicissim sibi succedentes, sine intermissione cõtinuabantur: ibi psalmorum & canticorum spiritalium resonabat melodia, sancti spiritus gratiam adducens. Ibi non abrupto ab Ecclesiæ suæ corpore, sed retorto ad pẽnulas capite, columbina illa anima immolans, pro sanguine lachrymarum imbres fundebat, non sine gemitu exprimens desideriũ, quo cupiebat, nè incolatus eius prolongaretur: sed breuiato exilio, speritur et additus in patriam cælestem.

Vacat orationibus, sacris lectionib' ac aliorum piorũ operũ exercitiis.

Cap. 10. Putas ne autem lecti illum mollitiem illic consectatum, aut aliud sibi voluisse, in quo cubaret, substernere, pręter nudum pauimentum? Carnales pastores, vt sese vberiùs pascant, ipsa sua refectione pascendis ouibus Christi se prouidere simulant, & perindè ac si in domibus Regũ sint, mollibus se vestiunt, nè alii nudi remaneant, qui meliùs in spiritu tegerentur. Si sunt pastores, minùs preciosis, magisq; religiosis vestibus operiãtur. Sed aiunt laborem se ferre nõ posse, nisi sic reficiantur & induantur. Verum dũ necessitati consulere se fingunt, consulunt voluptati, & indulgent superfluitati: nõ vtiq; imitantes vestigia magni illius Martini Turonensis, aut Germani Antisiodorensis: qui non pro diurna, sed pro ęterna mercede militantes, pauerunt gregem Christi ieiuniis, vigiliis & laboribus suis, vt eorum exẽplo disceret eò redire ieiunando, vndè in primo parẽte excidit mãducando. Nemo enim sic inuitat concionando, quãtum faciẽdo: nec benè ieiunia suggerit, qui sub quocunque prętextu epulis vacat. Quod sanè cauẽs Aquilinus, abstinendo & vigilando meliùs pascebat subditos, quàm si abstinentiam illis prędicans, ipse epularetur: aliisque mortificandę carnis asperitatẽ commendans, ipse molliter & delicatè viueret.

Lectus eius nudũ pauimentum.

Discrimẽ bonorum & malorum pastorum.

Cap. 11. Legitimum ergò ille Christo testimonium perhibuit, & Christus illi quoquè reddidit testimonium. Sicut enim ille quos poterat, intùs illuminabat, curabat, erigebat: ita Christus præstitit gratiã & facultatem etiam extrinsecùs illuminandi, sanandi & erigendi: adeò vt Crucis signo liberaret, quos per eam liberandos prædicabat: nec vlla corporalis infirmitas eius precibus resisteret, qui suis exemplis & doctrina spiritales ægritudines depellebat. Cur enim Christus ei argentum negaret, cui largiebatur aurũ? Cui animorum curandorum gratiam cõtulerat, cur corporum non conferret, quorum & facilior est medicina, & iactura minor? Immò per euidentia, quæ pręstabat, munera, latentia in eo charismata & cõfirmabat, & declarabat. Sed vir Domini in cũctis, quæ per eum Christus efficiebat, sui custodiam non omittẽs, intantùm timebat, vbi meritò timor adhibẽdus erat, vt illic etiam plerunque trepidaret, vbi non erat timor. Eam ob rem semper Dominum precabatur, vt fenestras corporis sui aut obstrueret, aut custodiret, nè per eas noxia irreperet concupiscentia, cum qua mors solet ingredi. Malle enim se testabatur orbatum luminibus intrare in regnum Dei, quàm illis integris mitti in gehennam. Eius verò precibus annuebat is, qui omnes in suo nomine, hoc est veram

Signo Crucis morbos pellit.

Iohan. 14.

salutem suam petentes exaudit, exteriores capitis eius fenestras, lucis ministras, quas pietate rogatus est clausit: sed cumulatiùs cordis oculos aperiens, multiplici fœnore lucis externæ orbitatem compensauit. Ità enim sine oculorum adminiculo ad ecclesiã veniebat, acsi illis planè integris viam cerneret, quã calcabat. Immò etiam hoc amplius, quòd lumen nocturnis horis non requirebat, sicut faceret, si videret, expeditiùs pergebat: & mirandum in modum se gerebat, vt nulli dubium relinqueret, quin Angelo lucis ductore vteretur. Securè itaque & misericorditer ei, vt erat rogatus, immisit oculorum cæcitatẽ, qui & videbat promptæ mentis eius syncerìtatem, & præuidebat duplicandam illi eam, quam amissurus erat, claritatem. Ità ergò qui cæcis reddebat lumẽ, ipse cæcitatem patiebatur, non minùs de se exauditus nè videret, quàm de aliis, vt uiderẽt. Quid enim caligo exterior sensui peruigili & in diuinis perspicaci officiebat? quæ etsi mundi speciem ei subducerei, certè Christi vultum non subducebat: quin potiùs tanto plùs conferebat, quanto magis visibiliũ rerum formas excludebat.

Cap. 12. Catalog⁹ virtutum eius. Porrò autẽ vir beatus, sedulus erat custos innocẽtiæ, amator continentiæ, cultor sobrietatis, cupiditatis hostis, obtrectationis inimicus, persecutor improbitatis: quas ad res multùm ei cæcitas corporis conferebat: sicut ad populum paterna pietate admonẽdum & exhortandum, pastoralique diligentia custodiendum, nihil impedimenti afferebat. Non enim segniùs vel orabat, vel vigilabat, vel minùs ad populum concionabatur: immò tanto feruentiùs in Christo cælestia meditabatur & tractabat, quanto à terrenis sensibus minus ponderis percipiens, ea ea parte liberior erat, qua homo terrenus procliuiùs & propensiùs peccat: atque ibi acutiùs cernere cœperat, vbi pars hominis excellentior habetur, atque ubi ad superna obtutus dirigitur, vt diuina claritas conspiciatur. *Docet populum etsi lumine orbatus.* Itaque quanto expeditiùs eò tendens, de ipso luminis potabat fonte, tanto splẽdidiores pro concione radios ad inferiora vibrabat, eoque suauiores suis in exhortationibus promebat sermones, quòd eos potiùs ab ipsa veritate, quàm à veritatis testibus, putà libris, quos legere non poterat, hauiret, nec verba eius cadebãt in terram: quippè quem perspicua attollebat virtus, quam in morbis omnibus curandis exhibebat.

Cap. 13. Tandèm bonorum operum, sanctarumque institutionum pijs exercitijs comprobatus, resocillandorum pauperum studiis elimatus, optatæ cæcitatis medicinali cauterio ab omni mũdanæ vanitatis sorde purgatus, cùm duos & quadraginta annos, *Est in Episcopatu annis 42.* tanquam mansiones totidem vsque ad Iordanẽ suæ euocationis exegisset, vbi iam transiturus erat ad patriam semper optatam, *Moritur.* Christo reddidit illibatum & incontaminatum spiritum, illi semper subiectũ, illãq; sine dubio uocem exultationis & benedictionis auditurum, quam meruerat seruus bonus & fidelis, *Matth. 25* qui talentum à Domino acceptum, tam multiplicis auctum lucro redderet, ità vt integram Ecclesiæ unius custodiam Domino suo cõsignaret, totque parœciæ suæ populos, tam verbo conceptos, quàm exemplis suis editos, quot carnis suę filios habere non potuisset, summo pastori præsentaret. Lætatus est certè ille beatus cælestium spirituum exercitus, olim quorundã ruina mutilat⁹, paulatim multorum accessione instaurandus: lætatus est, inquam, eius aduentu, cuius opera non vnus, sed permulti peccatores pœnitentiam agentes, cælestis patriæ ciuibus sunt adiuncti. Si enim gaudent illi super uno *Luc. 15.* peccatore pœnitentiã agente, multo magis illo lætãtur & exultant, per quẽ nõ unus, sed multi è numero impiorũ, ad electorum contubernia translati sunt.

Cap. 14. Mors eius dolet subditis. Verũenimuerò quàm lętati sunt illi, ad quos beata illa commigrauit anima: tã afflicti & mœrore affecti sunt ij, à quibus tam bonus, pius, egregiusq; pastor recessit. Nollent enim pręmittere patrem filii, sed potiùs subditi à suo præmitti pastore: mallentq; in cælis carere nouo isto patrocinio, quàm in terris assueta consolatione destitui. Porrò cum omni reuerentia sacerdotum & populi frequentia celebratis exequiis, peractisque tanto funeri debitis vigiliis, sepelitur cælestis illa margarita in basilica, quam apud ciuitatis suburbium cõdiderat: atque illic reponitur depositum, cui debetur corona iustitiæ, donèc reddatur ei à iusto iudice in illo regenerationis die. *2. Tim. 4.* Imploramus ergò pietatem tuam, confessor beatissime & præsul eximie, sancte Aquiline, ut qui de paucis acceptis multa & magna reddidisti, illamque sedem illustrasti, quam rexisti, id nobis diuinitus obtinere digneris, vt quod profitemur ordine & instituto, id opere exequamur, atque in nouitate vitæ ambulantes, & sicut aquilæ pennas vitiorum in virtutũ mutantes, quemadmodùm habitum mutauimus, illi placere valeamus, qui viuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen. *Precatio ad S. Aquilinum.*

VITA S. AMABILIS PRESBYTERI & confessoris, incerto quidem authore scripta, sed tamen fide digna. Nos plerisque locis nonnihil eã contraximus, stylumque mutauimus absque historiæ detrimento.

PROLOGVS AVTHORIS.

BEATA Sanctorum vitæ opinio idcircò non absurdè à Catholicis prędicatur, quòd, vt nonnẽre sapientes, discipline Dei doctrix æterni patris sapiẽtia hanc vult ad posterorum trãsmitti notitiam, ut & eorum inflãmemur exemplis, & Christi benignitate sociemur gaudiis. Hinc Patriarcharum spes nomen obtinuit immortale, *Patriarchæ.* Prophetarumque chorus sui memoriam habet sempiternam, *Prophetæ* præmio suæ fidei gaudens in curia cælesti: quãdoquidem animi obtutus cælo affixere, ubi nouerant sanctos Angelos cum Deo, apud quẽ vita est inconcussa, ineffabili iucunditate perfrui. Porrò etiam apicis Apostolici fama illustris permanet, *Apostoli.* & latitudo charitatis nobis declaratur: quorum uitã mirificam nobis Christus exemplo esse uoluit, ut contemplatione rerum ab illis gestarum ad ipsum amãdum incitemur. Eorum prædicatione redemptorẽ suum cognoscens Ecclesia, sanctos habet martyres, *Martyres* qui pro eius honore fortiter certarunt, & in cõfessione nominis eius sanguinem suum fuderunt. Est deindè etiam sanctorum confessorum splendor mirabilis, *Cõfessores* qui pleni spiritusancto, multis coruscarunt miraculis, quibus mundus crucifixus fuit, & illi mũdo, pari gloria amoris Christum sequentes, crucẽque post eũ portantes. Vt enim martyres, ità & confessores pro Christo pati voluerũt: & ij quidẽ Ecclesiæ lilia, illi rosæ sunt. *Philip. 6: Martyres rosis, cõfessores liliis cõparat.* E quibus cõfessoribus sanctũ Amabilẽ, quẽ vita innocẽs & miracula crebra cõmẽdant, summa ueneratione prosequi debemus, quippè quem sacrosanctæ Trinitati placuisse fideliter credimus: quem sicut uiuere non ambigitis, quòd hæc legitis: ita us, quæ per illum redẽptor noster opera-

tua

comparata, habet codex MS. sed mendosè, vt apparet ius est, fidem adhibere. Alioqui satius esset hæc audire nolle, quàm* comperta non credere: & scriptorē reticere, quàm narrare friuola.

VITAE HISTORIA.

Octob. 19. quo die propria dixeceseos natali cum celebrat. *Cap. 1.* SANCTVS Christi confessor Amabilis magnus in conspectu omnipotentis Dei futurus, quodam præsagio cœpta vel augendæ in ipso sanctitatis, à totius boni fonte hoc videtur accepisse vocabulum: vt animi nobilitate cælitùs hausta, etiam nomine clarus esset, qui generis ingenuitate pollebat. Gemina enim dote auctor vitæ illum ornauit, vt & parentum religiosorum ortu esset nobilis, & præclaræ vitæ integritate nobilior. Natus est in vico Ricomagensi, atque illic *S. Amabilis patria.* etiam literis eruditus. Nè qua enim labe sancti eius mores adspergerentur, si militiæ traditus esset, religiosi parentes literarū studiis eum applicarunt. Cœperunt tū in illo crescere Dei amor & gratia, adeò vt in terris corpore degens, iam cum Apostolo animo in cælis versaretur. Despiciebat enim in parua ætate ineptos puerorum iocos, & cum Psalmista ad Dominum clamabat: Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam; & custodiam illam in toto corde meo. Explorabat, vt miles strenuus, quibus armis resisteret diabolo, nè vllis nequitiæ eius telis à Christo separaretur, si inuicto animo noctè ac die in mādatis eius exequendis non vigilaret. Sic enim amabat Christum, vt nollet separari à Christo, clamans cū *Cant. 1.* sponsa: Trahe me post te: curremus in odorem vnguentorum tuorum. Implebat Dominus & Rex sanctorum in seruo suo nominis eius significationem, vt esset ipsi amabilis, & ab ipso dignus amari.

Cap. 2. Porrò timorem Domini, qui est initium sapiētiæ, constanti animo retinebat, nequaquàm respiciens *Psal. 110.* post tergum: sed instar sapientis aratoris, sulcum suo *Prou. 1. 9* mere dirigentis, iter suum ad æternam vitam sem*1. Cor. 1.* per intendens. Gloriabatur in Domino, vt Apostolus monet, de nomine suo, & in precibus suis toto corde illi dicebat: Domine, qui appellari voluisti *2. Cor. 10.* Amabilem, fac me tui perfectissimum amatorē: nè decipiat humani generis hostis, quem tuus spiritus sanctificauit. Prudenter verò latam & spatiosam viam respuens, cùm iam adolescentiæ metas attigisset, carnis lasciuiam sobrietate domabat. Magna in *Carnē abstinentiâ domat.* illo erga Deum & proximum charitas inerat: qua fiebat, vt nulla ex parte legē Domini præteriret, atque ità & Christo, & sanctis eius charus esset. Ecqs autem dubitare queat fuisse eum fide catholicū, spe firmum, charitate diffusum, præsertim si attendat eū Christum accuratè prædicantem, castitate integrū, *Psal. 118* humilitatis studiosum, & nè peccaret Domino, eius eloquia abscondentem in corde suo? Videbatur am*Gen. 5.* bulare cū Deo, quemadmodùm de Enoch legitur, & multiplicabantur eius merita, cùm cordis desiderio suspiraret cælestia, & amore æstuaret gaudiorum æternorum.

Cap. 3. Imitatur sacerdotio Cumq; id genus polleret virtutibus, per gradus singulos canonici ordinis ascendit vsque ad sacerdotium, virginitatis thesauro non amisso, quę in eius pectore Christi efficiebat hospitium. Factus autem sacerdos, dignè seruiuit Domino die ac noctè in vico Ricomagensi, permultas sæpè noctes in precibus attentissimis manens peruigil, erga pauperes munificum se exhibens, cunctisq; ipsum rogantibus quibus poterat modis, piè opitulans. Suauissimis adhortationibus oēs ad Christū trahere nitebatur, per sua dens eis illū ante oīa quærendū & amandū. Aiebat etiā, sanctorū charitatē nō tepescere, sed in Christo crescere debere. Porrò eo tēpore, quo vir sanctus ecclesiam beatorum martyrum Geruasii & Protasii diuti famulatu frequentabat, (quæ quidē ecclesia primùm, vt fertur, apud Aruernos constructa, Ricomagensem illustrauit pagū) in vrbe Claromontensi cantor institutus, eandē sępiùs decenter pecebat. At vero Episcopus & martyr Christi Præiectus, qui tūc Claromontensem regebat ecclesiā, iam dicti terri*Huius ni ta est Tomo 1. 25. Ianua* torii Abbatiam contulit ei. Itaque ille diuino accē sus amore, construendis templis animū appulit, ut in loco, ad quem multi confluebant, multorum sanctorum reliquiæ reuerenter asseruarentur, & illorū *rij.* patrocinio locus ille cum propriis cultoribus mū dior haberetur. Diuina ergò bonitate fretus, basilicam in sancti Iohannis Baptistæ honorem nō medio cri opere extruxit: item que alteram in beati marty*Duas condit basilicas.* ris Benigni memoriā, in qua nūc ipse corpore quiescit, grandi fabrica extulit. Ac deindè diuersis peragratis regionibus, probatæ sanctitatis pignora siue reliquias eò adduxit, & eo, quo par est, honore illic reponendas destinauit. Aderat illi in omnibus diuina misericordia, exhilarās eum in eiusmodi studiis.

Inter alia autem, quę Deus per illum operatus est, *Cap. 4.* nec adhuc desinit, hoc sanè memorabile est, q eo in loco serpens nullus morari potest, neque si repertus sit, viuere aut nocere potest. O admirandam serui Dei sanctitatem, ad cuius imperium nenenati serpentes fugiunt, nec vlteriùs hærere possunt. Id verò meretur fides, non qualem habent dæmones, quæ credunt & contremiscunt: sed quæ per dilectionem operatur & non oisi fidelium est. Hæc ergò tua sūt, *Iacob. 2.* Deus, qui serpentē, a quo primus homo victus est, *Galat. 5.* per secundū hominē vicisti, tuisq; militib⁹ subdisti, quibus non in vetustate literæ, sed in nouitate spiritus *Rom. 7.* ambulant.

Profectus est aliquandò Romam vir Dei, sancto- *Cap. 5.* rum Apostolorum sepulcra visitaturus, & suffragia *1. Reg. 2.* expetiturus. Et eccè Deus, qui glorificantes se glorificat, Solis radium iussit illi suā nauare operam, & contra naturę vsum ceu fidelis minister, eius sustentare pallium atque chirothecas. Si cui hoc incredibile videatur, meminerit Deū mirabilem esse in sanctis suis. Certè de Iosue habemus in scripturis diui- *Psal. 67.* nis, cùm persequeretur ille hostes suos, dixisse eum coram filiis Israel: Sol contra Gabaon nè mouearis, *Iosu. 10.* & Luna contra vallem Aialon atque ità factum esse. Si igitur Sol obediuit tunc homini, iubente Deo, quid mirum, si etiam obsecutus est, Deo annuente, huic beato patrono nostro? O verbum patris altissimi, factorque carnis & caro, qui sanctis tuis semper præstò es, & tua per eos, qui tibi placent, mirabilia innouas, vt fides nostra non deficiat, sed in timore tuo rectà operando, te, cùm talia recitantur, magnificet. Nos, ò, etsi multo minores sumus illis, quos talib⁹ fecisti coruscare miraculis, at tū illorū, te donāte exēplis incitamur ad fidē, & suffragiis cōmunimur.

Aliud quoquè in eadē vrbe magnum illi Deus p- *Cap. 6.* stitit beneficiū. Nā solaturus pro sua bonitate labores itineris eius, misit ad eū Angelum suū, in pyxide sacras reliquias afferentē, iucundoq; vultu in eū ceu notū intuentē, illiq; dicentem: Accipe dilecte Deo munus, quod tibi per me mittit Christus Rex & Dominus noster, quē te scit harum rerum cupidum; nouerisque te in cælis Angelorum consortem fore. Vt enim Angeli laudant DEVM in Hierusalem cælesti, cuius ciuibus tu adiungi cupis, sic tu eum laudas in terris. His dictis, disparuit Angelus, & CHRISTI militem impensè lætantem reliquit. Admirans enim ille bonitatem Dei, munus oblatum

plo amore compleaus & veneratus est: & quia tāto iam certior erat de cęlestibus capessendis pręmiis, quanto veracior nuncius ea de se ipsi indicarat, lętabundus egit gratias Deo exclamans cum Propheta: Anima mea exultabit in Domino, & delectabitur

Psal. 34. super salutari suo. Indè Aruernos repetens, dona illa secum absportauit, & in ecclesia B. Benigni martyris, quam ipse condiderat, reponenda curauit, vbi hodieque asseruantur. Atque vt eę reliquię venerationi essent, ingētia Deus signa exhibuit. Crebrò. n.

Miracula ad sacras reliquias. flāmis oppositæ ab incolis loci illi⁹, aut aliis uicinis, incēdiū omne quod iā vastabat domos, extinxerūt.

Solebat vir Dei mysteria corporis & sanguinis Christi cum magna cordis contritione, multoqȝ la-

Cap. 7. chrymarum imbre totus igneus & ardens diuino amore, in propriis ecclesijs sæpiùs celebrare. Porrò radicem malorum omnium cupiditatem proculcabat, neque ex affluentia diuitiarū, quibus multi ma-

1. Tim. 6. lè gloriantur, nummos condebat in arca: sed quicquid habere poterat, in suos & pauperum usus quotidiè expendebat. Macerabat se ieiuniis, in precibus erat peruigil, prudens vt serpens, simplex ut columba: agnorum mansuetudinem, paruulorum humili-

Catalogus uirtutū eius. tatem imitabatur. Laus Dei semper in ore eius. Populum ad templum confluentem, optimis sermonibus ad cęlestia inuitabat, & conuenienter doctrinæ Apostolicæ, arguebat, obsecrabat, increpabat in omni patientia. Spargebat in pectora auditorum uitale

2. Tim. 4. semen: omnesque eum, tanquam præsentem Dominum, ob gratiam ex illo relucentem, pro amore colebant, eiusque se precibus commendabant. Contemptu corporis sui & perpetua mortificatione, martyribus comparatur, longos pro Christi amore in seipso perferens cruciatus, & diuturnas cū diabolo conserens pugnas: vt non sit illorū frustratus gloria, quos Christus martyrii corona ornauit.

Atque eiusmodi ille vitam in populo ducens, incedebat in omnibus mādatis & iustificationibus Do-

Cap. 8. mini sine querela, præsentibus de se uirtutis exēpla prębens, posteris relinquens. Vestem cilicinam ferebat ad nudum corpus, eiusqȝ asperitate carnis petulantiam sapiēter reprimebat, sed celabat id alios,

Vestitur cilicio. mediocribus indumentis illud obtegens, seque induens extrinsecùs. Iam uerò consenuerat, & aderat tempus, quo Christus pro tot laboribus fideli seruo regnum cælorum redderet. Sentiensque ille uocari se à Domino, lætus expectat diem migrationis suæ; conuocatisque discipulis, admonet eos de seruanda disciplina & charitate, de pace atque sanctimonia sectanda. Estote, inquit, vigilantes in lege Dei, & adspicite vitam patrum: qui oculos ad cælum tollentes, illam sempiternam gloriam pompis huius mundi anteposuerunt. Sciebat. n. se hic non habere manentem ciuitatem, sed futuram toto pectore inqui-

Hebr. 13. rebat, cuius artifex & conditor Deus. Dehinc iubet omnem acciri populum ad ecclesiam, vt ipsum concionantem audiant, quos ille pia cura regebat. Ad quos sanè pręclara eius semper fuerat oratio, ad

Sermo eius qualis semper fuerit. contemptum mundi & cælestis patriæ amorē excitans. Nec alius eius ad quenquā sermo fuit, quàm vt sperneret fallacia mundi blandimenta, & ad beatę vitę incōprehensa gaudia properaret. Postquam plebs omnis aduēnit in templum, indicat eis sui corporis iam imminere dissolutionem, idque se diuina reuelatione edoctum. Exstitit itaque mœror & luctus

Predicit obitum suum. omnium, quippè qui ęgerrimè ab illo se paterentur separari: aiuntque ad eum: Ecquis nos, pater dilectissime, deincèps consolabitur? Quis illā regni cælestis dulcedinem nobis perindè explicabit, & nostrarum prata mentium sanctis adhortationibus & institutionibus irrigabit? Sermo tuus nobis semper optatissimus fuit, & eloquia tua melle & fauo dulciora.

Cap. 9. Cernens autem vir sanctus adeò lamētari populum, non potuit lachrymas cohibere: at tamen toto animo in Deū defixus, spemque suā illius potestati cōmendans, rogauit eos vt domum redirent: osculatusque eos, & illis benè precatus, dimisit à se. Postea febre correptus, cœpit acri dolore fatigari: cūque corporis vires deficerēt, ille Domino psalmos

Eucharistia sub morte se munit. promebat & hymnos. & iam finem adesse sentiens, Dominici epuli sacramentis se communiuit: ac deindè in cilicium & cinerem artus fatiscētes prosternens, cælestis patriæ ad se venientes conspexit ciues. Quorum pręsentia exhilaratus spiritus eius, mor-

Abit ad cælos. tis acerbitate contempta, lætus emigrauit è corpore Calendis Nouembris. Conuenit aūt Clerus & populus Claromontensis, monachi quoquè & promiscui sexus multitudo, qui sanctitatem eius nouerāt, & exequias eius honorificè celebrarunt, atque cum cereorum & lampadarum apparatu sepelierunt eū in media basilica S. Benigni: vbi multa diuinitùs edū-

Miracula. tur miracula, Domino ob merita & preces sancti confessoris sui largiente, quicquid eò aduentantes fideliter petunt. Multi illic variis pressi morbis, curati sunt, itemque plerique dęmoniaci, multi quoquè febre quartana diuexati uti norunt fideles, qui id sępiùs suis conspexere oculis.

Cap. 10. Reus quidam cùm ob admissum facinus à quodā potente affligeretur, essetque non minima disceptatio, iureiurando ille purgare se volens, petiit sibi dari facultatem adeundi sepulcrum beatissimi Amabilis confessoris. Permissum est illi, vt ibi iuraret ad sepulcrū eius. Sed cùm id ille miser fecisset, obrigue-

Periurii pœna. runt manus & pedes eius, ità vt omnes intelligerēt, sancti Amabilis virtute eum ligatū teneri, ad cuius tumulum deierare ausus esset. Stabat igitur & torquebatur pœna periurii, nec abire poterat, quòd nollet facinus confiteri suum. Quod vbi tandèm Deo miserante agnouit, & sancti confessoris interuentu confessus est, ilicò absolutus est non sine multorum admiratione & gaudio, qui satis aduertebant non posse innocentem uideri, quem magnus ille Deicola Amabilis ostenderet scelere obstrictum.

Cap. 11. Nota rē mirandā. Notum autem est etiam illud, si serpens in os hominis dormientis ingressus sit, & ille beati viri suffragium ad monumentum eius ocyùs imploret, serpentem velle quidem exire: sed quòd sanctus confessor non ferat id in sua ecclesia vel terra cum vomitu fieri, extra eius territorium abductum hominem, euomere anguem in humum.

Cap. 12. Gallus Aruernorum Episcopus. Cernens itaqȝ B. Gallus, Aruernorum tum Archidiaconus, posteà Episcopus, ad tumulū sancti cōfessoris multa fieri miracula, oēsqȝ eius beneficiis gratulari, ingentes Domino gratias egit, qui ciues Aruernenses tanto patrono muniisset; æquissimumqȝ sentiens, vt sacrū corpus eius loco honoratiori tumularetur, rem totam quibusdam amicis & religiosis hominibus communicauit. Ii lætantur oēs, hortantur ut id faciat. Aedificauit ergò in prima tēpli fronte in eius honorē egregii operis testudinē, &

Conditur sacrū corpus eius loco honoratiori. sub ea altare: eoqȝ transtulit solēniter sacrū corpus illius, psallēte clero, populoqȝ cereos & lāpades gestāte. Porrò ob donorū amplitudinē, q̃ sancto cōfessori oblata sunt in vineis, agris & nōnullis territoriis, vndè illi, qui eo in loco canonicè Deo seruirēt, sustētarentur: vel etiā ob miraculorū magnitudinē, illa S. Benigni ecclesia, more recepto, sancti Amabilis ędes appellatur. Strauit aūt idem uenerabilis Gallus pauimentum, quod est ante sancti Amabilis mausoleum, diuersi generis elegantissimis lapidibus,

bus, auri argentique colorem repræsentantibus: qui quidem illic mansere, quandiu ea structura integra fuit. In eo pauimento ordinata lapillorum serie hęc inscribi voluit ob sui memoriam: Gallus Archidiaconus hoc fieri iussit. Eam autem rem gratam fuisse beato cõfessori (quippè quæ honoris causa, & vt maior ei adhiberetur veneratio, facta fuerat) miracula crebra testãtur, quæ ab eo tempore vsque in præsens copiosius illic operatur.

DE EODEM S. AMABILI EX Gregorio Turonen. de gloria confessorum Cap. 33.

Pœna sup. in Ducis, molitus orare ad sepulcrũ S. [illegible]

FVIT etiam in supradicta Aruerna vrbe admirabilis sanctitatis Amabilis quidam, uici Ricomagensis presbyter, qui uirtutibus magnis pręcellẽs, sæpè serpentibus dicitur imperasse. Nam ad huius tumulum cùm Dux Victorius despexisset orare, affixo è regione equo, nequaquã poterat amouere. Quem cùm flagris stimulisque vrgeret, & ille quasi æneus staret immobilis, tandem aliquandò Dux à suis commonitus, qui, vt ità dicam, ipsi pecudi similis erat factus, ad orationem descendit. Cumque fideliter orasset, quò voluit iuit. Ad huius sepulcrum energumenum vidi mũdarum, periurantem diriguisse vt ferrum; & timeo confessum, ilicò absolutum.

VITA SANCTI ETHBINI ABbatis, incerto quidem Authore, sed fide digna. Stylum passim elimauit F. Lauren. Surius.

19. Octob.

BEATI Ethbini confessoris scripturus uitam, eũ mibi oro adesse suffragatorem, quem ille sui pectoris habuit habitatorem. Fuit ille in Britãnia minori natus patre nobilissimo, itemque matre, eruditus liberalibus studijs in paterna domo vsque ad decimumquintum annum ætatis suæ. Mortuo autem patre eius Eutychio, mater Eula ad beati Samsonis Dolensis episcopi præsidia confugit, rogans eum, ut sacro velamine ipsam consecraret. Assensit ille precibus & uoluntati eius, eamq; Domino dedicauit: filium verò eius Ethbinum, tonso capite, in Clerum asciuit. Mansit autem Ethbinus cum beato Samsone Episcopo diebus aliquot, nocte ac die seruiens illi. Cumque die quodam beatus Episcopus sacerdotali fungeretur officio, & Baumerus Diaconus lectionẽ Euangelii recitaret, audiens Ethbinus dicentem Dominum, Qui non renunciat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus: hac uoce compulsus, omnia reliquit, & ad sanctum Similianum Abbatem se conferens, monasticum ab eo habitum accepit, collumq; suum diuinæ seruitutis suaui iugo supposuit in monasterio, quod Tauracum dicunt.

Patria S. Ethbini.

Parẽtes.

Mater fit sanctimonialis.

Luc. 14.

In eo monasterio tũ degebat Vuinuualocus presbyter & monachus, vir magnæ sanctitatis, qui beatũ Ethbinum sibi adiungens, vt propiùs cognouit eum superna gratia illustratum, periodè ut pater filiũ, eũ dilexit. Consueuerat aũt beatus Vuinuualocus adire ecclesiã quãdam, quæ à monasterio milliari vno aberat, atque illic iussu Abbatis pro uiuis & defunctis offerre sacrificium. Eius ministerij comitem sibi Ethbinum adhibuit iuuenem præclarum, egregiumq; diaconũ, vt dignus presbyter sancto diacono vteretur. Accidit autem quandoq;, vt, peracto sacrificio, iter per campos facerent ipso messis tẽpore. Eccè autẽ offendunt illic leprosum quendam humi iacentem, & miserè eiulantem, atque cum lachrymis opem ab eis poscentem. Erat verò corpus eius omne vulneribus obsitum. Permotus eius calamitate & angore beatus Vuinuualocus, ait ad Ethbinum: Ecquidnã, mi frater, daturi sumus huic inopi, nostrum auxiliũ implorанti? Aurum & argentum uon est nobis, nudi huius mundi pecunijs, quid acturi sumus? Sanctus Ethbinus plenus spiritusancto, respondet: Legimus, pater, in Apostolorum actibus, beatis Apostolis Petro & Iohanne in templum ingredientibus, claudũ quendam ab eis eleemosynam petiisse, & salutis beneficium impetrasse. Tu igitur propiùs accede ad pauperem, & supernæ gratiæ munus ei impertire. Ait ergò beatus Vuinuualocus ad leprosum: Quis est, frater, morbus tuus, qui tam alta suspiria, tam debiles voces à te exprimit? Ille ab imo pectore ingemiscens, cum multa humilitate dicit: Magnæ angustiæ, multi, ijque acerbi, dolores miserum corpus meum obtinẽt & peremunt: sed in iis dolor quidam præcipuus est, adeò infirmitati meæ perniciosus, vt nisi ille hoc ipso die curatus sit, mors mihi potiùs, quam vita, expectanda sit. Et beatus Vuinuualocus: Dic, inquit, frater, qua nostra opera leuari possis, testis enim est Deus, etiam carnis nostræ partem, si sic poscat necessitas, libenter nos tibi adiuuando impensuros. Tum ille: Nares, ait, meæ vulneribus corrosæ, à tanti morbi ardore sordes purulentas cõtrahũt. Hæc vt ille dixit, beatus Ethbinus librum deponit è manibus, miserum hominem arripit per latera, pronoque vultu iacentem erigit. Porrò Christi sacerdos Vuinuualocus manum ad eius nares admoturus, audit pauperem lugubri voce dicentem: Noli senior, noli manibus appræhendere nares, id enim dolor nõ permittit: sed si in peccatorum tuorum remissionẽ dolorem meum lenire vis, os tuum admoueas naribus meis, atq; ità leniter exugas extrahasq; putorẽ, qui me cruciat. Id audiẽs pius sacerdos, inclinat sese, & dũ vult facere, quod pauper petijt, ore suo appręhendit carnẽ filij Dei, licèt ille se putaret leprosi horridas appræhendisse nares: dumq; exugere incipit illam saniem, lapillus mirabilis incidit in os eius. Beatus autem Ethbinus Dominum per latera tenens, sursùm adspicit, cælũ apertũ videt, atque in capite Christi, quem tenebat, Crux apparet, Angeliq; è cælis obuiàm ei veniunt. His conspectis, ait Ethbinus ad Vuinuualocum: Pater sancte, quem ego manibus teneo, & tu ore, non dubitem esse Dominũ nostrum Iesum Christum. Cumq; magno afficerentur gaudio, cuperentq; illud apud se detinere, ille subuolauit in nubes, atq; ad eos: Nõ vos pudit mei in angustijs meis, nec me vestri pudebit in regno meo. Hæreditas vestra apud me est, & ijs, pro quibus petieritis, salus in regno meo. Sic dixit, & mox euanuit ab oculis eorũ, in cælum cum magna voce receptus. Et vocem illi quidem audierunt, sed neminem viderũt. Stupefacti autem, & immenso repleti gaudio, laudauerunt eũ, qui ipsos in tantũ dilexisset, vt in pauperis forma eis apparere non sit dedignatus. Dixit autẽ beatus Vuinuualocus ad sanctum Ethbinũ: Tuis meritis, frater Ethbine, isthuc contigit nobis, qui tam singulari es humilitate & obedientia, vt quicquid homo possit præcipere, tu deuotissimo pectore exequaris. At contra Ethbinus: Non ità est, pater, inquit: sed tu, qui quotidiè carnem & sanguinem Christi immolas, illũ in suo corpore videre meruisti, quem semper animo circumfers. Vide autem, nè alijs innotescat, quando-quidem

Vuinuualocus presbyter sanctissimus.

Christus apparet sãctis his, in specie leprosi.

Act. 3.

Tentat Christus fideles seruos suos.

Visio Ethbini.

Eccè quã recipiant mercedẽ, qui in nomine Christi subueniunt pauperibus.

quidem nemo huius rei præter nos cõſcius eſt. Deinde ad monaſterium reuerſi, nemini quicquam indicarunt, ſed in cœpta orandi conſuetudine, vſque ad eius eccleſiæ vaſtationem perſeuerarunt.

Franci vastant Britanniam.

Porrò autem ſuperuenientes Franci, vaſtarunt nõ modò eccleſiam illam, ſed etiam totam Britanniam minorem. Quæ res id effecit, vt beatus Ethbinus in Hyberniam fugiens, in ſylua, quę Nectenſis dicitur, paruum ſibi tugurium ceu pauper peregrinus condiderit: atque in honorem ſancti ſyluani martyris eccleſiam fabricarit, in eaque perpetim vt bonus ſeruus Domino ſuo militarit. Cùm autem quodam die præ foribus monaſterij ſederet, claudus quidam ad eum venit, petens eleemoſynam. Cui beatus Ethbinus ait: In nomine Domini Ieſu Chriſti ſurge ſanus, & pedibus conſiſte tuis, benedicens Domino, qui ſaluos facit ſperantes in ſe. Confeſtim ille adeò ſurrexit ſanus, acſi nunquam laboraſſet é pedibus.

S. Ethbinus sanat claudum.

Quædam mulier filium habens paralyticum, cùm ad virum Dei perueniſſet, rogauit eum, vt ad ipſius veniret ędes, & ſanitatem filio à Domino impetraret. Ait autem ad eam beatus Ethbinus: Nos peccatores ſumus; non ſunt apud nos vſitata id genus miracula. Sed ſi cupis filium tuum habere incolumẽ, ad beatæ Brigidæ ſepulchrum perdue eũ. Credo per Dei miſericordiam, ſanctę virginis meritis illic eũ curatum iri. Reſpondit mulier: Ego verò, mi pater, iam eò illum addnxi, & eam nocte quadam vigilarem, ſomno obrepente obdormiui paululùm, atque in ſomnis audiui vocem dicentem mihi: In ſylua, quę Nectenſis dicitur, moratur ſeruus Dei Ethbinus, ad quem ſi filium duxeris, ſanum eius meritis illum, Domino largiente, recipies. Et eccè viuit Dominus, non recedam à te, donèc filium meum ſaluum mihi reſtituas. Itaque beatus Ethbinus in oratorium ingreſſus, tandiù manſit in oratione proſtratus coram altari, donèc puer à matre veniret, eique diceret: Gratias tibi ago, pater, qui me decumbentem viſitaſti, & tuis manibus ereaiſti, tantumq́ne morbum à me depuliſti. Tum verò beatus Ethbinus ſurgens, benedixit Domino, qui in ſanctis ſuis efficit mirabilia. Ad puerum autem ſic locutus eſt: Vide, fili, nemini diaeris, non enim meis meritis, ſed gratia Dei ſalus tibi inſtaurata eſt.

Item puerum paralyticum.

Pſal. 67.

Vixit verò beatus Ethbinus illo in loco annis viginti, fideliter exercens opus Dei, morboſque curans. Tantæ autem abſtinentię fuit, vt per hebdomadam non niſi ſemel, idque quinta feria, cibum caperet, ſolo pane & aqua contentus. Vinum eo in loco non bibit, niſi cùm ad ſacra myſteria accederet. Deniqueeùm iam ferè octoginta & tres ætatis annos exegiſſet, acri cœpit dolore fatigari: conuocatiſque fratribus, qui in ea ſylua degebant, obitem ſuum illis prædixit, ità dicens: Ego vos, fratres mei, omnipotenti Deo comẽdo, qui preſtò eſt ſeruis ſuis in cũctis neceſſitatibus eorum. Me iam corpore moriturum noueritis. Defunctum ad dexteram altaris huius partem cõdite, ſacras hoſtias in ipſo altari pro peccatorum meorum remiſsione offerte. Ità pace omnibus data, ante altare ſpiritum reddidit decimo quarto Calendas Nouembris, ſepultusq; eſt honorificè eo loco, quo iuſſerat: Vbi, præſtante Domino, fiunt miracula in laudem & honorem nominis eius, cuius virtus & poteſtas regnat per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

Eius abſtinentia ſingularis.

Obitus eius.

MARTYRIVM SS. CAPRASSI ET FIDEI, vt extat in peruetuſtis MS. codicibus, quibus conſentiunt antiqua Martyrologia hoc loco & VI. Octobris, vbi S. Fidei meminerunt.



ANCTA Fides Agennenſium ciuitate oriunda fuit, & ex parentibus clariſsimis ſplendidiſsimè proles procreata, alumna loci illius in ortu, facta eſt patrona in paſsionis obitu. Nobilis quoquè veterum & generoſa ſtirpe parentum, facta eſt Chriſti munere nobilior: quia candida ſtola virginitatis induta, fulgens fide, in Domino Ieſu Chriſto odórem bonę ſuauitatis protulit. Hæc prima in ciuitate Ageno decus & exemplum martyrij cũctis Chriſti fidelibus fuit. Vitam nanque temporalem perdere voluit, vt poſsideret æternam: quia ab infantiæ cunabulis Dominũ Ieſum Chriſtũ dilexit, & ſuũ doxit eſſe authorẽ. Iuuenis quidẽ illa tẽpore paſsionis fuiſſe dicit tẽpore, ſed ſẽſu & opere ſenex manebat: Pulchra erat facie, ſed pulchrior mẽte: virginitatis quoq; cãdore formoſiſsima, vultusq; hilaritate ſerena.

Octob. 10.

Parentes & patria S. Fidei.

Eccl. 24.

Senilis maturitas in Virgine.

Eodem igitur tempore præſes ſceleratiſsimus, nomine Dacianus, directus à profanis Imperatoribus Diocletiano & Maximiano, qui tunc Romanæ arcis primatũ regere videbantur, cùm Agennenſem vrbẽ ingrederet, dolo inſtigatus diaboli, quatenùs ſacrilegos beneficijs remuneraret, atque Chriſtianis ibidẽ metu ipſius latentibus atrociſsimas pœnas inferret, continuo beatiſsimam virginem Fidem iuſsit accerſiri & ſuis conſpectibus repræſentari. At illa ſe ſpõtè miniſtris offerens, corpusque ſuum vndiq; ſigno ſanctę Crucis muniens, orabat ad Dominum, dicẽs: Domine Ieſu Chriſte, qui tuos ſemper in omnibus adiuuas, adeſto nunc mihi famulę tuæ, & præbe ori meo ſermonem acceptabilem, quem in conſpectu tyranni huius reſpondeam. Et armata vexillo ſanctæ Crucis in fronte, ore & pectore, ſanctoq; roborata ſpiritu, hilari animo perrexit. Cùm autẽ adſtaret coram præſide, ait ad eam blando ſermone: Quod eſt nomẽ tuũ? Cui ſancta Fides, nullo perterrita metu, reſpondit: Fides nomine & opere vocor. Præſes dixit: Quis cultus religionis ac fidei tuæ? Sancta Fides reſpondit: Ab exordio iuuentutis meæ Chriſtiana ſum, & Domino meo Ieſu Chriſto tota mentis deuotione deſeruio, Illiusque nomen confiteor, illi me tota intentione committo. Prẹſes verò callida ſimulataque tranquillitate paulò indulgẽtius reſpõdit: Accipe, inquiens, ò iuuencula conſilium pulchritudini atq; iuuentuti tuæ neceſſarium, & ceſſa ab hac confeſsione, & ſacræ Dianæ ſacrifica, quia ipſa eſt ſexui veſtro conſimilis: & multis muneribus te amplificabo. Quã promiſsionem Chriſti virgo velut nihilum reputãs, ità reſpõdit: A patrum traditionibus cognoui, quia omnes dij gentium dæmonia ſunt, & tu mihi blanditijs perſuadere vis, vt ego eis ſacrificare debeam.

Sistit ad tribunal Daciani.

Iudex mittit blanditijs & muneribus eam ſubuertere.

Pſal. 114.

Prẹſes verò ità motus, ait ad eã: Vt quid præſumpſiſti deos noſtros dicere dæmonia eſſe? Aut proſtrato corpore quantocyùs dijs ſacrifica, aut diuerſis interire faciam tormentis. Tunc ſancta Fides ſecura de premio, exemplo magnorum martyrum roborata, has audiens minas, & deſiderans à terrena vita ad ſupernam gloriam migrare, in hanc vocẽ prorupit, dicens: Ego pro amore Domini mei Ieſu Chriſti non ſolùm pati diuerſa ſum parata tormẽta, ſed etiã mortẽ pro eius cõfeſsione ſubire deſidero.

Conſtans eius reſponſum.

Tunc præses magis succensus, iussit satellitibus vt sanctã virginem inferrent in lectum æreum, & superpositam per quatuor partes extenderent, ignemque supponerent, vt eius tenera membra tã crudeli disrumperentur supplicio. Itaque candentem craticulam sancta virgo vltrò conscendens, diuaricatis mẽbris per quatuor partes extenditur, lorisque ferreis coarctata, per flammeam cratem prouoluitur. Cui impij ministri ferreis batillis prunas ardentes subijciunt: adipeque flammis iniecto, ad latera vsque torrida incendia subuolare cogunt. Quod videntes qui aderant, vna voce clamauerunt, dicentes: O impietas & iniusta iudicia, innocens & Dei cultrix, & primæ dignitatis honore præfulgens, cur absque vllo facinore grauissimis supplicijs mancipatur? Multi enim qui videbant sanctæ Fidis constantiam, crediderunt in Dominum Iesum Christum, & gloriosam sunt martyrij coronam consecuti.

Multi credunt.

Dum hæc ità agerentur, a Deo electus, martyrque futurus, sanctus Caprasius cum cæteris Christicolis persecutionem sacrilegi tyranni declinans, ad septentrionalem vrbis plagam sub foramine cuiusdam rupis positus latebat, & omnia, quæ intra muri ambitum gerebantur, clara oculorum acie exinde prospiciebat. Qui sub eiusdem diei articulo, ab ipso speluncæ foramine ad vrbis propugnacula adspectum dirigens, vidit sanctam martyrem super carbonum incendia impiorum immanitate torqueri. Eleuatis igitur oculis, & cælum intuens, orationem Domino profusis precibus effundebat, vt famulam suã in præsenti certamine faceret esse victricẽ. Rursusque athleta Christi eleuatis oculis in cælum tota mentis auiditate prospexit, & iterum humo prostratus petebat à Domino, vt ei cælestem ostenderet virtutem, statimque petitionis suæ desideratum consecutus est effectum. Vidit nanque de nubibus columbam, vt niuem candidam descendere, & coronam interlucentibus gemmis supra solis splendorem rutilantem, celestibusque margaritis refulgentem, super caput gloriosæ martyris ponere. Ipsam quoque Dei famulam niueo splendidoque habitu indutam prospiciens, agnouit perpetuæ salutis brauium esse assecutam, quam tanto munere videbat ditatam. Columba igitur è cęlo veniens, vt diuina potentia in reliquum tempus circa martyrem sacram mirabilior fuisse prædicaretur, blando alarum volatu dulcique pennarum applausu cum imbrifero rore, totam vim flammarum extinxit, pyramque incendij torridi quasi irriguis fontibus tali volatu repressit. Vir etiam sanctus vidit beatissimam Fidem veluti pugilem egregiam, non tortorum ictibus læsam, non igni exustam, neque corpore sauciatam; sed cælestibus ornamentis stare redimitam. Quam virtutem tam præclaram tamque mirabilem mox vt prędictus Dei famulus Caprasius oculis spiritalibus conspexit, supernis gaudijs dignam eam futuram intellexit.

S. Caprasius ex latebra videt virginẽ in craticula torreri.

Visio eius.

Ignis per columbam diuinitus extinguitur.

Virgo manet ab igne illæsa.

Tunc securus non imparibus meritis eandem gloriam subiturus, rupem, sub qua habitabat, dextera sua percussit, & continuò indè fons iugis aquæ emanauit. Quæ vsque in hodiernum diem currens: indeficienter salutis remedium cunctis aduenientibus in virtute Dei præstare non desinit. Quicunq; enim tædio languorũ quilibet detentus fuerit, mox vt de ipsius cupis fluento haustũ gustauerit, optatã salutẽ recipiet meritis ipsius sãcti martyris. Hic ergò vultu hilaris, spiritu alacer, corde intrepid⁹, cæteris ignorãtibus ad locũ, vbi gloriosa virgo & martyr Fides flãmarũ incẽdia sustinebat, improuisus aduenit, Christũ publica voce prædicãs. Quẽ statim ad audiẽdum impius tyrannus suis adspectibus statui iussit. Ille verò intrepidus coram eo stetit, & præses eius nomen, patriam, genusque requirit. Ad quẽ sanctus Caprasius dixit: Inprimis quod præclarum est, Christianum me confiteor, & in regenerationis lauacro Caprasius à sacerdote nuncupor. Hoc audito, præses blandis eum cępit lenire sermonibus: Video, inquit, te decorum iuuenem, qui si fortè sermonibus meis acquieueris, poteris in palatio summorum principũ amicitia perfrui, & multa prædia consequi. Tunc S. Caprasius cælestibus admonitus mirabilibus, sanctæ Fidis martyris exemplo ad supernæ gloriam spem totam figens, ità respondit: In illius desidero habitare palatio, quem à baptismo dilexi, & redemptorem omnium in se credentiũ agnoui. Præses dixit: Vellẽ te, ò iuuenis, ab hac maletana pertinacia reuocare, & prædiorum amplis possessionibus ditare. Ad hæc S. Caprasius respõdit: Ab illo credo consequi indeficientia prædia, qui est fidelis in verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Præses ergò vt vidit immutabilem eius mẽtem & inuincibilem sermonem, ait suis: Vereor cum homine isto diutiùs verbis concertare, nè ab eo iurgiis fatigatus vincar. Tũc iubet ministris suis eum assumi, & sine pietate carnes eius laniari. Cumque hoc factum fuisset, fortiter pœnas tolerauit, atque alacri vultu constanter Christi nomen populis præsentibus prędicauit. Qui pietatis affectu super eum lachrymantes, magnoque eiulatu frementes, vna voce clamabant, dicentes: O impietas & inaudita iudicia, cur sanctum Dei & omni pietate ornatum tanta crudelitate vis perditum iri?

Fons miraculosè exoritur ad tactum manus viri Dei.

S. Caprasius exemplo S. Fidei animatus, Christianũ se proclamat.

Egregiũ eius ad propositã respõsum.

Psal. 144.

Grauiter torquetur nec vincitur.

Erat enim sanctus martyr amabilis omnibus, & inter tormẽtorum examinationem speciali decore vit Angelicus. Cuius cõstantiam nulla iniuriarum vi superandam; nulloque excogitatorum argumẽto cruciatuum reprimendam, duo fratres, nomine & meritis Primus & Felicianus admirantes, amore Dei anhelo pectore flagrantes, tam fide q̃ opere continuò huic se agoni sociauerũt; mortisque periculis alacriter iniecerunt. Quos omnes ad iugulum mortis una conspiratione collectos mox ut uidit sæuus ille carnifex, blandimentis eos demulcere minisque terrere cępit; sed nec sic vllo modo flectere potuit. Sicq; ira graui cõmot⁹, vbi se aduersùs eos nullatenùs posse pręualere sensit, ad vltimum data sententia, omnes simul cũ beata virgine & gloriosa martyre Fide duci ad delubrum præcepit, vbi aut dijs immolare, aut capitibus flexis, omnibus certum esset debere vitam finire. Ducti sunt ergò Christi milites vnà cum beata Fide ad prædictum locum. Ibi uerò eũm nulla ui posset compelli ad sacrificandum, capitibus cęsis vnius diei hora cum triumpho martyrij ad coronã gloriæ feliciter simul peruenire meruerunt; vt quibus pulchra & uenerabilis extitit in fidei constantia societas, esset pulchrior atque excellentior in martyrii societate felicitas. Dignum nanque & felicem Agennensis vrbis deputamus locum, qui origine martyrũ floruit, atque per eorum gloriosa certamina fide Christi promeruit, & post agones tumulanda eorum corpora recepit: Quos Christus cum summa ueneratione cælestium virtutum inter beatorum spirituũ consortia ouantes asciuit: cum quibus stola immortalitatis decorati, & corona immarcescibilis glorię laureati, inenarrabili claritate perfruuntur, atque cum Deo & Agno sine fine regnaturi, diuinæ uisionis iucunditate potiuntur.

Constãtia eius.

Primus & Felicianus martyribus se consociant.

Plectuntur capite sãcti martyres.

Apoc. 7.

Horum autem corpora tormentis miserabilibus lacerata, cæsisque capitibus obtruncata, infidelis gentilitas in platea tanquàm neglecta reliquit: quæ deuota Christi plebecula cum summa veneratione la-

tenter

sienter colligens, & sacri effusionem sanguinis mundissimis pannis extergens, in loco tantæ sanctitati digno sepulturæ commendauerunt, vbi non tam sepelisse ea, quam metu tyrannorum abscondisse viderentur. Graui enim percussi pauore, verebantur ne sanctorum corpora malignorum inuidia aliò transferrentur, vel quod nefarium est terris vicini fluminis gurgitibus submergerentur. Sed Dei prouidentia a fidelibus actum est, vt vrbs quæ eos habuerat inquilinos impartito honore, videlicet ortus, passionis ac sepulturæ dotata, eosdem ad promerendam Dei omnipotentis gratiam habere mereretur & patronos. Quo in loco multis annorum recursibus iacuerunt sancta corpora, donec ablata omni gentilitatis prophanitate sanctus Dulcitius Episcopatum susciperet, & pastoralem curam gerens, pro omnium salute vigilaret. Cui ante omnia placuit, vt sanctorum martyrum reliquias ab indecenti loco eleuans, in eorum veneratione constructa noua basilica, in lucem efferret, ecclesiam ipsam sanctæ Virginis titulo dedicans. Qui cùm tantum thesaurum aperire non incredulus, sed metu & reuerentia territus, dubitaret diutius: ad vltimum per quietem noctis admonitus, nè negligenter dimitteret quod fideliter crederet, conuocatis monachorum turbis, ac reliqui ordinis prælatis, secretum suum omnibus detegit, quorum consilio adiutus, ad effectum vsque perduxit. Eorum autem & votis cætera plebs concordans, sanctorum reliquias de ignobili loco erigunt, & in locum sacrum recondunt, quorum meritis ad salutem omnium innumera cælitùs ostenduntur miraculorum insignia. Præstante Domino & Saluatore nostro Iesu Christo, qui in Trinitate perfecta viuit & regnat vnus Deus per omnia secula seculorum, Amen.

Clàm a fidelibus eorum corpora collecta sepeliuntur.

S. Dulcitius Episcopus sanctorū corpora eleuat, & in ecclesia S. Mariæ condit.

Miracula ad sepulcrum eorum.

MARTYRIVM SANCTI ET magni Martyris Artemij, Authore Simeone Metaphraste. ex Tomis Aloysij.

20. Octo. Cap. 1.



OST Domini & Saluatoris nostri in cælos ascensum, cùm eius discipuli & Apostoli vniuersum orbem terræ Euangelio comprehendissent, & in omnes quidem partes iam distributa esset prædicatio pietatis: is autem, qui ab initio generi hominum aduersatur, intolerandis tormentis per eos, qui tunc rerum potiebantur, subijceret fideles: oportebat aliquandò Christianos solui a malis & molestijs, & cum acerba nube impietatis, solui etiam tempestatem tormentorum, quibus affligebantur, & tolli virgam peccatorum, quę imminebatur aduersus hereditatem iustorum. Cùm autem ad hoc esset opùs viro, qui haberet insignem animi nobilitatem: talis autem erat Constantij & Helenæ filius, Constantinus Magnus cognominatus: is à patrio quidem recedit errore, arcano quodam & diuino consilio, & accedit ad veritatem. Vincit enim, vt omnes sciunt, inimicos per Crucis in cælo apparitionem: & Magnus statim appellatur, & propter pietatis magnitudinem, & in hostes victoriam. Deindè etiam magno Regi, & communi omnium Domino victoriæ reddens gratias, mittit per omnes partes orbis terræ decreta, quæ erant contraria decretis priorum Imperatorum: nempe, vt diruerentur templa idolorum, & funditùs euerterentur: in Christi autem nomine rursùs ædificarentur, & eius discipulorum & martyrum ędes insignes: & quas priùs impij euerterant ecclesias, eæ rursùs priorem decorem reciperent.

Constantinus Magnus.

Cur ità sit cognominatus.

Eius decreta.

Cap. 2. Quid ergò, qui bonis inuidet, diabolus? Non ferens tantam mutationem, & alioqui sciens fieri non posse, vt qui tunc tenebat imperium, rediret ad vanum cultum simulacrorum, aliunde in nos bellum excitat: & cùm in Ecclesiam Alexandrinam impium Arrium induxisset, & tanquam instrumento aliquo eius lingua esset vsus, audet prędicare, Dei filium esse creatum, & dogmate statuere, eum esse alienum a Dei & patris essentia. Hac autem mala Arrij opinione citò extincta, vt postè quàm pius Imperator Niceæ diuinorum Patrum congregasset synodum: & ipsum quidem Arrium mouisset è cœtu Sacerdotum: verum autem Deum & Dominum nostrum Iesum Christum, eiusdem esse cum patre essentiæ, & coęternum, sicut priùs, prædicasset: inimicus rursùs rabie agitabatur, & priorem suam religionem rursùs conabatur mouere: & qui pro dignitate ei rei inseruiret, diligenter inquirebat. Cùm magnus ergò & primus Christianorum Imperator, piè simul & pulchrè tricesimosecundo anno sui imperij, in prouincia Bithynorum, quandò expeditionem incepit facere contra Persas, deposuisset imperium, & Constantius filius patris successisset imperio, postquàm is quoquè exoluit debitum, ipsius patruelis Iulianus, qui etiam transgressor, propterea quòd veram fidem esset aspernatus, & se ad gentilem traduxisset religionem, iure fuit appellatus, sceptra tyrannicè apprehendit. Constantij autem patruelem cum diximus, quoniam natus fuit ex Constantio Constantini fratre, diuersi tamen generis. Etenim ex verè beata Helena ipse Cōstantinus solus natus est patri. Ex Theodora autem Maximiani, qui etiam dictus est Herculius, hi tres nati sunt, Dalmatius, Anaballianus & Constantius. Porrò ex Constantio Gallus, & is, de quo in præsentia agitur, turpissimus Iulianus. Qui quidem cùm, vt diximus, ex tyrannyde accepisset imperium, grauissimum rursus bellum excitatur, & grauissima earum, quarum vnquàm fiat mentio, oritur persecutio.

Arrij impia hæresis.

Cōstātinus succedit patri in imperiū.

Iulianus trāsgressor vel Apostata.

Cōstantij Chlori uxores & liberi.

Cap. 3. Quo quidem tempore magnus & pietate insignis, diuinus, inquam, Artemius fuit martyrij corona redimitus. Id verò apertiùs docebit procedens oratio. Cùm Magnus Constantinus iam è vita excessisset, vt est præmissum, in tres partes fuit diuisum Romanum imperium, cum eius filij Constantinus, Constantius, & Constans id diuisissent. Et primo quidem, nempe Constantino, superiores Galliæ, & quæ sunt vltra Alpes, & insulæ Britannicæ vsque ad Occidentis Oceanum obtigerunt. Constanti autem, vt postremo, inferior Gallia, seu Italia, & ipsa Roma. Constantius autem secundus ex filijs Constantini, qui tunc rebus præerat Orientis, decertás aduersus Persas, partem Orientis accipit, & Byzantium, nomine mutato in Constantinopolim, & nouam Romam, facit regiam: & ab Illyrico vsque ad Propontidem omnem tractum, Asiam deindè, Syriamque, & Palæstinam, & Mesopotamiam, & Aegyptum omnesque insulas, & quęcunque Romanis parebant, vectigalia suo reddit imperio. Magnus autem Artemius, cùm esset valdè notus Imperatori Constantio, in omni tempore, & omni negocio perpetuò cū eo versabatur, vt qui esset amicus optimus, & ex ijs, qui erant virtute & doctrina insignes, & ardens amator fidei Christianorum, quo nomine eius amicitiæ & familiaritatis agnoscebatur longè studiosissimus. Eius autem patriam & genus nemo scri-

Romani imperij in tres partes diuisio.

S. Artemius Constantio valdè familiaris.

scriptis mandauit, nisi quòd erat magno & illustri loco natus vir beatissimus, & ea hominibus genere nobilibus genus ducebat, virtuteque & magnitudine animi erat insignis. Vndè etiam hæc de eo scripta sunt, quòd sanctarum reliquiarum Christi Apostolorum, Andreæ, inquam, & Lucæ, & Timothei, ipse est, qui à Constantio iussus fuit facere exportationē: vt suo tempore significabit oratio.

Cap. 4. Cùm ergò essent tres Imperatores, vt dictum est, & vnusquisque eorum suæ partis teneret imperium, primùs Constantinus à sua patre discedens, & vltimi fratris, quæ ei obtigerat, partem inuadens, cùm ille Romam esset profectus, aggressus est quiddam iniustum facere contra fratrem, ipsumque absentem est criminatus, quòd res non fuissent rectè diuisæ. & quòd imperij, quod ad ipsum pertinebat, magnam partem frater vsurpasset. Regionis autem Duces & custodes, quos Constans constituerat, dixerunt se citra illius sententiam & voluntatem nihil posse omninò mouere: esset enim impium. Ille autem se statim parat ad bellum, & arma mouet aduersùs eum, qui nullam fecerat iniuriam. Cadit itaque Constantinus in bello pugnans, & partem alienam cupiens, eam etiam amisit, quam iustè videbatur tenere. Vndè etiam eius populus deficit ad Constantem: & in illius redigitur potestatem imperium Occidentis, cùm ad id nullum studium posuisset: Deus verò in iusta statera vniuersum iudicasset: qui etiam non mouere terminos patrum, neque de sulco propinqui aliquid detrahere, lata lege semet constituit, nè, dum improbè se gerit quis in propinquum, imprudens iusta Dei ira condemnetur.

Constantinus amor caditur.

Obtinet ergò Constans imperium totius Occidentis, duas partes in vnam coniungens, & ex ambobus vnum faciens imperium.

Cōstantis Imperio cedit Occidens.

Cap. 5. Non multum intercessit temporis, & Constans ad comessationes declinās & ebrietates, & alienos amores, segniter vniuersum gerebat imperium, per ludum & saltationem tantam molem sustinens. Ergò ei parantur insidiæ à quodam Duce exercitûs, nomine Magnentio: & cum imperio simul quoque vitā amittit. Cùm is cecidisset, imperium occupat Magnentius, cum quo simul inuaserunt tyrannidē Nepotianus & Brettanion. Hæc cùm accepisset Constātius ex literis sororis, & ab Oriente venisset ad Occidentem: bello manus cōferit cum illis, & vi vicit, cùm Brettanion ad eum defecisset. Quo quidem tēpore signum Crucis maximum, & mirificè apparēs, adeò vt admirabili splendore superaret lucem diei, visum est Hierosolymis circa tertiā horam diei, cùm esset dies festus, qui dicitur Pentecoste, pertingens à loco, qui dicitur Caluariæ, vsque ad montē Oliueti, vndè fuit assumptus noster Saluator. Imperiū ergo tenet Constantius, relictus solus ex Magni Constātini filijs. Cùm ergò ad imperij magnitudinē defixisset oculos, & calligasset, vt qui esset homo, & non haberet ex suo genere, qui eum defenderet, (neque enim ei natus fuerat filius, neque remanserat aliquis ex fratribus) & timeret, nè in eum rursùs aliquis insurgeret Tyrannus, statuit ex cognatis aliquem accipere cohæredem, & imperij defensorē: quod etiā fecit. Nam cùm Gallum Iuliani fratrem Sirmij Cæsarem creasset, (Erat autem ei Gallus patruelis: Cōstantius enim Galli & Iuliani pater, frater fuerat Magni Constantini) ei dat vxorem, suam sororem Constantiam, vt res esset firmior & cautior: & præbet ei magistratus, quos ipse constituerat, (nō enim Gallo licebat id sibi assumere, cùm esset Cæsar) Domitianum quidem & Thalassium emittēs Præfectos Pretorios: Montium autem Imperatoriis præfici

Visit dissolutè.

Occiditur

Crux splēdidissima apparet.

Gallus fit Cæsar.

rationibus, quem etiam solemus vocare quæstorē, & simul eum etiam ornans honore Patricij.

Gallus autem, vt qui tunc à Constantio missus esset ad Orientem, erat intentus rebus gerendis. Quē cùm primum accepissent Persæ venisse Antiochiam, timore sunt affecti, cùm audiuissent eum esse iuuenem, & ad res gerendas acrem & vehementem, nec fecerunt amplius excursiones in agros Romanorum. Et ille quidem erat Antiochiæ Siriæ, vt ostensum est: Constantius autem res constituebat in Occidente: & tunc erat maximè quietum Romanorum imperium, vt quod ab vtrisque custodiretur. Et hæc quidem hoc modo se habebant. Gallus autem cùm Cæsaris induisset purpuram, & iam cœpisset ascendere primos gradus imperij, non mansit in eadem sententia & fide, quam dederat Constantio, nimis pro imperio res gerere aggrediens, & cum magna audacia & arrogantia constituens. Quos enim cum ipso magistratus emiserat Constantius, qui imperialium & ciuilium rerū erāt iudices, Prætorij Præfectum Domitianum (mortuus enim erat Thalassius) & Quæstorem Montium, quòd non parerent, & inseruirent à ratione alienis, & quæ cohiberi non poterant, eius appetitionibus, cùm iussisset militibus alligare funes eorum pedibus, iussit trahi per forum, & vtrunque occidit, cùm viri fuissent in gerendis magistratibus egregij, & quotis lucro & emolumento inueniri essent superiores. Quos cùm composuisset ciuitatis Episcopus, sepelijt, insignem eorum virtutem reueritus.

Cap. 6.

Gallus insolescit.

Occidit innocentes iudices.

Constantius autem cùm audijsset id, quod acciderat, Gallum ad se accersit. Ille autem cùm sciret quidem, se non vocari ad bonum aliquod, rursùs autem cogitaret, quòd si nollet parère, oporteret bellum facere, armis protinùs correptis, eligit potiùs pacem. Et præmissa vxore ad mitigandum Constantium, ipse quoque sua sponte adhibet periculum. Atque Constantia quidem statim profecta est, vt fratrem prior conueniret, & in animo habens rogare pro marito, vt nihil graue in eum statueret. Cùm autem prompto & alacri animi studio iter iniisset, inter eundum incidit in morbum. Et cùm affecta esset in Bithyniam, in quadam eius statione, quæ Gallicana dicitur, est mortua. Gallus autē etsi hoc quòd præter opinionem acciderat, magnam reputasset calamitatem, ibat tamen vlteriùs, non desistens ab ijs, quæ statuerat. Postquām verò venit ad Noricorum ciuitatem, quæ vocatur Pytauiota, huc Mediolano, cùm illic tunc esset Constantius, mittitur Dux exercitus Barbation, qui Gallo aufert purpuram. Et cùm eum fecisset priuatum, relegat in quā dam insulam Dalmatiæ. Cùm Gallus autem venisset in insulam, Eusebius Eunuchus, qui præpositi tunc habebat honorem, & qui cum eo erant, persuadent Constantio, vt quamprimùm Gallum tolleret de medio. Ille verò persuasus, mittit qui ipsum interficerent. Cùm ij autem iam irent, Cōstantius rursùs motus est misericordia: & misit ocyssimè litteras, quæ Gallum à morte liberabant. Eusebius autem, & qui eum eo erant, persuadēt Magistrano, qui mittebatur, vt priùs venires ad ostendendas literas, quàm audiuisset Gallum fuisse de medio sublatum. Hæc facta sunt, & Gallus fuit interfectus.

Cap. 7.

Pytauiota vrbs Noricorum.

Gallus interficitur

Constantius autem veritus, quòd non posset solus totum regere imperium, maximè cùm Galli, quādò vellent, promptissimè incitarentur aduersus imperium, tam propter vires corporis, quàm propter leuitatem animorum, iam ducebatur pœnitentia, quòd Gallum de medio sustulisset. Et cùm reputasset eos, qui sunt genere coniuncti, esse externos & alie-

Cap. 8.

Iulianus Cæsar creatur.

nis

nis longè tutiores ad regni societatem, Iulianũ fratrem Galli ex Ionia accersitum Mediolanum, creat Cæsarem: & cùm suam sororem Helenam ei dedisset in matrimonium, fideq; ab eo accepta sibi cauisset, eum quidem misit in Galliam, illic futurum custodem imperii. Ipse autem in Illyricum veniens, degebat Sirmii. Cùm autem audiuisset, quòd Barbari, qui agebant trans Danubium, essent ducturi exercitum contra imperium Romanorũ, Sirmio profectus trãsiit Danubium. Cùm autem longo tempore ibi fuisset ad ipsam ripam, & rursùs intellexisset Barbaros non esse se loco moturos, profectus est in Thraciã. Postquam verò fuit apud Odrysos, vbi Adrianus cõstructa ciuitate, ei loco suam reliquit appellationem audiuit à quodam Episcopo, quòd corpora Christi Apostolorum Andreæ & Lucæ sepulta erant in Achaia, Andreæ quidem Patris, Lucæ autem Thebis Bœotiæ. Postquam autem Imperator hæc audiuit Cõstãtius, propter id est lætatus, & magna voce clamauit, & iis, qui aderãt, dixit: Vocate mihi carũ Artemium. Cùm is autem quãprimũ venisset: Gratulor tibi, inquit, virorũ omnium religiosissime, & vnà tecũ lætor. Ille verò illi dixit: Mihi perpetuò læteris, ò Imperator, nec te vnquàm aliquid molestũ cõprahendat. Imperator autẽ: Quæris ne aliquid, ò amicorum optime, gratius ac iucũdius inuẽtione corporũ Christi Apostolorũ? Magnus verò Artemius: Quisnam autem vndenam, inquit, ò domine, est is, qui hũc hodiè thesaurum aperuit? Constantius autem: Achaiæ, inquit, Episcopus, qui nunc præsidet Patris. Sed abi, ò virorũ amicorum optime, & ea quãprimùm exporta Constantinopolim. Hæc cùm ab Imperatore magnus audisset Artemius, rectà iuit ad Apostolos, eorũ sanctas allaturus reliquias. Quas quidẽ cùm valde admirabiliter exportasset, in tẽplo, qđ ab ipso Cõstãtio extructũ est a fũdamẽtis in nomine Apostolorũ, prope sepulchrũ patris eas deposuit. Ei autẽ in præmiũ ministerii dedit Imperator, rogãtibus Episcopis, munus rectionis Aegypti. Talis fuit Artemius etiam ante certamina martyrii, & adeò erat apud oẽs venerandus.

Ecce q̃ chara olĩ fuerint sãctorum reliquiæ.

Artemi⁹ Dux Aegypti fit

Cap. 9

Atque proficiscebatur quidem Magnus Artemius in Aegyptum, Ducis modò suscepta dignitate. Constantius autem profectus Constantinopoli tendebat in Syriam: & cùm in magnã peruenisset Antiochiã, ibidem figit tabernaculum, bellum parans aduersùs Persas. Cum ibi autem maneret in ciuitate, venerũt ad eum literæ, insurrectionem Iuliani significantes. Iulianus enim, vt à me iam ante fuit declaratũ, ad custodiã Occidentis in Gallia Cæsar creatus a Constãtino, nõ ferẽs ampliùs esse in habitu Cæsaris, induit diadema, & se appellat nomine Imperatoris. Postquàm autẽ sibi imperium vsurpauit, nihil iam paruũ cogitabat, neque statuebat sibi ampliùs esse cunctandum, sed volens in suã redigere potestatem totã Europam, quę obedit Romanis, instructo exercitu, per Germanos pertexit ad Danubium. Et cùm vlteriorẽ ripam appræhendisset, per loca illius ducebat exercitum. Lateos verò præfectos, & Italiæ Taurũ, qui vocabatur, & Illyrici Florentiũ, postquàm venit ad Pænas, transiens ad alterã partẽ fluuii, statim & vniuersam Illyricam regionem in suam redegit potestatẽ, & Italiam, & vsque ad Oceanum Occidentalem vniuersas gentes, quæ erant imperii Romanorum.

Iulianus arripit Imperatoris nomẽ.

Cap. 10.

Constantius autem eùm hæc audiuisset, fuit conturbatus, vt est consentaneum, & de Constantinopoli admodùm timens, nè quod ille animo cogitabat, eam prior in suam redigeret potestatem, eam totis viribus festinabat præoccupare. Interim autem dum ab eo colligebatur exercitus, dispersus per ciuitates Orientis, & se parabat ad tantam viam, significat Episcopis, vt eũ præcedentes veniant quãprimum Niceam. Erat enim iterũ secundam Synodũ congregaturus, ab impiis Arrianis incitatus aduersus Homousion. Cùm verò, transmissa Cilicia, venisset ad Mopsi, qui vocantur, fontes, quædam imbecillitas ei repentè accidit, nec poterat vlterius progredi. Postquàm autem sensit se iam male habere, & non victurum esse amplius, Antiochiæ Episcopo celerrime accersito Euzoio, petit vt baptizetur. Et cùm baptizatus, parùm fuisset superstes, illic è vita excedit, cùm imperasset integros quadraginta annos, viginti quidem cum patre, solus autem reliquos.

Cõstãtius conuocat Episcopos Niceã ad secũdam Synodũ.

Cõstãtius baptizat. & moritur.

Cap. 11.

Cùm eum autem defleuisset exercitus, & iusta ei fecisset, in arca posuerunt, cùm corpus instruxissent iis, quę solent fieri ad hoc, vt duret, & cùm in currũ imposuissent, tulerunt Constantinopolim, cum propriis armis vnusquisque eum sequentes in eodẽ ornatu, quem, dum viueret, habebat inter principes. Atque ij quidem venerunt Constantinopolim, ducẽtes corpus. Venit autem & Iulianus, proficiscens ex Illyrico, & iam firmiter tenens vniuersum imperiũ, nullo post mortem Constantij auso ei repugnare. Cúm autem ferretur corpus in templum Apostolorum, vbi prope patrem eum erant posituri, Iulianus ipse præcedebat lectum, capite ablato diademate. Postquàm autem eum sepelierunt, iam veniens in regiam, tunc rursùs imposuit diadema, & rerum potiebatur, solus iam Romanorum vniuersum adeptus imperium. Cùm ergò excelsisset Constantius, in eos qui restabant, & maximè qui propter inuidiam præbuerant causam Galli occisionis, iræ suæ feruorem ostendit Iulianus. Et statim Eusebio quidem Præposito caput adimit, quòd omninò videretur suis calumnijs Gallo cædem adornasse: Paulũ autem Hispanũ, qui erat vnus ex scribis Imperatoris, tradit igni, vt qui in Gallum fuerat acerbè inuectus. Ambos nanque Chalcedonem misit, & illic vtrunque suo affecit supplicio. Interfecit etiam Gaudentium Ducem exercitus Aphricę, & quosdã alios, qui ei insultanerãt. Sed eos quidẽ punijt per literas: Christi autem martyrem, & fortẽ athletã Artemiũ, ipse per se Antiochiæ præsens præsentẽ propter Christi confessionẽ inhumanè puniit, & ea, quę habebat, priuauit potestate, nõ ferens eius dicẽdi libertatẽ & constantiã. Iulianus enim, cùm, vt ostensum est, Romanorũ vsurpasset imperiũ, maximè studebat gentium errorem in suum locum restituere. In omnes itaque partes mittens literas, iubebat deorum templa & altaria prompto & alacri animi studio extrui, & quoscunque redditus Magnus Constantinus attribuit ecclesijs, & eius filius Constantius, eos ademit, & templis consecrauit idolorum, pro Episcopis, Presbyteris & Diaconis, cõstituẽs æditnos, aspersores, sacrificos & canephoros, & quęcũq; nomina nugæ imposuit gẽtiliũ. Hæc quidẽ & alia fiebant Cõstãtinopoli.

Iulianus solus imperat.

Iulianus occidit Galli fratris sui æmulos et interfectores.

Redditus ecclesijs attributi à Cõstãtino & Constantio.

Cap. 12.

Post hæc autem cùm matris suæ haberet fratrem, nomine Iulianum, qui vt illi gratificaretur, Christianismi fidem abiurauerat, & pro errore gentium ostendebat prõptum & alacre animi studium, emisit Orientis rectorem, quem vocant Comitem, iubens vt res quidem ecclesiarum vexaret & perderet, vbique autem & omni ratione errorem gentium augeret & extolleret. Ille igitur cùm venisset Antiochiam, conabatur reipsà plura præstare, quàm ei fuerat imperatum. Et ecclesijs quidem aufert quæcunque habebant preciosa, tam in argento & auro, quam in sericis vestimentis. Quinetiã claudit ecclesias, nè quis in eas ingrederetur precandi causa, claustris & vectibus ianuis impositis. Et hæc quidem Antiochiæ faciebat Comes Orientis. Impera-

Nota ornamenta ecclesiarum.

pera.

perator autem Iulianus Cõstantinopoli aliquod adhuc morabatur tempus, res confirmans & corroborans, prout ei maximè expedire videbatur imperio: & vt error gentium magnificè extolleretur, confiderans & procurans. Postea verò discedens Constantinopoli cũ vniuerso exercitu, iter faciebat in Syriã.

Cap. 13. Cùm itaque vniuersam peruasisset Phrygiam, & ad eius vltimam venisset ciuitatem, quæ vocatur Iconiũ, declinauit relicta Isauria. Et cum Taurum, qui dicit, superasset, venit ad ciuitates Ciliciæ. Cùm verò accessisset ad stationem, quæ est in Isso, illic castrametatur, Macedonem Alexandrum imitatus. Nã ille quoquè in Isso cum Dario Rege Persarum commisit prælium. Quo victo, locum reddidit insignem. Illic sinum transmisit Issicum, & venit Antiochiam, iram spirans aduersus Christianos, & se esse omninò euersurum minitans. Cùm Antiochiam ergò venisset tyrannus, & in domum diuertisset imperatoriam, & nec vnum quidem diem quieuisset, ad eum adducti sunt, veluti signo dato accusati, Eugenius & Macarius, qui ipsi quoquè erant pars presbyteratus ecclesiæ Antiochenæ. *Eugeni⁹ & Macarius ducũtur ad tyrãnũ Iuliãnum.* Quos cùm protinùs curasset sistẽdos: Quinam estis, inquit, & quodnam est vobis vitæ studiũ? Dixit Eugenius: Christiani sumus, & Christi gregis pastores. Hæc est nobis vita, hæc cõditio, hoc studium. Dicit autem Imperator: Vbi est is, quẽ dicitis Christi gregẽ? Eugenius autem: Vniuersus, inquit, orbis terræ, quẽ sol adspicit, & qui in eo sunt homines. Iulianus autem: Nos, inquit, quibusnã p̃simus, & in quosnam hodiè obtinemus imperium, o tu infelix & miser homuncule, si quãcunque terram Sol adspicit, Christus gregem possidet? Martyr verò: Eidẽ, inquit, gregi præes, o Imperator, cuius nos sumus pastores. *Prou. 8.* Per christum enim Reges regnant, & tyráni in terra dominãtur. Ipse quoque Christus hodiè quidem tibi dedit imperium, etiam si apparueris ingratus in benefactore: crãs autem dabit alij. Es enim vnius diei, & ipse imperas ijs, qui sunt vnius diei. Illi autẽ est regnũ æternũ, & quod nũquã finẽ accipit.

Cap. 14. Qui autem defecerat Iulianus: Impie, & à deorũ, inquit, aliene beneuolẽtia, cùm hesternus, inquit, sit Christus tuus, & vnius diei, & ab Augusti tẽpore cœperit, à quonã hodiè fuit creatus Rex æternus? Martyr autem: Quòd ad humanitatem quidem attinet, ineffabilisque & inenarrabilis dispẽsationis, seu carnis susceptæ mysterium, itã habet, o Imperator. Nam quòd attinet quidem ad eius diuinam, & quæ est ante secula generationem, nullum inuenietur tempus ea superius. Imperator autem existimans martyrem esse agrestem quempiam, & nulla præditum eruditione, irridens inquit: Tuus ergò Christus, o infelix, bis fuit generatus? *Iulianus nugatur.* Si verò propterea gloriaris, sunt etiam apud Græcos viri sapientissimi, nõ solùm bis, sed etiam ter geniti. Nam & Mercurius, cognomine Trismegistus, ter venit se in mũdo ostẽdẽs, quomodò narrant eius sacri & admirãdi libri: & ideò nominatur Trismegistus, id est, ter maximus. Similiter autẽ Pytagoras, qui hoc fuit posterior, ipse quoquè ter venit in vitã, vt qui primò quidẽ fuerit naucler⁹ Aegyptius: deindè Euphorb⁹, de quo Homerus meminit: postremò autẽ Pythagoras, Mnesarchi filius, Samius.

Cap. 15. Martyr autem suauiter irridens elegantias, vel potius nugas sapientis Imperatoris, & impiorum gentilium, quam verbis ostendunt, stultitiam, coniectãs autem Tyrannũ per hæc verba conari irridere Christi generationem, acerbè ei dixit & fortiter: *Eugeni⁹ presbyter magna libertate respondet illi.* Oportebat nec tibi quidem omninò respondere, ò iniquissime, nec te vlla dignari allocutione: sed propter eam quæ adest, multitudinem, quoniam complures ex ijs sunt de grege Christi, dixi quæcunque dixi, & nunc etiam dicam parumper, coram gerens eorum salutis: Christum ab alto repetẽs, multis ante seculis Prophetæ priùs annunciarunt, multaque sunt eius aduẽtus testimonia, tam ex ijs, quæ sunt apud nos oraculis, quam ex ipsis scriptis Sibyllinis. Eius autem susceptæ carnis causa fuit propter salutem & reparationem lapsus hominum. Nam cùm venisset in terram, omnem morbum expulit, & omnem infirmitatem: *Matt. 11.* & admirabiliter vno verbo excitauit mortuos, qui fœtebant. *Iohan. 11.* Quod autem est omnium maximè admirabile, pro salute mundi passus mortem per Crucẽ tertio die surrexit à mortuis, testibus ijs militibus, qui seruabant eius sepulchrum, & plusquam quingentis hominibus, nè locum habeat, qui vult calumniari eius resurrectionem. Et cùm surrexisset à mortuis, visus est suis discipulis, totos quadraginta dies cum eis versans, eisque videntibus & adspiciẽtibus, fuit assumptus in cælos. *Matt. 28. 1 Cor. 15. Act. 1.* Denique eis sancti spiritus donum demisit & virtutem, adeò vt loquerentur linguis alienigenarum, & non opus haberent interprete. Loquebatur enim in eis sanctus spiritus, & dabat eis, vt viderent quæ erant procul remota, & futura prædicerent. Qui quidem egressi, ipsum vbiquè prædicarunt, *Mar. 19.* & nihil inferentes, præter solam eius virtutem, quæ non cadebat sub aspectum, neque clypeum, lanceam aut ensem tenentes: sed nudi, inermes, & pauperes, mũdũ cœperunt vniuersũ, mortuos excitãtes, leprosos mũdãtes, dæmonia eijcientes. Quinã aũt hæc fecerũt? Piscatores, & ignari literarũ, & qui mũdi sapiẽtiæ nõ erãt participes.

Cap. 16. Quos autem ipse induxisti, ludificans Christi generationem, viros sapientes & maximos, vt tuoc dixisti, etiamsi concesserimus verè fuisse has nugas, quid bis, & ter, & quater geniti mundo profuerunt, vel mundi paruæ, atque adeò minimæ parti? Quis ex Mercurij & Pythagoræ libris mortuos suscitauit, *Mercuri⁹ Trismegist⁹ quis fuerit.* aut leprosos mundauit, aut dæmones expulit, quos vos colitis? Sed Mercurius quidem, qui à vobis dicitur Trismegestus, fuit homo Aegyptius, & in legib⁹ educatus Aegyptijs: & cùm duxisset vxorem peperit filios, *Mercuri⁹ vxorẽ & liberos habuit.* quorum natu maiorem Tat nominant, cũ quo ipse loquitur, ei suas dedicans orationes, & cũ Asclepio ex Epidauro, q. vt vos vultis, fuit author & princeps scientiæ medicinæ: cui etiam suam explicat, quæ sic habet, Theologiam: Deum intelligere quidem est difficile, sed vt eum verbis exprimas, minimè potest fieri. Est enim in terra cõsistens hypostasi, essentia & natura, quæ non potest explicari, non habens apud homines assimilationem. Quos autẽ deos nominant homines, ij multas & periculosas ad se attraxerunt fabulas. Quinetiam de Christi aduentu ipse quoquè obscuram quandam refert prophetiam, vt qui non ex se, sed ex Hebræorum eam hauserit Theologia. Sed quid mihi cum putridis & malè olentibus Mercurij verbis, quæ à vobis quidẽ in honore habentur, iam autem diù antè putruerũt & effluxerunt? Neque enim de viuis fas est rogare mortuos ijs, qui ex diuinis eloquijs habẽt veros martyres, qui aduẽtũ Christi & diuinitatẽ prænũciarũt.

Cap. 17. Fabula de Pythagora. Pythagoras autem, qui sectæ Italicæ fuit author & princeps, quid magnum & admirandum fecit, ter in vitam productus? An quòd cùm fuisset Olympiæ, vt vos dicitis, aureum suum femur ostendit Hellano dicis? Vel quòd mugientem bouem sacrificaturus: Habet, inquit, animam viri mihi amicissimi, & per mugitum me salutat infelix? Seu quòd aquilam, quæ sublime volabat, per incantationem fecit cadere in terram? Hæc miracula fecit, cùm esset Olympiæ ter genitus Pythagoras, insano gloriæ amore captus, & visione hæc appræhendens ter infelix, qui quaternio

nem

nem iusiurandô cõstituebat, & eũ dicebat fõtẽ æternæ naturæ, qui fabas edebat, propter quas perijt, cũ suis familiaribus simul expulsus à Tarẽtinis. Nã cùm nollet calcare locũ, in quo fabę erãt dispersę, ibidem interficitur cũ familiaribus & discipulis, & cõsumitur ab inimicis. Theano autẽ eius vxor & discipula, cùm nollet dicere causam, propter quam faba non vescuntur, ipsa quoquè, ei lingua amputata, perimitur.

Pythagoras qua causa occisus. Item vxor eius

Cap. 18.

Hęc sunt sapientum Philosophorum priuilegia, qui bis & ter sunt geniti, vt ipse dixisti oratoriè. Illa autẽ sunt mei Christi miracula, propter generis humani salutem & restitutionem. Et Pythagoras quidẽ & Mercurius hominum animas deducunt ad profũdũ inferorũ, quasdam earũ transmigrationes & traductiones introducentes, aliquandò quidem in animalia rationis expertia aliquandò autem in pisces & plantas: & alias quasdã reuocationes, & ambitus fingentes. Christus autem, vt Deus verus & æternus, cùm animam fecisset immortalẽ, & senii expertem diuino, qui fuit ab initio, spiritu & insufflatione, quã dò fabricatus fuit primũ hominẽ (vt diuini, & quos nemo potest calumniari, referunt libri Mosis) eam rursùs per inobedientiam lapsam & deceptionẽ serpentis, qui affert animis exitium, ipse veniens in terram, & in ea degens, & viam salutis nobis ostendẽs, per baptismũ & resurrectionẽ à mortuis, ab inferis reduxit ad cælos. Et rursùs veniẽs ad iudicãdũ viuos & mortuos, faciet surgere corpora, & coniũget suis manibus, & reddet vnicuiq; secundũ sua opera.

Gen. 1.

1 Cor. 5.

Cap. 19.

Hęc cùm martyr fuisset philosophatus, iniquus Iulianus: Videte, inquit, viri Romani & Græci hũc sceleratum & exsecrandum hominem, quãtas ex Gręcis disciplinis effudit nugas in nostram religionem. Per solem mihi charissimum, non amplius feram Græcis disciplinis institui maximè impium genus Christianorum. Eccè enim sacræ doctrinæ aliqua ex parte effectus particeps hic canis, licèt nõ rectè, multas tamen & inineundas ineptias effudit circa historiam. Hæc cùm dixisset, iubet martyrem tradi lictoribus, & flagris cædi ad quingentas vsque plagas. Illi autem eum acceptum flagris cædebant inhumanè. Et præco clamabat: Fac quod vult Imperator: desine stulta loqui, & liberaberis ab iis, qui te puniũt. Martyr autem fortiter tolerabat, dum verberaretur, tacens, & nihil omninò loquens. In beatum verò Macarium oculos defigens Imperator, ei dicit: Tu autem quid dicis de teipso, infelix homuncule? Beatus autẽ dicit martyr: Tu es re vera infelix, & omniũ hominum miserrimus; ego autem verè beatus, habẽs appellationem rei conuenientem, quoniã Christũ confitens adoro: ipse autem eũ negasti, dæmonibus adhærens, & diabolo, qui te vel inuitum transmittẽt ad ignẽ æternũ. Transgressor autẽ Iulianus: Scio, inquit, te mortem cupere, & studere me ad iram mouere, vt te citò cõsumã. Verùm nõ ità erit, vt sperasti.

Quingẽta plaga sãcto marty ri Eugenio infligũtur.

Macarij libera vox.

Cap. 20.

Sed hoc mihi primùm responde, quidnam vobis visum sit, o execrandi, quòd cùm nulla uobis iusserit potestas, omnes partes obcũtes, magnorum deorum studetis euertere libamina atque sacrificia, docentes homines, eos non esse deos, neque seruatores orbis terræ, nec humani generis curam gerere, quos ab æuo & multis retrò seculis, à patribus data hominum consuetudo, colendos tradidit & adorandos: Christum autem, qui heri cœpit esse; & non multùm ante nostram ætatem, Deum ante secula, & Regem vniuersorum prędicatis. Macarius autem: Non tibi suffecerunt, vir stolidissime, sapiẽtes Eugenij demonstrationes, quòd eadem & de iisdem semper interrogas? Cęterùm ego quoquè tibi eodẽ modo, quo ipse, reddam responsa: Quòd Christus, quem tu irrides ac ludificaris, ipse suis dixit discipulis: Euntes in mundum vniuersum, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis. Qui etiam profecti hæc docuerunt, fugere uana simulacra, & cõuerti ad Deum viuum, qui creauit cælum & terrã. Dii autem tui, quos ipse adoras, sunt figmenta dæmonum, & inuenta fabularũ, diabolicæq; fætus operationis. De iis enim dicit nostra scriptura: Dii, qui cælum & terram non fecerunt, pereãt. Nec hoc solùm, sed alia quoquè lex Imperatoria à Constantino tuo cognato lata, eos expellit ab adoratione, & dissoluit eorum cultus: qui cùm in Christum credidisset, idolorum templa euertit omnia, & quę eis offeruntur, sacrificia apertè fecit cessare. Quid ergò mali facimus, o Imperator, si quę Deus iussit, & magnus statuit Imperator, seruamus, & homines ad ea hortamur: quæ autem veterum, vt dixisti, virorũ ignorãtia ea dęmonũ inuenit machinatione, interdicimus, & modis omnib' prohibemus.

Egregiũ S. Macarij ad imperatorẽ respõsum.

Matt. 28.

Ierem. 10.

Cap. 21.

Transgressor autem Iulianus: Sed Constantius, inquit, cùm miserrimè quędam innouasset propter ei grata scelera, defecit à diis, deceptus à vobis Galilęis vt qui esset nulla doctrina prędditus, & nec Romanis nec Gręcis legibus ac moribus cõfirmat'. Ego autẽ, o impie, qui perueni ad summũ Græcę & Romanæ eruditionis, & in veterũ virorũ theologia, Mercurij, inquam, Orphei, & Platonis sum exercitatus, & in Iudaicis quoquè scripturis non parùm versatus, vestras nihili faciẽs pstigias, iubeo homines redire ad morẽ & cultũ à patribus traditum, & antiquissimũ, & pium, multum valere iubens inanes indoctorum opiniones. Sed hic quoquè veste exuatur, & flagellorum faciat periculum, vt ex hoc effectus modestior, uel inuitus nostris se submittat legibus.

Arrogãtia impii apostatæ.

Cap. 22.

Cùm hi ergò inhumanè cruciarentur, & grauissimis afficerẽtur verberibus, beatus & pius Artemius, qui, vt priùs est ostẽsum, Dux & Augustalis Aegypti fuit à Constantio constitutus: & ppterea quòd se rectè & integrè gereret in administratione, rerũ quoquè Syriæ acceperat procurationem, postquàm audiuit imperium tenere Iulianum, & ad bellum Persicum properare, & accepit literas, quæ iubebant, vt cum toto exercitu ad Imperatorem accederet, ipse quoquè Antiochiam venit, ut iussus fuerat, & cum eo, cum quo par erat, honore & satellitibus adstitit Imperatori, quandò de martyribus habebat quęstionem. Hæc autem uidens, & corde sauciatus, & se veri oris esse defensorem, si tacitus ea, quę fiebant, prætermitteret, arbitratus, liberè de pietate loquitur ac vera religione, & dicit ei: O Imperator, cur adeò inhumanè torques viros sanctos, & Deo consecratos, & cogis fidem tuam abnegare? Scias te quoquè ipsum esse hominẽ, obnoxiũ iisdem affectionibus, & participẽ eiusdẽ naturæ, & earũdẽ perpessionũ, etiamsi te Deus creauit Imperatorẽ, si modò à Deo accepisti imperiũ, & nõ potius malus dęmon te aduersus nos petitum accepit, vt cribret Christi triticũ, & superseminet zizania. Sed est vanus eius conatus. Nõ sunt enim ei uires, ut anteà. Ex quo enim venit Christus, & fixa est Crux, & in ea fuit Christus in altum sublatus, cecidit dæmonũ supercilium, & sunt contẽptui habitæ eorum artes. Nè fallaris ergo, o Imperator, neque dæmonibus gratificans, aggrediaris persequi genus Christianorũ: sed disce Christi virtutẽ esse omni ex parte inuictã & insuperabilẽ. Ea autẽ, quę dico, tibi sint satis cognita & persuasa, si te nõ vis decipere ex respõsis, quæ ad te nuper attulit Oribasius tuus medicus & quæstor à Delphico Apolline. Ego autẽ etsi nolis, ipsum tibi legã respõsũ. Sic enim habet:

Cap. 22. Macarius quoquè durè flagellat.

S. Artemius se prębendo tyranno.

Virtute Crucis Christi cecidit dæmonum supercilium.

Dici-

Dicite vos Regi: Pulcherrima corruit aula.
Non tectum pulcher, nec laurum vatibus aptam,
Phoebus hēt: fonsq; extincta est lympha loquentis.

Cap. 53. Hæc cùm audiuisset Imperator, repletus tuis stupore & admiratione, itaque exciatus, ingenti voce exclamauit: Quisnam & vndè est iste sceleratus, qui tantam & tam sonoram pro tribunali edidit concionem? Nōdùm enim eum viderat, eò quòd eum quidem præfecisset Constantius, cùm ipse interea versaretur in Gallia. Dux est Alexandriæ, ait cohors militum, o domine. Imperator autem eū agnoscens ex signis magistratus: Artemius est, inquit, qui fratri meo mortem acerbam procurauit? Certè, o optime Imperator, is est, respondit cohors. Iulianus autem: Gratias, inquit, ago diis immortalibus, & Apollini Daphnæo, quòd hunc sceleratum virum & perniciosum, se ipsum quoque indicantem & profitentem reddidere manifestum. Et dicit: Auferatur ergò ei cingulum dignitatis, & est indignè cinctus, & det pœnas huius nunc audaciæ. Pro cæde autem mei fratris & sanguine, cràs, si dii velint, mihi dabit supplicium. Non enim vna eum morte consumam, sed innumerabilibus, & eum puniam tanquàm parricidam: immò verò grauiùs, quàm parricidam, quoniam nō viri communis, sed Imperatoris, fudit sanguinem, idque cùm nihil graue ab eo esset passus.

Inuidia impij apostatæ.

Hæc cùm Imperator Iulianus oratoriè dixisset in martyrem, arripitur statim à satellitibus: & zona priuatus, stat pro tribunali, & traditur lictorum manibus. Illi autem cùm manibus & pedibus eius funes annexuissent, à quatuor partibus extendunt, vētremque & tergum martyris boum neruis adeò crudeliter verberabant, ut terra mutati fuerint, qui percutiebant: licebatque videre eius nouam quandam & non humanam tolerantiam. Neque enim gemitus, nec vox, nec aliquid aliud ex iis, quæ accidunt hominibus, qui torquentur, ab ipso emittebatur: sed vultu penitùs immutato cernebatur. Terra aūt, impleta erat sanguine, adeò ut oēs qui aderant, quinetiā ille ipse Imperator miraretur. Iubet itaque sanctum relaxatum cum aliis martyribus abduci in custodiam.

Artemius iubente tyranno malè mulctatur.

Incredibilis eius patientia.

Cap. 54. Psal. 65. Cùm ergò abducerentur martyres Christi, psallebant: Probasti nos, Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentū. Posuisti afflictiones super dorsa nostra. Imposuisti homines super capita nostra. Restat ergò, ut transeamus per ignem & aquam, ut nos educas in refrigerium. Precibus autem finitis, veluti secum loquens, magnus dixit Artemius: Artemi, ecce Christi stigmata in tuo corpore sunt insculpta. Oportet itaque te pro illo ipsam quoque profundere animam. Et adiciens: Ago tibi gratias, Domine, dicebat, quòd tibi placuerit, vt ego glorificarer, susceptis pro te perpessionibus, & me connumerari in chorum tuorum sanctorum. Sed, o benigne Domine, consumma cursum meum in tua confessione, & nè me indices hoc cœpto indignū. Ego enim me totum contuli ad tuas miserationes. Hæc cùm apud se esset precatus, venit in custodiam cum sanctis martyribus Eugenio & Macario, & traduntur custodi carceris & sic erant communiter Deum glorificantes. Manè autem cùm Christi martyres iussisset sistendos fœdifragus Iulianus, & eos nulla dignatus esset interrogatione, nisi quod solùm iussit magnum separari Artemium, fert in illos sententiā exilij. Emittit eos Oasim, qui est pestilens locus in Arabia, vt in quo venti spirant exitiosi. Vndè etiam nullus ex iis qui illuc mittūtur, durauit vsque ad annum: sed grauibus morbis correpti, omnes pereunt celerrimè. Cùm illuc ergò relegasset sanctos Eugeniū & Macarium tyrannus, ibi etiam iussu eorū amputari capita. Itaque post aliquot dies vigesimo Decembris acceperūt beatum finem. Quo in loco factū est miraculum, dignum quod mandetur memoriæ. Nam cùm inopia aquæ laboraret locus, fons scaturijt, curans omnem morbum & ægritudinem. Qui etiam manet vsque in hodiernum diem.

S. Artemij ad Dominū oratio.

Eugenius et Macarius mittuntur in exilium.

Capite cæduntur. Miraculū.

Cap. 25. Imperator autem diuino accersito martyre: Tua, inquit, temeritas me coegit vel inuitum probro afficere tuum genus, & tuo splendori inurere ignominiam, & ipsas tuas carnes attingere. Sed si mihi morem geras, o Artemi, & accedens sacrificaris diis immortalibus, & maximè Daphnæo Apollini, nō solùm expiaberis à cæde fratris mei, sed maiorem rursùs accipies dignitatē, & magis honorificam: & te constituam Præfectum prætorio, teque magnorum deorū creabo Pontificem, & appellabo patrē, & tenebis secundum locum in meo imperio, & eris nobiscum toto vitæ tuæ tempore, fruens felici & prospero rerū statu. Nam tu quoquè scis fratrem meum non rectè nec iustè fuisse occisum à Cōstantino: sed ipsum confecit inuidia, & omniū hominum maximè impius Eusebius, etiamsi nō satis pœnarū pro impio facinore luit vir sceleratissimus. Porrò aūt hoc quoquè scis, q ad nostrum genus magis pertinet imperiū. Meus.n. pater Constātius, natus fuit auo meo ex Maximiani filia Theodora: Constantinus autē ex Helena vili & abiecta fœmina, & obscuro loco nata, idque cùm nondùm creatus esset Cæsar, sed vitam adhuc ageret priuatam. Constantinus aūt cùm audaci animo rapuisset imperiū, patrem meū & fratres eius iniustè interfecit. Eius quoquè filius Cōstantius se, sicut pater, gerens, fratrem meū Gallum occidit: idque cùm horribili iureiurando ei cauisset. Porrò autem nos quoquè ipsos itā sustulisset, nisi seruati essemus deorum prouidentia. Sed ipsi prohibuerunt, nobis ante oculos ostendentes salutem, quæ ab ipsis proficiscitur. Quibus ego fretus, abiurato Christianismo, declinaui ad Græcorū religionem: vt qui benè sciam, q Græcorum & Romanorum vita antiquissima, bonis vtens moribus & legibus, deos appellat, qui ex rerum ipsarū veritate sibi fidē faciunt.

Blāditur S. Artemio filius diaboli Iulianus.

Impius apostata falsos deos p̄dicat.

Cap. 26. Qui enim animi fuerit dubius, qui viderit Solem in cœlo equitātem: similiter autem & Lunam, quæ vehitur curru aurato? Nam ille quidem diem efficit lucidum, & homines excitat ad opera: hæc autem nocti præfert faces, vigilantibusque & iter facientibus ex se magnam præbet vtilitatem. Ea Græci & Romani in deos referunt, & colunt, & spem in ipsos collocarunt, Solem quidem appellantes Apollinem, Lunam verò Dianam. Sed & ex stellis maximas, Planetas videlicet appellatas, pro diis habēt, quæ reliquas quinque zonas cœlestes tenent: & aliam quidem Saturnum, aliam Iouem, aliam Mercurium, aliam Martem, aliam autem Venerem nominant. Ex enim mūdum vniuersum administrant, & earū virtutibus regitur vniuersa terra, q est sub cœlo. Horū ergò statuētes imagines, homines eas colunt & honorāt, simul et quasdam fabulas fingentes ad voluptatē. Non tanquam deos aūt colunt eorum imagines, (absit) hoc enim itā accipiūt agrestiores homines & simpliciores: Sed qui cupiditate tenētur sapientię, & res deorū accuratè inquirunt, sciunt cuinā honorē tribuāt, & ad quē transeat adoratio diuinarum imaginum.

Apollo, Sol: Diana, Luna, vocatur.

Cap. 7. Tuam ergò hortor præstantiā, vt stes à nobis, & viuas, vt nobis placet, & rectè Græcam sequatur religionem, & retineat mores & res veteres. Constantinus enim, sicut ipse non ignoras, erat omnium hominum deceptu facilimus: & cùm esset indoctus & amens, innouauit religionē. & diis Græcorū abolitis, declinauit ad Christianismū, cùm impiorum suo

Derogat Constantino sapiētissimo Imperatori vilis Apostata.

rum factorum eum puderet, & quòd dii eum, tanquam impurum & sceleratum, à sacrosancta sua religione expulerant longissimè, ut qui cognatū sanguinem fuderat. Nam & fratres occidit, qui nihil mali fecerant, & vxorem Faustam, & suum filiū Priscum, qui erat vir frugi & bonus. Propterea, o vir inprimis admirande, cum videam tuæ mentis grauitatem & constantiam, volo te esse nostrarum partiū. Agedùm ergò, ò Artemi, ad patriam & antiquissimam & maximè diuturnam Romanorum & Græcorum transi religionem, & nobiscum fruere bonis, quæ à diis data sunt.

Cap. 28.

S. Artemius ei respondet.

Ad hęc Christi martyr, cùm se parùm sustinuisset, respōdit: Ego quidem, ò Imperator, de mea religione & fide nullam in præsentia afferam defensionem, etsi satis promptas habeam demōstrationes: De fratris autem tui morte illud tibi respōdebo, me illius animā nulla vnquàm affecisse iniuria, nec facto, nec dicto. sed nec vlla quidem cogitatione Quantumuis in eo inquirendo labores, veritas est immutabilis. Sciebam enim eum esse verum Christianum, & nulli affinem reprehensioni, piumque ac iustū, & Christi leges accuratè seruantem. Sciat ergò cælum & terra, & vniuersus chorus sanctorum Angelorum, & Christus Dei filius cui ego seruio in meo spiritu, me ab illius cęde & morte esse purum; neque viris impiis, qui cædem illius fecerunt, quicquam dedisse auxilii, aut ad eam aliquid contulisse. Neque enim tunc aderam cum Constantio. Et de fratre quidem tuo hęc mea defensio. Quòd autem ad Christi attinet abiurationem, & ad vitam gentium amplectendam, hoc tibi respondebo, à tribus pueris, qui erant sub Nabuchodonosor, mutuò accipiens: Notum tibi sit, o Rex, quòd deos tuos non colo, & tibi charissimi Apollinis auream non adorabo imaginem.

Docet se innoxium.

Dan. 3.

Cap. 29.

Quòd autem beatum Constantinum, summū omnium Imperatorum, & illius genus maledictis es insectatus, vocans inimicum, & diis tuis execrandum, præterea autem furiosum, & prōptum ad cædem faciendam, hæc tibi pro illo respondebo. Pater tuus Constantius, & eius fratres ei priores fecerunt iniuriam, vt qui ei malū venenum miscuerint, nulla omninó ab eo affecti iniuria. Ille autē vxorem Faustam iustè admodùm interfecit vt quę priscam Phædram esset imitata, & eius filium Priscum esset calumniata, quòd eius amore captus esset, & vim ei conatus esset afferre, sicut etiam illa Hippolytū Thesei filiū. Atque primùm quidem, qui sic in matrem insanierat, vt volebant eius verba, ille, cùm esset maritus, puniit. Posteà autem cùm sciuisset esse mentitam, ipsam quoquè occidit, in eam ferens sententiam omnium iustissimam. Ad Christum autem declinauit ab illo vocatus, quandò difficilimum commisit prælium aduersùs Maxentium. Tunc enim ei in meridie apparuit signum Crucis, radiis Solis splendidius, & literis aureis belli significans victoriam. Nam nos quoquè ipsi signum adspeximus, cùm bello interessemus, & literas legimus. Quinetiam totus quoquè id est contemplatus exercitus: & multi huius rei testes sunt in tuo exercitu. Quid autem hæc dico? Christum enim Prophetę multis antè seculis pręnunciarunt, ut tu quoquè scis optimè, nisi tua sponte velis esse surdus. Sunt autem eius aduentus multa testimonia: & ut alia omittam, eorum, qui à uobis coluntur, deorum responsa, & pręditiones, & scripta Sibyllina, & Virgilii Romani poesis, quam uos vocatis Bucolicam, hæc satis de eo significant. Cæterum ipse quoquè Apollo, qui apud vos habetur in magna admiratione, cuius est propria diuinatio, de Christo talem effatus est sermonem;

Constantinus Magnus cur occiderit fratres suos &c.

Signum Crucis apparet Constantino.

O utinam non extremo miserande minister,
Quæsisses, quisnam ille Deus, quis spiritus ille,
Instar qui boris complectitur omnia circum,
Lucem, astra, & fluuios, et tartara, & aera, et ignē,
Inuitum qui me propellit ab ædibus istis.
Sola mihi tripodum nunc en aurora remansit.
Hei hei me, tripodes, deflete. Extinctus Apollo est,
Extinctus. Vir me cælestis lumine perdit.
Et passus Deus est: deitas non passa sed ipsa est.

Apollinis de Christo filio Dei diuinatio.

Cap. 30.

Respondens autem fœdifragus Iulianus: Existimo, inquit, ò Artemi, te non uenisse in Aegyptum Ducem exercitus, sed vatem potiùs quendam, aut Menagyrtem, ac circūforaneū nebulonem, & anuū temulentarū veteres atq; adeò antiquatas narratiūculas & fabulas colligentē. Martyr autē: Non rectè existimasti, o Imperator, nec vt tuā decet sapiētiam & virtutē. Ex tuis.n. diis, & iis, q̄ tibi sunt gratæ, disciplinis, facio demonstrationes, ut ex iis, q̄ tibi sunt cognita, discas mysterium veritatis. Neq; putes me mihi placere ornatis Græcorum uerbis, (Oleum enim peccatoris non impinguet caput meū) sed tuæ animæ curam gerens, moueo omnem lapidē, ut tu persuadearis. Existimo nanque, q̄ sicut veterem Adam, & primum parentem excęcauit satan per inobedientiam, & esum fructus vetitæ arboris: ità etiam, ò Imperator, inuidens tibi salutem, te priuarit Christi fide Quòd autem Solem & Lunam, & stellas, deos vocas, pudet me tuę ignorantiæ, nè dicam improbitatis, quòd & eas honorare constitueris, & magis quàm alias stellas Solem amplecteris, & per eum iusiurandum concipis Imperatorium, susque deque, & in epistolis, & in sermone, & collocutione sępè vsurpas illud, Per Solem. Sed quid opùs est uti pluribus uerbis? Non abiuro Christum meū. Absit. Gentiū execrandam non admitto impietatē, sed manebo in iis, quę didici, & paternas retinebo traditiones.

Iulianus fœdifragus.

Psal. 140

Gen. 3.

Apostata Iulianus sa... iurare per Solem.

Cap. 31.

His Iulianus in summam adductus dubitationē, planè obmutuit, nesciens quid ageret, ac ualdè admirans martyris variam ac multiplicem doctrinam, & ad respondēdum facilitatem. Cui rursùs dicit Christi martyr: Dimitte, ò Imperator, iam mortuam & fœtidam gentium religionem, (ea enim iam diu putruit) & accede ad Christum. est enim benignus, & clemens, & te non repellet, si ducaris pęnitentia. Sed fieri non poterat, ut martyr resisteret impetui animæ, quæ mala lubens ac uolens sequebatur, nec ut reuocaret animā, quæ sua sponte tendebat ad interitum. Iulianus.n. iam diu quidem animo parturiens falsam gentium religionē, quam conceperat in Ionia ex sua congressione cū Maximo Tyrio Philosopho, quādiù quidem superstes fuit eius frater, & post ipsum Constātius, nihil ausus est aperire ꝓpter illorum metum. Postq̄ autem ii è uiuis excesserunt, ipse uerò iam rerum potiretur: tunc ipse se apertè exuens, repentè toto animi studio erupit ad gentiū vanitatem. Rūdit itaque martyri: Quoniam mea uerba contempsisti, o sceleratum caput, ausus es autem vel facere periculum, ut conuerterer ad eundem, ad quem tu, Christi cultum, ego quoquè te dignis rebus uicissim remunerabor. Iubet itaque exui martyrem, & subulis ferreis candentibus eius latera configi, & acutis tribulis dorsum eius pungi, & disrumpi, dum supinus trahitur. His autem quamprimùm illatis, erat ei eadem, sicut priùs, constantia. Multis itaque horis se martyre fortiter gerente in tormentis, & nullā emittente uocem aut gemitū, mœstus ille & tristis, tanquàm uictus, surrexit è tribunali, & iubet martyrem rursùs abduci in carcerem, & neque panem, neque aquam ei præberi, nec quęcunq; ad uictū sumunt homines. Ipse aūt profectus est ad

Iulianus à quo seductus.

Atrocissimis cruciamentis subiicit S. Artemium.

Daphnem, qui est Antiochiæ locus iucundissimus.

Cap. 32. Christus ei apparens, eum cõfirmat.

Circa mediam autem noctem apparet Christus martyri oranti in custodia, animum ei addens, & se cum eo omninò futurum pollicens, & dicens: Quomodò ipse me confessus fuisti coram hominibus super terram, ego quoquè te confitebor coram patre meo, qui est in cælis Hęc cùm martyr audiisset à Domino, cõfidit, & tota nocte Deum glorificauit, & ei egit gratias. A plagis enim suis & vulneribus repentè fuit relaxatus, adeo vt ne vibicis quidem vestigiũ appareret in sancto eius corpore. Spatio autẽ quindecim dierum mansit omninò ieiunus in carcere, nutritus pane Angelorũ, seu gratia boni spiritus. Iulianus verò cùm, sicut diximus, venisset Daphnem, sacrificia parabat Apollini, sperans fore, vt ab eo certò acciperet responsa. Daphne est suburbanum Antiochiæ, situm in eius locis altioribus, & tectum omne genus arboribus: quo in loco & aliarum arborũ, & præsertim cupressorum, maxima fuit plãtata multitudo, pulchritudine, altitudine & magnitudine nequaquàm imitabilis. Labuntur verò in omnem partem fluenta aquarum poculentarum, scaturiẽtibus indè maximis fontibus: quo fit, vt ciuitas inter cæteras aqua abundet maximè. Præclaris quoquè extructionibus habitaculorum, & lauacrorum, & aliorũ ædificiorum locus est magnificè instructus & ornatus. Hìc & aliorum quidem dæmonum templa erãt & imagines, pręcipuè autem templum Apollinis colebatur ab initio. Hìc enim id, quod de Daphne virgine narratur, accidisse Gręcæ finxerunt fabulæ: cuius etiam cognomen maximè videtur ferre locus.

Daphne describit.

Eius etiã meminit Ouidius lib. 1. Metamor.

Cap. 33. Imago Apollinis Dãphnæi qualis fuerit.

Imago autem Apollinis erat hoc modo constructa: Ei ea vite erat corpus compositum, admirabili quadam arte ità compactum, vt præ se ferret speciẽ vnius coalescentis. Auro autem illitus totus, qui induebatur amictus, nudatis, & non auratis corporis partibus, ostendebat quandam, quæ dici non potest, pulchritudinem. Stanti verò erat in manibus cithara, & eam videbatur pulsare Comæ autem & lauri corona, auro florebant permisto, vt magna effulgeret gratia spectatoribus. Duoque magni hyacinthi implebant ei figuram oculorum, in memoriam Hyacinthi pueri Amyclæi. Et gemmarum pulchritudo, & magnitudo, imagini maximum afferebat ornatum, adeò vt quamplurimis in eo decipi contingeret, ut qui propter apparentis formæ pulchritudinem, inescarentur ad eum adorandum. Quod quidem ipsi quoquè Iuliano euenerat. Maiorem certè ei cultum exhibebat, quàm omnibus aliis imaginibus, ex singulis generibus ei millia sacrificans, & ab eo expectans responsa.

Cap. 34.

Cùm autem omnes imagines profundum teneret silentium, existimans opùs esse præstigiis, quas Græci vocant Hierurgiam, accersito quodam Eusebio, quem in gentibus fama erat hac in re multùm posse, ei iussit vt quammaximè spirantem & efficacem redderet imaginem, nulli rei parcendo, qua ad hoc opus esse censeret. Cùm autem nihil non esset machinatus, & nihil prætermisisset, quod sibi in mẽtem venisset: ille tamen eodem modo tacuisset, neque magis quàm anteà loqueretur, hic jam rogatus à Iuliano, cur maximè taceret, idque cùm facta essent omnia, quæ de more fiunt, dixit, Babylam esse præcipuam causam silentii iam huius, quam reliquarum imaginum, cùm is situs esset in Daphne, vtpotè quòd dii eius cadauer abhorrerent, & ideò more suo venire non sustinerent. Nolebat enim ei causam dicere verissimam, quòd scilicet erat apertè maior virtus, quæ alligauerat dæmonum operationes: maximè cùm dæmon, qui agebat Apollinẽ, ei apertè respõdisset, vt dicitur, se non posse loqui pp Babylam.

Ecce vt dæmones premunt à martyribus.

Cap. 35. S. Babylæ constãtis martyrium.

Hic enim Babylas dicitur quidẽ fuisse Episcopus Antiochiæ: Numerianum aũt Imperatorem, volentem ingredi in Ecclesiam Christianorũ, in quodam festo stans pro foribus, prohibuisse ingredi, dicens se pro viribus non despecturum esse lupum gregẽ inuadentem. Ille autem ab ingressu tunc quidem fuit deiectus, siue quòd suspicaretur futuram populi seditionem, siue ipse quoquè aliud consilium cepisset. Aegerrimè autem tulit constantiam Episcopi. Postquàm verò ipse discessit in regiam, iussit eũ causam suam defensurum, coram se sisti pro tribunali. Cùm ipse autem esset productus, primùm quidem accusauit audaciam, quòd eum ausus esset prohibere: deindè iussit eum sacrificare dæmonibus, si effugere vellet pœnas criminationis. Ipse autem respondit quidem ad criminationem, reiecit autem exhortationem: illam quidem, dicens, se, cùm esset pastor, oportere velle omnia lubentèr pati pro grege: hanc autem, se non admissurum, ut à uero Deo deficiens, sacrificaret iis, qui falsò dii dicuntur, & sunt perniciosi dęmones. Deindè ille quidem cùm videret eum non parẽre, iussit, vt cùm eũ ligassent catenis & compedibus, ad mortem ducerent, caput amputaturi. Ates cùm duceretur moriturus, assumẽs cecinit hæc dicta Psalmi: Conuertere anima mea in requiem tuam, quoniam Dominus benefecit tibi. Porrò autem dicunt etiam tres pueros genere fratres, qui ab infantia ab eo nutriti fuerant, ab Imperatore fuisse arreptos, & cùm nec illi quidem voluissent sacrificare, etsi eis afferretur omnis necessitas, ipsum quoquè iussisse Imperatorẽ, eis adimi capita. Quos, postquàm venerunt in locum propositum, Babylas ante se statuens, priores duxit ad gladium, eò quia eorum timore affectus, mortem recusaret. Cumq; eorum capita fuissent amputata, postquàm hanc dixisset uocẽ: Ecce ego & pueri, quos mihi dedit De⁹: ipse quoquè deindè suum porrexit collum, vt ense consummaretur, cùm priùs iussisset iis, qui corpus eius erãt collecturi, catenas & cõpedes cum eo sepelire: Vt sint, inquit, hæc quoquè mihi iacenti ornamento. Atq; cum eis quidẽ certè adhuc iacet, ut aiũt.

Non vult sacrificare dijs S. Babylas.

Psal. 114

Esa. 8.

Cap. 36.

Hunc autem Babylam cùm ab Eusebio audiisset Iulianus esse impedimento statuis, quò minùs respõdeant, iussit statim eius capsam (est autem è lapide marmo) à Daphne transferre. Statim ergò ciuitatis profusa multitudo, ut quæ magna de causa accederet, trahebat capsam. Illa autem, tanquàm non magis traheretur ab hominibus, quàm à potentiore, quæ eam mouebat, uirtute, celeriter mouebatur sequens eorum, qui ducebant, animi alacritatem. Cùm autem ipso die tulissent plusquàm quinquaginta stadia, posuerunt in cœmeterio, quod dicitur. Est autem ante ciuitatem domus, quę suscepit corpora antiquorum virorum, & quorum fuerunt nonnulli martyres propter pietatem. Atque tunc quidem capsam portarunt in eum locum: Iulianus autem parabat multitudinem victimarum & donariorũ, ut qui esset postridiè cum eis Daphnem ascensurus, tunc quidem certè sperans omninò, si non alios, at ipsum Apollinem responsurũ. Eò enim spectabat spes prõpij & alacris illius animi, quòd locus ei magis, quàm alius, videbatur præstare scientia diuinandi: & quòd ei soli consecrata erat Daphne. Eusebius autem, & qui priùs dicti sunt sacerdotes, & multitudo æditũorũ, valdè laborabant & uigilabant circa imaginem, expectantes Imperatorem: & omnia agentes, ut, cùm venerit, eum habeat loquentem, cùm nulla excusatio esset eis relicta ad dilationem.

Trãsfertur S. Babylæ corpus à Daphne.

Cap. 37.

Cùm uerò non iam multum processisset, ignis re-

Ignis cælitus lapsus perdit Apollinem. penitè è cælo demissus, in templum cecidit: & cùm ipsum omni ea parte apprehendisset, ipsam causam imaginem cum ipsis donarijs. Cumque omnia simul conflagrarent, & ignis valdè extolleretur, pro ianua quidem fuit in templo magna vociferatio, & nulli similis tumultus. Tunc multi quidem parati erant opem ferre, nullus autem erat, qui posset igni resistere. Sed alij quidem currebant ad ciuitatem, id significaturi Iuliano: reliqua verò multitudo stabat obstupefacta, contéplans calamitaté, quæ ipsos inuaserat. ignis autem nihil aliud tangebat, cùm tanta & tam copiosa illic esset materia, nisi quòd solum cum ijs, quæ inerant, templum comburebat: adeò vt imago quidem, & quæcumque illic erant donaria, fuerunt omninò deleta: pauca autem ædificia Daphne remanserunt, signa eius, quod acciderat: quæ etiam nunc quoque apertiùs indicant ignem, qui missus fuerat diuinitus. Iulianus autem cùm audiuisset ea, quæ acciderant, ira repletur: & graue arbitratus, si propter ea, quæ acciderant, Christiani essent eum iudicaturi, iubebat statim eos è magna expelli Ecclesia, & prouideri, nè illi ad ipsam omninò pateat aditus, ac demùm quæ ibi erant preciosa, publicari. Dat autem gentibus potestatem, vt ingrediantur in Ecclesias Christianorum, & faciant quæ velint.

Impius Apostata nihilo fit melior.

Cap. 38. Cùm ergò impius hæc iussisset Tyrannus, quod non maximum malum factum est? Quid nó autem ab surdissimum & turpissimum dictum est, omnibus lingua effrenata nefanda loquentibus aduersùs fidem Christianorú, nefanda loquentibus ad blasphemantibus Dominum & Deum nostrum Iesum Christum in omnibus ciuitatibus? Nam in ciuitate quidem, quæ olim vocabatur Samaria, postea verò & códita fuerat ab Herode, & appellata erat Sebaste, ossa prophetæ Elisei, & Baptistæ Iohannis (vt putabant) è loculis educentes, & cum immundis brutorum ossibus commiscentes, exusserunt: & cinerem in aerem cribrarunt: ac ventilarunt: Saluatoris autem statuā, quæ in Paneade ciuitate à muliere, quæ profluuio sanguinis laborabat, & à Christo curata fuerat, magnifice, constructa, & in insigni ciuitatis loco posita fuerat: quam post tempus cognitā ex miraculo herbę, quæ illic nascebatur, Christiani acceperunt, & posuerunt in Diaconico: eam gentes detraxerunt, & funibus alligatis pedibus traxerunt per forum, donèc paulatim interijt, relicto solo capite, & raptò à quodam, dum gentes tumultuarentur, dicentibus iis verba blasphema & abominanda in Dñm nostrum Iesum Christū, quæ nemo vnǭ homo audiuit.

Nota quos duces sequātur qui hodiè sāctorū corpora exurunt.

Statua Saluatoris antiquissima.

Cap. 39. In vituperiū Christi iubet restaurari Iudæorū templum impius apostata. Sceleratissimo aūt Tiráno audienti erāt hæc delicię, & ei magnā afferebāt voluptatem. Vnde & post hæc iussit excitari templum Iudæorū, quod erat Hierosolymis; & è ciuitate expulsis Christianis, Iudæis reliquit habitandam. Quamobrèm quendam quoquè Alypium, falsæ religioni virum deditissimum, & comitis dignitate honestatum, eò mittit, iubens, vt magno studio templum rursus ædificaret, quod Vespasianus, & eius filius Titus simul cum ciuitate destruxerunt & exusserunt. Oportebat enim ad effectum deduci verbum Christi, qui est ipsa veritas, nempe; Non manebit lapis super lapidem, qui non destruatur. Quod quidē studens falsum ostendere stolidus iste, contendebat templum rursus ædificare, etiamsi frustra laborabat, ea aggrediens, quæ fieri non poterant. Nā cùm magno studio concurrissent, qui Deū occiderant, Iudæi, & magna manu & summa animi alacritate opus aggrederentur, & iacientes fundaméta fossam foderent argenteis (ut dicūt nōnulli) ligonibus & hamis, efferuiq; iactori suo dant: a uehementissima irruēs nocte procella, qd

Mat. 24. Nota Iudæorum insaniam.

exinanitum quidē fuerat, rursùs aggessit. Cùm fulgura aūt & tonitrua continentur demitterentur, & dies iam appropinquaret, fuit terræmotus adeò ingens, vt multi perierint: & ignis emissus ex iis, quæ iaciebantur, fundamentis, combussit omnes, qui sunt illic inuenti. Atque hæc quidem sic gerebantur.

Iulianus autē cum sedisset pro tribunali in loco, quē vocant Basilicā, & curasset sistēdum martyrem: Audisti omninò, inquit, ò tu quoque uir maximè impie ab iis, qui ea, quę tu, audent aggredi, quenam ausi sint infelices aduersùs Apollinem, qui est in Daphne, & quēadmodùm eum exusserunt cum ipsis sacris, & donariis, adeò ut opus admirandum, & maximè neuerandum, fuerit ab igne consumptū? Sed non gaudebunt his nostra irridentes. Ego. n. pro eo exigam pœna septuagiessepties, quomodò dicunt vestra eloquia. Martyr aūt audiuit, inquit, qua ira diuinus immissa, & ignis è cęlo missus, deū tuum occiderit, & totū eius templum consumpserit. Si ergo erat deus, cur non se seruauit ex igne? Fœdifragus aūt Iulianus: Videris, ò maximè impie, tu quoquè forte his insultare, & lubēter irridere, tanǭ qui vindictam aliquā sis a Deo tuo consecutus. Martyr aūt: Mihi omninò, inquit, uenit in mentē ridere, pp lapsum tuorū deorū, o stultissime: gloriari aūt & lætari pp miracula, q̃ Deus meus facit quotidiè. Vluorum verò eorū, quæ à te mihi intentantur, ille accipis m, quando te ignis ille comprahenderint, & æternum supplicių. Porrò autem hic quoquè, non multo interiecto tpe, memoria tua peribit cum sonitu. Fędifragus uerò Iulianus: cùm videā te suppliciis delectari, ego tibi accessionē afferam uoluptatis. Sed tibi parco propter meā benignitatem, & uolo te, dimissa ignorantia, sapienti uti ratiocinatione, & accedentē sacrificare diis immortalibus. Nā & maxima dignitate es ornatus, & satis magnæ diuitiæ à tuis maioribus tibi sunt congregatę, & multis virtutis dotibus re dij honestarunt, etiāsi conspectus sis ingratus in eos, qui te affecerūt bñficio. Martyr aūt: Quid insanis, inquit, o iniquissime, & immoraris in his, quæ nihil proficiūt? mittens autem aggredi barbaros, & bellum differens Persicum, pp quod vniuersum orbem terræ commouisti, in me Dei seruum totum consumis otium? Quancunque ergò uis mortem in nos pronuncia. Ego enim neque deos tuos colam, neque tuis iussis parebo.

Cap. 40.

Gene. 4.

S. Artemius ęgregiè irridet Apostatam.

Psal. 9.

Iulianus differt bellum Persicum, vt persequatur Christianos.

Hęc cùm audiisset Iulianus, & eēt anim' eius ira repletus, accersit lapicidas, &, videris, inquit, hác petrā? (ostēdens quādam præruptā ex aduerso theatri) Eam in duas partes diuidite: & cùm alterā partem supinam in terra deieceritis, & eā desuper hunc male ficū extenderitis, altera parte cū impetu ipsum cooperite, ut is medius interceptus, simul habeat carnes & ossa corrupta: & factis ipsis discant, cuinā resistat, & an Deī sui fruatur auxilio. Eo aūt facto dicto citiùs, & sancto in mediis petris intercepto, tāta erat uis quę eū premebat, vt cùm eius ossa confringerētur, quidā sonus & fragor à multis exaudiretur. Disrupta. n. sunt omnia, quę erār intrà ipsum, & contritæ sunt oēs compages eius ossium, & oculi exciderūt è sede propria. Sed quamuis esset ad hanc adductus necessitatem, non neglexit tamen ad Deum cauere. Psallebat. n. In petra, dicens, exaltasti me, & deduxisti me, quoniam factus es spes mea, turris virtutis à facie inimici. Statuisti supra petram pedes meos, & direxisti gressus meos. Accipe ergò, fili Dei vnigenite, spiritum meum, & nè concludas me in manus inimicorū. Sic ergò cùm in medio petrarum totum diem & noctem mansisset martyr, iussit scelerastus Iulianus disiungi petras, eū penitus interijsse, & nullam

Cap. 41.

Immanissimus supplicij genus.

Psal. 60.

Psal. 39.

Ecce S. luminū pedū miraculum. nullam spiritus partem esse ei relictam præ illo nimio onere arbitrans. Ille autem amotus a petris, egressus est, incedēs, & suis ueris pedibus, re uera miraculorum maximè admirandum. Homo nudus, cui egressi quidem erant oculi, ossa contrita, membra & carnes petrarum complicatione compressa, eius autem intestina omnia miserè effluxerant (o nouum & alienum spectaculum) ambulabat, & disserebat, & loquebatur aduersùs Tyrannum. Vndè is quoquè stupore afficiebatur, ut qui martyrem tanquàm monstrum aliquod cerneret: & dicebat iis, qui aderant: Videte sem planè nouam, & pleoam prodigii. Non est iste ueneficus & præstigiator? Per immortales & inuictos deos, non putabam, ò uiri, hunc execrandum adhuc uiuere. Is autem, & intestinis, & uniuersa compage ei dissoluta, & incedit, & loquitur. Sed dii eum seseruarunt ad multorum insipientum correctionem, ut esset terriculum iis, qui eorum supermodanam non adorant potentiam.

Impius cum ipso fundum ueneris malorū cōtemnit.

Cap. 42. Sic dixit, & martyri: Eccè miser, inquit, & oculis es priuatus, & sunt tibi membra omnia inutilia & perdita. Quænam ergò spes est adhuc tibi reliqua? In quem sperasti toantea? Sed deorum inuocata benignitate, ad eos accede. Fient tibi fortasse propitii, & nō tradent te iis, q̃ sunt apud inferos, suppliciis. Martyr autem Christi cùm audijsset supplicū, subrisit, & dixit Tyranno: Dij tui me tradent supplicijs? Et quonam modo illi, cùm suas pœnas non effugerint, fiet alios um punitores? Illis paratus est ignis æternus: illis tartarus, & stridos dentium: cū quibus ipse quoquè traderis igni immateriali, in æternum *Heb. 10.* puniendus: quoniam filium Dei conculcasti, precio sum eius sanguinem, quem pro nobis effudit, cōmunem existimans: & spiritum gratiæ affecisti contumelia, in quo fuisti sanctificatus. Mihi autem pro paruo hoc labore & breui cruciatu, dabuntur multa dona & splendida, & coronæ uictoriæ. Sed quid hæc ad te, qui te omninò tradidisti dęmonibus? Discede ergò à me, discede operatos iniquitatis: quoniam nul-*2. Cor. 6.* la est luci societas cum tenebris: & quamcunque uelis, fer in nos sententiam. Iam enim & uerbis, & factis es certior factus, me tuę uoluntati minimè esse cessurum.

Cap. 43. Hęc cùm audiisset fœdifragus Iulianus, & esset *Condēna tur S. Artemius.* omninò in summam adductus dubitationem: Artemius, dixit, qui deorum abnegauit religionem, Romanis autem & nostris relictis rationibus, pro Romano & Gręco maluit dici Christianus, & pro Duce & Augustali Galilæus magis studet nominari, gladio execrandum habeat caput amputatum. Hanc cùm sententiam accepisset martys Christi, exiit lætus è tribunali, & alacriter sequens eos, qui abducebant. Postquàm autem peruenit ad locum, ab ijs, qui eum volebant interimere, petit breue tempus ad orandum. Cùm ergò accepisset, & ad cęlum *Precatio martyris* adspexisset: Deus, inquit, ago tibi gratias, quòd me corroborasti indignum tuum famulum, ut conculcarem stimulos diaboli, & cōtererem eius laqueos, quos parauit pedibus meis: pudoreque & ignominia affeceris eius vultum, qui te reliquit, mundilucem, & eum secutus est, qui ipsum seduxit, diabolum. Ago tibi gratias, unigenite fili patris, quòd me dignatus sis brauio supernę vocationis, & choro sanctorum tuorum, & me consummaueris in tua confessione. Et nunc inuoco te, Domine: adspice super me, & super humilitatem meam, & da refrigerium hęreditati tuę, quoniam est imbecilla, & non perfecisti eā. *Psal. 82.* Eccè enim inimici tui resonuerunt, & qui te odio habent, sustulerunt caput, & consilium ceperunt cō-

tra sanctos tuos, dicētes: Venite, exterminemus eos, & non fiat mentio nominis Christi amplius. Hæc iactat Iulianus: hęc blasphema lingua effutit: hęc minatur populo tuo Domine, pro quo tuum sanguinē effudisti. Eccè enim altaria tua sunt effossa: sanctuarium tuum est incensum: & ablatus est decor domus tuę: & sanguis testamenti tui pro nihilo est habitus propter peccata nostra. Sed tu patiens, Domine, siste tuam in nos indignationem, & in ira memento misericordię, & extingue furorem tuum, quem nos accendimus, dum te benignum & clementem ad iram prouocaremus. Confringe superbum caput idololatriæ, quod nūc rursùs mouetur, & extollitur aduersùs seruos tuos. Da, ut humi allidantur mali eius infantes ab infracta petra tuæ confessionis & fidei: ut in omni loco tui dominatus, purum & nulli reprehensioni obnoxium offeratur sacrificium: & glorificetur tuum sanctissimum nomen, patris & filii & spiritus sancti, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Et cùm ter genua flexisset, & adorasset ad Orientem: Deus ex Deo, rursùs dixit, solus ex solo, Rex ex Rege, qui es in cælis, & sedes ad dexteram patris, q te genuit, quique in terra es versatus propter omniū nostrum salutem, corona eorum, qui pro te piè decertant, audi me hodiè humilem & indignum tuū famulum, & in pace suscipe animam meam: & faceā quiescere cum sanctis tuis, qui tibi placuerunt à seculo. Vox autem è cęlo exiuit, dicens: Audiuit Dominus tuas preces, ò Artemi, & tibi donauit gratiam curationum. Festina ergò consummare cursum tuū, & accipere brauium paratum sanctis omnibus, qui dilexerunt aduentum Christi. Hanc uocem cùm audiisset beatus Artemius, & quodammodò certior esset factus, apertè ostendebat se esse repletum gaudio, & tam visione apprehendere delicias & gloriā, qua erat fruiturus. Vndè etiam cùm collum lubenter porrexisset, ictum accipit vigesimo mensis Octobris. Et ipse quidem ascendit in cęlos, appariturus ante Christi faciem, pro quo etiam mortem suscepit alacriter: Corpus autem & caput in terra reliquit, magnum Christianis solatium, animi medicamentum, insidiarum omnium & damnorum remedium.

Cap. 44.

Caput ei diuinitus confirmato amputatur.

Cap. 45. Quod quidem cùm sustulisset mulier, nomine Arista, quæ erat Diaconissa Ecclesiæ Antiochenę, idque curasset, & in capsam imposuisset, ad felicissimā transmittit Constantinopolim, studium quidem ponens, ut eo dignum templum ędificaret, feruentioris in eum charitatis indicium. Cùm autem non potuisset, quod uolebat, ad effectum deducere, eo factū est, ut in hodiernum vsque diem in templo pręcursoris eius sacrę manerent reliquię, quę conseruantur sicut thesaurus, qui non consumitur, ad gloriam Christi veri Dei nostri: Quem decet honor, potētia, maiestas & magnificentia, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Sacræ reliquiæ the sauri in corruptus

S. MAXIMI martyrium, ab Vsuardo vigesimo die Octobris descriptum, habet Surius ad diem 30. Aprilis, Tomo secundo: Itaque Lectorem eò remittimus.

VITA SANCTI HILARIONIS Abbatis, per D. Hieronymum scripta. Extat inter Epistolas. Nos capita margini adiecimus.

21. Oct. Cap. 1.



SCRIPTVRVS uitam beati Hilarionis, habitatorem eius inuoco spiritum sanctum, ut qui illi uirtutes largitus est, mihi ad narrandas eas sermonem tribuat, ut facta dictis exæquentur. Eorum enim, qui fecere uirtutes, (ut ait Crispus) tanta habetur merita, quantum ea uerbis potuere attollere præclara ingenia Alexander Magnus Macedo, quem vel arietem, vel pardum, vel hircum caprarũ Daniel vocat, cùm ad Achillis tumulum peruenisset: Felicem te, ait, iuuenis, qui magno fruaris præcone meritorum, Homerum videlicet significans. Porrò mihi tanti ac talis viri conuersatio vitaque dicenda est, ut Homerus quoquè, si adesset, vel inuideret materiæ, uel succumberet. Quanquàm enim sanctus Epiphanius, Salaminę Cypri Episcopus, qui cum Hilarione plurimùm uersatus est, laudem eius breui epistola scripserit, quæ vulgò legitur: tamen aliud est, locis communibus laudare defunctum: aliud, defuncti proprias narrare uirtutes. Vndè & nos fauore magis illius, quàm iniuria, cœptum ab eo opus aggredientes, maledicorum voces contẽnimus: qui olim detrahentes Paulo meo, nunc forte detrahent & Hilarioni, illum solitudinis calũniati, huic obiicientes frequentiam: ut qui semper latuit, non fuisse: qui à multis uisus est, uilis æstimetur. Fecerunt hoc & maiores eorum quondam Pharisæi, quibus nec Iohannis eremus ac ieiunium, nec Domini Saluatoris turbæ, cibi, potusque placuere. Verum destinato operi imponam manum, & Scyllæos canes obturata aure transibo.

Dan. 7.8 — *S. Epiphan⁹ Salamine Episcop⁹ S. Hilarionis contẽporaneus.* — *Matt. 12.*

Cap. 2. S. Hilarionis patria. Hilarion ortus vico Thabatha, qui circiter quinque millia à Gaza vrbe Palęstinę ad Austrum situs est, cùm haberet parentes idolis deditos, rosa, vt dicitur, de spinis floruit. A quibus missus Alexandriam, grammatico traditus est, ibique quantùm illa patiebatur ætas, magna ingenii & morum documenta præbuit in breui, charus omnibus, & loquendi arte gnarus. Quodq; his maius est omnibus, credẽs in Dñm Iesum, nõ Circi furoribus, nõ arenæ sanguine, nõ theatri luxuria delectabatur: sed tota illi uoluptas in Ecclesiæ erat cõgregatione. Audiẽs aũt tunc celebre nomẽ Antonii, qđ per oẽs Aegypti populos ferebatur, incẽsus visendi eius studio, perrexit ad eremũ. Et statim vt eum uidit, mutato pristino habitu, duob⁹ ferè mẽsibus iuxta eũ mãsit, cõtẽplatus ordinẽ uitę eius, morumq; grauitatẽ: q̃ creber in oratione, q̃ humilis in suscipiendis fratribus, seuerus in corripiẽdis, alacer in exhortãdis esset, & ut cõtinẽtiam, cibiq; eius asperitatẽ nulla vnq̃ infirmitas frãgeret. Porrò frequẽtiam eorũ, qui ad eũ ob uarias passiones, aut impetus dæmonũ cõcurrebãt, ultra non ferẽs, nec cõgruũ esse ducens, pati in eremo populos ciuitatũ, sicq; sibi magis incipiendũ esse, ut cœpisset Antonius: illũ quasi uirũ fortẽ victoriæ præmia accipere, se necdùm militare cœpisse, reuersus est cũ quibusdam monachis ad patriam. Et parentibus iam defunctis, partem substantiæ fratribus, partem pauperibus largitus est, nihil sibi omninò reseruans, & timens illud de Actibus Apostolorum Ananię & Saphirę uel exemplum, uel supplicium maximeque Domini memor, dicentis: Qui non renunciauerit omnibus, quę habet, non potest meus esse discipulus. Erat autem tunc annorum quindecim. Sic nudus & armatus in Christo, solitudinem, quæ in septimo milliario a Maioma Gazæ emporio per litus euntibus Aegyptum ad læuum flectitur, ingressus est. Cumque essent cruenta latrociniis loca, & propinqui amicique eius imminens periculum denunciarent, contempsit mortem, ut mortem euaderet. Mirabantur omnes animum, mirabantur ætatem, nisi quòd flamma quædam pectoris, & scintillæ fidei in oculis relucebant. Lenes erant genæ, delicatum corpus & tenue, & ad omnem iniuriam impatiens, quod leui uel frigore, uel æstu posset affligi.

Adhibet scholæ. — *Manet duob⁹ mẽsib. apud S. Antonium.* — *Substantiam suis fratribus & pauperibus diuidit.* — *Act. 5. Luc. 14.* — *Degit in solitudine.*

Cap. 3. Vestes et⁹ Igitur sacco tantùm mẽbra coopertus, & pelliceũ habens ependyten, quem illi beatus Antonius proficiscẽti dederat, sagumq; rusticũ, inter mare & paludẽ vasta & terribili solitudine fruebatur, quindecim tãtùm caricas post solis occasum comedẽs: & quia regio latrociniis infamis erat, nunq̃ in eodem loco mansitans. Quid faceret diabolus? quò se verteret? Qui gloriabatur antè, dicẽs: In cælũ ascendã, super sidera cæli ponã thronum meũ, & ero similis altissimo: cernebat se vinci a puero, & priùs ab eo calcatũ fuisse, q̃ per ætatem calcare potuisset. Titillabat itaque sensus eius, & pubescẽti corpori solita voluptatum incẽdia suggerebat. Cogebatur tirũculus Christi cogitare, quod nesciebat: & eius rei animo pompã voluere, cuius experimenta non nouerat. Iratus itaq; sibi, & pectus pugnis verberãs, quasi cogitationes cęde manus posset excludere: Ego, inquit, aselle faciã, ut nõ calcitres, nec te hordeo alã, sed paleis: fame te conficiã & siti, graui onerabo pondere, per æstus indagabo & frigora: vt cibũ potius, q̃ lasciuiam cogites. Herbarũ ergò succo, & paucis caricis post triduũ, uel quatriduũ deficientẽ animã sustentabat, orãs frequẽter, & psallẽs, & rastro humũ fodiens, vt ieiuniorũ laborẽ labor operis duplicaret. Simulque fiscellas iunco texens, æmulabatur Aegyptiorũ monachorum disciplinam, & Apostoli sententiam, dicentis: Qui aũt non operatur, non manducet. Sic attenuatus, & intantùm, exeso corpore, vt ossibus vix hęreret, quadã nocte cœpit infantiũ audire vagitus, balatus pecorũ, mugitus boum, planctum quasi mulierũ, leonum rugitus, murmur exercitus, & rursùs variarũ portenta uocum, vt antè sonitu, quam adspectu, territus cederet. Intellexit dæmonũ ludibria: & prouolutus genibus, Christi Crucẽ signauit in frõte: talique armatus casside, & lorica fidei circũdatus, iacẽs fortiùs prœliabatur, amodò videre desiderãs, quos horrebat audire, & solicitis oculis huc illucq; circũspiciẽs: eum interim ex improuiso, splẽdente luna, cernit rhedã feruẽtibus equis sup se irruere: cumq; inclamasset Iesum, ante oculos eius repẽtino terræ hiatu põpa omnis absorpta est. Tũc ille ait: Equũ & ascensorẽ proiecit in mare. Et, Hi in curribus, & hi in equis: nos aũt in nomine Dei nostri magnificabimur. Multæ sunt tẽtationes eius, & die noctuq; variæ dęmonũ insidię: quas si oẽs narrare velim, modũ excedã voluminis. Quoties illi nudę mulieres cubãti, quotiẽs esurienti largissimę apparuere dapes? Interdùm orantem lupus vlulãs, & vulpecula ganniẽs trãsiluit, psallentique gladiatorum pugna spectaculum præbuit, & vnus quasi interfectus, & ante pedes eius corruens, sepulturam rogauit. Orauit semel fixo in terram capite, & ut natura fert hominum, abducta ab oratione mens, nescio quid aliud cogitabat; Insilit dorso eius festinus gladiator, & latera calcibus, ceruicem flagello verberans: Eia, inquit, cur dormitas? cachinansque desupèr, cùm defecisset,

Esa. 14. — *Tẽtatur à satana.* — *En quib. modis subactus puer domat libidinem.* — *2. Thess. 3.* — *Cruce Christi se signat.* — *Exod. 15. Psal. 19.* — *Dæmonũ ludibria.*

cisset, an hordeum uellet accipere, sciscitabatur.

Cap. 4. *Tuguriolum eius.* *Cellula.*

Igitur a sextodecimo usq; ad uicesimum suæ ætatis annũ, æstus & pluuias breui tuguriunculo declinauit, quod iunco & carice texerat. Extructa deincèps breui cellula, quæ usq; hodiè permanet, latitudine pedũ quatuor, altitudine pedum quinq;, hoc est, statura sua humiliore, porrò longitudine paulò ampliore, q̃ eius corpusculum patiebatur, ut sepulcrum potius, q̃ domũ crederes. Capillum semèl in anno die Paschę totondit: super nudam humum, stratumq; iunceũ vsq; ad mortem cubitauit: saccũ, quo semel fuerat indutus, nunquàm lauans, & superfluũ esse dicens, munditias in cilicio quęrere. Nec mutauit alteram tunicam, nisi cùm prior penitus scissa esset: Scripturas quoquè sanctas memoriter tenens, post orationes & psalmos, quasi Deo pręsente recitabat. Et quia longum est per diuersa tempora carptim ascensum eius edicere, compręhendam breuiter, ante lectoris oculos vitam eius pariter exponẽs, & deincèps ad narrandi ordinem regrediar.

Cubile. *Vestes et cilicium.*

Cap. 5. *Epitome vitæ eius.*

A vicesimoprimo anno vsq; ad vicesimumseptimum, tribus annis dimidium lentis sextarium madefactum aqua frigida comedit, & alijs tribus panem aridum cum sale & aqua. Porrò à vigesimoseptimo vsq; ad tricesimum herbis agrestibus, & uirgultorũ quorundam radicibus crudis sustentatus est. A tricesimo autem primo vsq; ad tricesimumquintum sex vncias hordeacis panis, & coctum modicè olus absque oleo in cibo habuit. Sentiens autẽ caligare oculos suos, & totũ corpus impetigine, & pumicea quadam scabredine contrahi, ad superiorem victũ adiecit oleum, & usq; ad sexagesimumtertium uitę suæ annum hoc continentię cucurrit gradu, nihil extrinsecùs aut pomorum, aut leguminis, aut cuiuslibet rei gustans. Indè cùm se uideret corpore defatigatum, & propinquam putaret imminere mortem, à sexagesimoquarto anno usq; ad octogesimum pane abstinuit incredibili feruore mentis, ut eo tempore quasi nouus accederet ad seruitutem Domini, quo cæteri solent remissius viuere. Fiebant autem ei de farina & comminuto olere sorbitiunculæ: cibo & potu via quinq; uncias appendentibus. Sicq; cõplens ordinem uitæ, nunquàm ante solis occasum, nec diebus festis, nec in grauissima ualetudine soluit ieiunium. Sed iam tempus est, ut ad ordinẽ reuertamur.

Mira abstinentia eius.

Cap. 6.

Cùm habitaret adhuc in tuguriolo annos natus decem & octo, latrones ad eum nocte venerunt, uel existimantes habere aliquid, quod tollerent, uel in contemptum sui reputantes fieri, si puer solitarius eorum impetus non pertimesceret. Itaq; inter mare & paludem a vespere vsq; ad solis ortum discurrentes, nunquàm locum eius cubiculi inuenire potuerunt. Porrò clara luce reperto puero, quasi per iocum: Quid, inquit, faceres, si latrones ad te uenirent? Quibus ille respondit: Nudus latrones non timet. Et illi: Certè, aiunt, occidi potes. Possum, inquit, possum: Et ideò latrones non timeo, quia mori paratus sum. Tunc admirati constantiam eius & fidem, confessi sunt noctis errorem, cæcatosque oculos, correctiorem deincèps uitam pollicentes.

Error latronũ tota nocte.

Contẽnit mortem adhuc puer.

Cap. 7.

Viginti & duos iam in solitudine habebat annos, fama tantum notus omnibus, & per totas Palæstinæ vulgatus urbes, cùm interim mulier quædam Eleutheropolitana, cernens despectu se haberi a uiro ob sterilitatem, (iam enim per annos quindecim nullos coniugii fructus dederat) prima irrumpere ausa est ad beatum Hilarionem, & nihil tale suspicanti repentè genibus eius aduoluta: Ignosce, inquit, audaciæ, ignosce necessitati meæ. Quid auertis oculos? Quid rogantem fugis? Noli mulierem aspicere, sed miseram. Hic sexus genuit Saluatorem. Non habent sani opus medico, sed qui malè habent. Tandèm substitit, & post tantum temporis visa muliere, interrogauit causam aduentus eius ac fletuũ. Et postquam didicit, leuatis ad cælum oculis, fidere iussit: euntemque lachrymis prosecutus, exacto anno, vidit cum filio.

Marc. 2.

Impetrat partum sterili.

Cap. 8.

Hoc signorũ eius principium, maius aliud signũ nobilitauit. Aristæneta Helpidii, qui posteà Præfect. prætorio fuit, uxor, valdè nobilis inter suos, & inter Christianos nobilior, reuertens cum marito & tribus liberis à beato Antonio, Gazæ propter eorum infirmitatem remorata est. Ibi enim, siue ob corruptum aerem, siue, vt posteà claruit, propter gloriam Hilarionis serui Dei, hemitritæo pariter arrepti, omnes à medicis desperati sunt. Iacebat vlulans mater, & quasi inter tria filiorum discurrens cadauera, quem priùs plangeret, nesciebat. Cognito autem, quòd esset quidam monachus in uicina solitudine, oblita matronalis pompę, tantùm se matrem nouerat: vadit comitata ancillulis & eunuchis, uixque à uiro persuasum est, ut asello sedens pergeret. Ad quem cùm peruenisset: Per ego te, ait, Iesum clementissimum Deum nostrum obtestor, per Crucem eius & sanguinem, ut reddas mihi tres filios, & glorificetur in urbe gentilium nomen Domini Saluatoris, & ingrediatur seruus eius Gazã, & Marnas corruat. Renuente illo, & dicente, nunquàm se egressurum de cella, nec habere consuetudinem, vt non modò ciuitatem, sed ne uillulam quidem ingrederetur, prostrauit se illa humi, crebrò clamitãs: Hilarion serue Christi, redde mihi liberos meos: Quos Antonius tenuit in Aegypto, a te seruentur in Syria. Flebant cuncti, qui aderant: sed & ipse negans fleuit. Quid multa? Non priùs mulier recessit, quàm ille pollicitus est, se post solis occasum Gazam introiturum. Quò postquàm venit, singulorum lectulos & arentia membra considerans, inuocauit Iesum. Et o mira uirtus, quasi de tribus fontibus sudor erupit: eadem hora acceperunt cibos, lugentemque matrem cognoscentes, & benedicentes Deum, sancti manus deosculati sunt. Quod postquàm auditum est, & longè lateque percrebuit, certatim ad eum de Syria & Aegypto confluebant, ità ut multi crederent in Christum, & se monachos profiterentur. Necdùm enim tunc monasteria erant in Palæstina, nec quisquã monachum ante sanctum Hilarionem in Syria nouerat. Ille fundator & eruditor huius conuersationis & studii in hac prouincia fuit. Habebat Dominus Iesus in Aegypto senem Antonium, habebat in Palæstina Hilarionem iuniorem.

Hemitritæus, sesquitertiana febris.

Tres pueros a medicis desperatos sanat.

Hilarion primus in Syria monasteriorum fundator.

Cap. 9.

Facidia vicus est Rhinocorurę urbis Aegypti. De hoc (sunt decem iam anni) cęca mulier adducta est ad beatum Hilarionem: oblataque ei à fratribus (iam enim multi cum eo monachi erant) omnem se substantiam expendisse ait in medicos. Cui respondit: Si quæ in medicis perdidisti, dedisses pauperibus, curasset te verus medicus Iesus. Clamante autem illa, & misericordiam deprecante, expuit in oculos eius: statimque Saluatoris exemplum uirtus eadem prosecuta est. Auriga quoquè Gazensis in curru percussus à dæmone, totus obriguit: ità ut nec manus agitare, nec ceruicem posset reflectere. Delatus ergò in lecto, cùm solam linguã moueret ad preces, audit non priùs posse sanari, quam crederet in Iesum, & se sponderet arti pristinæ renunciaturum. Credidit, spopondit, sanatus est: magisque de animæ, quam de corporis, salute exultauit.

Cæca uidet.

Marc. 8.

Item æger percussus a dæmone.

Cap. 10.

Præterea fortissimus iuuenis, nomine Marsitas, de

territorio Hierosolymæ, tantùm sibi applaudebat in uiribus, ut quindecim frumenti modios diu lõgeq; portaret: & hãc haberet palmã fortitudinis suæ, si asinos vinceret. Hic afflictus pessimo dæmone, nõ catenas, non compedes, non claustra ostiorum integra patiebatur: multorum nasum & aures morsibus amputauerat: horum pedes, illorum gulam fregerat: tantumque sui terrorem omnibus incusserat, vt oneratus catenis & funibus, in diuersa nitentium, quasi ferocissimus taurus, ad monasterium pertraheretur.

Dæmoniacus sanat. Quẽ postquam fratres videre, perterriti (erat enim miræ magnitudinis) nunciauerunt Patri. Ille sicut sedebat, iussit eum ad se pertrahi, & dimitti. Solutoque, Inclina, ait, caput, & veni. Tremere ille, & ceruicem flectere, nec adspicere contra ausus: omnique ferocitate deposita, pedes cœpit sedentis lambere. Adiuratus itaque dæmon, & tortus, qui iuuenem possederat, septima die egressus est. Sed nec illud tacendum est, quòd Orionus vir primarius & ditissimus vrbis Ailæ, quæ mari rubro imminet, à legione possessus dæmonum, ad eum adductus est. Manus, ceruix, latera, pedes ferro onerati erant, furorisque sæuitiam torui oculi minabantur. Cumque deambularet sanctus cum fratribus, & de scripturis nescio quid interpretaretur, erupit ille de manibus se tenentium, & amplexus eum post tergum, in sublime leuauit. Clamor ortus ab omnibus: timebant enim, nè confecta ieiuniis membra collideret. Et sanctus arridens: Sinite, inquit, & mihi meum palæstritam dimittite. Ac sic reflexa super humeros manu, caput eius tetigit, appræhensoque crine ante pedes adduxit, stringens è regione ambas manus eius, & plantas utroque calcans pede, simulque ingeminans, Torquere dæmonum turba, torquere. Cũque ille eiularet, & reflexa ceruice, terram vertice tangeret: Domine, inquit, Iesu, solue miserum, solue captiuum. Vt vnum, ita & plures vincere, tuũ est. Rem loquor inauditam. Ex vno hominis ore diuersæ voces, & quasi confusus populi clamor audiebatur.

Legio dæmonũ ab homine pellitur. Curatus itaque & hic, non post multum temporis, cum vxore & liberis uenit ad monasterium, plurima, quasi gratiam redditurus, dona afferens. Cui sanctus, Non legisti, inquit, quid Giezi, quid Simon passi sint: quorum alter accepit precium, alter obtulit: ut ille venderet gratiam spiritus sancti, hic mercaretur? *4. Reg. 5. Act. 8.* Cumque Orionus flens diceret: Accipe, & da pauperibus: respondit, Tu melius potes tua distribuere, qui per vrbes ambulas, & nosti pauperes. Ego, qui mea reliqui, cur aliena appetam? Multis nomen pauperum, occasio auaritiæ est: misericordia verò artem non habet. Nemo meliùs erogat, quam qui sibi nihil reseruat. Tristi aũt, & in terra iacenti: Noli, inquit, contristari fili: Quod facio, pro me & pro te facio. Si enim hæc accepero, & ego offendam Deum, & ad te legio reuertetur.

Cap. 11. Paralyticus curat. Quis uerò possit silentio præterire, quòd Gazanus Maiometes haud longè à monasterio eius, lapides ad ædificandum de ora maris cudens, totus paralysi dissolutus, & ab operis sociis delatus ad sanctum, statim ad opus reuersus est? Etenim litus, quod Palæstinæ Aegyptoque prætenditur, per naturã molle, arenis in saxa durescentibus, asperatur: paulatimque cohærescens sibi glarea, perdit tactum, cùm nõ perdat adspectum. Sed & Italicus eiusdem oppidi municeps Christianus, aduersùm Gazẽsem duumuirum, Marnæ idolo deditum, Circenses equos nutriebat. Hoc siquidem in Romanis urbibus iam inde seruatur à Romulo, ut pp felicem Sabinarum raptum, Conso, quasi consiliorũ deo, quadrigæ septeno currant circuitu, & equos partis aduersæ fregisse, uictoria sit. Hic itaq; æmulo suo habente maleficũ, qui dæmoniacis quibusdã imprecationibus huius impediret equos, & illius incitaret ad cursum, uenit ad beatũ Hilarionem, & non tã aduersarium lædi, q̃ se defendi, obsecrauit. Ineptum uisum est uenerando seni, in huiuscemodi nugis orationẽ perdere. Cumq; subrideret, & diceret: Cur n. non magis equorum preciũ pro salute animæ tuæ pauperib. erogas? Ille rñdit, functionem esse publicã: & hoc non tã se uelle, quàm cogi: nec posse hominẽ Christianum uti magicis artibus, sed à seruo Christi potiùs auxilium petere, maximè contra Gazenses aduersarios Dei, & non tam sibi, q̃ Ecclesiæ Christi insultantes. *Gazenses idololatræ.* Rogatus ergò à fratribus, qui aderant, scyphum fictilem, quo bibere cõsueuerat, aqua iussit impleri, eiq; tradi. Quẽ cùm accepisset Italicus, & stabulum, & equos, & aurigas suos, rhedã, carcerumque repagula adspersit. Mira vulgi expectatio: nam & aduersarius hoc ipsum irridens diffamauerat: & fautores Italici sibi certã uictoriam pollicentes, exultabant. Igitur dato signo hi aduolant, isti p̃pediuntur. Sub horum curru rotæ feruent, illi prætervolantiũ terga uix cernunt. Clamor fit vulgi nimius, ità ut ethnici ipsi quoque concreparẽt: Marnas uictus est à Christo. *Insigne miraculũ* Porrò furẽtes aduersarij, Hilarionẽ maleficũ Christianum ad suppliciũ poscere. Indubitata ergò uictoria, & illis, & multis retrò Circẽsib. plurimis, fidei occasio fuit.

Cap. 12. De eiusdẽ Gazensis emporii oppido virginẽ Dei vicinus iuuenis deperibat. Qui cùm frequẽter tactu, iocis, nutibus, sibilis, & cæteris huiusmodi, q̃ solent morituræ uirginitatis esse principia, nihil profecisset, perrexit Mẽphim, ut confesso vulnere suo, magicis artibus rediret armatus ad uirginẽ. Igitur post annum doctus ab Aesculapii uatibus, non remediantis animas, sed perdẽtis, uenit præsumptũ animo stuprum gestiens: & subter limen domus puellæ, tormẽta quædã uerborum, & portentosas figuras sculptas in æris Cyprii lamina defodit. Ilicò insanire uirgo, & amictu capitis abiecto, rotare crinẽ, stridere dentibus, inclamare nomẽ adolescentis. Magnitudo qppè amoris se in furorẽ uerterat. Perducta ergò à parentibus ad monasterium, seni traditur, ululante statim, & confitente dæmone, Vim sustinui, inuitus abductus sum. Quàm benè Mẽphi somniis homines deludebã. o cruces, o tormẽta, q̃ patior. Exire me cogis, & ligatus subter limen teneor. Nõ exeo, nisi me adolescẽs, qui tenet, dimiserit. *Dæmonis imbecillitas irridetur.* Tunc senex: Grandis, ait, fortitudo tua, q licio & lamina strictus teneris. Dic, Cur ausus es ingredi puellam Dei? Vt seruarẽ, inquit, eam uirginẽ. Tu seruares, p̃ditor castitatis? Cur nõ potiùs in eũ, qui te mittebat, es ingressus? Vt quid, rñdit, intrarẽ in eum, qui habebat collegã meũ amoris dæmonẽ? Noluit aũt sanctus, antequã purgaret uirginẽ, uel adolescentẽ, signa iubere p̃quiri, nè aut solitis incãtationibus recessisse dæmõ uideretur, aut ipse sermoni eius accommodasse fidem, asserens fallaces esse dæmones, & ad simulandum esse callidos: & magis, reddita sanitate, increpuit virginem, cur fecisset talia, per quæ dæmon intrare potuisset. *Liberat uirginem à dæmonis vexatione.*

Cap. 13. Nõ solùm aũt in Palæstina, & in uicinis urbib. Aegypti, uel Syriæ, sed & in lõginquis prouinciis fama eius percrebuerat. Nanq; candidatus Cõstantii Imperatoris, rutilus coma, & candore corporis indicãs p̃uinciam, (inter Saxones quippè & Alemãnos gens eius, nõ tã lata, quàm ualida, apud historicos Germania, nunc uerò Francia uocatur) *Francia Germania* antiquo, hoc est, ab infantia, possessus à dæmone, qui noctibus eum vlulare, ingemiscere, fremere dentibus compellebat, secretò ab Imperatore euectionem petiit, causam ei simpliciter indicans: & acceptis ad cõsularem

quo-

quoquè Palæstinæ literis, cum ingenti honore & comitatu Gazam deductus est. Qui cùm à decurionibus illius loci quæsijsset, vbi habitaret Hilarion monachus, territi Gazenses, & putantes eum ab Imperatore missum, ad monasterium adduxerunt, vt & honorem commendato exhiberent, & si quid ex præteritis iniurijs in Hilarionem esset offensæ, nouo officio deleretur. Deambulabat tunc senex in arenis mollibus, & secum de psalmis nescio quid submurmurabat. Vidensque tantam turbam venientē, substitit. Et resalutatis omnibus, manuque eis benedicens, post horam cæteros abire præcepit, illum verò cum seruis suis & apparitoribus remanere. Ex oculis enim eius & vultu, cur venisset, agnouit. Statim ergò ad interrogationem suspensus homo, uix terram pedibus tangens, & immanè rugiens, Syro, quo interrogatus fuerat, sermone respondit. Videres de ore Barbaro, & qui Francam tantùm & Latinam linguam nouerat, Syra ad purum verba resonare, ut non stridor, non adspiratio, non idioma aliqd' Palæstini deesset eloquij. Confessus est itaque, quo in eum intrasset ordine. Et vt interpretes eius intelligerent, qui Græcam tantùm & Latinam linguā nouerant, Græcè quoquè eum interrogauit. Quo similiter, & in verba eadē respondente, multasq; incantationum occasiones, & necessitates magicarum artiū obtendente: Non curo, ait, quomodò intraueris, sed ut exeas in nomine Domini nostri Iesu Christi impero. Cumque curatus esset, simplicitate rustica decem auri libras offerens, hordeacum ab eo panē accepit, audiens quòd qui tali cibo alerentur, aurum pro luto ducerent.

Diabolus per obsessos diuersi vtitur idiomate.

Francus dæmoniacus restituitur.

Cap. 14.

Parùm est de hominibus loqui: bruta quoquè animalia quotidiè ad eum furentia pertrahebantur, in quibus Bactrum camelum enormis magnitudinis, qui iam multos obtriuerat, triginta & eo ampliùs viri distētum solidissimis funibus cum clamore adduxerunt. Sanguinei erant oculi, spumabat os, volubilis lingua turgebat, & super omnem terrorem rugitus personabat immanis. Iussit igitur eum dimitti senex. Statim verò & qui adduxerant, & qui cum sene erant, vsque ad vnum omnes diffugere. Porrò ille solus perrexit obuiàm, & sermone Syro: Non me, inquit, terres diabole tanta mole corporis: Et in vulpecula, & in camelo vnus atque idem es. Et interim porrecta stabat manu. Ad quem dum furens, & quasi eū deuoratura bellua peruenisset, statim corruit, submissumq; caput terræ coæquauit, mirantibus cūctis, qui aderant, post tantam ferociam, tantam subitò māsuetudinem. Docebat autem senex, hominū causa diabolum etiam iumenta corripere: & tanto eorum ardere odio, ut non solùm ipsos, sed & ea, q̄ ipsorum essent, cuperet interire. Huiusque rei proponebat exemplum, quòd antequàm beatum Iob tētare permitteretur, omnem substantiam eius interfecerit. Nec mouere quempiam debere, ꝙ Domini iussione duo millia porcorum a dæmonibus interfecta sunt. Siquidem eos, qui viderant, non potuisse aliter credere, exisse de homine tantam dæmonū multitudinem, nisi grandis porcorum numerus, & quasi à multis actus, pariter corruisset.

Camelus à dæmone ex agitatus curatur.

Iob. 1.

Luc. 8.

Cap. 15.

Tēpus me deficiet, si voluero vniuersa signa, quæ ab eo perpetrata sunt, dicere. In tantam.n. a Domino fuerat eleuatus gloriam, ut beatus quoquè Antonius audiens conuersationem eius, scriberet ei, libēterq; eius epistolas sumeret: & si quādò de Syriæ partibus ad se languentes perrexissent, diceret eis: Quarè vos tam longè vexare voluistis, cùm habeatis ibi filiū meum Hilarionem? Exemplo itaque eius p totam Palæstinam innumerabilia monasteria esse cœperūt, & oēs ad eum monachi certatim currere. Qđ ille cernens, laudabat Domini gratiam, & ad profectum animæ singulos cohortabatur, dicens præterire figuram huius mundi, & illam esse veram vitam, quæ vitæ præsentis emeretur incommodo. Volens autem exēplum eis dare & humilitatis, & officii, statis diebus ante vindemiā lustrabat cellulas monachorum. Quod postquàm cognitum est a fratribus, omnes ad eum confluebant: & comitati tali duce, circūibant monasteria, habentes viaticum suum: quia interdùm vsque ad duo millia hominum cōgregabantur. Sed & procedente tempore vnaquæque villula vicinis monachis, ad susceptionem sanctorum gaudens, cibos offerebat.

Innumera monasteria in Palæstina.

Cap. 16.

Quantum autem fuerit in eo studij, ut nullum fratrem quamuis humilem, quamuis pauperem præteriret, vel illud indicio est, ꝙ vadens in desertū Cades, ad vnum de discipulis suis visendum, cum infinito agmine monachorū, peruenit Elusam, eo fortè die, quo anniuersaria solennitas omnem oppidi populū in templum Veneris congregauerat. Colunt autem illam ob Luciferum, cuius cultui Saracenorum natio dedita est. Sed & ipsum oppidū ex magna parte semibarbarum est propter loci situm. Igitur audito, quòd sanctus Hilarion præteriret, (multos. n. Saracenorum arreptos a dæmone frequēter curauerat) gregatim ei cum vxoribus & liberis obuiam processere, submittentes colla, & voce Syra, Barach, i. benedic, inclamantes. Quos ille blandè humiliterque suscipiens, obsecrabat vt Deum magis, quàm lapides colerent: simulq; vbertim flebat, cęlum spectans, & pollicēs, si Christo crederent, ad eos se crebrò esse venturum. Mira Domini gratia: non priùs abire passi sunt, quàm futuræ ecclesiæ lineam mitteret: & sacerdos eorum, ut erat coronatus, Christi signo denotaretur.

Venerem colunt Saraceni.

Elusam ita Saraceni conuertūtur.

Cap. 17.

Alio quoquè anno, cùm exiturus esset ad visenda monasteria, & digereret in schedula, apud quos manere, quos in transitu visitare deberet, scientes monachi quendam de fratribus parciorem, simulq; cupientes vitio eius mederi, rogabant, ut apud eū maneret. Et ille, Quid inquit, vultis & uobis iniuriā, & fratri uexationem facere? Quod postquàm frater ille parcus audiuit, erubuit, & annitentibus cunctis, vis ab inuito impetrauit, ut suum quoque monasteriū in mansionum ordinē poneret. Post diem ergò decimum venerunt ad eum, custodibus iam in uinea, qua venirent illi, dispositis: qui cùm lapidibus & glebarum iactu, fundæque vertigine accedentes deterrerent, sine esu vuæ manè omnes profecti sūt, ridente sene, & dissimulante scire, quod euenerat. Porrò suscepti ab alio monacho, cui Sabas vocabulum est: (debemus quippè parci tacere vocabulum, largi dicere) quia Dominicus erat dies, inuitabantur ab eo uniuersi in vineam, ut ante horam cibi, vuarum pastu laborem viæ subleuarent. Et sanctus, Maledictus, ait, qui priùs refectionem corporis, q̄ animæ, quæsierit. Oremus, psallamus, reddamus Domino officium, & sic ad vineam properabitis. Completo itaque ministerio, in sublimi stans, benedixit vineæ, & suas ad pascendum dimisit oues. Erant autem, qui vescebantur, nō minùs tribus millibus. Cūque centū lagenis æstimata fuisset integra adhuc vinea, post dies viginti trecentas fecit. Porrò ille parcus frater multo minùs solito colligēs, etiam id qđ habuerat, versum in acetum serò doluit. Hoc multis fratribus senex antè futurum prædixerat.

Nota sancti viri primum animum.

Itē effectum benedictionis eius.

Cap. 18.

Detestabatur autem pcipuè monachos, qui infidelitate quadam in futurū reseruarent sua, & diligentiam haberent vel sumptuū, vel vestitus, aut alicuius

earum

earum rerum, quæ cum seculo transeunt. Denique vnum de fratribus in quinto ferè milliario a se manentem, quia comperiebat hortuli sui nimis cautũ, timidumque custodem, & pauxillũ habere nummorum, ab oculis abegerat. Qui volens sibi reconciliari senem, frequenter veniebat ad fratres, & maximè ad Hesychium, quo ille vehementissimè delectabatur. Quadam igitur die ciceris fascem virentis, sicut in herbis erat, detulit. Quem cùm Hesychius posuisset in mẽsa ad vesperum, exclamauit senex, se putorem eius ferre non posse, simulq; vndè esset rogauit. Respondente autem Hesychio, quòd frater quidam primitias agelli sui fratribus detulisset: Nõ sentis, inquit, putorem teterrimum, & in cicere fœtere auaritiam? Mitte bubus, mitte brutis animalibus, & vide, an comedant. Quod cùm ille iuxta præceptum in præsepe posuisset, exterriti boues, & plus solito mugientes, ruptis vinculis, in diuersa fugerunt. Habebat enim senex hanc gratiam, ut ex odore corporũ, vestiumque & earum rerum, quas quis tetigerat, sciret cui dæmoni, vel cui vitio subiaceret.

Hesychius Hilarioni charissimus.

Nota singularem gratiam.

Cap. 19. Igitur sexagesimotertio vitæ suæ anno cernens grande monasterium, & multitudinem fratrũ secũ habitantium, turbasque eorum, qui diuersis languoribus, & immundis spiritibus occupatos ad se deducebant, ita ut omni genere hominũ solitudo per circuitũ repleretur, flebat quotidiè, & incredibili desiderio conuersationis antiquæ recordabatur. Interrogatus a fratribus, quid haberet, cur se conficeret, ait: Rursùm ad seculum redij, & recepi mercedem meam in vita mea. En homines Palæstinæ, & vicinæ prouinciæ existimant me alicuius esse momenti, & ego sub prætextu monasterij ad dispensationem fratrum, vilem supellectilem habeo. Seruabatur autem a fratribus, maximè ab Hesychio, qui miro amore venerationi senis deditus erat. Cumq; ità vixisset lugens biennium, Aristæneta illa, cuius suprà fecimus mentionem, præfecti tunc vxor, sed nihil de præfecti ambitu habens, venit ad eum, uolens etiã ad Antonium pergere. Cui ille flens: Vellem, ait, ipse quoquè ire, si non carcere huius monasterij clausus tenerer, & si eũdi fructus esset. biduum enim deindè est, quòd totus mundus tali parente orbatus est. Credidit illa, & substitit. Et post paucos dies, veniente nũcio, Antonii dormitionem audiuit.

Non fert cõcursum hominum solitudinis amator Hilarion.

S. Antonij obitum diuinitus discit.

Cap. 20. Mirentur alii signa, quæ fecit, mirentur incredibilem abstinentiam, scientiam, humilitatem: Ego nihil ita stupeo, quàm gloriam illum & honorem calcare potuisse. Concurrebant Episcopi, presbyteri, clericorum & monachorum greges, matronæ quoquè Christianorum, grandis tentatio, & hincindè ex vrbibus & agris vulgus ignobile: sed & potentes viri & iudices, ut benedictum ab eo panem vel oleũ acciperent. At ille nihil aliud, nisi solitudinem meditabatur, intantum ut quadam die proficisci statueret, & adducto asello (nimis quippè exesus ieiunijs, vix ingredi poterat) iter arripere conaretur. Quod cùm percrebuisset, & quasi vastitas & iustitium Palæstinæ indiceretur, plusquàm decem millia hominũ diuersę ætatis & sexus, ad retinendum eum congregata sunt. Immobilis ille ad preces, & * baculo arenas discutiens, loquebatur: Fallacem Dominũ meũ non faciam: non possum videre subuersas ecclesias, calcata Christi altaria, filiorum meorũ sanguinem. Vniuersi autem, qui aderant, intelligebant reuelatũ ei quiddam esse secreti, quod nollet confiteri, & nihilominùs custodiebant eum, nè proficisceretur. Decreuit ergo, publica oẽs voce contestans, non cibi se, non potùs quicquam sumere, nisi dimitteretur. Et post septem dies inediæ, tandèm relaxatus, ac vale-

Nota lector de benedicto pane & oleo.

* *bacillo.*

Migrat alio.

dicens plurimis, cum infinito agmine prosequentium venit Betiliũ: Vbi persuasis turbis ut reuerterentur, elegit quadraginta monachos, qui haberent viaticum, & possent ieiunantes ingredi, id est, post solis occasum cibum sumere. Quinto igitur die venit Pelusiũ, visitatisq; fratribus, qui in vicina eremo erant, & in loco, qui dicitur Lychnos, morabantur, perrexit post triduum ad castrum Theubatũ, vt videret Dracontium Episcopum & confessorem, qui ibi exulabat. Quo incredibiliter consolato tanti viri pręsentia, post aliud triduum multo Babylonem labore peruenit, ut videret Philonẽ Episcopũ, & ipsum cõfessorem. Constantius .n. rex, Arrianorum fauens hæresi, vtrũq; in ea loca deportauerat. Indè egrediẽs, post triduũ venit ad oppidum Aphroditon, vbi conuento Diacono Baisanæ, qui locatis camelis & dromedis, ob aquę in eremo penuriam, consueuerat eũtes ad Antonium ducere, confessus est fratribus iostare diem dormitionis beati Antonij, & peruigilẽ noctem in ipso, quo defunctus fuerat, loco à se illi debere celebrari. Tribus igitur diebus per vastam & horribilem solitudinem, tandèm ad montem altissimũ peruenerũt, repertis ibi duobus monachis, Isaac ac Pelusiano, quorũ Isaac interpres Antonij fuerat.

Dracontius Epis confessor. Item Philo Epi.

Isaac monachus, interpres Antonij. *Cap. 21.*

Et quia se præbet occasio, & ad id loci venimus, dignum videtur breui sermone habitaculum tanti viri describere. Saxeus & sublimis mons, per mille circiter passus ad radices suas aquas exprimit: quarũ alias arenæ ebibunt, aliæ ad inferiora delapsæ, paulatim riuum efficiunt: super quem ex vtraque ripa palmæ innumerabiles, multum loco & amœnitatis, & commodi tribuunt. Videres senẽ huc atq; illuc cũ discipulis beati Antonij discurrere. Hic, aiebãt, psallere, hic orare, hic operari, hic fessus residere solitus erat. Has vites, has arbusculas ipse plantauit: illã areolam manibus suis ipse cõposuit. Hanc piscinã ad irrigandũ hortulum multo sudore fabricatus est. Istũ sarculum ad fodiendũ terrã pluribus annis habuit. Iacebat in stratu eius, & quasi calens adhuc cubile deosculabatur. Erat autem cellula non plus mensuræ per quadrum tenens, quam homo dormiens extendi poterat. Præterea in sublimi montis vertice, quasi per cochleam ascendentibus arduo valdè nisu, duæ eiusdẽ mensuræ cellulæ visebantur: in quibus venientiũ frequẽtiã, & discipulorum suorum cõtuberniũ fugiẽs, cõmoratus est. Verum hæ in viuo excisæ saxo, ostia tantùm addita habebant. Postquam autem ad hortulum venerant: Videtis, inquit Isaac, hoc pomariũ arbusculis consitum, & oleribus virens? Ante hoc ferme triennium cùm onagrorum grex vastaret, vnum è ductoribus eorũ stare iussit, baculoque tundens latera: Quarè, inquit, comeditis, qđ non seminastis? Et exinde, exceptis aquis, ad quas potandas ventitabãt, nunquàm eos nec arbusculam, nec olera contigisse. Præterea rogabat senex, ut sibi locũ tumuli eius ostẽderent. Qui cùm seorsùm eum abduxissent, vtrũ monstrauerint, nècne, ignoratur, causam occultãdi, iuxta præceptũ Antonij, fuisse referentes, nè Pergamius, qui in illis locis ditissimus erat, sublato ad villam suam sancti corpore, martyrium fabricaretur.

Osculatũ stratum eius & incorrubat vir Dei Hilariõ, demortuo parenti.

Onagri obedientiã sancto Antonio.

Cap. 22. Igitur reuersus ad Aphroditon, duobus secũ tantùm retentis fratribus, in vicina eremo moratus est, tanta abstinentia & silentio, vt tunc primùm se cœpisse Christo seruire diceret. Porrò iam triennium erat, quòd clausum cœlum terras illas aresecerat, ut vulgò dicerent, Antonij mortem etiam elementa lugere. Non latuit fama Hilarionis accolas quoque illius loci, & certatim virilis ac mulieribris sexus, ora luridi, & attenuati fame, pluuias à seruo Christi, i. à beati Antonij successore, depcabãt. Quos ille cernẽs

mire

precibus impetrat. pluuiã S. Hilarion.

mirè doluit: eleuatisq; in cælum oculis, & vtrasque in sublime erigens palmas, statim impetrauit, quod rogauerat. Eccè autem sitiens, arenosaq; regio, postquam pluuiis irrigata est, tantam serpentum & venenatorum animaliũ ex improuisò ebulliuit multitudinem, ut percussi innumerabiles, nisi ad Hilarionẽ concurrissent, statim interirent. Benedicto itaq; oleo vniuersi agricolæ atque pastores tangentes vulnera, certam salutem resumebant.

Vide mirã vim olei benedicti.

Cap. 23. Videns etiam ibi se miris honoribus affici, perrexit Alexandriam, indè ad ulteriorem Oasim eremũ transiturus. Et quia nunq̃, ex quo cœperat esse monachus, in urbibus manserat, diuertit ad quosdam fratres sibi notos in Brutio, haud procùl ab Alexandria: qui cùm miro gaudio suscepissent senem, & iam vicina nox esset, repentè audiunt discipulos eius asinum sternere, illumq; parare proficisci. Itaque aduoluti pedibus rogabant, nè hoc faceret: & ante limen prostrati, citiùs se mori, q̃ tanto carere hospite, testabantur. Quibus ille respondit: Idcircò abire festino, nè vobis molestiam generem. Certè ex posterioribus cognoscetis, non sine causa me subitò ambulasse. Igitur altera die Gazenses cum lictoribus profecti, (nã pridiè eum venisse cognouerant) intrãtes monasteriũ, cùm illum minimè inuenissent, inuicèm loquebant: Nònne uera sunt, quæ audiuimus? Magus est, & futura cognoscit. Vrbs enim Gaza, postquàm profecto de Palæstina Hilarione, Iulianus in Imperium successerat, destructo monasterio eius, precibus ad Imperatorem datis, & Hilarionis, & Hesychij mortem impetrauerat: amboque vt quærerentur, toto orbe scriptum erat. Egressus ergo de Brutio, per inuiam solitudinem intrauit Oasim: ibique anno plùs minus exacto, quia illuc quoquè sua fama peruenerat, quasi iam in Oriente latère non posset, ubi multi illum & opinione, & vultu nouerant, ad solas nauigare insulas cogitabat: vt quem terra vulgauerat, saltem maria celarent.

Gazenses donũ prophetiæ ci⁹ magicæ arti ascribunt. Gazenses a Iuliano apostata impetrant copiam eũ perdendi.

Cap. 24. Eodem fermè tempore Hadrianus discipulus ei⁹ de Palæstina superuenit, dicens Iulianum occisum: Christianum Imperatorem regnare cœpisse: reuerti eũ debere ad monasterii sui reliquias. Quod ille audiens, detestatus est: & cõducto camelo, per uastam solitudinem peruènit ad maritimam urbem Libyæ Paratonium: vbi Hadrianus infelix, volens Palæstinam reuerti, & pristinam sub nomine magistri quærẽs gloriam, multas ei fecit iniurias. Ad extremum, conuasatis, quæ à fratribus ei missa detulerat, nesciẽte illo profectus est. Super hoc, quia alter locus referendi non est, hoc tantùm dixerim in terrorem eorum, qui magistros despiciunt, quòd post aliquantulum temporis computruerit morbo regio.

Hadriani discipuli S. Hilarionis furtũ & pœna.

Cap. 25. Habens igitur senex Gazanum secum, ascendit classem, quæ Siciliam nauigabat. Cumque venundato Euangeliorum codice, quem manu sua adolescens scripserat, dare naulum disponeret, in medio fermè Adriæ, naucleri filius arreptus à dæmone, clamare cœpit, & dicere: Hilarion serue Dei, cur nobis per te & in pelago tutos esse non licet? Da mihi spatium, donèc ad terram ueniam, nè hìc eiectus, præcipiter in abyssum. Cui ille: Si Deus meus, ait, tibi concedit vt maneas, mane. Sin autem ille te eiicit, quid mihi inuidiam facis, homini peccatori atque mendico? Hoc autem dicebat, nè nautę & negociatores, qui in naui erant, se, cùm ad terram peruenissent, proderent. Nec multò pòst purgatus est puer, patre fidem dante, & cæteris, qui aderant, nulli se super eius nomine locuturos. Ingressus autem Pachynum promõtorium Siciliæ, obtulit nauclero Euangeliũ pro subuectione sua & Gazani. Qui nolens accipere, maximè cùm videret illos, excepto illo codice, & his, quibus vestiti erant, ampliùs nihil habere, ad extremum iurat se non accepturum. Sed & senex accensus fiducia pauperis conscientiæ, in eo magìs lætabatur, & quòd nihil haberet seculi, & ab accolis illius loci mendicus putaretur. Porrò recogitans, nè negotiatores de Oriente venientes, se notum facerent, ad mediterranea fugit loca, id est, vicesimo à mari milliario, ibiq; in quodam deserto agello lignorũ quotidiè fascem alligans, imponebat dorso discipuli. Quo in proxima villa venundato, & sibi alimoniã, & his, qui fortè ad eos veniebant, pauxillulum panis emebant.

Curatur a dæmone arreptus.

Latitat ĩ Sicilia.

Cap. 26. Sed verè, iuxta quod scriptum est, non potest ciuitas latere super montem posita: scutarius quidam, cùm in basilica beati Petri Romæ torqueretur, clamauit in eo immundus spiritus: Ante paucos dies Siciliam ingressus est Hilarion seruus Christi, & nemo eum nouit, & putat se esse secretum: ego vadam, & prodam illũ. Statimq; cum seruulis suis ascensa in portu naue, appulsus est Pachynum, & deducente se dæmonẽ, vbi ante tuguriũ senis se prostrauit, ilicò curatus est. Hoc initium signorũ eius in Sicilia, innumerabilem ad eum deincèps ægrotantium, sed & religiosorum hominũ adduxit multitudinẽ, intantùm ut de primoribus quidam tumẽs morbo intercutis, eodem die, quo ad eum venerat, curatus sit. Qui postea offerens ei infinita munera, audiuit dictum Saluatoris ad discipulos: Gratis accepistis, gratis date.

Matth. 5

Dæmõ expellitur ab obsesso.

Mat. 10.

Cap. 27. Dum hęc ità geruntur in Sicilia, Hesychius discipulus eius toto senem orbe quęrebat, lustrans litora, deserta penetrans, & hãc tantùm habens fiduciã, quia vbicunquè esset, diù latère non posset. Transacto igitur iam triennio, audiuit Methonæ à quodã Iudæo, vilia populis scruta vẽdente, prophetã Christianorum apparuisse in Sicilia, tanta miracula & signa facientem, vt de veteribus sanctis putaretur. Interrogatus itaque habitum eius, incessum & linguã, maximèque ætatem: nihil dicere potuit. Ille enim, qui referebat, famam ad se venisse tantùm hominis testabatur. Ingressus igitur Adriam, prospero cursu venit Pachynũ, & in quadam curui litoris villula, famam senis sciscitatus, consona uoce omniũ cognouit, vbi esset, quid ageret: nihil in eo ità cunctis admirantibus, quàm quòd post tanta signa atq; miracula, ne fragmẽ quidem panis à quoquam in illis locis accepisset.

Vide mirã animi puritatẽ, munera omnia fastidientẽ.

Cap. 28. Et nè longum faciam, sanctus vir Hesychius ad magistri genua prouolutus, plantasque eius lachrymis rigans, tandèm ab eo subleuatus, post biduũ, triduique sermonem audiuit a Gazano, non posse senẽ iam in illis habitare regionibus, sed velle ad barbaras quasdam pergere nationes, vbi & nomen, & sermo suus incognitus foret. Duxit itaque illum ad Epidaurum Dalmatię oppidum, vbi paucis diebus in vicino agello mansitans, non potuit abscondi. Siquidem draco miræ magnitudinis, quos gentili sermone boas vocant, ab eo, quòd tam grandes sint, ut boues glutire soleant omnem latè vastabat prouinciam, & non solùm armenta & pecudes, sed agricolas quoquè & pastores, tractos ad se vi spiritus, absorbebat. Cui cùm pyrã iussisset præparari, & oratione ad Christum missa, euocato præcepisset strnem lignorum scandere, ignem supposuit. Tum itaque cuncta spectante plebe, immanem bestiam concremauit. Vndè æstuans quid faceret, quò se verteret, aliam parabat fugam, & solitarias terras mente perlustrans, mœrebat, quòd tacẽte de se lingua, miracula loquerentur.

Nota genus draconum.

Cap. 29. Ea tempestate terrę motu totius orbis, qui post Iuliani

liani

liani mortem accidit, maria egressa sunt terminos suos: & quasi rursum Deus diluuium minaretur, vel in antiquum chaos redirent omnia, naues ad prærupta delatæ montium pependerunt. Quod cùm viderent Epidauritani, frementes fluctus, & vndarum moles, & mótes gurgitum litoribus inferri, verentes quod iam euenisse cernebant, nè oppidum funditus subuerteretur, ingressi sunt ad senem, & quasi ad prælium proficiscétes, posuerunt eum in litore. Qui cùm tria Crucis signa pinxisset in sabulo, manusque contrà téderet, incredibile dictu est, in quantam altitudiné intumescens mare ante eum steterit, ac diu fremés, & quasi ad obicem indignãs, paulatim in semetipsû relapsú est. Hoc Epidaurus, & omnis illa regio vsq; hodiè prædicat, matresque docent liberos suos, ad memoriam in posteros trásmittédam. Verè illud, qđ ad Apostolos dictum est: Si credideris, dicetis huic monti, Transi in mare, & fiet: etiam iuxta literam impleri potest, si tamen quis habuerit Apostolorum fidem, & talem, qualem illis habendam Dominus imperauit. Quid enim interest, vtrùm mons descédat in mare, an immensi vndarum montes repentè obriguerint, & ante senis tantùm pedes facti, ex alia parte molliter fluxerint? Mirabatur omnis ciuitas, & magnitudo signi Salonis quoque percrebuerat.

Terræmotus generalis.

Vide qd efficiant Crucis signa.

Mat. 17.

Quod intelligens senex, in breui lembo clàm nocte fugit, inuenta post biduum oneraria naui, perrexit Cyprum. Cumque inter Maleam & Cytheram piratæ, derelicta classe in litore, quæ non antemna, sed conto regitur, duobus haud paruis myoparonibus occurrissent, & denuò hincindè fluctus occurrerét, remiges omnes, qui in naui erant, trepidare, flere, discurrere, præparare contos, & quasi non sufficeret vnus nuncius, certatim seni piratas adesse dicebant. Quos ille procùl intuens, subrisit, & conuersus ad discipulos, ait: Modicæ, inquit, fidei, quare trepidatis? Nunquid plures sunt hi, quàm Pharaonis exercitus? tamen omnes, Deo volente, submersi sunt. Loquebatur hic, & nihilominùs spumantibus rostris, hostiles turmæ imminebant, iactu tantùm lapidis medio. Stetit ergò in prora nauis, & porrecta cótra venientes manu: Hucusquè, ait, venisse sufficiat. O mirarerum fides: statim resiluere nauiculæ, & impellétibus contrà remis, ad puppim impetus redit. Mirabantur piratæ, post tergum se redire nolentes, totoque corporis nisu, ut ad nauigiû peruenirent, laborantes velociùs multò, quàm venerant, ad litus ferebantur.

Venit in Cyprum S. Hilarion.

Exo. 15.

Insigni miraculo repellunt piratas.

Cap. 30. Prætermitto cætera, nè videar in narratione signorum volumen extendere. Hoc solum dicã, quòd prospero cursu inter Cycladas nauigans, hincindè clamantium de vrbibus & vicis, & ad litora concurrentium immundorum spirituum voces audiebat. Ingressus ergò Paphum, vrbem Cypri, nobilem carminibus poetarum, quæ frequéter terræmotu lapsa, nunc ruinarum tantùm vestigiis, quid olim fuerit, ostédit, in secúdo ab urbe milliario habitabat ignobilis, gaudensque quòd paucis diebus quietè viueret. Verùm non ad plenû viginti tráficre dies, cùm per illam omnem insulam quicunque immundos habebant spiritus, clamare cœperunt venisse Hilarionem seruum Christi, & ad eum se debere properare. Hoc Salamina, hoc Curium, hoc Lapetha, & vrbes reliquæ conclamabant, plerisque asserentibus, scire se quidem Hilarionem, & verè illum esse famulû Dei, sed vbi esset, ignorare. Intrà triginta igitur, nec multo amplius dies, ducenti ferme, tam viri, q̃ mulieres, ad eum congregati sunt. Quos cùm vidisset, dolens quòd se non paterentur quiescere, & quodammodò in vltionem sui sæuiens, tanta eos orationum instantia flagellauit, ut quidam statim, post biduum, triduum've, omnes verò intrà vnã hebdomadam curarentur.

In Cypro cōmoratur.

200. obsessi sanantur.

Manens itaque ibi biennio, & semper de fuga cogitãs, Hesychium ad se veris tempore reuersurum, Palæstinam ad salutationem fratrû, & monasterii sui cineres visendos misit. Qui cùm reuertisset, cupienti rursùm ad Aegyptum nauigare, hoc est, ad ea loca, quæ vocantur Bucolia, eo q nullus ibi Christianorum esset, sed barbara tantùm & ferox natio, suasit, vt in ipsa magis insula ad secretiorem locum conscenderet. Quem cùm diù lustrans omnia, reperisset, perduxit eum duodecim millibus à mari procùl, inter secretos asperosque mótes, & quò vix reptando manibus genibusque posset ascendi. Qui introgressus, contemplatus quidem est terribilem valdè & remotum locum, arboribusque hincindè circúdatum, habentem etiam aquas de supercilio collis irriguas, & hortulum peramœnum, & pomaria plurima, quorû fructum nunquam in cibo sumpsit, sed & antiquissimi iuxta tépli ruinã, ex quo (vt ipse referebat, & eius discipuli testantur) tam innumerabilium per noctes & dies dæmonum voces resonabant, vt exercitû crederes. Quo ille valdè delectatus, quò scilicet antagonistas haberet in proximo: habitauit ibi vero annos quinque, & sæpè inuisente se Hesychio, in hoc extremo iam vitæ suæ tempore refocillatus est, q propter asperitatem difficultatéq; loci, & umbrarum (vt fere vulgò) multitudinem, aut nullus, aut rarus ad se vel posset, vel auderet ascédere. Quodam autem die egressus hortulum, vidit hominem toto corpore paralyticum, iacentem ante fores. Interrogauitq; Hesychium, quisnam esset, & quomodò fuisset adductus. Qui respondens, ait, procuratorem se fuisse villulæ, ad cuius cõfinia hortulus quoq;, in quo ipsi erant, pertineret. Et ille collachrymans, tendensque ad iacentem manû: Tibi, inquit, dico: In nomine Domini nostri Iesu Christi surge, & ambula. Mira velocitas: Adhuc verba in ore loquentis voluebantur, & iam membra solidata ad standum, hominem surrigebant. Quod postq̃ auditum est, etiam difficultaté loci & iter innumerorum plurimorum vicit necessitas: nihil æquè per circuitum cunctis villis obseruantibus, q̃ nè quo modo elaberetur. Disseminauerat enim hoc de eo rumor, diù eum in eodem loco manere non posse. Quod ille non leuitate quadam, aut puerili sensu victus faciebat, sed honorem fugiens & importunitaté. Semper eni silentiû, & vitã ignobilé desiderabat.

Cap. 31.

In loco personis maccessum se vltimã degit ætatem.

Sanat paralyticû.

Honorem fugit.

Igitur octogesimo ætatis suæ anno, cùm absens esset Hesychius, quasi testaméti vice breuem manu propria scripsit epistolã, omnes diuitias suas ei derelinquens: Euangelium scilicet, & tunicam saccéã, cucullam & palliolum. Nam minister eius ante paucos dies obierat. Venerunt itaque ad ægrotantem de Papho multi religiosi viri: & maximè, q eum dixisse audierant, iam se ad Dominum migraturum, & de corporis vinculis liberandum. Sed & Constantia quædam sancta fœmina, cuius generum & filiam de morte liberauerat vnctione olei. Quos omnes adiurauit, vt ne puncto quidem horæ post mortem reseruaretur: sed statim eum in eodem hortulo terra operirent, sicut vestitus erat in tunica cilicina, & cuculla, & sago rustico. Iamque modicus calor tepebat in pectore, nec præter sensum quicquã viui hominis supererat, & tamen apertis oculis loquebatur: Egredere, quid times? Egredere anima mea, quid dubitas? Septuaginta propè annis seruisti Christo, & mortem times? In hæc verba exhalauit spiritum. Statimq, humo obrutũ, antè vrbi sepultum, q̃ mortuum, nunciauerunt. Quod postq̃ Palæstinæ sanctus vir audiuit Hesychius, perre-

Cap. 32.

Nota his vestis vocabula.

Felicissime expirat aiam.

Post decē mēses integrū corp⁹ eius &c.

pesrexit ad Cyprum,& simulans se velle habitare in eodem hortulo, vt diligentis custodiæ suspicionem accolis tolleret, cum ingenti vitæ suæ periculo post decem ferè menses corpus eius furatus est. Qđ Maiomam deferens, totis monachorum & oppidorū turbis prosequentibus, in antiquo monasterio condidit, illæsa tunica, cuculla & palliolo, & toto corpore, quasi adhuc viueret, integro, tantisque fragrante odoribus, vt delibutum vnguentis putares.

Cap. 33.

Non mihi videtur in calce libri tacenda Constantiæ illius sanctissimæ mulieris deuotio, quæ perlato ad se nuncio, quòd corpusculum Hilarionis Palæstinę esset, statim exanimata est, veram in seruum Dei dilectionem etiam morte comprobans. Erat.n. solita peruigiles in sepulcro eius noctes ducere, & quasi cum præsentes ad adiuuandas orationes suas sermocinari. Cernas vsque hodiè miram inter Palæstinos & Cyprios contentiones, his corpus Hilarionis, illis spiritum se habere certantibus. Et tamē in vtrisque locis magna quotidiè signa fiunt, sed magis in hortulo Cypri, forsitā q plùs illū locū dilexerit.

Miracula post obitum.

VITA MALCHI MONACHI captiui, per D. Hieronymum presbyterum scripta: quam D. Hilarionis subiunximus, non q Malchi obitus in hūc diē incidat, sed propter authorem, cuius Hilarioni Malchum libuit adiungere, quòd certus obitùs eius dies ignoretur.

Cap. 2.

Egregia cōparatio à simili.



VI nauali plio dimicaturi sunt, antè in portu & in tranquillo mari flectunt gubernacula, remos trahunt, ferreas manus & vncos præparant, dispositumq; per tabulata militem, pendente gradu, & labente vestigio, stare firmiter consuescunt, vt quod in simulacro pugnę didicerint, in vero certamine non perhorrescant. Ità & ego, qui diù tacui, (silere quippè me fecit, cui meus sermo supplicium est) priùs exerceri cupio i paruo opere, & veluti quādam rubiginem linguæ abstergere, vt venire possim ad latiorem historiam. Scribere.n. disposui (si tamen vitā Dominus dederit, & si vituperatores mei saltē fugientem me & inclusum persequi desierint) ab aduentu Saluatoris vsque ad nostram ætatē, i. ab Apostolis usque ad nostri temporis fœcem, quomodò & per quos Christi Ecclesia nata sit, & adulta, psequutionibus creuerit, martyriis coronata sit: Et postq̄ ad Christianos principes venit, potentia quidem & diuitiis maior, sed virtutibus minor facta sit. Verùm hæc alias: nunc, quod imminet, explicemus.

Ecclesiasticā historiā se scripturū promittit S. Hieronymus.

Cap. 3.

Maronia triginta fermè millibus ab Antiochia vrbe Syriæ, haud grandis ad Orientē distat viculus. Hic post multos vel dominos, vel patronos, dū ego adolescētulus morarer in Syria, ad Papæ Euagrij, necessarij mei possessionem deuolutus est. quem idcircò nunc nominaui, vt ostenderē, vndè nossem, quod scripturus sum. Erat igitur illic quidam senex nomine Malchus, quem nos Latinè Regem possumus dicere, Syrus natione & lingua, & reuerà αὐτόχθων. Anus quoq; in eius contubernio valdè decrepita, & iam morti proxima videbatur: itā studiosè ambo religiosi, & sic ecclesiæ limen terentes, vt Zachariā & Helizabeth de Euangelio crederes, nisi q Iohannes in medio non erat. De his cum curiosè ab accolis q̄rerē, quā eēt eorū copula matrimonij, sanguinis, an spiritus, oēs voce côsona, sanctos & Deo placitos, & mira nescio quæ respondebant. Qua cupiditate illectus, adorsus sum hominem, & curiosius sciscitans rerum fidem, hæc ab eo accepi.

αὐτόχθων. indigena.

Luc. 1.

Cap. 3.

Malchus fugit parētes, ne cogātur uxorē ducere.

Ego, inquit, mi nate, Maroniaci agelli colonus, sed solus parentibus fui. Qui cùm me quasi stirpem generis sui, & hæredem familiæ ad nuptias cogerēt, monachū potiùs me uelle esse respondi. Quantis pater minis, quantis mater blanditiis persequuti sint, vt pudicitiā proderē, hæc res solam indicio est, q & domum & parentes fugi. & qui ad Orientem ire non poterā, pp uicinā Persidem, & Romanorū militū custodiam, ad Occidentem uerti pedes, pauxillulum nescio quid portans uiatici, quod me ab inopia tantùm defensaret. Quid multa? Peruèni tandèm ad eremum Chalcidos, quæ inter Immā & Essam magis ad Austrū sita est. Ibi repertis monachis, eorum me magisterio tradidi, manuū labore uictū quæritans, lasciuiamq; carnis refrenans ieiuniis.

Fit monachus.

Cap. 4.

Tētatur a satana sub pietatis specie.

Post multos annos, incidit mihi desideriū, ut ad patriam pergerē, & dùm adhuc viueret mater, (iam enim patrē mortuū audierā) solarer viduitatē eius, & exindè uenundata possessiúncula, partē erogarem pauperibus, partē monasterio constituerē. quid erubesco confiteri infidelitatē meā? partē in sumptuum meorū solatia reseruarē. Clamare cœpit Abbas meus, diaboli esse tentationē, & sub honestæ rei occasione, latère antiqui hostis insidias. Hoc esse, reuerti canē ad uomitū suū. Sic multos monachorū esse deceptos: nunq̄ diabolū aperta fronte se prodere. Proponebat mihi exempla de scripturis plurima: inter quæ illud, q initio Adam quoq; & Euam spe diuinitatis supplantauerit. Et cùm persuadere non posset, prouolutus genibus, obsecrabat nè se desererem, nè me perderem, nec aratrū tenens, post tergū respicerē. Væ misero mihi, uici monitorē pessima uictoria, putans illū non meam salutē, sed suū solatiū quærere. Prosequutus ergò me de monasterio, quasi funus efferret, & ad estremū ualedicens: Video, ait, te fili satanæ cauterio notatum: non quæro causas, excusationes non recipio. Ouis quæ de ouilibus egreditur, lupi statim morsibus patet.

2 Pet. 2.

Gen 3.

Luc. 6.

Nota q̄ etiā olim nefas putarunt, monachum suū deserere monasterium.

Cap. 5.

De Berthœa ad Essam pergentibus, vicina est publico itineri solitudo, per quam Saraceni incertis sedibus huc atque illuc semper vagantur. Quæ suspicio frequentiam in illis locis viatorum congregat, vt imminens periculum auxilio mutuo declinetur. Erant in comitatu meo viri, fœminæ, senes, iuuenes, paruuli, numero circiter septuaginta. Et eccè subitò equorum camelorumque sessores Ismaelitę irruūt, crinitis uittatisq; capitibus, ac seminudo corpore, pallia & latas caligas trahentes: pendebant ex humero pharetrę: laxos arcus vibrantes, hastilia lōga portabant. Non.n. ad pugnandum, sed ad prædam venerāt. Rapimur, dispergimur, in diuersa trahimur. Ego interim longo postliminio hæreditarius possessor, & serò mei consilii pœnitens, cum altera muliercula in uniusheri seruitutē sortit⁹ venio. Ducimur, immò portamur sublimes in camelis, & per uastam eremū semp ruinā timentes, pendemus potiùs, q̄ sedemus. Carnes semicrudę, cibus: & lac camelorū, potus erat. Tandèm grandi amne transmisso, peruenimus ad interiorem solitudinem, vbi dominam liberosque ex more gentis adorare iussi, ceruices flectimus. Hic quasi clausus carcere, mutato habitu, i. nudus ambulare disco. Nam aeris quoq; intemperies, nihil aliud præter pudēda velari patiebatur. Tradūtur mihi pascendę oues, & in malorum cōparatione hoc fruor solatio, quòd dominos meos & côseruos rarius uideo. Videbar mihi aliquid habere sancti Iacob. Recordabar Moysi, qui & ipsi i eremo quōdam

Malchus capitur ab Ismaelitis.

Cogitur oues pascere.

fue-

fuère pastores. Vescebar recenti caseo & lacte. Orabam iugiter, canebam psalmos, quos in monasterio didiceram. Delectabat me captiuitas mea. Agebamque Dei iudicio gratias, quòd monachum, quem in patria fueram perditurus, in eremo inueneram.

Cap. 6.

O nihil vnquàm tutum apud diabolũ. O multiplices & ineffabiles eius insidiæ. Sic quoq; latentẽ me inuenit inuidia. Dominus videns gregẽ suũ crescere, nihilq; in me deprehendens fraudulentiæ (sciebam.n. Apostolũ pcepisse, dñis sic quasi Deo fideliter seruiendum) & volens me remunerare, quò fidũ sibi magis faceret, tradidit mihi illam cõseruã meã, aliquandò captiuam. Et cùm ego refutarem, dicerẽque me Christianum, nec licere mihi vxorem viuẽtis mariti accipere, (siquidem captus nobiscum uir eius, ab alio dño fuerat abductus) rursùs herus ille & implacabilis in furorẽ versus, euaginato me cœpit petere gladio. Et nisi confestim brachia tendẽs, mulierem præoccupassem, ilicò fudisset sanguinem.

Ephes 9.

Herus eũ cõpellit cũ vxorẽ ducere.

Cap. 7.

Ecce quãtis piculis exponant qui sua monasteria deserunt.

Iam igitur venerat tenebrosior solito, & mihi nimiũ matura nox: Duco in speluncam semirutam, nouam coniugem: & pronubãte nobis mœstitia, vterque detestamur alterũ, nec fatemur. Tunc sensi captiuitatem meã, prostratusq; humi, monachum cœpi plangere, quem perdebam, dicens: Hùccine miser seruatus sum? Ad hoc me mea scelera pduxerunt, vt incanescente iam capite virgo, maritus fierẽ? Quid prodest, parentes, patriã, rem familiarem cõtempsisse pro Domino, si hoc facio, qđ ne facerem, illa cõtempsi: nisi quòd fortè propterea hæc sustineo, quia patriã desideraui? Quid agimus aĩa? perimus, an vincimus? Expectamus manũ Domini, an proprio mucrone confodimur? Verte in te gladium, tua magis mors timenda est, q̃ corporis. Habet & seruata pudicitia suum martyrium: iaceat insepultus Christi testis in eremo: ipse mihi ero persecutor & martyr. Sic fatus, eduxi in tenebris quoquè micantẽ gladiũ, & acumine cõtra me verso; Vale, inquã, infelix mulier: habeto me martyrem potiùs, quàm maritum.

Vult se interficere, nè perdat pudicitiam.

Cap. 8.

Tunc illa pedibus meis prouoluta: Precor te, inquit, per Iesum Christum, & p huius horæ necessitatem adiuro, nè effundas sanguinem tuũ in crimen meum. Vel si mori placet, in me primùm verte mucronẽ: Sic nobis potiùs coniungamur. Etiamsi vir meus ad me rediret, seruarem castitatem, quam me captiuitas docuit: vel interirem potiùs, quàm perderem. Cur moreris, nè mihi iungaris? Ego morerer, si mihi iungi velles. Habeto me ergò coniugem pudicitiæ, & magis animæ copulã amato, q̃ corporis. Sperent domini maritum, Christus nòuerit fratrẽ. Facilè suadebimus nuptias, cùm nos viderint sic amare. Fateor, inquit, obstupui, & admiratus virtutem fœminæ, coniugem plùs amaui. Nunquàm tñ illius nudum corpus intuitus sum, nunq̃ eius carnem attigi, timens in pace perdere, quod in prælio seruaueram.

Castè viuit cũ sua coniuge.

Cap. 9.

Transeunt in tali matrimonio dies plurimi: amabiliores nos dominis fecerant nuptiæ. Nulla fugæ suspicio: interdum & mense toto aberam fidus gregis pastor per solitudinem. Post grande interuallum, dũ solus in eremo sedeo, & præter cælum terrãq; nihil video, cœpi mecũ tacitus voluere, & inter multa, contubernij quoq; monachorum recordari, maximeq; vultum patris mei, q me erudierat, tenuerat, perdideratq;. Sicq; cogitans, adspicio formicarũ gregẽ angusto calle feruere, ferre onera maiora, q̃ corpora. Aliæ herbarũ quædã semina forcipe oris trahebant, aliæ egerebant humũ de foueis, & aquarum meatus aggeribus excludebant. Illæ, venturæ hyemis memores, nè madefacta humus in herbã horrea verteret, illata semina præcidebant. Hæ luctu celebri corpora defuncta deportabant. Quodque magis mirũ est, in tanto agmine egrediens non obstabat intranti: quin potius si quam vidissent sub fasce & onere concidisse, suppositis humeris adiuuabant. Quid multa? Pulchrum mihi spectaculum dies illa præbuit. Vndè recordatus Salomonis, ad formicarum solertiã nos mittentis, & pigras mentes tali exemplo suscitãtis, cœpi tędere captiuitatis, & monasterij cellulas quærere, ac formicarum illarum similitudinem desiderare, vbi laboratur in mediũ: cumque nihil cuiusquã proprium sit, omnium omnia sunt.

Formicarũ depingitur mira industria.

Prou. 16.

Cap. 10.

Regresso ad cubile occurrit mulier; tristitiã animi vultu dissimulare non potui. Rogat, cur ità exanimatus sim. Audit causas, hortatur fugam. Peto silẽtij fidẽ, non aspernatur, & iugi susurro inter spem & metũ medij fluctuamus. Erant mihi i grege duo hirci miræ magnitudinis. Quibus occisis, vtres facio, eorumq; carnes viatico præparo. Et primo vesperi, putantibus dominis nos secretò cubitare, inuadimus iter, vtres & partes carnium portantes. Cumq; peruenissemus ad fluuiũ, (nam decem millibus aberat) inflatis conscensisq; viribus, aquis nos credimus, paulatim pedibus subremigantes, vt deorsùm nos flumine deferente, & multo longiùs, quàm conscenderamus, in alteram nos exponente ripam, vestigiũ sequẽtes perderẽt. Sed inter hæc madefactæ carnes, & ex parte lapsæ, vix tridui cibum pollicebantur. Bibimus vsq; ad satietatem, futuræ nos siti præparantes. Currimus, post tergũ semper adspicimus, & magis noctibus promouemus, q̃ diebus, vel propter insidias latè vagantium Saracenorum, uel propter ardorem solis nimium.

Malch⁹ fugit cum simulata vxore.

Cap. 11.

Dominus seruũ cum eis sequitur, vt occidat.

Pauesco miser etiã referens, etsi tota mẽte securus, toto tamẽ corpore perhorresco. Post diem verò tertium, dubio prospectu procul adspicimus duos camelis insidentes venire concitos. Statimq; mens mali præsaga, putare cœpit dominũ meditari mortem, solem cernere nigrescentem. Dumq; timemus, & vestigijs p arenas nos proditos intelligimus, offertur ad dexteram specus, longè sub terram penetrans. Igitur timentes venenata animalia, (nam solẽt viperæ, reguli & scorpiones, cęteraq; huiuscemodi, feruorem solis declinantia, vmbras petere) intrauimus quidem speluncã, sed statim in ipso introitu sinistræ nos foueæ credim⁹, nequaq̃ vltrà pgrediẽtes, nè, dũ mortẽ fugimus, icurramus i mortẽ: illudq; nobiscũ reputantes, Si iuuat Dñs miseros, habemus salutẽ: si despicit peccatores, habemus sepulcrũ. Quid putas fuisse nobis animi, qd terroris, cùm ante specũ haud procul starent dominus & conseruus, & vestigio indice iam ad latebras peruenissent? O multo grauior expectata, q̃ illata, mors. Rursùs cum timore & labore lingua balbùtit, & quasi clamãte domino, mutire non audeo. Mittit seruũ, vt nos de specu trahat: ipse camelos tenet, & euaginato gladio, nostrum expectat aduentum.

Abdũt se in specũ coniuges.

Cap. 12.

Intereà tribus fermè vel quatuor cubitis ĩgresso famulo, nobis ex occulto tergũ eius videntib⁹, (nã oculorũ istiusmodi natura est, ut post solẽ umbras intrãtibus, cęca sint omnia) vox p antrũ sonat: Exite furciferi, exite morituri. Quid statis? Quid moramini? Exite, Dñs vocat, patienter expectat. Adhuc loquebat, & eccè p tenebras adspicimus leęnã inuasisse hominẽ, & gutture suffocato, cruẽtũ intrò trahere. Iesu bone, qd tũc terroris nobis, qd gaudij fuit? Spectabamus, domino nesciẽte, hostẽ nostrũ perire. Qui cùm videret illũ moras facere, suspicatus est duos vni resistere. Sed & irã differre nõ valens, sicut tenebat gladiũ, ad speluncã venit, & furore rabido serui increpans vecordiã, priùs a fera tenetur, q̃ ad nostras latebras

Alcenaq̃ fecat seruus heri eos persequentis.

bras pueniret. Quis hoc vnq̃ crederet, ut ante os nostrũ, bestia ꝓ nobis dimicaret? Sublato aũt illo metu, similis ante oculos nr̃os versabaĩ interitus, nisi ꝙ totius erat rabiẽ leonis, q̃ iram hoĩs sustinere. Pauemus intrinsecùs, & ne mouere quidem nos ausi, prę stolabamur euentum rei, inter tanta pericula, pudicitiæ tantùm consciẽtia pro muro septi. Leæna insidias cauens, & visam esse se sentiẽs, appræhẽsos mordicùs catulos effert, nobisq; cedit hospitium. Neque tamen satis creduli, statim erumpimus: sed expectantes diù, & egredi cogitantes, illius nobis figurabamus occursum.

Malchus cũ coniuge merito pudicitia seruatur illæsus.

Sublato ergò horrore, & illa transacta die, egredimur ad vesperã, vidimusq; camelos, quos ob nimiã velocitatẽ dromedarios uocant, pręteritos cibos in ore voluere, & in aluum missos, iterùm retrahere. Quibus ascensis, & noua sitarcia, id est, annona refocillati, decima tandèm die ad Romana per desertũ castra venimus. Oblatiq; tribuno, rem ordine pandimus: indè transmissi ad Sabinũ Mesopotamiæ ducẽ, camelorũ preciũ accepimus. Et q̃a iã Abbas ille meus dormierat ĩ Dño, ad hæc delatus loca, me monachis reddo, hanc trado virginibus, diligens eã vt sororẽ, non tamen ei me credens vt sorori.

Ascensis camelis reuertũt ad suum monasteriuum.

Hęc mihi senex Malchus adolescẽtulo retulit. Hæc ego vobis narraui senex, & castis historiã castitatis expono. Virgines castitatẽ custodire exhortor. Vos narrate posteris, vt sciãt inter gladios & inter deserta & bestias pudicitiam nunq̃ esse captiuam: & hominem Christo deditum, posse mori, non posse superari.

Pudicitia nunquàm captiua.

ILLVSTRE MARTYRIVM SANctissimæ virginis Vrsulę, & vndecim millium Virginum, quẽadmodùm in peruetustis MS. codicibus extat: incerto quidem, sed docto Authore, eoque non planè recenti, sed antiquo.

Octo. 21.



EGNANTE Domino nostro Iesu Christo, cùm post pasßionẽ, ascẽsionẽ & resurrectionẽ eius conuersis ad Deũ cunctis finibꝰ terrę, nec Oceani angulus aliqs se à calore fidei eiꝰ abscõderet, in conueniẽdo populos in vnũ & Reges, ut seruirent Dño: fuit in Britanniæ partibus Rex quidã Deonotus, tã vita, q̃ nomine, qui religiosus ĩ omnibus cæremoniis catholicæ ꝓfeßionis, sic principari nouit supra homines, vt non obliuisceretur, qualẽ creatori suo subiectionem deberet: sic à subditis tributum exigeret, vt semper se meminerit Regi suo cælesti id, quod ab eo factus est, debere. Is ergò cùm sub iugo Christi, sub quo ipse irrepræhensibiliter militauerat, aliis irrepræhensibiliter & iustißimè imperaret, ĩ benedictione seminis Abrahę tam generositate, q̃ uirtutũ specie competentem sibi accepit vxorẽ. Sed sicut in vasis iræ duplici contritione feriendis, ira iustitiæ Dei hìc inchoat, ut ea in iudicio irreparabiliter dispdat; ità misericordia eius diligentibus se plerunq; etiam in hoc seculo diuitias bonitatis suæ concedit prægustare: vt inenarrabilem illam gloriam, quã nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit, cum patientia discant expectare.

Cap. 1.
Psal. 18.
Psal. 101
Deonotus Rex.
Ducit vxorem.
1. Cor. 2.

Cap. 2.

Itaque cùm summa spe utriusq; parentis sexus virilis expectaretur, qui terreni regni sui successor eis fieret, prouida Dei misericordia, quę ei uota nouit excedere, dedit eis prolem fœmineã, quæ plusq̃ viri-li animo ad regni cęlestis hæreditatem eos præcederet, eisq; succedentibus bona sine fine mansura ꝑpararet. Hæc itaq; quia exẽplo Dauid immanẽ ursum, scilicet diabolũ, qñq; suffocatura erat, Deo disponẽte, (qui, quos ꝑdestinat uocat) à parẽtibus illi in baptismate ꝑsagũ nomẽ Vrsula inditũ est. Quæ cùm, vt regiam prolẽ decuit, regali ambitione educata, naturalibus incremẽtis proficeret, teneros ætatis annos morũ cępit maturitate præcedere, & cui iamtũ mundus viluerat, Euangelicis imbuta præceptis, in lege Domini die ac nocte meditabatur: & quia ad spiritualẽ sponsi sui thalamũ corde & animo suspirabat, omnis compositio eius & gloria, nõ deforis sed deintùs fuit: vt iamtum liquido cunctis daretur aduertere, ꝙ ad magnũ aliquẽ Ecclesiæ ornatũ, summus ille artifex margaritũ hoc vellet expolire, acsi ei iamtum patenter dixisset: Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, quia concupiuit Rex speciẽ tuã.

1. Reg. 17
Rom. 8.
Psal. 44.
Ibidèm.

Cap. 3.

Præter has aliasq; spiritualis gratiæ dotes, erat ẽt incomparabilis formæ & miræ pulchritudinis, & omnium oculis gratiosa. Sed virgo sola, quę Domini erant, cogitans, minùs hoc amabat in se, qđ sponsi sui oculis sciebat non multùm placere. Cumq; de tanta nobilißimæ virginis indole longè lateque fama percrebuisset, ad aures gentilis tyranni cuiusdã permanauit: qui præpotens viribus, in robore militari gloriabatur, & barbarica feritate latiùs regnabat. Erat ei magnæ indolis filius, quem paterno affectu arctiùs, ut regni successorem, diligebat. Cui cùm summoperè ad regalem magnificentiam prospectũ vellet, reputare secum cœpit, regnũ suum propagari, nomẽ suũ & posteritatis gloriam nobilitari, si filio suo tam celebris puellæ matrimonio contigisset copulari. Itaque filius non minùs peruicax, vt potè qui iam pubertatis annos intrabat, patre annuente, prosequẽtibusque qui capita populi erant, legatos ad patrẽ virginis destinauit, multaq; preciosa transmittens, sed plura promittens, vrbes egregias, situs terrarum & tractus maris, totum denique patris regnum, & quicquid mundus deliciarũ habere pòt vel potuit, in dotis cõputationẽ dictauit. Minas ẽt ꝓ magnitudine nominis sui, quasi summã manum imposuit, ut saltem terroribus, quod volebat, exigeret, si blanditijs muneribusque minùs profecisset.

Mittũtur legati ad S. Vrsula patrẽ, qui eã petant sponsã alterius regis filio.

Cap. 4.

At illi, acceptis à Rege mandatis, profecti sunt, emensoq; grãdi itinere, ad patrẽ virginis peruenerunt: dataq; fandi copia, quæ à dño suo iussi sunt, diligentißimè peregerũt, & post blanditias, qđ efficacißimũ arbitrati sunt, quasi scorpiones, minas & terrores bellicos subintulerunt. At senior prouidus, & totius charitatis visceribus diffusus, fluctuare cępit intrà se, ĩdignißimũ reputans, filiã suã cælesti spõso arctiùs inhærentem, ab æterni Regis amplexibus renitentẽ auellere, & barbaræ libidini polluendam iungare. At ex altera parte, etsì proprii sanguinis prodigus eẽt pro catholica religione & zelo iustitiæ, quippè cui viuere Christus erat & mori lucrum, tamen quia sub illo cura regni erat, & tã efferã barbari illius violentiã suis viribus desperabat posse sustinere: iam sibi videre visus est, sub oculis suis cædes hominũ promiscuæ ætatis fieri, vrbes dirui, matronas & virgines cõstuprari, ecclesias cremari, sancta prophanari, & quicquid miseriarũ aliquandò accidit victis, præsertim Christianos vincentibus paganis.

Timet Deonotus Rex filiã suã dare gentilis coniugem.

Cap. 5.

In hoc ergò rerũ cardine depræhensus Rex pius, qđ vnicũ tunc perfugiũ patebat, ad diuinam misericordiã, quasi ad turrem fortitudinis à facie inimici cucurrit, totusq; in lachrymas effusus, auxiliũ de cęlo indefeßis precibus postulauit. Inter hęc cùm virgo Domini vultum patris, quanq̃ dißimulantis, turbulentum depræhẽdisset, latere eam nõ potuit, ꝙ ipsa, ꝑturbationis huius cã fuerit. Itaq; ꝓ se nimis solicita,

licita, paternæ solicitudini condoluit: moxq; ad sua arma cõuolans sicut S. Iudith & Esther, pro liberatione pa triæ, ieiunijs & orationibus pnoa incubuit, in auribus sponsi sui celerius obtentura, qd petijt, cũ quo iã verè vnus spiritus fuit. Cumque noctẽ diei, immo noctes diebus in vigilijs, & ieiunijs continuaret, ea infirmitate humani corporis fatiscẽtibus membris, cùm in Deo cor eius vigilaret, ad modicũ obdormiuit, & per visionem diuina reuelatione de toto vitæ suæ ordine, de coagonistarum suarum numero, de gloriosa martyrij palma perdoceri meruit, quod postea rerum exitus comprobauit.

Iudith 9. Esther 14.

Visio S. Vrsulæ.

Cap. 6. Igitur sub primo surgentis auroræ diluculo, patris mœstitiam releuatura, (eo quippe die legatis tyranni responsurus erat) hilaris ad eum venit, blandeque arridens: Noli, inquit, mi pater super hac re aliquo vlteriùs mœrore contabescere: sed iacta cogitatũ tuum in Domino, qui non dabit in æternùm fluctuationem iusto. Nè tamen ea puellaribus annis, quæ dico, æstimes, scito quia præterita nocte per visum diuinæ cõsolationis voa ad me, licèt indignam famulam suam, facta est, iubens, vt iuuenem, qui me in matrimonium affectat, à spe nuptiarum nõ repellerem, ipsa tamen, conseruato virginitatis signaculo, ad innuptas transirem. Conditio autem coniugij, & conscriptio nuptialis hæc erit, vt tu pater & iuuenis, qui me in suũ amorem allicit, decẽ primæuæ ætatis virgines, & forma & genere lectissimas p quiratis, & tam mihi, quàm singulis harũ, mille virgines honestissimas subscribatis, cõparatisq; ad numerum nostrum trierib⁹ vndenis, triennij nobis ad dedicationẽ virginitatis nostræ dentur induciæ, quibus expletis, quod Domino placuerit, fiet. At tamen incõmutabile diuinæ pietatis consiliũ, qđ disposuit super me, nemo est qui possit infirmare.

Psal. 54.

Cõditiones nuptiarum a S. Vrsula ppositæ.

Cap. 7. His filiæ vocibus exhilaratus pater, accitis corãm legatis, quod petebãt annuit, pscriptamque quasi cõiugij conditionẽ, quã virgo popoścerat, exposuit, id cautissimè quasi pro summa dotis cõscriptione statuens, vt iuuenis salutari renatus lauacro, his tribus annis p fidẽ catholicã instrueretur in Domino. His auditis, legati iam quasi cõpotes voti sui, per viam, qua venerant, præpeti itinere alacres reuersi sunt ad dominum suum, utpotè pro bona legatione honorem accepturi, gloriã & præmiũ: eapositisq; per ordinem mandatis, patre iam lætissimo, iuuenis præ amoris magnitudine modum excessit lætitiæ. Audita itaque, vt fit, tanta exultatione principũ, factũ est totius regni generale tripudium. Cõditione igitur nuptiarũ libenter accepta, iuuenis cœpit patri ardẽtiùs instare, ut ad satisfaciendũ puellæ desiderijs, per Baptismi consecrationẽ legibus statim initiaretur Christianis. Indicto ẽt ad nouã militiã nouo delectu, vbiq; per duo regna quęsitæ sunt ingenuæ & speciosæ virgines: adductęque ad palatium, pro magnificentia regali muliebrẽ acceperunt ornatũ. Nec mi nori sumptu, & vtriusque Regis pari diligentia, nauium fletit fabricatura. Alij .n. ligna in syluis cædũt, alij ad litus conuehunt: alij carinas, alij transtra fabricant, alij tabulata gracili iunctura coaptant: alij huc, alij illũ ornatũ, auro, argẽto, ære, coloribus sculpturisq; præparant: singulisq; pro sua arte & officio satagentibus, certatim vbiquè feruebat opus.

Sponsus eius fit Christianus.

Cap. 8. Concordi igitur duorum Regum studio, iuxta regalem magnificentiam mirificè pfecta classe, cõpletoque electissimarũ virginũ disposito diuinitùs numero, inter innumeras nobilissimæ prosapiæ puellas, Pinnosa, maximi cuiusdam Ducis filia, tam genere, quàm virtutum indole enituit, quæ secunda post Vrsulam quasi magistra militiæ virginalis fuit, quã pariter eiua, vt nobile par, filiæ speciali dilectionis fœdere sociauit. Omnibus igitur magnificè perfectis, cõdicta die virgineæ cohortes ad Reginã conuenerũt, & quasi ad naualem palæstrã succinctæ, iubentis imperiũ præstolatæ sunt. Tunc beata virgo Vrsula, qđ diu desiderabat, virgineo vallata exercitu, hilari vultu & animo primùm debitas Deo gratiarũ actiones exsoluit: deindè quasi fidissimis cõmilitonibus suis, consilij sui arcanum inuotuit, easq; in diuini timoris, immò quia pfecta charitas foras mittit timorẽ, in diuini amoris obseruantiã pijs exhortationibus erudiuit & corroborauit. Puellares autem cunei saluberrima Reginæ suæ monita arrectis auribus auidissimè audientes, cordaq; cum manibus ad cælum leuantes, quasi iam militari sacramento coniuratæ in Christũ, ad omnia diuinæ religionis munia deuotionẽ suam spoponderũt, mutuaq; alacritate seipsas in hoc studium cohortatæ sunt: vtpotè quibus iam tunc cor vnũ & anima vna erat, supernaque dulcedine prægustata, in mentibus earum mundus & gloria eius vilueras.

Pinnosa, Virgo eximia.

Immo verè, alibi. 1. Ioh. 4.

Virgines omnes credũt i Christũ.

Cap. 9. Post hæc dato figno, quia mare contiguũ erat, raptim ad naues cõuolant, armamẽta explicant, altũque petentes, modò concurribus, modò discursibus, interdùm fugam, interdùm bellum simulant, omniq; ludorũ genere exercitatæ, nihil quod animo occurisset, intentatũ relinquũt. Sicque p dies singulos puellariter palæstrizantes, aliquãdò circa meridiem, aliquãdò ad Nonam, aliquandò die toto in ludis absumpto, ad vesperam reuersæ sunt. Ad huiusmodi ergò spectaculũ pius Rex cũ grandæuis patribus, cunctisque regni primatibus frequenter aderat: vulgus etiam promiscuum (vt semper nouarũ rerum cupidum est) postpositis ferijs suis, virgineis lusibus applaudebat. Sed postq; quotidianis exercitationib. assiduitas aluit audaciam, longiùs à litore remigãtes, cùm spectaculi gratiam populo subtraherent, quędã etiam naues flabris ventorum disiectæ, ante noctem minimè redirent, diutina expectatio & satietas ludorum spectatoribus fastidium genuit, singulisq; ad sua opera discedentibus, paulatim turba defluxit.

Maritima vir ginũ exercitia.

Cap. 10. Sic ergò cum multa iucũditate celebrato p triennĩũ hoc martyrij præludio, cùm adornatis sponsalibus, coudicta nuptiarũ die, iuuenis in amorem virginis animum perurgeret, beata Vrsula, quamuis diuinæ promissionis oraculo non incredula, pro humana tamen infirmitate solicita, conuirgines suas, quas iam in Domino tam verbis, quàm exemplis erudierat, ut in tali rerũ articulo diuinæ misericordiæ ianuam instantiùs pulsarent, admonuit, nè casti tatis procinctum perderent, sub quo Regi suo cælesti irreprehẽsibiliter militassent. His dictis, cùm qua si iam currentibus stimulũ addidisset, deuotæ Deo virgines ex toto corde in lachrymas effusæ, tam pro sua singulæ, quàm pro Reginæ virginitate conseruanda, supernum cęperunt auxiliũ ardentissima spiritus contritione inuocare.

Studium pudicitiæ ingens.

Cap. 11. Pius autem Dominus, qui semper propè est omnibus inuocantibus se in veritate, tã pia vota nõ distulit: sed ventũ de thesauris suis produxit, impulsãque classem, sub vnius diei noctisq; spatio, secundo cursu in portũ, qui * Tile dr̃, integro tam nauium q̃ puellarum numero pertulit. Itaq; arrepto litore, qđ concupierant, tanti dna fœmina facti quasi Maria prophetes Pharaonis exercitũ per mare rubrũ euasisset, spõso cælesti debitæ laudis epithalamiũ præcinit. Qđ cùm puellaris exercitus non clamoso strepitu, sed pari cordis concentu resonaret, canticũ hoc lętitiæ vsq; ad aures Domini Sabaoth cũ odore suauitatis peruenit. Ibidẽm ergò cùm nocte illa pausãssẽt,

Psal. 144.

Exod. 15.

sequenti

sequenti die comparatis vtensilibus, (nam mercatus ibi erat) ad naues reuersę sunt: adductisq; ancoris, aduerso flumine subremigantes, ad insignem illam *Veniunt Coloniam* Germaniæ metropolim Coloniā, vbi nūc corpora earum in pace requiescunt, tandem peruenerunt.

Egressis itaq; cùm post vespertinā refectionē som- *Cap. 12. Visio alia S. Vrsulæ.* nus diurno labore fessis obreperet, beata virgo Vrsula, quæ iā Deo in Angelicæ castitatis professione cōplacuit, vidit in somnis Angelicæ claritatis & authoritatis virum: qui assistens, primò an vigilaret inquisiuit. Quē cùm illa, vt virgo, subito visu puellariter exhorresceret, ille timorem eius blandè cōpescens: Scito, inquit, filia, quia quod multùm concupieras, in protectione Dei cæli cum dulcissimo hoc sororū tuarum contubernio Romam peruenies: peractisq; votis, integro comitū tuarū numero, iterùm huc reuerteris in pace: Hic ergò vobis à Deo requies in se- *2. Ti. 4.* culum seculi prędestinata est, hic in pace pausabitis: & quia bonū certamen certastis, cursū cōsummastis, fidē seruastis, de cętero superest vobis corona iustitiæ: quā vt à iusto iudice plenā accipiatis, pro bona nominis eius cōfessione ceruices vestras persecutori dabitis, depositisq; hic corruptibilibus corporū sarcinis, ad cælestem thalamum cum gloria martyrij peruenietis. His dictis, vir qui loquebatur, disparuit.

Cap. 13. At illa nihil de tantæ authoritatis oraculo ambigens, mox vt dies terris reddita est, cōuocata virginū concione, quæ audierit & viderit, in auribus omniū exposuit. His auditis, communis exultatio facta est, quia dignæ habitæ essent pro nomine Iesu cōtume- *Desiderant mori pro Christo.* lias pati: immolatisq; laudū hostijs, vnanimi deliberatione statuerunt iter hoc festinātiùs peragere, cupientes videlicet iā dissolui, & cū Christo esse. Et nè quam diuinæ prædestinationi moram facerent, secundo vento velificantes, Basileā applicuerunt: reli- *Veniunt Basileā. Item Romam.* gatisq; ibi trieribus, pedestri itinere Romā peruenerūt. Vbi cum per dies aliquot, perlustratis vbiquè diuersis sāctorū liminibus, peruigiles in oratione Deo animas suas commendarent, lachrymisq; interiorē habitum, quasi iā ad æterni Regis tricliniū processuræ, studiosiùs componerent, peractis tandem votis, itinere quo venerāt, Basileā reuersæ sunt, ascensisq; nauibus, per decursum Rheni prono alueo defluētes, & armis spiritalibus tam cōtra spiritales nequitias, quàm contra omnes persecutionum pressuras se pręmunientes, tandem Coloniam applicuerunt.

Cap. 14. Hunni vastant Gallias. Aderat tum ibi barbara Hunnorū gens, quæ peccatis hominum exigentibus, tā Galliarū, quàm Germaniæ & Italiæ terras cædibus iam vastauerat & incendijs: ita vt euersis vrbibus, ecclesijs crematis, religionis diuinæ via aliquæ tenues remanerēt reliquię. Eadem itaque barbaries, cùm per idem tempus ingenita feritate etiam vrbē Coloniam arcta obsidione vallaret, nondùm hoc aduenientibus prodēte fama, virgines iampridem cognita humanitate incolarum, sine omni huiusmodi suspicione in terram egressę sūt: & ecce barbari more suo per velocissimos discursores explorata re, subitò cum clamore super *Hunni sacras virgines trucidant.* eas irruerunt, & quasi lupi in ouilia agnorum irruptione facta, infinitam illam multitudinem inhumana crudelitate peremerunt.

Cap. 15. Cumq; belluina illa rabies ad beatā Vrsulam iugulādo peruenisset, satellites mortis admirabili pulchritudine eius conspecta, manū animūq; repressērunt: ipseq; princeps scelerū, libidinis feruore quasi fulmine percussus, deposito paululum rigore, cœpit ad blanditias & amatoria verba descendere: Verè, inquiens, forma tua magnum dat specimē, quòd de ingenuis magnisq; puella natalibus orta es: tuarumq; in dētis luis, dicens, quasi pridem ad intercedēdū ascendisses, nullā in comitatu tuo iacturā perpessa es. Sed cōsolare dilecta, & gaude sorte tua & noli dolere de morte tuarū virginū: quia digna habita es quę me totius Europæ victorē, quē etiā Romanū tremit Imperium, merearis habere maritū. Virgo autē cogitans quę Domini sunt, cùm huiusmodi sponsū liberrima vocis & habitus indignatione quasi prin- *S. Vrsula contemnit tyranni blāditias.* cipē tenebrarū exufflasset, barbara mens & effera, bile tumēs, belluæ instar infremuit, & repulsam suā nō sufferens, in beatā virginem, quæ iam dissolui cupiebat & esse cū Christo, sententiam mortis dictauit: sicque candidissimi exercitus regina, ictu sagittæ trāsuerberata, super nobilem comitum suarum aceruū velut cæleste margaritū corruit, purpureoq; sangui- *Perimitur.* ne quasi secundo baptismate dealbata, cū tot victricibus turmis ad cæleste palatium laureata migrauit, suppletis fideliter, quæ deerant, in corpore suo, passionibus Christi. Perfectus est igitur admirabilis ille *Coloss. 1.* calathus Domini: qui nè lilijs tantùm virginitatis albesceret, totidem martyrij rosis distinctus est, quibus ante superni inspectoris oculos decētiꝰ ruberet.

Cap. 16. Fallant nunc & fallantur, qui seculari gloria stupidi, triumphos Regum suorū infinitis laudibus quasi ad cęlum extollunt, scribētes illa & illa bellorū insignia, vtpotè victos Reges currū pręcedere, infinitos captiuorū greges minari: victores autem milites discoloribus armis fulgentes, sua singulos militaria signa ostentare: duces autē ipsos in aureis quadrigis alte residentes, auratis vestibus radiare. Addāt præterea, si placet, diem vrbi festū, lætitiā patrum, vulgi clamorem, & communem tripudium. Sed hæc si cū hoc triumpho sapienter fuerint collata, miseria potiùs dicenda sunt, quàm gloria, cùm illi purporati & aurati descenderint ad tenebras & æterna supplicia: illę autē stola immortalitatis indutæ, visione Domini perfruantur & societate Angelica. Eccè iuxta vocē *Luc. 8. Mat. 13.* Domini, bona terra fructū sexagesimū pariter & cētesimū in patientia attulit, & quę ad horā eūtes ibāt *Psal. 125* & flebant, mittētes semina sua, modò veniētes, & manipulos suos portantes, in exultatione venerūt: immò depositis corporū paleis, mundū & benè cribratū triticū in horrea Domini abundanter intulerūt.

Cap. 17. O quale hac die in cælo factum est tripudiū? qualis occursus supernorum ciuium? quæ exultatio Apostolorum? quàm communis gloria martyrum & sanctarum virginum, de augmento ordinis sui gloriantium? quàm deuota congratulatio patriarcharum & confessorum? Vt etiam Colonia illa beata, & incōparabili hoc thesauro beatior, sciret, quantum sacratissimis virginū cineribus honoris & reuerentię semper deberet, in sua liberatione experta est, quàm pre- *Psal. 115* ciosa in conspectu Domini mors earum fuisset, & quàm magnificè in concilio sanctorum viuerent, quarum nuda forsitan corpora tantum potuissent: Nam peracta tam belluina rabie, quasi tortoribus il- *Hunni divinitus territi, discedunt Colonia.* lis manifestè Deus calicē iræ, vertiginis & insanię miscuisset, dati sunt in reprobum sensum, videruntq; armatorum acies, quotas virginum trucidauerant, persequentes se, ad quarum impetum effera illa barbaries, & post tot triumphos iam fugere nescia, non auderet subsistere. Fugatis ergò pacis hostibus, conclusis ciuibus insperata pax reddita est, longoq; luctu soluti Colonienses, portis eruperunt, & eccè passim super nudum humum inhumata virginum cadauera inuenerūt: nec multum eos res fefellit, quippè qui iampridem transeuntium ibidem sanctarum puellarum vestes, habitus & naues nouerunt. Sed quia facilè animaduerterant deuotas Deo virgines, pro conseruādæ pudicitiæ signaculo, in agone martyrij occubuisse, ictq; earū patrocinantibus meritis,

nō modo mortē, sed etiā cruciatus barbarorū omni morte grauiores euasisse: vnanimi consensu, non

Studium Coloniēsiū erga humāda corpora sanctarū virginum.

quasi homines, sed quasi Deum in humanis corporibus venerantes, non priuatis, non publicis sumptibus pepercerunt, dum non modò humanitatis officio, verumetiam humilimę venerationis studio pro se quisque satagentes, alii dilaniata disiectaque martyrum membra congerunt, alii vestibus cooperiunt, alii terram effodiunt, alii sarcophagis imponunt. breuiq; tempore, sicut hodiè illic est cernere, sanctissimæ virginum reliquiæ, ad æternam Coloniensium gloriam pausauerunt in pace.

Cap. 18. In earum Ecclesia nemo sepelitur.

Ex eo autem iam crescente diuina religione, non modò consuetudo, sed pro consuetudine sacramentum ciuibus inoleuit, vt intra ambitum virginalis sepulturæ nemo vsque hodiè cuiusquam mortui corpus audeat sepelire. Aliquanto autem tempore euoluto, diuinitùs frequenter per visionem admonitus, & quasi legatione sanctarum virginum accitus vir

Nota hæc de Clematio

religiosus, nomine Clematius, ex Orientis partibus aduenit: qui pro voto suo ecclesiam, super sanctissimos cineres à fundamentis constructam, in hono-

Psal. 147.

rem sanctarū virginum compleuit. Lauda ergò Colonia Dominum, quoniam confortauit seras portarum tuarum, & posuit fines tuos pacem, & tanto præmisso pignore, benedixit filiis tuis in te.

Cap. 19. S. Cordula.

Erat autem de eodem sanctissimo virginum contubernio quædam, nomine Cordula: quæ ceteris virginibus in agone Christi occūbētibus, sola in vnius nauis alueo sub eadem nocte delituit, & in crastinū vltrò se morti, quam fugerat, virili animo offerens, triumphales cateruas cum pari gloria martyrii subsecuta est. Sed nemo in hoc scandalizetur, quasi beata illa virgo coronæ suæ parua hac formidine ali-

Mat. 26. Iohan 20.

quid derogauerit: cùm nec Petrus negans, nec Thomas dubitans, ab Apostolatus honore eiectus sit. Di-

Casus S. Petri Ecclesiæ fructum quē attulerit.

uino enim nutu ad magnum Ecclesiæ fructū Petrus de se, quasi de homine præsumens, & magistro commoriturum se asserens, ancillæ ostiariæ vocem vtiliter pertimuit: qui tamen posteà vsque ad crucē perueniens, nec Romæ vrbis principem expauit. Forsitan & beata illa virgo de anteactæ vitę puritate & fidei constantia præsumens, ad tolerandam passionē aliquid in se fiduciæ habuit: ideoq; humilianda erat, vt non in se, sed in Deo gloriari disceret, & sic humiliata, ad cælestem thalamum gloriosius transiret. Sic & fidelis Dauid cùm Domino diceret, Iuraui, & sta-

Psal. 18. Ibidem.

tui custodire iudicia iustitiæ tuæ: mox quasi in se reuolutus, subiecit, dicens: Humiliatus sum vsquequaquè. Nè autē infirma mēbra de salute desperarent, si quandò in passionis articulo pro humana infirmitate paululū hebescerent, ipse mediator Dei & homi-

Matt. 26. Iohan. 10.

num, personam infirmantium assumēs, dixit: Tristis est anima mea vsq; ad mortē. Pater, si fieri potest, trāseat à me calix iste. Eccè qui potestatem ponendi animam suam & sumendi eam habuit, trāsire à se calicē passionis petiuit, nec filius à patre exaudiri aliquādò potuit: sed caput pro infirmantibus membris loquebatur, quorum sibi tunc personam assumpsit. Forsitā

Iohan. 15.

etiam supernus ille agricola fructificantem palmitē vt fructū plùs ferret, adhuc purgare voluit: quēadmodùm cùm sigillū aliquod, sculptoris studio subtilissimè expressū, omnis iā popul[9] videt & laudat, artifex tamē adhuc imperfectū videt & limitat, vt quod oculis aliorū iam placuit, etiā suis in aliquo displicere nō possit. Sed quis cognouit sensū Domini? Ideo-

Rom. 11.

que superuacuū est occulta Dei iudicia discutere, q. salua fide, sine periculo licet nescire: cùm liquidò hoc constet, semperq; constiterit, quod athleta Dei, ad probationem, non ad reprobationem, dilata sit.

Cap. 20. Helendrudæ apparet S. Cordula.

Longa igitur temporū serie euoluta, sancta, quā prædiximus, Cordula inclytæ cuidam, incomparabilis tunc vitæ & specialis meriti Helendrudæ per visū apparuit, eamque quasi contubernalem suam, an se agnosceret, requisiuit. Illa autem quanuis sancta, & mente Deo iam proxima, tamē adhuc corruptibilis, & quasi corruptio incorruptelam nō sufferens, diuinæ venustatis & grauitatis personam exhorruit. Erat enim virgo Dei vltra omne artificium hominis vestita mirificè, coronamque lilijs rosisq; alternantibus intertextam gestās in capite. Famula ergò Dei ea pauore respirans, indignam se tantę maiestatis agnitione esse respondit, cùm ego, inquiēs, carnalis, peccatis legibus obnoxia: tu autem iam in ordinē cęlicolarum assumpta, totius sis corruptionis aliena. Tum Illa: Noueris, inquit, me vnam ex sacro Coloniensiū

S. Cordula altero die se carnificibus vltrò eadem obtulit.

virginum numero fuisse, quę illis in agone Christi triumphantibus, vna nocte superuixi, sequentiq; die mortis cupida, vltrò me carnificibus obtuli: sicq; in Christo moriens, nec sorores meas deserui, nec socialem martyrij coronam amisi. Itaque cùm illarū gloriosissimi transitus diem debita iam deuotione tota Colonia veneretur, mei nominis nec breuis aliqua adhuc recordatio agitur. Proindè nunc veniens id ti-

Sanctimoniales in collegio sanctarū virginum.

bi iniungo obediētiæ, quò sanctimonialibus, ad corpora nostra deuotè excubantibus, denuncies ex me, vt cùm sororum mearum triumphalem gloriam celebrant, proxima sequenti die & mihi aliquid venerationis impendant: quia minimè eis expedit, vt inter omnes, quæ illic pausant, mei tantùm nominis reuerentia nulla sit. Cumq; illa de nomine eius requireret, iussa est à virgine frontem eius intueri, vt hoc sibi nomen fuisse indubitanter sciret, quod illic exaratū inueniret. Paruit illa, vidit & legit, discretisq; syllabis, Cordula, distinctè scriptum inuenit.

Cap. 21.

Famula igitur Dei ad sanctimoniales diuinū oraculum retulit, creditumq; est, ac deincèps statutum, vt cùm pridiè beatarum virginum celebritas agitur, sequens dies sanctæ Cordulæ laudibus impendatur. Sed nè cui visio hæc quasi minus authoritatis, ludificāte somnio dubia, habere videatur, reuocet ad me-

Act. 10. Act. 16.

moriam, quia & Petrus dormiens, in disco vocationem gentium vidit, & Paulus virum Macedonem in Illyriam se vocantem non dubius audiuit, & patriarchæ nostri, Abraham scilicet, Isaac & Iacob, Ioseph quoquè, Gedeon atque Daniel, multa magna cælestium mysteriorum sacramenta viderunt. Magi etiā

Matt. 2. Ibidem.

de mutando reditu dormiētes edocti sunt. Ipse quoquè nutritius Domini Ioseph ab Angelo admonitus est in somnis in Aegyptum fugere: extinctisq; persecutoribus Christi, propter metū Archelai Nazareth secedere, ibiq; habitare. Sed quid his assertionibus opùs est, cùm famula Dei, cui reuelatio hæc ostensa est, tam celebris vitæ, tamq; sanctæ conuersationis fuerit, vt ipsa pro certissimo veritatis testimonio ha-

Sanctitas Helēdrudæ.

benda sit? Est enim locus in Saxonia Herse, ibiq; vsque hodiè gloriosa sanctimonialium congregatio, vbi sancta illa nata & nutrita, peracto sanctissimæ vitæ cursu, nunc corporaliter in pace quiescit: quanuis vltimi temporis sui aliquantum in monte, quo ciuitas Iburg sita est, in eadem sanctitate exegerit. Huius vitæ & sanctitatis tot testes sunt, quot vel hodiè Herse sanctimoniales sunt, vel abindè fuerunt: & verissi-

Miracula ad tumulum S. Helendrudæ.

mæ, vt potè Deo verbis hominum adstipulante. Vsque hodiè enim ad tumulū eius frequēter redditur lumen cæcis, gressus claudis, infirmi ad vsū vitæ reparātur, & obsessi ab immūdis spiritibus emūdātur. Ideoq; cōpetens eius testimoniū fuit, & nefas est dubitare, quod de sancta sanctæ, de sponsa sponsæ, de dilecta dilectæ suæ Dominus dignatus est reuelare.

Cap. 21. *Galat. 3.*

Glorietur ergò superna Hierusalem,& cælestis illa curia, tot ingenuis ciuibus ampliata: vbi non est seruus, aut liber, masculus aut fœmina. Glorietur Britannia, quamuis in Adā generans, virgineæ tamē indolis fœcunda. Glorietur Germania, tot lectissimos Oceani flores excipiens. Glorietur Roma, numerum virginum, quem acceperat, reddens. Glorietur Colonia, talem apud se thesaurū retinens. Glorietur beata illa sanctimonialium congregatio, tot sanctarum virginum, quibus deuotè famulatur, patrociniis de perpetua salute præsumens. Benedicta igitur gloria Domini de loco sancto. Vos autē sanctimoniales, tot cælestium gemmarum seruatrices, fideli obsequio specialiter satagite, vt si ad centesimum vel sexagesimum fructum non pertingitis, saltem post vestigia earum diuinæ misericordiæ spicas legatis. Omnes etiam in commune sanctissima earū patrocinia humilimè flagitemus, vt quia ad socialē cum ipsis gloriam adspirare nec audemus, nec possumus: tamen quia in domo patris mansiones multæ sunt, earū meritis patrocinantibus, in cælesti Hierusalē vel nouissimę sortis municipatū capiam*: pręstāte Domino nostro Iesu Christo, q cū patre & spiritu sancto viuit & gloriat Deus in secula seculorū, Amē.

Ezech. 3. *Matt. 13.* *Iohan. 14*

Hucusquè historia sanctarum virginum in vetustis manuscriptis codicibus legitur. Visum est autem huic subiungere nonnulla, quæ in antiquo sanè codice manuscripto habentur, quibus possunt confutari illi, qui fabulosa esse putant, quæ de beatissimis his virginibus narrantur.

Nota virginū sanctarū res gestas fida relatione ad posteros transmissas.

NOn autem, inquit, prætereundum, nec silentio supprimendum esse videtur, quod in ore nostratium (Coloniēsium) tenaci memoria semper omninò diligentissimè seruatum, religiosis frequēter colloquiis voluitur, credibile etiam, & aut verum, aut veri similimū non negatur. Deniquè plurima per opinionis coniecturam probantur esse conscripta, quibus tamen nulla vnquam authoritas refragata est. Mendacii nanque notā rectè nequaquàm incurrit, qui veritatis indagini ex maiorum, horumque admodùm religiosorum traditione, conuenientissimoque rationis iudicio sedulus cautusque, quātùm ad se, librator insistit. Nam cur cælestis huius exercitus à principio gesta simul & prælia non scriberētur, vt sic demùm puriùs & lucidiùs ad aures posteritatis transmitterentur, quotus in omni gēte mirari debeat, cùm causam huius negligentiæ communis penè omnium populorū afflictio per barbaros, his maximè regionibus debacchantes inflicta perdoceat? Per quam etiam hoc factum est, vt earundem sanctarum virginum memoria, post incensā sanctorum corporum custodē ecclesiam, paulatim ab ore primùm, deindè ab ipso pectore religiosi dudùm populi laberetur. Hæc nihilominus negligentia de honorandis thesauri preciosissimi loculis in nostratibus adeò vehementer induruit, vt ex remotis valdè orientalium regionum partibus Clematius quidā, vir, vt rerum exitus docuit, clarus simul & religiosus, atque ad honorandas illustrandasque fama pariter & munere sanctarū virginum sepulturas idoneus, crebris visionum prodigiis, terroribus & documentis Coloniam inuitatus accederet, & quęcūque coactus in suo loco primùm timore spoponderat, hic in reintegranda beatarum virginum basilica religionis deuotione perficeret. Cuius monimenta lapidibus isthic seruantur incisa, quæ & huic operi verbis eisdem putauimus inserenda:

Barbarorū vastationes.

Ecclesia sanctarū virginū īcendio cremaur.

DIVINIS FLAMMEIS VISIONIBVS FREQVENTER ADMONITVS, (VT VIRTVTIS MAGNAE MAIESTATIS MARTYRII CAELESTIVM VIRGINVM IMMINENTIVM) EX PARTIBVS ORIENTIS EXHIBITVS PRO VOTO CLEMATIVS VIR CONSVLARIS, DE PROPRIO IN LOCO SVO HANC BASILICAM VOTO, QVO DEBEBAT, A FVNDAMENTIS RESTITVIT.

Clematⁱ cōsularis, crebris visionibꝰ admonetur īstaurare ecclesiam sāctarum virginū.

Quod quia breuiter designari, paginę veritas ipsa poscebat, quosdā minùs diligēter intendētes, sensus eius vetus, & ad sētētię totius solutionē omnimodis aptus, hucusq; latebat. Vndè ꝓpterid, quód Clematiꝰ de proprio a fūdamētis sanctarū virginū ecclesiam scribitur erexisse, putant eū propriū hic pręditū habuisse, in quo eandem reedificauerit, quā priùs ædificatam fuisse, quāuis multo iam tempore destructā, nemo fuit, qui vel hactenùs dubitauerit. Sed ex proprio pecuniæ suæ precio melius eam aliundè veniēs religiosus idem Clematius creditur recuperasse: qui non solum in loco proprio preciosorum corporū venerationē debitam redintegrauit & auxit, verùm etiam in exteras prouincias, vndè venerat, & per quas iter fecerat, famam tantam eundo & redeundo perduxit. Hactenus ex codice supradicto, vbi etiam confutantur, qui putant eas ab Oriente venisse, asseriturque ea Britannia Coloniam eas accessisse.

S. Virgines ex Britannia venerunt primò Coloniam.

Vuandalberti Prumiensis præclarum & antiquum de iisdem virginibus testimonium. Claruit is Anno Christi 850.

TVnc numerosa simul Rheni per littora fulgent
Christo virgineis erecta trophea maniplis
Agrippina vrbi, quarum furor impius olim
Millia mactauit ductricibus inclyta sanctis.

Sigebertus monachus Gemblacensis, qui claruit anno salutis 1110. ita scripsit in suo Chronico circa annum Domini 453. admodùm consentiens historiæ quam nos suprà posuimus: immò ad verbum in quibusdam eam secutus.

OMnibus bellis famosius fuit bellum, quod candidatus sanctarū vndecim milliū virgineum exercitus bellauit, duce sancta virgine Vrsula: quę filia vnica* Nori nobilissimi Britannorum principis, cùm nōdùm nubilis à filio cuiusdam ferissimi tyranni ad nuptias expeteretur, & patrem suū super hoc anxiari videret, (qui Deū metuebat, si filiē Deo iam deuotā nubere cogeret, & tyrannū timebat, si ei filiā denegaret) diuinitùs inspirata nutanti patri suasit, vt & tyranno assentiretur, ea tamē illi proposita cōditione, vt ipse & tyrānus decē virgines genere, forma & ætate electas, sibi traderēt, & tā sibi, quàm singulis illarum mille virgines subscriberent: & cōparatis ad numerū ipsarū vndecim trieribus, inducias triennii sibi darent ad exercitium virginitatis suæ: nouo vsa consilio, vt aut difficultate propositæ cōditionis animum eius à se auerteret, aut hac opportunitate omnes coæuas suas secū Deo dicaret. Et ex hoc cōdicto, virginibus trieribus & sumptis cōparatis, per trienniū belli præludia, cunctis mirantibus, * celebrarunt. Tandem sub vno die, agente vento, ad portū Galliæ, qui Tila dicitur, & deindè Coloniē appulsæ sūt. Ibiq; ex Angeli monitu Romā tēdētes, ad

for. Deonoti.*

Prudētia S. Vrsulæ virginis.

** Hæc dicto aut cōsimilis, deest.*

Ut dictum est in nostro codice. urbem Basileam nauibus, à Basilea Romam vsque pedibus profectæ, eodem eundi tenore Coloniam sunt reuersæ, ab Hunnis vndique obsessam. A quibus cunctæ martyrizatæ, nouo & mirabili modo triumpharunt, & Coloniam sanguine & sepultura sua clariorem reddiderunt.

Ex his Sigeberti verbis haud obscurè colligi potest, Historiam, quam nos hic edimus, ante eius ætatem iam scriptam fuisse. Possent multi alij citati graues scriptores, qui harum sanctissimarum virginum partim etiam proliæ meminerunt, & nostræ historiæ adstipulantur, sed hæc sufficiunt. Haberemus autem proculdubiò plura de tam præclaro & admirando virginum exercitu, nisi barbarorū crebris irruptionibus multa deperiissēt.

VITA S. *VVOLFI LAICI, SICVT hanc ex ipsius Vuolfi relatione descripsit Cap. 15. lib. 8. historiæ gentis Francorum S. Gregorius Turonensis. Festū eius hoc die 21. Octobris tabulæ Benedictinorum habent.

** Vulfi.*

21. Octob.
** Eposium*



ROfecti in itinere ad* Exosiū castrum accessimus, ibiq; Vulfilaici Diaconum nacti, & ad monasterium eius deducti, benignissimè suscepti sumus. Est enim hoc monasterium quasi milibus octo ab antedicto castro, in montis cacumine locatum, in quo monte magnam basilicam ædificauit, quam beati Martini, & reliquorum sanctorum reliquiis illustrauit. Commorantes autem ibi, petere ab eo cœpimus, vt nobis aliqua de conuersionis suę bono narraret, vel qualiter ad clericatus officiū aduenisset, quia erat genere Lōgobardus. Sed nolebat exponere, vanā tota intētione cupiēs gloriam euitare. Quē ego terribilibus sacramētis cōiurans, pollicitus primò vt nulli quę referebat expādere, rogare cœpi, vt nihil mihi de his quę interrogabā occuleret. Cūq; diutissimè reluctatus fuisset, victus tandem tam precibus, quām obsecrationib⁹ meis, hęc effatus est.

Ecce quomodò sanctorum reliquiæ basilicas illustrant.

Dum essem, inquit, puer, & paruulus, audito beati Martini nomine, nesciens adhuc vtrùm martyr, an confessor esset, vel quid boni in mundo gessisset, vel quæ regio beatos artus tumulo meruisset accipere, iam in eius honorem vigilias celebrabam, ac si aliquid nummismatis inter manus aduenisset, eleemosynam faciebam. Iamque in maiori ætate proficiens, literas discere studui. Ex quibus priùs scribere potui, quàm ordinem scripturarum literarum scirē. Deindè Aredio Abbati coniunctus, ab eoque edoctus, beati Martini basilicam adii. Reuertensque ille mecum, parumpèr puluerис beati sepulchri pro benedictione sustulit. Quem in capsula positum ad collū meum appendit. Deuectis autem nobis ad monasterium eius Lemouicino in termino, acceptā capsulā in oratorio suo locauit. Factum est autem, vt non solùm totam capsam repleret puluis, verumetiam foris inter iuncturas, vbi aditum reperire potuit, scaturet. Ex hoc mihi miraculi lumine animus magis accensus est, totam spem meam in eius virtute defigere. Deindè territorium Treuiricæ vrbis expetii, & in quo nunc estis mōte habitaculum, quod cernitis, proprio labore construxi. Reperi autem hic Dianę simulacrū, quod populus hic incredulus quasi Deum adorabat. Columnam etiam statui, in qua cum grandi cruciatu sine ullo pedum stabam tegmine. Itaque

Visitat cū Aredio Abbate suo S. Martini reliquias.

Cōstruit ecclesiam

cùm hyemis tempus solitò aduenisset, ità rigore glaciali vrebar, vt vngues pedum meorū sæpius vis frigoris excuteret, & in barbis meis aqua gelu connexa, candelarum more dependeret. Magnam enim hyemem regio illa persæpè noscitur sustinere.

Sed cùm nos solicitè interrogaremus, quis ei cibus, aut potus esset, & qualiter simulacra montis illius subuertisset, ait: Potus, cibusque meus erat parū panis & oleris, ac modicum aquæ. Porrò vbi ad me multitudo vicinarum villarum confluere cœpit, prędicabam iugiter nihil esse Dianam, nihil simulacra, nihilque, quæ eis videbatur exerceri, culturam: indigna etiam esse ipsa, quæ inter pocula, luxuriasq; profluas cantica proferebant: sed potiùs Deo omnipotenti, qui cælum fecit ac terram, dignum esse sacrificium laudis impendere. Orabam etiam sæpiùs, vt simulacris Dominus dirutis dignaretur populum ab hoc errore discutere. Flexit Domini misericordia mentem rusticam, vt inclinaret aurē suam in verba oris mei, vt scilicet relictis idolis Dominum sequeretur. Tunc conuocatis quibusdam ex eis, vt simulacrum hoc immēsum, quod elidere propria virtute non poteram, cū eorum adiutorio possem eruere. Iam enim reliqua sigillorum, quæ faciliora fuerant, ipse confregeram. Conuenientibus igitur multis ad hanc Dianæ statuam, missis funibus trahere cœperunt, sed nihil labor eorum proficere poterat. Tunc ego ad basilicam propero, prostratusque solo diuinam misericordiam cum lachrymis flagitabam, vt quia id humana industria euertere non valebat, virtus illud diuina destrueret. Egressusque post orationem, ad operarios veni, apprehensoque fune, vt primo ictu trahere cœpimus, protinus simulacrum ruit in terram. quod confractum cum malleis ferreis in puluerem redegi. Ipsa quoquè hora cùm ad cibum capiendum venissem, ità omne corpus meū à vertice vsque ad plantam pedis pustulis malis repletum est, vt locus, quem vnus digitus tegeret, vacuus inueniri non posset. Ingressus autem basilicam solus, denudaui me coram sancto altario. Habebam enim ampullam oleo plenam, quam de sancti Martini basilica detuleram. Ex qua proprijs manibus omnes artus perūxi, moxque sopori locatus sum. Expergefactus verò circa medium noctis, cùm ad cursum reddendum surgerem, ità corpus totū incolume reperi, ac si nullum super me vlcus apparuisset. Quę vulnera non aliter, nisi per inuidiam inimici emissa cognoui. Et quia semper ipse inuidet, Deum quærentibus nocere conatur. Aduenientibus autem Episcopis, qui me magis ad hoc cohortari debuerant, vt cœptum opus sagaciter explicare deberem, dixerūt mihi: Non est æqua hæc via, quam sequeris, nec tu ignobilis Symeoni Antiocheno, qui in columna insedit, poteris comparari. Sed nec cruciatum hunc te sustinere patitur loci positio. Descende potiùs, & cum fratribus, quos congregasti tecum, inhabita. Ad quorum verba, quia Sacerdotibus non obedire asscribitur crimini, descendebam, fateor, & ambulabam cum eisdem, ac cibū pariter capiebam. Quadam verò die prouocans me Episcopus longiùs ad villam, emisit operarios cum scalpris, & malleis, ac securibus, & eliserunt columnam, in qua stare solitus eram. Postridiè autem veniens, inueni omnia dissipata, fleuique vehementer, sed erigere nequiui, quæ destruaeram, nè dicerer contrarius iussionibus Sacerdotum. Et ex eo tempore cum fratribus, sicut nunc habito, habitare contentus sum.

Ecce quā ta fuerit eius abstinentia.

Euertit Dianæ simulacrū.

Ecce vim orationis sanctis bus.

Vis sancti olei.

Magnerici Treuerensis is fuit, cuius cap. 12. huius libri meminit Gregorius

Qua

Quæ sequuntur, ex M S. codice monasterij Rubeæ vallis descripsimus, in quo ijsdem penè verbis vita hæc etiam erat.

Felix obitus eius.

HIc sanctus Vuolfus bonorum semper operum incrementis proficiens, multisque clarus virtutibus, in pace tandèm quieuit, sepultusque est in eodem loco in ecclesia quam ipse ædificauit, in qua multa apud eius memoriam referuntur fieri crebrò miracula. Contigit autem cùm idem locus ex antiquitate esset neglectus, vt quadam die ob incuriam incendium pateretur. Cumque ecclesiam & omnia circuitu ignis absumeret, mœsti ciues de beati viri reliquiis turbari cœperũt, quia eas velut fracto loculo detectas antiquitas reliquerat. Et eccè sedato igne diligenter intuẽtes, ossa viri sancti ab hac vstione intacta repertunt, ac si nullum locus ille incendium esset perpessus. Ob hanc causam, & maximè quia solitarius erat locus, visum est venerabili Egeberto Treuerorum Episcopo, vt ossa sancti viri in memoratum superiùs castrum transferrentur, quatenùs ibi cum maiori reuerentia & custodia haberentur. Inito itaque consilio, cùm ea eodem loco præsente Episcopo & clericis vel monachis aliaque populi frequentia deportarẽtur: euntibus illis, cum iam fluuium præterissent, larga super eos repenè pluuia descendit, sed ut tanti viri Dominus meritum ostenderet, per omne quod à prædicto loco ad castrum tendebatur spatium, cùm nequaquam imber cessaret, super sancti viri ferettũ, nec vna pluuię gutta cecidit. Itaq; ab illa inũdatione fuit protectus, sicut à supradicta fuerat ignis læsione delẽsus. Amẽ.

Sacra ossa eius ab igne nõ læduntur.

Nec à pluuia dum trãsferũtur.

VITA SANCTI PATRIS NOstri Abercij Episcopi Hierapolitani, authore Simeone Metaphraste, vt habetur in Tomis Aloysii.

22. Octob. Cap. 1.



MARCO Antonio & Lucio Vero Romanum obtinentibus imperium, peruasit decretum in vniuersam terram, quæ parebat Romanis, iubens offerri publica sacrificia & libamina diis, qui dicuntur. Cùm hoc ergò decretum, tũc missum esset ad Publium paruæ Phrygiæ Præsidem, licebat videre omnes, qui erant sub ditione Romanorum, celebrare festa & sacrificia, & diligenter inseruire iussint Romanorum: Senatusque Hierapolitanus & populus nequaquàm aberant a sacro illo publico. Hic autem ipse, cuius est præsens argumentum, Abercius, cui erat commissus Episcopatus Hierapolitanorũ, cùm vidisset ciues candidatos infesta illa festa peragere ad suæ animæ interitum: & verum quidem Deum contemptui haberi, surda autem adorari simulacra: falsam phantasiam (vt dicam cum diuino Habacuc) & erroris caliginem super multos infundi, rem arbitratus grauem & valdè absurdam, & tanquam animo sauciatus pro fratribus, cum lachrymis Deum seorsùm precabatur, dicens: Deus seculorum, & Domine misericordiæ, qui hunc vniuersum fabricatus, id contines: qui voluisti, vt unigenitus tuus filius propter nos homo fieret, nunc quoquè aspice mũdum, quẽ tu condidisti: neque hanc tua ciuitatem, in qua me posuisti pastorẽ tuarũ ouiũ, & cuius mihi indigno commisisti Episcopatũ, despicias sic manufactis deditã abominationib⁹: sed eos liberatos a nube erroris, quę eis offũdit tenebras, adiunge tuo lumini.

Abercius Episcopi zelus.

Habac. 2.

Preces Abercij cũ lachrymis.

Hæc cùm magna diei parte esset precatus, & se somno dedisset, videt adolescentem elegantẽ ac speciosum, virgam ei in manum tradentẽ, & dicentẽ: In nomine meo, Aberci, nunc ambula, & hoc baculo contere authores erroris. E somno ergò excitatus, cùm rectè intellexisset, Dominum sibi apparuisse, statim surgit, & impletur fiducia, & maximo ligno arrepto, abiit ille, zelum spirans & iram, ad templũ Apollinis, vbi peragebantur plura sacrificia & libamina. Erat autem circa nonã horam noctis. Itaque diuina fretus apparitione, primùm quidẽ ipsis manibus pulsat templi portas: & cùm claues & vectes ab eo essent contriti, & apertæ essent portæ, in mediũ accurrens templum, Apollinis, quod illic stabat, simulacrum confregit ac comminuit. Deindè alia quoquè aliorũ deorũ simulacra obiens, affecit similiter. Dij autem non se defenderunt, & quæ sunt surda & inania, sic erant planè surda & muta, vocem tamen maximam rebus ipsis emittentia, insanos esse homines, qui eos colunt, & deos nominant: & quæ nunc patiuntur, illa quidem iustè pati, & valdè laudabiliter.

Cap. 2. Visio.

Destruit dæmonum simulacra

Deorum autem cultores, & templi ministri, cùm hæc magna audacia facta esse uidissent, erant pleni stupore & dubitatione. Is verò ad eos conuersus, & iusta cum ira, iustus intuens: Abite, inquit, ad senatũ, & toti populo renunciate, quòd dii uestri hesterno inebriati conuiuio & commessatione, se inuicem cõtriuerunt, & sic in terrã deiecerunt. Sed vos, si quid sit in vobis sensus, confracta hęc simulacra camino mandate & igni. Sic enim dii vestri vobis fortè fuerint vtiles, per calcem, inquam, quæ est ex illis faciẽda. Hæc cùm fecisset & dixisset Abercius, domũ rediit, tanquàm vir fortissimus, suis peremptis hostibus, qui erant reuerà authores exitii multarum animarum. Reuersus autem docebat multitudinẽ, quæ ad ipsum confluebat, veram sequi religionem, & moderatæ vitæ curã gerere. Sub ipsam autem noctẽ, sacrifici & æditui accedunt ad senatum, & deferunt quidem Abercium: docent autem ea, quæ facta fuerant. Itaque cùm primum illuxit, fama per omnes peruasit, quòd magnus quidem Abercius in magnũ errorẽ incidisset, in deos autẽ insurrexisset, & quòd ea de causa non solùm diis & Imperatoribus, sed etiam populo & vniuersæ ciuitati deberet dare pœnas. Properè ergò omnes in templũ congregati, inter se disceptabant, & de eo communicabant. Et qui erant quidẽ primi ex ciuibus, & longè aliis antecellebant, consulebãt mittere ministros publicos, & Abercium adducere, redditurum rationem, quanam de causa hæc sit ausus, & quosnã habeat, qui ei opẽ ferãt. Neq; est enim, aiebãt, verisimile, eũ, qui talia aggrediẽ, nõ plures habere adiutores. Cùm ergò illos quoquè comprehenderimus, vinctos simul cum Abercio mittemur ad Præsidem, vt meritas luant pœnas suæ in deos ipsos iniuriæ, & in Imperatores.

Cap. 3.

Deridet stultitiam idololatrarum.

Defertur ad Senatum.

Atque iis quidẽ, qui cęteris præstabãt prudẽtia, sicut diximus, videbatur hoc expedire: & sic, aiebãt, erit nobis faciendũ. Populus autẽ cùm vidisset manus & pedes, & deorum facies humi proiectas, & valdè cõmotus esset, amẽs, dixerit quispiã, pro amẽtib⁹, lignis & lapidibus correptis, (talis enim est vniuersa turba, ad irã cõmota, & itã impetu utẽs incõsiderato) Eamus, inter se inuicèm clamabãt, eamus, iniiciamus ignẽ in eius domũ, & eã quãptimũ accẽdamus, vt nõ ille solùm, sed etiã quicũq; cũ eo habitat, & cũ eo sentit, malè pereat. Senat⁹ autẽ timẽs, nè, si exustę essẽt ędes Abercij, ędes quoq; vicinorũ & multorũ nullius culpę affinũ, mali quoq; simul essẽt participes: & deinde de iis pœnas sumeret Publius, quòd se adiunxissẽt multitudini, efferatos demulcebat, & ęstuãtes

Cap. 4. Populus in eũ commouetur.

Christiani suadēt Abercio, vt det locū iræ & excedat è ciuitate

eorum animos conabatur comprimere. Interim autem facta mora non modica, cùm hoc quidam audiuissent ex iis, qui iam pietatem didicerant, celerrimè veniunt ad ædes Abercii: cumque illum inuenissent, eos, qui aderant, placido & læto vultu accipientem doctrina pietatis, perindè acsi nihil noui accidisset, ei dicunt paratas insidias, & rogant, vt parùm loci det insolenti populi tumultui, & statim excedat è ciuitate, nè res duas præcipuas amitterent, patrem scilicet, & fratres, ipsum scilicet diuinum Abercium, quem eis in locum patris dedit spiritus sanctus, & fratres illos, quos, si is esset superstes, adduceret ad pietatem.

Cap. 5.

Ille autem, Fugitiui, inquit, ò fratres, omninò existimaremur à suscipiendis pro Christo perpessionibus, si propter ipsum pati tā turpiter declinaremus, idque cùm ille sacris iusserit Apostolis liberè prædicare gentibus verbum pietatis, neque timere aliquid graue, & quod nollent pro nomine eius non pati in tempore, quo intentantur ea, quæ uexant & cruciāt. Nam & propter ipsum mala perpeti est iucundum, & pro illo mori, est quauis uita uerè iucundius. Verumenimuerò parendum est nobis sic uolentibus: & fugiendi sunt ij, qui nos inuadunt. Nam hoc quoq; planè iubet lex Christi, fugere videlicet eos, qui persequuntur. Hæc dixit, & simul cum eis egressus, per mediam ciuitatem uadit in forum. Vbi etiam cùm sedisset in loco, qui apud eos vocabatur Fragelliū, docebat eos, qui aderāt præconium ueritatis, & eos dignabatur Dei cognitione, prout illi poterant esse digni: & dicebat, oportere eum, qui erat diuino baptismo initiatus, & dignus habitus, qui iam Christianus & esset, & nominaretur, quæ aderant quidem, iucunda despicere: esse enim breuia & caduca: expetere autem uitam solam immortalem. Nam ea sola est verè uita, quam Deus parauit iis, qui ipsum diligunt. Interim autem dum hæc disserebat, cùm quæ in eū ferebatur, id resciuisset, multitudo: & quòd non satis habuit domi uerba facere de sua fide, sed etiā publicè prædicat, & liberè annūciat suam religionem, maiori insania perciti, & feruētes acriori spiritu, nō ampliùs contineri poterant, nec nolebant optimatibus cedere ciuitatis: sed cum tumultu & clamore in eum impetum faciebant, ipsum, & eos, qui cum ipso erant, dentibus ꝓpemodùm uolentes discerpere.

Mat. 10.

Ibidem.

Magna libertas et fiducia S. Abercij.

Cap. 6.

Cùm autem iam ad ipsum venissent, & mox essent manus in eum iniecturi, eccè tres adolescentes, cùm maligni dæmones eos longo antè tempore inuasissent, repentè ruptis vestibus è populo eacurrūt, suas manus mordentes & torquentes, oculos inuertētes, spumas in ore agentes, & confusam quandam alienamque vocem emittentes. Qui cùm accurrissent ad Abercium: Adiuramus te per uerum & solum Deū, quem tu prædicas, vehementer clamabāt, nè nos torqueas ante tempus. Hoc multitudinis quidem illum à ratione alienum cohibuit impetum: adolescētibus autem sedauit malum: aut potiùs, si veriùs sit dicendum, utrisque repressit insaniam, adolescētibus quidem insaniā, quæ proficiscebatur à dæmonibus: multitudini autem eam, quæ ex inerudita & rudi natura commota erat aduersus sanctum. Stabant ergò omnes eum fixis intuentes oculis, maxima eius moderatione & morum tranquillitate eorum impetu refrenato, atque expectabant, quisnam futurus esset exitus. Diuinus autem Abercius nihil cunctatus, cùm se conuertisset ad orationem: Sancti tui filii Iesu pater, dixit, qui etiam si milliès peccauerimus, ipse ea dispēsas, quæ pertinent ad salutem, rogo te & obsecro, vt dęmonum insultum soluas adolescentibus, vt ipsi quoq; decæterò ambulent, tuā sequentes uoluntatē, & efficiant eo, quod in ipsis fiet, miraculo, vt multi alii tibi adiungantur, atque omnes cognoscant, te solum esse Deū, & non esse alium præter te. Hæc cùm Deum esset precatus, & adspexisset adolescētes, percutit eorum capita virga, quā habebat in manibus: In nomine mei Christi, dicēs, exite ea his adolescētibus mala dęmonia, eos nihil offēdētia. Et illa quidē vis à vocē edere maximā, protinus abierūt: Ii verò, depulsa ea, quæ tūc propter dęmones eos obsidebat, caligine, cùm parū adspexissisēt, & veluti respirasēt, illius sāctos pedes osculātur, & nullā edētes vocē, eos diù tenēt, adeò vt omnes existimarent eos esse mortuos. Ipse autem cùm apprehendisset illorum dexteram, facit eos surgere sanæ mentis. Et illi quidem, quæsitis vestibus, cùm eas induissent, cernebantur deinceps vestiti, & sanæ mentis, & ab Abercio minimè recedentes.

Tres dæmoniaci populi insanientis cohibent impetū.

Tres dæmoniaci curantur.

Cap. 7.

Populus conuertitur ad Dominum.

Cùm hæc autem vidisset turba, omnes veluti vna mente & uno ore: Tu es solus verus Deus, qui per tuum prædicaris Abercium, magna voce dixerūt. Ei rei fert testimonium repentina illa mutatio multitudinis, quæ usqueadeò fuit capta miraculo, vt uullus defuerit, qui non haberet agnitionem: immò omnes ad diuinum baptismū accurrerint, ea paratis Abercio insidiis hoc præclarum interim consecuti, nempe suam salutē. Ceterùm dicebāt esse aliquid, quod eos maximè conturbabat: se enim pertimescere, nè propter magnum dedecus, quo multitudo eorū perfudit animam, sic permanerent nequaquàm Deo accepti. Accedentes itaque dicebant: Doce nos, homo Dei, an sit nos Deus patienter adspecturus, an nobis mala redditurus propter ea peccata, quæ fecimus in ignorātia, quod etiam horremus, propter quod dolemus, quod timemus ac formidamus. Ille autē propius accedens, quàm potuit maxima & clarissima voce: Viri, inquit, qui nunc credidistis, si non perseueretis in ueteribus vestris operibus, & paternis traditionibus, sed recedatis ab omni vitio, inuidia, inquam, odio, immunditia, & aliis, quæ priùs fecistis, cùm essetis in ignorantia, ipse erit vobis propitius, in quem nunc syncere credidistis: qui etiam eos vocans, qui sunt aggrauati peccatis, Venite, inquit, ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. Habemus eaempla innumerabilia eius benignitatis. Quamobrem in ipsum credētes, vos omnes ei vestras dedicate animas, & spe non frustrabimini. Sed graues, dicebant, plagas accepimus, totos nosipsos antea dedentes obscœnis corporis voluptatibus, & maxima ex parte seruientes corporis desideriis, & adhuc malam habemus consuetudinem, tyrannidem in nobis exercentem. Ille autem: Accurrite, inquit, quamprimum ad medicum, & ieiuniū, labores, preces, lachrymas, peccatorum confessionē, & illarum ipsarum, quæ vos vexant, cogitationum, & ad malum faciendum impellunt: quod etiam per diuinum Osee longo antè tempore Deus, vtpotè nō ab eis factum, eaprobrat Iudæis: Cur, dicens, siluistis impietatem, & eius fructum vindemiastis? Hæc vtilissima medicamenta ipsi vobis imponite: & nec vulnerum quidem vobis remanebit vestigium.

Docet populū viā salutis.

Matt. 11.

Remedia aduersus peccatum.

Osee. 10.

Cap. 8.

Cùm eos sic diuinus alloqueretur Abercius, nona hora diei finita ei quoquè affert finem dicendi: & in his soluit sermonem, consuetis precibus eum trahentibus ad alium sermonem habendum cum eo, quem desiderabat. Ille ergò surrexit: & cùm sacras manus imposuisset iis, qui malè se habebāt, & eorum extinxit dolores & ad perfectam reduxit sanitatem. Deindè cùm benè precatus esset omnibus, & benedixisset, quinetiam osculo in Domino impertiisset, & veluti quoddā signaculum eis imposuisset, vt quæ

Morbidi sanantur.

dicta

dicta sunt, rectè ab eis custodirētur, domū ibat cum fratribus: multitudo autem eum sequebatur, & rogabat, vt ab illo baptizaretur. Ille autem accipit quidē, vt par erat, promptum eorum animi studium, ipse quoquè in eo habēs longè maiorē, quàm, ij habebāt, animi alacritatem. Sed quoniam non erat tēpus cōueniens, baptismum differt in diem sequentē. Atque multi quidem ex ijs propter magnum baptismi desiderium, cùm ne domum quidē redire sustinuissent, dormierunt illic prope domunculam. Cùm autem esset mediū noctis, gratia resplēdens Abercius, cùm Deum precatus fuisset, è domo egreditur: & cùm circunsistentem vidisset turbam, & sustineotem, sublatis in cęlos oculis: Ago tibi gratias, Domine Deus, inquit, quòd misertus sis mei, qui sum pastor tuarū ouium rationis compotum: & qui in nos vigilabat lupum, frustra hiantē reddideris: & à ueritate diuulsam hanc gregis partem reuocaris, & iam filiorum adoptione digneris per baptismū. Hæc cùm dixisset Deo vniuersorum, iubet multitudinem eō sequi ad ecclesiam. Cùm autem iam venissent, cōsuetis dictis precibus, baptismo initiat viros numero quingētos.

500. baptizantur.

Ex hioc autem multi ad illum confluebant, nō solùm ea magna Phrygia, & vniuersa finitima regione, sed etiam qui Asiam habitabant, & qui degebant in prouincijs Lydia & Caria. Etenim per vniuersam ciuitatē de ipso manabat sermo, qui non erat vanus & inanis, & ideò citò poterat extingui: sed qui ex veritate magnas habebat vires. Ad eum ergò cōfluebant, alij quidem ut discerent, quę erant salutaria: alij autem, vt liberarentur ab ijs, quę eis afferebant molestiam: quos scilicet premebat morbus, aut etiam aliquod aliud tenebat malum. Erat enim aptissimus ad docēdum verbum veritatis, & paratissimus familiares Christo reddere eos, qui accedebant.

Multi ad eū cōfluūt salutis obtinendæ causa.

Cap. 6.

Phrygella mater Poplionis cæca ad Sanctum adducit.

Pauci dies prætererierunt, cùm assumptis presbyteris & diaconis, & reliqua præterea fraternitate, procedit & sedens in eo loco, in quo consueuerat, tanquàm ex aliquo fonte suauissimo, ex ore profundit doctrinæ fluenta suauissima. Intereà autem accessit adducta illustris quędā fœmina, oculis orbata, nomine Phrygella, mater Euxeniani Poplionis. Is verò Poplion apud Imperatorē & vniuersā ciuitatem primū locum in honore obtinebat. Adducta ergò, sicut diximus, mater illius, postquam audiuit magnū Abercium hic iam sedere & docere, magno studio ad eū accurrens, & illius pedes præhendens, vehemēter eum precabatur, &, Miserere, dicebat, mihi hominū maximè uenerande, soliquè vero Deo chare, miserere mei supplicis: redde mihi rursùs oculos magnum Dei opus: effice, ut iucundum Solem rursùs intuear: neque me despicias affectam tam miserabiliter: consolare meā calamitatem: moueat te maximus meus splēdor. Est mihi filius Poplion, qui multùm potest apud Imperatorē, & ciuitatē: ego autem ipsum non video. Sunt mihi diuitiæ ingentes, & variæ, famuli, pecuniæ, prædia: ego autem ad ea me peiùs habeo, quàm egētes. Nā illi quidē possunt frui adspectu illorū paucorū, q̄ habēt, & ea, q̄ habēt, vt volūt, administrare: ego verò nec ea possū videre, quorū credor esse domina. Et vtinam priuata his omnib', solos haberem oculos. Propterea rogo tuam clementem animam, valdè, inquam, rogo & supplico misera, vt meos aperias oculos, & tua apud verum Deum fiducia eis vim videndi immittas.

Cap. 10.

Ille autē: At ego, inquit, o mulier, sum peccator, & qui magis egeo misericordia, & pendeo totus à Dei elementia. Si autem tu etiam credis in Deum, in quo ego confido, potest omnino sicut ei, qui erat cæcus ab ortu, tibi quoquè visum donare. Illa

Iohan. 9.

verò: Credo, inquit, in verum Dominum Christum: tu igitur meos credentis tangens oculos, iucundam & desiderabilem eis lucem largire. Hæc nō audis solùm dicebat verbis, sed & moribus confirmabat, & fontibus lachrymarum. Misertus ergò sanctus, & ad cælos adspiciens, qui erat cælis vere dignus: Veni, inquit, vera lux, Iesu Christe, & aperi huius oculos. Deinde conuersus, cum eius tetigisset oculos: Si verè, dixit, in Christum credidit Phrygella, statim visum recipiat. Cùm sic ergò dixisset, & soluta est ipsa orbitas, & patuit verā fuisse eius fidē in Christū. Visus enim oculorū corporis, significabat illuminatos esse animæ oculos. Porrò autem cognita est etiā in dono grata, dicēs: Domine, ago tibi gratias, quòd mihi dupliciter lucē sis largitus. His enim, qui vidētur oculis corporis, cordis oculos lōgè mihi magis aperuisti. Vndè etiā mihi cōuenit dicere, quæ tuus Dauid: Liberasti oculos meos a lachrymis, & pedes meos à lapsu. Verè enim sum liberata ab offensione, neq; gressus animæ sunt minores gressibus corporis. Hinc vehemēter capta amore Christi, cùm totā se cōtulisset ad seruanda eius mādata: Eccè, inquit, pater, ad sāctū adspiciens, præsētibus his multis testibus, dimidium mearū facultatū tibi committo, vt distribuas indigentibus. Quæ ergò circunsistebat multitudo, admirata nouū hoc miraculum, ipsa quoquè exclamauit: Magnus es, Deus Christianorū, nam ij quoquè magnis vere fruuntur gratijs, qui tuum nomen inuocāt. Tūc autē diuinus Abercius: Eccè, inquit, mulier cognouisti, quam liberaliter ac munifice Dominus meus eos remuneratur, qui sperāt in ipsū. Vade ergò in pace, tibi animum adhibēs, & illi agens eas, quas par est, gratias. Hæc ille cùm dixisset, Phrygella recessit quidem in præsentia: rursùs autem redit, & eum valdè colere perseuerauit. Atque rursùs quidem aggressus est Abercius consuetam doctrinam.

Phrygella illustris matrona recipit lumen.

Psal. 114.

Dimidiā partem facultatū suarum dat pauperib' Phrygella

Cap. 11.

Cùm autē quod in Phrygella factū fuit miraculū, in multas terræ partes peruasisset, accedūt ad eum tres vetulæ, quæ ipsæ quoq; erāt orbatæ oculis, dicētes: Nos etiā credimus in Iesū, qui à te prædicatur. Appareat ergo in nos quoquè eius clemētia, & nobis lucē, o vir admirāde, ostēde, sicut Phrygellę. Ille autē, Si fides vestra, inquit, vera est in verū Deū, sicut dicitis, eū videbitis cordis oculis, qui cadūt sub intelligentiā. Hæc dixit, & cùm sustulisset oculos: Domine Iesu Christe, inquit, rogo te, videant ipsæ quoque lucē tuæ agnitionis: & ab ea, quæ est eis offusa, liberatæ caligine, adspiciāt, Domine, radios tuæ veritatis. Sic est precatus: & eccè locū, in quo stabāt, magna lux circunfulsit desuper: & omnes in terrā ceciderūt obstupefacti spectaculo, quod præter opinionē euenerat. Nō erat autē lux, cuiusmodi ea est, quæ venit ex sole & fulgure, sed noua prorsus, & stupēda, & insueta. Eæ ergò stabāt immotæ, cùm omnes humi cecidissent: & lux illa, quæ apparuit, cùm valdè in eorū oculos incubuisset, eas statim fecit videre, & hanc suauē & hominibus gratam Solis lucem intueri. Ille autem cùm tam sanis eas vidisset oculis, Quid est, rogauit, quod vobis apparuit, & quid vidistis, cùm primùm adspexistis? Vna autem: Senem, inquit, vidi, cuius formæ non potest referri pulchritudo & alacritas. Altera autem: Visus est mihi adolescens. Tertia verò: Puer, inquit, meos attigit oculos. Hæc cùm audiuisset Abercius, & rerum admirabilium Deo egisset gratias, intermisit docere.

Tres aliæ cæcæ miro modo illuminantur

Cap. 12.

Hymni hora Nona.

Ex ijs autem, qui aderant, ijs assumptis, qui erant familiares, domum redit, & cùm horæ nonæ hymnos absoluisset, patū panis assumit. Ita enim solebat, tanquam aliud agēdo, & in fine diei, corporis habere rationē. Hęc cùm ab ipso facta essēt, licebat videre

multos ex ea, quæ est circuncircà, regiooe ad eum confluere, & baptizari in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Interim autem cùm quæ matri euenissent, cognouisset Euxéianus, & quemadmodum deducta accesisset ad sanctum, & quemadmodùm orbata visum recuperasset, omnia ex ipsa sciscitatus, venit ad illum, Si te scirem, ioquit, ò pater, lubêter adspicere ad pecunias, non distribuissem tibi paruā partem mearum facultarum, quòd meæ matri conciliaris tantum beneficium. Cùm autem cū aliis quę tibi donauit Deus, te quoq; pecuniis fecit superiorem, quidnam, vt est consentaneum, tibi pro hoc dono reddiderimus? Quidnam aliud, quàm hanc gratiam tibi feremus accepiam? Cùm hęc qnidē dixisset, sancti pedes pręhendit. Sanctus autem, accepta eius dextera: Scias, inquit, ò optime, mihi nulla re alia tua opùs esse, nisi quòd cùn fis adeò prudens, fidelis fias ex infideli, & impia mutata religione, venias ad cognitionē veritatis. Volo enim te fidelē esse potiùs pauperē, quàm infidelē illustrem & diuitē.

Venit ad S. Abergium Euxenianus vt ab eo instituat in fide.

Cap. 13. Tunc respondit Euxenianus: Si vis igitur, o sacrū caput, de hoc nobis est quærendum. Sæpè enim audiui matri assidens, se à te didicisse, Deum nunc quidē esse clementē & benignū, nunc autem terribilē & iustū: & alios vt valde bonū bonis remunerari, alios vt potè iustū ulcisci & punire. Si ergò ex amore quidem extitit beneficium & remuneratio, supplicium autē & pœna ab odio, quomodò fieri potest, vt idē sit bonus, & iusta inferat supplicia? Quoniā, inquit magnus Abercius, cùm vnicuique reddatur pro meritis, eos quidem, qui bona faciunt, tanquam qui natura sit bonus, afficit beneficio: eos autem, qui mala exercent, punit, vt qui omnia iuste faciat, nemine effugiente eius cognitionem eorū, quę nos facimus, & vel solùm cogitamus. Ipse est enim accuratissimus examinator eorum, quę sunt in profundo cogitationis, corda examinās, & renes peruadens vsque ad diuisionem animę & spiritus, compagū quoquè & medullarum, & iudex cogitationum & conceptionum cordis. Euxenianus verò: Hoc quidem, inquit, rectè est solutum. Sed illud quoquè me doce: Si Deus bonis delectatur, cur non ab initio talem fecit hominē, vt bonum quidem possit operari, malum autem minimè possit facere? Sic enim & quę sunt ei grata, fecissemus, & māsissemus nullo affecti supplicio. Ille autem: Hoc quoquè est, inquit, eius, qui nostri magnam curam gerit, & qui omninò vult nostrum bonum. Si enim oon possemus mala facere, nec bona quidē faciendo nihil lucraremur. Neque enim proptereà laude digni essemus, nec cōmendatione. Tūc nanque quod factum esset, non fuisset factū nostro libero arbitrio, sed ex rei oatura. Non enim qui non potest malum facere, is nō faciens est laudādus: sed qui, cùm possit quidem facere, abstinet popter boni desiderium. Cùm autem utrunque sit in nostra potestate, vt uel boni simus, vel mali, si uelimus, cur tollis occasionem parandæ bonæ existimationis, & eiicis materiam coronarum? Ad hæc Euxenianus: Nuoc, inquit, mihi satis est persuaiom, hominem esse sui iuris, & liberum habere arbitrium, & sua sponte venire ad peccandum. Sed dum de his rebus inter se disceptarent, hora nona rursùs veniens, finiit quæstiones. Statim enim surgens diuinus Abereius, salutat eos, qui circunstabaot; & cùm benedixisset, domum mittit cum Euxeniano.

Heb. 4.

Liberum arbitriū quid præstet homini.

Cap. 14. Pauci dies posteà præterierunt, cùm vicos circuncircà positos, & ante alios, eos qui erant propinqui, obiit com fratribus. Iam enim acceperat, multos uariis illic morbis laborare. Cùm autem abiisset, & eos curasset precibus, & manuū impositione, postquàm uidit locum egere balneo, (quod quidem ægrotantibus est aptum solatium) veniens in quēdā locum, qui appellatur Ager, fluuius autem prope eū fluit, flexis Deo genibus humi pròcidit. Et ecce eium pit quidem tonitru cælo sereno, emittit autem terra fontes aquarum calidarum: & per omnia laudabatur Deus, qui iustos sic exaudit. Cùm beata autem illa lingua iis, qui aderāt, iussisset fodere cisternas, vt aquæ calidæ in eas confluerent, & eæ essent ad recreanda corpora laborantia, domum reuertitur. Interim aūt tentationum & deceptionis pater malignus dęmon, indutus forma muliebri, venit ad sanctum uolens ab ipso consequi benedictionem. Ille autem coniectis in illum oculis, qui intùs latebat, lupum nō ignorās, etiamsi ouis pellem induisset, protinùs auertitur, & lapide offendit pedem dexterum. Dolore ergò affectus, manu tangit talum: ipsum enim percusserat. Malignus autem rursùs in seipsum mutatus, suauissimè risit, & vehementissimè, & solita protinùs superbia: Nè me existimes, inquit, esse ex illis humilibus dęmoniis, quæ tu scis sæpè fugare uel uerbo solo: sed sum ipse centurio, cuius cùm nunc fecisti periculum, vides q̄ grauibus sis affectos doloribus, qui liberasti multos à molestiis. Sic execrandus ex eo, q̄ lædat, nūquàm autem ex eo, quòd prosit, sibi laudem tribuit. Hæc ergò admirabili dixit Abercio, & impetum facit in quendam ex ijs, qui ipsum circunsistebant adolescentibus: quem cùm grauiter discerpsisset, miserabiliter proiicit in medium omnium.

Precibus sanctis S. Abercii impetrat fontes aquarum calidarum.

Vide dæmonum malignitatem.

Cap. 15. Magnus autem Abercius statim misericordia motus adolescētis, & Deum precatus, eum malo soluit, & execrandum illum dæmonem procùl expellit, re ipsa ostendens, quisnam sit boni discipulus, & qui bene facere didicerit: & quisnam is sit, qui est malus ab initio, & magister malè faciendi aliis. Ille autem nō eò usque constitit, neque semèl superatum esse satis habuit: sed ei rursùs bellum denunciat, cuius primū conflictū non potuit sustinere. Quandò enim inuitus recessit, relicto adolescente, aspera & impudenti uoce vsus; Citò te, inquit, ò Aberci, vel inuitum faciam videre Romanorum ciuitatem. Hoc autē nō multò pòst euènit, ut deincèps ostendemus. Diuinus enim Abercius domū suam reuersus, totos septē dies transegit in ieiuniis & nocturnis uigiliis simul cū fratribus, rogans nè esset tanta inimici in eum potētia, vt quò ille eum duceret, ipse sequeretur. Septima uerò nocte ei in somnis apparens Dominus, dixit: Romā, o Aberci, mea uenies prouidentia, vt qui in ea sunt, meum nomen agnoscāt. Esto ergò bono animo, gratia enim mea tecum erit. Tunc sanctus è somno excitatus: Fiat, ioquit, voluntas tua, Christe: & diuinā apparitionem renunciauit fratribus. Sed ei quidem sic prędictum est fore, vt ueoiret ad Romanorum ciuitatem.

S. Abercius expellit dæmonem.

Diabolus Abercio iterū bellum indicit.

Nota ieiunia, & nocturnas vigilias.

Cap. 16. Malignus autem dæmon, qui paulò antè eum eò venturum est mininatus, nihil differēs, uenit Romā, & Imperatoris Antonini filiam iam nubilem, & sexdecim annos oatam, quæ Lucio quidem Vero fuerat despoosa, vocabatur autem Lucilla, & cæteras suas æquales pulchritudine superabat, ingreditur: & statìm ciet furore, vt se discerperet, & deiiceret, & dentibus morderet manus, & suas carnes manderet. Mater autem Faustina (hnc enim erat nomen Augustæ) simul cum Antonino angebantur animo, & ualdè eraot dubii ac perplexi, & eam rem maximam ducebant calamitatem. Quod autem eis maximè augebat animi ægritudinem, erat, quòd puella fuerat desponsa Lucio. Nam eum quidem iam miserat Antoninus ad Orientem, bellum gesturum contra Regem Bulgessum. Inter eos autem conuenerat, vt stato die Lu-

Imperatoris filia obsidetur à dæmone.

eius quidem ob Oriente, Antoninus autem Roma venirent Ephesum:& in templo,quod ibi erat,Dianę Antoninus,dea teste,traderet puellam,Lucius verò acciperet. Cùm ergò Lucius, vt conuenerat,properè nauigaret Ephesum, nesciens quid ageret Antoninus,cùm esset eius filia à demone correpta,tempus protrahit excusatione, scribens ad Lucium, quod Germani, traiecto Rheno, oppida Romanorum & vicos populantur:& ideò non poterat nunc cum filia venire Ephesum,vt conuenerat, sed tantùm anno sequenti. Ei autem cùm in media nauigatione redditæ fuissent literæ ab Imperatore,magno dolore affectus,idque ferens ęgerrimè,reuertitur Antiochiam. Imperator autem Antoninus partim quidē sua sponte valdè de filia solicitus, partim verò à cōiuge incitatus,omnia faciebat,& à nullo abstinebat, quod haberet rationem.

Cap. 17. Adductis itaque Romanorum & Italorum sacerdotibus,& ex Hetruria accersitis aruspicibus, per ipsos adiurabat dęmonem ,& nihil non excogitabat ad mali curationem. Illa autem & inania esse cōuincebantur,& malignum dęmonem magis efferebāt in puellam. Cæterùm is talem quoque vocem emittebat per puellam,quòd nisi veniret Abercius Hieropolitanorum, qui sunt in parua Phrygia, Episcopus,ex eo non exiret tabernaculo. Cùm hæc ergò multos dies vociferaretur,apud se dubitabat Antoninus,quidnam hoc esset,considerās: & aliquandò accersito Corneliano præfecto prætorii,rogauit an in parua Phrygia esset vrbs nomine Hierapolis. Is autem:Maximè,inquit,domine: & ex ea ortus est Euxenianus,ad quem sæpè scripsisti de rebus publicis. Hoc cùm audiuisset Antoninus,lætatus est quasi à cura liberatus,nempe quòd Euxenianus,qui illic degebat,hanc rem pulchrè ei procuraret. Et Valerio & Basiano Magistrianis mox prestò esse iussis, hæc sic scribit:Antoninus Imperator Augustus, Euxeniano Poplioni salutem: Ego tui ingenii solertiam re ipsa expertus,& maximè iis, quę suffu nostræ potestatis opèr fecisti Smyrnæ,leuata Smyrnensibus calamitate,quæ eis ea terræmotu euenerat, ut par erat sum lætatus,& tuam in rebus gerendis laudaui diligentiam. Omnia enim accuratè didici, perindè acsi affuissem. Nam & à te missa relatio,& qui eam reddidit Cæcilius procurator noster, omnia mihi apertè narrauit.In præsentia autem cùm sit potentię nostræ significatum,Abercium quendam Episcopū Hierapolitanorum apud te versari, virum adeò pium in Christiana religione,vt medeatur dæmoniacis,& alios morbos curet facilimè ,eo cùm nos necessariò opus habeamus, Valerium & Basianum Magistrianos diuinorū nostrorum officiorum misimus,ut eū cum omni honore & reuerentia ad nos adducant. Tuę ergò iubemus præstātię,ut ei persuadeas ad uos venire cū summa animi alacritate,sciēs nō paruam hoc nomine tibi futurā esse apud nos laudē. Vale.

Sacerdotes idolorū et aruspices non valēt eijcere dæmonem.

Literæ Imperatoris ad Euxenianū

Cap. 18. Hanc cùm Magistrianis dedisset epistolam,Roma misit,dicens: Rē mihi lōgè gratissimā feceritis,si Abercium ad me quammaxima celeritate adduxeritis. Illi autem eis acceptis literis,nihil omiserunt celeritatis & diligentiæ. Sed cùm peruenissent Brondusium,& nauem paratam ascendissent, vento vsi secundo , septem diebus transmisso Ionio, appelluntin Peloponnensum. Illinc autem equis vsi velocibus, citò veniunt Byzantium. Deindè cùm ipso die traiecissent in Nicomediam , & vsi essent rursùs cursu publico,veniunt Synadem Prygiæ metropolim:& acceptis viæ ducibus à Præside,qui illic erat, Spinthere dicto, vt fuerat ei imperatum à Corneliano, circa horam nonam veniunt in ciuitatem Hierapolitanorum.Ingredientes ergò ciuitatē,occurunt Abercio veluti optima data occasione. Sole bat .n. hora Nona domum redire a docendo,solitas preces Deo rediturus. Atque illi quidem ei facti obuiam , rogarunt ,vbinā esset Euxenianus,& quo nam ire deberent, vt eum conuenirent. Postquàm verò ille rogauit,quid quærerent,& cur uenirent,eius interrogationem ægrè ferens Valerius,& quòd non citò ad quęsita respondisset, audaciùs aliquid audet,fortè motus à maligno:& extendit dexteram aduersùs sanctum,volens eū flagello percutere. Manus autem,quę eum desupèr feruabat,non fuit negligens:sed audax puniebatur dextera,& erat immobilis,tanquàm vincta aliquo compede. Inuadit alterū quoque metus propter nouum hoc spectaculum:& ambo ab equis descendentes,prōcidūt ad sancti pedes,& fiunt ei supplices,vt manus, quę emarcuerat, & erat quasi mortua,essloresceret rursus & reuiuisceret,neque sic remaneret mortua.

Vide, vt semper sāctū seruet hora Nonā.

Vltio diuinam temerariū.

Ille autem in hoc quoquè cōsueta vsus misericordia:& tangit quidem manum malè affectam , sanam verò eam reddit protinùs. Deindè rursùs sciscitatus, quanam de causa esset eis opùs eū conuenire , & intellexisset quòd ad ad ipsum ferrent literas Imperatoris,fit eis dux itineris , & deducit quāprimùm ad ædes Euxeniani. Ille autem,acceptis literis, cùm quę continebantur in eis,perlegisset, sancto statim tradit epistolam,& rogat,vt nihil differat,sed sicut Imperator volebat,iter quamprimùm ineat. Quā cùm ipse quoque legisset:Veniam,inquit,promptoque & alacri animo iter conficiam. Fit enim hoc Dei uoluntate,vt mihi quoquè iam à Domino meo fuit significatum. Et Magistriani quidem pręclarè deducti ad Euxenianum,& ab eo honorificè accepti hospitio, cùm duos dies apud ipsum mansissent, & ei totum iter, & nauigationem renunciassent, abierunt tertio die,acceptis ab eo literis:cùm eis esset pollicitus ad mirandus Abercius,post quadraginta dies,in Portu, qui dicitur, qui quidem est prope Romā , se esse inuicem conuenturos ,& sic simul cum illis Romam esse ingressurum. Illi autem cùm non possent non credere,(rectè enim iudicabant ex iis, quæ senserāt, & uiderant,quòd fieri non posset,ut vir, qui talibus & tantis erat dignatus,conscientiam & linguam haberet non sanam)publicos rursùs equos ascendentes,redierunt.

Cap. 19.

Pollicetur se iturum Romam vir sanctus.

Diuinus autem Abercius cùm oleum, & acetum, & oleum in vnum & eundem vtrem iniecisset, & paucos panes preterea sumpsisset, & deindè esset locutus cum fratribus,quæ par erat, & illius recessum miserabiliter deflentes, pulcherrimè esset consolatus,ascendit vehiculum publicum,& egreditur è ciuitate. Cum autem parùm processisset in uia, videt quosdam vinitores fodientem, & vites diligenter colentem,(ei nomen erat Trophimion) Quo nominatim uocato:Agedùm,inquit, iter mecum Romā confice. Audiuit ille,& ligone, & rastris relictis,& sua veste arrepta, quam propter laborem operationis humi deposuerat, sanctum est secutus. Iamque simul viam inibant. Sed nunc uolo vos quammaximè attendere:audietis enim miraculum voluptate cum mixtum. Etenim quandò Trophimion ad communem vsum,sancto iubente,vtris operculum amouisset,id ipsum solum, quod opùs erat in præsentia, egressum est haud mixtum: vinum, verbi causa, aut acetum,aut oleum,aliis in loco manentibus . Quādò autem ille rursùs aliqua re indigens, nondè sententia sancti utrem soluisset, admirabiliter egrediebantur contraria iis,quæ uolebat: acetum quidem ,& oleum,si siti fortè laborans vellet bibere: sin verò his

Cap. 20.

Vocat Trophimionē post se more Christi

Insignia miracula quibus Deus declarauit beati uiri sāctitatē.

his cõtrà opus haberet, vinom porũ effluxit ea vtre. Sic qui sua sponte fuit fraudulentus, inuitus fuit fidelis, cùm nihil faceret pręter sententiam eius, qui commodasset. Talia a Deo dona fuit consecutus Auercius. Cùm ergò totum iter facilè coofecissēt, veniunt in Ataliam Pamphyliæ ciuitatem. In qua cùm nauem coolcendissent, quæ Romam proficisce batur, in locum appellunt constitutum, cùm modò finem accepisset dierum conueotio.

Cap. 21. Magistriani verò tribus posteà diebus ipsi quoquè appulerunt: fuit enim longa mora nauigationis propter tempestatem. Quocirca tarditatem suam valdè accusabant: quinetiam statuebant, nisi sanctum, ut conuenerat, iouenirent, vel sibiipsis mortem crudeliter conciscere Nam si Imperatori vacuis, ut dicitur, manibus se sisterent, metuebaot, oe ab illo interficerentur. Hæc apud se animo agitantes, cùm iam è naui descendissent, & scrutarentur diuersoria, & istus obirent, sanctum inueoiunt. Ille autem cùm manum porrexisset, & eos salutasset, amicè eos adspexit, & placidè pactum coouentum reuocauit in memoriam. Cùm verò ipsi lubenter eum præter spem vidissent, prnciouis adorabant, amplectebātur, & omnia alia faciebant, quæ sunt signa animi moti lętitia. Deindè cùm eum secum assumpsissent, ingrediuntur Romam, & ad Prætorio Præfectum ducunt Cornelianum. *S. Abercius uenit Romam.* Ille autem, cùm Imperator Antoninus expeditionem suscepisset contra barbaros, qui Rhenum transierant, & Romanorum agros populabantur, eum ducit ad Augustam Faustinam. Quem postquàm illa adspexit adeò honestum, & venerandum, & qui summam moderationē præ se ferebat & trāquillitatem, impletur pudore, & eũ salutat honorificè, &, Quòd sis boni quidem Dei, & qui omnia potest, seruus, inquit, est euidens, tam ex iis, quæ alii multi priùs, & nunc reuersi renunciarũt Magistriani, (etenim iam quoquè ex eis Faustina de illo acceperat) rogo igitur, vt nihil differas, sed beneficio afficias Imperatores, & humilem nostrã serues & cures filiolam. Sic enim à nobis magni honores & dona tibi collata referent gratiam.

Cap. 55. Psal 34. & 68. Hæc illa cum magna dicebat affectione. Eã enim flectebat naturę oecessitas, & faciebat, vt illius postularet auxilium, qoem (vt cum diuino dicam Dauide) odio habebant gratis, & non sustioebant adorare tanquam verum Deum. Ille autem: Accepta quidem est, inquit, oobis tua voluntas: Sed nos nullo ex iis, quæ sunt apud vos, delectamur, vt qui uanã hanc speciem iampridem expuerimus: & alioqoi nec mercede præbemus gratias, quæ nobis à Deo datæ suot, gratis accepta, gratis, quoquè dare iussi Sed vbi est, *Matt. 10.* inquit, filia? Faustioa autem quàm potuit celerrimè currit in thalamum, & acceptam filiam attrahit ad sanctum quammaximo ardore & studio dici potest. Puellã verò inhabitaos sceleratissimus dæmon, cùm cognouisset se ad eum abduci, à quo sciebat se priùs fuisse superatom, discerpebat puellam, & deiiciebat: timere, cõturbari, tremere, caligare faciebat Deindè etiam vocem ex ea emittebat, dicentem: Eccè, Aberci, ego te Romam duxi, sicut som pollicitus. Ille *Procacitas dæmonis.* autem, Certè, inquit: sed nequaquàm propterea gaudebis. Sic dixit, & iubet puellam duci sub dio. Ducta est ergò puella per Hippodromum, cùm Imperatoris satellites & custodes locũ priùs occupassent. Interim autem eum ille prudens & sceleratus dæmon discerperet & deiiceret puellam, & nihil aliud clamaret, nisi quòd solùm significabat se gloriari, & iactare: quòd per se duxisset sanctum per tantum terræ & maris spatium: sublatis io cælum oculis Abercius, cùm Deum esset precatus, puellã acriter intuetur, &, Ah ea, inqoit, egredere, maligne dæmon, ipsam nihil offendens. Tibi hoc iubet Christus meus. Is verò, leonina illa audacia statim mutata in vulpis timiditatem, Adiuro te ego quoquè, inquit, per ipsum Christum, nè me mittas in solitudinem, neque vllũ alium locum, nisi io eum, io quo habitabam. Sanctus autem: Abibis quidem, ioquit, ooo in solitodinem, sed io locum paternum. Propterea autem, q me fecisti venire Romã, ipse quoquè tibi iubeo in oomine Iesu, vt hanc aram tollas, (et manu ostēdēs acam lapideam) & feras vsq; ad meam Hierapolim, & statuas proptèr portam Australem. *Vide q̃d possint sancti uiri in dæmones.* Audiuit dæmon, & statìm taoqoàm seruus, qui terribili domino didicit cedere in omnibus, cecedit quidem a puella, nihil ei omninò mali faciens. Deindè innumerabilibus oculis videntibus (O quis tua omnia non admirabitur, Rex Christe?) aram subit, & tollit grauiter gemeos, & transit per medium Hippodromũ, (qđ quidem uisum est nouum Romanis spectaculum) & deponit Hierapoli in loco præstituto.

Cap. 53. Imperatoris filia sanatur. Puella autem liberata à dæmooe, qui eam oexabat, muta longo tempore tenuit sancti pedes: quod matrem, & eos, qui aderant, maximè cooturbabat, timentes nè puellæ animam abstulisset dæmon. Faustina autem non potuit hoc ferre silentio: sed habēs cor plenum tristitia & angore aoimi, dixit sancto: Certè cum dæmone uitam quoquè ademisti filiæ. Ille autem cùm eam uidisset sic affectam, & eius esset misertus, puellæ maoum præbens, taoquàm pro fundo somno oppressam, eã facit surgere sanæ mētis compotem. Et conuersus ad Faustinam: Eccè, inqoit, adest tibi puella oeque uita priuata, & libera ab insultu dæmonis, Postquàm ergò mater sic uidit filiam, eam complexa, & præ gaudio fundens lachrymas, genam genę imposuit, & os ori, & manibus manus conseruit, & veluti cupiens eam intrinsecùs appræhendere, & cum nuda ipsa congredi aoima, nesciebat quid ageret. Cùm autem puella quidem iam rectè se habèret, diuinum Aberciom vehementissimè rogaoit Imperatrix, nè recusaret ab ea accipere remuneratiooem, coi ipse fuit causa magnæ & oecessariæ gratiæ. Ille autem pecuoiæ ne sustinuit quidem ullam fieri mentiooem, dicens: Quid ei opùs fuerit pecuniis, cui paois & aqoa est lautum & magnificum prandium? Petit autem, vt prope Hierapolim extruatur balneum in agro, qui est proptèr fluuium, ubi ipse orauit flexis genibus, & terra emisit fontes aquarum calidarum: & ut meodicis, qui erant in ea ciuitate, darētur tèr mille modii frumēti. *Nota i sancto uiro penuria contemptum et auctus parsimoniã.*

Cap. 54. Hæc simul atquè audiuit Imperatrix, lubeoter cõcedit, quod fuerat petitum, & Corneliaoum prætorio Præfectum quamprimùm accersit, & iubet ad ea præstanda, quę sunt petita, omne adhibere studium, nè citò promissorum gratiam hebetet & obscuret tarditas ministeri. Tale est hominum ingeoiũ, & itá sunt affecti Iis lubentiùs gratificamor, qui dona dubitant accipere, quàm iis, qui sunt prompti ad accipiendum: hos quidem despicientes, quòd videàtur victi à muneribus: illorum autem amplectentes animi magnitudioem. Pręfectus autem prætorio nihil cunctatos, emittit architectom ad Præsidem Phrygię, qui erat illo tempore, ot pecunias ab eo acciperet, quantis opus erat ad balneom extruendum: & tèr mille modios frumēti distribueret pauperibus, qui erant Hierapoli. Postquam autem fuit impositus finis balneo, quod ædificabatur, ab illo tempore noo uocabatur amplius locus ille Ager, qui est propter fluuium, sed Ager calidarum. *Nota Iuliani Apostatæ crudelitatem erga Christianos.* Durauit autem illius frumenti distributio usque ad tempora impij Iuliani. Ille nanque, quomodò alia bona, itá hoc

quo-

quoquè inuidens Christianis, statim cessare facit suppeditationem.

Cap. 25. Diuinus ergò Abercius, vt ad eum reuertamur, cùm longo tempore fuisset versatus cum Romanis, & sanam fidei ratioñe tradidisset Ecclesiis Christianorum, uidet aliquandò in somnis adesse Dominũ, & dicere: Oportet, ò Aberci, te curam quoquè gerere partiũ, quæ sunt in Syria. A somno ergò excitatus petit ab Imperatrice, ut eum dimittat. Illa enim eũ detinebat vehementissimè, timens nè postquàm ille abscessisset, libertatem assecutum dæmonium, filiã rursùs inuaderet. Verùm is, cùm, quod ad id attinebat, iussisset eam esse bono animo, rursùs rogauit, vt nauis sibi pararetur, per quam ad partes Syriç nauigaret. Tandèm ergò persuasa ab illius assiduitate, iubet Cornelianum ei parare nauigium, & quç erant necessaria, quamprimùm imponere. Cùm ergò ei in Portum deducta esset nauis, illam conscendẽs, septimo die nauigationis peruènit ĩ Syriam. Et primùm quidem uersatur Antiochiæ: deindè eũ excipit Apamea: & illinc transit ad reliquas ciuitates, & reconciliat Ecclesias inter se dissidentes. Tunc enim per eas valdè serpebat malum hæresis Marcionis. Transmisso autem Euphrate, uenit ad ecclesias, quæ erant in Nisibi, & in tota Mesopotamia, easq; eodem modo afficit. Hinc ad eum ab omnibus deferẽtur pecuniæ, mediocris remuneratio magnæ eius circa Ecclesias malorum perpessionis. Ignorabant autem se perindè facere, acsi alicui ex iis, qui possunt velocissimè currere, præberent compedes, præmium quoddam agilitatis, aut si màuis, non secùs ac ij, qui eum qui nudus luctari pulchrè didicit, conâtur docere, vt eũ arripiendi ansam habeat aduersarius.

Mittitur Abercius à Deo euãgelizatũ in Syriã.

S. Aberci' venit in Syriam.

Cap. 26. Cùm ergò ille quidem recusaret accipere, dicens fuisse plura, quæ dabat Imperatrix, & quç iustiore de causa poterant accipi: illi autem instantes nõ possent persuadere: stans in medio eorum uir quidam, nomine Barchasanes, genere clarissimus, diuitiis copiosissimus: Vim quidem, inquit, ei afferre propter pecunias, ò fratres, neq; est ei decorum, neque nobis omninò utile. Quod autem datum non licet deponere, & quod ei magis dant suæ actiones, illud est à nobis prçstandum. Decernemus eum nominare æqualem Apostolis. Neque enim ullum alium scimus tantum terræ & maris obiisse, vt curam gereret fratrum, nisi summos Christi discipulos, quos quidem ipse est secutus. Hæc ille quidẽ: omnibus autem visum est ità esse faciendum. Sicque ab illo tempore accepit hãc denominationem, qui etiam ante illorum sententiã hanc erat ipsis factis sortitus. Cùm illinc ergò recessisset, & in utraque fuisset Cilicia, & Lycaoniam obijsset, & Pisidiam, venit Synadem Phrygiæ metropolim. Hospitio autem acceptus à quibusdam ex iis, qui illic erant Christianis, cùm se parumpèr recreasset, ad suam contendit ciuitatem.

Vocatur æqualis Apostolis.

Cap. 27. Cùm itaque æstate uenisset ad locum, qui dicitur Aulon, sedit in petra propinqua. Cùm autem & uentus spiraret ei aduersus, & à rusticis frumentum in area uentilaretur, & aura tenues paleas excitans, in sancti vultum proijceret, rogat agricolas, vt laborem aliquantùm remitterent. Illi autem non exaudierunt. Deindè sanctus quidem solis precibus sopit spiritum, illis autem vel inuitis cessauit studium. Cùm ergò nescirent quid agerent, ij se conuertunt ad cœnam: Ipse autem aquam (siti enim laborabat) ab eis petiit. Sed agricolç cùm essent ualdè inhospitales, & planè agrestes, despectui habebant petitionem, & rem ludificabantur: scilicet, propter vnum senem, dicentes, à mensa abstinebimus. Aegrè tulit hanc inhumanitatem humanissimus virorum Abercius: & eis est imprecatus, ut nunquàm saciarentur. Quod etiam eis hucusquè permansit, humana planè pœna inhumanitatis. Deindè à petra recedens, venit ad suam ciuitatem. Cùm ergò sensisset populus eius aduentum, omni ex parte confluebant, cupientes videre dulcem vultum, & audire vocem desideratam. Ille ergò cùm lubenter eis benedixisset, & eos salutasset, rursùs obibat ciuitatem, liberè docens verbum veritatis, & eos, qui accedebãt, per diuinũ baptismum initians, & dçmoniacis prçbens mali solutionem: morbos curans, & quauis affectione fortiorem spiritus, quæ in ipso erat, virtutem proferens. Cùm autem valdè quoquè utilem doctrinæ librum composuisset, eum dat iis, q̃ sub ipso erant, Presbyteris simul & Diaconis, ut eis vel post mortem loqueretur, & aliquo modo nunquàm eis cessaret prodesse.

Redit Hierapolim.

Componit librũ quẽdam.

Cap. 28. Aliquandò in montem excelsum, vsu ità postulãte, ascendit: ipseque & qui cum eo erant, siti laborabant. Confugit autem ad eum, qui potest omnia. Itaque conuersus ad orationem, humì inclinat genua: Poculentam autem aquam terra statìm emisit. Ab illo autem tempore locus ille deincèps fuit appellatus Locus genuflexionis. Cæterùm tunc quidem rediit in domum suam: non multò pòst autem videt rursùs Dominum, qui ei in somnis apparuit, & ei dixit: Aberci, iam propè est tempus, ut cesses à longis tuis laboribus. Cùm autem à somno esset excitatus, & cognouisset decessum sibi præsignificari, narrat fratribus id, quod apparuerat: & quendã quadratum lapidem, longitudine & latitudine æqualẽ, sibi sepulcrum construit: & aram, quæ illo iubente, Roma illuc translata fuerat, lapidi imponit, ei talẽ insculpens inscriptionem: Electæ vrbis ciuis hoc uiuens feci, vt hìc tempore habeam posituram corporis, nomine Abercius. Qui sum discipulus pastoris casti, pascentis ouium greges in montibus & agris, ac magnos habentis oculos, omnia intuentes. Is enim me docuit literas fideles, Romam qui me misit ad videndum imperium, & Imperatricem indutã aureis vestibus & calceis. Illic autem uidi populũ præclarum, insignes annulos in manibus gestantẽ. Et Syriæ regionis campum vidi, & omnia oppida Nisibin & Mesopotamiæ, transmisso Euphrate. Habui autem omnes ad eandem venientes concionem, & Paulum intrinsecùs. Fides autem omninò produxit & apposuit nutrimentum, piscem ex fonte ingentem, quem purum appræhendit virgo casta: & eum perpetuò edendum tradidit amicis, viuũ habens bonum, quod dat cum pane temperatũ. Hæc adstans Abercius iussi, vt scriberentur, septuagesimumsecundum annum verè agens. Hæc cogitans orauerit pro Abercio, quicunque nobiscum sentit. Non tamen alterum tumulum mihi, neque hunc in superiori loco imponet aliquis. Quòd si fecerit, Romano ærario soluet bis mille aureos, & bonæ patriæ Hierapoli mille aureos. Inscriptio quidem sic se habebat ad verbum, sed tempus ex ea aliquid detraxit, & effecit, ut nonnihil posteà desideraretur.

Nota, Locus genuflexionis.

Epitaphium scribit sibi ipsi.

Cap. 29. Ipse tandèm cùm Prsbyteros simul & Diaconos, & quosdam vocasset ex populo: Filioli, inquit, mihi quidem iam adest vitæ finis, & abeo, ò grex mihi dilecte: abeo ad id, quod uel ab ineunte çtate desiderabam, uitæ genus: & ad eum, cuius ego solius teneor desiderio, & cuius diuino amore uehementer incendor: abeo eum uisurus. Vobis autem considerandum est, quemnam sitis vobis electuri Episcopum, qui & vos post me pascet, & cuius uocem pulchrè audient meæ oues, quæ, vt Deo placet, ab eo pascentur. Hçc cùm sanctus eis dixisset, illi eùm

pauca

pauca inter se communiter locuti essent, Archipresbyterum Ecclesiæ, cui etiam nomen erat Abercius,

Abercius ei succedit in Episcopatu.

communiter elegerunt. Quineriàm cùm ipse quoquè ei sua sententia confirmasset Episcopatum, ei imponit manus: & cùm benedixisset, Tu, inquit, o Aberci, nunc Episcopus constitueris, Deo dante, & me quoq; quãtùm est in mea potestate. Deindè cùm

Obitus sãcti viri.

simul cum oculis manus in cælos sustulisset, & Deũ orasset, spiritu hinc recedit, & transit ad Christum, ad choros Angelorum transmissus, qui re vera vixerat vt Angelus. Populus autem, qui habitabat ciuitatem, congregatus ad sacrum illud viri corpus, cùm illi sacra cecinisset cantica, & tanquàm communem aliquẽ thesaurũ sustulisset, deposuit in lapide, vigesimo secũdo mẽsis Octobris. Deindè cùm eũ, qui ab ipso arreperat Episcopatum, in eius thronũ deduxissẽt, cõmuniter magnificarũt Deũ, qui est super thronũ gloriæ regni: Quẽ decet omnis honor, gloria & adoratio, nũc & sẽper & in secula seculorum, Amẽ.

SERMO HISTORICVS ET ERVDITUS de Beatissimo Seuerino Coloniensi Episcopo ex antiquis sanè MS. codicib⁹ descriptus. Testatur S. Gregorius Turonẽsis Episcopus Fortunatũ presbyterũ huius beati Seuerini scripsisse vitã: sed vtrũ ea extet, incõpertũ habemus. Quæ autẽ idẽ Gregorius de hoc sanctissimo viro annotauit, ea nos Sermoni huic subijciemus. Nos capita margini adiecimus.

Octob 23. Cap. 1.



Ominus ac redemptor noster, caput totius vniuersalis Ecclesię, corpus suum toto orbe dispersum sicut diuina potestate condidit, ità pijssima gubernatione custodit. Vndè & firmiora membra, * consultum imbecillioribus, infirmitatis humanæ præscius, in toto mundo præuidere dignatus est.

*for. * consulturus.*

Quibus etiam peregrinantibus, & capiti suo suspirantibus, nunquàm se defuturum esse promisit, dicens discipulis suis: Eccè ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi. Con-

Matt. 28.

solatur ergò infirmos, vt diximus, maiorum adiutorio, vt eorum admonitionibus exercitati, discant peregrinationem suam cognoscere, & patriam cælestem desiderare.

Sãcti quid nos doceãt

Hoc sanctos patres nostros, suo quenque loco, laudabiliter studio deseruisse non dubitamus: quorum vt memoriam solenniter celebremus, partim ex literarum commendatione, partim ex maiorum traditione in consuetudine habemus. Quos quia Dominus cælesti gloria sublimauit, nostræ quoquè in perpetuum honorandos memoriæ commendauit. Tales deniquè in ædificatione sui sancti corporis ministros esse constituit, quorum solicitudine custodiantur electi, & ab aperta grassatione coerceantur peruersi. Qui videlicet gregem Dominicum a luporum insidijs prædicando, rectè operando & orando protegentes, suo Domino talenta credita cum lucro reportantes, non solùm pro suis meritis, sed & pro commissorum profectibus, sui Domini gaudium intrare merentur.

Mat. 25.

Qui etiã sublimiora loca in sancta Ecclesia sortiuntur, vt ab omnibus vel exempli, vel doctrinæ gratia videantur. Nemo enim, vt ait Dominus in Euangelio, lucernã accẽdit, & in abscondito ponit, neq; sub modio: sed super candelabrũ, vt qui ingrediuntur, lumẽ videãt.

Matth. 5. Luc. 8.

Cap. 2

De quorum probatissima societate beatum Seuerinum, virum honestæ vitæ, & per cuncta laudabilẽ, cuius hodierna die festa percolimus, Agrippinensi prædestinatum Ecclesiæ, electione & consensu Cleri totius ac populi præesse misericorditer voluit.

S. Seuerinus fit Episcopus Coloniensis.

Qui tempore Arrianæ hæresis lorica fidei Dominicæ indutus, in Dei opere spectabilis fuit, adeò vt conuenientibus ad synodale concilium ex tota penè Gallia, aliarumq; prouinciarum partibus, catholicis & orthodoxis fidei Christianæ doctoribus, Euphrata, memoratæ Agrippinæ Coloniæ non pastore, sed mercenario, pro prælibatæ pestis perfidia destituto, idẽ sanctissimus Dei famulus Seuerinus, vt infusam malitiam eliminare debuisset, à cunctis aptissimus acclamaretur.

Euphrata pseudo episcopus deponitur.

Quod quia perinlitanu populo necessarium erat, Deo propitio, sancti concilij authoritate firmatum est. Actumq; est mira omnipotentis Dei dispensatione, vt non Euphratæ, sceleratissimæ peruersitatis doctori, Seuerinus æterni iudicis præco succederet: sed pestiferi seminis auctore expulso & exterminato, Materni fortissimi Christianę fidei propugnatoris, & vigilantissimi propagatoris, nec fidei nec doctrinæ perfectione dissimilis, successor existeret: quatenùs perspicacibus discretionis obtutibus, quod male pullulauerat resecãdo, decessoris sui monimenta redintegraret, & impostoris mẽdacia, fide verissima reuiuiscente, repelleret.

S Maternus primus Episcopus Agrippinensis.

Cap. 3.

Quali autem vigilantia sibi & doctrinæ suæ, post susceptum Episcopatum attendisset, vel qualiter in custodia ouilis sibi crediti desudasset, corona iustitiæ, quam eum iam in Angelorum consortio suscepisse luce clarius est, manifestissimè pandit. Quòd si quis à nobis miraculorum eius virtutes exigit, sciat tunc temporis plùs fuisse necessaria sermonũ interpretationem, quàm virtutum operationem: quia cõtra eos extitit pugna, qui non negabant Dei potestatem in miraculis, sed æqualitatem sanctæ & inseparabilis Trinitatis in personis. Arriana ergò tunc contentio grassabatur: quę eo crudelior, quo interior, ità totius penè Ecclesiæ viscera serpẽtinis irrepsit insidiis, vt vix esset credibile, mundũ unquàm tãtę pestis illecebris posse carere.

Arriana hæresis grassatur.

& nisi suadẽte Domino, Christianæ militiæ robustissimi bellatores, quorũ Seuerinus nõ vltimus, labẽti in tantis scandalorũ turbinibus, sanctæ Ecclesiæ succurrerẽt, peiora prioribus tẽpora proculdubiò citiùs aduenirẽt. Tales etenim tunc eã caninis morsibus lacerabãt, quales ipsa veritas cauẽdos esse præmonebat, dicẽs: Attẽdite a falsis prophetis, qui veniũt ad vos in vestimẽtis ouiũ, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: à fructibus eorũ cognoscetis eos: faciliusque fortassè foret, aut apertè contra veritatẽ debaccantes per rationẽ vincere, aut pro eadem veritate corpus in mortẽ tradere, quam simulantes iustitiam gladio rectitudinis expugnare, & infusum virus, quod iam per membra serpsit, interius medicinalibus sanctarum scripturarum poculis resoluere, & ad integrum exiecare.

Matth. 7

Quo virtutis studio sagacissimum athletam Christi Seuerinum decertasse cognouimus. Cuius solennitati quãto deuotius insistimus, tanto nos eum, quem diligit, & cuius munere ad tantam gloriam peruenit, & ardentiùs & synceriùs diligere comprobamus.

Sanctorũ festa colenda.

Cap 4.

Signa autem non à fidelibus, sed ab infidelibus exigenda sunt: quanuis tot mortuorum resuscitator esse veracissimè prædicetur, quot animarum hæretica prauitate corruptarum, doctrina fidei catholicæ & operationis rectæ recuperator esse cognoscitur. Plùs est enim, animam in æternum victuram, à vitiorum sordibus ad immortalitatis desiderium per dulcedinem piæ exhortationis accẽdere, quàm corpus iterum moriturum de tumulo resuscitare,

Miracula spiritalia

Quotiès ergò aliquem ad cognitionem veritatis à tenebris reuocauit erroris, totiès cæcis oculis fulgorem reddidit lucis. Quem dum ea, quæ agenda proposuit, ad effectum operis assiduis admonitionibus perducere fecit, etiam manuum damna resoluit. Cui si de virtute in virtutem eundi, & cordis affectibus ad superiora ascendendi voluntatem & facultatem doctrina simul & precibus impetrauit, gressus pedum à debilitatis nexibus liberos dedit. Verùm omnipotens spiritus, qui operatur omnia in omnibus,

1. Cor. 12.

diuidens singulis prout vult, tam forti sanctos & electos suos compage charitatis vniuit, vt nihil eorum, quę alter merito* sanctitatis assequitur, alteri desit. Cùm enim quæcunque bona sic alter in altero diligit, sicut in semetipso, nimirùm per charitatem agitur, vt eisdem etiam cum ipso participetur. Quo fit, vt beatissimum Seuerinum antistitem, nullius omninò virtutis expertem meritò credamus, quem perfecta charitate bonorum omnium profectibus coniunctum esse non dubitamus.

**bonitatis*

Charitas quid efficiat.

Cap. 5.

Cuius vitæ descriptionē nostrę nequaquàm inertiæ commendamus, quia vel quanta ipse pro Domino egerit & pertulerit, vel quanta per eum Dominus operatus sit, nec historiæ narratione, nec testiū veracium assertione perfectè didicimus: quanuis ea literarum commendatione, & congrua fidelium relatione dignissima credimus. Quomodò enim posset fieri, vt tam idoneus fidei catholicæ prædicator & doctor, memorabilibus non fulgeret operibus? cui tamen laudabilius fuit labefactum sanctæ Ecclesiæ statum suo loco corrigere, & ad pristinam incolumitatē maximo sudore reducere, quam recto stantem ordine & non nutantem seruare. Sed post decessum doctoris religiosissimi, quandò grauissima inundatio gentis incredulę totam penè Galliá & eius finitima cęde atque incendiis deuastabat, succedentibus & ingrauescentibus aduersis, sancti uiri gloriosa facta uel miracula, partim conscripta, partim auidis scriptoribus casu inopinatæ perturbationis erepta, gratulationi nostræ cognitionis ablata sunt. Tantam nanque dominationis vim tunc temporis credulitati tyrannicæ propter peccatum inobediētiæ vltio diuina concessit, ut in cunctis Galliarum prouinciis nec vna quidem ciuitas, nisi Metēsis, inuista remaneret: quanuis in ea non nisi solum oratorium, S. Stephani nomine dedicatum, propter eiusdem protomartyris sanguinem ibidèm pullulantē, saluatum esse S. Seruatii gesta commemorent: vt videlicet populi, qui corde obdurato prędicatorum suorum blandis admonitionibus non obtemperabant, in se compleri sentirent, quod sancta scriptura de quibsdam peruersis dicit, quia tantummodò sola vexatio intellectum dabit auditui.

Barbarorū vastatione periere scripta de uita S. Seuerini.

S. Stephanus sāguis ī tēplo eius pullulat apud Metem.

Esa. 28.

Cap. 6.

Quam insanientis gentilitatis feritatem, omnipotentis Dei patientia non priùs Coloniensem populum permittebat inuadere, quàm eius defensoris animam in electorum suorum consortium dignaretur accipere: vt apertè daretur intelligi, quāti priuaretur munitione patroni, qui & ipsam, quam ineuitabiliter merebatur, plagam pręsente corporaliter S. Seuerini patrocinio, videret esse dilatam. Sed fama mirabilium sancti viri operum, certis vtiquè de causis ad nos usque nō perducta, laudem sanctitatis eius non minuit: quia veræ beatitudinis perfectioni non detrahit: in qua illum tam ęterna securitate felicem, poscamus esse nostræ fragilitatis misericordissimum adiutorem.

Sācti ī uita quid profiat patria.

Cap. 7.

In laude igitur huius Deo digni pontificis Seuerini non minimū sanctitatis indicium, quod contēporalis eius probatissimi Christi confessoris Martini miraculis inditum reperimus, nequaquā transeundum putamus: in quo lucidissimè demonstratur, unum agone iam benè consummato coronam iustitiæ debitam percepisse, alterum adhuc in certamine positum, eandē fidei bonorumque operum constantiam meruisse. Et vt apertè dicā, unius ostendit præmium, alterius describit miraculum. Quodam itaq; tempore, dum solertissimus pastor Ecclesiæ Seuerinus, gregis sibi commissi custodiis inuigilans, die Dominico expletis matutinalibus officiis, ea consuetudine loca sancta orandi gratia circuiret, audire meruit dulcisonam cælestis militiæ melodiā: quæ illum afflatu sancti spiritus docuit, quia Martinus Episcopus de seculo migrauit. Quam dum intentus ipse diligenti aure perciperet, secreti cælestis testē secum habere desiderans, vocato Archidiacono, requisiuit, si aures eius cantilena cælitùs immissa percuteret. Quo tale aliquid se audire negante, rursùs Episcopus, vt diligenter auscultaret, admonuit. Cūque ille toto corporis & mentis nisu cælestis concētùs fieri particeps appeteret, & nō impetraret, intellexit vir Dei à Deo implorandum fore, vt huiusmodi laudes Diaconus audiret. Tunc prostrati simul in terram Episcopus & Diaconus, vt harmonia, quā magister intentus audierat, etiam discipulum non latèret, orabant. Quibus erectis, cùm beatus antistes Diaconum iterùm interrogaret, si desideratam vocem auribus adhuc quodammodo sentiret, Voces, inquit, psallentium tanquam in cælo audio, sed quid sit, prorsùs ignoro. Cui secretorum conscius cælestiū, quid audita iubilatio designaret, aperuit, dicens: Dominus meus Martinus migrauit à seculo, & nūc cū hymnidici ciuium cælestium chori in suum consortium lætantes suscipiunt. Cuius sanctissimam animā carne solutam, diabolus cum suis angelis retinere curauit, sed nihil in eo suum reperiens, confusus abscessit. Propter quod & paululùm moræ fuit, quòd exequiarum eius digna celebratio à nobis audiri nō potuit. Requisitum est ergò diligentissimè, & inuentum, eadem die & hora sanctum Martinum æternū sui Dn̄i gaudium intrasse, quo hoc beatum Seuerinum contigit prophetiæ spiritu tactum sensisse. Prophetiæ enim esse creditur, quod diuinæ virtutis mysterium per manifestationem spiritus sancti cuilibet reuelatur. Quid ergò nobis de huius sanctissimi pontificis Seuerini meritis dicendum est, nisi quòd omnipotens Deus dum Martinum ad cælestem gloriā extulit, huic eius confessus & consortii securitatem dedit: vt qui non dissimilis studiis erant in contemptu seculi, æquali gloria fulgerent in æterna lætitia contemplationis Dei?

S. Seuerinus loca sācta inuisens, discit diuinitus obitum S. Martini.

Audit & eius Diaconus voces Angelorum in cælo.

Cap. 8.

Fertur etiā eiusdem gloriosi pontificis tēporibus eremitam quendā præcipuis virtutum operibus floruisse: qui cuiusdā magni principis fuisse filius, & in deliciis copiosissimis esse enutritus perhibet. In quibus eousquè perductus est, vt parentes eius magnificas illi nuptias præpararent, & sponsam delicatissimam cum apparatu multo conducerent. Cuius dū coniugio potiturus cubiculum post cęnam opulentissimam intraret, subitò pauore nescio quo raptus, vidit quasi iuuenem speciosissimum, qui ei maiorē gloriam commodaturum sanctè promitteret, si sibi parère sequendo maluisset. Quod cùm tota ambitione iuuenis se uelle dixisset, surrexit, & de omni supellectili, quam possederat, vasculum ligneum, quo uinum de situlis in vasa aurea & argentea miratum bibentibus fundi solebat, solum secum sumens, virū qui apparuit, secutus, abscessit. A quo in remotiora eremi loca ductus, uitā laudabilē & paucis imitabilē duxit. Cumq; ibidèm multos dies ad promerendum

Filius cuiusdā magni principis eremitā agit.

Vasculū ligneū ca teris relictis secum assumit.

Deum

Deum cõtinuis orationibus vacaret, supplicare magnopere cœpit, vt cum quo æqualitatem præmii habiturus esset, iudex æquissimus aperiret. Cui dũ Colonienfis Ecclesiæ præsul famosissimus Seuerinus in huiusmodi consortio proponeretur, sibi eum, quis esset, ostendi precabatur. Nec mora, idem qui illuc eum adduxerat, adfuit, & ei locum, in quo S. Episcopus illis diebus morabatur, ostendit. Fortè tunc instante quadam solennitate, multitudo populi confluebat, cui post diuinum officium a tanto pontifice conuiuium exhiberi honor impositus exigebat. Vbi dum prædictus solitarius deliciarum affluẽtiam cernens, se ei in præmio sociandum esse pertimesceret, qui talia, qualia ipse quondam dimisisset, haberet se ueritate correptionis à magistro imposita didicit, quòd minùs Episcopus omnem illam secularem gloriam, quam ipse ligneum vasculum, quod sibi de cũctis suis op bus reseruauerat, dilexisset. Vndè Deo gratias agens, ad locum, vndè venerat, gratulabundus recessit, & vt promissum præmium cum Seuerino Dei famulo mereretur, quoad vixit, instantissimè flagitauit. Hæc ergò duo beati Seuerini virtutũ insignia, quæ proposuimus ad exprimendum bonitatis eius meritum, vt puto, sufficerent, etiamsi plura non fuissent. In altero enim Dei, in altero intelligimus dilectionẽ proximi. Nam quòd humanã possibilitatem transcendens, superiorum spirituum laudes in beati Martini transitu audiuit, qualiter in dilectione Dei profecisset, ostendit. Soli enim syncerissimæ charitati præstatur, vt Dei, qui charitas est, arcanis admisceatur. Quòd autem contemplationis vitę dulcedinem ad tempus deserens, proximorum infirmitati etiam in conuiuiorum apparatu condescendit, quàm forti fraternæ charitatis uinculo constringeretur, insinuat. Magnum est enim hæc habẽdo dispensare, & non diligere: & manifestum est, quia hæc qui non diligit, etiam non habere velit. Sed hæc discretissimus sanctæ Ecclesiæ prouisor Seuerinus, & sibimetipsi plus cœlestia desiderans, non appetiit, & commissorum necessitati, quandò tempus fuit, solicitè ministrauit, quasi suis subditis dicens cum Apostolo: Siue mente excedimus Deo, siue sobrii sumus vobis. Qua in re de sanctitatis eius merito certi, Coloniẽsem populũ, Deo auxiliãte, felicẽ fore credim⁹, si cuius studio reparatus est ad fidẽ, illius cũ bonorũ operũ executione possat sedulus intercessionem.

Perfectus mũdi contẽptus in S. Seuerino.

1. *Iohã. 4.*

2. *Cor. 5.*

Cap. 9. *Proficiscit ad oppidũ Burdegalense.*

Corroborata igit & benè stabilita Dei gratia Coloniensi Ecclesia, sanctus vir Seuerinus, in Dei opere indefessus, per visionem monetur, vt Burdegalense oppidum & partes Aquitaniæ, vndè etiam claram traxisse fertur originem, cœlestis lucri causa visitare non dubitaret. Quod statim cognita Dei uolunta te, licẽt iam senili grauaretur ætate, perficere aggressus est. Interea dum iter ageret, reuelatum est à Domino B. Amando eiusdem ciuitatis præsuli, Seuerinum magnificæ sanctitatis Episcopum, visitatum Aquitanicos ciues aduenire, & se ei cum cleri populique cœtibus obuiare debere. Vndè repletus gaudio vir Dei, congregationem fratrum plebemque subditam conuocauit, & in occursum beati põtificis cũ veneratione debita properauit. Quem mox vt appropiauit, prior proprio nomine, velut per reuelationem doctus fuerat, salutare curauit, prosequẽte Clero, & dicente: Benedictus, qui venit in nomine Domini. Tum læto constipatus vtriusque sexus agmine, ad ecclesiam honorificè cum canticis & hymnis deducitur, & consueta conuenientium fratrum unitate soluuntur. Ibi sanè constantissimus Christi cõfessor veluti repuerascens, fidei virtutisque exẽpla simul & documenta cunctis proposuit, quibus incredulos salubri credulitati restituit, errantes ad viam veritatis reduxit, benè agentes in bonorum operum profectu firmauit. Non pauca quoquè miracula in eadẽ prouincia Dominus per seruum suum operatus est. Et quia ibi dissoluenda corporis eius vincula diuina prædestinauit scientia, subitò vir Dei grauatus infirmitate, conuocatis fratribus, prædixit se in eodẽ loco mortis debitum soluturum, & locum sedis propriæ corporaliter ampliùs non visurum. Sicque sanctissimus pontifex, post datam exhortationem & benedictionem, cunctis onustus virtutibus, quibus promeretur Deus, consummato feliciter vitæ præsentis cursu, intentum superois desideriis creatori reddidit spiritum, coronãdus cũ cõfessoribus sanctis immarcescibili brauio perpetuæ retributionis.

Errãtes reuocat re uiam. *Miraculis claret.*

Felicẽ spiritũ reddit creatori.

Cap. 10. *S. Amandus Episcopus honorificè cũ sepelit.*

Tunc venerabilis Amandus Episcopus, conueniẽte utriusque sexus innumerabili multitudine, sulcẽptum sacratissimum corpus cum clericis in crypta suę ecclesiæ fecit honorabiliter sepeliri. Vbi ex illo tempore tãtas Dominus virtutes per B. Seuerini merita operari dignatus est, vt videretur incolis fidẽ mortuus custodire, quam viuus dicitur recuperasse. Ea quibus unum insigne miraculũ explicabo, quod ideò famosius prædicaturã cunctis, quia communis erat causa salutis. Nam dum quodam tempore ad annale festiuitatis eius gaudiũ plebs totius prouinciæ religionis amore conflueret, inopinata Gotthorũ rabies cum exercitu copioso superuenit. Cumque se multitudo, quæ conuenerat, inermem & resistendi impotem cerneret, ad eius cõsilium confugit, cuius eam gloriosa solennitas inuitauit. Nec mora, iidem, qui prædaturos, quantum cædi superesset, hostis aduenerat, merito sancti Seuerini immenso ea virtute Dei pauore perterritur, fuga se tanrummodò vel latibulis, quibus quisque potuit, saluare quæsiuit: hisque quos prædari venerat, cum omnibus q attulerat, præda fuit. Vndè factum est, ut omnipotenti Deo eiusq; militi Seuerino laudes Aquitania tota rependeret, & singulis exindè annis hanc solennitatem cũ donis & muneribus copiosiùs frequẽtaret.

Preclarũ post obitũ eius miraculum.

S. Seuerini festũ.

Cap. 11.

Tob. 12.

Cætera, quæ tamẽ nec modica, nec pauca esse cõperimus, breuiandi gratia dimittimus: quia eos, inter quos facta sunt, nollo modo de his silere putam⁹. Nam sicut sacramentum regis abscondere bonũ est, ità opera Dei reuelare & confiteri honorificum est. Ipse enim in sanctis & per sanctos virtutes quaslibet operatur, qui electis suis discipulis dicit: Sine me nihil potestis facere. de quo Paulus dicit, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Cui nos quoquè, fratres charissimi, pro modulo nostro laudes & gratiarum actiones in his gloriosissimi sui cõfessoris Seuerini solẽnis deferamus: vt qui illum in sanctis suis mirabilẽ prędicamus, eiidẽ opitulãtibus, nobis eũ fore ꝓpitiũ sen iamus: Qui cũ patre & spiritu sancto uiuit & gloriat Deus i secula seculorũ, Amẽ.

Iohan. 15. *1. Cor. 1.*

DE EODEM S. SEVERINO Episcopo, ex Gregorio Turonensi, De gloria Confessorum Cap. XLV.



ABET & Burdegalensis vrbs patronos venerabiles, qui sæpiùs se virtutibus manifestant, sanctũ inprimis Seuerinum Episcopum in suburbano murorum summa excolens fide. Et licẽt iam dixerimus in prologo libri huius, quòd ea tantũm scriberemus, quę Deus post obitum sanctorum suorum, eis obtinentibus, est operari dignatus: tamen non puto absurdum duci, si de illorum

Sanctis ibi patronis fru.

illorum vita memoremus aliqua, de quibus nulla cognouimus esse conscripta. Sanctus igitur Seuerinus, vt ipsorum Burdegalensium Clericorum fidelis relatio profert, de partibus Orientis ad eandem destinatur vrbem. Dum autem iter ageret, & Ecclesiam Burdegalensem Amandus Episcopus regeret, apparuit ei Dominus in visu noctis, dicẽs: Surge, & egredere in occursum famulo meo Seuerino, & honora eum, sicut honorari scriptura sancta docet Dei amicos. melior est enim te, meritisque sublimior. Exurgens autem Amandus Episcopus, accepto bacillo in manu sua, perrexit in occursum eius, nihil de viro sancto sciens, nisi quæ Dominus reuelarat. Et ecce S. Seuerinus veniebat quasi obuiàm ei. Tunc appropinquantes ac propriis se nominibus salutantes, ruunt pariter in amplexus, deosculatique ac fusa oratione, ecclesiam cum magno psallentio sunt ingressi. Quem deincèps intantùm dilexit ac ueneratus est Amandus Episcopus, vt eum in locum suum substitueret, ac ipse quasi iunior haberetur. Denique post paucos annos obiit beatissimus Seuerinus. Quo sepulto, Amandus Episcopus recepit locum suũ: quẽ ei non dubium est per obedientiam redditum, quã in Dei sanctum exercuit. Illum igitur incolæ, cognita eius sanctitate, patronum sibi asciscunt. Quòd si quandoquè vrbem aut morbus obrepat, aut hostilitas obsideat, aut aliqua percellat calamitas, protinùs concurrentes populi ad basilicam sancti, indictis ieiuniis vigilias celebrant, deuotissimè orationem fundentes: & mox ab imminenti calamitate saluantur. Vitam tamen huius, postquàm hæc scripsimus, à Fortunato presbytero cõscriptã cognouim⁹.

Amãdus Burdegalens Episcopus.

Psal. 138.

S. Seuerinũ quanti faciãt Burdegalẽ. & quã præstet eis.

DE TRANSLATIONE EIVSDEM beatissimi præsulis Seuerini, quæ etsi in alind tempus incidit, tamen hoc loco cum superioribus eam coniungere voluimus, vt lector totam eius historiam coniunctam habeat. Extat in antiquis manuscriptis codicibus.

PROLOGVS AVTHORIS, à quo etiam superiora scripta sunt.



VIA beatissimi pontificis & confessoris Christi Seuerini vitam vel gesta, prout nobis quasi per densissimã antiquitatis nebulam prospiciẽtibus elucere potuit, ea parte contigimus, & licèt propter maiorum negligentiam, siue quod licentiùs dici potest, propter barbarorum, quorum suprà mẽtionem fecimus, hostilem potestatem quędam minùs vsitata, tamẽ propter indubitatam fidei constantiam, simplicemque veræ religionis affectum, facilè credibilia dilucidare curauimus: superest, vt quomodò diuina pietas plebem, quam subtracto pastore pro meritis castigauerat, reducto eius sacratissimo corpore lætificauerit, prout possumus explicemus. Nec mirum cuipiã videatur, quòd post tantum temporis spatium nonnulla, quæ priùs solicitudo styli non tetigit, posteritatis memoriæ per descriptionis certitudinem commendare satagimus: quia eorum assertionibus roboramur, qui sanctissimi custodes cineris, à religiosis audita parentibus, de memorabilibus beati viri factis vel miraculis, ad sui solatium diligentissimè seruauerunt, & quorum non admittebant scribendorum fiduciã, sæpiùs repetendorum in suis conuenticulis dulcẽ non amittebant memoriam, Euangelicum illud implendum expectantes oraculum, quod veritas ipsa promittit, quia quod auditis in cubiculis, prędicabitur in tectis.

Hu⁹ historiæ fides.

Luc. 12.

NARRATIO.



OSTQVAM vir Domini sanctus, & pontifex gloriosus Seuerinus, seculi huius laborioso transcurso certamine, coronam iustitię, quã viuens promeruit, inæternùm iam victurus accepit, & orbatis vtrinquè tanti patroni præsentia corporali Coloniensium & Burdegalensium populis, luctus diebus plurimis continuatus, pro humanæ leuitatis cõsuetudine paululùm refrigescere cœpit, infanda Hunnorum gens totam, vt prædiximus, Galliã hostili gladio deuastandam inuasit, & quanta pręsidii firmitate carerent, obliuiosis in memoriam reuocauit. Quibus gestis, cùm Ecclesiis Dei pacis iterùm trãquillitas redderetur, Agrippinẽses quasi post flagella securi, iterùm sui pastoris immemores, preciosissimum sancti eius corporis thesaurum studio, quo decuit, non exquisierunt. Vndè factum est, ut per totam illius Episcopii latitudinem pluuiæ gratia penè per triennium negaretur, congruo nimirùm castigationis exemplo, ut qui nubis obumbratione carerent, pluuiam non haberent. De illorum quippè uir iste sanctus numero proculdubio fuit, quos propheta per spiritum intuens, aiebat: Qui sunt isti, qui ut nubes uolant? non solùm enim verbis pluerat, sed & miraculis coruscabat. Cumque magna penuria loci illius Ecclesia grauaretur, conuenerunt quique cõsilii sanioris, ut quid sibi tanti mali leuandi causa agendum esset, tractarent. Quo facto, omnes vnanimiter triduani ieiunii remedium quæsierunt. Quod cùm magna solicitudine à Clero simul & populo celebraretur, meruerunt Angelicę visitationis certitudine, cur talia paterentur, agnoscere.

Hunni vastant & populant Gallias.

Igens siccitas.

Esa. 60.

Tertia nanque transacta solennis parsimonię die, quendam eiusdem Ecclesiæ clericum Angelus per visionem arguit, dicens: Pastorem & Episcopum uestrum non habetis, & causas tantę iracundiæ quæritis? Qua territus allocutione clericus, euigilauit, & quorsùm ista portenderent, admodùm miratus, de incolumitate pontificis, qui tunc temporis ibi pręfuit, solicitè requisiuit. Sed cùm illum integra resciret sanitate vigere, primùm metuens narrare quod viderat, reticendum esse putabat, deindè quibusdam sibi familiariùs adhęrentibus visionem quasi pro somnii phantasia pãdebat. Sicque paulatim illa omninò laudabilis fama per singulorum officia, cũctorum penè peruagabatur ora: fit conuentus Cleri totius ac populi, clericus velut huius oraculi vates, ꝑductus in medium, vt visa cunctis per ordinem exponat, rogatur. Qui cùm imperiis & votis sacerdotis suspensæque plebis satisfaceret, clamor mox omnium vnanimus attollitur, Seuerinum sanctissimum & solis via perfectioribus imitabilem antistitẽ, hoc pręsagio sedi propriæ restituendum esse conclamatum est. Ibi nemo, qui non annueret, nemo qui nõ hoc sibi optabile prędicaret, nemo penè, qui non præ gaudio fleret. Nec mora, diem constituerunt, quo ad hoc agendum necessariis sumptibus præparatis, idonei quique solicitè conuenirent. Mos mirum in modum diù negata pluuia terris arescentibus reddita, se gratulantibus uelut eiusdem consilii participem sociauit, & quia omnipotens DEVS

Angelica visione discitur siccitatis eius causa.

Vide priscorum studiũ erga sanctorũ reliquias.

proba-

probauit quod præmonuit, cunctis absque ullius caligine dubietatis innotuit.

Colonienses in Gallias proficiscũtur pro corpore sui Patroni Seuerini.

Tunc beata Coloniensium & vicinorum quoquè societas, prospero cursu per Gallias properans, Aquitaniæ partibus propinquabat, vbi Burdegalense oppidum, iam à preciosi hospitis nomine S. Seuerini castellum vocitatum, venerandos reliquiarũ cineres conseruabat. Principes autem prouinciæ, auditis causis itineris, magna primùm animositate resistere conati sunt. Vndè & multitudinem conuocantes, se non solùm optata & longè quæsita munera venientibus non daturos, sed ipsis, si non citò recederent, bellum illaturos esse minati sunt. Posteà verò cùm suggerentibus quibusdam, eorum æquam & rationabilem, & non sine Dei prouidentia disposita m veniendi causam agnoscerent, & depositũ eos exposcere, non rapinam, nutu Dei, quamuis inuiti, tacendo plurimi consenserunt. Burdegalenses verò nimio infausti nuncii mœrore perculsi, nullisque prouidentiæ Dei vel visitationis Angelicæ signo sibi delato, ad dandum suum solatium solicitati, conuenerunt omnes in vnum, & vitam sibi sine defensoris sui corporali præsentia, nullo modo prodesse conclamauerunt: adiicientes illam se magnoperè mortem optare, quam pro tuendis & retinendis secum beati viri reliquiis subire mererentur. Similiter illi, qui venerant, in cœpta debiti sibi muneris quærendi uel exigendi constantia permanebant. Cumque pari studio diutius audiẽtes & reddentes vtrinquè certarent, & Colonienses iam implẽdi desiderii sui causa totas vires expendere deliberassent, tandèm Aquitanici spiritu consilii tacti, nè propter salutis suæ ministrum hi vel illi mortis sentirent dispendium, pia & non contemnenda esse vota venientiũ asserentes, pacis insignia prætulerunt: ea tamen cõditione, vt si piissimo amborum defensori propriã placeret reuisere sedem, ipsi ob eius perpetuã memoriam & solitam sui tutelam, sanctissimi mererẽtur habere corporis partem. Quod dictum cùm placuisset omnibus, inuisos priùs hospites cum gaudio susceperunt, ipsique quod petierant consecuti, cum honore eos maximo remiserunt. Quantus sanè tunc ibi dolor & gemitus, quantus præ gaudio flentium luctus, cùm membra sancta à loco pristinæ quietis ablata sunt, non est opùs verbis, vt credimus, explicare, cùm per se valeat hoc unusquisque pensare. Illi enim, quod vita charius habebãt, amittere se flebant: isti, vndè salutem sperabãt, se gaudentes acquirere, lachrimabantur.

Burdegalenses partem sacri corporis reseruant sibi.

Coloniẽses ex Aquitania reportãt reliquias beatissimi Seuerini.

Præcedẽtes igitur thesauri sacratissimi portitores, secuti sunt omnes cũ hymnis & laudibus, quos aut ætas, aut infirmitas non retrahebat. & nunc quidem alij fessi discedentes, alij pijs exequijs succedentes, hymnum canebant & laudabant Dominũ in excelsis, donèc recto itinere, ducente pacis Angelo, Coloniam peruenirent. Ibi vero exercitus innumerabilis ciuium & exterorum, quos tanta felicis famæ gloria inuitauerat, confluebat. Suscipientes ergò diù desideratum sui pontificis corpus in ecclesia beatorum martyrum Cornelij & Cypriani solenniter condiderunt: orantes, vt sicut eos quondàm doctorum solertissimus exemplis & prædicationibus gubernasset, sic intercessor & patronus in perpetuum custodiret. Ipso autem anno tanta ibi fertilitas facta fuisse narratur, vt ipsa ex omnium ore patronũ suũ veraciter rediisse, sedique propriæ restitutum esse testaretur. Vndè contigit, vt hoc verbum ab incolis vsitatum, etiam longinquos & exteros non lateret: factumque est quasi in prouerbium, domi esse sãctum Seuerinum episcopum.

Prouerbiũ vulgare Coloniẽsiũ

Quod, vt aiunt, etiam beatæ memoriæ venerandus Papa Leo, quasi consuetudinis eiusdem oblitus suo impressit exemplo. Nam cùm Roma profectus propter pœnas iniustè sibi illatas, ad Imperatorẽ Carolum migrare: in Franciam, deuènit in locum, quo viri Dei Seuerini corpus venerabile requiescit, ibique preter morem, quem in via seruauerat, oratum ecclesiam introiuit. Comites autem eius mirantes, causam huiusmodi sciscitabantur. Quibus ille: Loci, inquit, huius defensor domi est: ideò non ausus sum illum præterire insalutatum. Hinc ergò consuetudo ciuibus inoleuit, vt vno die per singulas hebdomadas ad S. Seuerini sepulcrum ueniãt, & ut per totam hebdomadam eius patrocinio fulciantur, supplici deuotione deposcant.

Nota morem Coloniensium.

Meritis itaque sancti huius & Deo dilecti pontificis, apud venerabilem ipsius sepulcri locum, plurima dignè petentibus præstantur beneficia: nullum nanque salutis est signum, cuius ibi fides non inueniat emolumentum. Siquidem post reconditum ibi beati corporis thesaurum, Nortmanni ruptis habenis crudeliter sæuientes, & maximam regni illius partem incendiis ac cæde vastantes, nullo penitùs conatu valebant eius oratorium inflammare, cùm tamen nulla tunc in circuitu ecclesiæ flammis quiuerit superesse. Ibi totum maleuolentiæ suæ spiritum proferendo nihil proficientes, immò nõ modicum sui detrimentum in quorundam grauibus pœnis, quorundam mortibus sentientes, illius ędis custodem & dominum iratum esse, rusticè clamauerunt, & ab eius se vicinia quantocyùs rapuerunt. Quod, inquantùm audemus diuini iudicii secreta rimari, nostræ salutis causa credimus fieri: vt his admoniti crebrò miraculis, opem quęramus eius intercessionis apud misericordiam redemptoris: Qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus in secula seculorum, Amen.

Nortmãni eius non possunt oratorium inflãmare.

MARTYRIVM S. FELICIS EPISCOpi Africani, ex peruetusto MS. codice descriptum, in quo tamẽ mihi quidam perperàm mutasse videtur tempus passionis. Desunt autem hìc sancti, qui cum eo passi feruntur in Martyrologijs.



DIOCLETIANO nouiès, & Maximiano octiès consulibus, exiuit edictum Imperatorum & Cæsarum super omnem faciem terræ, & propositum est per colonias & ciuitates principibus & magistratibus, suo cuique loco, vt libros Deificos legis peterent de manu Episcoporum & presbyterorum. Tunc programma positum est in ciuitate * Tibiurensi die Nonarum Iuniarum. Tunc Magnilianus curator iussit perduci ad se seniores plebis. Eadem die Felix Episcopus Carthaginem fuerat profectus: Aprum verò presbyterum ad se iussit perduci, & Gyrum & Vitalem lectores. Quibus Magnilianus curator dixit: Libros Deificos habetis? Aper dicit: Habemus. Magnilianus curator dicit: Date illos igni * adurendos. Tunc Aper: Gyrulus Episcopus noster apud se illos habet. Magnilianus curator dicit: Vbi est? Aper dicit, Nescio. Magnilianus curator dicit: Eritis ergò sub officio, donèc Anulino proconsuli rationem reddatis. Postera autem die Felix Episcopus venit Carthagine * Tibiuram. Tunc Magnilianus curator iussit Felicem Episcopum ad se perduci per

Octob 24 hi sunt anni Christi 304.

Edictum Imperatoris impijssimum.

** aduri, habet codex.*

Felix Episcop⁹ nō vult tradere sacros codices. ti per officialem. cui Magnilianus curator dicit: Felix Episcope, da libros vel membranas, quæcunque habes. Felix Episcopus dixit: Habeo, sed non do. Magnilianus curator dicit: Prius est, quod imperatores iusserunt, quàm quod tu loqueris: Da libros, ut possint igni aduri. Felix Episcopus dixit: Melius est me igne aduri, quàm scripturas Deificas: quia bonum est obedire Deo magis, quàm hominibus. *Act. 5.* Magnilianus curator dixit: Prius est, quod Imperatores iusserunt, quàm id, quod tu loqueris. Felix Episcopus respondit: Prius est præceptum Domini, quàm hominum. Magnilianus curator dicit: Recogita tecum.

S. Felicis constantia. Post tertium autem diem iussit curator Felicem Episcopum ad se perduci, & dixit ei: Recogitasti tecum? Felix Episcopus dixit: Quæ priùs locutus sum, ea & modò loquor, & ante proconsulem ea sum dicturus. Magnilianus curator dicit: Ibis ergò ad proconsulem, & ibi rationem redde. Tunc assignatus est illi deductor Vincentius Celsini, decurio ciuitatis Tibiurensium. Tunc est profectus Felix Episcopus à Tibiura octauo Calendas Iulias: ligatus deductus est: ligatum uerò iussit in carcerem trudi. Alia autem die productus est Felix Episcopus ante lucē, cui dixit: Quarè scripturas superuacuas non das? Felix Episcopus dicit: Habeo, sed non dabo. Tunc iussit eum ligatum in ima carceris mitti. *Multa patitur sāctus Ep.* Post dies autem sexdecim Felix Episcopus productus est de carcere in vinculis hora noctis quarta ad Anulinum proconsulem, cui dixit Anulinus: Quarè scripturas superuacuas non reddis? Felix Episcopus respondit: Non sum eas daturus. Tunc iussit eum Anulinus proconsul ad præfectum prætorio mitti Idibus Iulij. Tunc præfectus iussit eum in suo carcere recipi, & maioribus vinculis ligari. Post dies autem nouem iussit eum præfectus post Imperatores nauigare. Tunc Felix Episcopus ascendit nauim cum vinculis magnis, & fuit in capsa nauis diebus quatuor, volutans sub pedibus equorum, panem & aquā non gustauit, ieiunus ad portum peruēnit, & in ciuitate Agrigento exceptus est à fratribus cum summo honore. Indè venerunt in ciuitatem nomine Catanā, ibi similiter sunt excepti. Indè Messanam venerunt, inde Tauronimium, ibi similiter sunt excepti: Posteà fretum nauigauerunt in partes Lucaniæ, in ciuitatem nomine *Rulo. Indè sunt profecti Venusium, quæ ciuitas est regionis Apuliæ.

Tunc præfectus iussit Felicem episcopum de vinculis eripi, & dixit: Felix, quarè scripturas Deificas non das? aut fortitan non habes? Cui respondit: Habeo quidem, sed non do. Præfectus dixit: Felicem gladio interficite. Felix Episcopus dixit uoce clara: Gratias tibi Domine, qui me dignatus es liberare. & ductus est ad passionis locum (etiam ipsa hora luna in sanguinem est conuersa) die tertio Calendas Septembris. Felix Episcopus eleuans oculos ad cælum, clara voce dicit: Deus gratias ago tibi, quinquaginta & sex annos habeo in hoc seculo: virginitatem custodiui, Euangelia seruaui, fidem & veritatem prædicaui. *Hic locus videtur esse mēdosus, legēdumq; 9. Calend. Nouembris.*

Domine Deus cæli & terræ Iesu Christe, tibi ceruicem meam ad victimam flecto, qui permanes in æternum: Cui est claritas & magnificentia in secula seculorum, Amen.

HISTORIA S. EVERGISLI Coloniensis Episcopi, ex MS. Codicibus, mutato stylo aliquanto contractiùs descripta per F. Laur. Surium.



PRAECLARA sanctorum patrum merita pio affectu & studio par est Ecclesiam catholicā iugiter venerari, vt fidelibus in memoriam reuocet, quemadmodùm illi salutari prædicatione & doctrina sua, veræ religionis & fidei semina per orbē sparserint ac propagarint, antiquosque ethnicę superstitionis errores passim extirparint. *Octo. 24.* Erant. n. Christi summi patrisfamiliās indefessi operarij, ad excolendum amplissimum mundi huius agrum ab illo destinati, vt verbū, quod primus ille seminarat, peruigili cura conseruarent, nè diuturno situ neglectum, sentes & vepres suffocarent. Atq; ad eiusmodi opus pastorum Ecclesiæ animus egregiè fuit intentus, & in hoc eorum feruebant studia. In eorum numero fuit etiā beatissimus Euergislus, ex nobili parentum stemmate secundùm carnē ortus apud Tungros, tum quidem Belgicę Gallię ingens oppidum, at nunc longè mutatum ab illa amplitudine. *Patria sāfti Euergisli.* Ab ipsa autem pueritia quędam in eo gratię & virtutis insignia relucebant, nec deerat elegās corporis forma. Parentes eius læti tam optata prole, Christi perpetuo seruitio eam addixerunt, vt in Clerum puer ascitus, illi more Ecclesiastico inseruiret. Magna in eo adhuc puero discendi sedulitas, præclara morum ornamenta cernebantur: præterque tenerę ętatis modum, semper aut pij laboris occupatum exercitio, aut in preces incumbentem, vel sacris lectionibus intentem, lectaque fideli memorię commendantē videre licebat. *Pueritia eius virtutum valdè studiosa.* Aetate quidem pusillus, coætaneos, pueros pia uiuendi ratione & morum probitate lōgè anteibat, ità vt quoddā scientię & magisterij priuilegium in eo elucere uideretur, & teneros annos quadam senilis ętatis maturitate ornaret, hominēque perfectum benè moratę vitæ exēplis referret. Lectioni magna animi contentione incumbens, non sine parentum offensione prandiolum differebat in horam vespertinam, cum sancto Daniele abstinens à cibis lautioribus, paruoque contentus, sustentando potiùs, quàm alendo, corpori seruiebat: interim tamen id, quod sibi subtrahebat, impertiēs inopi. *Vide abstinentiā pueri. Dan. 1.* Sic ille ętatula tenellus, religione grādęuus, mundi gloriam calcauit.

Intereà vir Dei Seuerinus, Coloniensis ciuitatis Episcopus, nominis & meritorū splendore illustris, & per cuncta laudabilis, pro sacerdotalis ministerij debito officio, suę parœcię ecclesias visitabat, & ex sacrorum canonum pręscriptione, salutaris doctrinę & exhortationis verba singulis proponebat. Grassabatur enim tum etiam in Gallijs Arriana hęresis, quam beatissimus Seuerinus passim profligare nitebatur, & conficere gladio oris sui. Cumq; ea animi intētione etiā Tungros inuiseret, apud quos prōh dolor perfidiosus Euphrata impij dogmatis arrianaia lanę doctrinę tritico superseminauerat, primū è fratribus, qui illi ecclesię cura & dignitate prærāt, ad se acciuit, ex illo diligenter inquirēs de fide eorū & studio cultús diuini. *Euphrata pseudo episcopus dogmatis arriani defensor.* Respondit ille ad singula, qđ res poscere videbatur, & inter cętera èt Euergisli religiosi pueri miras virtutū primitias accuratè exposuit. Mox Eps Seuerinus exhilaratus, iubet puerū ad se adduci, & cum eo collocutus, spe & expectatione

ne sua maiora in illo sanctitatis indicia deprehendit. Itaque tenerrimè illum diligens, inter paternos complexus & oscula hortatur eum, vt secum proficiscatur. Non recusat sacer Christi tyrunculus, ut possit fieri pars Domini & funiculus hæreditatis eius, *S. Euergislus adhæret S. Seuerino Episcopo.* mundanas gloriolas fallacesque diuitias omninò contemnens, diuinorumq; obedientiæ mandatorũ sese accommodans, simplicique victu & vestitu contentus, nihil extra Deum possidere curat. Immò iam sapienter discernens, quid placeret Deo, quidve displiceret, iuxta Apostolum, rationale Domino impẽdebat obsequium, *Rom. 12.* totũque vitæ cursum ad eius instituebat & exigebat voluntatem. Atque interim bonæ conuersationis successibus vegetatus, & diuturnæ consuetudinis beneficio confirmatus, amore insatiabili cælestis sapiẽtiæ fontibus inhiabat, & instar apis sedulæ, diuinorum eloquiorũ floribus insidẽs, pectoris sui aluearium, fidei virtutumque mella condebat.

Cernens autem beatus Seuerinus Episcopus, & ætate & moribus benè idoneum eum esse maioris gratiæ capessendis honoribus, nè sub modio tanta *Matt. 5.* lucerna diutiùs lateret, prudenti sanè consilio sacri altaris ministerio eum admouere decreuit, sicq; per *Ordinatur ab eo Diaconus.* singulos gradus ad Diaconatum vsque eum prouexit. Quo in ministerio qualem ille se præbuerit, dici via queat. verebatur enim, nè tantam gratiam inaniter accepisse videretur. In Dei templo nocte ac die vigilare, & mensę Dominicæ citra reprehensionem inseruire nouerat, virtutum exercitatione præclarus, percepto munere dignus, atque omni ex parte perfectus. Quodam Dominico die nocturnis horis pro consuetudine cum sancto Episcopo Seuerino *Audit cælestem beatorum spirituũ melodiam.* loca sancta inuisens, cum illo humi prostratus, cælestem meruit audire melodiam, sed cùm nesciret, q̃d ea sibi vellet, à sancto Episcopo diuinitùs docto beatissimum Martinum didicit migrasse à vita, & deducentibus Angelis abire in cælum.

Tandèm defuncto beato Seuerino, Clerus & po- *Creatur Episcopus Coloniẽsis* pulus Agrippinæ Coloniæ eũ sibi elegit Episcopũ, quamuis renitentem. Postquàm ergò eam adeptus est sedem, statum Ecclesiæ Coloniensis quotidiè in melius prouehebat, cuius familiæ cibum dabat opportuno tempore, oues sibi creditas eleganter instituebat, modis omnibus à peccandi consuetudine retrahebat, calamitosis & afflictis oĩbus humaniter subueniebat, vrbem ipsam intantùm ornare studens, vt ab incolis aurea Colonia appellaretur. Porrò men- *Aurea Colonia.* tis oculos semper referebat ad Dominum, quotidianisque auctus gratiæ incrementis, ibat de virtute *Nota de tẽplo S. Gereonis.* in virtutem. Postquàm autem consenuit, immodico capitis dolore vexatus, more suo sacrata circuit loca orandi studio. Cumque ad beati Gereonis sociorumque eius templum, malè valentium refrigerium, peruenisset, flexis genibus in sanctorũ memoriam, vti consueuerat, versum illum dicere cę- *Psal. 149* pit, Exultabunt sancti in gloria: moxque cælitus responsum est, Lętabuntur in cubilibus suis. Vndè ille intellexit, spiritu Dei id ei reuelãte, illo ipso die sanctos martyres animas suas cælo reddidisse. Ab eo *Sanatur à febribus tactu sacri pulueris.* ergò tempore vsque in præsens eodem die quotannis, ipso agente, illorum celebratur solennitas. Accepit autem puluerem è sanctorum templo, & sanctæ Crucis exprimens signum, eum malè affecto capiti suo imposuit, sanusque recessit.

Inuisit Tungros, prædicationis ergò. Deindè pastorali eum perurgente cura & solicitudine, fidei feruore inflammatus, ad Tongros profectus est, idololatriæ sordes eliminaturus. Vbi eò peruènit, cum multa authoritate sacras habebat conciones, errantes reducebat in viam: malos hortabatur, vt citò resipiscerent: bonos, vt studerent effici meliores. Cùm autem Dominus vellet eum ad laborum capienda præmia euocare, vt cursum vitæ feliciùs absolueret, quadam nocte media surrexit, & ex more solus ad sanctæ Dei genitricis monasterium orandi causa se contulit, faciens quod propheta dicit, Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tuę. *Psal. 118.* In ipso autem itinere psallente eo, Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum, *Psal 3.* latrones accurrunt, ad iugulandos homines intenti, magnam sibi ex illo prædam pollicentur, vnusque ex illis teli ictu eum interficit. *Crudeliter interficitur.* Sed cùm nihil apud eum præter simplicem vestem inuenirent, ad locum secretiorem corpus exanime absportant, virgultis operiunt, nè prodatur illorum crimen, dolẽtesque se spe frustratos sua, aufugiunt, nihil præter cruentam conscientiam secum auferentes.

Manè oriente die infaustus cędis eius nũcius perfertur ad vrbẽ, luctus & metus omnes occupat, Clerus populusque properè aduolant ad locum, vbi sacrum corpus iacebat vili opertum tegmine, reuerẽdo funeri debita persoluunt officia, orant loci eius Episcopum, alioqui voluntarium, vt eo, quo par est, honore corpus exanime condatur. *Is fertur fuisse Candidus, vir et loco Episcopi.* Incredibili omnium dolore humantur sacri artus: sed interim tanti ciuis aduentu lętãtur Angeli in cęlis, quò etiam nos eius intercessione venturos speramus, si fide & opere in eius vestigijs insistamus. Ferebatur autem sacrum corpus, comitante Clero & innumera populi frequentia, cum hymnis congruis ad beatissimæ Dei genitricis Marię oratorium, quod ea tempestate celeberrimum fuit. Celebratis indè, vt moris est, exequiis cum Psalmodia & Missis, in *Cõditur in oratorio beatissimæ matris Dei.* occulto quodam loco eius ecclesiæ cõditum est corpus sacrum perquàm honorificè & reuerenter: tametsi eximia eius sanctitas humana officia facilè superaret. Quòd autem Tungrenses loco abdito illum humarunt, ea causa fuit, quòd verebantur, nè Colonienses eum vi quandoque auferrent. Ex eo verò tempore tantas virtutes per merita beati viri dignatus est Dominus illo in loco operari, ut dicerent incolæ eam fidem illum ipsis seruare iam in cælis coronatum, quam erga ipsos adhuc in terris degens declarasset. *Multa ad eius tumulũ miracula.* Quicquid ab eius patrocinio pio sperabatur affectu complebatur. Illuminabãtur cęci, claudi rectè ingrediebantur, paralytici curabantur, leprosi mundabantur, dæmoniaci liberabantur. Quæ omnia si quis velit literis consignare, lectori fastidium pariet. Ecquis verò dubitet, per eius merita, ingentia tum facta miracula, cùm tanta hodieq; fiant, vt nemo possit pro dignitate diuinæ benignitati gratias agere?

Hoc loco sequitur in MS. codicibus de sacri eius corporis translatione: sed eam suprà inueniet lector in Vita S. Brunonis Archiepiscopi Coloniensis, Cap. 27. die 11. Octobris.

VITA SANCTI MAGLORII, secundi episcopi Dolensis in Britannia minori. Habetur in MS codicibus, sed sine nomine Authoris. Videtur scripta bona fide. Stylum F. Laur. Surius mutauit, omissis quibusdam parùm ad historiam facientibus.

24 Octo. Cap. 1. Patria & parentes S. Maglorij.

EXIMIAE sanctitatis vir Maglorius in Britannia maiori traxit originem ex parentibus generis nobilitate claris, patre Vmbrafelo, matre Affrella, ita vt etiam sanguinis coniunctione beatum Samsonem Episcopum attingeret. Fuit verò monastici sectator instituti, sicut & beatus Samson, & vterque ab Heliuto, sanctissimi Germani Autissiodorensis Ecclesiæ Episcopi discipulo, & liberalibus disciplinis, & sacris literis egregiè est institutus. Germanus enim in Anglia, siue Britannia maiori Pelagianorum confutauit hæresim, eaq; compressa, rediit ad sedem suam. Posteà verò beatus Samson, cùm semper esset diuinis rebus intentus, & religioni præcipuè addictus, à Clero & populo electus est Episcopus, & a quibusdā eius gentis præsulibus, licèt inuitus, iuxta sanctorum patrum decreta est ordinatus. Factus verò Episcopus, beatum Maglorium, bonis ornatū moribus, ieiunijs, vigilijs, precibusque studiosè vacantē, corporis quoquè castitate conspicuū, ad inferendā mensæ Domini, & ad dispensandam viuifici corporis eius consecrationem (sic n. loquitur Author, quemadmodum etiam beatus Ambrosius, ex gestis S. Laurentij martyris quædam citans in Officiis) Diaconum ordinauit, eumque ob meritum sanctitatis eius reuerenter habuit. Voluit etiam, ut in tempore plebi eius dispensaret tritici, id est, verbi diuini, mensurā.

S. Sāson fit Episcopus.

Consecratio, p. Eucharistia. Lib. 1. Offic. cap. 41

Cap. 2.

Cùm autem diù in ea gente versatus esset beatissimus Samson, & optimis exemplis, salutaribus institutionibus, nec paucis miraculis ei præluxisset, tandèm diuinitùs permotus, memor illorū Domini verborum, Euntes in mundū vniuersum, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritussancti: valefecit plebi suæ, & cū beato Maglorio nonnullisque clericis & laicis in Britanniā minorem prædicandi causa traiecit. Vbi cùm agente Childeberto Francorum Rege, Episcopi ministerium accepisset, per omnem regionem illam longè lateq; diffusa est fama nominis eius, ita vt plura maioraque, ut in eius gestis habetur, illic miracula ediderit, quàm antè. Multis autem vitæ annis ibidèm exactis, quibus ei semper Christus viuere fuit, febri tandèm correptus decubuit, sentiensque vicinam imminere mortem, beatum Maglorium & Ecclesiæ suę fratres ad se uocat, dicit illis venisse tēpus migrationis suæ, atque ad Beatum Maglorium: Noui, frater charissime, te post decessum meum huius Ecclesiæ pastorem fore. Hortor igitur, vt in diuini amoris cultu propositoque, vti cœpisti, magis magisque inardescas, & lumen diuinitùs haustum non ponas sub modio, sed super candelabrum, vt videāt, qui in domo Dei sunt. Equidem hactenùs, prout Dominus dedit, pro viribus laboraui: tu porrò Dominici gregis tibi commissi curæ inuigilato, & solicitus esto, ut merearis quandoquè a bonorū omnium recompēsatore audire vocem illam iocundissimā, Eugè serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Hęc cùm audisset beatus Maglorius & alij, qui illic aderant, breui 1. illum moriturum, cum multo eiulatu dixerunt ad eum: Cur nos pater sancte deseris, aut quid ità nos derelinquis? Quibus ille ait: Nolite, fratres mei, contristari: cessent istæ lachrymæ. Elias bonum post se reliquit discipulū Eliseum: ego vobis Maglorium relinquo, à Deo vobis datum, qui a primis ętatis initijs summæ religionis & sanctæ operationis exemplis illustris fuit. His dictis, in præsentia omnium sancta sanctorum, id est, sacrosanctam Eucharistiam sumens, coronam iustitiæ, quę ei reposita erat, percepturus, abijt ad sidereas beatę patrię mansiones.

Mat. 28.

S. Sāson venit in Britanniam minorem.

Prædicit Maglorium futurum Epm.

Matt. 25.

4 Reg. 2.

Obitus S. Sāsonis.

Cap. 3. Ei succedit S. Maglorius.

Matt. 25.

Eo sic defuncto, beatissimus Maglorius, iuxta sermonē eius, Dolensis Ecclesiæ regimen adeptus est, Christoq; adiuuante, magnarū virtutū de se exēpla dedit, non segnis auditor factus illius dñicę sententię: Sic luceat lux vestra corā hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificēt patrē vestrū, qui in cælis est. Cumq; præclaris exemplis, sanæ doctrinę pijs institutionibus, & virtutibus in ea Ecclesia luceret, nocte quadā Angelus Dñi adstitit ei dormienti, & ait: Hactenùs quidē Maglori ad pascendū Dominicum gregem in huius episcopatus publica luce versatus es: at nunc vt possis liberiùs vni vacare Deo, & eius laudibus totū te impēndere, remotioris loci pete secessum, vitamq; viuas solitariā. Hunc n. locum scias diuinitus sancti Samsonis decessoris tui glorię deputatum: tibi verò Dominus Deus tuus aliū præparabit, in quo pastor bonus multas habebis oues, vitæ monasticæ deditas, & innumeris clarebit virtutibus. Eam visionem vir sanctus valdè admirans, expergiscitur, aitq; ad Dominū: Gratias tibi ago, bone Iesu, qui per Angelū tuū admonere me dignatus es, vt qđ iampridèm ardenti desiderio cōcupieram, re ipsa perficiam. Interim cogitare cœpit, quemnam potissimum eorū sibi deligeret, illis studiis opportunū, quorum esset admonitus ab Angelo. Cōmodùm illi tum in mentem venit locus, quem Rex eius sedi amplificandæ largitus erat. Non diù pòst Budocum, qui à puero sanctè & religiosè cum ipso vixerat, pro se Dolensis Ecclesiæ Epm consecrauit, Cleroq; & populo valedicens, abijt ad locū memoratum, cunctis incredibili quodam animi dolore tabescentibus ob discessum pastoris tam boni. Vbi autem peruenit ad amicæ solitudinis locum, ieiunijs, vigilijs, precibus feruentissimè incubuit, sed tamen latère nō potuit.

Apparet ei Angelus in somnis

Budocū pro se consecrat Episcopum, & petit solitudinē.

Cap. 4.

Sāctitatis eius fama intra solitudinis latebras coerceri nō sustinēs, passim increbuit, atq; ità ex diuersis regionibus varijs affecti icōmodis ad eū aduolabāt, cæci, claudi, leprosi, dæmoniaci, salutē expetentes. Multi quoquè aiarum suarū remedia percipere cupientes, eius sapientiā audituri, ad eum accedebant: plerique ēt multa ei offerebant munera auri, argenti, rerumq; aliarū, gratos se illi declarare volētes. Sed ea ille ceu stercora quædā contemnēs, mox in pauperes, viduas, pupillos, captiuos, fame affectos liberaliter erogauit. Cernēs aūt tā multa sibi offerri, tantamq; hominū multitudinē ad se confluere, magno animi dolore correptus: Heu me, inquit, quid mihi prodest reliquisse propria, & aliena appetere? Maior iam imminet populorū turba & frequētia, & immēsæ accedūt opes. Ego verò iampridem mūdi huius cupiditatibus me volebā absolutū, & ecce magis ēt ijs nūc videor implicari: cùq; terrenarū rerū onera abiecerim, iā pròh dolor diues effectus sum. Sub his animi angorib⁹ īcidit illi, vt eū, quē epm suo loco ordinarat, ad se accersiret. Fecit igit̄ sic, & ille ocyùs aduènit. Narrat ei cū lachrymis, q̄tā hominū multitudinē patiat̄, ait sibi plane deliberatū eē ad desertum aliquē ꝑfirisci locū, vbi nulla hoīs vestigia existant.

Multi ad eū confluunt salutis expetēda causa.

Cernens Episcopus multū eius animi dolorē, prę

Cap. 5.

commiseratione aliquandiù siluit: deindè blandè & familiariter cum eo colloquens: Scio, inquit mi domine, propter turbas ad te salutis obtinendę causa confluentes, magno' te mœrore affici: sentioque

E. ps eum dehortatur nè deserat ad ipsum salutis causa confugientes.

ea causa relictis illis, ad loca auia te velle cõmigrare. Sed id si facias, valdè tibi formidandum est, pater, nè, dum Christi pauperibus subtrahis spiritalis doctrinæ triticum, quod illis vitam præstat, in discrimen te conijcias. Præstabilius.n. est oues Domini colligere, quam dispergere: contritosq; corde sanare, quam infirmos deserere. Olim in tuam eras intentus messem: iam vt pastor bonus, debes etiam curare alienam, vt ad Christi honorem vtrãq; efficias cumulatiorem, atque ex ijs duplicia possideas: futurus hoc ipso Christi imitator, qui populo Iudaico

Mat. 11.

primùm per seipsum, indè gentibus per Apostolos salutarem doctrinam proposuit. Quas autem nunc molestias capis ex his populis, quibus iugum Christi suaue est, & onus leue, eæ tibi magnam parabunt apud Dominum retributionem. Nosti tuipse Christum Dominum, cùm in sinu patris quiesceret, venisse in huius mundi labores, vt infirmorum languores curaret. vndè ipse ait: Non egent, qui sani sunt, medico, sed qui malè habent: quos etiã non refugit, sed pro eis animam suam libenter posuit. Scis quid ex Esaia quandoquè turbis audientibus legerit: Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me: euãgelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, & cætera. Hæc illũ dicentẽ beatus Maglorius grato aĩo audiuit, sciens à Dño dictũ ad Apostolos: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit.

Matt. 9. Luc. 4. Esa 61. Luc. 10.

Cap. 6.

Non multo autem interiecto tẽpore Comes Loiescon, valdè quidẽ opulentus, sed septẽnio iã lepra infectus, frustrà ĩ medicos magnis erogatis pecunijs, qui curare eum non poterãt: vbi in insula, in qua morabatur, celeberrimam comperit beati Maglorij famam, cum quibusdam è suis venit ad eum, rogans vt fusis ad Dominũ precibus, faciat medicinã morbo tam infesto. Ad quem vir Dei: Quinam, inquit, fieri potest, ut immundus curet immundũ? Ego quoquè immundus sum corpore. Indixit verò triduanum ei ieiunium, & ipse quoquè cum quibusdam sacerdotibus & Leuitis, religiosisq; viris triduò ieiunauit. Eo exacto ieiunio, adhibitis litanijs, iubet eũ in cupam balneatoriam inferri, manusque ei imponens, sublatis ĩ cęlũ oculis, dicit: Domine Iesu Christe, per quem omnia facta sunt, qui Naaman per prophetam tuum in Iordane flumine à lepra mũdasti, qui propter peccatores saluandos è cælis in terras descendisti, non pro iustificationibus nostris, sed ꝑ miserationibus tuis multis hominem istum, qui ad me venit tuam cupiens experiri clementiam, ad laudem & gloriam nominis tui purges à lepra, vt omnes, qui id viderint, te collaudent: qui viuis & regnas cum Deo patre & sancto spiritu per infinita secula seculorum, Amen. Hæc cùm dixisset, manu sua totum eius corpus attingens, adeò ab eo lepram omnem profligauit, ut nec cicatrix quidè vlla permaneret, & caro eius instàr pueri restitueretur. Ea tam repentina & admiranda curatio quibus verbis celebrata & prædicata sit ab illis, qui viderunt & audierunt, nos satis explicare non possumus.

Iohan. 1. 4. Reg. 5.

Sanat Maglorius leprosum Comitẽ.

Cap. 7. Comes ei mediã partem cuiusdã terræ dat.

Tum verò Comes Loiescon ad eius pedes aduolutus, non sine lachrymis pro tanto munere Deo & illi gratias egit. Multæ, ut diximus, opes & possessiones ei erant: è quibus terram quandam beato Maglorio dedit, sed partem illius dimidiam sibi reseruãs. In ea terra multæ erant aues pulchræ, & magnitudine admiranda: ingens quoquè prouentus pisciũ ex sinu maris. Cùm autem beatus Maglorius perlustraret eam partem, quam Comes ei largitus erat, aues & pisces omnes alterius partis ad ipsius portionem se transtulerunt. Tulit id indignè vxor Comitis, hortatusque eum, vt beati viri portionem sibi vendicet, alteram ei relinquat. Facit ille, quod mulier improba suasit: sed eccè repentè aues & pisces omnes redeunt ad beati viri possessionem. Id conspicatus Comes, ductus pœnitentia, vtramque partẽ perpetuò retinendam illi assignat, moxque aues & pisces pristina sua domicilia in vtraque repetunt, vti anteà sub ipso Comite consueuerant. Eius rei fama procùl diffusa, omnibus non immeritò magnæ admirationi fuit. Porrò ea in terra vir sanctus ecclesiam condidit & collegium monachorum, quos illic habuit sexagintaduos, eosque vita & doctrina sua eruditos, Deo & sanctis eius debitæ seruitutis officia præstare docuit. Qualem autem ipse eo in loco se præbuit, quibusque virtutibus enituerit, nullus facilè dicendo possit cõsequi: nos de eius sanctissima conuersatione pauca tantùm commemorabimus.

Deinde alteram.

Cõdit monasteriũ.

Cap. 8. Eius castitas. Cibi parsimonia. Cilicium vestes.

Ab ipso matris vtero vixit castissimus, virginitatis conseruãdæ studiosissimus. Pane vescebatur hordeaceo & viliori legumine, eoque parcè. Quarta & sexta feria protsùs nihil sumebat cibi: quarta quidẽ feria, quòd tum impij Iudæi in necem Domini Iesu conspirarunt: sexta autem, quòd eum Cruci affixerunt. Carnem suam perpetuo cilicij vsu macerabat. Vestes exteriores habuit nec admodùm viles, nec sanè preciosas, sed medioeres, ut humanos applausus & gloriam declinaret, quæ est æternæ mortis muscipula. Toto eo tempore, quo relicta Dolensi Ecclesia, solitudinem expetijt, nec vinum, nec siceram bibit. Perpaucis autem pisciculis diebus solennibus duntaxat, idq; à monachis religiosis & diuinæ contemplationi deditis coactus, pro magnis delicijs vescebatur. Cùm cæteri fratres nocturnis horis membra quieti darent, ille clàm se recipiebat ad maris oram, illicq; vsque ad noctis preces, quas Matutinas vocant, peruigil Dominum orabat. Multam ad ipsum aduentantibus hospitalitatem prompto animo exhibebat, sciens scriptum esse: Hilarem datorem diligit Deus. Deniquè vt multa paucis expediamus, nulla non virtute ornatus fuit.

Luc. 1.

Vigilia.

Eccl. 35. 2. Cor. 9.

Cap. 9.

Accidit quandoquè, vt quidam ex famulis eius, pisces in vsus fratrum in mari capientibus, in aquas lapsus suffocaretur. Nõ latuit ea res beatum virũ. Itaque multùm flens & eiulans, dicit se reum mortis illius, moxque adiunctis sibi fratribus, tota die corã altari prostratus, obsecrat Dominum, nè propter hominis illius interitum in se effundat furorem suum. Deindè postquam sol occubuit, cum monachis litanias & psalmos concinentibus ad litus maris accedit, prosternensque se, cum lachrymis rogat Dominum, ut vel mortuum sibi reddant vndæ, quem viuum absorbuerãt. Finitis precibus, mare tumescens euomit hominem, priùs quidem extinctum, at nunc planè rediuiuum. Sentiens vir Dei se tam liberaliter exauditum a Domino, sacrificium ei offert, polliceturque se propter illam hominis mortem, cuius, vt diximus, reum se arbitrabatur, nullum vnquàm piscem in cibum sumpturum.

Excitat mortuũ.

Cap. 10.

Cùm sic autem innumeris clareret virtutibus & miraculorum signis, obitum suum longè antè præsciuit. Nam pridiè eius diei, quo sacrosancta Paschatis solennitas celebrabatur, illi in templo more suo nocte vigilanti, Angelus Domini candidissimus apparuit, atque illi familiariter, S. Maglori, age qđ agis, operare qđ operaris: nec dubites nomẽ tuũ scriptũ in libro cęlestis militię. Visũ ẽ altissimo, cuiꝰ volũtati ab ineũte ętate haud segniter obtẽperasti,

Angelus ei apparet.

sti,dignam tuo certamine mercedem tibi in cælis cōstitucie. Audiens hæc Maglorius, lętus quidem ex promissione,sed incertus de visione, veritus nè Angelus satanæ in Angelum lucis se transfiguraret, admodùm prolixè in precibus perseuerauit. *1. Cor. 11.* Iis absolutis,Angelus Domini volens eum de visione certiorem efficere,bis ter que sua verba repetiit, ità dicēs: *Angelus secundò & tertiò ei apparet.* Nihil hæsites de hac visione Maglori. Sicut enim ego sum perpetuus minister summæ veritatis,ità legatio mea omnis planè falsitatis expers est. Certissimè igitur annuncio tibi, propedièm te cum insigni ex hoste reportata victoria & triumpho, è corpore migraturum in cęlos,& præsentem Dei vultū inter illos beatę patriæ ciues sine fine iucundissimè conspecturum. Tum verò beatus Maglorius rogauit sanctum Angelum,ut antequàm discederet, largam ipsi impertiret benedictionem. Sed Angelus respōdit: quonam modo ego tibi benedicā, cui benedixit is, a quo sancti omnes benedicti & sanctificati sunt? Atque ità post mutuam salutationē, Angelus cum multo lumine recessit ad superos: porrò Maglorius, vti cœperat, noctem duxit peruigilem.

Cap. 11. Post dies paucos rursùs ei apparens Angelus,iussit eum de suo obitu esse securum, dixitque ei, quòd ob seruatam carnis integritatem centesimum in cælis fructum esset percepturus. Tradidit etiam ei tanquàm breui morituro viaticum. Atque ab illo die de suo obitu solicitus,nisi causa ineuitabilis & multis profutura adesset,vsque ad diē vocationis suę semper versum hunc ore repetebat: *Psal. 26.* Vnam petij a Domino, hanc requiram,ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ: nec vnquàm visus est è templo recedere. *Feliciter abit ad Dominum.* Tandèm expleto labentis vitę cursu, fratribus valedicens, & inter verba sanctę exhortationis animam expirans, felici migratione peruenit ad Christum. *Psal 115.* Eius pia intercessio nobis obtineat veniam peccatorum,cuius est preciosa mors in conspectu Domini, qui viuit & regnat per infinita secula seculorum, Amen.

MARTYRIVM SANCTI MARTYris Arethæ, & eorum,qui cū eo decertarunt, sanctorum Martyrum: & historia eorum, quæ tunc facta sunt in regione Homeritide,vel Sabæa: Authore Simeone Metaphraste.

24 Octo. Cap. 1. Elesbaan Rex Aethiopum Christianus.

INSTABAT iā quintus annus, ex quo Iustinus acceperat sceptra Romani imperij: quo quidem tempore imperabat etiam Aethiopibus Elesbaan, vir, qui propter pietatem & iustitiam, apud omnes maximum nomen fuit consecutus: in ciuitate autē Auxume regiam construxerat. Ditione tenebat Arabiam felicem,quæ olim quidem Saba, nunc autē nocatur Homeritis,Dunaan Hebræus, vir impius, & Christianorum generi inimicissimus: qui etiam omnes,qui erant in sua potestate,habebat circuncisos, partim quidem Iudaicam sequētes superstitionem, partim autem planè gentiles,Soli & Lunę sacrificātes,& dęmonibus,quos etiam more gentis honorabant statuis & columnis. *Elesbaan bella gerit aduersus infidelem Dunaam.* Porrò autem ab Elesbaan odio habebatur Hebræus, quòd omnibus ferè, qui sunt sub cęlo,Christum Deum prędicantibus, & verum Dei filium,& nobis factum carne similem, ipse eum vilipendens,inficiabatur hęc omnia, uelans & adumbrans suorum maiorum scelus, quod in Cruce admiserant: adeò ut Rex pius sępè cum eo bello congressus, vi suderit ac fugarit,& tributum pendere coegerit. Verùm ille quidem non stans pactis cōuētis, insurrexit cōtra Regē Elesbaan. Elesbaan autē eum rursùs valido adortus exercitu, fortiter expugnauit,& in fugam conuertit. Denique ad illum cauendum relicto exercitu, in suam redijt ditionem.

Interim non poterat Hebræus quiescere, sed vt *Cap. 2.* acceptæ cladis deleret ignominiā,cùm suos collegisset,& eos,qui erāt in pręsidio,inuasisset,omnes bello perdidit,& iussit omnes,qui inueniebantur Christum esse Deum confitentes,citra vllā interire misericordiam. Nullus autem fuit ex ijs,qui erant sub ipso,Christianis,qui se non huic impio edicto submiserit,illius animi formidans sæuitiam. Quædam tamen ciuitas frequens populo, sita in Homeritide,quæ vocatur Nagran,cùm iam longo ab hinc tēpore venisset ad agnitionem veritatis,& pietatem suscepisset,nempe ex quo Constantius magni Constantini filius,ad Sabæos, qui nunc vocantur Homeritæ, orti verò sunt ex Cetura Abrahæ, misit legatos: *Sabei quādo conuersi ad Christum.* & Rege illius gentis muneribus sibi cōciliato, ædificauit hac in ciuitate ecclesias: & quendam virum piū, qui ad vitam declinarat monasticam, & moralibus & actiuis virtutibus erat magnus,atque adeò omnibus sui temporis superior,misit, vt præesset ijs, qui ad verā accesserant religionem. Quo quidem tempore Iudęis resistentibus,& barbaro suadentibus,nè tam facilè hospitem admitteret in ciuitatem, neque circa res diuinas aliquid innouaret, nisi priùs vir religiosus aliquod signum ostenderet, (quomodò solēt isti petere,vt qui sint increduli) quod quidem si præstiterit,tunc ei concederet ingressum in ciuitatem: ille diuinis fretus promissis, quòd signa sequentur eos, qui crediderint,annuit citra vllam dubitationem: *Marc. 16* & eorū quæ petebantur,miraculorum magnā ostendit operationem. Ab illo iam tempore ciuitas Dominum purè colens, & Orthodoxa diuinorū patrū sequens dogmata,perseuerabat,si quid erat mali, repellere, & alienam effugere religionem, adeò vt ne fineret quidem eam ad aures peruenire.

Inuidens ergò malignus,totum,quantus erat,subiens Hebræum,eum armat aduersùs ciuitatem,par- *Cap. 3.* tìm quidem opinans fore,vt id esset molestum pio Regi Aethiopum: partim autē eò spectās,vt in Christum suam expleret insaniam,& genus Christianorum omninò euerteret. Itaque venit validum adducens exercitum: & cùm circuncircà esset castrametatus,valloq; & fossa mœnia circūdedisset, obsedit *Dunaan Hebræus obsidet Nagran odio Christianæ religionis.* Nagran,minitās se illam expugnaturum, & omnes, qui in ipsa erant,interempturum, nisi Cruce Domini,à ciuibus in excelso posita, quam execrationis signum (prò h dolor) stultus vocabat,ad nihilum redacta, deindè Christum quoquè negassent, qui fuerat in ea suspensus. Quod eo quidem consilio faciebat, vt cùm eos illo, quod indè veniebat, præsidio nudasset,hoc tam valido defectos auxilio deindè inuaderet. Quidam ergò execrandi huius Regis satellites,in orbem obeuntes ciuitatem, eadem vociferabantur: &,si parèrent quidem,dicebant fore, ut dona & honores à Rege consequerentur: sin autem nō parèrent,& Galilæo animū adhiberent,pro monarchia inducentes multorum principatum,igni & gladio traderētur. Porrò autē ipse quoquè Dunaan execranda & audaci lingua his falsa quędam addebat, *Quid gloriaris in malitia?* & iactanter dicebat: Nullam potuit Iesus opem ferre Christianis in mea potestate constitutis,quos oēs, & ipsos illorum sacerdotes & monachos gladio & igne priùs consumpsi,ne parcens quidē sacris illorum tēplis,& nunc maximo coacto exercitu, nempe

centum & viginti millibus hominum, ad uos vēnt, aut omninò persuasurus, aut perditurus.

Cap. 4. Ciues aūt: Videmus, dixerūt, ò Rex, te linguæ mul tùm indulgere, & attribuere imbecillitatem ei, qui est solus Deus. Sed Rapsaces dux exercitus Sennache- *4. Reg. 19* rib non paruum tibi dederit exemplū: qui cum ipse quoq; aliquandò in Deū, magna loquentē & iactantem vibrasset linguam, quot hominū millia perdiderit, & cum quāto dedecore recesserit, pauci sunt qui nesciant. Quòd autem nos accusas, ꝙ multorū principatum, & multos deos inducamus, nos, qui multis ab hinc seculis, tanꝗ hæreditatem, à maioribus verā accepimus religionē, nec monarchia in arctū adducimus diuinitatem, nec abundantia personarū inducimus multorum principatū: sed vnā naturam citra *Summa fidei Christianæ.* diuisionem in tres personas diuidentes, patrē & filium & spiritum sanctum cōfitemur: filium verò ipsum, quem tuis contumeliis incessitis, hominem esse factum, vt diuina prædixerunt responsa, & à uestris maioribus actum fuisse in Crucem propter salutem omnium, cùm illi malè ignorassent dispēsationis diuinæ mysteriū, & tertio die resurrexisse à mortuis, & rursus ad cælum ascendisse, & in altū sublatū fuisse ad suum patrem & credimus, & prædicamus.

Cap. 5. Non sustinentes autē hos sacros audire sermones aures profanæ, ad facta se contulerunt. Itaq; ad obsidendum Rex conuersus ciuitatem, aduersùs eā mouebat omnes machinas, omnes exitus diligenter custodiens & muniens, & putans fore, vt multorū dierum fame eos in suam redigeret potestatem. Et cùm *Christiani affliguntur ab eo.* collegisset omnes Christianos, qui erant in agris & suburbiis, alios quidem interemit, alios uerò iis, qui erant in eius ditione, vēdidit in seruitutem. Cùm autē pij ciues se aduersùs omnia fortiter defenderent, & tempus quod terebatur, Tyranno spem reddidisset valdè exilem, statuit dolo capere ciuitatem. Itaque *Dolo studet occupare ciuitatē Dunaan rex.* petit, vt ei liceret ingredi ciuitatem, vt uideret scilicet ea, quę ibi erant, priùs terribili prolato iureiurādo, & iis, quę dicebantur, interposito ipso legis Deo, se nihil esse facturum prętereа, quę consueuerāt: neque coacturum, vt patriam abiurarent religionem: neque aliquod aliud malum magnum, aut paruum eis esse facturum: sed solùm ea visurū, quæ sunt in ciuitate, & annuum tributum accepturum, quod priùs dabatur: deindè autem se illinc statim excessurum.

Cap. 6. Hæc cùm dixisset, & pacta conuenta iniisset, & postremùm iurasset iusiurādum, persuadet iis, qui sunt in ciuitate, cùm Deo vniuersum permisissent, qui est testis sacramēti, & hoc solum dixissent, Regibus nos cedere didicimus. Quòd si tu secùs statueris facere, quàm nobis dixisti, Deus, qui est spectator iurisiurandi, id omninò vlciscetur, neque diù differet vindictam. Nobis enim, dicebant, ò Christe Saluator, *Nagrani ciues credula intromittunt tyrannum.* & fili Dei, & Deus pro te ne omnibus priuari facultatibus, atque adeò ipsa vita, non leue est lucrum. Absit autem, ut tuum nomen negemus, vt est impiorum institutū: tu etsi tale quid fecerimus, nos, ò Sol, adspicias. Quę simul atque dixissent, totas portas aperiunt, & intrà ipsam ciuitatem, tanquam lupum in stabulum, malum Regem admittunt. Ille autem cùm & figuram, & situm, & illam ciuitatis laudasset frequentiam, & ciuium quoque splēdorem, egressus est in eos, qui habitabant ciuitatem, grauia uersans, vt indicauit exitus, iusiurandum, & pacta conuenta, & quæcunque alia eis præbuit ad fidem faciēdam, ea esse existimans puerilem deceptionem.

Cap. 7. Cùm autem iam se pararet ad eos euertendos, non erat extra ciuitatem. Aderant verò quicunque erant insignes opibus & gloria. Præ cæteris autem is, qui & canitie, & sapientia, & morum modestia erat præstantissimus, diuinus, inquam, Arethas, cui ipsi quoquè fuerat commissa rectio ciuitatis. Omnes igitur cōmēdabant, extollebant, laudibusque celebrabāt, & omnem honorē tribuebant ei, qui videbatur esse seruator & Rex. Ille autē sibi culpæ dandū esse tri- *Perfidia impij tyrā ni.* buens, quòd differret cerni malus, non ampliùs cape̅ctās aperit, qui intùs latebat. Dunaan. Et iussit p̄tinùs omnes custodiri in vinculis Deindè, etiā priuauit facultatibus, & rogauit, vbinàm esset Paulus eorum Episcopus. Cùm autem iam duobus antè annis eum intellexisset esse mortuū, non habens in *Vide immanē barbarum.* quem iram immitteret, contendit ad puluerē, & iussit sepulcrum effodere, & illius corpus combustētes in aerem ventilare. Aliud quoquè excogitat furiosa anima, nec eam capit satietas aliquid moliendi aduersùs Christianos: sed iubet accendi rogū, qui multa aleretur materia, & statim ciuitatis, & eius, quę est circumcirca, regionis sacerdotes, & monachos, & Deo consecratas virgines, quinetiam fœminas, quæ *Nota quot duces secuti quantur, qui hodiè Clerū et monachos persequuntur.* viam elegerant monasticam, omnes simul in eū inijci. Ij. n. inquit, sunt planè causa aliorū interitus, persuadentes Crucifixum colere, tanquàm Deū. Ad hęc perindè acsi non sufficeret, quod factum fuerat, ad eius incomparabilem ostendendā improbitatem, vt alios quoque sibi subiungeret, vehementer contendit, & iussit præcones obire ciuitatem & regionem, proclamantes vt Christum negarent, & viuerent Iudaicè, eadem quæ Rex sentientes.

Cap. 8. Porrò autē ipse quoquè Rex Arethæ similia consulebat, adijciens, quòd ipsi quoquè norant Romani, illius maiores in Cruce egisse hominē. Quomodò enim, decebat, fuisset flagris cæsus Deus, qui est natura incorporeus? Quomodò aūt mortē adeò turpem & ignominiosam natura gustarit immortalis? Alioqui autē multi quoquè ex Romanis, qui sunt apud vos, iactantes se Nestoriū habere magistrum, ip- *Nestorij heresis.* si quoquè rursùs dicunt, se non vt Deum, sed vt hominem & prophetam quendā oportere Christū honorare. Quæ nisi vera essent, nec ego ad tantam processissem insaniam, ut ipse negarem in Christum fidem, & vos ad similem vocarē negationē. Quomodò. n. qui legē quidē teneo ac tueor, & patrios mores ac ritus valdè amplector, repello autē quicquid fuerit noui, & ideò Iesum quoquè odio habeo, hominē, qui diuinitatē sibi impudenter attribuit? Neque. n. Soli & Lunæ, neque aliis rebus creatis, neque dijs genitis rogo vos cultum tribuere, (absit, vt sim adeò emotę mentis) sed Deo soli, qui omnia producit, & est pater rerū generatarū: qui cùm sit impatibilis, & expers materiæ, generare nescit patibiliter.

Cap. 9. Cui generosus Aretha cum socijs: Cur hæc dixisti, ò Rex? Neq; nos dicimus Deum gignere patibiliter, sed impatibiliter, vt mens sermonē gignit. Illum autem asserimus nostræ naturæ motum misericordia, misisse filiū, ad hominū, inquam, beneficiū, adeò vt & carnem acceperit ex puella virgine, & ꝑ omnia nobis similis factus sit absque peccato, & omnia impleuerit, quæ de ipso a Prophetis multis antè annis dicta sunt: quæ quidē tu quoquè scis, qui legisti illorum libros. Qui etiam sæpè per miracula quæ sunt supra hominem, ipsam ostendit diuinitatem: & se suscepisse carnem, nō est inficiatus. Quid opùs est pluribus? Nos eū & Deū, & Dei filiū confitemur, *Aretha & sociorū eius cōstātia.* & pro vniuersa respondemus ciuitate, & aliis Christianis, qui sunt nobis subiecti: neq; ē vllū genus tormenti, quod non ꝑ ipsum parati simus pati. Quid enim nos separauerit a charitate Christi? Nihil autē *Nestorij impietas cōdēnatur.* rei est nobis cū Nestorio aut cū aliis, q eodē morbo, quo ipse, laborant, qui hominem, qui citra diuisionem, & per hypostasim vnitus est Deo Verbo, summa

na impudentia diuellentes à verbi diuina hypostasi, per se consistentem, & solùm hominem ausi sunt dicere verbum, quod in carne apparuit: qui etiam, ut merebantur, à diuinis patribus eiecti sunt à catalogo orthodoxorum, & sunt in æternû traditi anathemati. Sed non præter mittet (hoc certò scias) qui maledictus à te appetitur Dominus, quin è vestigio pœnas sumat tuorum audacium cœptorû, cùm alterius, inquam, tuæ blasphemiæ, tum iurisiurandi, quod a te fuit conculcatum & euersum, ò impriman impie & scelerate.

Cap. 10. Nititur tyrannus sanctos martyres muneribus submittere.

Ille autem cùm eorum loquendi libertatem parùm sustinuisset, maximè autem Arethæ sapientiam, & alium omnem splendorem esset reueritus, benignis verbis eos cœpit lenire, eisque & dona, & honores proposuit, acrem ipsorum zelum in pietatem sic refrigerare machinans. Postquàm autè vidit martyres omninò aures non præbere promissis: contrà autem quàm poterant clarissima voce clamare: Nô te negamus, qui es vnus Trinitatis, ò verbum Dei, & Christe: neque tuam irridemus susceptæ carnis dispê sationem: neque tuis, quas propter nos passus es, pet passionibus & Cruci Iudaicè insultamus: eos quidê vinctos adhuc detinuit: in aliam autem multitudinê quæ collecta fuit ex omni genere & ætate, mortis tulit sententiam. Vxoribus verò & liberis eorum, qui detinebantur, martyrum, ante oculos eorum adductis prouocabat ad Christi negationem, partim qui dem minis, partim autem blandis verbis eas aggrediens, nonnunquàm omne supplicij genus in eas intentans, liberorumq́; & parentum, & facultatum, & ipsius quoque patriæ eas terrens amissione. Illæ autem dicebant: Omnibus, ò Rex, quæ à te offeruntur,

Nota egregiam etiã fœminarũ virtutẽ.

siue ea sint bona, siue aliter se habeant, lubenter hodie renunciâtes, quæ à te maledictis incessitur, Christi Crucem extollimus: & qui in ipsa nostram procurauit salutem, Christum sequimur. Esset enim a ratione alienum, nimis effœminatum, ex nobis quidê alias, quæ cum talibus viris cohabitarunt, qui mortem propter Christum elegerunt: alias autem, quæ virginitatem exercent, ut quę Christo sint desponsæ, non esse animo masculo, & vestram iram planè inconsideratam non nostro sustinere corpore.

*Cap. 11. *plani, id est, impostoris.*

Rex autem: O fœminæ, inquit, possum vos meritò magnæ accusare stultitiæ, quod hominis *plani, & præstigiatoris, & qui violenta morte periit, gratiam eligitis, & voluptatibus præsentibus spem, cuius incertus est exitus, præferre statuitis. Quædam autem ex acrioribus matribus, & monachis, non ferentes Christi contumeliam, visæ sunt in Regem verbis aspe rioribus, eûipsum, qui maledictus incessebatur, Christum vocantes ad vltionem. Quod quidem ægrè ferens Hebræus, in eas communiter pronunciat sententiam, ut gladio feriantur. Licebat igitur videre mulieres sanctas trahi crinibus, & sic duci ad supplicû, vel potiùs ferri promptis & alacribus pedibus, & fuisse mortem propter Christû. Magna verò erat & præclara inter eas contentio. Monachæ enim virgines nequaquàm concedebant primas partes ijs,

Vide q̃ antiquit. ut detulerit monialib.

quæ erant iunctę matrimonio. Recordemini, dicentes, quòd priùs vobis fuimus propositæ, & in templi ingressu, & in sacramentorum participatione, & in statione, & in sessione: & ideò oportet nûc quoque nos & vestros maritos consequi martyrium. Martyrum autem vxores, quæ iam etiam vocabantur matres, nequaquàm ferebant in præsentia habere secum

Cades fœminarũ, & puerorum.

das partes. Infantes quoque balbutiêtes matres præcurrebant, & ipsi quoque carnificem prouocabât ad mortem. Sciebant enim alias quoque pueros fuis se Christo pp ipsum sacras oblatas victimas. Sic beatæ illæ mortê præripientes, ijs, qui videbant, magnâ afferebant lamentationê: adeò vt Rex crudelissimus cum admiratione talem uocem emiserit: Qualem omnibus ferè hominibus errorem immisit Galilæus, vt qui vel ipsam mortem contemnere persuaserit, & pro illo prodere suas animas & corpora?

Cap. 12. Nobilis q̃dã matrona tentatur tyrannum.

Interim aût quædam quoque fœmina, quæ duas filias habebat, & primas partes inter eas quæ erant in ciuitate, obtinebat, longeq; pręstabat alijs genere, diuitijs, gloria & pulchritudine, atq; in iuuenili adhuc ætate vidua relicta fuerat, inspectatur Tyrannû. Ille aût statim iubet suis ministris, vt eam ad se adducât cum honore & reuerentia, & ei efficiant commodû aditû. Illa verò etsi hoc modo adduceretur, ægrè ferebat, se ab aliarû mulierû abesse martyrio. Tertio autê die post iussionem, & prudentem cum honore ad Regê adducitur cum filiabus. Ille verò placidè eã intuens, & eam ab initio incipiês allicere: Fama, inquit, annû ciat te esse modestam, ornatã & prudentem: quin êt ipse vultus & adspectus fert ijs, quæ dicuntur, testimonium. Præterea aût vulgò fertur te quoque esse genere claram, & abundare diuitijs, & ubi non desit te splendorem. Nè ergò quomodò stultæ, quas ego perdidi, sustineas ipsa quoque Deum dicere eû, qui

Matth. 11

fuit crucifixus: fuit aût homo vorax, & vini potator, amicusq́; publicanorû & peccatorû, & nec patrijs fuit contentus legibus: sed tuę nobilitati faciens cômemoria, renuncia quidem Nazareno: & velis nobiscum sentire, & simul cum Regina versari in regia. Sic n. viues deinceps liberiûs, & liberata a malis, q̃ oriuntur ex viduitate, magis poteris alijs opem ferre. Venit. n. ad nos fama, ipsę aût res quoque testantûr, q̃ cûm & magnas habeas diuitias, & plurimas facultates acceperis a maioribus, & sint multi, qui tibi seruiant, pudori tamen & virtuti oîbus postpositis, in nullius alterius viri ne in conspectû quidem venisti, nisi eius, qui fuit tibi legitimo coniunctus matrimonio. Nè nunc ergò, nè nunc (hoc ego tibi consulo) pulchritudinem tuam, & iuuentutem, & filiarum virginitatem lictorû manibus tradideris, quæ magis contumelia afficiunt, q̃ puniût: sed desi stens Crucifixo gloriam tribuere, & nostris cedens legibus, & tibi & liberis prospice, quę sunt vtilia.

Cap. 13. Christianæ matronæ praclarum respõsum.

Beata autem illa appositè & eruditè respondens: Cùm eum, inquit, ò Rex, quê oporteret honorare, vt qui tibi dederit potentiam, & hanc purpuram, & hoc diadema, immò verò ipsam quoque essentiam, & vitam, tanq̃ Dei filius & Deus, ingrato animo cô tempsti audaci lingua iniuria afficias, non timens nè fulmen deiectum te comburat, & me honorare velis, vestrû ego honorê summam duco ignominiam. Cessa gladiû in teipsum impellere. Absit autê, vt ego a tali lauder lingua, quę te armauit contra Deû. Ne queeò procedâ amentiæ, vt verser cum ijs, qui Deo sunt adeò inimici, & in peccatorû habitê tabernaculis. Cûm Rex hęc audijsset, Ira corde accensus, adspe

Afficitur ignominia cum filiabus.

xit ad eos, q adérât, & cûm dixisset: Quàm impruden ter ô nos se gerit hęc execrãda muliercula: iubet ei* capiti auferri tegumêtû, & ei* filiarû: & sic eas nudo capite, & pmissa coma, in castra duci pignominiã.

Cap. 14.

Egrediês ergò generosa mulier, cùm vidisset magnam fœminarum multitudinê flentem & eiulantê, quòd talis nobilitas afficeretur contumelia, illa eas seuerè & magnificè intuens: Scio, inquit, ò amicæ, q propter nos dolorem accipitis, partim quidem fortasse propter naturæ cognitionem, partim autê quòd indigna ac pudenda videat cum filiabus. Sed

Egregia eius fortitude.

nê doleatis. Nos enim non ideò negauerimus effectorem cęli & terrę, neque quę sunt ad têpus, ęternis prætulerimus. Nam mihi quidem a maioribus per

per successionem pietas & vera religio: & à Christo denominari,& eum nosse Deum,tradita mihi fuerût in hæreditatem. Non mihi autem soli, sed uniuersæ quoquè meæ cognationi.Propter quem ego amplexa côtinentiam,uiduitatem prçtuli matrimonio: & ea facultatibus, quas habebam, plurimum distribui pauperibus. Sunt uerò adhuc mihi magnę diuitię in auro & argento,& magna multitudo seruorum.mul tę autem possessiones & greges. Verùm licèt tot bona mihi suppetant, nolui tamen, ut multę aliç mulieres solêt,ad alium maritum intueri, etiamsi cum multis casibus & calamitatibus, quæ uiduis euenire consueuerunt,sępè sim cullu&tata:quod quidem vel solum sufficit ad mollem adhuc & tenerum animum incitandum ad secundas nuptias. Et fortassè nullus meam damnasset iuuentutem,quæ ipsum ad hoc habebat patronum diuinum Apostolum. Sed hęc omnia paruifaciens,in hoc solùm animum intendo,vt cum Christo sim vnà cum sanctis,quę præcesserunt, mulieribus & martyribus. Ego autem vobis iam secundò appareo. Nam priùs in matrimonio sponsi, qui erat ad tempus: nunc uerò in nuptijs immortalis & alieni ab interitu,ad quem festino, & cui immaculatam conseruaui continêtiam, me uidetis. Filias quoquè ipsi studeo despondere, vt quæ earum hucusquè integram ad hoc uirginitatem conseruarim.

Viduitas est præferenda matrimonio.

1. Tim. 5

Hinc mihi plenus est aius uoluptate, & bona spe.

Rogo uos igitur, vt mihi potiùs côgratulemini, neque tam abiecto animo la mentemini,& mihi trâsmutetis festum in tristitiam. Porrò autem uobis quoquè côsuluerim,vt vos vndiquè muniatis,& magnâ adhibeatis cautionem, nè uobis non aduertentibus, auferat fidei thesaurum, qui est callidus suffurandi artifex,& maximum uobis hoc damnum afferat, qđ pertingit vsque ad ipsam animam. Iam uerò quęcunque hic estis mulieres gentiles,& Hebręę,(multæ enim,ut video,hic adestis ad spectaculum) vos quoq; depositis,Gentiles quidem, longis fabulis & nugis, & dijs,qui sunt solo nomine: Hebrææ autem, vmbra tandèm & figuris & ęnigmatibus, discite ueritatem, & accedentes ad Verbum & Deum,qui est vnus Trinitatis,per eius cultum illuminemini,& diuini baptismatis regenerationem, neque sic simul pereatis in uestris impietatibus.

Hortatur mulieres oês amplectisidem Christi.

Cap. 15.

Cùm martyr hęc & alia plura diceret mulieribus, quidam ex ijs,qui cum Rege sentiebât,illi hæc renûciârunt,& quòd perueteret multitudinem. Rex itaque,ea rursùs accersita, simulans mansuetudinem: Magna,inquit,vsum sum in te patientia, hoc consultò & non incôsideratè faciens propter benignitatê, vt fracta lachrymis,quæ propter te funduntur, & propter filias,uobis pâreas. Illa autem:Quis me, inquit, ô Rea,si tibi paruerim,liberarit ab igne,qui non potest extingui?Sic dixit,& cęlum statim intuens: Absit, inquit,ô Rex immortalis,vt te necê, qui es solus vnigenitus Dei filius,& credam viro, qui te habuit contemptui,& nos decepit periurio. Non ferens itaque Hebræus libertatem loquendi generosæ fœminę, sed deposita scena, & ablata fictione, toruęque eam furiosè intuens:Audacissima,inquit,mulier, ego tibi iam carnes discerpam ac dilacerabo, & intestina contrectabo:& si quid ea ijs fuerit reliquum, id apponam deuorandum canibus. Videbo autem, quisnâ te sit è meis manibus erepturus, etiamsi maximè expectas fore,ut det tibi auxilium Nazarenus.Tunc execrandi Tyranni uerba non ferens prima filiarû martyris,annum iam agens duodecimum, Tyranni uultus conspuauit.Qui autem circunsistebant, non zelum,& id, quod iure fuerat factum, laudantes, sed tempori seruientes, ipsam & sororem ense mox côr

Errè puella admirandû zelum.

ficiunt,& cùm ex defluente sanguine manibus planè ferì homines accepissent, eum matri offerunt. Rex enim ità iusserat. Illa verò (ò fortem & generosum animum) & lubenter eum gustat, &, cùm ad cælum sustulisset oculos: Tibi,inquit,Domine Christe, hoc meû offero sacrificium,& tibi martyres exhibeo castas virgines, quæ egressę sunt ex vtero meo:cû quibus me quoque connumeratam introduc in tuû thalamum,&,vt dicit diuinus Dauid, ostende matrem propter filios lætantem.

Cadaũer cum jure re.

Psal. 113.

Rex autem grauissimo ęgritudinis animi stimulo sauciatus,vt qui omnem spem planè abiecisset, in eam fert sententiam,cùm hæc dixisset ijs, qui simul erant: Eius quidem & filiarû mirati sumus pulchritudinem,(verum enim fatebor) multo autem magis victus sum ab earum temperantia & moderatione. Et ideò mihi venit in mentem admirari, ad quãtam amentiam processerunt Christiani, ut colât hominem,qui morte periit violenta,& suâ ei permittant salutê,qui fuit planus & præstigiator, & se Deû temerè appellauit.

Cap. 16.

Itèm ea-rû mater.

Planus, impostor.

Sequenti autem die cùm in loco excelso consedisset,vocauit Aretham cum socijs, qui erant numero trecêti & quadraginta.(Qui cùm adstitissent, magnû intuês Aretham,qui affabilis,& moderatus,& moribus maximâ ostendebat virtutem: Cur tanta es,inqt, audacia, ò caput execrandum, ut in nostram quidè insurgas potentiam,toti autem ciuitati, & tantæ persuadeas regioni,vt te solum colant tanquàm tyrannum,& verbis tuis vtantur tâquàm legibus: nostrarum verò legum & uerborum nullâ ducant rationê, & execrandum hominê Deum appellêt, qui cùm sibi auxiliû ferre non potuerit, vos eum vobis adhibuistis adiutorem: & nec tuum patrem es imitatus, qui ante te imperauit Nagræ: ijs autê, qui nos præcesserunt,Regibus fuit obediêtissimus? Sed nisi mutatus,& ad te rediens,hanc vanam repuleris opinionê,non te profunda senectus, nec simulatus hic habitus iuuabunt:sed tu & omnes tui,eadem pernitie,quę viri & feminæ priùs interfecti:quos quãtum iuuerit Mariæ & fabri filius,oês sciunt. Senex autem stans cogitabundus,& apertè ostendens se ægrè ferre superbiam verborum Regis,cùm se sustinuisset, & collegisset spiritum,& ea imo suspirasset: Nô es, inquit, ò Rea,causa eorû,quę dicûtur aut fiunt: sed nostri ciues,qui meâ contempserunt sententiâ, quę tibi non permittebat ingredi ciuitatem:contrà aût, aduersùs te depugnare incitabat,& cum tuis tâ multis millibus manus côferere, ut cû Madianitis olim Gedeon cum paucis,&,Christo, qui nunquâ te contemnitur,uires addente,& confirmante,te expugnare,& demetere,& omninò delere,virum impium & fędifragum & immemorem pactorû conuentorû, quibus te ciuitatem & nos seruaturû pollicebaris.

Cap. 17.

Vocatur S. Aretha ad fœdifragum Regem.

Iudic. 7.

Quidam autem ex ijs,qui cum Rege confidebât, volens ingeniosè sancti verba reprehendere,& tempori valdè seruiens:Sed nô, inquit, sic vos docet lex Moysi, contumelia afficere Christû Domini. Dicit enim: Principi populi tui non maledices. Porrò autem ipsa quoque scripta vestra uobis iubent Regem honorare,seu sit bonus,seu secùs. Cui sanctus: Tu autem,inquit,fortassè non audisti, qđ ab Achab dictû est Elię, cùm dixit eum euertere Israel. Cui ille sic respondit:Non ego euerto, sed tu, & domus patris tui:non vsque ad Achab solùm sistens côtumeliam, sed eos êt côpræhendens,qui erât in ea domo.Quomodò ergò se quispiam in Deû piè gerens,& regem arguês,quòd se iniquè gerat,vnquàm offenderit ac violauerit legem,qui non est veritus os in cælû ponere, & creatorem appetere maledictis? Sed, vt video,

Cap. 18.

Exo. 22.

1. Pet. 2.

3. Reg. 18

deo, eius patientiam & tolerantiam contemnitis, & nos facere similia procuratis. Tu aũt Rex, cùm sis natura tam iniustus, & malè facere paratissimus, & nec sanctus in ijs, quę ad Deum pertinent, nec in homines benignus, putas fore, vt illum lateas oculũ, quẽ nihil latet? Atqui Regem esse oportet veracem, & benignum, vt verbis attrahat beneuolentiam eorum, qui sunt in sua ditione: rerum autem fine & euentu fidem facere veritatis, & q̃ se diuinè gerat, gloriam habere: quales ego vidi in India & Aethiopia, & ante te in Homeritide: quos vera dicentes, & se benignè gerentes in subiectos, nõ, ut tu Rex, peierantes, sed aliis promissa implentes, quasi ut Deũ honorabat populus. Et Deus quidem eorum, quæ à te fiunt, odio habens improbitatem, te, qui in eum fuisti impius & infidelis, mox deponet ab imperio, idque tradet viro fideli & bono: roborabit autem & extollet genus Christianorum, magnamq́; suam efficiet Ecclesiam, quam tu igne consumpsisti, & humi deiecisti. Ego aũt sum beatus, non ob id præsertim, quòd in hac vita in bona fui existimatione: sed quia in profunda senectute (iam enim ago nonagesimumquintum annum, videns filios filiorum, & filias filiarum) subeo martyrium, & tam magnam & populo tam frequentem ciuitatem, & totam regionis ipsius gentem Deo offero: qui etiam mei perpetuam conseruabunt memoriam, summas illi agentes gratias. 1.

Rex qualis esse debeat.

Prophetia S. Aretha.

Aetas eius

Cap. 19.

Oratio ad socios.

Ad populum autem conuersus, & ad commartyres, (erat enim non solùm visu iucundissimus, sed ét in contionibus ad populum facũdissimus) sic dixit: Viri ciues, & amici, & cognati, & quicunque ꝓpter consuetudinem & rerum communionem ad nos attinetis, quæ patriæ quidẽ & nobis ciuibus euenerũt, cùm non priùs cõsiderauerimus, neq; scrutati fuerimus id, quod erat futurum, sed fallaci homini, & q nos fraude studebat capere, crediderimus, ipsa nouimus experientia, vt qui cum iis, qui foris erant, molestiarum fuerimus participes. Quę uerò in Deũ, linguam mouens locutus est hic superbus, ipsis auribus audiuistis. Quòd aũt ad Christi Dei prouocet negationem, testantur quidem eorum, qui præcesserunt, plurimæ & omne genus cædes: testantur autem hęc quoquè vincula, quæ pro pietate nobis sunt imposita. Et fuisset quidem sapientium, non esse timidos, & vitæ nimis cupidos, neque huic callido & improbo veteratori credere, fidẽ adhibentes iusiurãdo, quod est propositum malorum artificium: sed bellum aduersus ipsum suscipere, &, Deo pugnam nobiscum capessente, ulcisci hunc impium. Cùm aũt res nostrę ad eam adductæ sunt necessitatem, ut uel Tyranno parentes, & nos impiè gerentes, uitam agamus miserã: vel non parentes, & pietatem exercẽtes, beatum finem adipiscamur, studeamus immortalem gloriam consequi per martyrium. Nec me existimet aliquis, tanquam iam senem, & plenum dierum, finem cupere, & ideò alios ad mortem incitare: sed consideret vnusquisque vestrum, mortem esse commune debitum & iuueni, & seni, & esse ineuitabilem corporis dissolutionem. Itaq; non expectetur finis cõmunis, & qui sua sponte uenit: sed studeat quilibet, vt sit q̃ fieri poterit gloriosus & beatus. Quinam aũt dixerit quisquam martyrio gloriosius, aut quæstuosius, aut piis hominibus beatius? Ego enim, si fieri posset, propter Christum mori sæpè & ipse eligerẽ, & aliis consulerem: sicque esset & maior gloria, & lucrum longè copiosius. Sed cùm hoc haberi non possit à natura, quod, vel inuitis nobis, illa ex se facit, præripiamus cum gloria: & id tanquam propriũ constituentes, astutè fallamus necessitatẽ. Nullus nostrum, o fratres, sit adeò vitę cupidus, & adeò pusillis & abiectis animi, ut pro breui & misera vita perdat æternitatem, &, quę nunquam soluitur, beatitudinẽ. Communi omniũ inimico à nobis haud detur pars aliqua, nè cùm vnũ fuerit suffuratus, glorietur peruersus, tanquàm qui omnes ceperit. Sed qui est quidem talis, procùl sit à choro martyrum, neque sit talis nominis particeps. Si quis enim te, Christe & uerbum Dei, negauerit huius vitæ desiderio, ab ipsa excidat, & dehiscens eum terra deuoret. Si quis autem ex mea cognatione, aut familiaritate, desiderio bonorum præsentiũ, te relicto creatore, sequatur hunc Regem interitui obnoxium & impium: nè ei detur, ò Rex Christe, hic frui iis, quæ videntur iucunda & delectabilia, & tradatur ijs, quæ sunt illic, tormẽtis.

Sapiẽtiũ ẽ aduersarius non facilè credere.

Mors cõmune debitum & iuuenis & senis.

Cap. 20.

Mirè cõfirmãtur eius verbis socii martyres

Hæc dixit, & statim uniuersa multitudo calidas effundens lachrymas: Esto bono animo, exclamauit: Nemo enim te deseret. Nam tui, ut uides, desiderio omnes vel ante te mori properamus, & præripere hunc beatum finem & desiderabilem. Ille autem ad hæc: Ego, ait omnibus, ego uos omnes præcedam, & ero uobis in Deo certus uiæ dux. Vt nos mihi primas conceditis in omnibus, itá uos mihi concedite, ut primus ad Christum accedam. Verumenimuerò hoc quoquè uobis vltimum do mandatum: Siquis meorum filiorum, aut eorum, qui genere ad me attinent, relictus fuerit, permanens in hoc puro cultu Christianorum, sit hęres mearum facultatum. Porrò autem tres illas ex iis, quę mihi restant, possessiones pulcherrimas uolo attribui Catholicę Ecclesię, quę est ædificanda: quas etiam iam consecro. Hęc cùm dixisset, & populo benedixisset, &, Sit tibi gloria, o Domine, propter omnia, subiunxisset, conuersus dicit Regi: Laudo te, o Rex, quòd usus sis patientia, & non confuderis, aut interruperis meam orationem, ut mos fuit olim Regibus. Quoniam ergò nosti nostrum scopum & institutum, nempe quòd fieri non potest, ut, Christi cultu relicto, nos tibi assentiamur, fac quod superest, tẽpus non terens diutiùs.

Tres possessiones donat Ecclesiæ.

Cap. 21.

Cùm sciret ergò Rex eorum mentem esse immutabilem, nec fieri posse, ut eos ad suam traducat sententiam, iussit eos duci ad quendam torrentem, qui vocatur Odias, & ipsis illic amputari capita. Ad quẽ cùm uenissent, & se prompto & alacri animo ad preces conuertissent: Domine Domine, dixerunt, virtus nostrę salutis, obumbrasti super caput nostrum in die belli. Nunc quoquè deduc nos in uitam ęternã: quoniam nihil ex omnibus nobis pluris fuit, quàm tui dilectio, non patria, non genus, non diuitię: sed omnia propter te prodidimus, etiam ipsam vitam, & tanquàm occisionis oues sumus reputati. Et nunc te supplices rogamus: fiat ultio sanguinis seruorum tuorum, qui fuit effusus. Extolle manus tuas super istorum superbiã. Suscipe ac defende eorum filios, qui pro te moriẽtur. Corrobora ciuitatem, quę gloriatur tuo precioso sanguine & Cruce, & perpessionibus. Vides, quemadmodùm eam tui affecerunt inimici: attonderunt eius ornamentum: profanarunt sanctuarium tuum: templum sanctum tuum exusserunt: quod tibi placeat, ut rursùs extollatur & roboretur, dando sceptra Regibus Christianis, eosq; magnos & amplos reddendo in tuo nomine. Qui autẽ in honore nostrum habebunt martyrium, da eis uitã circa ullã offensionem, bonorum copiam, & ueniã peccatorum. Nos uerò, qui tuũ aduẽtum dileximus, in ęterna suscipe tabernacula, & annumera inter eos, qui tibi ab ęterno placuerunt. Hæc cùm dixissent, se inuicem sunt amplexi. Prius aũt diuinus Arethas ceruice inclinata, ictum gladii lætanter excipit, & sic ei caput amputatur. Porrò aũt reliquus quoq; chorus, iucunda & quæ solui nõ poterat, sodalitas, cùm

Psal. 139.

Psal. 43.

Psal. 78.

Oratio eius sub morẽ

S. Arethas decollatur cũ sociis

340.

quam

quam maxima potuerunt celeritate, se venerādo vnxissent illius sanguine, tanquam vnguento aliquo precioso, consequenter ad mortem contēderunt, quam gladio properè acceperunt, sibi inuicem tempus propemodùm inuidētes, vt potè quòd quid maius ad honorem tribueretur ei, qui priùs erat mortuus, prę illo, qui deindè sequebatur.

Cap. 22.

Quędam aūt mulier habens puerum pręterçurrētem, non plùs quàm quinq; annos natum, cùm videret ea, quæ fiebant, & ad similem accensa esset ęmulationem, citissimè accurrens, cùm ipsa quoquè accepisset sanguinem, se illo vnxit & filium. Deindè ipsum Regem ludificabatur, eum vocans Tyrannum; & quam maxima poterat voce dicens: Erit Hebræorum Regi, sicut Pharaoni. Illius verò satellites, ijs, quę dicebantur, auditis, compręhensam statim mulierem ducunt ad ipsum Regem, & maledicta, quibus illum acerbè appetebat, renunciant cum magna accessione. Ille aūt, cùm nec ei fecisset dicendi potestatem, & nec eam quidem interrogasset, eam condemnat, vt igne moreretur. Statim ergò fuit congesta materia, & ignis ei subiectus: & flamma se in altum sustulit, sulfure & pice & sarmentis nutrita. Deindè fuit etiam alligata mulier: & eam lictorum manus complectebantur, vt cùm fuisset eis onus portatu facile, sic in mediam flāmam recta conijceretur. Puer autem, qui solus remanserat, dolebat, indignabatur, ægrè ferebat, non secùs ác recèns nati pulli, non ferens matris absentiam. Porrò autem in gyrū uertens oculos, & amicissima lingua matrem requirens, videt Regem sedentem in excelso, & ad ipsum accurrit, oculos habens plenos lachrymis. Deindè se prouoluit ad illius pedes, pro matre rogans vt poterat. Ille aūt eo accepto, & genibus imposito, (erat enim puer scitus & elegans, & qui, vt puer, suauiter balbutiebat) rogabat cum quo mallet uersari, & quē magìs diligeret. Ille aūt matrem, dicebat, matrem: & eam deflebat assiduè. Propter eam. n. inquit, veni, & rogo, o Rex, eam solui, vt me quoquè simul assumat ad martyriū. Illa. n. me sæpè ad hoc hortata est.

Christiana mulier flammis exuritur

Cap. 23.

Attendens autem Rex verba pueri: Qui est autē hoc, inquit, quod dicis martyrium? O, quę etiam infantes sapientes reddit, tuam Domine gratiam. Pro Christo, inquit, mori, & rursùs viuere. Sed quis est hic Christus, rursùs dicit Rex. Puer autem: Veni huc, inquit, ad Ecclesiam, & eum tibi ostendam. Interim autem cùm matrem adspexisset, flens dixit: Sine, sine me venire ad matrem. Video enim eam trahi, & malè affici a lictoribus. Rex autem: Cur huc, dixit, venisti, matre relicta? Sed sis hic nobiscum, & dabo tibi quoslibet fructus pulcherrimos. Hoc ille quidem dixit, tanquàm cum simplici puero, atque adeò puero se loqui existimans. Ille verò longè supra ætatem prudentia prædirus, planè renuebat, dicens: Nō hic manebo: matrem desidero. Nam arbitratus te esse Christianum, veni pro ea rogaturus. Cùm Iudæū autem inuenerim, tecum nec uolo quidem uersari, neque iustineo a te omninò aliquid accipere: hoc autem solum mihi concede, o Rex, ut ad matrem reuertar. Regem stupore affecit pueri sapientia. Quidam aūt ex iis, qui circunsistebant, excogitantes aliquid sapientius, censebant, ut infans abduceretur ad Reginam, sic ætatem conātes allicere. Nam cum Rege quidem consuetudinem existimabant esse puero insolitam, ut virilem & asperiorem: quòd si audierit Reginam & mulierem, prompto & alacri animo eā secuturum, vt qui adhuc apud matrem blandè educaretur, & molliori delectaretur consuetudine. Verum pueri rursus intelligentia superauit illorū calliditatem. Et nec eis quidem omnino ad hæc dabat responsum: sed uehementer solùm vocabat matrē, & in eam cum animo toto defigebat oculos.

Nota verba pueri quinquennis.

Regem stupore afficit pueri sapientia, martyriū desiderantis.

Cap. 24.

Cùm eam autem uidisset iniici in ignem, uehemētiùs inflammatus visceribus, audet statim puer aliqd fortius: & cùm stetisset ad genua tyranni Dunaan, se inclinans, acriter ipsum Regem mordet in femore. Ille aūt simulatquè sensisset morsum, & fuisset conturbatus, eum repentè abiicit, & eum tradit cuidam ex Senatu, vt ab illo aleretur maximè Iudaicè, & abiuraret Christianismum. Et ille quidem abibat, accepto puero, admirans ea, quæ facta fuerant, & simul ēt narrans aliis. Interim autem puer, eo insciente, cursu contendit ad matrem, & insilit in mediam fornacem, matremq; ut ei videbatur, complexus, & pulcherrimum bustum seipsum ei tradens, fit cū ipsa hęres coronæ martyrii. Cùm hæc sic fierent, patientiū Christianorum moti misericordia ij, qui erant circa Regem & ipse Senatus, rogabant vt ceteros relaxaret, & non penitùs perderet tam magnam ciuitatem, & populo tam frequentem, & quæ quotannis magna pendebat vectigalia. Postquàm autem hac in re auuuit dura illa anima, & Pharaonitica, crudelitatēque vicit auaritia, quid facit? Cùm huius ciuitatis, & totius regionis iuuenes tam masculos, quàm fœminas redegisset in seruitutem, quorum erant multa millia, & alios quidem ipse retinuisset, alios aūt tradidisset quibus voluit, reuersus est in regiam, libera ciuitate effecta serua, quę dedicata erat soli Trinitati, quam ipse Christus redemit proprio sanguine, & quæ ei obtulit tātam martyrum multitudinem, eorum victorias & certamina præclarè prædicans orbi terræ.

Puer quinquennis cū matre sponte moritur.

Cap. 25.

Et hæc quidem ità se habebant. Reuertente autē Hebræo, apparuit ignis aliquot diebus, tota nocte implens aerem, qui ipsum Dunaan, & eius terrebat exercitum, & coniiciendam præbebat Dei iram aduersùs impios. Deindè ignis quoque desupèr, qui erat perfecta plaga, pluit in terram. Sed ne sic quidē potuit corrigi sceleratus, neq; flecti sub potenti manu Dei. Tanto autem furore erat accensus aduersùs Christianos, ut etiam ad Regem Persarum miserit legationem, & rogauerit, ut ipse quoquè faceret similia, & omnes, qui in sua ditione inueniebantur, Christianos perderet funditus: si uellet, inquiens, solem habere propitium, & eius patrem: sicut ille nugabatur esse Deum Hebræorum. Scripsit ēt ad Alamùndarum Ducem Sarracenorū, qui erant sub Persis, promittens se ei etiam daturum pecunias, si moueat persecutionem aduersùs Christianos, qui sunt ei subiecti. Sed ille quidem erat adeò infestus Christianis, & sic faciebat: Iustitia autē nequaquàm cessauit implere suas partes in iis, quæ sic fiebant. Iustinus enim cùm sic ei visum esset, hortatus est Alamùndarum, ut fœdera pacis iniret cum Sarracenis Romanorum vectigalibus: & missus est Abraamius vir pius & presbyter, q hac fungeretur legatione. Aderant autem illic quoque à Rege Persarum, cùm alii quidam, tum Isaacius quoq; presbyter, qui præerat Christianis Orthodoxis, qui in Perside erant. Aderat autem Silas quoque Episcopus Nestorianorū, cū quibusdā aliis, partim quidē pro Hebræo fungens legatione, partim verò uolens conuenire Orthodoxos, & disputare aduersùs recta dogmata.

Vltio calestis sese resipis declarare tyranni.

Mouet alios principes aduersus Christianos Dunaan Rex.

Cap. 26.

Cùm autem coram dictis Legatis legerētur literæ Regis Homeritarum, & Silas assentiretur scopo eius qui scripserat, & diceret Christum solum esse hominē, & non Deum. Quomodò enim, inquiens, qui nascitur ex muliere, & cōponitur ex eo, qui est in ipsa, sanguine, & inuoluitur fasciis, & paulatim accipit incrementum, deindè etiam laborat, & sitit, & tandem

dèm in crucem agitur, & moritur, Deus esse dicitur, vt citra rationem Abraamio videtur & Isaaciu? Hęc cùm sic dicerētur, ii viri pii non ferētes diutiùs Deū affici cōtumelia, scissis suis vestibus, eos vocabant hęreticos, & magno animo eos expellebant ab Ecclesia catholica, Nestoriū eorū magistrū damnantes, vt qui tales seminasset zizanias. Deindè eti fusiùs persequebantur ea, quę pertinebāt ad diuinā carnis susceptæ dispensatione: ipsiq; orthodoxa diuinorū Apostolorū & patrum sequentes dogmata, Deum perfectum, & hominē perfectum confitebantur Christū, in una hypostasi duas naturas cōiungentes citra confusionē. Atque cùm sic quidem Silas à scopo excidisset, inanibus (vt dicitur) manibus est reuersus, & sic vana spe ēst delusus: Abraamius aūt ipse quoque fœdere inito cum Alamùndaro, salutatuque Isaaciu in Persidem reuertente, rediit & ipse, atque omnia exposuit Iustino Imperatori, & præsertim quæ à Rege Homeritarū facta & scripta sunt cōtra Christianus.

Nestoria ni eiciuntur ab Ecclesia.

Cap. 27.

Ille autē sine mora scripsit ad Asterium Alexādrię Episcopum, vt incitaret Regem Aethiopum ad mouendum arma aduersùs Homeritas. Eadem quoquè ipsi Regi Aethiopum per literas nūtiauit, eumque docuit, quēadmodùm deleuisset Hebræus oēs Christianos, qui erant in sua potestate: & quēadmodùm Nagran ciuitatem populo frequentissimā, fecisset inhabitabilem, omnibus puberibus partim quidem interfectis, partim aūt redactis in seruitute: quodq; Regē etiam Persarum, & Alamùndarū idem ille incitasset, vt facerēt similia. Postremùm adiecit, fore, nisi ipse exurgeret ad vltionem, ut Deus è uestigio ei irasceretur. Et hæc quidem Imperator Iustinus. Ipse quoq; Patriarcha Alexandrinus posteaq̄ cum monachis orthodoxis, qui erant in Nitria, & in Scete, multas Deo fudit supplicationes, Regi illi ea significauit, quę pio videbantur Iustino. Non latebant autem nec priùs quidem Aethiopum Regem ea, quæ facta fuerāt, sed tempore aunt prohibente, (erat.n. hyems) vel inuitus quieuit. Itaq; cùm validum collegisset exercitum tam ex suis, q̄ ex auxiliis vsque ad centum & viginti millia, naues autē Indicas septuaginta in ipsa hyeme construxisset, quinetiā ea negociatoribus Persis & Aethiopibus, qui illuc uenerant mercaturæ gratia, naues alias collegisset ad sexaginta: cumq; eas, quæ ex ipsis collapsæ fuerant, instaurasset, & omnia parasset, ueris initio mouit exercitū, armisque & equis, & alio apparatu properabat, ut prælio confligeret cum inimicis. Et per continentē quidem ab inferiori parte Aethiopiæ, misit quindecim millia Aethiopum ad Homeritidis partes magis Occidentales, ut ipse quidem per mare cū nauibus, illi autem per terram irruentes, hostes in medium coercerent.

Nagram vrbem frequentissimam misere perdit impius tyrannus.

Elesbaam Rex colligit exercitum contra infideles.

Cap. 28.

Exercitus regis Aethiopum perit.

Cæterùm illi quidē cùm multos dies iter fecissēt per loca arida & transitu difficilia, oēs interierunt, ut qui nec peruenire ad Homeritam, nec ad regionē suā potuerint redire. Rex aūt cùm iā esset nauigaturus, uenit ad templū, ad cuius fores regia veste, aliisque insigniis imperii depositis, ingressus quidē est in priuato habitu: stās aūt ex aduerso aræ, cum Deū multùm orasset, & facta ab ipso in Aegypto miracula atq; in ipsa solitudine pro Hebræis, in memoriā reuocasset: Illi, dicebat, fuerunt ingrati in te benefactorem, neq; illi solùm, sed ii etiam, qui ex eis nati sunt. Tu enim scis, Dñe, quàm se male gesserint in tua ciuitate, ut qui populū illum per dolum circumuenerint, & cōsilium inierint aduersùs sanctos tuos, & in eos, qui restant, adhuc mala machinētur. Quòd si nostra peccata id merētur, sed nè tu nos tradas illorū manibus: quod aūt ipse volueris, hoc excepto, nobis impune suppliciū, ne fortè dicāt, Vbinàm est ipsorum Christus, propter quem gloriātur, & Crux eius? Hæc cùm precatus fuisset cū lachrymis, egreditur è tēplo, & è ciuitate, & ad quendā monachū, qui propter virtutis operationē dignus erat habitus, ut pręuideret futura, & in angusta turricula iā quadraginta quinque annos fuerat inclusus, pedes venit in eodē habitu, de ꝑlio sciscitaturus. Attulit aūt composita quoq; thymiamata, in q̄bus ēt aurū latenter immiscuerat. Quæ cùm tradidisset seni, quærebat ꝓces, & significationem eorum, quę erant euentura. Ille autem, dolo depræhenso, cùm quisnam esset, optimè nosset: Sit tecum, inquit, Deus, qui etiam tecū regnat. Verumenimuerò abi, munitus martyrum sacrificio, quod Deus est odoratus, & precibus Pontificis Alexandriæ, & lachrymis Iustini.

Rex Aethiopum cōsulit de belli euentu sanctū quendam monachū

Cap. 29.

Rex Dunaan sese preparat ad resistēdum aduersario.

Hæc cùm audisset Elesbaan, & eum non tentasset ampliùs, benedictione accepta, abiit lętus. Et cùm iussisset exercitui, nè ferrent viaticū plusquàm viginti dierū, nauigauit. Sed neq; negligens fuit Rex Homeritarū. nā ipse quoquè & suis, & auxiliaribus collectis copiis, præsidiū tenebat in terra & in mari. Verùm cùm ille exercitū, qui erat in terra, ab afflictione & malorum perpessione audiit periisse, non amplius timens hostē a continenti, in sola maris versabatur custodia. Itaq; considerans angustissimum esse fretū, quod est inter Aethiopes & Homeritas, neque superare latitudinē duorū stadiorū, & alioqui habere ēt saxa, multis in locis latentia, cùm grauem ferreā construxisset catenā, & quæ posset ferre vim ventorum & undarum, & eā vtrinquè in terra alligasset ipse Dunaan, vt existimabat, Elesbaan prohibebat aditum, ubi quidem erant latentes petræ, plumbum circulis catenę appendens, & fertū faciens requiescere, ubi autem erat profundum, colligās cum lignis leuissimis, & subleuans catenā. Deindè etiam ualidum inducens exercitum, uenit in eum locū, in quē expectabatur uenturus esse Rex Aethiopum.

Cap. 30.

Deus non sine miraculo adiuuat Regē Aethiopū.

Ille aūt cùm uēto usus esset secūdo, accessit ad locū speculandū, & ꝑmisit decē naues: quę cùm dolū nescirent, ex improuiso ingressę sunt in angustissimū fretum. Quo in loco ēt Deus facit miracula, parue esse ostendens potentię humanam inuētionem, vbi ipse adiuuare & opem ferre uoluerit. Magnus.n. quidā fluctus incuruatus, cùm veluti refluxum quēdam fecisset aquę, portans vnū ex nauigiis, posuit super catenam, adeò ut videretur nauis esse cuidam rupi innixa. Deindè exorta quædā procella cùm mare repentè conturbasset, extollit fluctus montibus pares magnitudine: & vndarum alię quidē amouebāt ligna catenę alligata, altæ autem tollentes naues in altū, transmiserunt oēs supra catenam. Illa autem & à venti vehementia & à fluctibus, qui in eam irrumpebāt, disrupta, præbuit cęteris nauibus inoffensum aditū aduersùs Homeritā. Decem igitur prædictæ appulerūt litori, quod aberat ducēta stadia, ubi Rex erat cū exercitu. Reliquæ aūt naues uento retroactę, nihil poterant efficere. Emissis itaq; triginta millibus cataphractorum equitū, Dunaan impediebat eorum, qui erāt in decem nauibus, exitū in terram. Viginti aūt ex dispersis nauibus, ubi erat ipse Elesbaan, haud multò pòst illuc ipsę ēt appulerunt. Tertio verò die reliquę quoque apparentes naues, appulerunt & ipsæ longè inferiùs. Opinatus aūt Dunaan inter plures esse Regē, maiore accepto exercitu illuc venit, parua relicta custodia, ubi erat re vera Elesbaan. Cùm aūt tereretur tempus, nec è nauibus educerentur acies, defecerat quidem aqua & cibus iis, qui erant in nauibus: equitibus aūt Hebræis Sol erat molestus, totoq; die eos vehementer impetebat.

Cęterùm

Cap. 31. Cęterùm equitibus suis Dunaan magna machinatus est tabernacula, eorumq; vmbra depulit æstum, qui afferebat molestiã. Porro autem misit etiã quendam ea suis cognatis cum viginti millibus equitum ad speculandam partẽ illam, in qua erat Elesbaan. Quidam autem ea Eunuchis Regis arbitratus eũ exire ad se exercendum, acceptis quinq; aureis lanceolis, cum eo est egressus. Cum is aũt Elesbaan copias innenisset vigilãtes, quarũ pars iam è nauibus egressa, locum in litore occuparat, accepto Eunucho, & tribus ea suis, abiit procùl ad venationem. Quidam aũt ea Elesbaan exercitu oppressi fame, equos noctũ conscenderant, ut hostes effugerent. Qui cùm in eos incidissent, alios quidem occiderunt, Regis aũt cognatum capientes, & aureas lanceas portãtes, ad naues redierunt. Eas aũt cùm accepisset Rex pius, statim Deo dedicauit. Ipse aũt reliquo armato exercitu immisso in breuiores naues, egressus est ad hostes, qui erant in litore, & pugna terra mariq; commissa, Hebręos, qui terga dederant, iure belli oẽs occidit, adeò ut ne vnus quidẽ sit relictus rei gestę nũcius. Cùm aũt haberet cognatum Regis, qui ei ostẽdebat viam, quæ ducit ad ciuitatẽ Phare, in qua erat regia Dunaan, ad illam ascẽdit. Qua potitus, vt qui incustoditã ostendisset ciuitatem, capit oẽs diuitias, quæ erant in regia, & ipsam etiam Reginam.

Exercitus impij Dunaan interficitur.

Cap. 32. Verùm cùm captam vrbem, & regiam occupatã, atq; suos bello captos audiisset Dunaan, timens nè aliqui ea cognatis deficerent ad Elesbaan, mente ei à Deo ablata, cùm aurea catena se & illos alligasset, sedebat nullam rerũ curam gerens. Qui aũt in pluribus nauibus erãt Aethiopes, cùm nihil audiuissent de suo Rege Elesbaan, aut de ijs, quæ gesserat, & laborarent inopia rerum necessariarum, essentque animo dubii & perplexi, conuersi sunt ad Deo supplicandum. Et cùm magnas quidem naues inter se alligassent, & super oblonga ligna uela deindè vinxissent, & veluti quandam ciuitatem in mari essent fabricati: extrinsecùs ãt breuiores naues, quæ quoddam murorum imitabantur propugnaculum, ordinassent, oẽs simul congregati, cum lachrymis Deo longam obtulerunt supplicationem. Deindè cùm sacra gustassent mysteria, & se armassent, descenderunt in naues breuiores: & stantes ea obliquo, nè acciperent aliquod damnũ à telis hostiũ, eas ipsi maiores post se trahentes impulerunt ad terrã, donèc appulsa eorum latera fixa fuerunt in litore, adeò ut naues essent ipsis pro muro. Hostes verò irruentes cum lanceis, confringebant latera breuiorum nauium, & magna molestia afficiebant Aethiopes. Qui cum lachrymis rursùs Domini inuocabant auxiliũ. Ipse aũt eos exaudiit: & statim vox quædam fuit de cælo exaudita, quæ dicebat: Gabriel, Gabriel, Gabriel: & quidam ea illis, qui naues impellebant, virgam ferens ferream, quæ supernè quidem habebat Crucẽ, infernè autem lanceam, cùm enatasset, & vnius equi caudam apprehendisset, in eius latus figit lanceam adeò, ut mox turbatus equus deiecerit hostem, & alii equites timore affecti, ceciderint in terram.

Aethiopes auxilium Dei implorãt, atq; exaudiuntur.

Cap. 33. Confidentes itaq; Aethiopes cùm descendissent è nauibus, & manus cõseruissent cum hostibus, eos fuderũt, & omnes interfecerunt, & regiũ ingressi tabernaculum, inuenerunt aurea catena uinctum cum iis, qui genere ad ipsum attinebant, Dunaan Regẽ Hebręum. Cùm aũt intellexissent suum quoq; Regẽ præstantissimum, & omni ea parte optimum Elesbaan illic occupasse regiã, properè ad eum accesserunt, & omnia, quæ gesta fuerant, exposuerunt. Ille aũt præsidio relicto in ciuitate, maxima abiit celeritate. Et cùm inuenisset Dunaan aurea illa uinctũ catena, ipsum interfecit & cognatos, Deũ laudans, & insultans Christi hostibus, pœnam dantibus audaciã suorum facinorũ, quæ admiserant in Christũ, & Christi Crucẽ. Lętabitur.n. iustus (inquit magnus Dauid) cùm viderit vindictam. Et ideò qui ex eis fuerũt vulnerati, nõ fuerũt vulnerati gladio, (vt dicit diuinus Esaias) neq; mortui eorũ, mortui bello. Est enim res fortis & dura, ira Dei, (ipse me rursùs docet,) ut grãdo, quæ deorsùm fertur, non habens tegumentum: vt aquæ magnæ multitudo, quæ trahit regionem.

Dunaan impius à rege Aethiopum interficit. *Psal. 57.* *Esa. 52.* *Esa. 28.*

Cap. 34. Reuersus ergò Elesbaan ad ciuitatem Phare, oẽs interemit, qui erant in regia, & cum uellet ecclesiã in ea ædificare, fuit ipse primus opifex ædificii. Significauit aũt omnia, quæ gesta fuerant, Põtifici Alexandriæ, & per illũ Iustino Imperatori. Patriarcha aũt Alexandrię, ordinatũ Epm misit ad Homeritas. Qui cùm illis consecrasset templũ, quod fuerat ædificatũ, baptizat quidem oẽs, qui erant in ciuitatibus & pagis Homeritarum, in nomine sanctæ Trinitatis. Ex eis autem ordinat Diaconos & presbyteros: & ecclesiis, quę erãt in regione, reddit statum suũ solitũ.

Apud Homeritas instaurat Christianismus.

Cap. 35. Diuinissimus aũt Rex ipse Elesbaan simul cũ eo venit Nagrã martyrũ ciuitatẽ: & cùm illic extruxisset ecclesiã, & quinq; possessiones regias ei attribuisset, & deindè ei ea martyris Arethæ possessionibus tres addidisset, ut ille mãdauerat in fine martyrii, & collegisset oẽs, quæ fuerant redacti in seruitutẽ, & aliàs dispersi in tpe persecutionis, & Arethæ martyris filiũ Ducẽ gentis cõstituisset, & curã gessisset loci, in quo iacebãt ibi cõsummatæ martyrum reliquiæ, & ius asyli illic constituisset, vadit iterùm in regiam. Vbi cùm Homeritis Abramium quendam virum pium, & Christi nomine gloriantem elegisset Regem, & sanctissimo Episcopo ad decem millia Christianorũ Aethiopum tradidisset, lætus redit in suam regiam cum præda & spoliis innumerabilibus, dans etiam exercitui non paruam pecuniæ portionem.

S. Arethæ martyris filius Dux cõstituit.

Cap. 36. Deo autẽ agens gratias pro tanta uictoria & gratia, uolensque seipsum dignum reddere maioribus, cùm diadema quidem regium misisset Hierosolymam, ipse inductus cilicio, & noctu egressus è regia & ipsa ciuitate, ascendit in unũ montem ad monasterium uirorũ, qui exercebant. Et cùm se in exigua clausisset domuncula, & uouisset illinc non egredi toto tpe uitæ, regulam suscepit monasticã, ex iis, quę sunt mundi, nihil possidens præter solam stoream, & poculum ad aquam bibendam, & pauco pane & aqua uiuẽs, & oleribus viridibus, si quis afferret, cùm nullum ea mundanis vidisset tota vita, nõ ad aliquid aliud mentem habens erectam, nisi ad soli Deo vacandum. Deniq; cum diù sic se diuinè exercuisset, sic etiamè vita excedit: In Christo Iesu Domino nostro: Quem decet omnis gloria, honos & veneratio, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Optimus rex Aethiopũ monasticam vitam cõplectitur sanctè ac ducam.

Felix obitus eius.

VITA SANCTI ENOCH ABBATIS, authore S. Gregorio Turonen. Episcopo, Lib. De uitis Patrum, Cap. 15.

24. Octo.

VANITAS vanitatum, dicit Ecclesiastes, & omnia uanitas. Verum est ergò, quòd omnia, quæ geruntur in mundo, sunt vanitas. Vndè fit, ut sancti Dei, quos nullus libidinũ æstus exussit, nullus concupiscentię exagitauit stimulus, quos nullum luxuriæ cœnum nec in ipsa, ut ita dicam, cogitatione tentauit, astu tentatoris elati, visi sint sibi esse iustissimi, & ab hoc iactãtiæ cothurnosæ perflati supercilio, sæpiùs corruerunt.

Eccle. 1.

Valdè cavenda sui gloria pus. rint. Factumque est ità, ut quos non valuit maiorũ criminum gladius trucidare, leuis vanitatis fumus addictos facilè pessundaret: sicut & ipse ille, de quo nunc nobis sermo futurus est, cùm multis virtutibus floruisset penè in illo arrogantiæ barathro obrutus occubuisset, si eum non exhortatio fratrum fideliũ attenta recuperasset.

Patria S. Senoch. Fit clericus. Igitur beatus Senoch Pictaui pagi, quem Theiphaliam vocant, oriundus fuit, & conuersus ad Dominum, clericusq; factus, monasteriũ sibi instituit. Repertt enim intrà territorii Turonici terminum parietes antiquos, quos eruderans à ruinis, habitationes dignas aptauit, reperitq; ibi oratorium, in quo ferebatur celebrem nostrum orasse Martinum: quod diligenti cura compositum, erecto altari, loculoque in eo ad recipiendas sanctorum reliquias præparato, ad benedicendum inuitat Episcopum. Affuit tunc Euphronius beatus Episcopus, qui consecrato altari, eum Diaconatus honore donauit. Celebratis igitur Missis, cùm capsulam reliquiarum in loculo cuperent collocare, extitit capsa prolixior, nec recipi in loculum poterat. Tunc prostratus Diaconus cum ipso Sacerdote pronus ad orationem, lachrymas precibus mixtas effudit, obtinuitque pericta. Mirum dictu: ità loculus diuinitùs amplificatus, capsulaque constricta est, ut in eum spatiosi, simenò sine admiratione reciperetur.

Ordinatur Diacon^9.

Magna eius abstinentia. In hoc loco collectis tribus monachis, Domino assiduè seruiebat, & in primis arcto vitæ tramite incedebat, exiguos cibos, & tenues potiones sumens. Diebus autem Quadragesimæ sanctæ addebatur augmentum abstinentiæ, ciborum diminutione. Nam esus illi panis tantùm hordeaceus erat, & aqua, de vtrisque elementis libras singulas per dies singulos sumens. Rigorem verò hyemis sine vllo pedum tegmine pati contentus erat, manibus ac pedibus, simul & collo ferrea catena reuinctus. Dehinc à fratrum contemplatione semotus, solitaria se reclusit in cellula, orans assiduè, atqs in vigiliis & orationibus die noctuque sine ambiguitate perdurans. Conferebat autem deuotio fidelium plerũque pecuniam, quam non in abditis loculis, sed in pauperũ marsupiis condebat, illud Domini ei eloquii oraculum sæpè commemorans: Nolite thesaurizare uobis thesaurum super terram: quia ubi fuerit thesaurus tuus, illic erit & cor tuum. Dabat enim hic, quæ accipiebat, pro dei intuitu in diuersis necessitatibus indigentium. Vnde factum est, ut in vita sua de his amplius, quàm ducentos, à nexu seruitutis, debitiq; onere subleuarit.

Liberalitas eius in pauperes.

Mat. 6.

Cùm autem nos in Turonicum venissemus, egressus est de cellula, venitque ad inquirendos nos: salutatisque ac deosculatis, regressus est iterùm. Erat o. (ut diximus) valdè abstinens, sanans infirmorum languores. Sed ut de abstinentia sanctitas, ità de sanctitate vanitas cœpit obrepere. Nam egressus de cellula, iactantia cothurnosa ad requirendos visitandosque parentes, in pagum Pictauēsem, cuius suprà meminimus, abiit. Regressusque tumidus arrogantia, sibi soli placere nitebatur. Sed obiurgatus a nobis, & accepta ratione, quòd super hi lōge fiant à regno Dei, ità se purgatum iactantia, humilem reddidit, vt nulla in eo penitus radia superbiæ remaneret, adeò ut profiteretur, dicens: Verà nunc esse cognoui, quæ beatus Apostolus sacri oris cecinit eloquio, dicens: Qui gloriatur, in Domino glorietur.

Arrogantia viro sancto imponit.

1. Cor. 1.

Sed cùm per eum Dominus super infirmos multas faceret uirtutes, & ille ità se dixisset includere velle, ut nunquam humanis adspectibus appareret, consilium suasimus, ut non se perpetuò in hac conclusione constringeret, nisi in illis duntaxat diebus, qui inter depositionem sancti Martini, ac Dominici natalis solennitatem habentur, vel in illis similiter quadraginta, quos ante Paschalia festa in somma duei abstinentia patrum sanxit authoritas: reliquis verò diebus, infirmorum gratia, populis se præberet. Audito aũt consilio nostro, libenter quæ dicta sunt accepit, impleuitq; sine ambiguitate. Denique quia de conuersatione eius pauca prolocuti sumus, ad virtutes, quas per illum medicabilis diuinæ potētiæ dexatera operari dignata est, accedamus.

Nota hic antiquitatem Quadragesimæ.

Cæcus quidam, Popusitus nomine, ad eum venit, (erat autem tunc beatus Senoch iam Presbyter ordinatus) qui dum aliquid alimenti postulat, tactis à sancti Sacerdotis manu oculis, ut signum salutare meruit, protinùs visum recepit. Alius quoque Pictauensis puer, huiusmodi morbo laborans, audita confessoris huius opera, pro luminis perditi receptione precatur. Non moratur ille, sed inuocato Christi nomine, Crucem oculis cæci imponit, statimq; defluente riuo sanguinis, lua retraxit, ac post viginti annorum curricula, orbatæ fronti geminorum siderum iubar inclaruit. Duo pueri membris omnibus debiles, & in modum sphæræ in rotunditate contracti, eius conspectibus sunt delati, quibus impositis manibus, redintegratis artubus, vnius horæ momento vtrunque reddidit absolutum. Geminauitque deindè geminæ virtutis beneficium. Puer cum puella coram eo contractis manibus adstiterunt, (erat autem tunc medium Paschalis festum solennitatis) eumqs pro suę directionis medela Dei famulo supplicarēt. & ille pro ea, quæ ad ecclesiam conuenerat, populi frequentia hæc agenda differret, indignum se clamētās, per quē Deus infirmis præbere beneficia dignaretur, supplicantibus cunctis, manus eorum suis suscepit in manibus: quibus attrectatis, directisque digitis, sanos abscedere iubet. Benata quoque (hoc n. erat nomē mulieris) oculos deferens clausos, tactu salutaris dexteræ bñdicta, illuminata discessit.

Cæcos sanat.

Item duos cōtractos.

Sed nec illud occuli æquum puto, φ sæpiùs eius oratio virus serpentium exinanire obtinuit. Duo enim tumidi morsu hydri, eius pedibus prosternuntur, deprecantes ut virus, quod mala bestia artubus moribundis iniecit, lua virtute discuteret. At ille orationem fudit ad Dominum, dicens: Domine Iesu Christe, qui in principio cuncta mundi elementa creasti, & serpentem illum humania dignitatibus æmulum, sub maledicto esse sanxisti, tu depelle ab his famulis tuis uenena huius malum, ut non angues de his, sed hi de angue valeant triumphare. Hæc autem cùm dixisset, palpauit omnem compagem corporis eorum, statimque compresso tumore, uirus mortiferum nocendi perdidit vires.

Virus serpentum pellit.

Gen. 3.

Dies Dominicæ resurrectionis aduenerat, & homo quidam dum ad ecclesiam pergeret, uidit pecorum multitudinem, suam segetem depascentem: ingemuitque, & ait: Væ mihi, quia annualis mei laboris opera ità deperit, ut nihil prorsùs ex ea remaneat. Et accepta secure, amputatis ramis, aditum sepis claudere cœpit, confestimque contracta manus inuita retinuit, quod voluntariè comprahendit. Dolore verò instigante, ad sanctum confeßorem mœstus accessit, trahens post se ramum, quem manu constrinxerat, narrauitque omnia, sicut gesta erant. Tunc ille oleo benedictione sanctificato, manum manu stringens, abstracto ramo, sanitati restituit. Sed & deinceps multos a serpentium morsu, & pustulæ malignæ ueneno, signo Crucis locato desupèr, reddidit sospitati. Nonnullis aũt obsessis dæmonis sæui liuore ut manus imposuit, extemplò fugatis dæmonibus, mentem eorum energia turbatā,

Oleo bene dicto manum læsā sanat.

ad

ad integritatem intelligentiæ reparauit. Omnibus verò, quoscunque per eum a diuersis infirmitatibus dextera diuina saluauit, si inopes fuissent, ipse cibū vestitumque dispensatione hilari porrigebat. Tantaque ei cura de egentibus fuit, vt etiam pontes super alueos amnium diligenter instrueret, ne quis inundantibus aquis naufragia sæua lugeret.

His ergo virtutibus clarus in populis declaratus, cùm esset annorum circiter quadraginta, modica pulsatus febre, per triduum lectulo decubauit. Nūciatumque est mihi, cùm transitus esset propinquus. At ego velociùs illuc properans, ad lectulum eius accessi, sed nihil ab eo collocutionis elicere potui: *Obitus eius.* erat enim valde fessus. Dehinc interposito quasi unius horæ spatio, spiritum exhalauit. Congregata est autem ad eius exequias multitudo illa redemptorū, quos suprà diximus ab eo vel à iugo seruitutis, vel à diuersis debitis absolutos, quosque vel alebat cibo, vel vestitu tegebat. Plangebant enim, dicentes: Cur nos, Pater sancte, relinquis? Post hęc sepulturæ locatus, sæpiùs se manifestis virtutibus declarauit. *Miracula post mortem.* Nam trigesimo ab eius obitu die, cum ad eius tumulum Missa celebraretur, Chaidulphus quidam contractus, dum stipem postulat, ad eius sepulturam accedit: qui dum pallam suppositam oculis veneratur, dissolutis membrorum ligaturis, directus est. Multa autem ibi gesta comperi, de quibus hæc tantùm memoriæ habenda notaui.

SANCTORVM CHRYSANTHI & Dariæ historia, scripta à Varino & & Armenio. Habetur in Metaphraste: consentiuntque antiqui MS. codices Latini.

15. Octo. iuxta breuiarū Romanum. Cap. 1.



AD ędificationem, vtilitatemque nostram Deo placuit, ut martyrum, qui superioribus temporibus extiterunt, certamina literarum monumentis consignarentur, non vt mortalium laudibus eos satiaret, quos conuiuio dignos fecit sempiterno: sed vt eorum exemplo nos commoneret, vt huiusce vitæ voluptates aspernaremur, & gloriæ perpetuæ gratia breues miserias æquo aīo perferremus. *Dolores temporarii fortiter perferēdi.* Omnis enim corporis dolor, si leuis est, facilè perferri potest: sin grauis, celerem finem habet. Quamobrèm negligendus est & alacriter subeūdus, ut mors æterna vitetur. Quòd si dolores isti, qui cùm hodiè fiunt, crás non erunt: cum hodiè nascantur, crás extinguentur: itá molesti sunt, quanto illi acerbiores putandi, quibus nullus proponitur finis? Quis, quòd exempla non desunt eorum, qui conualescendi causa se, suaque medicis dedūt, seq; & secari & uri permittunt, & pocula sumunt amarissima, mortisq; metu nec amaritudinem sentiunt, nec ignem reformidant, nec ferrum recusant? Quòd si fallacis & incertæ istius vitæ studiosi, quò mortem differant, & ferri & ignis molestias sustinent, & amara hauriunt medicamenta: quanto alacriùs acerbitates illæ sunt perferendæ, quæ nos exiguum ad tēpus cruciant & premunt, vt in perpetuum extollamur? quæ amara nobis tormenta adhibēt, ut sempiterna dulcedine perfruamur? quæ breue præbent incendium, ut perpetuum refrigerium assequamur? *Martyribus quid addiderit animum.* Hæc Dei martyres considerantes, ut de hostibus victoriam reportarēt, omnia acerbitatum tormentorumque genera pertulerunt. Sperabant enim, se, breui uita gloriaque contempta, ęternam illam assecuturos: & vitaturos perpetuum ignem, si tēporarium hunc pertulissent. Huius nos itēm verę gloriæ cupidi, mundum mundique cupiditates contemnamus: & quæ a sanctis gesta sunt, minimè obscura fide celebremus: imprimisque sanctorum martyrum Chrysanthi & Dariæ historiam non minus illis, qui credituri sunt, quam nobis, qui credimus, profuturam, pura mente conscribamus.

Vir quidam Alexandrinus, in ciuitate sua illustris ac princeps, ordinisque Senatorii, nomine Polemius, Romam cum filio suo Chrysantho concessit. Qui à Senatu Romano amicè susceptus, maximisque honoribus ab Imperatore Numeriano auctus, sellā in Senatu Romanorum obtinuit. *Cap. 2. Polemius pater S. Chrysanthi.* Hic filium vnicū Chrysanthum, quem disciplinis omnibus imbuendum curauerat, Philosophorū studio tradidit. Erat autem adolescens ingeniosus, & ad discendum aptissimus. Quantæ autem prudentiæ fuerit, res ipsa indicabit. Cùm enim omne scriptorum genus diligenter conquireret, incidit in libros Euangeliorū. Quibus accuratè perlectis, sic ipse secum: Tandiù te decuit, Chrysanthe, tenebrarum libros euoluere, quoad veritatis lumen inuenires. *Chrysanthus cognoscit uerū Dei.* Non est autem sapientis, nec prudentis, ut à lumine rursùm ad tenebras reuertaris. Perderes enim labores, quos suscepisti, si laborum fructum abiiceres. Est autem laborum fructus, qui à Deo quęrentibus datur. Sic enim præcipit Deus, quemadmodūm legisti: Quærite, & inuenietis. *Luc. 11.* Quamobrèm si quod quęsisti, atque inuenisti, reliqueris, amentibus ac stultis eris hominibus similis. Studiosè igitur complectere, quod toto est animo complectendum. Omnia, quæ grauia molestaque sunt, desere. Magnam iacturam facies, nisi id, quod tot laboribus peruestigasti, inuentum generosè retinueris. Aurum inuenisti, inuenisti argentum, inuenisti lapides preciosos. Idcircò quęsisti, ut reperires: & ideò reperisti, ut possideres. Caue sinas à te ipso diripi, quod inuenisti. Vtere, fruere primitiis laborum tuorum, & vide, nè, si eas reieceris, frustrá conquisiuisse, atque expetisse uideare.

Hæc cùm secum ipse locutus esset, quæritabat, ecquis esset diuinarum scripturarum magister: *Cap. 3.* & quēadmodūm eloquentes ac literatos homines audierat, sic optabat magistros indoctos & piscatores inuenire. Legerat enim Apostolum dicentem: Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi inquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? *1. Cor. 1. Cur Deus stultā fecerit sapientiā huius mundi.* Nā quia non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Hæc ille cum quotidiè cogitaret, & Christi seruos conquireret, cuidam occurrit, qui dicebat, se nosse uirum quendam Christianum, nomine Carpophorum, diuinarum scripturarum peritissimum: qui propter impiam persecutionem, in mōtibus in spelunca quadam habitaret, qui sanè locus perquam paucis notus esset. His auditis, Chrysanthus ualde gauisus est: & narrantis genua cōplexus, cum lachrymis supplicabat, ut locum sibi, in quo vir ille Dei moraretur, indicaret. Dei aūt prouidentia factum est, ut qui cum fide quærebat, ad eius notitiā mereretur peruenire. Cùm igitur sanctum Carpophorum presbyterum conuenisset, paucis mensibus omnes diuinas scripturas didicit, & in fide confirmatus, perfectus euasit in Christo, adeò ut septimo post susceptum baptismum die, Iesum Christum filium Dei publicè prædicaret. *A Carpophoro presbytero discit sacras literas, et baptizat.* Quē cùm propinqui eius, quidam homines clari & potētes audiuissent, patrem ipsius conuenerunt, & reprehenderunt, dicentes: Tibi criminis dabitur, & recidet in caput tuū,

quòd

quòd filius tous aodet côtra deos loqui. Dicit enim quendam Iesum Christum esse verum Deum. Quod quidem si peruenerit ad aures Imperatoris, nec tibi parcetur, oec nubis. Quis enim ausit hæc dicere, nisi qui legibus Imperatorû impudêter aduersetur?

Cap. 4.

Truduntur î carcerê.

Iratus igitur Polemius pater, eum in obscuro fœdoque carcere includendum curauit, & paucißimo cibo uesperi tantùm nutriendum. At Dei vir Chrysanthus eam rem pro exercitatione, non pro supplicio, accepit. Idque vulgatum & omnibus notû fuit. Quidam igitur patri eius hoc consilium dedit: Si filium, inquiens, cupis ab hoc proposito dimouere, cura potiùs, vt in deliciis & voluptatibus versetur: eique pulcherrimam aliquam ac prudentem puellam vxorem adiunge: ut dum se maritum esse intellexerit, Christianum esse obliuiscatur. Nam istas tenebras atque cruciatus, quibus tu illum affligis, Christiani laudi potiùs sibi, quàm supplicio, ducunt esse. Hoc audito, Polemius triclinium veste serica ornari, & eò filium è tenebroso carcere preciosis vestimentis indutum duci iubet, è numeroque suarum ancillarum formosißimas deligit, ornatasque atq; eleganter comptas, cum filio concludit, procurans vt in omnibus ciborum versetur deliciis, minitausque virginibus, nisi Chrysanthum à Christianæ religionis studio ad uoluptates pellexerint. Degebat igitur inter puellarum lusus vir Dei: sed in proposito ità perstabat, vt & ciborum deliciss contemneret, & virginum, tanquàm aspidum, contactus euitaret. Humi cubabat, aßiduè precationibus incumbebat, puellarum blanditias, tanquàm sagittas, fidei clypeo repellebat, & ad Deum clamabat: Surge, inquiens, Domine in auxilium meum: Dic animæ meæ, salus tua ego sum. Quis enim bellum hoc, quod diabolus excitauit, sustinere queat, nisi præstò adsit victrix dextera tua? Errat, qui se putat posse virtute propria libidinem superare, & castitatem seruare, nisi misericordiæ tuæ imbre, carnis extinguantur incendia. Non poterit animus ad aulas tuas appropinquare, nisi te ducem præbueris. Voluptas enim est improba quædam fera, in vitæ nemore latitans, ut animas deuoret. Cuius si quis morsus effugerit, is tibi Deo saluatori debet ex animo gratias agere. Tuum est enim, nos ab eiusmodi periculis liberare.

Magna satanæ fra°.

Ingens Chrysanthi fortitudo.

Psal. 34.

Nemo côtinens nisi Dei dono.

Cap. 5.

Gene. 39

Gen. 36.

Ibidem.

Sic & beatus seruus tuus Ioseph, meretricis, tanquàm immanis feræ, manus effugit auxilio tuo. Quê cùm pater Iacob deploraret: Improba, dicebat, fera deuorauit filium meum: neq; vllam volebat admittere consolationem. Verè enim nihil eum celabas. Sed tamen cùm dicerent filii eius: Vide, utrùm sit hæc tunica filii tui: non indicasti ei, sed rê absondisti, vt paternis lachrymis subuenires. Vxor enim Phutiphar, tanquàm fera crudelis, eum inuaserat, & vnguibus eum, quasi leæna quædam dilaniabat: &, quod grauißimum est, insidias tendebat, ut solus cum sola dormiret. Sed solus non erat, quoniam tua ope eum protegebas. Idcircò enim permisisti, vt eû ex profundo corde lugeret pater, vt iusti precibus adolescentulus adiuuaret. Quid enim aliud erat fera, nisi libido, per quam ipse diabolus & fęmina eû oppugnabant? Caro & sanguis adolescentiæ seruebat. Oculorum obtutus inuitabant. Accedebat hęrę potentia, & ad turpitudinem adhortatio. Ornatus muliebris, auro margaritisque distinctus, atque omni lapide precioso, oculorum aciem perstringebat. Aderat odorum suauitas, & blanditiæ, quæ lapsûs, mortisque occasionem suggerebant. His omnibus Ioseph, veluti innocentem agnum, inuaserat, & tanquàm leęna detinebat. Sed eum ex ore ipsius manus tua, Domine, eripuit. Etenim cùm esset nunciatum Iacob, filium eius uiuere, respondit, magnum sibi esse, quòd filius viueret: mirum enim esse, quòd crudelem illam feram effugisset. Tu enim, Domine, eras cum illo, & omnia quę faciebat, ope tua in manibus eius prosperè succedebant. Nunc item ego te, Domine, supplex oro, ut mihi aduersùs istas feras opitulerís, vt quemadmodùm serpentes dormiunt ad uocê incantantium, sic ipsæ, me precante, dormiât, nè mihi libidinis bellum inferre queant. Quoniam agnosco te uerum Deum, qui homines in te credêtes defendis, & inuictam illis virtutem elargiris. Hæc ille cùm dixisset, tam ingenti virgines somno sunt oppressæ, ut nisi ex triclinio exportarentur, excitari nô possent. Foris igitur ceperunt cibum. Verùm, cùm in locum, ubi erat Chrysanthus, reuertissent, grauis eas rursùm somnus complexus est.

Grauis têtatio S. Ioseph.

Gene. 45.

Gene. 39.

Vide rê miram.

Cap. 6.

Nunciatur hoc patri ab iis, quibus id erat curæ: q filium cœpit, vt mortuum, deplorare. Quidam autem ex amicis eius: Magicam, inquit, artem didicit à Christianis, & aduersùs simpliciores puellas facilè illi procedût incantationes. Quamobrèm eruditam aliquam & prudentem introducito, & eum in sententiam suam adducet, & alliciet ad uoluptatem. Vbinam, inquit Polemius, puellam eiusmodi reperiemus, quæ id perficere ualeat? Est inter virgines Mineruæ una, respondit amicus eius, ornatißima, quæ vultu est admodùm venusto, ingenii acumine, & prudentia atque eloquentia singulari, & iam nubilis ętate. Anteuertamus igitur, & petamus eam, indicemusque illi, quomodò sese habeat adolescens, vt eum ab instituto remoueat, atque ipsi coniungatur. Perficiuntur hæc, atque ipsa Mineruę uirgo, Daria nomine, componitur: quæ ueste splendida, atq; ornatu precioso fulgens, ad Chrysanthum audacter ingreditur, blandisque sermonibus, & dulci atque ornata oratione conatur adolescentem à proposito remouere. Verùm Chrysanthus Dei præsidio munitus, diaboli iacula fidei scuto reiecit, & spiritum-sanctum inuocans, sic eam est allocutus.

Per Dariam tenditur insidia sancto Chrysantho.

Cap. 7.

Si temporarię coniunctionis causa, ò virgo præclara, tam elegantem ornatum & tam dulcem orationis copiam adhibuisti, ut me hominem mortalê, alterius amore inflammatum, ab animi proposito abduceres, & mentem meam immutares: quàto magis debes operâ dare, vt immortalis Regis filii Dei tibi amorem concilies? quod quidem si uolueris, nô erit difficile. Nam si animam simul cum corpore, mûdam, & ab omni macula puram integramque seruaris: & cor tuum æquè, ac corpus, exornaris: & quêadmodùm extrinsecùs splendens, sic mores tuos intrinsecùs composueris: Angeli fauebunt tibi: Apostoli & martyres erunt amici: & operam dabunt, ut ipse Christus sit sponsus tuus: qui thalamum tibi incorruptis lapidibus & margaritis construet in cælo, dabitque delicias in paradiso perpetuas, & iuuêtutis florem largietur immortalem, inscribetque dotem in libro vitę sempiternæ. His Daria uerbis commota: Nulla me, inquit, amoris causa hoc modo ornatam huc adduxit, sed patris tui lachrymis impulsa ueni, ut te parenti restituerem, & ad deorum cultum reuocarem. Si aliqua, respondit Chrysanthus, tenes argumenta, quibus id mihi verè persuadeas, & consilium mutabo, & te diligenter audiam. Itaque pro communi vtilitate de his disseramus. Nihil, inquit Daria, magis utile aut necessarium est hominibus, quàm religionem colere, & cauere, nè, ea neglecta, maximum deorum numen ad iram concitemus. Quem, inquit Chrysanthus, o uirgo sapientißima, cultum diis exhibendum putas? Eum, inquit illa, per quem ipsi quoq; nostri custodes fiant. Quonam pa-

Chrysanthus commendat Dariæ Christû omnium virginû sponsum.

Colloquûtur inter se familiariter.

Cto,

ſto, Chryſanthus ait, noſtri cuſtodes eſſe poterunt, qui earum ipſe egent cuſtodia, nè à nocturnis furibus diripiantur, quique & ferreis figuntur clauis, & plumbo confirmantur, nè ab aliquo deiecti præcipites ruant? Si imperita, inquit Daria, hominũ multitudo ſine ſimulacris poſſet numina colere, non eſſet neceſſarium illa conflare, & conſtituere. Nunc autem ex marmore, & auro, & argento, atque ære cõſtituuntur, vt cultores proprijs oculis diſcant, quos cogitatione complecti, venerari, timereque debeãt. Diſquiramus igitur, inquit Chryſanthus, quid referant iſta ſimulacra, vt intelligamus, vtcùm ijs adorationis cultus debeatur.

In imaginibus id ſpectandum, quod referunt.

Cap. 8. Deus nec cenſendus, nec exiſtimandus eſt is, qui non omni ſanctitate, gloriaque præſtet. Quid igitur habet falcifer Saturnus probitatis, qui proprios filios vixdum in lucem editos ſuſtulit, immò verò deuorauit, ut ipſius cultores conſcripſere? Aut quid in ipſo Ioue laudandum putas, qui quot dies vixit, tot flagitia, tot adulteria, tot homicidia perpetrauit? Inſidiator patris, filiorum occiſor, ſtuprator matronarum, ſororis maritus occupator regni, magicæ artis inuentor, multiplicium formarum opifex, ſatelles dæmonum, mortis conciliator, iis deniquè criminibus obſtrictus, & eorum architectus facinorum, quę ne audire quidem fas eſt. Qui igitur talis extiterit, eum tu'ne crediderís eſſe deũ? Quòd autem talis fuerit, ſcriptores ipſi teſtantur: qui, quos ſtulti ac demẽtes homines deos appellant, eos & Reges fuiſſe, & in bellis gerendis fortes ac ſtrenuos, & ſuo tempore interiiſſe memorant. Oſtende igitur, quid in ipſo Ioue virtutis fuerit, qui ad mortem vſque tam inimicus extitit omnis honeſtatis, vt & ipſum aera raptu Ganymedis coinquinarit, & terram, dum ſorores proprias, vt dixi, conſtuprarit. Iam in ipſo Mercurio qd deprahendis diuinitatis? Cuius forma capitis, porcum & monſtrum imitatur, in vertice autem ſolùm capillos habet & alas? Hic magicis artibus abſconditas in terra pecunias indagabat: & incantationibus ac virga, ſerpentum virus extinguebat: idq; dæmonum auxilio, quibus quotidiè vel ſuem, vel gallum mactabat. Quę porrò in ipſo Hercule ſanctitas fuit? Qui vicinis è medio tollendis fatigatus, ſeipſum diuino nutu viuum in ignem coniecit, & combuſtus eſt miſer cũ claua & pelle, quas ipſe geſtebat. Quid? In ipſo Apolline quæ virtus extitit? Vel in arcanis ſacrificijs Dionyſiacis, uel in ebrietatibus & inconſtientia? Reliquum eſt, ut ad reginam Iunonem, & ſtultam Palladem, Veneremq; impudicam veniamus. Reperiamus autem ipſas inter ſe contendentes ac decertantes, quænam ipſarum pulchritudine cęteris antecelleret. Omnium poetarum, & oratorum, atq; hiſtoricorum libris iudicium illud decãtatur, quod ob ſpretę formæ contumeliam vindicatum eſt. Cur enim indignatę ſunt illæ? Cur hæc lætitia geſtiit, niſi fędæ voluptatis gratia? Probauit hanc paſtoris ſentẽtia, illas improbauit. Cùm igitur omnes iſti ab honore diuinitatis exciderint, cuinam omnium populorum cõſenſus diuinos honores adiudicabit? Nihil autem eſt, quamobrèm minutiores deos recenſeamus. Vnum enim eſt caput, cui reliqua membra apiè conſentiunt. Nam quis eorum tã ſtultus eſt, ut ſe deũ, aut deos eſſe glorietur, cùm Saturnus, & Iupiter, & Venus, quibus maiorem impij arbitrantur eſſe numinem, dei non ſint? Quòd ſi illi, qui primas obtinent, miſeri ſceleſtique ſunt, ut demonſtrauimus, quanto ſunt infeliciores, qui illos, ut deos venerantur & colunt?

Ioũis flagitia.

Dij gentium homines fuere ſceleratiſſimi.

Hercules vt perierit.

Cap. 9. Quando, inquit Daria, poetarum figmenta nullius ſunt pretij, ad Philoſophos confugiamus, quorum prudẽtia, uitiis omnibus amputatis, virtuti certè uices ſubijcit. Hi varijs interpretationibus mũdi gubernationem ſignificant. Nam deorum nomina allegoricè interpretantes, Saturnum dicũt eſſe tempus, Iouem caloris intenſionem, Iunonem aerem appellant, Venerem ignem, Neptunum mare, Cererẽ terram, idemq; faciunt in reliquis dijs. Sed eorum, inquit Chryſanthus, imagines fieri ſolent, quæ ſemper adeſſe non poſſunt: terra autem nũquàm non adeſt: ignis itèm ſemper eſt prę ſtò: & aer omnibus patet. Itaq; cur hæc ex ſimulacris opera humana confectis adoranda cenſueritis, ignoro, & nullo pacto intelligo. Cur enim imagines & ſimulacra potiùs, quam ipſas res, adoratis? Eſt ne Rex ullus, aut princeps, qui ſeipſum deſpici contemniq; iubeat, & effigiem ſuam adorari? Quòd ſi nemo eſt, qui ita præcipiat, nec ullus principatus id patiatur: confitendum eſt neceſſariò, ſtatuis iſtis & imaginibus non elementa, nõ deos exprimi, ſed homines mortales. Argumenta tua, inquit Daria, rationem meam cõfirmant. Docui enim rerum imagines ab hominibus imperitiſſimis coli: nos aũt res ipſas adorare. Scitè, inquit Chryſanthus, ſententiam tuam conaris argumentis noſtris confirmare. Omnes igitur elemẽtorum cultores in medium adducamus. Ij ſi terrã venerationis gratia tantùm colunt, dignum ac debitum illi honorem exhibeant: neque illam arent, aut alio pacto ſcindant & exerceant: ſed ab aratro, ligoneq; temperent. Alius autem neget eſſe deam, aratrumq; & ligonem diligenter adhibeat, atque agricolæ munus impigrè obeat, nec ullum ei honorem, ut cultor aut adorator ipſius habeat. Cuinam, quæſo, fructus vberes reddet? Nonne illi, qui eam citra ullam adorationem exercet? Atqui, ſi dea eſt, vt aſſeritis, cultoribus & adoratoribus ſuis deberet omnia bona largiri. Neptunum itidèm, ſi quidem eſt deus, ſic adores, ut hyberno tẽpore nauiges: & cultu atque adoratione, non autem piſcatione, confidens, piſces expectato. Alius autem elementum inanimatum, atque omni diuino honore putet indignum: ſed opportuno tempore fluctibus ſeſe committat, & obſonium, non mare adorando, ſed piſcando conquirat. Vtri proſperè ceſſuram nauigationem, aut piſcationem putas? Nonne illi, qui rectè & opportunè munus illud aggredietur? Idem de reliquis elementis dicendum eſt. Nihil enim ſuis tribuent adoratoribus, quippè quæ non motu proprio, ſed nutu diuino hominum neceſsitatibus ſeruiunt. Nam Dei iuſſu terra ſolis calore concipit, & cęli pinguedine gramina & plantæ nutriuntur, & temporibus opportunis augentur, & fruges fructusque ferunt. Quamobrèm ille ſolus meritò colendus & adorandus eſt, qui largitur hęc omnia: non autem res ipſæ, quæ nobis ab eo donantur, adorandæ ſunt. Neque enim literarum elementa diſcipuli, nec tabulas aut libros, ſed pceptores ipſos venerantur. Nec homines ægri, cùm à morbo fuerint liberati, medicamentis aut ferro, ſed ipſi medico honorẽ habent.

Philoſophi vt deorũ nomina interpretantur.

Docet Chryſanthus elemẽta deos non eſſe, ſed creaturas.

Cap. 10. Chryſantho ita diſſerẽte, credidit Daria. Et de cõmuni ſententia conſtituerunt, vt coniugiũ inter ſe eſſe dicerent: ſed tñ in timore Dei virginitatem ſeruarent. Cùm igitur ſub matrimonij nomine Chryſanthus iã, libẽte patre liber eſſet, Dariã domi ſuæ baptizandã curauit. Quæ, ſuſcepto virginitatis velo, uirgo ſanctiſsima fuit: & exiguo tpis ſpatio ſcripturas diuinas oẽs didicit. Beneuolè igitur inter ſe nõ corporea coniunctione, ſed ſpiritus ſancti ſocietate, uerſabantur. Et quẽadmodùm per Chryſanthum innumerabilis uirorũ multitudo, ſic per Dariã incredibilis fęminarum numerus ad Chriſti gratiã concurrebat, & multæ uirgines, dimiſsis ſpõſis, ſeſe dicabãt Chriſto.

Chryſanthus Dariam vxorem ad Chriſtũ. Simulãt matrimonium. Multos Domino lucrãtur.

sto. Multi itèm adolescentes, spretis mundi delicijs, ac voluptatibus superatis, castitatemq; complexi, eidem Christo se consecrabant. Cæterùm in ciuitate seditio repentè orta est, publicéq; populus Celerinũ Prætorem adit. Clamant adolescentes, se desponsas sibi mulieres propter Dariam amisisse. Vociferãtur fœminæ, sibi Chrysanthum maritos eripuisse, atque ità suscipiendæ prolis spem adimi. Odiosa igitur crimina obijciebãtur: & magnus erat tumultus ac perturbatio. Itaque statim eos Prætor corripi iubet, & nisi dijs immolent, varijs tormẽtis affici. Tum Chrysanthus Claudio Tribuno traditur. Claudius autem eum militibus tradit. Abducite eum, inquiens, ex vrbe ad templum Iouis: vbi si inuicto Herculi sacrificare recusauerit, varijs eum, donèc obtemperet, cruciatibus torquete. Tunc eum milites neruis madefactis vinciunt, vt illis arescentibus, & ad ossa vsq; penetrantibus, angeretur. Confestim igitur vinctus ità premebatur, vt neruorum tormentorum oculus videre non posset. Milites enim neruos miro artificio, nouisque rationibus connectebãt. Verùm eum vincientiũ manus quieuissent, dicto citiùs vincula sunt dissoluta. Quapropter milites indignati, eum in carcerem coniecerunt, & triplici cõpede strinsère: quæ quidem cùm ipsi adstarent, & illuderent, in puluerẽ redacta est. Tunc milites sublatum lotio conspergebant, dicentes: Maleficia tua nunc tibi non prosunt. Sed fœtoris loco, odoris suauitatis est consecuta, nõ aliter, quàm si roseus liquor diffusus esset.

Chrysanthus & Daria accusantur apud Prætorem.

S. Chrysanthus durissimè ligat.

Cap. 11.

Vitulo igitur excoriato, ipsum in eius pelle nudũ incluserunt, & in sole collocarunt. Verùm cutis eius nihil est læsa, nec vllum uir Dei sensit incommodum, quamuis totum diem in vehementi calore, ardentiq; sole permãsisset. Catenis igitur vinctũ obscuro in loco cõcluserunt. Sed ilicò fractæ sunt catenæ: & tanq̃ lampades accensæ forent, ibi splendor illuxit. Quamobrèm Claudio tribuno cũcta nũciatũt. Qui cùm ad carcerem accessisset, & splendorẽ adspiceret, iussit, vt Chrysanthus forás ad se veniret. Et, Quænã, inquit, est uis ista præstigiatũ, quibus hæc efficis? Oẽs ego magos, incãtatoresq; domui: nec vllam tantã magiæ potẽtiã inuèni. Omnes a me victi sunt: omnis eorum malitia meæ cessit volũtati. Cæterùm cùm te videã virum præclarum & sapientem, non aliud abs te requiro, nisi ut audax deseras Christianorum institutum, quo tumultus atq; seditio in populo Romano excitatur, teq́ue genere tuo dignum præbeas, & omnipotentibus diis debita facias sacrificia. Si in te, inquit Chrysanthus, inesset scintilla prudentiæ, facilè intelligeres, me non magica arte, sed Dei virtute, adiuuari. Verùm tu me ità adspicis, quẽadmodùm & deos tuos, quos iniquè colis. Nã si oculi tui rectè cernerent, cognosceres deos tuos vidẽdi vim non habere. Et si veritatẽ aures audirẽt tuæ, planè animaduerteres, eos vocem clamantiũ non audire. Si in animo tuo sensus aliquis esset intelligẽtiæ, perspiceres eos nihil intùs habere, præter puluerẽ & plumbũ. Tunc Claudius Tribunus eũ palis alligatũ, virgis cædi iussit. Allatæ igitur sunt virgæ, q̃ quidẽ in manibus militũ erant admodùm duræ, sed viri sancti corpori admotæ, instar papyri, molles factæ sunt. Quod quidẽ animaduertens Tribunus, eũ solui atq; erigi, vestimentisq́ue indui imperauit. Et ad milites cõuersus: Ego, inquit, vt scitis, omnes magorũ & incantatorũ fraudes deprehendi: hic aũt nullum esse humanũ maleficiũ cõperio, sed diuinæ virtutis potentiã. Nã & neruorum vincula spontè dissoluta sunt, & compedes confractæ, & corij humiditas in solis ardore per totũ diẽ non exaruit: & locus carceris obscurissimus, luce illustratus est: & virgæ, q̃ in manibus erant asperrimæ, inter verberandũ, velut papyrus, effectæ sunt molles. Quamobrèm cùm syncerítas in re, & iustitia, & veritas appareat, quid reliquũ est, nisi vt nos omnes ad huius viri genua prostrati, veniam petamus eorum, quæ iniquè in illum patrauimus, precemurq;, vt nos huic Deo conciliet, qui eos, à quibus colitur, in omni bello victores facit? Etenim quẽadmodùm nos vicit, sic omnes principes nostros & Imperatores superabit.

Vide genus supplicij.

Claudius Tribunus Dei virtutẽ magicæ ascribit arti.

Virgæ, q-bus cædi iubetur, emollescũt

His dictis, Claudius cum oĩbus militibus ad sancti Chrysanthi genua prócidit: Verè, inquiens, cognouimus, Deum tuum. Quamobrem oramus te, vt nos in eius cognitione instituas, eique quouis modo concilies. Si ad Dei cognitionem, inquit Chrysanthus, vultis peruenire, opùs est, vt rectè, non pedib⁹, sed animo, progrediamini. Sic enim vnicuique nostrum propinquus est Deus, vt eum corde, fideq́ue conquirimus. Cumque multis verbis eos instituisset, credidit Claudius tribunus, & Hilaria vxor ipsius, & duo filii Iason & Maurus, & omnes amici cũ tota familia. Crediderunt & milites cum omnibus domesticis suis: & vno omnes animo eodem die baptizati sunt, & in doctrina Chrysanthi permanebãt, eius de fide in Dominum nostrum Iesum Christum sermones libenter audientes: & omni cũ timore & reuerẽtia cupiebant pro Christi nomine pati. Cùm igitur omnes in Dominũ credidissent, res peruenit ad aures Numeriani Imperatoris, qui iussit Claudium tribunum, lapide collo eius alligato, in mediũ mare proijci, & de omnibus militibus haberi quæstionem, ut qui abnegare Christum recusarent, capite plecterentur. Cæterùm tantam Deus gratiã credentibus largit⁹ est, ut ambo Claudij filij, sine vlla q̃stione Christum confiterentur, & pro nomine eius libentissimè mortem appeterent. Quorum exemplum imitati reliqui, vno omnes animo eadem hora martyrij gloriam adepti sunt.

Cap. 12. Claudius tribunus cũ militibus suis credit in Christũ.

Baptizãtur oẽs.

Occidit cũ filijs et cõmilitonibus alijs Claudius tribunus.

Erat autem in eo loco, vbí interfecti sunt, vetus monumentum: in quo homines Christiani, cùm illud expurgassent, nocte omnia sanctorum martyrum corpora posuerunt, haud procùl ab vrbe, iuxta viam, quæ Mauri nuncupatur. Cùm autem frequẽtiùs eum in locum ingrederetur Hilaria Claudij uxor, à quibusdam compræhensa est. Quæ cum abstraheretur: Sinite me, inquit, precationem meã absoluere, & veniam quocunquè volueritis. Cùm igitur genibus flexis, expansisq́ue manibus, oculos in cælũ sustulisset: Domine, inquit, Iesu Christe, quem ex toto corde confiteor, nunc me filijs meis adiunge, quos ex uentre meo ad tuam religionem aduocasti. Hæc cùm dixisset, tacitæ precationi se dedit, atque inter precandum spiritum reddidit. Qui autem illã compræhenderant, repentinam ipsius mortem cõmiserati, duabus cum ipsa ancillis eius relictis, discesserũt. Illæ verò diligenter sepelierunt: & super ipsam paruum monumentum ædificarunt. Erat.n locus ipsius: & quia prope ipsum Sancti positi fuerãt, ea eo tempore illic sibi domicilium constituerat.

Cap. 13.

Hilaria vxor eius reddit spiritum.

At Numerianus Imperator iussit Chrysanthum in carcere profundissimo custodiri, vt simul cũ Daria varijs cruciatibus afficeretur. Coniectus igitur in carcerẽ Tullianũ, profundissimũ ac teterrimũ, atque fœdissimum, nudus, & ferreis vinctus compedibus: Daria verò in lupanar detrusa. Quibus vario tormentorũ genere affectis, varia Dominus gratia opitulatus est. Chrysantho. n. odoris suauitatẽ & lumen attulit: Dariæ verò leo, q̃ è stadio fugerat, auxilio fuit. Domũ. n. vbi illa erat & supplex precabat, ingressus, sese in medio extẽdit. Qđ ciues cùm ignorarent, falsissimum quendã iuuenẽ ac flagitiosissi-

Cap. 14. Chrysanth⁹ & Daria multa patiũtur.

S. Daria ĩ lupanar detrusa; à leone cõseruatur.

commiseratione aliquandiù siluit: deindè blandè & familiariter cum eo colloquens: Scio, inquit mi domine, propter turbas ad te salutis obtinendę causa confluentes, magno te mœrore affici: sentioque ea causa relictis illis, ad loca auia te velle cómigrare. Sed id si facias, valdè tibi formidandum est, pater, nè, dum Christi pauperibus subtrahis spiritalis doctrinæ triticum, quod illis vitam præstat, in discrimen te conijcias. Præstabilius.n. est oues Domini colligere, quam dispergere: contritosq; corde sanare, quam infirmos deserere. Olim in tuam eras intentus messem: iam vt pastor bonus, debes etiam curare alienam, vt ad Christi honorem vtrâq; efficias cumulatiorem, atque ex ijs duplicia possideas: futurus hoc ipso Christi imitator, qui populo Iudaico primùm per seipsum, indè gentibus per Apostolos salutarem doctrinam proposuit. Quas autem nunc molestias capis ex his populis, quibus iugum Christi suaue est, & onus leue, eæ tibi magnam parabunt apud Dominum retributionem. Nosti tu ipse Christum Dominum, cùm in sinu patris quiesceret, venisse in huius mundi labores, vt infirmorum languores curaret. vndè ipse ait: Non egent, qui sani sunt, medico, sed qui malè habent: quos etiá non refugit, sed pro eis animam suam libenter posuit. Scis quid ea Esaia quandoquè turbis audientibus legerit: Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me: euágelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, & cætera. Hæc illú dicenté beatus Maglorius grato aío audiuit, sciens à Dño dictú ad Apostolos: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit.

F. pſ eum dehortatur nè deserat ad ipsum salutis causa confugiétes.
Mat. 11.
Matt. 9.
Luc. 4.
Esa 61.
Luc. 10.

Cap. 6.

Non multo autem interiecto tépore Comes Loiescon, valdè quidé opulentus, sed septénio iá lepra infectus, frustrá í medicos magnis erogatis pecunijs, qui curare eum non poterát: vbi in insula, in qua morabatur, celeberrimam comperit beati Maglorij famam, cum quibusdam è suis venit ad eum, rogans vt fusis ad Dominú precibus, faciat medicinâ morbo tam infesto. Ad quem vir Dei: Quinam, inquit, fieri potest, ut immundus curet immundú? Ego quoquè immundus sum corpore. Indixit verò triduanum ei ieiunium, & ipse quoquè cum quibusdam sacerdotibus & Leuitis, religiosisq; viris triduò ieiunauit. Eo exacto ieiunio, adhibitis litanijs, iubet eú in cupam balneatoriam inserri, manusque ei imponens, sublatis í cęlú oculis, dicit: Domine Iesu Christe, per quem omnia facta sunt, qui Naaman per prophetam tuum in Iordane flumine à lepra múdasti, qui propter peccatores saluandos è cælis in terras descendisti, non pro iustificationibus nostris, sed ꝓ miserationibus tuis multis hominem istum, qui ad me venit tuam cupiens experiri clementiam, ad laudem & gloriam nominis tui purges à lepra, vt omnes, qui id viderint, te collaudent: qui viuis & regnas cum Deo patre & sancto spiritu per infinita secula seculorum, Amen. Hæc cùm dixisset, manu sua totum eius corpus attingens, adeò ab eo lepram omnem profligauit, ut nec cicatrix quidé vlla permaneret, & caro eius instár pueri restitueretur. Ea iam repentina & admiranda curatio quibus verbis celebrata & prædicata sit ab illis, qui viderunt & audierunt, nos satis explicare non possumus.

Iohan. 1.
4. Reg. 5.
Sanat Maglorius leprosum Comité.

Cap. 7.
Comes ei mediá partem cuiusdã terræ dat.

Tum verò Comes Loiescon ad eius pedes aduolutus, non sine lachrymis pro tanto munere Deo & illi gratias egit. Multæ, ut diximus, opes & possessiones ei erant: è quibus terram quandam beato Maglorio dedit, sed partem illius dimidiam sibi reseruás. In ea terra multæ erant aues pulchræ, & magnitudine admiranda: ingens quoquè prouentus pisciú ex sinu maris. Cùm autem beatus Maglorius perlustraret eam partem, quam Comes ei largitus erat, aues & pisces omnes alterius partis ad ipsius portionem se transtulerunt. Tulit id indignè vxor Comitis, hortatuque eum, vt beati viri portionem sibi vendicet, alteram ei relinquat. Facit ille, quod mulier improba suasit: sed eccè repentè aues & pisces omnes redeunt ad beati viri possessionem. Id conspicatus Comes, ductus pœnitentia, vtranque partè perpetuò retinendam illi assignat, moxque aues & pisces pristina sua domicilia in vtraque repetunt, vti anteá sub ipso Comite consueuerant. Eius rei fama procùl diffusa, omnibus non immeritò magnæ admirationi fuit. Porrò ea in terra vir sanctus ecclesiam condidit & collegium monachorum, quos illic habuit sexagintaduos, eosque vita & doctrina sua eruditos, Deo & sanctis eius debitæ seruitutis officia præstare docuit. Qualem autem ipse eo in loco se præbuit, quibusque virtutibus enituerit, nullus facilè dicendo possit cósequi: nos de eius sanctissima conuersatione pauca tantùm commemorabimus.

Deindè alteram.
Cédit monasteriú.

Cap. 8.
Eius castitas:
Cibi parsimonia.
Cilicium vestes.

Ab ipso matris vtero vixit castissimus, virginitatis conseruádæ studiosissimus. Pane vescebatur hordeaceo & viliori legumine, eoque parcè. Quarta & sexta feria prorsùs nihil sumebat cibi: quarta quidé feria, quòd tum impij Iudæi in necem Domini Iesu conspirarunt: sexta autem, quòd eum Cruci affixerunt. Carnem suam perpetuo cilicij vsu macerabat. Vestes exteriores habuit nec admodùm viles, nec sanè preciosas, sed mediocres, ut humanos applausus & gloriam declinaret, quæ est æternæ mortis muscipula. Toto eo tempore, quo relicta Dolensi Ecclesia, solitudinem expetijt, nec vinum, nec siceram bibit. Perpaucis autem pisciculis diebus solennibus duntaxat, idq; à monachis religiosis & diuinæ contemplationi deditis coactus, pro magnis delicijs vescebatur. Cùm cæteri fratres nocturnis horis membra quieti darent, ille clàm se recipiebat ad maris oram, illicq; vsque ad noctis preces, quas Matutinas vocant, peruigil Dominum orabat. Multam ad ipsum aduentantibus hospitalitatem prompto animo exhibebat, sciens scriptum esse: Hilarem datorem diligit Deus. Deniquè vt multa paucis expediamus, nulla non virtute ornatus fuit.

Luc. 1.
Vigiliæ.
Eccl. 35.
2. Cor. 9.

Cap. 9.

Accidit quandoquè, vt quidam ex famulis eius, pisces in vsus fratrum in mari capientibus, in aquas lapsus suffocaretur. Nó latuit ea res beatum virú. Itaque multùm flens & eiulans, dicit se reum mortis illius, moxque adiunctis sibi fratribus, tota die corá altari prostratus, obsecrat Dominum, nè propter hominis illius interitum in se effundat furorem suum. Deindè postquam sol occubuit, cum monachis litanias & psalmos concinentibus ad litus maris accedit, prosternensque se, cum lachrymis rogat Dominum, ut vel mortuum sibi reddant vndæ, quem viuum absorbuerát. Fusis precibus, mare tumescens euomit hominem, priùs quidem extinctum, at nunc planè rediuiuum. Sentiens vir Dei se tam liberaliter exauditum a Domino, sacrificium ei offert, pollicetur que se propter illam hominis mortem, cuius, vt diximus, reum se arbitrabatur, nullum vnquàm piscem in cibum sumpturum.

Excitat mortuú.

Cap. 10.

Cùm sic autem innumeris clareret virtutibus & miraculorum signis, obitum suum longè antè præsciuit. Nam pridiè eius diei, quo sacrosancta Paschatis solennitas celebrabatur, illi in templo more suo nocte vigilanti, Angelus Domini candidissimus apparuit, atque illi familiariter, S. Maglori, age qđ agis, operare qđ operaris: nec dubites nomé tuú scriptú in libro cęlestis militię. Visú é altissimo, cui' volútati ab ineúte ętate haud segniter obtémperasti,

Angelus ei apparet.

sti, dignam tuo certamine mercedem tibi in cælis constitucre. Audiens hæc Maglorius, lętus quidem ex promissione, sed incertus de visione, veritus ne Angelus satanæ in Angelum lucis se transfiguraret, admodùm prolixè in precibus perseuerauit. Ijs absolutis, Angelus Domini volens eum de visione certiorem efficere, bis terque sua verba repetiit, ità dicés: Nihil hæsites de hac visione Magloti. Sicut enim ego sum perpetuus minister summæ veritatis, ità legatio mea omnis planè falsitatis expers est. Certissimè igitur annuncio tibi, propediém te cum insigni ex hoste reportata victoria & triumpho, è corpore migraturum in cęlos, & præsentem Dei vultű inter illos beatę patriæ ciues sine fine iucundissimè conspecturum. Tum verò beatus Maglorius rogauit sanctum Angelum, ut antequàm discederet, largam ip si impertiret benedictionem. Sed Angelus respõdit: quonam modo ego tibi benedicã, cui benedixit is, a quo sancti omnes benedicti & sanctificati sunt? Atque ità post mutuam salutationë, Angelus eum multo lumine recessit ad superos: porro Maglorius, vti cœperat, noctem duxit peruigilem.

a Cor. 11 *Angelus secundo & tertio ei apparet*

Cap. 11. Post dies paucos rursùs ei apparens Angelus, iussit eum de suo obitu esse securum, dixitque ei, q ob seruatam carnis integritatem centesimum in cælis fructum esset percepturus. Traditur etiam ei tanq̃ breui morituro viaticum. Atque ab illo die de suo obitu solicitus, nisi causa ineuitabilis & multis profutura adesset, vsque ad diē vocationis suę semper versum hunc ore repetebat: Vnam petij a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ: nec vnquàm visus est è templo recedere. Tandèm expleto labentis vitę cursu, fratribus valedicens, & inter verba sanctę exhortationis animam expirans, feliciter migratione peruenit ad Christum. Eius pia intercessio nobis obtineat veniam peccatorum, cuius est preciosa mors in conspectu Domini, qui viuit & regnat per infinita secula seculorum, Amen.

Psal. 26. *Feliciter abit ad Dominum.* *Psal 115.*

MARTYRIVM SANCTI MARTYris Arethæ, & eorum, qui cũ eo decertarunt, sanctorum Martyrum: & historia eorum, quæ tunc facta sunt in regione Homeritide, vel Sabæa: Authore Simeone Metaphraste.

24 Octo. Cap. 1. Elesbaan Rex Aethiopum Christianus.



NSTABAT iã quintus annus, ex quo Iustinus acceperat sceptra Romani imperij: quo quidem tempore imperabat etiam Aethiopibus Elesbaan, vir, qui propter pietatem & iustitiam, apud omnes maximum nomen fuit consecutus: in ciuitate autē Auxume regiam construxerat. Ditione tenebat Arabiam felicem, quæ olim quidem Saba, nunc autē uocatur Homeritis, Dunaan Hebræus, vir impius, & Christianorum generi inimicissimus; qui etiam omnes, qui erant in sua potestate, habebat circuncisos, partim quidem Iudaicam sequẽtes superstitionem, partim autem planè gentiles, Soli & Lunę sacrificãtes, & dęmonibus, quos etiam more gentis honorabant statuis & columnis. Porrò autem ab Elesbaan odio habebatur Hebræus, quòd omnibus ferè, qui sunt sub cęlo, Christum Deum pręaicantibus, & verum Dei filium, & nobis factum carne similem, ipse eum vilipendens, inficiabatur hęc omnia, uelans & adumbrans suorum maiorum scelus, quod in Cru-

Elesbaan bella gerit aduersus infidelem Dunaan.

ce admiserant: adeò ut Rex pius sępè cum eo bello congressus, vi fuderit ac fugarit, & tributum pende re coegerit. Verùm ille quidem non stans pactis cõuẽtis, insurrexit cõtra Regẽ Elesbaan. Elesbaan autē eum rursùs valido adortus exercitu, fortiter expugnauit, & in fugam conuertit. Denique ad illum cauendum relicto exercitu, in suam rediit ditionem.

Interim non poterat Hebræus quiescere, sed vt acceptæ cladis deleret ignominiá, cùm suos collegisset, & eos, qui erãt in pręsidio, inuasisset, omnes bello perdidit, & iussit omnes, qui inueniebantur Christum esse Deum confitentes, citra vllã interire misericordiam. Nullus autem fuit ex ijs, qui erant sub ipso, Christianis, qui se non huic impio edicto submiserit, illius animi formidans sæuitiam. Quædam tamen ciuitas frequens populo, sita in Homeritide, q̃ vocatur Nagran, cùm iam longo ab hinc tẽpore venisset ad agnitionem veritatis, & pietatem suscepisset, nempe ex quo Constantius magni Constantini filius, ad Sabæos, qui nunc vocantur Homeritæ, orti verò sunt ex Cetura Abrahæ, misit legatos: & Rege illius gentis muneribus sibi cõciliato, ædificauit hæc in ciuitate ecclesias: & quendam virum piũ, qui ad vitam declinarat monasticam, & moralibus & actiuis virtutibus erat magnus, atque adeò omnibus sui temporis superior, misit, vt præesset ijs, qui ad verã accesserant religionem. Quo quidem tempore Iudęis resistentibus, & barbaro suadentibus, nẽ tam facilè hospitem admitteret in ciuitatem, neque circa res diuinas aliquid innouaret, nisi priùs vir religiosus aliquod signum ostenderet, (quomodò solẽt isti petere, vt qui sint increduli) quod quidem si præstiterit, tunc ei concederet ingressum in ciuitatem: ille diuinis fretus promissis, q signa sequentur eos, qui crediderint, annuit citra vllam dubitationem: & eorũ quæ petebantur, miraculorum magnã ostendit operationem. Ab illo iam tempore ciuitas Dominum purè colens, & Orthodoxa diuinorũ patrũ sequens dogmata, perseuerabat, & quid erat mali, repellere, & alienam effugere religionem, adeò vt ne fineret quidem eam ad aures peruenire.

Cap. 2. *Sabei quãdo conuersi ad Christum.* *Marc. 16*

Inuidens ergò malignus, totum, quantus erat, subiens Hebræum, eum armat aduersùs ciuitatem, partim quidem opinans fore, vt id esset molestum pio Regi Aethiopum: partim autē eò spectãs, vt in Christum suam expleret insaniam, & genus Christianorum omninò euerteret. Itaque venit validum adducens exercitum: & cùm circuncirca esset castrametatus, vallisq; & fossa mœnia circũdedisset, obsedit Nagran, minitãs se illam expugnaturum, & omnes, qui in ipsa erant, interempturum, nisi Cruce Domini, à ciuibus in excelso posita, quam execrationis signum (prò dolor) stultus vocabat, ad nihilum redacta, deindè Christum quoquẽ negassent, qui fuerat in ea suspensus. Quod eo quidem consilio faciebat, vt cùm eos illo, quod indè veniebat, præsidio nudasset, hoc tam valido defectos auxilio deinde inuaderet. Quidam ergò execrandi huius Regis satellites, in orbem obeuntes ciuitatem, eadem vociferabantur: & si parerent quidem, dicebant fore, ut dona & honores à Rege consequerentur: sin autem nõ parerent, & Galilæo animũ adhiberent, pro monarchia inducentes multorum principatum, igni & gladio traderẽtur. Porrò autē ipse quoquẽ Dunaan execranda & audaci lingua his falsa quędam addebat, & iactanter dicebat: Nullam potuit Iesus opem ferre Christianis in mea potestate constitutis, quos oẽs, & ipsos illorum sacerdotes & monachos gladio & igne priùs consumpsi, ne parcens quidẽ sacris illorum templis, & nunc maximo coacto exercitu, nempe

Cap. 3. *Dunaan Hebræus obsidet Nagran vrbẽ Christianæ religionis.* *Quid gloriaris in malitia?*

centum & viginti millibus hominum, ad uos veni, aut omninò persuasurus, aut perditurus.

Cap. 4.

Ciues aūt: Videmus, dixerūt, ò Rex, te linguæ multùm indulgere, & attribuere imbecillitatem ei, qui est solus Deus. Sed Rapsaces dux exercitus Sennacherib non paruum tibi dederit exemplū: qui cum ipse quoq; aliquandò in Deū, magna loquentē & iactantem vibrasset linguam, quot hominū millia perdiderit, & cum quāto dedecore recesserit, pauci sunt qui nesciant. Quòd autem nos accusas, q̄ multorū principatum, & multos deos inducamus, nos, qui multis ab hinc seculis, tanq̄ hæreditatem, à maioribus verā accepimus religionē, nec monarchia in arctū adducimus diuinitatem, nec abundantia personarū inducimus multorum principatū: sed vnā naturam citra diuisionem in tres personas diuidentes, patrē & filium & spiritum sanctum cōfitemur: filium verò ipsum, quem uos contumeliis incessitis, hominem esse factum, vt diuina prædixerunt responsa, & à uestris maioribus actum fuisse in Crucem propter salutem omnium, cùm illi malè ignorassent dispēsationis diuinæ mysteriū, & tertio die resurrexisse à mortuis, & rursus ad cælum ascendisse, & in altū sublatū fuisse ad suum patrem & credimus, & prædicamus.

4. Reg. 19

Summa fidei Christianæ.

Cap. 5.

Non sustinentes autē hos sacros audire sermones aures profanæ, ad facta se contulerunt. Itaq; ad obsidendum Rex conuersus ciuitatem, aduersùs eā mouebat omnes machinas, omnes exitus diligenter custodiens & muniens, & putans fore, vt multorū dierum fame eos in suam rediget et potestatem. Et cùm collegisset omnes Christianos, qui erant in agris & suburbiis, alios quidem interemit, alios nerò ijs, qui erant in eius ditione, vēdidit in seruitutem. Cùm autē pij ciues se aduersùs omnia fortiter defenderent, & tempus quod terebatur, Tyranno spem reddidisset valdè exilem, statuit dolo capere ciuitatem. Itaque petit, vt ei liceret ingredi ciuitatem, vt uideret scilicet ea, quę ibi erant, priùs terribili prolato iureiurādo, & ijs, quę dicebantur, interposito ipso legis Deo, se nihil esse facturum pręter ea, quę consueuerāt: neque coacturum, vt patriam abiurarent religionem: neque aliquod aliud malum magnum, aut paruum eis esse facturum: sed solùm ea visurū, quæ sunt in ciuitate, & annuum tributum accepturum, quod priùs dabatur: deindè autem se illinc statim excessurum.

Christiani affligūtur ab eo.

Dolo studet occupare ciuitatē Dunaan rex.

Cap. 6.

Hæc cùm dixisset, & pacta conuenta iniisset, & postremùm iurasset iusiurādum, persuadet ijs, qui sunt in ciuitate, cùm Deo vniuersum permisissent, qui est testis sacramēti, & hoc solum dixissent, Regibus nos cedere didicimus. Quòd si tu secùs statueris facere, quàm nobis dixisti, Deus, qui est spectator iurisiurandi, id omninò vlciscetur, neque diù differet vindictam. Nobis enim, dicebant, ò Christe Saluator, & fili Dei, & Deus pro te uel omnibus priuari facultatibus, atque adeò ipsa vita, non leue est lucrum. Absit autem, ut tuum nomen negemus, vt est impiorum institutū: nec si tale quid fecerimus, nos, ò Sol, adspicias. Quę simul atque dixissent, totas portas aperiunt, & intrà ipsam ciuitatem, tanquàm lupum in stabulum, malum Regem admittunt. Ille autem cùm & figuram, & situm, & illam ciuitatis laudasset frequentiam, & ciuium quoquè splēdorem, egressus est. in eos, qui habitabant ciuitatem, grauia uersans, vt indicauit exitus, iusiurandum, & pacta conuenta, & quæcunque alia eis præbuit ad fidem faciēdam, ea esse existimans puerilem deceptionem.

Nagranitanus credulè intromittūt tyrannum.

Cap. 7.

Cùm autem iam se pararet ad eos euertendos, uocat extra ciuitatem. Aderant verò quicunque erant insignes opibus & gloria. Præ cæteris autem is, qui & canitie, & sapientia, & morum modestia erat præstantissimus, diuinus, inquam, Arethas, cui ipsi quoquè fuerat commissa rectio ciuitatis. Omnes igitur cōmēdabant, extollebant, laudibusque celebrabāt, & omnem honorē tribuebant ei, qui videbatur esse seruator & Rex. Ille autē sibi culpæ dandū esse tribuens, quòd differret cerni malus, non ampliùs expectās aperit, qui intùs latebat. Dunaan. Et iussit p̄tinùs omnes custodiri in vinculis Deindè, etiā priuauit facultatibus, & rogauit, vbinàm esset Paulus eorum Episcopus. Cùm autem iam duobus antè annis eum intellexisset esse mortuū, non habens in quem iram immitteret, contendit ad puluerē, & iussit sepulcrum effodere, & illius corpus comburētes in aerem ventilare. Aliud quoquè excogitat furiosa anima, nec eam capit satietas aliquid moliendi aduersùs Christianos: sed iubet accendi rogū, qui multa aleretur materia, & statim ciuitatis, & eius, quę est circuncircà, regionis sacerdotes, & monachos, & Deo consecratas virgines, quinetiam fœminas, quæ vitam elegerant monasticam, omnes simul in eū inijci. Ij.n. inquit, sunt planè causa alторū interitus, persuadentes Crucifixum colere, tanquàm Deū. Ad hęc perindè acsi non sufficeret, quod factum fuerat, ad eius incomparabilem ostendendā improbitatem, vt alios quoquè sibi subiungeret, vehementer contendit, & iussit præcones obire ciuitatem & regionem, proclamantes vt Christum negarent, & viuerent Iudaicè, eadem quæ Rex sentientes.

Perfidia impij tyrāni.

Vide immanè barbarum.

Nota quot duces sequantur, qui hodiè Clerū et monachos p̄sequūtur.

Cap. 8.

Porrò autē ipse quoquè Rex Arethæ similia consulebat, adijciens, quòd ipsi quoquè norant Romani, illius maiores in Cruce egisse hominē. Quomodò enim, dicebat, fuisset flagris cæsus Deus, qui est natura incorporeus? Quomodò aūt mortē adeò turpem & ignominiosam natura gustarit immortalis? Alioqui autē multi quoquè ex Romanis, qui sunt apud vos, iactantes se Nestoriū habere magistrum, ipsi quoquè rursùs dicunt, se non vt Deum, sed vt hominem & prophetam quendā oportere Christū honorare. Quæ nisi vera essent, nec ego ad tantam processissem insaniam, ut ipse negarem in Christum fidem, & vos ad similem vocarē negationē. Quomodò.n. qui legē quidē teneo ac tueor, & patrios mores ac ritus valdè amplector, repello autē quicquid fuerit noui, & ideò Iesum quoquè odio habeo, hominē, qui diuinitatē sibi impudenter attribuit? Neque.n. Soli & Lunæ, neque aliis rebus creatis, neque dijs gentiū rogo vos cultum tribuere, (absit, vt sim adeò emotę mentis) sed Deo soli, qui omnia produxit, & est pater rerū generatarū: qui cùm sit impatibilis, & expers materiæ, generare nescit patibiliter.

Nestorij heresis.

Cap. 9.

Cui generosus Aretha cum socijs: Cur hæc dixisti, ò Rex? Neq; nos dicimus Deum gignere patibiliter, sed impatibiliter, vt mens sermonē gignit. Illum autem asserimus nostræ naturæ motum misericordia, misisse filiū, ad hominū, inquam, beneficiū, adeò vt & carnem acceperit ex puella virgine, & p omnia nobis similis factus sit absque peccato, & omnia impleuerit, quæ de ipso à Prophetis multis antè annis dicta sunt: quæ quidē tu quoquè scis, qui legisti illorum libros. Qui etiam sæpè per miracula quæ sunt supra hominem, ipsam ostendit diuinitatem: & se suscepisse carnem, nō est inficiatus. Quid opùs est pluribus? Nos eū & Deū, & Dei filiū confitemur, & pro vniuersa respondemus ciuitate, & aliis Christianis, qui sunt nobis subiecti: neq; ē vllū genus tormenti, quod non pp ipsum parati simus pati. Quid enim nos separauerit à charitate Christi? Nihil autē rei est nobis cū Nestorio aut cū aliis, q eodē morbo, quo ipse, laborant, qui hominem, qui citra diuisionem, & per hypostasim vnitus est Deo Verbo, summa

Aretha & sociorū eius cōfessio.

Nestorij impietas cōdēnata.

ma impudentia diuellentes à verbi diuina hypostasi, per se consistentem, & solùm hominem ausi sunt dicere verbum, quod in carne apparuit: qui etiam, ut merebantur, à diuinis patribus eiecti sunt à catalogo orthodoxorum, & sunt in æternũ traditi anathemati. Sed non prætermittet (hoc certò scias) qui maledictis à te appetitur Dominus, quin è vestigio pœnas sumat tuorum audacium cœptorũ, cùm alterius, inquam, tuæ blasphemiæ, tum iurisiurandi, quod a te fuit conculcatum & euersum, ò inprimis impie & scelerate.

Cap. 10. *Nititur tyrannus sanctos martyres muneribus subuertere.*

Ille autem cùm eorum loquendi libertatem parùm sustinuisset, maximè autem Arethæ sapientiam, & aliam omnem splendorem esset reueritus, benignis verbis eos cœpit lenire, eisque & dona, & honores proposuit, acrem ipsorum zelum in pietatem sic refrigerare machinans. Postquàm autẽ vidit martyres omninò aures non præbere promissis: cõtrà autem quàm poterant clarissima voce clamare: Nõ te negamus, qui es vnus Trinitatis, ò verbum Dei, & Christe: neque tuam irridemus susceptæ carnis dispẽsationem: neque tuis, quas propter nos passus es, perpessionibus & Cruci Iudaicè insultamus: eos quidẽ vinctos adhuc detinuit: in aliam autem multitudinẽ quæ collecta fuit ex omni genere & ætate, mortis tulit sententiam: Vxoribus verò & liberis eorum, qui detinebantur, martyrum, ante oculos eorum adductis prouocabat ad Christi negationem, partim quidem minis, partim autem blandis verbis eas aggrediens, nonnunquàm omne supplicij genus in eas intentans, liberorumq́; & parentum, & facultatum, & ipsius quoquè patriæ eas terrens amissione. Illæ autem dicebant: Omnibus, ò Rex, quæ à te offeruntur, siue ea sint bona, siue aliter se habeant, lubenter hodie renunciãtes, quæ à te maledictis incessitur, Christi Crucem extollimus: & qui in ipsa nostram procurauit salutem, Christum sequimur. Esset enim a ratione alienum, nimis effœminatum, ea nobis quidẽ alias, quæ cum talibus viris cohabitarunt, qui mortem propter Christum elegerunt: alias autem, quæ virginitatem exercent, ut quę Christo sint desponsæ, non esse animo masculo, & vestram iram planè inconsideratam non nostro sustinere corpore.

Nota egregiam etiã fœminarũ virtutẽ.

Cap. 11. **plani, id est, impostoris.*

Rex autem: O fęminæ, inquit, possum vos meritò magnæ accusare stultitiæ, quod hominis *plani, & præstigiatoris, & qui violenta morte periit, gratiam eligitis, & voluptatibus præsentibus spem, cuius incertus est exitus, præferre statuistis. Quædam autem ex acrioribus matribus, & monachis, non ferentes Christi contumeliam, visæ sunt in Regem verbis asperioribus, eũipsum, qui maledictis incessebatur, Christum vocantes ad vltionem. Quod quidem ægrè ferens Hebræus, in eas communiter pronunciat sententiam, ut gladio feriantur. Licebat ergò videre mulieres sanctas trahi crinibus, & sic duci ad suppliciũ, vel potiùs ferri promptis & alacribus pedibus, & sitire mortem propter Christũ. Magna verò erat & præclara inter eas contentio. Monachæ enim virgines nequaquàm concedebant primas partes ijs, quæ erant iunctę matrimonio. Recordemini, dicentes, quòd priùs vobis fuimus propositæ, & in templi ingressu, & in sacramentorum participatione, & in statione, & in sessione: & ideò oportet nũc quoquè nos & vestros maritos consequi martyrium. Martyrum autem vxores, quæ iam etiam vocabantur matres, nequaquàm ferebant in præsentia habere secundas partes. Infantes quoque balbutiẽtes mattes præcurrebant, & ipsi quoquè carnificem prouocabãt ad mortem. Sciebant enim alias quoquè pueros fuisse Christo pp ipsum sacras oblatas victimas. Sic beatæ illæ mortẽ præripientes, ijs, qui videbant, magnã afferebant lamentationẽ: adeò vt Rex crudelissimus cum admiratione talem uocem emiserit: Qualem omnibus ferè hominibus errorem immisit Galilæus, vt qui vel ipsam mortem contemnere persuaserit, & pro illo prodere suas animas & corpora?

Vide q̃ antiquitas detulerit monialib.

Cædes fœminarũ, & puerorum.

Cap. 12. *Nobilis quædã matrona insectatur tyrannum.*

Interim aũt quædam quoquè fęmina, quæ duas filias habebat, & primas partes inter eas quæ erant in ciuitate, obtinebat, longeq́; pręstabat aliis genere, diuitijs, gloria & pulchritudine, atq; ĩ iuuenili adhuc ætate vidua relicta fuerat, insectatur Tyrannũ. Ille aũt statim iubet suis ministris, vt eam ad se adducãt cum honore & reuerentia, & ei efficiant commodũ aditũ. Illa verò etsi hoc modo adduceretur, ægrè ferebat tñ se ab aliarũ mulierũ abesse martyrio. Tertio autẽ die post iussionem, cum honore ad Regẽ adducitur cum filiabus. Ille verò placidè eã intuẽs, & eam ab initio incipiẽs allicere: Fama, inquit, annũciat te esse modestam, ornatã & prudentem: quin ẽt ipse vultus & adspectus fert ijs, quæ dicuntur, testimonium. Præterea aũt vulgò fertur te quoquè esse genere claram, & abundare diuitijs, & tibi non deesse splendorem. Nè ergò quomodò stultæ, quas ego perdidi, sustineas ipsa quoquè Deum dicere eũ, qui fuit crucifixus: fuit aũt homo vorax, & vini potator, amicusq́; publicanorũ & peccatorũ, & nec patrijs fuit contentus legibus: sed tuę nobilitati faciens cõuenientia, renuncia quidem Nazareno: & velis nobiscum sentire, & simul cum Regina versari in regia. Sic.n. viues deincèps liberiùs, & liberata a malis, q̃ oriuntur ea viduitate, magis poteris alijs opem ferre. Venit.n. ad nos fama, ipsę aũt res quoquè testantùr, ꝙ cùm & magnas habeas diuitias, & plurimas facultates acceperis a maioribus, & sint multi, qui tibi seruiant, pudori tamen & virtuti oĩbus postpositis, in nullius alterius viri ne in conspectũ quidem venisti, nisi eius, qui fuit tibi legitimo coniunctus matrimonio. Nè nunc ergò, nè nunc (hoc ego tibi consulo) pulchritudinem tuam, & iuuentutem, & filiarum virginitatem lictorũ manibus tradideris, quæ magis contumelia afficiunt, q̃ puniũt: sed desistens Crucifixo gloriam tribuere, & nostris cedens legibus, & tibi & liberis prospice, quę sunt vtilia.

Matth. 11

Cap. 13. *Christiana matrona præclarum respõsum.*

Beata autem illa appositè & eruditè respondens: Cùm eum, inquit, ò Rex, quẽ oporteret honorare, vt qui tibi dederit potentiam, & hanc purpuram, & hoc diadema, immò verò ipsam quoquè essentiam, & vitam, tanq̃ Dei filius & Deus, ingrato animo cõtemptũ audaci lingua iniuria afficias, non timens nè fulmen deiectum te comburat, & me honorare velis, vestrũ ego honorẽ summam duco ignominiam. Cessa gladiũ in teipsum impellere. Absit autẽ, vt ego a tali lauder lingua, quę se armauit contra Deũ. Neque eò procedã amentiæ, vt verser cum ijs, qui Deo sunt adeò inimici, & in peccatorũ habitẽ tabernaculis. Cùm Rex hęc audijsset, ira corde accensus, adspexit ad eos, q aderãt, & cùm dixisset: Quàm imprudenter ĩ nos se gerit hęc execrãda muliercula: iubet ei⁹ capiti auferri tegumẽtũ, & ei⁹ filiarũ: & sic eas nudo capite, & ꝓmissa coma, in castra duci p ignominiã.

Afficitur ignominia cum filiabus.

Cap. 14. *Egregia eius fortitudo.*

Egrediẽs ergò generosa mulier, cùm vidisset magnam fęminarum multitudinẽ flentem & eiulantẽ, quòd talis nobilitas afficeretur contumelia, illa eas seuerè & magnificè intuens: Scio, inquit, ò amicæ, ꝙ propter nos dolorem accipitis, partim quidem fortasse propter naturæ cognitionem, partim autẽ quòd prodigosa ac pudenda videar cum filiabus. Sed nè doleatis. Nos enim non ideò negauerimus effectorem cęli & terrę, neque quę sunt ad tẽpus, æternis prætulerimus. Nam mihi quidem a maioribus

per successionem pietas & uera religio: & à Christo denominari, & eum osse Deum, tradita mihi fuerût in hæreditatem. Non mihi autem soli, sed uniuersæ
Viduitas est præferenda matrimonio. quoquè meæ cognationi. Propter quem ego amplexa côtinentiam, uiduitatem prætuli matrimonio: & ea facultatibus, quas habebam, plurimum distribui pauperibus. Sunt uerò adhuc mihi magnę diuitię in auro & argento, & magna multitudo seruorum: multę autem possessiones & greges. Verùm licèt tot bona mihi suppetant, nolui tamen, ut multę alię mulieres solêt, ad alium maritum intueri, etiamsi cum multis casibus & calamitatibus, quæ viduis euenire consueuerunt, sępè sim colluctata: quod quidem vel solum sufficit ad mollem adhuc & tenerum animum incitandum ad secundas nuptias. Et fortassè nullus meam damnasset iuuentutem, quæ ipsum ad hoc habebat patronum diuinum Apostolum. Sed hęc omnia paruifaciens, in hoc solùm animum intendo, vt
1. Tim. 5
cum Christo sim vnà cum sanctis, quę præcesserunt, mulieribus & martyribus. Ego autem vobis iam secundò appareo. Nam priùs in matrimonio sponsi, qui erat ad tempus: nunc uerò in nuptijs immortalis & alieni ab interitu, ad quem festino, & cui immaculatam conseruaui continêtiam, me uidetis. Filias quoquè ipsi studeo despondere, vt quæ earum hucus què integram ad hoc uirginitatem conseruarim.

Hinc mihi plenus est animus uoluptate, & bona spe. Rogo uos igitur, vt mihi potiùs côgratulemini, neque tam abiecto animo lamentemini, & mihi trâsmutetis festum in tristitiam. Porrò autem uobis quoquè côsuluerim, vt vos vndiquè muniatis, & magnâ adhibeatis cautionem, nè uobis non aduertentibus, auferat fidei thesaurum, qui est callidus suffurandi artifex, & maximum uobis hoc damnum afferat, qđ pertingit vsque ad ipsam animam. Iam uerò quęcun que hic estis mulieres gentiles, & Hebrææ, (multæ enim, ut video, hic adestis ad spectaculum) vos quoq, depositis, Gentiles quidem, longis fabulis & nugis, & diis, qui sunt solo nomine: Hebrææ autem, vmbra tandem & figuris & ęnigmatibus, discite ueritatem, & accedentes ad Verbum & Deum, qui est vnus Trinitatis, per eius cultum illuminemini, & diuini baptismatis regenerationem, neque sic simul pereatis in uestris impietatibus.

Hortatur mulieres oēs amplectī fidem Christi.

Cap. 15. Cùm martyr hęc & alia plura diceret mulieribus, quidam ex ijs, qui cum Rege sentiebât, illi hæc renûciârunt, & quòd peruerteret multitudinem. Rex itaque, ea rursus accersita, simulans mansuetudinem: Magna, inquit, vsum sum in te patientia, hoc consulto & non incôsideratè faciens propter benignitatē, vt fracta lachrymis, quæ propter te funduntur, & ꝓpter filias, nobis pâreas. Illa autem: Quis me, inquit, ò Rea, si tibi paruerim, liberarit ab igne, qui non potest extingui? Sic dixit, & cęlum statim intuens: Absit, inquit, ò Rex immortalis, vt te necē, qui es solus vnigenitus Dei filius, & credam viro, qui te habuit contemptui, & nos decepit periurio. Non ferens itaque Hebræus libertatem loquendi generosæ fœminę, sed deposita scena, & ablata fictione, toruęque eam furiosè intuens: Audacissima, inquit, mulier, ego tibi iam carnes discerpam ac dilacerabo, & intestina contrectabo: & si quid ea ijs fuerit reliquum, id apponam deuorandum canibus. Videbo autem, quisnā

Ecce puella admirandū zelum. te sit è meis manibus erepturus, etiamsi maximè expectas fore, ut det tibi auxilium Nazarenus. Tunc exe crandi Tyranni uerba non ferens prima filiarū martyris, annum iam agens duodecimum, Tyranni oculos conspuauit. Qui autem circunsistebant, non zelum, & id, quod iure fuerat factum, laudantes, sed tempori seruientes, ipsam & sororem ense mox côr ficiunt, & cùm ex defluente sanguine manibus planè feri homines accepissent, eum matri offerunt. Rex

Cadauer cum sorore. enim ita iusserat. Illa verò (ò fortem & generosum animum) & lubenter eum gustat, &, cùm ad cælum sustulisset oculos: Tibi, inquit, Domine Christe, hoe meū offero sacrificium, & tibi martyres exhibeo castas virgines, quæ egressę sunt ea vtero meo: cū quibus me quoquè connumeratam introduc in tuū thalamum, &, vt dicit diuinus Dauid, ostende matrem propter filios lætantem. *Psal. 113.*

Cap. 16. Rex autem grauissimo ęgritudinis animi stimulo sauciatus, vt qui omnem spem planè abiecisset, in eam fert sententiam, cùm hæc dixisset ijs, qui simul erant: Eius quidem & filiarū mirati sumus pulchritudinem, (verum enim fatebor) multo autem magis victus sum ab earum temperantia & moderatione. Ideò mihi venit in mentem admirari, ad quātam amentiam processerunt Christiani, ut colât hominem, qui morte periit violenta, & suā ei permittant salutē, qui fuit planus & præstigiator, & se Deū temerè appellauit. *Item eadem mater.* *Planus, impostor.*

Cap. 17. Sequenti autem die cùm in loco excelso consedisset, vocauit Aretham cum socijs, qui erant numero trecēti & quadraginta. Qui cùm adstitissent, magnū intuēs Aretham, qui affabilis, & moderatus, & moribus maximā ostendebat virtutem: Cur tanta es, inqt, audacia, ò caput execrandum, ut in nostram quidē insurgas potentiam, toti autem ciuitati, & tantæ ꝑsuadeas regioni, vt te solum colant tanquàm tyrannum, & verbis tuis vtantur tāquàm legibus: nostrarum verò legum & uerborum nullā ducant rationē, & execrandum hominē Deum appellēt, qui eùm sibi auxilio esse non potuerit, vos eum vobis adhibuistis adiutorem: & nec tuum patrem es imitatus, qui ante te imperauit Nagræ: ijsautē, qui nos præcesserunt, Regibus fuit obediētissimus? Sed nisi mutatus, & ad te rediens, hanc vanam repuleris opinionē, non te profunda senectus, nec simulatus hic habitus iuuabunt: sed tu & omnes tui, eadem patiemini, quę viri & feminæ priùs interfecti: quos quātùm iuuerit Mariæ & fabri filius, oēs sciunt. Senex autem stans cogitabundus, & apertè ostendens se ægrè ferre superbiam verborum Regis, cùm se sustinuisset, & collegisset spiritum, & ex imo suspirasset: Nō es, inquit, ò Rea, causa eorū, quę dicūtur aut fiunt: sed nostri ciues, qui meā contempserunt sententiā, quę tibi non permittebat ingredi ciuitatem: contra aut, aduersùs te depugnare incitabat, & cum suis tā multis millibus manus côferere, ut cū Madianitis olim Gedeon cum paucis, &, Christo, qui nunquā te contemnitur, uires addente & confirmante, te expugnare, & demetere, & omninò delere, virum impium & fędifragum & immemorem pactorū conuentorū, quibus te ciuitatem & nos seruaturū pollicebaris. *Veratur S. Aretha ad fœdifragum Regem.* *Indic. 7.*

Cap. 18. Quidam autem ea ijs, qui cum Rege considebāt, volens ingeniosè sancti verba reprehendere, & tempori valdè seruiens: Sed nō, inquit, sic vos docet lex Moysi, contumelia afficere Christū Domini. Dicit enim: Principi populi tui non maledices. Porrò autem ipsa quoquè scripta vestra uobis iubent Regem honorare, seu sit bonus, seu secùs. Cui sanctus: Tu autem, inquit, fortassè non audisti, qđ ab Achab dictū est Elię, cùm dixit eum euertere Israel. Cui ille sic respondit: Non ego euerto, sed tu, & domus patris tui: non vsque ad Achab solùm sistens côtumeliam, sed eos ēt côprœhendens, qui erāt in ea domo. Quomodò ergò se quispiam in Deū piè gerens, & regem arguēs, quòd se inīquè gerat, vnquàm offenderit ac violauerit legem, qui non est veritus os in cælū ponere, & creatorem appetere maledictis? Sed, vt video, *Exo. 22.* *1. Pet. 2.* *3. Reg. 18*

deo, eius patientiam & tolerantiam contemnitis, & nos facere similia procuratis. Tu aũt Rex, cùm sis natura tam iniustus, & malè facere paratissimus, & nec sanctus in ijs, quę ad Deum pertinent, nec in homines benignus, putas fore, vt illum lateas oculũ, quẽ nihil latet? Atqui Regem esse oportet veracem, & benignum, vt verbis attrahat beneuolentiam eorum, qui sunt in sua ditione: rerum autem fine & euentu fidem facere veritatis, & q̃ se diuinè gerat, gloriam habere: quales ego vidi in India & Aethiopia, & ante te in Homeritide: quos vera dicentes, & se benignè gerentes in subiectos, nõ, ut tu Rex, peierantes, sed alia promissa implentes, quasi ut Deũ honorabat populus. Et Deus quidem eorum, quæ à te fiunt, odio habens improbitatem, te, qui in eum fuisti impius & infidelis, mox deponet ab imperio, idq́ue tradet viro fideli & bono: roborabit autem & extollet genus Christianorum, magnamq́; suam efficiet Ecclesiam, quam tu igne consumpsisti, & humi deiecisti. Ego aũt sum beatus, non ob id præsertim, quòd in hac vita in bona fui existimatione: sed quia in profunda senectute (iam enim ago nonagesimumquintum annum, videns filios filiorum, & filias filiarum) subeo martyrium, & tam magnam & populo tam frequentem ciuitatem, & totam regionis ipsius gentem Deo offero: quę etiam mei perpetuam conseruabunt memoriam, summas illi agentes gratias.

Rex qualis esse debeat.

Prophetia S. Aretha.

Aetas et

Cap. 19. *Oratio ad socios.*

Ad populum autem conuersus, & ad commartyres, (erat enim non solùm visu iucundissimus, sed ẽt in contionibus ad populum facũdissimus) sic dixit: Viri ciues, & amici, & cognati, & quicunque ꝓpter consuetudinem & rerum communionem ad nos attinetis, quæ patriæ quidẽ & nobis ciuibus euenerũt, cùm non priùs cõsiderauerimus, neq; scrutati fuerimus id, quod erat futurum, sed fallaci homini, & q. nos fraude studebat capere, crediderimus, ipsa nouimus experientia, vt qui cum iis, qui foris erant, molestiarum fuerimus participes. Quę uerò in Deũ, linguam mouens locutus est hic superbus, ipsis auribus audiuistis. Quòd aũt ad Christi Dei prouocet negationem, testantur quidem eorum, qui præcesserunt, plurimæ & omne genus cædes: testantur autem hęc quoquè vincula, quæ pro pietate nobis sunt imposita. Et fuisset quidem sapientium, non esse timidos, & vitæ nimis cupidos, neque huic callido & improbo veteratori credere, fidẽ adhibentes iusiurãdo, quod est propositum malorum artificium: sed bellum aduersus ipsum suscipere, &, Deo pugnam nobiscum capessente, ulcisci huoc impium. Cùm aũt res nostrę ad eam adductæ sunt necessitatem, u uel Tyranno parentes, & nos impiè gerentes, uitam agamus miserã: vel non parentes, & pietatem exercẽtes, beatum finem adipiscamur, studeamus immortalem gloriam consequi per martyrium. Nec me existimet aliquis, tanquam iam senem, & plenum dierum, finem cupere, & ideò alios ad mortem incitare: sed consideret vnusquisque vestrum, mortem esse commune debitum & iuueni, & seni, & esse ineuitabilem corporis dissolutionem. Itaq; non expectetur finis cõmunis, & qui sua sponte uenit: sed studeat quilibet, vt sit q̃ fieri poterit gloriosus & beatus. Quinam aũt diceret quisquam martyrio gloriosius, aut quæstuosius, aut piis hominibus beatius? Ego enim, si fieri posset, propter Christum mori sæpè & ipse eligerẽ, & aliis consulerem: sicque esset & maior gloria, & lucrum longè copiosius. Sed cùm boc haberi non possit à natura, quod, vel inuitis nobis, illa ex se facit, præripiamus cum gloria: & id tanquam propriũ constituentes, astutè fallamus necessitatẽ. Nullus nostrum, o fratres, sit adeò vitę cupidus, & adeò pusilli & abiecti animi, ut pro breui & misera vita perdat æternitatem, &, quę nunquàm soluitur, beatitudinẽ. Communi omniũ inimico à nobis haud detur pars aliqua, nè cùm vnũ fuerit suffuratus, glorietur peruersus, tanquàm qui omnes ceperit. Sed qui est quidem talis, procùl sit à choro martyrum, neque sit falsò nominis particeps. Si quis enim te, Christe & uerbum Dei, negauerit huius vitæ desiderio, ab ipsa excidat, & dehiscens eum terra deuoret. Si quis autem ea mea cognatione, aut familiaritate, desiderio bonorum præsentiũ, te relicto creatore, sequatur hunc Regem interitui obnoxium & impium: nè ei detur, ò Rex Christe, hic frui iis, quæ videntur iucunda & delectabilia, & tradatur ijs, quæ sunt illic, tormẽtis.

Sapiẽtiũ ẽ aduersariis non facilè credere.

Mors cõmune debitum & iuueni & seni.

Cap. 20. *Mirè cõfirmãtur eius verbis socii martyres*

Hæc dixit, & statim uniuersa multitudo calidas effundens lachrymas: Esto bono animo, exclamauit: Nemo enim te deseret. Nam tui, ut uides, desiderio omnes vel ante te mori properamus, & præripere hunc beatum finem & desiderabilem. Ille autem ad hæc: Ego, ait omnibus, ego uos omnes præcedam, & ero uobis in Deo certus uiæ dux. Vt uos mihi primas conceditis in omnibus, itá uos mihi concedite, ut primus ad Christum accedam. Verumenimuerò hoc quoquè uobis vltimum do mandatum: Siquis meorum filiorum, aut eorum, qui genere ad me attinent, relictus fuerit, permanens in hoc puro cultu Christianorum, sit hęres mearum facultatum. Porrò autem tres illas ex iis, quę mihi restant, possessiones pulcherrimas uolo attribui Catholicę Ecclesię, quę est ædificanda: quas etiam iam consecro. Hęc cùm dixisset, & populo benedixisset, &, Sit tibi gloria, o Domine, propter omnia, subiunxisset, conuersus dicit Regi: Laudo te, o Rex, quòd usus sis patientia, & non confuderis, aut interruperis meam orationem, ut mos fuit olim Regibus. Quoniam ergò nosti nostrum scopum & institutum, nempe quòd fieri non potest, ut, Christi cultu relicto, nos tibi assentiamur, fac quod superest, tẽpus non terens diutiùs.

Tres possessiones donat Ecclesia.

Cap. 21.

Cùm sciret ergò Rex eorum mentem esse immutabilem, nec fieri posse, ut eos ad suam traducat sententiam, iussit eos duci ad quendam torrentem, qui vocatur Odias, & ipsis illic amputari capita. Ad quẽ cùm uenissent, & se prompto & alacri animo ad preces conuertissent: Domine Domine, dixerunt, virtus nostrę salutis, obumbrasti super caput nostrum in die belli. Nunc quoquè deduc nos in uitam ęternã: quoniam nihil ex omnibus nobis pluris fuit, quàm tui dilectio, non patria, non genus, non diuitię: sed omnia propter te prodidimus, etiam ipsam vitam, & tanquàm occisionis oues sumus reputati. Et nunc te supplices rogamus: fiat ultio sanguinis seruorum tuorum, qui fuit effusus. Extolle manus tuas super istorum superbiã. Suscipe ac defende eorum filios, qui pro te moriẽtur. Corrobora ciuitatem, quę gloriatur tuo precioso sanguine & Cruce, & perpessionibus. Vides, quemadmodùm eam tui affecerunt inimici: attonderunt eius ornamentum: profanarunt sanctuarium tuum: templum sanctum tuum exusserunt: quod tibi placeat, ut rursùs extollatur & roboretur, dando sceptra Regibus Christianis, eosq́; magnos & amplos reddendo in tuo nomine. Qui autẽ in honore nostrum habebunt martyrium, da eis uitã circa ullã offensionem, bonorum copiam, & ueniã peccatorum. Nos uerò, quę tuũ aduẽtum dileximus, in ęterna suscipe tabernacula, & annumera inter eos, qui tibi ab ęterno placuerunt. Hæc cùm dixisset, se inuicem sunt amplexi. Prius aũt diuinus Arethas ceruice inclinata, ictum gladii lætanter excipit, & ita ei caput amputatur. Porrò aũt reliquus quoq; chorus, iucunda & quæ solui nõ poterat, sodalitas, eàm

Psal. 139.

Psal. 43. *Psal. 78.* *Oratio et sub morẽ*

S. Arethas decollatur cũ sociis 340.

quam

quam maxima poterant celeritate, se venerãdo vn a tinent illius sanguine, tanquam vnguento aliquo precioso, consequenter ad mortem contẽderunt, quam gladio properè acceperunt, sibi inuicem tempus propemodùm inuidẽtes, vt potè quòd quid ma ius ad honorem tribueretur ei, qui priùs erat mortuus, prę illo, qui deindè sequebatur.

Cap. 22. Quędam aũt mulier habens puerum prætercurrẽtem, non plùs quam quinq; annos natum, cùm videret ea, quæ fiebant, & ad similem accensa esset ęmulationem, citissimè accurrens, cùm ipsa quoquè accepisset sanguinem, se illo vnxit & filium. Deindè ipsum Regem ludificabatur, eum vocans Tyrannum; & quam maxima poterat voce dicens: Erit Hebræorum Regi, sicut Pharaoni. Illius verò satellites, ijs, quę dicebantur, auditis, comprehensam statim mulierem ducunt ad ipsum Regem, & maledicta, quibus illum acerbè appetebat, renunciant cum magna accessione. Ille aũt, cùm nec ei fecisset dicendi potestatem, & nec eam quidem interrogasset, eam condemnat, vt igne moreretur. Statim ergò fuit congesta materia, & ignis ei subiectus: & flamma se in altum sustulit, sulfure & pice & farmentis nutrita. Deindè fuit etiam alligata mulier: & eam lictorum manus complectebantur, vt cùm fuisset eis onus portatu facile, sic in mediam flãmam recta coniiceretur. Puer autem, qui solus remanserat, dolebat, indignabatur, ægrè ferebat, non secùs àc recèns nati pulli, non ferens matris absentiam. Porrò autem in gyrũ uertens oculos, & amicissima lingua matrem requirens, videt Regem sedentem in excelso, & ad ipsum accurrit, oculos habens plenos lachrymis. Deindè se prouoluit ad illius pedes, pro matre rogans vt poterat. Ille aũt eo accepto, & genibus imposito, (erat enim puer scitus & elegans, & qui, vt puer, suauiter balbutiebat) rogabat eum quo mallet uersari, & quẽ magìs diligeret. Ille aũt matrem, dicebat, matrem: & eam deflebat assiduè. Propter eam.n. inquit, veni, & rogo, o Rex, eam solui, vt me quoquè simul assumat ad martyriũ. Illa.n. me sępè ad hoc hortata est.

Christiana mulier flammis exuritur

Cap. 23. Attendens autem Rex verba pueri: Qui est autẽ hoc, inquit, quod dicis martyrium? O, quę etiam infantes sapientes reddit, tuam Domine gratiam. Pro Christo, inquit, mori, & rursùs viuere. Sed quis est hic Christus, rursùs dicit Rex. Puer autem: Veni huc, inquit, ad Ecclesiam, & eum tibi ostendam. Interim autem cùm matrem adspexisset, flens dixit: Sine, sine me venire ad matrem. Video enim eam trahi, & malè affici a lictoribus. Rex autem: Cur huc, dixit, venisti, matre relicta? Sed sis hic nobiscum, & dabo tibi quoslibet fructus pulcherrimos. Hoc ille quidem dicit, tanquàm cum simplici puero, atque adeò puero se loqui existimans. Ille uerò longè supra ætatem prudentia præditus, planè renuebat, dicens: Nõ hic manebo: matrem desidero. Nam arbitratus te esse Christianum, veni pro ea rogaturus. Cùm Iudæũ autem inuenerim, tecum nec uolo quidem uersari, neque sustineo a te omninò aliquid accipere: hoc autem solum mihi concede, o Rex, ut ad matrem reuertar. Regem stupore affecit pueri sapientia. Quidam aũt ex iis, qui circunsistebant, excogitantes aliquid sapientius, censebant, ut infans abduceretur ad Reginam, sic ætatem conãtes allicere. Nam cum Rege quidem consuetudinem existimabant esse puero insolitam, ut virilem & asperiorem: quòd si audierit Reginam & mulierem, prompto & alacri animo eã secuturum, vt qui adhuc apud matrem blandè educaretur, & molliori delectaretur consuetudine. Verum pueri rursùs intelligentia superauit illorũ calliditatem. Et nec eis quidem omninò ad hæc dabat

Nota uerba pueri quinquennis.

Regem stupore afficit pueri sapientia, martyriũ desiderantis.

responsum: sed uehementer solùm vocabat matrẽ, & in eam cum animo toto defigebat oculos.

Cùm eam autem uidisset iniici in ignem, uehemẽ tiùs inflammatus visceribus, audet statim puer aliqd fortius: & cum stetisset ad genua tyranni Dunaan, se inclinans, acriter ipsum Regem mordet in femore. Ille aũt simulatque sensisset morsum, & fuisset conturbatus, eum repentè abiicit, & eum tradit cuidam ex Senatu, vt ab illo aleretur maximè Iudaicè, & abiuraret Christianismum. Et ille quidem abibat, accepto puero, admirans ea, quæ facta fuerant, & simul ẽt narrans aliis. Interim autem puer, eo insciente, cursu contendit ad matrem, & insilit in mediam fornacem, matremq; ut ei videbatur, complexus, & pulcherrimum bustum seipsum ei tradens, sit cũ ipsa heres coronæ martyrii. Cùm hæc sic fierent, patientiũ Christianorum moti misericordia ij, qui erant circa Regem & ipse Senatus, rogabant vt cęteros relaxaret, & non penitùs perderet tam magnam ciuitatem, & populo tam frequentem, & quæ quotannis magna pendebat vectigalia. Postquàm autem hac in re annuit dura illa anima, & Pharaonitica, crudelitatẽque vicit auaritia, quid facit? Cùm huius ciuitatis, & totius regionis iuuenes tam masculos, quàm fœminas redegisset in seruitutem, quorum erant multa millia, & alios quidem ipse retinuisset, alios aũt tradidisset quibus voluit, reuersus est in regiam, libera ciuitate effecta serua, quę dedicata erat soli Trinitati, quam ipse Christus redemit proprio sanguine, & quæ ei obtulit tãtam martyrum multitudinem, eorum victorias & certamina præclarè prædicans orbi terræ.

Cap. 24.

Puer quidem cũ matre spontè moritur.

Et hæc quidem itá se habebant. Reuertente autẽ Hebræo, apparuit ignis aliquot diebus, tota nocte implens aerem, qui ipsum Dunaan, & eius terrebat exercitum, & coniiciendam præbebat Dei iram aduersùs impios. Deindè ignis quoque desupèr, qui erat perfecta plaga, pluit in terram. Sed ne sic quidẽ potuit corrigi sceleratus, neq; flecti sub potenti manu Dei. Tanto autem furore erat accensus aduersùs Christianos, ut etiam ad Regem Persarum miserit legationem, & rogauerit, ut ipse quoque faceret similia, & omnes, qui in sua ditione inueniebantur, Christianos perderet funditus: si uellet, inquiens, solem habere propitium, & eius patrem: sicut ille nugabatur esse Deum Hebræorum. Scripsit ẽt ad Alamũndarum Ducem Sarracenorũ, qui erant sub Persis, promittens se ei etiam daturum pecunias, si moueat persecutionem aduersùs Christianos, qui sunt ei subiecti. Sed ille quidem erat adeò infestus Christianis, & sic faciebat: Iustitia antẽ nequaquàm cessauit implere suas partes in iis, quæ sic fiebant. Iustinus enim cùm sic ei visum esset, hortatus est Alamũndarum, ut fœdera pacis iniret cum Sarracenis Romanorum vectigalibus: & missus est Abraamius vir pius & presbyter, q hac fungeretur legatione. Aderant autem illic quoque à Rege Persarum, cùm alii quidam, tum Isacius quoq; presbyter, qui præerat Christianis Orthodoxis, qui in Perside erant. Aderat autem Silas quoque Episcopus Nestorianorũ, cũ quibusdã aliis, partim quidẽ pro Hebræo fungens legatione, partim verò uolens conuenire Orthodoxos, & disputare aduersùs recta dogmata.

Cap. 25.

Vltio cælestis sese Iucipit declararem tyrannũ.

Monet alios principes aduersus Christianos Dunaan Rex.

Cap. 26. Cùm autem coram dictis Legatis legeretur literæ Regis Homeritarum, & Silas assentiretur scopo eius qui scripserat, & diceret Christum solùm esse hominẽ, & non Deum. Quomodò enim, inquiens, qui nascitur ex muliere, & cõponitur ex eo, qui est in ipsa, sanguine, & inuoluitur fasciis, & paulatim accipit incrementum, deindè etiam laborat, & sitit, & tandem

dèm in crucem agitur, & moritur, Deus esse dicitur,
vt citra rationem Abraamio videtur & Isacio? Hęc
cùm sic dicerẽtur, ii viri pii non ferẽtes diutiùs Deũ
affici cõtumelia, scissis suis vestibus, eos vocabant hę
reticos, & magno animo eos expellebant ab Eccle-
sia catholica, Nestoriũ eorũ magistrũ damnantes, vt
qui tales seminasset zizanias. Deindè ẽt fusiùs perse-
quebantur ea, quę pertinebãt ad diuinã carnis susce
ptæ dispensatione: ipsiq; orthodoxa diuinorũ Apo-
stolorũ & patrum sequentes dogmata, Deum perfe-
ctum, & hominẽ perfectum cõfitebantur Christũ,
in una hypostasi duas naturas cõiungentes citra con
fusionẽ. Atque cùm sic quidem Silas à scopo excidis
set, ioanibus (vt dicitur) manibus est reuersus, & sic
vana spe est delusus: Abraamius aũt ipse quoque fœ
dere inito cum Alamùndaro, salutatoque Isaacio in
Persidem reuertente, rediit & ipse, atque omnia ex-
posuit Iustino Imperatori, & prælertim quæ à Rege
Homeritarũ facta & scripta sunt cõtra Christianos.

Nestoriani eiciuntur ab Ecclesia.

Cap. 27.

Ille autẽ sine mora scripsit ad Asterium Alexãdrię
Episcopum, vt incitaret Regem Aethiopum ad mo-
uendum arma aduersùs Homeritas. Eadem quoquè
ipsi Regi Aethiopum per literas nũciauit, eumque
docuit, quẽadmodùm deleuisset Hebræus oẽs Chri-
stianos, qui erant in sua potestate: & quẽadmodùm
Nagran ciuitatem populo frequentissimã, fecisset
inhabitabilem, omnibus puberibus partim quidem
interfectis, partim aũt redactis in seruitute: quodq;
Regẽ etiam Persarum, & Alamùndarũ idem ille inci
tasset, vt facerẽt similia. Postremùm adiecit, fore, ni-
si ipse exurgeret ad vltionem, ut Deus è uestigio ei
irasceretur. Et hæc quidem Imperator Iustinus. Ip-
se quoq; Patriarcha Alexandrinus posteaq̃ cum mo
nachis orthodoxis, qui erant in Nitria, & in Scete,
multas Deo fudit supplicationes, Regi illi ea signifi
cauit, quę pio videbantur Iustino. Non latebant au
tem nec priùs quidem Aethiopum Regem ea, quæ
facta fuerãt, sed tempore anni prohibente, (erat.n.
hyems) vel inuitus quieuit. Itaq; cùm validum col-
legisset exercitum tam ex suis, q̃ ex auxiliis vsque ad
centum & viginti millia, naues autẽ Indicas septua
ginta in ipsa hyeme construxisset, quinetiã ex nego
ciatoribus Persis & Aethiopibus, qui illuc uenerant
mercaturæ gratia, naues alias collegisset ad sexagin
ta: cumq; eas, quæ ex ipsis collapsæ fuerant, instauras
set, & omnia parasset, ueris initio mouit exercitũ,
armisque & equis, & alio apparatu properabat, ut
prælio confligeret cum inimicis. Et per continentẽ
quidem ab inferiori parte Aethiopiæ, misit quinde
cim millia Aethiopum ad Homeritidis partes magis
Occidentales, ut ipse quidem per mare cũ nauibus, il
li autem per terram irruentes, hostes in medium
coercerent.

Nagran urbem frequentissimam miserè perdit impius tyrãnus.

Elesbaan Rex colligit exercitum contra infideles.

Cap. 28.

Cæterùm illi quidẽ cùm multos dies iter fecissẽt
per loca arida & transitu difficilia, oẽs interierunt,
ut qui nec peruenire ad Homeritam, nec ad regionẽ
suã potuerint redire. Rex aũt cùm iã esset nauigatu
rus, uenit ad templũ, ad cuius fores regia veste, aliis
que insigniis imperii depositis, ingressus quidẽ est
in priuato habitu: stãs aũt ex aduerso aræ, cum Deũ
multùm orasset, & facta ab ipso in Aegypto miracu-
la atq; in ipsa solitudine pro Hebræis, in memoriã
reuocasset: Illi, dicebat, fuerunt ingrati in te benefa
ctorem, neq; illi solùm, sed ii etiam, qui ex eis nati
sunt. Tu enim scis, Dñe, quàm te malè gesserint in
tua ciuitate, ut qui populũ illum per dolum circuo-
uenerint, & cõsilium inierint aduersùs sanctos tuos,
& in eos, qui restant, adhuc mala machinẽtur. Quòd
si nostra peccata id merẽtur, sed nè tu nos tradas il-
lorũ manibus: quod aũt ipse volueris, hoc excepto,
nobis impone suppliciũ, ne fortè dicãt, Vbinàm est
ipsorum Christus, propter quem gloriãtor, & Crux
eius? Hæc cùm precatus fuisset cũ lachrymis, egredi
tur è tẽplo, & è ciuitate, & ad quendã monachũ, qui
propter virtutis operationẽ dignus erat habitus, ut
prçuideret futura, & in angusta turricula iã quadra
ginta quinque annos fuerat inclusus, pedes venit in
eodẽ habitu, de ꝑlio sciscitaturus. Attulit aũt cum-
pusita quoq; thymiamata, in q̃bus ẽt aurũ latenter
immiscuerat. Quæ cùm tradidisset seni, quærebat ꝑ-
ces, & significationem eorum, quę erant euentura.
Ille autem, dolo depræhenso, cùm quisnam esset, o-
ptimè nosset: Sit tecum, inquit, Deus, qui etiam tecũ
regnat. Verumenimuerò abi, munitus martyrum sa-
crificio, quod Deus est odoratus, & precibus Pontifi
cis Alexandriæ, & lachrymis Iustini.

Exercitus regis Aethiopum perit.

Rex Aethiopum cõsulit de belli euentu sanctũ quendam monachũ

Cap. 29.

Hæc cùm audisset Elesbaan, & eum non tentasset
ampliùs, benedictione accepta, abiit lętus. Et cùm
iussisset exercitui, nè ferrent viaticũ plusquàm uigin
ti dierũ, nauigauit. Sed neq; negligens fuit Rex Ho-
meritarũ. nã ipse quoquè & suis, & auxiliaribus col-
lectis copiis, præsidiũ tenebat in terra & in mari. Ve
rùm cùm ille exercitũ, qui erat in terra, ab afflictio-
ne & malorum perpessione audiit periisse, non am-
plius timens hostẽ a continenti, in sola maris versa-
batur custodia. Itaq; considerans angustissimum es-
se fretũ, quod est inter Aethiopes & Homeritas, ne-
que superare latitudinẽ duorũ stadiorũ, & alioqui
habere ẽt saxa, multis in locis latentia, cùm grauem
ferreã construxisset catenã, & quæ posset ferre vim
ventorum & undarum, & eã vtrinquè in terra alli-
gasset ipse Dunaan, vt existimabat, Elesbaan prohibe
bat aditum, ubi quidem erant latentes petræ, plum-
bum circulis catenę appendens, & ferrũ faciens re-
quiescere, ubi autem erat profundum, colligãs cum
lignis leuissimis, & subleuans catenã. Deindè etiam
ualidum inducens exercitum, uenit in eum locũ, in
quẽ expectabatur uenturus esse Rex Aethiopum.

Rex Dunaan sese praeparat ad resistẽdum aduersario.

Cap. 30.

Ille aũt cùm uẽto usus esset secũdo, accessit ad lo
cũ speculandũ, & ꝑmisit decẽ naues: quę cùm dolũ
nescirent, ex improuiso ingressę sunt in angustissi-
mũ fretum. Quo in loco ẽt Deus facit miracula, par
uę esse ostendens potentię humanam inuẽtionem,
vbi ipse adiuuare & opem ferre uoluerit. Magnus.n.
quidã fluctus incuruatus, cùm veluti refluxum quẽ-
dam fecisset aquę, portans vnũ ex nauigiis, posuit su
per catenam, adeò ut videretur nauis esse cuidam ru
pi innixa. Deindè exorta quædã procella cùm mare
repentè conturbasset, extollit fluctus montibus pa-
res magnitudine: & undarum alię quidẽ amouebãt
ligna catenę alligata, aliæ autem tollentes naues in
altũ, transmiserunt oẽs supra catenam. Illa autem &
à venti vehementia & à fluctibus, qui in eam irrom-
pebãt, disrupta, præbuit cęteris nauibus inoffensum
aditũ aduersùs Homeritã. Decem igitur prædictæ
appulerũt litori, quod aberat ducẽta stadia, ubi Rex
erat cũ exercitu. Reliquæ aũt naues uento retroa-
ctę, nihil poterant efficere. Emissis itaq; triginta mil
libus cataphractorum equitũ, Dunaan impediebat
eorum, qui erãt in decem nauibus, exitũ in terram.
Viginti aũt ex dispersis nauibus, ubi erat ipse Eles-
baan, haud multò pòst illuc ipsę ẽt appulerunt. Ter-
tio verò die reliquę quoquè apparentes naues, appu
lerunt & ipsæ longè inferiùs. Opinatus aũt Dunaan
inter plures esse Regẽ, maiore accepto exercitu il-
luc venit, parua relicta custodia, ubi erat re vera Eles
baan. Cùm aũt tereretur tempus, nec è nauibus edu-
cerentur acies, defecerat quidem aqua & cibus iis,
qui erant in nauibus: equitibus aũt Hebræis Sol erat
molestus, totoq; die eos vehementer impetebat.

Deus non sine miraculo adiuuat Regẽ Aethiopũ.

Cęterùm

Cap. 31. Ceterùm equitibus suis Dunaan magna machinatus est tabernacula, eorumq; vmbra depulit æstum, qui afferebat molestiã. Porrò autem misit etiã quendam ex suis cognatis cum viginti millibus equitum ad speculandam partẽ illam, in qua erat Elesbaan. Quidam autem ex Eunuchis Regis arbitratus eũ exire ad se exercendum, acceptis quinq; aureis lanceolis, cum eo est egressus. Cum is aũt Elesbaan copias inuenisset uigilãtes, quarũ pars iam è nauibus egressa, locum in litore occuparat, accepto Eunucho, & tribus ex suis, abiit procùl ad venationem. Quidam aũt ex Elesbaan exercitu oppressi fame, equos noctũ conscenderant, ut hostes effugerent. Qui cùm in eos incidissent, alios quidem occiderunt, Regis aũt cognatum capientes, & aureas lanceas portãtes, ad naues redierunt. Eas aũt cum accepisset Rex pius, statim Deo dedicauit. Ipse aũt reliquo armato exercitu immisso in breuiores naues, egressus est ad hostes, qui erant in litore, & pugna terra mariq; commissa, Hebrços, qui terga dederant, iure belli oẽs occidit, adeò ut ne vnus quidẽ sit relictus rei gestę nũcius. Cùm aũt haberet cognatum Regis, qui ei ostẽdebat viam, quæ ducit ad ciuitatẽ Phare, in qua erat regia Dunaan, ad illam ascẽdit. Qua potitus, vt qui incustoditã offendisset ciuitatem, capit oẽs diuitias, quæ erant in regia, & ipsam etiam Reginam.

Exercit⁹ impij Dunaani interficitur.

Cap. 32. Verùm cùm captam vrbem, & regiam occupatã, atq; suos bello captos audiisset Dunaan, timens nè aliqui ea cognatis deficerent ad Elesbaan, mente ei à Deo ablata, cùm aurea catena se & illos alligasset, sedebat nullam rerũ curam gerens. Qui aũt in pluribus nauibus erãt Aethiopes, cùm nihil audiuissent de suo Rege Elesbaan, aut de ijs, quæ gesserat, & laborarent inopia rerum necessariarum, essentque animo dubii & perplexi, conuersi sunt ad Deo supplicandum. Et cùm magnas quidem naues inter se alligassent, & super oblonga ligna uela deindè vinxissent, & veluti quandam ciuitatem in mari essent fabricati: extrinsecùs ãt breuiores naues, quæ quoddam murorum imitabantur propugnaculum, ordinassent, oẽs simul congregati, cum lachrymis Deo longam obtulerunt supplicationem. Deindè cùm sacra gustassent mysteria, & se armassent, descenderunt in naues breuiores: & stantes ea obliquo, nè acciperent aliquod damnũ à telis hostiũ, eas ipsi maiores post se trahentes impulerunt ad terrã, donèc appulsa eorum latera fixa fuerunt in litore, adeò ut naues essent ipsis pro muro. Hostes verò irruentes cum lanceis, confringebant latera breuiorum nauium, & magna molestia afficiebant Aethiopes Qui cum lachrymis rursùs Domini inuocabant auxiliũ. Ipse aũt eos exaudiit: & statim vox quædam fuit de cælo exaudita, q̃ dicebat: Gabriel, Gabriel, Gabriel: & quidam ex illis, qui naues impellebant, virgam ferens ferream, q̃ supernè quidem habebat Crucẽ, inferiùs autem lanceam, cùm enatasset, & vnius equi caudam appræhendisset, in eius latus figit lanceam adeò, ut inde turbatus equus deiecerit hostem, & alii equites timore affecti, ceciderint in terram.

Aethiopes auxilium Dei implorãt, atq; exaudiuntur.

Cap. 33. Confidentes itaq; Aethiopes cùm descendissent è nauibus, & manus cõseruissent cum hostibus, eos fuderũt, & omnes interfecerunt, & regiũ ingressi tabernaculum, inueniunt aurea catena uinctum cum iis, qui genere ad ipsum attinebant, Dunaan Regẽ Hebrçum. Cùm aũt intellexissent suum quoq; Regẽ præstantissimum, & omni ex parte optimum Elesbaan illic occupasse regiã, properè ad eum accesserunt, & omnia, q̃ gesta fuerant, exposuerunt. Ille aũt præsidio relicto in ciuitate, maxima abiit celeritate. Et cùm inuenisset Dunaan aurea illa uinctũ catena, ipsum interfecit & cognatos, Deũ laudans, & insultans Christi hostibus, pœnam dantibus audaciã suorum facinorũ, quæ admiserant in Christũ, & Christi Crucẽ. Lætabitur.n. iustus (inquit magnus Dauid) cùm viderit vindictam. Et ideò qui ex eis fuerũt vulnerati, nõ fuerũt vulnerati gladio, (vt dicit diuinus Esaias) neq; mortui eorũ, mortui bello. Est enim res fortis & dura, ira Dei, (ipse me rursùs docet,) ut grãdo, quæ deorsùm fertur, non habens tegumentum: vt aquæ magnæ multitudo, quæ trahit regionem.

Dunaan impius à rege Aethiopum interficit. *Psal. 57.* *Esa. 22.* *Esa. 28.*

Cap. 34. Reuersus ergò Elesbaan ad ciuitatem Phare, oẽs interemit, qui erant in regia, & cùm uellet ecclesiã in ea ædificare, fuit ipse primus opifex ædificii. Significauit aũt omnia, quæ gesta fuerant, Põtifici Alexandriæ, & per illũ Iustino Imperatori. Patriarcha aũt Alexandrię, ordinatũ Epm misit ad Homeritas. Qui cùm illis consecrasset templũ, quod fuerat ædificatũ, baptizat quidem oẽs, qui erant in ciuitatibus & pagis Homeritarum, in nomine sanctæ Trinitatis. Ex eis autem ordinat Diaconos & presbyteros: & ecclesiis, quę erãt in regione, reddit statum suũ solitũ.

Apud Homeritas instaurat Christianismus.

Cap. 35. Diuinissimus aũt Rex ipse Elesbaan simul cũ eo venit Nagrã martyrũ ciuitatẽ: & cùm illic extruxisset ecclesiã, & quinq; possessiones regias ei attribuisset, & deindè ẽt ex martyris Arethæ possessionibus tres addidisset, ut ille mãdauerat in fine martyrii, & collegisset oẽs, q̃ fuerant redacti in seruitutẽ, & aliàs dispersi in tpe persecutionis, & Arethæ martyris filiũ Ducẽ gentis cõstituisset, & curã gessisset loci, in quo iacebãt ibi cõsummatæ martyrum reliquiæ, & ius asyli illic constituisset, vadit iterùm in regiam. Vbi cùm Homeritis Abramium quendam virum pium, & Christi nomine gloriantem elegisset Regem, & sanctissimo Episcopo ad decem millia Christianorũ Aethiopum tradidisset, lætus redit in suam regiam cum præda & spoliis innumerabilibus, dans etiam exercitui non paruam pecuniæ portionem.

S. Arethæ martyris filiũ Ducẽ constituit.

Cap. 36. Deo autẽ agens gratias pro tanta uictoria & gratia, uolensque seipsum dignum reddere maioribus, cùm diadema quidem regium misisset Hierosolymam, ipse inductus cilicio, & noctũ egressus è regia & ipsa ciuitate, ascendit in unũ montem ad monasterium uirorũ, qui exercebant. Et cùm se in exigua clausisset domuncula, & uouisset illinc non egredi toto tpe uitæ, regulam suscepit monasticã, ea iis, quę suot mundi, nihil possidens præter solam stoream, & poculum ad aquam bibendam, & pauco pane & aqua uiuẽs, & oleribus viridibus, si quis afferret, cùm nullum ex mundanis vidisset tota vita, nõ ad aliquid aliud mentem habens erectam, nisi ad soli Deo vacandum. Deniq: cum diù sic se diuinè exercuisset, sic etiam è vita excedit: In Christo Iesu Domino nostro: Quem decet omnis gloria, honos & veneratio, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Optimus rex Aethiopũ monasticam vitam cõplectitur sanè ardenter.

Felix obitus eius.

VITA SANCTI ENOCH ABBATIS, authore S.Gregorio Turonen. Episcopo, Lib. De uitis Patrum, Cap. 15.

24. Octob.



VANITAS vanitatum, dicit Ecclesiastes, & omnia uanitas. Verum est ergò, quòd omnia, quæ geruntur in mundo, sunt vani.as. Vndè fit, ut sancti Dei, quos nullus libidinũ æstus exussit, nullus concupiscentię exagitauit stimulus, quos nullum luxuriæ cœnum nec ipsa, ut ita dicam, cogitatione tentauit, astu tentatoris elati, visi sint sibi esse iustissimi, & ab hoc iactãtiæ cothurnosæ perflati supercilio, sæpiùs corruerunt.

Eccle. 1.

Valdè cauenda superbia pus. rint. Factumque est ità, ut quos non valuit maiorũ criminum gladius trucidare, leuis vanitatis fumus addictos facilè pessundaret: sicut & ipse ille, de quo nunc nobis sermo futurus est, cùm multis virtutibus floruisset penè in illo arrogantiæ barathro obrutus occubuisset, si eum non exhortatio fratrum fideliũ attenta recuperasset.

Patria S. Senoch. Fit clericus. Igitur beatus Senoch Pictaui pagi, quem Theiphaliam vocant, oriundus fuit, & conuersus ad Dominum, clericusq; factus, monasteriũ sibi instituit. Reperit enim intra territorii Turonici terminum parietes antiquos, quos eruderans à ruinis, habitationes dignas aptauit, reperitque ibi oratorium, in quo ferebatur celebrem nostrum orasse Martinum: quod diligenti cura compositum, erecto altari, loculoque in eo ad recipiendas sanctorum reliquias præparato, ad benedicendum inuitat Episcopum. Affuit tunc Euphronius beatus Episcopus, qui consecrato altari, eum Diaconatus honore donauit. *Ordinat Diacon'.* Celebratis igitur Missis, cùm capsulam reliquiarum in loculo cuperent collocare, extitit capsa prolixior, nec recipi in loculum poterat. Tunc prostratus Diaconus cum ipso Sacerdote pronus ad orationem, lachrymas precibus mixtas effudit, obtinuitque petita. Mirum dictu: ità loculus diuinitùs amplificatus, capsulaque constricta est, ut in eum spatiosi, sine nõ sine admiratione reciperetur.

Magna eius abstinentia. In hoc loco collectis tribus monachis, Domino assiduè seruiebat, & in primis arcto vitæ tramite incedebat, exiguos cibos, & tenues potiones sumens. Diebus autem Quadragesimæ sanctæ addebatur augmentum abstinentiæ, ciborum diminutione. Nam esus illi panis tantùm hordeaceus erat, & aqua, de vtrisque elementis libras singulas per dies singulos sumens. Rigorem verò hyemis sine vllo pedum tegmine pari contentus erat, manibus ac pedibus, simul & collo ferrea catena reuinctus. Dehinc à fratrum contemplatione semotus, solitaria se reclusit in cellula, orans assiduè, atq; in vigiliis & orationibus die noctuque sine ambiguitate perdurans. *Liberalitas eius in pauperes.* Conferebat autem deuotio fidelium plerũque pecuniam, quam non in abditis loculis, sed in pauperũ marsupiis condebat, illud Dominici eloquii oraculum sæpè commemorans: *Mat. 6.* Nolite thesaurizare uobis thesaurum super terram: quia ubi fuerit thesaurus tuus, illic erit & cor tuum. Dabat enim hic, quæ accipiebat, pro dei intuitu in diuersis necessitatibus indigentium. Vndè factum est, ut in vita sua de his ampliùs, quàm ducentos, à nexu seruitutis, debitiq; onere subleuarit.

Cùm autem nos in Turonicum venissemus, egressus est de cellula, venitque ad inquirendos nos: salutatisque ac deosculatis, regressus est iterùm. Erat n. (ut diximus) valdè abstinens, sanans infirmorum lãguores. Sed ut de abstinentia sanctitas, ità de sanctitate vanitas cępit obrepere. *Arrogantia viro sancto imponit.* Nam egressus de cellula, iactantia cothurnosa ad requirendos visitandosque parentes, in pagum Pictauẽsem, cuius supra me minimus, abiit. Regressusque tumidus arrogantia, sibi soli placere nitebatur. Sed obiurgatus a nobis, & accepta ratione, quòd superbi lõgè fiant à regno Dei, ità se purgatum iactantia, humilem reddidit, vt nulla in eo penitus radix superbiæ remaneret, adeò ut profiteretur, dicens: Vera nunc esse cognoui, quæ beatus Apostolus sacri oris contestatur eloquio, dicens: *1. Cor. 1.* Qui gloriatur, in Domino glorietur.

Sed cùm per eum Dominus super infirmos multas faceret uirtutes, & ille ità se dixisset includere velle, ut nunquàm humanis adspectibus appareret, consilium suasimus, ut non se perpetuò in hac conclusione constringeret, nisi in illis duntaxat diebus, qui inter depositionem sancti Martini, ac Dominici natalis solennitatem habentur: vel in illis similiter quadraginta, quos ante Paschalia festa in summa duci abstinentia patrum sanxit authoritas: reliquis verò diebus, infirmorum gratia, populis se præberet. *Nota hic antiquitatem Quadragesimæ.* Audito aũt consilio nostro, libenter quæ dicta sunt accepit, impleuitq; sine ambiguitate. Denique quia de conuersatione eius pauca prolocuti sumus, ad virtutes, quas per illum medicabilis diuinæ potẽtiæ dextera operari dignata est, accedamus.

Cæcos sanat. Cæcus quidam, Popusitos nomine, ad eum venit, (erat autem tunc beatus Senoch iam Presbyter ordinatus) qui dum aliquid alimenti postulat, tactis à sancti Sacerdotis manu oculis, ut signum salutare meruit, protinùs visum recepit. Alius quoquè Pictauensis puer, huiusmodi morbo laborans, audita confessoris huius opera, pro luminis perditi receptione precatur. Non moratur ille, sed inuocato Christi nomine, Crucem oculis cæci imponit, statimq; defluẽte riuo sanguinis, lux intrauit, ac post viginti annorum curricula, orbatæ frontĩ geminorum siderum iubar inclaruit. *Itèm duos cõtractos.* Duo pueri membris omnibus debiles, & in modum sphęræ in rotunditate contracti, eius conspectibus sunt delati, quibus impositis manibus, redintegratis artubus, vnius horæ momento vtrunque reddidit absolutum. Geminauitque deindè geminæ virtutis beneficium. Puer cum puella coram eo contractis manibus adstiterunt, (erat autem tunc medium Paschalis festum solennitatis) cumq; pro suę directionis medela Dei famulo supplicarẽt, & ille pro ea, quæ ad ecclesiam conuenerat, populi frequentia hæc agenda differret, indignum se clamitãs, per quẽ Deus infirmis præbere beneficia dignaretur, supplicantibus cunctis, manus eorum suis suscepit in manibus: quibus attrectatis, directisque digitis, sanos abscedere iubet. Benata quoque (hoc. n. erat nomẽ mulieris) oculos deferens clausos, tactu salutaris dexteræ bñdicta, illuminata discessit.

Virus serpentum pellit. Sed nec illud occuli æquum puto, q̃ sępiùs eius oratio virus serpentium exinanire obtinuit. Duo enim tumidi morsu hydri, eius pedibus prosternuntur, deprecantes ut virus, quod mala bestia artubus moribundis iniecit, sua virtute discuteret. At ille orationem fudit ad Dominum, dicens: Domine Iesu Christe, qui in principio cuncta mundi elementa creasti, & serpentem illum humanis dignitatibus ęmulum, sub maledicto esse sanxisti, tu depelle ab his famulis tuis uenenũ huius malum, ut non angues de his, sed hi de angue valeant triumphare. *Gen. 3.* Hæc autem cùm dixisset, palpauit omnem compagem corporis eorum, statimque compresso tumore, uirus mortiferum nocendi perdidit vires.

Dies Dominicæ resurrectionis aduenerat, & homo quidam dum ad ecclesiam pergeret, uidit pecorum multitudinem, suam segetem depascentem: ingemuitque, & ait: Vę mihi, quia annalis mei laboris opera ità deperit, ut nihil prorsùs ex ea remaneat. Et accepta securi, amputatis ramis, aditum sepis claudere cępit, confestimque contracta manus inuita retinuit, quod voluntariè comprahendit. Dolore verò instigante, ad sanctum confessorem męstus accessit, trahens post se ramum, quem manu constrinxerat, narrauitque omnia, sicut gesta erant. *Oleo benedicto manum læsã sanat.* Tunc ille oleo benedictione sanctificato, manum manu stringens, abstracto ramo, sanitati restituit. Sed & deinceps multos a serpentium morsu, & pustulæ malignæ ueneno, signo Crucis locato desupèr, reddidit sospitati. Nonnullis aũt obsessis dæmonis sæui liuore ut manus imposuit, extemplò fugatis dæmonibus, mentem eorum energia turbatã,

ad integritatem intelligentiæ reparauit. Omnibus verò, quoscunque per eum a diuersis infirmitatibus dextera diuina saluauit, si inopes fuissent, ipse cibū vestitumque dispensatione hilari porrigebat. Tantaque ei cura de egenotibus fuit, vt etiam pontes s. p alueos amnium diligenter instrueret, ne quis inundantibus aquis naufragia sæua lugeret.

His ergo virtutibus clarus in populis declaratus, cùm esset annorum circiter quadraginta, modica pulsatus febre, per triduum lectulo decubuit. Nūciatumque est mihi, cùm transitus esset propinquus. At ego velociùs illuc properans, ad lectulum eius accessi, sed nihil ab eo collocutionis elicere potui: erat enim valdè fessus. Dehinc interposito quasi unius horæ spatio, spiritum exhalauit. Congregata est autem ad eius exequias multitudo illa redemptorū, quos supra diximus ab eo vel à iugo seruitutis, vel à diuersis debitis absolutos, quosque vel alebat cibo, vel vestitu tegebat. Plangebant enim, dicentes: Cui nos, Pater sanctæ, relinquis? Post hęc sepulturæ locatus, sæpiùs se manifestis virtutibus declarauit. Nam trigesimo ab eius obitu die, eum ad eius tumulum Missa celebraretur, Chaidulphus quidam contractus, dum stipem postulat, ad eius sepulturam accedit: qui dum pallam soppositam oculis veneratur, dissolutis membrorum ligaturis, directus est. Multa autem ibi gesta comperi, de quibus hæc tantùm memoriæ habenda notaui.

Obitus eius.

Miracula post mortem.

SANCTORVM CHRYSANTHI & Dariæ historia, scripta à Varino & & Armenio. Habetur in Metaphraste: consentiuntque antiqui MS. codices Latini.

15. Octo. iuxta breuiarū Romanum. Cap. 1.



AD ędificationem, vtilitatemque nostram Deo placuit, ut martyrum, qui superioribus temporibus extiterunt, certamina literarum monumentis consignarentur, non vt mortalium laudibus eos satiaret, quos conuiuio dignos fecit sempiterno: sed vt eorum exemplo nos commoneret, vt huiusce vitæ voluptates asperaremur, & gloriæ perpetuæ gratia breues miserias æquo aio perferremus. Omnis enim corporis dolor, si leuis est, facilè perferri potest: sin grauis, celerem finem habet. Quamobrèm negligendus est & alacriter subeūdus, ut mors æterna vitetur. Quòd si dolores isti, qui cùm hodiè sint, crás non erunt: cum hodiè nascantur, crás extinguentur: itá molesti sunt, quanto illi acerbiores putandi, quibus nullus propositur finis? Quis, quòd exempla non desunt eorum, qui conualescendi causa se, suaque medicis dedūt, seq; & secari & uri permittunt, & pocula sumunt amarissima, mortisq; metu nec amaritudinem sentiunt, nec ignem reformidant, nec ferrum recusant? Quòd si fallacis & incertæ istius vitæ studiosi, quò mortem differant, & ferri & ignis molestias sustinent, & amara hauriunt medicamenta: quanto alacriùs acerbitates illæ sunt perferendæ, quæ nos exiguum ad tēpus cruciant & premunt, vt in perpetuum extollamur? quæ amara nobis tormenta adhibēt, ut sempiterna dulcedine perfruamur: quæ breue præbent incendium, ut perpetuum refrigerium assequamur? Hæc Dei martyres considerantes, ut de hostibus victoriam reportarēt, omnia acerbitatum tormentorumque genera perpulerunt. Sperabant enim, se, breui uita gloriaque contempta, ęternam illam assecuturos: & victuros perpetuum ignem, si tēporarium hunc pertulissent. Huius nos itèm vt rę gloriæ cupidi, mundum mundique cupiditates contemnamus: & quæ a sanctis gesta sunt, minimè obscura hæc celebremus: imprimisque sanctorum martyrum Chrysanthi & Dariæ historiam non minus illis, qui crediturū suot, quam nobis, qui credimus, profuturam, pura mente conscribamus.

Dolores temporarii fortiter perferēdi.

Martyribus quid addiderit animum.

Vir quidam Alexandrinus, in ciuitate sua illustris ac princeps, ordinisque Senatorii, nomine Polemius, Romam cum filio suo Chrysantho concessit. Qui à Senatu Romano amicè susceptus, maximisque honoribus ab Imperatore Numeriano auctus, sellā in Senatu Romanorum obtinuit. Hic filium vnicū Chrysanthum, quem disciplinis omnibus imbuendum curauerat, Philosophorū studio tradidit. Erat autem adolescens ingeniosus, & ad discendum aptissimus. Quantæ autem prudentiæ fuerit, res ipsa indicabit. Cùm enim omne scriptorum genus diligenter conquireret, incidit in libros Euangelii s. Quibus accuratè perlectis, sic ipse secum: Tandiù te decuit, Chrysanthe, tenebrarum libros euoluere, quoad veritatis lumen inuenires. Non est autem sapientis, nec prudentis, ut à lumine rursùm ad tenebras reuertaris. Perderes enim labores, quos suscepisti, si laborum fructum abiiceres. Est autem laborum fructus, qui à Deo quęrentibus datur. Sic enim præcipit Deus, quemadmodùm legisti: Quærite, & inuenietis. Quamobrèm si quod quęsisti, atque inuenisti, reliqueris, amentibus ac stultis eris hominibus similis. Studiosè igitur complectere, quod toto est animo complectendum. Omnia, quæ grauia molestaque sunt, desere. Magnam iacturam facies, nisi id, quod tot laboribus peruestigasti, innotumgenerosè retinueris. Aurum inuenisti, inuenisti argentum, inuenisti lapides preciosos. Idcircò quęsisti, ut reperires: & ideò reperisti, ut possideres. Caue sinas à te ipso diripi, quod inuenisti. Vtere, fruere primitiis laborum tuorum, & vide, nè, si eas reieceris, frustrà conquisiuisse, atque expetisse uideare.

Cap. 2. Polemius pater S. Chrysanthi.

Chrysanthus cognoscit se non tū Dei.

Luc. 11.

Hæc cùm secum ipse locutus esset, quæritabat, ecquis esset diuinarum scripturarum magister: & quēadmodùm eloquentes ac literatos homines audierat, sic optabat magistros idoctos & piscatores inuenire. Legerat enim Apostolum dicentem: Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi inquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Nā quia non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Hæc ille cum quotidiè cogitaret, & Christi serius conquireret, eidam occurrit, qui dicebat, se nosse uirum quendam Christianum, nomine Carpophorum, diuinarum scripturarum peritissimum: qui propter impiam persecutionem, in montibus in speluca quadam habitaret, qui sanè locus perquàm paucis notus esset. His auditis, Chrysanthus ualde gauisus est: & narranti genua cōplexus, cum lachrymis supplicabat, ut locum sibi, in quo vir ille Dei moraretur, indicaret. Dei aūt prouidentia factum est, ut qui cum fide quærebat, ad eius notitiā mereretur peruenire. Cùm igitur sanctum Carpophorum presbyterum conuenisset, paucis mensibus omnes diuinas scripturas didicit, & in fide confirmatus, perfectus euasit in Christo, adeò ut septimo post susceptum baptismum die, Iesum Christum filium Dei publicè prædicaret. Quę cùm propinqui eius, quidam homines clari & potētes audiuissent, patrem ipsius conuenerunt, & reprehenderunt, dicentes: Tibi crimini dabitur, & recidet in caput tuū, quòd

Cap. 3.

1. Cor. 1. Cur Deus stultā fecit sapientiā huius mundi.

A Carpophoro presbytero discit sacras literas, et baptizat.

quòd filius tuus audet cõtra deos loqui. Dicit enim quendam Iesum Christum esse verum Deum. Quod quidem si peruenerit ad aures Imperatoris, nec tibi parcetur, nec nobis. Quis enim ausit hæc dicere, nisi qui legibus Imperatorũ impudẽter aduersetur?

Cap. 4. *Truditur ĩ carcerẽ.*

Iratus igitur Polemius pater, eum in obscuro fœdoque carcere includendum curauit, & paucissimo cibo vesperi tantùm nutriendum. At Dei vir Chrysanthus eam rem pro exercitatione, non pro supplicio, accepit. Idque vulgatum & omnibus notũ fuit. Quidam igitur patri eius hoc consilium dedit: Si filium, inquiens, cupis ab hoc proposito dimouere, cura potiùs, vt in deliciis & voluptatibus versetur: eique pulcherrimam aliquam ac prudentem puellam vxorem adiunge: ut dum se maritum esse intellexerit, Christianum esse obliuiscatur. Nam istas tenebras atque cruciatus, quibus tu illum affligis, Christiani laudi potiùs sibi, quàm supplicio, ducunt esse.

Magna satana fra[?].

Hoc audito, Polemius triclinium veste serica ornari, & eò filium è tenebroso carcere preciosis vestimentis indutum duci iubet, è numeroque suarum ancillarum formosissimas deligit, ornatasque atq; eleganter cumptas, cum filio concludit, procurans vt in omnibus ciborum versetur deliciis, minitansque virginibus, nisi Chrysanthum à Christianæ religionis studio ad uoluptates pellexerint. Degebat igitur inter puellarum lusus vir Dei: sed in proposito ità perstabat, vt & ciborum delicias contemneret, & virginum, tanquàm aspidum, contactus euitaret.

Ingens Chrysanthi fortitudo.

Humi cubabat, assiduè precationibus incumbebat, puellarum blanditias, tanquàm sagittas, fidei clypeo repellebat, & ad Deum clamabat: Surge, inquiens,

Psal. 34. Domine in auxilium meum: Dic animæ meæ, salus tua ego sum. Quis enim bellum hoc, quod diabolus excitauit, sustinere queat, nisi præstò adsit victrix dextera tua? Errat, qui se putat posse virtute propria libidinem superare, & castitatem seruare, nisi miseri cordiæ tuæ imbre, carnis extinguantur incendia.

Nemo cõtinens nisi Dei dono.

Non poterit animus ad aulas tuas appropinquare, nisi te ducem præbueris. Voluptas enim est improba quædam fera, in vitæ nemore latitans, ut animas deuoret. Cuius si quis morsus effugerit, is tibi Deo saluatori debet ex animo gratias agere. Tuum est enim, nos ab eiusmodi periculis liberare.

Cap. 5. *Gene. 39* *Gen. 36.* *Ibidem.*

Sic & beatus seruus tuus Ioseph, meretricis, tanquàm immanis feræ, manus effugit auxilio tuo. Quẽ cùm pater Iacob deploraret: Improba, dicebat, fera deuorauit filium meum: neq; vllam volebat admittere consolationem. Verè enim nihil eum celabas. Sed tamen cùm dicerent filii eius: Vide, utrùm sit hæc tunica filii tui: non indicasti ei, sed rẽ abscondisti, vt paternis lachrymis subuenires. Vxor enim Phutiphar, tanquàm fera crudelis, eum inuaserat, & vnguibus eum, quasi leæna quædam dilaniabat: &, quod grauissimum est, insidias tendebat, ut solus cum sola dormiret. Sed solus non erat, quoniam tua ope eum protegebas. Idcircò enim permisisti, vt eũ ex profundo corde lugeret pater, vt iusti precibus adolescentulus adiuuaret. Quid enim aliud erat fera, nisi libido, per quam ipse diabolus & fęmina eũ oppugnabant? Caro & sanguis adolescentiæ feruebat. Oculorum obtutus inuitabant. Accedebat hęrę potentia, & ad turpitudinem adhortatio. Ornatus muliebris, auro margaritisque distinctus, atque omni lapide precioso, oculorum aciem perstringebat. Aderat odorum suauitas, & blanditiæ, quæ lapsùs, mortisque occasionem suggerebant. His omnibus Ioseph, veluti innocentem agnum, inuaserat, & tanquàm lęęna detinebat. Sed eum ex ore ipsius manus tua, Domine, eripuit. Etenim cùm esset nunciatum

Grauis tẽtatio S. Ioseph.

Iacob, filium eius uiuere, respondit, magnum sibi esse, quòd filius viueret: mirum enim esse, quòd crudelem illam feram effugisset. Tu enim, Domine, eras cum illo, & omnia quę faciebat, ope tua in manibus eius prosperè succedebant. Nunc item ego te, Domine, supplex oro, ut mihi aduersùs istas feras opituleris, vt quemadmodùm serpentes dormiunt ad uocẽ incantantium, sic ipsæ, me precante, dormiãt, nè mihi libidinis bellum inferre queant. Quoniam agnosco te uerum Deum, qui homines in te credẽtes defendis, & inuictam illis virtutem elargiris. Hæc ille cùm dixisset, tam ingenti virgines somno sunt oppressæ, ut nisi ex triclinio exportarentur, excitari nõ possent. Foris igitur ceperunt cibum. Verùm, cùm in locum, ubi erat Chrysanthus, reuertissent, grauis eas rursùm somnus complexus est.

Gene. 45. *Gene. 39.* *Vide rẽ miram.*

Cap. 6.

Nunciatur hoc patri ab iis, quibus id erat curæ: q. filium cœpit, vt mortuum, deplorare. Quidam autem ex amicis eius: Magicam, inquit, artem didicit à Christianis, & aduersùs simpliciores puellas facilè illi procedũt incantationes. Quamobrèm eruditam aliquam & prudentem introducito, & eum in sententiam suam adducet, & alliciet ad uoluptatem. Vbinàm, inquit Polemius, puellam eiusmodi reperiemus, quæ id perficere ualeat? Est inter virgines Mineruæ una, respondit amicus eius, ornatissima, quæ vultu est admodùm venusto, ingenii acumine, & prudentia atque eloquentia singulari, & iam nubilis ętate. Anteuertamus igitur, & petamus eam, indicemusque illi, quomodò sese habeat adolescens, vt eum ab instituto remoueat, atque ipsi coniungatur. Perficiuntur hæc, atque ipsa Mineruę uirgo, Daria nomine, componitur: quæ ueste splendida, atq; ornatu precioso fulgens, ad Chrysanthum audacter ingreditur, blandisque sermonibus, & dulci atque ornata oratione conatur adolescentem à proposito remouere. Verùm Chrysanthus Dei præsidio munitus, diaboli iacula fidei scuto reiecit, & spiritumsanctum inuocans, sic eam est allocutus.

Per Dariam tentãtur insidiæ sancto Chrysantho.

Cap. 7.

Si temporariæ coniunctionis causa, ò virgo preclara, tam elegantem ornatum & tam dulcem orationis copiam adhibuisti, ut me hominem mortalẽ, alterius amore inflammatum, ab animi proposito abduceres, & mentem meam immutares: quãto magis debes operã dare, vt immortalis Regis filii Dei tibi amorem concilies? quod quidem si uolueris, nõ erit difficile. Nam si animam simul cum corpore, mũdam, & ab omni macula puram integramque seruaris: & cor tuum æquè, ac corpus, exornaris: & quẽadmodùm extrinsecùs splendens, sic mores tuos intrinsecùs composueris: Angeli fauebunt tibi: Apostoli & martyres erunt amici: & operam dabunt, ut ipse Christus sit sponsus tuus: qui thalamum tibi incorruptis lapidibus & margaritis construet in cælo, dabitque delicias in paradiso perpetuas, & iuuẽtutis florem largietur immortalem, inscribetque dotem in libro vitę sempiternæ. His Daria uerbis commota: Nulla me, inquit, amoris causa hoc modo ornatam huc adduxit, sed patris tui lachrymis impulsa ueni, ut te parenti restituerem, & ad deorum cultum reuocarem. Si aliqua, respondit Chrysanthus, tenes argumenta, quibus id mihi verè persuadeas, & consilium mutabo, & te diligenter audiam. Itaque pro communi vtilitate de his disseramus. Nihil, inquit Daria, magis utile aut necessarium est hominibus, quàm religionem colere, & cauere, nè, ea neglecta, maximum deorum numen ad iram concitemus. Quem, inquit Chrysanthus, o uirgo sapientissima, cultum diis exhibendum putas? Eum, inquit illa, per quem ipsi quoq; nostri custodes fiant. Quonam pa-

Chrysanthus commendat Dariæ Christũ omnium virginũ sponsum.

Colloquũtur inter se familiariter.

sto. Multi itèm adolescentes, spretis mundi delicijs, ac voluptatibus superatis, castitatemq; complexi, eidem Christo se consecrabant. Cæterùm in ciuitate seditio repentè orta est, publiceq; populus Celerinũ Prætorem adit. Clamant adolescentes, se desponsas sibi mulieres propter Dariam amisisse. Vociferãtur fœminæ, sibi Chrysanthum maritos eripuisse, atque ità suscipiendæ prolis spem adimi. Odiosa igitur crimina obijciebãtur: & magnus erat tumultus ac perturbatio. Itaque statìm eos Prætor corripi iubet, & nisi dijs immolent, varijs tormẽtis affici. Tum Chrysanthus Claudio Tribuno traditur. Claudius autem eum militibus tradit: Abducite eum, inquiens, ex vrbe ad templum Iouis: vbi si inuicto Herculi sacrificare recusauerit, varijs eum, donèc obtemperet, cruciatibus torquete. Tunc eum milites neruis madefactis vinciunt, vt illis arescentibus, & ad ossa vsq; penetrantibus, angeretur. Confestim igitur vinctus ità premebatur, vt neruorum tormentorum oculus videre non posset. Milites enim neruos miro artificio, nouisque rationibus conne&ebãt. Verùm cum vincientiũ manus quieuissent, dicto citius vincula sunt dissoluta. Quapropter milites indignati, eum in carcerem coniecerunt, & triplici cõpede strinxère: quæ quidem cùm ipsi adstarent, & illuderent, in puluerẽ redacta est. Tunc milites sublatum lotio conspergebant, dicentes: Maleficia tua nunc tibi non profunt. Sed fœtoris loco, odoris suauitatis est consecuta, nõ aliter, quàm si roseus liquor diffusus esset.

Chrysanthus & Daria accusantur apud Prætorem.

S. Chrysãthus durissimè ligatͤ.

Cap. 11. *Vide genus supplicij.*

Vitulo igitur excoriato, ipsum in eius pelle nudũ incluserunt, & in sole collocarunt. Verùm cutis eius nihil est læsa, nec vllum uir Dei sensit incommodum, quanuis totum diem in vehementi calore, ardentiq; sole permãsisset. Catenis igitur vinctũ obscuro in loco cõcluserunt. Sed ilicò fractæ sunt catenæ: & tanq̃ lampades accensæ forent, ibi splendor illuxit. Quamobrèm Claudio tribuno cũcta nũciatũt. Qui cùm ad carcerem accessisset, & splendorẽ adspiceret, iussit, vt Chrysanthus forás ad se veniret. Et, Quænã, inquit, est uis ista præstigiatõ. quibus hæc essicis? Oẽs ego magos, incãtatoresq; domui: nec vllam tantã magiæ potẽtiã inuẽni. Omnes à me victi sunt: omnis eorum malitia meæ cessit volũtati. Cæterùm cùm te videã virum præclarum & sapientem, non aliud abs te requiro, nisi ut audax deferas Christianorum institutum, quo tumultus atq; seditio in populo Romano excitatur, teque genere tuo dignum præbeas, & omnipotentibus diis debita facias sacrificia. Si in te, inquit Chrysanthus, inesset scintilla prudentiæ, facilè intelligeres, me non magica arte, sed Dei virtute, adiuuari. Verùm tu me ità adspicis, quẽadmodùm & deos tuos, quos iniquè colis. Nã si oculi tui rectè cernerent, cognosceres deos tuos vidẽdi vim non habere. Et si veritatẽ aures audirẽt tuæ, planè animaduerteres, eos vocem clamantiũ non audire. Si in animo tuo sensus aliquis esset intelligẽtiæ, perspiceres eos nihil intùs habere, præter puluerẽ & plumbũ. Tunc Claudius Tribunus eũ palis alligatũ, virgis cædi iussit. Allatæ igitur sunt virgæ, q̃ quidẽ in manibus militũ erant admodùm duræ, sed viri sancti corpori admotæ, instar papyri, molles factæ sunt. Quod quidẽ animaduertens Tribunus, eũ solui atq; erigi, vestimentisque indui imperauit. Et ad milites cõuersus: Ego, inquit, vt scitis, omnes magorũ & incantatorũ fraudes deprehendi: hic aũt nullum esse humanũ maleficiũ cõperio, sed diuinæ virtutis potentiã. Nã & neruorum vincula spontè dissoluta sunt, & compedes confractæ, & corij humiditas in solis ardore per totũ diẽ non exaruit: & locus carceris obscurissimus, luce illustratus est: & virgæ, q̃ in militum manibus erant asperrimæ, inter verberandũ, veluti papyrus, effectæ sunt molles. Quamobrèm cùm syncaeritas in re, & iustitia, & veritas appareat, quid reliquũ est, nisi vt nos omnes ad huius viri genua prostrati, veniam petamus eorum, quæ iniquè in illum patrauimus, precemurq;, vt nos huic Deo conciliet, qui eos, à quibus colitur, in omni bello victores facit? Etenim quẽadmodùm nos vicit, sic omnes principes nostros & Imperatores superabit.

Claudius Tribunus Dei virtutẽ magicæ asscribit arti.

Virgæ, quibus cædi iubetur, emollescũt.

Cap. 12. *Claudius tribunus cũ militibus suis credit in Christũ.*

His dictis, Claudius eum oĩbus militibus ad sancti Chrysanthi genua prócidit: Verè, inquiens, cognouimus, Deum tuum. Quamobrem oramus te, vt nos in eius cognitione instituas, eique quouis modo concilies. Si ad Dei cognitionem, inquit Chrysanthus, vultis peruenire, opùs est, vt rectè, non pedibꝰ, sed animo, progrediamini. Sic enim vnicuique nostrum propinquus est Deus, vt eum corde, fideque conquirimus. Cumque multis verbis eos instituisset, credidit Claudius tribunus, & Hilaria vxor ipsius, & duo filii Iason & Maurus, & omnes amici cũ tota familia. Crediderunt & milites cum omnibus domesticis suis: & vno omnes animo eodem die baptizati sunt, & in doctrina Chrysanthi permanebãt, eius de fide in Dominum nostrum Iesum Christum sermones libenter audientes: & omni cũ timore & reuerẽtia cupiebant pro Christi nomine pati. Cùm igitur omnes in Dominũ credidissent, res peruenit ad aures Numeriani Imperatoris, qui iussit Claudium tribunum, lapide collo eius alligato, in mediũ mare proijci, & de omnibus militibus haberi quæstionem, ut qui abnegare Christum recusarent, capite plecterentur. Cæterùm tantam Deus gratiã credentibus largitꝰ est, ut ambo Claudij filij, sine vlla q̃stione Christum confiterentur, & pro nomine eius libentissimè mortem appeterent. Quorum exemplum imitati reliqui, vno omnes animo eadem hora martyrij gloriam adepti sunt.

Baptizãtur oẽs.

Occidiťur cũ filijs et cum multis alijs Claudius tribunus.

Cap. 13.

Erat autem in eo loco, vbi interfecti sunt, vetus monumentum: in quo homines Christiani, cùm illud expurgassent, nocte omnia sanctorum martyrum corpora posuerunt, haud procùl ab vrbe, iuxta viam, quæ Mauri nuncupatur. Cùm autem frequẽtiùs eum in locum ingrederetur Hilaria Claudij uxor, à quibusdam comprehensa est. Quæ cùm abstraheretur: Sinite me, inquit, precationem meã absoluere, & veniam quocunquè volueritis. Cùm igitur genibus flexis, expansisque manibus, oculos in cælũ sustulisset: Domine, inquit, Iesu Christe, quem ex toto corde confiteor, nunc me filijs meis adiunge, quos ex uentre meo ad tuam religionem aduocasti. Hæc cùm dixisset, tacitæ precationi se dedit, atque inter precandum spiritum reddidit. Qui autem illã comprehenderant, repentinam ipsius mortem cõmiserati, duabus cum ipsa ancillis eius relictis, discesserunt. Illæ verò diligenter sepelierunt: & super ipsam paruum monumentum ædificarunt. Erat. n. locus ipsius: & quia prope ipsum Sancti positi fuerãt, ea eo tempore illic sibi domicilium constituerat.

Hilaria vxor eius reddit spiritum.

Cap. 14. *Chrysanthꝰ & Daria multa patiũtur.*

At Numerianus Imperator iussit Chrysanthum in carcere profundissimo custodiri, vt simul cũ Daria varijs cruciatibus afficeretur. Coniectus igitur in carcerẽ Tullianũ, profundissimũ ac teterrimũ, atque fœdissimum, nudus, & ferreis vinctus compedibus: Daria verò in lupanar detrusa. Quibus vario tormentorũ genere affectis, varia Domini gratia opitulatus est. Chrysantho. n. odoris suauitatẽ & lumen attulit: Dariæ verò leo, q̃ ẽ stadio fugerat, auxilio fuit. Domũ. n. vbi illa erat & supplex precabat, ingressus, sese in medio extẽdit. Qđ ciues cùm ignorarent, salacissimum quendã iuuenẽ ac flagitiosissi-

S. Daria ĩ lupanar detrusa, à leone cõseruatur.

mum miserũt. Sed cùm esset ingressus, insiliit in eũ leo, prostrauitq;, & pedibus cõculcãs, Christi virginem intentis oculis respiciebat, vt quid fieri vellet, imperaret. At, re cognita: Adiuro te, inquit sancta Daria, per filium Dei, vt permittas illi audire sermonem meum. Leo autem, ipso relicto, fores obseruabat, nè quispiam alius introiret.

Cap. 15.

Tunc Daria ad iuuenem: Eccè, inquit, leonis feritas Christi nomine audito, Deum colit: tu autem homo ratione præditus, tot in flagitiis sceleribusque verlaris infelix. Quorum enim pudere te oportebat, in iis te iactitas & gloriaris. At ille prostratus ad pedes eius, clamare cœpit: Iube, inquiens, me incolumem egredi, & ego omnibus prædicabo Christum, quem tu adoras, esse verum Deum, nec alium esse Deum præter ipsum. Iussit igitur Daria leoni, vt eũ exire fineret. Cumque leo ab ostio recessisset, egressus est: & per totam vrbem cursitabat magna voce: Cognoscite inquiens, omnes Romani, Dariam esse deam. Cùm autem audaces è stadio homines accessissent, ut leonẽ corriperent, diuina uirtute leo singulos humi deiecit, detinebatq; eos ad pedes S. Dariæ, nihil eis mali faciẽs. Dixit aũt illis S. Daria: Si ĩ Christum credideritis, poteritis incolumes abire: sin minus, dei vestri liberent vos. At illi unà omnes clamarunt, dicentes: Qui non credit Christum esse Deũ viuum & verũ, hinc nè discedat viuus. Et cùm hæc dixissent, discesserũt clamãtes: Credite populi Romanorum, non esse alium Deum, nisi Christum, quem Daria prędicat. Tum Celerinus Prætor iussit ignem ad fores domus, vbi Daria cum leone erat, accẽdi. Igne autem viso, timuit leo, rugituque cœpit signa doloris dare. At Daria: Nè timeas, inquit, neque.n. combureris, neque capieris unquàm, aut occidèris, sed naturali morte interibis. Metu igit̃ deposito, egredere, & abi in pace: quoniã is, quem in me honorasti, liberabit te. Ceruice igitur inclinata, discessit leo, & per mediam vrbem incedens, neminem lęsit. Qui autem ex ore eius erepti fuerant, baptismũ omnes susceperunt.

Peculãtissimus iuuenis mire conuertitur. Itèm alij multi.

Baptizãt per leonẽ conuersi. Cap. 16. for. Põtio*

Hęc omnia Imperatori Numeriano nunciata sũt, qui* Põto prætori iussit, ut Chrysanthum & Dariã, nisi diis immolarent, variis tormentis excruciatos morte acerbissima afficeret. Cùm igitur eos Prætor hortatus esset, vt immolarent, & multa vltrò citroque dicta essent, iussit Chrysanthum in armamentario suspendi. Sed confractum est lignum, & vincula dissoluta sunt, & faces extinctæ. Quicunque autẽ sanctam Dariam contingebant, manuum ipsorum nerui obstupebant, & magnis doloribus cruciabantur. Quod quidem Prætor intuitus timuit, & celeriter ad Imperatorem accurrens, quod factum erat, nunciauit. Qui hæc non virtuti diuinę, sed magicis artibus attribuens, iussit eos extra Vrbem abduci, & in via, quæ appellatur Salaria, effossa terra, viuos obrui. Illuc igitur sancti Chrysanthus & Daria perducti, cùm in foueam canentes & precantes descẽdissent, congesta terra atque lapidibus obruti sunt, & martyrio coronati, mortem simul ac sepulturam inuenerunt: & quemadmodùm in hac vita spiritu coniuges extiterant, sic vnanimes ex ea discesserũt, & à Deo suscepti sunt sacrificium viuens, & meritis affecti præmiis immortalitatis.

Chrysanth' & Daria terra & lapidibus obruũtur.

Cap. 17. Solennis dies martyrij eorũ.

Porrò cùm Dei gratia multæ virtutes & curationes eo in loco fierent, & solennis martyrii ipsorum dies ab incredibili virorũ & fęminarũ, & puerorum multitudine celebraretur in specu quodam propinquo, Numerianus, audita re, speluncæ os atq; aditũ obstrui iussit. Quod quidẽ celeriter factũ est. Cũque vndiquè terra demitteretur, oẽs diuinorũ mysteriorũ cõmunionẽ suscipiẽtes, martyrii coronã summo cũ gaudio perceperũt: inter quos erat p̃sbyter Diodorus, Marianus diaconus, & clerici, atq; alii quamplurimi fideles, quorũ nomina cõquirere superuacaneũ ducimus, cùm reperiri nequeãt. Hæc aũt omnia, vt gesta sunt, nos Varinus & Armenius fratres conscripsimus, iussu sanctissimi Papę Stephani, & in oẽs ciuitates misimus, vt cuncti intelligerent, sãctos martyres Chrysãthũ & Dariã, à Dño martyrii p̃miũ in cælesti regno percepisse: Cui gloria & imperiũ, nunc & sẽper, & in secula seculorum, Amen.

Multi martyres

MARTYRIVM SANCTORVM Marciani & Martyrii, notariorum, Authore Simeone Metaphraste. Habetur in tomis Aloysij.



ERSABATVR quidem iam quoquè priùs dogma Arrianum in ditione Romanorũ, & vastabat eius partes, nec sinebat vulgus orthodoxos purè tueri homousion. Sed nondùm id malũ tãta vtebatur libertate, nec habebat tã multos, q ei adhęrerẽt. Cùm autem iam venisset imperium ad Cõstantium filiũ Magni Constãtini, quẽ etiã ex rebus gestis Magnũ vocarũt, inuidiæ pater, & bonis ab initio inuidẽs inimicus, nõ valẽs persuadere Christianis, vt ea repellerẽt, quę erãt Christianorũ, p quosdã, q fuerãt indignè adepti dignitatẽ Sacerdotij, se Constãtio insinuãs, eũ totũ quantũ inducit ad Arrianismũ. Hinc illud impiũ dogma Arrianorũ, tanquã arma aliqua, impositũ potentiæ Imperatoris, dilatabatur & augebatur, & quantãcunque reginnẽ Romanorũ tenebat imperiũ, p vim cõtendebat ad suã adducere opinionẽ. * Id igitur, q homousij tenebãt opinionẽ, & q̃ sunt Christianorũ, exercebãt vt Christianos decet, afficiebãtur malis ĩnumerabilib⁹, maximè cùm Eusebius & Philippus (quorũ alter quidẽ ornatus fuerat honore Pręposti, Philippus autem erat Præfectus prætorio) fuissent Constantio fomes amoris Arrianorum. Isti & beatũ Paulũ expelli ab Ecclesia, & impiũ eius loco introduci Macedoniũ volebãt, & omnia faciebãt, à quibus quidẽ verbis, à quibus autẽ factis, à quorũ deniquè damno abstinẽtes aduersùs eos q tuentur homousion? Nã alios quidẽ effecerũt relinquere ciuitatẽ: alios autẽ damnarũt perpetuo, eoq; iniusto, exilio: Aliis verò procurarũt etiã à vita decessum. Hinc frontibus inscriptæ turpes notæ, tacitæ fidẽ significãtes Orthodoxã, & alia mala innumerabilia excogitata fuerũt aduersùs Christianos: etiãsi parua videbãtur piis omnia propter Christũ, & cũ spe futurorũ nõ conferẽda. Hinc serũdus quidẽ hic Paulus. q cognomẽ habuit à cõfessione, expelli ĩ a Sede põtificat⁹: Illotis aũt, vt dr̃, pedib⁹ sacra p̃fananẽ.

25. Oct. Arriana heresis.

Cõstãtius Imperator Arrianizat.

*Legendũ videtur *Obid.*

S. Paulus Cõstantinopolitan⁹ Episcop⁹ sede expellitur. Catholicorũ persecutio sub Cõstantio

Horũ ergò Cõstantij tẽporũ opus est & Marcian⁹ & Martyrius: quibus patria quidẽ est vrbs magna regia: educatio autẽ & eruditio, qualẽ vir pius habere optauerit. Mores, benignitas & moderatio, est accuratũ, quo illi cognoscuntur, indiciũ. Si autẽ oportet breuiter & verè dicere, id erãt ĩter cæteros virtute, qd̃ esse imperio cognoscebatr eorũ patria ĩter vrbes. Nã quomodo ipsa omnib⁹ aliis præsidet ciuitatibus, & eò q regia & sit, & nominet, primũ habet honorẽ: eodẽ modo hi quoq; ĩ oĩb⁹ bonis obtinebãt dñatũ: nec erat præclarum aliquid omninò, in quo non isti haberent primas. Apud diuinum ergò Paulum commorantes, cùm scribæ essent eorum, quæ ab illo fiebant, & populo diuinos libros legerent,

Marciani & Martyrij patria Constantinopolis.

virtus eximia.

tam

Zel⁹ fidei.

tam vehementem in Christum amorem alebant, vt nihil ducentes insaniam Imperatoris, vehementi impetu contenderent aduersùs Christi hostes, nec omninò tolerandum putarent Dei verbum eò deducere, vt censeatur res creata: sed esse quidem cū patre expertem principii, & eiusdem essentiæ ostenderent, Arrianorum autem profanas nouitates ad nihilum redigerent.

Impij Arriani nitūtur eos muneribus corrumpere.

Illorum ergò verbis, nō secùs àc telis, sauciati infelices, cùm nec possent eis resistere, nec eos sustinere in disputatione, non secùs àc ignem cinere, animo suo fraudem celantes, primum quidem blādia verborum illecebris eos aggrediuntur: deindè se etiam esse pecunias daturos stulti sunt polliciti illis, qui ęgrè ferebant, quòd non animę statim auferrētur propter Christum. Ii ergò non illecti blanditiis, non victi pecuniis, sed pietatis & recti dogmatis volentes esse accurati custodes, contendebant ad brauium supernæ vocationis, quod etiam solum ab eis desiderabatur, & quod omninò cupiebant assequi.

Damnātur capite ab Arrianis

Cùm ergò & minæ Arrianorum, & adulationes, & bonorum omnium promissiones nihil haberent virium, & esse viderent inexpugnabilem martyrum constantiam, eos condemnant morte, quam propter Christum desiderabant.

Psal. 32.

Psal. 43.

Cùm autem iam peruenissent ad locū cōsummationis, tempus petunt ad orationem. Quod cùm accepissent, oculos & manus simul tollunt in cęlum, & dicunt: Domine Deus, qui singulatim finxisti corda nostra, qui intelligis in omnia opera nostra, suscipe in pace animas tuorum famulorum. Quoniā propter te mortificamur & reputamur, tanquam oues occisionis: & gaudemus sic à vita præsenti discedere propter nomen tuum, & ad eam, quæ est apud te, pede alacri properamus. Has cùm preces fudissent ad Deum vniuersorum, &, Amen, subiunxissent, gladio plagam accipiunt: & Marcianus ac Martyrius finem accipiunt martyricum vigesimoquinto mensis Octobris. Preciosas autem eorum reliquias cùm sustulissent quidam Orthodoxi & fideles, & præclarè composuissent, in psalmis & hymnis ad mœnia ciuitatis honorificè deposuerunt in insigni tumulo: vbi etiam subierunt illā martyricam & beatam consummationē: Ad gloriam patris & filii sanctiq; spiritus, nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Cæduntur gladio.

DE IISDEM MARTYRIBVS, ex Sozomeni ecclesiasticæ historiæ. Lib. 4. Cap. 2.



O tempore quo Macedonius Episcopatu ecclesiæ Cōstantinopolitanæ abdicatus esset, malum in cædē prorupit. Nam cùm alii nonnulli, tum Martyrius & Marcianus obtruncati sunt, quos, vtpotè Pauli conuictores, à Macedonio ferunt Præfecto traditos esse: Et cùm accusarentur tanquam authores occisi Hermogenis, & seditionis contra eum conflatæ, fortiter mortē oppetiuisse. Quorum alter subdiaconus erat: alter, videlicet Marcianus, Cantor, & sanctarum scripturarum Lector. Horum quidem insigne sepulcrum est, pro męnibus Constantinopolis extructū, & velut monimentū martyrū, tēplo circundatū: quod tēplū ędificare cępit quidē Iohannes, Sisinius aūt absoluit, ipseq; qui duo posteà Ecclesiæ Constātinopolitanæ fuere Antistites. Nā indignū censuerunt, eos honore martyrii carere, quos Deus ipse honore affecerat; quādoquidē locus, ad quem abducti, securi percussi sūt, cùm antè inaccessus eēt, a spectris purgatus est, inq; eo homines dæmoniis agitati morbo liberat⁹, atq; multa alia pręterea miracula ad eorū sepulcrū edita. Sed de Martyrio & Marciano hęc hactenùs. Quòd si eadem cuiquam minimè credibilia videantur, nullius penè negocii erit, ab illis qui ea ipsa explorate cognita habēt, accuratiùs pdiscere, etenim istis multò sunt fortasse admirabilia narraturi.

Templū in honorē eorum construitur.

Multa fiūt ad eorum sepulcrū miracul.

MARTYRIVM S. MINIATIS MILITIS & Martyris Florētini, ab incerto quidē authore, sed eruditè, mutato prioris historiæ, quæ in uetustis MS. libris extat, stylo conscriptum.



O tempore, quò Romanum Imperiū Decius tenebat, sæua persecutionis tēpestas passim Ecclesias Dei populata est: nec tamen coniuratorum in Christi arma militum charitatē aquæ multæ potuerūt extinguere, aut flumina obruere. Siquidem spreta tormentorum immanitate, fortia credentium pectora felici vbiquè cruore rubuerunt. Et Roma quidem, quæ cunctis urbibus caput altiùs extulerat, generosiùs quoquè ad martyrium plurimo cum milite processit. Illis sanè diebus B. Sixtus Pontifex gloriosa ob confessionem Domini passione occubuit: Laurentius verò Archidiaconus eius, igne crematus, summum inuictissimę fidei prębuit exemplum. Hoc sanguineo diræ mensæ epulo tyrannus non exaturatur: sed sicut tigris hausto semèl sanguine, pollutas non patitur mansuescere fauces, ardentiùs in necem Christicolarum, si quos ibi inueniret, ingreditur Florentiam. Quæ ciuitas odoranti quadam tunc vernabat rosa: quo flore ob rubeum purpurantis martyrum sanguinis colorem, in bello redimitur mater Ecclesia, sicut ob quietum confessionis candorem in pace habet lilia.

25. Octo.

Cant. 8.

Passi sic leguntur apud diuersos, sed verius est, passos sub Valeriano

Ecclesia in bello hēt rosas, in pace lilia.

Habitabat enim ibi miles electus, thoracem fide textum robusto gestans in pectore: qui in suburbio à ministris Decij cōpręhensus, conditionemq; ac nomen interrogatus, Christianæ, inquit, professionis sum: Minias autem mihi nomen est inditum. Itaque tam intrepida veri Dei cultus assertio, magnū sciscitantibus furorem accendit, gaudentq; scelerati satellites se inuenisse, quē Imperatoris crudelitas oblectetur punire. Retractū igitur ex itinere, ac statutum pro tribunali, Deci⁹ vultu & voce minaci cōpellās: Tu'ne es, inquit, Minias, qui mente sinistra immortaliū maiestati deorū obtrectās, totā conturbas prouinciā, Christianā nescio quā ineptā persuadēs religionē? Tū ille: Minias, inquit, ego sum, seruus ac vinctus Iesu Christi, viui ac veri oīpotentis Dei, qui te suæ contēptorē disciplinæ perpetuo destinabit incēdio, nisi ab istorū discesseris cultura, quibus spiritu uitæ vacuis, tu profana cæcus demētia, pces fūdis ac curuas genua. Etenim ea demùm extrema est insania, adorare metalla & ligna, in quibus etsi artifex humanā expssit imaginē, rationis tñ sensum & diuinitatis inspirare nō potuit potentiā: quibus si honorē ac sacrificia voues, cōueniētius multo maximè est, vt eorū adores fabros, nè his videlicet neglectis, non libeat numina formare, q̃, ut tu credis, te regnūq; tuū sub continua pace & incolumitate possint tueri.

S. Minias ducitur ad tribunal Decij

Libera vox S. Miniatis.

Tū tyrānus cōfusum se autumans, si fixā adolescētiæ & imobilē cōstantiā inexpugnatā relinquat, prius blādimentorū armis succinctus, superare eā aggredit, sicq; exorsus est: Annos viridæ iuuētutis tuæ abrūpere horremus, florē speciositatis tuę pœnis afficere indignū iudicamus: sed deorū iniuriæ, quibus

Tyrānus eū blāditur.

pertinaciter ac blaſphemo ore obloqueris, ſacrilegum eſt non contraire. Conſule ergò in mediū, vt & in deorum videlicèt, quibus vniuerſus ſubiectus eſt orbis, inclinèris culturam, & nobis inuiſa de te ſumendi exēpla non inducas neceſsitudinem. Perpēde patrum noſtrorum te plùs vidiſſe prudentiā, nec friuolum eſſe potuiſſe, quod tam religioſè ipſi celebrauerunt. Si reſipiſcere uolueris, diuitiarum tibi affluentiam ac gloriæ apponemus ſplendorem, omnique quam deſiderat cor tuum, te perfrui donabimus lætitia. Et quale, reſpondit Minias, tu gaudium pręſtabis, qui in ſiti impietatis durans, terráque ſanguine ſanctorum inebrians, ęterni miſeriam luctus euadere non potes? Tunc Decius effera corripitur ira, præcipitque horribilem, cui deuorandus obiiciatur, adduci ferám. Paretur ergò, immanisq; adducitur pardus. Non ceſsit ſeruus Chriſti terroribus, ſed appræhendit ſcutum orationis, dicens: Domine Deus, eſto adiutor meus, & ne derelinquas me Domine Deus ſalutis meæ. Vix verba finierat, & fera diuino telo tacta expirat. Arguitur vir ſāctus maleficiis hæc effeciſſe: dicitur immundorum ſpirituū præſidio confiſus, contra deos pręſumpſiſſe. Sicque fidei & virtutis meritum fœdæ fit exiſtimationis ac ſæuitiæ argumentum, & quod incredulos ad fidem vocare, animoſque à ferocitate debuit mitigare, errorem adauxit, rabiemque exacuit.

Egregiè il li martyr respondet Tyrānus ſæuit.

Pardus in ſāctū miſſus expirat.

Itaque fornax ſuccendi iubetur, vt niſi diis credat & ſacrificet, vir ſanctus in eam protrudatur. Veruntamen Decius etiam tunc pollicetur, quòd ſi ſibi conſenſerit, nihil ab eo de his, quæ prima mortales putant, fruſtrà petierit. Tunc ſanctus Minias proclamat, opes perituras ſe nolle habere, adiiciens, eius, qui fecit cælum & terram, & omnia quę cęli ambitu continentur, fidem ſe tenere, & mercedem per omne genus tormentorum expectare: aſſeritq; ſe in tribulationibus non deſerendum ab eo, qui filios Iſrael de terra egreſſos Aegypti, ſicco per mare rubrum pede duxit, & Suſannam de falſo crimine abſoluit, Danielemque de lacu leonum, ac tres pueros de medio eripuit ignium. Iam maiori caminus, q̄ ſolebat, lignorum ſtrue exæſtuat, frementesq; Regis miniſtri ſanctum nudant, oleoque perunctum in ignem præcipitant. Angelus autem Domini cum eo ingreditur, & flammæ iam fixa fide victę cedūt: nec eum humanum potuit attingere incendium, qui diuini feruoris gerebat ſignaculum. & dixit ei Angelus: Viſitauit te Dominus, mittens me ad te, vt poſſis in tormentis nō deficere: & ipſe te hodiè induet corona iuſtitiæ. Procubuit ilicò martyr Chriſti, huiuſmodi dans preces: Gratias tibi ago Domine Ieſu, qui per Angelum confortare voluiſti me ſeruum tuum. Per te Domine Ananias, Azarias, Miſael vaporem camini, ſeptiès quàm ſolebat ardentis, non ſenſerunt: tū medius inter eos ambulabas, faciens refrigerium. Et nunc Domine potes & me ab omni preſſura liberare. His dictis, ſigno ſanctæ Crucis ſe conſignauit, omniſque ignis ſic excuſſus eſt, vt nec tepor quidem incendii remaneret: liberatuſque miles Domini, tripudians egreditur.

Minis blandimēta permiſcet tyrannus.

Exod. 14. Dan 13. 14 6. & 3.

A flāma ignis non læditur.

Dan. 3.

Nota uim ſigni S. Crucis.

Dolet impius Imperator ſe vinci, iubetque multo horribiliorem adduci belluam, quæ ſanctum deglutiens, finem imponat altercationi. Statim adducitur leo ſæuiſsimus, & paratur ad beati viri interitū: qui & ipſe ſigno Crucis cōtra poſito, extinctus eſt in ictu oculi. Igitur victor Minias libera proloquitur uoce, ſe confiſum in nomine Domini, feras & tormenta non timere. Augetur itaq; ſæuientis Regis ira & furor, multiplicatur aduersùs ſanctū fremit⁹ & terror: ſed ille cæleſtia contēplans, immobilis colūna pſtat. Placet ergò crudeli tyrāno ſuſpendi eū & torqueri in eculeo, dicitque ſe experiri uelle, num Deus, in quem credidit ille, ſe fortior ſit, aut tandèm de ſuis manibus ac pœnis eum liberet, in quo cōfidit. Non ueritus eſt hæc Minias athleta fortis: quia recordatio priorū, & uirtus Dei, qui mirabilis eſt in ſanctis ſuis, pectus eius roborauit. Adſtrictus ergò patibulo, & quæ fuerit eius, quem prædicat, potentia, ſic interrogatus diſſeruit: Ieſus, cuius ſeruum me confiteor, cæcos illuminauit, paralyticos curauit, claudos fecit ambulare, leproſos mundauit, dæmonia eiecit, mortuos ſuſcitauit, de fluxu ſanguinis mulierem ſanauit, uentis imperauit, ſuper mare ſiccis pedibus ambulauit, de duob⁹ piſcibus & quinq; panib⁹ quinque hominum millia ſaturauit, & vt ad ſummam redeam, beneficia eius nullus ſenſus ſufficit explicare.

Leo cruce occiditur.

Pſal. 67

Miracula & beneficia Chriſti quæ ſparſim in Euangeliis habentur.

Non tulit vltrà crudelis ſpectator glorioſum militem teſtimonium Chriſti tam libero ore præconari: ſed depoſito de eculeo, ligneisque verubus præacutis, ſub vngues eius infixis, omnes digitos eius pcepit pertundi. Gaudet præliator Domini in tāto cruciatu, ſciens ꝙ paſsiones huius temporis condignæ non ſunt ad futuram gloriam. Facta eſt autem uox Angeli, dicentis ad eum: Conſtans Minias eſto: quia Dominus non derelinquet te in tētatione ſine adiutorio. Appoſuit iterùm noui minis ſupplicii conſtātem virū tyrannus territare: ſed ille fidèliſsimè proteſtatur, nunq̄ ſeminùs timere, quia ſciret maximè in tribulatione adeſſe Domini miſericordiam. In uanùm furibundus Imperator proclamat: Noſtra abeunt ſtudia: niſi altiori iuuemur ingenio, nos turpiter victos operiet cōfuſio. In magica arte, qua Deus ſuus tormentorum hora eum inſtruit, hæc operatur ludibria. Feruens autem plumbum auribus eius infundite, nè vocem Dei ſui maleficia docentis admittere poſsit. Obediunt miniſtri, condolere ſe dicunt & compati eius adoleſcentiæ monent & obteſtantur, vt diis credens offerat ſacrificia. Reſpondit ſāctus, deteſtabilem eam eſſe ſectam, cuius obſeruatoribus id tantúm debeatur mercedis, vt ſine fine pereant. & expanſis manibus orabat: Domine Deus, nè longè facias auxilium tuū à me. Quid huic, ait Decius, adſtrui poteſt pertinaciæ? Suſpendite eū, & pedibus illius grauis molis lapidem alligate, ut uel ſic diruptus, laceſſere nos deſinat. Et ille leuatis ad cælum oculis: Dn̄e, ait, exaudi preces meas. Viſus eſt aūt ſibi adſtare Angelus, vultū habēs iuuenis, & habitū tanq̄ ad bellum proceſſurus: hortatur ad fiduciam: quæ deindè ferēda ſint, leuia promittēs tētamenta.

Immanis cruciatus

Rom. 8.

Feruens plumbū in aures eius infunditur.

Angelus martyrē in pœnis cōfirmat.

Nunciatur Regi, viſum fuiſſe iuuenem iuxta eū in veſte fulgenti, & micanti facie. Agunt ergò eū in diuerſa pudor & ira: anxio pectore noua quærit cōſilia. Præcipit itaq; ferro acuto aures eius perforari: tentat adhuc eum blandimentis flectere. Sed uir Domini neſcius cedere, fidem Ieſu extorqueri ſibi poſſe negat: Angelum Domini, qui id ſuaſerit, adſtitiſſe affirmat. Videt Decius, quòd tormenta beatus martyr non expaueſcat, rurſusq; coràm poſitis theſauris, gemmis & precioſis veſtibus, emollire parat. Tum beatus martyr Minias deos ſuos, vtpotè cęcos, mutos, ſurdos ſe aſpernari, diuitias pro ſtercore deputare reſpondet: ſubleuatiſque ad cęlum oculis, dixit: Sitiuit in te Domine anima mea, q̄ multipliciter tibi caro mea. Iā corona martyrii dignū, iam diſſolui & eſſe cum Chriſto cupientem Chriſtus exaudiuit. Nam tandèm capitalem iuſſus ſubire ſententiā, de huius vitæ ærumnoſo carcere feliciter octauo Calendas Nouembris exiuit, regnaturus perpetim cum eo, cui eſt honor, virtus & ſumma poteſtas in ſecula ſeculorum, Amen.

Pſal. 62.

Capite punitus martyr, abit ad Chriſtum.

MAR-

MARTYRIVM SS. CRISPINI ET Crispiniani martyrũ. Extat in antiquis MS. codicibus, F. Laur. Surius & stylum mutauit, & nonnihil historiam contraxit, salua rerum fide & integritate.

25. Oct.



VB Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, qui vna animi impietate Christi ecclesiã oppugnandã suscepère, beati uiri Quintinus, Lucianus, Ruffin⁹, Valerius & Eugeni⁹, Romæ claris orti natalibus, in Gallias, Christum annũciaturi, sese cõtulerunt: feliciqúe martyrio sancti laboris cursum consommantes, ad Christum commigrarunt. Eos secuti pari fidei deuotione & generis splendore Crispinus & Crispinianus, Suessiones venerũt. Sed cùm essent Christiani ob persecutionis immanitatem, hospitij & humanitatis officia ei erant interdicta. Volẽtes autem ex Apostoli præscriptione labore manuũ victum sibi parare, artem sutrinã, quòd quieta sit, didicère, facileq; Dei beneficio in ea sic cæteros ante celluére, ut multis & chari & admirationi essent, maximè q̃ laboris sui nullum exigerent à quoquam precium, licèt artis elegantia penè omnes uincerent. Illexit ea res nonnullos, ut non tam artificij eorum necessitate vel opera, quàm verbi Dei audiendi studio innitati, ad eos crebrò conuenirent. Itaque factum est, vt Christi gratia per eos id efficiente, multi relicto errore & cultu simulacrorum, Deum viuum & verum toto pectore colere & amare concupiscerẽt.

SS. Crispinus & Crispinianus veniunt i Gallias.

Precium nõ exegerunt, sed spontè oblatũ receperunt.

Multos cõuertũt.

Id vbi percepit impius Maximianus, cõfestim Rictiouarum suæ crudelitatis administrum, ad eos perquirẽdos misit. Is uerò apud Suessiones reperit eos pauperum calceos consuentes, sciscitatusque est ea eis, quos deos colerent. Respondent illi, se vnũ eundemque verum Deum colere: Iouem, Apollinẽ, Mercurium, aliàve id genus portenta se nec colere, nec adorare. Itaq; Rictiouarus catenis vinctos adducit ad Maximianum, qui eos vt edictorum imperialium contemptores ad se iubet introduci, atque ad eos: Genus uestrum religionemque edicite. Respondent sancti: Romæ non obscura familia orti, in Gallias p̃ Christi amore venimus, qui cum patre & spiritu sancto unus est Deus, creator omnium, regnans in secula seculorum. Cui seruimus in fide, prompta animi deuotione, cupimusque dum spiritus hos reget artus, in eius cultu & famulatu permanere. His auditis, ira permotus Maximianus, Per deorum virtutẽ, inquit, si in hac stultitia permãseritis, multis uos tormentis excruciatos malè perdã, & eæpsa in uns edã. Si uerò dijs sacrificaueritis, multis uos opib⁹ auctos, magnis curabo honoribus affici. Sancti martyres respondent: Minis tuis non terrebis nos, quibus viuere Christus est, & mori lucrum. Opes verò tuas & honores, quos polliceris, præbeto tuis: nos eiusmodi iã olim Christi causa contempsimus, & contempsisse lætamur. Tu quoque si nosses Christum & amares, non modò diuitias & ipsum quoquè imperium, sed vanos etiam dæmonũ cultus facile respueres, atque ab ei⁹ benignitate uitã reciperes sempiternã. Quòd si uerò in hac uanitate perstiteris, cũ malis dæmonibus, quorũ colis simulacra, i tartarũ demergêris. Maximianus dicit: Sufficiat uobis hactenùs multos uestris perijsse maleficijs & malis artibus. Respondent martyres: Ignoras miser benignũ Deum, qui te indignum permisit euehi ad imperium: cùm tu illius immortale regnum in terris frustra coneris euertere.

Sistũtur vinctis corã Maximiano.

Philip. 1. Diuitias et honores cõtẽnunt.

Tum Maximianus furore accensus, tradit eos Rictiouaro. obtestaturque, vt dire eos excruciãdos, teterrimaq; morte perdendos curet. Mox crudelis immanis tyranni administer, iubet sanctos viros ad trochleam extensos fustibus cædi. Illi verò animis cœlestia contemplantes, Christi opem & auxilium implorant. Audiens Rictiouarus eos preces Christi offerẽtes, quos putabat præ doloris acerbitate eiulaturos, fert indignissimè, mandatq; sudes inter digitorũ vngues & carnem defigi, & ea pelle dorsi corrigias excindi. Parent satellites, acriter in digitos adigũt acutas sudes: martyres inter horrendos cruciatus spe gaudentes, in tribulatione patientes, orant Dominum, vt ab homine iniquo & doloso ipsos liberet. Non cunctatur bonus Dominus: exiliunt è digitis sudes tanta vi, vt quosdam è ministris interfecisse, alios vulnerasse ferantur. At Rictiouarus præ furore insaniens, molares lapides præcipit ad martyrũ colla alligari, & in flumen eos Axonam demergi, vt glacie crucientur. Martyres læti & alacres, diuinæ virtutis scuto protecti, creatura seruiente suo creatori, nec aquis merguntur, nec saxis premuntur, nec frigore constringuntur: immò potiùs ceu æstiuis quibusdã lauacris recreati, abiecto molari põdere, ad vlteriorem fluminis ripam incolumes enatant.

Sancti martyres cæduntur fustibus.

Pœna atrocissima.

Merguntur i flumen.

Insigne miraculũ

Eo cõspecto miraculo Rictiouarus, à malo dæmone ira flammatus, iubet eis vincula inijci, vinctosq; custodiri, donec plumbum colliquescat. Eo liquefacto, martyres iubet in illud deponi. Sed nihil lædit ignis, quos Christi inuicta seruabat dextera. Orant in medio plumbo sancti martyres, & tres pueros in camino Chaldaico Dominum laudantes, imitantur, cantantesque dicunt: Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter honorem nominis tui Domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum: nè fortè dicant gentes, Vbi est Deus eorum? Sub his precibus exilit gutta feruentis plumbi in oculum Rictiouari, & magno dolore excruciatum occæcat. At miser ille furore percitus, cùm deberet corporis & animi expetere medicinam, picem, adipem & oleum commixtim iubet feruefieri, & martyres in ea præcipitari. Ocyùs fit quod iubetur, sed beati viri immota animi spe alacres, fidenter aiunt ad Dominum: Potes Domine liberare nos ab his impij Rictiouari cruciamentis. Itaque sicut voluisti nos pati pro confessione sancti nominis tui, ità ad ignominiam diaboli & satellitum eius, ab his pœnis illæsos nos educere digneris. His dictis, mox adest sanctus Angelus, & sine dolore extrahit eos ab igne.

Dan. 3.

Psal. 78.

Merguntur in liquefactũ plumbũ, nec læduntur.

Aliud diuinũ miraculum.

Cernens impius Rictiouarus se nihil suis efficere supplicis, furibundus in ignem sese præcipitat, & tali morte abit è vita, iusto quidem Dei iudicio: vt qui multos Christi martyres, ad cœlestia regna properantes, ignibus excruciatos interemerat, ipse ad æterni ignis flammas inextinguibiles, igne extinctus, proficisceretur. Id conspicati victores martyres, pijs animis Deum orant, vt ipsos de certaminis conflictatione ereptos iubeat propitius ad se peruenire. Eadẽ autẽ nocte reuelatur eis diuinitùs, illucescẽte die p̃cepturos eos laborũ & cõfessionis suę præmiũ. Visionem veram fuisse, rei mox declarauit euentus. Maximianus enim vbi didicit, quid Rictiouaro suo accidisset, sanctos martyres p̃cepit capite puniri. Illi sub ipso mortis articulo gratias agũt Deo, q̃ a seculo ereptos, ad se ipsos iubeat peruenire: sicq; capite cæsi octauo calẽdas Nouẽbris decedũt e vita.

Impius iudex se mergit in ignem.

Capite cæduntur.

Corpora eorum relicta sunt canibus & auibus deuoranda, sed Christo ea custodiẽte, nihil mali passa sũt. Eadẽ autẽ nocte, vt ferũt, senex quidã paup., cui

erat soror grandæua, ab Angelo admonetur, vt sanctorum martyrum corpora colligat, diligenti cura sepulturæ mandanda. Surgit senex nihil hæsitans, abit cum vetula sorore sua ad locum martyrii: & qa apud Axonam fluuium martyres perêpti erant, facile poterant eorum corpora nauigio perduci ad eorum domicilium. Sed quid facerent rebus inopes, viribus imbecilli, quibus nec cymba aderat, nec nauigandi industria, nec facultas uirium, qua possent contra tractum fluminis ea ad se aducere? Vbi tandèm noctù ad sacra peruenere corpora, prorsùs intacta, eccè nauiculam conspiciunt in litore, moxque multa concepta fiducia singuli singula tollunt, & tam inoffenso gradiũtur pede, vt videri possint non ferre onera, sed ferri ab oneribus: imponunt nauiculę corpora, eunt sursùm contra impetum fluminis, & quidem celeriter, nullo neque gubernatore, neque remige freti: postquàm ad suum venere tugurium, clàm illic ea cum multo gaudio sepeliunt. Nemo ambigit hanc virtutem senibus à Christo suppeditatam in gloriam martyrum suorum, qui eius causa libenter mortem pertulere in hoc mũdo, quosque ille seruandos futuris fidelibus populis in patrocinium, senum illorum ministerio paululùm occultare voluit: mox cessante ipsius iussu persecutionis tempestate, eos reuelaturus, sicut & fecit.

Aliud ingens miraculum.

Eorum sepultura.

Senes enim illi thesaurum hunc, quem impijs abscõderãt, fidelibus cum ingenti deuotione prodiderunt, dicentes Crispini & Crispiniani martyrũ corpora se habere recondita in tugurio suo. Moa verò ea re cognita, fidelis popul⁹ piæ deuotionis affectu confluere cœpit ad senum domicilium, quod ex ea frequentia in oratorium versum videbatur, ipsa quoquè Regis aula vel palatio honoratius. Porrò autẽ communicato inter se consilio, Clerus & populus sacra corpora indè transferre statuunt. Magno igitur populi cœtu collecto, honorificè feretro imposita, cũ ingenti exultatione psallentes, ad sepulcra jamdudùm præparata nauigio perducunt. Vt autem deuotæ plebis firmaretur fides & augeretur exultatio, vbi litus attigit nauis quæ sancta ferebat corpora, oblatus est puer cæcus, surdus, mutus & claudus: qui cùm tactus esset fideliter opertorio feretri, ilicò totus sanatus est, iunctusque collegio fidelium, laudabat Deum, sanus ingrediens pedibus suis. Deindè condita sunt martyrum corpora in duobus tumulis: quo in loco posteà Christiani magnam ædificarunt ecclesiam: in qua Christus Dominus, & Deus Dei filius suorum martyrum precibus vota suscipit supplicum, salutemque largitur infirmis; Cui est honor, Imperium, gloria indeficiens cum summo patre ac sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

Nota antiquã deuotionem erga sacras reliquias.

Contactu feretri sanatur puer miserabilis.

DE SS. ROGATIANO ET FELIcissimo, aliisque martyribus epistola LXXXI. B. Cypriani Episcopi & martyris: secundùm alios, Lib. 4. Epist. 1.

29. Oct.

En quid in martyribus vir sãctissim⁹ cõmẽdet.

SALVTO vos, fratres charissimi, optans ipse quoquè conspectu vestro frui, si me ad vos peruenire loci cõditio permitteret. Quid. n. mihi optati⁹ & lętius posset accidere, quàm nũc vobis inhærere, ut complecterer manus illas, quæ puræ & innocentes, & Dñicam fidẽ seruãtes, sacrilega obsequia respuerũt? Quid iucũdius & sublimiùs, q̃ osculari nũc ora vestra, q̃ gloriosa uoce Dñm confessa sunt: cõspici etiam præsentẽ ab oculis vestris, qui despectu seculo, conspiciẽdo Deo digni extiterunt? Sed quoniã huic lætitię interesse facultas non datur, has pro me ad aures & ad oculos vestros vicarias literas mitto, quibus gratulor pariter & exhortor, vt in confessione cælestis glorię fortes & stabiles perseueretis: & ingressi uiam Dominicæ dignationis, ad accipiendam coronam spiritali virtute pergatis, habentes Dominum protectorẽ & ducem, qui dixit: Eccè ego vobiscũ sum omnibus diebus vsque ad consummationem mundi. *Matt. 28.*

O beatum carcerem, quem illustrauit vestra præsentia. O beatum carcerem, qui homines Dei mittit ad cælum. O tenebras lucidiores sole ipso, & luce hac mundi clariores, vbi modò constituta sunt Dei templa, & sanctificata diuinis confessionibus membra vestra. Nec quicquam nunc versetur in cordibus & mentibus vestris, q̃ diuina pręcepta & mandata cælestia, quibus vos ad tolerantiã passionis spiritus sanctus semper animauit. Nemo mortẽ cogitet, sed immortalitatem: nec temporariã pęnam, sed gloriã sempiternam, cùm scriptum sit: Preciosa est in cõspectu Domini mors iustorum eius. & iterùm: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicit. & iterùm vbi loquitur scriptura diuina de tormẽtis, quæ martyres Dei consecrant, & ipsa passionis probatione sanctificãt: Etsi coram hominibus tormenta passi sunt, spes eorum immortalitate plena est. Et in paucis vexati, in multis benè disponentur: quoniam Deus tentauit illos, & inuènit illos dignos se. Tanq̃ aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti, & tanquàm scintillę in arundineto discurrent. Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit illorum Dominus in perpetuum.

Nota, ut instruat sanctos martyres.

Psal. 115.

50.

Sap. 3.

Quandò uerò iudicaturos vos & regnaturos cũ Christo Domino cogitatis, exultetis necessè est, & futurorum gaudio præsentia supplicia calcetis: scientes ab initio mundi sic institutum, ut laboret isthic in seculari conflictatione iustitia, quandò in origine statim prima Abel iustus occiditur, & exindè iusti quique, & prophetę, & Apostoli missi. Quibus omnibus Dominus quoquè in seipso constituit exemplum, docens ad suum regnum non nisi eos, qui se per viam suam secuti sint, peruenire, dicens: Qui amat animam suam in isto seculo, perdet illam: & qui odit animam suam in isto seculo, in vitã æternã conseruabit illam & iterùm: Nolite timere eos, q̃ occidunt corpus, animam verò non possunt occidere. Magis autem metuite eum, qui potest & animam & corpus occidere in gehennam. Paulus etiam nos adhortatur, vt qui ad Domini promissa venire cupimus, imitari Dominum in omnibus debeamus. Sumus, inquit, filii Dei: si autem filii, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes aũt Christi: si quidẽ cõpatiamur, vt cõmagnificemur. Addit etiã cõparatione præsentis tẽporis & futuræ claritatis, dicẽs: Non sunt condignę passiones huius tẽporis ad superuenturã claritatẽ, q̃ reuelabitur in nobis. Cuius claritatis gloriã cogitantes, pressuras oẽs & persecutiones tolerare nos cõuenit: qa etsi sũt multę pssuræ iustorum, ex oĩbus tamẽ liberantur, qui in Deum fidunt.

Gen. 4.

Iohan 12.

Matt. 10.

Rom. 8.

Ibidem.

Beatas etiã fœminas, quæ vobiscum sunt in eadẽ confessionis gloria constitutæ, quæ Dominicam fidem tenentes, & sexu suo fortiores, non solùm ipsæ ad coronam proximæ sunt, sed & cęteris quoquè fęminis exemplum de sua constantia præbuerunt. Ac nè quid deesset ad gloriam numeri vestri, vt omnis vobiscum & sexus, & ætas esset in honore, pueros etiam vobis gloriosa confessione sociauit diuina dignatio: repręsentãs nobis tale aliqd, quale Ananias, Azarias & Misael illustres pueri aliquàdò fecerunt: *Dan. 3.*

Fœminarum constantia.

Itemq; puerorum.

quibus

quibus inclusis in caminum cesserunt ignes, & refrigerij locum flammæ dederunt, præsente cũ illis Domino & probante, quòd in confessores & martyres eius nihil posset gehennæ ardor operari: sed quòd qui in Deum crederent, incolumes semper & tuti in omnibus perseuerarent. Et cõsideretis diligẽtiùs, peto, pro uestra religione, quæ apud illos pueros fides fuerit, quæ promereri Dominũ pleniùs potuit. ad omnia enim parati, sicut omnes esse debemus, aiunt Regi: Nabuchodonosor Rex, non opùs est nobis, de hoc verbo respondere tibi. est enim Deus, cui nos seruimus, potens eripere nos de camino ignis, & manibus tuis, Rex, liberabit nos. & si non, notum tibi sit, quoniam diis tuis non seruimus, & imaginẽ auream, quam statuisti, non adoramus.

Ibidem.

Cauenda semper in stantia et vana præscriptio.

Cùm se crederent, & pro fide sua scirẽt posse etiã de præsenti supplicio liberari, iactare hoc tamen, & vendicare sibi noluerunt, dicentes, Et si non: nè minor esset confessionis virtus sine testimonio passionis: Addiderunt, posse omnia Deũ facere, sed tamen non in hoc fidere, vt liberari in præsentia vellẽt, sed illam libertatis & securitatis æternæ gloriam cogitarent. Quam fidem nos quoquè retinẽtes, & die ac nocte meditantes, toto corde ad Deum prompti, contemptu præsentium futura tãtummodò cogitemus, fructum regni æterni, complexum & osculũ Domini, conspectum Dei: vt sequamini in omnibus Rogatianum presbyterum, gloriosum senem, viam vobis ad gloriam temporis nostri religiosa virtute & diuina dignatione facientem, qui cum Felicissimo fratre nostro, quieto semper & sobrio, excipiẽs ferocientis populi impetum, primum hospitium vobis in carcere præparauit, & metator quodam modo vester, nunc quoquè vos antecedit. Quod ut consummetur in uobis, assiduis orationibus Dominum deprecamur, ut initiis ad summa pergentibus, quos confiteri fecit, faciat & coronari. Opto vos fratres charissimi ac beatissimi, in Domino semper benè ualere, & ad coronam cælestis gloriæ peruenire.

Commendãtur Rogatianus presbyter & Felicissimus.

VITA ET MARTYRIVM SANctę martyris Anastasiæ Romanæ. Authore Simeone Metaphraste, vt habetur in Tomis Aloysij. Est autem hęc Anastasia diuersa ab illa, q̃ celebratur 25. Decẽbr.

28. Oct. Cap. 1. Duæ Anastasiæ martyres.



ITERIS mandatum est, duas fuisse Anastasias, ambas quidẽ genere claras, longè autem clariores confessione fidei: & eis patriam fuisse Romam ueterẽ. Quarum altera quidẽ uiro pietate non bono breui tẽpore cõiuncta matrimonio, cùm nullã cum eo tori habuisset consuetudinem, sed adhuc cõseruaret pulchrum florem uirginitatis, marito intereà morte amisso, vixit deinceps in casta uiduitate, & virtutũ exercitatione, totis manibus paternas opes effundens in egenos, & lubenter vẽsitans ad eos, qui propter Christum patiebantur, & carceres propter eos diligenter perscrutans, & omnibus modis eorũ curam gerens, & saniem abstergens, & facile faciens ferre dolores, & adhuc quidem viuentes, doctrinis, consiliis, monitis confirmans, mortuorum autẽ corpora splendidè componens, & mandans sepulturæ, donèc seipsam quoquè pulcherrimum & funebrem ornatum illis præbuit, ut quæ per ignẽ fuerit oblata in holocaustum, & sursum ad Deum lata sit in odorem suauitatis.

Istius Anastasiæ vita habet 6. Tomo, 25 Decẽb.

Cap. 2.

Altera autem vitam elegit monasticam & quietã, omninò expers nuptiarum, & quæ ex eis oriuntur, tumultuum: sed cùm pulchrum iugum Domini subiisset, & leue eius onus portasset, deindè etiam forti & excelso animo suscepit certamina pro pietate: & duplici ornata fuit corona, virginitatis, inquam, & decertationis. Cuius ab ineunte ætate educationem & exercitationẽ, & maxima illa propter Christum certamina vult ab initio persequi oratio. Ipsa ergò, relictis parentibus, & necessariis, & iis omnibus, quæ pertinent ad hæreditatem, in quodam monasterio vicesimo anno ætatis seipsam collocat: in quo docta & instituta à sacrosancta Sophia, (sic.n. vocabatur magistra) dignos etiam fructus, talibusque seminibus ac tali doctrinæ conuenientes, & producebat, & erat productura. Inuidus autem & malign⁹, hæc sine inuidia ferre nõ poterat: sed primùm quidem ipsius domesticis eam aggreditur copiis, & ex carne eius in eam hostem excitat, contendens vehementem illam & intensam soluere exercitationem. Cùm autem illa inimici machinas facilè repulisset, nec ea ratione ab eo capi & expugnari posset, is se rursùs ad alias contulit insidias: & ipsam quidẽ defert ad suos & impietatis ministros, quibus valdè erat curæ perscrutari eos, qui Christi sectabantur religionem. Illi verò statim currentes ad Præsidem, (Is autem erat Probus, Diocletiano tunc administrante imperiũ) ipsi indicant eam neque deos, neq; Imperatorem colere: sed quendam Christum prædicare DEVM verum, vitamque solitariam, & cõiugii expertem, ei, quæ versatur in societate & coniũctione, præferre, insolitam quandam viuendi formã ostendentem virginibus. Cùm ergò statim Probus theatrum coegisset frequentissimum, iubet beatam adduci Anastasiam. Cumque venissent ministri ad sacrum illud monasterium, cum ipsis vectibus &* clauibus fractis ianuis, maximo impetu ingressi, nominatim quęrebant Anastasiam.

Anastasia sanctimonialis.

Tẽtatur à satana.

Accusat apud præsidem.

for. clauis.*

Cap. 3.

Eius autem magistra Sophia cùm repentinam illam adspexisset irruptionem, & causam non ignorasset, sed rem statìm, ut erat, coniecisset, à militibus postulauit hanc gratiam, vt parùm expectarẽt. Quæ cùm lachrymans accepisset Anastasiam, & eam statuisset ex aduerso aræ, secretò, & Deum testem adhibens eorum, quę dicebat: Ego quidem, inquit, ò iucundissima filia, cùm te puellam accepissem, nihil à primò die ad hoc vsq; tẽpus prætermisi pro viribus, qđ pertineret ad te instituendã in iis, q̃ ad Deũ pertinerent. Tu aũt cùm iam perueneris ad ætatem plenitudinis Christi, vade ad ipsum exultans. Te.n. ei hodiè despondeo, & offero, & trado. Eccè iam est paratus thalamus, & qui te vocat, est verax: & adsunt nuncii gaudii, vt te accipiant Christi sponsam, & deducant ad Regem in superna tabernacula. Vade ergò per hanc arctam & angustam viam, donèc p martyrium pro ipso susceptum, in latitudine statuat pedes tuos. Nam iustum est, ò filia, nõ solùm p Christo pati, sed etiam sępè, si hoc fieri posset, mori pp illũ. Si.n. cùm esset Dñs, mortuus est propter nos: quanto modò non oportet nos, cùm simus serui, promptio & alacri animo imitari illius mortẽ? Verùm nec mors quidem est, ò filia, propter Christum decessus, sed lętitia, gaudium, voluptas, splendor, pulchritudo, lux longe hac luce dulcior & pulchrior. Oia illic abs interitu libera omnia firma ac stabilia: oia perpetua, & nunquàm desinentia. Nè adspexeris, ò filia mea, ad acerbitatem Tyrannorum, & grauitatem suppliciorum: Ipse enim Christus sponsus tuus tibi aderit, dolores alleuans, & eripiens à necessitatibus. Quòd si etiam concesserit, vt tu malorum aliquid perpetiaris, quò tuam tolerantiam efficiat tuæ fidei

Sophia cõfirmat S. Anastasiã

Sępè, si id fieri posset p Christo moriẽdũ.

probationem: at non in finem deseret & despiciet: sed te adhuc laborante, extinguetur quidem dolorũ acerbitas: exorietur autem tibi consolatio & lux: & vita te amiciet, & gloria circundabit. Ad hæc uirgo: Optandum quidem est, inquit, ò mater, & orandũ, vt quod à diuino proficiscatur auxilio, nè ad tantã Tyrãnorum crudelitatem & insaniam deficiam. Nã spiritus quidem est promptus, caro autem infirma: sed roga communem Dominum, & ei supplica, ut mittat ad me virtutem ex alto, per quam potero resistere tam grauibus, quæ infliguntur, malis: & studebo, mater mea, illius confirmata virtute, tua monita perpetuò conseruare, neque vllum eorum negligam, aut eius obliuiscar.

Mat. 26.

Cap. 4. S. Anastasia sistitur ad tribunal.

Cùm hæc virgo diceret, & magistrę tam dulcia & iucunda faceret promissa, irruerunt repentè milites, & eam, tanquàm agnam, à matre auellentes, imponunt ei ferreum collare, & lætam adducunt ad Præsidem. Illa autẽ ei stans ex aduerso, mente multo magis Christo adstabat suo sponso: & toto animi intuitu ad eum adspiciebat, & in eius speciẽ & pulchritudinem defigebat oculos intelligentiæ. Atque stupebant quidem quotquot aderant, & corporis eius pulchritudinem, eiusque moderationem & vultus dignitatem: Probus autem eam primùm rogauit, quod esset ei nomen. Martyr autem: Vocor, inquit, Anastasia. Deus enim me fecit integere, vt te, & patrem tuum hodiè pudore afficiam. Probus uerò videns virginem in principio tam asperè respondisse, statuit eam aggredi blanditiis, & sic mollire asperitatem illius & duritiem, nesciens qualem frangere animum, & qualem circa fidem adamantem putaret se posse conterere. Dicebat itaque: Tibi consulo, ò filia, vt ea eligas, quæ sunt tibi vtilia, & magnis diis te adiungas, & eis vnà nobiscum sacrifices. Sic enim viro quidem iungèris matrimonio, cuius erit in ciuitate maxima authoritas: addentur autem tibi quoquè pecuniæ, aurum, argentum, vestes, multitudo mancipiorum, erisque splendida & insignis. Apud te ergò considera, id consilii capiens, quod & tuæ conueniat pulchritudini, & animi nobilitati: neque velis iræ nostræ facere periculum, nec discere quantum sit malum impietas. Ego enim tuæ pulchritudinis, tanquàm eodem ortus sanguine, & tuus pater secundùm carnẽ, (deos testor) curam gerens, suggero quæ sunt profutura. Quòd si tu his nõ parueris, neq; meis cesseris suasionib', necessè erit, vt meã deincepès tantã experiaris sæuitiã, quãta nũc benignitate frueris & mãsuetudine: quo tẽpore & si ducaris pœnitentia, nihil fortassè tibi proderit.

Iudex primũ blanditur.

Cap. 5. Constãtia virginis eximia.

His verbis auditis, martyr statim est recordata maternarum sapientis suæ magistræ admonitionũ, & statim respondens; Mihi quidem, inquit, ò iudex, & sponsus, & diuitiæ, & uita est Christus: Mors aũt propter ipsum subeunda, est mihi vita lõgè preciosior, propter quem non aurum, non argentum, non aliquid aliud ex iis, quæ sunt in terra iucunda, mihi iucundum fuit existimatum. illum enim solum, illiusque consuetudinem magnifacio, qua sum fruitura. Ignis autem & ensis, & ferrum, & membrorum abscissiones, & plagæ, & flagella, & si quid aliud à vobis excogitatum fuit ad cruciatum, ea sunt mihi voluptates potius, quàm tormenta, in illum solùm defigenti oculos, & non ea solùm pati pro illo cupiẽti, sed etiam, si fieri posset, mori milliès. Nè simules ergò te misereri speciei mei corporis, q̃ flaccescit nõ minùs, q̃ flores agri: sed fac potiùs id, quod est in tua potestate, aut situm est in morum tuorum crudelitate. Nam ego quidem ligneos aut lapideos deos nunq̃ coluerim. His ad irã martyr incitat Præsidem.

Et primùm quidem plagas eius genis infligit. Deindè etiam disrumpit tunicam, illam pulchritudinẽ, quę vel ipsis erat Angelis reuerenda, totam nudam ostensurus, absque vllo velo, aut operculo, vt vel maiori pudore afficeret virginem, quę turbæ & hominum oculis non erat assueta, ut quę præter thalamũ & quietem nihil nouerat. Sic, inquit, oportet te tanta affici turpitudine & dedecore ante omniũ oculos. Sed resipiscens ab ea, quæ te tenet, amentia, ad deorũ accede benignitatẽ: nec velis videre tantam pulchritudinẽ miserè ante tẽpus efflorescẽtẽ & marcescẽtẽ. Nemo.n.te, si nõ pareas, potuerit à meis manib' eripere: sed te minutatim dissectã, feris agrestibus apponã exedẽdã. Hoc velim sit tibi persuasum.

Cæsa in facie, nudatur ab impio præside.

Martyr autem: Mihi, inquit, ò Præses, nõ est turpitudo aut dedecus, esse nudatam vestibus: sed maximus potiùs ornatus, & elegantissimus. Nam ueteri homine exuta, nouum induã in iustitia & veritate. Non me ergò, sed te potiùs oportet pp hæc erubescere, φ, tanq̃ uestem, indueris impietatẽ, & ingressa sit tanq̃ aqua tua viscera, & sit tanquam oleum in tuis ossibus. Intereà aũt capta vehementiori amore decertationis, & timens, nè Præses emollitus, iam in medio certamine eam excluderet à stadio, hæc quoquè adiecit: Crudelissime iudicum, minaris te mortem mihi esse allaturum: ad hoc sum tibi pręstò: hoc enim est mihi planè optandũ. Quòd si etiam me in membra dissecaueris, & linguam amputaueris, & dẽtes, manus & vngues, tunc me afficies maiori beneficio. Me.n. totam, quantacunq; sum, debeo creatori: & hoc mihi semper est in uotis, vt ipse glorificetur in omnibus meis membris, & sistam ante eius tribunal omnia mea membra nitentia ornatu confessionis. His Anastasia obstupefacit toto cum theatro iudicem. Qui missis adhortationibus, processit ad supplicia. Et primùm quidem eam pronam à quatuor uiris extensam, & quibusdam palis humi fixis alligatam, iubet tolli sublimem: & infernè quidem ignẽ oleo, & pice, & sulfure, & sarmentis vehementer accensum, eius substerni visceribus: à tribus aũt rursùs desupèr hominibus simul vno impetu eius dorsum virgis cædi. Hæc quidem sic se habebant: & executioni mandatum fuit, quod iussit Pręses.

Cap. 6.

Prouocat insanum præsidẽ.

Horrẽda ei supplicia adhibentur.

Cùm ea ergò diù sic pateretur, & dorsũ quidẽ flagellis desupèr laceraretur, viscera aũt infernè cõflagrarent, & venæ minuerentur in cinerem, & concresceret ac consumeretur sanguis supplicio, vel ipsis auribus grauẽ afferente dolorem, martyr (ò uerè generosum propter Christum animũ, & superiorẽ naturæ necessitatibus) solis precibus & Deo erat intẽta: & quæ sunt à seculo admirabilia, in memoriã & os redigẽs (erat.n. valdè exercitata etiã in intelligẽtia diuinarũ scripturarũ) oratione, veluti quodam rore, extinguebat illum ignem dolorũ. Quãobrèm defessa illa bellua in hoc genere supplicii, eam iubet extendi super rotam. Et fuit quidem iussu statim mandatus executioni, & rota accepit virginem, insignis cruciatus, & malorum successio, quæ secundis contendebat obscurare priora. Deindè cùm illa per quandam verteretur machinam, ossa quidẽ confringebantur, nerui autem & musculi extendebantur: & rota (proh dolor) forma corporis excedebat à cõpage naturali. Illa aũt eum rursùs inuocabat, qui eius exaudiebat orationẽ, & poterat eã defendere in tempore afflictionis, & eripere à manu inimicorum, dicens: Deus deorum, Deus virtutũ, Deus salutis meæ, à quo est patientia mea, in quo confidit anima mea, turris fortitudinis meę, & refugium meum, ipse da nũc quoquè auxilium ex afflictione. Deus, qui accingis me virtute: Deus, Deus meus, nè elongeris à me,

Cap. 7.

Ea uincit precibus.

Alia supplicia.

Alijs uincitur precibus, supplicia illa.

Psal. 30.

me, quoniam defecit in dolore uita mea: Quoniam terræ adhæsit uenter meus, & ossa mea tanquàm cremium aruerunt.

Cap. 8. Hæc precata, (ò celerem uisitationem, ò velocissimum euentum) statim quidem relaxatur à graui illa machina, ne plagæ quidem, nec ignis vestigium ostẽdens in corpore. Quod quidem cùm deberet obstupefacere Iudicem, & discutere nubem impietatis, quæ eum detinebat, ille ne minimùm quidẽ potuit intueri ad eã, quæ illa fecerat miracula, virtutẽ, neque cor ad eam conuertere: sed erat adhuc crassus & stultus, & adhuc implicatus illa ebrietate incredulitatis, & insania ac caligine. Cùm eam igitur rursùs in lignum sustulisset, ferreis ipsam vngulis laniat crudelissimè. Illa autẽ rursùs ad Deum tollit oculos: & statim fuit tantum adepta auxilium, vt cùm defessi essent satellites à continuo labore, ea affecta fuerit perindè, àc quæ nullum dolorem sentiret penitùs. Propter quæ Præses in summam adductus dubitationem, cùm nesciret quid ageret, & gestum, & habitũ subindè mutabat, è sede frequenter exiliebat, nec ipse se poterat ampliùs continere, nec manere in eo, quo par est, ordine & moderatione.

Laniatur ferreis vngulis.

Cap. 9. Cùm autem propter dubitationem à se adeò defecisset, & fureret, ei etiam tale quid suggerit, qui cum eo seorsum loquebatur, diabolus: & iubet martyri ubera amputari nouacula. Res est autem grauissima mamillarum amputatio, & quæ potest afferre acerbissimos dolores, maximè cùm cor sit situm in ea parte. Sed martyr, quæ vehementiori affectione amoris in Christũ tenebatur, id quod est minus, contemnebat. Tyrannus autem rursùs insignem fortitudinem contendens superare immodicis supplicijs, ei euellit ipsos ungues. Sed illa, tanquàm nullũ doloris habens sensum, adhuc vehementiùs Deo agebat gratias, quòd digna esset habita, quæ fieret ei conformis & socia perpessionum. Porrò autem deos quoq; Tyranni afficiebat contumelia, eos tenebras, errorẽ & dæmones, & si quid aliud fert ad animæ interitũ, nominans. Quæ quidem ille audire non sustinẽs, (quæ enim est omnibus iucũda lux, est inimica oculo ægrotanti) iubet mediam ei linguam excindi extractam à gutture: cum ea autem vnà quoquè dentes excuti; & pro ore libero tales stultus reddit remunerationes. Ipsa uerò nihil de sua remittens constantia, neque se molliter aut delicatè gerens, tandiù distulit amputationem, quandiù cum vocis instrumento posset vltimas Deo preces fundere.

Vbera ei nouacula excinduntur.

Vngues euelluntur.

Deos falsos afficit contumelia martyr Christi.

Cap. 10. Cùm ei ergò, vt par erat, egisset gratias, & deindè rogasset, vt bono fine terminaret martyrium, deincèps autem pro ijs quoquè, qui ægrotant, ad eam accessuris intercesisset, & vocẽ è cęlo audiuisset, quæ confirmabat data fuisse, quæ petebat: Agedùm, inquit carnifici, fac quę sunt imperata: & linguam porrigit martyr, quæ diuina semper meditabatur, & loquebatur: & ferrum eam (pròh dolor) mediam excindit protinùs. Deindè autem dentes quoquè excutit: fitque ei os fons sanguinis, qui sponsæ Christi totam vestem effecit purpuream, atque adeò quauis regia purpura pretiosiorem. Quo tempore dicitur, eum parùm defecisse, aquã petiisse, & accepisse. Qui aũt præbuit, fuit uir quidã, Cyrillus nomine, cuius adeò non erat pietas manifesta, vt talis quidem putaretur ab impiis: alioqui autẽ, quòd ad animæ attinet affectionem, fidelissimus, & in primis pius. Atque ille quidẽ magnã accipit mercedem pro poculo aquæ frigidæ, & re adeò vili emit coronam martyrii. Nam cùm accepisset Probus, quòd is non solùm fractus naturæ misericordia, & quòd misereretur membrorũ illorũ amputationis: sed potiùs ꝑpter fidei societatem, & quòd non sustineret videre sic aqua indigẽtem communis Domini ancillam maximè germanam, martyri potum præbuisset, Dominicum in hoc implens mandatum, mortis ei affert supplicium. Deindè verò fert etiam vltimam in martyrem sententiam, & eã condemnat, vt vitam gladio finiat. Quod quidem eùm factum esset, & ante ciuitatem sacrũ illius caput fuisset amputatum, corpus quidem aliquandiù iacuit humi neglectum, intactum tamen, atque adeò à cæli & terræ auibus ac bestijs custoditum, vt quæ quodam modò reuererentur, quæ pro illorum creatore acceperat stigmata & iniurias. Deindè Sophiæ, quæ eam erudierat & educarat, Dei nutu admirabiliter redditur eius planè effectus orationis, & requies maternorum viscerum.

Lingua scissa extrahitur.

Dẽtes excutiuntur.

Cyrillus quidam martyrio coronat.

S. Anastasia decollatur.

Cap. 11. Cùm enim virgo compræhẽsa duceretur ad martyrium, pro ea quidem animo angebatur eius magistra Sophia, timebatque & contremiscebat, tãquàm non illa deinceps, sed ipsa in suis membris esset subitura martyrium: ne fortè emollita, acciperet miserabile illud damnum coronarum. Ideoque prona humi iacens, in igne orationis & calidis lachrymarum fluuionibus, Deum rogabat, supplicabat, obsecrabat, nè superaretur martyr à supplicijs. Postquàm autem Anastasia iam pulcherrimum finem imposuit martyrio, & trãsijt ad supernos thalamos, & ad firma illa ac stabilia, quæ desiderantur, bona, tunc accedens Angelus Domini, magistram Sophiam à metu liberat & à curis, &, quod maximè optabat, & erat ei auditu longè iucundissimum, eius auribus instillans renunciat, nempe virginis consummationem. Præterea autem eam quoquè deducit ad reliquias: & quod desiderabat consequi, & quemadmodùm optabat videre, ei tradit reliquias tali ornamento confessionis, & tali amictu ornatas martyrii. Atque illa quidem statim circumfusa reliquiis, easque totas complectens, & vnumquodque membrum valdè exosculans, & præ gaudio ac desiderio calidas in eas effundens lachrimas dicebat: Filia iucundissima, filia mihi charissima, filia, quam ego in exercitatione, in silentio, & in laboribus pulchrè educaui, ago tibi gratias, quòd materna præcepta non contempsisti, quòd quæ pollicita fueras, obseruasti, & stetisti promissis, nec es oblita monitorum: sed adstitisti Christo sponso tuo vestimento uirginitatis induta, variata stigmatibus martyrij, circundata corona ea lapidibus preciosis: & nunc habita in loco tabernaculi admirabilis, in domo gloriæ Domini, vbi est habitatio lętantium. Propterea rogo te, chara filia, & mater spiritalis, (Sic enim te inuocare est mihi conuenientius) esto mihi in hac breui & caduca vita bona nutrix senectutis, & pro me ad æternam vitam transmigrante intercedas, communem mihi placans Dominum.

Sophia pro martyre erat nè superaretur pœnis à Deo deprecat.

Sophia miro studio cõplectitur eius reliquias.

Cap. 12. Hæc illa filiorum amans, piaque ac religiosa anus, quæ sciebat, ità vt oportet filias parere & educare, cùm dixisset martyri, & eam senilibus amplexa esset & composuisset manibus; egeret autem manu, quæ ei inseruiret in transferẽdis reliquijs, vt quæ esset, sicut diximus, vetula, & ipsi potiùs esset opus manu & baculo; nullaque ipsi earum transportandarum suppeteret ratio, & ideò staret apud se ægrè ferens, & animo anxia, repente duo quidam viri ad uenientes, & forma & moribus reuerendi, sanctis manibus subiectis reliquijs, eisque cum ipsa sublatis, prope vrbem Romam splendidè & honorificè deposuerunt: Ad gloriam Dei patris, & Domini nostri Iesu Christi. Cum quo, & cum sancto spiritu illi sit honor & potentia in secula seculorum, Amen.

Nota miraculum in eius reliquijs transferendis.

BEA-

BEATI PETRI DAMIANI SERMO historicus in Festiuitate Sancti Fidelis martyris.

28 Octo. Cap. 1. Ecclesia antiquit⁹, sanctorū Vitas in festis eorū populis cō-fluentibus enarrauit.



NOSTIS, fratres charissimi, quia idcircò ad audiendas martyrū Christi victorias frequenter ex institutione Ecclesiastica conuenimus, vt dum eorum gestis instruimur, ad amorem cælestis patriæ, quā viriliter decertantes adepti sunt, feruentiùs accendamur: dumque illos audimus edicta Regū, minas principum, tribunalia iudicum contemnentes, tot suppliciorum genera percurrisse, pudeat ingenuos fidelium animos saltem carnis suæ vitijs nō obsistere. Pudendum nanque est, sic bellatorū Christi spectare victorias, vt dum alios triumphalibus titulis insignitos, spolia ex hostibus reportare conspicimus, ipsi in pace domestica surrepētibus vitiis, velut insidiantibus aduersarijs eneruiter succumbamus. Porrò autē beati martyres, & antequàm in certamine sanguinem funderent, diuersis floruere virtutibus. Nobis autem, quia pro defensione fidei mori non possumus, consummata victoria est, si in sanctarum conuersatione virtutum viuere studeamus. vt indè nos protinùs trās feramur ad regnum, vndè illi meruere martyrium. Ea vitæ quippè meritis, quibus illi obtinere meruerunt sui certaminis palmam, indè nos absque vllo persecutionis obstaculo perducimur ad coronā. Aliud igitur in sanctis martyribus solummodò venerari & admirari debemus, aliud etiam imitari. Admiremur scilicet constanter & ingenuè morientes: imitemur honesta morū cōuersatione viuentes. Veneremur in illis, quòd corpus suum pro fide diuersis tradidere suppliciis: imitemur autem, quòd carnem suam antè crucifixerunt cum vitiis & concupiscentijs. Admiremur illos viriliter moriētes, nè vitā ipsi negatēt: sed & imitemur per charitatis zelū sāctis exhortationibus insistētes, vt ad vitā & alios traherent. Et vt breuiori quod gestio sermone cōcludā, tūc memoria martyrū dignè recolitur, si dum mors eorū ingerit audita miraculum, præcedens etiam vita ducitur in exemplum.

Sāctos in quibus imitari debemus.

Eccè beatus martyr iste Fidelis, cuius hodiè festiuitatem colimus, sicut gestorum eius testatur historia, & antequàm martyrij præberetur occasio, vitā martyrio dignam duxisse cognoscitur. Nam cùm claris natalium titulis fulgeret, & arridente rerum copia, viam mundi posset non ingloriosus arripere, spreto magnatum quorumlibèt patrocinio, religioso deuotus Episcopo maluit adhærere, vt se patenter ostenderet non ad gratiam vel diuitiās anhelare potentis, sed benedictionem potiùs eligere sacerdotis. Cum quo uidelicet non ad litigiorum forensiū iurgia, non ad præstigiosa figmenta scenarum, non ad theatralia dignum duxit commeare spectacula, sed martyrum potiùs carceres visitabat. Et quia deuotus martyribus fuit, quandoq; martyr fieri & ipse promeruit. Sic & olim dispensator ille domus regiæ Abdias, quia Prophetas centum in specubus abiconditos pauit, prophetalem gratiam & ipse postmodum dignè remuneratus accepit. Et qui tunc pane simul & aqua Prophetarum aluit piæ sedulitatis ministerio turbam, nunc Prophetiæ suæ oraculis, cælestibus videlicet alimentis, vniuersam recreat & pascit Ecclesiam. Sic Iosue, qui Moysi, ductori videlicet Israeliticæ plebis, obsequium famulatus impendit, eidem postmodùm plebi & laudabiliter præfuit, & de ei⁹ aduersarijs cū magna gloria triūphauit. Quid Elisæum referam, qui dū ab Elia separari nec ad momentum patitur, eius subinde spiritum duplicē promeretur? acsi iā tunc Dominus illud Euangelicum intonaret: Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet.

Festū S. Fidelis martyris.

Mūdo moritur.

3. Reg. 18

Iosu 1 & 1.

Matth 10

Enimuerò nec solùm sāctis martyribus beatus iste Fidelis officiū piæ humilitatis exhibuit, sed diligentiā suam ad lucrandos etiam eos, qui idolorum erroribus tenebantur, extendit. Et sicut ipse proprijs videtur verbis asserere, dū in seculari militia versaretur, magis diuino parebat imperio, quàm terreno, adeò vt nonnullos à profana idololatriæ cultura compescere:, & ad veri Dei notitiam salutiferis admonitionibus aduocaret. Militaribus quidem castris intererat, sed cælestis militiæ signa gerebat. Armatus denique videbatur cum eis admisceri, sed pro cælestibus castris satiare sibi alienæ professionis milites satagebat. Quibus nimirùm non terrenæ militiæ balteum, nō temporalis stipendij donatiuum, sed cælestis promittebat curiæ municipiū. Sub terrenæ itaq; militiæ chlamyde ꝓ castris cęlestib⁹ stabat, vt de terrena trāsfugas faceret, qb⁹ numerū militię cęlestis augeret. Huic & Dauid simile quid fecisse cognouim⁹, videlicet cùm apud Achis Regē Geth, Saulē fugiēs moraretur. Opulēta nimirū spolia de his sæpè regionibus auferebat, quibus ꝑdictus Achis imperabat: &, vt ait scriptura, ꝑcutiebat Dauid oēm terrā, nec relinquebat viuētē virū & mulierē, tollensq; oues, & boues, & asinos, & camelos, & vestes, reuertebatur, & veniebat ad Achis. Quem cùm interrogaret Achis: In quē irruisti hodie? fatebatur ille se contra meridiem Iuda, vel contra regiones Israel insiluisse. Dauid itaq; alienigenæ Regi quasi deuotum se, vrgente necessitate, præbuerat, sed ex profano eius populo strages plurimas coaceruabat; Beatus verò Fidelis sub secularis professione militiæ in procinctu castrorum cælestium desudabat. Propterea mundo, immò principi huius mundi, cui specietenus seruire videbatur, illudens, sequaces quosque satagebat abstrahere, potiorisque militię cœtibus aggregare.

Multos cōuertit ad Christū.

1. Reg. 27

Sub secularibus armis militia spiritualis vacat.

Ille igitur ferro nationes barbaricas obtruncabat, iste gladio spiritus, quod est verbum Dei, à carnali vita, inconditi & reuera barbarici ritus homines occidebat. Ille diuersorum turmas animalium rapuit: hic brutos homines ad Ecclesiæ stabulum, & capessendæ rationis pabulum vitale perduxit. Ille quæsitus Dei se populo testabatur extitisse cōtrarium: iste etiam parti fidelium quodam modo se perhibebat obsistere, dum secularem militiam videretur cum infidelibus baiulare. Militari nāque professione hoc superficietenùs videbatur asserere, quód hæreditatē Dei, cuius ipse pars erat, diuersis motibus, velut quibusdam gladijs, oppugnaret. Sic nimirùm, sic sancta fraus liberius procedebat, dū is, cui suspicio deerat, acquirēdis Christo fidelibus insistebat. Videmus igitur quia beatus Fidelis ad coronam martyrij, merito præcedente, peruenit, qui lucrandis animabus veræ charitatis studio & ante martyriū desudauit. Quasi enim bona terra & ferax prius germen sancti operis protulit, & sic deindè triumphalis gloriæ lumen excepit. Hinc est enim quòd in huius mundi primordio prius terra germinare præcipitur, sequēti verò die luminaria in cælo fiunt: quia necesse est nos primò sāctę operationis vitales fruct⁹ afferre, vt ad cōtemplandum summæ veritatis lumē valeamus postmodū ꝑuenire. Domū nēpe suā supra firmā petrā in pace fūdauerat, vndè postmodū, dū vēti minarū furerēt, dū diuersi suppliciorū fluct⁹ impingerēt, immobilis permanebat: & tanquàm radix egregii trunci robur

Ephe. 6.

Præcedente vita merito venit ad palmā martyrij.

Gen. 1.

Mat. 7.

robur priùs in occulto conceperat, quo fulta postmodùm adulta seges auris impellentibus non cadebat. In pace igitur ex bona operatione promeruit, quod inuictus in persecutionis stadio & imperterritus stetit. Elaborauit in ocio, quod superauit in bello. Intrà pacis mœnia cōquisiuit, quod in cāpo victor obtinuit.

Cur sancto Dei decollato, tempestas orta sit. Inter cętera autem meritorū eius insignia, illud quantæ gloriæ est, quod beatus hic & inuictissimus martyr, mox vt e capite cæsus est, turbida tempestas & nimia coruscatio dicitur emersisse? Hoc siquidem diuinæ fuit æquitatis indicium, vt per hoc manifestè clarescerer, quod qui martyrem suum recipiebat in gloria, tortores eius dignè terrebat in ira. Ad terrificandum itaque reprobos coruscatio & tempestas erupit, quibus videlicet comitantibus supernus arbiter ad iudicium venit, sicut per Prophetam dicitur: Ignis ante *Psal. 49.* eum pręibit, & in circuitu eius tempestas valida. Porrò in morte Domini elementa turbata leguntur. Quātæ ergò *Mat. 27* dignitatis est, quamque nobilis insigne triumphi, ad instar Dominicæ mortis, etiam in decollatione martyris elementa fuisse commota? vt ea aliqua parte mortis eius moriendo teneret formam, cuius imitatus est viuendo doctrinam.

Dæmonia cus ad eius corpus curatur. Illud etiam paruipendendum non est, quod quidam ex persecutoribus à dæmonio perhibetur arreptus, qui nimirùm cùm promitteret sepulturæ se corpus martyris cum magna reuerentia traditurum, si eo interueniente mereretur à dæmonio liberari, mox vt cadauer martyris tetigit, dęmon abscessit. In hoc etiam eiusdem nostri Redemptoris perspicuè videtur exemplum. Siquidem ex ipsis persecutoribus Domini quicunq; mysterium sacrosancti corporis eius attingere meruerunt, à dæmonum iugo soluti sunt, ipso redempti sanguine, quem fuderant. Atque vt in martyrio suo seruus passionem Domini sui videatur quasi pedissequus imitari, dū carnifices principi suo miracula, quæ per beatum martyrem ostensa fuerant, nunciarent, cuiquam talia referre omninò prohibuit, perpetuoque celari territus imperauit. Quis enim hoc audiens, nō illud protinùs ad memoriam reuocet, quod principes sacerdotum dixere custodi*Mat. 28* bus: Dicite, inquiunt, quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum uobis dormientibus: & si auditū fuerit à Præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. Isti quidem docuere custodes, vt mendacium fingerent: ille pręcepit officialibus, vt veritatem silentio supprimerent. Vtrique nimirùm ueritatis sunt inimici, dum aut commenta fallaciæ nequiter fabricant, aut ueritatem silentio malignitatis occultant.

Nos aūt, fratres charissimi, qui tam egregii constantiā prœliatoris audiuimus, qui tantæ uirtutis insignia tanquam posita sub oculis intuemur, & ipsi virtutes habere cū Dei omnipotentis auxilio studeamus. Pudeat sub ignauiæ torpore languescere, qui alios cernimus cum tanta ad cęlū gloria peruenire. Incalescat mens nostra ad agonē certaminis: & si non timet audacter cum hoste confligere, non dubitet du*Per Christū datur in agone victoria.* ce Christo facilem sibi uictoriam prouenire. Et quidē nobis minor est labor, cùm tamen commune sit præmium. Quis enim nesciat incomparabiliter esse difficilius, gladio ceruicē subdere, quàm gulę illecebras cohibere? Quis non malit æstuare laboribus, uel nuditate frigescere, quàm flammarum furentium incēdia sustinere? Quis nō leuius cēseat esurire & sitire, quàm radi vngulis uel bestiarū morsibus tradi? An nō periculosius est, in publico minantia frementium Regū mādata contemnere, quàm latenter in mente prauis cogitationibus contraire? semetipsum mori vltroneum tradere, quàm voluntates proprias, & carnis desideria refrenare? Cùm itaque minus laborando ad eādem beatitudinem tendimus, cur decertantes in stadio imitari negligimus, vt consortes in patria victoribus existere valeamus? Pugnemus igitur fratres mei, & infestantium nos vitiorum illecebras amputare curemus: non enim possumus hic gaudere de seculo, & illic regnare cum Christo. Et quidem beatos martyres cum membris diaboli dimicasse cognoscimus: nos autem cum ipso iniquorum capite infœderabilis pugnæ luctamen habemus. Illi vicerunt eum per membra sua immaniter sæuientem: nos superare præcipimur sub insidiarum fraudibus latitantem. Vtroque modo triumphum de illo gloriosus martyr Fidelis obtinuit, qui in pace per ędificationis gratiam ab eius vinculo nonnullos eripuit, & oblato persecutionis articulo, blandientem nihilominùs, & terrentem per sua membra contempsit. Victus vicit, deiectus ascendit, proprium caput gladio subdidit, & ceruicem diaboli perpetuæ victoriæ pede calcauit. Nūc proculdubiò inter ignitos supernę Hierusalem lapides emicat, & cum purpuratis commilitonibus Imperatori suo cælestis harmoniæ carmen alternat. Felici nimirùm commercio fragilem corporis exuit tunicam, & candidam immortalitatis adeptus est stolam. Caput decollatus amisit, & precioso omni lapide coronatus incedit. Ille quippè eum remunerat in æterna iam quiete victorem, qui & inter bella dudum protexerat decertantē, Iesus Christus Dominus noster, qui cum Patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen. *Vides sanctorū animas statim post separationē à corporibus recipi in cælo.*

EIVSDEM HYMNVS DE S. Fidele Martyre.

Magna Fidelis merita sancta promit Ecclesia,
Qui morte mortē perdidit, & victor astra petijt.
Abiecto carnis onere, stola vestitur gloriæ:
Tersis ab ore lachrymis, veris potitur gaudijs.
Vt ense cæsus moritur, sæua tempestas oritur,
Sic intentatur impijs vindicta iusti iudicis.
Quendam sed ex tortoribus malus inuadit spiritus,
Mox sanctæ glebæ iungitur, dira pestis excluditur.
Cordis oris'q́ precibus te, martyr alme, poscimus,
Nos tua per vestigia ad vita ducas præmia.
Sit patri laus ingenito, sit decus Vnigenito,
Sit vtriusque parilis maiestas summa Flamini.
Amen.

SERMO EGREGIVS MEGINhardi Monachi de S. Ferrutio Martyre. Habetur in antiquis manuscriptis codicibus. nos eum in capita ad marginem distinximus.

PROLOGVS AVTHORIS ad Adelgerum Abbatem.

DOMINO Adelgero cum grege sibi credito, Meginhardus exiguus, omne datum optimū, descendens a patre luminum. *Iacob. 1.* Iuxta laudem sapientiæ vendicam, qui propriam nouit occultare stultitiam, suam præstat abscondenti scientiam. *Eccli. 41.* Vndè sepè rogati in laudem sancti Ferrutij scriptis aliquid edere, maluimus silendo latere, quàm palam subsannationi nugas promēdo parēre. Neque enim minimùm nos illa Tulliana declamatio terruit, quę tepidos sic carpens scriptores intonuit: Mandare quen-

Lib. 1. Tusc. Quæst.

quēquā literis cogitationes suas, qui eas nec dispo nere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis & ocio & literis. Diutina siquidem deliberatione fluctuantes, vacaremus'ne, an scriberemus, effectiua tandèm illa charitas vicit, quę non nisi operādo ardoris sui flammas exercere nouit.

Charitas operando se exerc.

Qui verò nos tantilli per subarescentis stillam riuuli, quicquam nos præstare putemus fluctibus Rheni, qui quicquid natura preciosum, quicquid moralitate decorū, quicquid ratione splendidum mundus quadrāgulariter teres vsquam mortalibus effert, diuæ tumidus totū Moguntiæ confert? Ambrosios enim gremio conso uet, qui diuinum vertice melliflui nectaris odorem adspirēt Augustinos, qui diuinitate inter Cherubim speculando miris armaria tractatibus adaugeāt: Gregorios, qui verbi diuini pabula vigilantissime ruminantes, in promptuarijs ea hoc in illud eructātibus, opportunè promendo recondant. Ibi fons philosophicus prata virētia riuis septenis inundat, gratisq; potantes dulcedine terni saporis inebriat.

Mogūtia opes & copia.

Vndè supplicìter imploramus culminis celsitudinem vestri, quatenùs inter aurea gemmaq;, quibus abundatis, poculorum genera, crateræ vilis vel gustum nō dedignemini, fraternæq; mentis munusculum, humilitatis saltem gratia non aspernemini. Sed eccè dū supra vires conamur, sub onere labimur, & ad gressum liberum non valentes erigi, per terrā trahimur depressi: vt in nobis impleatur, quod beat⁹ Gregorius humiliter de se profitetur, quia vires quas imperitia denegat, charitas ministrat. Ipsius ergò meritis interuenientibus, cuius in laudem ex informi materia sermo cudetur, oculus noster interior spiritusancto mundante purgetur, aridumq́ue cordis nostri desertum fonte in vitam æternam saliente rigetur: quatenus quicquid dicetur, Deo gratū, egregio Ferrutio dignum, prudentiæque vestræ placabile reperiatur.

Octob. 28 Cap. 1. Psal. 130.



VM per organum spiritussancti familiare, mirabilē & gloriosum Dominū i sanctis suis admoneamur laudare, non solùm quotidianis obsequijs, sed & excellētiori quadam deuotione par est eos honorare. Summis enim studijs deuotionis obseqium videtur exequendum, quod sanctis delatum, recurrit in Christum. Verum non homo solos diuinæ debitor prouocatur laudis, sed creatura potiùs omnis, rationalis videlicet, irrationalis & insensibilis. Per se quippè Deum laudat creatura rationalis & intelligibilis: per hominem verò irrationalis & insensibilis, dum eam homo considerās, vota conditori soluit iubilationis. Laudant autem Dominū & ipsa, quoniam laudationem Domini eorum parturit causa. Quæ autem dicuntur insensibilis creaturæ, si vel ipsum conditorē valeant sentire, paucis libet cōsiderare. Si sensus à sentiendo dicitur, omnis creatura Deū sentire probatur. Secundùm se nanque creatorem sentit creatura, vbi etiam se non sentit vita. Est autē sensus à sentiendo, quo creatura Deum sentiens, ei⁹ obtemperanter obedit imperio. Nā imperante fide si transferantur montes, insensibiles vtiquè Deū sentiūt rupes. Omnis ergò creatura sensū habet in Deū.

Honor sāctis habitus redundat in Christū.

1. Cor 13.

Cap. 2. Martyrū memoriā celebrare quid conferat.

Martyrum autem Christi memoriam, omnium fidelium deuotionem recolendam, festiuis gaudijs laudibus ve debitis venerari, quid ferat emolumēti, iuxta vires ingenioli nostri, in initio dicendi operę precium duximus perscrutari. Nam si desit emolumētū, ex superuacuo causæ tractat negociū. Omnis itaq; profectus, de causa parturiēte progreditur. Sed omnis causa efficiēs esse probatur. Omne autē efficiēs, maius est eo, quod efficitur. Vndè rectè quærenda videtur causa gaudiorum, quo lucidius pateat emolumentū. Neq; enim paruulorum more nos decet effluere: qui genuino mox ab vtero in incolatus huius ærumnā profusi, sicut gratis vagitibus, nescijsq; ploratibus ora rigantur, sic & in varios gratulationū gestus sine causa laxantur. Nos verò, qui iam quę paruulorum sunt, euacuauimus, qui robur virile, solido cibo spiritualium pasti deliciarum, induimus, qui per speculum & in ænigmate videmus, quod facie reuelata sumus visuri, gaudia nostra gaudiorumq; prouētus ratione cōducit cotēplari. Quid autē rectiùs causā dixerim gaudiorū vel ꝓfectus nostri, quàm bonitatē Dei? Ipse oīūq; bonitatis origo, pfectusq; totius pfectissima cōsūmatio, iustus rerū dispēsator atq; moderator, humanæq; salutis amator, electis suis a gonizātib⁹ gratiā largit ꝓ gratia, dū ꝓ laborib⁹ momentaneis pmia tribuit sēpiterna, peccatores atq; sceleratos, larg⁹ in misericordia, bonitate saluat gratuita.

1. Cor. 13.

Iohan. 1.

Cap. 3. Patrociniū Angelorū & hominum beatorū.

Prospiciēs enim fragilitati delinquentiū spirituū cælestium & hominum, vitæ puritate actionisq; syncerita te placentium, nobis prouidit patrociniū: quatenùs erratis nostris innumerabilibus offensus, ipsis placaretur interuenientibus. Et hoc meritò gaudijs religiosis, officiosaque recolimus veneratione, sanctos videlicet gratia laboreq; meruisse, vt apud iudicem districtum nobis valeant prodesse. Quod autē gratius emolumentum, quàm ipsorū interuentu nexibus exui delictorum, diuersis mundi casibus eripi, post mortemq; cum ipsis, si tamen fideliter eos imitemur, gaudijs sempiternis perfrui? Quid autem prodest eos magnoperè venerari, quos inquantùm carnalis conuersationis fragilitas admittit, non satagamus imitari? Ipsi quippè sumpta cruce Christū sunt imitādo secuti: nos verò tardi atque desidiosi, si Christum non possumus sequi, forma sint nobis vel homines puri. Habet etenim moderna pax Ecclesię martyrium suum, cet tamen habet propriū, quo cōtra multiformes versutissimi hostis insidias legitimè confligentes, sanctorum quoquomodò per gratiam Christi mereamur esse cōsortes. Si enim, vt ait Apostolus, passionū socij fuerim⁹, simul & cōsolationis erimus: & si mortis Christi similitudini cōplantati facti fuerimus, simul & resurrectionis erimus.

Martyrū Ecclesiæ ī pace.

2. Cor. 1. Rom. 6.

Cap. 4.

Est ergò facile, solenni celebratione martyres venerari: sed arduum atque difficile, martyres imitari. Abijciat autē Christianus, quod libet: vincat animo, quod terret, & imitationem plenariam exerceat. Arctum enim iter duæ res nobis faciunt & angustū, cōtemptus voluptatum atque tolerantia passionū. In his ergò si vicerimus, veri erimus Christi martyrumque laudatores, veri erimus & imitatores. Iam verò certaminis athletarum Christi materiam subtiliùs intueamus, quatenùs insignium contemplatione meritorum, laudibus eos venerabiliùs prosequamur.

Via ad vitam vnde arcta.

Vniuersitatis ergò conditor Deus, inter omnia quæ bona creauit, & hominem bonum plasmauit, sed non summè: illius autem essentialis summiq; boni participatione, cuius immutabilis boni oē qd̄ est mutabile, inquantum est bonum est participatione. Neq; enim summum poterit esse, quod est mutabile. Hūc deniquè, quem ad imaginem & similitudinem diuinam manus sacra cōfinxit, immortalitate decorauit, prudentia, ratione, consilio præmuniuit, arbitrij libertate donauit: vt pro dignitate conditionis imperaret mundo, soli seruiret Deo, pro famulatu spōtaneo dignè remunerādus, vel pro contēptu voluntario meritò puniēdus. Hunc igitur angelus apostata

Homo vt à Deo conditus.

A diabolo euersus. Cap. 5.

beati-

beatitudinis locum, quem superbiendo perdiderat ipse, inuidiosè dolens subiturum, dolis circumuentũ deiecit incautum: sicq; cum omni prole posthuma possedit eũ, quasi iure sibi subiectũ. Iure quippè quodammodò possedit, quem sibi cõsensisse vi nulla coegit, sed suggestione sola consentaneum subegit.

Cap. 5. Cumq; generalẽ totius humanæ propaginis massam, præuaricationis huius complecteretur reatus, Deoq; contempto, mundus hosti maligno seruiret vniuersus, creator omnium Deus, natura bonus, volũtate potens, opere misericors, propter nimiã charitatem suam hominis lapsi misertus, per ætates seculi cunctas, electionis quædam sibi vasa seruauit, per *Mali sæpè infestã bonos.* quæ pietate paterna cæteros ad originalem beatitudinem quãdoque respirare monuit & instruxit. Verùm hoc seductor ille fraudulentus non æquanimiter tulit: sed vasa misericordiæ, per vasa perditionis *Gen. 6.* & iræ impugnare non destitit. Nam in Genesi qui vocantur filij Dei, nisi iusti & timorati? nec immeritò, dum pro diuini cultus obsequio filiationis illis proueniret adoptio. Et horũ memoria benedicta, sic ea thymiamatis Dauidici emanat fragrãtia: Hęc est ge*Psal. 23.* neratio quęrentium Dominum, quærentium faciem *Psal. 111.* Dei Iacob. &, Generatio rectorum benedicetur, & id genus plurima, quibus passìm redũdat diuina pa*Gen. 6.* gina. Qui verò per filios hominum, nisi peccatores exprimuntur, qui carnis pro fragilitate in omnem lasciuiam dissoluti, detestãdorum operum executione reprobantur? De his in thymiamate supradicto sic exhalatur, vbi iuxta proprietates aromatum, cum dulcibus amara miscentur: Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis. & infrà: Contritio & *Psal. 13.* infelicitas in viis eorum. Sapientię quoquè sacrariũ, *Salomonẽ dicit.* licet in fine pertulum, Christiq; vas electionis eximium, ijsdem penè verbis, sed eodem sensu, erroris *Act. 9.* eorum inter cætera sic rescribunt deuia. Qui cõmu*Sap. 13.* tauerunt incorruptibilis Dei gloriam in imaginis corruptibilis hominis figurã, & volucrũ, & quadru*Rom. 1.* pedum, & serpentiũ. Et quia non in notitia Deũ ꝓbauerũt habere, tradidit illos in passiones ignominię.

Cap. 6. Sic ab initio duæ ciuitates, per multas constructæ sunt diuersitates: vna Dei, altera diaboli: hac de virtu*Dua ciuitates.* te in virtutem proficiente, illa sacrilegijs omniq; vitiorũ immanitate semper decidente. Ciuitas quippè Dei, Hierusalem est illa cælestis, veræ visio pacis, quæ partim adhuc in membris Christi peregrinatur in terris, partim cum Domino regnat in cælis: Ciui*Apoc. 17. & 19.* tas verò diaboli, Babylon est illa confusionis plena, quæ seducendo fornicari facit omnes gentes in prostitutione sua. Studiorum ergò varietate, dum suo quæque cresceret molimine, princeps huius mundi persequebatur in membris suis ciuitatẽ Dei. Aemulationis enim diuersitas virtutibus perpetem cũ vitijs parit conflictum: quoniam in vniuersali furore vitiorum, generalis non capit constantia virtutum. Hæc igitur æmulatio, hæc innocentiæ conditio san*Gen. 4.* ctum sanguinem à rerum manet initio. Deniquè ꝓtomartyr iustus Abel per Cain malignum necatur: *Exo. 1. 2. &c.* Hebræi Deicolæ in tribulationis camino per Chaldæos examinãtur, filij Israel per Aegyptios affliguntur: per apostatantem populum Domini prophetæ *2. Mac. 7.* sancti mortificantur: cruentissimo genere mortis ꝑ Antiochum Machabęi trucidantur. Et hi quidẽ vocabulo tali meritò videntur insigniti, qui certamine fortis cum antiquo serpente congressi, gloriosissimi reportauerunt insignis triumphi. In his, vt ità dixerim, primùm animus enituit militiæ triumphalis: quia licèt ante eos omnibus penè iustis, pro rectitudinis zelo persecutionem passis, Deum tamen negare, & idolis manufactis inferuire cogebatur nullus, exceptis pueris tribus, fornaci ꝑ Nabuchodonosor probatis ignibus. His ergó tunc nouũ, & retrò secu- *Dan. 3.* lis inauditum, dignè concessum est hoc victorię genus, quasi iam instaret tempus, quo testiũ Christi victoriosissimus horũ trita vestigia sequeretur exercit⁹. Hinc inter cunctos veteris testamẽti martyres, horũ tantùm cum Euangelicæ fidei triũphatoribus infrà sacrosanctæ actionis mysteria veneratur memoria: vt quorum par extitit agonis materia, parque victoria, pari triumphi decorentur & gloria.

Inter hæc, dilectissimi, dominator ille truculen- *Cap. 9.* tissimus in omne mortalium genus adhuc potestatis suę vires exercuit, nec vllo modo iugum captiuitatis excutere valuit, qui libero pollens arbitrio, hosti se spontè per consensum subdidit. Hoc, inquã, iu- *Esa. 10.* gum ratione nulla poterat solui, donèc à facie computresceret olei. Ineffabilis igitur dispensatione pietatis, & inenarrabilis gratia dilectionis, ad humani redẽptionẽ generis Deus pater ex cælestis militiæ virtutibus nullum, sed filium suũ misit vnigenitum, vt ex carne virginea carnem indueret, & eadem forma eademque materia, quam vicerat, hostem debellaret, hominemque libertati pristinæ restitueret. Hic æquitatis magno iure & incompræhensibilis opus erat arte sapientiæ, quia quod malignus ille sub iuris sui iamdiù possederat ditione, non potuit perdere, nisi eadem, quam vicerat, natura reuincẽte. Hominis itaq; factor homo factus, in terris virgi- *Christi charitas erga humanum genus.* nea suxit vbera, regens sidera, panis viuus esurijt, fõs vitæ sitiuit, lux dormiuit: ab itinere via fatigata, falsò veritas est accusata: iudex viuorũ & mortuorũ à mortali iudicaẽ, ab iniustis iustitia dãnaẽ, spinis botrus coronatur, fundamẽtũ suspenditur, virtus infirmaẽ, sal⁹ vulneratur, vita moritur. Propter hoc quippè q erat sine initio, ex materno ortum habere dignatus est vtero: vt illi⁹ humilitas nostra fieret sublimitas, Crux *Crux Christi, nostra victoria: mors, vita & salus nostra.* ei⁹ nostra victoria, mors illius nostra salus & vita. In hoc deniq; apparuit filius Dei, vt solueret opera diaboli. Congressus ergò cũ leuiathã carne, quã induerat, hamũ diuinitatis latentẽ inescauit, sicque moriens, hostẽ, dũ se vicisse crederet, prostrauit, tartaroque spoliato, victor resurrexit: cælosque conscendẽs aditũ nobis vitæ, quẽ ignea clausit atque versatilis *Gen. 3.* rhõphea, reserauit. Hinc prędicationis Apostolicæ sub Christo vero sole per orbẽ rutilãte fulgore, zelo ductus princeps seculi huius, vasa doluit suæ captiuitatis auferri, spoliaque distribui.

Efferatus itaque persecutiones commouit, prælia *Cap. 8. Diabolus incitat tyrãnos in Christianos.* concitauit. Vndè potestas terrena conspirans, cõtra Christi nomen armatur, persecutionis turbo grassatur, fidelis quisque pro fidei veræ confessione mactatur. Imperiale per totũ orbẽ nimis vrgebat edictũ, nomẽ funditùs extirpari Christianũ. Lege promulgatur publica, sanciri delatoribus præmia: Christianos verò sacrificantes, muneribus & honoribus amplissimis cumulari: vel in Christo perseuerantes, pro maiestatis regiæ contemptu varijs & exquisitis cruciatibus mortificari. Tũ verò corpora sancta passim rapiuntur, cædũtur, igne cremãtur, mẽbratim discerpuntur, modis omnibus crudeliter afficiuntur. Neq; verò artubus exanimatis parcebatur: laniabantur, incendebantur, spargebãtur, nec saltem sepeliri sinebantur, & quibus per Christũ cæli, aperiebantur, ab infidelibus communis omniũ viuentiũ mater terra negabaẽ. Inter hæc millena discrimina tyrones Christi malunt occidi, quàm vinci: quorũ virilis cõstantis infatigata sẽper triũphat perseuerantia. Hoc est *Martyrũ omnium studium.* sanctorum martyrum commune consiliũ, commune commercium, contemnere fugientia, cõparare permanẽtia: viuere moriẽdo, nè moriãtur viuendo: &

semèl

femel moriendo femper viuere, quàm paululùm viuendo perpetualiter interire. Hoc eft, inquã, fanctorum commune prudensq; confiliũ, hoc commune felixq; commercium. Horum fufferentiã mirã cum principibus fuis mundus inhorruit, in quorũ cordibus iam vilefcens aruit: qui nec blandimẽtis molliebantur, nec tormentis acerrimis frangebantur.

Cap. 9

Neque verò in hoc procinctu Dominico foli coronabantur viri: fœminæ quoquè licèt fexu fragili, animo tamen agonizabãt virili: fed & virgines tenellę, dum lafciuum geftiunt corporis fexum domare, cruẽto corpore feculum, Chrifto auxiliante, domuere. Eft itaq; corona gloriofior, vbi fexus infirmior: quia virilis animus in fœminis maius aliquid facit, quandò fub pondere paffionis fragilitas fœminea nõ deficit. Gemit autem hunc cum fuis fatellitibus horum pedib⁹ proftratus inimicus, quos, vt videbatur, ignominiosè morientes, eft fe viciffe gauifus: dolet eorũ interuentu molimina cuncta malignitatis fuæ caffari: dolet eorum fuffragijs corporis & animæ impedimenta fubleuari. Hæc ergò, fratres, agonis materia Sanctorum, hæc eft noftrorum caufa gaudiorũ, hoc noftri profectus emolumentum, hoc in fanctos nõ minimum pietatis deuotionisq; documentum.

Corona gloriofior, vbi sexus eft infirmior.

Intercesfio fanctorum quid præftet.

Cap. 10.

In hoc exercitu cãdidato triumphantium militũ Chrifti, qui cum patientiæ proni cucurrerunt in huius ftadio feculi, velut preciofiffimum Dominici fecti margaritum, fpecialis nofter patronus, gloriofiffimus videlicet Ferrutius, virtutum gloria clarus, meritorum prærogatiua præfulget venerandus. Hic itaque dum in his moribundis degeret membris, contempfit mortem quandoquè venturã, vt vitam acquireret fine fine manfuram, fideli prudentiq; confideratione perdens, quod & retentum periret, vt quod perire non poffet, moriens inueniret. Huic quippè præfagio quodam Ferrutij nomen eft inditum: quia ficut ferro non folùm lapides & ligna, fed & cætera vincuntur metalla: ipfum verò nõ nisi folo vincitur igne: fic ille folo diuini amoris victus ardore, machinamenta cuncta mundanæ fpiritualisq; deuicit malitiæ. Verùm quia vitæ vel paffionis eius tẽpora feu gefta non reperiuntur, laudis ipfius prǽconia nõ filebuntur, dum meritorum infignia frequẽti miraculorũ atteftatione pandũtur. Licèt enim figna fecũdùm Apoftolum, non fidelibus, fed infidelibus data fint, neceffariò tamen aliquãdò cõferuntur & fidelibus: quatenùs quorundam fanctorum actus cùm occulto Dei iudicio lateant, fignorum experimento merita pateant. Non autem in laudibus diuinis Ferrutius folus abfque geftorum rememoratione celebratur, cùm in vtriufque teftamenti ferie viri præcipui fine genealogijs commemorentur. Sic quippè Melchifedech ille, qui in veri facerdotij typo panem & vinũ obtulit: fic Elias, qui populũ Ifrael in gladio & igne iudicauit: fic prophetarum plurimi repentè videtur induci: fic in nouo Thomas, Bartholomęus & Matthias Apoftoli: fic perplures martyrum Chrifti, quorum merita placeat non eo minùs venerari, quo cõftat ortus eorum vel actus fine periculo nefciri.

S. Ferrutij virtus.

Eius crebra miracula

1. Cor. 14

Gen. 14.

3. Reg. 18

Cap. 11.

Quòd autem fancti Ferrutij latent actus, fiue Scriptorum penuria contigiffe conijcimus, quos prifcis temporibus in Germanorum partibus non adeò floruiffe cognouimus: feu certè fi quibufcunque ftudijs exarati fuerant, bellorum deperiffe turbinibus. Sic quippè Hierofolymis lex diuina flãmis legitur Chaldaicis incenfa: fic vrbium plurimarũ & nobiliffimarum credibile iudicatur periffe monimenta. Neque enim facile perfuaderi poteft Moguntiam, excellentiffimis Galliarum ciuitatibus conferendam, literalis immunem ftudij tũc temporis torpuiffe, gentiũque cunctarum mercibus vberrime refertam, liberalibus difciplinis, quibus præftantiffimus omniũ diuitiarum honor debetur, caruiffe. Sed ex innumerabilibus fortè bellorum cladibus, quæ Galliam Germaniamq; vaftauerunt, cùm Moguntiæ, tum plurimarũ vrbium, quæ non extant, monimenta perierunt. In Chronicis itaq; curiofiùs requifitis inuenimus Archadij, Honorij Theodofijq; iunioris temporibus, fub Pharamundo, Clodio, Meroueoq; Francorum Regibus, Romanis adhuc imperantibus, Gallias à diuerfis attritas gentibus, vrbes folotenùs dirutas incolis captiuatis, villas exuftas: vbi cum fuppellectili reliqua, liberalis etiã, fi qua fuerat, poterat aboleri difciplina. Vndè nè pro certis incerta probaffe videamur, quod habemus in promptu, fequamur, magnaliumq; Dei laudatores potiùs, quàm iudiciorũ eius incomprahenfibilium fcrutatores, inueniamur. Propofuimus autem hoc fermone ad gaudium fpirituale mentes audientium prouocare, quo plùs per charitatem ædificãtem, ad fanctorum focietatem proficiamus, quam per fcientiam inflantem, ab interni gaudij delectatione deficiamus. Sed humani tarditas ingenij quia via ad intellectualium perceptionẽ poteft adduci, nisi cordis interna priùs cognitione pafcantur exteriori, iuxta quod Apoftolus ait, Non priùs quod fpirituale, fed quod animale, deindè qđ fpirituale: dicemus fecundùm quod percepimus, nõ quidẽ narratione plena martyris huius fanctiffimi certamina, fed fummatim perftringẽtes nouiffima.

1. Mac. 1

Moguntia encomium.

Galliarũ vaftationes.

1. Cor. 8.

1. Cor. 15.

Cap. 12.

Ex literis itaque maufolei, quo facratiffima medelæq; fcia recõduntur offa, vir ifte beatus cognofcitur, Moguntiæ demoratus, amoreq; diuino cingulũ militare foluiffe, altaribusq; facris, Chrifto deinceps victurus, arma deuouiffe. Hinc vrbis præfectus ira cõmotus, incertum Chriftianus an ethnicus, vltra Rhenũ caftello fanctum transmigrauit exilio, ferroque vinctum carceri mancipauit tenebrofo. Diutina verò maceratus inedia, per fex menfes beneficia nõ experiebat humana: fed carnali deftitutus iuuamine, fpirituali diuinitùs folamine fulciebatur. Hinc itaq; poculum paffionis amarum non exhorruit: fecurus autem calicem mortis exhaufit, quem priùs pro exẽplo fummus bibit medicus, nè lethalem eũ, fed medicinalem, crederet ægrotus. Securus, inquam, mortis exhauferat calicem, quia per hanc amaritudinẽ ad inæftimabilem fe perueniturum fperauit dulcedinem. Pœnas igitur fortiter* currens, calicem Domini lætus bibit, ficq; menfe feptimo felix in Domino quieuit. Pulchrè verò qui pofthabitis actualis vitæ laboribus, Deo vacare difponebat in contemplationibus, impedimẽtis abfoluitur popularib⁹, loco munitiori atque fecretiori deftinatur, vinculis amoris Chrifti conftringitur, tenebris mundanæ noctis addicitur, vt lumine veri folis indeficienti potiatur: materialis fame panis afficitur, vt verbi diuini pabulo fatietur. Et hic quidem fenis menfibus, quafi fex feculi huius ætatibus, varijs tribulationum preffuris examinatus, menfe feptimo, velut ætate feptima cũ electis omnibus requietionis fabbatũ celebrat feftiuus, expectans feliciter octauam, folennitatem fcilicet refurrectionis celeberrimã, cùm corruptio mutabitur in corruptione, mortaleq; veftietur immortalitate: cùm Hierufalem cæleftis ciuis effectus, agnũ quocunquè ierit, comitabitur: cùm fpiritibus Angelicis fociatus, contemplatione diuina fatiabitur.

Hiftoria breuis S. Ferrutij.

Diutius vexatur in cuftodia, longa cruciatus inedia.

for. ferens*

Decedit in carcere.

1. Cor. 15.

Apoc. 14.

Cap. 13.

Sed fortè quęritur ab aliquo, cur fanctus hic inter martyres folenni glorificetur officio, cùm fanguinẽ non fuderit pro Domino? Huic autem facilis obijcitur à fano fapiente refponfio, quia martyriũ fola fanguinis non facit effufio, non etiam fola carnis af-

flictio

Martyriũ nõ sola fa- cit sanguinis fusio.

flictio, sed & mundi cordia contritio, salutarisq; spiritus humiliatio. Neque enim minoris apud Deum meriti, squaloris carcerarij, tenebrarũ, vinculorũ, solitudinis, longæq; famis morosa credenda est excruciatio, quàm momentanea capitis obtruncatio. Nec dubitandum reor athletam Christi constantissimum, qui in his tormentis spiritum gessit inuictissimum, ceruices spontè carnifici præbiturum, si sic iniquitatis dictaretur iudicium. Iniquissimus autem iudex maluit hunc in pœnis differri, sperans eius vel fame constantiam flecti: qui uõ expauesceret, fortassis autem optaret, pro Christo gladio plecti. Martyr ergò dignè prædicatur, inter martyres meritò colitur, quem etsi sanguinis purpura non venustat, virtutum tamen tormentorumq; venustissimè ornat varietas. Huius ergò viri beatissimi corpus presbyter Eugenius, adnitẽte Berẽgario, summa cũ diligentia collectũ, castello tumulauit, titulumq; causã summatim pertingentem cumposuit, sperans in resurrectione se cum eo partem habiturum, quẽ humanitatis obsequijs prosecutus est vel defunctum.

Eugenius & Berengarius sacrum eius corpus sepeliunt.

Cap. 14. Ibi deniquè membra sacratissima, beneficijs diuinitùs comitata, à ciuibus frequentata, vsque ad Lulli venerabilis pacificè quieuerunt põtificatus tẽpora, q post sanctissimum martyrẽ atq; pontificẽ Bonifaciũ, sedis Moguntiacensis strenuè rexit populũ. Hic itaque prædecessoris atque magistri sui sequax egregius, cùm per sedis suæ diœcesim ecclesias construeret, monasteria fundaret, regnumq; Francorũ Christianæ religionis cultu longè lateque nobilitaret, reliquias sancti Ferrutij in Lætantium locum transtulit, Deoq; sub cœnobialis normæ disciplina militantes adunare curauit, spiritu feruentes, spe gaudentes, id ipsum inuicèm sentientes, animas suas castificantes in obedientia charitatis, in amore fraternitatis. Boni verò pastoria vsus prouidentia, fratribus ipsis, nè deficerent in mandatorum Domini via, victus atque vestitus sufficientes redditus contradidit, ipsumque locum, donèc in corpore vixit, summa deuotione pro sancti reuerentia coluit. Postquam autẽ domus eius terrestris habitationis hui[us] luteę soluta est, vt nõ manufactam, sed æternam in cælis inhabitaret, pontificatus illi pariter & religionis successores Richolfus Haistolphus & Rabanus, eadẽ deuotione locũ sanctum coluerunt, ecclesiam amplificauerunt, tumbã sanctarum exuuiarum decenter composuerunt, pauperes Christi sacris ossibus excubantes humanitatis summæ consolatione fouerunt.

S. Lullus 2. Episcopus Moguntinẽsis.

Transferuntur reliquiæ S. Ferrutij in monasteriũ Blidenstat.

2. Cor. 5.

Cap. 15. Et nos, fratres charissimi, Deum, ex quo, per quẽ, & in quo sunt cuncta, quæ sunt bona, laudemus, & pro modulo nostro secundũ multitudinẽ miserationum eius glorificemus, qui nobis talem dignatus est cõferre patronum, cuius excellentia meritorũ, solamẽ laborum, & fructum nobis æternorum obtineat pręmiorũ. Præsentem verò nostrum specialẽq; patronũ imploremus omnes, imploremus singuli sedulitate votorum, quatenùs fragilitatis nostræ percipiat gemitus, humanos nostros excessus apud supernos excuset auditus, piè patrocinando nos foueat, pastorẽ nostrum protegat, familiã defendat, locũ custodiat, à spirituum malignorum nos tueatur insidijs, ab innumeris huius mundi eruat periculis: vt ipsius & omniũ sanctorum interuenientibus meritis, ad illa pertingere mereamur gaudia beatitudinis, quæ non vidit oculus, nec audiuit auditus, nec humanus capere valuit intellectus, quæ Deus ante tempora secularia suis præparauit dilectoribus: Cuius honor, laus & imperium sine fine permanet in secula seculorum, Amen.

Rom. 11.

S. Ferrutius patronus ciuitatis Moguntensis.

1. Cor. 2.

VITA S. FARONIS EPISCOPI Meldensis, ex MS. Codicibus, per F. Laurẽtium Suriũ paraphrasticos descriptũ.

Octo. 28. Cap. 1. Pater S. Faronis.



BEATVS Faro patrem habuit Hagnericum Burgundionẽ, adeò charum Theodobertũ Austrasianorum Regi, vt ab eo in aulam accitus, in proceres non mediocriter clarus extiterit. Celebrem eum reddebat, quòd Rex eius consilijs vteretur, quòd præclara esset sapientia ornatus, hospitalitatis studiosus, sanctorum virorum susceptor & hospes deditissimus atque humanissimus. Animo enim perspicaci facile intelligebat in eorum mentibus habitare Christum, quem in eis venerebatur. Duxit verò cõiugem, generis præstantia haudquaquàm ipsi imparem: Leodegunda ea dicebatur, tresq; ei peperit filios, Faronem, de quo nobis est sermo, Vualbertum & Chalnoaldum: itemq; Faram filiam, multa probitate conspicuam. Chalnoaldum pater voluit à beato Columbano, illustri sanctitate, Abbate, erudiri, cùm is in vasta habitaret solitudine, cui etiam ad iussum beati Columbani fera bellua parere didicit, vt in ei[us] gestis habetur. Vualbertus à sancto Columbano cum fratre Chalnoaldo & beato Agilo filio Agnoaldi, q fuit Hagnerici frater, traditus est Eustachio magnæ doctrinæ & sanctitatis viro, ipsiusq; Columbani discipulo, instituendus: quibus & plerique alii adiuncti fuere, qui posteà Ecclesiarum præsules eximii extiterunt. Vualbertus quidem decimusnonus à beato Dionysio pro vitæ suæ meritis creatus est Meldensium antistes. Deniquè Faro à patre Haguerico in aulam Theodoberti Regis adductus est, sperans se eum suæ dignitatis successorem habiturum, quẽadmodũ etiam posteà euenit. Nam quoad Theodebertus regno potitus est, Faro sanctus iuuenis militari habitu apud eũ degens, inter palatij primarios viros haud vulgari eius familiaritate vsus est.

Item mater.

Vualbertus Episcopus Meldensis.

Viuit ĩ aula Faro iuuenis.

Cap. 2. Porrò cùm Theodeberti & Theodorici Regũ ditiones Clotario cessissent, apud eũ quoq; Faro pręcipuum gratiæ & amicitiæ locum obtinuit: atque ea fiducia fretus, admonebat Regem mundi huius blãdimenta & illecebras, cęlestis beatitudinis contemplatione calcare, omnibus se comẽ & amabilem exhibere, actus & mores suos ad virtutis pręscriptum componere. Dabat etiam operam humanitatis & misericordiæ officiis & operibus, ità vt reos capitis liberare studeret. Nec desunt, qui scribant missos tum ad Clotarium Regem à Saxonũ gente legatos, eosque verbis iniuriosis vsos, vsqueadeò Clotarij animũ exarcebasse, vt iusserit eos confestim interfici, ira præcipite eũ extimulante. Et quamuis proceres eũ à tali facinore dehortarentur, dicerentq; si legatis quamuis inimicæ gentis eã vim afferat, eũ ius gentiũ violaturum, & contra ipsas quoq; Francorum leges venturum, nihil tamẽ apud iratum Regẽ efficere potuisse, quòd ruptis moderationis habenis, sanũ consilium non admitteret. Tum verò magna vsum prudentia Faronem, dixisse vt fieret quod Rex mandasset, sed ità tamen, vt in postremum diem legatorum cędes differretur. Eam sententiam omnium sedisse animis, legatos ea nocte à milite custoditos: ad eos autem accessisse Faronem, & tantum suis apud eos sermonibus effecisse, vt Christiana religione voluerint initiari: atq; id cùm ille Regi & aulicis indicasset, nõ solùm vita donatos, sed etiã muneribus affectos, ad suos, cũ gaudio reuertisse. At posteà tamẽ Sa-

Clotariũ Regẽ optimẽ admonet.

Faro sua prudentia seruat morti destinatos.

Saxonum dira cædes.

xonū gentē à Clotario, filio suo Dagoberto, qui ab eis vulneratus erat in capite, opē ferente vsqueadeò debellatā esse, vt neminē permiserit ea eis manere superstitem, qui gladij eius mensuram excederet.

Cap 3.

Consentiē te cōiuge, S. Faro clero se iungit.

Interea autem, cùm apud Clotarium Regē multa præclara gereret, sororem Faram virginem sanctissimam cognouit magno ipsius viuēdi desiderio teneri. Accessit igitur ad eam, & intantùm familiari eius colloquio sapientiq; oratione permotus est, vt amplissimos palatij honores, Regisq; singularem amicitiam sibi negligendam putarit, ipsiusq; coniugij oblectamenta, adhuc vigente iuuētutis flore, respuerit, & consentiente vxore Blidechilde, Ecclesiastico ordini se adiunxerit, Ecclesiam beati Stephani Meldēsis, quæ tum magna premebatur paupertate, multis villarū opibus ditarit, sanctæ quoquè Faræ cœnobium magnificè sublimarit, & non ciues modò, sed etiam peregrinos & exules suis facultatibus sustētarit. Crescēte autē fama sanctitatis eius, gēs Anglorū magno eius amore incensa, puellas virgines mittebat, quæ eius opera in monasterijs Faræ & alio quodā, Christo militarent. Porrò * Chillenū Scotū, virū sanctū, ad Atrebatenses ipse misit, quos ille sana doctrina & illustribus miraculis ad Christū traduxit.

** Quidam hūc aiunt fratrē Faronis fuisse.*

Cap. 4. Chillenus fractū vitrū pcibus redintegrat

Sedente quandoquè eodē Chilleno ad mensā cū Farone, poculū vitreū è manibus pincernæ èacidēs, confractū est. Cernens ea re ministri animū perturbatū Chillenus, vultūq; eius pallore perfusum, clàm ei innuit, vt fragmenta poculi ipsi præberet. Quæ cùm accepisset, fusis ad Dominū pcibus, pro fragmētis redintegratū poculū homini mœrenti restituit.

Cap. 5. S. Faro fit Episcopus Meldēsis.

Cùm è vita decessisset Vualberius Meldensis Episcopus, beati Faronis frater, in eius locum annuente Clotario Rege, Faro subrogatus est. Ad eam autem dignitatem euectus, quanta vitæ sanctitate virtutūq; splendore claruerit, satis declarant miracula, quæ per eū Christus efficere dignatus est. Beatus Audoenus in fundo suo monasterium condidit ad torrentem Resbacensem: cumq; beati Petri Apostolorum principis oratorium cuperet dedicari, ei rei operam suā nauauit Faro sanctissimus, quippè in cuius diœcesi extructum esset, atque Audoenus eius loci ordinationem omnem ea eius consilio facere decreuerat. Ipso autem dedicationis die paruū quidem, sed egregiè politum, marmor pontifices benedicentes, cum deindè altari imponere vellent, humi collapsum, ità duas in partes scissum est, vt ferro sectū videri posset. Id conspicati antistites Faro & Amandus, proceresq; Audoenus & Eligius, in terrā sese prosternunt, Deoq; preces offerunt. Inde ab oratione surgentes, marmor Crucis signo consignāt, moxq; adeò inter se partes coalescūt, vt nullū fracturę vestigiū cerneret.

Marmor fractum instauratur diuinitus.

Cap. 6. Nota de chrismate miraculū

Quodam Pascali tempore cum sacro chrismate populum beatus Faro confirmaret, quidam puer cæcus inter alios accessit: qui vbi chrismate vnctus est, lumen cæli, quod nunquàm anteà viderat, iucundissimus adspexit, simulque sancti spiritus gratiam ex confirmatione secum reportauit.

Cap. 7. Soluit verbo captiuos

Cùm beatus vir domesticatim visitaret ouiculas vrbis suæ, paternam illis adhibens curam & solicitudinem, casu carcerē, in quo vincti homines detinebantur, præterijt. Id sentientes miseri illi, petunt veniam facinorum, & vinculorum solutionem. Mox ille pietate commotus, Abite, inquit, liberi, quando quidem factorum vos pœnitet. Ad eam vocem vincula confestim soluta sunt, non ausa detrectare imperiū sancti antistitis, in quo Christi virtutē sentirēt.

Cap. 8.

Neque illud silentio premendū putamus, qua virtute animi & prudētia, cum iam sacrum Christo seruitura accepisset velamen coniunx eius Blidechildis, beatissimi viri tentationē, ab inuido & maligno dæmone illi iniectam, extinxerit. Cum enim illa iam sanctimonialis in propria quadam villa sua Deo famularetur, beatus Faro in memoriam rediit amoris & pulchritudinis eius. Itaque misit ad eā, iubens vt ad se veniret. Illa ut audiuit, nō est mota loco. Misit iterūm Episcopus, & nec sic quidem venire voluit. Vbi autem tertius venit nuncius, sentiens illa sancti viri animum pertinacem, vt & suæ & illius pudicitiæ cōsuleret, deposuit vestes, q̃ cultiores videri possent: capitis totondit pilos, induēsque se cilicio, ea deformitate se ei visendam obtulit. Ille verò tali eam habitu & specie contēplatus, vehemēter exhorruit, dolēs se tētationi eatenus cessisse, multumq; admirās, fęminę singulari prudētia ab illicito opere sese reuocatā.

Mira arte tētatio beati viri extinguitur.

Cap. 9.

Egressus est quandoquè vir Dei ab vrbe Meldensi ad beati Remigij oratorium precandi causa. Cūque ab oratione surgeret, repētè ad eius aures perfertur clamor miserabilis, luctusque ingens hominum, in quadam naui medijs in fluctibus permultos perijsse dolentium. Tum ille conscenso ponte, prono vultu se prosternit, orat Dominum Iesum pro salute miserorum: post mediam ferè horam flumen baculo, quē tenebat manu, tāgit: fit res admiratione dignissima: sine vllius rudentis aut remigis adminiculo, nauis ab vndis emergit, submersi omnes in litus exeunt, quorum iam erat vita planè deplorata.

Multi submersi redeūt ad vitā

Cap. 10. Fuit Episcopus 66 annis.

Multa sunt alia sancti Episcopi præclara opera, q̃ tamen, nè tędium lectori fastidioso afferamus, prætermittimus. Fuit in Episcopatu à Clotario Rege vsque ad Childericū annis sexagintasex. Migrauit aūt post multos labores ad beatam requiē, Ecclesia Meldensi lugente, lætantibus Angelis. Cæcus quidam ab ipso ortu, cùm in Rothomagensiū finibus degeret procùl à Meldensi ciuitate, nocturna visione admonitus est ædē beati Faronis petere, visum eius meritis impetraturus. Credit homo visioni, seque accingit itineri. Postq̃ ad locū indicatum peruēnit, omnibus tum diurnis, tum nocturnis horis monachis psallentibus se adiungit, auidissimè expectans promissum oculorū lumen. Et eccè cùm sub aurorā quandoquè staret ad sepulcrū beati viri, monachis cantantibus versum illum, Deus misereatur nostri, & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos: palpebræ hactenùs semper clausæ, stillantes sanguinē, aperiuntur: perspicueque cernit, qui ad illud vsque tempus lumen ignorauerat: præstante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Psal. 66. Cæcus videt.

Cap 11. Lege vitā S. Eustachij Cap. 3. & 4.

Hactenus beati Faronis historia in MS. codicibus habet, quā satis confirmant ea, quę in vita sancti Eustachij siue Eustasij Abbatis Luxouiensis 29. Martij Tomo 2. leguntur. Fit enim ibi quoque mentio Chagnerici, quem hęc historia Hagnericum vocat, qui fuit beati Faronis pater: itemque Landegundæ, siue, vt hìc appellatur, Leodegundę matris eius: Burgundoforæ quoquè sororis eius, quam ego sentio eandem esse, quam nostræ historiæ author Farā nominat. Tum etiam Chagnoaldi, siue, vt noster habet, Chalnoaldi, qui beati Faronis & Faræ frater fuit. Facilè autē ab alijs atque alijs aliter atq; aliter propria nomina scribuntur & pronunciantur, quæ tamen res nihil mutat personas ipsas. Malè autem in Historia beati Eustachij cap. 3. non longè ab initio, pro Chagnoaldum, scriptum est Magnoaldum: quo in loco puto mihi imposuisse manuscriptum codicem, minimè tunc obseruatis ijs, quæ postea de Chagnoaldo eodem capite sequuntur: qui tamen error leuiculus est.

VITA DIVI LVDOVICI MORbioli Bononiensis, ex Carminibus fratris Iohannis Baptistæ Mantuani Carmelitæ ad Innocentium octauum Pontificem: compendio conscripta per Carolum Sigonium virum doctissimum, quam ad nos misit Illustrissimus Cardinalis Gabriel Paleotus Episcopus Bononiensis.

Octob. 28 S. Ludoui. ci patria.



VDOVICVS Morbiolus Bononiæ natus est ex gente obscura, vir fuit mediæ staturæ, formę decoræ, barba & capillo nigro, cæsarie crispa. Ab ineunte ætate auaritiæ & libidini fuit deditus, verum mox graui & periculoso morbo oppressus, ad Deum se conuertit, ac patientiam inprimis & vitæ asperitatem amauit. Religionem autem professus, primum colore Carmelitarum est visus, deinde albo. Pellibus ouium sæpè corpus velauit, inhorrescente hyeme vestem tenuissimam induit, & calceos respuit, ità ut etiam nudis pedibus glaciem premeret. Pro cingulo funem adhibuit. Crines aluit, sed promissos & incomptos. Primùm sedem propriam nullam habuit, sed huc atque illuc errauit: pòst in domo Pauli Lupari ciuis Bononiensis habitauit. Cæterum aut humi, aut in duris stramentis cubare assueuit, lapidem sibi pro ceruicali sternens. Cibo delectatus est non solùm tenui, sed etiam vili, eumque, si delicatior videretur, cinere sæpè conspersit. Omninò carnibus abstinuit: ficus, poma, nuces atque olera frequentauit, quæ aut ciuda sumpsit, aut certè sine oleo coxit. Ità ea summa inedia maciem summam contraxit. Per noctem lachrymans lapide pectus percutiebat, totus in meditatione passionis Christi defixus. Interdiù, nè ocio langueret, sacras ex ossibus imagines sculpere didicit, aut prædicationi se tradidit, homines ad cælestem gloriam consectandam & humanam contemnendam adhortans. Cùm iter faciebat, asello vehi consueuerat: & cùm manus vinculis, collum capistro implicitum gereret, ridente hominis insaniam populo, de mundo & de semetipso triumphare dicebat. Huius prædicationis Bononia, Mutina, Regium, Ferraria & Mantua testes fuerunt. Cultus diuinus auctus est, ab eo luminaribus ad altaria inlisutis.

Fit Monachus.

Vita eius asperitas.

Abstinētia.

Prædicat Dei verbum.

Felix obitus eius.

Cùm vitam ad annum vsque quinquagesimumsecundum produxisset, quinto Calend. Nouembris migrauit ad cælum, sepultusque est in cœmeterio ecclesiæ cathedralis sancti Petri: & post sex menses, cùm miraculis clarere cœpisset, in ecclesiam translatus est. Huius vitam frater Baptista Mantuanus Carmelita versibus scripsit ad Innocentium Pontificem octauum, vndè hæc sumpsimus.

Trāslatio.

HISTORIA BREVIS S. NARcissi Episcopi Hierosolymitani, ex Ecclesiast. historiæ Eusebij Cæsareensis Libro 6. Cap. 8. & 9. Interprete Iohanne Christophorsono Anglo.

Octob. 29



B I. Seuerus imperium ad annos decem & octo administrauerat, Antoninus eius filius, ad eum honorem euehitur. Eodem tēpore vnus ex eorum numero, qui in ea turbulenta persecutionis tempestate se fortes & inuictos præstitissent, & post certamina, pro fidei confessione suscepta, essent integri & incolumes diuina prouidentia seruati, nomine Alexander, quem modò Episcopum Ecclesiæ Hierosolymitanæ fuisse monstrauimus, propterea quòd confessione fidei Christianæ temporibus persecutionis nobilitatus erat, Episcopatu, quem dixi, cum adhuc Narcissus, qui eum in eo officio anteibat, superstes esset, dignatus fuit. Præter multas alias admirabiles res gestas, quas qui ex ea Ecclesia sunt, ex sermone ac traditione fratrum, gradatim & ordine succedentium, de Narcisso narrant, hoc prætereà miraculum ab eo editum referunt:

In magna & solenni Paschatis vigilia, oleum diaconis & ministris Ecclesiæ defuisse perhibent. Vndè cùm vniuersam multitudinem grauis quædam ægritudo & demissio animi occuparet, Narcissum ferūt his, qui luminaria apparabant, pręcepisse, vt aquā ex puteo quodam, qui erat in proximo, haurirent, & ad ipsum afferrent. Quo absque mora peracto, eum super aquā orauisse, mandasseque vt cum vera & cōstanti in Dominum fide, eam in luminariū vasa infunderent. Quod vbi fecerant, contra omnem rationem, incredibili quadam & diuina virtute, naturam aquę in oleī naturam commutatam: & pro certo illius miraculi indicio, fratres complures, qui illic erant, eo quidem tempore permultum ex illo oleo reseruauerunt, ex quo etiam aliquantulum ad nostram vsque ætatem custoditum est. Pleraque itèm alia, memoria quidem digna, de vita istius viri commemorāt, in quibus eiusmodi quiddam traditū est.

Nota de solemni Paschatis vigilia.

Luminariorum in tēplis vsus antiquissimus.

Cùm quidam nequam perditi homunciones grauem & seueram eam rationem, qua per vniuersam vitam tum in hominibus acriter admonendis, tum in eorum vitiis corrigendis vti consueuit, neutiquām ferre possent, præ metu, nè ipsi propter infinita scelera, quorum sibiipsis conscii erant, iudicati ab eo pœnas luerent: cœperunt contra illum confictis dolis conspirare, & turpem quandam criminationis calumniam in eum conicere: deindè quo magis auditoribus criminationis falsò obiectæ fidem facerent, eam iureiurando confirmare, atque vnus sic deierare: Si non verè dixerim, opto vt ignis incendio miserè dispeream. Alter verò sic: Si non verè dixerim, opto vt fœdo ac sæuo morbo corpus absumatur. Tertius autem hoc modo: Opto, si non uerè dixerim, ut luminibus penitùs orbatus sim. Verùm quanuis nemo ex fidelibus, propter nobilitatam ac testatam inter omnes omninò Narcissi castimoniam, atque adeò ob vitæ rationem ex virtutis regula traductam, illis uel grauissimo iureiurando se obstringentibus, animum aut fidem adhibuerit: ille ipse tamen partim præ indignitate obiectæ criminationis, partim præ cupiditate vitæ in sapientiæ ac virtutis studio degendæ, quam iam diu optauerat, ab oculis vniuersæ multitudinis se pe

Tres viri nequam criminationis calumniam in Narcissum coniciunt.

nitûs remouit, & in solitudine locisque desertis ad multorum annorum spatium vitam trâsegit. Verum sublimis ille diuinæ iustitiæ vltionisque obrutus, his sceleribus patratis, minimè acquieuit: sed quam celerrimè impios illos & nequam homines, qui inter iurandum tam diris execrationibus se contra seipsos obligassent, grauibus calamitatibus oppresit.

Primos igitur illorum, scintilla perexigua noctû in ædes, quibus inhabitabat, ex nulla causa antegressa subitò ruēte, miserè cum tota familia & stirpe sua rapido flammarum ardore omninò conflagrauit. *Diuinit° puniuntur criminatores falsi* Alterius corpus eodem morbo, quam sibi tanquàm mulctā fore imprecatus esset, ab extremis pedum digitis ad caput vsque infectum, contabuit. Tertius ærumnosos priorum euentus adspiciens, & Dei, qui oculis omnia intuetur, ineuitabilem vltionem admodùm reformidans, palàm inter omnes maleficia, cōmuniter à se suisque sociis per fraudem contra Narcissum admissa, confessus est: sed tamē dum pro delicto grauissimè condolescebat, tantis & tam acerbis lamentis se afflictauit, & vsque eò lachrymas effundere non destitit, quoad vtrunque oculum sibi penitùs extinxisset. Atque hi pro ea criminatione, salsò contra Narcissum conficta, tales pœnas persoluerunt.

Cap. 9. *Petit locum desertū vir sanctus.* Vbi Narcissus se in locū desertum subduxisset, & à nemine esset pro certo cognitum, quò se recepisset, his qui finitimis Ecclesiis præerant, visum fuit, ut alterum Episcopum suffragiis crearent. Dius igitur (hoc enim nomine erat) delectus est: cui non longo tempore Ecclesiam gubernanti successit Germaniō: quo mortuo, Gordius Episcopatum obtinet. Cuius temporibus Narcissus, tanquàm ex mortuis ad vitam denuò reuocatus, à fratribus (quippè omnes illos deincèps, tum quod tam placido ac quieto animo salsò accusatus decesserat, tum quòd singulari diuinæ sapiētiæ & uirtutis amore flagrabat, tum prætereà omniū maximè, quòd Deus de eius accusatoribus debita supplicia sumere dignatus est, in maiorem sui admirationem rapiebat) vt Ecclesiæ gubernacula denuò susciperet, vehementer rogatus est. Et cùm Narcissus non ampliùs propter ingrauescentem ætatem ministerio præesse posset, Alexander, de quo suprà locuti sumus, alterius Ecclesiæ Episcopus, diuina prouidentia per reuelationem, quæ noctù ipsi secundùm quietem apparuisset, vt cum Narcisso in ministerio Ecclesiæ fungendo coniungeretur, accersitus est. Vndè Alexandrū, cum tanquam diuino quodam oraculo ex Cappadocum regione, vbi primùm in Episcopatûs gradu fuisset locatus, Hierosolymam tum voti, tum locorum visendorum causa contenderet, illius Ecclesiç fratres enim excipiunt benignissimè, & non ampliùs domum reuerti permittunt: idque propter aliam reuelationem, ipsis itidèm noctù visam: quæ quidem voce euidentissima profusa, eis qui erant inter illos ob virtutem spectatissimi, perspicuè significauit, vt extra portas ciuitatis egressi, eum Episcopū admitterent, qui ipsis à Deo antè designatus erat. *Peregrinatio religionis ergò, uide quàm antiqua apud Catholicos.* Quo ad hunc modum gesto, Hierosolymitani communi Episcoporū cōsensu, qui finitimas Ecclesias procurabant, necessariò illum apud se manere coegerunt.

Idem ipse Alexander in suis epistolis, quas ad Antinoitas scripsit, quæq; adhuc apud nos extant, Narcissi collegæ sui in præfectura Ecclesiæ Hierosolymitanæ gerenda mentionem facit, ista in extrema illa epistola ad uerbum scribens: Salutat vos Narcissus, qui hic antè me Episcopatus locum occupauit, & cētum iam & sedecim annos prætergressus, mecum in eodem ministerio quorundam precibus coniunctus fuit: qui obsecrat uos, vt idem mecum sentiatis, eademque sitis voluntate. *Admodum grādis ætas S. Narcissi.*

VITA SANCTAE ERMELENDIS virginis, in villa Meldariensi quiescentis in finibus Brabantiæ. Habetur in antiquissimo MS. codice Ecclesię Traiectensis.



BEATA virgo Ermelēdis, ex Ermenoldo patre & Ermensende matre tam genere quàm diuitiis spectabilibus exorta, ab ineunte ætate studuit de virtute in virtutem ascendere, ut Deum deorum in Sion mereretur videre. *Octob. 19. S. Ermelendis parentes.* Quæ cùm adhuc parentum in domo, puerilis ætatis vinculo teneretur adstricta, nihil tamen puerile gerebat in opere, sed quandam maturitatem morum in gestu intuentibus se præferebat. Declinabat siquidem lasciuiam atque consortia coætanearum, in thalamo genitricis suæ residens, psalmosque Dauidicos discens. Si quandò verbum Dei audisset, memoria sagaci recondebat, sæpiusque ad os reducens, quasi mundum animal nouo semper pietatis affectu ruminabat. Iamtunc suauitatem sponsi sui cælestis prægustabat magno & incompræhensibili modo, desiderioque illius exæstuans, cum sancto Dauid dicebat: Sitiuit anima mea ad Deum fontem uiuum, quandò ueniam & apparebo ante faciem Dei mei? Et iterùm: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ità desiderat anima mea ad te Deus. *Qualis fuerit in pueritia sua.* *Psal. 41.*

Cumque pueritia transisset in adolescentiam, parentibus eam nubere filiosque procreare volentibus, nullatenùs consensit: dicens se Christo virginitatem suam deuouisse. *Vouet Deo virginitatē.* Arrepto denique ferro, capillos per lacteam ceruicem dependentes præscidit, relictoque seculo & omnibus pompis eius, Christum, quem sibi sponsum elegerat, per arctam & angustam viam secuta est. Nec retraxit pedem, donèc ad brauium perueniret: in memoria semper habens, quid pro nobis fecerit, quidque fuerit passus. Parentes autē illius nec minis, nec blanditiis propositū eius immutare valentes, redditus cuiusdam villulę Odenca nomine, ad famulatus sui usum vnanimiter tradiderunt. *Odenca vulgò tēc Dand[?] propè Louanium.*

At beata virgo Ermelendis, relicta domo, rebusq; parentū postpositis, solitaria incedebat, solicitè exquirens locum vbi soli Deo vacare posset. Venit ergo ad quandam uillam, cui præerant duo germani fratres, primo iuuentutis flore vernantes. *Villa illa Beuecum uocatur.* Isti needùm legitima contraxerant matrimonia, sed vanitatis seculi atque illecebris inseruiebant. Ibi ergò venerabilis virgo aliquandiù commorata, hunc locum æstimabat à Deo sibi præparatum. Diebus verò ac noctibus frequētabat ecclesiam, nudis pedibus incedens, Domino in holocaustum, proprium corpus offerēs: humiliabat se seruituti subiiciens, nihil sibi de generis nobilitate blandiens. De nobili enim eius prosapia descendisse dicitur Pipinus pater sanctæ Gertrudis, cuius meritis beata Ermelendis studuit esse coæqualis. *Istius S. Pipini Vita habetur Februarii 21. Tom. 1.* Necdùm in tempore illo sanctus Amandus gubernacula Traiectensis Ecclesię susceperat, cuius doctrina & institutione multi posteà de errore suo ad uias iustitiæ redire coacti sunt.

Fuit igitur hæc uirgo suę generationis singularis lucerna, inter quos enituit cādore virtutum, sicut liliū inter spinas. Nec defuit ei tentatio inimici. Antiquus enim hostis calcaneo illius insidiās, moliebatur effundere oleū quod adhuc in uase fictili cōseruabat. Siquidē prędicti fratres introitū illius & egressū sæpius

consideç-

Duo iuuenes ardẽt in concupiſcentiã eius.

conſiderantes, exarſerunt in concupiſcentiam eius, ignorans alter cogitationem alterius. Vterque tamen obſeruabat tempus & horam qua eam ſolam deprahendere potuiſſet, quatenùs decore illius ſuam libidinem ſatiaret. Sed cùm tempus congruum malitiæ ſuæ implendæ minimè reperirẽt, interiùs cæco cruciabantur amore. Quid tamen agerent? Non.n. ſine graui ſcandalo totius oppidi, vim inferre poterant tantæ opinionis virgini. Vnus autẽ ex eis, quem flamma libidinis ampliùs eaurebat, eapetijt custodẽ eccleſiæ, dona maxima repromittens, ſi per eum conſenſum virginis habere potuiſſet. Illi enim ſæpiùs atque familiariùs loquebatur, per eum ſingulis noctibus ad eccleſiã habebat acceſſum, quãuis ſub ouina pelle ſanctitatem tamen virginis diù latère non potuiſſet. Ille verò de conſenſu virginis omninò deſperans, (ſciebat enim mentem illius ſolidatam eſſe, & in Chriſto fundatam) rapiendam potiùs fore ſub conticinio noctis iuueni ſuadebat. Hac enim hora guſtato pauliſper ſomno, ſolita erat venire ad eccleſiam, offerens ſeipſam hoſtiã viuam, ſanctam, Deo placentem. Et quid agis ò humana malitia? Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt cõſilium contra Dominum.

Rom 12.

Prou. 21.

Angelus monet locŏ cedere, & in Meldricẽ, vulgò Meldaert, cõmigrare.

Igitur nocte qua rapienda erat, meruit Angelicã vocem audire ſe monentem eo nomine: Recede, ingoiens, virgo recede, & virginitatem quam Deo cõſecraſti, inuiolatam cuſtodi. Quæ valdè perterrita, obediens iuſsioni iter cepit. Cumque ſpiritu ſancto duceretur, Angelus Domini ei ſecundò apparuit, & viam quam ceperat nè deſereret, imperauit. Venies (inquit Angelus) in villam, quam Meldricem nuncupabis, ibi nanque præparauit tibi Dominus locũ ad perficiendum deſiderij tui votum. Peruenit igitur venerabilis virgo in locum quem prædixerat ei Angelus: ibiq; parſimonia miræ abſtinentiæ diù viuẽs, geminæ dilectionis in ſe continebat mandatũ. Alebatur autem beata Ermelendis ſolummodò herbis agreſtibus, non inferior ſummis eremi cultoribus: puellares quoquè artus teneros, diris cruciabat iniurijs. Frequentabant quoquè eã quique religioſi, ſed quanto Dominus famam eius dilatabat, tanto humiliùs ſe agebat. Tandèm verò poſt multa certamina euocata à Domino ad cæleſtem peruenit gloriã, quã in terris poſita, tota deuotione quæſiuit. Ad cuius exequias non hominum reſonabat turba, ſed hymnidici Angelorum chori Chriſto cecinerunt gloriã. Et quia Chriſto fuit dilecta, ab ipſis eſt officioſiſsimè ſepulta. Hæc intereà virgo beata, quadraginta octo annis latuit aliena à cultu ſeculi, ſolis venerata ciuibus cęli. Sic deniquè Chriſtus manifeſtauit eã ſeculo huic, vt quæ erat iam apud eum glorificata in cælis, etiã apud homines honoraretur in terris. Erat igitur homo quidam, qui præfatam ſolitudinem ab Angelo ſimul & beata Ermelende Meldricem vocatam cùm tranſiret, contigit Deo diſponente, vt longiùs ire nequiret. Media autem noctis hora apparuit tumulus virginis ſolis claritate lucidior, audiuitq; Angelos pſallentes. Apparente autẽ luce diei, diſparuit viſio cęleſtis: ſed odor nimiæ ſuauitatis in eodem loco permanſit. Poſt hęc prædictus vir deuotus, pacto negocio, ad prædictum redijt locũ, atque ad tumulum ſui ſigni ſecundò deuotiſsimè excubauit: nec fruſtratus eſt ſpe ſua. Nam pius Dominus iterùm dignatus eſt illi reuelare glorificationẽ ſponſæ ſuæ. Quam.n. apud ſe glorificauerat in cęlis, diſponebat & magnificare in terris. At ille Domini voluntate certior effectus, ſurgẽs manè lætus, agẽſq; Deo gratias, inquit: Verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Et ſtatim reuerſus ad propria, omnibus quæ ſui iuris erant aſſumptis, ſuper tumulũ virginis capellam fabricauit, ibique cum ſobrietate viuens, finem dierum in pace ſortitus eſt.

Abſtinentia eius.

Obit' eius

Angelico miniſterio ſepelitur.

Sepultura eius cuidam deuoto viro reuelatur.

Gen. 28.

Audientes igitur populi quod geſtũ erat, cõuenerunt ad locum, corde & animo concinẽtes hanc antiphonam: Tua ſunt hæc Chriſte opera, qui ſanctos tuos ità glorificas &c. Statimq; aperientes terrã, apparuit ſarcophagus, in quo iacebat inuiolatæ virginis corpus. Et ſubitò tanta ſanitatũ emanauit copia, vt ei congruenter aptari poſſet, quod Dominus in Euangelio dicit: Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horũ faciet. Nã cæcis viſus, ſurdis auditus, claudis greſſus, omnibus quoque piè pulſantibus ſalus & incolumitas reddebatur. Dęmones etiam ex obſeſsis corporibus egrediẽtes, expulſione ſua virginis meritum inuiti prodebant. Denique quicunque ſepulcrum eius fideliter tetigiſſet, ſanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate. Odore virtutũ eius commoti, ex longinquis regionibus ſuperueniebant viri cum mulieribus, & virgines delicatæ, nudis pedibus miſericordiam Domini implorantes. Per meritum autem beatæ virginis Ermelendis gratiam Dei ſibi affuiſſe ſentiebant: lęti & alacres remeantes ad propria, Amen.

Eleuatio ſiue inuentio corporis eius.

Iohan 14.

Multa ad eius ſepulcrum miracula.

MARTYRIVM S. MARCELLI

Centurionis & martyris, vt habetur in antiquis MS. libris, quibus antiquiſſima Martyrologia conſentiunt.

IN ciuitate Tingintana, procurãte Fortunato præſide, aduènit natalis Imperatoris. Denique cùm omnes in conuiuijs epularentur, Marcellus quidam ex cẽturionibus profana refutãs cõuiuia, reiecto etiã cingulo militari, corã ſignis legionis, quæ tunc aderant, clara voce teſtatus eſt: Ieſu Chriſto Regi æterno milito: amodò militare Imperatoribus veſtris deſiſto: ſed & deos veſtros ligneos & lapideos adorare contẽno, quia ſunt idola ſurda & muta. Stupentes autem milites iſta audientes, appræhenſum eum in cuſtodiã coniecerunt, & euntes nunciauerũt Præſidi. At ille hæc audiens, iuſsit eum recludi in carcerẽ: finitisq; epulis reſidens in conſiſtorio, introduci eum ad ſe præcepit: introductoq; Marcello ex cẽturionibus Aſtaſianus Fortunatus Præſes ei dixit: Quid tibi viſum eſt, vt contra diſciplinã militarẽ te diſcingeres, & balteum ac vitem proijceres? Marcellus reſpondit: Iam die duodecimo Calendarũ Auguſtarum apud ſigna legionis iſtius, quandò diem feſtũ Imperatoris veſtri celebraſtis, publicè clara voce reſpondi me Chriſtianũ eſſe, & ſacramento hinc militare non poſſe, niſi Ieſu Chriſto filio Dei patris omnipotentis. Fortunatus præſes ei dixit: Temeritatem tuã diſsimulare nõ poſſum, & ideò perferam Imperatoribus & Cęſari ipſi. Sanus tranſmittèris ad dominum meum Aurelianum, Agricolanum agentem vices præfectorum prætorio.

Octob. 30

S. Marcellus palã confitetur Chriſtũ.

Viſis, geſtaue eſt centurionis.

Die tertia Calendarũ Nouembriũ Tingitanã introducto Marcello ex centurionibus, ex officio dictũ eſt: Marcellum ex centurionibus Præſes ad tuam poteſtatẽ tranſmiſit. Pręſtò eſt epiſtola ſuper nomen eius, quã, ſi præcipis, recito. Agricolanus dixit: Recitetur. Ex officio dictũ eſt: Miles hic, reiecto cingulo militari, Chriſtianum ſe eſſe teſtatus, coram omni populo in Deos & in Cæſarem multa blaſphema locutus eſt. Ideò eum ad te direximus, vt quod ex eodem claritas tua ſanxerit iubeas obſeruari. Recenſitis itaq; epiſtolis, Agricolanus dixit: Locutus es hęc

Ducitur ad tribunal Agricolani præſidis.

apud acta præsidis? Marcellus dixit: Locutus sum. Agricolanus dixit: Centurio ordinarius militabas? Marcellus dixit: Militabam. Agricolanus dixit: Quo furore ausus es, vt proijceres sacramenta, & talia loquereris? Marcellus respôdit: Furor nullus est in eis, qui timent Dominum. Agricolanus dixit: Singula hæc locutus es, quę actis præsidialibus continentur? Marcellus respondit: Locutus sum. Agricolanus dixit: Proiecisti arma? Marcellus respondit: Proieci. non enim oportet Christianum hominem molestijs secularibus militare, qui Christo militat. Agricolanus dixit: Itá se habent facta Marcelli, ut hæc disciplina debeat vindicari. Atque itá in Marcellum, qui centurio ordinarius militabat, qui abiecto publicè sacramento, polluisse se dixit, & insupèr apud acta præsidis alia verba furore plena deposuit, animaduerti placet. Qui cùm ad supplicium duceretur, dixit Agricolanus: Nè tibi Deus benefaciat. sic enim decebat martyrem de hoc mundo discedere. Et his dictis, capite cæsus occubuit pro nomine Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, Amé.

Sic hac accipe, ut illud Apostoli 2. Tim. 2. Nemo militãs Deo, implicat se negocijs secularib. Capite cæditur.

MARTYRIVM SANCTI MARtyris Zenobii, & Zenobiæ eius sororis, Authore Simeone Metaphraste. Est in tomis Aloysii.

Octob. 30 Cap. 1.



EGAE est ciuitas, quę sita quidem est in sinu Ionico, habitatur autem à Cilicibus: cuius ea pars quidem, quæ vergit ad cõtinentem, nõ est magna: latam autem & porrectam in satis magnam latitudinem propinqui maris port⁹ excipit. Ea tulit beatum Zenobium, natum ex pijs parentibus, radicis bonæ re uera bonum germen. Qui cùm decessissent, is relictus fuit apud patruum. Patruus verò, cùm esset re vera vir diuinus, & virtutis studiosus, videns puerum ritè sequentem paternam pietatem, & quomodò vniuersæ eius hæreditatis, itá etiam virtutis factum esse heredem, affini suæ Teclæ eum despondit, par Deo gratum propter pietatem, & insigne bonis omnibus operibus. Ex eis ergò natus est Zenobius: deindè etiam soror eius Zenobia (hoc enim eis nomen impositum fuit à parentibus) sanctum par, rami fertiles spiritualibus operibus.

Parentes beatorum Zenobij et Zenobiæ.

Cap. 2.

Cùm autem egregius Zenobius iam ad ephebi peruenisset ætatem, eis quidem moriuntur parentes: consumuntur verò facultates, partim quidem in uentres pauperum, partim autem ad curam infirmorum. Tam pulchrè enim medicinam didicerat Zenobius, & in ægrotos ostendebat tantam miraculorum effectionē, vt nec solum quidem eius manus contactum possent morbi sustinere, sed eius sola fugarentur pręsentia. Hoc autē non erat opus artis, sed donum gratiæ, & pręmium virtutis. Non solùm autem sanitatis, sed etiam victus erat suppeditator Zenobius: & omnibus, qui ad ipsum accedebãt, suppeditabat tam quæ ad morbi pertinebant curationem, quam quæ ad alimentum corporis, quocunque morbo detinerentur, & quibuscunq; cibis opùs haberent. Quinetiam non solùm dabat gratis, sed etiam ipsum pręceptum longo interuallo superabat. Nam pręceptum quidem dicit: Gratis accepistis, gratis date: Ille autem præter medicinam adiungebat etiam alimentum ægrotorum, non solùm gratis curans, sed etiam cum curatione præbens mercedem. Talis quidem sacrosanctus Zenobius obtigit Ciliciæ regioni, quo tempore Imperator Romanorum, deditus simulacris & impiæ ac falsæ religioni, mortuus est in impijs dogmatibus. Sed illius quidē tam imperii, quàm furoris in Christianos, relictus est hęres Diocletianus. Statìm autem Lysiam pręficit Ciliciæ, qui & ad cruciandum erat violētissimus, & ad alliciendum blanditiis maxima vi præditus. Ille autem cùm venisset ad Mopsi urbē, excitat persecutionem aduersús Christianos, eamque grauissimam, & maximè horribilem. Tres autem numero adolescentes, Claudius, Asterius & Neon, fuerunt etiam exerciti in illa persecutione: quos tulit quidē Isauria, Larandus autem exercuit. Ij enim à Lysia vehementibus & multis subiecti cruciatibus, in crucē acti extra muros, subierunt mortem maleficorum: eorum autem corpora proiecta sunt deuoranda à feris & volucribus. Et Lysias quidem talem ostendebat insaniam aduersùs Christianos.

Zenobii uirtus in depellendis morbis.

Math. 10 Duplex beneficiũ confert ægris.

Claudi⁹, Asterius & Neon, martyres

Egregius igitur Zenobius cum in tanta virtute vitam egisset, & diuina reuelatione Christi gregem pascendum suscepisset, & Ciliciæ fuisset creatus Episcopus, in posterum etiam duplicem ostendit curationem: ut qui non solùm corporibus, sed etiam animis mederetur, & illa quidem à morbis, has verò liberaret ab impietate. Hinc dicitur Indi cuiusdam Præfecti coniugem incidisse in morbum immedicabilem. Is autem erat cancer, qui in interiorem partē thoracis incubuerat. Propter quem congregatæ omnes manus medicorum, artesque & medicamenta, ostensa sunt illi morbo cedere. Vxoris ergò vicem dolens Indus, & vndenam tanti mali inueniret solutionem, diligenter perscrutans, à quodam mercatore accepit de Zenobio, eum multos curare ægrotos solo uerbo, & manuum impositione. Ille autem statìm nihil cunctatus, sed statim cum coniuge & liberis iter ingressus, venit Aegas. Talis enim est, qui affligitur, animus, & ad id, quod audierit exequendum acerrimus propter spem meliorem libertatis. Cùm illuc ergò venisset, rogabat de Zenobio, vbinàm esset, & apud quem degeret: & omne ponebat studiũ, vt eum videret. Cùm hoc autem modo se haberet, iubebat accedere ad ecclesiam Christianorum. In ea enim, inquit, inuenies eum, quem quæris. Cùm is ergò surrexisset, cum vxore statim uenit ad templũ. Et cùm in eo inuenissent sanctum, stantem in medio multitudinis, & ex ore suo emittētem doctrinę fontes suauissimos, dimotis iis, qui circunsistebant, speciosos illius pedes, & bona reuerà euangelizantis ardentissimè apprehensant supplices, misericordemque & clementem illam animam orant & obsecrãt, vt à malo liberētur. Nam etsi in vxoris thorace inesset morbus, mariti tamen multo magis tangebat animum. Ille autem curationis mercedem ab eis postulat pietatē, & vt à patrio errore discedētes, ad agnitionis veritatem transfugerent. Quod quidem prõpto & alacri animi studio se facturos eis profitentibus, excipiens sanctus: In nomine Iesu Christi, inqt, qui sanauit mulierem profluuio sanguinis laborantē, sana esto, mulier, & liberare à morbo. statimq; grauis ille morbus verbo, tanquàm flagello aliquo, fuit expulsus, & diuinum baptismum & ipse & vxor, & liberi fuerunt assecuti. Deindè etiam cùm fuissent participes sacramentorum, domum læti redierunt, vt qui cum morbo mulieris, qui erat in thorace, vnà quoquè perdidissent morbum deceptionis, & sanitatem animæ fuissent locupletati.

Cap. 3. Zenobius sit Episcopus Aegarum.

Curat ægros solo verbo & manuum positione.

Mat. 9. Sanat fœminam cãcere laborantem.

Alia quoquè mulier, quæ in uirtute uiuebat Antiochiæ, & opem ferebat multis indigētibus, in morbũ incidit grauissimum. Eum medici nominant phagedęnam. Exortus autē inter mamillas, uastabat omnia circuncircà, Omnem ergò aliam desperans ipsa

Cap. 4.

quoquè

quoquè curationē, egreditur noctū è ciuitate: cumque venisset per Seleuciam, & ad Iiius accessisset, & nauem quandam ascendisset, appellit Aegas. Et ardenti studio ad sanctum accedens, ei ostendit grauē illam affectionem, eumque rogat & supplicat, vt uel ante illius oculos moriatur, & citò exoluat debitū, vel liberetur à malo, quod eā affligit. Morbus enim ei tantam afferebat necessitatem, & tantum dolorē, vt etiam mortem peteret loco beneficii, & ea videretur esse liberatio à malis. Cùm bis motus fuisset sanctus, & manu Crucis signum fecisset, & deindè diuinum Christi nomen inuocasset (ó Dei iudicia, ó benignitatem, quæ nullis potest uerbis exprimi) rūpitur quidem statim morbus, qui solum impleuit saniē: soluitur autem mulier à doloribus, & reuertitur sana Antiochiam.

Signo Crucis et precibus curat phagedenā.

Cap. 5. Quæ autem post hæc sequuntur, sunt Diocletiani persecutio aduersùs pietatem, & Deo inimicum ab eo profectum edictum, & Lysias illius sæuitiæ & inhumanitatis minister acerrimus. Qui cùm accepisset diuinū Zenobiū prædicare vnū solū Deū, eiusq; præcepta & voluntatem studiosè & diligenter amplecti, & eius inuocatione morbos omnes facilè soluere, & manum abundè suppeditantem porrigere egentibus, eum statim comprehendit, & cùm in media præsedisset ciuitate, & eum coram ipso curasset sistendum: Sæpè, inquit, o Zenobi, a me de te est auditum: sed cùm non facilè possem soli famę credere, propterea te in meum adduxi conspectum, vt etiam oculos haberē testes eorum, quę audiui: &, ut paucis absoluā, hæc duo tibi propono, vt vel pareas pio edicto Imperatorum, & dijs nobiscum sacrifices: qđ quidem efficiet, ut tu maximum honorem assequaris, & magnas opes, & vitę splendorem, & aliorum bonorum remunerationes tibi conciliabit: (hoc tibi potes certò psuadere) vel vt damneris ad plagas, vincula, cruciatus, & cætera tormēta. Quorum quisnam est alius finis, mors omninò sæuissima, & plena maximo dolore? Ad hæc egregius Zenobius: Mihi, inquit, vnus est verus Deus Iesus Christus, in quo ego confido, à quo est ipsa essentia & vita, & propter quem est mihi mori lucrum: neque enim quicquam ex iis, quæ hìc sunt iucunda & delectabilia, est conferendum cum ea, quæ est illic, remuneratione. Quamobrèm sæuus indignatus Lysias, sublimè in ligno tollit athletam, & tormenta infert eius corpori: Videamus, dicens, an Christus sit venturus, ut ei opem ferat.

Sistitur ad tribunal.

Constans oratio ei'.

Sustollit in lignū.

Cap. 6. Intereà verò, currens alicundè, venit ad eum Zenobia soror eius. Quę cùm eum adspexisset in ligno, & vel ea ipso spectaculo repleta fuisset audacia, &, si quid est molle, aut imbecillum, aut muliebre, id totum abiecisset, & se verè esse eius sororem ostendisset: Superbe, inquit, Tyranne, quidnam sceleris admisit frater, quòd tu eum sic torques? Ille autem, (o sinistram, & dolosam, & illiberalem animā) ad mulieris dicendi libertatem placidissimè respondit & lenissimè, ut & in eam, vtpotè fœminam, se blādis verbis insinuaret, & induceret, vt imbecilliorē. Sacrifica enim, inquit, Zenobia tu quoquè diis, nec sustineas videre speciem ac vigorem & florem tui corporis, miserabiliter multis ac variis tradi suppliciis: quorum, ò mulier, deterius est longè ipso dolo ac grauius. Illa autem simul cum fratre loqui incipiens, veluti uno quodam motu animi & consensu: Non nobis, dixerunt, persuadebis ò Tyranne, Deum verum & uiuū permutare cū simulacris mortalium hominum, nec si fieri quidem posset, vt tu innumerabiles nobis mortes afferres, & non hanc vnā, quę nobis vel ab ipsa natura debetur necessariò. Hæc ergò cùm dixissent, martyres statim lecti excipiunt ferrei, & ignis sub lectis accenditur. Aderat autem Lysias quoquè acclamans; Veniat Christus, & opem ferat iis, qui pro ipso patiuntur. Zenobius autem ei honestè dixit: En adest, suum rorem præbens nobis medicinam, etiamsi tu hoc non possis videre, cùm sis circundatus tanta caligine impietatis.

Itèm soror eius Zenobia constātia.

Simul torrētur igni

Cap. 7. Tyrannus ergò cùm videret eos tā magno & tam forti animo præditos, in præsentia quidem cessare fecit eorum cruciatū, simul quidē & ad sensum doloris eū nequaquàm sufficere existimans, & spe quadam sibi blandiens fore, vt ii persuadeantur, & conuertantur, nec perpetuò ità sibi nihil parcant. Cùm itaq; è lectis ferreis eos fecisset surgere: Vestri, inqt, modò misereminì, neque si alter alteri inuicèm adspectus miserabilis, frater ante oculos sororis atrociter interfectus. Illi aūt moribus & animis magis fratres, quàm corporibus: Tibi, dixerunt, o iudex, potiùs consulimus, ut tuæ animæ aliquā curam geras: & timeas quidē gehennam, cuius minæ tibi intentantur, & supplicia illa immortalia: discedas aūt ab hoc errore manifesto, & ad Deum verum accedas, & ad pietatē. Nos aūt tibi erimus apud Deum intercessores, sponsoresq; & fideiussores, ꝙ acceptam tuā habebit conuersionem, & te placidè excipiet, & dignabitur bonis ineffabilibus. Propter quæ Lysias rabie quadam & furore factus acrior, iubet illud par verè bonū iniici in lebetes. Lebetes aūt subiùs habebāt ignem valdè accensum. Illi uerò stantes ante lebetes, cùm oculos simul cū anima in cælū sustulissent, dicebant: Dn̄e Iesu Christe Deus pacis, suscipe in pace animas nostras. Finitis pcibus, eos statim exceperunt lebetes: & quæ erat in eis quidem aqua, vel ipso igne feruebat vehementiùs. Par autem martyrum, cum diuinum quendam rorem ab alto sensisset, canens sensim est egressus. Canticum autem erat: Seruasti nos Domine ab ijs, qui nos affligunt: & eos, qui nos odio habent, affecisti pudore.

Coniiciuntur in lebetes bullīētes, nec læduntur.

Psal. 43.

Cap. 8. Cæterùm Lysias cùm eorum mutationis omnem spem abiecisset, vltimam fert in eos sententiā, ut gladio vitam finiant. Cúm itaque extra muros ciuitatis Aegæorum fuissent sancti, ut iusserat Lysias, & se rursùs dedissent precibus: Agimus tibi gratias, Christe Deus, dicebant, ꝙ dignatus sis efficere, ut bonum certamen decertaremus, cursum consummaremus, fidem seruaremus. Tibi ergò placeat, O Domine, ut simus participes præmii supernæ vocationis: & nos refer in numerum eorum, qui placuerunt sancto tuo & admirando nomini: quoniam es benedictus in secula. Statim autem preces effectus est consecutus: & uox quædam resonans è cælo, eis pollicita est coronas, & ad illa euocabat athletas, quæ illi consequi optabant per martyrium. Cùm autem audiissent uocem ii, qui aderant, humì cadunt proni & lachrymantes propter admirabilem illam auditionem. Atque tricesimo quidem mensis Octobris amputata fuerunt capita martyribus.

Audiūt cælestem vocem.

Capite caeduntur.

Cap. 9. Sacra autem illorum corpora ante urbem proiecta, cùm Hermogenes & Caius presbyteri profunda nocte cum suis sustulissent, pieque admodùm & sanctè loculis imposuissent, condunt in ea, quæ illic erat, spelunca. Timebant enim insultum impiorum, nè illis etiam ipsas inuiderent reliquias. Ità fuit sanctis his fratribus in omnibus conseruata fraternitas: & communem confessionem, communem etiam fecerunt decertationem: & quomodò ex uno utero prodierunt, ità etiam vnus locus suscepit vtriusque corpora: Ad gloriam Domini nostri Iesu Christi: Cui gloria & potentia nunc & in secula seculorum, Amen.

Vno sepeliuntur loco.

VITA ET MARTYRIVM SANcti martyris Epimachi, authore Simeone Metaphraste, Habetur in tomis Aloysij.

31. Octo. Cap. 1. Christiani olim ad idolorum sacrificia compulsi.



LIM profectò impietatis caligo per totũ orbem terrarũ diffusa erat, hominesque vniuersi ad sacrificium dijs offerendum compellebantur, imperantium minas, & iudicum sæuitiam atque impetũ formidantes. Quãobrèm natura seipsam denegebat: tunc enim cognationis iura cõculcata omninò euertebantur. Quinetiam veteris beneuolentiæ coniunctio in dissidium conuertebatur.

Cap. 2.

Intereà verò tanquàm stella quædã inter Christi milites magnus effulgebat Epimachus: qui viuus quidem Aegypto tantùm cognitus fuit: post martyriũ autẽ totimundo euasit manifestus. Eum.n. tunc Aegyptus, velut lucernam quandam sub modio latentem, occultabat. Nam regio illa, eius viri educationis atque optimæ institutionis particeps facta fuit: quippè quæ virtutis & ætatis ipsius progressum atque incrementa perspexit. Is non solùm cum ætate virtute quoquè crescebat, sed etiam virtus ipsa in eo perspiciebatĩ longè maior, quàm eius ætas postulabat idq; cùm nullo vitæ magistro atq; duce vsus fuisset sed ipse sibi tanquàm regula quædam & forma extitisset, animum simul atq; mores componens, illum videlicet mitem & tranquillũ efficiens, hos prudentes semper, attentos & sobrios. Hunc Pelusius mons incolam eum virum suscepit, quẽadmodùm eremus olim Iohannes Baptistam, & Carmelus Eliã habuit.

Epimachus ĩ Aegypto natus et educatus.

Degit in monte Pelusio.

Cap. 3. Vitæ eius asperitas.

Cùm igitur Epimachus ipse in monte Pelusio versaretur, & in omni philosophia se exerceret, omnẽque victus duritiem amplexaretur, vitã deniq; propter Christũ asperam ac laboriosam viueret, Iudex quidam sæuitia & ferocitate insignis, Alexandriam venit. Iudex autem ille cætera quidẽ omnia pro nihilo faciebat: sed omne tantùm studium, industriam & artes adhibebat, quibus totam vrbem illam suis retibus caperet, & acerbam impietatis prædam colligeret: idq; vt assequi posset, nullis machinis abstinebat. Quamobrèm Christiani omnes illius iudicis minas extimescentes, alii in solitudinem aufugiebant, alii se Christianos esse dissimulantes, impietatem simulabant. Quicunque verò pietatem profiteri volebant, acerbissimis cruciatibus tradebantur.

Cap. 4.

Tunc igitur Epimacho solitudo ipsa non ampliùs fuit optabilis, neque illa uitæ ratio grata erat, qua cõsuetudinem & hominũ impietatem vitabat: sed amoris ardore in Dei pietatem vehementissimè accensus, & zelo quodam magno excitatus, uitam simul, solitudinem & quietem illam contempsit, & ab eremo in mediam vrbem descendit: quinimò adiit ad tribunal Tyranni, nihil eorum metuens, quæ corporeis oculis cernuntur, neque his rebus, quæ terrorẽ iniiciunt, perterrefactus. Qua re admirabilem animi fortitudinem indicauit. Deincèps idolorum arã euertit, eamque solo adæquauit, partim generosa & forti manu, partim potentia quadam, non humana, sed diuina vsus. Ad hæc & aduersùs iudicem impetum fecit, iusto quodam furore illum vlciscens, qui Deum & eius sacras leges violabat. Ac nisi ab ipsius satellitibus martyris impetus detentus fuisset, Tyrannus ille miserabili casu iacuisset.

Eximia S. Epimachi virt⁹.

Cap. 5.

Quæ omnia cùm iudex non ferret, sed ira excãdesceret, ꝙ homo tã vilis & abiectus, coma squalidus, toga miser, tanto impetu in eum irruere ausus esset, in carcerem & vincula virum illum sanctissimum iussit conijci, propterea quòd audaciam & temeritatem magnam præ se tulerat: quamobrem & iustas pœnas ei persoluendas esse decreuit. Multi quidem alii, & ipsi pietatis causa conclusi, carcere illo detinebantur. Sed illis omnibus multum adiumenti, magnaque ad martyrium libenter perferendum adhortatio, erat Epimachi oratio atque alacritas, quippè ꝙ omnes cruciatus, quos sibi paratos ac propositos videbat, negligens, de illorum salute tantùm erat sollicitus. Ad hæc admonitionibus & doctrina multa eos instruebat atque confirmabat, vndiquè ipsos muniens, eisque persuadens, vt vigilantes ac tales esse studerẽt, qui omninò ab hostis diaboli machinis expugnari non possent.

Conijcitur in carcerem & vincula.

Cõfirmat captiuos Christianos.

Cap. 6.

Cùm uerò iudex illos ad se duci iussisset, eosq; multo constãtiùs, quàm anteà, Christi confessionẽ profiteri vidisset, eiusq; rei causam Epimachi consilia & adhortationes fuisse cognouisset, illorum omnium post multos & intolerabiles cruciatus, linguas excindi iussit, (his enim vtebantur martyres ad veritatẽ defendẽdam, quæ res iudicis animum maximè cruciabat) deinde eorundem capita gladio amputari. Post hæc vinctum ad se duci iussit generosum Epimachũ, quem intuens: Quarè, inquit, tu vir itã grauis, & forma spectabili, ad eam impietatem prolapsus es, vt non solùm nos, sed deos etiam ipsos & Imperatores contemneres? Homines quidẽ sæpè ab officio aberrare necessè est: at non decet tamen permanere, sed consiliũ mutare, & corrigere, ꝗ non rectè à nobis facta fuerint. Quamobrèm & tu, cùm humano more peccaueris, tandèm resipiscas, & nostris iussis obedias, nobiscum unã diis sacrificans, & in illos beneuolentiam ostendens: nè si deos ipsos omniũ dominos colere nolueris, tu quoquè sceleratorum hominum mortem patiaris.

Multi martyriũ obeunt.

Cap. 7.

Ad hæc ardentissimus ille veritatis propugnator Epimachus, apertam illius temeritatem redarguens, quòd admonitionibus & doctrina sua eum ad impietatem impellere conatus esset, ab exordio orationis suæ fecit, vt Tyrrãnus ipse statim eius animum perspiceret, & ab omni spe decideret. Me, inq̃t, ò iudex, nunquàm ab ea pietate, cuius ego alumnus & amicus sum, tu auertere poteris: Nè igitur ad negandã Christi confessionem dehinc prouoces, neque aliud quippiam me facturum, aut dicturum speres, quod animi aut mentis imbecillitatem significet. Christũ enim confiteor, Christum prædico, per quem creata omnia: per quem homo formatus, & lex data est: qui mentem nobis dedit omnium ducem ac magistram: qui pro nostra omnium salute, quæ iam perierat, humana carne se induit, & crucifixus ac sepultus fuit, resurrexit, & in cælos assumptus est, atqi iterùm uenturus cum gloria creditur. Vtinàm & tu istam idolorum cęcitatem ab oculis animæ abiiceres, & suauem ac salutarem Christi lucẽ adspiceres. Nolim enim putet aliquis, temerè ac frustrà nos corpora nostra cruciatibus libenter tradere. Non itã sumus nobisipsis inimici & insidiatores. Verùm quoniam altera quædã uita est multo pręstantior hac, ꝗ videtur: alter quidã mundus, & sempiterna rerum bonarũ delectatio, nullo spe circunscripta, sed perẽnem iucunditatẽ afferens: propterea mundum hũc spectabilem, & carnem hanc fragilem atque caducam despicimus. Talis est nostra confessio. In hac firmi & stabiles consistimus. Pro hac & ego quenuis cruciatum sustinere paratus sum. Tu vero si celerem mortẽ attuleris, gratũ mihi facies, & teipsum de decore liberabis. Quo enĩ diuturniore cruciatu me

Constans vox S. Epimachi.

Martyres cur hanc despiciãt vitam.

affliges,

affliges, eo promptior ad iussa tua contênenda inneniar. Nã si nihil aliud esset, certè & martyres illos reuereor, qui ante nos certamen subierũt, & reliquos istos, qui nobiscũ vnà carcerẽ rursùs habitant: ob idque & ipse illud studeo, nè sine corona discedã: sed vt postquàm in illorum choro ennmeratus fuero, istis optabilem certaminis mei cursum ostendam.

Cap. 8. S. Epimachus ferreis vngulis laniat.

Hæc martyris verba dubitationem magnã Tyranno attulerũt: qui cùm Epimacho persuadere nõ posset, eũ in ligno suspendi iussit, ac ferreis vnguibus lacerari. Ille uerò eo magis eiusmodi tormẽto lætabatur, quo se ob eã rẽ beatiorẽ existimabat: quippè q imitator esset eorũ, quæ Dñs Iesus passus fuerat. Itaque aiebat: Si Dñs noster Iesus Christus pp nos crucifixus est, & fellis atq; aceti potionẽ accepit: si eius latus lancea pcussum fuit, si palmæ clanis perforatæ sunt: quarè nõ debeo & ego illius seruus, magna cũ voluptate in hisipsis cũ Christo Dño meo cõmunicare? Certè martyr ille ẽt lancea percuti cupiebat: quinimmò fel ipsum appetebat: &, Veniãt in me alapæ, dicebat: inijciãtur sputa: circũdetur caput meum corona spinea: detur in man⁹ & arũdo. Vbinàm sunt dedecora & irrisiones? vbi alapæ? Oĩa enim psentia hæc mihi ad futura illa bona spectãti, eaq; appetẽti, videntur parua quædã esse, ac pro nihilo facienda.

Iohan. 19

En vt cupit Christo conformari.

Cap. 9. Acutis lapidib⁹ cæditur.

Hæc cùm diceret martyr, prioribus tormẽtis noua quædã adijciebant: & acutis lapidibus generosus ille athleta, Tyranni, hoc est, crudelis & inhumanæ prorsùs aĩæ iussu, feriebatur. Instabat enim ac vrgebat: Irà, inquiens, hominẽ percutite, vt eius corpore crebris ictibus pfracto, celerrimè animã ipsam abrũpat. Sed non videbat Tyrannus ille, martyrem ea re illustriorem effici, maioremq; apud Deum fiduciam ipsi conciliari. Cæterùm eorum, quæ dicenda sunt, narrationem sequamur. Deincèps enim planũ fiet, quemadmodùm Epimachus manifestiorem Dei gratiam & miracula consecutus est.

Efficitur ex pœnis illustrior et fortior. Cap. 10.

Lacerabatur ille quidem in ligno, & lapidibus ità feriebatur, vt eius ossa ẽt ipsa frangerẽtur. Puella verò quædã illic adstabat, & ipsa vna ea eorũ numero, qui spectaculo aderant. Erat aũt oculo altero excæcata. Illa cùm ad martyrẽ intẽta esset, & grauissimos eius cruciatus lamentaretur, pars quædã è martyris carnibus abstracta, & per aerẽ perlata, in illius puellæ oculũ sanguinis guttã instillauit, quæ quidẽ (ò miraculum singulare, ò Dei benignitatẽ omni oratione maiorẽ) in lumẽ statim cõuersa est, & puellæ oculũ sanũ effecit. Hoc Epimachi martyris miraculum quasi pertranseuntes diximus, vt ostenderemus vnã eius viri sanguinis guttam subitò tantam curationem afferre potuisse.

Cæca videt, tacta eius sanguinis gutta.

Cap. 11. Capus ei amputatur.

Cùm uerò martyr in diuersam sententiam flecti nõ posset, & Dei religionem nequaq̃ negare uellet, vltima in eũ sententia lata est, & sacrũ illud martyris caput securi percussum fuit: & eius quidẽ uenerãdũ corpus, fideliũ hominũ manibus religiosè curatũ, illic conditũ est, vbi & martyrii sustinuit consummationẽ. Eius viri certamẽ nõ Alexãdrinus tm̃ populus, quiq; finitimas ac feracissimas Aegypti regiones colunt, valdè admirati ac reueriti sunt: sed illud mundus nunc celebrat vniuersus. Eundẽ quoq; certaminũ author & iudex Deus è cęlo illustri corona donauit, pp quẽ Epimachus cruciatus oẽs ppessus est: eiusque imitator esse in tormẽtis pferẽdis maximè concupiuit ac studuit. Ipsi Creatori & Saluatori, Dño ac Deo nr̃o sit gloria, honor & adoratio cũ Patri principij finisq; experte, & sanctissimo atq; viuificãte spiritu, q̃ est una diuinitas ĩ æquali & indiuidua Trinitate, vitam prębens omni spiritui, & regnans nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

HISTORIA SANCTI QVINTINI martyris, doctè sanè & grauiter conscripta, tametsi Authoris nomen vetusti MS. codices non habent.

PRAEFATIO AVTHORIS.

SANCTORVM martyrum beata certamina, & triumphos gloriosorũ testiũ Christi pdicare, Christo est præconia dicere: quia cuius illi mẽbra extiterunt, ipse in eis vicerat, ac p hoc ad illum totius victoriæ laus palmaq; redundant. Christus. n. martyrũ Rex, martyrũ est forma, martyrum virtus, martyrũ victoris. Ipse pati pmittit, & ipse patitur. Ipse vincit, & ipse coronat. Totum ergò sanctorũ martyrũ, totum est Christi, a quo martyrii beata manauit conditio, qua nunc sanctorum multitudo redimita coruscat: quorũ pia certamina, quanuis nostra longè præcesserint tẽpora, sacris tamen scriptis indita accepimus, & gestorũ ordinẽ, Christo fauente, cognoscimus. E quibus beati Quintini gloriosa facta recẽsentes, sanctã passionẽ eius * scribere operęprecium ducimus, secũdùm qđ eiusdem passionis ordinẽ fideliter, vt credimus, ad nos vsque delatum accepimus: quem cum Christo & in Christo inæstimabili dignitate regnare & gloriari perpetuò confidimus.

*Codex habet * scribendã negotiosum.*

NARRATIO.

CAP. I.



SANCTVS igitur Quintinus Christi famulus, & martyr gloriosissimus, q̃uis Romana gẽte oriundus, & senatoria stirpe pgenitus nobilitaretur, fidei tamen nitore insignior, Regẽ suũ Christum deuotione, ut miles fidissimus, secutus est. Pro cuius amore primò patriam, gentẽ, parentesq; relinquẽs, relicto etiã mũdialis monarchiæ loco, Gallijs se intulit, & cũ beato Luciano Ambianos vsq; peruènit: sed sancto Luciano Bellouacẽsium vrbem adeunte, beatus Quintinus agonis sui tempus expectans, Ambianis resedit. Quod factum diuinitatis prouidẽtia credimus, quatenùs verbi diuini semina latiùs spargerentur fidelibus, & plura terrarum loca consecrarentur eorum sacris Christo immolatis cruoribus.

31. Octo. S. Quintini progenies & patria.

In hac ciuitate Ambianen. S. Martinus nudum chlamyde vestiuit.

CAP. II.

INtereà cœpit per eosdem viros sanctos Christi manifestari nomen, & virtutũ eius insignia propalari, non solùm eorum prædicationum documentis, verumetiam virtutum & miraculorum testimoniis. Oriebatur. n. noua lux cæcis, Crucis data signaculo: vigorem pristinũ mẽbra morbis fessa resumũt, lingua * balbutiens in verba prorumpit, & claudi cursus arripiunt, qui antè nec gressus nouerunt. Sed hæc miracula Christi, per seruos suos exhibita, sicut fidelibus ad emolumentum extitere salutis, sic infidelibus ad augmentum suscitandi furoris. Beatus verò Quintinus & Lucianus, ieiuniis & orationibus instantes, agonum suorum certamina Domino cõmẽdabant, & laborum suorũ studia vt à Domino dirigerentur, cunctis nisibus implorabant.

** blaterãs habet codex.*

CAP. III.

IGitur tempore illo imperatoria sceptra gerentibus Diocletiano & Maximiano, tanta in Christiani nominis religionem exarsit inuidia, vt circunquaque Christiani persequerentur, & mortibus variarũ

Persequerentur passim.

poenarum

pœnarum publicè priuatimq; traderentur. Non.n. paganorum vesania coercere potuit populi multitudinis dãnum, non ætatũ compassio, neq; sexuum discretio. Sed quanto acriùs iugulabantur, tanto copiosiùs, Christi fauente gratia, ad eius fidei confessionem vndique confugiebatur, vt veraciter dicere posset Ecclesia: Cùm inuocarem, exaudisti me Deus: in tribulatione dilatasti me. Principibus verò suprà memoratis, primatus sui insignia gerentibus, Rictiouarus quidam constituitur præfecturæ in Gallijs agere iura. Qui tantæ mox crudelitatis insania aduersùs Christianos exarsit, vt eorum sanguine rabiẽ suã nunquàm satiari posse putaret. quod mox factis manifestè satagit, in eorum videlicet beatorum martyrum nece, quos,* Basileam vrbem veniens, inquiri fecit: & pro sancti nominis Christi confessione, eo in locu, vbi * Arar flumen in * Rheni alueum se infundit, mergere & crudeliter necari pcepit. Sed profundis gurgitibus quanuis corpora sæuus satelles immergeret, animæ tamen Deo dignissimæ, sunt sorte felici ad æthera transuectæ: & hoc magna miseratione Dei, vt milites sui aquis tumulati, celsitudinẽ cælestis susciperent regni, vbi iam Rictiouarus eos funestè persequi non posset, posset autem pro delictis suis exorare, si vellet.

Ecclesia psecutionibus nõ minuit, sed augetur. Psal. 4.

** Basilã.*

** Arola*
** Rhodani*

CAP. IIII.

FActa verò Christianorum circunquaq; inquisitione ab impio suprà memorato præfecto, ipse ad castrum, quod * Somanobrium antiquitùs, modò Ambiani, vocatur, peruenit, ubi iã sancti Quintini beata studia in prædicationibus, signis & virtutibus gloriosè parebant. Quæ ille cùm cõperisset, altiùs indignatus, mox beatum Quintinũ cõpræhẽdi, & catenatum in carcerẽ duci, ac illic retrudi præcepit: quatenùs eius sancta libertas coercita, Christo lucrandi populos locum ampliùs non inueniret. Beatus aũt Quintinus cùm à militibus duceretur in carcerem, lætabundus & exultans, Dominũ, nè se derelinqueret, deprecabatur, Dauidicum illud dicẽs: Domine Deus, eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis & iniqui: quoniam tu es patientia mea Domine, spes mea a iuuentute mea.

*fer. * Samarobriga*

Psal. 70.

CAP. V.

SEquenti aũt die Rictiouarus sedens pro tribunali in consistorio, beatũ Quintinum suis psentari iussit obtutibus. Qui cùm ab apparitoribus fuisset adductus, ait ad eum Præfectus: Quod nomen est tibi? Beatus Quintinus respondit: Christiano noĩe cẽseor, quia Christianus sum, & Christũ credo corde, & ore profiteor. Propriè tñ Quintinus à parentibus sum vocatus. Cui Præfectus: Ex qua es progenie? Beatus Quintinus ait: Ciuis Romanus sum: filius autẽ Zenonis senatoris. Tunc Præses dixit: Quidnã est, q persona tam nobilis, & tanti viri filius, tã superstitiosis religionibus te tradideris, ut illum pro Deo te colere dicas, quem quondam à Iudæis crucifixum audiuimus? Sanctus Quintinus respondit: Nobilitas summa est Deũ cognoscere, eiusq; deuotissimè obsequi mandatis. Nam religio Christiana, quam tu superstitionem nominasti, non tam ignobili subijci potest nomini, quæ ad summum beatitudinis gradũ suos ueraciter sectatores euectat. Hac.n. Deus omnipotens cognoscitur, cæli terræq; creator, & filius eius Iesus Christus Dominus noster, p quem oia facta sunt, siue in cælo, siue in terra, visibilia & inuisibilia. qui in omnibus est patri coæqualis, quia ab eo ante omnia secula genitus, sibi est consubstantialis, sibique coæternus. Præses verò dixit: Quintine, recede ab hac stultitia tua, qua tenèris, & nostris sacrifica dijs. Beatus Quintinus respondit: Dijs tuis non sacrificabo: quia religio nostra deos tuos nobis dæmonis esse demõstrat. Stultitia verò, qua me teneri asseris, non stultitia est, sed sapientia, à filio Dei nobis ostensa, qui est virtus & sapientia patris. Sed illi profectò stulti sunt, qui dijs tuis sacrificando tibi obediunt. Tũc præses dixit: Nisi nunc accesseris, & dijs nostris sacrificaueris, per deos deasque nostras iuro, quia diuersis te cruciatibus ad mortem vsque torquebo. Ad hæc beatus Quintinus respondit: Et ego tibi per Dominum meum promitto, quia quod iubes, non facio: quod minaris, non timeo. Celeriùs fac quod vis: quicquid Deus pmiserit, sustinere paratus sum. Corpori.o. inferre pœnas potes: aĩæ verò Christus miserebit.

Zeno sancti Quintini pater.

Preclarũ sanè respõsũ et Christi martyre dignũ.

Psal. 95.

1. Cor. 1.

CAP. VI.

HIs præfectus auditis, immani furore commotus, durissimis eum flagellis cædere præcepit. Sed beatus Christi martyr dum acriter cæderetur, paululùm oculis ad cælũ leuatis, gratias Deo agens, dixit: Domine Deus meus, gratias ago tibi, quia propter nomen sanctum filij tui, Domini mei Iesu Christi hæc me pati voluisti. Et nunc præsta fortitudinẽ Domine, cõcede virtutem, porrigens auxiliatricem dexteram tuam, quatenùs pœnas cum tyranno superare valeam ad laudem & gloriã nominis tui, quod est benedictum in secula. Et cùm huiuscemodi verba inter flagella orans compleret, vox fertur audita: Quintine, constans esto, viriliter age: ego adsum tibi. Confestim verò apparitores, qui nece crudeli eũ cædebant, in terram ruentes, standi facultatẽ amiserunt, & spiritali se virtute acerrimè torqueri sentientes, auxiliari sibi præsidem magnis vocibus exorabãt, plagis se profectò immẽsis torqueri, & cremari ignibus confitentes, adeò vt consistendi ac penè loquendi amiserint officia.

Inter flagella durissima gratias agit Deo.

Diuinitus confirmatur.

CAP. VII.

HIs præses auditis, cùm beatum Quintinũ fidẽtiùs semper agere, ac cõstantiús in fidei suæ cõfessione persistere contueretur, truculentiori ira pmotus, coram cunctis magno clamore dixit: Per sacros deos deasque iuro, quia Quintinus iste magus est, & præcantaminibus vtitur, quibus eũ manifestũ est adiuuari. Nunc igitur magna eum seueritate extrahite, & ejcite à facie mea, recludentes in nimia carceris obscuritate, nec vlli Christianorum præbeatur solandi eũ accessus, vt etiam sic stultitiarũ suarum pœnas exoluat. Sanctus verò Quintinus ad ergastuli caliginosissima loca dum contumeliosè duceretur, diuinæ semper miserationi gratias agens, Dominumque intentissimis vocibus exorans, subueniri sibi, seque adiuuari totis exorabat præcordijs: quatenùs ab homine illo malo & a viro iniquo citiùs, quibuscunq; Deo placuisset modis, liberaretur. In hoc itaque loco sanctus martyr Quintinus catenę & tenebris immaniter dãnatus, dum sibi solatia humana cõspiceret esse negata, respectus diuini pmeruit maiora solamina.

In obscurissimum carcerem abducitur

CAP. VIII.

NAm sequenti nocte, cùm beata mẽbra magnis doloribus afflicta, quieti dedisset, adstitit ei Angelus Domini per visum, & blandis eum sermonibus compellans, dixit: Quintine famule Dei, surge & confortare, & perge fiducialiter, & sta in media ciuitate, consolans & in fide Christi corroborãs populum vniuersum, vt credant in Dominum Iesum Christum: & sanctifica eos baptismate sacro, quia appropinquat liberatio eorum, vt confundantur inimici Christiani nominis cum impio eorum Rictiouaro præfecto. Hæc sancto Angelo ità perorãte, beatus Quintinus euigilans surrexit, & Angelico ductu vniuersas carceris transiuit custodias.

Angelus eum consolatur.

Educitur è carcere.

CAP.

CAP. IX.

S. Quintinus concionatur ad populum. Cvmque peruenisset ad locum, quẽ Angelico insinuatum cognouerat iussu, confluentibus ad eum vndiquè turbis, dixit: Viri fratres, audite me. vobis enim loqui me Dominus misit, ut veritatis fidei vobis vias ostendam, & Domino meo Iesu Christo Saluatori æterno vos lucrifaciam. Conuertimini igitur a vijs vestris malignis, & pœnitentiã agite, & baptizabimini baptismate salutis in nomine patris & filij & spiritussancti: in quo est ablutio & remissio omnium peccatorũ, credentibus in Deũ patrem omnipotentem, qui fecit cęlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, visibilia & innisibilia. *Psal. 145* Et in Iesum Christum coæternũ & consubstantialem & coomnipotentem filium eius Dominũ nostrũ: qui magno pietatis suæ cõsilio de cælis descẽdit, & per virgineũ vterũ nascendo, formã serui suscepit, Dei virtute in eo manente & natura, in similitudinẽ hominum factus est, & habitu innentus ut homo, humana in se di uinitati vnita natura, ut una sit psona Dei & hominis, Iesus Christus. *Philip. 2.* Quem sicut humana natiuitas, esuries, lassitudo, passio pro salute nostra, & mors, & sepultura verum hominẽ ostendunt: ita diuinę virtutis insignia, immutatione naturæ vinũ de aqua factum, cæcorum visus, surdorum auditus, claudorum gressus, mutorum loquela, mortuorum resurrectio *Iohan. 2.* Deum plenissimè manifestant. Et in spiritũsanctum Deum ac Dominum colendum & adorandũ, p quẽ sanctificatur omnis creatura, & per quem nobis remissio & emundatio delictorũ tribuitur, in diuidua cooperatione patris & filij & eiusdem spiritussancti, q est vnus æternus, & verus, & benedictus Deus in omnia secula seculorum. His & similibus a beato Quintino longa prædicatione peroratis, magna pars populi fide Domini nostri Iesu Christi agnita, fermè vsq ad sexcentos crediderunt, ut ope Domini manifestaretur modicũ semen verbi diuini, p beati Quintini ministerium seminatũ, in quantã populi segetem fructificando exurgeret, & quatenùs militis Christi per gloriosam passionẽ agone finito, fructus operum suorum, paradisi mœnia ingrediens, ad augmẽtũ gloriæ suę cõspectibus offerret diuinis. *Permulti credũt in Dominum.*

CAP. X.

Expergefacti verò custodes carceris, cùm clauso carcere beatum Quintinũ deesse cognoscerẽt, ad inquirendũ eũ progressi, in medio eum populi stantẽ & pdicantem reperiunt. Quo medullitùs permoti miraculo, & ipsi conuersi ad fidem Christi sũt, adeò vt magnum Deũ Christianorum publicè profiterentur, quem beatus Quintinus prædicaret. Nunciantes autẽ præfecto, quæ de beato Quintino facta fuerant, dijs suis † conuicia irrogare cœperũt, & uniuersis eorum cultoribus: sibi etiam sufficere profitentes, vnum solum & verum Deum, quẽ p beatũ Quintinũ gloriosè cognouerant. Quibus Rictiouarus præfectus, immani furore turbatus, di[...] ergò, vt video, & vos magi effecti estis. Ad quem [...] Nos magi, inquiunt, non sumus, sed confessores [...] veri Dei, qui fecit cælum & terrã, mare & vniuersa, quæ sũt in eis. Quibus Rictiouarus: Insanitis, inquit. Nihil est. n. vestræ credulitatis vana assertio. Abite à facie mea, & à conspectibus meis q citiùs abscedite. Illis ergò recedentibus & abeuntibus, Rictiouarus nimia indignatione stomachatus, anxiari & cunctis sẽsibus aduersùs beatũ Quintinũ sęuire cœpit, & einsmodi truculẽtis minari sermonibus: Nisi, inquiẽs, Quintinũ hunc magũ & maleficũ interfecero, & nomen eius extinxero, populum hunc vniuersum seducet, & deorũ nostrorũ cultũ penitùs annullabit, præcepitque mox beatum sibi exhiberi Quintinum, & conuersus ad callida versutæ fraudis cõmenta, blãdis sermonibus cõpellare cępit, dixitq; ad eũ: Quintine, fateor, quia erubesco & admodùm confundor pro tua nobilitate, q de tantis opibus diuitiarũ, quæ tibi dignissimè congruũt parentalis nobilitatis sorte, ad istam paupertatem causa vanissimæ sectę tuæ peruenisti, vniuersa relinquẽs & oĩa dimittens atq; despiciens in tantùm, vt egens & pauperrimus mẽdicus videaris. Audi ergò, & meis te accommoda consilijs. Vnum enim est tantùm vt facias, & largissimè nostris augeberis beneficijs: dijs videlicet nostris tãtùm vt sacrifices, & tibi inuoces propiciatores: & ego mox mittam festinatò relationẽ ad sacratissimos Imperatores, ut opes tuas vniuersas, quas inconsulte reliquisti, restituant, & amplissimas, vt amico deorũ & Cæsarũ, insuper cõferãt dignitates, videlicet vt purpura & bysso vestiaris, & aurea torque induaris, atq; zona aurea circunderis. *Rictiouarus ex ipso fit vulpecula.* Tunc beatus Quintinus in sæuissimo præfecto cõmenta fraudis intelligens, respondit: Lupe rapax, & tanquàm canis vesania plenus, q stultè & insipiẽter sensus meos itelligis, quos putas te posse euertere multitudine promissorũ numerũ, & infelici opum congerie. sed opes tuæ tecum sint in perditionẽ. *Sanctus martyr fraudes eius fortiter contũdit.* Egò verò cõstantiã fidei meæ mutarenõ possum, quæ est in Christo Iesu Dño nostro. Nunquid cognoscis infelix, quia pauper nõ est, qui in Deo diues est? Nam mihi sufficit Christus, qui mihi viuere est, & mori lucrũ. Illius ego diuitias concupisco, illius opes amplector, pro eius diuitijs paratus sum non solùm acriter affligi, verumetiam, si ipse iusserit, mori. *Phil. 1.* Diuitiæ. n. eius æternæ sunt, & qui eas adipisci meruerit, nullis deinceps bonis indigebit, nec illis vnquàm carebit. Porrò honor & potestas & opes vestræ temporales & fugitiuæ sunt, & tanquam fumus euanescunt, nec vnquam permanere nouerunt. Ea verò, quæ ipsum diligentibus Deus tribuit, ęterna sunt, atq; eiusmodi, qualia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs ascẽderũt. *1. Cor. 2.*

CAP. XI.

Tvnc Rictiouarus insuperabilẽ in hac cõstantia sanctũ Dei martyrẽ intelligẽs, dixit: Ergò Quintine hoc cõsiliũ elegisti, ut mori magis, quam viuere velis. Beatus Quintinus respondit: Mortẽ, quã tu mihi inferre potes, oĩnò nõ vereor: vitã sũt, quę tuę nõ est potestatis, sed à Deo fidelibus tribuitur, hic p eius amore morientibus, totis exopto votis. *Vox Christi martyre digna.* Nam si à te morti traditus fuero, si Christo me victurũ fidẽter credo. Post quę Rictiouarus dixit: Iterùm iterũque tibi Quintine iuro, qa celeriùs te puniri iubeo. Cui beatus Quintinus illud beati Dauid intulit, dicẽs: Dñs mihi adiutor est: non timebo, qd faciat mihi homo. *Psal. 117* Tunc pfectus tyrannico furore cõmotus, sanctũ Quintinũ intantùm trochleis torqueri pcẽpit, vt mẽbra eius à suis iuncturis vi durissima solui cogerentur: & stimulis insup ferreis eũ cædi, & oleũ candẽs, & picẽ, & adipẽ feruentissimũ dorso infundi iussit, nẽ quid pœnę aut cruciatũs corporeis deesset doloribus. *Durissimè S. Quintinus torquetur.* Sed cùm necdùm satisfacerent insanissimo Rictiouaro pfecto ad satiandã eius sitis immanissimã rabiẽ, applicari etiã faces ardentes iussit, vt vel flãmis cremaius, aliquãdò assensum pberet. Sed Christi martyr, qui nec blãdimentis, nec terroribus cessit, cunctis ignibus insuperabilis constitit. Ardẽs enim interiùs flamma diuini spiritùs, corporeos exteriùs cõtempsit cruciatus, dixitque ad Rictiouarũ præfectũ: Seuissime iudex, & fraudis diabolicæ fili, nunquid scis, quia hæc oĩa, quę tu iubẽte patior pro noĩe Dñi mei Iesu Christi, tanq refrigeria æstimo, ac p hoc minas tuas & supplicia cõtẽno, qa sentio mihi rorẽ cõsolationis miseratiõe diuina adesse d cęlis? *Inuicta animi virtus.*

† hæc editio, aut cõsimilis, deest in exemplari.

CAP. XII.

Alia supplicia ei adhibent.

TVnc Rictiouarus furentissimo animo irã & sæuitiã augens, Afferte, inquit, calcé, acetum & sinapim, vt infundat in os eius: vt vel sic tacẽdo resipiscat à nostra deorumq; nostrorũ iniuria, cessetq; illudere falsis persuasionibus nostrorũ fideliũ multitudini. Beatus deniquè Quintinus pœnas suas augendas intelligens, ad Dñm verba conuertit, dicẽs: Dulcia sunt mihi Dñe oĩa, quæcũque pro sancto nomine tuo ore & pcordijs suscipio: & quanuis amarissima & exitialia sint, ori tamen meo p mellis dulcedine & faui reputo suauitate. Sed Rictiouarus pfectus

Modò minai, modò blanditijs vtitur Rictiouarus

post hæc iurando protestatus est, dicens: Per potẽtissimos deos Iouẽ & Mercuriũ, Solem, Lunã & Asclepiũ iuro, quia vinctum te & ponderatis catenis adstrictũ Romæ Augustis faciã præsentari: corã quibus immanibus supplicijs arctaberis, idq; dignè pro meritis, quibus fugã inire psumpsisti. Ad hæc præfecto S. Quintinus respondit: Romã, pfecte, ire nõ formido, quia Deũ & hic & illic esse non dubito, q tuas & Cæsarum, quibus aduersùm Christianos sæuitis, superabit insanias. Ego tñ cõfido, & spe certissima teneo, q mei cursũ laboris hac in puincia terminabo.

CAP. XIII.

Catenis horrendis illigatur.

TVunc Rictiouarus præfectus truci iussione pcepit, collum sancti martyris cæteraq; mẽbra ponderosis catenis & grauissimis nexibus circũdari, militesq; iussit eũ diligenti cura seruare, ducereque eũ, quousquè eos idẽ tyrannus consequeretur. Sed beatus Quintinus tanq̃ animal simplicissimũ ad victimã ductus, spe altiùs in Domino fixa, vias suas ab eo dirigi, & semitas eius se doceri precibus deuotissimis exorabat. Cũq; apparitores, qui beatissimũ Dei militem, sicut eis fuerat imperatũ, ducebant, in locũ quendã, cuius vocabulũ est Augusta Veromanduorũ, peruenissent, psidẽ iussi sunt expectare. Respexerat.n. iam tunc Christus deuotissimi militis sui arctos durissimosq; labores, & remunerandi eum tẽpus elegit, locũq; nomini suo cõsecrandũ instituit: quo longiùs eũ progredi non passus, mox vt voluit, consistere fecit. Quò Rictiouarus pfectus sequẽti ve-

Rursus ei blanditur tyrannus.

niens die, sanctũ Quintinũ sibi psentari pcepit. Conuersusq; iterùm, vt suprà meminimus, blandis eũ cõmentis & fraudulentis sermonibus cõpellat, dicens: Frater Quintine, quia es bonæ spei iuuenis, adhuc patiens sum in te. Consenti ergò mihi, & sacrifica tãtùm magnis dijs Ioui & Apollini, & Romã si nolueris reuerti, magnis te honoribus in hac prouincia ornabo, mittamq; legationẽ ad sacratissimos Imperatores, nuncians eis, vt constituant te principẽ & magnificũ iudicẽ in loco isto. Sãctus verò ad hęc Quintinus respondit: Sæpiùs tibi Rictiouare talia proloquenti respõdi, & modò iterùm respondeo: Tuis omninò dijs non sacrificabo, quia deos tuos dęmonia esse scio, ad quorũ tu honorẽ imagines & sculptilia fabricas: quæ cùm tu deos appellas, sine sensu sunt omnique ratione carentia: quia manufacta, nec sibi, nec alijs opitulari queunt: quibus similes fiunt, qui

Psal. 113 & 134.

faciunt ea, & oẽs qui confidunt in eis: quia mortui sensibus, mortua uenerantur figmenta.

CAP. XIIII.

Vide qd satanas p suos administros cõmu sc atur.

TVnc Rictiouarus præfectus, cernens eũ cõstantia validiùs semper roborari, ad gloriã eius augendã cruciatus adhuc augere constituit. Iussit igitur vocari fabrũ ferrariũ, vt faceret duas sudes ferreas, quibus beatus Quintinus a ceruice vsq; ad crura trãsfigeretur: aliosq; simili modo decem clauos, qui inter vngues & carnẽ digitis oĩb⁹ crudeliter infigerentur: vt vel sic corpore cõfosso, mẽbrisq; vndique terebratis, aut deficeret, aut cederet superat⁹. Quibus oĩbus cõpletis, beatus Christi martyr, mira Dei virtute tantis irrogatis supplicijs adhuc durans & subsistẽs, nihil recusat: sed magni boni cõscius, patientissimè tolerat: neq; his crudelitatibus cessit, q cæteras superiùs cõmemoratas æquanimiter pro amoris Christi magnitudine tolerauit. Rictiouarus

S. Quintinus constantia.

verò cùm beatũ Quintinũ verubus ferreis cõfossum & rigidũ factũ conspiceret, insultãs dixit: En videãt hũc Christianũ cæteri Christiani supplicijs meis taliter addictũ, & ab huius pœnis exemplũ capiant. Quibus verbis videt pfectus nescisse quid diceret, cùm ad martyrij exemplũ, sancto Quintino in medio posito, Christianis spectaculũ palam monstraret. Ostendebatur.n. imitabilis eius & venerãda passionis constãtia, ad omniũ Christianorũ nõ parua emolumẽta.

CAP. XV.

POst hæc præfectus, accepto consilio à quodã Senero honorato, capitalẽ eũ iussit subire sententiã. Cum aũt beatus Quintinus à carnificibus duceretur, ad locũ suæ immolationis veniẽs, petiit ab eis, vt paululùm sibi orandi spatiũ cõcederẽt. Quo impetrato, cùm se in orationẽ prostrauisset, his precibus & vocibus, quibus poterat, Dñm orabat, dicens: Dñe Iesu Christe, Deus de Deo, lumen de lumine, q

Sub morte preces martyris.

es, & qui eras ante mundi constitutionẽ: te deprecor in veritate tua: quẽ cõfiteor, quẽ corde retineo, quem videre desidero, pro cuius amore hoc corpus totũ supplicijs tradidi, & nunc aĩam offero. Suscipe ergò spiritũ meũ & aĩam meã, tibi toto desiderio oblatã, & nè derelinquas me, Recipe pie & Deus clementissime, qui viuis & regnas in secula seculorum. Et his dictis, sanctã ceruicem spiculatoribus offerens, Paratus sum, ait: facite, qđ vobis pceptũ est. At illi

Caput ei amputat. Calitus à Domino vocatur.

gladio euaginato, sanctũ martyris caput crudelissima pcussione amputauerunt, & mox visa est felix anima eius, carnea mole soluta, velut columba cãdida sicut nix, de collo eius exire, & liberrimo volatu cęlum penetrare: voxq; de cælo fertur audita: Quintine famule meus, veni & coronã accipe, quã tibi pro tuis meritis præparaui. Sic igitur beatus Quintinus, acceptabile sacrificium & holocaustum Dei, cælos ingreditur, & pro cruciatibus hic patientissimè toleratis, inæstimabiliter coronatus, in sanctorum martyrum sedibus collocatur.

CAP. XVI.

COrpus verò eius proprij sãguinis roseis vndis psusum, à plecto seruari, & diligenter iussum est custodiri: non ad debiti honoris reuerentiã, sed quousquè tps id clanculum pdendi locũ tribueret. Nocte verò redeunte, corpus beatissimi martyris ✱ Sommæ fluẽtis immergere iussit, ut tã ingẽs bonũ, Deoq; dilectissimus thesaurus, Christianorũ negaretur conspectibus. Cõpleuit aũt beatissimus martyr Christi Quintinus, Deo tota deuotione militans, tẽpus suũ & lõgas martyrii sui pęnas pridiè Calendas No[illegible]. Et licẽt in fundo aquæ p quinquagintaqui[illegible]nnos fuerit tumulatus, in regnũ tamẽ Christi sacra inter beatorum martyrum consortia est glo-

Eius corpus 55. annis in flumine manet illæsum.

riosè susceptus: vbi eum nunc pro nobis tanto plùs apud Deum interuenire confidimus, quãto hic plùs pio amore, ut sanctissimum martyrem decet, eius merita veneranda complectimur.

CAP. XVII.

POstquàm verò Ecclesiã suã, tot persecutionũ turbinibus fluctuãtẽ, Christus miserando respexit, extinctis iã Imperatoribus impiis, Christianos principes vniuersi monarchiã orbis regere constituit: quatenùs iã fideliũ numerositas respirãdi quiete adepta, multorũ cruciatuũ fine gauderet. Regnãtib⁹ ergò Constantio Constantini filio, eiusq; cũ eo fratri-

bus

** Eusebia matrona Romana.*

bus Constantino & Constante, matrona quędā nobilis Romæ erat, Eusebia vocabulo, dignitate & opibus ditissima, sed ab annis nouē oculorū luminibus orbata: cui mos erat studiosè orationib⁹ incūbere, & pro se Dñi clemētiā deuotissimè exorare.

Monetur ab Angelo, in Gallijs S. Quintini corp⁹ quærere.

Quadā verò nocte cùm pro suæ causa infirmitatis Dñm promptiùs oraret, p visum ei Angelus Dñi apparuit, eamque consolans, dixit: Eusebia, Preces tuæ exauditæ sunt, & coram Deo acceptæ. Surge itaque, & perge in Gallias, & pquire locū, q Augusta Veromāduorū dr, cuius situs est iuxta fluenta * Sommæ, vbi via publica trāsit ab Ambianensiū ciuitate, veniens contra Laudnoū clauatū. Eo igit loco diligenter pquire, & inuenies corpus beati Quintini martyris Christi, diù iam paludibus & aquis tumulatum. Quod vbi fuerit euectū, & per te populis manifestatū, oculorū tuorū recipies visum, & salutis corporeæ pristinū statū. His illa auditis, cùm ei iteratò visio eadē rē probabilē adstrueret, nihil nutabunda insinuatū arripit iter, & in partes Galliæ pergit, congruo suę imbecillitati pparato curriculo, cæterisq; tanto itineri necessarijs, atq; ēt linteaminib⁹ mundissimis & cōgruētib⁹ pręparatis, qbus reuelatū Dñi thesaurū susciperet, & insceptū pio studio decenter inuolueret.

Heracli⁹ senex, Eusebiæ locū fluminis vbi sacrū eius corpus fuit submersū ostendit.

Cūque Angelico ductu ad locū sibi insinuatū puenire cœpisset, senex quidam Heraclius noīe, in via ei obuius venit. Quem illa ad se uocatū interrogauit, vbinàm locus esset, qui Augusta Veromanduorū dicebatur. Cui ille respondit: In proximo est. Ad quē Eusebia: Dic, oro te, mihi, ait, si cognouisti aliqn̄ illo in loco virū quēdā, noīe Quintinū, à paganis interfectū? Ad hæc senex respōdit: Audiui certè, sed multū esse tempus eius facti pro certo noueris. Tunc Eusebia: Corpus, inquit, illius vbi repositū fuerit, dic, si nosti. Senex respondit: Nescio. Eusebia verò pleniùs iā ab Angelo edocta, Per Deum, inquit, te rogo, vt hoc tm̄ mihi ostendas, vbi via publica Ambianis veniens, & Laudunū pgens, Sommā flumen trāseat. Quò cū pariter pergerēt, senex dixit ad eā: Eccè iste est locus. Tunc Eusebia ad locū se puenisse, quē Angelus dixerat, cognoscens, de spe vlteriori lætabunda, exultans de vehiculo descendit, ac se eò duci iussit. Cūq; puenisset, prostrata mox in oratione, Deū intētissime exorabat, ut ei sācti martyris sui corpus ostēderet, & vbi tantus esset thesaurus, ipsi quis peccatrici manifestaret: dixitq; orans: Dñe Deus pater omnipotēs, te deprecor, vt exaudias humilē peccatricem, & ostendas mihi sancti martyris tui corpus: & sicut tu Domine cōpleuisti Helenæ famulę tuæ desideriū, & ostendisti ei vexillū sanctę Crucis abscondituū: ità mihi nūc ostendere digneris venerabilē thesaurū in martyris tui glorioso corpore, qui propter nomē sanctū tuū, totū se obtulit immanissimis cruciatibus. Et nunc, Deus oipotens, nē me patiaris ab hoc loco discedere, quousquè desiderij mei indicia [illegible] ad laudē & gloriā nominis tui, quod est bene[illegible]ctum in secula seculorū.

Vide insigna miracula in reuelatione corporis S. Quintini.

Completa itaq; oratione, moueri cępit locus ille, vbi sanctū corpus sub aqua iacebat, & crispantibus vndis indicia dare: tandemq; magna virtute Dei eleuatū est sancti viri corpus, & tergū vnda pbente euectū, ac secura natatione vsq; ad manus hominū deportatū. Caput verò, qđ cū eodem corpore non iacuerat, p aliū meatū exiliens, ad corpus vsque suū, vnda portante & Christo fauente, mirabili modo pducitur. Quę pariter suscipiēs venerabilis matrona, cū gaudio de aquis eleuat, & tā sanctū pōdus pannis inuoluendū libenter deportat: corpus verò ipsum, nulla macula corruptū, sed integerrimum & incorruptū, Deo seruante, fuerat inuentum.

Pudeat hæreticos non honorare sanctorum reliquias, quas Deus ipse sic honorat.

Insolito ēt cādore idē corpus fulgebat, & inæstimabili odore fragrabat, adeò vt circunstātes (quēadmodùm testatur is, qui huic rei corām interfuit, qui ēt scripsit beatissimi martyris huius historiā priorē) ea odoris suauitate repleti, aliorum mundi oblectamentorum obliti viderentur. Porrò venerabilis matrona Eusebia, acceptū beatissimū corpus linteaminibus inuoluit, & ad Veromandensiū castrum, quod ab eo loco quinq; ferè millibus distat, reuerenter tumulandum aduehere disposuit. Sed beatissimus martyr locū sanguine suo consecratum relinquere nolens, mox ut ab aqua montis summū ascendit, sui ponderis grauitate lōgiùs se pficisci nolle manifestissimè docuit. Portantiū. n. iam defecerāt gressus, & vires lassitudine pressæ, martyris venerandę cesserunt voluntati. Beata verò Eusebia talibus gestis voluntatem sancti intelligens martyris, ibi eū deponi fecit, & reuerenter sm̄ loci & tēporis concessum sepeliuit, cellulāq; quibus tunc poterat nisibus gratanter ædificauit, atque mora pro sepulturæ beneficio amicū lumen olim amissum, virtute diuina densissimis fugatis tenebris, lætabunda recepit.

Eusebia cæca lumē recipit.

Simili ēt mō, quotquot illuc eadem hora cōtigit venisse infirmos, ad cōmendandam Christi militis preciosam mortē, recipere & ipsi promeruere pristinā sanitatē.

Sudes ferreæ adhuc in eius corpore reperiuntur infixæ.

Venerabilis autem fœmina sudes ferreas, quibus suprà beatum Christi martyrem cōfixum fuisse diximus, manentes adhuc in eius corpore cernēs, extrahi eas curauit, & p veneratione reliquiarum secū Romā detulit. Quo facto, quod pfidia infixit, fides cōgaudendo extraxit: & qđ tunc augmentū extitit pęnæ, nunc testimoniū extat gloriæ. Reuersa itaq; est Eusebia mulier nobilis & veneranda, inuento Christi preciosissimo thesauro, cū suis oībus, vndè venerat, ostēdens in se magnalia virtutis Dei, & pdicās merita & gloriā testis & militis Christi, qui nunc & in æternū beata glorificatione numeratus, ppetuò victurus feliciter regnat in Christo. Huius inuentionis veneranda solennitas octauo Calendas Iulias colitur ob reuerentiā & laudem eius, qui taliter suum in terris etiam glorificat martyrem.

Itèm alia inuentio einsdem beatissimi martyris, quæ etsi celebratur 3. Nonas Ianuarij, tamen hoc loco adscripsimus, ut habeat Lector totam martyris historiam coniunctim.

Habetur ferè ad verbum in Vita S. Eligij lib. 2. cap 6. 1. Decembris, Tomo 6.



Nota S. Eligij studiu erga Sanctorū inquirenda corpora.

SANCTISSIMO atq; religionis cultu deuotissimo Eligio, Nouiomensis Ecclesiæ Epo, inter cætera virtutum suarū miracula hoc à Dño cōcessum erat, vt sanctorū martyrū corpora, q per tot secula abdita populis habebantur, eo inuestigāte, ac nimio ardore fidei inquirente, patefacta proderentur. Siquidē nōnulla venerabātur priùs à populo in locis, quibus non erant, & tamen quo in loco certiùs humata tegerentur, prorsùs ignorabat. Ex eo ergò tpe, quo Eligius fuerat cōsecratus Ecclesię pastor, ab eo nōnulla inuēta ac populis sunt declarata. Ex quibus primū ac summū sanctū martyrē Quintinū in principio Epatus sui grandi instantia, quasi thesaurū celatū, pmouit palam in publicū. Deniq; priusq̄ Eligius eiusdē loci datus eēt Eps, extitit q̄dā vir improbus, vocabulo Maurinus, vt videbat populis, habitu religiosus, cātor ēt in Regis palatio laudatus, atq; ea hoc, vt ētus docuit exitus, mēte tumidus, corde proteruus, atq; actione dissipatus. Qui audacia suæ psumptionis deceptus cœpit verbis extollere, à se corpus martyris Quintini &

inquiri

Hominis temerarij mors horrēda.

inquiri posse, & inueniri. Sed vt eius præteriam aliquando & Eligij merita demum Dominus declararet, mox vt terram sarculo cauare cœpit, manubriū fossorij manibus eius inhæsit: sicq; misere opus præsumptum relinquens, sequenti die in manibus suis vermibus ebullientibus, miserabiliter expirauit. Ex quo facto tantus timor adoleuit in populo, ut nullus deincèps quāuis probabilis vitæ, præter Eligiū, huiusmodi negocium auderet appetere.

Eligius verò cura pastorali suscepta, statim ī exordio suæ ordinationis cœpit assiduus esse in loco illo. est.n haud procùl ab vrbe Verumādensi, in eo scilicet loco, vbi quondam martyr è fluuio eleuatus, ab Eusebia in monte fuerat tumulatus. Eligius itaq; diuino nutu instigatus, voluebat in animo, sed & liberè proclamabat in populo, non illic haberi corpus, quo loco venerabatur, sed esse potiùs in parte altera. Cumq; diù huiusmodi * conditio mentē eius stimularet, cœpit tandèm sagaci inquisitione p basilicæ pauimentum huc illucq; tentare, sicubi sacratū tumulū posset deprehendere. Sed cùm nullatenùs indiciū tumuli reperiret, cœpit à fratribus destitui, prosequentibus cū tremore interitum illius, qui dudùm huiusmodi inuestigatione, superba mente tumens, lugubri morte vitam finisset. Necnon & antiquitatem corporis, longinquitate iam temporis consumpti, atque ad nihilum & in puluerē redacti obijcientes, conabantur eum à cœpto mētis proposito reuocare. Cumque ei eiusmodi impedimenta a fratribus obiicerentur, altiùs ille ingemiscens, aiebat: Nolite fratres, q̄so, nolite impedire deuotionē meā. Nā ego credo in creatorē meū, q̄ tanto thesauro, tā tumq; mihi desiderato, haudquaquàm me fraudabit.

Hæc cōfirmāt superiorem historiam.

*for. * cogitatio.*

S. Eligij deuotio erga sacras reliquias.

Ecce mirabile votum, præ immenso sacrarum reliquiarum desiderio nuncupatum.

Tum ergò attentiùs persistens, suscepit triduanū ieiuniū, atque enixiùs Christi Domini diuinitatem cum lachrymis exorans, vouit non se priùs quicquā alimoniæ accepturum, q̄ mereretur desideratū percipere munus. Tanta nanque inerat ei fides, tantaq; constantia, vt plerunque sic facienda præueniret, tanquàm facta crederet, & nonnunquàm ità cum Deo, quemadmodùm cum terreno suo loqueretur domino, propositumque qđ suscepisset, in Deo completurum se indubitanter crederet. Vndè ēt tunc, cùm multi eum dehortarentur, Tu, inquit, Domine Iesu, qui omnia nōsti priusquàm fiant, tu scis, quòd nisi manifestatū ostenderis mihi corpus huius testis tui, quī propter nomen sanctum tuum passus est, quanquam sim indignus, nunquam plebis huius Episcopatum gerā, sed exul potiùs ab hac prouincia procùl secedā, vbi (vt dignū est) īter bestias moriar. Quid multa? Cœpto operi īsistēs, cùm adiutores eius p diuersa ecclesiæ loca tētādo discuterēt, nullaq; inueniēdi indicia caperēt, leniter ille oēs cōpescēs, vnū eis locū, de quo nulla eē suspicio poterat, in posteriori ecclesiæ parte effodiendū designat. Tūc omniū labore eò conuerso, libenter iussis obtemperant, defossaq; iam in altum pedes decem seu ampliùs terra, ab spe iterùm inueniendi corporis destituuntur. Sed cùm tertia iam nox media fluxisset, arrepto Eligius sarculo, reiectoque amphibalo, cœpit totis viribus cū cereis, cū lampadibus, terram sanctis manibus effodere. Cumque paululùm ima fossæ declinans, in latus cauernæ humum cœpisset fodere, mox reperit tumbam sanè veteranam, tegentem corpus sacratum.

Rursus Deus mire cohonestat sacras beati Quintini reliquias.

Tunc gaudio magno repletus, cùm sarculo, qđ manu gestabat, audacissimè latus ferisset sepulcri, confestim forato tumulo, tanta odoris fragrantia cū immenso lumine ex eo manauit, ut etiam ipse sanctus Eligius fulgore luminis, odoreq; inenarrabili percussus, vix subsistere potuisset. Nam & globus splendoris, qui è tumulo ictu ferientis prorepsit, tātā vim suæ claritatis sparsit, vt cunctorū adstantiū obtutibus oculorum retusis, partem maximam regionis illius in diei claritatem mutaret. Vndè oēs, quos eadē hora vigilare contigerat, quiq; ne rei causam ignorabant, magnum quiddam datum cælitùs signum æstimabant. Erat autem transacta media nox, & nox quidem obscura valdè & caliginosa: sed procedente fulgore, quasi lux diei ad tempus resplenduit, & in tēpore claritas recessit. Tunc ergò sacro inuento corpore, Eligius cū gaudio lachrymabili exosculatur, ac de profunda tellure eleuatum, reliquias sibi, vndecunque concupiuit, segregauit. Dentes etiam pro languentium medela, ex maxilla abstulit, atque ex radice dentis gutta sanguinis exiuit. Clauos quoquè miræ magnitudinis, quos tempore passionis eius persecutores corpori eius infixerāt, ex cerebro cæterisque artubus abstractos, sibi pro reliquijs sequestrauit. Capillos ēt pulcherrimos in reliquiis separatos delegauit. Deindè holoserico preciosissimo obuolutum, cōpositumque honestissimè corpus, summa cum diligentia retrò altare transposuit. Tumbā deniquè ex auro, argentoque & gemmis miro opere desupèr fabricauit: ecclesiā quoquè, quæ exigua conuenientibus populis videbatur, eximio opificio ampliatam decorauit. Ipse demùm ex reliquijs, quas a sancto corpore sequestrauerat, multa loca cōdiuit, multimodamque medelā diuersis ægritudinū morbis easdem impertiendo præbuit.

Insigne miraculum.

Obseruet lector, vt sanctissimus q reuerenter & honorifice habeat corpus S. Quintini.

VITA S. VVOLFGANGI RATIsponen. Episcopi, bona fide & grauiter conscripta, sed simplici stylo, quem in gratiam lectoris mutauit Frater Laurentius Surius. Habetur in vetustis MS. exēplaribus, sed præfatio deest in quatuor codicibus, quos nos habuimus.

CAP. I.

Octob. 31



BEATVS Vuolfgangus natione Sueuus, parentes habuit ingenuos, & qui nec opibus nimiū affluerent, nec inopia premerentur: (id quod Salomon sibi precatur dari diuinitùs) sed mediocritate substantiæ & facultatum præditi essent, rectèque vitam suam instituerent. Porrò ab ipsis primæ ætatis initijs & ipsius infantiæ rudimentis Deum fontē vitæ sitiens, & labentia quæque pro nihilo ducens, magna meritorū prærogatiua cœpit eminere, quippè qui egregiam cumulandis virtutibus operam nauaret. Ferunt nonnulli, matri eius, cùm illo grauida esset, per visum apparuisse, q̄ stellam in vtero gestare t:apiè sa[...] conuenienter præclaræ virtuti & sanctitati eius, [...] qui in eorū numerū adscribēdus eēt, de quib⁹ scriptura dicit: Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamēti: & qui ad iustitiā erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates

Prou. 30.

Visio matris sancti Vuolfgāgi.

Dan. 12.

CAP. II.

NAtus verò puer, non multò pòst baptismi salutaribus vndis expiatus est, & Vuolfgāgus appellatus. Confirmat hoc ipse carmine quodam, qđ in armario, inter reliqua ab eo constructo, (ut erat componendorum versuum nō mediocriter peritus) ità scriptum reliquit.

Struxerat ædiculam mandrita Lupambulus istam.

Quod tamē nomen non ab aliqua ignominia accepit, sed quòd esset in familia vsitatum: quamquàm possunt etiam malarum belluarum vocabula & bonam

Lupābulus Latinè. idem

quod Germanicè. Vuolfgangus

nam & malam præ se ferre significationem. Videmus enim etiam in scripturis diuinis leonem quandoquè in malam accipi partê, vt cùm dicitur: Sobrij estote, & vigilate: quia aduersarius vester diabolus tanquàm leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.

1. Pet. 5.

quandoquè etiam in bonam, ita vt Christum ipsum significet, vt in Apocalypsi: Ecce vicit leo de tribu Iuda. Ouiû quoque & bona est significatio, dicête scriptura, Nos autê popul' tuus & oues pascuæ tuę: & mala, cùm alibi dicit: Sicut oues in inferno positi sût. Patriarcha quoquè Iacob de filio suo, Beniamin, inquit, Lupus rapax: & poeta de beato Paulo Apostolo:

Apoc 5. Psal. 78. Psal. 37. Gen. 49.

O lupe Paule rapax, quid iam remanebit in orbe,
Quod non ore trahas?

Hæc & id genus alia permulta satis ostendunt, ex nomine suo neminem vel laudari, vel vituperari, probari, aut reprobari oportere.

CAP. III.

CResente autem puero, cum ætatis accessione, sancti quoquè spiritus gratia in eo augebatur. Itaque cùm septem plùs minus annos natus esset, parentes eius cuidam è Clero eum tradiderunt, vt ab eo literis institueretur. Qua in re id illi spectabant, vtpotè homines religiosi, quod posteà re ipsa feliciter experti sunt, vt filij assidua eruditione instructi, vinculis & nexibus peccatorum, quibus se implicatos sentiebant, absoluerentur. Tanta autem animi auiditate puer pręclaræ indolis literas didicit, eaq; memorię tenacitate cōplexus est, vt intra paucos annos nō solùm earum externâ superficiê caperet, sed ipsas etiam reconditorû sensuû & mysteriorum medullas inuestigaret. Quamobrê nô côtentus in scholis triuialibus aut priuatis erudiri, patre deducente, eò sibi properâdû statuit, vbi tum intrâ Germaniæ fines maximè florerêt studia literarû. Itaq; ad Augiê le monasteriû se contulit, vbi libenter & comiter exceptus est, quòd fama ingenij iampridèm eò peruenisset: breuiq; tempore tantos fecit in doctrina progressus, vt ipsis præceptoribus, qui acumen illius iâ persentirent, admirationi esset. Nec ille tamê ab eruditionis excellentia animo intumescebat, nec præ se alios contemnebat: sed cum omnibus in domo Domini sectabatur pacem & concordiam.

Literis eruditur puer Vuolfgangus.

Instituebātur quidē in nonnullis monasterijs adolescentes, sed non erant scholasticis ipsa monasteria, quod haeretici mētiūtur.

CAP. IIII.

PEr idem tempus eo in loco degebat studij causa Henricus quidam, illustri Francorum & Sueuorum stemmate clarus. Is Vuolfgangum præcipuo sibi amore deuinciens, obnixè eum precabatur, vt secum Herbipolim, vulgò Vuirceburgum, proficisceretur. Eius enim Hêrici frater Boppo, Ecclesię Vuirceburgensis Episcopus erat, & Stephanum quendâ doctum virum, ex Italia doctrinæ causa accitû, scholæ pręfecerat, qui omnes illic literis operâ dare volentes accuratè erudiret. Cumq; in precibus suis Hêricus persisteret, omnéq; humanitatem, quæ homini studioso & peregrino præstanda esset, Vuolfgango liberaliter polliceretur, tâdèm illi assensit. Veniêtes igitur pariter Vuirceburgum, Stephanum ludimagistrum adeunt, atq; in eius se tradunt disciplinâ, fruunturq; aliquandiu eius beneuolentia & fauore. Sed cùm locum quêdam in prelectione quadâ non satis explicaret, adolescentes ita vt soliti erant, ad Vuolfgâgum tanquàm eruditiorem perspicaciorêque se conferunt, vnoq; omnes ab eo petunt locum illû sibi exponi. At ille, vt erat humanus & benè peritus, non solùm id præstitit, quod rogatus erat, sed quidquid illi loco inerat difficultatis, luculenter edisseruit & explanauit. Id vbi Stephanus ludimagister resciuit, ira cômotus, grauiter illi, nè prælectionibus suis adesset, interdixit. Atque ità malignus ho-

It Herbipolim studij causa.

Hic locus in M.S. exemplaribus obscurus ad modū est, nos sensū expressimus.

stis, hac arrepta occasione, tâ p se quàm per complices suos, seruû Dei premere & obscurare conatus est. Sed sicut flamma multo ventorû flatu nô solùm non extinguitur, sed magis magisq; augetur: ità diuini sêsus ardor, q ab ineunte ætate in pectore Vuolfgangi incaluerat, nullo têtationû imbre extingui potuit. Atq; ea eo tēpe (vt ipse fateri solebat, testis sanè fide dignissim') nô homine docête didicit arcana scripturarû, sed tâto sibi sêsit maiorê ingenij vim & pspicaciâ accessisse, quâto hybernos soles æstiui superant.

CAP. V.

EVm ergò in modum vir Dei quotidianis virtutû auctus profectibus & incremêtis, seipso in dies euadebat robustior, & iam in corde suo quasdâ meditabatur & disponebat ascensiones in valle lachrymarum: & nisi amici Henrici precibus retêtus esset, cum quo illi magna erat consuetudo & familiaritas, mundum planè contempsisset vniuersum. Sed illud animo versans, charitatê non quærere quæ sua sunt, sed quæ alterius, ad tempus distulit, quod posteà prô pta animi deuotione compleuit. Nô multò post Hêricus ab Othone magno Imperatore Treuirêsem accepit Episcopatum, vtq; eò secum iret, Vuolfgangû magna animi côtentione rogauit. At ille aliquandiù difficilem se præbuit, sed cum tandê videret se benè non posse negare, noluit esse peruicax. Adiunxit igitur se illi huius quoquè itineris comitem. Tum verò pręsul ille venerabilis magnum animi studium, amorem & beneuolentiam, qua illum complectebatur, re ipsa declarare cupiens, eiusmodi sacerdotijs siue beneficijs ecclesiasticis & dignitatibus eû afficere voluit, vt per omnem diœcesim ipsius secundum ab eo locû obtineret, aliosq; omnes authoritate anteiret. Verùm ille bonus Christi seruus, mundi huius inanê gloriam fugiens, semperq; ob oculos versans illud Apostolicum, Nihil intulimus in hunc mundû, haud dubium, quia nec auferre quid possumus. &, Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli: tanto honore se affirmabat indignû. Tandèm verò in hoc cessit, vt pateretur scholasticos pueros & adolescentes suæ curę cômêdari: nimirùm prudenti vsus consilio, vt pręclarû doctrinę talentû, ipsi à Domino traditû, alijs impertiens, sicut bonus & fidelis dispensator, vberes ad Dominû suum referret fructus. Pro ijs autem docendi laboribus nihil lucri, nullamq; mercedem recipere voluit: sed operâ dedit, vt alios posset lucrifacere: nec, vt plerique solent didascali, Satyricum illud decantantes, Nosse volunt omnes, mercedem soluere nemo: à quouis quicquam exegit, tametsi à permultis cogeretur.

Psal. 83.

1. Cor. 13.

Henricus fit Treuirorū Archiepiscopus.

S. Vuolfgāgus honores respuit.

1. Tim. 1

Ibidem.

Docet discipulos suos gratis.

CAP. VI.

POrrò autê antequàm esset sacerdotio initiatus, à carnibus abstinuit, nec vestes magni precij expetijt, vigilijs, ieiunijs & precibus libêter incubuit, secularia negocia ità tractauit, vt corpore, non animo, illis esset implicatus. Adolescentes, quos erudiêdos suscepit, nô solùm liberalib' disciplinis, sed etiâ bonis moribus instruxit. Adeò autê se ad discipulorû captum accommodauit, vt cùm capacioribus difficiliora quęque, quę in authoribus & disciplinis sese offerrent, explicuisset, mox ad rudiores se verteret, & instar nutricis lacteo cibo eos reficeret, q solidiora capere necdùm possent. Si qui autê in eius discipulis essent tenui fortuna, & humanis auxilijs destituti, eos nô solû literis instituebat, sed etiâ corporeis fouebat alimêtis. Hac verò eius viuêdi ratione partim oculis, partim auditione côperta, Hêricus Archiepiscopus tû per seipsû, tû p alios suos familiares hortabatur eum, vt aliquod vel Clericorum, vel monachorû cœnobiû regendû susciperet. Ille vero more

Mores & vita eius ante sacerdotium.

Fit Clericorũ Decanus.

suo eam prætexẽs excusationẽ, quòd omni honore indignus esset, tandem tamen Episcopi authoritate & præcepto cõpulsus, cõsensit clericorũ esse Decanus.

CAP. VII.

Clericos suos reformat.

HOc verò honore suscepto ità se comparauit vir sanctus, vt improbis & irreligiosis esset terrori & formidini, bonis & pijs amori. Effecit autem apud illos tũ minis, tum suasionibus, vt, quod priùs non fecerant, communi mensa & dormitorio vterẽtur, in cœnobio, siue, vt author loquitur, in claustro sederent, & lectioni incumberent: peramãter q; eos hortabatur, nè interioris hominis cultum & spiritalia exercitia negligerent, cùm haberent carnalia, & quæ corpori sustentando sufficerent. In ijs verò omnibus seipsum eis præbebat exemplũ, adeò vt iam ab omnibus non clericus, sed monachus diceretur. Interea Henricus Archiepiscopus, iubẽte Othone Imperatore, Romam proficiscitur, & cùm aliquandiù illic moratus esset, admodùm incõmoda cœpit laborare valetudine. Cumq; spẽ recuperandæ sanitatis abiecisset, Imperatorem ad se accersiuit, resq; beati Vuolfgãgi ei exponẽs, rogauit eũ, vt Treuiros literas mitteret, quibus omnib⁹ interdiceret, nè quã iniuriã ferno Dei irrogarent. Atq; ità ille Romę decessit.

Obit⁹ Hẽrici Treuiren. Episcopi.

CAP. VIII.

CVm autem obitus eius nuncius Treuiros allatus esset, beatus Vuolfgangus primò quidẽ summo animi dolore affectus est: sed deindè seipsum cõsolari & confirmare cœpit, quòd quæ iampridèm de mundi contemptu apud se statuisset, hac oblata opportunitate, in rem conferre posset. Postquàm igit apud se deliberauit redire in patriam, Bruno Archiepiscopus Coloniensis, qui tum etiam ducatũ Lotharingiæ administrabat, eum ad se accitum apud se retinere conatus est, liberaliter ei promittens omnem humanitatem, atque etiam Episcopi dignitatẽ. Sed vir sanctus maiora & ardua animo consectãs, ea recusauit: aliquanto interim tempore nihilominùs hęrens apud illũ, de quo postea crebrò ipse referre solebat, rarò se quenquã omni probitate Episcopo Brunoni parem conspexisse. Obiter autem hic obseruãdum venit, qua perfectione iam tum præditus fuerit beatus Vuolfgangus, cui tam ampla promissa & multa di huius prosperitas, multaq; alia, quæ longũ fit cõmemorare, vltrò oblata cùm fuissent, planè recusata sunt ab illo. Magnę enim virtutis & meriti est isthęc omnia relinquere, & in hoc seculo voluntariam cõplecti paupertatem. Sentiens igitur gloriosus Archiepiscopus Bruno virum Dei arctioris vitæ teneri desiderio, peramicè & gratulabundus eum pro suo arbitratu a se permisit abire

Preclara laus S. Brunonis Colonien. Episcopi.

CAP. IX.

VEniens ergò ille domum, à cognatis & amicis peramanter acceptus est, sed ita tamẽ, vt velut alter Vlysses in Syrenes incidisse videretur. Hortabantur enim & obsecrabãt eum parentes & propinqui omnes, potiorem ei substantiæ hereditariæ portionem pollicen tes, nè ipsos desereret, dicebantque:

Authoris versus.

Cum sis cunctorum spes sola, meumq; tuorum:
Atque domus nostra vis omnis adhæreat in te;
Nè procul hinc abeas, nè nos, dilecte, relinquas:
Nam tibi cuncta damus, quibus in vita est opus ista.

Ephes. 6. Col. 3.

Nec deerant, qui his adiungerent, scripta diuina iubere, vt parẽtibus mos geratur. Sed egregius Christi miles surdis hæc accipiebat auribus, & ipsius Christi sermones ijs opponebat, ita dicentis: Qui amat patrem aut matrem plùs quam me, non est me dignus. Legerat quoq; fortassis, quod beatus Hieronymus scribit cuidã amico: Licèt paruulus ex collo pẽdeat nepos, licèt sparso crine & scissis vestibus vbera, quibus te nutrierat, mater ostẽdat: licèt in limine pater iaceat, per calcatum perge patrem, siccis oculis ad vexillum Crucis euola. Solum pietatis genus est, in hac re esse crudelem. Inspiciebat etiam beatissimum Christi baptistã Iohannem: qui licèt domi sanctam haberet matrem & patrem sacerdotem, tamen vtroque derelicto, nè inter homines degens aliqua labe adspergeretur, in eremum secessit. Id genus exemplis incitatus, parẽtes seorsùm ità fertur allocutus:

Math. 10.

Epist. 1 ad Heliodorum.

Luc. 1.

CAP. X.

FAcultatum vestrarum meliorem partem, quã mihi dare vultis, inter vos diuidite. Est verò præpotens quidam ac prænidẽs Dominus, qui amplissimũ mihi promisit patrimonium, si me ei seruum fidelem exhibere velim. Ille ergò est pars hæreditatis meæ, ille plenè restituet hæreditatem meam mihi. Illi egò benè confido, fore vt tali me afficiat beneficio, vndè & vobis possim aliquid impertiri. Oro igitur vos, nè tantas mihi oblatas opes lachrymis & querimonijs vestris retardetis, sed mihi potiùs res illis obtinendis necessarias suggeratis. Non enim desidem atque negligentem, sed alacrem ac studiosum vult habere ministrũ herus ille, de quo loquor. Ijs beati viri sermonibus exhilarati parentes, nomen heri & locum, quò sit iturus, ex eo percontantur. At ille respõdet, in præsentiarum quidem scire id illos nõ posse, sciturus tamen postea. Porrò autem sciscitantibus illis, num quem è suis velit habere comitẽ itineris, prorsùs abnuit: atq; indè paucis interiectis diebus, adiunxit sibi duos adolescentes, & spiritalem filiũ suũ Isaac, puta votum suum. Quod vt Deo præstare posset, propter arctiorem monasticæ disciplinæ obseruantiam, ad monasterium solitariorum, in Hercynia sylua habitantium, profectus est. Ei monasterio tum præerat religiosus & spiritalis pater ex Anglorum stirpe procreatus Gregorius: qui in iuuentute patriam, parentes & fœminam ipsi despõsam reliquerat, & monasticum vitæ genus cõplexus fuerat. Cui⁹ vitam virtutibus ornatissimam, nè ab instituto deflectamus, hic pertexere nolumus. Huius Abbatis magisterio seruus Christi Vuolfgangus se commendãs, veterem cum suis actibus hominem deposuit, nouumq; monasticę vitæ & professionis habitum induit. In quo sanè qui eius vitæ rigor, quàm accurata monastici instituti obseruantia & cultus fuerit, eius preclarę virtutes, & multarum salus animarum, abundè declarant. Exacto autẽ tyrocinij sui tẽpore, multi è vicinis monasterijs, probitatis eius fama illecti, ad eum venerunt, quos omnes ille, permissu Abbatis, bonis literis & honestis moribus instituebat.

Psal. 15.

Valedicit parentibus.

Monasti cum S. Vuolfgãgus cõplectitur institutum.

Ephe. 4. Col. 3.

CAP. XI.

PEr id tempus beatus antistes Vdalricus, cuius sanctitatis fama Europa omnis adspersa est, causa visitãdi fratres pro more ad illud peruenit monasteriũ. Vbi cùm ad aliquot hæsisset dies, & de Vuolfgangi vita & moribus cognouisset, magno eũ amoris studio complecti ac venerari cœpit, ità vt non diù post etiam renitentem sacerdotio initiarit. Quo ille honore auctus, muneri suo volens satisfacere, cum multa humilitate scopebat, vt propheta dicit, spiritum suum, & pro vota, quæ eius distinxerãt labis, Domino fideliter offerebat holocausta medullata. Qua spiritus cõtritione cùm seipsũ Domino quotidiè mactaret, diuina est visione affectus. Cùm enim pro sua aliorũq; salute iugiter Dominũ dẽprecaret, precesq; suas sanctorũ suffragijs magno studio cõmendaret, beatũ Christi confessorẽ Othmarum, cui se suaq; creberrimè cõmittebat, sibi in somnis adstare vidit: influsq; ab eo in ipsũ respicere, ità sibi dicẽtẽ audiuit: Quandoquidẽ rogasti me, vt pro te intercederem,

S. Vualdric⁹ Episcopus eũ inuitũ ordinat presbyterum.

Psal. 76.

S. Othmarus ei apparet, eius dicãs sibi commendã.

sem, quædam tibi indicabo, pòst euētura tibi ob preces meas. Pauper quidem & inops ea hoc migrabis loco, sed alibi, vbi pro Christi amore deges peregrinus, Episcopatū mundi huius opibus satis affluentē, diuina pdestinatione cõsequēris. In quo administrādo si fidelē te pbueris, post annos vigintiduos ab hac vita tēporaria feliciter proficiscēris ad illā sempiternā. Certus autē sis, te eo in loco aiam Christo redditurum, vbi in Christi nomine à Christianis mei memoria celebrat. Ego verò in illa hora exitus tui sperò me venturum ad locum illū cum aliis beatę patriæ ciuibus, quos tunc habebis consolatores.

CAP. XII.

Cum licētia Abbatis sui proficiscitur ad conuertendos infideles.

Ab hac visione vir Dei, diuinæ contemplationi accuratiùs vacabat, quippè talibus promissis egregiè cõfirmatus: multusque in ea erat cogitatione, quemadmodùm diuinitùs percepta talenta, in aliorum salutem duplicaret. Eaque causa cū bona venia Abbatis sui, monasteriū, non monachū, deserēs, immò secundùm Apostolū, maiora charismata æmulari cupiēs, per Alemaniam venit peregrinus in Noricū, atque ad eius partem orientalē cū aliquot comitibus pergens, prædicandi causa Pannoniæ fines petiit. Vbi cum veterum errorū frutices extirpare, steriles squalentiū pectorum agros Euangelico aratro pscindere, & in eos fidei semina deiicere frustrà conaretur, a Piligrino Pataniensi Epō à cępto est opere reuocatus. Dolebat enim Epō, tā egregium cultorē in sulcos steriles tantū conferre laborē. Mansit ergò apud illū Episcopū, omni humanitatis officio ipsum prosequentē, dies aliquot, eius precibus obsecundans. Interim Eps mirè sagax, eius sententiæ Apostolicę non immemor, qua monet probare spiritus, verùm ex Deo sint, tū clàm, tum palam obseruauit, q̄ ille esset sedulus in cultu & seruitio diuino, q̄ assiduus in sacra lectione & scripturæ diuinæ perscrutatione, atque indè pro sua singulari prudentia facilè animaduertit eū, quē ut peregrinū exceperat, nō esse hominē lenē & uagabundū, sed veræ fidei domesticum firmū ac stabilem. Quamobrèm etiam quibusdā è suis dicebat familiariter: O felicem illam Ecclesiam, quæ ex Domini prouidentia hunc virum merebitur habere sacerdotem. Mihi quidē hoc cūprimis & vtile & necessarium videtur, vt precibus meis efficiam, quo illi Ratisponensis Ecclesiæ regimen demandetur. Aequissimū est enim, vt vbi abundat bona uoluntas, congrua etiam illi exequendæ præstetur facultas. Bonum nanque semen, quod hic bonus vir iacere voluit in obdurata corda paganorum, & salutis ministerium, quod illorū cæcitas fastidiuit, eoipso agrum Dominicū excolente, fortassis quandoque fructum feret apud Christianos. Aderant autem tum quidam, qui dicerent: Quonam pacto homo iste inops & ignotus tanti Episcopatus dignitati par & idoneus esse poterit, pręsertim cùm plerique alij celebres viri magisque noti, iustiùs eam videantur apud Imperatorē impetraturi? Quibus Episcopus respondit: Permultùm interest inter diuina humanaque iudicia. Scrutator nanque cordiū & renum Deus, à mundi initio elegit contemptibilia & ignobilia, vt confunderet fortia: contrà autem mundus, quod suum est, ad horā extollit, sed tandèm cū ignominia deijcit. Mihi igitur planè operæpreciū facturus videor, si fretus auxilio Marchionis, cuius consiliis libenter vtitur & paret Imperator, precibus ab illo contendam, nè patiatur per ambitionē quenquā obtinere sedem Ecclesiæ Ratisponensis: sed ob æternā remunerationē, si quē cõpereris humilem, modestū, eruditū & ecclesiasticis ministeriis aptum, eū, cuiuscunque sit conditionis, ad eā curet prouehendū.

Piligrin⁹ Pataniensis Episcopus eum apud se detinet.

1. Iohan. 4

Episcopatu dignus iudicatur à præsule Pataniēsi.

1. Cor. 1.

CAP. XIII.

Itaque per legatos Episcopi & Marchionis suggestionem, Imperator Otho secundus, & suæ Ecclesiæ vtilitati consulens, vel potiùs diuino permotus instinctu, quandoquidem cor Regis in manu Dei est, eos omnes, qui Episcopatum illum ambiebant, reiecit, totumq; se ad promouendum virum Dei Vuolfgangum contulit: misitq; celeres nuncios, qui curarent quamprimum illum eligi, ac deindè vel inuitū Francofurtum, vbi Imperator Christi natalem celebraturus erat, perduci. Abeunt legati Imperatoris, inueniunt beatum virum apud Episcopum supradictum, sed iam cogitantem in patriam, quippè qui nihil horum sciret, aliòq; animum suum intenderet. Legatis verò indicantibus ei causam aduentus sui, primùm ille recurrit ad penetralia cordis sui, atque illic se & sua Deo commendat: deindè Episcopo Piligrino, cuius charitate illic detinebatur, ità dicit: Nouū hoc mādatū, qd' ab Imperatore ad me affert, tua, ni fallor, opera impetratum est. Etsì autem exiguitati meæ timorē inijcit, sed tamen boni volūtati tuæ, qua tantam rem mollitus es, Deus præmiū reddet.

Prou. 21.

Otho 2. Imperator curat eum eligēdum Episcopum.

CAP. XIIII.

Creatur Episcopus Ratisponē sis.

Post hæc cum legatis Imperatoris profecti sunt Ratisponā, vbi Clerus & populus, vt Imperator petebat, more ecclesiastico sanctum Vuolfgangum vnanimiter elegerunt, electumq; eum Imperatoris nuncijs ad eius aulam dimiserunt. Cumq; in eius venisset cōspectum, ad pedes eius aduolutus, fatebatur se indignum, indoctum, ignobilem, & monasticam professionem consectantem, nihil absque sui Abbatis permissu debere suscipere: simulq; orabat, nè sanctum locum ipsius fœditate contaminaret. Imperator autem cernens illum adeò renitentem, certiùs indè colligit integritatem eius, & quàm planè illo honore dignatus sit. Itaq; speciale quiddā in eo agnoscens, quanuis reluctanti multumq; ingemiscenti, Episcopatum commendat. Multis indè adiunctis ei fidis itineris comitibus, Ratisponam eum remittit. Quò postquàm peruenit, eum canticis lętitiæ & voce exultationis excipitur, & more antistitum inauguratus, summo pastori commendatur, atque post dies aliquot à Federico Archiepiscopo illiusque suffraganeis consecratur.

Federic⁹ Episcopus Salisburgensis eū consecrat.

CAP. XV.

Adeptus igitur tantum ministerium, noluit inane Episcopi habere nomen, sed die noctuque illud diligentissimè excoluit, munus suum accurate obeundo. Nec propter Episcopatus fastigium, habitū monasticum mutare voluit: sed qua erat intrinsecùs animi humilitate, iam etiam foris præ se ferebat bonorum operum studio atq; cultu. Memor quoquè sententiæ illius, Principem te constituerunt, noli extolli: sed esto in illis, quasi vnus ex illis: non cupiebat dominari in clero, sed conabatur forma esse gregi Dominico, illud assiduè mente versans, quod per Ezechielem prophetam aduersus malos pastores dicit Dominus: Vę pastoribus, qui pascebant semetipsos, gregem autem meum non pascebant. Perspectis antē & cognitis rebus Episcopatus sui, cùm animaduerteret in vrbe Ratisponēsi monasticæ vitæ religioni multū decedere, crebrò suspirans, dixisse fertur: O si monachos haberem', cætera satis supperterēt. Quibusdā verò è familiaribus eius dicētib', multis locis magnā esse monachorū copiā, dolens & lachrymās dicebat: O quàm defecit sanctus, ò quàm diminutæ sūt veritates à filiis hominū? Quid prodest sanctitatis gestare habitū, operibus destitutū? Monachi, q ad regulæ suę pscriptum viuunt, beatis cõparantur Angelis: q verò seculares & mūdo dediti sunt, apostatæ

In Episcopatu monachū nō mutat.

Eccli. 32

Ezec. 34

Psal 11.

censentur. Dicebat autem hæc sanctus vir, quòd cerneret monachos in beati Emmerâmi cœnobio Abbate carere, & ità velut oues sine pastore errare. Id verò indè acciderat, quòd Episcopi ab Imperatoribus vel Regibus illud monasterium impetrantes, in suam ditionem redegerant, rebusq; eius & facultatibus pro suo arbitratu vsi erât. Illo igitur defuncto Abbate quem inuenerant, nullum deincèps curarût substituere, veriti scilicet, nè si monasterio, vt haberet vitæ monasticæ vsus & cõsuetudo, Abbas præficeret, ipsorum vsurpata potestas vel obsequia imminuerêtur. Cùm sic autem Episcopi monasterij res & bona sibi vendicarent atq; distraherent, nec monachis res necessarias suppeditarent: permittebant eis vndecunquè possent, victum vestesq; sibi comparare.

Episcopi quidam vsurpant bona monachorũ.

CAP. XVI.

SEd hæc omnia dolebant cordi beati viri. Itaque eis volens remedia adhibere, misit ad Treuerense monasterium, vbi corpus beati Maximini quiescit, atque indè acciuit Ramuoldum, virũ in regulari disciplina strenuum, qui quondàm cum ipso Henrici Archiepiscopi capellanus fuerat. Eũ primò instituit Præpositum, deindè Abbatem præfecit monasterio sancti Emmerammi. Sed id ex eius consiliaris quidã indignè ferentes dicebant ei: Quid ità & teipsum, & successores tuos fraudas sancti Emmerammi facultatibus? Multi quidem te laudant, sed in hoc certe non laudant: immò verò vituperât. Fungaris ergò & Episcopi & Abbatis munere, vt tui fecere decessores, nè quarundam rerum carerent emolumentis. Isthæc tua insipientia, quodam sapientiæ sale condienda est. Ijs vir sanctus respondit: Non me pudet stultum & insipientem dici propter Deum: sed interim vos hoc scire debetis, Vuolfgangum nũquàm in humeros suos accepturum saracinam, quam ferre non possit, nempe vt Episcop⁹ pariter & Abbas dici velit. Sicut enim teste beato Gregorio, indecorum est, vt in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio: ità nimirùm noxium, simulq; turpissimum est, si singula rerum ministeria personis totidem nõ fuerint distributa. Sufficit Episcopo, vt summa vigilãtia incumbat pastorali officio: satisq; negocij habet Abbas, si fratrum curet salutem, resq; monasterij sui per omnia benè procuret. Quam ob causam debet etiam ille inter fratres officia distribuere, vt hac ratione, de suis oneribus aliquid detrahat. Quòd autem me dicitis & successores meos fraudare facultatibus Emmerammi martyris: equidem ea illi, cui donata sunt, & seruorum Dei vsibus modis omnibus conseruare volo. Ita enim mihi vel maximè vsui erunt & emolumento, si illis, quibus deputata sunt, quibusq; constat indè prospici & prouideri oportere, abundè impendantur. Hæc & id genus alia multa dicente beato Vuolfgango, adeo obstructum est os loquentium iniqua, vt quod priùs carpendum sumpserant, iam egregiè commendarent, ità dicentes: Humanis diuina, vt par est, prætulisti: satisque & nostras nugaces confutasti rationes, & tuam eximiam sapientiam declarasti. Nihil iam superest, nisi vt pariter laudemus Deum, qui Ecclesiæ suæ te dedit dignissimum præsulem. Et iure quidem illum laudamus in secula, & tibi promptis animis ad omnia paremus. Cùm sic ergò Ramuoldum constituisset Abbatem, non passus est vel illum, vel monachos, eius curæ commissos, vllam victus pati penuriam: sed tum animarum, tũ corporum curam gerens, prædia omnia sancto Emmerammo siue à regibus, siue ab alijs principibus collata, & ab eius antecessoribus vi monasterio ablata, monachorum & hospitum, pauperum quoquè & familiæ vsibus deincèps seruitura restituit.

Ramuoldus fit Abbas apud S. Emmerãmum.

Non vult S. Vuolfgangus Episcop⁹ simul & Abbas esse.

Humanis diuina pfert vir sanctissimus.

Restituit monasterio omnia quæ alij Episcopi abstulerant.

CAP. XVII.

POst hæc quoq; alia duo virginum monasteria, quorum alterum superiùs, alterum inferius dicitur, intra vrbem Ratisponensem ad regularis vitę & disciplinæ normam conatus est reuocare. Canonicũ enim institutum sequentes virgines illæ, nihil se illicitum admittere arbitrabantur, si se passim negociis secularibus immiscerent. Vnde fiebat tamen, vt hac occasione magnam vitæ religiosæ iacturã facerent. Id verò indesinẽter cõsiderans beatus antistes, cum longo tempore frustrà illis corrigẽdis operã nauasset, apud se cõstituit in aliquo suę ditionis loco monasticæ professionis virgines collocare, quarum religiosa conuersatione bonisq; exemplis aliæ illæ ad eas imitandas inuitarentur. quod quidem etiam sic euenit. Nam cùm ad sanctum Paulum Deo sacratarum virginum siue sanctimonialium monasteriũ instituisset, earum contemplatione aliæ mutari cœperunt. Cumq; pro iis sanctus Episcopus multas Deo preces offerret, tã diuina reuelatione, quàm humana authoritate meruit confirmari. De inferiori quidem monasterio eiusmodi ei visio oblata est: Solebat vir beatus tam nocturnis, quàm diurnis horis cũcta vrbis monasteria crebrò adire, ibiqne tum orandi causa, tum etiam explorandi, quemadmodùm diuina illic ministeria cultusq; diuinus peragerentur, aliquandiù hærere. Cumque hoc pacto nocte quadam esset in monasterio inferiori, vbi corpus sancti Erardi quiescit, repẽtino quodam sopore oppresso sanctus Erardus ei apparet, madida veste indutus, aitq; ad eum: Precibus illis, quas Deo pro cõmuni salute iugiter offers, scias me fauere. Itaque sicut ego tuis, ità tu, quæso, meis obsecũdes votis. Quòd me cernis madido tectũ indumẽto, id ea noueris causa accidere, quòd sãctimoniales hîc degẽtes, assiduis quidẽ me infundũt lachrymis suis, sed iis infrugiferis, quãdoquidẽ iam multo tẽpore nihil se corrigũt, nihil ab ijs vitiis, ppter quę lachrymas & preces mihi fundũt, abstinere conãtur. Tu igit canonicę vitæ institutũ, qđ eis tãtę incurię & negligẽtię occasionẽ prębuit, in monasticũ cõmuta. Hac visione sãctus psul instructus, ad introducendã illic monasticã religionẽ summo animi studio & deuotione se accinxit.

Nota exẽplũ reformãdi monasteria, vel collegia.

Adit crebrò monasteria S. Vuolfgãgus.

Visio eius.

Monastica vita præstãtior quam Canonica.

CAP. XVIII.

DE superiori verò monasterio itidem reformando tali est miraculo diuinitùs cõfirmat⁹. Cùm aliquandò more suo eò accessisset, Missamque celebrare vellet, quasdam sanctorum reliquias, quæ illic celeberrimæ habentur, in eius altaris, in quo sacrificaturus erat, cornu sinistro deposuit. Deindè in orationem se prosternens, ardẽtissimis precibus à Domino postulauit, quandoquidem secularem vel mũdo deditam vitam sinistra, spiritalem dextera significat, si illi placeret Canonicam illic vitam, quæ negligentes homines sinistrorsùs trahit, in monasticã, quæ ad dexteram tendit, commutari, vt id ea ratione significet, testatumque efficiat, vt ante peractum sacrificium, eas reliquias à sinistro cornu transferat in dextrum. Ijs precibus absolutis, Missam celebrare incipit, atque sub ipso sacrificio absque vllo humano contactu reliquiæ illæ à sinistra in dexteram altaris partem diuinitùs transferuntur. Eo viso miraculo, gratias agit Deo, & sine vlla hæsitatione illic quoquè vitam monasticam instituit.

De Canonica vita prolapsa à statu suo, hæc accipe.

Insigne miraculũ.

CAP. XIX.

AD has autem reuelationes accessit etiam humanum auxilium. Eo enim tempore, quo hęc gerebantur, Henricus, Cęsaris Henrici pater, Bauariæ obtinebat principatũ. Is cùm sedulus & solicitus esset cultor diuinę religionis, id officij beato Vuolfgango

Laus Henrici Ducis Bauarię.

gango

gango tum petendo, tum imperando demandauit, vt in supradicta putllarum monasticæ vitæ disciplinam inueheret. Hac ergò illi accedēte authoritate & volūtate principis, Vir Dei tanto studiosiùs, quāto maiori fretus facultate in id incumbebat, vt in omnibus virginum monasterijs, quæ in ea vrbe vel sub ipsius, vel aliena ditione essent. (Duo enim illa iam crebrò memorata, Duci: tertium verò, quod est sancti Pauli, Episcopo subetat) vnam eandemq; sanctitatis regulam ac disciplinam institueret. Intantùm antè, gratia diuina largiente, & beato Vuolfgango corrigente, in ijs sanctimonialibus religio & studiū castitatis, vitęq; regularis professio increuit, vt Dux memoratus, diuino compunctus amore, filiam suam Brigidam earum collegio adiungere non dubitarit. Atque etiam in hanc vsque diem, beati viri meritis suffragantibus, talia apud eas vigent virtutum incrementa, vt inter cæteras sanctimoniales tanquàm specula quædam sint. Idem potest etiam de sancti Emmerammi monachis dici, quandiù quidē Ramuoldum habuere Abbatem, quem sanctus Episcopus illis præfecerat. Sed illo decedente, alijsq; quos ille instituerat, idem eis euenit, quod filiis Israel, quos post obitū Ioseph dura seruitute Aegyptij oppresserunt. Ità enim & hos monachos multi mali præpositi cum omnimoda religiosæ vitæ profligatione contriuerunt. Sed his omissis, ad rem redeamus.

Reformat virginū monasteria sāctus Episcopus.

Brigida Ducis Bauariæ filia fit sanctimonialis.

Exod. 1. &c.

CAP. XX.

CVm eo, quo diximus, modo sanctus Vuolfgangus in monastica vita instituēda desudasset, nō minori studio se accinxit ad Canonicæ vitæ iura & instituta reformanda. Ea antecessoris sui Michaelis mala valetudine destituta & labefactata vt vidit, multa sagacitate & industria instaurauit: primùm quidē in id intentus, vt haberent Canonici quę ad victum vestitumque sufficerent: deindè, vt post se custodes idoneos illis prouideret: tum quoquè, vt simul in refectorio ederent, & extra claustrum horis incōgruis nè exirent, neque silentij disciplinam negligerent. Iuniores voluit scholæ studijs interesse, seniores psalmodiæ, lectioni, orationi vacare. Atque vt adolescentes magis feruerent ad capessenda studia liberalium disciplinarum, crebrò illorum tabulas vel ceras spex it. Pleroisque ex illis, ad discendum incitabat beneficijs, desides & negligentes obiurgabat.

Vitā Canonicorū reformat S. Episcopus.

CAP. XXI.

ITà autem monasticis & interioribus siue vrbanis rebus rectè atque ordine constitutis, prudens & circunspectus Dei cultor nequaquàm exteriorū curam neglexit, sed sicut oppidanis & cœnobitis optimas proposuit institutiones, ità etiā totā perlustrās diœcesim suam, omnes salutiferis concionibus erudiebat. Adeoq; cùm Missarum erat solennia celebraturus, plebem assuefecit cōfluere ad ecclesiam, vt solennibus diebus vix ædium custodes domi relicti viderēt. Ad mellitas enim cōciones & exhortationes eius sexus vterque certatim aduolabat, cælestiū aromatum suauitate illectus, perindè vt apes mellis allicit odor. Quibus pius ille pater & pastor modis omnibus prodesse, seseq; ad eorum captum & vtilitatē accommodare desiderans, in proponendis regni cælestis sermonibus haudquaquam vti voluit perplexis & sophisticis sententiis: sed ità melliti oris dulcedinem ineffabili quadam seueritate & grauitate temperabat, vt simplici & optimo dicēdi genere cuiusq; intimas cogitationes attingere videretur, atque ea ratione ea auditorum oculis lachrymarum imbres eliceret. Eam enim spiritussanctus ei contulerat gratiam, vt qui concionantē eū attētè audirēt, aut rarò, aut nūquam siccis oculis ex eius cōcione abscederēt.

Plebs miro studio ad eius cōciones confluit.

Vis & efficacia cōcionū eī.

CAP. XXII.

QVo Insigni Dei beneficio pro sua malitia afflictus humanę salutis inimicus, malignitatē & inuidentiā suam, quæ eū perpetuò cruciat, quibus poterat viribus in illum beatū antistitem declarabat. Cùm enim aliquandò in vrbe Ratisponēsi suo more ad populum concionaretur, malignus dæmō derepentè concitauit aura, excitauit turbinem & miram perturbationem, vndè sequebatur confusus populi clamor & murmur: in ipso quoquè ecclesiæ tecto ingentem effecit fragorem, atque intra ipsius templi parietes sparsit puluerem, & quorundam oculis tetram offudit caliginem. Quibus rebus abimprouisò accidentibus plebs perterrita, immò penè mentia inops effecta, cœpit vltrò citroq; cursitare, incerta quam in partem tutiùs posset deflectere. Interim verò audiebātur hincindè id genus voces: In vrbe grassatur dirum incendium, Populo in seditionem concitato multi iugulantur. Cumq; in eiusmodi sedādis vocibus multū esset operę positum, nec tamen quicquam effectum, tandem illi, quos suis præstigijs ludificabat improbus satā, adeò è templo certatim aufugerunt, vt via pauci relicti viderentur. Tum verò Episcopus, quem eius tempestatis commotio non latebat, in has erupit voces: Domine Iesu Christe, adsis nunc ea, qua soles, benignitate & gratia fidelibus tuis, vt videant gloriam tuam, & teterrimi dæmonis ignominiā. Ea verba mox secuta est serenitas aeris, & serenitatem, populi in templum recursus. Cui tū venerabilis antistes sacræ doctrinæ sermonem impertiens, sancto spiritu illi orationis singularē quādam suauitatem suppeditante, tantum dicendo profecit, vt manifestè inimicus ille victus, & in fugā cōpulsus sit, qui in illa immodica pturbatione ad horā excitata, penè omnibus aliquid attulerat detrimēti. Vndè etiam posteà apud fidelem populum ea cōsuetudo inoleuit, & pro lege cœpit haberi, vt in stationibus Episcopum turmatim & antecedant, & sequātur, eiusq; concionem cupidissimè complectantur.

Vide malitiā maligni dæmonis.

Magna efficacia p̄cum S. Vuolfgāgi.

CAP. XXIII.

ALio tempore beatissimo Episcopo in basilica sancti Pauli Apostoli celebrante Missarum solennia, multa, vt solebat, populi illic frequentia cernebatur. Cùm autem miles quidam ineptus humili veste eum indutum, posteà verò sacerdotalibus indumētis ornatum cerneret, rustica stoliditate eū despiciens, & apud se murmurans dixit: O quantùm desipuit tum Imperator, cùm pannosum hunc & abiectum hominem multis potentibus, quibus Imperiū abundat, in Episcopatus promotione voluit anteferre. Eam verò murmurationē is, qui nouit cogitationes hominum, eodem momento & clementer castigauit, & palàm prodidit: vt & ille corrigeretur, & murmuris vitium ab alijs caueretur. Nam contestim immodico correptus terrore, alijs eum sustentantibus, via residere potuit. Cumq; eū dominus eius tremebundum & pallentem conspiceret, licò accurrēs, sciscitabatur quid ipsi accidisset mali. Tum ille adhibitis sacerdotibus confessus est, se sinistras de viro Dei cogitationes in se admisisse, & ea causa in tam præsens incidisse periculum. Vbi id audiuit herus eius, existimabat facili remedio posse illum curari. Itaque eū secū abducit in ædes suas, & aliquot dieb⁹ curā illi adhibet. Sed cùm nihil omninò proficeret, reducit eū Ratisponā: veniensq; ad Episcopū, ei & ægroti hominis calamitatē, & suā querimoniā vult exponere. Sed vir Dei eū āteuertēs: Tace, inquit: scio qd velis, cōuersusq; ad Vicedominū Tagmiū, ait: Accipe frater aquam benedictā, quę est apud lectulū meū, & adsperge ea hominē, q stat ad cubiculi fores.

Vltio diuina persequitur eū qui sāctū virum despexit.

Facit ille, quod iussit vir Dei, adspergitque miserũ. Interim sancto Episcopo cootra ostium Crucis signum exprimente, & quædam salutaria verba proferente, homo ilicò sanatur.

Vir sanctus sanat eum.

CAP. XXIIII.

Vitæ eius quotidiana institutio.

IAm porrò dicendũ videtur, quæ eius fuerit quotidiana vitæ ratio & consuetodo. Nimirùm tanta ei fuit cura rectè viuendi, vt vita eius iure possit omnibus exemplo esse. Etsi verò omnes eius res gestas minimè cōpertas habemus, & eaipsa, quę nouimus, pro dignitate eaplicare nequimus: attaman damna operã, vt è pluribus vel pauca referamos. Postquàm igitur Episcopi dignitatem adeptus est, nec melioribus vti vestimentis, nec cibis lautioribus vesci, neqꝫ cubile mollius sibi adhiberi voluit, quàm antè consueuisset. Iisdem vigilijs & precib⁹, quibus ante Episcopatum, deditus fuit. Non rarò enim sub mediam noctè ità clàm surrexit è lecto, vt qui apud eũ erãt, id via vnquàm perciperent: atque in templũ ingressus, adeò fores obserauit, vt quid intùs ageret, nullus mortalium scire posset. Mansit antem illic vsque ad preces matutinas: quibus persolutis, si noodùm illucasceret, vt sessos nonnihil soueret artus, vestitus parũm capiabat somniidq; cum ea silentii granitate, acsi esset in monasterio. Si necessitas cogeret loqui post primã hotam canonicam (nã ante illam lectioni vacabat) in familiari colloqnio fuit gratissimus, & in tractandis disponendisq; rebos admodùm acutus, promidus & circunspectus.

Vigiliæ & preces eius.

Vt tractarit diuina mysteria.

Qua verò attentione corporis & sanguinis Domini sacramēta tractarit & celebrarit, quibus suspirijs & lachrymis, & quàm spiritu cootribulato summo sacerdoti sese mactauarit, id omnam oostram eacedit dicēdi facultatem. Cùm esset ad mansam, non se duntaaat, sed etiam alios à potu immoderato retrahebat, cæterisq; auide comedentibus, ipse gaudebat cibi parsimonia, magis intẽtus ad lectionem, quam semper voluit ad suam mẽsam adhiberi, quàm ad epulas.

In mensa qui se gesserit.

Vt pauperes & mēdicos tractarit.

Mendici & inopes, quos ille vocabat dominos & fratres, coram illo sedebant io subsellijs, vt posset suis conspicere oculis, quēadmodũ illis ministraretur. In quibus sanè Christum se excipere non dubitans, modis omnibus venerabatur & reficiebat eos. Quòd si plures essent, omnium pauperrimi ad illum introduceb antur: hec tamen quisquã eorum, qui foris manebat, absq; eleemosyna dimittebatur. Ex iis enim omnibus, quę mēsæ eius inferebantur, tanta copia seruabatur, vt non solùm pauperes foris manentes, sed etiam circũquaquè habitantes indè recreareotur.

A prãdio qđ egerit.

Surgens autem à prandio, reliquum tēpus lectiooi impēdebat. Post laudes vespertinas, nisi legiomũ prohiberet ieiuniũ propter eos, qui apud ipsum degebãt, cũ multa grauitate, omni prorsùs vanitata eaclusa, etiam cœnabat.

Quid in cœna.

A Cōpletorio nihil prorsùs nisi precãdo loquebatur. Ea scilicet vitę eius fuit institutio quotidiana.

CAP. XXV.

Rurales presbyteros explorat.

INter hæc egregius præsul accuratè parquirebat, quo studio, qua ve cauoone sacerdotes, qin pagis morabantur, subditos baptizarent atque docerent: qua etiam cura & diligeotia vasa ad vsum sacramentorum destinata, itemque Missarum vestes atque libros & chrisma tractarent: ante omnia diligonter eis inculcans, vt castitati studerent: vbi etiam hęc subiungere solebat: Sunt quidam adeò mali dæmonis fraude occęcaõ, vt licèt flagitiosè viuanr, illius sacro sancti cibi & potus perceptione se purgari existimēti sed andiant illi propheram dicētem: Quid est, quòd dilectus meus in domo mea facit scelera multa? Nuo quid carnes sanctæ anferent a te malitias tu as? Itemque alium: Operiebatis lachrymis altare Domini, fletu & mugitu, ità vt non respiciam vltrà ad sacrificium, nec accipiam placabile quid de mano vestra. Quisquis ergò in sordibus est, honorē habear Deo, nec ausus sit ad eius sacramentum impudeotar accedere, donèc pœoitentia eapier immunditiam suam.

Ierem. 11.

Malac. 2.

Accidit tum, vt ob vini penuriam quidam ex aqua vel alio potus genere sacrificiũ offerrent. Quod vbi ille vir Dei comperit, tantam profudit lachrymarũ vim, vt corporis malam valetudinem contracturus videretur. Deindè multa obiurgationis seueritate eos castigans, qui id fecesaot, friuolam eorum excusaooem, quòd vionm non habereot, prorsùs reiecit, & ne id porrò pretexerēt, iussit ad se singulis mēsibus duodenos venire presbyteros, atque ex ipsius cella vinaria vinom accipere, & alijs distribuere.

Quorundã temeritatē crassã, q̃ seruerē castigat.

CAP. XXVI.

CVm sic antem pastor egregius gregi suo innigilaret, nec illos quidem benignitatis & misericordiæ suæ voluit expertes esse, qui aliorum præsulũ cura continebantur. Si enim quisquã ex ijs indicasset ei, aliquē se vel io diuinis, vel humanis rebus pati inopiam, magno dolore animi affectus, & verbis & beneficijs eũ subleuabat.

Liberalitas eius in exteros.

Quod cùm familiares eius sępè molestè ferrent, dicerentq; vnumquenq; à suo Episcopo adiuuari debere: ille respōdebat: Eleemosyna Græca dictio est, significatq; misericordiã, vel opus misericordiæ, possuntq; eo nomine quæuis benignitatis opera comprahēdi. Rectè enim ille opus exercet misericordię, qui primò seipsũ sibiq; subiectos in Deo placita conuersatione oon finit egere: deindè cõuenienter illi sententiæ Apostolicæ, Dum tēpus habemus, operemur bonũ ad omnes: suos quoquè proximos nō cessat adiuuare.

Gal. 6.

In summa caritate miratus humanas.

Cùm aliquãdò dira fames multos premeret, atq; ea causa infinita hominũ turba ad beatũ Vuolfgangum confueret, illa accitis præpositis suis, iussit vt è longinquis regionibus vaoientibus tantũ frumenti darēt, quantũ vellent: ea tamen cōditiooe, vt domũ reuersi, dimidiam eius partem in pauperes erogarēt. Nè autē dispensatores eo nomine munera acciperēt, terribilibus eos adegit sacramentis. Cōtigit tum, mercatores quosdam causa frumenó coemeodi illac cum alijs transire, vbi sanctus præsul degebat. Hoa igitur quædã magni precij vascula pro munere ei mittunt: quæ ille, vt erat iucundo vultu, accipi quidem iubet, sed cibo potuque referta cum gratiarum actione remitti. Addito etiam frumeoto ea, qua diximus, ratione, hilares illos à se dimisit.

CAP. XXVII.

VT verò sancti Episcopi humanitas & benignitas testatior fiat, quoddam eius factum memorabile annotabimus. Intra vrbem Ratisponam semper apud eum pauperes morabãtur. Ex ijs ergò vnus in eius cubiculum ingressus, de cortina ad lectũ ei⁹ appensa partem non exiguam pręcidit, & ocyùs aufugit. Vidit id vnus è familia, eumq; iosecutus comprahendit: sed quia flagellare eum ausus non erat, ad beatum virum adduxit. Hortabantur, qui aderãt, omnes, vt furcifer ille durissimè verberaretur. Sed vir pius, cui derelictus erat paoper, & qui pupillo semper esset auditor, quasi rhetorē quēdã illis repræsentãs, hominis suscepit patrociniũ, ostēditq; illos potius in culpa esse, quib⁹ cubiculi custodiēdi cura esset demandata.

Tuetur pauperē, qui ei furatus erat.

Indè conuersus ad pauperē: Quid ità, inquit, facere voluisti? Ille tremebundus, diras plagas metuens, respondit se penuria vestis adactum id fecisse. nec teste opùs erat, nuditate hominis sermonē confirmãte. Tum vir Dei multa misericordia permotus, omninò purgauit eum: Si benè, inquit, vestitus fuisset, haudquaquàm hoc se furto obstrinxisset,

A nostra igitur liberalitate, licèt seriò, accipiat uestimenta: quòd si verò etiam vestitus tale quid posthàc perpetrauerit, pœnas dabit. Ijs verbis nō solùm commotos familiæ animos sedauit, sed etiam ad præstandas eleemosynas eos incitauit.

CAP. XXVIII.

Diximus iam nonnihil de misericodia, humanitate & condolentia beati viri. His subiungimus quædam, vndè possit animaduerti ingenii eius acumen in hæreticis cōfutandis. Sicut enim ab exordio nascentis Ecclesię non defuerunt, quorum linguis malignus dæmon aduersùs catholicam fidem oblatrando, loqueretur vanitatem: sic diuina agēte prouidentia nec illi desiderati sunt, qui sanctę fidei defendendam susciperent veritatem. Itaque hæreticus quidam hac ratione conabatur euincere, verbum carnem factum non esse: Si verbum est, inquit, factum non est: si factum, non est verbum: pergebatque multa loquacitate id adstruere. Contigit tū eò accedere beatum Vuolfgangum. Eum rogat Otho Imperator, vt respondeat homini. Ille, vt erat humilis & modestus: Monasticum, inquit, habitum ferimus: contendere nobis non licet. Mox hęreticus maiori peruicacia repetit verba, quæ diximus. Tum vir Dei non ferens Christi iniuriam, cōpulsus ait: Quādoquidem non spiritali, sed carnali curandus es pharmaco, dic mihi, Quid est Accidens? Ille arrogantissimè respondet: Accidens est, quod adest vel abest præter subiecti corruptionem. Rursumque præsul, *Ecquid est, inquit, formarum accidens? ibi ille, diuino, vt credimus, iaculo confossus, obmutuit. Episcopus verò ab Imperatore & aliis rogatus, licèt multùm recusaret, quòd impeditiori esset lingua, succinctè expediuit: Accidens, inquit, est quadriforme. Vnum, quod nec accidit, nec recedit, vt incuruum aquilæ rostrum. Alterum, quod accidit & recedit, vt somnus & saturitas. Tertium, non accidit quidem, sed tamen recedit, vt infantia & pueritia. Quartum, quod accidit, nec recedit, vt senectus & canities. Ità ergò filius Dei, qui est virtus & sapientia Dei patris, cui nihil est impossibile, quasi per accidens inseparabile induit humanitatē, non amittēs diuinitatem. Sed eiusmodi, oculis fidei contuenda sunt. Vt enim B. Gregorius ait, Fides non habet meritū, cui humana ratio prębet experimentum. His atque aliis salutaribus verbis vir sanctus adeò condiuit corda audientium, vt ille filius Belial pro errore satisfaciens, ab egregio doctore veniam petierit. At ille promptior ad ignoscendum quàm vlciscendum, mulctam ei irrogauit, & nè prophanum illum sermonem vnquàm iteraret, sub Christi testificatione & sub anathemate ei interdixit.

Hæretici inepta ratiocinatio.

** legendū videtur, Sed quotuplex est accidens.*

1. Cor. 1.

Corrigit vir sāct⁹ loquacem hæreticū.

CAP. XXIX.

Hoc loco etiam dicendum nobis videtur, erga Boemorum gentem vt se gesserit. Erant Boemi tum recèns ad fidem traducti, & dęmonū simulacra abiecerant illi quidem, sed tepidè: vt verò colenda esset Christiana religio, quandoquidem pastore destituti erant, prorsùs ignorabant. Rogabant tum Othonem Imperatorem, qui diuinæ religionis erat cultor præcipuus, clarissimus Dux Henricus & alii fideles, vt quod apud illam gentem inchoatum esset, pro Dei amore regia authoritate absoluendū curaret. Ille tam sanctis precibus libenter annuit, sed quòd Boemia ad Ratisponensis Ecclesiæ parœciam pertineret, nihil absque eius Episcopi cōsensu effici potuit. Misit igitur Imperator legatos ad Episcopū, orans vt pro parœcia acceptis prędiis, ipsi liceret in Boemia Episcopum curare instituendū. En nuncio accepto exhilaratus vir Dei, cum suis proceribus deliberauit, quid esset Imperatori respondendum. Illis dicentibus, nè precibus eius consentiret, respondit vir beatus: Videmus preciosam margaritam in huius prouinciæ humo reconditam, quā nos nō comparabimus, nisi distractis rebus quibusdam. Itaque audite, quę dicturus sum: Equidem & me & mea omnia libens impēdo, vt illic domus Dei, corroborata Ecclesia, stabiliatur. His dictis, renunciauit Imperatori, se assensurum precibus eius. Cumq; tempus permutationis aduenisset, tam promptum se exhibuit, vt priuilegium ipse composuerit.

Boemi in religione rudes adhuc.

Boemis cō sentiente viro Dei datur Episcopus.

CAP. XXX.

Prophetię spiritum ei non defuisse, uel ea iis solis satis constat, quæ de præstantissimi Ducis Hērici liberis prædixit. Cum enim ad eum ob impertiēdam benedictionem, vt crebrò solebat, adductus esset, speciosissimam eius prolem Henricum, qui posteà Dei nutu factus est imperator, Regem appellauit, fratrem eius Brunonem vocauit antistitem: sororem eorum natu maiorem, Reginam: minorem, quā ipse baptizauit, & de sacro fonte suscepit, Abbatissā nominauit. Hæc verò, & multa alia, quæ ab ore eius accepimus, sic euenisse videmus, vt ab illo prædicta sunt. Alio tempore cùm vir sanctus sub vesperā in pagum Eglolfesham venisset, per legatū suū iussit indicari, si qui in vicinis locis confirmari vellent, vt quāprimùm ad ipsum accederent. Legatus mox exequi iussa volens, festinat ad sternendū equū suū. Eū verò ablatū cernens, incredibili cœpit męrore affici, nesciens quid ageret. Cupiebat n. ocyùs efficere, qđ iussus erat: sed aberat facultas, cùm nec spes affulgeret alterius obtinendi equi, nec vires suppeterent, vt pedes tam breui temporis spatio id, quod Episcopus mandarat, conficeret, maximè quòd humus imbribus immodicis irrigata, difficile præberet eūtib⁹ iter. His ille angustiis aliquandiù agitatus, tandèm cōcepta in Deū fiducia, statuit pedes exequi, qđ Episcopus pceperat. Cùm igitur in obscura nocte huc illucq; graderetur, & in via lutulēta sępiùs laberetur, ità exclamauit: Miserere mei Dñe, miserere mei, & tu mi domine Vuolfgange, attendens quantū laboris perpetior, dum tua iussa capesso. Cūq; identidē hæc repeteret gemebundus, uidit cominùs caballū quendā, freno & ephippio instructū, adstare. Existimans aūt illū non sine aliquo sessore illic obsistere, diligenter circūspexit: nū quis illic adesset: simul ēt exclamans, vt si quis adsit, se declaret. Sed cùm diù clamanti nemo respōderet, conscendit equū, & sui Episcopi iussa executus est. Altera luce multis ad pcipiendam ab Episcopo confirmationē conuenientibus, inuentum equum legatus omnibus ostendit, diligenter inquirens, quis eius herus esset. Sed neq; tunc, neque posteà repertus est vllus, qui eū suū esse diceret. Indè verò colligebant tum legatus, tum alii, quāta diuinitùs esset colligata gratia B. Vuolfgāgo, qui ipsum inuocantes etiam absens adiuuare possit.

Prophetica S. Vuolfgang. pdictio.

Hic apparet Authorē hui⁹ historiæ vixisse B. Vuolfgāgi ætate.

Vide illustre miraculū, dū īploratur adhuc viuēs et absens Episcopus.

CAP. XXXI.

Cum Otho secundus Imperator ob illatā ipsi iniuriā, Franciam hostili animo & manu ingressus, Luteciā vsq; peruenisset, in reditu ad fluuiū quēdam peruenere, cuius aquæ intumuerāt, ità ut multi illic submergerentur. Vbi verò beatus antistes cū suis eò peruēnit, tam pręsenti periculo commotus, suspexit in cælum, & tum sibi, tum suis benè precatus atq; benedicens, iussit suos incunctanter trāsire flumē. Sed illis adhuc cūctātibus, & Frācis interim à tergo acriter instātibus, ille primus in nomine Dñi, quod semper in eius versabatur ore, fluuiū ingressus, suos animauit, nec quisquam eorum ullum expertus est periculum. Tum uerò omnes id admirantes,

Per flumen cum suis illæsus trāsit.

tes, præ gaudio in Dei laudes eruperunt. Sed vir humilim⁹, ne id i publicũ efferrẽt, obnixè eos rogauit.

CAP. XXXII.

ALind hic eius subiicim⁹ factũ memorabile, vndè subditi discant patère præpositis suis. Cùm aliquandò de diuina religione suo more necessaria quædam conferret cum clericis, vnus ex illis (Busso is dicebatur) parùm cautè respondit. Cui vir sanctus ex naturali habitudine subirascens, ei dolorem oculorum imprecatus est. Moxille grauiter doluit oculos: sed cùm posteà eum sanctus vir in choro sedentem videret operto capite, vt solent qui ex oculis laborant, misericordia motus, accedit ad eum, rogat quid molestiæ patiatur. Ille dicit se malè habere in oculis, & humiliter eius benedictionẽ expetit. Misertus ergò eius vir pius, oculos ei⁹ consignat, & dolor omnis absredit. Sed nè ea res diuulgaretur, tãquam remedii causa iussit eum faciem abluere.

Sanat discipuli⁹ maledictum.

CAP. XXXIII.

SEdente quandoquè beato Episcopo apud cœmentarios in S. Pauli monasterio, mulier quædam dæmoniaca ad eum adducebatur. Ea simulatquè in ei⁹ conspectum venit, humi collapsa, cœpit miserandũ in modum diuexari. Tum vir sanctus suspirãs, ait ad eos, qui illi aderant: Si quidem dignus ego essem quippiã ab omnipotente Deo impetrare, nihil propensiùs ab eo peterem, quàm vt hoc plasma suũ uelit à mali dæmonis infestatione liberare. At nos hoc illis relinquentes, qui digni sunt, uel psalmos aliquot præ commiseratione interim depromamus. Mox cœpit dicere psalmos quosdã, & pro illa misera supplex orare. Illa verò tanquàm dormiens iacebat, sed ità tamẽ, vt membris omnibus contremisceret. Absolutis precibus, dicit ad circunstantes: Domùm illã hinc abducite, &, si possit capere, cibũ illi offerte. Pareut illi, comedit illa, & mox restituitur sibi. Alia quoquè dæmoniaca ei oblata est: sed ille humanam gloriam fugiens, ait ad eos, qui illã adducebãt: Cur ægrotos vestros ad me apportatis? Ducite eam in templum, & orate pro ea: fortassis Dominus exaudiet vos. Duxunt illi eam in ecclesiam, sed ꝙ hora opportuna esset offerẽdi sacrificii, ipse illos secutus, Missam celebrauit. Peracto sacrificio, omnes, dempta illa dæmoniaca, exierunt è templo: at tamen unus è capellanis, clam se abscondit, scire volens, quid vir sanctus acturus esset. Ille uerò post breuem orationem cœpit egredi. Tum illa dæmoniaca, suo more debacchans, et se opposuit. At ille Dño confidens, tanq̃ percussurus eam, brachium extẽdit, clàm interim dicens, Exi, nequissime Mox, vt fassus est ille, qui vidit, intolerabilis extitit fœtor, & mulier confestim liberata cecidit, & Deo gratias egit. Porrò S. Episcopus egressus forãs, dixit ministris: Feminam hanc quamprimùm è templo educite, &, si velit, cibum ei præbete, pariterq; dicite, nè sit ausa accedere. Qua re satis declarabat, quãtoperè oẽm inanem gloriã declinaret, malès interdum quandã præ se ferre asperitatẽ, q̃ se hominibus venditare.

Eccè modestiã sancti viri, in curanda dæmoniaca.

Aliam curat dæmoniacam.

Itẽ aliã.

Eccè quã declinarit inanẽ gloriã & humanã laudem.

CPA. XXXIIII.

NEc hoc prætereundũ putamus, quod eius accidit Vicedomino, cuius suprà quoquè meminimus. Præcipua ille beati viri familiaritate fruebatur, neque id immeritò, quippè qui cum multo fidei profectu ei se obsequiosum præberet. Cùm ergò ille esset in vrbe quadam æstiuo tempore, tonitrua & fulgura extiterunt immaniùm, vt etiam ipse B. Episcopus & qui cum illo erant, terrore affecti, multo p̃candi studio sese communirent. Intereà sæuiente ea tempestate, tam immanis quidam fulguris ictus insonuit, vt eius, in quo erant, domicilii murus magna ex parte scinderetur. Ea readeò exanimatus est Vicedominus, vt, qui illic aderant, eum aut mortuum putarent, aut ilicò moriturum. Prçsul autem apprçhensa manu eius, erexit eum, admonens vt viriliter ageret, & confortaretur in Domino. atque ità semiuiuũ restituit sanum. Is ipse Vicedominus posteà serenissimi Regis Henrici opera, factus est Magdeburgensis Archiepiscopus.

Author vocat Vuelimopoli, si non est mendum in scripto.

Penè exanimes, restituitur ab Epo.

CAP. XXXV.

IN Rubilocensis Ecclesiæ territorio quidã diurno vexatus morbo, integro ferè anno cibũ omnẽ fastidiuit, ità vt alimenta saluti reparãdæ accommoda percipere non posset. Misit igitur nuntiũ ad beatum Vuolfgangum, petens obnixè ab eo remedium aliquod sibi adhiberi. Sed vir Dei oĩnò recusauit, dicẽs se lõgè meritis inferiorẽ, q̃ ut tale aliquid possit efficere. Interim dũ & popularẽ vult vitare aurã, & hominẽ adiuuare cupit, tanq̃ ꝓ aliis causis offert Missæ sacrificiũ, & per fidelẽ presbyterũ ægroto illi Dominicũ corpus trãsmittit. Quo ille percepto, paulispèr obdormiit: deindè cibum potumq; cùm accepisset, rursùs somno corripitur: sicque & mẽtis & corporis recuperata sanitate, gratias agit Deo, ac deincèps incolumis permanet. Hic si ego cõmemorare velim, q̃ multi, quibus ille manũ imposuit, quique benedictum ab eo panem gustarunt, à morbis curati sint, tçdium fortassis lectori allaturus sim. Iis igitur omissis, ad eius è vita excessum transeamus.

Mira conditione sanat morbidum.

Multa eius miracula.

CAP. XXXVI.

IGitur post multa pietatis & iustitiæ opera, quibus Deo placere contendebat, & suam gubernare Ecclesiã, venerabilis præsul Ratispon&ealig; manẽs, rerum necessitate poscente, ad Oriẽtalem Bauariç regionẽ decreuerat proficisci: sed febri correptus, eã corporis malã valetudinẽ vigiliis, precibus & ieiuniis, tanq̃ futurorũ præscius, studuit anteuertere, ità vt, quicquid habere posset, per manus pauperum in Christi gazophylacium transmitteret, precibusque sedulis Domino vitæ suæ exitum cõmendaret. Indè per Danubium proficiscens, vbi ad eum peruènit locum, quẽ *Puppingã uocant, vlteriùs progredi non potuit, ꝙ iam tempus resolutionis eius instaret. Cũque diutinitùs intelligeret citò euentura, quæ olim in visione ei prçdicta fuerãt, iussit se deferri in beati Othmari oratorium, quod illic erat, & ante eius arã deponi. Id cùm factũ esset, nonnihil conualescẽs resedit, primumque per cõfessionem sese expiauit: deindè omnes, qui aderant, de fide, spe & charitate sectanda, luculenta oratione admonẽs, eos, oẽsque ipsi cõmissos, cũ suspiriis ab imo pectore adductis, Deo & sanctis eius commendauit. Pòst accepto uiatico, humi se prostrauit. Cumque ædıtui & cubicularii eius, omnes è templo, præter eius familiares, vellent eiicere, vir Dei illos prohibuit, atque ad eos: Aperite ostia, nec quenquam ingredi volentem excludite. nos enim mortales homines, non nisi malefactis erubescere debemus. Mortis autem debitũ necessariò soluẽdum nobis est. Itaque cùm et Christus ipse, qui nihil mori debuit, penè nudus i Cruce mori non erubuerit pro humani generis salute, adspiciat quisque in morte nostra, quid reformidare & cauere debeat in sua. Deus uerò pius & bonus misereri dignetur & mei miseri peccatoris, nunc mortẽ obeũtis, & omniũ id cũ timore & humilitate adspectantium. His dictis, reuerenter oculos clausit, & tanquàm sopori sedans, in pace quieuit, animãque felicissimè in cælũ transmisit, pridiẽ Calendas Nouembris. Manè alterius diei exequias funeri apparantes, angi animis cçpère, vndenam possent obtinere Episcopum aliquem, qui funus celebraret: Et eccè commo-

Sub mortẽ via sua confert in pauperes.

*for *Bopfingen.*

Recipit viaticum corporis Christi.

Suauiter trãquillè reddit donuno spiritum.

modum superuenit Hartuuicus Salisburgensis Episcopus, & Aribo Comes, vir Dei inter laicos clarissimus. Eos aduenturos nocte superiori beatus Vuolfgangus finificarat, post longa silentia & quandam morbi remißionem, ad adstantes subitò dicens: Repurgate domum, præparate hospitium: ueniunt.n. hodiè ad nos hospites boni. Vera autem me dicere hoc signo cognoscetis: Nauis, qua vehebantur bona Hartuuici Archiepiscopi & Aribonis præfecti, in Danubio naufragium perpessa est: sed Dei benignitate homines seruati sunt, ijdemq; domini mox post obitum meum huc accedent. Hoc quidem factū est, & ab illis ipsis & multa populi fidelis turba sacrum corpus septimo ab obitu eius die Ratisponam honorificè est translatum. Vbi cùm ad sanctum Petrū esset acceptum, & vigiliarum Missarumque celebrationibus anima Deo commendata, admodùm reuerenter corpus per cuncta vrbis monasteria circuntulere, ad extremum illud inferentes in cœnobium beati Emmerammi, quem, dū in humanis esset, præcipuo honore habuerat. Ibi Missarum solenniis & exequiarum officiis ritè peractis, præclarè atq; honorificè tumulatum est. Fuit vir sanctus ordine duodecimus Ratisponensis Ecclesiæ Episcopus. Post eius obitum multis Dominus miraculis declarauit, eum se collocasse cum principibus populi sui.

Hartuuicus Epi Salisburgensis.

Transfertur sanctū corpus eius Ratisponam.

In hoc numero mēdum esse sentio.

CAP. XXXVII.

EOrum autem miraculorum quędam nō sunt in scripta relata. Quæ autem fidelium relatione comperta sunt, ea iis nonnulla referemus. Hoc verò inprimis dicendum venit, cùm prouinciales vna cū ciuibus Ratisponensibus meliorem atque augustiorem vellent basilicam construere, (prior enim ea lignis condita erat) & iam muri extruerentur, quendam tum adductum esse dæmoniacum, eumque artifices misericordia permotos, in eo loco, vbi sanctus præsul spiritū exhalarat, prostrauisse, moxq; ei⁹ meritis curatum esse. Deindè verò locū illum à diuersis malè habentibus frequentatum, multosque sanatos esse.

Dæmoniacus liberatur.

CAP. XXXVIII.

HOmo quidam pauperculus, ob multa admissa flagitia in vtroque brachio circulis ferreis cōstrictus, quæ res acerrimos quotidiè dolores ei afferebat, cùm multa sanctorum loca ob eos tollēdos dolores & crimina expianda adiisset, tandem S. Adelberti meritis vnius brachii ferreo ligamine est absolutus: alterum verò ablatum est ei, Ratisponæ ad B. Vuolfgangi monumentum oranti.

Ferrea ligamina dissoluuntur.

CAP. XIXXX.

HEnrico Regi, antequàm esset Imperator, sanctus Vuolfgangus apparuit dormienti. Videbatur ille sibi in sancti Emmerammi ecclesia esse, atque orādi causa beati Vuolfgangi adire sepulcrū. Ibi verò Deum & sanctum Vuolfgangum orans, uisus est sibi videre eum adstare, & hunc in modū ipsum appellare: Adspice diligenter characteres in muro, qui est apud tumulum meum, exaratos. Vidit ille, nec aliud legit, quàm, Post sex. Expergefactus verò, summoperè incumbebat in earum dictionū apprehendendam significationem. Primùm igitur suspicatus se post sex dies moriturum, multa largitus est pauperibus. At sex euolutis diebus, cum nihil in corpore sentiret molestię, ad sea menses pertinere arbitrabatur, cumque se obiturum credebat. Sed ne que tum malè se valere sentiens, ad sex annos earū dictionum significationē retulit. Porrò autem etiā sex annis iam exactis, septimo anno à Pontifice Maximo Imperator vnctus est. Atque tum demùm animaduertens, quid sibi ea verba vellent, gratias egit Deo & beato Vuolfgango, qui ipsi reuelare dignatus esset ea se dignitate potiturum.

Visio S. Henrici Imperatoris.

Fit imperator Romanus tunc gitur.

CAP. XL.

CAecus quidam apud beati Vuolfgangi sepulcrum diutißimè orans, repentè lumen recepit. Alio tempore mulier ęgrota spe salutis obtinendę à suis deportata est in beati Emmerammi martyris ecclesiam. Vbi cùm illa ad sanctorum aras reptando potiùs quàm incedendo, sedulis precibus eorum expeteret suffragia, tandèm vel labore, vel morbo defatigata, apud beati Vuolfgangi tumulum humi resedit. Cumque & animo & corpore depressa, eius meritis & precibus sibi peteret opem ferri, subitò contracta membra soluta sunt, tantaque vi separata, vt sanguis indè in humum dimanaret. Primùm igitur territa mulier, exclamare cœpit præ timore: deindè exiliens sana, gratias egit Deo & beato Vuolfgango. Aliud quidam grauißimè laborans, orandi causa venit ad beati Emmerammi ædem. Cumque diù pro sui liberatione rogaret, sanctorum merita implorans, tandèm iuxta beati Vuolfgangi tumbā felici oppressus somno, virum quendā statura procērum & canitie venerabilem, adstantem videt, eūq; sibi audit dicentem: Quid tu hic agis, aut qua causa huc venisti? Respondet ille: Miser ego, mi domine, huc adueni salutis impetrandæ causa, qua multos iā annos carco. Tum heros venerabilis virga pastoritia, quam tenere videbatur, eum attingēs: Surge, inquit, ocyus: sanus enim effectus es. Confestim ille, qui iam exanimis ferè iacebat, per merita beati viri morbo liberatus exilijt, & præ gaudio clamitās, qua potest virium facultate, Deum & sanctum Vuolfgāgum laude & prędicatione effert.

Cæcus recipit lumē

Cōtracta sanatur.

Alius æger curatur.

SERMO DE TRANSLATIONE eiusdem sancti Episcopi, ab alio quodā editus: cuius stylum non mutauimus. Est in antiquis MS. codicibus.



PRAESENTIS diei festiuitas ad virtutum nos accendit gaudia. Hodiè nanque beatus pater Vuolfgāgus de terra leuatus, & inter sanctorum numerum adscriptus, pietati radicari & fructificare virtuti nos admonet: vt de terra, cui dictum est, Terra es, & in terram reuertèris, liberati, vtilitate suadente, amore cogēte, humilitate leuante, labore comitante, virtute ducēte, ad spirituales beatitudinis ęternæ māsiones peruenire mereamur. Nos enim non impedit posibilitas, si plena tantùm charitatis nos excitauerit uoluntas. Hodiè de mortuis ad uiuos redit, qui mortuis nunquàm, sed viuis, studuit operibus. Redit ex mortuis uiuus. Viui, gaudete. reddidistis enim ex vestro numero, qui uiuētium iurè magnificatur obsequio. Sed qui mortui? Preciosa, inquit Dauid, in cōspectu Domini mors sanctorum eius. Hodiè in columna nubis & in flamma ignis de terra Aegypti beatus pater Vuolfgangus transiit, cùm de sepulcri tenebris & de corruptionis angustiis exiens, inter cælestes nubes, & igne fornacis cōprobatos, corpore ac spiritu consors inuentus est. Hodiè terram repromissionis intrauit, quandò de sepulcri angustia terram repetebat uiuentium, iure posidēs hereditario plagam, quam prostratis vitiis, per virtutis obtinuit victoriam. Hodiè Ierico destructa, locū habitationis uerus intrauit Israelita, cùm defectu totius discissio corporis, corpus posidet locum lucis. Si reuerenter attenditis, totius sanctitatis lętabūda solēnia beatus pater Vuolfgangus præsenti die nobis repræsentat.

Gen. 3.

Psal. 115.

Iosue 6.

Natiui-

Natiuitas est, cùm terræ visceribus refusus, ad lumē de tenebris renasci meruit. Circuncisio est, cùm in consolatione multorum, vnum corpus reliquiarum incisum est. Apparitio est, quia post multa temporis interualla sanctum hodiè mundo corpus apparuit. Purificatio est, quia manibus pontificalibus membra lota, nitori æterni purificationem consecuta sunt. Cœna est, quoniam ad se suspirantium transflatus hodiè refecit desiderium. Pascha est, eo quòd de mortuis transierit ad viuos. Ascensio est, quia de inferioribus terræ visceribus, sancti altaris summitatem ascendit. Paradisus est, cum tam dilectę solēnitatis gaudio diuina nos hodiè consolata sit pietas. Tantæ quippè solennitatis accendamur lætitia, vt deuota Domino præparemus seruitia.

Ionæ. 1. Redit ad memoriam beati Ionæ prophetæ mirandum venerandumq́; exemplum, quemadmodùm in mare proiectū piscis ille deuorator absorbuerit. Deoque posteà iubente, ventris infernalis sepulcrum mortuum reddiderit. Quid hoc, quæso, docet exēplum? Vuolfgangus, est iste deuoratus, quem communis naturæ cetus, mors scilicet naturalis, absorbuit ad tempus: sed hodierna die, Christi volente gratia, mūdo vir sanctus ex vētre terræ redditus est. Ad tempus enim inter mortuos virtute viuum retinēs, multis hodiè sæculorum ictibus iustas iniustæ præsumptionis pœnas dedit.

Gen. 49. Hodiè patriarchæ Iacob benedictio dedit effectū cùm leonis de tribu Iuda catulus Leo Papa ad prædam ascendit, & Leoninis eū sum manibus beatū Vuolfgangum, depræ dato tumulo, lætus victor trāstulit. Transtulit confessor confessorem, sacerdos sacerdotem, Papa pōtificem, pius pium, dilectus Deo comparem. Victor victorem terrenorum transtulit: iacentem in tenebris luci reddidit: quia veræ lucis eum amatorem nouit. Dat alter alteri testimoniū: ille diligens leuandum, ille leuatorem.

S. Leo Papa eleuat sacrū corpus S. Vuolfgangi.

for. venere mur. Memoriam igitur tanti talisq; patris venerātes, agendam exemplorum eius lumine, luceatq; cordibus nostris virtutum eius radius: vt nō tantùm corpore intersimus tantæ solennitati, sed & mentis intentione. Hortetur etiam hodiernæ festiuitatis nos amor & timor. Amor pro patre, quia de eius gloria gaudemus: timor pro pastore, quia pietatis præcedētem gressibus, nullis meritorū assequimur vestigijs. Laudemus eum, qui fecit illum laudabilem: quodq; ipse dignis consecutus est meritis, & nos eius precibus assequamur, præcedentis insistentes vestigijs. Attendamus excitantē, qui dicit: Esurge qui dormis, esurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Quam vocem quia beatus pater Vuolfgangus non surdus auditor audierat, sed cordis oculos à somno aeedię manu solicitudinis castigabat, à mortuis esurgens operibus, vitę immortalis particeps effectus est.

Ephes. 5.

Et nos quoque tanti patris accensi exemplo, torporem negligentiæ spernentes, sanctarum vigiliarū studijs insistentes, illuminationem cælestem crebrò cordis impetremus clamore. Peccator es? clama, vt salueris. Iustus es? clama, quò salueris. Tribulatus es? pōlce leuamen. Securus es? gratias age. Non sit tēpus, quod vacet negligentiæ: sed insumatur labor cōtinuus pijs operibus, & in omnibus, quæ agimus, laudetur Dominus. Sit nobis ante oculos labor pij patris: sit ante oculos merces laboris. Suo namque corpori non pepercit, vt animam saluam faceret: & delicias paruipendens corporeas, societates promeruit Angelicas. Iste labor, merces ista: felix labor, & merces felicior. Aestimate ergò, quanti sit apud Deū merit, qui vt patefaceret dignitatē, quam in cęlo habet eius anima, terrā de terra leuari voluit laudis gratia.

Nullū tēpus otio transmittendum.

HISTORIA SANCTAE NOITburgis virginis, ex quodam egregio MS. codice per F. Laur. Surium alio stylo succinctè descripta.



VIT apud Francorum gētem Pipinus, Ansigisi Ducis filius, equitum magister, siue, vt tum dicebatur, Maior domus. Is in matrimonio habuit fœminam nobilissimam Plectrudem, ex qua suscepit duos filios, Drogonem, quem Campanis Ducē dedit, & Grimoaldum, quem regiæ aulę præfecit, vt is quoquè ea causa Maior domus sit appellat. Cùm autem animū ad Alpaidem pellicem adiecisset Pipinus, Plectrudis eius legitima coniunx cum multis opibus Coloniam Agrippinam se contulit, atque illic in honorem sanctissimæ matris Dei insigne virginum monasterium condidit, idemque amplissimis muneribus auxit & dotauit, cum nepte sua Noitburge virgine religiosè & piè oiuens. Quam quidē virginem Noitburgē cùm illa sanctè institueret & educaret, filii eius Drogo & Grimoaldus volebant puellam cuidam nobili despondere, nisi morte impediti essent: alter quidem febre abreptus, alter à Rangario quodam, apud aram S Lamberti orās, crudeliter interfectus.

31. Octob. Iste Pipinus fuit Caroli Martelli pater.

Plectrudis extruit Coloniæ virginum monasterium.

Grimoaldus interficitur.

Sed quod illi facere non poterant, cognati virginis exequi constituerunt. Id verò vbi illa apud materterā suam Plectrudem degens percepit, prorsùs abnuit: mortalesque sponsos omnes fastidiens, totā se ad precandum Dominum contulit: confidensq; sermoni eius, qui ait, Quodcunque petieritis patrē in nomine meo, hoc faciam: obnixè illum rogauit, vt priùs ipsam à vita tolleret, quàm fineret uim à cognatis perpeti. Magna sanè & eximia virtus in tam delicata & nobili puella, vt florente ætate, Christo immortali sponso, cuius ardebat amore, regnū mūdi & omnem eius ornatum atque oblectamenta longè posthaberet, Christusque ei vitā esset, & mori lucrum. Nec defuit Christus deprecanti, qui nūquàm deserit sperantes in se: sed incontaminatam atque sanctissimam animam eius ex huius vitę laboribus & angustiis ad se in suum regnum celeriter euocauit. Porrò ipsum etiam exanime corpus cohonestauit insigni miraculo, duobus luminaribus, altero ad caput, altero ad pedes eius diuinitùs ardētibus: fortassis significare uolens, quàm illa fuisset intellectu excellenter illuminato, & affectu repurgato. Solet enim in diuinis literis per caput intellectus, per pedes affectus accipi. Ad tam diuinum autem & insuetatum spectaculum populus frequens vndiquè accurrit, & plerique eius materteræ illud indicarūt.

Iohan. 14.

S. Noitburgis impetrat à Christo corporis sui dissolutionem.

Ea verò cum suis adulat, videre cupiens tantū miraculum, & lętatur quidem singulari Dei beneficio, sed non minùs dolet tam repentino sanctæ ac Deo dilectæ virginis decessu. Manant ab oculis lachrymæ, rebus planè contrariis, gaudio & mœrore eas exprimentibus. Accedebat certè nouus hic dolor ad superiores eius calamitates multiuariasq; afflictiones, orbitatem mariti Pipini & duorum filiorum Drogonis & Grimoaldi. Vnicum solatium in Noitburge relictum videbatur, quod cum illa extincta pariter ablatum est. Sed probabat eam Dominus, vt solet electos suos. Porrò autem Colonienses ciues, diuulgato eo, quod diximus, luminarium miraculo, ita vt par erat, sacrum virginis corpus honorabant vigiliis, precibus, & accendendis luminibus. Cùmque ad templum deportaretur, magna accessit populi

Coloniensium studiū erga sacrum eius corpusculum.

populi frequẽtia,cõgruis & debitis officiis illud prosequens,vt opportuna eius suffragia impetraret.

Accidit tum res admiratione dignissima. Cùm enim inter sacri funeris exequias, alterius defuncti cadauer in templum inferretur,& iuxta eius feretrũ deponeretur,vt præclara virginis merita eluceret, ad vitam defunctus ille rediit, palàm affirmans se sanctæ Noitburgis meritis & precibus à mortuis excitatum. Quæ res omnibus non immeritò summæ admirationi fuit,coegitque eos laudare præpotentem Deum,qui est mirabilis in sanctis suis. Celebratis funeri eius exequijs, in beati Petri Apostoli ecclesia coram summo altari corpus humatum est. Crebrescentibus indè ad tumulum eius miraculis, tam celebre nomen eius effectum est, vt illa ecclesia sanctæ Noitburgis à Coloniensibus diceretur. Floruit sacra virgo anno Christi plùs minùs septingentesimo. Posteà autem virgineum corpus eius trãslatum est in Carthusiam Confluentinam,vbi hodieque reuerenter asseruatur, in laudem & gloriam Christi sponsi virginũ & Virginis filij: Qui cũ patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorũ, Amen.

Mortuus eius meritis redit ad vitam.

Transfertur corpus eius in Carthusiam Cõfluentinam.

SS. GENESII Diaconi & Lucillæ filiæ eius, martyrium describitur ingestis S. Stephani Papæ, 2. Augusti, Tomo quarto, quorum memoria 31. Octobris ab Ecclesia celebratur. Itaque Lectorem eò remittimus.

MARTYRIVM SANCTORVM Aniceti Comitis, & Photini fratris eius cum socijs, vt habetur in antiquissimo MS. codice.

Tardè hæc ad nos allata, debuerunt poni 2. Septembris, suprà: ad vtilitatem autem Lectoris hoc loco imprimi curauimus.



VM Diocletianus in ciuitate Nicomedia coram multitudine populorum Christianis diuersa genera tormentorum minaretur, si idolis non sacrificarent: quidam Comes nomine Anicetus vir optimus, moribus & nobilitate generis præclarus, hoc modo Imperatori respondit: Minæ tuæ, Imperator, quas aduersùs Christianos proponis, nullum nobis timorem faciunt, & omnia tormenta tua quasi pro nihilo ducimus, nec ad cultum idolorum inclinamus. Quod audiens Diocletianus, & constãtiam uerborum suorum non ferens, iussit ei linguã præcidi, & posteà neruis taurinis tam diù cædi, donec eius viscera nudarentur. Inter hæc tormenta martyr Christi vultum tranquillum portabat, & in conspectu populi Christum uoce magna prædicabat. Tunc Imperator furore repletus, iussit eum in theatrum portari, & ad eum fortissimum leonem mitti, qui currens ad sanctum uirum, guttas quas facies eius distillabat suis pedibus leniter extergebat. Tunc sanctus Anicetus exclamans, dixit: Gratias tibi ago Domine Iesu Christe, qui me à dentibus huius bestiæ liberasti: deprecor te, vt in reliquo certamine auxilium dexteræ tuæ mihi porrigas, quò possim sæuitiam tyranni vincere, & à te coronam accipere. Hac autem oratione fusa, terræmotus magnus factus est, in quo statua Herculis cecidit, & sanum ciuitatis corruens, plurimam multitudinem occidit. Quod audiens Imperator, iussit eum decollari. Sed spiculator volens eum decollare in terram corruit, & immobilis stetit. Videns hoc Diocletianus, dixit: Præparate rotam, & ignẽ substernentes, eum desupèr alligate, vt uelociter spiritum exhalet. Quo facto, sanctus Anicetus dixit: Domine Iesu Christe solue me de uinculo isto propter circonstantes, nè terroribus deficiant, sed confortati contra tyrannum, victoriæ coronam à te percipiant. Ad hanc orationem uincula destructa sunt, & ignis extinctus est. Post hæc iussit ollam plumbo repleri & igne succendi, & illuc sanctum Anicetum proijci. Quo facto, uisus est Angelus cum martyre in ollam descendere, ad cuius aduentum frigida facta est.

Sept. 2. Sanus in Christianos Diocletianus Imper.

Præciditur lingua S. Aniceti, & is neruis uapulat.

Obijcitur leoni, nec læditur.

Oratione stat uam Herculis, & fanum ciuitatis euertit.

Ab igne et liquefacto plũbo non læditur.

Eodem tempore frater sancti Aniceti, nomine Photinus, cernens potentiam Christi circa fratrem suum, timore omni deposito & paratus pro Christi nomine pati, de turba, ut fratrem suum deoscularetur, cucurrit, & Imperatori dixit: Erubesce idolorum defensor, dij tui nihil sunt, paratus sum quoquè ipse pugnam ingredi, ut simul uictoriæ coronam cũ fratre meo à Christo consequi merear. Audiẽs hæc tyrannus, dixit: Percutiatur hic gladio. Spiculator autem cùm festinaret, ut eum percuteret, conuertẽs in se gladium, genua sibi præcidit, & in terram corruens expirauit. Imperator dixit: Mittantur in carcerem, donèc excogitem qua morte eos perdam. Igitur post tres dies Diocletianus martyribus sibi præsentatis dixit: Nunc mihi consentite. Si enim mihi consenseritis, honoribus & diuitiis uos ampliabo. Cui sancti responderũt: Honores tui ac diuitiæ sint tibi in perditionẽ. Tũc furẽs iussit candelas ad eorũ latera poni & posteà lapidari. Adhuc impius sæniẽs iussit eos ad equos indomitos ligari, & sic per diuersa loca trahi. Cumque traherentur, se inuicèm confortabant. Dei autem potentia equi temperati sunt, pedes sanctorum soluti, & ad confusionem inimici quasi in carruco sancti portarentur Deum glorificabant. Post hæc iussit carnes eorum sale condiri & in custodiam mitti. Triennio autem expectato, iussit publicas thermas per tres dies incendi, & illic sanctos mitti. Post dies verò duos custodes aperientes thermas, viderunt martyres sine vlla læsione ambulantes. Diocletiano venienti ad thermas sancti dixerunt: Nos in omni certamine victores sumus. Tu autem confusus, in Dei famulos pœnas excogita nouas. Tunc iussit magnum caminum fieri, quo posset multam turbam Christianorum colligere. Quo præparato, Christiani multi cum vxoribus & pueris ad martyrium currentes, clamabant: Vnum Deum colimus, Christiani sumus. In caminum igitur æstuantẽ præcipitati, manus ad cælum leuantes, dixerũt: Gratias tibi agimus omnipotens Deus, qui nos per vnigenitum tuum ad istud martyrium congregasti. Extẽde quæsumus manum tuã & suscipe animas nostras in æternam requiem, quam confessoribus præparasti. Et hæc dicentes, animas Domino tradiderunt. Passi sunt autem sancti martyres Anicetus & Photinus cum aliis multis quarto Nonas Septembris.

Spiculator is interitus.


Varijs tormẽtis cruciãtur sãcti martyres.

In thermis ardẽtibus non læduntur.

Camino ignis expositi Deo animas reddunt.

FINIS.

DEO LAVDES ET GRATES.


BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

